

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes



Gactano.

~~C. C. B. L. de ... P. ...~~

AMBROSII CALEPINI DICTIONARIUM,

IN QVO RESTITVENDO ATQVE
EXORNANDO HAEC PRAESTITIMVS.

P R I M V M,

Non solum illud curauimus, quod ab omnibus iam solet, vt adderemus quamplurima; sed etiam, quod nemo ad hanc diem fecit, vt multarum dictionum obscuram significationem aperiremus: Deinde, cum exempla quaedam Calepinus adduxerit, quæ nunc in libris emendate impressis aliter leguntur, ea sustulimus, & aptiora reposuimus:

Præterea, cum totum dictionarium ex multiplici impressione redundaret erroribus, ad eos libros, qui citabantur, crebro recurrimus, ueramq. lectionem, inde petitam, Calepino restitimus: Postremo, in Græcis dictionibus male affecta quamplurima sanauimus.

Additamenta Pauli Manutii;

Tum ad intelligendam, tum ad exornandam linguam Latinam, quædam etiam ad Romanarum rerum scientiam utilissima.

In hac postrema editione, ut hoc Dictionarium commodius exteris nationibus inseruire possit, singulis uocibus Latinis, Italicas, Gallicas, & Hispanicas interpretationes inferi curauimus.

C V M P R I V I L E G I I S.



VENETIIS, In Aedibus Manutianis. M. D. LXXIII.

PAVLVS. MANVTIVS

Aloyfio Garzonio. S. D.



CONSTARE tibi puto, Aloyfi Garzoni, cum ad res præclaras natus homo sit, quippe qui solus ex omnibus animantibus munere rationis ac mentis excellat, nullam tamen artem eodem tempore & inuentam simul esse, & absolutam. omnes humili tenuiq. ab initio profectæ, paullatim quasi per gradus ascendentes, ad id, quod summum videtur esse, peruenerunt. hoc & in litteris accidit, maximeq. quibusdam in libris, qui eiusmodi sunt, ut semel atque iterum aucti, locupletari tamen, atque ornati deinde possint. quo ex genere bonum fatum Calepinus sortitus est, cui quotidie fere omnes homines de suo largiantur. certe enim illius dictionarium, quod nunc emittimus, non tam auctoris industria, quam aliorum labore studioq. in tantam altitudinem excreuit. unum tamen desidero, quod ij, quibus illud propositum fuit, ut in hunc librum quamplurima congererent, id ipsum, quod fecerunt, ut adderent, facere consideratius diligentiusq. potuerunt. quorsum enim in herbarum montiumq. nominibus colligendis diligentes sumus: uerba autem Latinæ linguæ illustria maxime ac significantia, quæ nescire nemo uult, in augendo Calepino negligimus? ergo ipsi hoc potissimum spectauimus: & opinor tantum præstitimus, quantum qui hoc dictionario cum alijs dictionarijs conferendo cognosceret, non dubito quin de hac opera nobis & faueat, & bene precetur. non enim libet hic commemorare, quæ quibus in uerbis sint a nobis addita: nam sexcenta sunt, neque sumpta ex apertis aliorum librorum indicibus, sed ex ijs Latinæ linguæ fontibus, ad quos peruenire cuius non licet. utrum autem ipsi peruenerimus, res ipsa indicet. in eo etiam ab aliorum instituto discrepauimus, quod alij tantum, ut addant, quæ utilia putant, elaborant; nos etiam, quæ non utilia sunt, & discendi cupidis contraria, quæ scilicet Calepinus ipse non recte percepit, hæc inquam, dedimus operam, ut de libro, tanquam de tritico lolium, eximeremus. addidimus, mutauimus, sustulimus, prout res postulauit. dictiones certe Græcas, ex multiplici lectione deprauatas, ut est fere, nisi diligenter caueas, corruptrix librorum typographia, tam multas correximus, ut, quod fabulosum est, nos dicere *isoptinōs* possimus, Augeræ stabulum a nobis esse repurgatum. Nostrum etiam in hoc opere proprium illud putamus, quod, cum alij in addendo supra modum curiosi fuerint, ut liber excreceret, nos contra, ne quid præter rem adderemus, supersticiosi fuimus, nec minus in rescando diligentes. ut in dictionibus Græcis Latinarum ordini insertis, uel potius intrusis, multas, quasi de alieno loco, migrare coegimus. exempli gratia, inter Latinas dictiones quem locum habere potuit catabathynus, aut hodcedocus, aut pseudonymus, & huiusmodi, quæ a Latinis scriptoribus Latine pro exemplo adducta minime reperias. quæ propemodum innumerabilia sustulimus, eodem iure quo Latina uocabula de Græco dictionario tolleremus. Et quoniam hoc uolumen, ob uariam infinitamq. doctrinam, multorum per manus circumfertur: facile futurum putauit, ut, si tibi a me inscriptum exiret, significationem multis daret amoris erga te mei, nam ut omittam merita in me tua, quæ nulla unquam delebit obliuio, tui me sua-

uitates ingenij, tua me summa humanitas, singularis probitas, eximia ad colendam virtutem animi propensio adamandum alliciunt. non enim ideo mihi carus es, quia sis Venetæ reip. omnium amplissimæ, a secretis, aut quia nunc una cum uiro clarissimo, omnibusq. uirtutibus ornatissimo, Michaelæ Suriano legato, particeps & minister consiliorum omnium ad Philippum, Hispaniæ regem, sis profectus: sed, quia talem te præstas, ut & hæc tibi admodum ampla atque honorifica munera iure deferantur, & egregijs animi tui bonis maiora quoque debeantur. Sit igitur hic liber & tibi, & reliquis argumentum beneuolentiæ meæ, testimonium iudicij, grati animi, non omnino quale uelim, sed quale possum hoc tempore, monumentum. tu autem istam præclaram in nos voluntatem conserua: & quo instituisti cursu, per directam, maximeq. expeditam, ac certam litterarum uiam ad gloriam contende. quod ego quidem, qui tuos sensus, tuos ad laudem impetus optime tene, ita opto, ut sperem, ita spero, ut futurum mihi persuadeam. itaq. etiam reliquis prædicare non desino.

D I C T I O N A R I V M

Ambrosij Calepini,

M V L T A R V M . V O C V M . E X P L A N A T I O N E
A V C T V M

E T . M V L T A R V M . I T E M . C O R R E C T I O N E
D E N V O . R E S T I T V T V M

A B . E X C E L L . B O R G A R V T I O . A . B O R G A R V T I I S .

D E . L I T T E R A . A .



N O M E N est litteræ primæ Hebrais, Græcisque, & Latinis. Est autē littera salutaris. Cice. pro Mil. erat enim nota absolutionis. Hæc aspirationem accipiens Interiectio fit, quæ pars humanorum affectuū expressiua est: qui fere contentiore uoce, quod proprium aspirationis est, efferuntur. Aspiratur itaque Ah interiectio in fine præter uocalium morem: quod fit propter afflatum pronunciandi, & differentiam

præpositionis. Et modo admirantis est, ut apud Plantum: Ah quid ais? Modo dolentis, seu commiserantis est. Vir. 1. Ecl. Spem gregis, ah silice in nuda connixa, reliquit. & alibi: Ah tibi ne teneras graciles fecerit aspera plantas. Ah, flentis, inquit, Donatus, Terentius in Adel. Ah me miseram. Ah, indignantis sibi ipsi, & se ipsum arguentis. Teren. in And. Ah, uix tandem sensi stolidus. Ah, desiderij. ð Plaut. in Asin. Ah quanto amplius ualerem, si hic maneres. Ah, indignantis & stomachantis alteri cum reprehensione, Ter. in And. Ah, tantam ne rem tam negligenter agere? Ah, obiurgatis. Teren. in And. Ah quanto satius est te id dare operam, qui istum amorem ex animo amoueat tuo. Ab, abnegantis. Terentius in And. Ah, æ me obsecra. Ah, increpantis cum indignatione. Tere. in Eun. Ah rogare? quali difficile sit. Ah, reclamantis, aut contradicentis. Ter. in Hæc. Meum receptas filium ad te B. Ah. Vbi Donatus: Ah, quod falsum est, reclamauit, meretrix statim: & uoluit contradicere, si permitteret senex, Ah ah, suspirantis. Plaut. in Mil. ah ah, cum uenit in mentem, mores ut mihi mutandi sient. Est & A, præpositio, sed sine aspiratione, ablatiuo seruiens. & ratio est, quoniam descendit a Græca ἀπό, remota ultima syllaba ἀ, remanet in latino tenuis eadem: si enim aspiraretur, esset contra Græcam doctrinam. Et non solum A, præpositio uenit a Græco, sed et Ab: quæ ἀπό excludit, præsertim in collisionibus uocaliū, & remanet ἀπ' i. ap: sed π tenuis ueritur Latine in b, suam mediam, dicitur ab. Eadem ratio est Abs, quarum trium eadem prorsus ubique est significatio, motus scilicet de loco: hoc solo differentibus, quod A nunquam coniungitur cum dictionibus incipientibus a uocali: Ab uero cum omnibus ijs, & præterea cum l, & r, duabus liquidis, & i, consonantis lo, cum tenente: ut, ab lege, ab rege, ab soue (licet apud Liuium cum aliis quoque consonantibus coniunctum legatur) abs, cum i, & q, ut, abs Tullio, abs quolibet. Quæcunque igitur de A, eadem & de Ab, & Abs, quantum ad significationem attinet, dici & posse, & debere est putandum. A, uel ab, iunctum, cum uerbis passiuus, causam efficientem, siue (ut loquuntur alij) personam agentem significat. Quin. libro 12. ca. 1. Fabricius respondit a ciue se spoliari malle, quam ab hoste uenire. uerti potest hic ablatiuus in datiuum. Virg. Aen. 1. neque cernitur ulli, ab ullo. Significat autem A interdum Post (μετά cum accusatiuo, & ἀπὸ) Cicero de Sen. Cuius a morte hic tertius & tricesimus est annus, hoc est, post cuius mortem. Sic dicimus, A coitu, a partu, a tergo, a funere, a comætu: quod est, Post coitum, post partum, post tergum ἀπὸ δὲ κατὰ τὸν, post funus, post comætu. Liuius lib. tertio. Neque ostium a tergo incursum uidit. Suet. in Cæsare. Plebs statim a funere ad domum Brutj & Cassij cum facibus recedat, hoc est, post celebratas exequias. Idem in Tiberio: A comætu castra repetendis. Sic, A somno: id est, post somnum. Dicimus quoque, A rege: hoc est, post regē: siue, secundus a rege. Liuius: Si dignum

qui secundus a Romulo numeretur, creatis. Quandoque significat De. Teren. Adel. A uilla mercenarium uidi, Sneton. in Vesp. Alterum ad Iunium Caluinum a gente Augusti pertinere dicebat pro, de gente. Martialis. Ipsam protinus a uia salutes. Quandoque habet uim defensionis, & significat Pro, cum genitiuo, Cicero in Bruto: Nemo contra ciuium perditorum dementia a senatu, & bonorum causa stetit constantius. id est Pro partibus senatus & bonorum: hoc est senatui studuerit, & fauerit, eumque tutatus fuerit. Idem pro Cluentio: Non modo dicendi a reo, sed ne surgendi quidem potestas fuit quod est, pro reo id est in fauorem rei. Sic dicimus, A quæstionibus, a testibus, a uoluntate: quæ locutio creberrima est apud idoneos auctores: quali defensor quæstionum, testium, & uoluntatis alterius. Item in officijs dignitatibus significandis plurimum eius usus est: ut, a studijs dicitur esse, qui pro eruditione & doctrina sua præ est studijs alii cuius, puta principis: Ab epistolis, ὁ δὲ τῶν ἐπιστολῶν. A rationibus: A libellis, qui epistolis, rationibus, libellis supplicibus præ est. Suet. in Claudio: Polybium a studijs, Narcissum ab epistolis, & Pallantem a rationibus. A caliculis, ὁ ποδὸς τῶν κἀλιξί, qui præ est caliculis, quæ sunt uasa potoria. A commentarijs, qui præ est commentarijs: hoc est, qui in commentarium custodias refert, & ueluti diarium custodiarum conficit. Hunc Asconius Pædianus commentariensem uocat. A manu, dicuntur scribere, quorum manu ad litteras scribendas principes uti solent. Suetonius, in Cæsar. Philomenem, a manu seruum, morte puniit. Idem in Vespasiano. Cænidem a manu dilectam quondam sibi, reuocauit in contubernium. Hi alio nomine ad manum dicuntur. Cicero libro tertio de Oratore Licinium seruum sibi Græchus habuit ad manum. Amanuenses eos Suetonius uocat, A memoria, ὁ δὲ τῶν μνημῶν τὸ βασιλείως, cuius officium est suggerere principi res obuendas, & in memoriam illius reuocare ex præscripto. A pedibus uocantur, quorum pedibus ad eundem utuntur, Cicero ad Atticum: Policem, seruum a pedibus. Et sciendum, A pedibus per omnes casus eadem terminatione dici. Recte enim interrogaueris: quid agunt a pedibus? intelligitur ibi, serui a pedibus: Misi a pedibus: Dedi a pedibus meis. Hi etiam Circumpedes uocantur. Vnde ait Agreus: Circumpedes sunt obsequia seruorum: Antipedes, amicorum. Cicero in Verr. Circumpedes homines formosos, & literatos. A pugione, dicitur, qui principis pugionem gestat, eique semper præsto est. Lampridius Commen. Libertinus, qui a pugione appellatus est. Multa sunt alia huiusmodi nomina. A punctis, qui præ est reditui aquariorum, ut est apud Frontinum libro secundo de aquæduc. A secreto, siue a secretis, qui est secretarius, particeps secretorum ὁ δὲ τῶν ἀπορήτων, Budæus: A secretis sunt, qui ab oie principis imperata recipiunt diplomatum subscribendorum, discidorum, quæ in consilio selecto decerni solent. A Voluptatibus, qui studium habet commiscendi uoluptatis, ad principem oblectandum. unde olim Xerxes edixit, se præmium daturum ei, qui nouum uoluptatis genus repperisset. Suet. in Tib. officium instituit a uoluptatibus, præposito equite Romano. A uel ab motum a loco significat ut, A uilla redco, ab agro, uel ab agris: Venio, ab urbe, ab Italia. Virgilius secundo Aeneid. Argiua phalanx instructis nauibus ibat A tenedo. Idem in primo, Maia genitum, demisit ab alto. Aliquando pro Contra ponitur. Virgilius in Melibœo: Teneras defendo a frigore myrthos. Cicero pro Fonteio, A quo periculo defendite iudices ciuem fortem. Quandoque pro per Plautus, in rud. Ab se cantat cæca sit, id est per se, ac suo unius testimoquio. Idem in Bach. Ad transcæca, id est, per

transennam. Quandoque pro Præter, siue Contra unde ab re, significat, præter, siue contra utilitatem, aut sine utilitate, ἀντι-
 ὄρον, cui contrarium est, Bre, id est ad utilitatem συνόρον. Scæ-
 pius autem usurpatur cum particula negatiua. Plaut. Ag. Haud ab
 re aucupis. Pli. libro 33. c. 8. Id quod notasse, haud ab re est. id est
 non inutile. Ab re, pro frustra, Plaut. Trin. Ab consulis. Ab re
 orate. Plaut. in Cap. Ab re ne quid ores, id est ne quid ores alie-
 num ab honestis moribus. Non ab re, Suet. in Augu. Non ab re
 fuerit, libtexere, id est non alieum a proposito. Lulius. Haud ab
 re duxi. A uel Ab, pro, quod pertinet ad Cice. pro Rab. quorum
 impunitas fuit non modo a iudicio, sed etiam a sermone. Idem ad
 Att. Sumus imparati cum a militibus, tum a pecunia. Idem de Ora.
 & ipse concuirit & cæteris silentium fuit. pro, quod ad iudicium,
 ad milites, ad pecuniam, ad ceteros pertinet. Pla. in Epid. A mor-
 bo ualui, ab animo æger fui, i. quod ad morbum, quod ad animū
 pertinet. Idem in Curcu. a me pudica est, pro, quod ad me actineæ
 Huc pertinent & hæc, Ab animo, perit, Ab re perit, Ab animo oc-
 ciosus, Ab ingenio improbus, Doleo ab animo, Doleo ab oculis
 & similia apud Plaut. ac Teren. accipiuntur et A uel Ab, pro uer-
 sus Plinius libro 33. Quod a sole fuit in ijs, melius, quam quod a
 terra: pro uersus solē: et uersus terrā. Idem l. 2. ca. 46. ab Oriente æ-
 quinoctial: Subfolanus, ab Oriente brumali Vulturinus. Dicitur
 et A parte pro eodem. Plinius libro 13. cap. 15. Laudatissimo a
 parte Aquilonis. A, uel ab præterea pro ablatiuo personæ, ele-
 ganter domicilium significat, ut, A iudice uenio, hoc est, a do-
 mo iudicis. Terentius in And. Vnde est? M. a uobis, id est a do-
 mo uestra. Ibidem: Mytis ab ea egreditur. Sic a me, a milite, a Gly-
 cerio, apud eundem. Ab eo, pro eius. Ter. in Eunu. Ab eo gratiam
 hanc inibo. ubi Donatus, Hæc est locutio, Gratiā ab eo inibo: p.
 Eius gratiam merebor. ab eo, amat, Terentius pro, Eius, poneret
 ut in And. Hæc animaduertenda ab eo, eo iniuria est. i. eius iniuria.
 Sunt & alie harum præpositionū significationes, cuiusmodi sunt,
 quæ sequuntur. Cæsar, a millibus pass. circiter duobus Roma-
 norum aduentum expectabant: Pro interuallo duum mill. pass.
 Idem. Positis castris a millibus passuum quindecim. Ab aliquo le-
 gare. Cic. pro Cluen. Itaque ex testamento legat grandē pecuniā
 a filio, a secundo hærede nihil legat. Subintellige tradendam. a le-
 none manu afferere, apud Plaut. in Persa. Hæc de significatione &
 usu harum præpositionum A, et Ab, et Abs, ceteris dictionibus
 appositurum. Composita uero scias separationem significare &
 priuationem: solumque A, cum m & u, consonante connecti, ut
 amoueo, amens, auello: Ab, cum, a, d, e, f, i, j, n, o, r, et u: ut, aba-
 ctor, abduco, abero, abfore, abiuo, ablatto, alnuo, aborior, ab-
 rogo, abundo (notantur aufero, & aufugio: in quibus b, euphonia
 causa mutatur in u,) & significat fere priuationem, ut ab similibus,
 non similibus. Nonnunquam separationem, ut in ablatto, aufugio.
 Ponitur interdum pro extra, ut abduco. Et pro contra, ut abu-
 sus, contra usum. Aliquando superflua est, ut apud Liuium: sup-
 plementum ab Roma abduxerat. Abs uero componitur cum c,
 q, r, ut abscondo, absque, abs fine. significat quoque retractionem
 in partem posteriorem, sicut in abtrahō. & aliquando priuatio-
 nem, ut in abstemius, quasi sine timore. Quin: & hoc sciendum,
 has præpositiones A, siue Ab, et Abs, non solum motum est loco,
 sed etiam a tempore significare: et, cum dico, Profectus ab Italia
 Basileam ueni, significo me iter incēpisse ab Italia. a, et ab, in-
 terdum pro, cum, declarantur, seruiuntque temporis significando,
 ut a paruo te noui, hoc est, cum adhuc paruus es. a, uero me
 nosti, cum adhuc essem puer, a pueris, siue a paruis una uiximus,
 cum adhuc essemus pueri. Sic dicimus, ab adolescentulo, a cunabu-
 lis, ab ineunabilis, ab ineunte adolescentia, ab initio ætatis,
 a prima ætate, a prima adolescentia, et a puero paruulo. Cice-
 ro secundo de Finibus Tua erga me, et erga philosophiam uo-
 luntate ab adolescentia suscepta. Idem pro Quintio. Nam quæ
 ab adolescentulo quæstum sibi instituisse sine impendio. Plaut.
 Pseud. Quid sapit? Ch. usque a cunabulis, id est ex quo esset ad-
 huc in cunabulis. Lulius libro 4. ab ineunabilis, imbutum odio
 Tarquiniarum. Plaut. Trinummo. ab ineunte adolescentia, tuis
 seruii seruitutem imperijs. Cice. ad Sulp. libr. 4. epist. 5. Terent.
 in Andr. Quæ incepta a paruis cum ætate accreuit simul. Cice.
 li. 4. epi. a prima ætate me omnis et ars, & doctrina liberalis, et
 maxime philosophia delectauit. Idem ad Lentu. epist. lib. 1. epist.
 9 Refero me ad mansuetiores musas, quæ me maxime, sicut iam
 a prima adolescentia delectarunt. Plaut. in Mer. Seruum una mit-
 tit, qui olim a puero paruulo mihi pædagogus fuerat. a, uel ab,
 pro per, Cic. li. 3. de legi. Cui ne reditus quidem ad bonos, salu-
 tem a bonis potuit afferre, id est per bonos. idem pro Milone. Ad
 de casus, adde incertis exitus pugnarum, Martemque commu-
 nem, qui sepe spoliantem iam, et exultantem euerit, et percute
 ab abiecto, id est per eum, qui abiectus est, et prostratus. a, uel ab,
 pro uersus. Cicero ad Brut. firmos omnino et duces habemus ab
 occidentē, et exercitus. a pro erga Cicerō pro Rosc. Ameri

præ est huic quæstioni uir, et contra audaciam fortissimus, et ab-
 innocentia clementissimus, id est erga innocentes.

- * AARON, Ααρων, proprium nomen apud Hebræos, Suid.
 * ABA, ἄβα, Xenophanis filia. Strabo lib. 14. Fuit etiam ciuitatis Pho-
 cidis. idem lib. 10. Est etiam mons Armeniæ, ex quo nasci Euphra-
 tem uult Plin. libr. 5. ca. 24.
 * ABACAENA, ἄβακυνα, oppidum Sicilia, Pro. Suid. Steph.
 ABACTI, ἀποδέγντες, dicebantur magistratus: qui coacti deposue-
 rant imperium. Festus.
 ABACTORES, ἐλατνοες, qui sint, quæ re in dictione Abigeus.
 ABACTVS, a, uim, ab abigo: ut, abacti greges. [Cacciatō.] furto, aut
 per uim abducti, Ci. 4. Verr. Greges nobilissimarum equarum
 abactos. Liu. 4. ab Urb. Prædæ abactæ hominum, pecorumque. Ad-
 ditur quandoque et ablatiuus, furto, Pli. li. 8. ca. 51. Compertum
 furto abactos, remeallē. Abacta nox, pro exacta. Vir. 8. Aen. Me-
 dio iam noctis abactæ Curriculo. Abactus, us, ui, uerbale, pro uio-
 lenta expulsiōne. Pli. in Paneg. abactus hospitium.
 ABACVLI, [Ital. Segni da far conti. detti ferlini, ò ragonati Gal. Gettons
 a conter. Hi. Contato para hazer uenta.] ἄβακλι, calculi erant, qui
 bus utebantur uetetes in disputatione, supputationeque numero-
 rum. Pli. l. 36. c. 26. calculi, quos quidam abaculos appellant.
 ABACVS, p. c. [Cassa da riponerui dentro i nasi, come di uetro, d'oro, d'argē-
 to, & simili. armario. Gal. Dresseoir ou buffet, banc ou siege. Hi. Apparadō
 de la plata ò uafos.] ἄβαξ, nos, in quo res deponuntur, est coquor-
 tum tabula, in qua receptacula eduliorū exponuntur: uel potius id
 ferriij genus est super quod argētea uasa exponi solent. Iuu. ur-
 ceoli sex, Ornamentum abaci. Ci. 6. Ver. Ab hoc iste abaci uasa
 oia abstulit. Est itē tabula calculatoria, in qua numeros, qui dele-
 ri subinde possunt, ducimus: item quæ depingendis designandisque
 apta est formis, ut in qua mathematici lineas suas & numeros et
 figuras deducunt. de quo Persius. Nec qui abaci numeros, et sectō
 in puluere metas. Scit risisse uasfer. De eodem et Apuleius in Ma-
 gica ueteres mensam Pythagoricam appellabant. Itē pro ipsa sup-
 putandi pericia ἀριθμητικὴ ponitur. Planities quoque ē marmore
 uel structura facta, ad sessum habilis, hoc nomine appellatur. Sūt
 præterea abaci columnarum ornamenta, hoc est, tabulæ quadræ,
 quæ superponuntur epistylis, de quibus Vitru. lib. 3. ca. 1.
 * ABACIA, Abax, ἄβαξ, oppidum in sinu Messeniaco: Ptol.
 * ABACIAE, πεν. pro. ἄβακίαι, populi quidam Arcadiæ. Plinius li.
 4. cap. 6.
 ABAGIŌ, [Proverbio] πορομοία, pro eo quo nos; una litera immutata,
 adagionem, dicimus. Varro li. 6. de lingua Latina:
 * ABALA, ἄβαλον, oppidum Troglodytarum. Pli. li. 6. c. 29.
 ABALIENO, nas, [Rimouere. Gal. Alienere, estranger. H. sp. En ageriar ò de-
 sappropriar.] ἀπαλλοτρίω, p. quod nostrum erat, alienum facere.
 Abalienationis duo genera ponit Cic. in Top. Hoc modo: Abalie-
 natio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut
 in iure cessio inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Quæ uerba ex-
 ponens Boethus inquit: Oēs, res quæ abalienari pnt, i. quæ a nro
 alterius transire dñium possunt, mancipi dictæ sunt. Mancipi res
 ueteres appellabāt quæ ita abalienabant, ut ea abalienatio. qua
 dā nexu fieret solēnitare. Cic. de lege Agræ. ut agros uetigales
 populi R. Abalienaret. Abalienari beneuolentiā dixit Ci. li. 2. de
 Ora. beneuolentiā cōciliat, abalienatq. ab ijs. Abalienare ali-
 quē a se alienū a se facere. Cice. Lent. fam. li. 1. Qui a senatu homi-
 nē clarissimū abalienauerunt. Quæ pro disūngerēt, & separare
 ponitur, Pla. in Cur. Nisi mois in eum animum abs te abaliena-
 uerit. Idem in Mil. crucior a uiro me tali abalienariet. Abaliena-
 re, & retinere contraria. Cicero ad Lent. lib. 1. Quanquam est in-
 credibilis hominum peruersitas, qui nos, quos fauendo in cōmu-
 nitatē caussa retinere potuerunt, inuidendo abalienarunt. Hinc abalie-
 natus: Ci. in Verr. Abalienati scelere istius reges amici simi.
 * ABALVS, insula in Oceano Germanico. Pli. li. 37. ca. 1.
 ABAMEVLANTES, abscedentes. Festus: ἀπερχόμενοι.
 ABAMITAS, p. c. foror abauī. ex li. 3. Institutionum.
 ABANA, p. c. fluius Damasci, qui in radicibus Libani exortus, in Sy-
 riacum effunditur mare.
 ABANEO, p. c. cingulum sacerdotale, sicut docet Hierony. polymita-
 tate ex arte cocco, purpura, hiacintoque contextum, ita ut flores
 atque gemmæ in eo uiderentur esse distinctæ.
 * ABANTES, ἄβατες, populi, quos Herod. libr. 1. inter Ionas ponit:
 Orph. uero argona. iuxta Pontum collocat.
 * ABANTIAS, ἄβατις, patronymicum, filia, uel neptis Atlantis,
 apud poetas pro Danae ponitur: uel pro Atlanta.
 * ABASTVM, medicorum instrumentum, terebellæ usum præbens.
 Col. li. 3. cap. 23.
 ABARIMON, Scythiæ regio, in qua siluestres & feri homines degūt,
 aduersis post crura plantis, maxima uelocitate. Pli. li. 7. cap. 3.
 * ABARREA, una Naiadum, Hom. liad 6.
 ABA, antis, ἄβα, αντος, p. et unum b. nomen Argiuorum, regis Lin-
 cæi ex Hipermestra coniuge filij hominis bellicosi, & accerrimi
 ingenij,

ingenii, & regnavit annis 23. ut inquit, Euse. Fuit item Troianus quidam nobilis, comes Aeneæ Virg.

ABATOS, p. c. [Luogo ove salire non si passa.] Latine inaccessus, ab *a* priuatiua, & *βατος*, id est, uado: unde loca, ad quæ non datur accessus, dicuntur, *ἀβατος*, Latini uocant inuia, siue auia. Quo nomine dicta est & insula in extremis Aegypti, in palude Memphitica posita: quod ad illam propter limi & papyrorum copiam difficillimus sit aditus. Lucan. lib. 10. Hinc Abaton, quam nostra collis ueneranda uetustas, Terra potens. Hoc nomine etiam uocatus est locus ultra Aegyptum & Aethiopiã, iuxta paludem, quam Stygem uocant.

ABAVYNCVLVS, abauix frater. ex li. 3. Institutionum.

ABAVVS, [Ilterzo auo.] ἀπαύσιος p. c. dicitur est pater proauis, p̄ non longe absit ab auo. Sic Abauia. ἀπαύσις, mater proauis. Cic. de Claris Ora. Duorum abauorum illiuit nomen.

ABAX, abacis, [Tabula. Gal. Dressoir ou buffet. Hisp. Aparador de uasos, è sobremensa de lo aparador.] ἀβας, idem est, quod Abacus, hoc est, mensa uel tabula, in qua aliquid deponitur, quales sunt mensæ quorundam, in qua disci, aliaque id genus exponuntur. Item tabula calculatoria, in qua leguntur numeros deletiles, & Mathematici lineas suas ducunt. Item tabula quadrata, quæ epistylis columnarum supponitur. Sicut præterea Abaces, uasæ quædam uiliora, in quibus pretiosiora reponuntur. Horum meminit Iacobus in l. h. xi. de Leg. 3. Cui Corinthia uasæ legata essent, huic abaces quoque eorum uasorum causa paratas, deberi Trebatius respondit. Labæ autem id non probat, si eas abaces uasorum numero testator habuit. Proculus uero recte ait, si ænequidem sint abaces, non autem Corinthia, non deberi. Hinc deducitur diminuti. Abacion ἀβασιον, idem significans quod Abaculus, id est, paruus Abax. Ammonius tñ ita distinguit, ut Abax sit mensæ genus in tricliniis, ubi uasæ ois generis exponi solent: Abacion uero tabula illa calculatoria, in qua uel numeros, uel lineas subinde deletiles ducimus.

* **ABAZEA**, p. p. dies festi quidam. Ci. 3. de Nat. Deo.

ABDERA, ἀβδερρα, p. p. uis Thraciæ, Democriti philosophi, & Protagoræ sophistæ patria: quam Diomedis soror condidit, & a se cognominauit. Ouidius Aut te deumneat ceris Abdera diebi. Quidam autem tunc dicit ab Abderto, Hercules delictis, a Diomedis equis dilacerato. cum pugnaret cum Hercule. Hæc postea col lapsa, Clazomene, a Clazomenis ex Asia uenientibus, qui eam amplius forma restituerunt, uocata est. Sciendum, ab Ephoro dici Abdera, numero plurali tantum. Est etiam Abdera nomen ciuitatis in Hispania.

* **ABDERITICVS**, adiect. ut mens abderitica id est, stupida. Cic. de Natu. Deor.

ABDERITAE, ἀβδερριται, populi Thraciæ, qui cū a muribus, ac ranis uexarent, coacti sunt natale solū relinquere, & alio migrare. Hos Cæsar sedib. in ultimis Macedoniæ partib. concessis, suscepit.

ABDICO, cas. [Prinere di hereditate. & disheredare. Ga. Deietter, deshaener, renouer pour enfant & le priner d' hereditage. Hisp. Empuxar a suera, eitar a suera, desheredar el hijo en la vida.] ἀβδικω, p. c. quasi longe dico. amoueo. Vnde Abdicare filium dicimus, bonis priuare, dum pater adhuc uiuit. Exhereditatio uero post mortem patris proprie fieri dicitur. Valla li. 5. Alii sic: Abdicat filium, qui priuat omni iure filii exhereditat filium, qui tantum submouet ab hereditate. itaque quisquis abdicatus est, idem est exhereditatus, non contra. Quint. lib. 7. ca. 7. Abdicationum formæ sunt duæ, altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor: altera imperfecti, uelut pendentis, & adhuc in conditione positi: quales sunt, in quibus abdicatur filius, quia non pareat patri. Et Abdicare est renuntiare quod pertinet ad magistratum. Dicimus autem, Abdicare magistratu quempiam, pro deponere magistratum: Id quod etiã, Abrogare alicui magistratum, dicitur. Cicero 2. de Natu. De. Augures rē ad senatum: senatus, ut abdicarent: consules abdicauerunt. Et Abdicare se magistratu. Liu. lib. 2. Abdicauit se consulu tu. Cef. 3. bel. ciu. Dictatura se abdicat. Cic. in Cati. Cum se prætura abd. casset Abdicare se tutela, libertate: pro deponere. Ci. At ti. li. 6. tutela cog. to me abdicare. Id m. Eo die non modo consulu tu, si de etiam libertate te abdicat. Abdicare aliquid. Pl. li. 2. ca. 3. Democritus raptu n abdicauit hoc est, omnino ex ciborum usu sinit, Græce ἄβδικοι, ἀβδικω, Idem libro 33. cap. 1. Vitam posse rē uita abdicari. Item repudiare Terentius Recusat nuptias, generam ab licat. Abdicare item in alio genere loquendi, pro rentere Plin. libro 15. capit. 20. Laurentius abd. cat. ignes crepuit Abdicatio: quæ opponitur adoptioni. Pl. li. 7. cap. 45. Abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem Abdicatio magistratus, cum magistratus ple. deponitur. Liu. lib. 6. Amouus abdicatione dictaturæ rator.

ABDICO, cis, p. p. cum. [Lasciar da parte Gal. Rejetter, jetter en arriere. Hisp. Echar atras, o al traues.] reijctio. augurale uerbum. Cic. li. 1. de Di. Cū in quatuor partes uineam diuisisset, tresque partes aues abduxissent, quarta parte in regiones distributa, mirabili ma-

gnitudine uam inuenit.

ABDITIVVS, a, um, p. p. a participio abditus: nunc, ut opinor, obsole tum. Eestus: Abditui, abortiui.

ABDO, mis, didi, ditum. [Nascondere Gal. Chacher, muffer, retirer. Hisp. A sconder.] ἀβδο, ex ab & do, significat abscondo, occulto, habet autem uarium usum, & constructionem. Abdere aliquid. Plau. in Trinum. scapulis stuititram abde. Abdere te aliquo; est, latendi gratia in aliquem locum recipere, & fere cum accusatiuo, & præpositione in, constructum. Cicero Curio. libro 7. fam. Abdome in bibliothecam. Idem Planco. libro. 13. fam. Abdidit se in intinam Macedoniam. Quandoque nullo expresso loco, ut in illo Virg. 2. Aon de Helena. Abdidit sese, atque aris inuisa se debat. Abdere intra, uel sub, cum accusatiuo. Liu. 2. Abditto intra uestem ferro. Cice. 2. Tusc. Audisne hæc Amphiare: sub terram abditte? Abdere se in tectis. Liu. primo. Se in suis quisque tectis abdiderunt. Abdere sub, cum ablatiuo. Liu. 1. Cultrum sub ueste abditum habebat. Aliquando subauditur in, præpositio. Vir. 3. Georg. Abde domo. ubi Seruius, Abde domo, in domo nam si aduebialiter uellet loqui, domi diceret. Abdere se ex Plautus, in Pleu. Ex conspectu heri sui si se abdiderunt, luxuriantur, hoc est, latenter se amouerunt. Abdere se literis, & in literas, Cicero pro Archia, si qui ita se literis abdiderunt, hoc est, ita se, studendo, penitus ab hominum conspectu atque frequentia remouerunt. Est autem, literis, datiuus. Idem libro septimo. fam. Me totum in litteras abdere. Abdor, passi, condor, occultor, Pl. li. 9. ca. 8. Ab duntur circa Canis ortum. Hinc abditus particip. & abditæ aduer bium. Ci. 4. in Verr.

ABDOMEN, p. p. [Il grassio, ouer sorgia de gli animali. Ga. Celle part du uē tre qui est uers le nonbril iusques aux cimes sour celle peau qui communement est grasse, & improprement signifie grasse. Hisp. la uita de la exordia de animal, como de los puercos.] ἄβδον, pinguedino, quæ spina ad hæret, & in qua renes latent, dictum, quod abditum sit. Luue. Mō tani quoque uenter adest abdomine tardus. Celf. li. 4. cap. 1. ab illis ab pube abdomen sursum uersus ad præcordia peruenit: τὸ τῶνος, autem a Græcis nominatur. Pl. lib. 1. ca. 37. Porcæ summi antiqui abdomen uocabant, translate ponitur pro gula uentio. Cice. pro Sextio Manebat insaturabile abdomen: copia deficiebant. Sic latine dicas, abdomini indulgere, abdomini inferuire abdomini operam dare, abdomini natus, id est uentri, & gula, Cicero in Pis. Ille gurgis, atque heluo natus abdomini suo, non laudat, atque gloriae abdominis uoluptates, idem in Piso. Solet in disputationibus suis oculorum, & aurium delectationi abdominis uoluntates anteferre.

ABDUO, cis, p. p. [Togliere per forza] ἀβδω, a loco ducto. Abducimus aliquem, cum eum alicunde nobiscum ducimus, cui contrariū est adducere, & quemadmodum de pecoribus Abigere dicitur, ita de hominibus Abducere. Abducimus autem sine ui, aut per uim; Sme ui, Terentius in Eunuc. Me conuiuium solum abducebat sibi. Cicero secundo de Fin. Maiores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, per uim. Cic. quinto Verr. Omne instrumentum diripiunt; familiam abduxerunt. Idem 7. Verr. Naue ab prædatoribus, abducta. Ter. in Ad. Me inuito abduxit meam, Abducere ui, aut per uim. Ci. 5. Verr. Tertium Ildori mimi filiam, ui abductam a Rhodio milite. Liu. 2. Consulibus negotio dato, ut collegam per uim, si aliter non possent, de foro abducerent. Abducere in aliquem locum. Ter. in Adel. Credo abductum in galneum aliquo. Abducere in seruitutem. Cæ. primo bel. Gal. agri uastari, liberi eorum in seruitutem abducti, oppida expugnari, abducere, pro auertere, auocare, remouere, Cicero quinto de Fin. Democritus dicitur oculis se priuasse, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur. Abducere quempiam fide, pro renouare a fide præstanda, Cicero pro Flac. Flaccum sibi dare cupisse: ut fide se abducere, sceleratum millic. Subaudienda est præpositio a. Abducere aliquid, pro, auferre, Plautus in Truc. Quid si de uestro quid orem abducere? Idem in Cur. clauem abduxit. Abduce, pro adduc, dixit Terentius in Adel. Hunc abduce. Abducere pro ablatiare, & dicitur abducere a testibus, abducere animū a cogitationibus, abducere animum a sollicitudine. abducere se ab angoribus, & molestiis abducere ab institutis, abducere equitatum ab aliquo ad se, abducere uxorem a uiro, & abducere a meretricio quaestu. Cicero pro Cæl. equidem uos abducam a testibus Idē 5. de Fin. Certe ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur. Idem li. 4. Epi. Animum tamen a sollicitudine abduceret Idē Lucio li. 3. epi. Idē in Verrē 10. Veruntamen abducuntur hoies nonnunquã et ab institutis suis magnitudine pecuniarum. Idē 11. Phil. Brutus legiones conscripsit nouas, excepit ueteres, equitatu ab se abduxit Dolabellæ. Idē pro Flacco, Vxorem abduxit Decianus ab Amyra pregnatæ, quæ peperit, apud Decianum filiam. Et idem 2. Phi. Sed cito. Curio interuenit, qui meretricio quaestu abduxit. Dicitur etiam abduci ad Officio. 1. deserere officium Ci. de Ami.

ABECEDARIUS, [Ordine di alphabeto.] qui per alphabetum aliquid orinat. August. in psalmodum ex pol. diligenter factum est, quā n ottri, uel Latine, uel Punice quos abecedarios uocant, psalmos facere consueuerunt. Bud. Pand. C. celi. 14. ca. 28.

ABEDO, is, uel abedo abes, idem quod exedo. Tacit. li. 15.

ABELLA, æ, oppidum Campaniæ, Ptol. & Virg. 7.

ABELINAE, [Noiote.] p. p. dictæ sunt Auellanae, ab Abellino Campaniæ oppido, ubi abundat.

ABEMO, [Folgo.] compositum ab ab, & emo: significat quasi adimo. Plau. Abemito uissem. Fest. Abemito significat demito, uel auferre: emere enim dicebant antiqui pro accipere.

ABEO, is, iui, uel ij, tum, discedo. [Partire, andare. Gal. S'en aller, se partir. Hisp. Ir à lugar.] ἀπέχομαι. Liui. lib. 1. Hæc locutus, sublimis abiit. Et Abire de tempore, Teren. in And. Menses abierunt decem: id est, effluerunt. Et abi dicimus, quasi moranti. Idem: Vos ihæc intro auferte, abite. Et pro præterire, Teren. Andr. Mirabari hoc si sic abiret. Abijt fides, dixit Liui. 3. Quia, Aequos mouere sua sponte arma posse, iam fides abierit, id est, desit credi, & esse uel simile, Memoria Idem r. quorum, uetustate, memoria abiit. Abiit nausea, Cicero ad Att. li. decimo quarto. Nausea iam plane abiit, id est, cessauit, Abijt pretium Pli. Iun. lib. 3. ut reditus agrorum, sic pretij retro abiit, pro imminutum est. Sic Abit sol, spes, tempus. Plau. in Merc. sol abiit, id est, decedit. Luca. li. 3. Spes uictis uelluris abiit, hoc est, perit, effluit. Cic. Abijt illud tempus. Idem, r. la mea, quæ solebas antea laudare, abierunt, pro, præteritum. Abire ab re aliqua. Cicero quarto, A cadem. abeo a sensibus, hoc est, desino de sensibus dicere. Abire ab emptione, dixit Paulus iure consultus, id est, discedere a priore contractu. Abire ab iure. Cicero. De suis bonis ita dat, ut ab iure non abeat. id est, ab iure non discedat. Abire est medio, è uita, ex matrimonio Terentius. in Phormio. Ea mortem obiit. E medio abiit. Cicero primo Tuscu. Cato è uita abiit. Plautus in Mil. ex hoc matrimonio abierim, id est, matrimonium hoc reliquerim. Abire magistratu, consulu, & c. pro deponere magistratum, consuluatum. Liuius quarto Properantia abire magistratu. Abire incepto, incepto desiderare. Laurus quarto bel. Pun. Tenuit, ne incepto abiretur. Abire in rem aliquam, pro, mutari, Pli. lib. 24. c. 9. Salicis fructus ante maturitatem in arenam abiit. Idem li. 31. ca. 7. Totum stagnum in saleem abiit. Cato de re. rust. capitu. sexto. In radices uires oleæ abibit. Abire in malam crucem locutio imprecandi, ab antiquis uisitata. Terentius in And. Abihine in malam crucem. Abire in diem, Teren. in Phor. Præsens quod fuerat malum in diem abiit, hoc est, in aliud tempus dilatum est. Abire in ora hominum, Liuius secundo ab Vrbe, ne in ora hominum pro ludibrio abiret. id est, ne in ludibrium ueniret. Abire in sumptus. Cicero ad Atti. libro undecimo, in quos sumptus abeunt fructus prædiorum? Abire sub iugum. Liuius tertio, ab Vrbe, ut exprimeretur tandem confesso, subactam domitamque esse gentem, sub iugum abiturus. Dixit & Pli. li. 3. c. 24. Abijt oppidum in uillas. Abire uiam figurate dicitur. Plau. Rud. Abijt tacitus uiam tuam. Abire in uulnus. Liui. 2. ab Vrbe, Telo extracto, præcepit Fabius in uulnus abijt: id est, pronus cecidit in uulnus. Abi, ut ait Donatus, est uerbum blandentis: nam sic dicunt, qui iam composites sunt uictorum omnium Teren. in Adel. Abi, uirum te iudico. Abibitur, impersonale. Plau. in Mer. Me hinc abire uisabitur. Hinc Abitus, & Abitio, pro discessu. Teren. in Hea. Propter eam hæc abitio uenit.

ABERCEO, ces, [Vietare prohibere.] ἀπέργω, ex ab & arceo, phibeo Plau. eam abereet domo.

ABERRO, cas, [Andare errando, uagare. Gal. S'esgarer, se desuoier, se foruoter. Hisp. Desuiarse.] ἀφαιματόω, erro, digredior. Ci. lib. 5. Tusc. Redeat unde aberrauit oratio. Aberrare in melius, dixit Pli. Iun. li. 4. artificem, ne in melius quidem finas aberrare. id est, ab illo exemplari discedere etiam, si melius facturus sit. Inde Aberratio, discessio. Cice. Cassio aliam aberrationem a molestijs non habemus. & dicitur aberrare a miseria Cicero ad At. decimo secundo. Nullis enim alio modo a miseria quasi aberrare possum, id est a miseria cogitationem auertere, & aberrare proposito, & a proposito. Idem secundo. Tusc. Sed te de eternitate dicentem aberrare proposito facile patiebar. aberrare etiam a communi utilitate, Idem pro Ligatio. Vrinisque cupientibus Rempu. saluam, sed partim consilijs, partim studijs a communi utilitate aberrantibus.

ABESAMIS, Syrtis oppidum Pli. li. 28. ca. 6.

ABESTE, oppidum, Pli. li. 6. ca. 23.

ABFORE, p. c. [Dovere allontanarsi.] ἀπέσσει, abfuturum. Virg. 8. Aem. Nihil abfore credunt, Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant.

ABGREGO, gas, p. c. [Sciogliere.] ἀφαιζω, grege duco.

ABHINC, ε, δ, ν, π, τ, ο, ν, ἴ, ν, ὄ, γ, ο, ἴ, abhinc triennium triennio ante [Grazie tre anni.] Ter. in And. Mulier quædam abhinc triennium. Ex

Andro commigravit huic uicini. Et eam ablatiuo. Cic. ad Att. li. 12. abhinc annis amplius xxv.

ABHORREO, res, rui, [Abhorrire, odiare. Gal. Avoir en horreur & de daing. Hisp. aborrecer.] ἀποστρέφω, modo accusatiuo, modo ablatiuo iungitur. Sue. de Aug. plurimos atque distortos, uel ludibria natura, malique omnis, abhorruit. Liuius quarto ab Vrbe. parum abhorrens famam. Cum ablatiuo. Terentius in Hecy. abhorre re animam huic uideo a nuptijs. Cice. pro Clu. Se ab his nuptijs abhorre re respondit. Additur interdum nomen adiectiuum participiale. Ci. ad Att. l. 14. A ducenda uxore abhorret. Sciendum tamen, quam accusatiuo iungitur, in simili fere significacione sumi, qua horreo; tunc enim quasi rem proximam audire uel aspicere primescimus, execramurque; cū uero ablatiuo, tunc peul nos esse ab eo, quod nō placet, demōstramus ut si dixerō, hanc rem abhorreo, significat execror, & pati nequeo: abhorreo ab hac re. i. alienus sum, Cice. pro Cluen. hoc uerbo usus est absolute, cū inquit, Nemo illum conuiuio dignum iudicabat, omnes aspernabatur, omnes abhorrebant.

ABHORRESCO, [Improuire.] ἐπιλέγωμαι, ualde timeo. Lactantius de Ira, Quem terra contremisit, cælumque, & mare, & latebræ. Tartaræ, & dæmones abhorrescunt.

ABIEGNVS, a, um, [Lauorio di abete.] ἐλάτινος, quod est ex abiete, ut, Abiegnæ menfæ, Col. li. 12. ca. 43. abiegnæ scobe uirides uuas custodiunt. Et abiegnæ trabes, apud Cic. ex uetere poeta.

ABIES, etis, [Abete.] ἵπ. carbor, dicta quod præ cæteris arboribus longerrata, quidam Gallicam uocant, propter cædorem. Hæc arbor pulcherrima in trahibus, ut inquit Pli. li. 6. Abies etiam in transuersum posita renititur ponderi, nec temere rumpitur. Idem li. 16. capi. decimo. Abies e cunctis amplissima est, & femina etiam prolixior & capit. 47. Abietis pars inferior enodis est, & lapinus uocatur superior nodosa duriorque superna. Diminutiuum est Abiecula. Græce dicitur ἐλάτη, forsitan ab ἐλάω, impello, produco.

ABIETARIVS, [Il legnaiuolo. Gal. Charpentier. Hisp. Carpintero.] faber lignarius, ab abietibus: ut apud Exodum: Faciatur opera abietarij. Hi & materiarj dicuntur, a materia τέκνονος, cuius nomine ligna, quæ ad ædificandum, folciendumque necessaria sunt, intelligenda esse declarat iure cōsultus. Festus pro denominatiuo ulur pat, inquires: Abietaria negotia dicebantur, quam nunc materiā dicimus, ab abietibus emendis.

ABIGA, æ, [iua muscata.] sæm. ge. p. c. ab abigendo partu sic uocata. alio nomine Chamæpitys (χαμαιπυτις) ea est herba, quam uulgus herbariorū iuam appellat, cognomento muscatam. Testis Ruellius. Pli. lib. 24. ca. 6. Chamæpitys, latine Abiga uocatur propter abortus.

ABIGERVS, tus. crimen abactionis Marc. li. 47. Digest. Abigeratus, crimen publici iudicij non est, quia furtum magis est.

ABIGENA, bos. Varro. de lin. lat. lib. 6.

ABIGEVVS, & abactor, [Rabatore da grege. Gal. Larron ordinarie de bestial. Hisp. Hurtador de ganado.] ἐλαττήρα, βωόνχ, (Home uocat) utrunque ab abigo. & est Abactor, quicunque greges abducit, nam Abactores uocantur pecorum animalium fures, latrunculi uel abigæ, autem ut auctor est Vlpianus, proprie dicuntur, qui pecora de pascuis, uel ex armentis subtrahunt, quodam modo deprædantur. Scribit & Claudius: Quantitas discernit furem ab abigeo, qui enim unam suam furrupient, ut fur coercebatur: qui gregem, ut abigeus.

ABIGO, gis, pen. co. [Menar uia grege. Gal. Chasser les bestes. Hisp. Apartar ganado hurtado, d'execer.] ἀπελαίω, ex ab, & ago, a loco fugo, deterreo, ἀσείρω, ut abegi cines a cornaculo, & aues a legite, & muscas a facie, Cicero de Orat. libro secundo. Puer abige muscas. Mart. libro decimo, abigatque moto noxias aues panno. Transfertur & ad res incorporeas: ut, abigere fastidium, lassitudinem expellere Pli. libro duodecimo capitu. 17. Ityrace in agri odore abigentes suorum fastidium. Plau. in Merc. abige abs te lassitudinē. Quædoque est abducere, Liuius, Herculem in ea loca boues mira specie abegisse ferunt. Refertur quandoque ad homines, quandoque ad res spirituales. Plautus: abigom ego illum adueniētē ab adibus. Idem: Amoui a foribus maximam molestiam. Quandoque significat ante pellerē, ut cum boues ad pascua mittuntur. Var. l. 2. de re rust. Greges ouium abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum. Abigere partum: uel per abortionem expellere, Cicero pro Clu. partum sibi ipsa medicamentis abegerat. Pli. libro 14. capit. 18. Col. libro 6. ca. 27. Hæc incommoda scetum abigunt.

ABICIO, cis, p. c. [Gitar da lontano. Gal. jetter par de daing ou sacherie Hisp. Abatir d'hechar de si.] ἀποβάλλω, & per geminum i, quia mutatur a, in i, quæ tamen in præterito conuertitur in e. Est autem Abijcere, proijcere Valerius Maximus libro primo: abijci eos in mare iussit. Abijcere se aliquo. Cic. li. 1. de Ora. ut se abijcere in herbam. Pli. li. 21. ca. 13. abijciunt se humi. Abijcere, se, pro, par

Abiimare Cicero in Parad. Sic te ipse abicies, atque proster-
nes, ut nihil inter te, atque quadrupedem aliquid putes interese?
Aliquando ex desperatione. Cice. i. Fusc. e muto se in mare abi-
ecisse. Abijcere se alteri ad pedes, Cicero ad Att. libro octavo
cui tali in re libenter me ad pedes abiecissim. Idem eidem: se ad
generi pedes abieci. Abijcere se supplicem. Cicero pro Mil. E-
go me plurimis pro te supplicem abieci. Transferretur etiam ad a-
nimum, pro, amouere aut, Abijcere curam, Plautus in Pse. Curas
malas abijcite. Cicero Pato libro nono. Famil. caue existimes,
me abiecisse curam reip. Abijcere memoriam doloris, Cicero
primo. Phi. Abijcere fociordiam. Pla. in Afin. Abijcere amorem a-
licuius. Cic. Phil. secundo. Abijcere animum; pro animum deijcere,
ac penè desperare, unde Abiectus animus. sic abijcere spem.
Cicero in Ver. Abijcere auctoritatem, pro uilem abiectamque
reddere. Cicero ad Att. libro primo senatus auctoritatem ab-
iecit. Hinc abiectus, a, um, particip. Ci. ad Att. Abiecta toga. Sic,
abiectis armis, apud Hirtium de bel. Afr. li. 5. Cic. i. Offi. Abie-
cta omni cunctatione adipiscendi magistratus. Hoc est omiffa.
Abiectus, abieciior, abiectissimus, nomen ex participio, humilis,
minimi pretij. Cicero, & alij. Abiecte aduerbium, contempnim,
& abiecto animo. Cicero secundo. Tusc. prouidendum, ne quid
abiecto faciamus. Hinc Abiectio uerbale, ut, animi abiectio, quasi
desectio, & pene desperatio. Cic. in Piso. debilitatio atque abie-
ctio animi tui.

* ABILA, p. c. oppidi nomen, Pli. & Steph.

ABINTEGRO, pen. naturaliter c. [Di nouo. Gal. Derechef. Hisp. Denuo-
no ò desecomienzo.] ἐκ δὲ τέρη, significat denuo, quasi res perfecta
rursus inchoetur. Virg. l. 4. Ecl. Magnas ab integro seculorum
nascitur ordo. Cicero in Ver. Vtrum existimatis nimis operis
esse, unam columnam efficere ab integro nouam, an quattuor
reponere?

AINTESTATO, aduer. [Senza testamento] ἀδιδέστος, sine testamen-
to μὴ διαθέστος, Afranius. lib. 29. Digest. Quicumque abintesta-
to successerit.

* ABIS, flumen in danubium influens.

* ABISAMA, oppidum Arabie. Ptol.

* ABISYNES, populi Alpini. Pli. li. 3. ca. 2.

ABIUDICO, cas. p. c. [Togliere uia per iudicio. Gal. Oster par jugement.
Hisp. Quitar alguna cosa por sententia.] ἀβιδικάζω, rem, de qua con-
trouersia est, per iudicium aufero, alieno ue. Vnde ager abiudica-
tus a Lulio dictus, quem Romani per iniquum iudicium interce-
perant. Cice. i. Verr. 2. Nulli res cuiquam tam patria, atque auita
fuit, quæ non imperio istius abiudicaretur. Abiudicare etiam re-
pudiare significat. Cicero de Ora. libro 2. id totum abiudico, at-
que reijcio.

ABIUGO, gas. p. c. ἀβιυγίζω, proprie a iugo alieno: ut, Abiugare bo-
uem, & de homine, & per translationem. Pacuuius: Quæ res te ab
stibus abiugat; contrarium est Adiugum.

ABIUNGO, gis. [Separare.] ἀβιυνγιζω, separo. Vir. li. 3. Ge. Moeren-
tem abiungens fraterna morte iuuenem. Cicero ad Atti. Quod
se ab hoc iudiciali dicendi genere abiunxerit. Plautus in Mil.
quando aspicio hunc, lacrymor, qui abiungitur. Contrarium
Adiungo.

ABIURASSO, antiquum uerbum, pro abiuro. Plau. in Pers. Nec me-
rui, quibus credidit hodie, nequis abiurassit mihi.

ABIURO, gas, [Negare consagramenti] p. p. ἀβιυρώ, rem, de qua creditur
periuo nego, ait Seruius Pla. in Cure. & abiurant, si quid credi-
tum est. Virg. li. 8. Abstraxit que boues, abiurataque rapina.

ABLAQUEO, eas, [Slogare. Gal. Dechasser un arbre ou plante. Hisp. Escar-
uar ò alimpijar los arboles.] a laqueis expedio, sed utimur frequētius
pro eo, cum circum arbores fodimus terram, ut magis fructificet.
Col. li. 3. Vineæ uetus ablaqueanda non est, ne radices inarescant.
Palladius: ablaqueanda. uites. Ablaqueari, passiuum. Pli. li. 6. ca.
27. Quæ sub irantur, aut quæ Ablaqueantur, celeriora neglectis.
Ablaqueatio, ipse actus ablaqueandi. Pli. li. 12. c. 15. Myrrha gau-
det raris, & ablaqueationibus.

ABLATIVVS calus grammaticis dicitur, qui sextus est casus apud La-
tinos. Quandoque pro geniuo ponitur. Virg. Illa ferax oleo est.
Quandoque pro datiuo. Cic. honesta bonis uiris, non occulta, cer-
nuntur, id est a bonis uiris. Et pro accusatiuo: ut Gracior est pul-
chro ueniens in corpore uirtus. Priscianus in fine li. 5. & Val. lib.
2. cap. 1. & 6.

* ABLECTAE ædes apud Plautum Mofte, dicuntur mitidæ, &
ornate.

ABLEGMINA, partes erant, extorum, quæ dijs immolabantur.
Fest.

ABLEGO, gas, [Mandar in qualche luogo. Gal. Se de faire & depecher
de quelque chose, enuoier quelqu'un. Hisp. Embiar alguno de algun lugar.] p.
produ ἀβιλεγω, aliquo mitto. Liu. lib. 1. Pueros uenatum able-
gavit. Dicitur & de animalibus. Colum. li. 7. cum ablegabuntur,
in ea loca perducenda erunt.

* ABLEGATIO, onis, ἀβιλεγω. Ci. i. de leg.

* ABLETI, populi uicini Pergamo. Stral. i. 3.

ABLIGVRIORIS, pen. cor. [Consumare.] καταλιχθῆσθαι, Teren. in Eu-
nuc. Patria abligurierat, bonaid est suauibus elcis consumpserat
Donar.

ABLOCO, as, are, p. c. [Assitare, dare affito.] idem quod locare. Suet
in Vitell. domum in reliquam partem anni ablocauit.

ABLUDO, [Effer dissimile.] Horat. 2. Serm. Hæc a te non multum ab-
ludit imago, id est, hoc exemplum non multum dissimile est, tuis
moribus.

ABLULO, luis, [Lauare.] ἀβιλυλλω, uide lauo Abluere somnia quid sit
Vide Cœlium, Lect. ant. li. 14. cap. 49. Ablutio, uerbale. Ma. Sat. li.
3. ca. i. Corporis ablutione purgari.

ABLUVIUM, [Diluuio.] καταλισμός, uniuersalis inundatio. Gell.
lib. 16. ca. 7.

ABMATERERA, p. c. soror abauia. ex tertio li. Institui.

ABMITTO, [Mandare.] uerbum rarissimum, idem quod mitto. Pla.
in Trucul. Dic, ob hæc dona quæ abmiserit, me illum amare plu-
rimum.

ABNEGO, as, are, [Far morire.] idem quod necare. Pla. in Truc.

ABNEGO, gas, p. c. [Denegare. Gal. Denier, renier, refuser. Hisp. Negar he-
chando sobre si maldiciones.] ἀπαρνεύομαι, maxime nego, quod maxi-
me profiteri debeo, quod uulgo renegare dicimus. Lactan. li-
bro sexto. Qui communem omnium patrem Deum, tanquam re-
belles, liberi, abnegassent. Abnegare proprie est denegare. Col. li.
10. Ingeniumq. loci, uel Iuppiter abnegat imbrem. Abnegamus
AMABO, [Di gratia,] *ἄσπρος θεῶν*, interiectio blandientis, comicis ualde familiaris. Plaut. Noli, amabo, uerberare lapidem. Quidam exponunt, gratum erit. Gell. lib. 11. Amabo mi fili, quiescas. Sæpe etiam habet adiunctum accusatiuum. Cic. ad Attic. Cura amabo te, Ciceronem nostrum.

* **AMADOCAS**, orum, montes in Sarmatia. Ptol.

AMALACHIVM, a Scythis appellatur Oceani Septemtrionalis portio, quam nos Mare congelatum dicimus. Pli. li. 4. cap. 13.

AMALTHEA, p. p. *ἀμαλθη*, nomē nutricis Iouis, quæ capro lacte, ac melle infantē pauisse fertur. Est & nomē sibyllæ apud Tibullû.

* **AMANA**, ciuitas Mediæ. Ptol.

AMANDATIO, onis, [Separatione,] Cic. pro Ros. Hæc uita rusticana, relegatio, atque amandatio appellabitur.

AMANDATVS, a, um, [Separato,] Gell. li. 12. ca. 1. Amandati ad nutricem aliam filij.

AMANDOSAS, [Mandare altroue. Gal. Enuoyer hors de chez soy. Hisp. Embiar def.] alio mando, aliquo mitto, ut a nobis amoueamus, *ἀποστέλλω*, Cic. pro Ros. Amandauerat hûc sic, ut esset in agro.

* **AMANDES**, dicuntur Aman montis angustiz. Ptol.

AMANS, [Amante, innamorato. Gal. Aimant, amoureux. Hisp. El que ama, amador.] participium, *ἐκων*, ἢ *ῥέουσα*, qui, uel quæ amat. Cic. Nihil difficile amanti: amo autē, & semper amari studia, & mores tuos, Cum genituo constructum transit in nomen, ut Amans quietis. Interdum substantiue accipitur in eadem significatione, quæ amator. Oui. 1. de Arte: Palleat omnis amans.

AMANDRA, regio ad Indum fluium, i quattuor diuisa populos. Peu colaitas, Arsalgalitas, Geretas, & Afoos. Auctor Pli. li. 6. cap. 20.

AMANI PORTÆ, *ἀμανίδες πύλαι*, dicuntur angustiz Aman montis, in quas ille definit a Tauro discedens. uide Strab. li. 14.

AMANOIDES, *ἀμανοειδής*, Ciliciæ promontiorum, Pomponio: dictæ quod effigiem Aman circumnauigantibus exhibet. Herm.

AMANGER, [Amoreuolente] aduer. beneuole, uel cû amore, *φιλικῶς*. Plin. in epi. Nos & amanter, & modeste complectebatur.

AMANTHES, populi in Africa, Troglodytis proximi, apud quos tuni salis, tum carbuncolorum, gemmarumque copia est. Solinus.

AMANTINI, *ἀμαντινοί*, Ptolemæo, Amantes. Pli. populi sunt Pannoniæ inferioris, quæ hodie Ungaria dicitur.

AMANTIA, *ἀμαντία*, ciuitas Macedoniæ, Ptol.

AMANVENSES, [Serui ches adoprano a scriuere, Gal. Cleres qui seruent à escrire secretaires. Hisp. Los que escriuen lo que otro dixen.] *ὑπογραφεῖς*, sunt serui qui & A manu dicuntur, quorum opera, & manu in scribendo utimur.

AMANVS, *ἀμανον*, Ste. p. p. pars Tauri montis, quæ Syria a Cilicia diuiditur. Stral. 11. Cic. Att. Amanus a Syria Ciliciam disjungit.

AMARACINVM, pæn. cor. *ἀμαράκινον*, siue sampsuchiû, oleû, seu unguentum, quod fit ex amaraco, ad exalfaciendos, emolliendosq. neruos, ut Pli. scribit li. 21. Lucr. Posteq. superbos ungit amaracino. Et iterû: Sicut amaracini blandum, ita cæq. liquorem. Huius unguetû nobilissimus odor locum fecit puerbio: Nihil eû amaracino sui quod Aul. Gel. extremo lucubratorum suarû capite eleganter totquet in quosdâ ingenio pinguiore homines, qui elegãtiores litteras, quas non assequuntur, miro supercilio contemunt.

AMARANTHVS, *ἀμαρανθος*, herba spicam uerius habens, quam florem, eamque purpureâ, ab immortalitate nomen trahens. unde, Immortales amaranthi: nû quâ enim marcescit. Fitque ab a priuatiua particula, & *μαραίνωμαι*, siccor, tabesco: Plin. li. 21. cap. 8. Amarantho uincimur.

- AMARANTHI**, ἀμαρανθοί, populi iter Colchos, apud quos Phasis fluvius oritur: unde & Amarantia a quibusdam appellatur. Steph.
- AMARBI**, populi Scythiæ, Hircanis proximi: quorum meminit Pl. l. 6. c. 13. Str. l. 11. Amardos uocat.
- AMARĒ**, [Amare.] εὐελν maioris uis est, quam diligere. Ci. Dolabelæ. Tantum ad amorem accessit, ut mihi nunc amare uidear, antea dilexisse. Item ad filium: Vt scires eū non a me diligi solum, uerū etiam amari. Quod si Amo absolūtē ponatur, capitur pro amore captus sum. Plau. Amat filius. Hinc Adamo, Deamo, Redamo, p. c. Sic & Peramo, ad finem amo.
- AMARESCERE**, [Diuenir amaro] amarum fieri, ἀμαρύνειν. Palladius: Amygdalus, si rodatur, amarescit.
- AMARITIES**, ei, [Amaritudine.] amaror: per translationē accipitur pro sollicitudine. Catu. Quæ dulcem curis miscet amaritiam.
- AMARITUDO**, & Amaror, [Amaritudine. Gal. Amertume. Hisp. Amargura.] significant insanitatem, & asperitatem illam, quam Græci πικρία, uocant: cum scilicet lingua adeo detegitur, ut et exasperetur. huiusmodi enim sapores amaros uocari, docet Plato in Timæo, & post eum Galen. lib. 1. de facul. simp. medi. Vir. 2. Ge. Ora Tristitia tantum sensu torquebit amaror. Pl. l. 1. c. 37. Tantam habent amaritudinem, ut a canib. non attingantur.
- AMARULENTVS**, [Amaro.] ualde amarus, πικρός, ut, Succus amarulentus. Per metaphoram ponitur pro inuidio, aut maleuolo. Gell.
- AMARVS**, a, um, [Amaro. Gal. Amer. Hisp. Amargo.] πικρός, contrarium est dulci. Virg. 1. ecl. Salices carpētis amaras. Translate pro asperio. Virg. 1. 1. Hostis amare quid increpitās? Cic. Att. Amariorem me fecit senectus.
- AMARVSIA**, ἀμαρυσία, Dianæ cognomen (ut Pausaniæ uidetur) ab Amaryntho Eubœæ uico, ubi summa cum ueneratione colebatur.
- AMARYNTHVS**, ἀμαρυνθος, uicus est Eubœæ insulæ, iuxta Eretriā, in quo Diana colebatur, quæ inde Amarusia dicta est. Str. l. 10.
- AMASENVS**, p. p. fluius Volscorum. Est & alius in Sicilia eodem nomine, de quo Ou. l. 15. Met. Sicamias uoluens Amasenus arenas.
- AMASIAS**, ἀμασιας, Straboni fluius Germaniæ inter Rhenū, & Albiū, iuxta Emdam Phrysiæ orientalis metropolim, in Oceanum illabens, Germani der Ems uocant. Pl. & Melæ Amisus dicitur.
- AMASIA**, ἀμασία, pen. pro. opidum Cappadociæ, quod Iris fluius præterfluit, Strabonis geographi patria, ut idem Strab. testatur libro 12.
- AMASIS**, ἀμασις, p. p. nomen proprium regis Aegypti, cuius tumulus fuit una pyramidum, dicente Luca. l. 9. Non mihi pyramidum tumulis euulsus Amasis. Hic legem condidit, ut quisque quotannis apud præsidem rationem uitæ redderet, demonstraretque, unde ueretur. aut quo quæstu sustentaretur: qui hoc non faceret, morte afficeretur. hanc legem Solon ab Aegyptijs transtulit ad Athenienses. Multa de hoc Plutarchus in symposio septem Sapientum, & Diogenes Laertius in uita Periantri.
- AMASIVS**, [Innamorato. Gal. Amoraux. Hisp. Enamorado.] ἐραμεινος, uel Amasia, ἐραμεινός, qui, uel quæ amat, uel amatur. Gell. l. 19. c. 9.
- AMASSO**, pro amauero, scriptis Laberius, & Plau. in Mil.
- AMASSI**, Pl. l. 6. c. 6. populi circa Mæotim.
- AMASTRIS**, ἀμαστρίς, metropolis Paphlagoniæ, quæ antea Cromma dicebatur: postea Amastris appellata ab Amastri, muliere Persica, filia Oxyaturæ, fratris Darij: aut (ut alijs placet) ab Amastri quadam Amazone. Est & urbs Bithyniæ Ptolemæo.
- AMATA**, a pontifice appellabatur uirgo Vestalis, cum ad ministeriū Vestæ capiebatur, quod prima, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi aut iccirco dicebat, quod ueluti bello capta, ab eo, in cuius præte erat, manu a pōtifice apprehensa, abducebatur. Gell.
- AMATHÆA**, populi Indiæ. Pl. l. 6. c. 20.
- AMATHA**, oum, ἀμαθα, regio Arabiæ. Vnde Amathæi: Stephano: quorum meminit & Pl. l. 6. c. 28.
- AMATHE**, es, ἀμαθη, Steph. opidum est Phœnices, & alterum Siciliæ, ab utroque deducitur gentile Amathæus.
- AMATHB**, Arabiæ populi. Pl. l. 6. c. 28. Ioseph. l. 1. antiq. c. 12.
- AMATHVS**, p. c. thuntis ἀμαθη, Cypri ciuitas Veneri sacra, in qua & Adonis colebatur. Vir. lib. 10.
- AMATHVS**, amathi, ἀμαθος, fluius Pylon urbem, Nestoris patriam, præterlabens: unde Pylus ipsa Amathoesia, uidetur appellata. Hic & Pamifus uocatur Str. l. 8. & Mamaus, & Arcadius. Str. l. 8.
- AMATHVSIA**, ἀμαθυσία, insula in mari Cilicio, ab Amathunte uetuissima urbe appellata: nunc Cyprus dicitur. Pl. l. 3. c. 31. Inde Amathusiæ, a, um, adiect. Ouis. Met. 20. Amathusiæ bidentes.
- AMATIO**, [Innamoramento.] ἐραμεινός, amor uenerus Plau. in Pen. Acetiba amatio est. Idem in Merc.
- AMATOR**, [Amatore. Gal. Amoreux. Hisp. Amador.] ἐραστής, & in bonam, & in malam partem accipitur. In bonam. Cic. de Vniuer. Qui sapientiam amatorem se proficitur. Idem ad Att. Bibliothecam tuam caue cuiquam depondeas, quamuis acrem amatorem inuenieris. In malam: Amator mulierum. Terent. in Eun. Amatores audieram esse mulierū eos maximos. Idem 3. Tulc. Aliud est esse am-
- atorem, aliud amantem. Sunt qui ita distinguunt inter Amatorem, & Amantē, ut Amator dicatur, qui multis se amoribus implicat, naturaque ad amandum est proclius: Amans, qui ex causa amat, etiam si alioqui natura sua in amorem nō admodū sit propensus, Amator item fingere potest, in amante nihil est simulati.
- AMATORCVLYS**, ἐρωτύλος dem. Pla. Vix amatorculus inuenimus.
- AMATORIE**, [Da amante. Gal. Amoureuxsement, en amoureux. Hisp. Amorofo y micablamente.] ἐρωτικὸς, aduerbium, ad similitudinem amantis. Ci. 2. Philip. Amatorie scripta epulo.
- AMATORIVM**, ἐρωτικόν, genus ueneni, amorem inducentis.
- AMATORIVS**, a, um, [D' amore, amoroso.] ἐρωτικὸς, quod ad amorē pertinet. Cic. 3. Tulc. An: creontis poetis amatoria.
- * **AMAXA**, Bithyniæ locus.
- * **AMAXIA**, Ciliciæ urbs.
- AMAZONES**, ἀμαζόνες, p. c. femine bellicossimæ Scythiā iuxta Tanaim primum, deinde ad Thermoodonta incolentes, quæ magnam Alia partē occupauerunt. dictæ Amazones, eo quod mammis carebant: ab ἀλινε, & μάζος, mamma. Mos enim fuit Amazonibus, iter factis maribus, quos genuerunt, seruare feminas, earumque infantium mammis dextris inurere, ne impedimento essent ad pugnam cōsistentiam, & ne sagittarum iactus impediret. Vel Amazones ab ἀ & μάζος, id ē pulte, seu pane, quasi sine pane, eo quod nō pane uesceant, sed carnibus. Steph. dictas putat a nymphea Amazonide, filia Sainornæ. Fuere & i Libya Amazones, unde Silius Ital. lib. 2. Has biten Harbæ filia Amazonica pelta insignē facit. Alij ab Amazone puella, dianæ sacerdotē, regina Epheli, Amazones dictas volūt.
- AMAZONIA**, ἀμαζονία, illarum regio dicitur.
- AMAZONIVS**, mōs Cappadociæ, præter cuius radices labitur Thermoodon fluius. Pl. l. 6. c. 3.
- AMBACTVS**, [Menat o intorno, in uolta.] περιηγητός, circūactus, circūductus. Ambacti præterea Gallorum lingua serui dicuntur. Cæf. lib. 6. Plurimos circū se ambactos, clientesque habet.
- AMBAGES**, pen. pr. [Giro di parole.] uerborum circuitus, περιεργαγή. Virg. lib. 2. Geor. Nō hic te carmine ficto, Atque per ambages, & longa exordia tenebo.
- AMBAGIOS** vs, sa, sum, περιπλοκος, quod abundat ambagibus. Gell.
- AMBARVALIS**, hostia, ab ambiendis aruis dicta, uicimæ genus quotannis pro frugibus sacrificari solitum. Vir. Terq. nouas circū felix eat hostia fruges. Festus tamē ab ambo, uidet deducere, dicēs: Ambaruales hostiæ appellabatur, quæ pro aruis a duob. fratrib. sacrificabantur. Huic autē sacrificio præfecti erāt sacerdotes numero 12 a Romanis primū instituti, quos Fratres Aruales uocabant: de quibus suo loco.
- AMBARVM**, odoramenti genus, ab Aetio, recentioribusque Græcis ἀμβαρ, appellatum, teite Ruel. l. 1. c. 27. Vulgo Ambra grysea.
- AMBARRI**, a Cælare iter Galliæ Lugdunensis populos numerantur.
- AMBE**, ἀμβη, ciuitas est Arabiæ felicis. Ptolemæo.
- AMBEDO**, dis, dit, ambedere, [Mangiare attorno in ogni parte. Gal. Manger & ronger tout entour. Hisp. Comer endedor.] ex Ani, & Edo: id est, circumedere, περιτρωγειν. Plaut. Merc. Suz uxoris dotem ambedidit.
- AMBENI**, a ueteribus bos, & uerues appellabantur, cum ad eorū utraque latera agni in sacrificium ducebantur. Fest. Varr. lib. 6. de Ling. Lat.
- AMBESVS**, a, um, ἀμβησῆς, circūquaque esus. Vir. 3. Aen. Ambesas absumere mensas. Legitur, & Ambest, tertia persona ab ambedo, quemadmodum est ab Edo. Reliqua tēpora & personæ regulariter per tertiam uerborum declinationem inflectuntur.
- AMBIANI**, siue AMBIANENSES, ἀμβιανοί, populi sunt Galliæ Belgiæ, quos Pl. lib. 4. Bellouacis coniungit. Gal. Amiens.
- AMBIDENTES**, oues dictæ a ueteribus, quæ in utraque mādibula habent dentes. hæ & bidentes dicuntur. Festus.
- AMBIDEXTER**, [Dritto, mancino,] ἀμπίδξος, dicitur, qui ita læua manu igitur, ut dextra.
- * **AMBICATVS**, rex Celtarum fuit. Liti.
- AMBIGO**, gis, p. cor. [Circondare, girare, dubitare. Gal. Estre endoubre, estre different. Hisp. Dudar.] ἀμείγα, ex am, & agos, circumago, circumdo. August. Quibus muris ambigere. Vnde Ambactus, & Ambages. Item Ambigere, est dubitare, Cicer. in Orat. Cum de uero ambigetur. Vnde ambiguum. Item discordem esse, litigare, Ter. in Heau. Simo, & Crito ambigunt de finibus. Ambigitur, imperfonale. Cic. 3. Verr. Si de hereditate ambigitur.
- AMBIGVE**, [Dubiosamente.] ἀμπίβολος, dubie. Ci. 4. Acad.
- AMBIGVITAS**, [Ambiguū & dubbiosità.] ἀμπίβολία, dicitur, cum de re aliqua ambigitur. Cicero de Inuen. 1. Ambiguitate nominis nō dētur errare. Ambiguitas nominis est, quod Aequiuocationem uocamus.
- AMBIGVVM**, [Dubbiofo, dubbio,] ἀμπίβολον, dubium, quod i ambas agi partes animo potest. Licet & de pluribus intelligi quādoq. possit. Lib. 1. ad. Heren. Ex ambiguo controuersia nascitur, cum scriptū duas sententias, aut plures significat, hoc modo, Tullius meus he-

res Terentii uxori 40. pondo uasorum argenteorum dato, quæ uollet. post mortem eius pretiosa uasâ, & cætera magnifice petit mulier. Filius, se quæ ipse uellet, triginta pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo. Habet etiam Ambiguus nonnūquam genitiuum, quemadmodum & dubius. Tacitus lib. 1. Ambiguus pudoris, ac metus reputabat.

AMBIO, bis, bitum, uel bij, bitum, [Girare. Gal. Environner. Hi. Rodear, y cercar.] ex Am, & eo, is, permutatione e, in i, & b, interposita, significat proprie undique cingo, circumeo, cōcludo. Vir. 6. Aen. Quæ rapibus flammis ambit torrentibus amnis. Per translationē ponitur pro blandiri, interpellare, circumuenire. Vir. lib. 4. Quo nunc reginam ambire furentem Audeat affata. Quō uero Romani, dū honores, & magistratus quererent, circumire singulos solebant, prensare dextras, rogareque, ut se suffragijs adiuuaret: factū est, ut ambire capiat, pro honores querere. Cic. 2. 1. Phil. Petamus, ambiamus. Interdum significat simpliciter desiderare. Hieronymus ad Damasum: Nihil aliud ambiunt.

AMBITIONE, [Ambitione. Gal. Environnement, ambition, appetit d'honneur.] περιδοσις. Sumitur & pro rerum magnarum, honorum, & imperio ruiti immoderata cupiditate. Cic. φιλοτιμίας, Græci appellant.

AMBITOSE, aduerb. [Diligentemēte troppo.] Cic. Att. Vetui a me ut otus orationem ne ambitiose corrigerem.

AMBITIOSUS, [Ambitiosus,] φιλοτιμος, qui immoderate appetit honores. Cic. in Sal. Si forte sui in honoribus petendis nimis ambitiosus. Dicitur etiam ambitiosus, quæ habitu, sermone, multu denique modis omnibus misericordiam captat. Quin. lib. 1. Non sum ambitiosus in malis, nec lacrymarum causas agere uolo. Qui. li. 3. de Pontico. Pro nostris ut sis ambitiosa malis.

AMBITVS, ta, tum, p. p. [Circudato.] περιλειμενος, participium circumdatus. O. 1. Met. Ambitæ circumdare litora terræ.

AMBITVS, p. c. [Giro. Gal. Un cercle, circuit on tour. Hi. Rodeo.] nomen, proprie circuitus. Cic. de Vniu. Cum se octo ambitus, confectis suis cursibus, ad idem caput redierint. Ambitus ædiū, dicebatur locus inter ædificia relictus pedum duorum & dimidiati: ab ambiendo dictus, quod domū ambiret. uel quod per eū domus posset circumquæque ambiri. Cice. in Top. Quæ ruola id esse saluum ambitus ædium dixit, quantum communis parietis tegendi caudā rectum projiceretur. Et quoniam quæ honores petebat, si uirtuti, aut meritis distulderet, tribus circumire solebant easq. aut largitionibus, aut pollicitijs corrumpere, factū est, ut ambitus ponatur pro crimine honoris malis artibus, affectati, quod seuerissimis apud Romanos legibus, coerceretur. Cic. 2. de Or. Raro illud datur, ut possit liberalitatem, ac benignitatem ab ambitu, atque largitione se iungere. Capitur interdum pro captatione misericordiae, cū ambitu, multu, gestu, & oratione præsentium commiserationē aucupamur. Quin. 6. Si iuuenis innocentissimus uti uellet ambitu tristissimæ calamitatis. Est item Ambitus, prolixior uerborū circuitus, ex colis, hoc est, mēbris, & commatibus constans: Græci περιδοσις uocant. Cic. de Clar. Or. Comprehensio, & ambitus ille uerborum, si sit Periodos appellari placet.

AMBO, [Amende, l'uno e l'altro, ambo. Gal. Tous deux ensemble. His. Des iunt amēre en numero.] ex Græco ἀμφο, uidetur deductum, & non dicitur nisi de duobus, quæ præcesserint, Plato, & Aristoteles, ambo philosophi. Ter. in prol. And. Qui utramuis recte norit, ambas mouerit. Vel cū hac dictione Duo: ut, Vidi duos homines, ambo mihi amicos. Vel cum de ijs loquimur, quæ tantummodo sunt duo: ut Perdidit ambo oculos.

AMBRACIA, ἀμβρακία, urbs in Epiro, Pyrrhi regia, ab Ambrace rege Theproti filio, a quo proximus finus Ambracius dictus est. Hinc Ambracensis, & Ambraciotus, sive Ambraciotia.

AMBRICES, p. c. tegulæ, quæ trasuerse asseribus, & tegulis interponuntur, ut inquit Festus. ubi per asseres canterios etiam intelligimus. Imbrices uero, tegulæ, quibus incuruis domus tegitur.

AMBRONES, gentes quædam Gallicæ: quas Marius cum Cimbris, Teutonibusq. deleuit.

AMBROSIA, [Ambrosia,] ἀμβροσία, Latine immortalis dicitur, ab ἀ, priuatia, & βροσις, mortalis: uel, quia immortales eam non comedunt, uel, quia qui comederēt, efficerentur immortales. Sed μ, interponitur ad euphoniā. Fabulæ ferunt esse deorum cibum, nec tarq. portionē. C. li. 1. Tus. Non Ambrosia deos, aut nectare lætari arbitror. Diosc. Ambrosiā scribit Romanis uocari Caprū Syllaticū, alijs Botryō, alijs Apitū rusticū. Plinius herbā esse scribit, & odore non iniucundum, uagi nominis, & circa uarias herbas fluctuatatem.

AMBROSIVS, s. a. sū, pro diuino, odoriferus, fragranti. [Diuino, odorifero.] Vir. 1. A. E. Ambrosiæq. eomē diuinū uertice odorē Spirauere.

AMBRYVS, p. p. ἀμβρυος, nomen duarum urbium, quarum unam Strab. locat in Phocide, alteram in Bœotia. Est & hoc nomine fluminis Magnesiæ, iuxta quem Apollinem Admeti regis pecus pauif se poetæ fabulantur. Alij scribunt Amphrysius. Vide infra.

AMBRYATAE, sūt (Porphyriōne auctore) mulieres uagæ, ac uiles, quibus nomen ab ebrietate balbutiētium uerborū uidetur esse indi-

tum. Nonnulli Ambubaias tibicinas Syriaca lingua putant dici. Hora. Ambubaiarum collegia, &c.

AMBYEIA, [Cichorea, radichis,] ἀμβύειον, herba est, quam alij Ambugiam, alij Intubum agrestē, & notiori noie Cichorium appellāt.

AMBVLACRVM, p. p. [Loggia, cortile. Gal. Pourmenoir galeric, lieu à se pourmener. Hi. El lugar para se pasear.] ἀμειπαιος, est locus ad ambulandum, ubi cōniode ambulari potest animi causa. Festus: Ambulacra, ambulationes. Pli. suis extēta porticibus, ambulacra miremur.

AMBVLATIO, [Passeggiamento. Gal. Aller pourmenement. His. A quella obra de andar paseandose.] actus ambulandi. Ci. de Fi. Cōstitutimus, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. Est & locus ad ambulandum, & idem quod ambulacrum, Vitr. li. 1. 5. c. 9. Circa theatra sunt porticus, & ambulationes.

AMBVLATIVNCULA, Ci. ad Cœlium: Cum una mehercule ambulatiuncula nostra omnes fructus prouinciæ non confero.

AMBVLATOR, [Vagabondo. Gal. Qui aime à se pourmener, un coureur. Hi. El que anda como paseandose.] ἀμειπαιος, qui huc, & illuc ambulat. Col. lib. 3. cap. 8. Villicus (ut ait Cato) ambulator esse non debet. Ambulatrix. Cato cap. 143. Ad cenam ne quo eat, ne ue ambulatrix fiet.

AMBYLOS, las, [Andare, caminare, passeggiare. Gal. Aller, cheminer, se pourmener. Hi. Andar, pasearse.] ἀμειπαιος, incedo, gradior: Pli. lib. 10. c. 65. Mures Aegyptij bipedes ambulantes. Transfertur etiā ad alia, ut cum dicimus, Ambulare maria. Cic. 2. de Fin. Ambulant naues. Cato de re rust. Ambulant aues.

AMBVLATORIYS, a, um, [Caminante, andante,] qui ambulat, aut mouetur: ut, Turris ambulatoria, quæ rotis, & machinis ad mouebatur, ad urbes oppugnandas, ut scribit Vege. Hircius de bello Alex. Turres ambulatorias confecerant. Pli. 1. 2. c. 14. Operculum ambulatorium.

AMBVLATRIA, a. Pli. 1. 4. c. 19. Populi Gallicæ Aquitanicæ.

AMBVBIALE, uel **AMBVBIVM**, [Processione,] sacrificij genus erat, quo ciuitas lustrabatur: ita dictum, quod uictima, ante quā immolaretur, urbem ambibat: unde & ipse uictimæ Ambarbiales dicte sunt, eadem forma, qua Hostiæ ambarbiales, quæ circum arua ducebantur, antequam cæderentur, ut fruges felicius prouenirent.

AMBVRIO, p. p. [Brusciar d'ogni parte. Gal. Brusler, autour, ou à demi. His. Quemado al derredor.] ἀμειπαιος, circumuro. Plau. in Epidico: Quæqua tangit, omne amburit.

AMBUSTIO, onis, [Arma,] Pli. 1. 24. c. 4. Myrteum oleum medetur ambustionibus.

AMBUSTVS, a, um, [Brusciato,] circumuictus. Cice. pro domo sua: Qui ambustas fortunarum mearum reliquias suas domos comportari uiderent.

AMECVM, & **AMECAM**, [Amico, & amica,] pro amico, & amica anti qui dicebant. Laberius, in lacu Auerno mulierē fuisse amecabundam scripsit, hoc est Amantem.

AMELAS, Lyciæ opidum. Pli. 5. c. 17.

AMELLA, herba quæ nascitur iuxta Mellam Gallicæ fluminis, a quo nomē accepit. Amellus flos eius. Vide Seruium in illud Vir. 4. Ge. Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello Fecere agricolæ.

AMEN, ἀμην, dictio Hebræa, quam nos Fideliter secundum Aquilæ interpretationē dicere possumus. Dictum aduerbiū ex noie fidei. Secundum uero septuaginta interpretes idem est, ac si, fiat dicentibus: unde in sine librorum (in quinque fidei Pfalteriū apud Hebræos diuisum est) Fiat, Fiat, transtulerunt, quod in Hebræo legitur, Amen, Amē, quo ea uere, quæ supra dicta sunt, memorentur.

AMENS, [Furioso, paazzo. Gal. Insensé, hors de sens, forcené. His. Sin seso.] αμην, qui a mente sua discessit. Cic. 2. de Fin. An me tam amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquar?

AMENTIA, [Paazzo,] ἀνοια. Ci. 3. Tus. Animi affectionē lumine mentis carentem nominauerunt amentiam, eandemq. dementia. Qui dā Dementē ab Amente ita distinguūt, quod Demens sit, qui nō cogitat quid agat, aut loquatur; Amens, qui profusus insanit.

AMENTVM, [Ogni sorte di legame.] λῶρον, omne ligamen, quo media hasta religatur, ut iaci longius possit. Sil. li. 14.

AMENTATVS, a, um. Cic. 2. de Orat. Amentatas hastas.

AMENTARE, apud Lucan. pro iacere, aut circumdare, aut amēto munire: laculum amentauit habena.

AMERIA, ἀμείριον, Stephano ciuitas in Umbria, ante Persicum bellū annis noningentis septuaginta quattuor condita: unde salix Amerina apud Pli. 1. 24. c. 9. Et, Amerina retinacula pro uiminibus. Vir. 1. Ge. Atque Amerina parant lentæ retinacula uitæ.

AMERIOIA, opidum in Latio. Pli. 3. c. 5.

AMERIMNON, ἀμείρινον, herba, quæ alio nomine Aizoon maius appellatur. auctor est Pli. 1. 2. c. 13.

AMERINA, species est salicis arboris, quæ & Sabina appellatur. Pli. 1. 24. cap. 9.

AMESTRATVS, ἀμειστρατος, Siciliæ opidum: cuius incolæ diūtū Amestratini, ἀμειστρατινοι. Auctor Stephanus.

AMEZ, amitis, nasc. gen. [Pertica da ucellare.] pertica aucupalis. Horat.

- rat, in Epodo: Aut amite leni raratendit retia.
- AMETHYSTVS**, ἀμύστος, gemma est dilute violæ colore, fulgore purpure, non prorsus igneo, sed in uini coloré desinente: ita dicta ab ἀμύστος, & uerbo μύστος, quod est inebrior, siue qđ ebrietati cedatur resistere: siue (ut Plinio placet) quod usque ad uini colorem accedens, prius quam eum degustet, in uiolâ desinat. Amethystus quoque a nonnullis uocatur uue quædam species, uirium tam infirmarum, ut nullo modo inebrietur: uide & Plin. l. 14. c. 2.
- AMETHYSTINATVS**, amethystino colore ornatus. Mart. l. 2. Amethystinatus media qui secat septa.
- AMIA**, piscis est pelamidi similis, cuius incrementum singulis dieb. intelligitur. Pl. l. 9. c. 15.
- AMIANTVS**, [Alume di puma,] ἀμιάτος, lapis est friabilis in modum lanæ alumni scissili adeo similis, ut pro eo a Sephasiarijs supponatur. Vulgus Gallorum uocat Alumen plumeum, falso existimans speciem esse aluminis. Ex hoc lapide tenuiores cōficiunt ellychnia, propterea quod ab igne non consumatur. Textitur quoque in uestes, & mappas, quæ fordidatæ igni purgantur.
- AMICA**, cæ, [Amica. Gal. Amie amoueuse. Hisp. Amiga.] ἐρωμένη, quam quis amat inhoneste. Hora. Epi. 2. Ut nox longa, quibus mentitur amica. Ter. in And. Siue ista uxor, siue amica est, grauida e Pamphilo est.
- AMICABILIS**, le, [Conueniente all amico,] φίλος, Pla. Mil. operâ dare amicabilem. hoc est, quam dare debet amicus.
- AMICE**, aduerb. [Amicheuolmente. Gal. En amy, amiablement. Hisp. Amigablemente.] φιλοφρεπώς, cum amore, & beneuolentia. Cic. in Lælio. Qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amice.
- AMICINVM**, p. p. [Pedicino di lotre] utris pediculus, ex quo uinum diffunditur, Vestus.
- AMICIO**, [Vestire. Gal. Vestir, affubler. Hisp. Vestir.] p. c. u. i. c. tum: unde Amictus, ἀμπεχών. Est autem Amicire, uestire. Hora. Quidquid chartis amicitur ineptis. Suet. in Vesp. Dum salutabatur, & calcabat, ipse sese, & amiciebat. Veteres amicibor dicebant. Plau. Amicibor gloriose.
- AMICITER**, [Amicheuolmente,] aduerb. pro amice. Plaut. Perf. Quia meo amico amicitur hanc commoditatis copiam dabunt, &c.
- AMICITIA**, [Amicitia, amifta, Gal. Amisié. Hisp. Amistad] οιλία, ab Amicus, est studiorum omnium, uoluntatumque consensus. Cic. in Lælio: Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum, humanarumque rerum cum beneuolentia, & caritate summa consensio. Cuius contrarium est Inimicitia. Ennius: Amicitiam, atque inimicitiam in fronte promptam gero.
- AMICO**, micas, care, [Fare amico. Gal. Faire amy. Hi. Χαζερ amico] ὀφροσάρομαι, concilio, propitium reddo. Stat. 3. Theb.
- AMICTVS**, a, um, [Vestito. Gal. Vestir, couuert. Hi. Vestido.] ἀμυρισμένος, partic. uestitus. Ci. 2. Phi. Amictus toga purpurea.
- AMICTVS**, us, [Sopranefta,] ἐπέσως, uestis quæ superponit, alij s uersibus, quasi palliū. Tibu. Frustra iā uestes, frustra mutant amictus.
- AMICVLA**, [Amichetta,] dem. ab Amica. Plin. Milerat epistolas Romanam ad amiculum quandam.
- AMICVLVM**, ἀμυλεμα, genus uestimēti auctore Festo, a circumiectu dictū. Ci. 2. de Di. Vilus est i somnis amicæ esse amictus amiculo.
- AMICVLVS**, [Amichetto,] φίλιος, demin. ab amicus. Hor. in epi. Disce docendos adhuc, quæ censet amiculum.
- AMICVS**, substā. [Amico. Gal. Amy. Hisp. Amigo.] φίλος, φιλότης, beneuolus, qui honesto amore aliquem complectitur, & indissolubili familiaritatis iure ei est coniunctus. Paullus Iurecōsultus. Amicos appellare debemus non leui notitia coniunctos: sed quib. fuerint iura cum patre familias, honestis familiaritatis quæ sita rationib. Contrarium est inimicus. Amica quando ad uirum refertur in honesta re, est quasi concubina: tu uero nō amicus es, sed amator eius: quoniam amator est qui ad tempus & uenere amat: & amor huiuscemodi Amatō dicitur. Donatus, Amicus animi est, Amator corporis: amator ad tempus, amicus in perpetuum. Ci. 5. Ver. Albaeus non solum amicus, uerum etiam amator.
- AMICVS**, cæ, cum, [Amico, caro] φίλος, beneuolus, amicitia coniunctus. Cic. Att. mihi nemo est nec amicior, nec iucundior Attico. Iunctum cum re inanimata significat utile, ut Amicus pratis humor, Amica frugibus zitas, Amicum plantis fidus.
- AMILCARIS**, p. geni. c. ἀμίλκαρ, Carthaginiensiu dux, Hānibalis p̄, qui filiū irrecōciliabili illo erga Romanos odio primus ibuit.
- AMINEVM**, genus uitis: unde Aminæa uua, & Aminææ uites. Virg. Sunt & Aminææ uites firmissima uina. A regione autem uocabantur: & Aminæi fuerunt, ubi nunc Falernū est, ut Macrob. testatur. Alij Ammineum scribunt, geminato m. pen. cor. Vnde & uersum Virgilij supra citatū sic restituerūt: Sūt etiā Ammineæ uites, & c.
- AMIPSTA**, poetæ comicæ Atheniensis. Suid.
- AMISIVS**, fluius Germaniæ, quem Amasiam a Stra. uocari supra diximus. Hic in Frisia orientali iuxta Emdam ciuitatem in Oceanū influit. Germani der Ems uocant. quasi Emisūm dicas,
- AMISVM**, ἀμίσον, siue Amifus, Stephano opidum in signe, in consinio Paphlagoniæ, & Cappadociæ, & distans a Sinope 130. M. p. Pl. l. 6. cap. 2.
- AMITA**, p. e. cor. [Zia. Gal. Tante du coste dupere. Hisp. Hermana de mi padre.] πατράδελφον. Theoph. patris mei soror, quasi a me tertia sit, atque aua uideri possit. Maior amita dicebatur, aui, & auiæ amita: sicut & maior auunculus aui, & auiæ auunculus. Liuius: se ad Aebutum amitam contulit.
- AMITERNVM**, [Aquila Città,] ἀμίτερον, urbs Cāpaniæ, ex qua Crispus Sallustius natus perhibetur. Pl. l. 3. c. 5.
- AMITERNVS**, adiect. ut, Amiterna cohors apud Sil. Ital. lib. 8. Item Aniternus ager. Martial. l. 13. Nos Amiternus ager felicibus eductat hortis.
- *AMITHAON**, pater Melampi uatis.
- AMITHOSCVLA**, regio Arabiæ. Pl. l. 6. c. 28.
- AMITNENSES**, Italiæ populi in tractu Etruriæ. Pl. l. 3. c. 5.
- *AMITINI** dicuntur, quorum alter ex fratre, alter ex sorore est genitus. Nonius.
- AMITTO**, [Perdere. Gal. Perdre. Hisp. Perder.] ἀποπέμπω, dimitto seu abire permitto. Ter. in Heaut. Prius pecuniam omnem, quam abs te amittas filium. Item significat perdere. Sallust. Vera rerum uocabula amissum, quia bona aliena largiri liberalitas, malarum rerum audacia, fortitudo uocatur. Item ignoscere. Teren. in Eunu. Vnam hanc noxam amitte: si aliam admisero umquam, occidito. Item adimere. Plau. in Afin. Cur munitaris te tibi uitam esse amissurum?
- *AMMIOS**, apud Diosc. herba est, quæ in Offeinis uocatur Ameos.
- AMMON**, nis, Ci. de Diu. Ammonis oraculum.
- AMMONIA**, ἀμμονία, regio mediterranea Lybiæ, i qua Iuppiter Ammon colebatur: ita dicta ab arenæ copia, quæ ἀμμος, Græcis dicitur.
- AMMONIACVM**, ἀμμωνιακόν, est gutta siue lacryma ferulæ in Lybia nascentis, quæ a Dioscoride Agalyllis, a Plinio Metopion appellatur. Diosc. l. 3. & Pl. l. 12. c. 23.
- AMMONIACVS** SAL, ἀμμωνιακόν, Dioscoridi, terræ salugo est, in Lybiæ arenis crescente luna efferefcens, alumini scissili non dissimilis glebis oblongis, uenifq. in longitudinem rectis. Vide Pl. l. 31. c. 7. & Diosc. l. 5.
- AMMOLITRVM**, ἀμμόλιτρον, massa constans ex arena molis trita tertra parte nitri. ex qua recocta fit uitrum purum & candidum. Pl. lib. 36. c. 26.
- AMMOCHRYSVS**, ἀμμόχρυσος, gemmæ nomen. Pl. l. 37. c. 11. Arenarū similitudo est in ammochryso, uelut auro arenis mixto.
- AMMODITES**, ἀμμοδίτης, serpens est uiperæ similis, arenosi coloris, unde & nomen accepisse uideatur. A nonnullis Cenchrias dicitur, quod caudam habeat duram instar milij, Aetius li. 1. c. 25.
- AMMONIS**, ἀμμων, Suidæ, siue, ut alij malunt Hammon, Iuppiter appellatus fuit, qui in desertis Lybiæ sub arietis forma colebatur. Cuius appellationis ratio hæc fuisse traditur. Cum Liber pater per desertum Libyæ exercitū duceret, uniuersa iam Asia deuicta, & siti admodū laboraret, implorasse a patre auxiliū dicitur. Quo facto, apparuisse ei extemplo arietem: quem dum fugientem persequitur, peruenisse illo duce ad fontē amœnissimū, quapropter desiderio potitum, existimasse arietē illū fuisse Iouē, eique templum miræ magnitudinis in arena constituisse, & deū uocasse Ammonem, hoc est, Iouem arenarium. Sunt qui dicant lingua Aegyptia, Ammon Iouem dici: hinc corrupto nomine Ammonē uocatum. Alij tradunt Ammonem dictum ab Amnone quodam pastore, qui primus illic templum ædificauit. Huius meminere Suidas, & Aristophanes.
- AMNICVS**, a, um, [Di fiume,] ποταμιο, fluuiale: ut, Stirps amnica, apud Appul. Pl. l. 3. c. 25. Insula amnicarum maxima.
- AMNIS**, [Fiume. Gal. Fleuve, rivière. Hi. El rio.] ποταμός, fluuius: ab Am, i. circum, & Nō, fluo, quoniam flexuoso meatu labitur, uel ab Ambio. omnia enim flumina circumeunt, ideoque cornuta pingitur. Nec desunt, qui a Græco ἀνεός, deduci malint, quod etiam Suidas fluuium interpretatur. Vir. 1. Geor. Atque alius latum fundam uerberat amnem. Ponitur & pro torrente. Vir. 4. Aen. Ruunt de montibus amnes.
- AMNICOLA**, le, [Quello c'habita appresso il fiume] ὄρεπασάμιος, amnis accola. Ou. 10. Met. Amnicolæ que simul salices.
- AMODO**, [Da hora innanzi, per l'auenire] ἀπὸ τῆς, posthac. Appuleius, Nemo me amodo tam mane egredientem solum uidebit.
- AMOEBÆVS**, ἀμοιβαιός, in p. e. cum α, & in antepen. cum α, diph. genus Carminis, in quo qui canunt, utuntur æquali numero uersuum, & ita se habet ipsa responsio, ut aut maius, aut cōtrarium aliquid dicat, ut est apud Vir. Buc. Ab Ioue principiū Muse, Iouis omnia plena: Ille colit terras &c. Nomen, deductum ἀπὸ τῆς ἀμειβεσθαι, qđ inter cetera significat alternis respondeo.
- AMOENITAS**, [Amenità,] iucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur. Ci. 2. de Leg. Amœnitatē, & salubritatem hanc sequor.
- AMOENITER**, aduerb. pro amœne. Gel. l. 20. c. 7.

AMOENVS, a, um, [Ameno. Gal. Plin. f. ut, recreat. f. Hi. Naturalmente delectabile.] καλός, in cunctis aspectu, ab a id est sine, & munus, quod sit res grata, sed sine fructu. Vel (ut inquit Seruius) a Mœnio, nuncio, uel fructum capio. unde qui nihil præstant immunes uocantur. Feitus ab Amo deriuat, cum ait, Amœna loca dicuntur, quæ ad se amanda alliciunt. Virg. 6. Aen. Et Amœna uireta.

AMOLIOR, Iuris, [Rimouere. Gal. Chasser et ôter de quelque lieu avec grand peine. Hi. Apertir, & redrar.] ἀμολιός, ex A, & Molior, qd est a molere significat amoueo, & proprie de ijs dicitur, quæ cû magna difficultate submouentur. Pl. lib. 11. cap. 10. Amoliuntur omnia e medio. Terent. per translationem in And. pro recedo posuit. Hinc nos amolimini. Accipitur & pro refellere. Quint. lib. 3. ca. 13. Amolienda singula.

AMOMVM, p. p. ἀμωμόν, fructus, ex ligno se conuoluens in racemi modum, flore paruo, seu candidæ molæ, folijs uitis albe similibus.

AMOR, [Amore. Gal. Amour. Hi. Amor.] ἔσως, plus est, quam beneuolentia: licet plerumque pro eodem accipiatur. ex amore enim nascitur beneuolentia, sicut ostendit Cic. Amer (ex quo amicitia nominata est) princeps est ad beneuolentiam coniugendam. Differt autem Amor a Caritate: quod Amor sit genus, Caritas species. ille ad omnes pertinet animantes, hæc ad homines tantum. est autem Amor (ut inquit Aug. lib. de Amicitia) animæ rationalis affectus, per quem ipsa aliquid cum desiderio querit, & appetit ad fruendum. Amor singulari numero plerumque honestus est, ut Amor frater nius, Amor patris in filium. Cic. Incensus sum amore uirtutis tuae. potest tamen & in uenereâ partem accipit, & tunc (secundum Augustinum) cupiditas, aut libido uocatur. Vir. Et genus æquorum pecudes pitæque uolucres in furias ignemque ruunt: amor omnibus idem. Amor (inquit Plaut.) melle, & felle fecundissimus est, gustu dulcè dat, amarum ad fatietatem usque aggerit. Amor formæ (ait Seneca) rationis obliuio est, & insaniæ proximus. Cic. pro Cœlio: Mulier amorum turpissimorum fœdera sentens. Non nunquam tamen etiam honestos amores dicimus. Idem li. 4. Offi. Formam, Marce, fili, & tãquam faciem honesti uides: quæ si oculis cerneretur, admirabiles amores sui excitaret. Amor item pro Cupidine (quem ueteres deum amoris esse putauerunt) accipi solet. Proper. Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem.

AMORTIO, onis. [Rimouimento.] Cic. de Fi. Augendæ uoluptatis finis est doloris omnis amorio.

AMOVEO, ues, p. c. [Rimouere. Gal. Ôter. Hi. Quitar alguna cosa de otra.] ἀποκινέω, remoueo. Plaut. in Amph. Per translationem dixit, amouit e foribus maximam molestiam, id est, abegi, siue abire cõpuli. quia prius dixerat, Abigam ego iam hunc uenientem ab ædibus. Quo item modo Ter. in Adel. usus est: Ego hunc amouebo. Ci. ad Att. Et nebulonem illum ex istis locis amoue.

AMPÆ, ἀμπη, opidum Arabiæ non procul a mari: cuius meminit Her. l. 6. Gentile est Ampæus. Steph.

AMPELA, ciuitas est Crete insulæ apud Pl. l. 4. c. 12.

AMPELOPRASON, ἀμπελοπρασον, herba folijs porri, sed angustioribus, flore cãdido, radice bulbosa. nascitur in uinetis. unde & nomen accepit. Vide Pl. l. 24. c. 15. Vulgus porrum uinearum uocat.

AMPELODES MOS, ἀμπελοδεσμός, Pl. l. 37. c. 13. Herba est qua uites religari solent apud Siculos.

AMPELOS, nomen ciuitatis Macedoniæ, apud Pl. lib. 4. ca. 10. Ptole meus quoque Ampelon urbem in Creta collocat: Stephanus aliam in Cyrenaica regione. Est præterea Ampelos, siue Ampelus, promontorium Sami insulæ e regione Drepani, Icariz insulæ. Stra. li. 14.

AMPELOS LEVCE, ἀμπελος λευκη, herba est, quæ aliis nominibus Bryonia, Psilothrum, & a Latinis Vitis alba dicitur.

AMPELOESSA, opidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima est. Pl. li. 5. c. 18.

AMPELOSIS, agris, ἀμπελος ἀγρία, labrusca, id est, uitis agrestis, Plin. li. 23. c. 1.

AMPELVSIA, ἀμπελοσία, nomen est promontorii in ea Africæ parte, qua Atlantem alluit Oceanus, a uitium copia impositum. Pl. li. 5. cap. 1.

AMPHALIA, locus Crete. Str.

AMPHALIA, opidum est Atticæ. Strab. li. 9.

AMPHIARAVS, p. p. ἀμφιαράος, Argilus Oecleï, aut (ut alij malit) Lyni, & Hypermnestraz filius, uates, & augur fuit, futurorû peritissimus: qui cû puideret fore, ut in bello Thebano interiret, domi latitauit. tandem tamen ab uxore proditus, inuitus a Polynece ad bellum est pertrahus: ubi, cû fortiter pugnaret, una cû curru, terra hiatu absumptus est. Vide Statium.

AMPHIBOLOGIA, ἀμφιβολογία, dubium dictum, sermo dubiam sententiam indicans, figura, quæ fit uitio compositionis, cum in aërbi quo posita est sententia. Et modo fit per duos accusatiuos a uerbo inuitio rectos: ut, Aio te Acacida Romanos uincere posse. Modo per uerbum commune: ut cum dicimus. Cato iniuste criminat: in certum est enim, an ipse ab alio criminetur, an ipse alium. Modo

per partem, ut, Vidi statuam auream hastam tenentem. Modo per homonymam: ut si quis dicat: Aciem, nec exprimat oculi, uel gladii, uel exercitus Potest etiam fieri alijs modis.

AMPHIBRACHVS, p. c. ἀμφιβραχύς, pes ex prima, & ultimabreuisibus, media p̄ducta: dictus, quod in utraque parte breuè habeat: ut Iimere: ab ἀμφι, utrimque, & βραχύς, breuis. huic opponit Amphimacrus, qui breuè habet syllabam inter duas longas: ut Aequitas.

AMPHICTHYONES, ἀμφικτύονες, publicum Græciæ conciliû ut scribit Cic. de Inuen. li. 2. Vnde decreta Amphictyonum citat Demosthenes in oratione pro Ctesiphôte. Constabat autem Amphictyonum conuentus ex septem Græciæ ciuitatibus, ut docet Str. li. 9. Vnde autem Amphictyonum nomen deducatur, docet Dionys. li. 13. Amphictyonem Heleni filium commetum esse Amphictyonium concilium, cui ab ipso nomine nomen indiderunt.

* **AMPHICYRTON**, lignum curuum, quo onera gestari solent.

* **AMPHIDAMAS**, Bubidis filius.

* **AMPHICENTIA**, opidum Peloponnesi.

* **AMPHILOCHI**, Acarnaniæ populi.

AMPHIMACRVS, & **AMPHIMACER**, p. c. ἀμφιμακρος, pes ex trib. syllabis constans, prima & ultima longis, media correpta: ut Pallidi. Sic dictus, qd utraque parte longâ habeat syllabam. ἀμφι. n. utrimque sonat, & μακρός longum. Est autem contrarius amphibracho.

AMPHIMALLA, ἀμφιμαλλα, tunicæ gausapinæ, ex utraque parte pilos habentes, quæ & Gausapia dicebantur. Pl. li. 8. ca. 48.

* **AMPHIMEDON**, uir a Perseo occisus. Ouis. Met.

* **AMPHIMONE**, nymphæ nomen.

AMPHION, p. p. ἀμφίων, Iouis, & Antiope, uel secundum aliquos, Mercurij filius, a quo accepta lyra adeo suauiter canebat, ut saxa adstruendos muros Thebanos traxisse dicat. Hor. Dictus & Amphion, Thebanæ cõditor urbis, Saxa mouere sono testudinis. Quæ ideo factum, quia eloquij suauitate homines feros, & incultis moribus, ad obsequij ciuilibus pellexit disciplinam. De Amphione lib. 1. Apollonius Rhodius in Argon. Hinc Amphionius, a, um.

AMPHIPOLIS, ἀμφιπολις, ciuitas in ea parte, qua Thraciam Macedonia contingit: dicta quod eam Straymon amnis circumfluat.

AMPHIPPI, ἀμφιπποι, milites, qui duobus equis in bello utuntur, & ex fello in recentem transfiliunt. Liu. li. 2. Bel. Pun. Desultores uocat: & equi ipsi Desultorij appellantur.

* **AMPHIRHOE**, nymphæ ab undecumque fluendo.

AMPHISBAENA, siue (ut alijs placet) Amphisibæna, ἀμφισβæνα. Serpens est in Lybiæ desertis, duo habens capita: unde & circulatis tractibus creditur incedere. Lucan. li. 9. Et grauis in geminum surgens caput amphisibæna.

AMPHISSA, ἀμφισσα, urbs Locrorum, qui ozolæ dicuntur: ira appellata, teste Stephano, quod undique montibus cingatur. Luca. lib. 3. Phocæicas Amphissa manus, scopulosq. Cyrra. Hinc Amphissæi, qui Delphicum templum diruerunt, apud Demosthenem in oratione pro Ctesiphonte.

* **AMPHISTRATVS**, statuarij nomen.

AMPHITANE, ἀμφιτανη, gemma, quæ alio nomine dicitur Chryscolla. Inuenitur in ea Indiæ parte, in qua formicæ eruunt aurum, colore auri, figura quadrata. Pl. li. 37. c. 10.

AMPHITAPA, ἀμφιταπος, Athenzæ, uetus genus utrimque uillos habens. Varro: dormire sub amphitapa bene molli. Lucilius: Pluma, atque amphitapa, & siquid aliud deliciarum. Pro eodem etiam legitur Amphimallon.

AMPHITHALAMVS, cubilis genus, quasi duplex thalamus. Vitruu. lib. 6. cap. 9.

AMPHITHEATRICA charta, dicta a loco confectura, cui quartus locus tribuitur a Pl. l. 13. c. 12.

AMPHITHEATRALS, le, adiect. ad amphitheatrum pertinens: ut, Ludi amphitheatrales, Amphitheatrale spectaculum. Pl. l. 11. c. 24.

AMPHITHEATRVM, [Amphitheatro.] ἀμφιθέατρον, ædificium erat rotundum, ueluti ex duobus theatris (quæ hemicycli figura erant) cõpositum. Mart. li. 1. Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.

AMPHITHEVTM, ἀμφιθετον, poculi genus est, quod urrauis ex parte stare potest. constat autem magni fuisse poculum, quo uti solebant cû strenue potare uolebãt: unde māsit prouerbium. Ex amphithe to bibisti: cû aliquè ad ebrietatē usque bibisse uolumus indicare.

* **AMPHITHOE**, nymphæ ab ἀμφι, circum, & θέω, curro.

AMPHITRITE, tes, p. p. ἀμφιτριτη, Oceanis, & Doridos filia, quæ fingitur a poetis esse uxor Neptuni, & per metonymiam ponit pro mari. Nomen deductum est ab ἀμωτρούς, hoc est, a circumterendo, quod mare terram undique terat, & lancinet. Ouis. Met. 1. Nec brachia longo Margine terrarum porregerat Amphitrite.

AMPHITRYO, ἀμφιτρύων, princeps Thebanus Alcei filius, & Alceinæ Herculis matris coniux, a τρύω, gemo, uel τρύχοι, uexo. Plaut. in Amphitruo scribit, quia uetustissimi Romani peregrinas literas non admittebãt. unde & Phryges dicebãt, quos nos Phryges, & Sullam, quem nos Syllã. Hinc Amphitryonides patronymicū, & per epenthesim Amphitryoniades, quo poetæ utunt, p̄ Hercule, Am-

- lc. Amphitryonis re uera filio: quâuis ob rerû gestarû magnitudinem nonnulli originem eius ad fouem retulerint. Vir. 8. Ac. Cum iam stabulis saturata moueret Amphitryonides armenta,
- AMPHORA**, pæn. cor. [*Anfora*,] ἀμφορεύς, uasis fictilis genus, duas habens anfas: unde & nomen accepit, quod scilicet ansis utrinque apprehensis ferret. Hor. in arte: Amphora cepit Iulij, currere rota, cur urceus exit: Erat aut hoc uasis genus uno asseruando in primis accommodatum. Erat præterea Amphora, mûsuræ genus capiens congios octo, hoc est 48. sextarios. Alio note Quadrantal dicebatur, a mensuræ eius figura, quæ omni ex parte pedè habebat quadratû. Cic. pro Fonteio. Titurium quaternos denarios in singulas uini amphoras portorij nomine exegisse. Idem in Verrem: Nô quero, unde quadringentas amphoras mellis habueris, Hinc Amphoralis, le, quod est huius amphoræ capax. Plin. lib. 37. cap. 2. Vas amphorale.
- AMPHRYVS**, pen. pro. ἀμφύριος, Stephano fluius Theffaliæ, iuxta quem armenta regis Admeti Apollo pauisse traditur. Lucan. li. 6. Irrigat Amphryius famulantis pascua Phœbi. Hinc Amphrysius, a, um. Virg. 6. Aen. Amphrysia uates. Item Amphrysiacus, a, um. Papinius, Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi. Est & nomen duarum urbium. Vide Amphysus.
- AMPLE**, [*Amplamente*,] aduerb. copiose, magnifice. Ci. 2. de Fin. Hæc satis ample, satis honeste, dici putas, Amplissime, ut, amplissime gerere honores: hoc est, cum summa dignitate. Cic. 4. Ver. Ampliter, aduerbium, pro ample.
- AMPECTOR**, ris, amplexus, [*Abbracciare*. Gal. *Embrasser*. Hi. *Abraçar*.] ἀμπεύσασθαι, circumnecto, circumplico. Pla. in Cist. Anus ei amplexa est genua. Numeratur a Prisciano inter communia. Lucilius passiuè dixit: Ergo non sinant me ampletter. Ponit & Amplecti pro amare. Ci. epist. Fam. 5. Amplector talem animum. Amplexor, frequentatiuum, Lucilius: Amplexetur qui uelit.
- AMPLEXVS**, us, ui, nomen, ipse amplectendi actus. Ci. 1. de Diu. Pue rum dormientem circumplacatum serpentis amplexu,
- AMPLIFICATIO**, onis, [*Accrescimento*,] augmentatio, ἀύξισις, Ci. 2. Offi. Nec uero amplificatio rei familiaris, nemini nocens, uituperanda est. Apud rhetores Amplificatio (desinente Cicerone in Parit.) est grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.
- AMPLIFICATOR**, uerbale, qui rem aliquam, aut personam ampliorrem reddit. Idem 3. Tusc. Pythagoras rerum amplificador fuit.
- AMPLIFICO**, as, [*Amplificare*,] αύξίζω, augeo, amplius reddo. Ci. 1. de Nat. Deo. Eamque facultatem amplificauit Academia. Idem pro domo sua: A populo semper sum defensus, amplificatus, ornatus,
- AMPLIO**, plias, [*Ampliare*, Gal. *Amplifier*, *acroistre*, *augmenter*. Hi. *Eisfanchar*, *o* *estender*.] πλατύνω, augeo, ut Ampliare e tatis spatium, Ampliare uires. Pertinet etiam hæc uox ad iudicia. Ad Her. li. 4. Nam quid fuit iudices, quare in sententiis ferendis dubitaueritis? aut istum hominem nescari ampliaueritis? L. i. 4. ab urb. cond. scribit Postumiâ uirginem Vestalem ampliatam, deinde absolutam, hoc est, per ampliationem in secundam actionem, interposita dilatione, protractâ, ut s. bis causam dicere possit. Romani enim iudicia hoc modo peragebant. nam aut statim sententia dicebatur a iudicibus, si absoluendus esset reus; aut Amplius pronuntiabat, si causa obscurior esset: & tunc duab. hisce litteris, N. L. iudices significabant sibi non liquere quid esset statuendû, causamq. de nouo esse dicendam. hinc Ampliatio nascebatur, quæ appellata us, quasi amplius dicendi pronuntiatio: quia qui ampliabatur, interposita dilatione, rursus ad agendâ causam redibat. De hac ampliatione intelligit Cic. 3. in Verrem actione, cum ait, Etsi lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti sibi turpe existimēt non primo iudicare. Differt autem ampliatio a comprehensione, quod Ampliatio certum numerum actionum non habebat: Comprehensio iteratam actionem in tertium diem. Vide Pedianum.
- AMPLITUDO**, [*Ampliezza*,] ἀξιομα, ut Ci. aut maiestatis, aut reliquarum copiarum magna abundantia. Idem ad Lentulum. Tuæ sapientiæ est, omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in uirtute, atque in rebus gestis tuis positâ existimare. Amplitudo corporis, Plin. in epist. Meatus animæ, propter amplitudinem corporis, illi grauior erat.
- AMPLIUAQVS**, a, um, p. c. quod in amplum uagatur. Auctor ad Her.
- AMPLIUS**, [*Pin. Gal. Plus largement*, *dauantage*. Hi. *Mas*.] πλεον, aduerb. significat Plus. Et quandoque iungitur ablatiuo. Cæsar Com. 7. Ut non amplius quattuor digitis ex terra eminent. Quandoque accusatiuo. Virg. 1. Aen. Nostem non amplius unam Falle dolo. Quandoque nominatiuo. Cæsar Com. 5. Amplius ostingentæ. Ponitur etiam pro præterea, sine casu. Cic. de Harusp. resp. Amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset?
- AMPLVS**, a, um, [*Amplio*, *spatiOSO*. Gal. *Ample*, *spacieux*. Hi. *Ancho*.] πλεον, qd late patet. Vir. 1. Aen. Vocemq. per ampla uoluntant Atria. Est item Amplus dignitate multa præditus. Cic. pro Sex. Rosc. Is mihi uidetur amplissimus, qui sua uirtute in altiore loco peruenit.
- AMPULLA**, [*Ampolla*, Gal. *Iulo*, *bouteille*, Hi. *Ampolla*, *o* *redoma* *de* *uidro*.] gemino ll, ἀμύλλω, uasis genus ex uitro, aut alia materia, ad seruandum oleum in balneis, item in mensa ad aquam uel potionem, alioq. usus accommodatum. Ci. li. 4. de Fin. Si ad illam uitam, quæ cum uirtute degatur, ampulla accedat, Erat autem hoc uasis genus turgidum, ueluti uentre inflato, per translationem Horatius: Proicit ampullas, & scsquipedalia uerba: pro eo quod est, uerba turgentia, & sufflata abiicit. uerbatur etiam Romani ampullas lauriendas potiones. Suet. in Dom. Prandeat ad satietatem, nec non temere super cenam præter Marcianum malum, & modicam in ampulla potiunculam daret. Est etiam Ampulla, tumor inflatus, quem & Bullam uocamus.
- AMPULLARIVS**, rij, substantiuum, artifex ampullarum, Plaut. Rud. quibus dicat ampullarius optimû esse opere faciundo corium. Ampullarius, a, um, adiect. ut Ampullariæ unctiones. Pla. Stic. malacas ampullarias. Ampullaceus, a, um, quod ex ampulla est: ut Frustum ampullaceum.
- AMPULLOR**, aris [*Insuperbire*, *gonfiare*.] ab Ampulla, superbio, turgere. Suet. in Dom. & Horat. i. epist. Tragica desæuit, & ampullatur in arte.
- AMPULLACEA**, pyra, quæ ab ampullæ forma nomen habent. Plin. lib. 15. cap. 15.
- AMPVTATIO**, nis, Cic. de Senect. Samentorum amputatio.
- AMPYTO**, tas, p. c. [*Potare*, Gal. *Roygner*, *cooper* *à* *l'entour*. Hi. *Cortar* *ende* *redor*.] ἀμύττω, circûpato, abscindo, seu aufero. Cic. 5. de Fi. Quæ sit ars agriculturalium, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat.
- * **AMPYCVS**, Mopsi pater. Vide Ampycides 12. Metam.
- * **AMSANCTVS**, locus est i medio Italiæ apud Hirpinos, sulfureas habens aquas, quæ, quod undique siluis angustijque clausæ sunt, tã pestilentem emittit odorem, ut propius accedentes enecentur. Hic factus est locus fabulæ, in Amfancti uallibus inferorum spiraculû esse. Cic. 1. de Diuina. Mortifera quædam pars est, ut & Amfancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia, quæ uidimus. Vir. 7. Aen. Est locus Italiæ in medio, sub montibus altis, Nobilis, & fama multis memoratus in oris, Amfancti ualles.
- AMVLA**, p. c. ἀμύλλανθιον, genus uasculi ad aquam gestandam, quod religionis, & expiandorum malorum gratia gestabatur: dictum quasi amola, ab amolendis periculis. Deminutiuum Amulula.
- AMVLETVM**, p. c. ἀμύλλανθιον, omne genus remedij aduersus cuncta mala medicamenta, præsertim ueneficia. Plin. Infantib. allegatur succinum, amuleti ratione, formam uasculi habens.
- AMVLEVS**, a, mullos, Proca filius, & Numitoris frater, qui regnû fratris abstulit, atque omnem eius stirpẽ urilem necauit. Fratris quoque filij Rheæ Syluiæ, per speciem honoris, cû Vestalem eam legisset, perpetua uirginitate spem partus ademit. Liu. 1. ab urb.
- AMURCA**, [*Fece dell'oglio*. Gal. *La lie d'huile*. Hi. *Alpechin* *de* *hazayte*.] ἀμύργη, sordes olei, quæ præcedunt: nam quæ sequuntur, feces uocantur. Virg. Georg. 1. Nigra perfundere amurca. Hinc Examurcatus, sordibus purgatus.
- AMVRCARIA**, dolia, in quæ amurca infunditur. Cato de re rust. c. 10.
- AMVSSIS**, [*Archipenzolo*. Gal. *Le cordeau* *ou* *la* *ligne* *des* *charpentiERS*. Hi. *re*. Hi. *Hilo* *de* *almayre* *que* *usar* *los* *carpinteros*.] αμύσσις, per duplex s, fabrorum, & lapidatarum regula, quia ad dirigenda ligna, saxaq. utuntur. Sed late pro omni ordine ponitur. unde Amussim adhibuit, & compositum Adamussim, pro perfecte. Var. 1. 2. de re ru. Numerus non est adamussim, ut cum dicimus, mille nauis ijsse ad Troiam, centumuirale esse iudiciû Romæ, & iudiciû adamussim factum, apud Gel. Hinc Amussitata, adamussim facta. Plau. in Mil. Amussitata indoles. Nonius.
- AMVSVM**, uentis discernendis excogitatum organum, ut ait Cæsar, Vitr. 1. c. 6. Locus ita expolietur, ut amusum desideretur.
- AMYCLAE**, ἀμύκλαι, pluraliter nomen est urbis Laconix, Tyndaridum, i qua nati sunt Castor, & Pollux. Alia est in Italia inter Tetracina, & Fundos in paludib. Laconibus condita, iuxta Scruium: cuius ciues, cum Pythagoricam sectam sequerentur, & abstineret cæde animalium, nec uicinæ paludis serpentes interimerent, ab illis deleti sunt. Alij non a serpentibus, sed hostium repentino aduentu hanc urbẽ deletam prodiderunt: nam cum aliquoties salo nunciatus esset aduentus hostium, postea cautum est, ne quis amplius nunciaret. Inde ex improuilo capta sunt Amyclæ. Hinc pro uerbium, Loqui uolo, nam scio Amyclas tacendo periisse.
- AMYCLEVS**, a, um, ἀμύκλειος.
- AMYCVS**, ἀμύκκος, Neptuni, & Melies nymphæ filius, Bebryciorum rex, qui aduenas in Bebryciû neniens ad cæstum certam prouocabat, & infidijs circumuentos ibidem interfecit. Cum itaque Argonautæ in Bebrycium uenissent, Pollux ab eodem ad certamen prouocatus, cognitis infidijs, socios conuocauit, & ab ijs adiutus Amycenum interfecit. Virg. 5. Aen. Qui se Bebrycia ueniens Amyci de gente ferēbat.
- AMYDON**, p. c. ἀμύδων, ciuitas Pæoniæ, quæ auxilia misit Troianis, Iuue.

III. Sat. 3. Hic alta Sicyont, est hic Amydone relicta.
AMYGDALA, [p. c. *Madoria. Gal. Amande. Hisp. Almendra.*] ἀμυγδαλή, nux Græca, quæ & Thasia dicitur. Amygdalum, etiam neutro genere dicitur pro fructu. Palladius: Græci afferunt nasci amygdala scripta.

AMYGDALVS, [*Madorlo.*] ἀμυγδαλή, arbor amygdala ferens. Col. l. 3. Amygdalus, si parum ferax erit. Hinc Amygdalinus, nā, num, p. c. Serenus: Fertur Amygdalinæ succus esse bibendum.

AMYGDALITES, ἀμυγδαλοειδής, Dios. herba est genere tithymali, a similitudine foliorum amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platythyllos a latitudine foliorum. Pl. li. 26. c. 8.

AMYLON, ἀμυλον, placetæ genus, quod ex tritico fiebat, aut filigine sepius elota, ita dictum, quod sine mola fieret. Macerabatur. n. sepius quotidie triticum, aut filigo, donec ita mollesceret, ut cremor ex primi posset, qui deinde in sole siccabatur. A vulgo Seplahariorū unica littera immutata, Amydon uocatur. Rationem conficiendi amyli uide apud Pl. l. 18. c. 7 & apud Cat. de re ru. c. 87.

* **AMYMONES**, una ex quinquaginta filiabus Danaï. Str. l. 8. Et fons iuxta Lernam. Plin.

* **AMYNTAS**, pater Philippi, Macedonum regis.

AMYSTIS, ἀμυσις, strenuæ potationis genus erat apud Thæces, cum potus ingurgitabatur, ut uinum in dolium infunditur, neque spiritu reciprocato, neque ore contracto. Vnde ἀμυσιζέειν. Græci dicunt, pro ingurgitare, & sine respiratione assatum bibere. Hor. l. 1. Car. Bassum Thracia uincat amysside. Alij Amyssidæ poculi speciem interpretantur, quo Thracæ utebantur, quoties ἀμυσι καὶ ἀπυδσι, hoc est, citra laborum contractionem, & spiritus reciprocationem, potare uolebant.

AMYTHAONIA, ἀμυθαονία, Elidis pars est, teste Stephano, ita dicta ab Amythaone Crethæ filio.

* **AMYTHAON** Melampodis pater. Vir. 3. Geor.

* **AMYZON**, Carizæ opidum. Ptol.

A N T E N

AN, aduerbium interrogandi, & pro numquid ponitur [*Dimmi?*] Ci. An uero Romulus ille aut pastor, aut conueas congregasse uideatur? Sed aliqui transit in uin et, cum sermo dubitatio est, & tunc ferè subiunctio iungitur: ut Nescio an pater uiuat.

ANA, siue (ut apud Melam legitur) Anas (ἀνας, Ptolemæo) fluuij nomen est apud Hispanos, qui Baticam, hoc est, Granatam, a Lusitania, quam hodie uocant Portugalliam, diuidit. Pl. li. 3. cap. 1. & 2. Vulgo Guadiana.

ANABATRA, ἀνάβατρα, scæle pulpita, gradus superiores scæfiles. Iuu. Sat. 7. Conducta pendent anabathro tigillo.

* **ANABIS**, opidum Hispaniæ.

ANACARDIUM, ἀνακάρδιον, arbor Indis familiaris, fructu auticulæ corculi non dissimili, unde nomen putant inditum, rubeante in tunc cruore, quo ueluti sanguine scatet. Ruell. li. 1. c. 37.

* **ANACE** opidum Achaiæ.

ANACHARSIS, ἀναχάρσις, philosophus ex Scytharum genere, sapientiæ admirandæ, ut scribit Cic. lib. 5. Tusc. Qui studio cognoscēdit ritus, & mores Græcorum, in Græciam se contulit, eodem tempore, quo septem Sapientes florebant. Hic leges aramearum telis quā simillimas esse dicebat, quod muscas quidem, & cetera eius generis infirmiora animalia irretirent, a fortioribus autem perrium perantur. De genere mortis eius tradit Laertius: a fratre suo, Scytharum rege, interemptum esse.

ANACHITES, ἀναχίτης, gemma omnium pretiosissima, quā Adamantem uocamus: dicta quod uanos motus, animiq. lymphaticiones credatur abigere, & aduersus uenena habere uim antidoti. Pl. lib. ult. cap. 4.

ANACLINTERIUM, [*Letticuolo, matara. Gal. Lit de matras pour se reposer sur iour. Hisp. Lugar para dormir.*] ἀνακλιτήριον, lectulus ubi quiescimus interdiu: apud Lampridium in Heliogabalo, Accubitoria quibusdam Stibadia dicitur. Spart. in Cæsonio Commodo: Lectum eminentibus quattuor anaclinterijs fecerat.

ANACREON, ἀνακρέων, poeta lyricus, a quo metra Anacreontica dicta. Ortus ex Teo Ionici ciuitate: Amavit puerum formosissimū, nomine Bathyllum. Hor. Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium. Perijt acino uis passæ strangulatus, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 7.

ANACTORIUM, ἀνακτόριον, herba est, quæ notioribus nonnibus Græcis, & Latinis gladiolus appellatur. Dios. lib. 4.

ANACTORIA, ἀνακτόριον. Stephano, opidū Acarnaniæ, ad suum Ambracium. Pl. li. 4. c. 1. Est item Ionici urbs in minore Asia, postea Miletus appellata: ut testatur idem li. 5. c. 29.

ANADEMA, p. p. ἀνάδημα, corona, aut simile capitis ornamentum. Luc. l. 4. Et bene patra patrum sunt anademata, mitra.

ANAEA, ἀναία, Steph. urbs Carizæ contra Samum, gentilia, Anæus, ἀνάιος, & Anaites, ἀνάιτης, hinc ortus Menelaus Anæus, Peripateticæ familiæ philosophus, & historiarum scriptor egregius.

* **ANADIPLOSIS** figura, i. reduplicatio.

* **ANACHIOMENI**, i. emergens. quo nomine dictum est Apellis opus. quod Venerem habet et e mari emergentem. Pl.

ANAETIA, ἀναίτια, opidum maioris Armeniæ. Pl. li. 5. c. 24.

ANAGALLIS, ἀναγallis, herba quam Morgelinā, uel Gallinæ mortum uulgo uocari, Ruellio credimus. duæ eius a Plinio traduntur species, floris colore distinctæ. mas florem habet phœnicēū, femina caruleum.

ANAGLYPHA, p. c. [*Cose di rilieno.*] ἀνάγλυφα, dicuntur uasa aliaue opera, sculpturis aspera, quæ. sita exculpta sunt, ut in eis imagines emineant: Anaglypta appellat Pl. li. 3. c. 11. Mart. l. 1.

ANAGNIA, ἀναγνία, Pto. ciuitas Herculorum in Latio, ubi Antonius sorore Augusti contempta, & Cleopatra in uxorem ducta, morte tam feriti iussit. Virg. l. 7. Quos diues Anagnia pascit.

ANÆNOSTES, [*Letore.*] ἀναγνώστης, lector. Cic. Att. lib. 1. Anagnostes noster Solistheus.

ANAGYRIS, ἀνάγυρις, herba est grauissimi odoris, quæ ob id a rusticis lignum putridum uocatur. Huius folia, uirgaq. si quis decerpserit, foetidissimo odore manus imbut, quo non nisi frequenti lotione potest liberari. Hinc factus est locus proverbio, ut qui sibi offutura commoueat, ἀνάγυριν κινεῖν, hoc est, Anagyrim mouere dicitur.

ANAITIS, idis, ἀναίτις, Dex cuiusdam nomen: quæ in Scæfena Armeniæ regione præcipue colebatur. Sunt qui tradant, hæc festa in memoriam uictoriæ, quam Cyrus de Sacarum gente retulit, esse instituta. Str. li. 11.

ANALECTA, [*Ammonditie della tanola. Gal. Ce qui tombe sous la table, miettes. Hisp. Los relienes del manjar que sobra.*] ἀναλέκτα, purgamenta cenarum, quæ manu colligi solent, & extra triclinium efferri. Martia. l. 7. Colligere longa nec turpe putat, dextra Analecta, τὰ τῶ ἀναλέκτου, hoc est, a colligende, propterea, quod manu colligerentur, scopis euerrentur.

ANALECTES, ἀναλέκται, dicitur, teste Cælio Rhod. lib. 13. c. 31. qui multa lectione exercitatus memoria est firmissima, ἀναλέκτου, enim est memoria concipere, & firmiter tenere. Seneca: Suasit illi Satellius Quadratus, ut grammaticos haberet analectas.

ANALECTIDES, ἀναλέκτιδες, dicuntur, quib. e xylyno lino, uel quauis materia, puellæ tamquam puluillis confispant scapulis promi nentes, ut uideri pleniore possint. Ouid. 3. de arte aman. Conueniunt tenues scapulis analectides altis.

* **ANALITAE**, populi Arabiæ, apud Plin.

ANALOGIA, [*Proprietà, proportione, conuenienza. Gal. Proportion, conuenance. Hisp. Propriedad, conueniencia.*] ἀναλογία, accentu in pen. proprietas, proportio, conuenientia, similitudo. Cicero. Quod analogiam Stoici, nos appellemus conuenientiam, si placet. Quint. l. 1. Analogia præcipue, quæ proxime ex Græco transferretur in Latinum, proportionem uocauerunt. Hæc est eius uis, ut id, quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non queritur, referat, ut incerta certis probet, ut si queratur, funis masculini, an feminini generis sit, ex eius deminutio cognoscitur, quia funiculus, generis masculini est.

* **ANALOGISMVS**, uocatur a dialecticis firmū argumēti genus, quod a causa ducitur propinqua: cui opponitur, epilogismus.

ANANTOPODON, schema, quo Græci frequentius utuntur, quā Latini, cum oratio aliquo membro desinitur.

ANAPÆSTVS, ἀναπæστος, pes ex duab. syllabis breuibus, & tertio longa. ex ἀνα, re, & πæστος, ferio, quod repercutiat dactylum sono reciproco. A Græcis ἀναπæστος, dicitur, quasi dactylo contrarius. Ci. l. 2. Tus. Nō adhibetur ulla sine anapestis pedibus exhortatio.

ANAPHALIS, ἀναφαλὶς, herba est, quæ notiore nomine Gnaphaliū, & a quibusdam Centunculus appellatur.

* **ANAPHE**, insula una Sporadum. Plin.

ANAPHORA, p. c. ἀναφορά, seu Epanaphora, ἐπαναφορά, figura, quam nos Relationem, seu repetitionem dicere possumus, quæ fit quoties in principio singulorum membrorum, aut uersuum eadem pars orationis repetitur, hoc modo: Verres calumniatores apponebat, Verres de causa cognoscebat, Verres pronunciabat. Vir. 1. Ae. Nate meæ uires, mea magna potentia solus, Nate patris sum mi. Anaphora est scansiones, seu adscensionis signorum uocabant, ab Oriente circumacto mundi quotidiano factæ, ex inclinatione cæli uaria, nunc maiores, nunc minores. Firmicus: Sed istis tamdiu uitijs laborabit, quo ad signi eius fuerit anaphora completa.

ANAPIS, p. p. ἀνάπις, Siciliæ fluuius leniter decurrens, decem stadiis procul a Syraculis in mare defluens. Ou. 5. Met.

ANARITACE, Straboni, Anariaci, Pl. ἀναριάχι, Steph. poij uli sunt ad mare Caspium ad ortum incolentes: quorum opidum Anaritace, commemoratur a Stephano.

ANARRHINON, ἀνάρρινον, quod & Antirrhinum, herba est anagallidi similis, radice nulla, aut perexigua, semine uitulinis nares imitante, unde & nomen habet. Pl. li. 25. c. 10. & Ruellius lib. 3. c. 131.

ANAS, atis, p. g. c. [*Anitra. Gal. Cane ou canart. His. Asnad.*] ἀνάς, auis notissima ex genere amphibiorū: ita dicta ab assiduitate natandi.

Mart.

- Mart. li. 13.** Tota tibi ponatur anas, sed pectore tantum. Et ceruice sapit, cetera redde coquo. Est & Anas fluitius ulterioris Hispaniæ Beticæ diuidens a Lusitania. De quo Pomp. Mela. li. 2. Antiqui præterea Anatein uocabant annum uinum, quo scilicet uetula laborabant. Fest.
- ANATINVS,** na, num, pe. p. Pla. in Rud. Vtinam fortuna anatina nunc uterer: ut, cum exilem ex aqua, arerem tamen.
- ANASA,** ἀνάσα, opidum Carmanici, apud Plin. 6. c. 28.
- * **ANASTROPHE** est inuertio, i. duorum uel horum ordo præposterus: ut Italiam contra pro contra Italiam.
- ANATICVLA,** ἀντικύβητος, Ci. 5. de Fin. Serpere anguiculos, enolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti uidemus boves.
- ANATARIVS,** iā, ium, [Quello che è dell'anitra, come le piume.] quod ex anate est, ut Anataria pluma: siue quod ad anates pertinet, ut Anataria aquila, quæ anates uenatur. Plin. 10. c. 3.
- ANATHEMA,** [scommunica] ἀνάθημα, idem quod detestatio, uel execratio. Item donarium, quod dijs suspenditur in columna, uel pariete templi: ἀνάθημα, hoc est, a seponendo, uel suspendendo: aut certe ab eo, quod nefas esset ea loca mouere. Hotes quoque sacri, quorum capita deorum alicui dicata sunt, anathemata appellantur. Vide Budæum in Comment. linguæ Græcæ. Inde Anathematizo, detestor.
- ANATOCISMVS,** [Vfura dell'usura] ἀνατοκισμός, est uluræ anniuersaria reuolutio, & quas usuras usuratum uocât. Ci. ad Att. li. 5. Centesimas me obseruatum cum anatocismo.
- ANAVROS,** ἀνάυρος, fluius Thessaliæ, ex Pelio monte fluens, quasi absque aura dictus. Lucan. 1. 6. Quiq. nec humentes nebulas, nec rore madentem Aera, nec tenues uentos adspirat Anauros. De hoc fluuiio, uel potius torrente, uide plura apud Apollonium Argonaut. lib. 4.
- ANAVIS,** apud Flaccum in Argon. procius est Medæ, Alanorum & Heniochorum rex, postea a Styro riuali interfectus.
- * **ANAX** uiri proprium, qui fuit Cæli, ac terræ filius. Cæl.
- ANAXAGORAS,** p. c. ἀναξαγόρας, Clazomenius philosophus in physicis præcellens, non modo generis gloria, & diuitijs, uerum animi quoque magnitudine clarissimus, quippe qui totum patrimonium suis sponte reliquit, & cum ab eis negligentiæ insimularef, Quid ergo, inquit, nonne uos ista curatis? Mox abscedens, studio doctorum flagrans, cuiusdam ipsum ita cõpellati, Nulla ne tibi patriæ cura est? dixerit, Mihi uero patriæ cura, & quidem summa est, dignitatem in cælum intendens. Hic cum post diuinam peregrinationem in patriam redisset, possessioneq. desertas uidisset, Nõ essem, inquit ego saluus, nisi istæ perijissent. Vide plura apud Laertium.
- * **ANAXANDRIDES,** comædiarum scriptor Rhod. Suid.
- ANAXARCHVS,** ἀναξαρχος, philosophus Abderita, sectator Temocriti. Hic habuit inimicū Nicocreonem Cypri tyrannũ, a quo cõprehensus, cõiectusq. in pilam saxeam, ibiq. ferreis malleis contusus, adeo toleranter perulit asperissimos illos cruciatus, ut uerbũ illud memorabile conduplicauerit. Tunde, tunde Anaxarchi follæ, Anaxarchi enim non tundi. Ad ultimum, amputatione linguæ minitante tyranno, propriis dentibus abscessam linguam in os eius ira patulum dicitur exspuiffe. Vide Laertium.
- * **ANAXARETE,** puella Cypria, Orit. 14. Met.
- * **ANAXILAS,** poeta comicus.
- ANAXIMANDER,** ἀναξίμανδρος, Milesius philosophus Taleris auditor, primus terræ marisq. circuitus descripsit, & sphaeram insuper construxit, ut inquit Laertius.
- ANAXIMENES,** ἀναξίμανης, philosophus fuit Milesius, Burystrati filius, Anaximandri discipulus, successorque, qui eo die obiit, quo Sardis a Cyro capta sunt. Hic principum rerũ aera opinatus est, quem genere infinitum, qualitate tibus finitum aiebat, cuius cõdensatione, ac rarefactione cuncta gigni putauit. Solem, Lunam, ceterasq. stellas a terra ortum habere.
- * **ANAXAGO** Anaxi filia.
- ANAXYRIS,** ἀναξυρίς, herba est notissima, quam & Oxalidem Græci, & Latini Rumicem appellant.
- ANAZARBA,** ἀναζάρβα, Stephano, optidum est Ciliciæ, Dioscoridis illustrissimi Medici patria.
- ANCAESA,** [Vasi intagliati.] dicta sunt ab antiquis uasa, q̄ celata uocamus, q̄ circum cædendo talia fiant. Ipsum quoque Celare uerbum ab eadem causã dictum est, d. cum l. permutata. Festus.
- * **ANCEVS** Samiorum rex
- ANCEPS,** ipitis, [Dubbio, Dubbio. Gal. Doubleux, incertain. Hi. Dudofo.] ἀνελκομος, quod utrinque acutum est. Anceps (inquit Festus) significare uidetur, quod ex utraque parte caput habet, ut securis bipennis, sed magis a capiendõ, q̄ ex utraque parte æque capiãt, appellatum est. Lucil. Veste, atq. ancipiti ferro effringã cardines. Accipitur pro dubio, siue ambiguo. Ci. pro Marcel. Incertus est exitus, & anceps fortuna.
- * **ANCHACES,** nomen ducis in Persæ exercitu.
- * **ANCHEMOLVS,** Rheti Marrubiorum regis filius. Vir. 10. Aen.
- ANCHIALE,** ἀγχιάλι, ciuitas Ciliciæ, de qua Strabo, post Zephyrium, inquit, Anchiale supra mare, Sardanapali opus. Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui non a Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia cõditam uult Cydmi matre, a quo nomen uicino flumini.
- ANCHISES,** ἀγχίσιος, Capys filius, ante bellum Troianũ memorũ latebras, & solitudines coluisse fertur, gregibus, & armëtis intentus quibus cum uacaret, a Venere adamari cõcepit, & cũ ea concubuit, unde natus est Aeneas apud Simoëta, Troiæ fluium, ut scribit Seruius. Porro cum se Veneris cõcubitu usum fuisse iactasset, a Ioue fulmine est afflatus. Propterea dicunt eum Troianorũ cõsilius non interfuisse. Ardente Troia, cum nulla salutis spes appareret, senio cõfectum Aeneas huc inposuit, secumq. Drepanum usque Siciliæ urbem uexit, ubi fatis concessit. Vir. 1. Aenei. Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ, Alma uenus Phrygi genuit Simoentis ad undas?
- ANCHORA,** p. c. [Anchora. Gal. Ancre, ou croc de fer de quoy en retiët les nauires. Hipp. Anclia, ancora de la naue.] ferreum instrumētum quo naues retinentur, quod & a Græcis ἀγκυρα, uocatur, unde & Latini uocem hanc proculdubio mutuarunt, & tenue in suam adspiratã, & u in o commutantes. Ci. 7. Ver. Vela fieri, præcidi anchoras imperauit. Et quia natura tempestate iactati, quando feliciter nauigandi nulla spes superest, ad anchoram confugiunt, qua eiecta, nauim eodem in loco retinent, donec felicius nauigandi se offerat occasio: factum est ut sacram anchoram prouerbialiter dicamus pro extremo perfugio.
- ANCHORALIS,** Je, adiect. Plin. 16. c. 8. Vfus eius anchoralibus maxime nauium, Anchoralis tractus. Liu. 7. Bel. Maced.
- ANCHORARIVS,** [Anchorario.] qui curam anchoræ habet.
- ANCHORARIVS,** a, um, quod ad anchoram pertinet: ut Funes anchorarij, Hirtius, Storias ex funibus anchorarijs tres fecerunt.
- ANCHUSA,** ἀγκυσα, herba est laetice folijs, radicem habens digitalli crassitudine, colore sanguineo, ætate manus inficiens, qua mulieres colorem purpureum malis inducunt.
- ANCILE,** per simplex l. p. p. scutum breue erat, auctore Festo, ita ex utroque latere recisum, ut nullus angulus uideri posset, & summũ, infimũq. eius latus medio pateret. Dictũ, ab Am & Cæsium, quasi Ancilum: uel ab ἀγκυλ, quod est cubitus: uel ab ἀγκυς, remedium, quoniam pestilentie remedium fuit. Fertur Numẽ Põpiliij tempestate de cælo decidisse, unaque editam uocem, omnium potentissimam fore ciuitatem, quamdiu in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quib. id misceretur, ne interno sci cæleste posset. De hoc Oui. li. 4. Fastorum: Ecce leui scutum uersatũ leniter aura Decidit: a populo clamor ad astra uenit. Et paullo post. Idq. ancile uocat, quod ab omni parte recisum est: Quæque notes oculis, angulus omnis abest. Liu. 1. 1. Salios duodecim Marti Gradiuo egit, tunicę pictę insigne dedit, & super tunicã, cœneum pectori tegmen: cælestiaque arma, quę ancilia appellant, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripodibus, sollenni q. saltatu iussit. Hor. 1. 2. Carm. Hoc ancilium declinauit, cum ait, Anciliorum nominis, & togæ. Iuuenalis uero adiectiuum posuit, cũ dixit Clypeis ancilibus.
- ANCILLA,** [Fante, serua. Gal. Chamberiere, seruante. Hi. Sierna esclaua, o moça de seruicio.] ἀμύνη, mulier serua. Nomen deductum putauit Festus ab Anco Marcio, quod is in bello magnum feminarij numerum cepit. Siue quod antiqui Ancilare dicebant ministrare. Ex quo dij quoq. ac deæ feruntur coli, quib. nomina sunt Anculi, & Anculæ. Plin. 2. c. 63. Terra mortalium semper ancilla.
- ANCILLARIS,** ris, re. Ci. Tus. Ancillari, fordidoq. artificio.
- ANCILLARIOLVS,** ancillæ addictus, qui ancillam amat. Mart. li. 12. Ancillariolum tua te uocat uxor.
- ANCILLOR,** Iaris, [seruire. Gal. s'assugettir a quelqu'un comme son seruant. Hipp. Seruir come esclauo o moça.] ἀμύνης, ministro, more ancillarum. Ci. in Sallust. Non uni priuatum ancillatus sum.
- ANCILLVLA,** ἀγκυλα, dem. ab ancilla. Ci. 1. de Or. Iuris scientiam eloquentiæ, tanquam ancillulam, adiunxisti.
- ANCLABRA,** uasa, quibus sacerdotes utebantur. Anclabris (inquit Festus) est mensa ministrarijs apta diuinis: uasa quoq. in ea, quibus Sacerdotes uruntur, anclabra appellantur. Sunt qui legant Anclabra, ἀνά τῆ ἀγκυλῆ, hoc est, ab hauriendõ.
- ANCON,** onis, siue Ancona, x. p. p. [Ancona.] ἀγκυλῶν, urbs est totius Piceni celeberrima, portum habens insigni opere a Traiano Cæsare exstructum. Nomen habet a situ, qui cubiti flexuram refert. Græci enim & cubitum, & locũ cubiti modo sinuosum, ἀγκυλῶνα, appellant. Plin. 3. ca. 13. Ad ipsẽdem colonia Ancon, apposita promontorio Cumerõ in ipso flectentis se orę cubito. Fuit item Ancon, apud Carthaginienses obscurum domicilium, in quod detru debantur, quibus iratorum erat tyrannus.
- * **ANCTERES,** uincula, sub quibus labra uulnerum constringuntur.
- ANCVS,** ἀγκυς, cognomẽto Martij, quartus fuit Romanorũ rex, Numæ Põpiliij ex filia nepos, qui & Latinos bello domuit, & Ianiculum pontẽ Sublicio urbi coniunxit, Romanorũq. limites ad mare usque

re nſque promouit, ubi & Oſtiam condidit. Reliqua uide apud Liu. lib. 1. ab Urb. con. Dictum autem uolunt Ancum ἀπό τοῦ ἀγκύρος, hoc eſt, a cubito, quem incuruum habebat, nec poterat ex porrigere. Vide Seruium in illud Vir. 6. Ae. Quem iuxta ſequitur iactantior Ancus.

ANCVLI, & Ancula, dij, dexæque ancillarum putabantur. Feſt.

* ANCVLOGLOSSVM, unculum neruoſum ſub lingua. quod ſilum uulgo appellatur.

ANCYRA, ἀγκυρα, nomen duarum urbium, quarum altera eſt Phrygiæ, altera Galatiæ. Dicta Ancyra ab anchoris nauium captarum a Mithridate, quas Ptolemæus Aegypti rex ſuppeticas Gallogræcis miſerat. Vide Steph. et Plin. lib. 5. c. iiii.

ANDABATAE, [Combattenti uilla cieca.] ἀνδάβαται, Cice. Trebatio. Quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus. Andabatæ fuerint ne populi clauſis oculis ſoliti pugnare, an gladiato rû genus qui clauſis oculis tenderet in aduerſariû, an potius luſus genus, ut propemodum ex Seneca licet conicere, nondum ſatis compertum eſt.

ANDANIA, ἀνδανία, Stephano, opidum Peloponneſi. Str. l. 8.

ANDANIS, ἀνδανίς, ſtuumus eſt Carmaniæ regionis. Plin. lib. 6. cap. 23.

ANDEGAVI, Galliæ Lugdunenſis populi, qui & Andes. Tacitus l. 3. Erupere primi Andegauis, ac Turonibus. Plin. l. 4. c. 18.

* ANDELVS eſt Hiſpaniæ ciuitas.

ANDES, um. Populi inter Celtas, Carnutibus, & Turonibus. finitimi, ac Ducatu Bituricæſi, oceanoque proximi, quos Ligeris flumen aluit. Plin. Andegauos appellat. Cæſar Andes.

ANDES, uicus non procul a Mantua, Virgilio patria.

ANDINVS, adiec. ut Andinus uates. [Virgilio.] cantus Andinus. Sil. l. 8. Mantua muſarum domus, atque ad ſidera cantu Euecta Andino, id eſt Virgiliano.

* ANDOCIDES, unus ex decem præcipuis Athenienſibus oratoribus.

* ANDRACHNE, portulaca, & andrachne ἀγκυρία, Silueſtris portulaca: & herba, quam illecebram uocant.

ANDRIA, ἀνδρία, Phrygiæ opidum apud Plin. l. 5. c. ult. Ste. præterea Andriam in Elide collocat. & alteram in Macedonia.

ANDRIACA, ἀνδριακή, Ptolemæo, opidum eſt in Media, & alterum in Lycia: Ruſum illud in Thracia, Straboni.

ANDRICVS, p. c. ἀνδριεύς, Ciliciæ mons, ut inquit Str. l. 14. Quo etiã nomine dictum eſt flumen quoddam eiusdem regionis, non procul ab Amiani portis, apud Plin. l. 4.

* ANDROCLEVS philoſophus fuit.

ANDRODAMAS, ἀνδρόδαμος, lapis eſt ex genere hæmatitarum colore nigricante, pondere ac duritia inſignis, qui attritus coti ſuccû reddit ſanguineum. Vide Plin. l. 16. cap. 20. Eſt præterea Androdamas, gemmæ nomen, quæ argenteam nitorem habet, ut adanias quadrata, & ſemper teſſellis ſimilis: cui Magi putant nomẽ impoſitum ab eo, quod impetus nominû, & iracundias domet. ἀπό τοῦ δαμάζειν τὸν ἀνδρα, hoc eſt domendis uiris. De hac Plin. lib. 37. cap. 10.

* ANDRODAMVS, Rhēginus, qui Leges Chalcidenſibus tulit.

* ANDRODVS, Codri Athenienſium regis filius. Gell.

* ANDROGEOS, Minois Cretenſium regis filius.

ANDROGYNOS, p. c. [Hermaphrodito.] ἀνδρόγυνος, qui utrumque habet ſexum, maris & feminæ. Ci. 1. de Diu.

ANDROMACHE, p. c. ἀνδρομάχη, Eetionis regis Thebarû, quæ in Cilicia ſunt, filia, & Hectoris Troiani uxor, & mater Aſtynactis, quæ uirili pugna nomen ſortita eſt. Fuit enim uirili animo & quædam ueluti uirago. Hanc mortuo Hectore Pyrrhus in Græciã adduxit, & ex ea Moſſum filiû ſuſcepit: poſtea. Heleno uati Priami filio eam uxorem tradidit, regniq. portionem eidem assignauit.

ANDROMEDE, p. c. ἀνδρομέδης, Cephei, & Caſſiopes filia, quæ ob matris ſuperbiã, quæ ſe Nereidas forma antecellere gloriabatur, a Nymphis ſcopulo fuit alligata, & cæto deuoranda expoſita, ſed Perſei uirtute liberata, qui illac opportune iter faciens, & cetum interemit, & Andromedẽ uxore duxit. Poſtremo Mineræ beneficio inter aſtra collocata dicitur. Orbitur in parte piſcium duodecima.

ANDRON, [L'androné.] ἀνδρών, a quibusdã putat eſſe locus in ædibus parietibus undiq. ſeptus, ſed ſere ſine teſto. Plin. in epi. interiaces andron pariete cubiculi, hortiq. diſtinguit. Feſtus locum eſſe ait in ædib. longitudine anguſtiorẽ, in quo uiri plurimum uerſantur, ut γυναικείον, in quo mulieres. Suidas quoque Andronẽ interpretatur locum in ædib. in quem uiri ſolent conuenire: Dicebat etiã Andronitis: quod in eo uiri ſine interpellationibus mulierû uerſarentur. Vitru. l. 6. c. 9. Eſt etiam Andron, ut ſcribit Ptolemæus, opidum inferioris regionis Nili.

* ANDRONICVS, Rhodius Peripateticus. Str. & Gell.

ANDRONVM, medicamentû eſt unæ, quæ in fine fauciu naſci ſolet, curandæ utile. Eius confectionem uide apud Celſum l. 6. c. 10.

ANDROS, ſiue Andrus, ἀνδρος, inſula eſt una Cycladum, Eubœæ adiacens: de qua Plin. l. 4. c. 12. Eſt item Andrus, inſula Oceani Septentrionalis, inter Hiiberniam, & Britanniam. Plin. l. 4. c. 46.

ANDROSAEMON, ἀνδρόσαμον, herba eſt ſimilis Hyperico, cauliculis tamen maioribus ac magis rubentibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus, ſuccum emittit ſanguini ſimilem: unde & nomen habet. αἷμα, enim ſanguinem ſignificat. Vide Plin. lib. 26. cap. 5.

ANDROSAESES, ἀνδρόσακες, herba eſt in maritimis Syriæ locis copioſiſſime proueniens, alba, carens folijs, folliculos in cirris habens. Plin. l. 27. c. 4.

ANELLVS, [Anelletto. Gal. Anellet. Hiſp. Pequeño anillo.] ἀκτύλος, demi. ab anulo. Hor. in Ser. Cum tribus anellis, modo læua Prifcus inani. Ci. Cuius imaginem in poculis, & anellis habebant.

ANEMO, ſtuumus eſt in octaua Italiæ regione, apud Plin. l. 3. c. 15.

ANEMONE, p. p. ἀνεμώνη, herba florem habens eiusdem nominis, ſtatim euaneſcentem, quem poetæ fabulantur ortum eſſe ex ſanguine Adonidis, ab apro interempti. Nicander in Ther. & Theocritus in Bucol. Flors purpureus, adſpectu ſatis amœnus, ſed nulla odoris gratia comendatus. Vnde ortum eſt prouerbum ῥῶδον ἀνεμώνη συγκρίσεις, hoc eſt, Roſam cum Anemone confers. Dicta putatur Anemone, quod niſi uento ſtante (quem ἀνεμών, uocat Græci) non aperiatur.

* ANEMORCA, opidum Phocidis apud Hom.

* ANEMOSPHOROS, herba ex genere naporum.

ANETHVM, ἀνηθον, genus herbæ boni odoris, etiam hodie in officinis nomen retinens, ruſtus mouens, tormina ſedans, & ſingultus cohobens. Plin. l. 20. c. 18.

ANFRACTVS, [Via tortu. Gal. Vn defour en rond, un defour de rue. Hiſp. Ro deo de camino aſpero.] ἀνέκτορος, obliqui uiarum flexus, in ſeſe recurrentes, ab Am, & frango, quod eſt recta uia ſic interrupta, Cæſar: ſi nullus amfractus intercederet, M. D. paſſ. aberat. Tranſfertur & ad alia, accipiturq. pro quouis circuitu, Cic. de Par. Ora. Oratio circumſcripta longo amfractu. Legitur & Anfractum ne. g. apud uetuliſſimos: Attus Eurysace, citante Nonio: alta patris terrarum amfracta reuiſam.

ANGARI, ἀγγαροι, teſte Suida, nunciij erant regij apud Perſas, quod nomẽ poſtea latius uſurpari cœpit pro quibuſuis, qui ſeruorû aut iumentorum onera baiularent. uide Cœl. Rhod. l. 18. c. 8.

ANGARIA, p. p. [Angaria, græcè ἄγγα. Gal. Charge, contrain. Hiſp. Buana, & ſeruidumbre.] ἀγγαρία, dictio Perſica, ut inquit Suidas, proprie ſeruitus coacta. Vnde ſi quis cogitur pro ſoluere publicanis, quã liceat, angaria eſt. Inde ἀγγαρία ζῶς, cogo. Apud Perſas erat ἀγγαρείον δρόμημα, curſus pernicioſus equitum, ut ſcribit Hero. in 8. Vnde nomen angariæ, & perangariæ in libris iuris leſtitatum manauit: Eſt enim nomen Perſicum.

ANGARIS, mons eſt Idumææ, apud Plin. l. 5. c. 13.

ANGELVS, ἀγγελος, Latine nuncius, nam officij nomen eſt, non naturæ. Semper enim ſpiritus ſunt: ſed cum mittuntur, uocantur angeli. Angelicum metrum Diomedij, celeritate nuncijs aptum.

ANGELLVS, li, dem. Ab angulo. Lucr. l. 2.

ANGERONA, [La Dea del piacere,] ἀγγερόνη, uoluptatis dea, quæ & Volupia dicebatur, cui ſacrã a Romanis inſtituta ſunt, cû Angina ciuitas uexaretur: ab angore tollendo ſic dicta: Eius feſta Angeronalia ſunt uocitata. Hinc Pontifices in ſacello uoluptatis ſacrum faciebant.

ANGINA, [ſc. uentia. Gal. Squinante. Hiſp. Esquinancia.] σπαστική, genus morbi acutiſſimi, quo fauces anguntur, ac ſtrangulant: imperitum uulguſ medicorum Squinantiam uocat, dicta angina, quæ angat guttur. Plaut. Vellem me in anginam uerti, ut huic amicuæ fauces præoccuparem. Feſt. Anginam uinariam habere dicuntur, qui uino ſuffocantur.

ANGIORTVS, quarti ordinis: & Angiortum, [Via ſενζα capo, Angiporto. Gal. Vne ruelle, ou qui eſt ſans iſſue. Hiſp. Calle angosta o ſin ſalida] στενωπός, uia eſt exitum non habens: uel uicus anguſtus, & flexuoſum in modum anguis quaſi anguſtus ad portam aditus, ab angendo & portu. Vlpian. Angyportum a portu dictum eſt, portus uero conſuſus, & munitus locus eſt, quemadmodû, & ſtatio, ab importandis, exportandisq. mercibus, nomen habens. Ter. in Adel. Id qui dem angiortum, non eſt peruium, Cic. 4. Ver. Vt omnib. in angiortis prædonis improbiſſimi ſtatue ponant. Alij a Græco ἀγγυ, quod ſignificat prope, deductû uolunt, quia non longius extendit.

* ANGITIA, Aectæ filia, & Medæ ſoror. & nemus apud Vir. l. 7.

ANGLIA, [Inghilterra. Gal. Angleterre. Hiſp. Inglaterra.] βρετανία, quæ Britannia ab eruditis dicitur, inſula inſignis in Oceano, quæ undique a circumſuſo mari complexa eſt, niſquam iuncta continenti: quæ quondam ab albis rupibus, quæ mare undique aluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troes incoluerunt, qui Troia diſiecta fugerunt exciſam patriam, Palladiſque oraculo claſſe in hanc inſulam migrauerunt, atque gygantes tunc inſulã tenentes, multis uictos prælijs expugnauerunt. Hanc poſtmodû longo temporũ tractu, Saxones, qui ſunt illuſtres Alemanniæ populi, oppreſſere, agrosque, & opes iter legatos Saxonũ regina Angela diuiſit. Atq. ut linguæ, pariter, & gẽnis memoria in diſiecta inſula ſempiterna

D ſempiterna

- fempiterna foret. ab Angela, cuius ductu uicta est, Angliam tellurem illam uocauit. Quamquam plerique Angliam ueluti noiri or bis anguium prædicent dictam. Sica est (ut inquit Pl. l. 4. c. 16.) ex aduerso Galliarum, Germaniarum, atque etiam Hispaniarum, licet longiore interuallo Agrippa longitudinem eius prodidit esse DCCC. pass. latitudinem uero CCC.
- ANGO**, gis, [Affirmare. Gal. Estrangler, tormenter, engoisser. Hisp. Angustiarò congoxar.] ἀγγω, anxi, sine lupino, id est quod cruciare, ue-xare. Et modo ad animum, modo ad corpus, modo ad utrumque promiscue pertinet. Ad animum, Cic. epist. fam. libr. 6. Audio te animo angui. Ad corpus, Colum. lib. 8. Robustus angit imbecillum. Ad utrumque promiscue. Gel. Cum angerentur Romani, & ple-raque Italia ad regem descuisset. Plau. pro absumo posuit in Aul. Tum anxiffe aquam, si quis petet. Deducitur ἀνὸ τῆ ἀγγω, quod est suffoco, strangulo: a quo Synanche morbus faucium acutus, ut dictum est in dictione Angina. Dicimus autem, angor animi, uel animo.
- ANGOR**, oris, [Affanno, doglia. Gal. Angoisse. Hisp. Angustia, ansa, dō congo-xa.] ἀδμονία, corporis uel animi cruciatus. Ci. 3. Tit. Angor, est ægritudo premens. Idem 1. de Fin. animus, excelsus, omni liber cura & angore. Hinc Anxietas & anxietudo.
- * **ANGRVS**, fluius ex Illyricis uerius Boream fluens. Herod.
- ANGVICVLVS** [serpentello.] deminutiua ab anguis, Cic. de Fin.
- ANGVIFER**, p. c. signū caeleste, quod a Græcis dicitur ἀγγύς. Col. Anguifer cū mane occidit, tēpētatē significat. Cic. de Nat. Deor. Atque hæc quidem a tergo: prope caput autem Angintenus.
- ANGVILLAE**, [Anguilla. Gal. Anguilles. Hisp. Anguillas.] ἀγγέλας, pis-cium solæ exanimes non fluitant: quas non ouo, non coitu pro-creari scribit Arist. Dicitur anguilla, quod specie anguē repræsen-tent. Plin. lib. 9. cap. 5. Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmen-ta uiuiscunt, nec alia est earum procreatio. Plaut. in Pfeu. Anguil-la est, elabitur.
- ANGVINVS**, a, um, adiect. quod anguinum est, aut quod ex anguib. constat, ἀγγύς, ut Anguinæ comæ Medusæ, apud Ouid. 4. Tri-stiui: & anguinæ capillus Eumenidū, apud Catullum. Itē, quod ad anguis similitudine acceditur anguineus cucumer. Col. l. 2. c. 9. hoc est oblongus, & ad anguis similitudinem contortus. Plin. di-citur Erraticus. li. 20. ca. 2.
- ANGVINVS**, 3, um, idem: ut, Anguina uernatio, pro pelle quam uer-no tempore angues exsuunt. Plin. li. 30. cap. 3. Anguinum ouum. Plin. li. 29. cap. 3.
- ANGVIMANVS**, ni, elephatorū epitheton est, quod proboscis, eorū, quæ manus uocatur, in omnem partē, anguiū more, facile flectit. Luc. li. 5. Anguimano belli docuerunt uulnera Pœni Sufferre.
- ANGVINVS**, a, um, Cic. de Diu. Certiux.
- ANGVIPEDES**, a poetis dicti sunt Gigantes, [Giganti] quasi loripe-des, qd pedes tortuosos habuisse fingunt, sicut angues se tortuo-sos faciunt. Ouid. 1. Met. anguipedum captiuo brachia cælo.
- ANGVIS**, [Serpente aquatile, serpe, biscia. Gal. Serpent, couleure. Hisp. Cule bra, dō serpiente.] ὄφεις, tam fem. quā, masc. gen. serpētis genus latis notū, & proprie illud (si Seruio credimus) quod i aquis degit. Fre-quentissimum tamen etiā de terrestribus dictum inuenitur. Virg. 3. eclo. Latet anguis in herba. Tacitus anguē in cubiculo uisam nar-rare solitus est. Frequentius tamen mal. gen. profertur.
- ANGVLARIS**, & hoc lare, γωνία, quod habet angulos. Cato de re rust. cap. 15.
- ANGVLATIM**, κατὰ γωνίας, aduerbium significans per angulos.
- ANGVLOSVS**, habens plures angulos, γωνιστός, Plin. li. 37. ca. 12.
- ANGVLVS**, p. c. [Angulo, cantone, canto. Gal. Angle, coing. Hisp. Rincon.] γω-nία, a Geometris dicitur id, quod resultat ex duabus lineis in idē punctum desinentibus. In ædificijs item anguli dicuntur, ubi duo pa-rietes coeunt. Item in agris, & regionibus, ubi duo latera conue-niunt, atque in acutum desinūt, angulus appellatur. Cæf. 5. Bell. Gal. Huius lateris alter angulus. Et quoniā anguli in ædificijs reli-quis partibus fere sunt obcuriores, & secretiores, factum est, ut angulus accipiatur pro loco quouis secreto, & abdito. Cic. in Ca-til. Nemo illo in angulo rotius Italiæ fuit. Angulatus, ta, tum. Ci. de nat. deo. Esse corpuscula quædam rotunda, alia angulata.
- ANGVSTIA**, [Luogo stretto, strettezza. Gal. Destroit, destresse. Hisp. Angostura, estrechura.] στενοχωρία, locus, artus, & minime amplus, cuiusmodi sunt montium fauces. Cæf. 5. Bel. Gall. Angustijs uiarum. Trans-ferretur & ad alias res: ut, Angustia erarij. Angustia etiam cor-poris, & animi, Cæsar: neminem, qui ei in tot rerum angu-stijs subueniret, habebat. Angustitas, atis, uetus nomen, pro Angustia. Actius: sed angustitatem inclusam, ac faxis squali-dam. Nonius.
- ANGVSTE**, [Strettamente,] aduerb. Cæf. 3. Bel. Ciuil. Ad rem frumen-tariam expeditam, qua anguste utebantur.
- ANGVSTO**, as, [Stringere. Gal. Estreuer. Hisp. Angostar, estrechar.] στενοχω-ρέω, quod est stringo. Luca. l. 5. Qua maris angustat fauces faxosa Carystos. Hinc Angustans, Angustatus, Angustandus, participia.
- Antul**. Cuius iter cæcis angustans corporum aceruis. Cic. Somn. Scip. Omnis terra, angustata uerticibus, lateribus latior. Seneca de Tranquitate: Angustanda pati monia sunt.
- ANGVSTVS**, a, um, [Stretto.] στενός, ab angulus, artus, quod anguli si-per coartarentur: ut, Angusta domus. Cic. 1. de Fin. Angustissima fauces. Cæf. 1. Bel. Ci. Angustioribus folijs. Plin. l. 13. c. 21.
- ANHELATIO**, nis, [Difficili a di spirare. Gal. Difficulté d'auoir son aleine. Hi. Αεζο, dō soffiro] πνεύματός, spirandi difficultas. Plin. l. 11. c. 11.
- ANHELATOR**, [Vn che non possa ribruer facilmente il fiato] ἀδματινός, qui est suspiriosus, quod uitium consistit in spirandi difficul-tate. Plin. 12. Anhelatoribus, & in tussi uetusta cum porro ex a-ceto datur.
- ANHELITVS**, us, p. c. [Fiato,] ipse spiritus, uel respirandi actus. Plau. in Epid. Animo male est, accipiam anhelitum.
- ANHELO**, as, p. p. [Spirare, ansare. Gal. Aleter, alener, souffler. Hi. Αεζα, dō soffirar destando.] ἀδματινός, ex Am, & Halo, m, in n, mutata signi-ficat egre halocum ex labore uehementi, crebris quasi singultib. spiratur, ac respirat. Col. li. 1. c. 3. Sudare, atque anhelare boues. Vnde & pro ardentem cupio per translationem poni consuevit. Ci. in Cat. Catilnam furentem audacia, scelus anhelantem, pestē p. atrix nefarie molientem, & c. Anh: latus, participium Oui. in ep. Medæ ad Iasonem: Iset anhelatos non præmeditatus ad ignes.
- ANHELVS**, a, um, [Ansante,] ἀδματινός, πνεύματός, ægre anhelitum ducens. Vir. 1. Geor. Nōq. ubi primus equis Oriens affluit a nhelis. Idem 2. Geor. Senibus medicantur anhelis.
- ANCETVM**, ἀνκτον, a quibusdam appellari semen, quod notiore nomine Anisum uocamus, auctor est Plin. l. 20. c. 17. Propterea qd appetentiā excitet, a Græcis quæcūque orexim adiuiat, ἀνκτα, dicuntur, quasi inuicta. Non aliam etiam ob causam Dioscorides eandem appellationem anetho tribuit li. 3. c. 60.
- ANCIANA**, pyri genus. Col. l. 5. c. 10. & Cato c. 7.
- ANIENS** fluius ad tertiam ab urbe miliarium. Ci. de Cl. Or.
- ANIGRVS**, p. p. ἀνιγρός, fluius Theflaliæ, in quo centauri ab Hercu-le uulnerati abluerunt sua uulnera. Vnde, cū antea haberet aquas purissimas, Centaurorum sanguine sordidæ redditæ sunt, & im-puræ. Auctor est Ouid. Met. li. ult.
- ANIMA**, [Alma, anima, fiato, & aria. Gal. L'ame, la uie, l'aer que nous respé-rons. Hisp. Anima, ayre.] ψυχή, corporum uiuentium, hoc est stirpiū, & animalium tam rationalium quam ratione carentium pars no-bilior, qua unumquodque illorum uiuit, alitur, sentit, aut ratiocinatur. Ea in stirpibus simplex est, quam Altricē appellat, qua sci-licet illæ alimentū attahunt, retinent, & in uniuersas sui partes distribuunt, illisq. assimilant: & quod in alimoniam uerti non po-test, excernunt. Brutis uero animantibus anima duplex est, quæ a nobiliori sua actione, Sentiens appellat, sub se comprehendens Altricem, nō secus, atque in tetragono trigonus comprehendit. Longe autem nobilissima homini est anima, quæ a ratione, qua solus homo utitur, rationalis appellatur. Hæc res quidē una est, ex triplici autem actione tria sortitur nomina, modo Altric, siue Vegetatrix, modo Sentiens, modo Ratiocinatrix appellata. Acci-pitur item Anima, pro animo, pro uita, pro spiritu, de quibus uide-tes testimonia in dictione Animus.
- ANIMABILIS**, les, [Animato,] adiect. qui animam, & spiritum habet. Cicer. 1. de Nat. Deo. Hac animabili spirabilique natura, cui nomen est aer.
- ANIMALIS**, hostia, θυσία, ψυχή, quæ ob id m. stabatur, ut eius ani-ma deo offerretur. Duo inquit Macrobr. erant hostiarum genera unum, in quo uoluntas dei per exta disquiritur: alterum in quo sola aia deo sacra: quas Haruspices animales hostias appellant.
- ANIMADVERTO**, [Considerare. Gal. Auifer, prendre garde, percevoir. Hi. Mirar y estar atento ha zia alguno.] θαλαουαείς τὸν, id est, animum aliquo uerto, cogito, confidero. Pla. Animaduerte hominē subal-bidam. Cic. 1. de Diu. Animaduertit dormientem circumplectatū serpentis amplexu. Cum accuratius, mediante præpositione In, significat punire, oppugnare, uerberare, itam exercere. Ci. in Ver. Act. 3. Statueres animaduerrere in eos. Interdum sine præpositio-ne. Idem in Verr. Act. 2. Ea grauius animaduertenda peccata, quæ difficillime præcauentur. Inuenitur etiam ablatiuo iunctum, cū præpositione A, uel Ab. Ter. in And. Ea primum ab illo est animaduertenda iniuria, id est, iudicanda.
- ANIMADVERSI**, [Consideratione. Gal. Consideration. Hisp. A quella obra de mirar ha zia alguno.] quod modo considerationem significat, Ci-ce. 1. de Fi. Interesse enim inter argumentum, conclusionemq. ra-tionis, & inter mediorum animaduersionem. Modo punitionem, quam κόλασις, Græci uocant. Idem 1. Off. Omnis autem animad-uersio & castigatio contumelia uacare debet.
- ANIMADVERSOR**, κολαστής, punitor. Ci. 1. Off. Si acres ac diligentes esse uolumus animaduersores uitiorum, magna sæpe intelligi-mus ex paruis.
- ANIMADVERVS**, perspectus, cognitus. Cæsar: Hac re animaduersa Cæsar iubet signa conuerti.

ANIMADVERSVS, qui supplicio affectus est. Pau. Iurec. Corpora animaduersorum quibuslibet petentibus, ad sepulturam dandam.

ANIMALE, [Animale. Gal. Vn' animant, ce qu' a vie avec sens comme les hommes & les bestes. Hif. Animal, que tiene anima.] *ἄνιμος*, substantia, animala sensibilibus. Pl. li. 10. cap. 63. Bipedum solus homo animal gignit. Ci. 1. de legibus: Animal prouidum & sagax homo.

ANIMALIS, & hoc animalis, [Vitale. Gal. Vn'ant & sentant, aiant ame. Hif. Cosa de vida.] *ἄνιμος*, quod est ex animali, siue quod habet in se animam. Animalis item dicitur spiritualis. Cice. libr. 3. Tusc. Siue illi animi sint animales: contrarium est Exanimalis, qui non est animalis. Plaut. in Bacch. Illum exanimalem faxo.

ANIMANS, [Animante, animale.] substantiarum fem. uel neu. gen. fere pro animali accipitur, quod Græci *ἄνιμος*, uocant. Cic. de nat. deo. Animantium alie corijs testæ, alie uillis uelutæ. Inuenitur & genere masculino. Hor. 2. Serm. Haud putet ultro quæquam animantem. Ci. de Vniu. A quo animante omnes reliquos contineri uellet animantes. Nonnumquã extenditur, præsertim in neutro genere, ad oia quæ habent animam ut sunt arbores, frutices, herbæ, quibus animam inesse conitatur, quam philosophi recentiores Vegetatiuum appellatur, nec animalia tamen, sed animantia nuncupatur, ut docet Senec. li. 8. ep. mor. Animans uero adiectiuum, idem est quod animam habens. Auctor ad Heren. lib. 4. Res omnes animantes, & inanimantes ob oculos potest ponere.

ANIMATIO, uerbale ab animando. Cic. de Vniu.

ANIMATUS, [Animato.] *ἄνιμος*, ab animo fit, sicut a tunica Tunicatus, animo, aut uoluntate aliqua effectus, Ci. D. Bruto: Ita animatus esse debes, ut nihil facias nisi iussus, i. e. a uoluntatem habere debes. Et animatus, qui habet animam. Cic. Tusc. 1. Animatum quod est, id motu cietur interiore. Contrariu est Inanimatus, qui non habet animam. Ci. de Amic. Res inanimatæ, atque mutæ. Animatus, uerbale nomen, idem quod animatio Pl. li. 11. c. 3.

ANIMO, as, [Inanimare, incitare. Gal. Donner corage, enhardir. Hif. Esforçar dar coraçõ.] *ἄνιμος*, animum induco, siue animum incito, & sic ab Animus descendit. Clau. lib. 3. Pestiferas animare ad prælia taxos. Aliquando est animam inducere, & uiuificare, tuncq. ab anima, siue ab animo, cum pro anima capitur, deducitur. Col. l. 9. Diebus quibus animantur oua.

ANIMOSE, Cic. de Off.

ANIMOSITAS, [Ardere, coraggio.] *ἄνιμος*, impetus animi, sedem habens in corde, quam Speusippus definit esse impetum uolentum partis animæ irrationalis.

ANIMOSVS, [Valorefo, coraggiofo. Gal. Corageux, ardi, de grand cœur. Hif. De grande animo y esfuerço.] *ἄνιμος*, siue qui est elati spiritus, quiq. ad iracundiam est procliuior. Oui. Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris. Ci. in Carone. Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quam adolefcentia. Vir. Quos animosi Euri affidue frangunt que feruntque. Ea quoque animæ potentia, qua ad iram incitatur, Animosa appellatur. Inuenitur etiam Animosus, pro nodoso, per translationem positum. Virg. 3. Geor. Luxuriatq. toris animosum pectus. Vbi Seruius animosum interpretatur nodosum. Non male tamen Animosum pectus intelligere possumus, quod animositate indicium est.

ANIMULA, [Animetta.] *ἄνιμος*, deminut. ab Anima. Seruius Sulp. ad Cic. li. 4. In unius mulierculæ animula si iactura facta sit, tantopere commoueris?

ANIMVLVS, demin. Plaut. in Cas. Mi animule, mea uita.

ANIMVS, & Anima, [Animo, l' anima. Gal. Ame, esprit, corage. Hif. Anima racional con que entendemos.] *ἄνιμος*, in hoc differunt, quod anima sit uite, animus consilij, nam anima in homine est, qua uiuimus, & sentimus, & mouemur: ita ut contineat uim uegetandi, mouendi & sentiendi: quæ omnia communia sunt nobis cum ceteris animantibus. nam ipsa aluntur, crescunt & gignunt, mouentur præterea, & sentiunt. Animus, *ἄνιμος*, uero est, quo homines sumus, quo sapimus, & intelligimus: quæ uis nõ est ducta de potentia materiæ, sed a deo immortalis de nihilo creatur eodem tempore, quo & infunditur in corpus nostrum. Ci. li. 1. Tusc. sic differit: Animam autem alij, animam etiam fere nostri declarant nominari. nam & agere animam, & efflare animam dicimus, & animosos, & bene animatos, & ex animi sententia. Ipse aut animus ab anima est dictus. Sciendum tamẽ est, animum pro anima plerumque sumi, ut apud eundem in Cat. Qui si in hoc erro, quod animos immortales credã, libenter erro. Contrarium est Inanimis, qui anima caret. Similiter Exanimis, siue exanimis. Semianimus, qui semiuuus est. Aliqñ accipitur pro delectatione. Pla. in Epid. E. Cur eam emit? T. Animi causa. Hinc Vnanimis, qui unius est animi. i. uoluntatis. Quãdoque pro spiritu, siue flatu, ac uento: unde anima uel animus nomen accepit, nam *ἄνιμος*, Græci dicunt, quem nos uentum. Ci. 1. Tusc. Si anima animus est, fortasse dissipabitur. Teren. in Adel. Animum recipe. i. respira. Pro eodem etiam legitur Anima: & (ut opinor) frequentius, quam Animus. Cicer. de Vniuer. Inter ignem terram, aquam

deus, animamque posuit. Virg. 8. Aen. Quantum ignes, animæque ualent. Ponitur etiam pro animositate, & animi atacritate. Cice. Att. li. 3. Nostris animus accessit: timor hostibus iniectus est. Animus quoque plurali numero, eleganter dicimus, pro quadam arrogantia. Ci. pro Flac. Remittant spiritus, comprimant animos. Idem pro Cl. Noratis animos eius & spiritus tribunicios. Legitur et Animus pro memoria: ut annotauit Seruius in illud Vir. 9. eel. Omnia fert ætas, animu quoque. Frequenter et anima pro uita accipitur. Sal. Quid reliqui habemus præter miseram animam? Iuuen. I nunc, & uentis animam comitte. Animam quoque pro animo positum legitimus, hoc est, pro mente, Macrob. Tunc. n. anima libera est, & nulla corporis cogitatione impedita. Sæpe pro halitu oris, siue spiritu. Plaut. in Asin. An fetet anima uxoris tuæ? Vir. 3. Geo. Animus & olentia Medi Ora fouent illo. Ter. ad fores accessi, animam compressi, aurem admouit. Pro eodem Græci *ἄνιμος*, dicunt a uerbo *ἄνιμος*, refrigero. nam que plus æquo calent, anima, hoc est, spiritu, refrigeramus. Anima item capitur, pro ita, Idem. Animam comprime. Hinc Animosus, & Animatus, pro iracundo: de quibus supra. Varro posuit Animam pro sono. Et Phrygiæ audire animas. Vir. pro ipso homine, Ite ait, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo.

ANIO, anienis, p. p. [Tenerone.] *ἀνίων*, nomen fluij in agro Tiburtino, qui est sublimi in uallẽ subiectam præceps fertur. Hor. & præceps Anio, & Tiburti lucus. Hinc Anienus, na, num, Proper. siue Aniena tuos tinxerit unda pedes. Anieni nomẽ dididit Anius rex Etruscorum, qui insequens Cethegum filie raptorem, cum eum allequi non posset, in fluium insiijt: ibique extinctus, ut Anio uocaretur, effecit.

ANISVM, *ἀνίσων*, herba est, caulem, folia, & flores habet feniculo similia. Pl. li. 20. c. 17. Anisum a Pythagorã inter pauca laudatur, siue crudum, siue decoctum, fetorem tollit manducatum: mox uino collutum uultum iunorem præstat.

ANITIVS, uiri Prænestini nonien: qui cum Cn. Flauio, Appij Cæci filio, aedulis curulis fuit.

ANIVS, Apollinis filius, rex in Delo, qui habuit Andrum filiu. Virg. l. 3. Aen. Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq. sacerdos.

ANNITOR, eris, p. p. [sforçar. Gal. S' esforcer à faire quelque chose. Hif. Esforçar.] *ἀνιτω*, & incumbo ad aliquid agendum. Salluit. Piso in Hispaniam quæstor pro prætor missus est, annitente Crasso. Cicer. in Læl. Natura semper ad aliud tamquam administriculum annititur. Annifus, & Annixus. Liu. 5. Reficere intercessores legis annifus sunt. Idem libro 4. Summa ope annixi sunt. Annifus & Annixurus, idem dixit lib. 1. & lib. 2. Annifurum, ut apparet exilio sibi iratos.

ANNA, *ἀννα*, per duplex n n, Beli filia, soror Didonis, q postquã mortuam sorore uidit, & Carthaginem ab Iarba Getulorum rege occupatam, relicta sede patria, ad Battum regem, qui Melicæ insule imperabat, cursum arripuit. a quo iure ueteris hospitij benigne suscepta, duos & ultra annos ibi mansit, sed cum Pygmalione fratrem iam cum armis aduentare didicisset, Battus ueritus potentiam illius, Annam ut inde abiret hortatus est. mox igitur mare in gressa, dam Cameram nauigare contenderet, ui tempestatis acta in Laurentẽ orã peruenit, ubi iã Aeneas. pacatis reb. & ducta uxore Lavinia, imperabat. Hic tũ forte solo Achate comitatus, i lito re nudis pedibus ambulabat, qui cũ erratẽ Annã adspexisset, & uix sibi persuadere posset eã esse, ratẽ agnitã cõpellat. Timuit illa prinicipio fororis casu ante oculos ponẽ: postea uero ab illo benigne inuitata, i regiã cũ eo pfecta est. cui mox Lavinia, amorẽ coniugis suspectu habens, tendere insidias cõcepit. sed Anna in somnia Didone monita, ut inausã domum relinqueret, statim per fenestrã exsiliijt. cumque citato cursu ad Numicum amnem peruenisset, in eum se præcipitẽ dedit. Tum ad quaritates eã ita loqui uisa est: Placidi sum Nympha Numici, anne perenne latens, Anna perenna uocor. Quapropter lati conuiuia celebrarunt, eam pro dea uenerantes, quem ritum postea longissimo tempore seruauerunt.

ANNALES, [Annali. Gal. Annuel. Hif. Anal.] *ἄνιμωνήματα*, *ἐνιαυτοσ*, dñtur res gestæ, quæ de anno in annu in historias redigunt. Vir. 2. Ae. Et uacet annales nostrorũ audire laboru. Hif. res gestas narrat, & ab ætatis nostræ memoria remotas, Ci. li. 2. de Or. Erat historia nil aliud nisi annaliu cõfectio. Gel. sic hẽt. Reçte annales historias appellaueris, sed non continue, quidquid historia fuerit, annales appellare possi. Sunt enim utraq. reru gestarum narratio. Earu proprie reru sit historia, quibus gerẽdi s iterfuit is, qui narret. Annales uero: cũ res gestæ pluriu annorũ, seruato cuiusq. anni ordine, memorie traduntur. Cum autem nõ per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur, Diariu, uocatur. Præterea historia non solũ res gestas longo ordine explicat, sed & cõsilia quibus gestæ sunt, exponit, & conciones facit, & acies instruit, & situs locorum describit. Annales singulorum annorum gesta breuissimẽ notant. unde Annales Pisonis, & Sall. historias dicimus.

ANNALIS, & hoc Annale, [Annale, annuale,] ἐνιαυτός, quod ad annos pertinet. unde Legem annalē dixerunt, quæ præscribebat legem ad petendū magistratū ætatē. Cic. de Leg. Aeuitate Anna li lege seruato. Dicitur & tēpus annale, qđ est unius anni. Varro: Tēpora duorū generū sunt, unū annale, quod sol circuitu suo finit, alterum mensurum, quod Luna circumiens comprehendit.

ANNARIVS, a, um, idem quod annalis: ut, Lex annaria ab antiquis dicebatur, qua finiuntur anni magistratus capiendi. Fest.

ANNASCOR, [Nascere appresso,] προσφύμασι, luxta nascor. Gell. Dēres genuinos annafci annis fere bis septenis. Hinc Agnatus & agnatio, in quibus subtrahitur n, quæ pro d, poneretur, & mutatur in g.

ANNIBALIS, [Hannibalis,] ἀννίβας, Hamilcaris filius, quem adhuc impuberē iureiurādo ante aras pater aditrixisse fert, ut cū primū per ætatem liceret, arma contra Romanos sumeret. quapropter iā adultus in Hispaniā, inde per Galliā in Italiā trāsiecit, Alpibus, quo expeditus iter faceret, igni & aceto parfæctis. Ibi occurrentem Titum Sempronium cōsulem apud Trebiam profugauit: Flaminium fudit ad Trasimenum lacum, postea tamē uires eius a Fabio Maximo multum sunt imminutæ. sed rursus collectis uiribus, tertio Paululum Aemilium & Terentium Varroæ cōsules creatos apud Cannas uicit: in quo prælio ad quadraginta milia peditum, & duo millia, supra septingentos equites, cæsa dicuntur. Cum urbem capere facillime posset, in Campaniam diuertit, & Capuæ uoluptate detentus, omnem animi uigorem remisit. Postea apud Nolam non mediocriter damnū a Marcello accepit. Deinde a Carthaginensibus, qui a P. Scipione acerrimo bello premebantur, ex Italia reuocatus, ab eodē apud Zaman Africæ opidum pugna uictus ad Antiochum quoque profugit, cuius auxilio bellum redintegravit. Sed Antiocho quoque debellato, Romani Hannibalē sibi captiuum perierūt, qđ Pœnus sentiens, ad Prusiam Bithyniæ regē confugit: quo cum iterum deposceretur, Pœnus Prusiæ leuitatem suspectam habens, hausto ueneno, uoluntaria morte obiit. Liius, Plutarchus, Polybius.

ANNIBALES, multi fuere, primus lenior appellatus, Hasdrubalis filius, quem Orofus libr. 4. dicit ob rem male gestam a Carthaginensibus lapidibus obrutum: Liius autem cruci adfixum tradit. Fuit item Hannibal huius filius, qui missus est ab Hamilcare duce in Lilybæum, quod a Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio continēdos: Polybius. Fuit præterea Hannibal alius Rhodiū dux item Carthaginensis in eodem bello, qui tādē a Romanis interceptus est. Fuit postremo Hannibal Hamilcaris filius, qui omnes hos fama uirtuteque superauit.

ANNICULVS, [D'uni'anno,] ἄννικος, quod est unius anni: ut Anniculus puer, Annicula puella. Nec de animalibus tantum, sed etiam de inanimatis: ut, Anniculæ uires. Plin. libr. 13. Vide Vallam eleg. libr. 1. cap. 5.

ANNIFER, adiect. Plin. li. 19. cap. 7.

ANNIVERSARIVS, a, um, ἄννις, quod singulis annis statuto tempore reuertit. Cui in Ver. 6. Mercurius sacris anniuersarijs colebatur.

ANNOMINATIO, est, inquit auctor ad Her. n. li. 4. Cum ad idem uerbum & nomen accedit cōmutatione uocum, uel additione unius litteræ, aut litterarū: aut syllabæ aut syllabarum: aut cū ad res diffimiles similia uerba accommodantur. Græce παρανομασία.

ANNOŒA, æ, p. p. [Ricolta, mito, mitouaglia. Gal. Provision de uires pour un an. His. Pan. trigus, cenada y cada cose para uuir. mitualla] ἄννοια, ab anno inclinari uidetur. Hoc enim nomine non solum fruges cōprehenduntur, uerum etiam omnia quæ annus sippeditat ad alimoniam nostram. Colum. li. 9. Vel lactis annoŒa permittit. Cic. li. 2. de Diu. Putarem annoŒam in macello cariorem fore. Iuuen. Hispidibus numquam cara est annoŒa ueneri.

ANNONARIVS, a, um, [Cosa che appartiene alla uittouaglia,] ἀννιός, quod ad annonam pertinet, ut Lex annonaria, ἀννικὸς νόμος, quā Clodius tulit, Afconius. Vegetius Annonarias expēsas uocat eas, frugum pabulique species, quas prouinciales militibus expendit.

ANNOSVS, a, um, [Vecchio, carico d'anni] πολυετής, multorum annorū: ut AnnoŒa mater, Col. li. 6. ca. 28. AnnoŒum Falernū. Mar. li. 6. AnnoŒa ornus Vir. Aen. AnnoŒo degit in æuo. Plin. li. 4. ca. 12.

ANNOTATOR, oris, qui aliquid annotat. Plin. in Paneg. spectator, annotatorque communijs tuis immixtus: ut uidelicet nocet, quantum quisque aut edat, aut bibat.

ANNOTINVS, [D'uni'anno,] iunius anni, ab Annus. Col. li. 4. ca. 4.

ANNOTVS, as, p. c. [Annotare,] ἀννιὸν εἰμαί, ἀννιὸν αἰμαί, noto, asteribo, signo. Laetan. li. 5. ausus est libros suos nefarios ad dei hoites annotare. Annotare etiam dicitur, qui memori e causa aliquid refert in commentarium suum. Colu. li. 12. c. 3. meminisset, atque annotaret, quid, & quando, & cui dedisset.

ANNONATINVS, na, num, p. p. ἀννιόσις, quod ad annonam pertinet: ut, Naues annonatiæ quibus annoŒa cōportatur. ut Cæf. in Cō.

ANNULARIVS, ij. [Orefice,] opifex annulorum. Cic. in Acad. An sibi erit quærendus annularius aliquis.

ANNVLVS, li. Vide Anulus.

ANNUMERO, as, uide Numero, as.

ANNUNCIO, as, are, [Annoniare,] nunciare. Ci. Att. Eique salutē annuncias.

ANNVO, is, ere. [Consentire,] ὁμολογία, nutu, id est, capitis signo assentior. Vir. Aen. Annuit, & totū nutu tremefecit Olympum. Annue-re, pro affirmare, Plaut. Bacch. uenturum annuo.

ANNVS, [Anno, Cal. An. ann. ee. His. ἄνν. τ. ε. τ. ο. s,] tēpus est. 365. dierum & horarum circiter sex, quo sol cursum suum cōficit. Nominis ratio uariē traditur. Quidam dictum existimant ab An, circum, & No, fluo. Ser. ab annulo deducit, quod in se redeat, quasi annulus: ad quam originem etiam Vir. alludere uidetur, cum ait, Atq; in se sua per uetugia labitur annus: nam mensibus in se currentibus uoluitur. Sol enim per duodecim Zodiaci signa excurrē annū cōficit. unde apud Aegyptios, ante inuentas litteras, draco, ne picto suā mordente cauda indicabatur. Alij a Græco ἀνναῖος, deriuāt, quod est renouo, quia s. mper renouat. Alij a Græco ἄννος, unde & ἄννοιος, dicunt, quod nos Trimum. Triplex autē olim fuit annus: Lunaris, triginta dies habens: Solaris qui duodecim continet mēses, qui dicitur solis amfractus, cum peractis 365. diebus & quadrante, ad eadē siderum loca redit: qui etiam annus uertens dicitur. Item magnus annus, quem esse uoluerunt omnibus planetis in eundem locum recurrentibus. Et hoc fit secundum Ciceronis Hortensium; post annos duodecies mille noningentos, quinquaginta quatuor solares. Anni uero quatuor sunt tēpora, diuisa in ternos menses. Ipsorum quoq; temporū faciunt talem discretionem ut primo mense, Ver nouū dicatur, secundo adultum, tertio præceps uel extremum. unde est, Extremæ sub casum hiemis. Idē quoq; de ætate autumno, & hi me dicendum est. Annum primo Eudocus, post Hipparchus, deinde Ptolemæus, ad ultimum Cæsar deprehendit. Annus Saturni, a quibusdam dicitur, qui est quadraginta annorum. Annus Arcadum trimestris fuit. Aegyptij Lunæ annum terminabant, apud quos etiam singula millia annorum quidam uixisse produntur.

ANNVS, a, um, [D'uni'anno,] ἐπιτεος, quod unius anni spatium continetur, sicut Diurnum, quod diei. Cic. Cassio lib. 15. hanc prouinciā, senatus, & populus annuā esse uolūt. Annum quoque dicimus, quod fit singulis annis. Vir. 1. Geor. Atque annua magnæ Sacra refer Cereri. Annua absolute, dicuntur alimenta in singulos annos. Iuuen. Sunt quæ tortoribus annua præsent. Sue. de Tib. Peculio concessio a patre, præbitisque annuis fraudauit.

* ANODINA uocantur medicamenta, dolorem sedantia.

* ANOMALIA, inē qualitas, & analogiæ contraria. Gell.

ANONIS, p. p. quæ & Ononis, [Βοναγ. ἀνωγίς,] herba est ex genere aculeatarum, quam recentiores herbarij Restam bouis appellat. Vide Diosc. lib. 3.

ANQUINA, p. p. funis nauis, quo ad malum antenna cōstringitur. De qua Cinna, Atq; anquina regi stabilem fortissima cursum.

ANQUIRERE, [Informarsi, fare inquisitione. Gal. Faire information, d'en quere, s'informar. His. Buscar por informacion.] ἀμειζήτειν, antiquū uerbum. Liu. 4. Bel. Pun. Sen legibus, seu morib. mallet, & anquireret. id est, ut uulgo loquimur, faceret inquisitionem: quod Cic. tum Quere-re, tum Inquirere in aliquem dicit.

ANORMIS, me, [senza regola,] sine norma, ἀνόμαλος, qui aliorū normam non sequitur. Horat. 2. Serm. Rusticus anormis.

ANSA, [Manico d'ogni uase. Gal. Anse, ou courroye. per la quelle on tient quelque uasse au ou autre cose. His. Asidero d' corchete, macho y embra] ἀνή, uasis auris utriusq; prominēs, quæ scilicet manibus teneri solet. Vir. in Sileno. Et grauis attrita pēdebatætharus ansa. Ansa quoq; manubrium, uel quidquid omnino a toto corpore exit. Vnde ponitur quandoq; pro fibula, seu fixula quæ calcis insuitur, πῆρόν. Tibullus: Ansaque cōpressos alligat arcta pedes. In catenis quoq; Ansa uocatur, annuli, ex quorum connexionem tota constet catena. Per translationem ponitur pro occasione. Cic. de amicitia: necesse erit cupere, ut sēpissime peccet amicus, quo plures det sibi ansas ad reprehendendum.

ANSATVS, adiect. quod ansam habet. ut, Vas ansatū, Col. l. 9. c. 15. Plin. Persa quis hic ansatus anibulat? Ansatum hominē eo loco dicit, qui incidit utroque brachio ansarū in modū ad latera applicato.

ANSER, [Occa, papero. Gal. Oye, ou iars. His. Anser d' pato, d' ganso.] χλω, a-uis est nota Hæc nocturnas excubias celebrat: uigilias enim suas cligore testat. Anseres olim publice in Capitolio alebant, quod custodibus omnib. sopitis, Romanos ad defensionem arcis excita uisissent, & arcem suis ueluti excubijs a Gallorum ui seruascent. Anserum autem alij domesticis, alij agrestes. Plin. li. 10. cap. 22.

ANSERCVLVS, li, χλωδριον, paruus anser. Col. li. 8. ca. 14.

ANSERINVS, a, um, χλωειος, quod est anseris. Plin. anserino adipe curantur.

ANSULA, [Anella della catena,] ἄννος, demin. ab Ansa, usus est August. li. 8. Confes. pro anulo quo sunt catenæ. quib. inquit, quasi ansulis quibusdam sibi in nexis (unde catenam appellant) tenebat me obstructū dura seruitute. In calciamētis quoq; Ansulæ uocantur fibulæ,

fabrix, quibus ligantur. Vale. li. 8. cap. 13. Ille artifex in opere suo moneri se a futuro de crepida & anfulis passus.

* **ANTACAEI**, pisces qui Delphes magnitudine æquant. Str. l. 7.

ANTACHATES, ἀνταχάτης, gemma, ex Achate generibus, myrrha redolens, & ob id mulieribus grata. Pli. l. 37. c. 10.

ANTAE, tarum, [Le bande delle porte.] τῶν ἀντῶν, tantum pluraliter, ostiorum latera dicuntur: a quibus Antepagmenta dicuntur ornamenta ualuarum, quæ antis affiguntur. Festus: Antæ sunt extremi ordines uinearum: unde nomen trahunt Antæ: quæ sunt latera ostiorum. Idem: Antes funt quadraturæ, unde & Antæ dictæ sunt quadræ cõmunæ. Anta in singulari legitur apud Vitruuium: & Antarius, apud eundem lib. 10. c. 3.

* **ANTAEOPOLIS**, Aegypti opidum.

ANTAEVS, ἀνταῖος, gygæus Libyæ nomē, Neptuni ex terra filij, magno ac procerò corpore, quippe qui i quadraginta cubitos excreuerit. Hic cū Hercule cõgressus, quoties mēbra labore defecta essent, tactu terræ recreabatur. quæ re animaduersa Hercules, alte sublatus terræ cõtactu prohibuit, pectoriq. suis artius adstrictum enecauit. Scribit Plut. Sertoriū Romanorū ducē, apud Tigenā opidū, i sepulcro Antæi, cadauer inuenisse. Eusebiū Chronici scribit, Antæum palæstricæ artis fuisse doctissimum, & quorūcumq. certaminum, & ob id se arbitrari fictum, quod fuerit filius Terræ.

* **ANTALCIDES** uir fuit Spartanus.

ANTANDROS, [Antandro.] ἀντανδρος, Phrygiæ urbs, ad meridiam positus, quam habitauerunt Leleges, finitimi Cilicibus. Virg. Aen.

* **ANTAPODOSIS**, figura, cum media primis, & ultimis respondent.

ANTARTICVS CIRCVLVS, [Antipole.] ἀνταρκτικός κύκλος, qui Arctico ex diametro opponitur, terræq. obiectu a nobis cerni nō potest. Huius circuli centrum Polus antarcticus appellatur, qui Arctico polo oppositus est, & alio nomine Australis appellatur.

ANTE, [Prima, inmanzi.] Gal. Παραυαν. Hisp. Ante, delante] modo aduerbium, modo præpositio est. Aduerbium, quando nulli deservit casu, & significat ante πρότερον, Virg. ecl. 1. Ante leues ergo pascuntur in æthere cerui. Hoc enim accidit multis præpositionibus. Nec mirum, quando aduerbijs etiam quibusdam liceat uim præpositionis assumere, ut pridie Kalendas, pridie Nonas. Itaque Ante, Circum, Ante, Post, & reliquæ hinc præpositiones iure appellantur, quando casibus adiunctæ transitionem facere ostēduntur, quod est proprium ipsarum: quando uero sine casibus ponuntur, sunt aduerbia. Sciendum, quod Ante, & Post, cum casibus præponuntur, accusatiuum exigunt, ut Ante multum, Post multum: eum uero casibus subiiciuntur, ablatiuum. Plz. in A sin. Vix anno post exegi. Nisi malis dicere, Post, sibi esse aduerbium. Ante præpositio, extra compositionem, quandoque personam, quandoque locum, quandoque tempus denotat, ut Ante ora parentum, Ante templum, Ante duos annos. Componitur cum dictione incipiente ab a, ut Anteambulo: a, c, ut Antecapio: e, ut Antecofus, at Anteflo: g, ut Antegradior: l, ut Antelucanus: p, ut Antepono: f, at Anteflo. Ab Ante sunt deriuatiua, Antica, Anticum, Antes, Antenna, & huiusmodi.

ANTEA, [Nel tempo passato. Gal. Parci deuant, deuant ce temps la. Hisp. Antes, ò delante.] προτῆς, aduerb. eiusdem significationis cum Ante, cõponitur ex Ante, & ex, ut ostēdit Priscia. quamuis tantum tempus denotet. Hor. Epod. 11. Pecti nihil me, sicut antea, iuuat.

ANTE ALIOS, [Inmanzi à gl' altri piu che] πρό ἄλλων, plus alijs. Virg. 3. Aen. O felix una ante alios Prianea uirgo.

ANTEACTVS, [Cosa fatta inmanzi, passata. Gal. Fait deuant. Hisp. Cosa hecha delante.] participium ex Ante, & actus præteritum significat: ut Antea acta uita. Cic. pro Marcello: Frustrum antea actæ uitæ hodierno die maximum capit.

ANTEAMBULO, as, [Andare auanti. Gal. Escuier allant deuant son seigneur. Hisp. Escudero que anda delant.] ἀποπρόμω, precedo, p̄gredior. Vnde Anteambulones dicti sunt, qui aliquem honoris gratia deducentes præeunt. Hi a Græcis προπρόμωτες, appellantur, qui uero sequuntur, ε πομωτες, Mar. l. 3. Anteambulo regis

ANTECANIS, a Cice. de Natu. Deo. dicitur sidus illud qd a Græcis ἀρκτουρος, inde nomen habens quod ante maiorem Canem exoritur. Hic teste Higino, in lacteo circulo est defixus, pedib. æquinoctiale circulum tangens. Spectat ad occasum, utpote, qui inter Geminos & Cancrum sit constitutus. Tres tantum habet stellas. Ab aliquibus Anticanis appellatur, sed illorum error ex Græcæ dictionis compositione facile deprehenditur.

ANTECAPIO, is, [Pervenire, anticipare. Gal. Anticiper, preoccuper. Hisp. Venir delant.] ἀποκαύβατος, anticipo. Sall. consul optimum factu ratus, noctem, quæ inibat, antecapere.

ANTECEDO, p. p. [Andare inmanzi. Gal. Aller deuant, preceder. Hisp. Ir de star delant.] ἀποβήχομαι, præcedo, anteuado, & constituitur tam cū accusatiuo, quam cum datiuo. D. Brutus Ciceroni: Biduo me Antionius antecessit. Antecedens, participium. Plin. Antecedens annus. Cic. Antecedens dignitate.

ANTECELLO, [Auanzare. Gal. Estre plus auance. Hisp. Sobrepislar à otro,

adelantar se.] ἀπέχεω, præcello. Ci. pro Cornelio: Elbquentia ceteros antecellis.

ANTECELLENS, tis, partic. Cic. pro Mur. Catulum humanitate, sapientia, integritate antecellentem.

ANTECESSIO, onis. Ci. r. Off. Causas rerum uidet, earumq. progressus, & quasi antecessiones non ignorat.

ANTECESSOR, oris, [Anticipatore. Gal. Auant coureur. Hisp. Antecessor, ò que esta delante.] qui antecedit, Sue. i Vitel. Agminis antecessores.

ANTECESSVS, siue Antecessum, ἀπὸ τοῦ ἀντι, quod prius dat, ut post aliquid decipiatur. Sen. li. 4. de Benefic. Quid cui debeam scio. alijs post longam diem repono, alijs in antecessum est. Et alibi: Bene credi tibi scio: itaque in antecessum dabo.

ANTEGENIUM, [Merenda. Gal. Le recimer ou gouter. Hisp. Merenda ò comida ante de la cena.] τὸ μετ' ἀριστον, eibus ante cenam, Appul. li. 2.

ANTECURSOR, ἀποδρομος, qui præcurrit: ab Ante, & Cursor. Cas. l. Bel. ci. Cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso.

ANTEBO, is, [Andare inmanzi. Gal. Aller deuant. Hi. Ir delante.] ἀπέβημι, ἀπέβημι, tam datiuo quam accusatiuo iungitur: & significat ante uado. Cic. 2. Off. Barbarum districto gladio iubebat anteire.

ANTEEXPECTATVM, siue Antexpectatum, una dictione (ut Seruio placet in illud Vir. li. 4. Ge. Antexpectatum positus stat in agmine castris) ponitur pro aduerbio temporis, & idem est, quod, ante quam expectabatur.

ANTEFERO, p. c. [Anteporre, superare. Gal. Preferer, prifer plus. Hisp. Poner delante.] προτιμάω, antepono. Cic. Cæcinæ: Cum uel iniquissimā pacem iustissimo bello anteferrem. Antelatus, participium, Cic. de prouin. conf. Cum ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus. Anteferendo. Horat. 2. epist. Te nostris ducibus, te Graijs anteferendo.

ANTEFIKA, dicuntur, quæ ex opere figulino sub testis affiguntur sub stillicidio. Festus, & Lilius.

ANTEGENITVS, [Primogenito.] ἀποτερογενής, priore loco genitus. Hinc Antegenitalis, adiect. Pl. l. 7. c. 55.

ANTEGRADIOR, [Andare inmanzi. Gal. Marcher deuant. Hisp. Andar delante.] ἀποκατέρχαι, προύπάρχαι, antesto. Cic. 1. Off. Quod decet, id tuum apparet, cum antegrēssa est honestas.

ANTEHABEO, [Anteporre inmanzi. Gal. Preferer, estimer plus. Hisp. Poner delante.] ἀποτιμάω, præfero. sicut contra Posthabeo, Postpono. Tacit. lib. 4.

ANTEHAC, [Nel tempo passato. Gal. Parci deuant, au parauant. Hisp. Adelante.] προτῆς, non modo significat Ante hoc tempus: ut Ter. in An. Quod antehac fecit, nihil ad me attinet: sed etiam Ante illad tempus. Sall. Saepē antehac fidem prodiderat.

ANTELOQUIVM, ἀπολογία, primus in dicendo locus: Macrobius. Prætextato anteloquium detulerunt.

ANTELVCANVS, a, um, [Inanti di. Gal. Qui est ou est fait deuant le iour. Hisp. Ante de la luz del dia.] ἀμφιλυκος, ἀμφιλυγής, quod est ante lucem. Ci. Catoni. Ex antelucano tempore usque ad horā diei decimā. Sic & Antelucanæ cenæ. Antelucani flatus, ἀμφιλυκοί, ἀνεμοί, uenti sunt diluculo flantes, uerno præsertim tempore: sole autem inualecente cadentes.

ANTELVCO, [Auanti giorno. Gal. Deuant iour. Hi. Delante el luz.] λυκαυγής, & Anteluculo aduerb. ante lucem. Appul. l. 1. Anteluculo furtim euadere.

ANTEMERIDIANVS, [Auanti mezo di. Gal. De deuant midi. Hisp. Cosa antes del medio dia.] ἀπομεσημέριος, ab Ante, & Meridies, quod fit ante meridiem. Cic. Att. lib. 3. Antemeridianis tuis litteris rescripti.

ANTEMNÆ, ἀντέμναι, cum, m, ante n, urbs Sabino rû, quasi ante amnem dicta, quod eam annis præterfluat, de qua Virg. li. 7.

* **ANTEMVS**, untis, ἀντέμναι, fluiuis Colchidis Coraxos urbem præterfluens. Plin.

ANTENNA, [Antenna. Gal. Le bois qui traaverse le mast dunauire, à quoy est lié le voile. Hi. Antena de la nao.] κενάα, lignum in nau, ubi uelum al ligatur, a circumtenendo dicta. Vir. 3. Aen. Cornua uelatarum obuertimus antennarum.

ANTENOR, ἀντινωρ, Troianus fuit, patriam prodidisse existimatus: quia & legatos, qui ad repetendam Helenā uenerant, suscepit hospitio, & Vlystem intra mœnia dissimulato habitu cognitū nō in dicauit. Capra Troia, adiunctis sibi Henectis, & Paphlagonibus, in intimum maris Hadriatici sinum sese contulit, ibique urbem cõdidit non procul a mari, quam de nomine suo Antenorium appellauit. postea Patauium dictum est, & hodie Padua. De hoc Vir. 1. Aen. Antenor potuit medijs elapsus Achiuis, Illyricos penetrare sinus. & paullo post. Hic tamen ille urbem Pataui, fedesq. locauit Teucrorum. Et Lilius in principio primi libri.

ANTENOREVS, a, um, adie. Luca. Antenorei dispersit unda Timau. **ANTEOCCVPATIO**, nis. Ci. de Orat.

ANTEOCCVPO, as, Cicer. in Orator. Vt anteoccupet, quod putat opponi.

ANTEPAGMENTA, [Vsciali] ἀποσπήγματα, ualuarum ornamenta,

quod ante ualvas affigantur. Cat. c. 14.

ANTEPILANI, in Romana militia secundæ aciei milites erant sceta ei omnes, robustiorisq. ætatis, qui, quod feræ ex optimatib. esset, & armis maxime insignes, et Principes sunt appellati. Dicti autē sunt Antepilani, quod ante Pilanos, hoc est, ante Triarios, qui pilis pugnabant, prælium capefferent. Liu. li. 8. ab urb. cond.

ANTEPONO, nis, [Anteporre. Gal. Mettro deuant. His. Poner delante.] προτιθημι, proprie est, appono uel ante aliquid pono. Pla. in Cur. Quid Antepones Veneri? sæpe accipitur pro præferre προτιμαίν, Ci. in Læl. Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.

ANTEQUAM, [Primæ che. Gal. Dauant que, auant que. His. Antesque] prius quam. Ci. Att. Antequam aliquo loco confedero.

ANTERVS, [Piu primæio.] ἔμπροσθεν, antehac, uel prius, sit enim ab Anteficut a post, Posterior. Sidon. ad Domitium. Quænam potissimum anterus caulibus nostris culina sumeret.

ANTERMINI, πρόσπορι, qui circa terminos prouinciæ habitât. Fest.

ANTEROS, terotis, ἀντέροισ, Veneris est & Martis filius. Ci. lib. 3. de Nat. Deo.

ANTEROTES, ἀντέρωτες, gémæ ex generib. amethysi. Pl. lib. 37. c. 9.

ANTES, ἄντης, mons est Achaïæ non procul ab Argis. Pl. l. 4. c. 5.

ANTES, [Capitello.] παρὰς ἀται, nomen ab Ante deductû, quo significatur eminentes lapides, siue ultimæ columnæ quadratæ, quib. sustinetur fabrica. Hinc dicti uidentur Antiani magistratus in uribus, qui semestrem magistratum exercent, qui, uelut antes columnæ, totius urbis onera sibi incumbentia sustinent. Antes et dicuntur primi ordines uitium, sic dicti, quod antestent, & se primos offerant. Vir. li. 2. Ge. iam canit extremos effœtus uimitor antes.

ANTE SIGNANVS, [Capitano di bandiera. Gal. Qui marche en bataille deuant le port] enseigne ou le guidon. Hi. Alferæ.] ἀντίμαχος, signorum, hoc est, uexillorum defensor. nam signum pro uexillo militari ponitur. Liu. l. 4. Signa resistentia deseruntur ab antesignanis. Nunc Signifer est, qui uexillum fert. Liu. ibidem: Cû dicitur equitatu immisso antesignanos hostium turbasset.

ANTESTO, as, [Stare inuanxi.] Gal. Estre deuant, estre plus auance. Hi. Estar delante.] προϊσταμαι, cum datiuo contrahitur, antecello. Ci. de Inuent. Omnibus corporum uiribus antesteterunt.

ANTESTOR, aris, teste Budæo, uetus est iuriscofultorû uerbum, significas accipere in testem. Apud ueteres. n. qui aduersariû in ius pertrahere uolebat, prius aliquê de præsentib. antestabatur, hoc est, antestabatur, uel testem capiebat, eius attingens auriculam, & sic interrogans: Licet ne antestari? Illo autem respondete. Licet: tum, iniecta manu aduersarium in iudicium rapiebat. Solos autê liberos antestari fas erat: serui autem testes esse non poterat. Ad hoc alludit. Hor. l. 1. Serm. Saty. 9. Cum ait: Quo tu turpissime? magna Exclamat uoce, & licet antestari? deo uero Oppono auriculâ: rapit in ius. Hanc etiam iuris sollempnitatē elegatissime depingit Pla. in Persa. in ius uoco. D. Nô ne antestaris? SAT. Tuan' ego causa carnifex Cuiquam mortali libero aures atterâ? Quare aut ante stantes testiu aures apprehendamus, docet Pl. l. 11. c. 45. Est (inquit) in aure ima memoriæ locus, quem tangentes antestamur.

ANTEVENIO, [Venire inuanxi.] Gal. Anticiper, uenir deuant un' autre. His. Venir delante.] προβαίνω, præuenio. Sal. in Iug. Per trames oculos tuo exercitum Metelli anteuenuit. Plau. in Tri. datiuo iunxit, pro Coram uenio: Tempori huic hodie anteueni.

ANTEVERTO, ὑποβάνω, præcedo, præuenio, anticipo. Ci. in Læl. Id cum tecum agere conarer, Fannius anteuertit, id est, præuenit.

ANTEVOLO, as, p. c. ἀντιπέλαγος. Vir. 9. Aen.

ANTEVORTA, dea est Romanorum, quod futura prospiceret.

ANTEVRBANVS, a, um, προασθενος, urbi propinquum. Vnde Anteurba na prædia dicuntur, ubi propinqua. Fest.

ANTHALVIM, ἀνθάλοισ, malum est, rotundum, magnitudine mespili, in locis Aegypti arenosis nascens non procul a Nilo: quod bellario rû uicê in secûdis mēsis apud Aegyptios obtinet. Pl. li. 20. ca. 15.

ANTHANA, ἀνθάνω, Steph. urbs Laconica, ita dicta ab Ante Neptuni filia, ut ex Philo Stephani sententia tradit Steph.

ANTHEDON, p. p. ἀνθίνων, mespili arboris genus, pomum ferês minus ceteris, sed odore præstantius, & quod diutius feruetur. uide Pl. li. 15. c. 20.

ANTHEDON, ἀνθίνων, urbs Bœotiz, habitata quondâ Thracibus, de qua Pomponius & Str. li. 9. Nomen habet (ut Steph. existimat) ab Anthedone Neptuni pronepote. Aut certe ἀνὰ τὸ παρὰν, ἀνθι ποταμὸν εἶναι, hoc est, quod omnium floridissima sit. Sita est in extremo litore Bœotiz, e regione Eubœæ in sulz.

ANTHEMIS, ἀθμισ, insula est Thraciæ adiacens, quæ & Imbrahis ali quando uocata fuit, & Parthenia a Parthenio fluuio Notiore non mine Samothrace appellatur. Str. l. 10.

ANTHEMIS, [Chamemilla.] ἀθμισ, herba feniculi folio, quam non nulli Leucanthemida, alii Leucanthemum, non nulli Melantheum uocant. recentiores barbæ Camomillam uocant. Ruel. li. 3. c. 68. Pl. l. 22. c. 21.

ANTHEMYSIA, ἀνθημισία, opidum est Mesopotamiæ. Strabo li. 16.

ANTHERICVM, [Balsamo] ἀνθηρικόν, balsami genus, capillacea comâ. Antherices enim, arutz dicuntur.

ANTHERICVS, ἀνθηρικὸς, scapus est, siue caulis Asphodeli herbæ, quâ Hæstulam regiam quidam hodie appellant. Pl. lib. 22. cap. 22.

* ANTHIAS, ἀνθιας, piscis nomen.

* ANTHEVS, Antenoris filius: & unus ex Aenææ socijs.

* ANTHIA, urbs propinqua Pylo, sub Agamemnonis ditione.

* ANTHVM, opidum Thraciæ.

* ANTHO, ἀνθα, filia fuit Amulij regis Albanorum.

* ANTHOR, Herculis comes. Virg. 10.

* ANTHOS, iunus ex Nestoris filijs.

ANTHRAX, ἀνθραξ, gemmæ nomen pretiosissimæ, ab igniti carbonis similitudine: unde & a Latinis Carbunculus dicitur. Hoc præterea nomine medici uocant ulceris genus (teste Gal. l. 6. de comp. med. secundum genera) celeriter crustam faciens, cum uehementi totius circumstantis particulæ inflammatione.

ANTHRACITES, ἀνθρακίτης, gemma, in qua ueluti scintillæ ignis discurre uidentur. Pl. l. 37. c. 7.

ANTHRACINVS, [Color negro.] ἀνθρακινός, color niger, a carbone, quod carboni similis sit. Varr. de uit. palst.

ANTHRISCVM, ἀνθρισκον, herba scandici adeo similis, ut eadem uideri posset, nisi tenuioribus & odoratorib. folijs ab ea distingueretur. Fatigato Veneri corpori succurrit. Vide Pl. l. 22. c. 22.

ANTROPOGRAPHVS, ἀνθρωπογράφος, dictus Dionysius, quod nihil aliud quam homines pinxerit. Pl. l. 35. c. 10.

ANTHVS, ἀνθος, auis, quæ equorum hinnitum imitatur. Plin. libro 10. cap. 42.

ANTHYLLA, ἀνθυλλα, Aegypti urbs. Herod. li. 2.

ANTHIPHORA, ἀντιπροσφορά, figura est apud rhetores, quâ Quin. subiectionem uocat, cum tacitæ aduersariorum obiectioni occurrimus. Vide Rufinian. li. 2.

ANTHYLLION, ἀνθυλλιον, herba læti simillima, quæ in uino pota ue siccam uitij liberat, & sanguinem sistit. Pl. l. 26. c. 8.

ANTHYLLIS, ἀνθυλλίς, herba est chamæpityos similitudine, flore purpureo, graui odore, radice intubi. Pl. l. 26. c. 8. l.

ANTIATES, αντιάται, populi Italiæ, qui Antium urbem Latij maritimam incolebant. Deleto a Romanis Antio, rostra nauiu eorum in foro affixa nomen dederunt loco, unde ad populum concio haberi solet. Liu. l. 6.

ANTIBACCHIVS, ἀντιβακχείος, pes bacchio contrarius. Constat ex duabus longis & ultima breui: ut, Natura.

ANTIBACCHIAE, insulæ in sinu Aethiopico, Bacchijs oppositæ. Pl. l. 6. cap. 29.

ANTICATONES, αντικάτονες, duo libri, quos Cæsar contra Catonem scripsit. Suet. Reliqui & de Analogia duos libros, & Anticatones totidem. Iuuen. Sat. 6. duo Cæsar's Anticatones. Compositum ex Græco, & Latino.

ANTICELIVM, herba lenti simillima, quæ & Anthylion dicitur. Pl. li. 22. cap. 29.

ANTICTHONES, populi in zona hiemali habitantes Pomp. tamen uidetur pro antipodibus accipere.

ANTICIPATIO, onis, uerbale, προλαμβάνω. Ci. de Na. De. Quæ est gês, quæ non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum.

ANTICIPO, [Pigliar tempo, anticipare. Gal. Anticiper, s' auancer de prendre, occuper deuant. His. Venir de lante.] προκαταλαμβάνω, προλαμβάνω, ante capio, Vir. in Rolis: Aestiuum suadens anticipare diem. Cic. Att. Anticipas eius rei molestiam, quam triduo sciturus sis.

ANTICITES, p. p. ἀντικίτης, amnis Sarmaticæ Asiaticæ. Str. li. 11.

* ANTICLEA, pæn. pro. Vlyssis mater, quæ a Sisypho latrone rapta, & constuprata est.

ANTICRAGVS, ἀντίκραγος, mons Lyciæ. Str. li. 14.

ANTICYRA, p. c. ἀντικύρα, insula ad sinum adiacens Meleacû & Oetam montem, cuius meminit Str. li. 9. Vbi auctore Pl. elleborum tuiffime sumit. Oul. 4. de Pôt. Purgantes pectora succos: Quidquid & in tota nascitur Anticyra. Vnde quoties insanû hominem significare uolumus, Anticyra egere dicimus. Hor. trib. Anticyris caput insanabile. Est & Anticyra ciuitas iuxta Cyrrhâ i Phocidæ regione, in Corinthiû cõuersa sinû ab Anticyreo quodâ: Capariffus ab Homero dicta. Hinc alij Anticyrrhâ appellat, duplicato, r, qd fita sit in promontorio in mare excurrente, e regione Cyrrhæ.

ANTICYRICON, ἀντικυρικόν, sefamoidis herbæ species, similis Brigeronti, quæ in Anticyra insula crescit.

ANTIDORA, [Remuneratiõne, guiderdone] ἀντίδωρα, remuneratiõnes. Vlp. tit. de pet. her. Si antidora acceperunt, dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt.

ANTIDOTVM, pæn. c. [Remedio contr' al ueleno. Gal. Contre poison drogue, beuuge contre un' autre. His. Medicina contra ponçona.] ἀντίδοτον, remedium contra uenena, ex ἀντί και δίδωμι, id est, contra & do. Quinct. li. 7. datum ei uenenum dixit, sed se antidotum daturum. Dicitur & Antidotus, gen. fem. Gel. li. 14. Antidotus celebratissima, quæ Mithridatijs uocatur.

ANTIGENIDES, ἀντιγενίδης, auctore Suida, Thebanus musicus, tibi cen, Philoxeni discipulus. Pl. l. 16. c. 36. Hinc est, ut ait Ci. in Bruto, discipulo frigenti ad populum ait, Mihi cane & musis. Vide Gel. c. 17. li. 15. & Valer. lib. 3. c. 7.

ANTIGERIO, [Subito] uereret pro Valde, & pro Statim utebatur, quasi antequam res gereretur. Festus.

***ANTIGONE**, Oedipodis filia.

***ANTIGONIA**, opidum Troadis.

***ANTIGONVS**, rex Macedonum.

ANTILIBANVS, ἀντιλίβανος, mons Libano oppositus, non procul a Sidonio mari incipiens, & ad montes Arabiæ defluens. Str. l. 6.

ANTINOMIA, ἀντινομία, cum duæ leges casu colliduntur, & eætu. Quæst. l. 7. c. 8. Proximam est de Legibus contrariis dicere: quia constat, in antinomiam duos esse, scripti & uoluntatis, status.

***ANTINOBS**, urbs Aegypti.

***ANTINOVVS**, unius ex proci Penelopes.

ANTIOCHIA, ἀντιόχεια, Syriae in bs ad Orontem fluium sita, totius regionis caput. a Seleuco Nicanore cõdita, & a patris sui nomine Antiochia appellata. Str. l. 15. Steph. Byzantius duodecim alias enumerat eiusdem nominis urbes, quarum unam collocat in Lydia, & ab Antiocho Epiphane ita nominatam existimante rã in Mesopotamia, quæ & Mygdonia, & Afibe appellatur: in qua Apollonhanes Stoicus, & Pharnucus Perficæ historiæ scriptor, nati dicuntur. tertiã in Pisidia constituit, cuius ineminit & Str. l. 12. quartam inter Cauam Syriae, & Arabiã, Semiramidis opus. quinta in Cilicia, ad Pyramum fluium. sextam in Pieria, quæ & Aradus a Syris appellatur. septimam ad Callirhoem lacum. octauam ad Taurum montem, in Comagena regione. nonã in Scythia. decimam in Caria, quæ & Pythopolis fuit appellata. undecimam in Margiana, ab Antiocho Sotere conditam. duodecimam eandem facit cum Tarso Ciliciæ opido. Hinc Antiochenus, a, um.

ANTIOCHVS, ἀντιόχος, nomen secundi regis Syriae, Seleuci filij, huius nominis primi, qui Soter cognominatus est, & regnauit annos 20. Secundus Antiochus huius filius dictus Achios: regnauit ann. 20. ueneno ab uxore Laodicea extinctus. Tertius, Antiochus Galericus. Antiochus quartus rex cognomito Magnus, regnauit ann. 36. Dicitur etiam Hierax, q̄ accipitris more in rapiendis alienis uitam duceret. Hic Ptolemæum Philometorem proelio superauit. Quintus Antiochus Syriae rex, dictus nobilis siue illustis, qui regnauit annis undecim. Hic Hierosolymam destruxit, & multa mala intulit Iudæis. Sextus Antiochus Syriae & Asiæ rex, dictus est Eupator. Fuit & alius Antiochus Alcalonita, philosophus, Ciceronis Brutique præceptor.

ANTIOPIA, ἀντιόπη, Nyctei filia fuit, & uxor Lyci Thebanorum regis. Hic cum Iuppiter in Satyrum mutatus compressisset, Lycus repudiavit, uxoremq. Dirce superinduxit, quæ Antiopiã in carcerem coniecit. uerum instante partus tempore, illa ruptis uinculis in Cytheronem montem se recepit, ubi & Amphionẽ & Zethũ peperit: qui a pastori bus inuenti & educati, maternæ iniuriæ ultores exstiterunt. Lyco cum Dirce uxore interfecta.

ANTIPIATES, ἀντιπάτης, gemmæ nigrae species Pl. l. 37. c. 10.

ANTIPELLVS, ἀντιπέλλος, opidum Lyciæ apud Pl. l. 5. c. 27.

ANTIPIHRASIS, [Parlare inteso al contrario] ἀντιπύρρασις, p. c. sermo p. contrarium intelligendus, ut Paræ, quia nemini parcant.

ANTIPODES, ἀντιπόδες, p. c. qui contra nos positi sunt contrariis uestigijs. Cic. 4. Aca. B. contraria parte terræ qui aduersis uestigijs stent contra nostra uestigia, quos Antipodas uocatis. Declinat, Antipus, Antipodis, uel Antipodos.

***ANTIPOSITVS**, urbs in Gallia Narbonensi. Plol.

***ANTIPTOSIS**, figura, cum casus pro casu ponit, ut Urbem, quam statuo, uestra est: prò urbs.

ANTIPIRGVS, ἀντιπύργος, urbs Libyæ Marmariæ, quæ eadem esse creditur, quam uulgo Lucho uocant.

ANTIQUARIVS, etiam, etiam, etiam, qui uerba ab usu remota, & ex soletos scrutatur auctores, ut ex his cõtrahat, quæ non intelligantur, ut quædam solus scire uideatur. Iuu. Ignorofq. mihi tenet antiquaria uersus. Suet. in Augusto. Antiquarios pari studio spreuit.

ANTIQUATIO, nis. Gell. Facta est antiquatio legis. id est, reiectio per suffragia.

ANTIQUA, [Anticamente. Gal. Antiquement, à la manière antique. Hiss. Antiqu y uiesamente.] aduerb. ad morem antiquorum. Hor. 2. epi. Si quædam minus antique, si pleraque dure Dicere credit eos.

ANTIQUITAS, [Antichità] pro ipsi antiquis. Pl. l. 12. c. 19. Fabulosa narravit antiquitas. Itẽ in alio significatu accipit apud Sallustiu, Sernio teste: Tantum antiquitatis curæq. maiorib. pro Italica gente fuit. Id est, præcipui amoris: ab eo quod est antiquũ pro caro.

ANTIQUITVS, olim, tempore antiquorum. Cæsl. 6. Bel. Gal. Summa auctoritas antiquitus erat in Aeduis.

ANTIQUO, as, [Annullare] ἀπαρχαίω, irritum facio, unde legem antiquatam dicimus, quã populus suffragiis suis improbauit, neque præferri passus est. Abrogatam autem dicimus legẽ, quẽ eũ acce-

pta fuisset, postea cõtraria lege fuerit sublata. Liu. Antiquadas eẽ seo istas rogationes. Ci. 3. de Leg. Legem antiquastis sine tabella.

ANTIQUVS, [Antico. Gal. Ancien, antique, vieux ou uieil. Hiss. Antiquo, ò uiejo.] ἀρχαίος, idẽ quod uetus. ab Ante & Aeuum, ut Varroni placet. Virg. 2. Geor. Antiquasq. domos auium. Quĩ uero, quæ antiquiora sunt, fere meliora esse consueuerat, ut mores, uinum, & similia: factum est, ut antiquum pro bono dicamus. Ter. in And. Antiquum obtines. Cic. pro Ros. Amer. In qua muliere uestigia antiqui officij remanent. Sic & antiquius dicimus, pro meliore, cariore. Cic. Att. lib. 10. Nihil mihi antiquius nostra amicitia est. Ab Antiquus fit Antiquitas, pro uetustate. Cic. 1. de Fin. Fabulis tam multis, tamq. uarijs ab ultima antiquitate repetitis, tria uix amicorum paria reperiuntur.

ANTIRRHINVM, ἀντιρήϊνον, herba est eadem cum illa, quam supra Anarrhinon appellauimus. Pl. l. 25. c. 10.

ANTISCORODON, ἀντισκόροδον, herba est ex generibus allij, quæ & Vpicum, & allium Cyprium appellatur. Pl. l. 10. c. 6.

ANTISSA, ἀντίσσα, Steph. Lesbi insulæ opidum, ex quo Terpander nobilis citharædus originem duxit. Gentile Antissæus.

ANTISTES, tis, [Presidente. Gal. Premier entre les autres, prelat, president. Hiss. Prelado, presidente] ἄντιστης, ex ante, & sto, tam feminini, quã masculin. a uerbo antiquo antisto, pro antesto, id est, excello, & erant primarij templorũ singulorũ sacerdotes, qui sacris præerant, deq. futuris responsa dabant. Ou. 4. de Pont. Nõ finit illa sui uanas antistitis unquam Esse preces. Valer. lib. 1. Ne deæ uetustis ritibus perita deesset antistes. per translationem dicitur, ut in re aliqua excellit. unde Seruius Sulpicius, Quint. teste lib. 1. i. cap. 1. Iuris antistes appellatus. Item Plato sapientiæ antistes.

***ANTISTHENES**, philosophus Socraticus.

ANTISTITA, æ, ἄντιστης. Gell. l. 13. c. 19. Sacerdotes feminas. Ci. Antistitas dicit, in Verr.

ANTISTITOR, [Presidente] ἄντιστης, præfectus, quasi antestator. Col. l. 4. Antistitores, qui obseruent, quique præcipiant, ne acerbe uix demerantur.

ANTISTOAS, are, [Sopra stare. Gal. Presider. Hs. Ser presidente en alguna degnidad.] ant: quum uerbum pro antesto, id est, antecello, ἄντισται. Cato c. 156. Braslica omnibus oleribus antistat. Lucr. l. 5. Herculis antistare autem si facta putabis.

***ANTISTOECON**, litterarum permutatio.

ANTISTROPHES, ἀντίστροφες, lyricis poesis est saltationis genus, quo modo in dextram, modo in sinistrã choros agerent, ac reuocaret.

ANTITHESIS, p. c. ἀντίθεσις, color rhetoricus, cum contraria contrarijs opponuntur. Quint. Contentiouem uocat.

ANTITHETON, p. c. [Contrapositione] ἀντιθέτων, figura est, qua contrarijs opponuntur contraria, ut apud Ou. 1. Met. Frigida pugnabat calidis, humentia siccis, Mollia cum duris. Cic. ad Brutum, quæ Græci antitheta nominant, cum contrarijs opponuntur cõtraria, numerum oratorum necessitate ipsa efficiunt.

ANTIUM, ἀντίον, urbs Latij, Volscorum caput, Romanorũ colonia, in qua celeberrimum Fortunæ templum. Hor. 1. Car. O diua, gratum quæ regis Antium. Hinc Antiates, de quibus uide suo loco.

ANTILARE, ueteres dicebant pro haurire, a Græco ἀντλῆν. Liu. Antidronicus: Florem antlabant Liberi ex carchesijs. Hinc Exantlarem de quo infra.

ANTIATA, æ, [Instrumento, con chesi caua l'acqua] machinula ad hauriendam aquam. nam, ἀντλῆν, Latinis haurire est. Mart. li. 9. Curua laboratas antlia tollit aquas. Et Festus: Antlare, haurire, a Græco ἀντλῆν.

ANTOICI, ἀντοϊκός, populi trans æquinoctialem habitantes circumlum, totq. graduum latitudine ab eodem Austrum uersus distantes, quot nos uersus Septemtrionem. ita dicti, quod zonam nobis, non contrariam, ut Antipodes, sed diuersam incolant.

ANTONINVS, cognomento Pius, Romanorũ imperator, qui Aelio Hadriano successit. Hic cum filium non haberet, M. Antoniũ philosophum adoptauit, eumq. moriens imperij successorem reliquit. Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui post Seuerum Romanum tenuit imperium. Alius præterea cognomento Helio galus, qui Opilio Macrino successit.

ANTONOMASIA, ἀντονομασία, uocabulum, ut ait Diomedes, quod sine nomine positum, loco eius fungitur: ut est, Arma, uinumq. cano: ubi intelligitur Aeneas. Est autem tribus modis: Ab animo, ut Magnanimus Anchisiades, id est Aeneas. A corpore, ut, ipse arduus, id est, Polyphemus. Extrinsicus, ut, Infelix puer atque impar congressus Achilli, hoc est Troilus.

ANTRAE, arũ, auctore Festo, dicunt cõualles, uel arborũ interualla.

ANTRONIA, Põponio Melæ ciuitas est Magnesiæ regionis Thessaliæ, quæ a Stephano, & Strabone, Antron, ἀντρον, dicitur: ab antris nimirum utroque nomine deducto, quorum magnam circa hanc urbem copiani fecerant molarium lapidũ fodinæ. Circa hanc urbem procerissimi gignebantur asini: unde factũ est, ut Antronius asinus, prouerbio dicatur de homine corpulento & robusto, in quo tamen

tumen ingentium & animi vigor desideretur.

ANTRUM, [Antrum. *spelunca. Gal. Fosse sous terre, caverne, creux. Hisp. La cueva.*] ἄντρον, σπήλαιον, Latine spelunca, uel caeuerna. Virg. 6. Aen. Excisum Euboicæ latus ingens r. ap. in antrum.

ANUBIAS, adis, ἀνυβιάς, a quibusdam dicitur herba, quæ notiore nomine Conyza appellatur, & uulgo Cimicaria, seu Pulicaria.

ANUBIS, [Cane.] ἄνυβις, genitium facit Anubis, uel bidis, & lingua Aegyptiaca dicitur canis, sub cuius forma colebatur Mercurius, ut inquit Seru. Virg. 8. Aen. Omnigenumq. deum monstra, & latro Anubis. Oui. in Eleg. Per tua lacra precor, per Anubidis ora uerendi. Diodorus scribit, Anubium filium fuisse Osiridis, qui canem gestabat, tamquam armorum insignia, ex quo Aegyptii canem uenerantur, & Anubim deum canino capite effingunt.

ANULARIS, re, ἀκτυλιῶν, quod anuli est: digitus anularis dicitur, qui proximus est auriculari. quare autem ueteres in hoc potissimum digito anulos gestauerint, uide Macr. li. 7. c. 13. Saturn.

ANULARIUS, [Orifice che fa anella. Gal. Orfeure qui fait aneaux. Hisp. Platero que haze los anillos.] ἀκτυλιοποιός, artifex qui anulos facit. Cic. 4. Acad.

ANULATUS, ἀκτυλιωτός, anulis ornatus. Plaut. Incedunt cum anulatis auribus.

ANVLVS, [Anello. Gal. Ameaux. Hisp. Anillo.] pro digitorum ornamento a circuitu uocatus est, siue a rotunditate, quasi annus. Græci a digitis, ἀκτυλιον appellauerunt. Cic. 5. Ver. Nostri imperatores scribas suos anulis aureis in concione donarunt. Anuli autem equestris ordinis nota erant. Mos fuit ueterum gerere anulum in digito sinistrae manus, qui est minimo proximus. Eius rei duplex redditur ratio a Macrobio: prior, quia in eo digito gemma anuli ab omni lésione esset tutissima: altera, quia disiectis humanis corporibus, repertum est, neruum quandam tenuissimum ab eo digito ad cor hominis pertinere. & ideo uisum est ueteribus, ut ille digitus anulo, tamquam corona, circumdaretur. Anulus item fluminis est Mauritanix, in quo elephantes luna noua apparente se abluunt. Plin. li. 8. c. 1.

ANVS, us, [Vecchia. Gal. Veille. Hisp. Vie.] γραιός, ge. fem. & prima cor. uetula dicitur, ab annorum multitudine ita uocata, cum antiqui consonantem nõ geminarent. Vel ab ἀ, & νῆς, sensus, intellectus: quod iam mente carcat. Cic. 1. Tusc. Quæ est anus tam delira, quæ timeat ista?

ANILIS, & hoc le, [Da uecchio.] γραιός, quod ad anum pertinet. Virg. 4. Aeneid. Illa gradum studio properabat anili. & Col. li. 1. Anilis ætas.

ANICULARIS, ris, [Da uecchio.] pro anili. Vide Anilis, & Anicula demutitium γραιός, pro uetula. Cic. pro Flacco: Aniculae minime suspiciosae purgant se.

ANELITAS, satis, [Vecchiezza. Gal. Viellese des femmes. Hisp. Vieje de la mujer.] senectus. Catu. Tremulum mouens Cana tempus anilitas.

ANILITER, [Da uecchio.] aduerb. Cic. 3. de Natu. Deo. Superstitiose atque aniliter.

ANVS, us, [Culo. Gal. Le trou par ou se purge le uentre. Hisp. El culo.] σπυκτός, gene. mascul. & prima prod. pars posterior uerenda. Cicer. Pæto. Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? Dicitur & Podex.

ANXIE, aduer. [Sollicitamente. Gal. Auec soing, sacherie, & chagrin. Hisp. Congoroxamente.] sollicite, curiose, προντισιαός. Anxie ferre. Sallust. in Iug. Plin. li. 1. c. 52. Ne in se quisque anxie quarat.

ANXIETAS, tis, [Affanno, sollicitudine.] Cic. in Tul.

ANXIFER, p. c. [Che port a affanno.] ἀγχίνο, angorem, anxietatemq. ferens. Cic. lib. 2. Tul. Dolorum anxiferi torquent uertices.

ANXIFER, a, um. Ci. de Diu. Anxiferas curas requieque relaxas.

ANXITVDO, [Affanno.] ἀδημονία. Cic. de rep. ut citat Nonius.

ANXIVS, a, um, [Sollicito. Gal. Chagrin, qui est en grande sacherie & soucy. Hisp. Congoroxo ò diligente.] σεαλγής, sollicitus, mestus. ab ἀγχω, p. ris tamen quid sit Cic. 4. Tusc. ostendit his uerbis: differt anxie ab angore: neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando, neque anxij semper anguntur.

ANXVR, [Terracina.] tam masc. quam neu. ge. urbs Italiæ, quam nunc Terracinam dicunt. Mart. Siue salutariferis candidis Anxur aquis, Di autem Anxur (ut Seruius docet) quia illic colebatur Iuppiter imberbis, quem idcirco Anxurum, quasi ἀνᾶζυρον, uocabant, quasi ἀνᾶζυρος, hoc est, sine nouacula. Virg. 7. Aen. Circæumque iugum, quis Iuppiter Anxurus aruis Præsidet.

***ANYTVS**, rhetor Atheniensis, acerrimus Socratis inimicus.

A A N T E O

***AON**, ἀων, Neptuni filius, qui Bæotis, quos Aonas uocauit, imperauit. Lactan.

AONIA, ἀωνία, regio Bæotix, ab Aone rege Neptuni filio dicta, quæ factione in Apulia pulsum in Bæotiam tradunt uenisse, ac de suo nomine môtanam regionem Bæotix uocasse Aoniã, & incolas ipsos Aonas. Hinc Aonius, adiect. Oui. 2. Met. Separat Aonios Aëtis Phocis ab aruis. Item Aonius, idis, patronymicū femininum,

quo Poetæ frequentissime utuntur pro ipsis Musis. Iuue. Saty. 7. Aptusq. bibendis Fœtibus Aonidum.

AORNO, ἀορνος πέτρα, petra apud Indos præceps & iuia, ita dicta ob admirandam altitudinem, quasi ipsis aurbus inaccessa. Scribit Plut. Alexandrum, cum intellexisset hanc petram teneri ab homine miculoso, dixisset, Nunc locus ille facillimus è captu. est & Aornos locus in Epiro, ita dictus a pestifera aurbus exhalatione, teste Plin. in Procæ. 1. 4. Hoc etiam nomine dictus locus inter Puteolos, & Baias, qui postea Auernas est appellatus. Vide infra.

AORS, ἀορσι, populi Scythix intra Imau, quos Ptolemæus collocat non procul ab Iaxarte flumio, qui in mare Hyrcanum defluit. Str. 1. 11. duplices facit Aorsos, quorum alteros maris Caspij orã maxima ex parte tradit tenuisse, alteros iuxta Tanaim habitasse, quos superiorum exsules esse opinatur. Plin. uero lib. 4. c. 12. Aorsos quosdam in Europa collocat iuxta Hamaxobios.

AORTA, ἀορτη, arteria est omnium maxima, ex sinistro cordis uentriculo exoritur, spiritum uitalem in totum animantis corpus defrens, natiumq. calorem per diastolen & systolen temperans. Ex Gal. de Dissectione artieriarum, & lib. 16. de usu partium.

AOROS, ἀωρος, Crete ciuitas, ab Aora Nympha ita appellata: alio nomine Eleuthera, ab Eleuthere, uno ex Curetibus. Steph.

AOPI, π. p. ἀοπι, populi in finibus Thracix, Getis finitimi, procul ab Istro. Plin. li. 4. c. 11.

***AOSVS**, fluminis Macedonia, quæ mari Hadriano adiacet. Pl.

A A N T E P

APAEI, ἀπαίοι, populi in Aethiopia sub Aegypto. Ptolem. libro 4. cap. 8.

APAGE, ἀπαγε, & Apagete, [Lena uia, leuati uia. Gal. Οστεζ, οστεζ, arriere de la retire toy. Hi. Quinta d'ay.] dictio comica a Græco, ἀπάγω, quod est abduco, remoueo. Plaut. in Curc. Apage hanc caniculã. Vatin. ad Cic. Apagete cum nostro Sex. Seruilio.

APAGESIS, p. c. (quod & ipsum frequens est apud comicos) familia riter corripientis est, & significat, Abi si uis. Plaut. in Pœn. Apagesis, negotij in muliere quantum uia est.

APAMIA, siue Apamea, ἀπάμεια, urbs celeberrima in Tetrapoli Syriæ, a Seleuco Nicanore condita, & a nomine uxoris eius ita appellata: ut testatur Strab. li. 15. Est & Apamia, & Parthorum ciuitas, Heracleæ, & Rhagis finitima, de qua apud eundem lib. 11. Tertia est in hora maritima Bithynix, inter Rhynclaci & Alcanii & ostia, Antiochi Epiphanius opus: cuius meminit Stephanus, & Ptolemæus lib. 5. cap. 1. Quartam collocat Plin. lib. 5. cap. 29. In ipso Marfyæ fluminis ostio, ubi scilicet Marfyas in Menandru influit, quam antea Celænas, deinde & Ciborõ ait appellatam. Hæc Strabo ab Antiocho Sotere cõditam scribit, & a nomine Apamiæ matris eius, quæ Artabazi filia fuit, & uxor Seleuci Nicanoris, Apamiã fuisse appellatam. Fuit hæc urbs olim clarissima, totiusque Asiæ emporium post Ephesum celeberrimum.

APAMESTE, opidum in ea Italiæ parte, quæ olim magna Græcia dicta est. incolæ Apamestini. Plin. 3. c. 11.

APARTIAS, ἀπαρτίας, uentus ab arto flans, hoc est, a Septentrione.

APARINE, ἀπαρίνη, lappæ genus, quod alio nomine Philantropos appellatur, quod uetibus hominum adhærens eos amare uideat.

APATE, ἀπάτη, genus intybi apud Theop. quam Theod. Fraudẽ cõuertit, quod gustans amaritudinem decipiat.

APAVORTENE, ἀπαορτηνη, regio Scythix, in qua est Hircania.

APELIOTES, p. p. ἀπελιώτης, uentus ab Oriente æquinoctiali flans, quem Latini Subsolanum uocant.

APELLA, [Circensio.] λεπιδέρμοι, sine pelle, quo nomine uocati sunt Iudei circencij. Horat. libro 1. Sermo. Saty. 5. Credat Iudeus apella.

AELLES, Apellis, ἀπελλής, nomen pictoris eximij, patria Coi, qui omnes prius genitos, futurosq. postea artificio superauit, & picturæ plura solus prope contulit, quam ceteri omnes. Fertur & Alexandrum Macedonem a nullo pingi uoluisse, quam ab Apelle, de hoc Plin. lib. 7. c. 37. & lib. 35. cap. 10. & lib. 37. cap. 1. & Fam. libro 1. epist. 9. & 12. lib. 5. & ad Attic. epist. 2. 1. lib. 1. & in Bruto. & lib. 3. de Orat. & libro 3. de Offi. & lib. 1. de Nat. Deo. & li. qui inscribitur Orator.

APELLEVS, a, um, adiect. Stat. libro. 5. Sil. Apelleo uultus signata colore.

APENNINIGENA, qui Apenninum inhabitat. Clau. Apenninigenis cultas postoribus aras.

APENNINVS, ἀπεννίνος ὄρος, per duplex nn, uel Apænninus cum æ, diphthou. (ut scribit Seruius) quasi alpes Pœni, quod eas Hannibal prius superauit. Mons est, qui Italiam mediam diuidit, incipitque a Genua, & supra Carnos incumbit. Eius descriptionem uide apud Lucanum.

APER, [Porco seluatico, cinghiale. Gal. Porc sanglier. Hisp. El jauali. puerc montes.] porcus siluester, a Græco κᾶπος, remota prima littera. Varro de lin. Lat. 1. 4. Apri ab eo, quod in locis alperis ueretur:

- nisi à Græcis deductum malis, qui hoc καὶ ὄρος, uocant. Hinc Aprinus, & Aprignus : de quibus infra.
- APERIO**, [Aprire. Gal. Ouvrir. Hisp. Abrir lo serrado.] ἀνοίγω, ex Ad & Pario (ut inquit Prisc.) abiecta d, (quia d, sequente p, nonnumquam abijcitur) iugificat patefacio. Ter. Fores aperi. Habetque a, correptam. Iuuen. Protuli, ut mos est, & aperta palluit agna. Quisque detego. Hinc Macrobus ait, Iuniores solitos esse maioribus. caput aperire. Stat. Sic factus aperto Ense uocat socios. Per translationem est exponere, Plau. hoc ænigma aperi nobis. Item pro nudare, Cic. Verentur, si quo casu acciderit, ut partes corporis quædam aperiantur. Item pro uulnerare. Iuu. Fuisse aperire caput. Hinc Ad aperio, ualde aperio. A quo Adapertile, p. c. quod aperi potest. Qui, de Trist. Adspicis a dextra latus hoc adapertile tauri. Exapertio, foris aperio.
- APERTE**, aduer. [Apertamente. Gal. Apertement, cleuement. Hisp. Claramente.] ὀρατῶς, manifeste. Cic. Bruto, Quæ uerba aperte iudicâr, posse rationem haberi etiam absentis. Hinc Apertus, & Apertissime. Idem pro Q. Roscio Planius, & apertius dicam. Idem Attico: Læticiam apertissime tulimus omnes.
- APERITIO**, onis, uerb. [Apertamente.] Varr. i. de re rust. cap. 63. Cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibusdam interclusa sit anima.
ARATRO, ἀράτρον, siue aratro, littera una per syncopẽ sublata. [Rouer sciare.] ἀράτρον, quasi arando itero: quod est, segetes iã natas rur sus arando proscindo, quod impingendi causa fit. Pl. lib. 18. c. 20. At illæ messes duplicatæ docuerunt, quod nunc uocant artrare, id est, aratrare, ut credo tunc dictum. hoc fit uel incipiente calamo, cum iam is bina, ternæue emisserit folia.

ARATRVM, ἀράτρον, p. p. [Aratro. Gal. Vne charrue, un' araire. Hi. Arado p'ra atar.] ἀράτρον, ab aro uerbo, sicut a lauo lauacrum, instrumentum est quo aratur. Virgil. 7. Aeneid Et terram centum uertebat aratris,

***ARAXIS**, fluuius Armeniæ, eodem in monte, ex quo Euphrates nascitur.

ARAXVM, ἀράξος, Ptolemæo, promontorium in occidua par

te Peloponnesi, non procul a Patris. Plin. lib. 4. cap. 4. & Ptolem. lib. 3. cap. 16.

ARBA, apud Pl. lib. 3. cap. 21. Insula est ante Illyricum. Ptolemæus uero lib. 2. cap. ult. urbem esse tradit Scardonix, quæ est insula Illyrico adiacens.

ARBII, ἀρβιοί, Steph. populi Indis finitimi, non procul ab Arianis, & Gedrosijs: dicitur ab Arbi uicino fluuiio. Pl. lib. 6. c. 23.

ARBILLA, ἀρβίλα, id est, pinguedo corporis. Festus.

ARBITER, ἀρβίτης, p. c. [Giudice, arbitro. Gal. Arbitre. Hi. El iuez arbitro ð arbitrairo.] ἀρβίτης, iudex non a lege datus, sed ab ijs, qui litigant, electus, qui totius rei habet potestatem: dictus ab arbitrando, id est exitimando: eius enim officium est iudicare, non prout iuris fit, sed prout ipse æquum esse existimet. Iudex uero ex officio dictus est. Terent. in Heau. Ambigunt de finibus, Me ce pere arbitrum.

ARBITRARIVM, [Arbitrario.] τὸ ἐπ' ἡμῶν, dicitur quod alicuius arbitrio est relictum: ita dictum ab arbitrorum more, qui totius conuersione suo arbitrio finiendæ potestatem habent. Martianus, fictor arbitrarius uariabat. Plaut. in Amph. Hoc certum est, non arbitrarium.

ARBITRATVS, ἀρβίτης, [Pavere, giudicio. Gal. Arbitrage, avis ð opinion. Hi. Parascer, uoluntad.] ἀρβίτης, arbitrium, uoluntas. Cic. in Læl. Cuius disputationis sententias in hoc lib. exposui meo arbitratu.

ARBITRARIOS, ἀρβίτης, siue arbitrarie, [Secundo il suo parere.] aduerb. pro arbitrio, pro uoluntate. Plau. Pæn. Perij certo, haud a' bitrario.

ARBITRIVM, ἀρβίτης, [Sententia, arbitrarie. Gal. sentença d'arbitre, arbitrage. Hi. Sentencia d' iuez arbitrairo.] ἀρβίτης, sententia quæ ab arbitro statuitur. Interdum potestas arbitrio data, unde arbitrium suscipisse dicitur, qui partes iudicis suscepit. Cic. in proæmio Off. Iudicio, arbitrio quoque nostro, quantum quoque modo uidebitur, haurimus. Interdum idem est quod opinio huius uoluntas: ut, Omnia pro meo arbitrio faciendæ sunt, ut opinor faciendum.

ARBITROR, ἀρβίτης, p. c. [Giudicare, pensare, estimare. Gal. Arbitrer, donner sentence par arbitrage, penser, cuidoer, estimer. Hi. Iuz gar como arbitro, pensar. ἡ γῆμας, exitimo. Cice 6. Verr. Si hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrare. Interdum accipitur pro speculati, & inquirere. Plau. in Aul. Hinc potero, quid agant, arbitrari. Apud Iureconsul. Arbitrari, pro iudicare ponitur, & litem arbitrio finire quod & διαίτην, a Græcis dicitur. Ulpianus de receptis arb. Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quo minus arbitretur, pœna committitur.

ARBOR, ἀρβόρις, [Albero. Gal. Arbre. Hi. Arbol.] ἀρβόρις, notæ significationis nona n, cuius appellatione continentur plantæ maiores, quæ simplici caudice, ramisq. brachiorum more porrectis assurgunt. cuiusmodi sunt olea, iuuis, quercus, & similes. Plin. in Procæ. lib. 12. Summumque minus homini datum, arbores, fluaq. intelligebantur. Dicitur & arbos in nominatio. Vir. 4. Geo. Obuiaque hospitij teneat frondentibus arbos. Hinc Fest. Arborem pro arbore antiqui dicebāt, & roborem pro robore. Arborem fici, sicut arborem ficum, dici posse, ostendit Cotum. lib. 6. Cum ait, in sero bem fici arbusculam deponito. Cice. pro Flac. Homini Phrygi, qui arborem fici numquam uidisset. Quod est contra Laurentium Valham.

ARBOR, piscis est in Oceano Gaditano, tam uastis dispersis ramis, ut fretum numquam ingressus credatur. Auctor Pl. lib. 9. c. 4.

ARBORARIVS, ἀρβόρις, a, um, adiect. qui in arboribus nidificat. Plin. lib. 30. ca. 16. Qui arborarij pici rostrum habeant. Arboraria falx, apud Catonem cap. 11.

ARBORATOR, ἀρβόρις, [Potatore d'alberi. Gal. Celui qui plante, s'occupe de cultiver les arbres, jardiner. Hi. El que covta los arboles.] ἀρβόρις, qui arbores putat. qui & Frondator dicitur. Pl. lib. 18.

ARBORESCERE, ἀρβόρις, [Farsi albero. Gal. Devenir arbre, croître en arbre. Hi. Χαζερφόπο α poco arbol, arbolescer.] ἀρβόρις, in arborem crescere. Plin. libro 19. Tradunt, in Arabia maluas septimo mense arborescere.

ARBORETVM, ἀρβόρις, uide paullo post in dictione Arbutta,

ARBOREVS, ἀρβόρις, a, um, ἀρβόρις, quod est arboris. Vir. lib. 1. Geor.

ARBOSEVS, uide arbor.

ARBUSCVLA, [Arbuscelli. Gal. Arbusseau, petit arbre. Hi. Pequeno arbol.] ἀρβόρις, deminut. ab arbor: Varr. lib. 3. de Re rustic. In eo arbusculas esse oportet, quæ ferant glandem. Significat etiam machinulam quæ Græcè ἀμαζόνιος, dicitur, in qua uersantur rotarum axes conclusi laminis ferreis: de qua Vir. lib. 10. cap. 17. Arbuscula præterea nomen est mulieris cuiusdam mimæ. Horat. i. Seru. Sat. ult.

ARBUSTA, [L'ughhi done sono molti albori. Gal. Boscage, ou bosc, lieu planté d'arbres ou se nourrit & croit la vigne appuyée d'iceux, pepiniere. Hi. Arboledas de arboles.] ἀρβόρις, loca consista arboribus uitisferis, hoc est, ulmis, pōpulis, uel similib. in quibus uites extendi solent: uel ipsæ etiam arbores uitisferis, & in ordinẽ digelæ. Col. lib. 15. cap. 5.

AR. Qui vineam uel arbutum constituere uolet, feminaria prius facere debet. Docet etiam Plin. quomodo arbutum sit faciendum. Rursum arbutum, locus est in quo arbores sunt ad fructum confite, sicut Salicetum, uel Salicetum, in quo sunt salices. Hoc & Arboretum aliqui uocant. Gel. l. 17. c. 2. Conualles, inquit, & Arboreta magna erant.

ARBUS TIVVS, a, um, adiect. ut, Arbutinae uites, *ἀρβυτῶδες*, quæ arboribus applicantur, & in sublime procedunt. Pallad. Locu. quæ arbutiuis uiribus destinatis implere. Col. de arboribus cap. 16. Arbutiuam uitem putare diligenter oportet.

ARBUS TOSITAS, [*Plantar alberti per sostegno delle uiti. Gal. Cōplanter d'arbres. Hisp. Plantar arboles para uita.*] *ἀρβυτῶτες*, agrum arboribus conferto ad maritandis uites. Plin. l. 17. c. 23. Tranpadana Italia orno, carpino arbutat agros.

ARBUS TUM, [*Corbe Ζζολο. Gal. Arbuter fruit d'arbostier. Hisp. Madroño κόμαρον,*] pomum rubrum siluarum, quod Plinius Vnedonē uocat, quod aperitate sua plura edi non possint, Vir. l. 2. Ge. Dant arbuta filux. Duo eius traduntur genera, Comaron, & Menecylon. iude Plin. l. 15. c. 4.

ARBUS TUS, p. c. *ἀρβυτός*, arbor folio citro similis, sed raris frondibus, cuius fructus arbutum, & Vnedo uocatur. Hæc arbor in Arabia excreuit in altitudinem 50. cubitorum. Vir. ecl. 7.

ARBUS TUS, a, um, [*Cosa fatta di Corbe Ζζολο.*] ex arbuto factum. Virg. 1. Ge. Arbutæ crætes.

ARCA, cæ, [*Arca, casta, scrigno. Gal. Coffre, buche, arche. Hisp. Arca de guarda*] *ἀρκά*, scrinium, c. p. l. ab arcendo dicta (ut inquit Varro l. 4. de lin. Lat.) quod ab ea clausa arceantur fures. Cæ. in Parad. Animus hominis diues, non arca, appellari solet. Hinc arcula, deminut. parua arca. Ci. 2. Offi. Præmittebat de slipatoribus suis qui perferantur arculas muliebres. Est & arca urbs Celyria, antiquum adhuc nomen inter barbaros retinens: cuius meminit Ioseph. l. 5. Antiq.

ARCADIA, *ἀρκάδα*, Peloponnesi regio intima, a mari undique remota. Ab Arcade Iouis filio, ex Calysto Lycaonis Arcadiæ regis filia, sic appellata. Hæc, ut Eustathius docet, aliquando dicta est Pelasgia, a Pelasgo rege magno, sapiente uiro, qui uitæ cultioris auctor eis fuit, & uictum ex stirpibus herbarum arborumq. frondibus transtulit ad glandem, maximeque ad fagineam. Aliquando etiam Lycaonia, aliquando Gygentis, & aliquando Parrasia dicta est, teste Stephano. Arcas autem cum Pelasgos in dedicatione redigisset, eorum regionem Arcadiam nominauit. Scribit Plin. hanc uersam ueluti pensante equorum incurfus natura, in montes 76. atcoli. Habet hæc regio Agnos procerissimos, qui ob corporis magnitudinē in proerbiū abierunt. Habet & lapidem, *ἀρκάδα* hoc est, inextinguibilem. Opida eius præcipua sunt Mantinea, Tegeæ, & Stymphalus: montes Pholoe, Cyllene, Lyceus, & Menalius, & Nonacris: flumij Ladon, & Erymanthus.

ARCADIUS, *ἀρκάδιος*, Theodosij filius, Romanorum imperator fuit cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. Fuit præterea hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui librum de orthographia, & alterum de syntaxi conscripsit. Suidas.

ARCADICVS, cæ, cum, *ἀρκάδικός*, quod est ex Arcadia: ut, Arcadici mores, Arcadicum pecus. Et Arcadius, a, um: ut Arcadius deus, p. Pane, apud Propert. Arcadium sidus, Vrsa, uel Arcos. Senec. in Oedipo.

ARCANVM, [*Secreto. Gal. Vn secret, cose secreta. Hi. Secreto y guardado.*] *ἀρκανόν*, dicitur secretum, absconditum, occultum ab arca, in qua quæ clausa sunt, tuta manent. potest & ab arce dici, quæ tutissima pars urbis est. Virgil. 1. Aen. Longius & uolens fatorem arcana mouebo. Arcane, & Arcano, aduerbia, Col. l. 2. c. 1. Quid arcanus iudicem, mox dicam. Cæ. l. 1. Bell. Ciu. Arcana cum paucis familiaribus colloquitur.

ARCANVS, a, um, [*Ocullo secreto.*] adiectiuum: ut, Arcanus homo, qui, quæ audit, tacet, & continet optime. Plau. Dixisti arcano. Arcanus sensus. Virg. 4. Aen. Arcanos etiam tibi credere sensus.

ARCAS, cadis, *ἀρκάς*, nomen Iouis filij ex Calisto, a quo Arcades originem ducunt. Est & gentile ab Arcadia. Ouid. 5. Faistor. Arcadis Euandri.

ARCELLA, uideri potest demin. ab arcera, de qua infra. Vnde arcellata uitis, quæ in formam arceræ est disposita. Col. li. 3. c. 2.

ARCEO, es, cui, sine supino usitato: nam arcitum non dicimus: licet in compositis exercitum dicamus, & coercitū [*Tener difcosto, lontana re. Gal. Garder d'approcher, chasser, empêcher. Hisp. Constreñir, arrearar, apartar de lugar.*] *ἀρκεω*, propulso, abigo, prohibeo, ne accedas. Clin. Cat. Tu Iuppiter hunc a mœnibus urbis arcebis. Aliquādo pro stringo, siue coerco. Virg. 2. Aen. Tenebras arcebat uincula palmas. Arcere uim hostium, est uim ui propulsare. Liu. li. 1. ab urbe: Ad arcendam uim aduenarum armati concurrunt. Arcere aquam pluuiam. Idem pro Muræna: Ille scit ut hostium copiam, tu ut aquæ pluuiæ arceantur. Ab Arceo fiunt arx, arcis, artus, a, um, & artus pro membris, de quibus suo loco.

ARCEA, *ἀρκεα*, ab arca deducitur: & significat plaustrum rectum undique ex tabulis, quasi arca quædam magna, uestimentis instrata, ut inquit Alconius. de quo uehiculo genere & senes & ægroti cubantes uectabantur. Gel. li. 20. c. 1.

ARCESTIAS, siue (ut apud Laertium legitur) Arcestilaus, *ἀρκεστιας*, philosophus fuit, ex Pitane Aeolica ciuitate ortus, qui relicto natali solo, Sardeis se primum, deinde & Athenas cōtulit: ubi initio Cratonem, deinde & Polemonem audiuit post hæc eximius & ipse philosophus effectus, mediam primum Academiā inuexit. Fuisse autem traditur miro ingenij acamine, sed nimia in disputando pertinacia. Hic est ille, quem Cic. libr. 5. de Finibus ait eueruisse omnem philosophiam. induxit enim philosophiæ quoddam genus *ἀρκεστιαστικόν*: hoc est, quod subsistere non potest: asserens, nihil omnino scire posse.

ARCESSIO, sis, uel

ARCESSO, sis, [*Accusare. Gal. Accuser. Hi. Accusar*] *ἀρκεσσω*, ab arceo nascitur, & significat accuso, siue ad accusandum eo. etenim accusate alium; est a maleficiis eum arcere. & hoc modo construitur cum genitiuo, & aliquando cum ablatiuo. libro 1. Ad Herenn. Arcestitur Cæpio maiestatis. Cic. lib. 2. Offi. Innocentem iudicio capitis arcessas.

ARCESSO, is, [*Chiamare, andar à chiamare.*] aduoco, siue ad uocandū eo, *ἀρκεσσω*, ab Adcio, d in r, mutata. Antiqui enim (teste Prisciano) d litteram mutabant in r, nos in c. Plau. in Amph. Blepharoneim arcessat, qui nobiscum prandeat. Cic. pro Rosc. Am. Cum ab aratro arcesserantur, qui consules fierent. Interdum est adducere, Cic. Quando arcesserunt?

ARCHELAUS, *ἀρχέλαος*, philosophus Atheniensis, seu Milesius, qui patrem habuit Apollodorum, & fuit auditor, successorq. Anaxagoræ, a quo Socrates philosophiam audiuit. Hic physicam philosophiam ex Ionia Athenas inuexit: estq. Physicus appellatus, quæ in eo defecerit philosophia naturalis, Socrate Ethicem introducente. Quamquam ne hic quidem Ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honesto, & de æquo philosophatus est.

ARCHETYPVS, p. c. [*Modello. Gal. L'exemplaire premier. Hisp. El original de donde se saca el exemplo.*] *ἀρχέτυπος*, adiectiuum est, quodcumque ita primum fabricatum est, ut exemplar reliquum sit. Mart. l. 8. Archetypum Myos argentum se dicit habere. Est & Archetypum substantiuum, quo significatur primum exemplar, quod quis sibi imitandum proponit. Plin. Iun. ad Antonium: Ut pictores pulchram faciem in peius effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Dicuntur etiam Archetypa signa, statuar, uasa, & tabulæ, non ad aliorum similitudinem efficta, sed a nobili quopiam artifice primum confecta. Martial. libro 8. Archetypis uetuli nil est odiosius aucti.

* **ARCHIAS** poeta Antiochenus, Ciceroni carus.

* **ARCHIBIVS**, Grammaticus Romæ sub Traiano.

* **ARCHIGENES**, medicus Syrus præstantissimus.

ARCHILOCHVS, p. c. *ἀρχιλοχος*, nomen poetæ Lacedæmonij. Hic fuit inuenter carminis Iambici; quod ab eo Archilochium uocatur: quo Lycamben quendam, quod filiam sibi pactam alteri locauisset, ad suspēdium creditur adigisse. Hor. in Arte: Archilochum proprio rabies armavit Iambo. Alius fuit Archilochus, Nestoris filius, qui patrem in expeditione Troiana secutus, a Memnone interfectus est. Alius fuit Siculus, qui Ariciam urbem condidit.

ARCHIMEDES, *ἀρχιμήδης*, nomen proprium uiri Syracusij, qui geometriæ, ac machinalis, sideralisque scientiæ peritissimus fuit, testimonio Liuji, Plinij, & Plutarchi. Hic uelut deus terrenus mechanico artificio sphaeram uitream fecit, in qua mira arte dissimiles motus circulo rum uidebantur. De qua sic scribit Claudia. iura poli regnumq. deorum Ecce Syracosis transtulit arte senex. Percurrit proprium mentitus signifer annum, Et simulata nouo Cynthia mense redit. Marcellus in expugnatione Syracusarum interdidit, ne Archimedes unius necaretur. Verum cum Syracusæ caperentur, & ipse animo ab oculis in terra defixis formas geometricas describeret, a milite ignaro quis esset, interfectus est.

ARCHIPIRATA, x, [*Capitano de Corsari. Gal. Le capitaine de corsaires & esumeurs de mer. Hisp. Principe de corsarios.*] *ἀρχιπυρατῆς*, prædonum dux. Ci. 1. de Off. Ille, qui archipirata dicitur.

ARCHITECTOR, aris, [*Fabricare. Gal. Demiser, & bailler l'ordonnance de quelque bastiment, bastir, edifier. Hisp. Obrar por artificio.*] *ἀρχιτεκτωνέω*, construo, fabrico. Vitru. lib. 9. cap. 4. Naturalis potestas ita architectata est. Translate ponitur a Cic. 2. de Fin. An ita lapientia callida est, ut optime possit architectari uoluptates? id est, formam & rationem fruendarum uoluptatum comminisci & perscribere.

ARCHITECTVRA, [*Architettura.*] ædificandi scientia. Græce *ἀρχιτεκτωνική*, dicitur. Cice. lib. 1. Offi. Quibus artibus aut prudentia maior inest, aut non mediocris utilitas quaeritur, ut medicina, ut architectura.

ARCHITECTVS, [*Architetto. Gal. Maître ouvrier, maître charpentier ou maçon.*]

mason. *Hisp.* *El maestro d'obra para edificar.* ἀρχιτέκτων, ex ἀρχός princeps & τέκτων, faber: principalis faber, fabricandi artem habens. Architectus (ut inquit Plato lib. de regno) magno ministerio non utitur, sed utentibus præsidet. Fabri autem, qui aliquid manu faciunt in ædificijs, alij funguntur ingenio, alij opera uolunt. *Ci. Var.* Si quis adhibere uolet non modo ut architectos, uerum etiam ut fabros ad ædificandam remp. Architecton, onis, architectetij. *Pla. Pœn.* Me dolis iam superat architectonem. Architectonicy, 3, um, adiect. ad architectonem pertinens. *Vitru. li. 9. ca. 4.* Per rationes architectonicas circinque descriptiones. Architectonice, ces, fem. gen. ars ipsa architectandi. *Quint. lib. 1. Aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam, uelut architectonice.*

ARCHITRICLINVS, p. p. [*scilco. Gal. Sommelier. Hisp. Resotlero.*] ἀρχιτρικλινος, qui præest triclinio, id est, qui curat, ut eduliorum uaria fercula ordine & tempore contiuuis exhibeantur.

ARCHON, tis, ἀρχων, summus principatus Athenis, sicut suffes apud Carthaginienses, Romæ dictator. Fuerunt enim, teste Suida, archontes nouem, quorum sex thesmothetæ, hoc est, legislatores dicebantur, unus rex, unus polemarchus, & præter hos unus, qui præ excellentiâ archon dicebatur. De hoc magistratu sic scribit Budæus. Archontes qui fuerint, nõ plane constat. Suidas nouem fuisse auctores est. & inter eos numerat thesmothetas: recte, ut opinor, cum idem sentire uideatur enarrator Demosthenis: quippe quia archontas etiam thesmothetas appellat. Sed ex his unus erat princeps collegij & præfectus, qui & hegemon & prytanis uocabatur. prytanes autem erant numero quinquaginta, decimam partem consilij & curiæ quinquagenariæ efficientes, in orbem *πυτάρδωντες*. hoc est, magistratum eum gerentes, & in singulos menses uices mutant. Verũ is, qui inter archontas peculiarem appellationem retinuit, simili etiam ratione prytanis dictus est. quemadmodum autem Romæ prætor iudicibus præerat, atque adeo quæstionis iudex dictus est, & quæstitor: ita hic archon Athenis iudicibus præsidebat. *Ci. de Fat. Morietur Epicurus, archonte Pytharato.*

ARCHYTAS, p. c. ἀρχύτης, Hestiaz, siue ut alij malunt Mnesarchi, filij, philosophus fuit Pythagoricus, patria Tarentinus, qui Platonem aduersus Dionysij insidias præstitit in columen. Hic in mathematicis maiorem humano captu progressum fecisse traditur adeo, ut & cubum primus inuenerit, & columbam ligneam tam affabre effinxerit, librauerit, & inflauerit, ut uiuæ uolatum imitaretur. Primus etiam platagem, hoc est, crepitaculum puerorũ traditur inuenisse, quo pueros nõquam interquiescentes detineret, & a periculosis ludis auocaret. Hinc factus est locus prouerbio, ut desipientes, & puerilia tractantes, ad Architæ platagen dicamur recidisse.

ARCIALIS, ἀρκιανής, opidum est Hispaniæ, in tractu Bætica. *Ptolem.*

ARCINNA, ἀρκιννα, opidum est Daciæ. *Ptol.*

ARCIO, is, iui, ium, pro indere, & adigere cepit. *Cato de re rust. c. 40.* Boque arcito surculum.

ARCIRMA, [*Carreta*] ἀρκίμα, genus modici plaustrij, quo homo gestari solet. *Festus.*

ARCITENENS, adiect. ἀρκίτηνος, Apollinis epitheton ab arcu tenendo, quod semper cum arcu & phætra pingeretur. *Vir. 3. Aene.* Quam pius Arcitenens oras & litora ci cum Errantem.

ARCTICVS, 2, um, adiect. [*Septentrionale*] ἀρκτικός, ut polus arcticus, hoc est, septentrionalis, cui oppositus est antarcticus polus, hoc est, meridionalis.

ARCTE, [*Stretamente*] *Ci. de Diu. Arte & graniter.*

ARCTO, tas, [*stringere*] ἐπίστροφος, frequentatiuũ est ab arctum, inusitato supino uerbi arceo, idem significans, quod constringo. *Coll. libr. 12. c. 43.* Non nulli adiecto desitudo contenti sunt transuersas per ticas arctare. Est item arctare, angustius facere. *Pli. li. 3. c. 6.*

ARCTOMYS, ἀρκτόμυς, animal habens similitudinem muris & ursi. **ARCTONNESVS**, p. p. ἀρκτιννός, opidum est Miletiarum, ad Propontidem, alio nomine Cyzicum. *Pl. lib. 5. c. ult.*

ARCTON, ἀρκτων, mons qui imminet Cyzico, ita dictus a Iouis nutricibus, quæ illi in arctus, id est, in ursam migrasse tradunt.

ARCTOPHYLAX, p. c. ἄρκτοφύλαξ, sidus iuxta maiorem ursam alio nomine Bootes. *Cice. in Phænom. Arati:* arctophylax, uulgo qui dicitur esse Bootes. Latine Ursæ custodem interpretari possimus, nam ueluti custos quidam ursæ adhibitus a tergo eam subséquitur. Simili etiam ratione Bootes appellatur, quod in modum bubulci plaustrum sequatur: rustici enim septemtriones plaustra uocant. Fabulantur autem poætæ, huc esse Calistum ex Ioue filiũ, cui nomen Arcadi fuit.

ARCTOS, ἀρκτος, apud Græcos ursum, uel ursam significat. Quo fit, ut & pro duobus signis septentrionalibus accipiantur, quæ & a Latinis ursæ appellatur. Sunt autem arcti duæ septentrionali polo, uelut axe quodam, nixæ, arctico circulo clausæ, & ita collocatæ, ut utraq; resupinata, alterius cõtegat caput: sed caput eius, quæ sit

perior est, ad caudam inferioris contendat. Alteram maiorem uelut siue Elicen: Alteram minorem ursam, siue Græcorũ lingua, Cynosuram, id est, canis caudam nominat. Illam Græciæ populi notare soliti, hanc Sidonij obseruant inter nauigandũ. Qui esse duas arctos, quarum Cynoura uocatur, Sidonijs. Elicen Graia carina notat. Elicen scribit Hesiodus Calisto Lycæois Arcadiæ regis filiam fuisse. Hanc studio uenationis inductam, relicto patre sese in siluis contulisse, factamque unam ex comitibus Dianæ, a qua cũ mirifice amaretur, quodam die solam in siluis inuentam, a Ioue compressam fuisse. Quod facinus cum aliquãdiu celasset, tandem uisam cum ceteris uirginibus lauari tumore uteri crimine detexisset, quam obrem indignatam deam, in Ursæ effigiem eam commutasse, quæ Græcis ἀρκτος, appellatur: in ea specie non multo post filium peperisse, quem Arcada nominauit: a quo postea dicta est Arcadia Peloponnesi regio, ab Arcto oritur arcticus, & antarcticus.

ARCTOS, p. p. ἀρκτός, adiectiuum ab Arcto, Septemtrionalis. *Mar. li. 10.* Solibus Arctois, sideribusq; ducent Arctos orbis. *Luc. li. 1.* Arctoa fides, & Arctos polus. *Sen. in Herc. Oeræo.*

ARCTURVS, ἀρκτῦρος, stella in signo Bootæ post caudam maioris Ursæ, cuius ortus & occasus tẽpõtates facit: dictus Arcturus, *παρὰ τὸ ἀρκτῦρος*, hoc est, ab Ursinæ caudæ similitudine. *Vir. 1. Geo.* At si non fueris tellus secunda sub ipsum Arcturum.

ARCTVS, ta, tũ, [*Stretto*] ἐνός, angustus, strictus, ab arcendo, id est, constringendo. *Ci. 3. Ver.* Arctioribus laqueis tenebitur. Inde Arctæ aduerbium. *Coll. li. 3.*

ARCVLA, 2, [*Cassetta*] ἄρκυλα, demin. pro scriniolo. *Cic. 2. Off.* Per scrutabantur arcules muliebres. In auspicijs quoque arcule dicebatur, teste Festo, auis, quæ aliquid fieri uetabat: ab arcendo nomen habens, quod consulentem a re aliqua aggredienda arceret: hoc est, prohiberet.

ARCVLATA, circuli, qui ex farina in sacrificijs fiebant. *Festus.*

ARCVATIM, aduerbium, in modum arcus. *Pli. li. 29. c. 6.*

ARCVATVS, 2, um, participium, curuatus in modum arcus, *Liu. libro 1.* ab urb. Ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iussit. Dicitur & arcuatus, correptus morbo regio, de quo uide Arquatus.

ARCVLVS, [*Archetto*] deminutiũ ab arcus, *τοῦ ἀρκίου*, a quo fit aliud deminutiũ Arcellus. Arculus præterea, teste Festo, dictus est deus, qui tutelam gereret arcarum. Item arculus, ut idem Festus testatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad sustinenda commodius uasa, quæ ad sacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenienses, postea ad alias quoque nationes translatus, ut uirgines nobiles Dianæ sacra capite gererent in canistris, unde Canephora, *κανηφόρα*, dictæ sunt circulis quibusdam suppositis, ut firmius inhærerent, hoc ipso Dianæ fidem facientes, se uirginitatis pertæsas, cupere exautorari.

ARCVO, as, are, [*Piegar in modo d'arco. Gal. Feire ou noule, courber en forme d'arc. Hi. Encourar.*] ἄρκυον, in modum arcus curuare. *Pli. li. 26. c. 6.* Ilam autem, quæ non arcuatur, Sepa Græci uocant, alij Scelopendram.

ARCVS, huius arcus, quartæ tantum declinationis. [*Arco*] ἄρκον, instrumentum est notum, e quo sagittæ eiaciuntur. *Cice. de Sen.* Appius animum intentum tanquam arcum, habebat. dictus est autem arcus ab arcendo, quod eminens arceat hostem, non cominus propulset, quemadmodum ensis, aut hasta. Est præterea arcus, curuatura in ædificijs, quæ alio nomine Fornix appellatur, ita dictus ab arcendo, hoc est, cõtinendo, uel constringendo ædificio. *Cic. iam enim atrium, & arcus duos absoluerat.* Arcus item, siue (ut Nonio placet) Arqus, *ἄρκυς*, accipitur pro arcu cælesti, quem pluuio tempore uarijs coloribus expressum in nubibus conspicimus. *Hor. in Arte:* Cum flumen Rhenum, aut pluuui de scribitur arcus. In hac autem significatione, etiam per secundam declinationem inflexum legitur. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Cur arci species in deorum numerum non reponitur? Ennius ge. fem. protulit, Formatur autem arcus cælestis hoc modo. Dum sol in nubibus rarefcentibus ex aduerso resulserit, radiosque suos directa linea humori nubilo transfundens impreserit, fit repercussio splendoris eius in nubibus, ex quibus fulgor emicæ arcus specie format. Sicut enim impressa certa anuli imaginẽ exprimit, sic nubes, ex aduerso ex rotunditate solis figuram sumentes, orbem efficiunt, & arcus effigie fingunt: apparet aut hoc nõ semper, sed cũ rarefcent nubila cæli, nam rursus cum coeunt in se nubes atque densant, cõfestim arcus forma resoluitur. In nubium enim densitate arcus imperfecto gyro completitur. Denique sine sole & nubibus numquam apparet arcus. Quâdricolor autem est, quia ex omnibus elementis in se rapit species. De cælo enim trahit igneam colorẽ, de aquis purpureum, de aere albũ, de terris colligit nigrũ. Nonius hoc discrimen statuit inter arcũ, & arquam, ut arcus dicatur fornix suspensus: arqus autem, non nisi, qui in cælo apparet, quem Irim poete dixerunt. Vnde etiam arquatos dictos uult, quibus color, & oculi uident quasi in arqui similitudinẽ. Verũ eam differentiam nõ uide quæqua-

que quaque obseruari,abunde magno illud est argumento,quod & Arquatium dicimus pro camerato, & Arquites pro sagittariis.

ARDEAS, ἄρδιος,avis que dam,quasi ardua quoniam uolado alta petit.Vir.1. Geo. Atque alta supra uolat ardea nubens.Huius deminutioni est Ardeola.Est & Ardea, ἄρδέα,nomen urbis in Latio,Turni & Rutulorum regia, Danae Persei matre, uel, ut alij mājunt, a Dauno Pilius filio condita: & a feruore regionis sic dicta, quæ decem & octo milliaria ab urbe est posita. Martialis: Ardea sollicito, Pæstanaque rura petantur, Quique Cleonæo sidere feruax ager. Seruius Ardeam dictam ait, quasi arduam, id est, magnam & nobilem. Higinius uero ab augurio uis Ardeam dictam uult. Hanc urbem post Turni mortem igni consumptam, & in auiem sui nominis commutatam esse fabulatur Oui. 4. Met.

ARDEAS, tis, adiect. Ci. 3. de Na. Deo. Cui in agro Ardeati rem diuinam facere solemus. Legitur & Ardeat no.

ARDEATES, p. c. ἄρδεαίται, populi sunt Ardeæ incolæ.

ARDELIO, [Inquietus, che vorrebbe far ogni cosa. Gal. Qui de tout se mesle. Hisp. Hombre ligero. sin holgar, ayo perdido per glotonias.] πολυπράγμων, homo inquietus huc atque illuc semper uoluitas, omnibus negotijs sese immiscens. Mart. ad Attalum. Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.

ARDEO, ardes, arsi, lum, [Ardere. Gal. Ardre, brusler. Hisp. Arder.] ἄρδωμαι, significat concremor, flagror, deflagro. Vir. 5. Aeneid. Liquidis in nubibus arsit arundo. Per translationem ponitur pro arden ter amare, siue alicuius rei cupiditate uel studio teneri: & sic modo cum accusatiuo, modo cum ablatiio constructur. Virgil. 2. ecli. Corydon ardebat Alexim. Horat. in Epod. Samio dicitur arsisse Batillo Anacreonta Teium. Cic. Nimo uidendi te desiderio ardebam. Et cum infinitiio. Virg. Patriæ que mori pro mœnibus ardent. Interdum pro festinare. Vnde ardens, pro festinante, in gemoso, acuto que ponitur, quod inlar ignis omnia penetrat: sicut e contrario ignis dicitur tardus, quasi sine igne. Vir. 1. Aen. Instant ardentes Tyrij. Interdum pro fulgorem emittere. Ideam 4. Aen. Tyrioq. ardebat murice læna. Vnde & ardens, pro fulgido, seu si meo. Interdum furere, uel irasci, ut apud eundem li. 10. Latumq. per agnē Ardens limitem agit ferro. Huc pertinet illa, ardere bello, auaritia, cupiditate, dolore, iracundia, inuidia. Ardens, nomen ex participio: ut, ardentissimæ diei horæ. Pli. lib. 31. cap. 3. Ardentissimus color. Pli. li. 2. c. 4.

ARDENTER, aduer. [Focosamente, ardentemente.] ἄρδωνός, Pli. li. 12. c. 19. Austros ardentem flare.

ARSURVS, participium futurum. Oui. 14. Met.

ARDOR, ris, [Ardore. Gal. Ardeur, uehement cadeur. Hisp. Ardor, calor estraño.] κάυμα, uehemens calor, & incendium. Ci. 4. Aca. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret.

ARDESCO, scis, [Dinenir ardente] ἄρδωμαι, ardens fio. Vir. 1. Aen. Ex pleri mentem nequit, ardescit que tuendo.

* **ARDISCVS**, Scythiæ fluius. Herod. lib. 4.

* **ARDYS**, filius Gygis Lydorum regis. Herod. 1. 4.

ARDVENNA, [L'arsenna d'Ardenna.] filia miræ magnitudinis, quæ olim a ripis Rheni & Treuirorum sinibus ad Neruis usque per tingit, & in longitudinem, teste Cæsare, millibus amplius peringentis patuit.

ARDVM, [Arido] ueteres pro Aridum dicebant, inquit Nonius, citans illud Lucilij ex li. 27. Arduum, miserrimum, atque infelix lignum fabucum uocant.

ARDVVS, a, um, [Arduo, alto, difficile, malageuole. Gal. Haut & mal aisé à atteindre. Hi. Alto y arriçado.] altus & adscensu difficilis, ἀδύτης, ἀνώγειος, Oui. 2. Met. Ardua prima uia est. Per metaphoram accipitur, pro difficili, laborioso. Sal. in Catil. Arduum uidetur res ge fias scribere. Quod uerbum exponens Gell. li. 4. c. 15. inquit Arduum, Sallust. non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Græci ἀρδύος, aut χαλεπός, appellant, quod est cum difficile, tum molestum quoque, & incommodum.

ARDVITAS, tatis, [Altezza,] altitudo, ut Montium arduitas. Varro 1. de re rust. c. 10.

AREA, [Aia, πιαζζα. Gal. Aire, place sans bastiment. Hisp. Ara.] ἄλος, κενάρον, proprie dicitur locus purus in urbe sine ædificio, quæ Græci πλάτειαν, dicunt. dicta area quod ardore solis sit facta arida. Quidam ab ara deducunt, quod sicut ara pura est, ita aræ in urbe, siue nico, loca pura sunt, id est, sine ædificio. Valla: Campus est planities ampla, & grandis, ideoque spatiosæ plateæ, aræ uero, cæpi nomen accipiunt. Vnde Romæ campus Martius, nam locus huiusmodi uocatur area. Cic. in Párad. Areas quasdam magni æstimant, quod ei generi quasi nocere nihil potest. Suetoi. tamen in Cæsare posuit aream pro loco puro, accommodato foro extruendo, cū inquit. Forum de manubijs inchoauit, cuius area super sefertitū milliæ constitit. Item area dicitur solum terreū, seu planities glabra, id est locus purgatus, coæquatusq. & cylindro consolidatus, plateis amplitudine similis, ubi frumenta arcescunt & teruntur. Virgil. 1. Ge. Area tum primum ingenti est equanda cylindro. Item

area, & per deminutione areolæ, est terra probe subacta, atque facta, seu ferenda: quales sunt in hortis quadrata quedã, & bene subacta, & coequata spatia, in quæ mox semina iaciuntur. Colum. Aræ sic informandæ sunt, ut facile runcatiua manus ad dimidiã partem latitudinis perueniant. Apud geometras area sumitur p spatio uacuo in aliqua figura, ut in triangulo, uel quadrângulo. Itc Area morbus est capitis cum profluuiio capillorū, ita dictus, quod areas quasdã, hoc est, loca capillis nuda in capite efficiat. Celsus lib. 6. c. 4. Arærum genera duo: commune utrique, quod emortua summa pellicula, pili primum extenuantur, deinde decidit. Area præterea a quibusdam nominatur, species uel imago fidere claritatis, illustrata undique, quæ & ἄλος, a Græcis dicitur: differens ab iride, quod hæc aduerso sole appareat: area uero totū sidus ambitu suo cingat. Vide Commen. de Mundo, qui Aristoteli adscribitur.

* **ARECOMICTI**, populi sunt Galliæ Narbonensis. Plii.

AREFACIO, [Seccare. Gal. Secher ou descher quelque chose. Hisp. Secar otra cosa.] ἄρφαίνω, aridum facio. Cato de re rust. cap. 69. Amurcã arefacito. Pli. 14. c. 22. Quidam caulem incidunt per niesses, arefactum que tollunt.

AREFIO, ἄρφαίνωμαι, pro exsicco.

ARELATE, ἄρρατῆς, ciuitas in mediterraneo Narbonensis Galliæ, a Plii. dicta Colonia Sextanorum, quoniam ex sexta legione coloni eo deducti sunt. Est & Germaniæ in Norico, Ptolem. quæ uulgo Lintz appellatur.

AREMORICA, æ, Galliæ comatæ pars tertia, a Celsis Garumna fluuiio diuisa: alio nomine Aquitania dicta, teste Pli. 4. c. 17.

ARENA, ἄρην, Peloponnesi ciuitas est iuxta Pylum, quæ flumine Mynicio abluatur. Hom. 1. 2. Il. & Str. lib. 8.

ARENA, [Arena, sabbione. Gal. Sable, arene; Sablon græue. Hisp. Arena] ἄρηνος, tenuissimus puluis & aridus, ideoq. ab ariditate deductū nomen quidam existimant. Caret enim omni humore & succo, unde & plurimū aquæ ebibit: & ita sine adspiratione scribi debet. Nec quenquam mouere debet quod arena habeat primã breuem, aereo uero productam, cum deriuatiua non semper primitiuorum naturam seruent. Alij per adspiratione scribunt, uoluntq. dici a hærendo, quod sibi inuicem propter tenuitatem cohareat: uel quæ cum calce parietibus inhæreat, sicut in fabricis uidemus. Eius uero tres sūt species: scilicet fossilis, fluuiatilis, & marina: inter quas crassior, sabulum nuncupatur. Quandoque tamen arena ponitur pro loco, in quo pugnant gladiatores. Suet. in Augu. Parthorum obides per arenam mediã ad spectaculum induxit. hinc Arenarij dicti gladiatores, qui in arena depugnabant. Per translationem arenam dicimus pro foro. quia illic sic depugnant a fores cassarum, ut in arena gladiatores digladiantur. Seneca: Hoc ita habitum est, scholam quasi ludum esse, forum arenam. Hinc Pli. arenam suam appellat Centumuiros: quoniam in iudicio centumuirali certabat frequenter telis oratorijs. Hoc nomen licet raro plaralem numerum habeat, Vir. tamen dixit, Quam multæ zephyro turbantur arenæ.

ARENACVS, a, um, ἄρρατῆς, quod ex arena est. Pli. 17. c. 7. & li. 3. cap. 15.

* **ARENARIAE**, arum, Fodinæ, in quibus arena foditur. Cicer. pro Cluen.

ARENARIVS, ria, rium, ἄρρατῆς, quod ad arenam pertinet, ut Iuppiter arenarius, quem Græci Ammonem dicunt. Arenarius, substantiuum, qui in arena depugnat. Callistratus: Nec patrono præstare debet arenarius manumissus tales operas.

ARENATVS, ta, tum, [Cosa meschiata con arena.] ἄρρατῆς, quod arena mistum est ut Calx arenatus. Cato de re rust. cap. 18. Calce arena to struito. Vsurpatur & Arenatum substantiuum, pro eo quod ex arena factum est: sicut Marmoratum, quod ex marmore. Virruuius: Tectoria fundata arenati & marmorati soliditate. Arenatum alio nomine Intritum uocamus. Barbari etiam Mortarium: non nulli & Cæmentum, sed perperam. Nam cæmenti appellatione lapides significantur impoliti, uel potius lapidum frusta, quæ arenato coniunguntur: ut latius docebimus suo loco.

ARENOSVS, sa, sum, [Arenoso.] ἄρρατῆς, quod arena abundat. Virg. 4: Aen. Litus arenosum Libyæ.

ARENVLIA, deminutiuum ab Arena, ἄρρατῆς, arena tenuissima. Pli. li. 30. c. 3.

AREO, res, rui, [Seccare. Gal. Se secher. Hisp. Secarse.] σκῆλλω, aridus sū. Plau. in Rud. Utinam fortuna nunc anatina uterer, ut cū exissem ex aqua, areret tñ. Quidã hoc uerbum ab ara deducunt, in qua, quæ dijs immolabant, torreret solebant. Alij uero pro contrario sensum ἄρρατῆς, quod significat irrigare, quod aridum minime sit irrigatum. Hinc Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo, & Subareo, de quibus suo loco.

AREOLA, dem. ab area, ἄρρατῆς, Colum. libr. 6. Areolas facito. Aliter accipitur a geometris, pro spatio scilicet i figuris uacuo inter lineas.

AREOPAGITAE, ἀρειοπαγῖται, p. p. illi dicebātur, qui in templo Martis iudicabant, quod iudicium exquisitissimum habebatur. Nā cū Mars, qui Græce dicitur ἀρεῖς, homicidij crimine reus factus esset a Neptuno, iudicantibus duodecim dijs, in eo pago sex sententijs absolutus est, ut Stephanus Byzantius docet: & multi alij Græci. De his uide copiosius apud Alexandrum ab Alexand. l. 3. cap. 5. & lib. 4. c. 21. & l. 6. c. 11. Apud Cœl. Rhod. Antiq. lect. l. 7. c. 19. Budæum in Pandectis.

AREOPAGVS, p. p. ἀρειον παγός, Stephano, uicinus erat Athenis a templo Martis sic cognominatus, ubi primum iudicium capitis actū fuisse scribit Pl. l. 7. Nam cum Mars Halirrhodium, Neptuni filiū, qui uini Alcippæ filix suæ intulerat, occidisset, a Neptuno homicidij reus factus est, causaque a duodecim dijs in Areopago cognita, sex sententijs eī absolutus.

AREOPOLITAE, ἀρειοπολίται, p. p. qui habitant Areopolim. Areopolis autem ciuitas Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab.

AREPENNIS, apud Gallos mensura est dimidij iugeris, qua illi agros suos metiuntur. Colum. libro 5. cap. 1. Semiuugerum Arepennem uocant.

ARESCO, icis, [seccarsi. Gal. Deuenir sec. Hi. Ηαχερσε seco.] Ἐρραίνουαι, aridus fio, Auētor ad Her. l. 2. Nihil lacryma citius arefcit. Ad arefcō, idem quod arefcō. In arefcō, intus, siue penitus arefcō. Ob arefcō, circum uel omnino arefcō. Per arefcō, ualde arefcō. Ex arefcō, siue Exareco, aridus sum uel fio.

* **ARESTA** dicuntur sententiæ præfecti prætorio, quæ rescindi non possunt. ἀροσα, Græce. Bud.

* **ARETA**, ἀρετή, Arillippi filia, quæ ei successit in schola. fuit etiam Alciom uxor, apud Hom. in Odyss.

ARETALOGVS, [Carrulo, ciuiciatore. Gal. Ioueur de moralite & farceur plai fanteur. Hi. Compensador de nouelas fingidas, el que parla nanamente.] ἀρεταλόγος, pæn. cor. Porphyrione teste, garrulus & loquax dicit in ostentationem uirtutis: unde nomen deducitur. ἀρετή enim uirtus est, & λογος, sermo. Sue. in Aug. Frequentius aretalogos & festos sollempnes celebrabat. Inu. Sat. 15. Mendax Aretalogus. Aretalogus etiam dicitur, qui in fingendis mendacijs auditores mouet arte uerborum. Sed tunc contra Porphyriōnem ab ἀρεσκω, placeo, fieret, ut sit Aretalogus factus, urbanus, quique sermōnis lepore oblectat auditores.

ARETHUSA, ἀρεθυσα, uirgo uenatrix, Dianæ comes, ab AIpheo amata, cuius uim cum effugere non posset, Dianæ miseratione in fontē sui nois dicitur cōmutata: qui ne amatoris aquis pollueretur, per subterraneos cuniculos in Siciliam aufugit, & iuxta Syracusas uberrimo aquarum gurgite emergit. Vnde & Syracusæ Arethufides dictæ sunt, forma patronymici feminini. Oul. li. 4. Fast. Vtque Syracusas Arethufidas abfinit armis Claudius. Fuit & Arethufius fons Smyrnæ: tertius in Chalcide: quartus in Ithaca: quintus i Eubœa, sextus in Bœotia prope Thebas. Didymus octo eius nois fontes commemorat: adeo ut epithetō esse putetur cuiuscumque fontis, ab irrigando. Est præterea Arethusa, lacus Armeniæ maioris, ponderē omnia sustinens, & nitrum nebulis exhalans: per quē Tigris fluius tanto fertur impetu: ut aquæ nō commisceant. Vni eī pfcium genus est, & hoc trāsirentis fluij alueo non miscet, sicut nec e Tigri pisces in lacum transuātant. Auētor Pl. li. 6. c. 27. Est & Arethusa locus Syriæ munitus iuxta Emesam sexdecim milibus passuum: qua Arethufius, ut inquit Str. Est item Arethusa urbs una Eubœæ, altera Syriæ. Volater.

ARETYM, [Aretyō,] ἀρετή, ciuitas Tusciæ, a Græcis condita eo tēpore, quo populus Israēl sub iudicibus regebatur, a qua incolę diēti sunt Aretini. Vasa quoque fictilia, quæ in ea hebāt, Aretina appellabantur. Mart. li. 14. Scribendum duplici RR.

ARERTA, æ, aq, a, quæ inferis libatur, seu uas uini, quod adhibebatur sacris. & a Fero deducitur. Festus.

* **ARGÆVS**, Pelopis filius, & Alectoris pater. Fuit alius, ab Hercule abductus, cuius corpus primum fuit creinatum. Mons etiam Cappadociæ est, apud Str. li. 12.

ARGANTHONIVS, ἀργανθώνιος, rex fuit, ut testatur Hero. li. 1. in Argina ciuitate Bœotix, fuit item Arganthonius Tarthesiorum rex in Hispania, quem Pl. ait uixisse 120. annos: Silius autem 300. ait, Ter denos decies emensis belliger annos.

* **ARGATHON**, mons in Myfia, ubi Hylas raptus est.

ARGEA, p. p. loca quædam Romę appellatur, quod in ijs sepulti essent quidam Argiuorum illustres uiri. Hęc Festus. L. uis Argeos uocat masculino genere. Sic enim scribit l. 1. ab urbe: Multa alia sacrificia, locaque sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices uocāt, dedicauit. A Varrone li. 4. de lin. Lat. Argeorum sacra appellātur. Reliqua (inquit) urbis loca olim discretā, cum Argeorum sacra in septem & uiginti partes urbis sint disposita.

ARGEMA, atis, pænul. breui, ἄργεμα, morbus est oculorum, cum scilicet abdidum quoddam ulcus oculi infestat circulum, quem Itim Græci dicunt: quod mali genus affine est illi, quod Latinis albugo uocatur, Græcis etiam, ἀλβωμα, Pl. l. 29. c. 6.

ARGEMON, herba apud Pl. l. 24. c. 19. Quæ Lappa canaria dicitur. ARGEMONE, es, p. p. ἀργεμόνη, herba inuenti papaueri omnino similis: ita dicta ab effectu quod oculorū albugines, quæ argemata appellantur, sanet. Vide Dios. lib. 2. c. 169. Pl. Argemonum appellat lib. 25. c. 9.

ARGENTARIVS, rii, substantiue, [Cassiere, banchiere. Gal. Banquier, chancier. Hi. Cambiador o banquero publico.] ἄργαριῖος, qui a argento exercet, hoc est apud quem pecuniam deponimus, quam tempore loco uel alio nobis reddat. Plau. in Curc. Habent hunc morem plerique argentarij, ut alius alium polcant, reddant nemini. Proprie autem argentarij dicunt (ut docet Iurisc. ff. de edendo) maiores menarij, qui multorum pecunias acceptas custodiunt, cum opus fuerit, reddunt, & quorum officium atque ministeriū publicam habet causam: hique rationes conficiunt. Auētor est Seneca, argentarij præesse publicis actionibus. Vide Bud. Annotationes in Pandectas.

ARGENTARIA, riæ, [Banco, ouero bottega doue si batte l'argento. Gal. Boutique ou forge ou bat ou forge l'argent. Hi. Plateria, o la casa de la moneda] mensa, tabernaculum argentaria, uel et officina, in qua argentum cuditur, aut preparatur. Plau. in Epid. Per myropolia, & lanienas, circumque argentarias. Significat & argentaria functionem argentarij. Vlp. tit. de eden. Sed & quod solui constituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria uenit. Argentariam facere, uel exercere, eodem titulo.

ARGENTARIVS, ria, rium, adiectiuū, [D'argento, ouero ch'appartiene a l'argento.] ἀργυρεος, quod est argētū, aut ad argentum pertinet, ut, Argentaria metalla. Pl. l. 33. c. 5. Ratio argentaria, id est, pecuniaria. Cato de re rust. c. 2. Auxilium argentarium, Plau. in Pseud.

ARGENTATVS, ta, tū, [Coperto d'argēto] ἀργυρεός, argēto tectus. Li. 9.

ARGENTVM VIVVM, [Argento uiuo. Gal. Vif argent. Hi. Αζογνη.] ἠδ' ἀργυρος, genus est metalli liquidi, argētū colore, fluidū uero consistētia aquam referens, unde & nomen accepit. Aristoteles, ἀργυρεον γυρτόν, hoc est, sibile seu liquidum argētum uocat. Huius duæ sunt species, Natium, siue Fossilium, & Factitium, quod ex minio excoquitur. Vtrumque Hydrargyros Dioscoridi dicitur. Pl. hydrargyron ab argento uiuo distinguit, quod fossile est & natium. Argentum uiuum, quod ex Minio purgatur, Hydrargyros appellans. li. 33. c. 3.

ARGENTEVS, a, um, [D'argento.] ἀργυρεός, quod est ex argento: ut Argenteus denarius, & Argenteæ sphaeræ, apud Pl. Argenteum folium, argenti splendorem referens, apud eundem li. 16. c. 18. Argentea amica, quæ argento uendita est, Plau. in Pseu. Audio amicā tuam esse factam argenteam.

ARGENTINA, uel Argentoratū, ἀργεντοράτων, Ptol. urbs Galliæ, ad Rhenum fluiuium; quam tamen Germani habitant, sicut pleraque alia cis Rhenum opida, uulgo Straßburg dicitur.

ARGENTO, [Argento. Gal. Argent. Hi. La plata.] ἄργυρον, metallū est, post aurum, pretiosissimū, quod gignitur (si chymistis credimus) ex argēto uiuo & sulphure albo. Eius spuma uulnera sanat, neque finit superfluas carnes excrecere, & sordes cordis mundificat. Argentum factum dicitur, quod laboratum est, & in uasa, aliam uel supellectilem fabricatur. Pomp. ff. de auro, & arg. leg. Argentum factū, Q. Mucius ait, uasa argentea contineri, ueluti trullas, paropsides, pelues, & his similia. Huic opponitur Argentum infectum, hoc est, rude & nondum laboratum. Argentum signatum dicitur pecunia argentea, ab eo quod signum principis, uel magi stratus habeat impressum. Sen. r. de Benef. Libentius donabo argentum factum, quam signatum. Interdum etiam Argentum absolute positum legimus, pro argento factū, siue supellectili argentea. Plau. in Pseu. Tu esto lectiternator, tu argentum eluito. Cice. Cum essent triclinia strata, argentumque expositum in a dibus. Itē pro argento signata, hoc est, pecunia argentea. Ter. in Phor. Emani argēto senes. Idem in Heau. Argentum primo signatum est anno Urbis 525. Q. Fabio consule, quinque annis ante bellum Punicum primum, nota argenti bigæ & quadrigæ fuerunt. inde Bigati, & Quadrigati nummi appellati sunt.

ARGENTOSVS, [Che tien d'argenta] ἀργυροσύνης, cui immistum est argentum: ut, Aurum argentosum. Pl. li. 33. c. 5.

ARGENTIFODINA, æ, p. p. [Minera d'argento. Gal. Mine d'argent. Hi. Miner de donde sacan plata.] ἀργυροφόνος, ubi foditur argentum. Plin. libro 33. cap. 6. Odor ex argenti fodinis inimicus est omnibus animalibus.

* **ARGENVA**, Insula est Lesbo adiacens. Plin. uocat Arginifam.

ARGESTES, ἀργεσες, uentus flans ab occasu æthiū, qui a Latinis Corus, & Caurus dicitur. Plin. lib. 2. cap. 47. Ab occasu æquinoctiali Faunius, ab occasu solstitiali Corus, Zephyron & Argetem uocant.

ARGEVS, ea, euni, ἀργεῖος, denominatiuū deductū ab Argis Peloponnesi urbe, idem significans, quod Argiuus. Flor. li. 4. Carm. Tibur Argeo positū colono. Argei quoque teste Varrone, dicebant scirpæ effigies, quæ per uirgines Vestales iaciebant singulis annis in Tiberim

Tiberim per pontem sublicium .

- * ARGIA, ἀργεία, Adraſti regis Argiuorum filia, Polynicis uxor.
- * ARGIAE Inſulæ xx. adiacentes Cariæ. Plin. li. 5. ca. 31.
- ARGILETVM, locus erat Romæ, iuxta Palatium, ita dictus (ut quidam nolunt) ab Argo Argiuorum duce, qui ab Euandro hospitis exceptus, cum in affectu regni ſuſpicionem ueniſſet, ab Arcadibus, in ſcio (ut uolunt) Euandro, eſt occiſus. cui poſtea Euander, tumuluſ erexit, quæ de nomine eius Argiletuſ appellauit. Huc alludit Virg. 8. Aen. Et letum docet hospitis Argi. Alij Argiletum dictuſ putat, quaſi Argiletuſ, ab Argilla, hoc eſt creta, cuius eo in loco magna erat copia. Vtramque opinionem refert Varr. l. 4. de lingua Lat.
- ARGILLA, [Creta terra. Gal. Argille. Hi. Barro à ἀργίλλα] ἀργίλλος, terra cretoſa, & candida, qua figuli utuntur ad uafa faciendâ. Ci. in Piton. homulus ex argilla & luto factus Epicureus? Hora. 2. epiſt. argilla quid uis imitabitur uia. Sunt qui unico l, ſcribant. quod etiã conuenire uidentur cum Græca origine: contra tamen uſus obtriuuit.
- ARGILLACEVS, a, um, [Di creta.] quod ex argilla eſt aut quod tenax eſt in modum argillæ. Plin. li. 17. ca. 7.
- ARGILLOSVS, a, um, [Abundante di Creta] ἀργίλλος, abundans argilla. ut, Loca argilloſa. Plin. li. 2. ca. 4. Colles argilloſi, Colu.
- ARGILLVS, p. c. ἀργίλλος, Hero. li. 7. hiſtor. teſte, urbs fuit Aemathiæ, non procul ab oſtijs Strymonis fluuij, uerſus occidentem.
- ARGINVS, ε, ἀργίνα, iſula exigua, Leſbo adiacens, inter Methymnam & Mitylenen, iuxta Argenuſ promontorium: unde & nomen habet. Plin. li. 5. ca. 21. Stephanus ἀργίνασιν uocat. Strabo aut li. 13. tres facit inſulas Arginufas, modico interuallo diſcretas.
- ARGIPHONTES, ε, ἀργίφοντες, cognomen eſt Mercurij, traſtū ab argo cæcoto, Ius cuſtode, quæ Iouis iuſſu interfecit. Mythologi ci interpretantur Argum ſphæra eſſe ſtellarum, quod illi inſit ſpecies quædam cæleſtium ſphærorum. Io autē terram eſſe uolūt, quã Aegyptij in hieroglyphicis litteris bouis imagine exprimit. Hæc Argus, hoc eſt, cælum ſtellaruſ, nocturno tẽpore de ſuper uidetur obſeruare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, cum luminis ſui magnitudine ſtellas omnes obſcurat, earumque cõſpectum mortalibus eripit. Vide Macrobi. Satur. lib. 1. cap. 19.
- * ARGIPPAEI, populi ſunt Scithiæ, iuxta Sarmatas, & Theſſageras.
- * ARISAE, Theſſaliæ ciuitas prope Peneuſ, a Lariffæ filijs cõdita.
- ARGO, ἀργὸς, ge, fem. prima nauis fuiſſe creditur, qua Iafon una cū flore iuuentutis Græciæ in Colchida nauigauit, uelluſque aureuſ, a Medea adiutus, in Græciam reportauit. Volūt autem hæc nauē Argo appellatam ab Argo architecto: de quo Flaccus: Ad carum Tritonia deuocat Arguſ, Moliti hunc puppim iubet & demittere ferro Robora. Diodorus a uelocitate dictam putat: ἀργὸς, inter cetera ſignificat uelocē. Alij ab Argiuis, qui in ea uecti fuerūt malunt appellatam. quod ſentire uidet Ci. li. 1. Tuſ. queſt. cū ait, Eſt nominata Argo, quia Argiui in ea delecti uiri uecti, petebant pellem inauratam arietis. Eſt & Argo ſignū cæleſte, quod & nauis appellatur. oritur pridie idus Mart.
- ARGOLICVS, ca, cum, ἀργολικός, Argiuus ut Vir. 2. Aen.
- ARGOLIS, is, ἀργολίς, fc. ge. Argiua. Oui. 9. Met. Argolis Almenæ.
- ARGONAVIAE, ἀργοναυταί, heroes illi, qui cum Iafone in Colchos profeſi ſunt, numero amplius quinquaſaginta: ex quibus præcipui Caſtor & Pollux, Telamõs, Orpheus, Hercules, & Hylus puer: ſic cognominati a nauī, qua nauigauerunt. De his Orpheus lib. 1. & Apollo. in Cata. heroum. & Flaccus in Argonau.
- ARGOS, eos, ἀργός, & in plurali numero Argi, orum, clariffima ciuitas Peloponnenſis, nõ procul a Mycenis, quæ ad diſcrimen aliaruſ eiufdem nominis urbium Argos Hippium dicebatur, quod agruſ haberet paſcendis equis in primis idoneum. Dicitur & Diſidõ, ab aque penuria: quo fit ut plures eodẽ utatur puteo: quod genus eſt apud illos artiſſimũ ſocietatis. Aliquando & Phoronicuſ dictuſ eſt teſte Ste. a Phoroneo primo rege. Eſt autem hoc nomen in ſingulari numero ne. ge. quod apud Græcos declinatur; τὸ ἀργός, τῶ ἀργός: apud Latinos autem tantum in uſu habet nominatiuũ, ac cuſatiuũ & uocatiuũ. In plurali nero maſc. eſt ſecundę inflexionis. Horat. Aptum dicit equis Argos, direſque Mycenæ. Virgil. 7. Aeneid. Ecce autē Inachijs ſeſe referebat ab Argis Clara Iouis coniu. Hinc Argiui Græci dicti ſunt, & Argolicus ſinus, & Argolici duces, & Argolica regio. Eſt item Argos opidum Theſſaliæ, quod & Pelafgicon dicitur, a Pelafgis. Luca. Vbi nobile quondã Nunc ſuper Argos erat. Aliud in Acarnania, Amphiloſichuſ cognominatum, quod Alemæon eiufque liberi condidere, ut inquit Strab. lib. 7. Fuit & Argos Apuliæ opidum, a Diomede conditũ, & primum a nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellatũ: quod deinde Argyrippam, & poſtremo Arpos uocitarunt. Theſſaliam quoque aliquando Argos Pelafgicum appellatam fuiſſe, auctor eſt Plin. li. 4. ca. 7. Ipſam præterea Peloponneſum antiqui Argos, & Argos Ach. cum appellauerunt, ut ſcribit Str. li. 8.
- ARGVS, a, um, ἀργός, Argolicus. Horat. in Epod. Non huc Argoo contendit remige pinus.

- ARGUMENTATIO, [Prona, & propoſitione. Gal. Probation ou prouue par raiſon ou conietture. Hi. Argumento luengo.] ἀργυρίωνας, eſt rei propoſitæ per argumenta probatio. Auctor ad Herennium lib. 1. Argumentationes, quas Græci ἀργυρίωνας, appellant, quam Cic. lib. 1. de Inuentio. definit hoc modo. Argumentum, eſt inuentum ex alio quo genere, rem aliquam aut probabiliter oftendens aut neceſſario demonſtrans.
ueis Nili, qui Meroen insulam a sinistra alluit. Str. uero Astabora
fluum esse docet, diuersum a Nilo, circa Meroen insulam in Ni-
lum influentem.

ASTACES, *ἀσάκης*, fluminis in Póto, Asiæ regione, cuius aquis irrigati
capi oues pascunt nigro lacte accolas alentes. Pli. lib. 2. cap. 103.

ASTACI, *ἀσάκιοι*, ex genere sunt cancorum. Pli. li. 9. c. 31.

ASTACVM, Plinio siue Astacus, *ἀσάκης*, Stephano, & Straboni Bichy-
niæ opidum, dictum ab Astaco quodam Neptuni, & Olbiæ nym-
phæ filio. a quo uicinus sinus Astacenus appellatus, testibus Pli. li.
4. cult. & Str. li. 12. Fuit & altera eiusdem nominis urbs in Acarna-
nia, Str. lib. 10.

ASTAPVS, Straboni fluminis est circa Meroen, in Nilum influens. qua
in re Plinio nonnihil uideretur dissentire, Plin. enim Nilum ipsum
supra Meroen Astapum asserit uocari, quod sæpe terra receptus,
uelut e tenebris in lucem erumpat: (sic enim uocant Aegyptij a-
quas e tenebris emergentes) Nili autem nomen ante non assume-
re, quam se concordibus aquis iunxerit. uide Str. li. 17. & Pli. li. 5.
cap. 9.

ASTAPHIS, idis, [*Vua passa. Gal. Raissa confit, passes, passerilles. Hi. Vua
passa à passada.*] *ἀσάπης*, a nobis uua passa uocatur. Pli. li. 2. c. 1. Vua
passa, quam Astaphida uocant, stomachum, uetrem interanea ten-
taret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent.

ASTAPHIS AGRIA, [*Stassaggria. Gal. Stassaggria. Hipp. Auarrax.*] *ἀσάπης
ἀγρία*, herba cauliculis nigris, rectis folijs, labruscæ: fert follicu-
los uerius, quam acinos, uirides, similes ciceri. hæc a Romanis tes-
te Diosc. Pedicularis herba dicebat. quod nucleos haberet Phthi-
riaci curandæ utiles. Vocatur & Staphis agria, prima uocali a capi-
te sublata. nam quam *ἀσάπης*, Atticis, reliqui Græci *σάπης*, ap-
pellant. hodie quoque ab officinis Staphis agria dicitur.

ASTARTE, *ἀσάρτη*, Syriorum numen erat, quam alio nomine Aeter-
gati, aut Decreto, nominatam uolunt. Cice. 3. de Nat. Deo. uult
uisse Venere, quæ Adonidi nupsit. hanc sacræ litteræ Astartem
Sidoniorum deam uocant.

ASTER, & astrum, *ἀστέρας* & *ἀστρον*, inter se differunt, astrum congrega-
tionem significat stellarum, uel signū ex stellis coactū, ut est Leo:
Libra: alter unā tantum stellam. Apud Græcos etiam eadē obser-
uatur

- uatur differentia. Ci. in Verr. Initiu iste non a Fauonio, neque ab aliquo astro notabat. Idem de Vniuer. Has igitur ob causas nota sunt astro. Astrifer, r, ferens astrum. Mar. lib. 8. Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit,
- ASTER SAMIUS**, ἀστὴρ σάμιος, species terræ ad multos medicinæ usus conducentis, quæ in Samo insula effoditur: dicta a stellæ imagine, quæ illi imprimi sigillo consuevit. Gal. l. 9. Simpliç.
- ASTER ATTICVS**, ἀστὴρ ἀθηναῖος, herba, quæ quod prælens est inguinum remedium, a Romanis Bubonium dicitur, uulgo Inguinalis. Pl. li. 26. cap. 5.
- ASTERIAS**, Asteriæ, uel Asteriæ, es, ἀστέρια, nomen Latonæ sororis p. prium. Est & Asteria Deli, & Rhodi insularum nomen. Pl. l. 4. cap. 12. & li. 5. c. 31. Significat & gemmam, inclusam quandam lucem pupillæ modo continentem. Pl. li. 37. c. 9.
- ASTERIAS**, ἀστέριας, auis ex genere ardeolarum, a fulgore astrorum, Pl. li. 10. c. 60.
- ASTERISCVM**, cī, [Parietaria] ἀστέρικον, herba ocymi folio, quæ & Helxine dicitur, & Vrcolaris herba, quod uitreis urceolis detergen dis in primis sit idonea, nascitur in tegulis, parietinisque: unde & Parietaria, & Muralis herba uulgo dicitur. Pl. li. 22. c. 17.
- ASTERISCVS**, ἀστέρικος, demin. ab Aster, signum parvæ stellæ, quo utimur cum aliquid in scribendo omissum est, uel deprauatū. Hieron. Editioni antiquæ Theodotionis miscuit asteriscos & obelos.
- ASTERION**, ἀστέριον, ciuitas Thessaliæ, dicta, quod in alto sita mōte, uelut astrum quoddam procul aspiciētibus fulgere uideatur, ut tradit Stephanus, qui eam sita erat Pireciā uocatā afferit. Est & altera urbs eius nois in Syria. Est & fluius Achaia, in Nemæa silua leniter fluens, & fructuum iuxta ripā abundāntissimus, ut testis est Lactantius. Item mons Peloponnesi, ad sinum Argolicum, de quo Pl. l. 4. c. 5. Est & herba quædam hoc nomine apud Paufaniā, in agro Argiuo nascens ad ripam fluiui eiusdem nominis, cuius folia Iunoni sacra accolæ in coronas nectunt. Asterion item, Cometz filius, qui Iasonem Colchos nauigantem secutus est: ut habet Apollonius. Valer. l. 1. Argon. Asterion, quem matre carentē Clenaus gemino fouis pater amne Cometes.
- ASTERION**, ἄστειον, species est aranei, cuius morfu genua labefa ctantur. Pl. l. 2. c. 4. Est & Asterion herba, quæ & Spondylium dicitur, quod semen habeat asterii animalculi figura. Diosc. li. 3 in descriptione Spondylii,
- ASTERIS**, ἀστέρης, insula in medio Sami, & Ithacæ sita. Str. l. 1.
- ASTERNO**, is, ere, astrauit, astratum, [Distendere.] ἀστρονατάλλω, iuxta sterno. Ou. utitur eius passiuo 2. Met. Asternunturq. sepulcro.
- ASTERSIA**, ἀστερσία, mons Crete ad meridiē, mare aspiciens: a quo & Asterusia Indiæ urbs nomen hēt, quod illic Creteses coloniā collocauerint. iucolæ Astersiani uocantur & Asterusii, Ste.
- ASTHMATICVS**, [Asmatico. Gal. Πουβίσι, qui a son aleore à grand difficultè Hi. Cosa que tiene dificil respiracion] ἀσθματικὸς, anhelus, & suspirio sus dicitur: cum s. spirare sine sono & difficultate quispiam nō potest. Id autem morbi genus Asthma, uocatur, id est spirandi difficultas.
- ASTIGI**, ciuitas Beticæ, qua Astigitanus aer. Pl. li. 3. c. 1.
- ASTICE**, ἀστίκη, regio est Thraciæ, supra Bosphorum, Póto Euxinō imminens. Pl. l. 4. c. 11.
- ASTIPULATOR**, oris, [Fattore amico. Gal. Qui s'acorde à acun et ost de son opinion. Hi. El que assi consente con otro.] qui assentitur. Ci. 4. Aca. Stoicorum astipulator Antiochus.
- ASTIPVLATVS**, us, [Consentimento] attestatio, uel assensus. Pl. lib. 7. c. 47. Iouis deorum summi astipulatu.
- ASTIPVLOR**, p. c. [Consentire. Gal. Consentir à quelque chose. Hi. Consentir con otro, y otorgar.] ἀσπιβουεαι, assentior. Lin. 6. Bel. Maced. Astipulari irato consuli tribuni pl.
- ASTITVO**, is, ui, ritutum, [Collocare, ponere.] ἀσπίσνι, ex Ad, & Statuo, iuxta statuo. ad Heren. lib. 1. Aegrotum in lecto cubantem faciemus, & reum ad lectum eius astituemus. Est item, suo loco collo. Pla. in Capt. Iuben' astitui aulas?
- ASTO**, as, astiti, astitum, [Essere presente, Star sermo in piede. Gal. Estre pres, assistir, estre debout pres quelque chose. Hi. Estar en pie cerca de otro.] ἀσπίσνι, firmus, seu erectus sto. Ponitur interdum absolute. Pla. in Cap. Vix astro præ formidine. Idē in Cif. Adolescēs asta, atque audi. Interdum cum datiuo. Idem in Caf. Contriui diē, dum astro aduocatus euadam cognato meo. Interdum cum prepositione In, Idem: Continuo in genua astanti, Et cum Ad. Cic. pro Arch. Cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. Aliquādo simpliciter sto, Vir. Arrectis auribus astant.
- ASTOMI**, ἀσταιμοί, Indiæ populi siue ore, anhelitu tantum uiuentes, & odore. ab a, priuatiua, & στόμα, os. Pl. li. 7. c. 2.
- ASTRAFA**, [Giustitia] ἀστραία, Astræi, & Auroræ, siue (ut alii malunt) Iouis & Themidos filia, Iustitiæ antistita, quam poetæ fabulatur, aureo illo sæculo in terras migrasse, & tandem mortalium sceleribus offensam cælum repetiuisse. Ou. 1. Met. Vltima cæle- kum terras Astræa reliquit,
- ASTRAEVS**, ἀστραῖος, unus ex Titanibus, qui contra deos arma sum- pierunt. Hic cum Aurora fertur concubuisse, & ex ea uentos ge- nerasse: qui ab eo Astræi fratres dicti sunt Ou. 14. Met. Aeraq. & tumidum subitis concursib. æquor Astræi turbant & eunt in præ- lia fratres.
- ASTRAGALIZO**, [Giocare a dadi. Gal. Iouer au gerignon ou au dex. Hi. In- gar a carnicol.] ἀστραγαλίζω, Græcæm uerbum, idem quod talis lu- do, unde Astragalizontes, opus nobilissimum Polycreti ex ære, quod duos habebat pueros talis ludentes. Pl. l. 34. c. 8.
- ASTRAGALVS**, p. c. [Talone. Gal. V' n' off. let qui est au talon. Hisp. Gar- nicol.] ἀστράγαλος, os pedis in animalibus quibusdam supra calca- neum, quod a Latinis Talus dicitur. item ludi genus erat, in quo astragalus, id est talis utebatur. Astragalus quoque dicitur septē spinæ uertebra, quibus collum incumbit, quos ἀσπιδίλους τὴν πρῶ- χηλῶ, Suidas appellat. Est itē Astragalus, (ut ex Diosc. colligit Ruel- lius) herba, quam montanum uel rusticum cicer appellamus. In ædificiorum quoque columnis Astragalus erat cælaturæ quoddā genus, ab herbæ fortasse huius similitudine dictum: cuius memi- nit Vitruuius.
- ASTRAPIAS**, ἀστραπίαις, gemma colore partim albo, partim cyaneo, fulminis radios in medio habens discurrentes: unde & nomen ac- cepit. Pl. l. ult. c. 11.
- ASTRICTE**, aduerb. [Strettamente. Gal. Estroitement, serrement. Hi. Apretadamente, estre chamonte.] arcte. Cic. 3. de Or. Qui putat ora- tionem non astictē sed remissius numerosam esse oportete.
- ASTRICTIO**, [Strettura. Gal. Restriction, apretē. Hisp. Apretamento, a- spreza.] ἀσπίσις, σφουρησις, actus attringendi. Pl. l. Gustus amari cum atstrictione.
- ASTRICTORIS**, a, um, quod attringit, σφουρησις. Pl. l. 24. c. 13.
- ASTRINGO**, [Stringere, legare. Gal. Serrer, estreindre, lier, contraindre. Hisp. Apretar mucho.] ἀσπρέλλω, coniungo, contraho, coarto. Col. li. 3. Libro ulmi uel uimine arborem attringito. Vir. li. 1. Ceor. Ve- nas attringit hiantes. Per translationem pro obligare, & sic ge- nitiuo iungitur, sicut Gellius notauit Sabinum scripsisse: Qui alie- num tacens lucri faciendi causa sustulit, furti attringitur. Quæ pro promittere, quia promissa, uincula fidei dicuntur. Ter. in Eu. Meam attringo fidem.
- ASTRIOS**, otis, gemma crystallo propinqua, quæ si astris opponitur, fulgorem eorum rapit, & regerit. Plin. li. 37. cap. 9.
- ASTROITES**, ἀστροίταις, gemma, quæ oculis piscium similis esse per- hibetur. Pl. li. 37. c. 9.
- ASTROLABIUM**, [Astrolabio] ἀστρολάβιον, instrumentum ex quo astro- rum motus colliguntur.
- ASTROLOGIA**, [Astrologia] ἀστρολογία, scientia tractans de cognitio- ne & motu astrorum, quæ & Astronomia dicitur.
- ASTROLOGVS**, siue Astronomus, [Astrologo] ἀστρολόγος, ἀστρονόμος, qui astrologiæ, siue astronomiæ gnatus est.
- ASTRVO**, is, [Fabricare appresso, fortificare. Gal. Bastir et edifier joignant autruy. Hisp. Fabricar afirmar, o confirmar.] ἀστροκατασκευάζω, iuxta ædificium. Colu. lib. 1. Cum ueteri astruitur reens ædificium. Per translationem pro affirmare, Plin. lib. 12. cap. 18. Periti rerum astruxerunt,
- ASTV**, generis neutri, ut cornu, pro ciuitate Atheniensi, quam ἀστὴ, uocabant: sed a Latinis mutatur y, in u, & fit Astv, ut inquit Prisc. Ter. in Eun. An in astu uenit? Probus Aemilius in Alcibiade: Post- quam in astu uenit, concione aduocata uerba sic fecit. Apud Lati- nos uero Astu, siue Astus idem est, quod calliditas, quæ & Astutia dicitur. Festus Pompeius: Astu apud poetas astutiani significat, cuius origo a Græcō ἀστὴ, hoc est, ab opido deducitur, in quo qui uersati affidue sint, cauti & acuti esse uidentur. Interdum pro astu te ponitur, Ter. in Eun. Astu rem tractauit. Astus adiect. uidetur finxisse Plau. Tru. Astis fallacis.
- ASTVRS**, is, ἀστύριος, ortus ex Asturia, Tarraconensis Hispaniæ regio- ne. Martialis Asturem equum dixit, pro Asturcio, siue Asturicēsi, Venit ab armiferis gentibus Astur equus.
- ASTVRIA**, ἀστύρια, regio Hispaniæ in tractu Tarraconensi, equis tolutariis nobilitata, qui ab ea Asturcones uocati sunt.
- ASTVRA**, ἀστύρα, flumen Latii, & insula in fluuii ostio Pl. li. 3. c. 3. & li. 33. Ab aliquibus Stura dicitur. Vnde Festus: Stura flumen in agro Laurentij est, quod quidam asturam uocant.
- ASTVRES**, ἀστύριοι, uide Astur, & Asturia.
- ASTVRIKA** AVGVSTA, Hispaniæ Tarraconensis urbs. Ptol.
- ASTVRCONES**, equi, [Giannetti] ab Asturia regione Hispaniæ ita ap- pellati, quibus non uulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. Plin. l. 8. c. 41. Silius l. 3. Aut in- concusso glomerat uestigia dorso, Aut molli pacata celer trahit eseda collo. Latini dicunt tolutarios equos, a pedibus tolutum glomerandis.
- ASTVRS**, us, maf. gen. [Astutia] ἀστυρία, astutia. Silius l. 16. Seneca in Troade. Val. 1. Argon.
- ASTVTE**, aduerbium [Astutamente. Gal. Finement, caut eleusement. Hisp.

- bus summa dicendi vis & inuenta est, & perfecta. Tres autem (ut quid in alitruum) fure Athenæ ab unis Athenæ ab alteris Athenienses: ab alijs Athenopolitæ dicti sunt.
- ATHENÆVM**, *ἄθηναιον*, locus erat Mineræ dicatus, ad quæ poetæ, alijsq; scriptores Græci scripta sua deferebāt, quemadmodā poetæ Latini ad Apollinis templum. Accipitur itē pro auditorio publico, ad quem conueniebant studiosi, ut aut poetas recitantes, aut rhetores declamantes, aut philolophos aliarumue disciplinarum profellores audirent. Dicitur *ἄθηναιον* hoc est, a Minerva studiosū antista. Iul. Cap. Vbi adoleuit, in Athenæum cōtro uerlijs declamauit. Lampri, Ad Athenæum audiendorū & Græcorum & Latinorum thetorum causa processit. Est & Athenæum promontorium Campaniæ, non procul a Pōpeijs, in extrema sui parte Mineræ facellum habens, ab Vlyse conditum. Strab. li. 5.
- ATHENÆVS**, *ἄθηναιός*, Cilix Peripateticus Naucrantes, qui sub M. Antonio clariuit, qui libros Dipnosophistarū uaria eruditione referros conscripsit, uide Suidam
- * **ATHENIO**, pictor fuit insignis, Pli.
- ATHENIENSIS**, se. Cic. & alij.
- ATHENODORVS**, *ἄθηνόδωρος*, philosophus fuit Augusti familiaris, quem cū natura ad iram procliuuorem uideret, hoc illum præcepto instruxit. Cū ira, Cæsar, te ceperit, nihil prius neque dixeris, neque feceris, quam ipsa quartuor & 20. elementa litterarū Græcarum tecum ipse percurreris, ut ita concitatio illa, quæ memento sola est, parui temporis interiectu languescat.
- * **ATHENOPOLIS** opidum fuit Massiliensium. Plin.
- ATHESINVS**, p. p. *ἄθηνος*, fluuius effluens e lacu, qui in Apénino est, supra Carnos incumbente, & labitur in Istrum. Str. li. 4.
- ATHESIS**, p. c. [Adige,] *ἄθεις*, fluuius qui ex Tridētini alpibus Tridētum alluit, & Veronam diuidit: deinde per latas padi paludes gradiens, non longe a Brundulo portu in Hadriaticum mare influit. Pli. 3, cap. 16.
- ATHLETA**, p. p. *ἄθλητής*, pugil & luctator, ab *ἄθλος*, certo. Pollux hoc nomine gymnicos omnes intelligit, id est, luctatores, cursores, pugiles, item disco, & saltu certantes.
- ATHLETICA**, *ἄθλητική*, ars certandi, unde apud iuriconsultum legitur, ignominiosos non esse, qui athleticam uirtutis gratia exerceant.
- ATHLETICVS**, ca, cum, *ἄθλητικός*, quod athletarum est; ut Athletica certamina. Valere Athleticæ, optime. Plau in Bacch.
- ATHLOTHETES**, *ἄθλοθέτης*, certaminum iudex. Sue. Athlothetæ in gymnicijs ludis erant.
- ATHOS**, *ἄθος*, Steph. mons inter Macedoniam & Thraciā, tantæ altitudinis, ut usque ad insulam Lemnō umbram porrigere dicatur. dictus a Gygante eiusdem nominis. Situs est hic mons in Cherroneso, quæ Calcidicæ regioni angustio Isthmo annectitur: quæ Xerxes, bellum Græciæ inferens, perforauit, montemq; ipsum a continente abscidit. Ser. in illud Vir. 12. Aen. Quantus Athos, aut quā tuis Eryx: Athon metri necessitate, non Athos legēdum præcipit, exitimans posteriorem syllabam corripit. in quo fallitur: cum apud Græcos, *ἄθος*, scribatur per *ω* magnum.
- * **ATIMETVS** Cæsaris libertus, ut in uerbo, Homonœa.
- ATINA**, p. p. *ἄτινα*, ciuitas iuxta Pontinas paludes: dicta a morbis, qui Græcè *ἄτινα*, dicuntur. quos paludis uicinitas creat.
- ATINATES**, populi, quorum meminit Pl. li. 3. c. 5.
- ATINIA**, æ, genus ulmi, rarissimam ferens sameram, ita enim ulmi femina uocant. Coll. 5. c. 15.
- ATIZOES**, *ἄτιζώνης*, gemma argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, c. doris iucundi. Pl. li. 37. cap. 10.
- ATLANTICAE INSVLAE**, *ἄτλαντίδες ἤσται*, quas Beatas uocant, seprem sunt, paruo inter se diuisæ mari, decem millib. stadiorū ab Atlante distantes. Imbres illic rari mediocresque, uētū suas uas ac foriferi. solū pingue nec arari ullo mō, plantarum desiderat, sed ex se absque ullo humano studio fructum producit dulcē, & uberē, Aer sincerus, ac temperatus mediocri uariatione per tempora contentus adeo ut apud Barbaros increbuerit fides, ibi Elysijs campos esse, & beatorum domicilia ab Homero decantata.
- ATLANTICVM MARE**, *ἄτλαντία θάλασσα*, ea pars Oceani, q. Mauritaniam ab occidente alluit: dictum ab Atlante monte, qui eam Oceani partem respicit. Cic. de Som. Sci. Omnis terra, parua que dam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum appellatis.
- ATLANTIDES**, *ἄτλαντίδες*, uergilicæ dictæ sunt: Atlas enim ex Pleione Oceani filia, ut ait Higimus: ut alij, Deucalionis, habuit quindecim filias, quæ uno uocabulo Atlantides dicuntur. Verum quinque ex his Hiades sunt nominate, a fratre Hiante a fororibus plurimum dilecto: reliquæ Pleiades a matre dictæ. Vergiliē dicuntur, quia cum Vere exoriuntur. Et sunt septem, quarum sex clarissime, apparent: septima uero, quia Silypho nupsit, non uidetur. Ci. ait Hyadas a pluuendo dictas. Nostri Suculas uocant a suis, quoniam
- sues luto gaudent. Indicant enim pluuias.
- ATLAS**, *ἄτλας*, Mauritania rex fuit, qui humeris cælum sustinuisse dicitur, quod primus cursum Solis & Lunæ, fiderūque omniū uersationum rationes, uigore animi, solertiaq; d.prehēderit. Hic fuit Promethei frater, qui cū monitus esset oraculo, ut caueret a Iouis filio, nullū hospitio suscipiebat. quod Pericles Iouis ex Danae filius indignè ferens, ostendit ei caput Gorgonis, quo contemperto Atlas in montem conuersus est tā excelsum, ut eius cacumen cerni nequeat. Hinc factus est locus fabulæ, ut Atlas rex Mauritanæ cælū humeris suis fulcire dicatur. Fere e medio mōte nubes incipiunt: hieme & ætate niuem habent. Columnam cæli indigē appellat. Ab eo populi incolentes Atlantes dicitur: qui soli sunt anonymi, hoc est, sine nominibus. nam in uniuersum Atlantes nominantur: singulis nullum proprium imponitur. Plin. Solin. Her. Ex Atlante ingentia flumina oriuntur, inter quæ Nilus. Diod. li. 4. Ferunt Atlantem astrologiē fuisse peritissimū, deque sphaera primū inter homines disputasse, qua ex re uisus est cælum. Ius humeris sustineri. Scribunt quidam dnos esse montes in Mauritania Atlantes dictos, alterum columnis Herculis uiciniorum. alterum in interiore Libya. remotior ab Atlante rege in eum cōuerso dictus, est quem cæli columnam nominant. Tres autem Atlantes fuisse memoratur. unus rex Italiæ, & pater Electræ uxoris Coryti. alter rex Arcadiæ, & pater Maix, ex qua natus est Mauricius. tertius Atlas, qui dictus est Maximus. hic primus nauim construxit, nauigauitque. Est & Atlas fluuius ex Hemi mōte nascēs, A qui lonem uersus in Istrum defluens. Hero. lib. 4.
- ATLANTICVS**, a, um, *ἄτλαντικός*, ut Atlanticum mare.
- ATLANTEVS**, a, um, p. p. Hor. Carm. Atlantesque finis Concutitur. Pleiades Atlantes, apud Oui. 3. Fast. Atlantes, æ, & per epethē sim Atlantes, *ἄτλαντίδες*, ἢ *ἄτλαντίδην*, patronymicum masculinum: quo poetæ utuntur pro Mercurio Maix filio, & nepote Atlatis. Ouid. 8. Met. Venit Atlantes positus caducifer alis. Atlatis idis, siue Atlatis, adis, *ἄτλαντίς*, ἢ *ἄτλαντίς*, patronymicum f. idis Atlantis. Virg. 8. Aen. Electra Atlante cretus.
- ATLANTIVS** NODVS, primus spinæ articulus uocatur. Plin. libro 28. cap. 8.
- ATNEPOS**, otis, filius abnepotis, uel abneptis. Abneptis, filia nepotis, uel abneptis, Institut. lib. 3.
- ATOCION**, *ἄτοκίον*, medicina, quæ conceptum abigit, id est, spē partus intercipit. Plin. li. 29. cap. 4.
- ATOMVS**, [Atomo, indiuisibile. Gal. Cose si petite qu'ou ne la sauroit partir. Hi. Cose no partible en partes, que no se puede partir.] *ἄτομος*, ge. fem. corpusculum minutissimum, quod *τομῶ*, id est, sectionem non recipit. ab *ἀ* & *τέμνω*, diuido. Vnde & Atomi dictæ, sunt, quas Lucr. minutio res dixit esse illis corpusculis, quæ, infusis per fenestrā radijs Solis, uidemus. unde Epicurus ex atomis mundum fruit, & carūdem dissolutione dissoluit. Dicitur eadem ratione Atomus minimum, & infecabile temporis momētum. Similiter in numeris unitas.
- * **ATOSSA**, Cyri regis filia: quæ primum Cambysi, post Dario nupsit. Herod. li. 3.
- ATQVE**, [Et. Gal. Et mesmes, ensemblement. Hi. Seme jantement.] *καὶ*, cōiunctio cōnexiua est: ut, Albaniq; patres atq; altæ mœnia Romæ. Quandoque aduerbium, pro Cum *καὶ*, Cl. in Cato. Simulacrum Iouis contra, atque antea fuerat ad Orientem conuersum. Quandoque pro celeriter & statim, Virg. Atque illum in præceps prope rapit alueni anni. Quandoque pro festine, & intrepide geminatum inuenitur. Ennius, Atque atque ascendit muros Troiana iuuentus. Atque adeo, particula est augmentatiua: qua uertitur, cum significantius grauiusque uerbum leuiori subiungimus. Cic. pro Sext. Rosc. Hoc consilio, atque adeo hac amentia impulsus.
- ATQVI**, [Ma. Gal. Mais toutes fois. Hisp. Mas, empero mas.] *ἀμέλει*, sed, sedenim, etenim. Terent. in Adelp. Atqui ex me hic non est natus. Cic. pro Milo. Atqui excelso loco superiorem se fore putabat Milo.
- ATRACES**, p. c. *ἄτρακες*, populi Aetoliæ, ab Atracæ fluuiio per agrum eorum in Ionium illabente. Pli. li. 4. c. 2.
- ATRACIS**, idis, *ἄτρακίς*, gentile femininum ab Atracibus deductum Aetoliæ populis, aut etiam ab Atracæ Thesaliæ ciuitate. Vnde Oui. Hippodamiam Pirithoi uxorem Atracidem uocauit.
- ATRACIVS**, a, um, *ἄτρακίος*, deductum ab Aetoliæ regione, siue ab Atracæ Thesaliæ opido. unde Atraciam artem Sta. lib. 1. The. appellauit Magiam, quæ apud Thesialos plurimum uiguit.
- ATRACYLIS**, *ἄτρακτυλῖς*, spina, ex qua mulieres colus faciebant, unde & nomen habet. dux sunt species: unam Cartamum agrestem, alteram Carduum benedictum uocant officinæ. Plin. 11. ca. 17. & Ruell. 3. c. 55.
- ATRAMENTVM**, [Inchiostro. Gal. Enere, peinture noire. Hi. Tinta para escribir, ò tinta de los pintores, ò tinta de los Zapateros] *μέλαν*, τῖς, ab *ατρυ* colore dicitur: cuius duo sunt genera. f. Scriptoriū, *μέλαν γραμμικόν* Her.

Her. quod & Librarium dicitur, quod librarij in transscribendis libris eo uterentur : & Tectoriū, a tectorijs, quo pictores utebantur. Cic. ad Quinct. Fratr. Calano, & arramento temperato res agitur. Est & Sutorium atramentum quod insciendis pellibus futores coriarij usurpant, vulgo hoc a vitri similitudine Vitriolum nominant. Plin. lib. 34. cap. 22. Atramentum pro sanguine est sepijs. Plin. lib. 9. ca. 29.

ATRAMITAE, populi Arabiæ felicis. Plin. lib. 6. ca. 28.

ATRAŃI, populi Hirpinorum in Italia, apud Plin. lib. 3. ca. 11.

ATRAVS, a, um, [Fatto nero, uestito di bruno. Gal. Noir cisport. ant le denil. His. Hecho negro, ò uestido de uestidura negra.] μελανειμων, adiecti. ab Ater : ueste lugubri indutus. Cice. in Vatin. quis umquam cenauit atratus?

ATRAVS, ἄτραξ, fluius Aetoliæ: a quo Atraces populi. Plin. lib. 4. Est item Atrax, Thessaliæ opidium: a quo Hippodamia Pirithoi uxor Atracis Ouidio dicta est.

ATREBATES, populi inter Belgas, quos hodie Artesienfes uocamus. **ATREBATICAE VESTES,** χιτῶνες ἀτραβητικαί, erat coloris Xeram pelini, hoc est, siccatis nitium frōdibus similes, quæ apud Atrebatas optimæ fiebant. Nidias Atrabaticas uocat. alij Atrabapticas, a coloris scilicet nigredine. Cœl. Rhod. lib. 16. c. 10.

ATREVS, a, um, ἀτρείος, adiectiuum est triuipi syllabarum. Sta. 8. The. Imprecor, Atrai si quid tibi sanguinis umquam.

ATREVS, dissyllabum. ἀτρείος, Pelopis & Hippodamiæ filius, pater Agamemnonis & Menelai. Fratrem habuit Thyetem, qui fratris uxori stuprum intulit. Atræus uero fratri filium epulandum apposuit, ob quæ facinora, sol, ne pollueretur, cursum retrorsum dicitur conuertisse.

ATRIA, opidum fuit insigne Tuscorum, portum habens nobilem non procul a Padi hostijs : a quo uicinum mare Atriatium uocatum, & postea Hadriaticum. Plin. lib. 3. c. 16.

ATRIDES, ἀτρείδης, pluraliter Atridæ, arum, Atrai filij, Agamemnon & Menelaus. Virg. I. Aen. Atridas, Priamumque, & sæuum ambo. Achilles. Ouid. 12. Met. Non minor Atrides.

ATRICAPILLA, [Capo nero,] μελαγκέρυφος, auis ex ficedularum genere: ita dicta, quod summum eius caput nigrum sit. Fest.

ATRICO, [Portiere. V sciuro. Gal. Portiers. Juisfiers de sale. Hi. Los portieros de la casa.] αἰλίος, a Iureconsultis dicuntur, qui excubant ad atrium, qui & Adlimina uocantur & Atrientes.

ATRIENSIS, [Camariere. Gal. Maître de sale. portier. His. Portero de la casa.] αἰλίος, cui creditur cura atrij: est autem seruus præcipuus in familia. Cic. in Pis. Colum. lib. 12. c. 3.

ATRIOLVM, [Cortile.] αἰλίδιον, paruum atrium. Cic. ad Q. Fr. Te in porticu scribere auge, ut atriolum fiat.

ATRIplex, ἀτρίπλοξ, Dioscoridi, herba est siluestris & hortensis, frigidæ, & humidæ substantiæ. Atreplexum ueteres dixere, teste Festo.

ATRITAS, atis, [Nereζζα, negreζζα. Gal. Noirceur. His. Negror. negryra] μελανότης, nigredo. Plau. in Pœn. Ita replebo atritate, ut atrior multo fiet, Quam Aegyptij. Aliquando pro immanitate Gell. atrocem dicere maluit. lib. 2. c. 26.

ATRIUM, trij, [Cortile, corte della casa. Gal. Premiere sale d'une maison, l'entree de la grand sale. His. El portal dentro de casa, primera parte de la casa.] αἰλίον, prima pars domus, quæ continet mediam aream, in quam collecta ex omni recto pluuia descendit, & in qua prisci (ut ait Cato) aperto ostio epulabantur, ubi etiam pecunias & cetera pretiosiora seruabant : seruosque quibus tamquam honoratioribus earum custodiam committebant, Atrientes appellabāt, Vitr. lib. 6. In urbe atria proxima ianuis esse debent. Gell. lib. 16. cap. 5. Animaduerti quosdam opinari, uestibulum esse partem domus priorem, quam uulgo Atrium uocat. Dicitum Atrium ab Atriatibus Etruriæ populis, ut inquit Varro l. 1. de ling. Lat. Quia id genus ædificij Atriæ primum in Etruria sit institutum: uel quod a terra oriatur, quasi Aterrium: uel quod arum esset ex fumo culing, in atrio enim tria erant habitacula, uestibulum, locus sportularum, qui & ipse Sportula dicebatur: ubi proponebantur eo die, quæ dono danda erant: & culina, quamquam uestibulum proprie locus sit ante ædes. Vide suo loco.

ATROPATIA, ἀτροπατία, Steph. altera est ex partibus Mediæ: ab Atropato duce, qui eam a Macedonum ui tutatus est.

ATROPATOS, p. c. ἄτροπος, una ex tribus Parcis, dicta quasi immutabilis, quod ad nullius preces conuertatur. uide Parcæ.

ATROCITAS, is, [Atrocità, crudeltà. Gal. Felonie, cruauté, outrage. His. Inhumanidad y crueldad.] ἀπίος, crudelitas. Cic. 6. Verr. Multitudo atrocitate rei commota, senatum clamorē coegit.

ATROCITER, aduerb. [Crudemente.] αἰπίως, crudeliter. Cic. pro Ros. Am. Omnibus horis aliquid atrociter fieri uidemus.

ATROX, [Atroce, Crudele, Ajpro. Gal. Cruel, felon, outrageux, sans pitié. His. Inhumano, terribile y cruel.] ἀπίος, asper, crudelis, quod qui atro uultu sunt, alperitatem & leuitiam præferunt. Ter. in Hec. Incredibili re, atque atroci percitus. Virgil. 1. Georg. Ecce inimicus

atrox magno stridore per auras Insequitur Nisus. Festus a Græco nomen hoc deriuat. quod illi ἀτροκία, appellant, quæ cruda sunt: siue ab eo, quod atroces nihil de se timeant: πέν enim significat timere. unde & pro contanti quandoque ponitur. Hor. lib. 2. Carm. Ode 1. Atroce animum Catonis.

ATRYMOLVS, herba, satiuo apio multo maior, Græci propter magnitudinem ἰπποσίλιον uocant.

ATTACVM, ἀττακον, Hispaniæ opidum. Ptol. l. 2. c. 6.

ATTA, ἄττα, ciuitas Arabiæ felicis. Ptol. l. 6. c. 8.

***ATTABAS,** & Numenius latrones eximij fuerunt.

ATTAE, teste Festo, dicti sunt, qui per uitium crurum, aut pedū platas a terra non subleuant, & atterunt magis terrā quā ambulāt. quod cognomen fuit Quinctio poeta. Hor. lib. 2. epit. Recte, nec ne crocum, forelque perambulet Attæ Fabula.

ATTAGEN, p. en. cor. ἀτταγεν, Suidæ, gene. masc. & Attagena, æ, auis Asiatica inter nobilissimas, maxime uero quæ in Ionia nascitur; & inter esculentiores aues præcipuo sapore, Plin. lib. 10. c. 48. Martial. Inter sapes fertur alitum primus Ionicarum gustus at tagenarum.

ATTALIA, æ, ἀτταλία, Steph. opidum est Aeolidis. Plin. libro 5. ca. lib. 30. Item alterum in Pamphilia. Ptolem. libro 5. cap. 5. & Str. libro 14.

ATTALVS, ἀτταλος, nomē Pergami regis, pecunia ditissimi, & splendida supellectile: a quo omnia magnifica, Attalica dicta, ut inquit Plin. libro 8. cap. 48. Proper. Nec sit in Attalico mors mea nixa toro. hic cum liberis careret, populum R testamento suo heredem instituit. Fuit & Attalus nomen medici, de quo Plin. lib. 32. cap. 8.

ATTAMEN, [Nondimeno. Gal. Neant moiuis, mais toutesfois. His. Empero.] ἀλλ' ὅμως, coniunctio, ex Ad & tamen, uerum tamen. Cic. in epit. Attamen ne mirere, unde hoc acciderit. Aliquando etiam legitur diuisa. Idem 3. de Or. Si nequaquam parem in eius ingenio, at pro nostro tamen studio. meritam gratiam referre debemus.

ATTEGIAE, arum, [Cappadoce,] ἀττηγία, mapalia, & turgia.

ATTEGRARE, ueteres dixerunt pro integrare, siue augere. Fest.

ATTEIVS PHILOLOGVS, libertinus, Athenis natus, quem Capito Atteius iuriscoultus, eius patronus, inter grammaticos rhetorē, inter rhetores grammaticum fuisse ait. eum iuuisse Sallustium in componendo, auctor est Pollio. coluit familiarissime Sallustium, eoque mortuo, Pollionem. Tranquillus.

ATTELABVS, ἀττηλαβος, paruæ locuste species, sine alis. Plin. l. 29. c. 4.

ATTELLANE, ἀττηλανη δ' ἀμύτια, Latine sunt fabulæ, ab Attella Oscorum ciuitate sumptæ, in quibus ridiculæ personæ inducibatur, & argumentis, dictisq. iocularibus rñdebant satyricis fabulis Græcis. Proprie aut Attellanicum dicebatur exordium. Liu. 7. Iu uentus ipsa inter se ridicula intexta uersib. facitare coepit, quæ exordia postea appellata, consertaq. fabellis potissimum Attellanis sunt, quod genus ludorū ab Oicis acceptū tenuit iuuentus.

ATTELLA, ἀττηλα, opidū Campaniæ, inter Capuam & Neapolim. nunc Auersam dicimus. Hinc Attellanus, a, um. Cic. Cluuius, De agro uectigali municipij Attellani. Et, Attellanus, a, um. Ci. 2. de Diu. Fatum Attellano uersū irrisum uiderut.

ATTEMPEO, as, [Accommodare. Gal. Adresser uers quelque part. His. Atauir.] προσήπιω, adapto. inde Attemperate tempestine. Teren. in And. Attemperate uenit hodie in ipsis nuptijs.

ATTENDO, [Attendere, auertire, considerare. Gal. Estre attentif, se tendre se sieux ou son esprit uers quelque chose. His. Considerar, estar atento.] προσέχω, aduerto, considero, & quasi animum intendo. Ponitur interdum absolute, Cic. 2. de Inuen. Si diligenter attendimus, hæc apta esse inter se intelligemus. Nonnumquam cum accusatiuo. Ibidem: Hoc oportebit attendere. Suet. iunxit datiuo: Inter liberales disciplinas attendit iuri, id est, operam dedit. Cum præpositione Ad: Teren. in Adel. Nium ad rem in senecta attendenti sumus. Animum attendere, pro intendere. Cicero 3. Off. Cum animum attenderis, turpitudinem uideas adiunctam. Hinc Attentos dicimus auditores, qui ad ea, quæ dicuntur, intendunt animum. Cic. de Natur. Deo. Præbebo me tibi attentum contra Stoicos auditorem. Attentum patremfamilias, consideratum, prudentem. Cic. pro Quinctio: Pater familias, & prudens, & attentus. Attentam uitam, pro diligente & curiosa. Cic. pro Roscio Amer. Hæc attenta uita, & rusticana.

ATTENTE, adu. [Attentamente, con attenzione. Gal. Attentiuement, soigneusement. His. Con attention.] σιληνδώς, animo intento. Cic. ad Cato-nem. Scis, quam attente te audire solem.

ATTENTIO, [Attentione. Gal. Attention. seing d ouir ou faire quelque chose. His. Atencion.] προσοχή, contentio animi ad discendum. Cice. 3. de Orat. Quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione.

ATTENTO, as, [Tentare. Gal. Atente, essayer, s'essayer. His. Tentar.] περιπαύω, frequenter uento. Plin. in Praefat. lib. 6. Qui attentauerit. Cic. in Or. Melius præterire, quam attentatum deserere.

ATTENUATE, aduerbium. Cic. de Clar. Orat. Oratorum bonorum duo genera, unum attenuate, preesseque; alterum sublate, ampleque dicentium.

ATTENUATIO, onis, ad Her. lib. 4. Attenuatio suspitionis.

ATTENVO, as, [Assottigliare. Gal. Amenuer, atenuer, apetisser, amoindir. Hisp. Adelgazar lo grueso] ὑπόλοω, subtilem facio, minuo. Ou. 3. Tri. Curas attenuare meas.

ATTERO, attritui, attritum, [Fregare, stropicciare. Gal. Frotter l'un à l'autre frater a quelque chose. Hisp. Gastar usando la cosa, fregar.] ἀποσθῆλω, est rem aliquam ad aliam terere. Plin. lib. 9. c. 5. Anguille atterunt se scopulis. Est & comminuere, frangere. Colum. lib. 5. cap. 6. Demissum palmitem inferior atteret. Vir. 4. Geor. Surgentes atterat herbas.

ATTESTOR, aris, [Chiamare per testimonio. Gal. Prendre ou apeler a tesmoing, atester, testimonner. Hi. Tomar per testigno, deszir testimonio] ἀποσπρίβω, testem uoco. Cic. pro Mil. Te Mægne tamen attestaretur. Idem est Antestor. uide suo loco. Ponitur etiam pro testimonium dicere & affirmare. Plin. in Prefat. lib. 4. Hoc attestabatur uel inimico iudici se approbari posse.

ATTEXO, is, ere, attexui, attextum, [Tessere appreso, aggungere. Gal. Tistre avec, ajouster avec. Hisp. Texer sobra otra cosa, anadir.] ἀποσπρίβω, adiungo. Cic. de Vniu. Ad immortalem partem attextitote mortalem. Cæsar. Pinæ ex cratibus attextuntur.

ATTHIS, idis, ἀθῆναις, Cranai filia, a quo regio Attica, ut quidam putant, dicta, cum prius Actica ab Actæone diceretur, siue ab Actæone rege, ut Favorino, & Lycophroni placet: siue ab ἀκτῆ, litus: quæ ea regio, ut ait Str. magna parte litoralis sit. Præcipue regionis huius ciuitates fuerunt Athenæ, Eleusis, Marathon. Atthidæ præterea poetæ Iulciniam appellant, ad fabulam respicientes, qua Philomela, Pandionis Atheniensium regis filia, in hæc aem dicitur conuersa. Martialis: Mulsiona feruet facer Atthide lucus.

ATTICA, ἀττικῆ, regio Achaïæ. uide Atthis. nam eadem est.

ATTICE, ἀττικῶς, Cic. de opt. or. ge. Bene dicere, est Attice dicere.

ATTICISMVS, ἀττικισμός, Attici sermonis elegantia. Cic. de Cl. Or. Ille Latinus Atticismus ex interuallo regnandus.

ATTICISSO, as, ἀττικίζω, Attice loquor. Plau. Non atticissat, sed Sicilissat. nam ut Attici inter Græcos omnes ornatissime loquebantur, ita Siculi omnium pessime, unde Cic. Cæcilium irridet, quod linguam Græcam non Athenis, sed in Sicilia didicisset.

ATTICVS, ca, cum, ἀττικῶς, Cicero de Nat. Scito sermone, & Attico loqui.

ATRIGO, [Attingere, toccare.] sine, n, idè quod Attingo. nã & Tango & Tago dicimus. Plau. in Muft. Abscedite, telis ne attingant.

ATTIGVVS, [Proximo.] ἀποσπρίβω, proximus, ab attingendo. Appul. libro 4.

* **ATTILVS** Regulus eos. Ro. captus a Carthaginensibus, cum Romanam missus, permutationem captiuorum disuasisset, ab hostibus, ad quos redijt, crudelissime necatus est.

ATTINERE, [Partenere] ἀποσπρίβω, pertinere. Ter. in Ad. Quod ad te attinet. Aliquando est in manibus tenere. Plau. in Capt. Cultros attinet.

ATTINGO, is, attingi, attactum, [Toccare leggiemente. Gal. Atteindre, toucher tant soit peu. Hisp. Alcanzar tocando alguna cosa.] ἀθῆναις, leuiter tango. Ter. in Ad. Te igitur ne tui aliquid? Si attingisset, ferres infortunium. Hinc Attactus, us, uerbale. Vir. 7. Aen. Ille inter uestes & leuia pectora lapsus Voluitur, attactu nullo.

ATTOLLO, is, eleuo, erigo [Alzare. Gal. Leuer haut, esleuer. Hisp. Alzar è quitar.] ἐπέρω, Liu. Cum se quisque attollere uellet. Aliquando pro Aufero, Pac. Custodite istum, ne eum quis attollat. Aliquando pro afferro. Pla. in Cas. Quid si propius attollamus signa? Facit præteritum Attuli.

ATTONITVS, [Stupefatto, attonito. Gal. Estomé, esboy.] ἀποσπρίβω, con sternatus, fulmine, aut morbo subitæ re stupefactus. Seruius: Attonitus dicitur, cui casus uicini fulminis, & sonitus tonitruum dat stuporem. Virg. 3. Aen. Talibus attonitus uisus ac uoce deorum. Deductum a uerbo Attono: quo usus est Oui. in epi. Phædræ ad Hippolytum. Numine contactas attonuere suo. Attonite, aduer. Plin. lib. 30. c. 1.

ATTRAHO, his, [Trarre, & tirare. Gal. Attrer, a traire, tirer a soy. Hisp. Traer a si.] ὀτρύνω, ad me traho. Cic. Att. Malum quod uitare poterat, accersis, atque attrahis.

ATTRACTATVS, us, uerbale. Cic. 2. Tus.

ATYRECIO, [Maneggiare. Gal. Mamer, taster, toucher doucement. Hisp. Tratar so bajando la cosa.] μετὰ χειρὶ ζέω, manibus tracto. Cicero de Harusp. Resp. Attractare contaminatis manibus. Et Virg. 2. Aeneid.

ATYREMO, is, ere, ad uocem alicuius contremiscere. Sta. 8. The.

ATYRIBVO, is, [Assignare, attribuire. Gal. Attribuer, bailler, assigner. Hisp. Attribuir a alguno è dar.] ἀποσπρίβω, assigno, adscribo, tribuo. Liuius. Ceterorum curam tuendorum Quætori attribuit. Vnde At-

tributæ pecuniæ, quas nunc assignationes dicimus. Vnde tributum, quod pecunia, populo imperata, tributim a singulis exigebatur.

ATTRIBVTIO, onis. Cicero Attic. Ait enim attributionem in idus.

ATTRITVS, tior, tiffimus. uomen est particip. Cicero 6. Verr. Ve eius mentum paullo sit attritius. Attritæ opes, apud Liuium pro imminutæ.

ATTRITVS, us, uerbale. Plin. lib. 8. c. 4. 5. Attritu petræ.

ATYRIA, rex Hunnorum, qui Flagellum Dei dicitur est.

* **ATYACVTVM**, ἀτυακτων, urbs est inter Tungros, post Tabullam flumen sita. Ptol.

ATYS, ἄτυς, apud poetas pueri formosissimi nomen, quem Cybele sacris suis præfecit ea lege, ut perpetuo castitatem conseruaret, sed cum postea Sangaritudem nympham compressisset, ab irata dea in furem actus. cumque manus sibi afferre conaretur, miseratione Cybeles in pinum arborem mutatus est. Ouid. libro 10. Metamor. Atys alius fuit Cræsi, Lydiæ regis, filius, qui cum antea semper mutus fuisset, in eo tandem prælo, quod Lydiæ feruitum attulit, cum Cyri militem uideret sub lato ense patri suo cædem illaturum, linguæ uinculum abrupit, claraque uoce patris sui interitum deprecatus est. Herod. l. 1. Atys alius fuit ex Hercule & Omphale prognatus, qui filium habuit Lydum, a quo Lydia dicta est: & Tyrrhenum, a quo Tyrrheni appellati sunt, de quibus Str. lib. 5.

ATYPVVS, pi, ἀτυπος, qui non satis expedito plectro linguæ utitur, quasi aerem non feriens. Gell. libro 3. cap. 2. Balbus autem & atypus uitiosi magis, quam morbofi. & Iurifconsulti de Aedilic. edict.

A A N T E V

AV, interiectio conturbatæ mentis. Teren. in Andr. Dicitura ne quod rogo? M. Au. Au, interiectionem esse filientium iniungentis, docet Linacer.

AVANTICI, ἀναντικοί, populi Heluetijs finitimi, Ptolem. libro 2. cap. 9.

AUARE, πλεονεχτικῶς, tenaciter. Cic. 3. Off. Auare, iniuste.

AUARITER, pro auide. Pla. Curc. Ingurgitat merum auariter.

AUARITIA, φιλαργία. Cic. 4. Tus. Auaritia est opinatio uehemens de pecunia, quasi ualde expetenda sit.

AUARITIES, tiei, idem, Lucr. Auarities, & honorum cæca cupido.

AUARICTVM, opidum fuit Biturigum, flumine & paludibus cinctum.

AUARYS, [Auaro, auido, ingordo. Gal. Auariciens, chiche, conuoiteux de biens. Hisp. Auariento, è codicioso.] εὐλαργυρος, quasi auidus æris, dictio, ut Gellio placet, ab auendo dicta. Et semper in reprehensione est. Auidus uero ab auendo, etiam in laude ponitur. Sall. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Hora. i. epist. Semper auarus eget.

AUCEPS, cupis, [Vcellatore. Gal. Oiseleur, preneur d'oiseaux. Hisp. Cazador de las aves.] ὀρνιθοθήρας, qui, uel quæ auis capis. Col. lib. 8. cap. 10. Plaut. Afin.

AUCTARIVM, rij, [Accrescimento.] ἀπὸ μετρον, quod super mensuram, uel pondus iustum, uel iustum pretium adijcitur. Plautus: Auctarium adijcto uel mille nummum plus, quam poscet.

AUCTIFCVS, præ. c. adiect. [Quello c'è accresce.] αὐζήματος, quod auget. Luc. lib. 2. Auctifici motus.

AUCTIO, onis, [Aumento, accrescimento, uendita all'incanto. Gal. Vient de biens au plus offrant è dernier necherisseur, crie è au plus effrant, encant. Hispan. Almoneda à quien da mas.] αὐγεσις, ab augeo, significat augmentum. Vnde etiam ponitur pro uenditione, quæ fit per augmentum pretij, cum sit publica rerum priuatarum uenditio, & res traditur plus offerenti. Iuuen. Si coniugis auctio fiat.

AUCTIONARIVS, adiectiu. ut Auctionaria atria, in quibus auctio fiebat. Cic. de Lege Agr. Vt in atrijs auctionarijs auctio nentur.

AUCTIONOR, præ. p. [Vendere all'incanto. Gal. Vendre publiquement au plus offrant, uendre a l'encant. Hisp. Almonedear, uender en almoneda.] ἐπαρτίον ἀπογράφω, λαφυροπωλώ, per auctionem uendo. Cic. pro Quinctio: Hominem deterret, ne auctionetur.

AUCTICO, as, frequentatiuum ab Auctio: ut, Auctitare pecunias fenore. Tacitus.

AUCTO, as, [Accrescere.] αὐξάνω, ab augeo. Plau. in Amph. Auctare perpetuo.

AUCTOR, [Autore. Gal. Qui donne accroissement. Hi. Crescedor] ab augeo, femininum est Auctrix. Ci. 2. Off. Apud Homerum, optinuum auctore, nulla talis est de Vlyse suspicio. Est autem non qui opus aliquod facit, sed qui princeps est, & primus iubet, ut aliquid fiat, aut inductor, per suauorve: Cicero libro 3. Offic. Huius deditiois ipte, suafor & auctor fuit. Significat & promissorem. Liu. libro 2. Auctores sumus tutam ibi maiestatem Romani nominis fore. Itè denun-

denunciatores. Idem : Iisdem auctoribus cognitum est, Aequos bellum apparere. Similiter approbatores. Idem lib. 3. Legum latarum patres auctores.

AUCTORITAS, [Auctoritas,] αὐθεντία, potestas rebus gestis, aut uirtutis opinione comparata. Cic. & alij.

AUCTORARE, [Obligari alio con sacramento.] ἀποποιεῖν, est aliquē, aut sacramēto, aut p̄mio obligare, & habet o, productum. Sae. De legendo, nel auctorando milite. Hinc Auctoramentum obligatio. Cic. lib. 1. Offic.

AUCTORATUS, [Obligatio, mercenario.] ἀπειρωμένος, auctoramēto obligatus, mercede conductus. Huic opponitur Exauctoratus, auctoramento solutus.

AUCTUM, uocabatur spatium circi, quod super definitum modum uiciorum adtingebatur. Festus.

AUCTVS, uis, uerbale, [Accrescimento] ἀύξησης. Liu. 4. b urb. Cuius rei p̄mium sit in ciuitate, eam maximis semper auctibus crescere.

AUCUPATORIVS, a, um, [Cosa che appartiene a pigliar ucelli.] ἰξάτιδος, quod ad aucupium pertinet. Vnde Aucupatorij calami.

AUCUPATIO, & Aucupium, [Vcellazione. Gal. Oisellerie. His. Caça de aues.] ἰξάτιδος, a, um, in Asi. Hic quāctus aucupij simillimus est. Per translationem accipitur pro illecebris. Cic. de Or. Delectationis aucupium.

AUCUPOR, p. c. depon. [Vcellere. Gal. Chasser auxoiseaux, tendre auxoiseaux, tendre à quelque chose. Hi. Caçer aues, buscar.] ἰξάτις, aues capio. translate artificio quodam quōctus. Aucupari gratiam alicuius. Cic. ad Lucceium l. 5. Aucupari ramusculos imperitorum hominum. Cic. lib. 3. de Leg. Reperitur etiam Aucupor, as, uoce actiua. Plaut. Most. Numquis sermonem nostrum aucupet.

AUDACIA, [Audacia, ardore. Gal. Presumption, temerité.] ἰξάτις, atrinimientio. ἰξάτις, securitas qua quis malum neque futurum, neque p̄sens horrescit. Et fere accipitur in malam partem pro nimia confidentia. Cic. Nec uires eis, nec audacia, nec tela defuere. Salustius: Audacia pro muro habetur.

AUDACITER, & **AUDACITER**, per synopen, [Audacemente. Gal. Hardiment, audacieusement. His. Osar.] ἰξάτις. Cic. pro Roscio. Multa audaciter fecisti.

AUDACIVS, demin. Gell. reprehensor audacium uerborum.

AUDAX, [Audace, ardito. Gal. Ardi, temerare, audaciously, audent wreux. Hi. Atreuido, osado sin prudencia.] modo fidens dicitur, τολμητής. Vir. 5. Aen. Quiq. pedum cursu ualet & qui uiribus audax. Modo temerarius. Plaut. Pergin' audax hoc facinus persequi.

AUDENTER, aduer. [Audacemente.] ἰξάτις, audacter. Tacit. l. 4.

AUDEO, des, ausus sum [Ardere, seffer audace. Gal. Osar. His. Osar.] τολμηδύ. Plaut. Vix domo egredi audeo. Iungitur aliquando cum accusatiuo. Ocul. lib. 6. Met. Nihil est, quod non effreno captus amore Ausit. Ausum, ausi, nomen substantiuum. Virg. 7. Aen. Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.

AUDIENTIA, x. Cicero de Sen. Facit sibi audientiam deserti senis oratio.

AUDIO, is, iui, tum, [Vdire. Gal. Ouir, escouter. His. Oyr.] ἀκούω. Virg. audiendi uocabulum etiam ad ea transtulit, quae auribus & sensu ca rent. l. 1. Ge. Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. Interdū est audita petēti concedere. Vir. 9. Ae. Audijt, & genitor cæli de parte sinistra Intonuit læuum. Interdum credere. Cic. in Tus. Nec Homerum audio, qui Ganymedem a dijs raptum ait. In terdum p̄cipienti parere, & hoc tam cum accusatiuo, quam cū datiuo. Cic. Curioni. Audies te nam audire p̄cepta alicuius dicimus, cum eis paremus. Cum datiuo. Idem: Et audiens esset huic ordini, id est, obediens. Inuenitur & cum aduerbio bene, pro laudor. Ter. Benedictis si certasset, audisset bene.

AUDIPIO, [Lo udire.] ipse audiendi actus, ἀκούσις. Ci. 5. de Fi. Fabelarum auditione ducuntur. Dicitur & audientia, pro eodem. Plaut. Exurge p̄co, fac populo audientiam, id est, fac ut populus audiat. Cic. 1. Ver. Quamtaudientiam orationi meæ improbitas illius factura sit. Hinc Audiuituncula, dem. Gell. l. 1. 3. c. 18.

AUDITOR, is, [Vditore. Gal. Auditeur. His. Oydor.] ἀκροατής, qui audit. Cic. Attic. lib. 10. Quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuiuo legat.

AUDITORIVM, [Auditorio. Gal. Auditoire, parquet d'audience. His. Lugar para oyr.] ἀκροατήριον, locus ubi auditur p̄ceptor, aut orator. Quint. lib. 2. cap. 11. Sed cuius rei gratia plenum sit auditorium. Per metonymiam accipitur pro ipsa auditorum turba. Pli. in Epi. Frequenti auditorio inter se coram multi iocabantur. Etiam pro foro & Tribunali ponitur. Paullus in l. contra de re ind. Is qui ad maius auditorium uocatus est, si litem inchoatam deseruerit, contumax non uidetur. Et pro schola, rhetorum grammaticeorum philosophorum, in qua discipuli p̄ceptorem audiunt. Quint. l. 10. c. 1. Alia ratio est fori & auditorij.

AUDIENS, uis, [Vditore. Gal. Ouyr. His. El sentido de oyr.] ἀκούω, sensum audiendi significat. Cic. pro Marc. Vereor ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi audito possit, atque ego ipso cogitans sentio.

AUE, γαίπε, uerbum defectiuum in secunda persona singulari Aue, & plurali Auere: in infinitiuo Auere, teste Diomede lib. 1.

AUEHO, is, [Conduire.] ἀπείρω, abduco, alio ucho. Ter. in Adel.

AVELLANA, nax, [Nocciuole. Gal. Noisette, aveline, noix de haie. His. Ellanella.] ἀπυλλοκρον, nux coryli arboris, alio nomine nux Pontica. Primum autem dicta sunt Abellinae ab Abellino Campani opido, quod a Virgilio appellatur Abella, a Silio Auella. Plin. libro 15. cap. 21.

AVELLO, lis, li, & auulsi, auulsum, [Sbarbicare, Stirpare a forza, spiccare. Gal. Arracher, retirer à force, ôter bon gré mal gré. Hi. Arancar de lugar.] ἀπούρω, a loco uello, abstraho. Cic. Senect. Poma ex arboribus, si cruda sunt, ui auelluntur. Virg. 2. Aen. Fatale aggressi sacratio auellere templo Palladium. Hinc Auulsor, & Auulsio. Pli. l. 17. cap. 10. Et lib. 9. cap. 45.

AVENA, x, [Avena. Gal. Auoine. His. Auenz.] p. p. ἄρουρος, herba nota ex frumento, ceo genere, equorum p̄cipue pabulis nascens, tritico folijs & culmo similis, semen habens eiusdem nominis, e summo pendens culmo.

AVERNARIA, cicadae species. non nulli frumentariam uocant, quia simul cum frumentis crescentibus apparet. Pl. l. 11. c. 27.

AVERNIO, onis, ἀβυνηών, Steph. opidum Narbonensis Gallie ad Rhodanum Pontificiae ditionis. si quidem Clementi sexto hanc urbē uendit Ioanna Siciliae regina. Volater.

AVENTINVS, ni, p. p. ἀβυνηών, unus e septem urbis Romae mōtibz, cuius radicem Tiberis p̄terlabitur, dictus ab auibus, ut ex snia Nænij refert Varro. Est & adiectiuum Auentinus, a, um, ut, Arx auentina, apud O. 6. Fast. & Auentinum iugum apud eundem l. 3.

AUERO, es, [Desiderare, appetire. Gal. Souhaiter, desirer, conuoirer. His. Codiciare.] γαίπε, sine p̄terito, & lupino, concupisco. Ci. Att. l. 1. Valde auero scire, quid agas. Auere etiam a nimia cupiditate progandere ponitur. unde salutantes Aue, γαίπε, dicimus, id est, latrare. Auens, particip. Hor. 2. Serm.

AVERNALIS, le, adiect. ut, Aquae auernales. Hor. 5. Epod. Auernales nymphæ, Ouid. 5. Met.

AVERNVS, ἄρρυος, ge. maf. in plurali Auerna, orum, lacus Capaniae, prope Baias, quem locum Plutoni dicunt, & inferorum limē esse rudis uetustas credidit. unde & pro inferorum sede a poetis usurpatus. Dicitur auernus, quasi ἄρρυος, hoc est auibus carens, siue quod aues superuolantes graui eius odore enecentur, siue quod sulphureæ exhalationes aerē usque adeo extenuent, ut aues sustinerē non possit. Lucr. l. 6. Principio quod auerna uocant non nomen id ab re Impositum est, quia sunt auibus contraria cunctis. Str. l. 6. Contiguus Baijs Lucrinus adest sinus, intra quem Auernus est. Auernus, a, um, adie. Virg. 2. Geor.

AVERRUNCARE, [Rimouere, scacciare. Gal. Ôster & deschaßer, pouffer, & chasser ce qui uist. Hi. Roçar, & arrancar rei zes.] ἀπορριπναι, auerto, de pe lo, putatur a runcando deductum: quod est, herbas, uel frutices noxios, ex agro euellere. Liu. 8. Placuit ad auerruncandum deum iram uictimas cædi. Inde Auerruncasso, pro eodem. Lucil. lib. 16. Dij monuerint meliora, atque amentiam auerruncassint ruam.

AVERRUNCVS, ci, ἀπορριπναιος, dei nomen erat apud Romanos, qui mala auerruncare, hoc est, depellere, atq. auertere putabatur. Cuiusmodi apud Græcos habebatur Hercules & Apollo, quos idcirco ὁλεῖ καὶ καὶ ἀπορριπναιος, καὶ ἀπορριπναιος, appellabāt. Pacuuius apud Var. l. 6. de lin. Lat. Deus qui meis rebus p̄est Auerruncus.

AVERSA uenvs, κατὰ πινυσοῦν, dicitur p̄posterus coitus, qui est execrandus. Iul. Cap. de Clodio Albino. Mulierarius fuit, auersæ ueneris semper ignarus.

AVERSOR, aris, [Abominare, volger il uolto in altra parte. Gal. Tourner le dos, detourner la face, ne daigner regarder, reiecter. His. Detestor, mal agorar.] ἀπορριπναιος, detestor, abominor, ab aliqua re, quam odio habeo, uultum auerto. Ou. in Fas. Officioq. leuem non auersatus honorem. Colum. nec rubos auersatur capra. Auersatio uerbale. Quin. l. 8. c. 3. Auersor pecuniae publicae. Cic. in Ver.

AVERSVS, a, um, [Quello che uolge le spalle uer noi. Gal. Qui à le dos tournée detourne, tourne d'autre costé. His. El que bolue las espaldas.] ἀπερπατωμένος, qui faciem a nobis auertit, tergumq. ostendit: cuius antithecon est Auerfus, uaurios, qui faciem, anterioremq. corporis partem nobis obiectam habet. Cic. 3. de Or. Auerfus, & auersus impudicus es. hoc est, ab anteriore parte, & a posteriore. Sic hostes auersos aggredi dicimus, cum eos a frōte inuadimus, auersos autem, cum fugientes a tergo adorimur. Per metaphoram Auersum uocamus iratum, iniquum, contrarium, & male cupientem. Cice. Att. lib. 8. Deos auersos esse a salute populi R. Virg. 4. Aen. Talia dicentem iam dudum auersa tuetur. Vbi Ser. Auersa, inquit, hoc est, irata. nam si intueretur, quomodo auersa, nisi irata?

AVERTAE, tarū, sunt Iora (ut Bud. scribit in Anno. Post.) Iatiora, quae per terga equi iugalis excurrunt sub alis eius succincta. Accursus Auertam, equorum pectorale uult esse, ita dictum, quod auersum colloctur. Alciato placet, hoc uocabulo ornamentum capitis intelligi, quo habentae figuntur: & id quod ab auertēdo, quod equi

BOSTRYCHVS, [Βαστρυχός], βοστρυχός, casarius in modum muliebris comæ ornata. Firmicus lib. 3.

BOTRYO, βοτρυόν, uua præsertim conditicia. Mart. lib. 11. Nec toto dignam se Botryone putat.

BOTRYS, βότρυς, Dioscoridi herbe genus, quod alio nomine Ambrosia, & a quibusdam Artemisia uocatur, dictum quod circa imum caulem semen habeat in ramulis, uuarum modo dependens, odore uinoso. βότρυν, enim Græci racemum uocant. Plin. 12. c. 4.

BOTRYTES, βοτρυτίς, gemma, incipienti uuae similis. Plin. libro 37. cap. 10.

BOTVLS, siue Botellus, [Salicicia], sarciminis genus, ex carne suilla: a bolis, id est frustulis carnis appellatus. Mart. lib. 5. Et pulsem niueam premens botellus. Iseni lib. 14. Qui uenit botulus medio tibi tempore brumæ.

BOVATIM, ad similitudinem bouis. Nigidius Figulus apud Non.

BOVILIA, [Stalle de boui. Gal. Estable a bœuf. Hi. Torillos para ganado uacuno.] βουιλία, loca, in quibus boues morantur, ut Ouilia, in quibus oues. Colum. lib. 2. Duplicia bouilia sunt, hiberna, æstiva. Eadem Bubilia dicuntur. Pla. Persa: Metuo, ne possim in bubile recuere, ne uagentur.

BOVILLÆ, arum, βούλλα, Stephan. opidum fuit in Latio, haud procul ab urbe Roma, uia quæ Ariciam ducebat, ut inquit Afcon. Bouilla, quasi bouis hilla, quod eo uulnerata bos sua trahens interstina deuenit.

BOVILLVS, a. um, [Di bue. Gal. De bœuf. His. Cosa de buey.] bouinus, licet sit deminutiuum. Plin. Bouillæ carnis iure facile curatur.

BOX, ocis, βόξ, genus piscis, a boando. Plin. 1. 32. cult.

B A N T E R

* **BRÆASTENES**, mons in Peloponneso. Liuius.

BRÆVETÆ, βραβηταί, a Græcis dicuntur iudices spectaculorum, qui uictoribus in certamine exhibent præmium. Suet. de Ner.

BRACHÆ, βραχίαι, a quibusdam accipiuntur uestes fluxæ, intonsæ que, ac uarii coloris, quibus utebantur frigidioris plagæ gætes, ut inquit Dioid. lib. 6. Et a quibus Brachata Gallia uocata est Narbonensis prouincia, quod uestes ferret intonsas, & uarii coloris. Brachis usos fuisse Scythas docet Ou. scribens, Pellibus & laxis arcibus mala frigora brachis. Vide Gell. 1. 10. c. 11. Mela, brachati sunt inquit, totum corpus Sarmatæ. Suet. in Cæs. In curia Galli brachas deposuerunt, latum clauum sumpserunt.

BRACHARI, Bracharum uestium confectores. Lampr.

BRACHATVS, brachis indutus. Cic. pro Font. Sagaxos brachatosq.

BRACHATAM Galliam, constat dictam Galliam Narbonensem. Romanorum prouinciam, a brachis genere uertis, quo eius regionis hoies utebantur. Hæc alpibus ab Italia discernit, & Varro amne.

BRACHIATÆ, [Manile. Gal. Brasselet ou maucheron, ornement de bras. Hi. Muñe de la mano, braçal à manilla] βραχίαι, Theod. Brachialia, brachiorum ornamenta, ut uentralia uentris, frontalia frontis, tibialia tibiarum. Plin. 1. 18. Tertianas, quartanasq. febres aiunt leniri, mensu in lana arietis nigri, & argenteo brachiali incluso.

BRACHIATVS, ta, tum, quod est ad brachiorum modum factum. Col. lib. 6. Alii capitatas uineas, alii brachiatas mignis probant.

BRACHIVM, [Braccio. Gal. Bras. His. Braço.] βραχίον, aliquando totum membrum cum manu. Vir. lib. 5. Eunctis atrollit brachia palmis.

Aliquando ab humero ad cubitum. a cubito uero usque ad uertebra manus, Lacertus nuncupatur. Ou. lib. 1. Met. Brachiaque, & nidos media plus parte lacertos. Transfertur ad maris, & motiū sinuosos flexus. Ou. 1. Met. Nec brachia longo Margine terrarum porrexerit Amphitrite. Brachiolum, l. deminutium. Catul. Mitte brachiolum teres.

BRACHMANES, uel Brachmane, *βραχμανες*, Stephano, Indiæ sapientes, diligentissimi siderū obseruatores. Bardesanes Babylonius gymnosophistarū duo tradit genera, qui ex generis successione uel uti hereditariam sapientiæ possessionem amplectebantur. Brachmanes dicti: qui uero electione ad philosophiæ professionē assumerentur, Samaritæ. Ad hos profectus est Apollonius Thyaneus, ut Iarcham in folio aureo sedentem de siderum motu audiret dissententem, ut testatur Hieronymus in præfatione Bibliorum.

BRACHODIS, *βραχόδως*, promontorium Africæ in extimo cornu syrtis paræ Ptol.

BRACŒA, & Lamina, sic differunt, quod Lamina crassior est, ex qua armatura conficit. Bracæa tenuis, & sua sponte plicabilis, quæ crepitat. Virg. l. 6. Leni crepabat bracæa uento. Bracæis inaurari simulacra solebant, sed unguibus plerumque auferebantur. Mart. Astuti detasa est ungue ministri Bracæa. Et feruus, qui Bracæa de raserat, apud Suetonium damnatus. Dicta Bracæa *ἀπὸ τῆς βραχύν*, a resonando.

BRACŒATOR, qui bracæas facit. Firmi. Quicumque habuerit horoscopum in 17. parte Scorpij, erit aurifex, inaurator, bracæator.

BRACŒOLA, demin. foliorum auri, alteriusue metalli. Iuu.

BRACŒARA angusta, uide Bracari.

* **BRAGADA**, fluius, qui iuxta Vticam labitur. Sunt tamen qui legant, Bagrada.

BRANA, Turdulorum opidum in Hispania. Plin. lib. 3. c. 1.

BRANCHIDÆ, Apollinis Didymei sacerdotes, apud Posideum opidum, & promontorium Ionæ. Vide Sti. lib. 14.

BRANCHIÆ, arum, *βραχχίαι*, in piscibus, secundum ceruicem, folliū more hiantes partes, quibus anhelitū reddere ac per uices recipere existimantur, balænis, & delphinis exceptis. Plin. l. 9. c. 18.

BRANCHVS, *βραγχύος*, raucedo, & asperæ arteriæ passio, dum humor ad guttur descendit. Contingit interdum citra humoris defluxum, nimia uociferatione, uel frigidi aeris inspiratione, ut experientia docet.

* **BRANCOLI**, populi sunt Indiæ, quorum meminit Plin.

* **BRASIDA**, Lacedæmoniorum dux.

BRASSICA, p. c. [Canoli. Gal. Choux. His. Ver. Ζα generalmente.] *ῥαδίμην*, herba uulgo Caulis nomine nota: dicta quasi Præfeca, teste Varone, quia ex eius scapo, nomine maximum habet, folia minutim præsecantur. Cat. de re rust. c. 156. & 157.

* **BRATTIA**, insula una ex Illyrico adiacentibus. Plin.

* **BRAYRON**, Atticæ opidum.

* **BRANVM**, urbs Hispaniæ Tarraconensis.

BRENNVS, *βρενός*, dux Gallorum, qui Brenonam Venetiæ urbem ædificauit: quæ postea, litterarum mutatione, Verona dicta. Hic cum trecentis armatorum millibus in Italiam irrumpens, primū Romanos apud Allium fluium profugauit: deinde ad urbem pergens, eam cepit, totamque exussit præter Capitolium, in quo nobilior iuuentus confugerat: sed cum & illud aggrederetur, Romani cum illo conuenerunt, ut acceptis aliquot auri talentis, obsidionem relinqueret. Cum aurum penderetur, ipse dux gladium suum uagina educens, & hunc pensari imperauit: sed, cum hoc Romani, ut rem iniustam, reculerent, atque ita inuicem contenderent, Camillus exsul, qui absens dictator creatus erat, collectis ijs, qui Roma profugerant, Gallos, ex improviso adortus, sudit, fugauitque, eosq. continuo persequens ex Italia expulit. Postremo Brennus Apollinis Delphici templum prædæ causa ingressus, iraniminibus se interfecit.

BRETENA, urbs Italiæ sub Venetia Ptolemæo, Brintum hodie.

BRETOLÆVM, Ptol. Lusitanæ opidum, hodie Britium.

BREVE, [Breue. Gal. Bref ou brief, courre. His. Cosa breue ò corta.] *βραχύν*, opponitur longo. Cic. pro Archia. Quid est, quod in hoc uite curriculo tam breui tantis nos laboribus exerceamus? Hor. 4. Car. Cynaræ breues Annos fata dederunt.

BREVI, [Breuemente. Gal. En brief, en peu de temps, incontinent. His. Breue y cortamente.] aduerb. breuiter, uel breui tēpore. Cic. Curioni. Breui sic habeto, in eum statum temporum tuum reditum incidere. Potest esse & ablatiuus, ut subintelligat Tempore. Ci. in Verr. Breui postea mortuus est. Gell. l. 12. c. 17. Fuit Aeschylus non breui antiquior Euripide.

BREVILOQVENS, tis. Ci. ad Att. lib. 7.

BREVILOQVENTIA, *βραχυλογία*, Ci. de rep. ex Gell. l. 22. c. 1. Breuiloquentiam dicendo collocat.

BREUIO, as, are, *βραχυώω*. Quint. lib. 1. c. 9.

BREVIS item, & Breue, masc. & neu. generis a quibusdam dicuntur in eo significato, sed forte minus Latine, quo uulgus usur-

pat Breue apostolicum, *ἄρτομν*. Lamprid. Milites suos sic ubique sciunt, ut in cubiculo haberet breues, & numerum, & tempora militantium. Flauius Vopisc. in Aurel. Breue nomen conscripsit.

BREVISSIME. Ci. 7. Verr. Tantum breuissime dico.

BREUITAS, [Breuità. Gal. Briefueté. Hisp. Breuedad, ò cortedad.] Cic. Off. libro 2.

BREUITER, [Breuemente.] aduer. Cic. de Amic. Multa ab eo prudenter disputata, multa breuiter & commode dicta, memoriæ mandabam.

BREUIA, uni, *βραχία*, Thucydidi, uadosa loca in mari, nauibus infidiosa. Virg. Aen. 1. In breuia & Syrtis urget.

BREVIARIVM, [Sommario. Gal. Abrege, sommaire. Hisp. Libro abremiado.] *ἄρτομν*, compendium, summarium. Suet. in Aug. Fecit breuiariū totius imperij, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniæ in ærario. Plin. l. 18.

BRIAREVS, *βριάρεως*, gygas, Cæli & Terræ filius, quem poetæ finxerunt centum habuisse brachia, & quinquaginta uentres. Hunc finxit Homerus, cum Pallas, Iuno, Neptunus, alijque ex dijs nonnulli aduersus Iouem coniurassent, persuasum a Thethide in cælum ascendisse, ut Ioui suppetias ferret, deosq. coniuratos illius aduentu terros, a cæptis destitisse, & cum Ioue in gratiā rediisse. Hæc Hom. 1. Il. Vbi etiam hoc addit, a superis Briareum dictum fuisse, ab hominibus Aegæonem. Alij Briareum inter eos numerant gygantes, qui aduersus Iouem conspirarunt. unde a Virg. l. 6. cum alijs monstris in uestibulo inferorum collocatur. Dicitur Briareus, a *βριάρεως*, forte, robustum.

* **BRIAS**, urbs Pisiæ.

* **BRIGANTES**, Hyberniæ populi.

* **BRICANTIUM** opidum est Rætiæ, ad lacum Acronium.

BRILETVS, Atticæ mons, in quo bina leporibus sunt iocinora, ceruis renes quaterni, uide Plin. lib. 11. c. 37. Suspicio esse, quem idē lib. 4. c. 7. Brileffum uocat, unde Brilettus scribendum uidetur. At licet more, qui dictiones, quæ per duplex ω scribi solent, geminato ττ, efferunt.

BRISA, æ, uinaceorum massa, ex qua uini uel aquæ effusione fit uinum secundarium. Col. lib. 12. cap. 39.

* **BRISABRITÆ**, Indiæ populi trans Indum flumen.

BRISEIS, p. p. *βρισηίς*, Lyrnessia puella, a patre Brisea ita appellata, cum uero nomine Hippodamia uocaretur. Hæc, capta Lyrnesso urbe Achilli uictori in sortem cessi, & postea ab Agamemnone erepta implacabilis inter eos dissidii causa fuit, neque umquam adduci potuit Achilles, ut arma sumeret, donec Patrocli mors uiciata, eum ad uindictam impulit. Exstat huius Briseidos ad Achillem epistola apud Ou. in epist.

BRITANNIA, *βρεταννία*, Straboni per duplex nn, insula in Oceano septentrionali, omnium, quæ Europæ adiacent, maxima: unde & orbem alterum quidam ex poetis appellauerunt. a Britone rege Britaniæ dicta: cū prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad eam nauigantibus primo apparēt. Hodie in duas diuisa est partes, quarum alteram, quæ in septentrionem uergit, Scoti incolunt Caledoniæ nomen cognita: alteram, quæ cultior est, & Belgis uicinior, Angli tenent, Saxoniarum populi, prioribus incolis, qui Britones dicebantur, inde expulsi. Hæc ab ortu, Germanico, ab occasu, Hibernico, a Septentrione, Caledonio oceano abluunt: ad meridiem uero angusto freto a Belgis dirimitur. Porrigitur in longū octingentis millibus passuum. In ea Gagates lapis inuenitur, qui ardet in aqua, & oleo restinguitur. Urbem habet Londinum, nunc Londræ, copia negotiatorum celebrē. In septentrionem & occidentem (ut celebres Geographi tradunt) quæ sitæ sunt insulæ, Britaniæ, & Hibernia, paulo minor Britannia, ultra quas sunt quadraginta insulæ Orcades appellatæ, modicis spatij inter se distinctæ. Apud Britannos longissimus dies, 17. horarum deprehenditur, & ætate lucidæ sunt noctes, auctore Plin.

BRITANNICA, Plin. l. 25. c. 3. Herba folijs oblongis & nigris, radice item nigra, neruis, & dentibus salutaris, & contra anginas, & serpentum morsus efficax remedium habens. Huius flores Vibones uocatur, quibus ante tonitrua degustatis, milites aduersus fulminum idus prorsus securi reddebantur.

BRITANNICVS, a, um, *βρεταννικός*, possessiuum est a Britannia deductum. Iuue. Sat. 7. Quantum delphinis balæna Britannica maior. Cic. 3. de Natura deorum: Aestus maritimi, uel Hispaniensis, uel Britannici.

BRITANNICVS, nomen filij Claudij Cælaris ex Messalina, quæ primo Germanicum, mox Britannicum appellauit, qui quamuis adhuc infans a patre in caltris tæpe circumlatus fuisset, & militibus commendatus, Neronis tamen opera ueneno sublatus est. Tacitus lib. 13.

BRITANNVS, ni, *βρεταννός*, gentile, a Britannia insula. Virgil. Eclog. 1.

* **BRITIVM** Lusitanæ opidum, apud Plin. l. 4. c. 20.

BRITONES, populi minoris Britanniarum, quæ est Galliarum Celticarum regio, ad

gio, ad mare Oceanum. Iuuen. Quam nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

*BRIVATES portus Galliae Lugdunensis.

BRIXIA, [Brescia.] urbs Transpadanae regionis, opus Cenomanorum, qui post Insuabres in Italiam uenerunt, Liiuo, & Polybio testibus. Est item Brixia fluius Elymaidis, quae est regio Persidi finitima.

BRIXILLVM, opidum Galliae cisalpinæ apud Mutinam. Plin. l. 3. c. 15.

BROCHON, arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, aliqui Malachram, alij Maldacon appellant. Pl. l. 12. c. 9.

BROMIUS, βρόμιος, Bacchi cognomen, ἄνω τῆ βρέμην, a fremēdo, uel ἄνω τῆς βροντῆς, a tonitru, quod natus sit cum tonitru, genitrice fulmine perempta.

BRONCHI, (ut Nonius scribit) dicuntur qui producto ore, & dentibus prominentibus sunt. Plin. l. 11. cap. 37. Labra, quibus bronchi Labeones dicitur. Luc. in Saty. Broncus nouit Lanus dente eminulo. Hic est Rhinoceros. Varro de re rust. li. 1. non Broncos, sed Brochos canes uocat. Hinc Brochitas dentium. Plin. lib. 11. cap. 37.

*BRONCHOCELE, tumor in gutture.

*BRONGVS, flu. ex Illyrico in Istrum fluens.

BRONTES, unus ex ministris Vulcani, qui Ioui cudent fulmina, παρὰ τῆς βροντῆς, a tonitru dicitur. Tres autem præcipue a Virg. narrantur Vulcani ministri, Brontes, Steropes, Pyracmon, quæ Oui. 4. Falt. Acmonidem appellat. Hos Hesiodus in Theogonia Cæli, & Terræ filios facit, quamquam alij ex Neptuno, & Amphitrite, natos malint. Virg. 8. Aen. Brontesq. Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

BRONTEVM, p. p. βροντεύων, machina erat sub scena æneum habens uias, in quod decidentes calculi, tonitru sonum imitantur: quod genus Claudiana tonitrua Festus uocauit, a Claudio Pulchro inuentore.

BRONTIA, βροντία, gemmæ nomen, quæ cum tonitruis cadere creditur, testudinis capiti similis. Pl. lib. 37. c. 10.

BRVCHVS, βρυχος, genus uerum & locustarum genere, herbas & arborum frondes erodens: unde nomen accepit, παρὰ τῆ βρυχίης τῶ ἐδίου.

*BRVLLITAE populi Asiae ex conuentu Ephesiorum.

BRVMA, χερμερίνη προπι, dicitur dies solstitij hiemalis, qui est ad 18. Kalen. Ianua. quo die fit in Capricorno hiemalis solstitium. Cic. 2. de Diu. Musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri. Ponitur quâdoque pro hieme, aut pro frigidissima illa hienis parte, quæ dies breuissimi sunt. Vir. 2. Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat. Dicta quasi βραχυμέρον, breuis dies.

BRVMALIA, βρυμάλια, a Romanis dicebantur Bacchi sacra, quæ & Liberalia dicebantur, quæ his quotannis celebrabantur, semel 11. Kal. Mart. iterum 18. Kal. Sept. Plin. Priora & posteriora uinalia appellat. Bruma in autem a Brumo dicebantur: quo nomine Romani Bacchum appellabant, uide Cæli. Rhod. lib. 28. cap. 25. apud Cic. 2. de Diu.

BRVMALIS, le, Sol accedens ab brumale signum. Cic. de or.

BRVNDVLYM, [Brundolo.] portus, quem Athesis amnis fuit. Pl. lib. 3. cap. 16.

BRVNDVSIVM, βρυνθίσιον, Stephano, urbs Calabriae ad mare Hadriaticum sita, uia Appia eousque perducta, & portu insigni nobilis, ex quo Romanis tritissimus olim fuit in Græciam transitus: ita dicta a ceruini capitis similitudine, quod Brudusam Mesapij sua lingua appellabant. Græci βρυνθίσιον, appellant, a Brento quodam (si Stephano credimus) Herculis filio. Et ex hac urbe Pacuuius poeta ortum traxit.

BRVSCVM, tuber aceris arboris, intortius, crispum. Plin. l. & c. 19.

BRVTA, arbor soli orienti cognita, cupresso fusæ similis, albicantibus ramis, odore cedri. uide Plin. lib. 12. cap. 17.

BRVTTA PIX, secundus liquor: qui ex tæda excoquitur, & aceto coagulatur, dolijs, alijsque uasis illinendis utilis. Vide Plin. lib. 16. c. 11. Dicta Brutia, quod optima in agro Brutio excoquebatur.

BRVTTIANA, a Romanis dicebantur, qui officia seruilia magistratibus præstabant: nomine tracto a Brutijs, qui quod primi Hannibali adhæsserant, & cum eo perseuerassent, donec ex Italia discederet, hac ignominia a Romanis notati sunt, ut uilissima quæque munia per illos obirent.

BRVTTIANAE PARMÆ, scuta, quibus Brutij utebantur.

BRVTTI, [Αβρυχίης.] βρυττιοί, Italiæ populi i eo tractu, qui hodie Calabria dicitur, post Laum fluium incipientes, & in fretum Siculum in modum pænnisulæ procurrentes: dicti quasi bruti & obsceni, fuerunt n. Brutij, serui & pastores Lucanorū. qui inde aufugere, & furtim in regione confederunt, ubi Consentia est. Hæc regio, teste Str. l. 6. Oenotriæ quondam dicta fuit.

BRVTTIVM, promontorium Italiæ extremū, ubi Sicilia olim agro Bruttio adhæsit. Plin. lib. 3. Ptolem. Scylleum appellat.

BRVTVS, a, um, adie. [Crane. tardo. insensato. Gal. Iasen. se sans raison. be. stia. His. Brutto. bestia. y. sin. sefo.] ἀδύατος, stupidus, grauis, tardus,

hebes. Hor. lib. Carm. Brutam tellurem dixit pro graui & tarda. Inde Bruta animalia pro tardis, & irrationabilibus. Plin. lib. 11. c. 37. Bruta existimantur animalia, quibus cor durum riget. unde Linnii Bruti cognomen, qui se stolidum simulauit.

BRVA, bryæ, punilus quidam frutex in Achaia appellatur, quæ Dioscorides κρυπύλλος, Romani Tamaricem appellant. Pl. lib. 13. cap. 21.

BRVGES, populi Thraciæ, postea Phryges dicti, unde Phryges Asiæ populi originem traxerunt. Str. lib. 7. Brygas in Macedonia collocat. Stephanus.

BRVON, uillosum quiddam in quercu præcipue, in cedro, & in populo nascens, quod Latini Muscum arborum appellant. Diosc. lib. 1. c. 20. Est & herba quædam, quam Plinius Lupum Lupum salictarium, officinæ Lupum appellant. Ruell. 2. c. 141.

BRVON MARINVM, βρύον θαλάσσιον, herba marina, lactuca folijs, rugosa, & ueluti contracta sine caule, exeuntibus e radice folijs. nascitur in scopulis maxime. Plin. lib. 27. c. 1.

BRVONIA herba, sarmenta, capreolos, & folia habens satiuæ uiti nõ dissimilia, omnia tamen hirsutiora. alio nomine Vitis alba, a non nullis Philothrum, quod acinos ferat rubentes. Pl. l. 23. c. 1.

BRVSEA, urbs Laconiae, a qua Bacchus Bryseus cognominatus est, quod ibi coleretur. Quidam tamen Bacchum Bryseum dici putant ab antiquo uerbo βρύω, leaturio: quoniam ex alucaribus mella, uel ex uinis multa exprimere prius docuit.

B A N T E V

BVA, βουά, Aristoph. puerorum infantium potio est. Varro, eum cibum ac potionem Pappas, & Buas uocent. Lucil. lib. 8. Cum uinulentas diceret, uini buas designauit.

BVBALINVS, a, um, ut, Thorax bubalinus, Bubalina stragula a Iureconsulto dicta, quæ equis inferni solebant. ex pellibus enim bubalinis fiebat antiquitus stragula ad equos. Baysius.

BVBALVS, p. c. [Bisalo. Gal. Buffle. bouf sauuage. His. Bufalo.] βουβάλις, animal simile boni, colore nigro, fortissimis cruribus, & breuibus, cornua habet longa, inflexa, nigra. Plinij ætate bubali Romæ erant solo nomine noti, unde non mirum uideri debet, si cerui, aut utuli figura esse dixerit. Primi autem bubali creduntur ex Africa esse aduecti. nunc in Italia summa copia est. Itali unica littera immutata Bufalum uocant.

BVBASTRIS, βουβάστρις, Herodoto, siue Bubastus (βουβαστος, Stephano) Aegypti urbs, in qua quotannis conuentus celebrabatur in honore Dianæ: quæ & ipsa Bubastis appellata. Ou. 9. Metam. Cum qua latrator Anubis, Sanctaq. Bubastis. Pl. l. 5. c. 9.

BVBASVS, Cariae regio, mulieres Bubasides. Ou. l. 4. Met.

*BVBIVM, opidum Cyrenes. Plin.

*BVBETANI, Campaniæ populi. Plin.

BVBILE, p. p. [Stalla da buoi, bouile. Cal. Estable à bouf. His. Toridos para ganado macuno.] βουβίλια. Boum stabulum, quod & Bouile dicitur. Col. l. 2. Lata bubilia esse oportet pedes decem. Plau. Persa. Metuo, ut possim in bubile reijcere, ne uagentur.

BVBINO, as, p. p. mensstruo mulierū sanguine in quino: unde Imbubino Lucil. apud Non. Hæc te imbubinat: at hic contra te Imbulbitat. nam Imbulbitare est pueri itercore foedare.

BVBONIS, βουβόνις, g. ma. & fe. secundum Priscianum, auis feralis, debilis ad uolandum, in cauernis commorans, a bouis mugitu, quæ imitari uidetur, ita appellata. Vir. l. 4. Solaq. culminibus ferali carmine bubo. Bubones, tumores quidam sunt præter naturam, in quacumque corporis parte provenientes, sed maxime circa inguina.

BVBONA, boum dea habita est, ut Pomona pomorum.

BVBONIVM, βουβόνιον, herba est, quæ alio nomine After Atticus dicitur, a capitulis quibusdam, quæ in cacumine habet, stellæ in modum radiata. Latinis Inguinalis appellatur. Pl. l. 27. c. 5.

BVBSEQVA, p. c. bubulcus qui boues sequitur. Sidon. ad Eutropium, Si relinquere inter bubsequas rusticanos.

BVBVLCTOR, aris, βουβυλκω, bubulci officium facio. Pla. in Most.

BVBVLTVS, [Bifolco. Gal. Bouvier. His. Bouyero.] qui bobus arat. Ci. 1. de Nat. Deo.

BVBVLVS, a, um, [Bouino. Gal. De bouf on uache. His. Cosa de bueyes o uacas.] βουίνος, Bouinus. Pl. Stomachum exulceratum lactis asinini ac bubuli potus reficit. Col. lib. 7.

BVCARDIA, βουκάρδια, lapillus bubulo cordi similis. Plin. libro 37. cap. 10.

BVCCA, cæ, [Bocca. Gal. Benche. His. Bocca.] κόπρη, oris cõcauitas intra mas las a mento ad oculos, quæ spiritu a pulmone reuocato & oppressis labijs retento inflatur. Horat. lib. 1. Ser. Quid cauffæ est merito quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet? Pla. in Trucul. pro maxillis exterioribus poluit, Quæ istas buccas tambelle pur purifaras habes: Et sonus ille qui ex inflatione buccarum erumpitur, ficto nomine Scloppus dicitur. Persius: Nec scloppo tumidas, intendis rumpere buccas. Cic. ad Att. Si rem nullam habebis, inueni in buccam uenerit scribito. Item Bucca, tuba dicitur. Iuuen. Satyr. 6. Et Phrygia uestitur bucca tiara. Hinc Buccina.

BUCELLA, cæ, [Buccena. Gal. Bouchee, moureceau. Hisp. Boecado que cabe en la buca.] *εὐθεσίς*, a bucca fit pro ore, & significat frustulum alicuius rei esum aptæ, quantum scilicet bucca commode capit. August. ad Tiberiam, duas buccas manducaui priuquam ungi inciperem. Martial. libro 17. Buccas dixit pro Buccas uel Buccellas.

BUCCELLA, *βουκέλλιον*, d. minutium a Bucca.

BUCCELLATVM, *εὐθεσίσιον*, panis castrensis genus: de quo Spart. scripsit, Pescenium Imperatorem iussisse milites buccellato in locis pacatis accepto esse contentos. Ammianus uero buccellatum accipere uidetur pro pane nautico, quem uulgo Bis coctum appellat. Dicitur ex eo, quod in buccellas, & quasi tessellata frusta confectum sit.

BUCGINA, æ, p̄nūl. corre. [Cornu, tromba. Gal. Un cornet. Hisp. Bozina para taner.] *σάλπιγξ*, proprie est cornu recuruum, quod tubæ modo inflatur, ita dictum a Bucca cum tubam significat. Ouid. Caua buccina sumitur illi. Est quoque Buccina pastoralis, qua oues & porci appellantur. Colum. lib. 7. Ad sonum buccine, pecus septa repetere confuescat. Buccinas a tubis nonnulli sic distincti guant, quod illæ ex recuruis animalium cornibus, tubæ ex ære, argenteve confici soleant, ad animos militum & equorum inflam mandos. Appuleius cetero lib. 3. Florid. Buccinam manifeste a tuba rudior toruor & tibæ questu delectabilior, & fistulæ sulsu ro iucundior, & buccinæ significat longinquior. Sæpe tamē Buccinam pro tuba positam inuenimus. Cic. pro Mur. Illam buccinarum cantus exsuscitat, Buccina etiam nomen opidi in Sicilia, cuius meminit Dionysius.

BUCGINATOR, [Trombetta. Gal. Cornet, trompeteur ou trompete. Hisp. Tenedor de bozina.] *σαλπυγιστής*, qui buccina canit, ad incitandos ad proelium militum animos. Cæf. 2. bel. Ciu. Buccinatorum in castris, & paucis ad speciem castrorum in tabernaculis relictis de tertia uigilia silentio exercitum in opid. im reducit. Per translationē pro laudatore ponimus. Cic. Tironi: Polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ.

BUCGINO, [Sonare di cornetto] *σαλπίζω*, buccina cano. Var. 2. de reru. Cum buccinatum est, aperiunt, ut exire possint.

BUCGINVM, ni *σάλπιγξ*, buccina, cornu recuruum, buccinum item conchæ genus, purpura minus, quod circa scopulos legitur. Plin. lib. 9. cap. 36. uno in loco utramque significationem expressit: Buccinum est, inquit, minor concha, ad similitudinem eius buccini, quo sonus edatur.

BUCCHONES, [Sciocchi.] qui tumidioribus sunt buccis, pro ineptis & stultis usurpauit Plin. in Bacch. Stulti, stolidi, buccones.

BUCCVLA, [Bocchina.] demia Bucca, id est pusilla bucca. Appul. l. 6. de Asino. Iuppiter perpeffa Cupidinis buccula. Quandoque pro parte cassidis, per quam mittitur spiritus, dicta, quod buccam tegat: unde & buccarum tegmen a Cæsare appellatur, aut certe pro summo galeæ cono, in quo defiguntur cristæ, quod buccæ paræ habeat similitudinem. Iuuen. fracta de casside buccula pendens.

BUCCVLENTVS, qui magnam habet buccam. Plin. in Mer.

BUCEA, p̄r simplex c, folliculus granifabæ interior, qui albus est.

BUCENTARIVS, *βουκένταυρος*, composita dictio a β, quod magnum quiddam significat, & Centaurus: id est, magna nauis Centauro insignita.

BUCENTES, [Taffano. Gal. Taon. Hisp. Moscarda que abuyenta las uacas a reses.] tabanus, a pungendis bobus. *κεντέιν*, enim pungere significat. Latini Asilum uocant, Græci alio nomine *δίσπον*.

* **BUCEPHALA**, Indix opidium.

* **BUCEPHALVS**, quasi bouis caput: quo nomine dictus est Alexander magni equus.

BUCERIA, ceriæ: bubuli generis grex. Lucret. libro 2. Buceræque greges.

BUCERVS, a, um, bubuli generis epitheton, bubula habens cornua: *βὺξ τῆς βοῦς, καὶ τῆς κερῶν*. Ou. in Met. Armenta que buccera pauit.

BUCERAS, *βουκέραις*, herba est Theophrasto, quæ notiore nomine Fenogracum appellatur. Plin. 24. c. ult.

BUCOLICA, orum, *βουκολικά*, pastorale carmen dictum, *βὺξ τῆς βουκόλων*, hoc est a bubulcis.

BUCOLICON, *βουκολικόν*, genus est Panacis. Plin. 25. c. 4.

BUCRANIVM, *βουκράνιον*, herba. Vide Ruell. lib. 3. c. 131.

BUCVLA, [Vaccetta.] deminuit a boue, uaccam iuuenem & adhuc teneram significans. Virg. l. 1. Geor. Aut bucula cælum suspiciēs. Item buculis paruis bos. Col. l. 6. c. 2.

BUDA, Vngariæ Metropolis, non ita procul a Danubij ripa.

BUDEA, p. long. *βυδέαια*, Stephano Magnesiæ ciuitas, a Budæo quodā conditore: a qua etiam Minerua, quæ in ea ciuitate colebatur, Budæa dicta. Homer. *βυδέαια*, appellat. Est & Budæa Phrygiæ opidium, Stephano.

* **BUDEI**, Indix populi.

* **BVDINI**, Scythiæ Europeæ populi. Plin. 4. c. 12.

BVDORAE, insulæ duæ prope Cretam. Plin.

* **BVDORIS**, Germaniæ urbs, uulgo, Heydelberg.

BVFO, [Botta, rospo. Gal. Crapant. Hisp. çapo à escuerço] *βυφοζος*, rana terrestribus uenenata. Vir. 1. Geo. Inuentusq. canis uiso.

BVGLOSSVM, siue, [Buglossa. Gal. Bourroches ou buglosse. Hisp. Borrax.] *βυγλωσσόν*. Dicitur autem Buglossam a linguæ bubulæ similitudine. Plin. lib. 25. c. 8.

BVLBITO, as, *βελβίτιζος*, puerili stercore fædo. Vide Bubino.

BVLBOSVS, ut radix bulbosa, in qua bulbi conspiciuntur. Plin. libro 21. cap. 17.

BVLBVS, [Cipolla, maligia. Gal. Eschalote. Hisp. Un cierto genero de cebolla] *βυλβύς*, caulem & folia habens, lilio familia: caepæq. genus est non ab simile Ascaloniæ, quod Venerem impendio excitat. Col. l. 10. Iam Megaris ueniant genitalia femina bulbi. Generaliter uero apud idoneos auctores bulbi sunt radices rotundæ, membranis suis tunicatæ, siue pluribus capitulis coagmententur uno folliculo omnnes ambiente, siue quadantenus distinctæ separantur. Ex bulbo rum genere Cato maxime celebravit Megaricos, ita dictos, quod e Megaride Attici agri regiuncula mittebantur. Alij Scyllam nobilissimam faciunt, medicamentis, & aceto exacundo natam. Vid. Plin. lib. 19. cap. 5.

BVLGÆ, arum, [Bolgæ, bisfacie. Gal. Bougete de cuir. Hisp. Bolsa de cuero.] quibore Festo: sacculi erant ex corio, aut alia materia confecti, aut bre. circūferbant peregrinantes pecunia, aut alia uitæ necessaria. Lucil. Sat. l. 6. Bulgæ, & quidquid habet nummorum, secū habet ipse: Cū bulga cenat, dormit, lauat. ois in una Spes hois bulga.

BVLGARIA, a recentioribus appellatur, Europæ regio supra Thraciam inter Danubium & Pontum Euxinum.

BVLIS, *βυλλίς*, Phocidis opidum inter Parnassum & Heliconem sitū a Bulone conditore. Hinc Bulij & Bulienses. Ci. in Pis.

BVLLA, *βύλλα*, insigne erat triumphantium, quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra eā remedijs, quæ crederet aduersus in uidi ualentissima. Hinc deductus mos, ut prætexta, quæ magistratum erat, etiam in usu puerorū usurparet ad omē & uota conuilianda uirtutis, ei similis, cui primis in annis munera ista cesserunt. Erat hæc bulla rotunda (ut Macro. scribit) in cordis figurā formata, quam ante pectus annexebant in collo, ut bullā insipientes, ita demū se homines esse cogitarent: si corde præterent. Romani deposita adolescenti eā exsuebant. Dicta est uulgo Bulla, teste Macr. *πυρρά τῆς βυλλῆς*, id est, a cōsilio: quod estrenis illius ætatis impetus, consilio præcipue est t regendus. Primus autem Tarquinij Prisci filius, quod se i bello uiriliter gessisset, bulla aurea donatus, & toga prætexta. deinde omnibus pueris facta cōis, quorū parentes curule magistratum gessissent. Libertinorū uero filij, lorum in collo pro bullæ decore gestabāt. Asco. Bulla suspē di in collo infantib. ingenuis solet aurea, libertinis scortea. A cuius rei specie, Plutarcho auctore in Proble. dicta bulla, *πομόλυξ*, tumor quidam excre scens tam in aqua cum bullit, quā in urina cum spumam facit, & repente euanescit. Ex quo etiam prouerbia liter apud Var. dicitur, Homo bulla, quod scilicet similis bullæ uita hominis sit fluxa, & momento caduca. Plau. in Afr. accepit bullam pro capite clauorum. Iussisti dari bullas has foribus nostris? Nam clauorum capita more bullæ quasi uertigia formata sunt. Sic Cic. tradit Verrem bullas aureas ex ualuis templi abtulisse. Bullæ etiam dicuntur ornamenta, quibus cingula decorantur.

BVLLATVS, a, um, bulla insignitus. Accipitur pro tumido, [Gonfo.] Persius. Non equidem hoc studeo bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat.

BVLLIO, is, iui, itum, [Bollire. Gal. Bouillir. Hisp. Bullir como lo que hierue.] *αυβραζω*, significat feruere, dictum a bullis, quas in aqua feruida uidemus. Cel. l. 5. c. 19. Spumæ argenti selibra cocta, donec bullire desierit. Hinc Ebullire, efferuescere, & inter bulliendum effundit: Accipitur pro iactare, uel ostentare. Cic. 3. de Fin. Dixerit Epicurus, semper beatum esse sapientem: quod quidem solet ebullire nonnumquam.

BVLLIS, idis, *βυλλίς*, opidum in ea parte Macedoniæ, quæ mari Hadriatico adiacet. Ptol. lib. 3. c. 13. Plin. Bullidensem coloniam uocat. lib. 4. c. 10. & populos ipsos Bulliones lib. 3. c. 23.

BVLLIO, as, *έκουσσημα*, Bullio. Cato de re rust. Vbi bullabit uinum, ignem subducito. Pl. Magna signa sint urinae bullatis. Sic Ebullio, erumpo. Persius. O si Ebullet patrii præclarum funus.

BVLVIA, parua bulla. Cels. l. 2. De urina si bullulas excitet.

BVLVBA, Libyæ Cyrenicæ opidum, apud Plin. l. 6. c. 5.

BVMASTOS, *βυμάστος*, se. ge. uux genus crassioris, mamme cuiusdam modo intumescens: a β, & *μάστος*, mamma: quasi magnam mammam dixeris. Pl. l. 14. c. 1.

BVMELIA, *βυμελίω*, fraxini species in Macedonia. Plin. l. 16. c. 13.

BVNIA, as, adis, napi species diuersa a Bunio. Plin. 2. c. 4. duas napi species facit, quarum altera Bunion, altera Bunias uocatur.

BVPRESTIS, ut scribit Plin. lib. 30. c. 4. Animal ex genere cantharidum, scarabeo longipedi simile, uenenatum, rarū in Italia. Apud iurcon.

iureconf. Titulo ad legem Corneliam scribitur: Si cui temere pigmentarij dederint pityocampas, aut buprestes, quæ ambo uenena ta sūt, teneri pœna legis Cornelix de sicarijs & ueneficis. Est & Buprestis herbæ genus, quam in laudibus ciborum habuere. Vide Ruel. l. 2. cap. 127.

BURA, SIVE BURIS, βούρα, pars atrii posterior, quæ manu bubulci tenetur: ita dicta, quasi βούρα, quod ad similitudinem bubulæ caulæ sit incuruata. Varro lib. 1. de re rust. Et tæpe fracta bura relinquant uomeris i aruo. Vir. li. r. Geo. Cōtinuo in siluis magna ui flexa domatur In burini. Fuit itē Bura, Achaiæ proprie dicte urbs ad sinum Corinthium sita, olim florentissima, nunc una cum Elice uicina urbe maris impetu hausta: de qua Ouid. l. 15. Metam. Si quæras Elicen & Burā, Achaidas urbes, Inuenies sub aquis, de qua etiam Plin. l. 2. ca. 92.

*BURCHANA, insula in Oceano Germanico.

*BURDIGALA, urbs Gallix Aquitanicæ, Aufonij patriæ.

BURDO, βούρδος, dicitur qui ex equo & asina natus est. Vtitur hac uoce Vipianus Iureconf. de Leg. 3. l. item legato.

BURGUNDIA, [Borgogna,] prouincia Gallix Celticæ, Ducatus titulo insignis, cum antea sub regibus fuerit, a qua Burgūdi, & Burgundiones. Eam olim Sequani ac Aeduiter uenerunt. Burgundiones Plin. l. 4. cap. 54. inter genera Germanorum ponit.

BURRHANICVM, genus uasis. Ex Festo.

BURRHANINA, genus potionis, lac fapa mistum. Festus.

*BURSAONENSES, Hispaniæ citerioris populi. Plin.

*BURTINA, Hergetum ciuitas apud Ptol.

*BUSA, populi Medorum. Herod.

BUSELINVM, βούσινον, herba est fatiua apio similis, solaque caulis breuitate, & rufa radice ab eo differens. Plin. l. 20. c. 12.

BUSICON, βούσικον, ficus erat præcipuæ magnitudinis, sed fatuo sapore, quæ alio nomine Marisca dicitur. ex Festo.

BUSIRIS, βούσις, Neptuni & Libyes filie Epaphi filius, crudelissimus Aegyptiorum tyrannus fuit, quo tempore Danaus Argiuis impetavit. Hic cum hospites omnes Ioui immolaret, ab Hercule in Aegyptum delato, cum eadem illi insidias pararet, una cum Amphidamante filio, & præcone Chalbe, & ministris aræ, interfectus est. Huius dictionis media syllaba producitur, Virg. 3. Geor. Quis aut Erythra durum, Aut illaudata nescit Busiridis aras? Statius tamen l. 2. Theb. (si modo emendata sit lectio) corripuit. Sit enim ibi legitur. Non trucibus monstris Busirim, infandumq. dedisti Cercvona. Est & Busiris nomen urbis in Aegypto, ad Nilum fluuium, a Busiride condita, in qua fuit templum magnum Isis. Hinc Busirica præfectura, apud Str. l. 17.

BUSTVARI, gladiatores, qui ante sepulcra in honorem defuncti digladiabantur. Cic. in Pis.

BUSTVM, [Tombe, sepulcro. Gal. Sepulcre, tombeau, le lieu ou l'on brusloit les morts. His. La sepulture, a sepulcro.] τύμος, proprie dicitur locus, in quo mortui cadaver combustum est, & sepulchrum: diciturque Bustum, quasi bene iustum. Hæc Festus. Seruius uero in 12. Aen. Pyra, inquit, est lignorum congeries. Rogus cum ardere cœperit, dicitur: Bustum uero iam exutum uocatur. Quem ordinem seruauit poeta, dicens. Constituere pyras. Item. Subiectusq. ignibus atris; Ter circum accensos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos; Item postea. Semiustaque seruant Busta. Liu. quoque li. 5. scribit locum, fuisse Aequimeliū, nomine Busta Gallica, quoniā illic acer uatos cinulos suorum defunctorum ex pestilentia inuaserat Gal. l. Cic. uero l. 3. de Legib. Bustum appellauit tumbam, aut monumentum. Pœna (inquit) fuit Solonis lege cōstituta, si quis bustum aut uolasset, aut deieisset.

BUTADAE, populi Attici ex tribu Aegide. Steph.

BUTEON, ex accipitrum genere aus est, quam Græci a numero testium τριπλευ, uocant. βρυχης enim testiculus dicitur. Hinc aut Phœmonoc Apollinis filia in augurijs principatum dedit. Buteonum item nobilis Romæ familia fuit, ita dicta a buteone aue, quæ pro spero auspicio in Fabij ducis naue confedit: referente Plin. libro 10. cap. 8.

BUTES, βούτης, filius fuit Amyci, Bebticiorum regis: qui, ob seuitiam patris ab Argonautis cæsis, regno pulsus, paruo nauigio Drepanum in Siciliam cōfugit. ubi a Lycaste, nobili meretrice, hospitio susceptus est: a qua cum ob formæ, morumque & ætatis elegantiam diligenter, eius concubitu usus, Erycem filium ex ea suscepit: & quoniam Lycaste ob eximia pulchritudinem Venus uocabatur, datus est locus fabulæ, Buten ex Venere filium Erycē suscepisse, contra Virg. lib. 5. Aeneid. Buten a Darete iuxta tumulum Hectoris occisum tradit.

BUTHROTVM, sive BUTHROGOS, p. p. Romanorum colonia (teste Plin. lib. 4. cap. 1. in finibus Epiri, ad sinum Ambracium) Ouid. lib. 13. Met. Epiros ab his, regnataque uati Buthrotos Phrygio. Ci. ad Tironem. Quintus autem pater & filius Bothroti. Seruius explicās illud Virg. 3. Aen. Porruque subimus Chaonio, & celsam Buthroti adscendimus arcem. Arcem, inquit, Buthroti, id est, Buthrotiū. Ex

quo loco si emendata esset lectio uideretur Buthroti gentium esse concisum per Synizesim a nominatio Buthrorium: quem tamen nusquam arbitror reperiri. Quo fit, ut apud Seru. Buthrotū legendum putem; & ita in uetustissimis quibusdam exemplaribus scriptum inuenimus.

BUTHYSIAM, βούθυσια, magnū sacrificium appellauere. Sue. in Ner. Inter Buthysia apparatus barbam primam posuit. Deducitur a βούθυσια, augmentatiua particula, & θυσια, quod hostiam, uel sacrificiū significat. Plau. Buthytas appellat sacerdotes.

BYTOMVM, βύτομον, frutex est in paludibus nascens, folia ferens irinis proxima, ex una radice singulos scapos, sed plures ueluti uirgas mittens, ad uitilium nexus utiles. Vulgus hodie Iuncum cabacinum appellat: uide Ruel. l. 2. c. 127.

*BYTOS, opidum Aegypti. Ptol. Plin.

BYTBATA, ueteres ulirpauerunt pro eo, quod nugatorium est, & nullius ualoris. Festus ex Nazuo.

BYTYRVM, [Butiro. Gal. Beurre. His. Manteca.] βύτυρον, portio lactis pinguior, quæ frequenti agitatione, a sero separatur: dictum Butyrum, quasi βούτυρον, hoc est, bubulum caseus. Fit enim, teste Plin. lib. 2. 8. cap. 6. ex lacte bubulo: ut plurimum. habet autem prænulti mam syllabam indifferenter, quamuis apud ueteres poetas non temere inuenias. Macer & Serenus corripuerunt. Sidonius uero, alijque nonnulli produxerunt.

*BYXENTVM, opidum Lucaniæ.

BUXETVM, [Luogo doue sono molti bossi. Gal. Botage de bouys. His. Boxedal, lugar de aquellos arboles.] locus buxis constitus, βούξεδον.

BUXEVS, a, um, [Di bossi] βούξινος, quod ex buxo est, uel quod buxi colorem imitatur. Mart. dentes piceique buxeique.

BUXIFER, βούξινος, ferens buxum: ut, Buxifer Cytorus, Catul.

BUXOSVS, a, um, buxo simile, βούξινος, lignum buxosum. Plin. l. 12. cap. 25.

BUXVS, [Bossi. Gal. Bouis. His. Box.] βούξος, arbor exigua, semper uirens. producit ex se uiscum, & semen, seu grānum omnibus animalibus inuicium: Lignum habet adeo durum, ut cariem non sentiat, tam ponderosum, ut in aqua subsidat. Hoc Buxum appellatur. nam in plerisque nominibus arbores sunt femi. generis, fructus uero & ligna neutri. Virg. Volubile buxum. Quandoque tamen Buxum dicitur pro ligno. Vir. l. 9. Buxosq. uocat Berecynthia mater. Ex buxo sunt tibiae multiforatales, & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad usus plurimos.

*BYZAE, gentes Indicæ.

*BYZERI, gens Themiscyræ regionis in Asia.

*BYZIGAEVS, mons Thesaliæ. Plin.

B A N T E Y

BYBASSVS, Cariæ opidum Stephano, a Bybasso pastore, qui Aesculapium maris tempestate in Cariani delatum seruaui.

BYBLIS, idis, filia Mileti, ex Cyaneæ nympha. Ouid. 9. Met.

BYBLIS, βύβλις, parua maris mediterranei insula est cum opido, alio nomine Melos dicta. Aristoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Herachides Siphnum & Acyton uocant. Plin. libro 4. cap. 12.

BYBLVS, est Phœnicæ urbs, Beryto uicina, in qua Adonidis olim in signe fuit templum.

BYCVS, Sarmatiæ Europææ fluuius, Pro. Pomponius Buges.

BYRSA, [Civitas. Gal. Cuir. His. Cuero.] βύρσα, corium, ac tergus Græcis dicitur. Hinc arx in media Carthaginiensium urbe Byrsa appellata. Dido enim cum fratrem fugiens in Africam peruenisset, emit ab Iarba rege tantum soli quantum taurino tergoe posset circum dare. dissecto deinde tergoe in minutissimas laminas, tantum loci eo circumdedit, quantum arci extruendæ sat esset. Ad hanc fabulam alludit Vir. cum ait, Mercatiq. solum facti de nomine Byrsam, Taurino quantum posset circumdare tergo.

BYSSVS, [Bisso. Gal. Crespe. sin. lin. His. Cierto genero de lino muy delicado.] βύσσως, tenuissimi lini genus, proximam ab asbesto dignitatem obtinens, ex quo subtilissimæ fiunt uestes, quæ mulieribus olim præcipue in delicijs erant. Plin. circa Elim Achaiæ nasci credit. Hinc Bissinus, a, um, ut Bissinæ uestes, quæ lutei coloris erant & fulgore aurum imitabantur: quâquam postea inuenta est ratio byssum quouis colore inficiendi.

BYZANTIVM, [Constantinopoli. Turcis. Cezarabadum.] βυζάντιον, urbs Thraciæ ad ipsum sita Bosphorum, primum a Pausania Spartano rum rege condita, postea a Constantino in mains aucta, & sacri Imperij sede eo translata, ab illius nomine Constantinopolis dicta. Byzantius, a, um, adiectiuum, ut Litora Byzantia. Ouid. 1. Trif. Byzantij exules. Cic. pro domo sua. Est item Byzantium, Libyphœnicum regio in Africa: quam sic describit Plin. l. 5. c. 5. Libyphœnes appellantur, qui Byzantium incolunt.

*BYZERES, apud Steph. populi sunt in Ponto. olim Chalybes, deinde Chaldei uocati. Plin. l. 6. c. 4. Buzeros uocat. Ab his portus quidam ponti, Buzericus appellatur Stephanus.

DE . LITTERA . C



LITTERA muta est, quæ ante n, sequente uocali in eadem syllaba ponitur, sed profertur sub uoce g, ob cognationem litterarum, ut Cnidius, Cneus. Transiit etiam per compositiones, & deriuationes in g, ut quadringenti, pro quadringenti. In s, ut Parco parsi. in x, Duco duxi. Noceo, noxa.

C A N T E A

- * **CABALAC**, Albanie in Asa opidum. Plin.
 * **CABALIS**, opidum Cabaliæ, regionis Asiæ. Cabalia autem Licie pars est.
 * **CABALES**, sunt Lycie populi.
CABALLVS, equus, [*Cavallo. Gal. Chemal. Hisp. Canallo.*] ἵππος, Lucil. l. 1. 2. Succussa or tetti, tardi q. caballi. Hinc Caballinus, a, um, ut Caballina caro. Pl. l. 28. cap. 20.
CABALLENVS, fons, ἱπποκλήνη, est in monte Helicone Bœotie, quæ Pegasus, in eo loco saxum feriens, aperuit. Vide Helicon.
 * **CABASSVS**, uel Cabessus, opidum Cappadocie, Honi.
 * **CABELLIO**, Narbonensis prouinciæ opidum. uulgo Cauaillon,
 * **CABERA**, Protei filia, quæ tres ex Vulcano filios genuit. Str.
 * **CABERON** Asiæ fluius, Plin.
 * **CABERII**, opidum Asiæ citerioris.
 * **CABVLINVM**, opidum Sequanorum.
CACABVS, uas æneum, in quo pulmentarium coquimus. Pl. lib. 2. c. 6. Paulus iurecon. Inter alienum, quod supra focum pender, & cacabum non multum interest. nam hoc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum calefit. Antiqui enim calidam & frigidam cenis adhibebant. Apicius, Capita porrorum elixa bis in cacabo nouo.
CACALIA, κακάλια, herba est, quæ & Leontice uocatur, in montibus fere nascens, folia ferens candida, & magna. Pl. l. 2. c. 12. & Dio. lib. 4. cap. 108.
CACATVRIO, [*Desiderare di cacare.*] χεζητιώ, cacare desidero. Mart. libro 11.
 * **CACEPHATON**, est durior sonus in oratione, ut O fortunatam, nam tam. ei contraria euphonia.
CACHINNO, aris, deponens, & Cachinno, as, neu. [*Ridere troppo. Gal. Rire à pleine gorge ou demesurément. Hisp. Rir demasadamente. dar carcajadas de risa.*] καγχάζω, immoderate rideo. Cic. 5. Verr. Ridere conuiuæ, cachinnari ipse Apronius. Dicitur & de alio quouis sono uehementiore. Attius: Sæua sonando crepitu clangentès cachinnati.
CACHINNATIO, [*Risofmoderato.*] καγχασμός, dissolutior risus. Cic. 4. Tusculan.
CACHINNVS, solutus risus, καγχασμός, a sono risus fictum uocabulum. Hinc Seneca præcipit, ut risus sit sine cachinno. Apud antiquos non de risu tantum dicitur, sed & de quouis alio sono uehementiore. Catul. Procedunt leuiterque sonant elangore cachinni.
CACHIA, Plinio libro 25. cap. 8. Herba alio nomine Bupthalmus. Vide supra.
CACIDI, inter celeberrimas Scytharum gentes, apud Pl.
 * **CACIRINI**, Siciliæ populi.
CACO, as, [*Cacare. Gal. Chier, aller à la selle. Hisp. Cagar.*] aluum exoner. Mar. Basse bibis uitro, carius ergo cacas. Cacatus, a, um, excrementis fœdatus. Catul. Annale Volusi. cacara charta.
CACOTOS, κάκτος, herba est teste Plin. libro 21. capit. 16. in sola Sicilia nascens. Athenæus eam esse credit, quæ Latinis Carduus uocatur.
CACVALVM, herba acinos ferens nigros. quæ a Latinis, quod strumis medeatur, ab effectu Strumum appellatur. Vide Plin. libro 27. cap. 7.
CACVLA, militis seruis, sustibus, clauisque ligneis armatus, ad tutelam dominorum: ἄνδ τῶν κέλων, a lignis. Plau. Vide caculam militarem.
CACVMEN, p. p. [*Cima, sommità. Gal. Sommet ou coupea de quelque ceste. Hisp. Cumbre ó altura.*] κορυφή, summitas cuiusque rei: ut Cacumina montium. Cacumina Arborum. Cæsar 7. bell. Gal. Ramorum delibratis atque præcutis cacuminibus, perpetuæ fossæ quinoss pedes altè ducebantur. Virg. 8. Aen. Dehinc summa cacumina linquunt. Cacuminare, acutum reddere, Ou. 3. Met. Summasque cacuminat aures. Hinc Cacuminatus, a, um, Pl. lib. 10. c. 25. Fastigio cacuminata.
CACVS, κάκος, filius Vulcani, qui Latium undique latrocinis, & incendijs infestabat. demum Herculis quoque ex Hispania, occiso Geryone, & redeuntis, & apud Euandri hospitantis boues noctu cauda traxit in antrū suum: quas cū mane deminutas cerneret Hercales, nec, quorsum errassent, scire posset, forte fortuna ad hoc an-

trum peruenit: sed cū uestigia oia foras uersa uideret, cū reliquis abiit. abeuntibus aut ceteris, oclusæ boues aliarū desiderio mugierunt. Hercules, audito mugitu, Caci fraudè cognouit, raptaq; claua iratus recurrit. sed Cacus spelunca fretus, in eadem se abscondit, clauis foribus ingenti saxo. quod Hercules uidens, ad motis cacumen tendit, & ad extremū deiecit filice. qui antri ori sūmo incumbebat, intrepide descendens, Cacus strangulauit, bouesque suas recepit. Virg. lib. 8. Sunt qui affirmant hunc Cacus Euandri fuisse seruum, qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio & incendio uastauerit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ouidius fabularum illum tricipitem fuisse, cum inquit. Menalio iacuit fulus tria tpa ramo, Cacus. Veritas tñ secundū philologos, & historicos hoc habet, hunc fuisse Euandri nequissimū seruum, ac furē. Ignem autē diæus est uomere quod agros igne populabatur. Hunc foror suæ eiusdem nominis prodidit. Vide et sacrū meruit, in quo ei p uirginis ueste sacrificabat. Hæc Seruius enarrās eū Vir. locum l. Ae. 8. Hic spelunca fuit uasto sumnota recessu, Semihominis Caci.

CADAVER, p. p. [*Corpo morto. Gal. Un corps mort, charougue. Hisp. Cuerpe de animal muerto.*] τὸ νεκρὸν, ἢ ὁ νεκρὸς, corpus mortuum, a cadēdo, quod post mortem ceciderit. Cæsar 7. bel. Gal. Quid animi fore existimatis, si pene in ipsis cadaueribus prælio decertare cogētur? Transfertur & ad alia, ut etiam de opidis solo equatis quadoque dicatur. Sulp. Ciceroni: Tot opidorum cadauera proiecta iacent. Seruius a Carendo deducit. Cadauerofus, a, um, quod cadaueris similitudinem habet. Teren. in Hec.

* **CADDVSTI**, populi sunt Mediæ: prope Albanos, & Caspios.
CADISCVS, uasculum quo suffragia colliguntur, Græcè καδίσκος, de mina cadus, est etiam Cadiscus mons Crete. Pl. l. 4. c. 12.

CADIVVS, [*Caduto, & caduto.*] p. p. quod per se cecidit. Vnde cadina poma dicuntur, quæ non manu collecta, sed sua sponte in terram cecidere, & Cadua folia, quæ per se ex arboribus cadunt. Pl.

CADMITES, gemma quam carule interdum bullæ cingunt.
CADMEA, καδμεία, auctore Plutarcho i uita Pelopide, arx fuit Thebanæ: licet nonnumquam pro ipsa sumatur urbe. Hinc Cadmeus, a, um, id est quod Thebanus: & Cadmea uictoria, hoc est Thebanorū uictoria, quæ prouerbij uim habet. quoties significare uoluntus, tam magno cōstitisse uictorijs, ut non ita multum interfit inter uictoris sortē, & uicti. Stephanus auctor est, ipsam etiam Carthaginem, olim Cadmeam fuisse appellatam.

CADMEIS, idis, p. p. καδμείδης, regio est Achaie, e regione Eubœe sita, quæ postea dicta est Bœotia. Thucyd. belli Pelop. l. 1.

CADMI, καδμεία, corpus est metallicum, cuius duo sunt genera: alterum, quod in riuis, & montibus reperitur earū regionum, in quibus aris sunt metalla: idq. Cadmiam lapidosam uocat Gale. l. 9. Simpl. Nā reuera nihil aliud est, quā pyrites erosus, ex quo excoquitur æs. Atque hoc quidē cadmiæ genus est Plinio cognitū fuit lib. 3. c. 1. Item c. 10. eiusdem libri. Alterum est genus cadmiæ, quod in rarijs officinis inuenitur, idque rursus duplex. Nam quod ex fuligine, siue failla, quæ ex fornace perpetuo egeritur, sensim colligitur, altioribus ædium partibus, in quibus æs excoquitur, adhærescit, Botrytis appellatur, quod uel quendam imaginem representet. Alterum in fornacibus ipsis inuenitur supra diphryges, crustæ similitudine, unde & Placitum appellauere.

CADMVVS, καδμῶς, Agenoris Phœnicum regis filius, qui a patre missus ad quærendā Europam sororem, in usq; sine ea non reuertens, desperato reditu, Thebas in Bœotia cōdidit. Ab huius noie ipse etiam Thebæ Cadmeæ dicuntur, a Cadmo conditore. Propert. Cum tibi Cadmeæ dicuntur, Pontice, Thebæ. Postea autem a Zetho, & Amphione regno pulsus, ad Illyricos sese contulit, ubi deorum miseratione, & ipse, & uxor in serpentes mutati sunt. Filias habuit Semelem, Agauem, Ino, & Autonoen. Ferunt Cadmū decem & sex litteras e Phœnicia in Græciam detulisse, α β γ δ ε κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. His Palamedes Troiano bello quattuor adiecisse ζ θ ο χ. Et totidem post eum Simenidē Melitū, ξ η ι κ. Ait quoque Cadmum historiā inuenisse, & primum profaicam orōnem instituisse. Paulo iunior fuit Orpheo. Hæc Suidas. Appuleius uero hoc adscripsit Pherecydi: Fertur item inuenisse aurum metalla, atque cōstiturā. Hinc fit Cadmeus, a, um, per quattuor syllabas, ut Aemon Cadmeus. Stat. Theb. 8. Leuius Cadmeus Aemon tela rotat. Itē Cadmeus, a, um, per tres syllabas, & p. p. Sta. 8. The. Pudeat Cadmea iuuentus. Item Cadmeis, idis, fem. gen. patronymicum a Cadmo. Oui. 4. Met. Aequore distinguunt summis Cadmeides alis. Est & Cadmus mons qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluius fluit. Str. l. 12. & Pl. l. 5. c. 26.

CADO, is, [*Cadere. Gal. Cheoir, tomber. Hisp. Caer, morir y acoteser.*] κίω, cecidi, casum, proprie significat corruere, uel labi. Cic. i Ora. Si semel constiterit, numquā cadet. ponitur cum datiuo. Plau. in Men. Tum dentes mihi cadebant primulum. Cum ab. Plin. libro 16. cap. 18. Impingi putes aliquas, aut rursus ab alio cadere. Cic. per aduerbium dixit: Alte enim cadere non potest. Cum De. Ci. de Fato. Si Daphitæ fatū fuit de equo cadere. Cum Ex. Pl. lib. 17.

cap. 20. Sponte cadunt ex arbore. Translate dixit Ter. in Ad. Homini illico lacrymæ cadunt. Virg. ecl. 1. Maioreſq. cadunt altis de montibus umbræ. Idem: Cadit & Ripheus iuſtiſſimus unus, pro moritur. Item Cadere commodè, oportuè, pro euenire, contingere. Cadere in ſuſpicionem, in cogitationem, in deliberationem, in offenſionem, pro uenire. Cadere cauſa, uel a cauſa: pro amittere litem. Cadere formula, pro rem ipſam per formulas nõ rectè explicare. Cadere animum, cadere oculos, uultus, uerba, pro frangi, debilitari, opprimi. Cicero in Orat. Verba melius in ſyllabas longiores cadunt, pro deſinunt, Idem ad Att. Cadendum in unius poteſtatem. Hinc res nobis feliciter cadere dicuntur. Cic. ad Att. Nihil mihi feliciter cadere potuit. accido, decido, excido, intercido, incido, occido, concido, procido, recido, & ſuccido ſuis locis.

CADUCEATORES, κηρύκεις, dicuntur legati pacem petentes: a caduceo, quod nãu geſtabat. Cato: Caduceatori nemo homo nocet. Liu. 6. Bell. Pun. Haſtrubal caduceatorem miſit.

CADUCEVM, κηρύκειον, Mercurij uirga fuiſſe fertur, qua ille ad diſſidia & diſcordias tollendas utebatur, a cadendo diſta, quod contentiones & bella cadere faciat, nam quemadmodum per Fetiales bella indicebantur, ita per Caduceatores ſinebantur. Caduceum Aegyptij in ſpeciem duorum draconum maris & femine figurauerunt, qui parte media ſui uolumentis, nodo, quem Herculeum uocant, ſibi alligantur, primisq. partibus, reflexi in modum circuli oſcula iungunt.

CADUCIFER, nomen quo Mercurius uocatus eſt. Cum enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ ſeplichordem ad Atlãtium numerum inſtituiſſet, quod Maia mater eius ex illarũ numero eſſet, ac nõ multo poſt deprehenſus fuiſſet ab Apolline boues ſuas abigere, quo facilis ueniam ab eo impetret, Apollini traditur conſeſſiſſe, ut lyram a ſe primo inuentam prædicaret. Quã obrem Apollinẽ ferunt uirgam quãdam Mercurio dedicari. Quã cum manu tenens in Arcadiam proficiſceretur, inuẽtos ab eo fuiſſe dracones, duos ſimul ligatos & inter ſe inuicem pugnãtes: quo uiſo, uirgam interpoſuiſſe, & dicto citius prælium diremiſſe. Quare conſpecta, huiusmodi uirgam pacis gratia creditum eſſe cõſtitutam. Vnde factum eſt, ut legati pacis Caduceatores diſcerent, poſtetiq. eius rei exemplo Mercurio uirgam deinceps duorum draconum ſimilitudine ubique effinxerint. Huius uirgæ poteſtatẽ deſcribit Virgil. Aeneid. 4. Tum uirgam capit, hac animas ille uocat Orco, &c.

CADUCITER, aduerbium antiquum, teſte Nonio, præcipitanter. Varro: Frigidis nimbos aqua iſta caduciter ruentes.

CADUCVS, a, um, [Caduco, mortale fragile. Gal. Caduque, corruptible, ruineux, allant endecadence. Hiſp. Debil, que ligeramente puede caer.] κάδυστος, non ſolum momentaneum ſignificat, quod facile cadit, ſed & id quod cadere facit. Vnde caducus morbus, quod correptum faciat cadere. Firmicus l. 7. Si luna in horoſcopo fuerit inuenta, ſtuſtos, lentos, fatuos, caducos efficiet. Quandoque caducus mortuus dicitur. Vir. lib. 6. Hinc multum fleui ad ſuperos, belloque caduci. Dardanidæ. Caduca, hereditas dicitur; cum heredes ceciderunt, hoc eſt, quã legitimam heredem non habet: & caducarij, qui huiusmodi hereditatem accipiunt. Caducum, quod ſub aliqua conditione legatum eſt. Iuu. Legatum omne capis, nec non & dulce caducum. Caduca auſpicia ueteres dicebant, cum aliqui in templo excidit, ueluti de manu uirgæ. Caducæ litteræ quæ obſcuriores ſunt, & uisum prope fugiunt. Plin. l. 13. c. 12.

* **CADURNI**, populi in Caria. Pl.

CADURCVM, tentorium, ſive culcitra, qua merces teguntur, a Cadurcis Galliæ populis, ut inquit Plinius, apud quos lini præſtãtia palam obtinet in culcitrũ. Iuuenalis: Inſitor hibernæ tegetis niueiq. cadurci. Sunt qui putent eſſe uela illa penſilia, quæ lecto obtenduntur: aut etiam tegmen quadratum, quale eſt illud, ſub quo & ſacroſanctam hoſtiam geſtari, & principes in ſolemniſſimis pompis uehi uidemus. Iuuenalis: Violato pœna cadurco.

* **CADURCI** Galliæ Aquitanizæ populi.

CADYS, [Barile, botte. Gal. Vne cacque. Hiſp. Vasya de uino.] κάδυστος, uas uinariũ, quo uinum conditur, ut uult Acron: cuius prima corripitur. Mart. In Vaticanis condita muſta cadis. Continet congios de gem, uel (ut alij uolunt) duodecim.

* **CADYSI** populi, inter mare Caſpium, & Pontum. Str.

* **CADYTI** urbs Syriæ maxima.

CÆCATVS, a, um, [Accecat,] cæcus factus. Cic. de Clar. Or. Rabida & celeritate cæcata oratio. Cæcatus uitij, Idem 4. Tuſc.

CÆCITAS, κηκία, uentus, qui ita flare dicitur ab Ariſtotele, non ut nubes propellat, ſed ut ad ſe uocet. Plin. l. 2. c. 47.

CÆCEIYA, genus ſerpentis cæci, unde nomen accepit uidetur. Col. lib. 7.

CÆCITAS, atis, [Eſſet cieco. Gal. Cécité, auenement. Hiſp. Ceguedad.] τυφλότης, tam ad corpus, quam ad animum refertur. Ci. de Haruſ. reſp. An tibi luminis obſeſſe cæcitas plus quam libidinis?

CÆCIGENVS, ni, [Nato cieco. Gal. Auengle ne. Hiſp. Nacido ciego.] τυφλογενής, qui cæcus natus eſt. Lucr. lib. 2.

CÆCO, as, [Accecare. Gal. Rendre ou faire auengle. Hiſp. Cegar a otro, hazer ciego.] τυφλῶ, cæcum facio. Cic. 8. Phil. Spes rapiendi cæcat animos eorum. Hinc Excæco, ualde cæco. Plinius: Si oculos attingat, excæcet.

CÆCVBVM, κρημβύον, Straboni, uinum generoſiſſimum ſic dictum a Cæcubis Campanizæ populis, apud quos naſcitur. Pl. l. 4. Mart. lib. 13. Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur Amyclis.

CÆCVIVS, demin. a cæcus. Eſt & nomen proprium filij Vulcani: cuius mater cum iuxta ignem ſederet, forte fortuna ſcintilla quædam in eiũdem gremium euolauit, ex qua mulier concepit, peperitq. filium, quem poſtea ob oculorum paruĩtatem, Cæculum uocauit, a quo Cæcilius ortos putant, quorũ familia Romæ nobiſſima fuit. Hic collecta multitudo poſtquam diu latrocinatus eſſet Prænẽtinam ciuitatem in montibus condidit, & cum ad ludos uicinos populos inuitaſſet, cœpit eos admonere, ut ſecum habitarent, & pro gloria iactare ſe filium Vulcani. quod cum illi non crederent: inuocato Vulcano ut ſe filium comprobaret, omnibus illius multitudinis chorus eſt flamma circumdatus. quo facto commoti omnes ſimul habitauerunt, & Vulcani filium eſſe crediderunt. Hæc Seruius in illud Vir. lib. Aen. 7. Nec Prænẽtinæ fundator deſiit urbis, &c.

CÆCVLTO, as, [Eſſet ſimile ad un cieco. Gal. Ne uoĩr pas fort cler, auoir les yeux comme es blouy. Hiſp. Contraher a algum ciego.] κάβυλλος, cæco ſimilis lum. Feſtus, Cæcultare, eſt cæcos imitari. Pla. Numnã mihi oculi cæcultant?

CÆCVM, uallum, in quo præcuti pali affixi herbis uel frondibus occultantur. Itẽ cæcum inteſtinum, quod inter ileon, & colon ſitum, paruò oblongoq. uentri ſimile eſt: cæcum appellatũ ab eo, quod ingreſſum exitũ aduerſum non acceperit, ſed hos tam uicinos habeat, ut plerumque in unum coire, & exitu carere uideatur.

CÆCVS, [Cieco. Gal. Auengle. Hiſp. Ciego.] τυφλός, oculorum uſu carens, quaſi oculis captus. Quandoque idem eſt quod inſidioſus, tacitus, qui uidere non poteſt. Col. lib. 1. Ex quibus ſæpe contrahuntur cæci morbi, quorum cauſas ne medici quidem perſpicere queunt. Cic. contra Rullum: Cur hoc eſt tam obſcurum, atque cæcum? Idem de Orat. Res cæcæ, & ab adſeſtus iudicio remotæ. Sic Virg. etiam uada cæca, & cæcos ſcopulos uocat, qui ita ſub aquis occultantur, ut oculos fallant. Transferretur etiam ad animũ: ut cum aliquem cæcum eſſe auaritia, furore, amore, aut odio dicimus. Cicero pro Sext. Roſc. Ipſos cæcos reddit cupiditas, atque auaritia. Sic dicimus Cæcam noctem, in qua non uidemus. Veſtigia quoque cæca dicuntur, quæ in obſcura, aut inſcognita uia uerſantur. Virgil. 6. Aeneid. Cæca regens filo ueſtigia. Item locus cæcus dicitur, in quo non uidemus. Cæcæ ſolæ, cæci aditus, qui ſunt obſæpti. Hinc cæcitas oculorum, tam animi, quam corporis orbitas.

CÆCVTIO, [Veder poco, eſſet bormio. Gal. Eſtre auengle ne uoĩr goute, ou ne uoĩr pas clair. Hiſp. Cegar, ò ceguejar.] κάβυλλος, paruim uideo, & cæcutiens, quaſi ſemicæcus. Varr. Vtrum oculi mihi cæcutiunt?

CÆDES, dis, [Vccisione] κόπος, mors ferro, aut alia ui illata, præſertim ab eo, qui occidere, aut ferire uolebat. Cic. in Bruto. Nã cum in ſilua Scantia facta cædes eſſet. Ou. 8. Met. Modo uulnera fratrum Ante oculos mihi ſunt, & tantæ cædis imago. Inde dicimus aliquẽ commiſſiſſe cædem.

CÆDITIÆ TABERNÆ, dictæ ſunt a Cæditio quodam, qui eas in uia Appia ædificauit.

CÆDO, is, cecidi, cæsum, uerbum actiuum, p. p. [Percutere. Cal. Fraper, conper, trencher, tuer. Hiſp. Herir ò matar a hierro.] κλάω, percutio, ferio, uerbero. Ter. And. Verberibus te cæsum in piſtrinum, Daue, dedam. Interdum, idem quod amputo uel abſcindo, Cic. 3. de Diu. Arborea ſimul cum Luna ſeneſcentes teſtitiue cædi. Et paullo poſt. Qui robur illud cecidit, dolauit, inſcripſit. Itẽ occido. Vir. 2. Ae. Cædunt uigiles. Ponitur qñque pro immolare, ut apud eundem: Cædunt binas de more bibentes. Item pro frangere, Ci. 3. Verr. Cædere ianuam ſaxis, inſtare ferro. Cædi teſtibus apud eũdem ad Q. fratrem, eſt teſtium multitudine urgeri, premi, conuinci. Huius cõpoſita ſunt, Abſcido, Concido, Circũcido, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Præcido, Recido, & Succido: quorum præ. produci. Ar Cedo ſine diſtincto, ceſſi præteritũ: & ſupinum ceſſum facit, multa q. ſignificat. Nam quandoque Cedere ſignificat abire, & locũ uictori dare, Ci. Cui quidẽ exercitus noſtri imperatores q. ceſſerunt. Quãdoque diſcedere, euitare atque ſubtrahere, Plau. Cedamus imbri. Hinc Cedere, iræ, dicimus dare locum iræ, & quaſi ab ira diſcedere. Cedere bonis, diſcedere a bonis, & quidquid noſtrũ erat, tradere creditoribus. Cedere iuri, diſcedere iure, ius quod habemus alteri tradere: quod & De iure cedere, dicimus. Cedere item, eſt in ius alicuius uenire: Ceditur mihi ea bona: id eſt, in ius meum ueniunt. Et cum accuſatio mediante

diante in Hieronymus super Matth. Ita fiebat, ut oblatio libero rum sub occasione templi & Dei in sacerdotum luca cederet. Rur sus cedere ponti pro dare, cedere manus uestras, meaq; accipite. Pro concedere, obsequi, non repugnare, Vir. 2. Aen. Cedo equidem, nec nate tibi comes ire reculo. Pro succedere, seu in sortem contingere. Idem. Cesserit Antonio si fors uictoria Turno. Pro incedere, Plau. in Aul. In hostem absolutus cedas. Inuenitur & ce do imperatium, nec habet aliam personam nisi tantum Cedite pluraliter. habetque primam correptam. Ter. in And. Cedo, cuius puerum apposuisti hic ante ianuam? Cic. in Cato. Cedo, qui uestrâ semp. ratam amissisti? id est dic. Ter. in Phor. posuit pro da. Quin tu mihi argētum cedo? Phor. Immo uxori tu cedo. Cedere diem, inquit Vlpianus, significat incipere debere pecuniam; sicut uenire diem, significat eum diem uenisse, quo pecunia peti possit. Cedere e uia, c t mori. Cic. de Cla. Orat. Hortensius e uita cessit. Hinc Abcedo, Ac cedo, Concedo, Decedo, Discedo, Excedo, Incedo, Intercedo, Præcedo, Procedo, Recedo, Retrocedo, Se cedo, & Succedo.

CAEDVA SILVA, [*selua da tagliare. Gal. Taillir. His. Bosque que se corta puedo cortar.*] κειζομαι ἢ ὄλλω, a cædendo dicta, quæ. I. religioſa non est, sed quoties opus est, ad ignis, uel ædificiorum usum cæditur. Plin. lib. 13. c. 4. Cædva palmarum siluæ. Contra incidua silua dicitur, quæ non cæditur. Eiusmodi erant luci religioſi, quos uiolare nefas erat, qualem describit Lucanus Pharsaliæ suæ lib. 3. Lucus erat longo numquam uiolatus ab æuo,

CAELAMEN, inis, [*Intaglio, γλαφὴς, cælatura. Ou. 13. Metam. Neque enim clypei cælamina nouit.*]

CAELATOR, oris, [*Intagliatore. Gal. Graueur ou estoffeur. His. El que labra de sinzel. sinzelar.*] γλαφῆς, Quin. lib. 2. cap. 4. Cælator cælum desiderat, & pictor penicilla, Argenti cælatores. Plin. lib. 34. c. 8.

CAELATYRA, [*Intaglio, Gal. Graueura ou estoffeure, mestier de grauer. His. Obra de sinzel è la arte de sinzelar.*] γλαφῆ, ars cælandi, aut ipsa scalptura & incisio, Plin. lib. 35. c. 12.

CAELEBS, [*Huomo, ouer donna non maritati. Gal. Qui n'est point marié, sans femme. His. Varon soltero è muger soltera.*] ἐραῖος, generis cõmunis, uir sine uxore, aut mulier sine marito uiuens. dictus cælebs (ut inquit Hieronymus) quod cælo dignam uitam agat, qui coitu carcat. Auguſt. Cælebs qui non habet uxorem, uel quæ nõ hêt maritum. qualia sunt numina in cælo, quæ absque coniuge sunt, si aga peras non attendamus. hi accipiunt cælibes non tam pro uxore carentibus, quam pro castis. & omni Venere abstinentib. Sed proprie dicitur cælebs, qui uxorem non habet, èt si concubinas habeat. nam cælebs & maritus contraria sunt. Mart. l. 12. Corripis sine ratione cælebs: Hoc est, corrumpis alienas uxores, cum ipse uiuas in cælibatu, nec habeas uxorem, quam illi uicissim possint corrumpere. Cic. de legibus: Cælibes esse prohibeto. Inde dicimus totum cælibem, & uitam cælibem, actam in cælibatu. Ouidi. Quæ si non fuerat, cælebs te uita deceret.

CAELISTRIS, ite, [*Celeste. Gal. Celeste, de l'air, du ciel, diuin. His. Celestial.*] ἐραῖος, diuus, diuinus, e cælo exiens. Virg. 1. Aen. Tantæ ne animis celestibus iræ? Liu. 4. ab urb. Siccitate eo anno plurimum laboratum est: nec celestes modo desierunt aquæ, sed terra quoque ingenito humore egens. Cælestes etiam substantiue dicimus pro cælitibus, & dijs superis, Cic. 6. Phil. Quid est, quod uoluntate cælestium dubitare possumus?

CAELISTINI, populi Vmbriæ sunt, qui a Plin. lib. 3. c. 14. in sexta Italia regione collocantur.

CAELIA, potus genus ex frugib. cõfecti: cuius meminit Plin. 12. c. 25.

CAELIBARIS HASTA, dicebatur, qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occisi iterisset, ut sicut illa coniuncta fuerat cum corpore gladiatoris, sic cum uirõ noua nupta esset copulata. Fest.

CAELIBATVS, us, ἐραῖων, pro uita, quæ agitur sine uxore. Sueto. Verum amissa uxore Lepida, duobusque ex ea liberis, mansit in cælibatu.

CAELICOLA, [*Habitator del Cielo, Dei. Gal. Celeste, qui habit è en ciel. His. Morador del Cielo.*] ἐραῖων, qui uel quæ cælum habitat. Virg. 2. Aen. Mesi cælicolæ uoluisse ducere uitam,

CAELIFER, ἐραῖος ὄρος. Atlantis epitheton est, quem poetæ ob insignem astrologiæ peritiam fixerunt sustinere cælum. Vir. 6. Aen.

CAELITES, cælium, p. c. [*Dei celesti. Gal. Celestes, habitans au Ciel. His. Los dioses è santos del cielo.*] ἐραῖοι, dij cælestes, qui cælum inhabitant. Cælum autem appellabant ueteres, illam mundi partem, quam nos æthera, siue æthereum mûdum uocamus: hoc est omne illud, quod est supra elementum ignis, unde Solem & Lunam, & ceteros planetas inter deos cælestes numerabant. Cic. 2. de Diu. Ego deum genus esse semper dixi, & dicam, cælitum. Legitur & apud Ouid. 5. de Ponto, singulare Cælite. Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti Vëstra procul positus cæmen in ora dedidi. Vbi uocat Augustum cælitem,

CAELITVS, p. c. [*Dal Cielo.*] ἐραῖος, aduerbiu, significat e cælo, sicut

Diuinitus, a Deo. Hiero. Tandem cælitus inspiratus.

CAELI VS, mons urbis Romæ ex septem: a Cælio Vibeno, nobilissimo duce Tuscis, dictus, quod pro Romulo aduersus Latinum regem cum auxiliariis uenerit: a quo Cælimontia, aut Cælimõtana porta. Hunc montem Tul. Hostil. urbi addidit, ibique ipse habitauit, quo frequentius habitaretur, ut inquit Lælius. Fuit & Cælii nomen patris Saturni.

CAELI VM, opidum Calabriae, non procul a Brundisio. Plin. lib. 3. capit. 11.

CAELI VS, orator acerrimo ingenio fuit, discipulus Ciceronis, de quo extat illud Quintiliani elogiu, Longiore illum uita, & meliore mente dignum fuisse. hic postea ab Atriatino quodam accusatus, quod cum Catilina conspirasset in perniciem reip. quodq; aurû a Clodia Clodii sorore extorsisset, eique uenenum propinasset, defensus est a Cicerone elegantissima illa oratione, quæ hodie quoque habetur in manibus.

CAELO, as, [*Scolpire, intagliare. Gal. Grauer ou estoffer. His. Labrar de buril è sinzel, sinzelar.*] γλαφῆς, sculpo, aliqui tamen scribunt sine diphthongo. Cic. 1. de Diu. Hanc speciem Praxiteles cælauit argento. Vir. Cælatq; in auro fortia facta uirum. A quo Cælata uasa dicitur, quæ ueteres Ancæsa uocabant, quod circumcidendo fiant, & Cælum ipsum instrumentum, quo quippiam cælatur.

* **CAELI VS**, Thraciæ portus, ut ait Plin.

CAELVM, [*Scalpellò. Gal. Burin ou autre instrument à grauer. His. Sinzel, è buril.*] γλαφῆς, instrumentum quo utuntur argentarij, dum uasa sculpunt, aut quo scalptores, aut statuarij utuntur in ligneis, aut lapideis simulacris scalpendis. Vnde est illud. Cælo fabricata Myronis. Cælum item uno nomine dicitur tota illa mundi pars, quæ est supra elementum ignis, quam philosophi Aethera appellant: ita dictum a cælando, hoc est, occultando, quod inferiora omnia cælet, & tegat: siue a stellarum imagine, quæ in eo quodammodo cælata apparent. Ambr. li. Hexam. Cælu, quod impressa stellarum lumina habeat, quasi Cælatu appellatur: sicut argentum quod signis eminentib. refulget, cælatum dicimus. Varro Cælum, quasi κελῶν, hoc est cauum, dictu putat: & sic per æ diphthongum scribendum uideretur. Cic. pro Pompeio: Pompeium omnines, sicut aliquæ non ex hac urbe missum, sed de cælo lapsum in tuetur. In cælo esse metaphoricis dicitur, pro eo quod est, numeris omnibus felicem esse, & summis laudibus celebrari. Item in cælum ferre, uel tollere, est summis honoribus afficere. Cic. Att. lib. 3. Salamini nos in cælum decretis suis sustulerunt. De cælo detrahere, est de summo honoris gradu deturbare. Cic. 6. Philip. Collegam de cælo detraxisti. Philosophi decem cælos esse dicebant, quorum septem a planetis appellauerunt: octauum, siderum, seu stellatum: nonum uero, cum nescirent cuius condicionis esset, uocauerunt cælum aqueum, crystallinum uel, non a frigiditate, sed transparentia: quod per illud sidera appareat & pellucant. Decimum locum sibi uindicat cælum illud, quod ultimum philosophi putantes Primum mobile uocauerunt. Vnde decimum Cælu beatorum sedes ab Ethnicis philosophis ignoratu: quod idcirco Theologi. Empyreum uocauerunt, non quod colore, sed splendore, & claritate ceteris antecellat. Sunt igitur undecim cæli. scilicet cælum empyreu, primum mobile, cælu crystallinum, cælum stellatum, cælum Saturni, cælum Iouis, cælum Martis, cælum Solis, cælum Venæris, cælum Mercurij, & cælu Lunæ. Hæc fusius tractantur in lib. de cælo ab Aristotele. Ci. 4. Tusc. Cælum hoc, in quo nubes, imbres, uentiq; coguntur, quod & humidum, & caliginosum est propter exhalationes terræ. De cælo ici, est fulmine efflari. Cic. li. 2. de Diu. Summanus de cælo ictus. De cælo seruare, est, cæli statu obseruato, auspicia nunciare. Auspicia enim non nisi sereno cælo, rata erant. contra fulmine, aut pluuia turbabantur. Cic. in Vatin. Quod eo die scires de cælo esse seruatum. Plin. 11. c. 37. Cælum capitis, cranium uidetur appellasse, eo quod caput totum eo tegatur, ut inferiora hæc cælo. Hoc (inquit) est uiscerum excelssimû: proximumque cælo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus, Interdum Cælum sumitur pro aere. Vir. Vbi Seru. Cælid est aeris. Lucr. In hoc cælo, qui dicitur Aer. Plin. l. 2. Et hoc cælum appellauerunt maiores, quod alio nomine Aera. Hinc grandines sunt, & pruinæ, imbres, procellæ, turbines uentorum.

CAEMENTARIJ, [*Muratori.*] cementorum, hoc est, ædificiorum, quæ ex lapidibus sunt, structores, quos fabros murarios appellant.

CAEMENTI VS, a, um, ex cæmento, ut parietes cæmentitij. Vitru. l. 2. c. 8. Parietibus cæmentitij altitudines exstructæ,

CAEMENTVN, χάλυξ, a cædo, ut quidam putant. Sunt enim cæmentum, omnis rudiõ materia, qua ædificia consurgunt, quales sunt rudes lapides nulla arte ad ædificium accomodati, aut politis, sed quales inueniuntur temere congesti. Fodinas quoque rustici Cæpaniæ Cæmentarias appellant, Liu. Cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto. Aliquando ponitur pro ipso opere: id est ædificio, quod structo lapide erigitur, Plin. Pallidus lapis in cæmento raro utilis.

CAENE,

CAENE, κεννη, Ptolemæo, sinus Laconici opidum non procul a Tænarō promontorio. Hinc Cænites portus apud Plin. lib. 4. & Cæneus Iuppiter. Ou. Cæne item parua quædam insula in mari Siculo, in Africam uersa. Pl. l. 3. c. 8.

CAENEVS, Elaci filius, primum puella, tum in uirum mutata, Virg. 6. Ou. 2. Metam.

* **CAENICA**, Thraciæ regio.

* **CAENINA**, inter Latii opida uumerat Plin.

* **CAENITES**, Achaicæ portus.

* **CAENIS**, Italiæ promontorium, quod Pelorum habet aduersum, in Sicilia.

CAPE, gen. & indeclinabile, [Cepolla. Gal. Oignon. Hi. Cebolla.] *κράμη* *μυρια* capitis magnitudine dicitur. Plin. 19. cap. 6. Ergo omnibus annis separatim semen cape caussa feritur. Dicit, & Cepa, cæpæ. Ou. 4. Fast. Cædenda est horis eruta cæpa meis. Inuenitur etiam secundum Prisc. Cæpitium, a, um, & Cæpitium substantiuum, pro genere cæparum. Cæparū plura sunt genera, nobilissima, Afcalonæ, ab Afcalone opido Iudææ. Nam, ut refert Str. lib. 16. Afcalonensium regio præcipue fert cæpas. Col. Pompeiam, uel Afcaloniam cæpa eligito. Cæpa oculos mordet: unde a Græcis nomē impositum *κρόμμυς*, quasi pupillam oculi cōprimi cogeret, sicut scribit Arif. in Problem. ideo Lacrymulo dicitur a Columiella.

CAEPVLA, deminutiuum a cæpa. Pallad. Hoc mense a cæpas feris.

CAERE, χερών Stephano, neutro genere, & indeclinabile, urbis insignis nomen in Etruria, quæ olim regionis totius caput fuit. Hanc quondam Agyllā nominatam, & a Pelasgis e Thessalia profectis conditā ferunt. Deinde uero Lydis quos postea Tyrchenos nominauerunt, aduersus Agyllinos bellū gerentibus, cum quidā mirū subiens, urbis eius nomē percūctatus fuisset, eique a Thessalo quodā de muro *χέρης*, responsum esset, eo ueluti omine a Tuscis accepto, captam postea urbē, mutato priori nomine, Cærē uocauerunt. Verū tam splendidæ, tamq. gloriosæ ciuitatis, Str. lib. 5. asserit uix ulla sua ætate existisse uestigia: & solo uicinorū balnearū nomine, quæ Cæretana dicebatur, fuisse celebratā. Festus: Cærimoniæ causam aliqui ab opido Cære dictam existimant. Declinatur & Cæres itis, p. obliquorum cor. Virg. Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnē. Legitur & ablatiuus Cærete, p. pro. tamquam a nominatiuo Cæres etis. Virg. 10. Aen. Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis. Quæquam non desunt, qui Cærete ibi adiectiuum esse contendat. Ab hoc opido Cærites tabule appellatæ sunt, in quas Censores referri iuebant, quos notæ causæ suffragiis priuabant. nō urbe a Gallis capta, cum Cæretani eos, qui una cum sacris, æternoque Vestæ igne ad se profugerant, comiter hospitio suscepissent, Romani deinde restituta in statum meliore urbe satis malignam illis gratiam retulerunt. nā ciuitate quidem eos donauerunt, suffragi autem ius eis non concesserūt. hinc factum est, ut cum aliquos ignominia & contumelia dignū uolumus significare, Cærete cera eum dignum esse dicamus.

CAERIMONIAE, περ. c. [Cerimoniae. Gal. Cerimonies. Hisp. Las ceremonias.] *ἑρμονία*, *τελετή*, uel ab opido Cære, uel a carendo dicitur sunt. nam urbe a Gallis capta, cū Vestales uirgines simulacra deorū ex hostib. erepta transfuderēt. in opidum Cære potissimū conuenere, ubi benigne fuerunt hospitio susceptæ, donec a Gallis ciuitas per Camillum liberata fuit. In cuius beneficii memoriā Romani præstituerunt, ut omnis diuinus cultus Cerimonie, a Cære diceret. Li. lib. 5. scribit, L. Albinum de plebe uirum, uirgines sacerdotas, sacraque plautro Cære inuexisse, unde cærimoniis sit enatum nomen. Macr. lib. 2. c. 3. innuit Cærimonia a carendo dictas. Seruius Sulpicius (inquit) Religionem esse dictam tradidit, quæ propter sanctitatem aliquam remota & seposita a nobis sit, quasi a relinquendo dicta, ut a carendo Cærimonia. In quo exemplo illud notandum est, dici etiam Cærimonia in singulari. Cæf. 7. bel. Gal. Quod more eorum grauissima cærimonia continetur.

CAERETVM, Vmbriæ opidum inter Spolētum ac Nursiam, a quo Cæretani appellantur, totum orbem uano quodam ac turpi superstitionis genere ludificantes.

CAERULEVS, a, um, [Verdiccio. Gal. De couleur bleue comme le ciel. Hi. Color uerde d'azul escuro.] *κυανæος*, quod cæli puri, & nubibus uacui colorē imitatur: quasi cæruleus. unde & mare, quod a cælo colorem suum accipit, proprie Cæruleum dicimus. Vir. 12. Aen. Quæ cæruleo sunt numina ponto. Sic etiam Cic. lib. 1. de Nat. Deo. Neptunū oculos dixit esse cæruleos, ad mariis colorem respiciens.

CAERULEVM, arenæ genus est, quæ in auri atque argenti metallis nascitur ad pictorum usus. Plin. l. 34. c. 12. & 13.

CAERVLVS, a, um, [Verdiccio.] p. c. *παλαεινός*, Cæruleus. Cat. Cærulea uerentes abiegns equora palmis. & apud Vir. l. 10. Aen. Freta cærulea. Cæruleum sibi, seu potius in plur. num. Cærulea, pro mari accipitur apud poetas, Virg. 3. Aen. Cærulea uerrunt.

CAESA, que & Incisa uocantur, sunt particule orationis, quæ Græci *κωμματα* uocant, differuntq. a membris, quæ Græci dicunt *κῶλα*. membrum enim est pars pericli ex pluribus uerbis absolute ali-

quid significas, hoc modo. Et si uereor iudices, ne turpe sit, p. fortissimo uiro dicere incipientem timere. Cæsum aut pars orationis est, ex duobus aut pluribus uerbis, nondum quidquam absolute significans, hoc modo: Et si uereor iudices, ue turpe sit. Cæsa oratio dicitur, cum non efficiuntur membra ex conuentione uerborum, sed singula uerba aliquid significantia proferuntur, hoc modo: Quis est ille Gellius armiger Catilinæ, itipator tui corporis, concicator tabernariorum, latrator fori. Veteres etiam cæsa uocabant, quæ postea gæsa dicta sunt, quæ erant tela Gallis pecularia, sicuti Romanis pila, & Macedonibus sarissæ. Varro. Qui gladijs ciucti sine scutis, cum binis cæsis essent.

CAESAR, κησαρ, cognomen Iuliorum est, ille enim, qui prius Cæsar nomine adeptus est, ab eo dictus fertur, quod cæso maris utero fuerit natus: uel ab elephanto in pugna occiso, qui lingua Maurorū Cæsar appellatur: uel quod oculis cæsis, hoc est, glaucis fuerit: uel a cæsarie, cum qua natus proditur Iulius autem Cæsar, qui prius dictaturam perpetuam inuasit, omnem Galliam, quæ a saltu Pyrenæo, alpibusq. & monte Gebenna, fluminibusque Rhodano & Rheno continetur, nouem annis in prouinciam formam rededit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorū ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus. aggressus est & Britannos, ignotos antea, superatisq. pecunias & obliues imperauit. deinde cum obtinere non potuisset, ut sui absentis in consularibus comitiis ratio haberetur, arma in patriam conuertit: Pompeioq. Italia pulso, in Hispaniam transgressus, ualidissimas Pompeioq. copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, superauit. Pompeium in campis Pharsalicis fudit, Ptolemæum in Aegypto subegit. In Africa deuicit Scipionem, & Iubā. In Hispania liberos Pompeij. Triumphauit quinque, primū de Gallia, postea de Alexandria, deinde de Ponto, de Africa, & de Hispania. Liberalissimus fuit omnium, & maxime post hos triumphos. de quibus Suet.

CAESAREA, p. *κασαρεία* Stephano, urbs Palaestina in litore maris magni, quæ turris Stratonis uocabatur: sed postea ab Herode in honorem Cæsaris nobilior ædificata, Cæsarea est appellata. Altera Cæsarea Philippi, a Philippo Herodis filio in honore Cæsaris ad radices montis Libani ædificata. Tertia Cappadociæ, sic a Tibertio nominata, cum ante Maza diceretur. Euseb. Quarta Mauritanicæ, nobili portu insignis, ante Iol uocitata. Str. l. 17.

CAESARAVGUSTA, [Sataragozza.] *κασαρωγύστα*, urbs Hispaniæ Tarraconensis: quam Strabo Augustam Cæsaream nominat: antea Numantia dicta, teste Pomponio. Vulgus Hispanorum Sargossam uocat.

CAESAREVS, a, um, ut domus Cæsarea, Ouid. 1. Trist. Eleg. 1. Vultus Cæsarei. idem 2. Pon. el. 8. Et Cæsarianus, a, um, Cic. ad Attic. libro 16.

CAESARIES, rici, [Chima. Gal. Pernquo. Hisp. Cabelladura.] coma, *κασα* crebra cæsiōne: ideoque proprie uirorum est. Plaut. in Milo. Cæsaries promissa, id est longa. Li. lib. 28. Vnde Cæsariati, comati. Pla. in Mil.

CAESARIENSES, Ioniæ populi, in Ephesiorum conuentu. Plin. lib. 5. cap. 29.

CAESARIVM, Aegypti emporium est, & secessus quidam. Strabo. libro 17.

CAESARIBITENSES, Lusitanæ Hispaniæ populi. Plin. libro 4. capit. 22.

CAESENA, urbs Flaminie prouinciæ: quod exiguo amne cæsa, id est, diuisa sit: uel quod ager eius duobus fluminibus, Sapi, & Rubicone diuisus.

CAESENATES, dicti sunt, Cæsenam habitantes, & Cæsenatia uina.

CAESIM, [Aπερζος, à minuto. Gal. Par membres. Hisp. Cortando, d' chuchilla das, de miembro en miembro] significat cædendo, siue per incisionem gladij: ut Punctum pungendo. Li. lib. 22. Hispano punctum magis, quam cæsum assuetu petere hostem. Col. lib. 5. Maior pars operis ductum potius, quam cæsum faciendā. id est, cum maturitate potius, quam impetu.

CAESITVM, tij, linteolum erat purum & candidum: dictum quod oras circumcisas haberet. Plautus in Epid. Linteolum cæsitium. Ex Nonio.

CAESTO, onis, [Tagliatura.] incisio. Col. lib. 4. c. 33.

CAESIUS COLOR, *γλαυκὸν χεῖμα*, oculorum proprius est, quem & Felineum, a felium oculis nonnulli appellauerunt. Est autē hic color subuiridis, igneo quodam splendore intermicans, qualē in leonis oculis potissimum conspicimus. Cic. 1. de Nat. De. Cæsius oculos Mineræ, cæruleos Neptuni.

CAESONES, qui cæso matris utero nati sunt. Plin. lib. 7. ca. 9.

CAESPES, [Cespitè, cespuglio. Gal. Morte de terre, gl' d' blette de terre herbe. Hisp. Césped, tierra cō rayes.] *βάλος*. g. m. a cædo, & significat terram cum herba auulsam. Virg. 1. Eclo. Pauperis, et tuguri congestum cespitè culmen. Ex cespitè agger castrensis fit. Luca. l. 1. Et subitus rapti munimine cæspitè agger Præbet securos intra tecto

- ria somnos. Docet Veget. lib. 3. qua altitudine, ac latitudine cæspes circumcidi debeat.
- CÆSPITICIVS**, a, um, ex cæspitibus, unde tribunal cæspiticium suggestum ex cæspitibus factum. Flavius Vopiscus: Concurtus ad cæspiticium tribunal. Aræ cæspitiæ, ex cæspite congelectæ. Iulias Capit.
- CÆSPITIOS**, as, [Scaburciare, Gal. Broncher, trebucher. Hisp. Tropezar andand.] pænit. corre. παρασπον Caδίζω, pede aliquid percutio, quo quasi ruerē cogar: ut sit cæspitare, quasi ad cæspitem offendere. Vnde Cæspitatores equi, qui sæpe in cæspitem uel lapidem impingunt.
- CÆSTRVM**, instrumentum, quo ebur cauatur. Pl. l. 35. c. 11.
- CÆSVIÆ**, a, uetustissimis dicti sunt, qui cæsijs sunt oculis. Feft.
- CÆSVRÆ**, æ, [Taglio, Gal. Coupe, saillade, incision. Hisp. Cortadura. [δία κρη] proprie incisura. Pl. l. 17. Tempestiuam habet cæsuræ. Cæsuræ item in carmine dicitur, cum in medio uersu uox pronuntiatis quasi inciditur, pedis alicuius principio finem dictionis terminant. Hæc quadrariam diuiditur, alia Penthemimeris dicitur, siue femiquinaria alia Hephthemimeris siue semiseptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica. Penthemimeris est cū post duos primos pedes superans syllaba inuenitur, quæ dictione terminet: ut, Arma, uirumq. cano, & Italiam fatō: habet enim ex quinque dimidium. Hephthemimeris, est cum post tres pedes similiter syllaba dictionem terminans inuenitur: ut, Arma, uirumq. cano Troie. Cōtinet enim septenarij medietatem. Trochaica est, cum post duos pedes trocheus partem orationis perficit: ut, Nil nostri miserere, Bucolica, cum post quattuor pedes syllaba superat in partē orationis desinens, & inuenitur trocheus partem orationis terminans: ut, Omnia uiuunt amor, & nos cedamus amori.
- CÆSVRATIM**, [Breuemente. Gal. Succintement, briuement. Hisp. Cortado briuemente.] ζωτόμω, breuiter, per cæsuræ commata. utitur hæc uoce Sidonius in epistola ad Claudianum.
- CÆSTVS**, us, γυμν, genus clauæ, pilas plumbeas loris bubulis appendens habens, quo Daretem, & Entellum pugnaſſe legitur, a cædendo dictū. Vir. l. 5. Seu crudo fudit pugnam cōmittere cæstu. Cæstus uero cæsti, sine diphthongo sumitur pro cingulo, & zona illa uirginea, quam maritus prima nocte dissoluebat, & est fe. g. quam uis & mal. reperiatur a uariis punctis sic dicta, κεντή, enim pungerē est, & picturare. unde cingulum illud Veneris, quo ipsa Martē, & Iuno Iouem cōcilabant, a poetis cæstus, κεντός, dicitur. Mar. Ut Martis reuocetur amor summiq. tonantis, A te Iuno petit cæston, & ipsa Venus. Sed & lorum, aut opus interpretantur, ac uerbum, commune ornamentum feminarium, ceston Græci uocāt. Proinde Celsus Africanus, contra quem scripsit Orige 24. libros edidit, quos a rerum uarietate κεντός, appellauit. Hinc cæstus: & cestillus deminutiuum. De Veneris cestio uide multa apud Hom. l. 14. & eius interpretem Eustathium.
- CÆSVS**, a, um, Ci. pro Cluen. Hostia cæsa.
- CÆTERA**, ceterum, [Altro. Gal. L'autre la reste. Hisp. Lo restante.] absque recto masculino in singulari numero uſitato, ex Græco κτλ ἑτερος, id est, & alius. Ter. in Hec. Quam fortunatus ceteris sum rebus. Cic. 4. Aca. Cetera series deinde sequetur. Idem 6. Verr. Argentum illi ceterum purſi appoſuerat. Cetera doctus, figurata locutio, deriuata a Græcis, qui κατὰ πρόπωσηtionem frequenter ſubaudiunt, Cic. 1. de Nat. Deo. Non solum poeta ſuauiſ, uerū etiam cetera doctus, sapiensque traditur. Nominatiuo ſingulari Ceterus in m. g. uſus est Cato de re ru. c. 22. Vbi sic habet: Ceterus ornatus domi emptus est.
- CÆTERO**, [Dipoi, ad altro tempo. Gal. Au reſte, au demeurant. Hisp. Allen de de heſto.] aduerb. Plin. libro 10. cap. 58. Palumbes ſeniua incubat post meridiana in matutinum, cetero mas, hoc est, quod reliquum est temporis. Ceteroquin pro alioquin, Cicero de Orato. Quem, niſi quod ſolum ceteroquin recte quidem uocant Atticum.
- CÆTERVM**, [Ma quanto al reſto. Gal. Toutesfois, ne aut moins. Hisp. Mas.] μεντοι, coniunctio, siue aduerbium, pro ſed. Pla. Pœ. Ceterum ualete. Cetera etiam, quandoque aduerbialiter, capitur pro deinceps. Vir. 9. Aene. Cetera parçe puer bello. Curt. Cetera opinam prædam fore.
- CÆTOBRIX**, Lusitanæ urbs, alio nomine Cezimbria. Ptol. lib. 2. capit. 5.
- CAIANVS**, a, um. Stra. lib. 4. Sil. Emptum plus minus aſſe Caiano.
- CAICVS**, fluius Myſiæ, in Theutrania naſcens, & per campum ſui nominis in Elaticum ſinum deſluens. Virgil. 4. Georg. Myſusque Caicus.
- CAIETA**, nomen mulieris Troianæ, quam alij Aenæ, alij Aſcanij, alij Creuſæ nutricem faciunt. hanc Aenæ ab inferis ieuertſus facto ceſſiſſe inueniens, eam non longe a Baiano ſinu ſepeliſt: ibiq. & urbem condidit, quam una cum adiacētī portu Caietā dixit. Vir. lib. 7. Tu quoque litoribus noſtris Aeneia nutrix Aeternam moriens famam Caieta dediſti. Strabo autem lib. 5. Caietam a ſinus
- curuitate appellatam exiſtimat, Laconum idiomate, qui curua omnia ita ſolent nominare.
- * **CAINAS**, Indiæ fluius nauigabilis ad Brachmanas.
- CAIVS**, Caius, prænomen a parentum gaudio ſumptum. Et eſt diſtictio diſſyllaba, niſi per diereſim ex i, cōſonante facias uocalē, ut apud Mart. Peruigil in pluma Caius ecce iacet. Profertur per G, & notatur per C, quæ inuerſa J, mulierem Caiam declarat, Quintiliano auctore l. 1. c. 12. Cic. pro Mur. Putarunt omnes mulieres quæ coemptionem facerent, Caias uocari. apud priſcos autem pro doniō ponebatur, ſicut & Caia, γαία, pro domina. Vide Plutarchum.
- CALA**, [Baſtone,] teſte Seruio, a maioribus dicebantur fuſtes, quos potabant ſerui ſequentes dominos ad prælium, unde etiam calones dicebantur. nam conſuetudo erat militis Romani, ut ipſe ſibi arma portaret, & uallum: uallum autem dicebant, Calas. Lucil. Scinde calam ut caleas. id eſt, ſcinde lignum, & focum accende, ut caleſias.
- CALABRA**, curia, Romæ erat proxima caſa Romuli, a calādo, id eſt, uocata diſta, quod ibi ante faſtorum cognitionem pontifex cōuocata plebe pronunciabat, quot dies inter kalendas & nonas intercederent. Hinc curia ipſa, teſte Macr. lib. 1. c. 15. Calabria diſta eſt, quod in ipſam populus calaretur.
- CALABRIA**, præ. cor. [Calawria,] καλαβρία, extrema Italiæ regio eſt præniſulæ formam referens, cuius Iſthmus ex unius dei uia, quæ a Tarento Brundiſium ducit, alijs nominibus Meſſapia, & Salentina, & Peucetia diſta eſt teſte Strab. lib. 9. & Plin. lib. 3. c. 11. Opida eius præcipua ſunt Brundiſium, & Hydrus totius Italiæ extremum, Hor. 1. Car. Ode 31. Non æſtuofæ grata Calabriæ Armenta. Inde Calaber, ri, Calabrum incolens. Et Calaber, a, um, Ouid. lib. 3. de Ar. Ennius emeruit Calabris in montibus hortos. Dicitur δαδ τῆ καλδς, κλδ βριθω, quod ſit regio in primis fertilis. Hinc Calabri populi &
- CALABRICVS**, a, um, ut Calabrica olea. Col. lib. 12. c. 49.
- CALAGVRITANI**, Hiſpaniæ citerioris populi: quorum opidum Calagurium dictum eſt.
- CALAYS**, Boreæ ex Orithya coniuge filius, alatus, qui una cū Zethe fratre, ſimiliter alato cū Argonautis Colchos profectus eſt. Quam in expeditione, cum a Phineo rege humaniter eſſent accepti, Harpyas, quæ regnum illius infeſtabant, perfequi conſtituerūt: quas cum & alarum auxilio, & ſagittarum pericia in Ploras uſque inſulas fugaffent; ab Iride admoniti ſunt, ne Iouis canes ulterius perfequerent. Ij itaque retrorſum cōuerſi, duabus illis inſulis, in quib. Harpyas reliquerunt, a conuerſione ſua Strophadas, appellauerūt, cum antea Plotæ dicerētur. Postremo ab Hercule occiſi dicunt, & in uentos commutati, qui Caniculæ exortū dies ſere oſto præcedunt, unde κενδρωμοι, id eſt præcurrentes appellantur. Eſt etiā Calais gemma ſaphiro ſimilis, candidior tamen, & litoroſo mari ſimilis. Hanc plerique eandem eſſe exiſtimant cum Augite,
- CALAMARIVM**, [Pennaio. Gal. Calamar, ou eſcritoire. Hisp. Caixa de eſcriuaniua.] καλαμοδύμη, reſpoſitorium calamorum.
- CALAMENAS**, p. p. apud Col. lib. 4. cap. 27. ponuntur pro fragmentis ueterum calamiorum, id eſt pedamentorum, quæ ex calamis; id eſt ex arundine fiebant.
- CALAMINTHA**, æ, [Calamenta. Gal. Pauliot ſauuages, ou l'herbe auchar. Hisp. La neuada.] καλαμίνθη, herba eſt montibus familiaris, folia habens ocymī incana, ſurculos aridos, caules anguloſos, & ſtorem purpureum. Vide Dio. l. 3. c. 34.
- CALAMISTRATVS**, puer, καλαμιδοτός, pro criſpulo, cirratoque, qui anulatos capillos habet. Cicero poſt Red. Varro reſert calamistrum parari ob ornatum, quod calefactum in cinere capillos ornent. Qui autem calamistrum adminiſtrat, a cinere Cinerarius, & Ciniffō uocatur.
- CALAMISTRVM**, [Ferro dà intreſpare i capegli. Gal. Vn'inſtrument ou ſer pour griller ou friſſer les cheueux.] acus maior, qua calefacta criſpā tur capilli. Ci. poſt Red. Fronſ calamistrī notata ueſtigijs.
- CALAMITÆ**, [Ranocchi piccioli.] καλαμίται, ranæ minimæ ſunt, & uiridiſſimæ, quæ a quibusdam Driopetæ uocantur. Plin. libro 32. cap. 7.
- CALAMITAS**, tis, [Calamità, miſeria. Gal. Calamité, malencontre, perte, malheur, miſere.] proprement greſle qui vompt le tuyau du blé. Hi. Daño que haç la tempeſtad, generalmente daño, deſaſtre, ò perdita qualquiera.] χαράξα, grandis, quod comminuat calamos, id eſt culmos, & ſegetes. Pla. Caſ. Quidquid erat, calamitas profecto attigerat nūquam. Ter. in Eu. Ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. Sed trāſlacio in hoc exemplo eſt. Ibi enim calamitas pro infortunio accipitur, ſiue ærumma.
- CALAMITES**, gemma, a calamo nomen habens. Pl. l. 37. c. 10.
- CALAMITOSÆ**, [Miſeramente.] miſere. Ci. 3. Off.
- CALAMITOSVM**, δεινός, miſerum. Ci. & alij.
- CALAMOTCHNVS**, falſa quædam lanugo in locis paluſtribus calamis tenuioribus adnaſcens. Vide Pl. l. 22. c. 10.

* CALAMOS, Phœnicæ opidum in ora monti Libano subiecta.

CALAMVS, p. c. [*Canna sottili, penna da scrivere. Gal. Roseau ou canne, tuyau de ble, chauxme, chalumcan, gluot. Hi. Cañã, ò paia como de trigo, cañã para escribir ò otra.*] κάλαμος, arundo magis minuta, habens inter nodia longa, & recta, ex qua sagittæ apud diuersas gætes fiebant. Virg. 3. Ecl. Cum Daphnidis arcum Fregisti, & calamos. Plin. lib. 16. Calamis populi orientis bella conficiunt. Est & Calamus, quo scribi solet. Primi enim calami ex arundine conficiebantur. Mar. in dist. Dat chartis calamos habiles Memphisica tellus Est & Calami genus concauum, & fistulis, quas Syringas uocant, conficiendis accommodatum. Ad quod uidetur alludere Virg. 6. Ecl. Nec calamis solum æquiparas, sed uoce magistrum. Huius primum in uentorem fuisse Pana uolunt poetæ. Idem 2. Ecl. Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit. Calamus item est uirga, cui hamus filo longo alligatur ad capiendos pisces: similiter uirga ad capiendas aues uisco illita. Mart. Galbula decipitur calamis, & retibus ales. Aliquando accipitur pro stipula, & pro quacumque re tereti, ac fistulosa ad similitudinem arundinis. Vnde arborum quoque ac uitium calamos dicimus: id est teretes particulas, & uirgas ad ferendum in terra aptas. Plin. Qui si longius efferantur pomorum calami, rapis infixos optime custodire succum arbitrantur. Est etiam Calamus mensura sex cubitorum, & palmi.

CALAMVS ODORATVS, κάλαμος μυρεύνης, Diosc. arundini similis est ad spectu, multis geniculatus nodis, casæ sapore, tactu mollis, & cum frangitur, scissilis, intus araneosus, locum, in quo nascitur, suauissimo replens odore. Plin. l. 12. c. 20.

CALANTICA, tegmen muliebre, quod capiti innectitur. Ci. in Clo. Tu ne, cum calanticam capiti accommodares.

* CALAPIS, Pannoniæ amnis, in Saum influens. Plin.

* CALARIS, ciuitas Sardinæ.

CALASSIS, auctore Felto, uestis gentis fuit apud ueteres, quod Græci, κάλαστρον, uocant. Sunt, qui dicant, tunicæ muliebris nodum esse, quo circa ceruicem connectitur.

CALATHE, quam alii Calathusam uocant, nomen urbis ad Herculis columnas sitæ. Steph. Plin. uero lib. 4. c. 12. Calathusam insulam esse asserit in mari Aegæo, non procul a Cherroneso.

CALATHIANA VIOLA, flos est præter uiolarum naturam autumnino proueniens lutei coloris, foliis minutis, sine odore. Plin. lib. 21. cap. 6.

CALATHVS, p. c. [*Cesto spaniere. Gal. Panier de chiffe, ou d'osier. His. Canasta de uaras.*] κάλαθος, ab aliquibus Qualus, & Quasillus: ab aliquibus Fiscella, uas uimineum, secundum Porphyriionem, in quo mulieres pensa, uel tramam reuolunt: aut in quo flores, uel fructus, aut aliquid id genus ferunt. Vir. in Alexi. Tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis. Accipitur interdum pro calice ad sacrificium apto. Vir. in Daphnide: Vina nouum fundam calathis aruisia ne star. Seruius ait esse uas æneum, in quo lac, uel recens caseus distillatur. Calathiscus, demin.

CALATHORES, [*Schilani.*] κάλαθορες, dicebantur serui, καὶ τὸ κάλαθον, quod est uocare, quod semper uocari possent ob necessitatē seruitutis.

CALAVREA, siue Calauria, καλαύρεα, Steph. insula est in sinu Argolico contra Troezenem, nulla alia re, quam morte Demosthenis nobilior. In hac etenim insula templū erat Neptuni, quo Demosthenes, audito Archiæ satellitis Antipatri aduentu, confugit, & ne uiuus in Antipatri potestatem perueniret, hausto ueneno ex calamo uitam finiuit.

CALBEI, auctore Felto, dicebantur apud ueteres armillæ, quibus triū phantes utebantur, & milites ob uirtutem donabantur.

* CALBIS, Cariæ amnis.

CALCANEVS, & Calcaneum, [*Calcagno.*] pars posterior pedis imi. Vir. in Moreto: Continuis rimis calcanea scissa rigeant.

* CALCE, Campaniæ ciuitas. Str.

CALCAR, aris, p. p. [*Sprone. Gal. Vn' espéron. Hi. Espuela de hierro.*] κάρκαρον, ferreus stimulus ad urgendos equos: sic dictus, quod ad calcem alligetur. Ci. 3. de Or. Dicebat Isocrates, se calcarib. in Ephoro egeret, contra in Theopompo, frenis uti solere. Currētī calcar addere, prouerbialis metaphora, pro eum, qui sua sponte ad rem aliquam satis incitatus est, uehementius adhuc inflammarē.

CALCARIA FORNAX, [*Fornace da calcina. Gal. Fournaise à chaux, chauxfoir. Hisp. Calera donde se cuece la cal.*] in qua calx coquitur. Plin. l. 17. c. 9. Est autem adiectiuum Calcarius, a, um, Calcarius uero substantiue, qui præest fornaci Calcariæ. Cato de re ru.

CALCATA, adificia dicuntur calce contexta, quam artem Loricationem, & Tecloriam appellat, & præcipue si læue, politiue fuerit. CALCATORIUM, apud Palladium l. i. c. 18. uidetur esse semita quædam editior in cella uinariæ, inter duos locus.

CALCEAMEN, & Calceamentum pro ipso calceo, [*Scarpa.*] ἄποδῆμα. Plin. l. 19. Hinc Calceamina, & pistorum uestis. Ci. 5. Tul.

CALCEATVS, us, [*Scarpa.*] idem quod Calceamen. Plin. Longo itinere sine calceatu atteruntur pedes. Idem l. 11. c. 45.

CALCEOLARIVS, [*Calzolaio. Gal. Cordonnier. Hisp. zapatero.*] qui calceo conficit. Pla. in Aul.

CALCEOLVS, demin. a Calceus, ἄποδῆμα. Ci. l. de Nat. Deo.

CALCEARIUM, ij, ἄποδῆμα, in singulari numero pluralis uim habet. nam cum alicui calcearium, legatum dicimus, nō calceum u-num significauimus, sed tantum calceorum, quantum illi corpori honeste tegendo, pedibusq. armandis fuerit satis. Vlp. de ali. leg. Diariis, uel cibariis relictis, neque habitationem neque uestiariū, neque calcearium deberi palam est.

CALCEVS, a calce, [*Scarpa. Gal. Souliers. Hisp. zapato.*] ἄποδῆμα, pedis indumentum, quod fit ex pellibus animalium. Ci. l. i. de Inu.

CALCENDIX, Felt. conchæ genus est.

CALCHAS, anas, κάλχας, proprium nomen Græci auguris, Thestoris filij, (a quo Thestorides a poetis appellatur) qui cū Græcis ad expeditionē Troiæ profectus est: & quoniam diuinandi arte plurimum præstabat, eius consilio multa gesta sunt. Nam in Aulide ostendit, quomodo placata Diana, uenti sedari possent: & apud Troiam in castris docuit, quæ ratio Apollinis, ut pestilentia cessaret, foret: & ex passere, quæ cum nouem pullis a Dracone uorabatur, indicauit decennale obsidionem Troiæ futurā. Diruta autē Troia reuersus cum Amphilocho Amphiarai filio, terrestri itinere Colophonē, cum in luco Apollinis Clarii extra urbē apud fanum in Mopsium præstantissimum angurem incidisset, artis periticia ab illo superatus, dolore contabuit, quod proposita sibi a Mopso caprifico, (ut refert Hesiodus) aut (ut Pherezydes mauult) siue grauida, cōicere nō potuisset, quot in illa ficus essent, quoque hæc utero fuculas gereret: quod tamen Mopsus sine ullo errore diuinauit. Hoin. lib. 1. ll. & Vir. 2. Aen.

CALCIFRAGA, ἐμπετρον, herba est in maritimis petris fere nascens, a calculis frangendis ita dicta. Plin. libro 27. cap. 9. & Ruel. libro 2. cap. 12. 9.

CALCIO, & CALCEO, as, [*Calzare. Gal. Chauffer. Hisp. Calzar los pies, ò hervir las bestias.*] ἄποδῆμα, calceos induo. Et modo accusatiuum habet eius rei, quam quis calceatur, modo ablatiuū. Accusatiuum iunxit Plin. 36. cap. 5. Ablatiuo idem lib. 7. c. 20. Calciari item equi dicuntur, cum pedes eorum aduersus saxorum iniuriam ferramentis muniuntur. Testimonium uide apud Suet. in Vesp. Hinc Excalcio, Sue. in Vit. pro maximo munere a Messallina petiti, ut pedes præberet sibi excalcianos.

* CALCITROPE, filia Aetæ Colchorum regis.

CALCITRO, as, p. c. [*Trarre de i calci. Gal. Ruer des pieds, regimber. Hisp. Acocear.*] κάκτιζο, pede percutio. Plin. l. 30. cap. 7. Mulas non calcitrare cum uinum biberint. Hinc Calcitrones equi, qui calcibus infestant. Gell. lib. 4. c. 2.

CALCITRATVS, us, κάκτιζος, actus ipse calcitrandi. Plin. libro 8. cap. 44.

CALCITROSVS, κάκτιζος, qui sæpe calcibus ferit. Col. l. a.

CALCO, as, [*Premere col piè, calcare. Gal. Fouler aux pieds, mettre le piè dessus. Hisp. Hellar ò acocear con los pies.*] πατέω, pede comprimo. Vir. 12. Aen. Mistaque cruor calcatur arena.

CALCVLATOR, [*Contista. Gal. Calculeur, conteur, dressere de conte. Hisp. Contador como con constante.*] λογιστής, a calculis, id est lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes, numeros componebant. Mart. lib. 10. Nec calculator, nec notarius uelox.

CALCVLOSVS, a, um, [*Saffoso. Gal. Pierreux. Hisp. Pedregoso.*] calculis plenus. Col. Loca aprica, calculosa, glareosa amat. Et apud Plin. lib. 35. c. 14. Calculosum solum.

CALCVVS, [*Saffo piccolo. Gal. Petite pierre, grauois, la pierre ou granelle, mereau ou geton à conter ou jouer. Hisp. Pedrezita.*] ἄνις, lapis breuis terræ admixtus: sic dictus, quod molestiam calcantibus exhibeat, uel quod calcem, hoc est pedem offendat. Virg. 2. Geor. Dumosis calculus aruis. Cic. 3. de Orat. Demosthenes coniectis in hos calculis summa uoce uersus multos uno spiritu pronunciauit. Est itē Calculus, lapillus in renibus, aut uesica generatus, meatum uringæ prohibens, asperimumq. gignens cruciatum. quod morbi genus Græci λίθιασιν, appellant. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed hominum quibusdam diro cruciatu subinde nascentes calculi. Qui autem eo morbo laborant, calculosi dicuntur. Plin. lib. 20. c. 21. Hic & calculosis, & inflationi, & torminibus illiñitur. Cels. lib. 7. c. 26. De curatione calculosorum. Item Calculus, ἄνις, dicitur, quem Latronem, seu Latrunculum antiqui appellauerunt, uulgus Scacumi uocat. Mart. Hic mihi biseno numeratur tessera puncto, Calculus hic gemino discolor hoste perit. Quoniam autem calculis subducere rationes solemus, Calculus, pro ipsis rationibus ponitur. Hinc reuocare, siue reducere ad calculum, est aliquid exactius supputare. Cicero de Anic. Hoc est quidem nimis exigue, & exiliter ad calculum reuocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum, & datorum. Calculis item olim suffragia colligebant, candidis absolutionem, nigris condemnationem significatibus. Vnde factum est, ut Calculum pro suffragio, sententia, & iudicio ponamus.

CALDA-

CALDARIUM, [*Caldaia. Gal. Chaudiere. His. Caldiera.*] *καλδης*, ahenum, quo aqua calida hauritur, uel in quo aqua igni admouetur. In balneis item Caldarium erat locus, in quo calida lauabantur.

CALDARIUS, *α, um*, [*Stiffa.*] ut caldaria cella, in qua calida lauabantur. Plin. lib. 5. epist. Caldariū *αs*, ex quo caldaria, id est athena fiabant, Pl. lib. 34. cap. 8.

CALDOR, oris, [*Calore.*] Var. lib. 1. de re rust. cap. 55.

CALEDONIA, filua, in ea parte Britanniae fuisse putatur, quae hodie Scotia dicitur, saeuissimis olim urfis nobilitata, Mart. Nuda Caledonia sic uiscera praebuit urso.

CALEFACIO, & Calfacio, [*scaldare. Gal. Eschauffer. His. Calentar à otra cosa.*] *θρημαίνω*, calidum reddo. Cic. 2. de Nat. Deo. Ad calefaciendum corpus igni adhibito. Tran fertur & ad animum. Cic. ad. Q. Fr. lib. 3. Gabinum ad poculum calefecerat Memmius, id est uexarat, exagitarat. Calefactus particip. Ouid. in Ibin: Nondum calefacti uelitis hasta solum. Calefactus, ctus, nomen, Pl. libro 29. cap. tertio.

CALEFIO, [*Scaldarsi. Gal. Estre escalfé, deuenir chant. Hisp. Ser escalentado.*] *καλπομαι*, calidus fio, sub uoce neutrali passiuam habet signi ficationem. Cic. Art. l. 1. Balneum calefieri iubebo.

CALEGIE, Ptolemæo Germaniae ciuitas putatur iter Saxones, quae uulgo Vuitenbergam uocant.

CALENA, apud Ptolemæum ciuitas in Anglia esse creditur, quae hodie Oxonia appellatur.

CALENDAE, *καληδαι*, Plur. primus dies mensis, *καλῆς*, uoco. Tūc enim pōtīfex calato. i. uocato populo, quot dies a kalendis ad nonas superessent. pronuntiabat *condiere* autem nonarum die in urbem populus solebat, ut adduceret, quid eo mense in diuinis, humanisque rebus factū opus esset.

CALENDARIS, re. quod ad kalēdas pertinet: ut, Iuno kalendaris diēta, quod kalendarum dies ei facer esset. Macr. lib. 1. c. 14.

CALENDARIVS, *α, um* idem est, ut, Kalendarius liber, [*Calendario.*] *καληδαιων*, *εφημερις*. Kalendaria dicebantur tabulae, ab obseruatione singulorum mensium: ut Diaria, a singulorum dierum ratione obseruata. Accipitur etiam Kalendarium apud Iuriscōsultos, pro negotiatione nominum faciendorum.

CALENUM, teste Plinio, Campaniae opidum, non procul a Capua, in cuius agro generolum uinum nascitur. Inde Caleni populi. Plin. l. 3. c. 5. Hoc etiam opidum Cales, ium. in num. plu. appellatum inuenitur. Vir. 7. Aen. Item Hor. lib. 4. Carin.

CALENVS, *α, um*, possessiuum a Calibus, siue Caleno. Hor. li. 1. Car. Ode 20. Praeio domitam Caleno Tu bibes uuam.

CALEO, les, lui, [*scaldarsi. Gal. Estre chant. His. Escalent arse.*] *καλπομαι*, feruere, calidus sum. Virg. 1. Aen. Tūc calent arae. Calere dicitur res, per translationem, dum adhuc recens est. Pla. Pæn. Nihil est, nisi dū calet, hoc agitur. Traeta est metaphora a ferrariis fabris, qui ferrum candens simulac igni exemerunt, statim cedunt: ne mora interposita durum fiat, & intraxabile. Cic. 3. Ver. Postea quam satis calere res Rubrio uisa est. Id est, ubi uidit eos inflammatos multa computatione.

CALEPIVM, *καλεπιον*, opidum in Cenomauis, ad 14. lapidem a Bergamo, Brixiam uersus.

CALES, ium, Campaniae opidum. uide Calenum.

CALESCO, scis, [*scaldarsi.*] *θρημαίνω*, calidus fio. Pl. l. 20. c. 2. Sic cūs calefcit in sole modice. Ouid. 6. Fast. Est deus in nobis, agitante calefcimus illo.

* **CALESTRA**, opidum in Thessalia. ad mare situm.

* **CALITE**, ignobilis Insula inter Samothracen, & Cheronesum.

CALFACIO, cis, [*Riscaldare.*] Cicero in epistol. ad Tir. Calface hominem.

CALFACTO, as, are, [*Riscaldare. Gal. Eschauffer. His. Calentar à otra cosa.*] Horat. 2. epistol. Lignis calfactat ahenum. Hinc Excalfacio: a quo Excalfactorius, a, um. Plin. Excalfactorias habet uites. Concalfacio, calidum reddo. Cicero: Cum brachium concalfecerit.

CALICVLVS, li, [*Calicetto.*] *καλικιον*, demin. a calice, uas pororium. Cato de re rust. cap. 108.

CALIDVS, *α, um*, [*Caldo. Gal. Chaut. His. Caliente.*] modo feruentem significat. Vir. 9. Aen. Vomens calidum de pectore flumen. Modo ferocem, inconsultum. Pacu. Ne nimis calide loquaris, & turbam concites. Modo uelocem. Varro: Ecce calidis pedib. quidam irrūpit in curiam. Dicitur & Calidus per syncopam. Mart. Frigida nō deerit calda petenti.

CALIENDRVM, ornatus est muliebris capitis, ut interpretat Acron in illud Hor. 1. Ser. Alcum Saganz calientrum Excidere.

CALIGA, [*Calza. Gal. Chausse. botine & chausse de guerre jusques à my iambe garnie de clous. Hi. Calza à cierta armadura ò nostidura de pier-nas.*] *καλιγασ*, tegumentum tibiarium. Cic. 2. Phil. Cum caligis & la cerna cucurrissi. A Caliga fit Caligatus, ut, miles caligatus. Iuu. Veniam caligatus in agros. Dicebātur autem milites caligati, postremarum classium milites. nam primae & secundae classis milites

ocreas & neas gestabant. Liu. lib. 1.

CALIGARIVS, *α, um*, ut Caligarius clauus. Pl. l. 20. c. 18. Pisces clauorum caligariorum effigie. Idem lib. 34. c. 14.

CALIGARIS, & hoc caligare. Plin. libro 22. capit. 22. Caligarius clauus.

CALIGATIO, onis, [*Caligine, ofcurità.*] Plin. l. 29. c. 6. Aquila misto felle cum melle Attico inunguntur nubeculae, & caligationes, suffusionelque oculorum.

CALIGINOSVS, *α, um*, [*Ofcuro.*] *γυροπιδης*, pro obscuro. Cicero. 1. Tuscul.

CALIGO, p. c. [*Nebbia folta. Gal. Obscurité, tenebr oste, esbloissement. His. Escuridad ò ceguedad.*] *καλος*, tenebrae, opacitas, aeris spissitudo. Vir. 4. Aen. Quis globus, o ciues, caligine uoluitur atra?

CALIGO, as, *αμβλυωπης*, caecutio. Pl. l. 10. c. 22. Inungunt caligantes oculos cum melle. Caligans participium. Vir. 4. Geor.

CALIGVLA, dictus Caius Imperator: a caliga militari, qua frequenter in exercitu utebatur ad conciliandos sibi militum animos. Aufo. Caius cognomen caligae cui castra dederunt. In exercitu enim natus erat.

CALIM, ueteres pro clam nsurparunt. Festus.

* **CALIAGAE**, populi Indiae maritimae. quorum feminae concipiunt quinquennes. Plin.

* **CALIGI**, Arabiae populi.

* **CALINI PAXA**, Indorum opidum.

CALIX, [*Calice, Bicchiero. Gal. Calice, coupe, hanap. His. Vaso, como de uidro para beber.*] *καλιξ*, genus poculi, quo bibimus, ita dictum quod eo calidam bibebant. nam & calidam, & frigidam conuiuuis ueteres adhibebant. Plau. in Capt. Aulas, caliceſq. omnes confregit. Quandoque pro maiori uase. Cic. 1. Tulc. Huic calix multū impingendus est, ut plorare desinat. Quandoque pro uase, in quo legumina, & olera coquantur, Ouid. lib. 5. Fast. Stant calices, minor in de fabas, plus alter habebat. Varro: Calix, a caldo, quod in ea calida puls apponebatur.

CALLA, herbae genus est arto similis, in arationibus nascens, ususque eisdem habens, quos arum. Plin. l. 27. c. 9.

CALLI, gallinaceorum barbae, quod colorem purpureū, quae *καλαιον*, Graeci dicunt, imitantur. Cael. Rhod. l. 1. c. 16.

CALLAIS, idis, *καλαϊς*, gēma ex uiridi pallefcens, oculi figura extuberans. Vide Pl. lib. 37. cap. 8.

CALLAICI, *καλαϊκι*, a Pto. lib. 2. cap. 6. appellantur Hispaniae Tarraconensis populi, a Plinio Gallici appellantur.

CALLARIAS, piscis mari peculiaris, ex afeiorum genere. Plin. libro 32. cap. ult.

CALLEO, les, lui, [*Fare il callo. Gal. Auoir de cals & durillons. His. Hazer callos, ser calloso ò tener callos.*] *καλλος*, callosus sum. Plau. in Pseud. Plagis coctae callent. Transtertur & ad animū. Sulpi. Cic. In illis rebus exercitatus animus, callere iam debet. Interdum Callere, est, perfecte scire, quod, ut pes, uel manus ex longo labore callū acquirit, ita mens longa experientia colligit habet tum quendam rerum, in quibus uersatur. Persius: Dicenda, tacendaque calles. Hor. in Arte. Legimusq. sonum digitis callemus & aure. Hinc Occalleo: a quo Occalesco. Pl. in Asi. Qui latera conteram tua, quae occalluere plagis. Occalluit animus, apud eundem per translationem pro obduruit. Callens, nomen. Pl. l. 2. c. 31. Sunt uaticinandi callentes.

* **CALLIAE**, una est ex tribus Aetoliae urbibus. Steph.

* **CALLIANASSA**, & Callianire, duo nympharum nomina.

* **CALLICRATES**, sculptor fuit egregius. Plin.

* **CALLIDREMVS**, mons iuxta Thermopylas.

CALLICIA, herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit. Pl. lib. 24. cap. 17.

CALLIDE, [*Astutamente. Gal. Finement, parruze. His. Astuta y recadamente.*] *καλερυος*, astute. Cic. 3. de Orat. Callide, arguteq. dicere. Idem 2. de Fin. Omnia callide referentem ad utilitatem.

CALLIDITAS, atis, [*Astutia. Gal. Fineſſe, ruze. His. Astucia y recatamiento.*] *καλερυια*, astutia. Cic. 1. Off. Scientia, quae est remota ab astutia, calliditas potius, quam sapientia appellanda.

CALLIDVS, [*Scaltrito, astuto. Gal. Fin, caut, ruze, bien apprins, prudent. Hi. Astuto y recatado.*] differt a uersuto, quod callidus sit ille, (ut scribit Ci.) cuius animus usus, ut manus opere, cōcalluit: uersutus, cuius mens celeriter uersetur. Cic. 4. Acad. Ut agitator callidus equos sustinebo.

CALLIBLAEA, *καλλιβλαεια*, olea satua. Vide Ruel. l. 1. c. 104.

CALLIGONON, *καλλιγονον*, herba quam nonnulli Sanguinariam dicunt: a multitudine seminis, & densitate fructicis dicta, Pl. lib. 27. cap. 32.

CALLIMACHVS, p. c. *καλλιμαχος*, nomen poetæ Cyrenensis, qui apud Graecos princeps inter elegiacos habetur. Fuit & alius historicus Aegyptius. filius Batti & Mesatmæ, discipulus Hermocratis Iasei gramatici. Vixit apud Ptolemæum Philadelphum usque ad Euergeten, bibliothecæ regie praefectus. Omne poematis genus attigit. In

- git. In aduersarium poema acerbissimum scripsit, quæ ficto nomine Ibin appellat: unde Ouid. poeta, nomen & argumentum mutua tus est. Edidit elegias quoque, & epigrammata, & hymnos, aliaque cōplur. Ex Suida. Callimachus alius sculptor fuit, qui primus lapidem perforauit. Pausanias,
- CALLIMVS**, καλλιμος, lapis est ex genere acetarum Plin. lib. 36. ca. 2.
- CALLIS**, καλλίς, herba, quam alij nominibus, Solanum somniferum, Halicacabum, & Velicarium appellant. Plin. lib. 21. cap. 31.
- CALITONVMVS**, genus piscis, cuius fel cicatrices sanat. Plin. lib. 32. cap. 7.
- CALIOPE**, una Musarum, quæ etiam Calliopea, dicitur. Est item Calliope, opidum Parthorum. Steph.
- CALLIOPOLIS**, urbs Thraciæ in extremo Helleponti. Strab. lib. 13. Est item Peloponnesi ciuitas, in tractu occidentali, nō procul ab Araxo promontorio. Mela lib. 2. Calliopolis præterea insula est maris Aegæi, una cycladum notiore nomine Naxus. Plin. lib. 4. cap. 12.
- CALLIROE**, καλλιρόη, fons apud Athenas. Papinius lib. 12. Theb. Et quos Calliroe nouies errantibus undis Implicat. Martianus de loc. fonte, Fontes multi Atticæ, inter quos Calliroe prædicatur.
- CALLISIS**, [Calle. Strada.] πελάγος, uia callo perduata. Vir. lib. 8.
- CALLISCERE**, καλλισκερα, iueteres dixerunt pro callescere siue oc callescere. Cato: Aures nobis calliscunt ad iniurias. Nonius.
- CALLISTHENES**, philosophus Olynthius, Alexandro magno familiaris, eiusdemque sub Aristotele condiscipulus, quem ille postea in Asiam accersit, ut res suas memoriam proderet. huic nocuit immodica libertas, nam cum Alexandro ex Persico bello arrogatior factus regio more adorari uellet, Callisthenem ob adoratio nis Persicæ interpellatum morem, eum truncatis membris abscissisq. auribus ac naso labijsque deformatum, cum cane in canea clausum circumferri iussit, diuq. tortum tandem necauit. Curtius de Gestis Alexandri.
- CALISTO**, καλιστώ, Lycaonis Arcadiæ regis filia, quæ a Ioue cōpressa, grauida q. effecta, cum simul cum Pallade lauaretur, tumore uteri prodita, & ab ea repulsa, Arcadem filium in siluis peperit, a quo postea Arcadia dicta est. Hæc postea a Iunone in ursam commutata, & Iouis miseratione in cælo collocata, maiorem efficit ursam, quæ & Arctos a Græcis dicitur. Propert. lib. 3. Calisto Arcadios extraxerat uria per agros: Hæc nocturna suo sidere uela regit.
- CALLISTRVTHIAE**, fionum omnium frigidissimæ. Plin. lib. 15. c. 18.
- CALLITRICHON**, herba, alio nomine Polytrichon, quod multos, & pulchros crines nutrit. Dioscorides Adiantum appellat, quo nomine & Plin. utitur lib. 22. cap. 21. Legitur & nonnatiuus Callitrix. Idem lib. 26. cap. 14. Humidis ulceribus prodest callitrix decocta in aqua.
- CALLITRIX**, icis, καλλιτριξ, animal est ex genere simiarum, a pili pulchritudine ita dictum. Plin. lib. 8. cap. 54.
- CALLVS**, in m. g. & Callum, li. (utroque enim modo dicitur, [Callo. Cal. Durillon, quand la peau est endurcie, comme es mains par trop labore ur, et aux pieds par trop cheminer. Hi. El calle de pie è mano è de otra parte.] τύλλος, est cutis labore uis pedibus, aut alio opere in manibus, parte uel alia corporis densior facta, cuiusmodi est in suis rostro, ceruice bouis, animalium plantis, & duritia illa, quæ in manibus ex labore nascitur. Plau. in Persa: Plus calleo, quam aprugnum callum caller. Est autem Callum aprugnum caro apru callosior, & ob id saporis iucundioris. Et in Capt. Quanta sumini absumedo? quanta calle calamitas? Vnde Callum obducere dolori, dicimus pro longa assuetudine ita nos comparare, ut doloris molestiam non sentiamus. Cic. 9. Fam. Consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo.
- CALLOSVS**. [Pieno di calli. Cal. Plein de cals et durillons, dur comme un cal. raboteux. Hisp. Cosa llena de callos.] τυλλός δινς, durus, callis plenus. Col. lib. 3. cap. 1. Fructus acini callosi, & angusti.
- CALOS**, as, [Chiamare. Gal. Appeler. Hisp. Llamar.] καλέω, uoco. Hinc comitia calata, quæ pro collegio Pontificum haberi solent. Dicta Calata comitia, quod classes per orbinē calarētur. i. uocarentur.
- CALONES**, calcei ex ligno: quo et nomine ferui militum castra sequentes dicuntur. qui clauas ligneas, & fustes gerebāt, uel qui militibus ligna subministrabant. Horat. Hunc pernixerunt calones, atque caballi. Liu. li. 32. Iussit calones nullum ferre. Quidam Calones a calado deriuant, quod ad ministerium aduocarent: alij a Calendis, quod Calendarum die cibaria caperent pro toto mense.
- CALOPHANTA**, derisor. Plau. in Cur.
- CALOR**, & CALIDITAS, [Calore, caldo. Gal. Chaleur. Hisp. Calor naturale de suera.] θερμότης, a calendo. Pla. in Mil. Nā mihi nimius calor comburebat gutturem.
- CALPE**, κάληπι, Hispaniæ mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppositus Abylæ monti Africæ, altera ex columnis Herculis, in cuius radicibus urbem nomine Calpe, ut inquit Strabo. Quo etiam nomine dicta est insula in occasu post Gades, angustia discretata freto.
- CALPAR**, dolium, & uini genus, quod sacrificij causa e dolio emittebatur, prius quam degustaretur. Varr. lib. 1. de uita pop. R. Antequam nomen dolij prolatum esset, cum id genus uasorum Calpar duceretur, id uinum Calpar appellatum. Festus docet esse genus uasis fictilis.
- CALTHA**, κάληθη, uiola est lutei coloris. Virg. in Buc. Mollia luteola pingit uacinia caltha. Vide Plin. lib. 21. c. 6.
- CALTHVLA**, læ, uestis, a caltha uiola coloris lutei. Pla.
- CALVA**, καλλιχάριον, os capitis, ubi capilli esse consueuerunt. Mart.
- CALVARIA**, τὸ βρέγμα, totū caput carne nudum: & tam de brutis, quam de hominibus dicitur. Caper Caluam uocat. Palladius: Equæ caluaria intra hortum ponenda est. Vide Celsi. lib. 8. cap. 1.
- CALVATA VINEA**, φελίχρη, in qua uites quidem sunt, uerū pauca, ut in caluitio capilli. Plin. libro 17. cap. 22. Cato de re rust. ca. 33.
- CALVEO**, es, [Effere caluo. Gal. Effre chauue. Hi. Encaluarfe.] φελίχρη, caluus sum. Plin. libro 11. cap. 37. Hinc Recaluo, in caluitiem reuertor.
- CALVEFIO**, sis, [Dimenir caluo.] caluus fio. Varro de re rust. lib. 1. c. 37. Ego ferro ne decrefcente luna tondens caluescam.
- CALVESCERE**, est caluum fieri. Plin. lib. 11. Proprium huic caluescere omnibus annis. Dicitur de agris. Colum. lib. 5. Castaneta caluescunt.
- CALVITIVM**, defluuium capillorum, a Capite. Suet. in Cæf. Caluitij deformitatem iniquissime ferebat. Cicero 3. Tusc. Quasi caluitio maxor leuaretur.
- CALVMNIA**, [Calumnia. Gal. Calomnie. Hisp. Accusacion falsa, calumnia.] διαβολή, uexatio alicuius in litibus per fraudem: aut rei alicuius malitiosa interpretatio. Nonius malitiosam, & mēdācem infamationem interpretatur. Cic. & alij.
- CALVMNIATOR**, σκολοπιήτης, qui falsum crimen obijcit. Vnde in lege 12. tab. Calumniator idem patiatur, quod reus, si conuictus fuerit. Cic. pro Clu. Est hic Eunius egens quidam calumniator.
- CALVMNIOR**, aris, [Calumniare. Gal. Calumniar, desuiser la verité pour blasphem quelqu'un. Hisp. Accusar falsamente, calumniar.] διαβόλη, significat per fraudem alios uexo, uel falsa crimina intendo. Cicero ad Varr. Nam quod antea calumniatus sum, indicabo malitiam meam.
- CALVO**, as, caluum facio, a quo Decaluo, & Recaluo. primum significat Valde caluo: secundum, ab anteriore capitis parte caluo.
- CALVO**, is, [Ingannare. Gal. Frustrer, tromper. Hi. Ingannar, falsar en lo prometido.] decipio, passiuū est Caluor. tractū a caluis malitibus, qui omnibus solent esse frustrati. Sall. in 3. hist. Contra ille caluiratus. Hoc est, decipi. Inuenitur etiam Caluor deponens. Plaut. in Cal. Sopor manus caluitur, id est decipit.
- CALVVS**, [Caluo. Gal. Chauue. Hisp. Caluo de cabellos.] φελίχρη, dicitur a cuius capite capilli defluerunt, siue qui sine capillis natus est. Vnde Plin. lib. 11. docet esse gētes naturaliter caluas. Sue. in Cæf. Mœchum caluum adducimus.
- CALX**, [Calcagno. Gal. Le dessous du talon. Hisp. Calcañar, è coce, golpe del pie è del calcagno.] πηχυς, pro calcaneo, extrema pedis parte ponit, qui & pes imus appellatur, a calcando dictus. Virgil. 5. Aenei. Calcemq. teritiam calce Diore. Vnde & pro fine metaphorice ponitur, a uertice ad Calcem. Cic. Quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione prouocati. Aliquando pro ictu calcis, & percussione pedum plagaque. Ter. in Phor. Nam quæ inticita est, Ad uorsum stimulos calces. Et tam pro calcaneo, quam percussione, modo feras. modo fem. gen. usurpari solet. Virg. Cornipedemque cito ferrato calce fatigat.
- CALX**, [Calcina. Gal. De la chaux. Hisp. La cal.] δολιχός, fem. gen. lapis uetus, ex quo arenæ admittione fit intrita: ita dictus a calendo, nam ita lapides simul adstringit, ut calcati uideantur. Palladius. Calx, quæ erit ex spisso, & duro saxo, strudurisque conuenit. Plin. lib. 36. cap. 23.
- * CALIBA, Thraciæ urbs, a Philippo Macedonum rege condita. Str.
- * CALYCADNVS, Cilicis fluius, Seleuciam præterlabens.
- * CALYDVM, Italiæ opidum in uia Appia.
- * CALYDNA, insula una Sporadum. Plin.
- CALYDON, p. c. καλυδών, Steph. Aetolorum ciuitas, regia Oenei patris Meleagri, a qua regio uicina Calydonia dicitur. distat a mari septem millium quingentorum passuum spatio, per quam Euenus fluit. Luc. Et Meleagreana macularis sanguine Nessi Euenos Calydonia secat. Hinc Calydonius, a, um, & Calydonis. dis. Ouid. 8. Metam. Plangunt se matres Calydonides. Ab hac etiā urbe uicina silua Calydonia dicta est.
- CALYPSO, nymppha Oceani, & Tethyos filia: uel (ut aliquibus placet) Atlantis. Regnauit in Ogygia insula, quā postea a nomine ipsius Calypso insulam nominarunt, ubi Vlysses naufragū humaniter excepit, & in septimum usque annum apud se retinuit, cōiugium illius, & immortalitatem offerens: quæ tamen illi patriæ, & Penelopes suæ amori omnia posthabuit. Vide Hom. Ody. 1. 5. Cic. in

- Ci. in Off.** Quam multa passus Vlyfles in illo errore diuturno, cum mulieribus (si Circe, & Calypso mulieres appellatae sunt) inseruieret.
- CALYX**, significat folliculum, quo primum flos, & deinde semine herbarum, uel fructus arborum cooperitur. Plin. l. 15. c. 22.
- * **CAMAE**, populi Scythae.
- * **CAMALDUNVM**, opidum Britanniae.
- * **CAMARA**, urbs Cretae. Steph.
- CAMARINA**, καμαρίνη, Steph. teste Seruio, Palus est Siciliae iuxta opidum eiusdem nominis, cuius aquae cum fetore suo pellere generarent, consuluerunt Apollineam, expediret ne ipsis Camarinae exsiccare: quibus ab Apolline responsum, Camarina non esse mouendam. neglecto tamen oraculo siccauerunt paludem: per quam mox ingressis hostibus contempti oraculi poenas dederunt. Hinc manauit prouerbiū, Camarinam mouete, pro sibi malū accersere. Alii dicunt Camarinam fruticem esse, cuius ramus si quis commoueat, quatiatque, terram quandam edere odorem.
- CAMBIO**, is, pfi, [Cambiare. Gal. Changeur. Hisp. Cambiar. d. trocar.] commuto. Apud antiquos Cambire accipitur pro pugnare, iter inchoare, flectere; a quo campso, as, iter flecto.
- CAMBYSSES**, καμβύσης, mediocritatis dignitatis Persa fuit, cui Astyages, Persarum, & Medorum rex, Mandanē filiam suam collocauit, ex qua natus est Cyrus, qui postea uicto auro regnum inuasit. Cābysses item alius fuit, Persarum, & Medorum rex, Cyri filius, & superioris Cambysae nepos: qui patris regni Aegyptum adiecit: sed offensus illorum superitionibus, Apidis, ceterorumque deorum aedes dirui iussit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitū misit, qui in Libya deserta arenis obrutus, uniuersus interiiit. Herod. lib. 1. & 2. Est etiam hoc nomine fluuius Hyrcanae, ortum habens in montibus Caucais, Septemtrionem uersus per Liberos, & Albanos defluens. Plin. lib. 6. c. 13.
- CAMELLA**, genus uasis apud Ouid. lib. 4. Fast.
- CAMELOPARDALIS**, καμηλοπάρδαλις, animal est cameli proceritate, colore pantherae, maculis ueluti florentibus variegatum.
- CAMELVS**, simpliciter, [Camelo. Gal. Chameau. Hisp. Camelo.] καμηλος, animal quadrupes, quod crura proluxa, collum oblongum habet. De Camelis multa Plin. lib. 8. cap. 18. Cic. 2. de Nat. Deo. Cameli adiuuantur proceritate collorum. Hor. 2. epist. Diuersum confusa genus panthera camelo. Hinc Camelinus, a, um. ut, Camelinum lac. Plin. lib. 28. ca. 9. Dulcissimum camelinum, efficacissimum ex asinis. Est & Camelus fumis nauticus, quo anchorae religantur.
- CAMERA**, [Volto. Gal. Voultre, berceau, comme celui qu'on fait aux jardins pour soutenir la vigne entreille.] κάμαρα, arcus aedificium sustinens, tectumque de uexu, & incuruatum, quod fornix, & testudo a Latinis appellatur. Seruius deductum existimat, ab aedificio Camarus, quod curuū significat, & inflexum. Cicero ad Q. Fr. Cameras quasdam non probati, mutarique iussi. Sal. in Catil. Muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculca tenebris.
- CAMERARIVS**, a, um, Plin. libro 19. c. 5. Camerarium, genus eucurbitae uocat, quod in pergulas arreptit in hortis, non quod humi serpit.
- CAMERO**, as, are, [Edificare in uolto. Gal. Voultre. Hisp. Edificar de bodega.] κάμαρα, cameram, id est, fornicem, & testudinem facio, a quo Concamero. Plin. lib. 24. Dinocrates Arifinoes templum concamerare inchoauerat. Inde Concamerata loca, quae fornicibus consistant. Camerata uehicula, qualia sunt pensilia, quibus matronae gestantur cuiusmodi etiam hodie sunt cotio contacta.
- CAMERINVM**, [Camerino.] Vmbriae urbs a curuitate situs ita appellata. Hinc Camertes pop. Plin. lib. 3. cap. 14. & Strab. lib. 3. Cicero pro Balbo: Neque Fulginatium, neque Camertium foedere esse exceptum. Rectus singularis est Camers. Silius l. 8. Et armis, Vel castris laudande Camers. Cic. pro Syl. In agro Camerti. Hinc Camertinus, a, um, Cic. pro Balbo.
- CAMERIVM**, Latii opidum iuxta Collatiam, apud Plin. l. 3. c. 5.
- * **CAMERTES**, appellati sunt Vmbriae populi in montibus Piceno conterminis.
- * **CAMILLA**, regina Volcorum. Virg. 11.
- CAMILLVS**, κάμηλλος, proprie puer ingenuus, qui flammis Diali ad sacrificia ministrabat. Antiqui enim Camillos & Camillas uocabant ministros, & ministras impuberes in sacris.
- CAMILLVS**, qui & alter Romulus dictus est, Romanorum suae aetatis clarissimus fuit, qui Veios toto decennio obfessos per cuniculos cepit. nec multo post, cum crimini illi daretur, quod albis equis triumphasset, & praedam inique diuisisset, die dicta ab Appuleio trib. pl. damnatus Ardeam concessit. mox cum Galli Senones urbem diripissent, ipsumque Capitolium artificissima premerent obsidione, absens dictator factus, collectis ex fuga Romanorum reliquiis, Gallos pendente auro intentos, incautos oppressit. Post haec pop. Romanum Veios migrare uolentem, elegantissima illa, quae apud Liuuium legitur, concione retinuit. Tertium deinde dictator creatus, Satricum, sociam P. R. urbem, ab impetu Latinorum tutatus est,
- Quantum dictator ad sedanda populi seditionem factus, ualerudinem excusauit: aliumque sibi subrogandum curauit. Quintum dictator Gallos iterum Romanam petentes, & ad flumen Anienem castrametatos, superauit. Postremo Romae octogenarius pestilentia interiiit. Vide Plutarchum, & Liuuium.
- CAMINO**, as, are, facere in modum fornacis. Plin. lib. 16. c. 6. A cerui luto caminantur. Idem lib. 17. c. 15. Caminata fossura.
- CAMINVS**, nis, [Fornax, camino. Cal. Fournaise, cheminée. Hisp. Orno d. cheminea.] Latine Fornax dicitur. Vir. lib. 3. Ruptis flammam exspirare caminis. Est etiam locus, in quo ignis fruitur. Cic. ad Trebatium lib. 7. epist. Luculento camino utendum censeo. Sue. in Vitel. Flagrante triclinio ex conceptu canini.
- CAMMARVS**, piscis ex cancerorum genere. Pl. lib. 31. cap. 8. Mart. lib. 2. Concolor in nostra cammare lance rubes.
- CAMOENAE**, Musae, Iouis, & Memoriae filiae, a cantus amoenitate ita dictae. Varro auctor est ab antiquis Carmoenas, & Casmoenas dictas fuisse, quae postea abiecta r, uel s, Camoenae appellatae sunt. Alii et Festus; Camoenae (inquit) a carminibus sunt dictae, uel quod canunt antiquorum laudes, uel quod sint castae mentis praesides. Virg. 3. eclog. Alternis diceris, amant alterna Camoenae. Dicitur etiam Camoena numero singulari. Perf. Sat. 6. Tibi nunc hortante Camoena excutienda damus praecordia. Sene. in Med. Ille uocali genitus Camoena.
- CAMPANA**, κάδοον, instrumentum notum populo ad concionem, aut sacrum conuocando idoneum, a quo Campanula. Hier. ad Euth. Quousque campanula in claustro pulsabitur.
- CAMPANIA**, regio Italiae fertilissima, in qua summum est Liberi patris (ut uenire a Plinio dictum est) & Cereris certamen: sic dicta quod campestris sit. Iuuenalis: Prouida Pompeio dederat Campania febris, a qua Campani, qui in ea habitant. urbes praecipuas olim habuit Capuam, Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam.
- CAMPANVS**, a, um, Virg. 20. Aen. Hinc nomen Campanae ducitur ut bi. Litus Campanum. Sta. 3. Sil. Morbus Campanus. Hor. 1. Ser.
- CAMPES**, plu. nu. tantum & neu. g. uermis genus hortensis, herbas & arborum frondes infestans, a κάμπεσιν, flectere: quod flexo obliquis tractibus corpore progrediatur. Col. lib. 10. Hirsutaque campe.
- CAMPESTRIS**, loca plana, [Campagna.] a campo deductum nomen. Campestria item dicuntur genitalium succinctoria, quod ludetes in campo uestibus omnibus exuebantur, solis campestribus tecti uirilia. Hor. Penula solstitio, campestre niualibus auris.
- CAMPESTRIS**, tres, ut Capestres operarii: qui in campo Martio seruilem operam candidato imperiebantur.
- CAMPVS**, [Campo. Gal. Un champ, une plaine. Hisp. Campo raso, d. uega para labrar.] πεδίοις, est gr. ande, atque amplum spatium terrae planae ut Plateae, areaeque. Oppius 3. Bel. Ciu. Cum esset inter bina castra campus, circiter millium passuum sex. Virg. 7. Aen. Aequare campi Exerebat equos. Dicitur Campus a capiendo, quod animalium, seu rerum aliarum multitudinem facile capiat. solet tamen accipi pro qualibet re, in qua quis studium habeat. Cic. 4. Acad. Cum sit campus, in quo possit exsultare oratio. Latissimum dicendi campum alio loco dixit.
- * **CAMPVS** Diomedis, in Apulia sunt.
- * **CAMPONI**, populi inter gentes Aquitanicas.
- * **CAMPSIANI**, Germaniae populi.
- CAMPVRA**, rae, p. uasis genus, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia. Festus.
- CAMPVRS**, a, um, [Torto, piegato. Gal. Courbé, camus, recroqueuille.] inflexus, curuus. Virg. 3. Geor. Camuris hirtae sub cornibus aures.
- CAMVVS**, nis, [Laccio, fune. Gal. Frein, bride ou licol.] κάμυρος, genus uinculi. Pla. in Cal. posuit pro fune, quod damnati auigantur furcae. Item equorum retinaculum, frenum, & muliebri ornamentum. Est & genus tibiae, pabuli, & lilij, & quaedam herba. Item mechanicum instrumentum igniferum.
- * **CANA**, Asiae promontorium.
- CANACE**, Aeoli filia, quae cum fratre Macareo corpore misto, puerum peperit: qui Aeolo proditus, eius iussu canibus est obiectus. filiae autem pater ensem per satellitem misit, ut illo pro meritis uteretur, eoque sibi necem illa traditur consciuisse. Exstat epistola Canaces ad Macareum fratrem inter Ouidianas.
- CANALICOLAE**, homines pauperes: quod circa canales fori confisterent. Fest.
- CANALICYLA**, deminut. [Canaletto.] parua canalis. Gell. libro 7. cap. 11.
- CANALICYLATVS**, a, um, in canalis modum factum. Pl. l. 19.
- CANALICYLVVS**, demin. a Canalis in m. g. Col. 9.
- CANALIS**, lis, [Canale. Gal. Canal, conduit, esuier, tuyau. Hisp. Canal.] p. f. & tam masculinam quam feminam. ge. τὸν λῶν, a canna fit, una littera detracta. lignum est ad cannae similitudinem catatum, quo aqua deducta. Festus: Canales, per quos aqua confluit, in nijs lapide stratis. Virg. 3. Geor. Illignis potare canalibus undam. Dicitur & hoc Canale, Stat. lib. 1. Sil. Flumina demerso trahit intemerata canali.

- CANALITIVM**, aurum, dicitur in puteis effossum, quod uenarum canalibus per saxa uagatur huc, atque illuc, & per latera puteorū. Plin. lib. 33. c. 4. Quod puteis foditur, canalitium uocant.
- CANAN**, dicitur est Arabia a Canan, qui in ea confedit: a qua Cananxi. Hæc fuit prima gens, quæ Deum ignorauit, quia principes eius, & conditor cultum a patre non accepit, maledictus ab eo.
- CANANEA**, Syriæ regio a Canaan filio Canan, qui eam regionē, quæ nunc Iudæa nuncupatur, inhabitans, a se Cananæam nuncupauit.
- CANARIA**, herba est, quam uernacula nostra lingua etiam Herbam canis uocamus, quod canes ægroti, ea præsentem uomitum eijciant. Plin. 25. cap. 8.
- CANARIA**, insula Atlantici Oceani, ad læuam Mauritanie. Canaria dicta a multitudine canum, ut ex Iubæ sententia tradit Plin. lib. 6. cap. 32. Hodie omnes illæ insulæ, quas ueteres Fortunatas dixerunt, uno nomine Canariæ appellantur, saccharo, quod Canarium uocant, insignes.
- CANARI**, Africae populi circa Atlantem dicti, quod canum uictus ipsis promiscuus sit. Vide Plin. lib. 5. cap. 1.
- CANARIUS**, aurum, [Cagneſco.] quod ad canem pertinet, ut augurium canarium. Pl. lib. 18. c. 3. Augurio canario agendo dies constituat.
- * **CANATHA**, opidum in Decapolitana regione. Steph.
- CANATIM**, [Cagneſcente in cagneſco.] *κω. νδ. γ.* ad similitudinē canis, ut Bouatim, ad similitudinē bouis. Nigidius Figulus in Comgram. ut citat Nonius: Canatim, Suatim, Bouatim, ab animalibus sumuntur.
- CANCANOS**, *κάνκνος*, herba est Galeno, quæ Dioſc. & Plin. Calacia dicitur, & Leontice. Vide Ruell. lib. 3. cap. 128.
- CANCELLARI**, [Scriuani, cancellieri. Gal. Chancelliers. Hi. Chancelleres.] *ἀρχιγραμματεῖς*, degenerate iam tum paulatim lingua Latina, dicti sunt scribæ principum, quorum opera illi in concitiendis, examinandisque diplomatibus utebantur. Vitur hac uoce Flauius Vopiscus.
- CANCELLATIM**, ad similitudinem cancelli. Plin. lib. 11. cap. 27.
- CANCELLI**, locum, *κλιδές*, ligna, aut ferrameta modicis interualis in transfuersum iſtar retis uicem annexa, quibus scenæ, & tribunalia; atque fenestæ muniri solent, aditusque eorum præcludi. Cic. pro Sex. Tantus est a fori cæcellis plausus excitatus. Cæcellos alicui circumdare, per translationem dicitur, pro, limites quosdam angustos cuiuspiam præscribere, extra quos non liceat euagari. Idē pro Quinto. Si extra hos cancellos, quos mihi ipse circumdedit, declinauero. Sunt & Cancelli loca cancellatim, id est tessellatim facta transfuersarijs lignis, accommoda sessui. Ou. Cancellis primos imposuisse pedes. In factis litteris Cancelli uocantur, specula foraminibus plena & transfuersim plagulis fenestrata, quas uulgus & elotypias uocitat. Hos cancellos delitiosos Cic. lib. 1. de perfecto genere dicendi, appellat Transennas, ab oculorum uidelicet, & foraminum transfuersitatē enim: Quasi per transfennam prætereuntes strictim adspicimus.
- CANCELLATVS**, aurum, quod cancellorum figuram imitatur. Plin. 3. ca. 10. Cancellatam cutem appellat, quibusdā cancellis distinctā.
- CANCELLO**, as, [Cancellare. Gal. Cancellor, rayer, caſſer. Hi. Truncar, caſſar à borrar como la eſcrittura.] deleo, apud iureconf.
- CANCER**, cri, [Gambaro] *κρκινός*, piscis genus est mollē testam habens pro tegumēto: cuius multæ sunt species, quas uide apud Plin. lib. 9. c. 31. Est item Cancer unum ex duodecim Zodiaci signis a quadam cancri piscis similitudine ita dictum, quod sol uenit Iunio signum hoc perambulans, paulatim incipit a nobis recedere, & cursu retrogrado ferri, in modum cancri. Refert Higinus, hunc fuisse cancrum, qui a Iunone in Herculem, cum hydra Lerneæ pugnatem, immisus fuit: qui cum pedem eius momordisset, ab Hercule occisus est, & a Iunone inter sidera collocatus. Ci. in Ara, & claro collucens lumine cancer, In quo cōsistens cōuertit curriculum sol. Cancer item, morbus est ab atra bile efferuescente proficiscens, cum alias corporis partes, tum mulierum mammas in primis infectans, quæ menstruo non purgantur. Dicitur Cancer; uel quod paulatim serpat cancri piscis similitudine, uel quod uenas circa se habeat extensas, iſtar brachiorum cancri, uel quod pertinaciter hæreat ut solet cancer, si quid chelis apprehenderit. Cato de re rust. Eadem brassica uulnera putrida, cancroſque purgabit. Cancros Orci, dixit Appuleius, pro faucibus, & tenacibus itationibus, quasi cancellos.
- * **CANCHLEI**, Arabiæ populi, Cedreis, & Nabathæis finitimi.
- * **CANCHRIS**, secundæ Libanotidis semen. Dioſc. 1. 3. c. 70.
- CANDACE**, es, *κνδάκη*, Suidæ Aethiopum regina, tēpore Augusti, quæ tanti in suos meriti fuit, ut omnes deinceps Aethiopum reginæ, eius nomine fuerint appellatæ. Str. 1. 17. Pl. 1. 6. c. 19.
- CANDAVIA**, mons in ea parte Macedoniæ, quæ in mare Hadriaticū uergit. Plin. Candauias montes, multitudinis numero appellat, li. 3. c. 23. Ci. ad Att. Ex castris, ad imani Candauiam.
- CANDAVLVVS**, *κας δαυλλος*, obſonij genus ex carne elixa, pane, & caſeo Phrygio, cum anetho, & pingui iure. Cæli. Rhod. lib. 20. c. 14.
- CANDEFACIO**, [Imbiancare. Gal. Faire blanc, blanchir. Hiſ. Emblanquecer.] *ἀδκλίνω*, candidum facio. Plau. in Mos. Vna opera ebur atramento candefacere postules. Aliquando etiam Candefacere, est candentem, id est ignitum reddere. Plin. lib. 24. cap. 8. Vbi inter lapides candefactos funditur. Hinc Excandefacio, candens, & ignitum facio: unde Ferrum excandefactum. Per translationem accipitur pro ira inflammare.
- CANDELA**, [Candela. Gal. Chandelle, torche, cierge, ou telle chose eſclairante.] *λύχνος*, a candore luminis dicitur. Iuue. Sat. 9.
- CANDELABRYM**, *λυχνόριον*, in quo candelæ figuratur. Ci. 6. Ver. Lectos æratos, & candelabra ænea. Varr. Candelabra a candela. in his enim funiculi ardentes figebantur.
- CANDEO**, es, ui, [Eſſere bianco. Gal. Eſtre blanc. Hi. Emblanquecerſe.] *ἀδκλός εἶμι*, candidus sum. Ouid. 1. 1. Metam. Candida de nigris, & de candentibus atra. Significat etiam ignitum esse. Cic. 1. Off. Candente carbone sibi adurebat capillum. A Candeo Candefco, ignitus fio, ignesco. Ou. 2. Met. Currusque suos cadescere sentit. Candescere et albi fieri significat. Tib. 1. 1. Liceatque caput candescere canis. Hinc Excandeo, & Incandeo: a quibus Excandefco, pprie uehementer incendor, inflammor que. Cato de re ru. Cum bitumē, & sulphur additum est, excandescet. Incēdetur. Transferitur et ad iram, quod ea est, uelut ignis animum incendens, & uultu hominis quodam candore perfundens. Cælius Cicero. Id postquam re scijt, excaduit, & me caussam inimicitiarū querere clamitauit, id est, uehementer incensus est. Hinc Excandefcentia, quæ est (ut Cic. 4. Tul. inquit) ira nascens, & sine modo existens. Incandefco, candens, & ignitus fio. Ouid. Meta. lib. 7. Incandescit eundo. Est & Recandeo: a quo Recandefco, rursus candefco, & accipitur pro caleſco. Ouid. lib. 2. Metam. Solibus æthereis, altoque recanduit estu.
- CANDICO**, as, *καδκλῖμα*, candorem habeo. Plin. lib. 8. Candicans macula. Hinc Candicantia, & pro albedine. Pl. lib. 37.
- CANDIDATORIVS**, aurum, Ci. ad Att. lib. 1. Nos in omni munere candidatoris fungendo summam adhibebimus diligentiam.
- CANDIDATVS**, qui luce quadam nitente perfusus est. unde Laſt. im mortalitate nos ueluti candidatos esse, eleganter dixit. Candidati etiam dicebantur, qui ad alicuius magistratus petitionem adspirabant; toga candida, quam induebant, siue ad denotandum integritatē, quod solus hic color purus & minime inquinatus est: siue ut perspicui ab omnibus posset, eos pecuniam nō habere, qua ciues corrumpent. Ire autem candidari per comitia solebat, suadēdo, rogando, submitendo se omnibus, & nudato etiam corpore, cicatrices ostendendo. Cic. pro Mur. Nec candidatis ista benignitas admenda est. Inde aliarum quoque rerum petitorum, Candidati dicuntur, sicut a Quinto. Candidatus eloquentiæ, a Plin. in Pane. Candidatus gloriæ, & immortalitatis.
- CANDIDE**, [Puramente. Gal. A la bonne foy, ſimplement. Hiſp. Simple y puramente.] pure, sincere. Cælius Ciceroni: Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter, & candide posuisse inimicitias uidearis.
- CANDIDO**, as, [Imbiancare.] *καδκλῖμα*, candidum facio. POMP. uestem lixiuio candidans. Plin. Cuius radice utuntur ad candidandos capillos.
- CANDIDVLVS**, aurum. Ci. 5. Tul. Candiduli dentes, uenusti oculi.
- CANDIDVS**, da, dum, [Candido, biāto. Gal. Blāc, reluiſſant, reſplendiſſant. Hiſ. Blanco con luſtro.] quod lucentem quandam habet albedinem: unde niuem candidam, & cygnum candidum magis proprie dixeris, quam album. Seruius in 2. Geo. Albus est candidum esse, id est, quadam nitenti luce perfusus: Aliud album, quod pallori constat esse uicinum. Sumitur etiam pro ignito: unde ferrum candidum uocamus, cum accensum est. Et quia inter colores candidus purissimus est, accipitur Candidum pro puro, & minime fucato, Hor. 1. epist. Albi nostrorum sermonum candide iudex. Interdum Candidus ponitur pro felici, tractum a Thracibus, qui diem fortunatum, albo, aduersum nigro lapillo designant. Catul. Fulſere uere candidi tibi soles. Hor. lib. 2. Serm. Hucine solem Tam nigrum esse mihi?
- CANDIFICO**, as, [Imbiancare.] *ἀδκλῖμα*, candidum facio. Nzuius; Poliens sese, & succis herbarum candificans cutem.
- CANDOR**, oris, [Bianchezza. Gal. Blancher, lueur, pureté, bonne foy. Hiſ. Blancaza con luſtre.] *ἀδκλῖμα*, albedo splendori coniuncta. Ci. 2. de Nat. Deo. Solis candor illustrior est, quam ullus ignis.
- CANDOSOCVS**, in uitibus qui dicitur, docet Col. lib. 5. c. 4.
- * **CANDYBA**, apud Steph. est Lyciæ regionis ciuitas.
- * **CANE**, opidum Aeolidis regionis.
- CANENTAS**, capitis ornamenta ueteres dixerunt. Festus.
- CANEO**, es, ui, [Venir canuto. Gal. Griser, grissonner, deuenir cheuu et blanc. Hiſ. Encanecer.] *καδκλῖμα*, de capillis dicitur in senibus, cum albescunt: per translationem de alijs etiam rebus, quæ capillorum canitiem imitantur. Canent herbæ, matutino rore adspersæ. Virg. 3. Geo. Dum gramina canent. Idem 2. Geo. Et glaucæ canentia fronde salida.

- CANESCO**, is, canus fio, & proprie de senibus dicitur, cum capilli eorum in albedinem uergunt. Pro senescere, Cic. 1. de Leg. Canescet scelis innumerabilibus. de quercu.
- CANEPHORA**, uirgo dicitur, quæ more Attico sacra in cistulis reposita capite sustinebat. Ci. in 6. Verr. Habe Canephoras.
- CANI**, orum, capilli albi in capitibus senum. Cic. de Sen. Non cani, non rugæ, repente auctoritatem afferre possunt.
- CANIA**, & iurticæ siluestris genus. Plin. lib. 2. c. 15.
- CANICAE**, [Semola, crusta,] fursures ab antiquis dicebantur, teste Festo, eo quod canes ijs palcerentur. Vnde Canicaceum panem fureum dicimus. Pacuuius: Qui apud te, quasi seruus, est canicaceum panem.
- CANICEPS**, genus animalis faciem caninam habens. Plin. lib. 7. c. 2.
- CANICULA**, *κωνιδιον*, dem. a cane, cum est fem. gen. Cic. 3. de Nat. Deor. Prudentis est, intelligere, se habere sensum, & rationem, hæc eadem & caniciam non habere. Accipitur & pro signo cælesti, *αειπιος*, Col. lib. 10. Per astro solstitio, usque ad ortum Caniculæ, qui ferre dies triginta sunt. Dicebatur præterea, hoc nomine tali latus, quod unitatem ostendebat, in quod conuerso lato, deponeretur ab eo, qui iactauerat, nummus unus, aut quantum inter se pacti fuerant, sine aliquo luero. iccirco damnosa canicula uocabatur, Persius: Damnosa canicula quantum raderet. Canicula item genus piscis mauni. Plin. lib. 32. c. 11.
- CANICULARES**, dies appellamus, eo quod sidus hoc ijs diebus in medio cæli centro sit, coniunctumque cum Sole duplicet calorem. Dicta canis, quod corpora nimio calore mordere uideatur.
- CANINVS**, a, um, ex cano. Plin. Sanguine canino nihil contra toxica præstantius est. Caninum prandium, abstemium, in quo nihil uini potatur, quoniam canis unum non bibit. Gell. lib. 23. ca. 29. Canina cena, idem. Pla. in Catin. Caninam cenam spero meliorem fore.
- CANIS**, [Cane. Gal. Chien ou chienne. His. Can, perro.] -us, gen. com. animal latrabile: piscis marinus, & ludi talaris signum, quod unum duntaxat punctum continebat. ideo damnosus canis appellatur. Propert. Semper damnosi subsiluerunt canes. Canis animal a canendo dicitur, quod nocte in custodia, & in uenando signum uoce det. Ter. in Phor. Introijt in ædes ater alienus canis. Col. lib. 7. ca. 12. Plin. lib. 10. c. 63. & Xenophon de Venatione. Sunt autem duo canes in cælo, maior scilicet, & minor: sed Canem dicendo, maiorem intelligimus, minor enim canis Canicula dicitur. Hæc etiam Antecanis, & Syrius dicitur. Cic. Antecanem, Procyon Graio quæ mine fertur. Oritur 17. Kalend. Augusti. Occidit, sed non tota, post dies quadraginta.
- CANISTRUM**, & Canister, [Canestro, cesto, panier. Gal. Panier ou corbeille faite d'osier. Hisp. Canasta.] -us, sicella, cista uimineæ Græco *κατασπορα*, in, imutato. Virg. Cereremque canistris Expediunt. Palla. Salignis canistris fieri debere uirgultis; quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. Hinc Canistellum, & Canistellus.
- CANITIES**, & canitudo, [Bianchezza, canutezza. Gal. Blanchiffure de cheuenx, blanche niet uieillesse. His. Canas de los caballos.] -us, capillorum albedo. Plin. lib. 11. c. 37. Canities homini tantum, & equis. Plau. Stultus est aduersus ætatem, & capitis canitudinem.
- CANNA**, [Cana. Gal. Canne roseau. His. Cana.] arundo, licet minor sit, & maior calamo. Ou. Et pigram uelabat canna paludem. Hinc fit Cannæus, a, um, quod ex cannis conficitur. Vnde Colum. lib. 12. c. 50. Cannæas tegetes uocat, storias ex cannis confectas, quæ ad excipiendam oliuam arboribus substerni solebat.
- CANNABIS**, p. c. [Canape.] *καμβησις*, herba est, ex qua fiunt choræ. Persius: Tibi tota cannabæ sulco Cena fit in trastro? Dicitur & Canabum. Pallad. lib. 3. c. 5. Hoc tempore cannabum feris. Hinc Cannabaceus, a, um, & Cannabinus, a, um, ex cannabæ. Colum. lib. 7.
- CANNAE**, arum, uicus in Apulia, Romanorum clade clarus. Pugna Cannensis. Proper. lib. 3. Cannensis calamitas, Cic. de Cl. Or.
- CANNETVM**, [Canneto. Gal. Du chanum, chenewis. His. El canamo.] *καμβησις*, ubi canarium copia est. Pallad.
- CANNITIÆ**, cameræ, dicuntur in agræstibus ædificiis ex cannis constructæ, *καλαμια καμαρα*, ut est apud Pallad. lib. 1. cap. 13.
- CANOSIS**, cecini, cantum, [Cantare. Gal. Chanter. His. Cantar.] -us, sed eius composita faciunt præteritum in ui, diuisis syllabis: significat que proprie canere, uoce modulari. Plin. lib. 10. c. 29. Merula canit æstate, hieme balbutit. Cic. 4. Aca. Cum cornix cecinerit. Hinc canere poetæ dicuntur: quoniam uersus rhythmica ratione compositos cantando pronuntiare consueuerunt. Virg. 1. Aen. Arina uirumque cano. Canere etiam is dicitur, qui fides, organa uel pulsant, aut qui tibias inflat. Cic. 1. Tusc. Epaminondas fidibus præclarè cecinisse dicitur. Idem 2. de Or. Quædam modum tibicen sine tibijs canere, sic Orator sine multitudine audiente eloquens esse non potest. Canere receptui, significat post confectum milites a pugna reuocare, quod fit cantu tubarum, & clangore. Liu. lib. 26. Flaccus receptui cani iussit. Contra, Canere bellicum, est milites tubæ clangore ad bellum accendere. Cice. in Or. Alter incitator fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bell-
- cum. Sed quia ueteres laudare, & uaticinari uersibus solebant, factum est, ut Canere pro laudare capiat, Virg. 7. Aen. Regemque canebant. Et pro uaticinari. Idem 6. Aen. Ipsa canas oro. Et pro prædicare, & cum quodam, ut exaudiri possit, canore proferre. Mart. Quidquid fama canit, donat arena tibi Canere eandem canitalem dicitur is, qui molestus est, sæpius eadem inculcans. Ter. in Phor. Cantilenam eandem canis. Intus canere, dicitur solebat is, qui priuati commodi studiosus, quidquid agit, id omne ad domesticam fert uulniam. Cic. in Ruil. Hoc carmen hic tribunus pl. non nobis, sed sibi intus canit. Hinc Accino, quod est ad aliquid, uel iuxta cano. Concio, simul cano. Intercino, inter agendum cano. Occino, siue Occano, conuincium facio. Percino, canendo profero. Procino, canendo profero. Præcino, prædico, prædiuino, & antecano. Recino, rursus cano. Hor. lib. 1. Car. Quem Deum cuius recinit tocosa Nomen imago. Interdum significat in contrarium cano. Inde Recitare, quod semel a nobis male aut dictum, aut scriptum est, reuocare, & corrigere. Est & Succino, summissa uoce cano.
- CANON**, *κωνων*, tributum erat frumentarium, quod Aegyptus, Africa, & Sicilia statum populo R. quotannis pendebant. Asconius Pedianus tria facit tributorum genera, Canonem, ut in portorij, & uestigialibus: Oblationem, ut in uini distractione: & Indictionem, quæ & Collatio, Collecta dicitur a Cicer. lib. 2. de Orat.
- CANOPVS**, *κανωπος*, Suid. p. p. ciuitas Aegypti distans ab Alexandria cxx. stad. ex qua ortum ferunt Claudianum poetam: dicta, quasi Canobus, a Canobo Amyclæo Menelæi nauis gubernatore, ibi fuit pulso, nam deuicta Troia in Aegyptum uiuentorum delatus cum Helena, gubernatorem ictu serpentis, quem Hæmorrhoida uocant, amittit, in cuiusque memoriam urbem condidit. Iuuen. Satyr. 15. Barbara famosa non cedit turba Canopo. Est ibi Nili ostium, quod Canopicum uocant. Str. lib. ult. Plin. lib. 5. cap. 10. Pomp. libro primo. Ammianus lib. 22. Hinc Canopitæ, qui Canopum habitant.
- CANOROSIS**, [Canto, concento. Gal. Son accordant. His. Canto acordado, lin de Zagala de gentileza.] *μελος*, cantus. Ouid. lib. 5. Met. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures. Virg. 4. Geor. Martius ille æri tauri canor increpat.
- CANORVS**, a, um, [Sonoro, canoro. Gal. Resonnant, doux & accordant. His. Cosa que mucho suena o resuena.] *μεγαλοφωνος*, uocalis, sonorus. Cic. de Sen. Canorum illud in uoce splendescit. Virg. 6. Aen. Threicia fretus cithara fidibusque canoris.
- CANOROSVS**, a, um, [Sonoro, risinante,] idem. Gel. Claros, canorosofque sonitus.
- CANTA**, pro cantara ueteres usi sunt. Festus.
- CANTABRI**, *καυταβροι*, p. c. Hispaniæ Tarraconensis populi efferi, & nullam uitam sine armis esse existimantes. Sil. Ital. Cantaber ante omnes hiemisque æstusque, famisque inuictus. regio Cantabria dicitur. Cantabrius, a, um, ut, Cantabria gens. Cantabricus, a, um, ut, Cantabricum bellum, & Cantabrica uerba: de qua Plin. libro 25. cap. 8.
- CANTAMENINIS**, [Incanto. Gal. Enchantement, chancon. His. Obra de encantar de palabras, encantacion] *γυνταία*, pro incantatione accipitur. Proper.
- CANTES**, [Canne de gli organi,] pluralis numeri tantum, & f. g. fistulæ sunt organorum.
- CANTHARIVS**, gemmæ species, scarabæorum effigie. Plin. 37. c. 11.
- CANTHARIS**, dis, uermis terrenus uiridis, auri colore superlucens, cuius succus in uenas ingressus, ut uenenum, interimit. Oui. Cantharidum succos dante parente bibas, Cic. ad P. tum lib. 9. Caius cantharidas sumpsisse dicitur.
- CANTHARIS**, idis, *καυθαρις*, a quibusdam appellatur herba, que *καυθαρις* Dioscoridi, Latinis Fumaria, & Officinis Fumus terre dicitur.
- CANTHARVS**, *καυθαρος*, poculum, quod Baccho tribuitur: a citharo, nauigij genere. Plin. lib. 23. c. 11. Marius post uictoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur. Vir. Ecl. 6. Attrita pendebat cantharus ansa. Vlp. scribit cantharos esse, per quos aquæ salunt. Et Cantharus piscis nomen apud Plin. 1. 32. c. 11. Colum. lib. 8. Est item Græcis, quem Latini Scarabzum uocant, ex genere insectorum. De hoc Plin. lib. 11. c. 28. & Aristophanes in Cantharo. Est item Cantharus, cæleste signum in Aquatio, ex tribus constans stellis.
- CANTHERINVS**, a, um, Plau. in Men. Hæc mulier cantherino ritu æstans somniat. Solent enim equi stantes somniare, auctore Plin. lib. 10. cap. ult. Cantherinum hordeum, Col. lib. 2. c. 9. Cantherinum laparum Latini Rumicem appellant. Plin. lib. 20. c. 21. Itæ Cantherij tigna dicuntur. Vir. lib. 5. Item Cantherius, ut auctor est Varro, mons est in Sabinis.
- CANTHERIOLVS**, pro paruo pedamento. Colum. libro 11. cap. tertio.
- CANTHERIVM**, *καυθηριον*, uehiculi genus, de quo Sen. ep. 87.
- CANTHERIVS**, genus iugi in uinea de quo Col. lib. 4. c. 12. Cantheriatus,

- riatus, a, um. Idem lib. 9.
- CANTHERIVS**, [Cavallo castrato. Gal. Chantier ou chevron. His. Perecha de la parra.] *καυθίπος*, equus, cui telles amputati sunt, ut fiat manivertior. Cantherij item dicuntur, qui subijci solent a fabris materiarijs, dum moles arborum secant. vulgus Caballos vocat.
- CANTHVS**, thi, *καυθός*, ferrum, quo rotæ extremitates uinciuntur. Perlius: Vertetem sese frustra sectabere canthum. Fuit etiam Cāthus Abantis filius, & inter Argonautas ponitur.
- CANTICVM**, [Canzone,] elegans cantus. Cic. Peto: Nosti canticum.
- CANTILENA**, [Canzone. Gal. Chanson. His. Cancion, canto.] *μελοδία*, carmen canticum. Cic. 1. de Or. Neque ex scholis cantilenam requirunt. Accipitur & pro uerborum iactatione, Brutus ad Cic. lib. 11. Crede mihi, totam istam cantilenam ex hoc pendere: ut quam plurimum lucri faciant.
- CANTIO**, nis, [Canzone, canto,] cantus. Plaut. in Stich. Suauem cantionem.
- CANTITO**, as, frequen. a Canto. Ter. And. Ut habeas qui cum cantites. Cic. de Clar. Or. Carmina in epulis cantitata a conuiuijs.
- ***CANTIVM**, Britannix promontorium. unde ciuitas Cantuaria.
- CANTIUNCULA**, demin. [Canzone, cella.] *δυνατιον*, Cic. 5. de Fin. Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiuunculis tantus uis irretitus teneretur.
- CANTO**, as, [Cantare. Gal. Chanter. His. Cant. ar.] *ἀδόν*, frequentatiuum a cano. Plin. lib. 11. cap. 26. Mares cantant in utroque genere. Item Cantare, pro incantare. Vir. in Pharmaceutria: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Vbi Seruius, Cantando, dum incantatur. Nam gerundius modus ab omni uerbo similiter procreatur. unde modo Cantando a Passiuo, ait, cum supra ab actiuo dixerit, Cantando tu illum. Cantare item pro celebrare, tollere laudibus, Cic. Att. Iam pridem istum canto Cælarem. Cantator, qui conuenit canere Mart. lib. 13. Cantator cygnus funeris ipse sui. Cantatus partic. Totam cantata per urbem. Hinc A canto, Ex canto, Incanto, & Recanto.
- CANTATOR**, & Cantatrix, [Cantore, cantatrice. Gal. Chanteresse, chanterelle. His. Cantora.] qui, uel quæ cantus exercet. Plaut. in Trin. Cantatrices, cistellatrices. Cic. 1. de Or. Cantor formularum, aucepssyllabatum.
- CANTVS**, us, a Cano, [Canto, canzone. Gal. Chant, chanterie. His. Cancion.] *μελος*, est inflexio uocis, & pro cantione cuiuscumque rei dicitur. Virg. 8. Aeneid. Tum Salij ad cantus incenia altaria circum. Cic. de Orat. 2. Qui cantus moderata pronuntiatione dulcior in neniri potest? Cantus etiam pro incantatione accipitur. Tib. Nempe hæc eadem dixit amores Cantibus, aut herbis soluere posse meos.
- CANVS**, a, um, [Canuto, bianco. Gal. Cheu, grison, qui a les cheuueux blancs. His. Blanco d'cano de cabellos.] *πολιός*, cui canent, siue alben capilli præ senectute. Plaut. Transfertur & ad alia, ut Cani montes, albi ex niue. Cana fides. Virg. 1. Aeneid. Cana fides, & Vesta. Vbi Nonius, Canam fidem, ueterem, & antiquam interpretatus, Cana ueritas. Varro in Eudæ. Ecce de improuiso ad nos accedit æna ueritas. Cani, orum substantiue, capilli albi in capibus senum. Cicero de Senect. Non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre possunt.
- CANVSIVM**, *καυθίον*, Apulix opidum, ad Aufidum fluiuium, laudatissimæ lanæ ferax, quæ Canusina dicitur. Vnde Canusinatus dicitur, indutus Canusina ueste. Mart. lib. 9.
- CAPACITAS**, atis, [Capacità. Gal. Capacité, grandeur de lieu ou il peut beaucoup de choses. His. Aquella capacidad de caber.] locus qui capere, & continere potest. Cic. 1. Tus. Vtrum capacitatem aliquam in animo putamus esse.
- CAPANVS**, per tres syllabas, *καπανός*, p. c. Arguius fuit, qui una cū Polynice ad bellum Thebanum profectus, cū scalas muris admouere uellet, a Thebanis lapidibus est obrutus. Hinc factus est locus fabulæ, Capaneum, cū deorum contempтор esset, a Ioue fulmine esse percussus. Veget. li. 4. de re militari. Qui scalas (inquit) in obsidione urbium utuntur, frequenter periculum subitent, exemplo Capanei, a quo primū scalarū oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta mole lapidum fuit obrutus a Thebanis, ut fulminibus dicatur exstinctus. Vnde Oul. lib. 4. Trif. Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu. Capaneus, a, um, p. p. adiectiuū tetrasyllabum, & p. p. ut Capanea pinus apud Stat. 8. Theb. Capanea que pinus Iani procul Aonijs, uolet agnoscenda cateuis. Capaneus, a, um, aliud adiectiuum, Stat. 12. Theb. ante alias Capanea coniuix.
- ***CAPARA**, urbs Hispanix in tractu Lusitanix.
- ***CAPASEITE** numeratur a Plin. inter Aegypti præfecturas.
- CAPAX**, acis, [Capace, largo. Gal. Capable, contenant. Hi. Casa en que mucho cabe.] *δεκτιός*, omnis generis quod capit, seu continet, aut continere potest. Plin. libro 10. c. 33. Hirundines uento capaci. Idē lib. 12. c. 1. Capax quindecim conuiuarum triclinium. Cic. in Or. Aures mex iunt auidæ, & capaces, & sempet. aliquid immensum,
- infinitumq. desiderant.
- CAPEDUNCULA**, demin. Cic. 3. de Nat. De. Capedunculis, quas Numma nobis reliquit.
- CAPEDO**, inis, *καπρία*, uas amplum, & capax, a capiendo. Cicero in Part. Capedines, ad fistiles urnulas.
- CAPENA**, p. p. opidum uicinum Romæ. Hinc Capenas, atis, gentile. Capena porta Romæ, a Capena urbe, quam Italus rex ædificauit, ut inquit Solinus. Hæc etiam porta Appia dicta est, per quam Capuam itur, ut Frontinus lib. de aquædu. hodie portam Diui Sebastiani uocant. Dicta est & triumphalis, quod triumphantes per eam potissimum in urbem inuehi soleant.
- CAPER**, pri, [Capro, becco. Gal. Un boue castré. His. El cabron d' chibo castrado.] *τραγός*, mas castratus in genere caprino. Mart. Dum iugulas hircum, factus es ipse Caper. Nam Virg. improprie Caprum pro hircu posuit, cum dixit: Vir gregis ipse caper. Dicitur Caper, siue Capra, a carpendis uirgultis. rodit enim omne uirgultum, & in primis uites, propter quod Baccho immolari caper solebat. A Capra fit Capella. Est & Caper nomen proprium Grammatici.
- CAPERO**, as, [Crespare la fronte. Gal. Rider, refroigner. His. Rugar la fronte.] frontem rugis contraho, & asperitatem uultus ostendo: quod a crispis caprorum frontibus, uel a cornuum caprinorum similitudine tractum est. unde & Caperatum rugosum dicitur. Plaut. Qui illud est, quod illi caperat frons seueritudine?
- CAPESSO**, is, iui, itum, secundum Prisc. uerbum actiuum, [Piglio,] ad capiendum eo. Sallust. lib. 2. hist. Diuerfa, uti solet, rebus perditis capeffiuit. Cic. ad Att. Ad rempublicam capeffendam uenio. Virg. posuit pro Exsequendum suscipio, Mihi iussa capeffere fas est. Plaut. in Afin. pro immitto, recipio, Quo magis te in alrum capeffis, tam æstus te in portum refert. Idem in Amph. Me domum capeffam.
- CAPHAREVS**, a, um, tetrasyllabum: ut, Saxa Capharea. Proper. li. 3. Saxa triumphales fregere Capharea puppes.
- ***CAPHARNAYM**, seu potius Capernaum, totius Galilææ metropolis fuit, multis Christi seruatoris miraculis nobilitata.
- CAPIDVLVM**, genus uestimenti, quo caput tegebatur. Festus.
- CAPILLAMENTA**, [Crimi, capelli. Gal. Cheuure perruque. His. Las pelos.] *πρωματα*, ipsi capilli. Plin. lib. 21. Herba, croci est folio angusto, pæne in capillamenti modum. Transfertur quoque ad herbas, & arbores. Colum. lib. 5. Capillamenta seminum.
- CAPILLARE**, huius capillaris, n. g. reticulū muliebre, quo capillos inuoluunt. Mart. lib. 3. Mæchæ pauperis capillare. Capillati, & capillata arbor appellatur, in qua tonsium capillum adolescenter suspendebant, quando deponebant comam, deo eam sacranter. Erat & in urbe Roma, teste Festo, arbor antiquissima, quæ capillata appellatur, quod uirginum Veitalium capillos ad eam deferre mos erat. Plin. lib. 16. c. 44.
- CAPILLATVS**, a, um, qui crines longiores habet, *πρωτός*, Cic. de lege agr. Non minus bene nummatus, quam bene capillatus.
- CAPILLO**, as, are, [Nascere capegli. Gal. Faire auoir cheuueux, produire cheuueux. His. HaZER cabellos.] *πρωτό*, est capillos facere. Plin. 1. 37. c. 11. Polytrix in uirili capillatur.
- CAPILLITIVM**, [Chioma, crino.] *κόμη*, capillamentum. Sic enim a capillo capillitium dicitur ut a famulo famulitium. Capillitium flauum. Appul.
- CAPILLVS**, [Capello. Gal. Cheuueu ou perruque poil. His. Cabello de la cabeza.] *κόμη*, quasi capitis pilus. Cicero in Pison. Erant illi compti capilli. Quamuis & pro omni pilo sumatur, Plin. libro 7. cap. 39. Ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. Mart. Quot sunt; mentula quos habet capillos? Gellius Capillum pro hædino pilo posuit, cum ait. Nam si ouium lacte hædi, aut caprarum agni alerentur, constaret ferme in his lanam duriolem, in illis capillum gignit tene-riorem.
- CAPILLVS Veneris**, *διδυμοί*, herba sic dicta, quod delapsos post alopeciam capillos recreat. Plin. Adiantum, polytricon, & Callitricon appellat.
- CAPIO**, is, [Pigliare. Gal. Prendre, contenir, comprendre, tenir. Hi. Tomar.] *καπῶ*, cepi, captum, significat accipio. Virg. lib. 4. Georg. Capesaxa manu, cape robora pastor. Sed differunt, quia Capere est cū affectu; Accipere cum quis nō sic accipit, ut habeat. Ideo ut Vlp. scribit, non uidetur quis capere, quod est restitutus. Et capere est sponte, uel non sponte; Accipere tantum sponte. Vnde dicitur, Cepi labores, Cepi uel suscepi inimicitias: Accepi calamitatem, cladem, contumeliam, uulnus. Valer. Max. Ut non coactus ensem accipere, sed sua sponte sumere uideretur. Habet interterum reciprocum usum: ut idem sit Cepi uoluptatem, & Cepit me uoluptas: Cepisti dolorem, Cepit te dolor. Quandoque significat facere. Teren. And. Non si capiendos mihi faciam inimicos homines omnes. Quandoque delectare, inelcare, irretire, ex translatione ferarū, uenatusque. Hor. 2. Ser. Te coniuix alie-

na capit. Quandoque propitiari. Lucr. lib. 2. Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. Quandoque decipere, Virg. 2. Aen. Captiue dolis, lacrymisq. coacti. Quandoque eligere, Teren. in Hee. Cum illum gnatum cepimus. Quandoque perpeti, ut apud eundem in Hea. Dum abs te absum, omnes mihi labores, quos ceperis, tuere leues. Quandoque tenere: ut in Eun. Dij boni, quid turba? ades nostræ uix capient. Quandoque inuadere, occupare, Cic. Nam eandem piratarum præda onuitam cepere. Varro. Quid hic uenator non capere? Hinc uincti Captiui dicuntur, quod non sui iuris sint, sed in potestatem aliorum redacti. Quoniam autem, qui ita capti sunt, non sunt amplius sui iuris, sed libertate priuati, ideo Captos quandoque pro priuatis, siue impeditis accipimus. Mente capti, amentes, hoc est, qui mentis compotes non sunt. Capti oculis, qui officio oculorum priuati sunt. Aliquando capere, est amore accendere: unde Capti, Amantes dicuntur, Luc. Ne ad speculum, & forma capiare aliena. In summa hoc uerbum sua habet significata, pro diuersitate rerum, cum quibus iungitur: ut, Capere manu, est comprehendere: Capere oculis, uidere: Capere auribus, audire: Capere mente, intelligere: Capere consilio, eligere: Capere actu, uel dolo, decipere: Capere cantu, aut uoluptate, delectare. Virg. 4. Geor. Carmine quo capta dū fufis mollia pensa Deuoluunt. Capere consiliū, est deliberare Cic. Cum autem consiliū hoc princeps cepisset. Capere rationem, est modum inuenire. Pla. Rationem cepi, ut & amanti obsequerem, & patrem non offenderem. Hinc Accipio, a quo Præaccipio, Cōcipio, Decipio, Excipio, Incipio, Intercipio, Percipio, Præcipio, Recipio, Suscipio, & Vlucapio, quæ antep. cor. habent.

CAPIS, dis, poculi genus a capiendo. Lin. lib. 10. Si conspiciatur cum Capide, & lituo, capite uelato uictima cadat. demi. est Capidula: * **CAPISTRNAE**, Asiæ populi, qui Capissam urbem habent. Pl.

CAPISTERIUM, genus uasis rustici, quod tamen (ut Georgius Merula inquit) scaphiterium, σκαφίς, melius dicitur. Col. l. 2. cap. 9.

CAPISTRO, as, [Incapestrare,] κηρόω, capistrum impono. Pl. lib. 18. c. 19. Fiscellis capistrari boues oportet. Col. li. 11. cap. 2.

CAPISTRUM, [Capestro, legame, fune, Gal. Licol. bride ou cheuestre. Hist. Χακίμα, d' cabestro.] κηρόω, captis uinculum, quod equis & huiusmodi animalibus adhiberi solet, ne fugiant. Mart. Parer purpureis aper capistris. Colum. lib. 5. Vitibus attribuit, cum ad summum palum recta uitis extenta est capistro constringitur. Et Capistrum dicitur, quod circa os brutorum inuoluitur, ne cibos decerpant.

CAPITA DEORVM, dicebantur fascicoli facti de uerbenis. Fest.

CAPITALE & p apocopē. Capital, ἀρχαῖον κέρον, dicitur facinus, quod capitis poena luitur. Pla. in Me. Tametsi capital fecerit, facile asseruabis. Nonius docet Capital esse capitis periculum. Varro uero fasciolam, qua capillos nectimus.

CAPITALIS, le adiect. [Capitale, mortale. Gal. Capital, criminel, mortel. Hi. Criminoso, digno de muerte.] quod capitis supplicium meretur, ut Capitale crimen. Ci. 7. Ver. In simulario repentina, capitalis, atque inuidiosus criminis. Capitalis homo, non solum pro scelesto, qui est dignus puniri capite: sed etiam, qui promptus est ad eandem. Cic. in Antonium: Capitem, & pestiferum M. Antonij reditum a Brundisio exspectabamus. Capitalis oratio. Cic. lib. 1. Offi. Capitalis oratio est ad æquationem bonorum pertinens. Capitalis ira ab Horatio dicitur pro mortifera. Capitale odium, Capitalis morbus, quod caput, & uitam hominis petant. Capitalis locus dicebatur, ubi si quid uolatum erat, capite uiolatoris expiatur. Capital e pactum, capitale uictium, id est, propter quod debeat quis ad poenam capitis peti.

CAPITALITER, Plin. epist. 5.

CAPITATVS, a, um, quod in caput latius crescit. κεφαλωτός, unde Capitatum porrum. Colum. lib. 11. Cultus autem porri capitati affi dua ferritio, & stercoreo est. Item capitata uinea ab eodē dicit, sicut & Brachiata, lib. 6. cap. 5.

CAPITATIO, onis, tributum, quod in capita ita distributum erat, ut Iugatio in iuga bouum. Immunitates. & l. sequen. C. de Agri. & cens. lib. 11. Capitatio item pro Annona, in tit. C. de Annonis, & capitazione.

CAPITE CENSI, dicebantur eiusmodi, qui in plebe Romana perquam pauco, & nullo ære censabantur, censione capitem, quæ solis capitibus censerentur. Horum opera Romani in bello non utebantur, quod eos ciuium obsidum loco ducerent, metuerentque. ne infimæ sortis homines, qui nihil, quod amittere possent, in urbe relinquerent, aut segniter pugnarent, aut facile spe lucri ad hostes deficerent.

CAPITELLVM, [Capitello. Gal. Testelette, petite teste. Hi. Capitel, como columna d' pilar.] κεφαλίς, deminutiuum est a Capitulum, quod significat paruam caput, id est, crassiorum summitatē cuiuscumque rei. Plin. Inde ramuli assurgunt sua capitella gerentes. Item Capitellum dicitur Epistylum, id est caput columnarum.

CAPITIS DEMINVTIO, μεταστέως ἀλλογή, est prioris status

permutatio: cuius tria sunt genera (ut scribit Paul.) maxima, minima, media. tria enim sunt, quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. igitur, cum hæc omnia amittimus, maximam esse capitis deminutionem, ut est deportatio: cum uero amittimus ciuitatem, & libertatem retinemus, mediam esse capitis deminutionem, ut est in colonias Latinas transportatio: cum libertas, & ciuitas retinetur, & familia tantum mutatur, minimam esse capitis deminutionem constat, uelut est adoptatio. Ci. pro domo: Qui me subuenire olim impendentibus periculis maximis cum deminutione capitis cogit.

CAPITIUM, interprete Nonio, capitis tegumentum est. κάλλιμα τῆς κεφαλῆς, contra Varro non obscure inuuit, muliebres tegumenta fuisse, quo illæ pectus uinciebant. & a capiendo, id est, comprehendendo, non a capite, esse deductū. Capitium (inquit lib. 4. de ling. Lat.) quod pectus capit, id est comprehendit. Idem lib. 4. de Vita pop. R. ut citat Nonius: Neque id ab orbita matrum familias institutum, quod ex pectore, ac lacertis essent apertis, nec capitia habebant. Vlp. l. Vestis. ff. de au. & arg. leg. Muliebria sunt ueluti stola, pallia, capitia, zona.

CAPITOLIVM, [Campidoglio.] καπετώλιον, templū erat Iouis in cliuio Tarpeio, dictum a capite hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta. ante enim Tarpeia arx dicebatur, a uirgine Vestali Tarpeia, quæ ibi a Sabinis necata, atque sepulta fuit.

CAPITONES, [Di suo capos, ofinati. Gal. Testus, testes grosses, o piniafres. Hist. Porfiados, confirmados, hombres de Cabeza.] ἀτὲρ κάλυποι, qui numquam de sua sententia mutantur, ut apud Plau. in Perfa. Dicitur & Capito, qui magnum habet caput. Cic. l. de Nat. Deo. Flaccos, frontones, capiones. Est item Capito, piscis apud Caetonem de re rust. cap. 158.

CAPITVLATIM, per capita. Plin. lib. 2. c. 12.

CAPITVLATVM, dicitur, quod in summo crassum quiddam habet in morem capitelli. Plin. Folia bouis linguæ similia in cacumine capitulata.

CAPITVLVM, [Capo piccolo.] κεφάλιον, paruam caput. Pla. Cur. Oper to capitulo caldum bibunt. Est & uox blandientis. Ter. O lepidū capitium. Aliquando dicitur initium sententiæ, quod per metaphoram etiam Caput uocatur. Cic. de Legib. Nec uero ferent, si audierint te primum capitulum optimum prodidisse. Item Capitulum dicitur caput columnarum. Plin. lib. 36. Est præterea Capitulum urbs Italiæ prope Bouillas, & Calatias.

CAPNITIS, καπνίτης, herba eadē cum fumo terræ. Est item Capnitis Cadmia species tenuissima, quæ & fornacibus flamma, atque natu egest, caueris, lateribusque fornicum adhæret. Plinius libro 34. cap. 19.

* **CAPNOBETAE**, Myfiæ populi. Strabo lib. 7.

CAPPADOCIA, Pontica regio, ut scribit Solinus, quæ læuo latere utrasque Armenias, Comagenemque tangens, dextro multis Asiæ populis circumfusa, ad Tauri iuga, & solis ortus attollitur. Euphrates eā ab Armenia maiore diuidit. Appia. minoris Armeniæ partem, Ptolemæus uero minorem Armeniam esse scribit. Dicitur Cappadocia a Cappadoce amne, ante Leucosyria uocata. unde, Cappadoces Leucosyrii, & Cappadox, Cappadocus, Cappadocius. Perlius, Mart. Appul.

* **CAPPAGVM**, ciuitas Hispaniæ, in Bætica prouincia.

* **CAPPARIA**, insula in Tusco mari, seu Ligustico.

* **CAPPARIS**, p. p. [Cappari. Gal. Des capres. Hist. Alcaparra] κάππαις, frutex est firmioris ligni, senticosus, & humilis, bacis oleæ, sed minoribus. Colum. Capparis & tristes inulæ, ferulæque minaces. Dicitur & Cappar. Pal. Thymum, organum & cappar.

CAPRA, [Capra. Gal. Chevre. Hist. Capra.] καίξ, quasi carpa, quod uirgulta carpat: uel quod capret asperam uel a crurū crepitu. unde & Crepas eas antiqui uocabant. Pallad. de re rust. lib. 2. cap. 3. Est etiam Capra signum cæleste, quæ (ut poëta placet) Amaltheæ capra fuit, cuius lacte educatus est Iuppiter. quare postea rerū potitus, inter astra eam collocauit. Col. l. 1. c. 2. Decimo Kalen. Ian. Capra occidit. Capella, æ, dem. a capra. Col. lib. 7. ca. 6. Amiculæ, uel bimæ capellæ submitti hædum non oportet. Virg. 3. Ecl. Tityre pascentes a flumine reice capellas.

CAPRARIVS, [Capraio. Gal. Gardeur de cheures, chevrier. Hist. Cabreris.] κάππαις, que garda cabras.] κάππαις, custos caprarum. Varro 2. de re rust. c. 3. Col. lib. 2. c. 10.

CAPREA, animal siluestre, non solum uidens, seu perspicuus acerrime, sed & aliis usum præbens. Mart. in ditichis: Prudentē summa caprea de rupe uidebis. Capreaurum genera uide apud Plin. Est & Caprea nitida, dicta (ut inquit Varr.) quod pariat capreolum.

CAPREA, καπρία, Steph. insula ultra Surrenum Campaniæ urbē, circiter octo millia passuum, teste Plin. 3. c. 6.

CAPREOLVS, li. [Capriolo. Gal. Petit chevreul saumage. Hist. El hijo de la capra montes.] δορκιάδω, deminutiuū a Caprea. Vir. 2. ecl. Præterea duo, nec tuta mihi uallē reperti Capreoli. Sunt etiā Capreoli, clauiculi intorzi in iugibus, & ueluti quidam cincinni in tenerioribus

nerioribus pampinis apparentes, quibus uitis, ueluti manibus quibusdam admnicula complectitur. Præterea Capreolus, instrumentum rusticum est bicornis. Col. lib. 11. cap. 3.

* **CAPRIA**, lacus in Pamphilia. Str. 2.

CAPRICORNVS, αἰγὸκέρος, caeleste signum, quod Pana fuisse existimant, qui in Aegypto repentino aduentu Typhonis gygætis perterritus, posteriore partem in effigiem piscis, priorem uero in formam hirci commutauit: cuius ingenium admiratum Iouem, ferunt hanc figuram in cælum transfuisse. Alij uolunt Capricornum Iouis fuisse collactaneum. Amalthea enim, cui Iuppiter nutriendus datus erat, cum ipsa lac non haberet, aluit eum lacte capræ, quæ duos habebat hædos, quos Iuppiter una cum matre in cælum transtulit. Stellam habet in naso unam, in pectore duas, in pede duas, inter scapulas septem, in uentre sex, in cauda duas. Cic. 2. de Nat. Deo. Tum gelidum ualido de pectore frigus anhelans Corpore semifero magno Capricornus in orbe.

CAPRIFICARI, ficuum proprium, cum culices ex caprifici fructu (quas grossos appellant) ad ipsas aduolantes, lacteum humorem in eis contentum absument, easque ad maturitatem perducunt. Plin. lib. 16. cap. 27.

CAPRIFICATIO, onis, ἐπικασιμὸς, nihil aliud est, quam ratio quædam perficiendi ut culices e grossis enati, ad ficus aduolent, humoreque earum lacteo consumpto, ad maturitatem eas perducant. Vide Plin. lib. 15. c. 19.

CAPRIFICVS, fici, p. p. [Ficaia seluatica. Gal. Figuier sauvage. Hisp. Carthago.] ἐπικασίμω, ficus est ex siluestri genere numquam mature scens. Plin. lib. 15. c. 19. Dictam autem uolunt Caprificum a carpendo, quod parietes, & maceries, atque adeo saxa ipsa sibi obstantia discerpat. Mart. Marmoræ Mefallæ scidit caprificus.

CAPRIFICIALIS, dies Vulcano sacer fuit, quo Attici æstiu mellis uindemias auspicabantur. Plin. lib. 11. c. 15.

CAPRIGENVS, a, um, [Caprigno. Gal. Qui est du genre des chevres. Hisp. Cosa de linaie del cabras.] αἰγὸγενής, ex caprarum genere. Plin. in Epid. Caprigenum hominum genus non placet mihi.

CAPRILE, αἰγίλειος, locus ubi capræ feruantur, ut Oule ubi oues. Plin. lib. 28. c. 10. In caprilibus optime conualescunt.

CAPRILLVS, a, um, [Caprigno.] αἰγίλειος, idem quod caprinus.

CAPRIMVLGI, aues sunt inerulæ adspæu. interdum non uidentur, nec ipsi uidentur intrant stabula, caprarumque uberibus propter succum lactis aduolant, qua iniuria emoriantur ubera. Plin. lib. 10. cap. 40.

CAPRIMVLVS, [Quello che molge capre. Gal. Tette cheure. Hisp. Ordeña dor de chupador de las cabras.] αἰγὸβόσκος, dicitur, qui capras mulget. Catull. Sufenus unus caprimulgus, aut fossor.

CAPRINVS, a, um, ut Caprinus grex, Liui. 22. Caprina pellis, Cic. 1. de Nat. Deo.

CAPRONÆ, arum, κοκκομίον, iubar, seu comæ in fronte deuexæ, qua si capite pronæ. Lucil. lib. 7. Sat. (ut citat Nonius) Aptari caput, atque comas fluitare capronas. Alio nomine dicuntur Antæ. Ex Festo, & Nonio.

CAPROTINAM, Iunonem ueteres dixerunt, quod illi Nonis Caprotinis sub Caprifico sacra fierent ab ancillis simul, & liberis. Nam post urbem captam, cum sedatus esset Gallicus tumultus, exhausta repressitimi opportunitatem inuadendi Romani imperii aucupati, præfecerunt sibi Postumium Liuium, Fidenatiū Dictatorem, qui fetiale ad senatum missio, postulauit, ut si uellent reliquias sue urbis non deleri, matres familias & uirgines oēs sibi dederentur. Cumque patres essent in ancipiti deliberatione, ancilla nomine Phylotis, uel (ut alij malunt) Tutela, assumptis ceteris omnibus ancillis, matrum familias uirginumque habitu sumpto, nomine dominarum ad hostes trāsit, prosequens ceteris ad rei fidem. Quæ cum a Liuiio in castris distributæ essent, hostes plurimo uino pro uocauerunt, diem festum apud se esse simulantes: quibus somno obrutis, ex caprifico dato signo hostes trucidati sunt. Memor itaque populus R. accepti ab ancillis beneficij, omnes iussit manumitti, dotemque eis ex publico assignauit: diemque ipsum Nonas Caprotinas appellauit, ab illa caprifico, ex qua signum acceperat: sacrificiumque annuum Iunonis Caprotinæ sub caprifico instituit: cui etiam lac ex caprifico ad rei memoriam adhibetur.

CARVNCVLVM, uas fictile, sic dictum quod capax sit. Festus.

CAPSA, [Cassa. Gal. Coffre, casse, layete, bañte. Hisp. Caja de arca.] cista, & repositorium, a capio; quod res in se reconditas capiat. Cic. in Diuin. in Verr. Ad meas capsas admisero.

CAPSACES, p. c. ἀνκιδος, uas olearium. Cyprianus lib. 2. epist.

CAPSARIVS, [Casiere. Gal. Qui porte les cassins, paniers ou coffres. Hisp. El que lleva la caja, o el libro al escuela.] qui mercedis gratia seruanda in balneis uestimenta suscipit, custos capsarum. Sue. in Ner.

CAPSI, [Piglia se uiso] antiqui dicebant pro, Cape si uis, Capsit, prehenderit, teste Festo. Obsoleterum uerbum a Capio. Cic. in Or.

CAPSVLA, a quo Capsella. Plin. li. 30. c. 11. Stellionem inelsum capfulis. Catul. Hæc una e multis capfula me sequitur.

CAPTIO, actus capiendi, deceptio, [Inganno. Gal. Prinse. Hisp. Aquella obra de tomar, assechansa.] Cic. de Clar. Or. Quanta esset in uerbis captio. Pla. Epi. Nulla in ea re captio est. Inde Captiuncula, Cic. ad Att. Videtur omnes captiunculas pertimescere.

CAPTIOSE, [Cautamente. Gal. Finement, trompement, par finesse, et trôperie. Hisp. Engañosamente.] Cic. 4. Aca. Nec captiose interrogant, respondebo.

CAPTIOSVS, a, um, [Pieno d'inganni. Cauto. Gal. Pleinde tromperie, trompeur, amadoneur. Hisp. Engañoso con assechansa.] ἀποδωτικός, decipit. Cic. pro Q. Ros. Quo nihil captiosius, neque indignius dici potest.

CAPTIVITAS, [Captiuitas, prigionia. Gal. Captiuité, seruitude aux ennemis. Hisp. Captiuidad.] ipsa detentio, αἰχμαλωσία, Tacit.

CAPTIVVS, [Captiuo, prigionie. Gal. Captif, prins des ennemis. Hisp. Captiuo, prisionero.] αἰχμαλωτός, in bello captus. Cic. 8. Phi. Captiui frugis & diligentes. Vir. 9. Aca. Corpora, captiuosque dabit.

CAPTATIO, [Caccia. Gal. Le soing ou guet ou pourchas qu'on fait pour auoir quelque chose. Hisp. Assechansa.] uenatio, θήρα. Plin. in Proc. l. 14. Captatio in quæstu fertilissimo. Aliquando est conari decipere. Ter. in Hecyr. Iniuria est, qua uia captent te, eadem ipsos capi? Mart. lib. 9. Dum me captares, mittebas munera nobis: Postquam cepisti, das mihi Rufe nihil.

CAPTATOR, [Cacciatore. Gal. Pourchassant et faisant le guet. Pour auoir quelque chose, amadoneur. Hisp. Assechar para tomar algo.] uenator, θηροποιός, Cic. Captator ille popularis auræ.

CAPTO, [Carezzare. Gal. Guetter et tacher à prendre, chercher le moyen d'auoir quelque chose. Hisp. Assechar para tomar.] θηροποιώ, frequ. a Capio: blanditijs aliquid uenor. Cic. in Piso. Inania sunt ista, captare plausus, uehi per urbem.

CAPTVRA, re, [Presura. Gal. Prinse, proye, gaing. Hisp. El tomo.] ἀγρὰ, actus capiendi. Plin. lib. 19. cap. 1. Ad piscium capturam. Interdum præda, quæ capitur. Idem lib. 10. c. 10. Capita earum morfu corripens, donec capturam extorqueat. Et pro quæstu, Suet. in Calig. Ex capturis prostitutarum.

CAPTVS, us, [Intellecto. Gal. Capacité, et partée. Hisp. El tomo de algo para hazer e entender alguna cosa.] κατὰ ληψίς, comprehensio, intelligentia facultas. Cic. lib. 2. Tuscul. Græci prudentes, ut est captus hominum: quasi diceret, ut hominum natura fert. Appul. dixit, supra captum cogitationis: pro, supra quam quisquam cogitatione capere, & complecti possit. Accipitur iteni captus pro sorte, & condicione. Teren. in Adelph. Præterea (ut captus est seruorum) non malus hoc est, ut se habet seruorum condicio, sicut explanat Donatus.

CAPVA, καπύνη, Steph. totius olim Campaniæ urbs præstantissima, quam Vulturinus amnis interfuit camporum latitudine, in quibus sita est, ita dicta, ut inquit Cic. Liui. a Capy, Samnitium duce, dicta existimat. Alij a falcone, sub cuius augurio condita est, qui prisca Tuscorum lingua Capys dicebatur. Virg. a Capy Aeneæ commilitone, qui eam condidit. Strabo, quod esset 12. urbium caput: hoc est, ipsa duodecima reliquis undecim præfesset, dictam existimat. Quidam a capacitate, quod omnem uitæ fructum capiat. Eustathius etiam ab urbe, cui nomen Campus esset, uel a camporum planitie, & abundantia, ut Diodorus, qui M. Genucio & Agrippa Curtio Chilone eos exedificatam eam tradit. Suet. certe in Cæsare dictatore, urbis huius originem, & nomenclaturam ad Cappyn conditorem refert: in cuius sepulcro æneam tabulam inuentam tradit, quæ Cæsari, necem denunciabat.

CAPVLA, uas unarium, quod facile capi possit. Var. Capis & minores capule, a capiendi nominatur, quod ansate sint: uel a Græco, quod Calpim & Calpium, digitos, ansatosque crateras, Erythris fingi solitos Philemon, & Pamphilus scripsere. unde & uerbum Capulare manauit.

CAPVLARIS, re, [Vicino a morte. Gal. Vi eillard, qui est sur le bord de se soffre. Hisp. Viejo cercano a la muerte.] adiect. ut, Capularis senex, τυμβωγερῶν, id est, in mortu contiguus, & mox capulo offerendus. Reum item capularem dicebant, quod capulo dignus esset. Stamen capulare, pro uita breui, etiam capulo uicina. Plau. in Afin.

CAPVLATOR, qui capulis oleum deplet. Col. lib. 12. c. 50.

CAPVLO, as, are, dolia olearia capulis deplere. Caro de re ru. ca. 67.

CAPVLVS, & CAPVLVM, a capulo. [Cataleto, manico di spada, ouer pugnale. Gal. Un sarcueil ou une biere ou on met un corps mort. Hisp. Las andas o lechiza de muerto, sepulcro.] in quo mortui efferuntur. Et Capulus item manubrium gladij, quod in manu capiatur. Vir. 2. Aen. Capulotenus abdidit ensam.

CAPVS, pis, Capo, onis, [Capone. Gal. Chapon, coq chastré. Hisp. Chapon.] gallus, cui testes sunt auulsi. Varr. 3. de re rust. E gallo gallinaceo castrato fit capus.

CAPVT, [Capo, testa. Gal. La teste, le chef. Hisp. Cabeça.] κεφαλή, dicitur totum illud, quod collo sustentatur: inde dictum, quod ab eo initium capiunt nerui, per quos totum in corpus distribuitur sensus & motus. in summo enim a natura collocatum est, quod in eo

- regimen totius animantis resideret. Alij $\delta\pi\theta\eta\varsigma$ καραλῆς, qd' est caput, uel $\delta\pi\theta\eta\varsigma$ καράς, eiusdem significationis. Ter. in Adelph. Colapnis tuber est totum caput. Partes capitis distinguuntur: nā eminentior pars Vertex appellatur. Tum corona capitis diuidit in Frontem anteriorem, & Occiput posteriorem partem: media uero sunt Tempora, quibus aures inhzrent. Aliquando Caput, dicitur origo, & principium, Cic. pro Flac. Caput est omnium Græcorum concitandorum Heraclides. Aliquando pro uita ponitur, ut, Capitis res est id est, de uita periculum est. Plau. in Tim. Cui si capitis res fiet, numquam credam plumbum. Aliquando pro summa prima in pecunia, a qua fenus, aut alius æstus sit, ueluti rei principium, quam & sortem, dicunt. Capita, item initia parga in libris, quæ capitula apud uulgares dicuntur. Gell. Quod in capite superiore a Critolao scriptū esse diximus. Caput facere, dicitur de suppurationibus, cū apostemata frangunt. Pl. de Furc. alis: Remedio sunt folia trita cū polenta, si non caput fecerit.
- CARA**, radix est herbæ eiusdem nominis, qua lacti admista Hirtius scribit Cæsaris exercitum diu inopiam leuasse.
- CARACALLA**, læ, indumenti genus ad talos usque demissum, ab Antonino Imperatore populo datum, unde & Caracallæ agnomen inuenit.
- CARBAS**, λῆ, a Vitruuio appellatur uetus ab occasu brumali flans: quem usitatore nomine Africū uocamus. Itali Garbinum uocāt.
- CARBASVS**, a, um, ex carbaso. Cic. 7. Ver. Tabernacula carbaseis intenta uelis collocabat. Carbasi uenti. Tibul. lib. 3.
- CARBASINEVS**, a, um, idem. Varro de uita P. R. lib. 4.
- CARBASINVS**, a, um, ut Carbasiua uela, apud Plin. lib. 19. c. 2. Q. Curtius: Carbasiis uestibus Indi, & Arabes corpora uelant.
- CARBASVS**, καρβασός, in singulari frequentius se. g. interdū et masc. in plurali uero neu. Propertius. Exhibuit uiuos carbasus alba focos. Apud Val. M. x. in m. g. inuenitur. ita. n. ait. l. i. Cum carbasum quem optimū habebat, foculo imposuisset, subito ignis emicuit. Est autem Carbasus genus lini micæ tenuitatis in Hispania primum repertum, ut scribit Plin. l. 9. c. 1. Ex carbaso fiebant uelana uinum, quæ & ipsa Carbasa dicuntur. Vir. 3. Aen. Et auræ uela uocant, tumidoq. inflatur carbasus Austro. Nonius docet Carbasi esse pallium, quo femine amictuantur opulentia causa, ut ferico, aut tenui lino. Virg. 8. Aen. Glauco uelabat amictu Carbasus.
- CARBATINAE**, calceamenti rustici genus. ex recentiore corio bubulo: unde Carbatinæ crepidæ, apud Catul. Arist. lib. 2. de anim. scribit camelos calciari carbatinis, ne scilicet in exercitu longiore itinere fatiscant.
- CARBO**, onis, [Carbone. Gal. Charbon. His. Carbon.] ἀρβας, proprie dicitur, cum extincta fuerit pruina. Pers. Illa prius creta, mox hæc carbone notasti. Aliquando dicitur Carbo, cum est ignitus. Pl. lib. 18. Cum Carbo uehementer perluet.
- CARBONARIVS**, [Carbonario. Gal. Charbonnier. His. Carbonero.] ἀρβασος, qui carbonem conficit. Pla. in Cas Carbonarius, a, um: ut Fornax carbonaria. Carbonariū negotiū exercere, Pl. de Viris illust.
- CARBVLO** Plin. lib. 3. c. 3. opidum Bæticæ prope Cordubam.
- CARBUNCVLVS**, dem. ἀρβυκιον, paruus carb. Pla. in Mos. Amburetur misero ei corculum, ut carbunculo. Ad Her. l. 4. Ipse a uicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret. Est item Carbunculus tumor præter naturam, siue ulceris genus celeriter crustam faciens cum uehementi partis inflammatione: ita dictus a carbonis igniti similitudine. Est item Carbunculus, gemma igniti carbonis similitudinem referens, ipsiſque etiam noctibus lucens, [Carbonchio. Gal. Petit charbon. His. Pequeno carbon.] Pl. l. 37. c. 7. Principatū habent carbunculi, a similitudine ignium appellati. Sumitur quoque Carbunculus, pro terra, ubi tessella lapideæ, & nigrae reperiuntur. Palladius: In Ianuario mense carbunculus: nisi stercoretur, macras uineas reddit. Hinc carbunculosus ager dicitur, in quo id genus carbunculi abundat. Col. l. 3. c. 11. Nam carbunculosum agrum, nisi stercore iuues, in acras uineas efficere dixerunt. Carbunculus præterea, in uitibus & arboribus dicitur; cum earum flores aduruntur, & ad carbonis siccitatem nigredinemq. rediguntur. Plin. lib. 17. c. 24. Hinc deducuntur Carbunculo, as, neu. absolutū, & Carbunculo, aris, deponens, carbonis similitudine aduro, seu inflammo. Plin. lib. 12. c. 7. Cæli intemperie carbunculatur, sicutq. semina casta, & inania. Idem lib. 18. c. 28.
- CARCASVM**, opidum Galliarum Narbonensis, hodie Carcassona. Plin.
- CARCER**, ceris, [Carcere, prigione. Gal. Prison. His. Carcel, lugar de prision.] ὄπλακτι, locus, in quo seruantur noxii: uel undecumque quis exire prohibetur, quasi Coarcer: a coercendo, ut docet Varro: quod uincti in eo custoditi prohibeantur exire. Ci. 7. Ver. Cur carcer ædificatur? Unde & in circo, unde immittebantur equi, Carceres, sunt appellati, quod coercerent equi, ne inde exeant, antequam magistratus signum miserit, Terminum autem ad campi finē ubi cursum sistunt, Metam dicimus. Hinc Metaphoricos Carceres. p. principio, Metam pro fine ponimus. Et licet quidam dicant in singulari tantum significare custodiam publicam, in plurali curren-
- tium equorum repagula, uel funes, qui equis ad metam currere uolentibus opponuntur: Citamen utrumque indifferenter posuit. Nam in Catone sic inquit: Nec uero uelim quasi decurso spatio, ad carceres a calce reuocari. Et lib. 4. ad Her. Quasi si quis ad Olympiacum cursum uenerit, & iteterit ut emittatur, impudentesq. illos dicat esse, qui currere cœperint, ipsi intra carcerē stent.
- CARCHARIVS**, a, um, quod ad carcerem pertinet. Pla. in Capt.
- CARCHEDON**, p. p. καρχηδών, a Græcis appellata est urbs Africae totius olim potentissima, infestissimaq. Romani imperij emula. Unde Carthaginenses ipsi ab ipsdem Carchedonij appellātur. Hinc etiam Pla. Comediam suam Pœnulum, Carchedoniā nominauit. Dicta Carchedon a Carchedone cōditore, de quo Appianus. Vulgarior fama est, conditā fuisse a Didone. Eustachius in Dionysiu.
- CARCHESIVM**, καρχησιον, poculi genus. Vir. 5. Aen. Hic duo rite merito libans carchesia Baccho. Est autem id uasis genus procerū, ac circa mediam partem compressum, anatum, medio criter anſis a summo ad infimum pertingentibus. Est præterea Carchesium in nauibus suprema pars mali, a qua ueli latera, quæ Cornua uocantur, utrimque diffunduntur: a cuius figura Asclepiades, referente Macrobio, uascula eiusdem nominis dicta arbitrat.
- * **CARCINA**, ciuitas est Scythiæ Europæ quam amnis Carcinates præterfluit.
- CARCINETHRON**, genus herbe, cuius succus naribus infusus supprimit sanguinem. Geniculatam Latini uocant. Pl. l. 27. c. 12.
- CARCINIAS**, καρχησιος, gēma marini cancri color e. Plin. l. 37. c. 11.
- CARCINODES**, n. g. morbus cancri naturam imitans. Plin. l. 20. c. 17. Narium carcinodes consumit illitum ex aqua.
- CARCINOMA**, atis, καρκινωμα, [Cancero. Gal. Chancre, maladie et parties superieures. His. Cancer à garatan.] p. p. cancer morbus. Plin. l. 20. c. 9. Cato de re ru. Si quid in mammis ulceris natum, & carcinoma, brassicam tritam apponito, sanum faciet. Vide Cancer.
- CARCINVS**, p. c. καρκινος, cancer animal, & signum caeleste. Vide Cancer. Lucan. 9. Carcinus ardens, Humidus Aegoceros.
- * Fuerunt etiam duo poetæ Tragici huius nominis.
- * **CARDAMINAE**, sisymbrij genus, quod officinæ nasturtium aquati cum uocant.
- CARDAMOMVM**, καρδάμων, frutex est amomo similis, odoratus, oblongo femine & anguloso. Pl. l. 12. c. 13.
- * **CARDAMYLA**, urbs Peloponnesi propinqua Pylō.
- CARDIACVS**, ci, [Chi ha passione di cuore.] pro illo, qui cardiaco morbo tentatur. Cic. 1. de Diu. Iu. Cardiaco numquam cyathum misurus amico.
- CARDINATVS**, a, um. Vitru. l. 10. c. 21. Coniuncta capitibus transfusario cardinato tigno.
- CARDO**, inis, [Ganghero. Gal. De gond d'un huisse on porte, le pivot d'une porte, le levon qui se met en une mortaise. His. El quicio sobre que se buelue la puerta.] γιγγυλιος, ferramentum, circa quod fores uertuntur. Virg. 6. Ae. Fortibus cardo stridebat athenis. Hinc apud Romanos fuit dea Cardea, siue Cardinea, quæ cardinibus præerat, quasi Cardina. Cardines etiam, dicuntur duæ cæli partes immobiles sibi mutuo oppositæ, quarum altera est ad septentrionem, altera ad austrum, Græci πόλος, uocant: unde et stella boreali polo proxima, quæ est in cauda minoris Visæ, Polaris stella uocatur, non quod sit polus ipse, sed quod sua circumuolutione circuli minimū efficiat, cuius polus est centrum. Linea autem illa recta, quæ astronomici ab uno cardine ad alterum imaginantur, proprie Axis appellatur. Sæpe tamen Cosmographi Cardinū nomine quattuor præcipuas cæli regiones intelligunt, Ortum, Occasum, Septentrionē, & Meridiē. Cardio et in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit a Meridie ad Septentrionem: sicut Decumanus uocatur limes ille, qui secat agrū ab Exortu ad Occasum, ut inquit Pl. & Col. Ponitur interdū cardio pro opportunitate, Vir. 1. Aen. Haud tanto cessabit cardine rerum. Quod Seruius inde tractum existimat, quod in proverbio dicitur, Res in cardine est. Et circa id uerti cardinem dicimus, in quo summa rei est.
- CARDVELIS**, [Calderagio. Gal. Chardemeret, ou chardonnerette. His. r querito aue] κάρβις, auis parua, capite rubro, alis luteis, albo nigro quod dist. nctis: dicta, qd' carduorū femine pascat. Pl. lib. 10. c. 42.
- CARDVVS**, [Cardo. Gal. Chardon. His. El cardo generalmente dicho] κάρβυμος, herba uulgo nota, a qua Carduelis auis appellata. Vir. 1. Ge. Segnisque horreret in artus Cardius.
- CARE**, [Caro.] aduerbium a Carus, magno pretio, & pluris, quam pro rei ualore: ut Care æstimare, Care uenire. Cic. ad Bru. Valde care æstimas tot annos, quot ista ætas recipit. Var. Quæ pingues, ueneunt care.
- CARECTVM**, cti, βορρακτι, locus caribus plenus. Vir. 3. Ecl. Tu post carecta latebas. Col. l. 6. c. 12. Melius nemo ribus herbis, & fructis, & carectis, quam lapidosis locis durantur unguæ.
- * **CARENSES**, Hispaniæ Tarracensis populi.
- CARENTANI**, Italiæ populi in quarta regione. Plin.
- CAREO**, es, carui, & callus sum, & caritum, & callum, scdm Priscianum.

num. [*Manere, effere* *σεντα*, Gal. *Auoir faute de ce qu'on non droit bien auoir.* His. *C. creter.*] *σεντα*, est rem deideratam nō habere: & proprie de eo dicitur, teste Cic. quod aliquando habuimus, & quonunc indigenus. Ita enim ait Iul. r. Triste est nomen ipsum carēdi, quia subijctur hęc uis, Habuit quis, non habet, deliderat, requirit, indiget. Et mox: Carere igitur hoc significat, egere eo, qd' habere uelis. in eū. uelle in carento, nisi cum tamquam in febrī dicitur, alia quadam notione uerbi. Dicitur enim aliō modo etiā Carere, cum aliquid non habeas, & non habere te sentias, etiam si id facile patiare. Hactenus Cic. Ex quo patet Carere nō modo de ijs rebus dici, quę ad nostrum ulum, naturamque accommodatę sūt, sed etiam de alijs: ut, Carere febrī, Carere dolore, Carere molestia, & his similia. Construitur autem hoc uerbum aliquādo cum genitiuo. Ter. in Heau. Nam dum abs te absūm, omnes mihi labores fuere, quos cepi, Iues, pręterquam tui carentū quod erat. Aliquando cum accusatiuo. Pla. in Cur. Id, quod amo, careo. Sępius uero cum ablatiuo: ut, Carere domo, patria. Ci. pro Mil. Caruit foro postea Pompeius, id est, in forum non uenit. Idē Fā. lib. 6. Mihi nunciavit te plane febrī carere. Quod autem Plaut. in Curc. dixit: Caruit ne febrī te heri, uel nudius tertius, hypallage quędam est, & prępostera omnino locutio. Aliquando ponitur pro abesse, Cic. Att. lib. 9. Roma caremus.

CARES, *καρες*, numero plurali, populi Carie, qui sub Minoę Leleges dicebantur, & insulas habitabant. Postea Asię minoris partē meridionalem occupauerunt, quę Rhodum spectat, ab eoque Cares appellati sūt. Ea enim regio Caria dicebatur, a Cara eius orę rege. Despectissimam olim fuisse hanc nationem clarissime ostēdit Cic. in Or. pro L. Flacc. Hoc uestra uoce uulgatum est, si quid cū periculo experiri uelis, in Caria id potissimum esse faciundum.

* **CARETHA**, insula in mari Lycio. Plin.

CAREVM, siue Carium Plin. *κατος*, Dioscoridi, herbę genus est, gētis siue cognomento ita appellatum, semen habens eiusdē nominis. Athenęus Pasticinam maiorem interpretatur, uulgata pasticina multo pręstantiorem. Officinę Carui appellant. Vide Ruel. lib. 3. cap. 43.

CAREX, f. g. *δύναξ*, herba, & acuta, & durissima, similis spartho, uliginosis & palustribus locis plurima nascens. Vir. 4. Geor. Et carice pastus acuta Col. lib. 11. c. 2.

CARIA, *καρία*, regio minoris Asię inter Lyciam, & Ioniam. Strabo Cariam a Boreā Męandro flumine clausit, ab occidente Icario, & Myrtoo pelago, a meridie Rhodiensi, ab ortu Licis. Dicitur Caria a Cara rege, qui primus anguria auium dicitur inuenisse.

CARICA, *καρι*, [*Fichi carici.*] genus fici, a loco dictum. Plin. 13. c. 5. Syria peculiare habet arbores in ficorum genere, caricas.

CARICVS, a, um, ex Caria, ut Carica, charta. Sta. 4. Sil.

CARIES, *ριε*, [*Tarlo. Gal. Pourriture de bois & uermoliffure, moiffiffure. Hi. garcoma de maderā de otra cosa.*] & *ρως*, putrilago ex uetustate, Lucil. lib. 4. Nec auriculam obstat caries. Proprie autem Caries in lignis dicitur, cum a uermiculo eroduntur. Col. lib. 12. Materia sic cęsa indicatur carie non infestari.

CARIOSVS, a, um, [*Tarlato. rosa. Gal. Fort uermoulu, pourri & corrompu. His. Cosa garcomida de garcoma.*] carie plenum, Oui. 2. Amo. Cariosa senectus.

CARILLÆ, arum, Piceni opidum fuit, a Romanis 2. bello Punico deletum. Silius 1. 8. Et exhaustę mox Pœno Marte Carillę.

CARINA, *καρινα*, p. p. *καρινα*, pars nauis est, quā aluum, & aut uetrem uocant, hoc est ipsa nauis concuuitas. Est & infima trabs, cui inē dicitur nauis, quęque illi est pro fundamento. Oui. 14. Me. Medusę carina Subdita nauigijs. Poetę Carinam pro tota accipiunt nauis, Cic. de Or. In nauigio, latera, carinę, prora, puppis.

CARINÆ, arum, nomen uici Romani ad pedem clij Capitolini, in quo fuit domus Pompei. Varro Carinas dici putat ab eo, quod hinc oriretur caput sacrę uicę *καρινα*, Latine caput. Cic. in Parad. Manlius habuit ædiculas in carinis.

CARINARIUS, est in modum carinę formare. Plin. 11. 9. Saliūt pectines, & extra uolitant, seque & ipsi carinant, id est, ceu carinam quandam ex testa efficiunt.

CARINATVS, a, um, [*Concauo. Gal. Cavé & fait et fait on de fond de nauire. His. Hecho a guisa de fondo de nauis.*] cōcauus, & in carinę modū incuruatus. Plin. 11. c. 37. Pectus homini latum, reliqui carinatum.

CARITAS, [*Carestia. Gal. Charię grand pres. His. Caristia o careza de precio.*] a Careo, exuberans rei alicuius pretij, ex pęnuria pueniens, Cic. 5. Alter annus i uilitate, alter in sūma caritate fuit. Liu. 1. 1. Caritas erat annonę. Differunt autē Caritas & Inopia, q̄ Caritas fit rerū pęnuria, quę adhuc existant: Inopia earū, quę non existāt. Cic. pro domo: Qua ex re primū caritas nata est, deinde inopia.

CARMANIA, regio Indis contermina, quā duplicē esse Ptolemęus, tradit, cultam alteram, alteram desertam. Pomp. li. 3. Carmani si ne ueste, & fruge, sine pecore ac lędibus, piscium cutę se uelant, carne uescuntur, pręter capita toto corpore hirsuti.

CARMELYS, p. p. *καρμηλως*, duorum montium nomen, teste Hierony

mo, quorū alter est in Galilęa, alter Phœnicę, iuxta Ptolemaidem mari imminens. Posterioris meminit & Plin. 5. c. 19.

CARMEN, [*Verso. Gal. Chapson, uers, rithme, poesie. His. El cantar, cancion j uerso*] *επος*, quasi canimen a canendo, dici potest, quidquid est metricę scripsum. Vnde Vir. 3. Aen. uersum unum Carminē dixit, Et rem carmine signo: Aeneas hęc de Danais uictoribus arma. Et duos similiter, in Daphnidē: Tumulo super addite carmen: Daphnis ego in siluis, &c. Tota insuper Aeneis, heroicum carmen dicitur: item Belgicę uniuersę, carmen bucolicum. Quandoque Carminē dicitur incantatio, ut Carmina de cęlo possunt deducere lunam. Dicebantur etiam Carmina apud ueteres formulę quędam conceptis uerbis ad sollempnitatem aliquam compositę, unde Iuriscōsulsi illi uetustissimi dicuntur habuisse carmina quędam ex cogitata, a quibus non licebat recedere. Cic. pro Mur. Erant & Sallius sua carmina, quę Saliaria uocabant, Marti peculiariter dedicata. Habebant & Fetiales sūum quoddam carmen, ad res repetendas, & bellum indicendum destinatum. Habebant & Patres patrati sua carmina, quibus ad ferienda fœdera utebantur: quorū formulam depingit Liu. lib. 1. Erat aliud carminis genus in urbū obfidionibus sollempne, quo Dii tutelares, ne cum illis quoque bellum susceptum uideretur, solent euocari. Hoc Macrobius exponit. Erat & aliud carminis genus, quo hostium exercitus solent deuoueri, cuius formam idē Macr. tradit, Sat. 1. 3. c. 9.

CARMEN TA, & Carmētis, Euandri mater: ita cognominata a Carminibus, quib. dabat responsa, (erat enim fatidica mulier) cū proprie Nicolitracā uocaretur. Hinc Carmentalis porta, quę postea Scelerata dicta est, quod per eam sex & trecenti Fabij cum clientū quinque millib. egressi, aduersus Etruscos ad amnē Cremeram omnes interfecti sūt. Oui. 2. Fast. Carmentis portę dextro est uia proxima Iano, Ire per hanc noli quisquis es, omen habet.

CARMINATIO, Plin. 11. Hanc ab his gigni, lubiq. unguium carminatione. & Carminatores, qui lanas pectunt.

CARMINO, as, are, [*Pettinare, carminare. Gal. Carder ou peigner la laine. His. Carminar o cardar lana.*] est pectere, & lanas ab immunditijs repurgare. Plin. 19. c. 1. Iustum est, quinas denas carminari. Idē li. 9. c. 38. Lana mergitur carminata, donec omnem ebibant saniem.

CARNA, *καρνα*, siue Cardinea, dea, quę uitalibus humanis seu cardiacis præesse existimabatur. Oui. lib. 6. Fast. Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hęc est. Hęc striges nocturnas, puerorum, ut dicebant, cunas infestantes, a limine summo uebat.

CARNARIVM, [*Carnario. Gal. Saloir, boucherie. His. Lugar donde se guarda la carne.*] proprie locus, ubi caro salsa suspenditur, seu reponitur. Plin. Quippe & macello, aut carnario uiuendum est. Pla. in Capt. Deturbauit totū cum carne carnarium. Qñ que etiam dicitur locus, ubi carnes tantummodo uenduntur. Plau. Cenam e carnario emit, iam factus satur. Varro, Tabernam carnariam uocat. Interdum Carnarium accipitur pro ipsa carne, Pla. Qui mihi carnariū parauit. Carnarium item instrumentum dicitur cum pluribus uncis, quibus succidat, hoc est carnes salitę appenduntur.

CARNARIVS, [*Beccato. Gal. carnario, qui carne delectatur. Mart. lib. 11. Carnari sum, pinguiarius non sum, id est, carnosa muliere delector, non pingui.*]

CARNARIVS, a, um, ut Carnaria taberna, ubi carnes uenduntur.

CARNEADES, *καρνεαδης*, Cyrenęus nouę Academicę princeps fuit, qui aduersus Zenonē Stoicę sectę principē scripturus, cerebrum helleborō cādido purgauit, ne quid ex corruptis stomachi humorib. ad cerebrū redundaret, & constanti uigoremq. mentis labefactaret. Hic tanta eloquentia præditus fuisse perhibetur, ut cum Romā cū Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico legatus uenisset, M. Catoni reddiderit eloquentiē suspectā, qui identidē senatum monuit, ut ab illorum eloquentia cauēret, quā quidquid uel lent, etiam ab inuitis possent extorquere. Gel. 1. 16. Quint. 1. 12. cap. 1. Fuit & alter Carneades Philosophus Atheniensis, Anaxagorę discipulus: cuius meminit Suidas. Cic. de Or. Diuina quadam celestitate ingenij, dicendiq. copia Carneades.

CARNI, *καρνοι*, populi Istris finitimi, ab ea parte, qua Alpes Iulię Aquileię incumbunt, a Pl. collocantur in decima regione Italię.

CARNIFEX, [*Boia, manigaldo. Gal. Boucher, boucher, meurtrier. His. Sayon o uerdugo de los hombres.*] qui carnes ex hominibus facit. Cic. 7. Ver. Carnifex prætoris, mors, terrorq. fociorum, Hinc Excarnifico, as, pro excrucio. Ter. in Heau.

CARNIFICINA, a, p. p. [*L'ogo della giustitia. Cal. Le lieu ou on fait mourir les malfaitteurs, gibbet, uerie. His. Lugar donde atormentan los hombres.*] *νοτα σήραρον*, locus publicus, in quo iussi magistratus hoies fontes a carnificib. occidunt. Sue. de Tib. Carnificinę eius ostenditur locus Capreis, vñ dānatos precipitari corā se in mare iubebat. Carnificina itē dī ipsa excarnificatio & cruciatus. Pla. in Cap. Vel carnificinā hanc facile possum perpeti. Cic. pro Sextio: Nō ea est medicina, sed carnificina, atque crudelitas. Caro Carnificinas dixit Plin. pro tormētis: Eos dolores atque carnificinas per dedecus atque ignominiam se facere a sum esse? Pla. in Cist. singulari

usus est. Credo ego amorem primum apud homines carnificinā commuentum. Cic. 1. Tus. per translationem usus est: Cum omnis purgatio miseria est, tum carnificina est ægritudo, quia instat carnificis cruciatu, laniam præcordia, lacerat animum.

CARNIFICIVM, actus carnificis. Carnificium cribrum, legitur apud Pla. in Molt. O carnificium cribrum.

CARNIFICOS, [Squartare. Gal. Tuer en bourreau, faire mourir. His. Despeda Zar, encarnu Zar.] corpus humanū i frustra disleco, more carnificis. Liu. 1. 24. Quod ubi tribuni militum Graccho nunciauerunt, neminem stantem iam uulnerari hostem, carnificari iacentes.

CARNIVORVS, [Deuoratore di carne. Gal. Qui desore et mange chair. gow lu de chair. His. Tragador de carne.] σαρξοφάγος, carnes uorans, unde dicimus aquilam carnivorā, quod carnis uescatur. Plin. lib. 10.

* **CARNODVNVM**, opidum Vindeliciz ad Danubium.

CARNOSVS, a, um, [Carnoso, grasso, pieno di carne. Gal. Charnu. His. Cosa de mucha carne, carnuda.] πολυσαρξής, carne leu musculis abundans: ut Carnosum palatum. Plin. lib. 11. c. 37.

CARNVTVM, opidum in confinio Germaniz & Pannoniz, inter Danubium & Hercinium saltum. Plin. lib. ult. unde Carnunti.

CARNVTES, siue Carnuti, Galliz Lugdunensis populi.

CARONIS, [Carne. Gal. Chair. His. Carne.] κρέας, proprium mortuorū animalium est, quod careat anima. inquit Dona. Cic. in Pis. Multa carne subrancia. Et non solum de animalibus, sed etiam de piscibus, pomisq. Caro dicitur. Plin. lib. 9. ca. 17. De nullis piscibus, & aliorum piscium carne. Idem lib. 16. ca. 38. Atque in toto corpore arborum cutis, sanguis, caro, nerui.

CARPASIVM, Cypri insulæ opidum, apud Plin. lib. 5. cap. 31. Steph. Carpsiam uocat. Carpsiam etiam nonnulli appellarunt insulam inter Cretam & Rhodum sitam, que notiore nomine Carpathus appellatur.

CARPATVS, κάρπαθος, p. c. insula cōtra Aegyptū, media inter Rhodum & Cretam, ducentorum stadiorum circuitum habens, a qua uicinum mare, ad Aegyptum uergens, Carpathium dictum.

CARPENTARIVS, [Legnaiuolo. Gal. Charpentier. His. Carpintero.] faber qui carpenta facit. Hier. Carpentarius artifex fecit scamnum. Carpentarius equus, qui carpentum ducit.

CARPENTVM, [Cocchio, carretta. Gal. Vn chariot branslant. His. Vn ciero genero de carro.] ἄρμα, uehiculi genus, ita dictum, quasi Carmētum, a Carmenta Euandri matre. Oul. lib. 1. Fast. Nam prius Ausonias matres carpenta uehebant.

CARPINEVS, a, um, ex carpino. Plin. lib. 16. c. 43.

CARPINVS, Cypria, p. c. arbor nota de acerum genere. Coll. 16. Carpinus, & onus. Palladius: Carpinus ultima arbor.

CARPIO, onis, [Carpione.] a Benaci lacus accolis appellatur piscis, uni huic lacu peculiarius, quem aureis arenulis uicitare tradunt. Caue autem accipias pro pisce, quem Carpam uulgo dicimus. nā longe diuersus est.

CARPO, pis. carpsiti, [Torre, carpire, pigliar con uolentia. Gal. Cueillir, prendre doucement tirer et oser sans violence. His. Tomar sacar sin uolencia, cojer.] δέσποινα, decerpo. Vir. ecl. 9. Carpēt tua poma nepotes. Item elagere. Ter. in Adelph. Vnumquodque, quod erit bellissimum, carpam. Item reprehendere. Mart. Carpere uel noli nostra, uel ede tua. Idem lædere, ut Carpit enim uires paulatim, uritq. uidendo Femina. Carpere uiam, est ambulare. Carpere uitales auras, est haurire spiritum. Carpere lanam, est pectere, & attenuare. Vir. l. 2. Ge. Nec nocturna quidem carpentes pensa puellę. Carpere linum, est euellere. Carpere cibum, est pasci. Carptor, oris, qui reprehendit. Gel. lib. 19. cap. 7.

CARPOBALSAMVM, καρποβάλσαμον, balsami fructus. Plin. lib. 12. c. 25.

CARPTIM, hinc atque illinc carpando. Sal. in Cat. Statu res gestas pop. R. carptim, ut quæque memoria digna uidebant, perscribere.

- CERTAMEN**, [*Ῥαττάγλια, abbattimento, contraſto. Gal. Debat, combat, estriſ. Hif. Pelea, conu encion y posfia.*] a *γὰρ*, cõflictus, qui fit inter duos aut plures. Ouid. 10. Metam. Ea lex certaminis esto. Interdum res ipsa, de qua certatur, scilicet uter columbam fagitta feriat, ueter prior decurrat ad metas. Virg. 2. Geor. Velocis iaculi certamina ponit in ulmo. Græca certamina celebratissima hæc fuerunt, Olympia, Pythia, Isthmia, & Nemæa. Certamen significat etiam priuatam contentionem. Sal. Diu magnum inter mortales certamen fuit, ui ne corporis, an uirtute animi res militaris magis procederet. Certamen, prælium. Ci. 4. de Fin. Magnum, & difficile certamen. Plan. Ciceroni: Aut ipse a certamine belli tam necessarij me remouissem.
- CERTATIM**, [*A gara. Gal. A l'ennui l'un de l'autre, a qui mieux mieux. Hif. Contenciosa y posfidamente.*] cû certamine, & xmulacione. Virg. lib. 8. Tunc lecti iuuenes certatim aræque sacerdos viscera tota ferunt.
- CERTATIO**, onis, [*Contesa.*] *πρὸνίκη*, actus cõtentioque certatiû. Ci. 1. de Leg. Quod sine curriculo, & sine certatione corporû fiat.
- CERTATVS**, us, ui, [*Contesa.*] nomen, certamen. Stat. lib. 3. Sil. Riderque benigna Parthenope gentile sacrum, nudosque uirorum Certatus.
- CERTE**, [*Certamente. Gal. Certainement, afferement sans doute. Hif. Ciertament.*] *ὄν* ð *τα*, aduerbium affirmantis. Cic. de Fin. 3. Satis ne hoc conclusum uideatur? certe. Interdum idem quod certo, clare, & manifeste, Cice. Quin. Frat. Certe enim scio, te fecisse cum causa.
- CERTO**, [*Certamente.*] Ter. Eunuch. Hoc certo scio, Rhamnusium se esse aiebat.
- CERTISSO**, as, certus sio. Pacu. apud Noni. Vocant coecos, unde certissent.
- CERTVS**, as, [*Cõtendere, combattre. Gal. Debatte avec quelqu'un, combat tre. Hif. Contender y pelear.*] a *γῶνίζουαι*, aliquando rei bellicæ cõuenit, pro pugna, seu proelio. Tacit. lib. 21. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus ambigue certauit. Aliquando est omni re cõtendõ: & tam in bonam partem, quam in malam accipitur. Cû ablatiuo. Ter. Bene dictis si certasset, audiisset bene. Cum ablatiuo & præpositione De. Liu. Aricini atque Ardeates de ambiguo agro cum sape bello certassent. Cum præpositione Cum. Sal. Iaculati, cursu cum æqualibus certare. Cû præpositione Inter. Cic. Reliquum est, ut officijs certemus inter nos. Et cum aduerbijs mecum, tecum, secum. Pl. Iun. Nam mihi satis est certare mecum.
- CERTVS**, a, um, [*Certo, chiaro. Gal. Certain & afferé. Hif. Certo no du doſo, claro.*] a *τερενός*, clarus & indubitatus, a Cerno pro uideo: quia ea, quæ cernimus, clara & indubitata sunt. Plau. Mer. Quid illuc fit negotij, lubet scire me ex hoc, ut sim certus metu. Interdum Certus, qui non errauit. Mart. O quam certa fuit librato dextera ferro? Hinc Certos, fere plurali numero dicimus pro, Quosdam, quasi a ceteris discretos. Cic. Is cû certis alijs ad Cæsare missus, paulo ante discesserat. Sal. Apud latera certos locauit. Et certum dicimus deliberatum, Virg. in Gallo, Certum est, in siluis inter spe læa ferarum Malle pati. Hinc certior, & certius comparatiua, pro exploratiore, & peritiore. Sen. in Hippol. loquens de Cupidine: Figit fagitta certior missa puer. Facere certiozem, est indicare, Cic. 6. Ver. Certiozem te faciant, Africanum Carthagine deleta, &c. Plaut. in Casi. Fac me certiozem, quid meus uir me uelit. Terent. in Phorm. Quantum potes, me certiozem face.

CERYARIUS, a, um, a ceruo deductus, unde *Lupus ceruarius*, dicta est fera lupi effigie habens, & pantheræ maculas nomine, ut opinor, a ceruina pernicitate imposito. Pl. l. 8. c. 22. Sunt in eo genere qui *Ceruarij* uocantur, qualem e Gallia in Pompeij magui arena spectatum diximus. *Ceruarium uenenum*, Pl. l. 27. c. 11.

CERVINUS, a, um, [Di ceruo,] ἐλάφειος, quod ad Ceruū pertinet: ut, Ceruinum cornu. Var. 3. de re rust. Ceruinus color, qualis est pelis, cerui, uel castaneæ. Pallad. l. 4. ca. 13.

CERVICALIS, & *Ceruical*, *Guanciale*. Gal. *Cheuet ou trauesam, coussin de lit, ou oreiller*. Hisp. *El almohada o cabeza para cabeza*. Id. quo dormentis caput, & ceruix innituntur. Iuu. Conducit comites, sellâ, ceruical, amicas.

CERVICULA, Cic. 5. Verr. Tamen ne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum?

CERVISIA, [Ceruogia. Gal. Ceruioise. Hisp. Ceruiza.] potus ex aqua & frugibus confectus, & præcipue ex hordeo madefacto, & rursus clibanis siccato, addito lupi salictarij flore: quo potus genere etiam hodie pleraque Galliarum, & Germaniarum loca, Britanniaque uniuersa, uini inopia supplent. Pl. lib. 22. cap. 25.

CERVIX, [Coppa. Gal. Chaimo du col, le col. Hisp. Ceruiz del cuello.] ἐπίπαις, posterior colli pars, quæ ab occipito incipit, & tendit ad spinam. Antiqui (ut Quint. ait) Ceruices pluraliter dicebant, primusque Hortensius Ceruicem dixit. Cic. in Vat. Inflato collo tumidis ceruicibus intulisti. Cato: Si caput, aut ceruices dolent ea lotio caldo lauito.

CERYSSA, p. p. [Biacca. Gal. de ba cerasse, sard. Hisp. El aluayalde.] Ἰμύμδιν, plumbo in acuto aceto soluto comparatur. Vitruu. docet, quomodo fiat. Vide Gale. l. 9. Simpl. & Plin. l. 34. cap. ult.

CERYSSATVS, a, um, [Imbiancato,] ut Cerussatæ mulieres, quæ cado ris comparandi gratia cerussa utuntur. Martial. l. 2. Cerussata timet Sabella solem. Cerussata cutis, Cerussatæ buccæ, Martial. l. 7. Cic. in Pis.

CESENA, opidum Piceni non procul a Cliterna. Pl. l. 3. c. 15.

CESSATIO, onis, uerbale, [Indugio. Gal. Relache, orfueté, lacheré. Hisp. Tardanza.] μέλλησις, Cic. 1. de Nat. De. Epicurus uini cessatione melius exillimat.

CESSATOR, otis, [Indugiator, otioso.] μέλλησις, otiosus, qui cessat & nihil agit. Cic. Pæto lib. 9. Non quo cessator esse solerem.

CESSATVS, a, um, partic. sine uerbi origine, ut *Regnatus*, & familiaritè regnor, aut cessor nō dicimus. Hinc cessata arua, id est neglecta & non culta. Oui. 4. Largaque prouenit cessatis messis in aruis.

CESSIMIRE, [Ritarsi, tornar indietro,] ἀναχωρεῖν, significat regredi, recedere. Iustin. lib. 2. Ite cessim, inhibere remos. Et apud legum cōsultos tit. ad legem Aquiliam, Interim superius plaustrum cessim ire cepit. Fit autem a Cedo.

CESSIO, onis, est iuris nostri in alium transfusio. Ci. in Top. Abalie natio est eius rei, quæ incipit, aut traditio nexu, aut iure cessio.

CESSO, as, [Cessare, fermarsi. Gal. Cessare, estre tardis. Hisp. Cessar, tardarse, abstener,] παύομαι, abstinere, ab opere uacō. Virg. 7. Eclog. Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra: id est (inquit Seru.) si potes breue otium tibi persuadere. Dicimus autem Cessare in re aliqua, & Cessare a re Cice. neque umquam in suo studio atque opere cessauit. Liu. Nec ex quo castris castra collocata sunt, cessatum a leuibus prolijs est. Item, Cessare, tardare, remorari, diutius immorari in re aliqua faciendâ, & eam negligentius agere. Virg. 6. Aen. Cessas in uota precesque: id est, tardus es in uota faciendâ. Teren. in Eunu. Paullulum si cessassem, Pythia, Domi non offendissem. Cic. de Nat. Deo. Coram multis deos nihil agere, & cessare patitur; & apud Teren. in Eunu. Cum uero prodesinere, uel finem facere ponitur, habet alium secum infinitiuum. Cice. ad Q. Fr. Site inimici uexare ceperint, ne cessaris me certiore facere, ut accurram. Ter. And. Cessas alloqui. Et in Phor. Absenti tibi contumelias numquam cessauit hodie dicere. Concessio. Plaut. in Pœn. Postquam aurora est, numquam concessauimus lauari, aut fricari.

CESTRICILLVS, auctore Festo, circulus est, quem mulieres imponunt capiti, quo commodius onera ferant.

CESTRVS, duabus tantum syllabis, κεστρός, piscis genus, qui & Cephalus, & Mugil uocatur. Vide Cœl. Rhod. lib. 27. ca. 4.

CETARIAE, arum, loca iuxta mare stagnante lacu, in quibus thynni & alij huiusmodi pisces capiuntur, & saliantur. Plin. lib. 37. ca. 5.

CETARIJ, κητοπάλαι, qui cetos, & marinos pisces maiores, capiunt aut uendunt. Col. l. 9. Salsamentorum omnium purgamenta, quæ cetariorum officinis euerruntur. Cic. in Off. Cetarij, Iauij, coqui.

CETRA, træ, scutum breue lorei, quo utuntur Afri, & Hispani. Virg. 7. Ae. Læuas cetra tegit. Liu. lib. 21. Hispani cetris superpositis incubantes, flumen transfatuerunt. Hinc Cetraei dicti, milites cetris muniti, quos peltistas uocant. Hirtius Bel. Ciu. l. 1. Erant cetrate ulterioris Hispaniarum cohortes circiter octoginta. Liu. l. 31. Nocte cetratos inter bina castra in insidijs abdidit.

CETVS, κίτος, nomen maioribus omnibus marinis piscibus commu-

ne, ijs præsertim, qui animal pariunt, non ouu: cuiusmodi sunt balænae, orcae, pitres, thynni, & similes. Vnde Cetarij appellant, teste Nonio, qui maiores in mari pisces capiunt. Pl. l. 32. c. 1. Cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis in flumē Arabiarum trasse, tradit Iuba. Dicimus & Cete plurimum tantum numero, nulla casuum inflexione. Virg. 5. Aen. Immania cete. Cic. de Nat. Deo. P. operans subiungere cetis.

CEV, [Come. Gal. Comme, quasi, tout ainsi que. Hisp. Asficom.] σίον, tāquā, uel quasi, magisq. est poetarum, quam oratorum, sed quo multi, & præsertim Plin. utuntur. Virg. 2. Aen. Aduersi rupto ceu quodam turbine uenti confligunt. Pl. lib. 8. ca. 16. Incremento terga, ceu quodam incitamento flagellantur.

CEVERE, est clunes mouere, ut in re uenera, & proprie de maribus dicitur, crissare uero de mulieribus. Persius. An Romule ceues?

C A N T E H

* **CHAA**, Peloponnesi urbs, Lepræo proxima.

* **CHASA**, uicus Aegypti, apud Strab.

* **CHABARENI**, populi Scythici.

* **CHABRIA**, uicus Aegypti, qui est Arabiarum confinis.

* **CHADISIA**, fluuius, & opid. in Cappadocia.

CHERONEA, ἡ, χερώνεια, uicus Bœotiarum, Plutar. patria. Plin. l. 3. c. 7.

CHEROPHYLLON, herba pastinacæ erraticæ, siue dauci folio, radice candidante, subamara. Veteres Gingidion appellauerunt. nam chærephylli nomen recentius est, a comæ luxuria, & aspectus iucunditate impositum. Hodie a uulgo herbariorum Chærefolium appellatur, Græca, & Latina uoce in unam coalescentibus.

CHALCEDON, χάλκηδον, urbs Bithyniarum, iuxta Bosphorum Thracium, ex opposito Byzantijs. Hanc Megarenses condidere, Græci idcirco appellati, quod non potius oppositū litus elegerint. in quo postea conditū est Byzantiū, tanto feliciore modis omnibus sede.

CHALCIS, idis, serpentis genus e genere lacertarum, quasdam xreicoloris lineas in tergo habens. unde & nomen habet. Pl. l. 32. cap. 4. Est & Chalcis Homero, auis nocturna, ex genere accipitrum, bellum inter necium cum aquila gerens. Pl. l. 10. ca. 8. Cynindiu uocat. Est & Chalcis, piscis, Pl. l. 32. cap. 11.

CHALCIS, dis, [Negroponte,] χάλκισ, Eubœæ urbs præcipua, ab Aulide, Bœotiarum portu, exiguo Euripo diuisa, uetus Atheniensium colonia dicta (si Stephano credimus) a Chalcide filia Asopi: aut certe, quod ærariæ fabricæ ibi primū fuerint repertæ. Est & alia Chalcis, agri Corinthi opidum. Tertia Aetoliarum, Acheloo fluuiio irrigata. Quarta Syriarum, a Monico Arabe condita. Sunt & aliarum eiusdem nominis urbes, quæ enumerantur a Stephano. A Chalcis, Chalcidicus, a, um. Vir. 6. Ae. Chalced. caque leuis tandem super adsticit arce.

CHALDAEI, a Cicerone nominantur, non ut natio significetur, sed ut omnes ex sideribus futura prædicentes, siue Chaldaei sint, siue ex alio quouis populo, id ob eam causam, quod astrologia, astrologicaque diuinationem Chaldaei primi docuerint, & exempla sunt lib. de fato, in Tuscul. lib. 2. de Diuina, & apud Valerium, inde χάλδαϊζεν, pro, in arte diuinandi operam ponere.

CHALYBS, populi in ponto iuxta Thermooontem fluuium, qui & Alirones Homero dicti sunt, & postea Chaldaei, teste Strab. lib. 12. Hi ferrum nudi effodiunt, dicente Vir. Ar. Chalybs nudi ferunt. Ponitur tamen quandoque Chalybs, pro ipsa ferri materia, Vir. 8. Ae. Vulcanicusq. chalybs uasta fornace liquefit. Est & Chalybs fluuius in Hispania, in quo ferrum optime temperatur. iuxta quem & Chalybas populos collocat. Iustin. l. ult.

CHAMAECERASI, ex cerasorum genere humillimæ. Pl. l. 15. ca. 25.

CHAMAELAEA, χαμαιλαία, herba quæ similitudinem foliorum oleæ habet. Pl. l. 25. ca. 7. Multum infra hunc succum est, qui fit ex herba Chamælaea. Idem lib. 24. ca. 15.

CHAMELEON, onis, χαμαιλέων, herba ex genere aculeatarum: ita dicta a uarietate foliorum. Mutat enim cum terra colorem, hic niger, illic uiridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus. Pl. l. 22. ca. 18.

CHAMELEON, tis, [Cameleonte,] χαμαιλέων, quasi paruus leo: animal est diuersa uarietate conspersum, ut pardus, & ad colores, quos uidet, conuersione facillima uariat. Nascitur in India, figura & magnitudine lacertæ, nisi quæ crura hæt recta & exceliora. Latera uentri iungunt, ut piscibus, & spina simili modo. Eminent rostrum simile sulco, cauda plonga in tenuitate desinens, & implicans se uiperinis orbibus: unguis aduci, morus tardior, ut testudini. asperum corpus, ut crocodilo, hæt oculos corporei coloris, nunquam eos operit. Solus animalium, nec cibo, nec potu alitur, nec alio, quâ aeris alimentum: latet hieme, ut lacerta. Vide plura apud Pl. l. 28. ca. 8.

CHAMAEMELON, [Chamemilla. Gal. Herbe qu'on appelle chamemille. Hisp. Mançanilla.] χαμαιμύλον, herba est uulgo nota, ab odore mali sic dicta, quæ alio nomine Anthemis appellatur. Medici recentiores Chamemillam barbaram uocant.

CHAMAEPYCE, χαμαιπύκη, herba est folia habens laticis folijs similia, lumborum & spinæ doloribus propria. Pl. l. 24. c. 15.

CHAMAEROPS, opis, herba myrtis circa caulem geminis folijs, capitulis Græculæ rosæ. Pl. l. 26. ca. 8. Ruellius eandem esse existit.

- mat, quam a Mithridate inuentore Mithridation appellant.
- CHAMÆSTICE**, herba est lentis folia habens. Plin. l. 24. ca. 15.
- CHAONIA**, pars montana Epiri: licet quandoque fumatur pro tota Epiro. Hinc Chaones, populi, a Troiani Heleni fratre Chaone. Vir. 3. Aen. Chaoniamq. omem Troiano a Chaone dixit. Ijdem postea & Molossi dicti a Molosso Pyrihi filio. Str. lib. 7.
- CHAONIDES**, *χαωνίδες*, canum genus ex chais, id est ex lupis ceruarijs conceptum, ut uidetur sentire Hermol. in Pl. Verisimilius tamen, a Chaonia regione dictos, uti Molossos a molossia. Chaonidum canum originem refert Pollux ad æneum canem a Vulcanò fabricatum.
- CHAOS**, [Confusione. *Chaos*. Gal. *Confusion uniuerselle de toutes choses, & gouffre de tenebres de profondeur inestimable*. Hisp. *Confusion mezetas, chads*.] *χάος*, Hesiodus in Theog. omnium rerum initium uocat, quod ante omnes deos, deatq. natum sit de quo & Orpheus initio Argonau. Alij appellant materiam cæli & terræ confusam atque informem, quæ primum ex nihilo facta est, de qua postmodum omnia sigillatim per species uarias, formasq. proprias prodiderunt. Est autem nomen Græcum. Apud Latinos tantum in usu est Chaos, & ablatiuus Chao: quamuis Priscianus per secundâ declinationem declinauerit Chaos, Chai. Vir. l. 4. Ge. Aq. Chao densos diuum narrabat amores. Dictum Chaos a *χάος*, fundo, quod fuerit diuum, idest confusio elementorum omnium.
- CHARACIAS**, Plin. l. 26. c. 8. Tithymali genus, ramos habens digitali crassitudine. Alia quoq. Characias est, (uulgo Charancia) quæ in hortis fenestrisque per cæcellos topiario opere digeritur. Sed de hac ueteres nihil. Hermol. Corol.
- CHARACTER**, [Carattere. *figura, forma*. Gal. *Charactere, marque; signe*. Hisp. *forme façon*. Hisp. *forma, señal*.] *χαρακτήρ*, Latini dicitur signum, insigne, forma. Col. l. 1. c. 2. Nec minus maiora quadrupedia caractere signari debent.
- CHARISTIÆ**, *χαρίστη*, neu. gen. & num. plu. festa uocabantur, quibus cognati conueniebant. Ouil. l. 2. Fast. Proxima cognati dixerit Charistia cari. Val. lib. 2. Conuiuium sollempne maiores instituerunt, idque Charistia appellauerit, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur.
- CHARITES**, [Le gratie.] *χαρίτες*, Gratia tres finguntur: A glia, Thalia, & Euphrosine, Iouis, & Eurynomes, (ut in Theogonia tradit Hesiodus) aut Veneris & Liberi filia: quas ueteres nudas pinxerunt, quod gratias inter amicos minime deceat esse fucatas. Tres autem ea ratione dicuntur, quod una beneficium det, altera accipiat, tertia reddat. Pinguntur iuuenes, ne beneficij memoria senescaridentes, quod hilariter dâdum sit. & cum diæ nos adspiciat, una pingitur auersa: quo significari uolunt, quod pro accepto beneficio duplex a nobis gratia debeat reuerti.
- * **CHARMANDI**, urbs est trans Euphratē, iuxta portas Babylonias.
- CHARONTIS**, [Caronte.] a poetis dicitur, qui animas mortuorum per tria inferni, flumina, Acherontem, Stygem, & Cocytum, ad aliam ripam transtulerit. Vir. lib. 6. Aen.
- CHARONDA**, cognomento Thurius, patria Catanæus, Atheniensibus leges quasdam tulit, quibus cum capitis poenâ statuisset in eos, qui gladijs armati concioni interessent, imprudenter, ut rure ueniebat, gladio accinctus in concionem prodijt: mouit deinde ab eo, qui proxime assidebat, cum culpam dissimulare posset, gladio, quo accinctus erat, incumbens, uiolatæ legis a se poenas exegit. Val. li. 6. c. 5.
- CHARTA**, [Carta. Gal. *Carte, papier, liure, ou feuillet de liure*. Hisp. *La carta o hoja del libro*.] *χαρτίον*, cui ch' adspirato, papyrus, in qua scribimus: proprieque ea, quæ ueteres ex papyri arboris cortice, & glutino præparabant: cuius species, uariaque nomina, & præparandi rationem uide apud Plin. l. 13. ca. 11. 12. & 13. Quamquam etiâ latius chartæ nomen postea cœpit extendi, ut etiam de ijs dicat, quæ ex membranis, linteis, aut alia quacumque materia conficiuntur. Suet. in Nerone, Plumbeam chartâ supino pectore sustinuit. Plin. l. 13. ca. 11. Chartam Alexandri Magni uictoria repertâ, auctor est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria: ante nõ fuisse chartarum usum, palmarum folijs primo scripturatum deinde quarundam arborum in libris, postea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox & priuata linteis confici cepta, aut ceris.
- CHARTARIUS**, a. um. Plin. l. 18. c. 10. Hoc officinæ chartariæ uocatur. Charta uirgo, quæ nondum transcripta est, dicitur a Mart. pare enim dicuntur chartæ, cum ex ijs exempla sumuntur. Itē Charta urbs Tyri dicta est, ex qua & Dido orta fertur, & ab eius nomine a sese conditam urbem Chartaginem appellasse.
- CHARYBDIS**, *χαρυβδης*, & Scylla, duo monstra sunt in freto Siculo, de quibus Vir. 5. Aen. Dextrum Scylla larus, læuum implacata Charybdis Obsidet. Est autem Charybdis locus, sicuti scribit Sallustius, iuxta Taurominitanum litus: existatq. fabula Charybdim mulierem fuisse rapacissimam quæ cum Herculis uaccas rapuisset, a Ioue fulminata est, & in hoc monitrum conuersa. Est igitur Charybdis mare periculosum nautis, quod contrarijs fluctuum cursibus collisionem facit, rapta quæque absorbet & rejicit. Oui. Et iomit epotas sæua Charybdis aquas. Seneca ad Lucil. Scyllâ laxum esse, & quidem terribile nauigantibus optime scio: Charybdis autem respondit fabulis, perferibi mihi desidero. Fac nos certiores, utri uo tantum uento agatur in uertices, an omnis tempestas mare illud contorqueat: & an uerum sit, quidquid illo freti turbine arreptum est, per multa millia trahi. Thucyd. l. 14. scribit esse fretum inter Rhegium mare, & Messaniam, a quo breui spatio Sicilia a continente distet, & Charybdim appellatum.
- CHAUS**, [Lupo ceruiero. Gal. *Loup ceruier*. Hisp. *Lobo cernal*.] lupi species, pardorum maculas habentis, quem alio nomine lupum ceruarium uocant. Plin. lib. 8. cap. 19.
- CHELÆ**, arum, [Branche di gambari, e di grancelle. Gal. *Les bras de parties de dant du scorpion*. Hisp. *braços de scorpion o de gangero*.] scorpionum & cancorum brachia, dicta a forficulis denticulatis, quos Græci *χελαι*, uocant. Virg. 1. Geor. Qua locus Erigonem inter, chelæque sequentes.
- CHELIDONIA**, siue Chelidonium herba, ab hirudinibus, quæ Græce *χελιδόνες*, dicuntur, appellata. Eo enim auium genere adueniente nascit, & discedente exstinguitur, Plin. l. 8. c. 27. & l. 25. ca. 8. Chelidonia item uocatur Fauonius uentus, a die sexto ante Feb. idus, usq. ad vij. Kal. Mart. quod ijs diebus hirundines primum cœpiunt incipiant. Plin. l. 2. ca. 47. Est etiam Chelidonia, gemmæ nomen. Plin. l. 37. ca. 10. Item genus apidis, ut Gal. auctor est. Chelidonia præterea interfectorum genera recensetur. Plin. lib. 15. cap. 18. & Colum. lib. 10.
- * **CHELONITIS**, insula in sinu Arabico.
- * **CHELONOPHAGI**, populi sunt in Carmaniz angulo, testudinum carne uescentes.
- CHELYS**, [Testugine. Gal. *Vne tortue*. Hisp. *Galapago*.] *χελύς*, proprie testudo animal: quamuis etiam pro instrumēto musico accipitur.
- CHERAMIDES**, genus lapilli pretiosi. Str. l. ult. Plin. lib. 37. c. 10.
- CHERNITES**, *χερνίτης*, lapidis genus est ebori simillimus, in quo de functorum cadauera condebantur. Plin. l. 26. ca. 17.
- CHERONESVS**, *χέρωνος*, terra est in insulæ modum mari cincta, uno tantum, eoq. angusto spatio continenti adiuncta.
- CHERSINA**, æ. genus est telluridinis terrestris. Plin. lib. 9. c. 10.
- * **CHIDNÆI**, populi iuxta Pontum.
- * **CHIDORVS**, fluius Macedonia.
- CHIMERA**, mons Lyciæ igniuomus, in cuius cacumine leones habitant: in medio aut, ubi pascuis abundat, capræ: in radicibus autem serpentes. Hinc factus locus fabule, Chimæræ monitrum esse, quod flammam euomat, caput & pectus leonis habens, uentrem autem capræ, & caudam draconis. Lucr. Prima leo, postremæ draco, media ipsa chimæra. Et quoniâ Bellerophontes montem hunc habitabilem reddidit, Chimæram fingitur occidisse. Hæc fere Ser. in illud Vir. 6. Aen. Flammisq. armata Chimæra. Plin. l. 2. c. 100.
- CHIOS**, *χίος*, insula in Aegeo noningentorū circiter stadiorū ambitu, Ioniz adiacens. Morem habet Pellenæum, & marmor Chium: item templum Apollinis, qui inde Chius appellatur, & promotorium Aruifium, a quo Aruifia uina. Habet aut. in hoc nomen, cum primitiuū est, p. c. Luca. l. 8. Quas Afine cautes, & quas Chios asperat undas. Hinc Chius, a. um, Tib. l. 3. Chio soluite uinea cado.
- CHIRAGRA**, [Gotta di mano. Gal. *Douler de goutte aux mains*. Hisp. *Gotta, dolencia de las manos*.] p. c. morbus articularis manum infestans. Mar. Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.
- CHIRIDOTA**, tunica proluxa manus operiēs. unde Scipio Gallo obiecit, quod cum chiridota tunica accubuerit. Dicta chiridota, *χίριδωτὸν χεῖρας*, a manibus quas tegebat.
- * **CHIROGYLLVM**, insula est ante Lyciam.
- CHIROGRAPHVM**, [Scritto di mano. Gal. *Escrít signé on cheté de sa main, seing manuel*. Hisp. *Escriptura de propria mano*.] quod nostra manu scriplimus. Asc. scribit Chirographa dici, in quibus tantum quæ gesta sunt, scribi solent. Cic. 3. de Nat. Deo. Labienus chirographum sex primorum imitatus est.
- CHIROMANTIA**, [Chirromantia.] diuinatione ex linearum, quæ in manibus sunt, inspectione.
- CHIRONIUS**, Centaurus, Saturni & Phylliræ filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo. Fabulantur enim poetæ Saturnum, cum Phylliram Oceani filiam adamaret, eiusq. frueretur concubitu, Opis uxor interuentu turbatâ, subito se in equum conuerfisse, Phyllirâ aut ex eo grauidâ effectâ fetum peperisse, cuius anterior pars hoient, posterior equi referret, eiq. Chironē noiaffe, quæ ubi primū adoleuit, i siluas sese cõtulit, ibiq. herbarum uires edocuit, in pstantissimū medicū euasit: a quo et Cetaurion herba nomē accepit, & Chironiū ulcus, quod maxime fit in pedibus, & cruribus, duas habens oras calentes, tumentesq. dolore modico, sic dicit, quod Chironis opem exigit. Hic postea a Peleo & Theride, accitus, propter pbitatē, peritiā, & iustitiā, quibus ceteris multū antecellebat, Achillis pædagogus constitutus est, quem & cithararum & herbarum usum docuit. Ab eodem & medicinā Aescula pius, &

Astrologiam Hercules dicuntur accepisse. Postremo cum Hercule hospicio suscepisset, armaque eius pertractaret, euenit, ut sagitta quædam hydræ Lernææ ueneno imbuta, illi in pedes decidit, quod malum cum nulla ope sanari posset, moti tamen non potuit, quod utroque parente immortalitate natus esset. tandem cum a superis impetrasset, ut immortalitatem sibi morte liceret commutare, in cælum translatus est: ubi & Sagittarij signum efficit.

CHIRONIA, uitis, herba simlacis folijs, clauiculis suis arbores uitis modo descendens. Plin. lib. 2. c. 1.

CHIRONOMVS, qui inter saltandum manibus gesticulatur: quamuis etiam ad reliqui corporis gestus transferatur. Iuu. Sat. 6. Chironomen Ledam molli saltante Batillo.

CHIRURGIA, [Chirurgia, Gal. Chirurgie. Hisp. A quella arte de curar con las manos, cirugía.] *χρηργία*, licet nomen generale sit ad omnem artem, quæ actionem habet manuum cum cognitione coniunctam, proprie tamen dicitur de ea parte medicinæ, quæ sectione, uel uestione, aut alia quavis ratione, quæ manu administrat, morbos curat. Cic. ad Att. Diæta curari incipio, chirurgiæ tradet. Eadem & Chirurgicè appellatur. Cels. in Proæ. lib. 1. In tres partes medicina diducta est, ut una uicium, altera medicamentis, tertia manu mederetur. primam diætetice, secundam pharmaceuticam, tertiam chirurgicam Græci nominauerunt.

CHIRURGVS, [Chirurgico. Gal. Chirurgien. Hisp. Cirurgiano que cura con mano.] *χρηργος*, medicus uulnerarius, a manu in operatione dictus. Maët. lib. 2. Chirurgus fuerat, nunc est uespillo Diabolus.

* **CHLÆNA**, uestimenti genus quod pallijs superimponitur.

CHLAMYDATVS, chlamyde indutus. Ci. pro Rab. Post. L. Sylla imperator chlamydatus. Pla. in Pseu. Quis hic homo chlamydatus est?

CHLAMYDVLA, dimini. *χλαμυδίου*, Plau. Sume chlamydulam.

CHLAMYDIS, [Sopravvesta militare. Gal. Mantean ou cape, habit de gen darne au temps passé. Hisp. Vestidura redonda como manto.] *χλαμυδς*, proprie uestis militaris, pallido breuior multo, ac strictior. Vir. 8. Aen. Ipse agmine Pallas in medio chlamyde & pectus confectus in armis. Pia. Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem ad ornamentum militis ait opus esse chlamyde, machæra, & petaso. Similiter Iul. Pollux inter apparatus militares numerat chlamyda. Iur. eod. sulti uero inter uestimenta puerilia numerant chlamydes. A Numma Roma. rege chlamydem reperam, Suidas auctor est.

CHLORI, [Flora.] florum dea, a Romanis Flora dicta, quæ cum Zephyro nupsisset, a marito muneris loco impetrauit, ut florum omnium haberet potestatem. Oui. 4. Fast. Chloris erâ, quæ Flora uocor. Fuit & Chloris Amphionis & Niobes filia, Apollinis & Dianæ telis interfecta. uide Fabulam in Oui. 6. Metam.

CHLORITES, *χλωρίτης*, gemina herbacei coloris, quæ in Scyllæ aquis uentre inueniri creditur. Plin. lult. c. 10. Chlorus flumini Ciliciz. Plini.

CHOASPITES, gema uiridis, auri fulgore intermicat. Plin. 37. c. 10.

CHOASPIS, Medorum fluminis, ad fines Persidis in Tigridem deducens. Tib. 1. 4. Nec qua uel Nilus, uel regia lympha Choaspis, profluit.

* **CHOATRAE**, populi ad Mæotin.

CHÆRILVS, poeta Samius. Scripsit Atheniensium uictoriae contra Xerxen gesta Lyfandri Lacedæmoniorum ducis. Hor. auctor est, etiam Alexætri Magni gesta scripsisse, & pro singulis uersibus singulis Philippeis donatum. Sunt qui tradant, Alexandrum cum Chæriilo pepigisse, ut pro singulis bonis uersibus singulos acciperet Philippeios, pro singulis malis singulos colaphos: opere autem perfecto, uix septem fuisse inuictos, qui possent probari. Fuit & alter Chærilus poeta Tragic. Suid.

CHOLERA, cholera, [Colera, Gal. Cholera, Hisp. El humor colera.] *χολέρα*, morbi genus præcipitis, in quo & uomitus, & deiectio simul fiunt. Corn. Cels. 1. 4. c. 11.

* **CHOLAREVS**, uicus in agro Atheniensis.

* **CHOLOBETINAE**, Armeniæ pars sub Tigranis ditione.

CHOMATA, agger, siue tumulus. Budæ. in Pád. Chomata sunt aggeres terra aggesta facti. Vlp. de extror. crim. Lege secularij.

CHORAGIVM, *χοράγιον*, ædificium amplum post scenam, unde promebantur omnia ad ludos necessaria. Vitru. lib. 5. Fectus Choragiū interpretatur, ipsum scenicum instrumentum, quo scena instruitur, & apparatus, cuius præfectus dicitur Choragus. Plaut. in Trin. Ornamenta a chorago sumpsit. Transfertur item Choragium ad quemlibet alterius rei apparatus, Ad Her. lib. 4. Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. App. li. 5. de Asi. Iam feralium nuptiarum miserimæ uirgini choragium struitur. Dicitur choragium a *χορηγός*, subministrato.

CHORAEVS, *χορηγός*, supplicator instrumenti ludicri, & expésarum. Suet. in Aug. conduxit mensa choragum.

* **CHORASMIÆ**, es, urbs Parthorum, orientem uersus.

CHORAVLA, ars tibicinum. unde Strabo culpam Ptolemæum Aegypti regem, quod præter alia flagitia etiâ choraulam exercuerit.

CHORAVLES, uel etiâ Choraula, a choro & tibijs dicta, qui modulatur ad choros, uel qui in choro hitulas inflat. *χορὸς*, tripudiū, *ὠλός*,

flitula, seu tibia: uel Choraulæ dicti, quæ tibijs ad choreas canunt. Mar. 1. 1. Non sit cum citharædus aut choraulæ. Plin. lib. 37. c. 1.

CHORDA, *χορδή*, [Le corde de gli instrumenti musicali. Gal. Corde a instrument de musique. Hisp. Cuarda.] fūniculus in instrumento musico, qui Latine fides dicitur. Ci. 3. de Or. Voces, ut chordæ, sunt intemta, ad quemque tactum respondeant.

CHORDVS, *χορδύς*, quod ferotina fetura natum est. Var. lib. 2. de re rust. c. 1. Dicitur agni chordi, qui post tempus nascuntur: uocat. *χορδύς*, inde Chordi dicti. Plin. 8. c. 47. de omnibus loquens: Gerunt partum diebus 150. postea concepti inualidi: Chordos uocant antiqui post id tempus natos. Dicitur & de hominibus: unde plerique seruis nati Chordorū cognomen traxerunt. Trāsfertur & ad inanimata: unde Chordum fenum dicitur, quod autumno secatur. Col. 1. 7. c. 3. Aluntur autumnali feno, quod Chordum trocatur. Sic & Chorda frumenta dicuntur, quæ sero maturescunt.

CHOREA, *χορεία*, [Ballo. Gal. Dance. Hisp. Danza à baile.] *χορὸς*, saltus, pro ipsa saltatione usurpatur. Virg. 6. Ac. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

CHORIAMBVS, pes, ex prima & ultima productis, duabus medijs breuiusculis, filiolis. Dicitur Choriambus, quod ex choreo, id est trocheo, & iambo constat.

CHORIVS, siue Choreus, pes, qui alio nomine dicitur Trocheus, constans ex duabus syllabis, prima longa, & secunda breuior, Musæ.

CHOROBATES, regula longa circa pedes xx. quæ habet trāsfuersaria aquarum librationibus dicata, ut est uidere apud Vitru. 1. 7. cap. 7.

CHOROCITARISTAE, [Quelli che cantano et sonano in coro. Gal. Chantes ou menestriers qui chantent, ou sonnent aux dances. Hisp. Los tañedores de corro à danza.] qui in choro citharizant. Sue. in Domi.

CHOROGRAPHIA, *χορογραφία*, regionis alicuius particularis descriptio. Geographia uero est, totius terrarum orbis descriptio.

CHORVS, *χορὸς*, [Coro, multitude di quelli che cantano, o uero saltano. Gal. L'assemblee des danses. Hisp. Corro, compañia de personas que dançan à bañ lan.] *χορὸς*, proprie multitudo est cantantium, aut saltantium. Nam multorum uocibus, & concentu conitat, ut Seneca & Maer. tradunt. Et apud priscos seruis symphoniacis comparabatur. Vnde apud Lucret. 1. 3. de lega. Si chorus legetur, perinde est, ac quasi singuli homines legati sint. Et a *χορὸς*, (secundum Pla. 1. 2. de leg.) quæ est letitia, deducitur. Festus a corona deriuat: habetque primam corr. Vir. 6. Ae. Illa chorum simulans, ouantes orgia circumducebat Phrygiæ. Vbi Seruius, Chorum, hoc est, multitudinem in sacra collectam. Idem. 1. Geor. Omnis quam chorus & socij comitantur ouantes. Vbi rursus Serui. Chorus proprie est coeque sum cantus, a que saltatio. Transflumitur & ad res incorporeas, sicuturque pro consentienti rerum aliquarum multitudine. Cice. 3. Offi. Potest igitur quidquam utile esse, quod sit huic talium uirtutum choro contrarium? Hier. ad Dardanū scribit, Chorum esse musicum instrumentum ex simplici pelle, cum duabus cicutis æreis, quod per primam inspiratur, & per secundam sonus emittitur.

CHRIA, *χρηία*, est commemoratio alicuius dicti, uel facti, uel utriusque simul celebrè habens demonstratione: ut Isocrates dicebat, Virtutis radices amaras, fructus uero dulces. Est autem ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas præcipit. Chriæ usus, & genera latius exsequitur Cæsar. Rhod. 1. 26. c. 27. Dicta Chria, quod maxime sit utilis. *χρηία*, enim usum significat. Vide Aphthonium in Progymnasticis.

CHROMATA, accipiuntur pro ornamentis & luminibus artium. Vnde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur una ex tribus Musicæ partibus, quæ ob nimiam molliem infamiz nota non caruit.

CHRONICA, orum, [Chronica, Gal. Chroniques, annales. Hisp. Cronica à his storia de tiempos.] τὰ χρονικά, generis neutri, annales, siue historiæ, temporum memoriam cōseruantes, quibus scilicet res gestæ, seruato temporum ordine, digeruntur. Inuenitur & Chronicus, a uia. Gell. 1. 17. c. 21. Exercebamur ex libris, qui Chronici appellantur. Plin. lib. 37.

CHRONISSOAS, subsistit, & ex itinere identidem quiesco. Luc. li. 2. Et satiati agi ludunt, blandeqne chronissant.

CHRYSÆ, siue Chryse, es, opidum Troadis. Plin. li. 5. c. 30. Stralib. 23. Et Hom. Il. 1. Ouid. 3. Metam. Chrysenq. & Cillan Apollinis urbes. Stephanus item Chrysen quædam collocat circa Lemnū. Est item Chryse insula, de qua paullo post.

CHRYSALIS, *χρυσάλις*, erucæ genus ex rore nascens. Plin. lib. 11. cap. 32.

* **CHRYSÆORIS**, Cariz ciuitas, a Licij condita.

* **CHRYSÆ**, insula ante ostium Indi flus.

CHRYSÆDETON, uasis genus aureis crustis illigatum. Mar. 1. 6.

CHRYSÆUS, *χρυσῆος*, Apollinis sacerdos, pater Altinomes, quæ a nomine eius Chryseis cognominata fuit: quæ cum Græci, expugnantis Thebis Cilicij, urbe Eetionis, abduxissent, & Agamènoni in prædæ diuisione tradidissent, Chryseis, Apollinis insignib. exortatus, ad Græcorū castra accessit, siliamq. sibi petijt restitui: quod cum impetrare non potuisset, Apollinis auxilium implorauit, qui

tam grauem Græcis pestilentiam immisit, ut Agamemnon patri puellam restituere fuerit coactus. Cuius lococum Achilli Brysei de eripisset, indigne id ferens Achilles, in posterum a proelio omni abstinuit, donec, morte Patrocli nunciata, intermissa arma recepit. Homer. 1. Iliad. Est & Chryses amnis Siciliæ. Cicer. in Verr.

CHRYSIPPEA, æ, herba, a Chrysippe inuente dicta. Plin. lib. 26. cap. 9.

CHRYSIPPVS, χρυσίππος, Apollonij filius, patria Solésis, siue, ut alij malunt, Tarsensis, Stoicæ sectæ philosophus, auditor Zenonis & Cleathis: post quos etiam scholæ præfuit. Ingenij acumine plurimū ualuit, ut qui in multis etiam a præceptoribus dissenserit. In dialectica clarissimus fuit. Scripsit librorū uolumina supra quinque & septuaginta. De exitu eius uaria traduntur. Quidā uolūt a discipulis ad sacrificium uocatum, cum uinū dulce assatum hauisset, anhelitus difficultate laborare cœpisse, atq. ita quinto demū die fato concessisse, annos iā natum circiter tres & septuaginta. Alij ferūt nimio risu exspirasse, nam cum ficus rure allatos anū comedentem uideret, ancillæ iussisse aiunt, ut & uinum asino bibendum daret: eiusque dicti urbanitate tātopere sibi placuisse, ut nimio risu fuerit suffocatus. Mortuo Athenienses statuum posuerunt in Ceramico.

CHRYSITIS, Pl. 3. c. 36. Fit in isidē metallis & quæ uocatur spuma argenti, genera eius tria optima, quam Chrystita uocant. Est itē herbæ genus, alio nomine Chryfocome.

• **CHRYSOCBRAS**, promontorium Thraciæ, ad Bosphorum.

CHRYSOCOLLA, [Boraso. Gal. Colle d'or, soul dure d'or, borax. Hisp. Borax d'attincar.] χρυσόκολλα, humor qui in metallis per uenas de fluit, crassescens humore, rigoribus hibernis usque in duritiam pumicis. Vide Pl. 3. c. 5.

CHRYSOGONVM, χρυσόγονον, herba folio querno, flore coronarij uerbasci, radice rari, uehementer intus rubēte, foris nigra. Dio. 1. 4. c. 46. Nomen autem accepit ab aurei seminis colore.

CHRYSOLITHVS, lapis pretiosus, aureo nitore translucens. Ouid. 2. Metamorph. Peri iuga chrysolithi, positæque ex ordine gemmæ. Pl. lib. 37. cap. 9.

CHRYSOMELA, χρυσόμυλα, mala sunt ex genere cydoniorum. Vir. Aurea mala appellat. Pl. 5. c. 11.

• **CHRYSOPOLIS**, Bithyniæ opidum. Est & alterum in Cilicia. Stephan.

• **CHRYSORRHOAS**, fluuius Syriæ circa Damascum.

• **CHRYSORRHOAE**, populi ad Phasim flumen.

C A N T E I

• **CIA**, insula Eubœæ, non procul ab Attica.

CIBARIA, orum, [Nodrimiento, cibo. Gal. Nourriture, uiuande, pension, despençe, niures. Hisp. Mant enimiento, cenno.] iulimenta. Cic. ad Att. lib. 9. Respondi, me non instituisse ijs dare cibaria.

CIBARIVS, a, um, quod ad cibum pertinet. Macr. lib. 3. Sat. Lepid. le gem tulit cibarium. Cibarius panis, qui fit ex farina secundaria, ex qua flos ante excussus est. Celsus lib. 2. ca. 17. Firmius est triticum quam milium: id ipsum, quam hordeum, infirmisimum cibarius panis. Cic. lib. 1. Tusc. Cibarius in capsula panis datus. Cibarium nimum pro ignobili. Var. Potus meus uinum cibarium. Sic Cibarius homo, ab eodem dicitur pro fordido, & plebeio. Cibarium oleū. Col. 1. 12. c. 50.

CIBATVS, huius cibatus, [Cibo, uiuande. Gal. Nourriture, mègeaille. Hisp. Mant enimiento, cenno.] σιτιον, cibus. Pli. Trucos gratissimo in cibatu habent. Plaut. in Mil. Tibi muni uiam, Qua cibatus ad te & legiones tuas tuto possit peruenire.

CIBILLA, æ, teste Var. 1. 4. de Lin. La mensa erat escaria, a cibus dicta. Festus item Cillibam interpretatur mensæ rotundæ genus, apud quem Cillibam corrupte legi putauerim, pro Cibilla.

CIBO, as, [Nodrire, cibare. Gal. Nourrir, seruir de uiuande, bailler à manger. Hisp. criar, y mantener.] alo, nutritio. Col. 1. 9.

CIBORIVM, κισσόνιον. Dioscorides interpretatur uentriculos quosdā in faba Aegyptia, (quam & Colocasiā uocat Pl.) uesparū fanis similes, in quibus fabæ sunt bullarum modo emergentes. Idē & Cibotium appellari testatur, quasi scriuiolū: propterea quod feratur faba hæc indito in madentē glebam semine, sicque in aquā proiecto. Pl. 1. 20. c. 15. & Stral. 1. 17. usus est hac uoce. Horat. lib. 2. Carm. Ode 7. Obliuiofo læuia Massico Ciboria exple.

• **CIBORVS**, Asiæ ciuitas, eadem cum Apamia. Plin.

CIBVS, [Cibo. Gal. Viande. Hisp. Cenno, mant enimiento, maniar.] σιτιον, omne quo uescimur. Donatus cibum distinguit a uictu, quod cibus etiam delicatis præbeatur: uictus in paruis, aridisque alimonijs constitutus fit. Ter. in And. Lana ac tela uictum quæritans. Idem in Eu. Videm otium & cibus quid faciat alienus?

CIBYRA, æ, κισσόνιον, Ptol. opidum Asiæ proprie dicta, non procul a Meandra fluuiio. Cic. 6. Ver. Inde Cibyrates, uel Cibyrata. Cice. ibidem: Fratres illi Cibyratæ inambulabant Item Cibyraticus, a uis. Ibidem: Cibyratici illi canes.

CICADA, dæ, [Cicala. Gal. Cigale. Hisp. Cigarra d'chicharro.] τέττις, insecti genus canorum, unde & Cicadam quidam dictam uolunt, quasi cito cadentem, id est euanescentem. Virg. 4. Geor. Et cante querulæ rumpent arbusta cicadæ.

CICATRICARE, teste Festo, pro eo quod est cicatricem ducere.

CICATRICOVS, [Pieno di segni di ferite. Gal. Plein de cicatrices. Hisp. Lleno de senales de heridas.] αλώδης, cicatricibus plena. Col. de arb. c. Quin. 1. 4. c. 1.

CICATRIX, cis, [Il segno della ferita. Gal. Cicatrice, la marque qui demeure apres la plaie. Hisp. Señal que queda de la herida.] αλή, proprie est signum uulneris obducti, quasi circa cutem, uel quasi obcæatrix. Ter. in Eun. Neque cicatrices suas ostentat. Cic. 7. Phil. Luculentam plagam accepit, ut docet cicatrix.

CICCVM, dicebant antiqui membranam tenuē, quæ est in malo punico, uelut cellularum discrimen. Festus.

CICER, [Cece. Gal. Pois ciche. Hisp. Garbanço.] ἐπέλιθος, genus leguminis. Pl. 1. 18. c. 12. Ciceris natura est, gigni cum saluagine. Vide ibidem plura ciceris genera. Hora. 2. Ser. Sat. 6.

CICERA, æ, leguminis genus, a Colum. inter pabula annumeratum, a cicercula solo differens colore, est. n. obsoletior & nigro propior.

CICERCULA, æ, [Cicerchia. Gal. Cerres pois cerres. Hisp. Cicercha.] αλώδης, leguminis genus ciceri non dissimile, sed minutius, inæquales angulos habens. Pl. 1. 18. c. 12. Col. lib. 2. cap. 10.

CICERCULVM, neutro genere, genus sinopidis. Pl. 1. 35. c. 6.

CICERO, κικέρων, cuius uitā Tiro Tullius, eius liberuus, tribus uoluminib. scripsit, teste Pediano: præceptores se habuisse fatetur, in philosophia, Philonem Academicum, tunc Romæ commorantē: in iure ciuili, Scæuolam, in Dialectica, Diodorum Stoicum in dicendo, Apollonium Molonem, S. Roscium Amerinum patricidij reū, natus annos xxij. ut tradit Nepos; ut alij, xxvij. defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea causa offenderat, in Græciam abiit, Asiāq. simulata uoletudinis causa adiit. ubi se, in ipse ait, recoquendum præceptoribus dicendi dedit. Xenocle que Adramyttenum, Dyonyssium Magnesiū, & Menippum Carē audiuit, Rhodi uero Apollonium Molonem magistrum dicendi habuit: referuntque Posidonij tunc Athenis eum Græce declamantem audiuisse, ac protinus exclamasse, quod solam Græcis dicendi relictam gloriam uideret ad Latinos per eū transferri. Eius uitam omnem uide apud Plutarchum.

CICHOVIUM, pe. pr. [Cichoria, radicechio. Gal. De la cichorée. Hisp. Cichoria yerua conocida.] κικάριον, Dioscoridi, herba est, quam alio nomine Intubum erraticum uocat. Horatius dictionis huius pen. syllabam produxit, corripuit autem antepenultimam perinde ac si apud Græcos κικέρων scriberetur: Me, inquit, pascunt oliuæ, Me cichoria, leuesque maluæ.

CICLI, κκλι, frutex parua fici magnitudine, folia habens platano similia. Dio. 1. 4. c. 145. & Pl. 1. 15. c. 6. Vulgus herbariorum hodie Cataputium maiorem uocat. Hinc Cicinus, a, um, ut, Oleum cicinum, quod & Ricinum appellatur. Pl. 2. 3. c. 3.

• **CICIMBNI**, populi ex gente Iaxamatarum, a Medis oriundi. Pli.

CICINDELA, pen. c. [Luciola. Gal. Ver ou monche luisante de nuit, au temps que les blessont menres ou scies. Hisp. La lucierna.] πυρολαμπις, Arist. genus muscarum, quod noctu lucet ignium modo. Quidā Noctilucā, alij Nitedulam uocant. Ab hac lychnus pensilis, quem uulgo lampadem uocant, Cicindela appellatur, quæ nocte tota seruatut accensa.

CICONIA, [Cicogna.] αέλαργος, auis quæ serpētibus pullos nutrit, teste Pl. 10. ca. 13. Iune. Sat. 14. Serpente ciconia pullos Nutrit, quo etiam nomine ab Hispanis uocatur lignum rostratum, quo e puteis hauriri aqua solet: quod & Telonem agricolæ uocant. Item Ciconia mensuræ genus est, siue infrumēti, quo rustici uti solent in sulcis, & fossis ducendis, ne qua pars alijs aut profundior esset, aut latior. Col. 1. 4.

• **CICONES**, populi Traciæ iuxta Hebrum flumen.

CICVR, cicuris, penult. correp. [Animal di seluatico fatto domestico. Gal. Aprinoisé, priuè, qui ante avec les hommes. Hisp. Cosa domestica, duenda y mansa.] κικύρας, quod ex fera factum est masticum, quod enim a ferro discretum est, id cicur dicitur. Cic. 5. Tuf. Immanes alias, quasdam autem cicures. Cicur ingenium dicitur mite, ac māfuetum. Var. de Lin. Lat. lib. 6.

CICVTA, penult. produ. κκυτιον, herba uenenosa, teste Plin. lib. 25. cap. 13. caule uiridi & geniculato, altiori sæpe binis cubitis, in cacuminibusque ramosa, folijs coriandri tenuioribus, graui odore. Cicuta famam Athenienses auxerunt succo eius capitali iudicio damnatis necem inferentes. Iuuen. Sary. 7. Hunc inopem uidistis Athenæ, Nil præter gelidas auis conferre cicutas. Est item Cicur (ut Ser. docet) in cannis, calamisue, quod interceptum est inter duos nodos. Virg. 2. Eclog. Septem compacta cicurcutis Fistula.

CIEO, es, Cio, is, ambo ciui, citum faciunt: sed a Cieo, es fit Citū p. cor. 2

- gor. a Cio uero producitur. Ouid. l. i. Metam. Nec fruitur somno uigilantibus excita curis. Idem l. i. Trist. Accitus toties in genus omne ioci. [Mouere, turbare. Gal. Prouoquer, esmouir. His. Mouer, turbare yllamar.] Et Cio quidem significat turbare, commouere, Vir. 4. Aen. Tonitru cælum omne ciebo. Cicero: Cuius orbis semper eodem modo ciebat. Cio uero, uoco proprie. Proprie autem dixi, quoniam Cere aliquando mouere est: sicut & Cere uocare, adeo ut alterum pro altero quandoque sumi posse uideatur. Vir. 6. Aen. Mifenum Aeoliden, quo non præstantior alter Aere cere uiros. Col. l. 7. c. 5. Cio, is, poluit pro commoueo. ea res, inquit, cit alium. Liu. lib. 1. Principes utrimque pugnam ciebant. A Cio, pro moueo, fit Citus, id est uelox. & Percitus, in furorem, iracundiam uel motus.
- CILICIA**, *κίλικία*, regio est in minori Asia, Syriæ proxima, tota fere campestris, Tauro monti subiecta: a Cilice nomen sortita, ab Oriente Amano clauditur, a Septentrione Tauri iugis, ab Occidente Pamphylia. Huius metropolis est Tarfos, quam interfecit Cydnus amnis.
- CILICIVM**, *κίλικιον*, [Cilicio, uestimento tessuto di pelli di diversi animali. Gal. Vne baïre me estamine. Hi. Cilicio.] *κίλικιον*, a Cilicibus populis dictum est, apud quos (ut inquit Var. 2. de re r. cap. 11.) Cilicia primum confecta sunt. Cic. 3. Ver. Cum iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret. Fiunt autem ex uillis hircorum, atque caprarum: adhibenturque (ut Veget. inquit) ad excipiendum imperium sagittarum.
- CILIVM**, [Ciglio. Gal. La peau qui couvre les yeux des yeux et des oses en les élimant. His. La pestana o parpado del ojo] ceste Pl. lib. 9. c. 27. Antiqui uocauerunt extremum superioris genæ ambitum: unde & supercilia. Alij cilia intelligunt folliculos ipsos quibus oculus integitur. nam quas Græci uocant *βλεφαρίδας*, Theodorus cilia uerit. Laetantius quoque de Opific. oculos ciliorum tegminibus occulta ros scribit. Cili. m. (inquit Festus) folliculus, quo oculus regitur: unde & supercilium. Idem alibi. Supercilium dicitur, quod supercilium sit, id est integumentum oculi superius.
- CILIX**, *κίλιξ*, nomen proprium Phœnices filij, a quo dicta Cilicia. Cilix et gentile est, significans eum, qui a Cilicia ortus est. Luc. l. 3. Itq. Cilix iuxta, iam non pirata, carina. Crocus Cilix, pro Cilicio. Luer. l. 2. Et cum scena croco Cilici perfusa recens est.
- * **CILLA**, urbs prope Thebas Aetionæ. Str. in lib. 2. Georg.
- CILONES**, quorum capita oblonga, & compressa sunt: uel quibus frons eminentior. Cic. in Sal. Quidquid impudicorum, cilonum, fuit in urbe.
- * **CIMBRI** populi septentrionales, Saxonici maris pœninsulam incolentes.
- CIMMERII** populi a Scythia oriundi, dexterâ Ponti partem habitantes non procul a Bosphoro, qui a nomine ipsorum Cimmerius appellatus fuit: ubi & opidum fuit nomine Cimmerion. Hi aerem crassum habuisse feruntur, & densis exhalationibus nebulosum. quod & ipsam Homerus testatur. Ou. lib. 11. Hinc Cimmericæ te. ebræ pro uerbis celebrantur, pro densissima caligine. Laet. l. 4. O mentem Cimmericis, ut aiunt, umbra atriorê. Ephorus scribit Cimmericos in Italia quoque fuisse iuxta lacum Auernum, eosq. in subterraneis habitasse domicilijs: quorum morè patrium esse, ut nemo solè adspiciat: noctu uero egrediuntur. Eorundè meminît & Feit. Cimmerici, inquit, dicuntur homines, qui frigidis habitatas terras incolunt, quales fuerit inter Baias & Cumas. Cimmericus Bosphorus, inde nominatur, cuius longitudo est ducentorum & uiginti stadiorum. Ci. in Acad. 8. Cimmericis, quibus ad spectum solis siue Deus aliquis, siue natura ademerat.
- CIMEX**, [Cimice.] *κίμης*, uermiculus odore fœdus, ex ligno nascens, chartisq. & paleis. Mart. l. 11. Nec turus cimice lectus.
- CIMOLVS**, a. um. ut Cimolia creta. Pl. l. 6. c. 17. Diosc. l. 5. c. 94.
- CIMOLVS**, insula in mari Cretico, unde optima creta aduelitur. Ouid. 7. Met. Hinc humilem Myconen, Cretosaq. rura Cimoli.
- CIMON**, Atheniensis, Milciadis filius, mira erga ciues munificentia. Vide Plut. qui eum cum Lucullo comparat.
- CINÆDIAE**, lapilli, qui inueniuntur in cerebro cinædi piscis. Pl. l. 37. cap. 15.
- CINÆDICVS**, a. um, a Cinædus. Pl. in Stich.
- CINÆDVVS**, *κίναδος*, qui muliebria patitur, *παρα τὸ κινεῖν τὰ αἰδοῖα*. Catul. epigram. 22. Cinædus mollior cuniculi capillo. Alij Cinædos, quasi pudore uacuos appellat. *κινεῖος*, enim uacuos, *αἰδῶς*, pudor. Pl. in Aul. In fustibus sum mollior magis, quam ullus cinædus. Cinædus etiam piscis, de quo Pl. l. 23.
- CINARAE**, [Carcioffi. Gal. Artichaux. His. Cardos que se labran y comemos.] *σκόλιμοι*, cardui sunt maiores, quos uulgus Articolaos uocat, inter præcipuas mensarum delicias habiti. Col. lib. 10. Hispania ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho Potanti ueniat nec Phœbo grata cauenti. Nominis originem referunt ad Cinaram puellam in herbam sui nominis mutatam. Alij a cinere deductum putant, quod cinere in primis hæc herba gaudeat iterorari.
- CINCIA**, locus Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit. Festus.
- CINCINNATI**, dicti, qui capillos intortos gestant. Ci. post reditum in Sen. Plau. Cap. Hoc cognomen fuit L. Quinctio, qui ab aratro ad dictataram uocatus, Aequos uictos sub iugum egit.
- CINCINNI**, [Cappelli crespi. Gal. Cheueux entortilles. & frizès ou regrillis passifillons. His. Guedaja de los cabellos] crines intorti, qui etiam Calamistrati dicuntur, Iuuen. Altior hic quare cincinnus? Mar. Anullos uocat: Vnus de toto peccauerat orbe comarum Anulus. Varro Coliculus uiteus intortus, ut cincinnus. Solèr aut cincinni oleo perungi. Ci. in Pis. Erant illi madentes cincinnorū simbria.
- CINCTICVLVS**, [Cintula. Gal. Petite ceinture. His. Pequeña cinta.] *δινάτιος*, idem a cinctus, amiculij genus, quod fere sub umbilico præcingitur, & ad dimidium crus porrigitur. Plau. in Bacch. Cincticulo præcingitur.
- CINCTVS**, *us*, [Cintura. Gal. Ceinture. His. Cinto, Ceñidura.] *δινάτιος*, a Cingo, sicut cingulum. Varro de lin. Lat. Cinctus, & Cingulum a Cingendo, alterum uiris, alterum mulieribus attributum. Quamuis & pro uestitu sumatur, Vir. 7. Aen. Ipse Quirinali trabea, cinctusq. Gabino Insignis. Porphyrio docet, Cinctum tunica genus esse infra pectus aptatæ, a quo Cinctus Cethegos Horatius nominauit. Cinctum Gabinum esse dicunt, togam sic in tergum reiectam, ut una eius lacina reuocata hominem cingat.
- CINCTVS**, a. um, [Cinto.] cinctu indutus: quod uestis genus antiquissimum Romanis in usu fuit. Vnde Hor. in Arte, cum antiquissimos illos deorare uellet, Cinctutos Cethegos dixit.
- * **CINEAS**, uir Thessalus, Pyrrhi Epirotarum regis amicus, cuius eloquentia, & memoria celebratur. Plin.
- CINEFACTVM**, [Redotto in cinere.] *τεροφδέν*, in cinere dissolutum a Cinefacio, i cinere reduco. Figuratio est (inquit Nonius) ut Tepe factū, & Labefactū. Luc. l. 3. Horrifico cinefactū te probe busto.
- * **CINESIAS** dithyramborum scriptor. Suid.
- * **CINGA**, Hispaniæ fluius, in Iberam influens.
- CINGO**, *is*, *xi*, *ctum*, [Cingere. Gal. Ceindre, entourer. His. Cennir.] *ζώνω*, notæ significationis est: & cum accusatio, ablatiuum habet. Ou. 5. Faç. Cinxitq. decentibus armis. Cic. 2. de Nat. Deo. Diligentius urbem religione quâ ipsis moribus, cingitur. Per translationem pro circumda. e. Liu. lib. 1. Muro lapideo urbem cingere parat. Aliquando accusatio seculo contentum est. Plin. Cum eum saltum uenatores cinxissent. Circumcingo, quasi circumago. Cinctus, participium. Cic. pro Flac. Prouincia mari cincta. Incinctus, idem quod cinctus. Liu. l. 10. Incinctum Gabino cinctu. Præcingo, idem quod cingo. Pl. in Bacch. Cinctulo præcingitur, in seila apud magistrū assideres. Interdum est præparare, unde Præcinctos strenuos, & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo: a quo Procinctus, apparatus bellicus. Vnde dicimus, aliquid nos fecisse in procinctu, cum ad expeditionem aut ad iter essemus parati & accincti. Oui. Hæc in procinctu carmina facta puta. Et Procincta classis uocabatur, cum exercitus cinctus erat confestim pugnaturus. Recingo quod cinctum erat, discingo. Ou. l. 1. Met. Velatq. caput, tunicaq. recingunt. Succingo, subtrunc cingo, & ad cingulū alligō. Cic. l. 12. Phil. Galbam eodem pugione succinctum. Et Succingere, est cinctu uestes ita colligere, ut breuiores uideantur, fiatque homo ad agendum promptior.
- CINGULA**, *æ* [Cigna. Gal. Ceinture pour ceindre les bestes. His. Cingula de albrda.] *ζώνη*, qua cinguntur iumenta. Ou. de Rem.
- CINGVLVM**, [Centolo, cintura. Gal. Ceinture. His. Cintia de la muger.] *ζώνη*, proprie mulierum. Var. 4. de lin. Lat. Cinctus & cingulum a cingendo alteram uiris, alterum mulieribus attributum. Festus. Cingulo noua nupta præcingebatur, quod uir in lecto soluebat. Cic. in Soma. Scip. Cernis autem teriam eandem, quasi quibusdam redimitam, & circumdatam cingulis.
- * **CINGVLVM**, ciuitas inter Picentes, unde Muli Cingulani apud Pl.
- CINIFIONES**, qui calamistris in cinere calefactis capillos crispabant. Hor. Cinifiones parasti.
- CINIS**, eris, ab antiquo nominatio Ciner, hodie masc. gen. olim etiam fem. [Cenere. Gal. Cendre. His. Ceniça.] *τέφρα*, puluis, in quem materia uista resoluitur. Virg. 6. Aen. Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit. Cic. in Ver. Cur hunc dolorem cinerei eius atque ossibus inuissisti? fem. gen. Caluus apud Nonium. Cum iam fulua cinis fueris.
- CINERACEVS**, a. um, cineris colorem referens. Pl. l. 33.
- CINEREVS**, a. um, e cinere: uel quod cinereum refert colorem.
- CINERARIVS**, cinerarij, pro ciniffæ. Catu. Tū cinerarius tōdet os.
- CINERICVS**, a. um, ut Panis cinericus, coctus sub cinere.
- CINNA**, ciuitas Thessaliæ, a Cinno gygæte, & Cœi fratre dicta. Est et Cinna ciuitas Hispaniæ in regno Castellæ: a qua Cinnēs populi, quos commemorat Pl. l. 3. c. 3. Fuit et Cinna Marianus & Syllanis temporibus. Romanorū oim crudelissimus, quattuor Cōsulatibus functus, qui, ob nimiam crudelitatem, lapidib. ab exercitu occisus est.

- CINNABARI**, *κιννάβαρος*, Plin. li. 33. ca. 6. sanienem putauit esse draconis elisi elephantorum morientium pondere permitto animalis uisuique sanguine. quod saluum uideat. Dioscor. des a minio diuersum esse ostendit, quod cinabari ex Li. 33. minium ex Hispania afferretur, quod tamen reuera esset, non indicauit. Quod autem hodie Cinabrium uocant, ex sulphure & argento uiuosi similibus conficitur.
- CINNAMOMVM**, *κιννάμωμον*, frutex in Aethiopia Troglodytis contermina, humilis & furculosus, duorum cabitorum altitudine. Cinnamomum etiam hodie in officinis nomen retinet, uulgus a quadam canaliū sigira Caneliam appellat. Plin. li. 12. cap. 19.
- CINNAMOMVM**, *κιννάμωμον*, frutex, siue arbuscula nascens apud Gebanitas, in finibus Troglodytarum, praesantissimum exulans odoramentum, quod & ipsam Cinnamomum dicitur. Plin. li. 12. cap. 19.
- CINNARIS**, herba ceruis remedium aduersus uenenata pabula. Plin. li. 8. cap. 27.
- CINNVS**, plurimarum rerum, praesertim liquidarum, commistio. Cide Ora. Cinnus utriusque particeps.
- CINXIA**, Iuno dicebatur, quod nuptijs praesert. Inito enim coniugio soluebat cingulum, quo noua nupta erat cincta. Festus.
- * **CINYARAS**, rex Cypri fuit, qui cum Myrrha filia concubuit.
- * **CROS**, Phrygiae emporium fuit.
- CIPPVS**, *κίππος*, columna, quae cum inscriptione ad conseruandam rei alicuius memoriam soleat erigi. Hor. 1. Ser. Sat. 8. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agium. Cippus item instrumentum erat ligneum, quo seruorum, & captiuorum pedes colligabantur.
- CIRCA**, [Intorno, Gal. Environ, pres. Hisp. Enderredor.] praepositio accusatiua feruens casum, idem significans, quod iuxta. Cice. de l. agr. Cum Rullus urbes circa Capuam occuparit. Ponitur & pro circiter, ut tempus denotet. Plin. li. 9. c. 18. Nec amplius, quam circa eum mensem uisuntur.
- CIRCE**, *Κίρκη*, Solis & Perses nymphæ filia, Aethæ Colchorum regis foror, ueneficiorum peritissima: quæ Sarmatarum rege, cui nupserat ueneno sublato, regnoque per scelus parto, cum crudelius imperaret, ab incolis pulsa, in Italiam profugit, & in Circae monte, qui efficacissimis herbis abundabat, sedem sibi delegit: ubi cum Glaucum marinum deum adamaret, Scyllam puellam, quam ille deperibat, infectis fontibus, in monitum marinum commutauit. Vlysseni item ui tempestatis ad se delatum hospitio suscepit, cui & Telegonum filium peperit. Postremo & Picum Latini regem, quod uxore suam nomine Canentem sibi praesert, in auem sui nominis commutauit.
- CIRCAEENSES**, populi. Liu. l. 6. Ci. l. 3. de Na. de. Circem coloni nri Circaenses colunt. Circaei uero quondam insula fuit, in mæso mari circumdata, (si Homero creditur) ubi Latium antiquum terminabatur. Stra. li. 5. Post Antium Circaem est, Itadorum ducentorum & nonaginta. Vir. li. 7. Aen. Hom. 10. Od.
- CIRCENSES** *Λυδία*, *Ἰπποδρούμια*, uel Circenses, sine adiectione, certaminis euryli genus erat in honorem Consiliorum dei institutum: ita dictum, quod in circo perageretur, non autem ab ensibus, (ut Seruius nugatur) in circuitu dispositis. Liu. lib. 1. Tum primum circo qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca patribus, equitibusque urbis, ut spectacula sibi quisque faceret. Vir. 8. Aen. Magnis Circensibus actis. Circensium ludorum septem erant curricula sollempnia, Gel. lib. 3. cap. 10. ex Varrone.
- CIRCENSE TOMENTVM**, dicitur, quod fit ex summitatibus arundinum mollibus, lanæ similibus. Mart. lib. 14.
- CIRCINO**, as, p. c. [Ritondare, circuire, Gal. Circuit estendre en ron rond, tourner a l'entour faire un cercle, auer le compas. Hisp. Rodear, do compassar cou compas.] rotundum facio, uel circino circum facio. Plin. li. 16. cap. 38. Circinantur in pulpam. Significat etiam circuire: ut, Circinare auras, apud Oui. 2. Met.
- CIRCINVS**, ni, p. c. [sesto, compasso.] *δισβήτης*, instrumentum, quo circuli uertendo designantur. Plin. li. 2. ca. 15.
- CIRCITER**, [Intorno, circa.] *περίπερος*, Circa fit, idemque significat: & refertur modo ad tempus. Plaut. in Mostel. Redito huc circiter meridiem. Cæs. 1. Bel. Gal. Ita dies circiter 15. iter fecerunt. Modo ad numerum, Sal. in Cati. Ex omni copia circiter pars quarta erat militarium armis instructa. Modo ad locum. Pla. in Cistel. Loca hæc circiter excedit mihi. Circiter aduerbium. Cassius Hemina: Lapidem fuisse quadratum circiter in media arce iunctum.
- CIRCITES**, circuli ex ære facti, teste Festo. Est & genus oleæ. Col. lib. 5. cap. 7.
- CIRCIVS**, uentus nulli uolentia inferior, sic dictus, quod omnia turbet, ac circumuertat. Gell. Galli uentum ex sua terra flantem, quem sæuissimum patiuntur, Circium appellant, a turbine, opinor, eius ac uertigine. Lucanus: Solus sua litora turbat Circius. Cato Cercium. non Circium appellat. Est item Circius Tauri montis pars apud Plin. li. 5. ca. 27.
- CIRCVS**, anis, ex accipitrum genere, a ltero pede clauda, prosperrimi augurij in nuptiabilis negotijs, & re pecuaria. Plin. li. 10. ca. 8.
- CIRCVLATIM**, per circulos. Suet. in Cæs. Externarum gentium multitudo circulatim suo quæque more lamentata est.
- CIRCVLATOR**, [Canta in banco, Gal. BaSteleur, qui amasse le peuple à l'entour de soy, comme un uendeur de triade. Hisp. El que junta al pueblo para que uea lo que ha ze. chogarrero à charlatan.] *δύπρασ*, qui nominum cœtu circumdatus, fabulis eos, aut praetigijs oblectat. Cili. 5. Ep. Circulator auctionum notissimus. Appul. 1. de Afino: Circulatorum adspexi equestrem, spatham præcutâ mucrone infecto deuorasse. Paul. Iureconf. ff. de Extraord. crim. In circitores, qui serpentes circumferunt, & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur. Dicitur Circulator a circulo idest hominum corona.
- CIRCVLATORIVS**, ria, a, um. Quinct. præcipit nobis parandam uim orandi, non circulatoriam uoluptatem spectandam, id est garrulam illam circulatorum festiuitatem non esse aucupandam. Idem libro 2. cap. 4. Extimporalis garrulitas, circulatoria iactationis est.
- CIRCVLATRIVS**, icis, quæ in fora hominumque circulis uersatur, spectatores aut saltatores, aut canendo, aut lasciuioribus fabulis remans. Mar. li. 10. Linguam circulatoricem dixit, pro petulanti.
- CIRCVLOR**, aris, [Circundare, Gal. Environner. Hisp. Cercar, ha zer cerco.] *περίελλω*, pro circundare. Col. li. 12. Is debet ante circulari fossula. Cic. de Claris oratoribus posuit pro in circulum caput circumferre. Videt oscitantem iudicem, colloquentem cum altero, nonnumquam etiam circulantem.
- CIRCVLVVS**, deminutium a Circus, [Cercio, Gal. Cercle, entour. Hisp. Circulo à rodeo à rodilla de cabeza.] *κύκλος*, figura est anularis. Cice. 2. de Na. De. Cumque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus, ex planis autem circulus, aut orbis. A mathematicis definitur esse figura plana, una tantum linea contenta, in cuius medio punctus est, a quo omnes lineæ, ad circumferentiam ductæ, sunt æquales. Hæc omnium planarum figurarum est perfectissima, unde Circularem scientiam dicimus, pro absoluta omnium scientiarum cognitione, quam Græci *εγκύκλιος παιδεία*, uocant Circus, per translationem pro cœtu hominum in orbem collectorum sumitur. Liu. lib. 44. In omnibus circulis sunt qui exercitus in Macedonia ducant.
- CIRCVM**, [Intorno, Gal. A l'entour, au tour. Hisp. En derredor.] *περί*, praepositio, & componi solet, & separari. Separata locum tantum significat, sicut & composita, ut, Circum theatrum. Quandoque loco aduerbij ponitur. Vir. 4. Aen. Anna uides toto properari litore circum? Compositum cum dictionibus ab a incipientibus, ut circum ago: cum circumcido: d. ut circumduco: e, ut circumeo: f, ut circumfluo: i, ut circumiaceo: a quo circumiectus: l, ut circumlino: m, ut circummunio: n, ut circumnascor: p, ut circumpono: q, ut circumquaque: s, ut circumscribo: t, ut circumtuli: u, ut circumuenio: uerum iuncta uocalibus integra scribi, sed non proferri debet, ut circumago, circumeo scribantur, sed proferantur circumago, circueo. Vnde Priscianus ait, Circumeo, & Circumago, & similia non patenter elisionem in pronunciatione, si transferret in sequentem syllabam: Si uero iungatur cum c d f q t, mutatur m in n. ut, circumcido, circumdo, circumfero, circumquaque, circumtuli. cum alijs remanet m integra: ut circumscribo, circumuolo.
- CIRCVMAGERO**, as, Plin. libr. 19. cap. 5. Fimo circumaggeratas radices.
- CIRCVMAGO**, gis, [Menare intorno, Gal. Mettre autour, tourner çà et là, faire tourner en rond. Hisp. Traer en cerco.] *περιάγω*, circumduco. Lib. 1. Prius quam equites circumagerentur. Interdum insequor, fugo, Curtius. Nec uulneratur, & fere semineum circumagere de stiterunt. Inde Circumactus, conuersio, siue motus in gyrum. Pl. In ponte duabus capellis obuijs ediuerso, circumactum angustiae non caperent.
- CIRCVMAMBULO**, as, in circuitu ambulare, *περιεμυ*. Pau. in l. possideri in prin. ff. de acqu. posse. Fundi glebas circumambulet.
- CIRCVMADSPICIO**, cis, *περισπείνομαι*. Plin. li. 8. ca. 33.
- CIRCVMCIDANEVS**, a, um, ut Vinum circumcidaneum, quod postremo exprimitur, uinaceis, ubi fluere desierint, circumquaque accisis. Cato ca. 23.
- CIRCVMCIDO**, dis, *περίκοπω*, circum, uel per circum incidere & amputare. Col. li. 3. Corticem circumcidito. Circumcidere uinum, pro uini usu interdiceret, Cels. lib. 4. c. 20. & lib. 6. c. 9. Cic. 5. de Fini. Quæ sit ars agrorum, quæ circumcidat, amputet. Cice. 1. de Finib. Sapiens amputata, circumcisaque inanitate, naturæ finibus contentus.
- CIRCVMCINGO**, gis, [Circundare, Gal. Ceindre tout à l'entour. Hisp. Ceñir en cerco.] *περιέγγυμι*, circumdo. Sil. lib. 10. Ceu fera quæ telis circumcingentibus ultro Assilit in ferrum.
- CIRCVMCIRCA**, [D'intorno, Gal. De çà à çà de là, de toutes parts, tout à l'entour, de tous costes. Hisp. Cerca à enderredor.] ab omni parte: ut Circumcirca prospicere. Plaut. in Aul. Occipite sculpturire ungulis

- gulis Circumcirca.
- CIRCVMCISIO**, onis, *Circumcisione*, Gal. *Circoucision*, *rougneure*, & *coupeure tout a pentour*. Hisp. *a quella cortadura en cerco*.] *περικοπή*. Lact. li. 4. ca. 17.
- CIRCVMCISITVS**, 2, um, Var. de re rust. lib. 1. ca. 54. Cum desit sub prælo fluere, circumcidunt extrema, & rursus premunt, expressum, circumcissitium appellant.
- CIRCVMCISVRA**, 2, incisio in orbem facta. Plin. lib. 16. ca. 40.
- CIRCVMCLVDO**, dis, clusi, clusum, [Serrari intorno, Gal. *Enclorre*, *enfermer de tous costes*, *entower*. Hisp. *Cerrar*, *encerar en cerco*.] *περικλείω*, undique claudo. Cic. in Catil. 5. Num insitari potes, te meis præfidijs, mea diligentia circumclusum, commouere te contra rep. non potuisse?
- CIRCVMCOLO**, lis, [Habitare intorno, Gal. *Demourer & habiter es enuiron*, de quelque lieu Hisp. *Morar cerca algún lugar*.] *περικολέω*, circumhabito. Liu. lib. 31. Omnes, qui circumcolunt Bœbem paludem.
- CIRCVMCVLCARE**, circumcirca conculcare, Col. lib. 5. cap. 6.
- CIRCVMCVRRO**, is, [Correre intorno,] *περιτρέχω*, Quint. lib. 2. cap. 22. Artem circumcurrentem uocauerunt, quod in omni materia doceret.
- CIRCVMCVRSO**, as, re, frequentatiuum a circumcurro. Ter. Heaut.
- CIRCVMDO**, [Circundare, Gal. *Enuironner*, *circuir*. Hisp. *Cercar y rodear*.] *περιβόλλω*, Circumdo, inter se differunt quonia dicimus, Hercules circumuit terram, non Circumdedit: & Anulus circumdat digitum, non circumit. Circuitus nomen utrumque complectitur. C. re. Catoni, Vallo & fossa circumdedi. Plaut. in Afin. Circumdato me brachijs. Cæf. 3. Bel. Cui. Octauius quinis castris opidum circumdedit. Hor. 1. Ser. Sat. 2. Circumdatis palla plurima. Armis circumdatus, id est armatus, Vir. 9. Aen.
- CIRCVMDOLO**, as, are, [Polire intorno, Gal. *Doler de tous costes*. Hisp. *Doler enderredor*.] est circumquaque dolare, seu polire. Plin. lib. 16. ca. 32. Sed maxime mirum, Antandri Platanus etiam circumdolis lateribus retilibilibus sponte facta.
- CIRCVMDVCO**, cis, p. p. [Menare intorno, Gal. *Mener a l'entour*. Hisp. *Traer enderredor*.] *περιάγω*, in orbem duco. Cic. 2. Philip. ut uexillum uideres, & aratrum circumduceres. Circumducere apud Iureconsultos metaphoricis pro abolere, delere, & abrogare accipitur, Paul. l. acta. ff. de re. iu. Vlp. 1. & post editum. ff. de iudi. Circumducere aliquem per dolos, est decipere, Pla. Pse. Per dolos eam circumducam. Circumducere argento, idem Plau. Te uelle amantem argento circumducere. Idem Bacch. Quadringentis Philippeis me circumduxerunt.
- CIRCVMDVCTIO**, [Inganno,] deceptio. Plau. in Cap. Nec argenti circumductio.
- CIRCVMEO**, is, it, [Andare intorno, *circundare*. Gal. *Aller a l'entour*, *enuironner*, *circuir*, *tournoyer*. Hisp. *Andar*, *cercar enderredor*.] *περιέμω*, ambio. Liu. 1. Romulus circumcumbat, docebatque patrum id superbia factum. Prædia circumcumbat, Ci. pro Cæc. Circuitus, Circumductus. Seneca in Med. Orbem circuitis cornibus alligat. i. circumductis, & totum globum cingentibus. Circuitus, us, ui, *περιόδος*. Cic. 2. de Nat. de. Circuitus solis, Celsus lib. 3. cap. 5. Quartanarum certus circuitus est.
- CIRCVMFITO**, uel Circuitio, Liu. 3. Circuitio, ac cura aediliū plebis erat. Teren. And. Aperte ipsam rem locutus, nihil circuitione usus es. Cic. 2. de Diui. Circuitione quadam deos tollens.
- CIRCVMQVITO**, as, are, [Cauallare intorno, Gal. *Cheuauchest tout a l'entour*. Hisp. *Canalar en cerco*.] *περιπέω*, equo circumquo. Liu. 10. Duas turmas fociorum circumquiteare moenia iubet.
- CIRCVMFERO**, p. c. [Portare intorno, Gal. *Porter de ça & de la*. Hisp. *Traer en derredor*.] *περιφέρω*, circumporto, circumduco. Sal. Fueres, qui dicerent, Catilinam sanguine unum permistum pateris circumtulisse. Per translationem ponitur pro lustrare, seu purgare. Vir. lib. 6. Idem ter focios pura circumtulit unda.
- CIRCVMFIRMARE**, [Firmare intorno, *fortificare*.] *περιπένην*, circumsepere. Colum. lib. 4. ca. 17. Vitis quasi quadrato circumfirmanda est agmine.
- CIRCVMFLECTO**, ctis, [Piegarre intorno, Gal. *Tourner & retourner faire*, *tourner en rond*, *flechir a costé*. Hisp. *Dobbejar a inclinar en derredor*.] *περιπλάω*, in gyrum flecto. Vir. 5. Aen. Constituit signū nautis pater, unde reuertit Scirent, & longos ubi circumflectere cursus. Circumflexus, participium, undique flexus. Inde accentus circumflexus, ex acuto & graui factus.
- CIRCVMFLEXVS**, us, ui, nomen, *περιπλάσις*. Plin. lib. 8. ca. 11.
- CIRCVMFLO**, as, arc, [Soffiare intorno, Gal. *Souffler de toutes parts*. Hisp. *Soplair enderredor*.] *περιπνέω*, undique afflare. Cic. 5. Ver. Hic ordo quasi editus in altum, ut ab omnibus uentis inuidia circumflari posse uideatur. Circumflantibus Austris, Strat. lib. 11. The.
- CIRCVMFLVO**, [Scorrere intorno, Gal. *Absonder*. Hisp. *Abonder y ser copioso*.] abundo. Cic. in Lael. Circumfluere omnibus bonis. Proprie tamen est circum aliquod fluere, decurrere. Plin. Id opidum circumfluit amnis.
- CIRCVMFLVVS**, 2, um, *περιπλοος*, quod circumfluit. Ouid. 15. Metam. Scinditur in geminas partes circumfluis amnis. Item insula circumflua, quam aqua circumfluit. Ouid. 15. Meta. Circumflua Tibridis alti Insula.
- CIRCVMFORANEA**, Hostiæ non tam quæ circum fora, quam quæ circum agros & urbes in ambaruali sacrificio circumferuntur.
- CIRCVMFORANEI**, [Ceretani, Gal. *Qui hant les marchés & lienz publices*. Hisp. *Los que andan per los mercados*.] qui circa fora crebro uerfari solent, qui fucis & nugis captant quæstum. Cic. pro Clu. Clodium pharmacopolam circumforaneum aggreditur. Aes circumforaneum, quod a feneratoribus in foro tractatur. Cic. Attic. lib. 1. Tusculanum & Pompeianum me ære, non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. Hoc est, ære alieno, quod e foro fenori sumpsi.
- CIRCVMFODIO**, fodis, [Canare intorno, Gal. *Fouir a l'entour*. Hisp. *Canar a horadar en derredor*.] in gyrum fodio. Plin. lib. 17. ca. 18.
- CIRCVMFOSSVRA**, 2, Plin. ibidem.
- CIRCVMFORO**, as, *περιτρέω*, Plin. lib. 17. ca. 27. Stipite circumforato.
- CIRCVMFRICO**, as, [Fregare intorno, Gal. *Frotter tout entour*. Hisp. *Fregar enderredor*.] *περιτριβω*, Cato ca. 26.
- CIRCVMFLGEO**, ges, [Splendere intorno, Gal. *Reluir & resplendir tout autour*. Hisp. *Resplandecer en derredor*.] *περιφλάω*, Plin. lib. 2. cap. 37.
- CIRCVMFNDO**, dis, Cic. 2. de Nat. de. terra circumfusa hac animabili natura, cui nomen est aer.
- CIRCVMGLATVS**, [Gelato intorno, Gal. *Glacé & gelé tout entour*. Hisp. *Elado en cerco*.] participium. Plin. lib. 17. ca. 12.
- CIRCVMGEMO**, mis, Hor. Ep. 16. Circumgemit urfus ouile.
- CIRCVMGESTARE**, [Portare intorno, Gal. *Porter par tout*. Hisp. *Traer per todas partes*.] *περιφέρω*, Cic. ad Qfr. lib. 1.
- CIRCVMIACEO**, cui, [Giacere intorno, Gal. *Estre situé & assis a l'entour*. Hisp. *Asser en cerco*.] *περιτάσσω*, in circuitu iaceo. Liu. Quæ circumiacent Europæ, in uestra sunt potestate.
- CIRCVMIICTIO**, cis, ieci, iectum [Cettare intorno, Gal. *jetter tout entour*, *sejandre de toutes parts*. Hisp. *Echar en derredor*.] *περιβάλλω*. Liu. 33. Circumijcere hastas in ueniētē ex trāuersio hostem conati sunt. Circumijcere uallum, apud eundem, pro circumædificare. Et Circumijcere ambitu extrema cæli. Cic. de Vniuer. Extremitatem cæli rotundo anibitu circumiecit: id est circumamplexus est. Vnde Circumiectus, 2, um, ut, Circumiecta urbi loca. Liuus.
- CIRCVMILAMBO**, bis, [Leccare intorno, Gal. *Lecher tout entour*. Hisp. *Lamer a Lamber en derredor*.] *περιλείω*, Plin. lib. 11. ca. 37.
- CIRCVMILIGO**, as, [Ligare intorno,] *περιδέω*, Liu. lib. 21. Stuppa circumligabant. Cic. 2. de Diui. Potest esse falsum, ut circumligatus fuerit angui.
- CIRCVMILINIO**, linis, circum ungere, uel aliquid leuiter alicui re circuminducere. Plin. lib. 8. Nec pictura, in qua nihil circumlinitum est, eminet.
- CIRCVMILINO**, in præterito, circumlini, uel circumleui, circumcirca leuiter induco. Plin. Circumlino aluaria fimo bibulo, utilissimū. Vnde Circumlitio, onis. In picturis item Circumlitiones dicebatur, supremæ operis expositiones. Plin. lib. 35. ca. 11. dicebat Praxiteles interrogatus, quæ maxime opera probaret sua in marmoribus, Quibus Nicias manum admouisset, tantum circumlitioni eius tribuebat.
- CIRCVMILVO**, luis, lui, [Scorrere intorno, Gal. *Lauer & mouiller tout entour*. Hisp. *Correr lo liquido enderredor*.] *περιπέω*, circumfluo. Liu. lib. 25.
- CIRCVMILVVO**, onis. Ci. 1. de Ora. Alluuiorum, circumluuiorum.
- CIRCVMMITTO**, [Mandare intorno, Gal. *Enuoyer par tout*. Hisp. *Embiar enderredor*.] *περιπέμω*, Liu. 4.
- CIRCVMMLCERE**, *περιματᾶω*, molli attractu circumcirca ablandiri. Plin. lib. 28. cap. 3. Hexagon in doliū serpentium coniectus, experimenti causa, circummulcētibus slinguis miraculum præbuit.
- CIRCVMVNIO**, [Fortificare intorno, Gal. *Fortifier on munir de toutes parts*. Hisp. *Fortalecer enderredor*.] *περιποσίζω*, circumsepere. Col. lib. 3. Circummunio macerie aut fossa. Pla. Cap. Vinculis custodijsq. circummuniti sumus. Circumunio. Cæsar. Id ne fieri posset, oblidione, opidiq. circummunitione fiebat.
- CIRCVMNASCOR**, [Nascere intorno,] *περιπέω*, Plin. lib. 2. ca. 103.
- CIRCVMORVERE**, *περιπατᾶω*, Plin. lib. 19. c. 5.
- CIRCVMPADANVS**, 2, um qui habitat in circuitu Padi. Liu. lib. 21. Plin. lib. 14. ca. 20. Liguriæ circumpadanisq. multus utilitas.
- CIRCVMFANGO**, *περιφουδᾶω*, Plin. lib. 17. ca. 13.
- CIRCVMPAVIO**, uis, circumpauire. Plin. lib. 12. ca. 14.
- CIRCVMPEDES**, ij, qui & A pedibus dicuntur. Cice. 3. Verr. Seruos artifices pupilli, circumpedes autem homines litteratos, suos esse dicebat.
- CIRCVMPECTOR**, eris, [Abbracciare intorno,] Cic. de Vniuer.
- CIRCVMPELVVS**, us, nomen, *περιπλοή*. Plin. lib. 10. ca. 63.

CIRCUMPLICOS, as, pzn. cor. περιπλέκω, circumnecto. Cicero 3. de Diuinat.

CIRCUM PONO, nis, [Mettere intorno. Gal. Mettre en tour. Hisp. Poner enderredor.] περιτίθημι, Hor. 1. Serm. Sat. 4.

CIRCUMPOTATIO, quis, ἑγκυκλιωσσία, a circumpoto. Cicero 2. de Leg.

CIRCUMRADO, dis, [Radere intorno. Gal. Rocher tout entour. Hisp. Raer à arrebtar enderredor.] περιλάω, Pl. 1. 17. c. 20.

CIRCUMRETIO, nis, [Impedire, intrigare.] περιπλέκω, impedio, & implico. Lucr. lib. 5. Circumretit enim ius, atque iniuria quemque. Cic. 7. Verr. Implicatum seueritate iudicium, circumretitum frequentia populi Rom.

CIRCUMRQDO, dis, p. c. [Rodere intorno. Gal. Rouger tout entour. Hisp. Roer enderredor.] Plin. lib. 32. cap. 2. Accipitur pro meditari, & quo damnato ruminare. Cic. ad Att. lib. 4. Dudum circumrudo, quod deuorandum est. Item pro detraho, obtrecto. Hor. 1. epist. Dente Theonino cum circumroditur.

CIRCUMSAEPIO, pis, περισάειν, Ci. ad Aug. Cohortibus armatis circumsaepit senatus. Liu. 1. Armatis corpus circumsaepit.

CIRCUMSCALPO, περισκάλλω, Plin. lib. 20. c. 5.

CIRCUMSCARIFICO, as, περισκαρύνω, Plin. 1. 22. c. 23.

CIRCUMSCINDO, dis, περισκαίω, Liu. 2.

CIRCUMSCRIBO, bis, [Circoscribere, continere. Gal. Ecrire à l'enbour. Hisp. Terminar.] περιγράφω, comprehendo, intra finem quandam cōplector, definitio. Cic. 6. Phil. Virgulta tantem circumscriptis. In Parad. Exilium terribile est illi, quibus circumscriptus est habitandi locus. Pes translationem accipitur pro circumuenio & decipio. Idem 1. Acad. Captiosus & fallacibus interrogatiunculis circumscripti & decepti quidam.

CIRCUMSCRIPTA, aduer. Cic. 2. de Nat. Deor.

CIRCUMSCRIPTIO, onis. Cic. 1. Tus. Ferræ situm, formā, circūscriptionem. Verborum quadam circūscriptione comprehendere sententiam. Cic. de Cl. Or. Circūscriptio, pro deceptione, Cic. pro Cluen. Cum ab his omnes inuidiæ circūscriptionesq. adolescentum nascerentur.

CIRCUMSCRIPTOR, qui fraude priuat aliquem bonis. Ci. in Cat.

CIRCUMSECO, cas, [Tagliare intorno.] περισέκο, circumcido. Colu. lib. 7. cap. 5.

CIRCUMSEDEO, des, & Circumfideo, des, circumfedi, circūfessum, [Assediare, circondare. Gal. se feoir à l'entour, estre assis autour, assieger. Hisp. Poner cerco à algun lugar.] περιβάλλω, significat circumdare, obsidere. Cicero ad Attic. libro 9. Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumfedit. Circumfedit item, quia assident utrimque alicui. Cicero 4. in Catil. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui non moueat horum omnium lacrymis, a quibus me circumfessum uidetis.

CIRCUMSERO, ris, περισέρω, Pl. 1. 21. c. 12.

CIRCUMSESSIO, Cic. 3. Ver.

CIRCUMSIDO, idis, circumfedeo, nisi quod motum quandā habeat coniunctum: ut circumfideo dicatur, qui se iam ad sedendum cōponunt, uel qui ipso actu opidum uel arcem castris uel exercitu circumdant. Liu. 9. Plitiam circumfidunt.

CIRCUMSIGNARE, Col. 1. de Arbor. c. 26.

CIRCUMSISTO, is, [Stare intorno, circondare. Gal. Enuironner quelque chose, et se trouer auprès de luy pour l'assillir, defendre ou autrement. Hisp. Estar enderredor, cercar y rodear.] περισίστημι, circumdo, circumsto. Liu. lib. 2. Centuriones Metium circumstunt. Cæsar: Si quis grauiori uulnere accepto deciderat, circumstebant. Virg. Furentem Armati circumstunt.

CIRCUMSONO, as, are, [Sonare d'ogn'intorno, περισώνω, undique sono. Cic. in Offi. Conducere arbitror, talibus aures tuas uocibus circumsonare.

CIRCUMSPECTATRIX, cis, uerbale. Pla. in Aul.

CIRCUMSPECTE, Quinct. 1. 9. c. 2.

CIRCUMSPECTIO, nis, Cic. 4. Acad.

CIRCUMSPECTO, as, Cic. de Nat. Bestiæ in pastu circumspectant.

CIRCUMSPECTVS, ctus. Cic. 12. Phil. Facilis est circumspectus.

CIRCUMSPICIENTIA, æ. Gel. lib. 14. cap. 2.

CIRCUMSPERGO, gis, [Sparger d'ogn'intorno.] περισπέρω, Colum. lib. 11. cap. 2.

CIRCUMSPICIO, cis, [Guardare d'ogn'intorno. Gal. Regarder à l'entour, prendregarde de tous costes. Hisp. Mirar enderredor.] περισκοπέω, ex Circum & Specio, uerbo antiquo, quod adspicio significat. Estque Circumspicio, huc atque illuc oculos uerto, & circumfero: omnia oculis confituo. Cic. pro Roscio: Circumspicit, æstuat. Ter. in And. Circumspicio, nusquam. Significat etiam animaduertere, & diligenter uidere siue considerare, Cicero quarto Acad. Cum omnia fecerit, diligentissimèque circumspexerit. Circumspicere se, pro gloriari, & seipsum admirari, sibi placere, Cic. Usque eo ne te diligis, & magnifice circumspicis? Circumspicctus, significat eum, qui in omnem partem circumspicit, id est

qui prudens est, Col. Illa sollempnia sunt omnibus circumspicctis, ut ergastuli mancipia cognoscant. Hinc Circumspicctus, as. Cl. 2. de Na. de. Quanto se opere custodiant bestiæ, ut in pastu circumspicctent, ut in cubilibus delitescant. Circumspicctus passiuè, qui circumspicctur: ut, Verba non circumspicctæ. i. non perpenfa, & cōsiderata. Ou. 5. Fast. Verba mouent iras non circumspicctæ deorū. Vires non circumspicctæ. Ou. 5. Met. Non circumspicctis exactum uiribus ensem Fregit.

CIRCUMSTANTIA, æ, [Circostanza. Gal. Circonstance. Hi. Aquel estar assi.] actus circumstandi. Gel. lib. 3. c. 7. Circumstantiæ in unaquaque controuersia quæri solent. Quin. 1. 5. c. 10.

CIRCUMSTATIO, onis. Gell. 1. 7. c. 4.

CIRCUMSTIPO, as, conitum agmine cingo. Claud. 2. Pan.

CIRCUMSTO, tas, stiti, [Stare intorno, circondare. Gal. Estre autour, enuironner. Hisp. Estar enderredor, cercar y rodear.] περισίστημι, Circumdare, Cic. in Catil. Fortissimi ciues, qui circumstant senatum.

CIRCUMSTREPO, pis, περιστροφω, in circuitu strepitum facio. Tacit.

CIRCUMSTRVO, nis, [Edificare intorno.] περισκάλλω. Plin. libro 11. cap. sexto.

CIRCUMSVDO, as, Plin. lib. 14. c. 1.

CIRCUMSVO, suis, περισφύω, Pl. 1. 34. c. 16.

CIRCUMTEGO, gis, [Coprire intorno.] περικαλύπτω. Pla. Mil.

CIRCUMTEXO, is, [Tessere intorno.] Vir. 1. Aen. Et circumtextum croceo uelamen acanthio. Circumtextum, ti, amictus genus, quod purpuram circum habeat. Festus.

CIRCUMTONDEO, des, περιτρέφω, Sue. in Aug. c. 45. In puerilem habitum circumtonsam matronam.

CIRCUMTONO, as, Hor. 2. Serm. Sat. 3. Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruenti.

CIRCUMTREMO, mis, Luc. lib. 1. Circumtremeræ ætherea signis.

CIRCUMVADO, p. p. [Assalire d'ogn'intorno.] περιπολέω. Liu. lib. 32. Re pente anceps terror barbaros circumuasiit.

CIRCUMVAGVS, gi, ut, Oceanus circumuaguus. Hor. Epo. 16.

CIRCUMVALLARE, uallo munio. Cæf. 7. Bell. Gall. Opidum bi duo circumuallauit. Cicero Attic. libro 9. Circumuallatum esse Pompeium.

CIRCUMVECTIO, onis, Cic. Att. lib. 2.

CIRCUMVECTO, as, Virg. 3. Geor.

CIRCUMVeho, his, here, [Menare intorno.] περιλαύνω, circumporto. Liu. tertio. Dictator equo circumuectus. Circumuehi classe. Liu. 8.

CIRCUMVECTVS, us, Ci. de Nat. Deo.

CIRCUMVENIO, [Circundare, circonuenire. Gal. Enuironner, ou clore. Hisp. Cercar enderredor.] περιλάω, circumdo. Liu. lib. 1. Ut hostibus, circumueniri se a tergo ratis, terror ac fuga iniiceretur. Sall. Homi nem familiarem, & omnibus necessitudinibus circumuentum. Aliquando decipere, tractum a uenatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circumuenire solent. Cic. lib. 2. Offi. Suum quisque teneat, neque tenuiores propter humilitatem circumueniantur. Aliquando opprimere, Sall. in Catil. Se falsis criminibus circumuentum.

CIRCUMVERTERE, περισέρω. Pla. Persa: In cursu rotula circumuertitur. Circumuertere aliquem argento. Pla. Pseu. Qui me argēto circumuertant. Id est, dolis auferant a me argentum.

CIRCUMVERSARI, Lucret. libro 6. Quærentelique uiam, circumuersantur.

CIRCUMVESTIO, [Vestire d'intorno.] περιτιθένω. Cic. 3. de Or.

CIRCUMVINCIO, cis, [Legare.] Plau. Rud. Vos uirgis circumuinciam.

CIRCUMVISO, sis, freq. a Circumuideo. Plaut.

CIRCUMVOLO, las, περιπέτομαι. Horat. 2. Serm. Saty. 1. Mors atris circumuolat alis. Circumuolatus particip. passiuum. Plin. libro 10. cap. 32.

CIRCUMVOLITO, iterum atque iterum circumuolo. Vir. 1. 1. Geor. Aut arguta lacus circumuoluit hirundo. Col. per translationē pro Crebro uiso, usus est: Mercenarii saluatoris mendacissimum aucupium circumuoluitandis limina potentiorum.

CIRCUMVOLVO, [Volgere intorno.] περιλάω. Vir. Interea magnū sol circumuoluitur annum.

CIRCVO, is, [Circundare.] Cicero pro Cæcin. Cæcina cum circuiret fundum.

CIRCVS, ci, m. g. [Cerebio, circolo. Gal. Cercle, rondeau, entour, circuit. Hisp. Cerco, circolo, rodeo, ò rodilla de cabeza.] κύκλος, omnis in gyrum ambitus, a circumeundo, secundum Seruium. Et differt Circus a Globo, quod Circus est planities rotunda, ut circuitus: Globus soliditas undique rotunda, ut est sphaera, & staminum glomera. Circus etiam dicitur locus muris septus, in quo curulia certamina peragebantur. Vir. 1. 5. Mediaque in ualle theatri Circus erat. Cicero 3. Philip. Nefcis heri quartum in Circo diem ludorum Romanorum fuisse? Vnde Circenses ludi, quod in Circo fierent. Fuerunt tres Circi Romæ, Circus maximus inter palatium & Auentinum

- Circus Flaminius** qui & Apollinaris, & Circus Neron. in Vaticana. Candens Circus, γαλαξίας, id est, orbis lacteus. C. in Arato: Vidit magnum candentem serpere Circum, Lacus hic nimio fulgens candore notatur. In somnio Scip. Erat is splendidissimo candore inter flammam Circus elucens, quem uos orbem lacteum nuncupatis.
- CIRIS**, est avis, alio nomine Alauda. hanc poetæ fabulantur fuisse Scyllam Nisi regis filiam: quæ cum patrem fat. li. crine spoliatum Minoi prodidisset, mutata est in avem Cirim. Ovidius dedit a κείρω, tondeo, alludens ad fabulam, quæ Scylla purpureum Nisi patris crinem fertur tocondisse. sic enim ait libr. 7. Met. Plumis in avem mutata uocatur Ciris, & a tonso est hoc nomen adepta capillo.
- CIRNEA**, æ, uas uinariæ, nam κίρνω, misceo. Plau. in Amph.
- CIRREA**, urbs in Phocidæ ad Parnassi radicem.
- CIRRI**, capilli capitis attōti, a κείρω, tondeo. Cato de liberis educandis. Cirros ad Apollinæ ponere solent. Inde Persius Cirratos, uocat prieros, qui comam nutriunt, quam Veneri consecrent deosam. Ostreorum etiam capillamenta dicuntur Cirri, Mart. l. 7. Et ostreorum rapere liuidos cirros.
- CIRIS**, uermiculus in tritico præcipue & ordeo nascens, seminaq. illa cuspe sua exiguis foraminibus penetrans.
- CIS**, & **CITRA**. [Di quæ, Gal. De Zâ. Hisp. Aquende.] ἐν τῷ, ὅτι τὰ δὲ, ὅτι δὲ τὰ μὲν, differunt, quod cis magis proprijs nominibus fluminum uel montium præponi solet: reliquis magis Citra: ut Cis Rhenum, Cis Padum, Cis Alpes, ὅτι τὰ δὲ τῶν ἀλπεων. Citra forum, citra templum, hoc est, ab hac parte templi, aut fori. Harū duarum præpositionū significationi opponitur Ultra, quod signi- ficat Trans, uel ab aliâ parte: ultra Apenninū, ultra Padū. Hæ aut particele, citra, intra, ultra, ut docet Gel. apud ueteres singulis syllabis appellabantur, Cis & Vls. Dicebanturque cis Tiberim, & uis Tiberim: mox dici cœptum est, citra Tiberim & ultra Tiberim: & intra Kalendas, citra Kalendas. Cis etiam per compositionem nominibus montium, uel fluuiorum coniungitur: ut, Cisalpinus, Cispadanus. Et quamuis habeat uim localem, per translationem tamen, & in tempore, & in alijs rebus uti possumus: ut Cis definitum tempus uenisti: sicut, Ultra tempus a nobis datum uenisti. Cis naturæ leges: hoc est, minus, quam patiarur naturæ leges. Citra etiam quandoque pro sine, ponitur. Colu. In agricultura uoluntas facultasque citra scientiam læpe magnam dominis afferunt iacturam. Suet. in Cæs. Citra senatus, populiq. auctoritatē. Quinct. lib. 1. Neque citra Muscen Grammaticæ potest esse perfecta. Quandoque ponitur pro Ante, ut, Citra Kalendas, id est ante Kalendas. Suet. in August. Citra spectaculorum dies. Fit autem citra a cis, a citra Citer, Citerior, Citianus.
- CISALPINA**, Gallia, [Lombardia,] Cis alpes, fluuio Rubicone finitur. Cic. pro lege Man. Gallia Cisalpina præsidij confirmata.
- CISAPENNINA**, Italia, a Catone in Orig. dicitur, cis Apenninum montem: ut Transapennina, quæ trans Apenninum est.
- * **CISANTHI**, populi sunt inter Scythas.
- CISIUM**, δῖζοχος, genus uehiculi, duas habens rotas a quo Cisiarij, qui cisium regunt. Cic. Ciso celeriter ad urbem uectus. Cisiarius, cisij auriga. Iurecon. lib. 20. Digest. Si cisiarius, dum ceteros transire contendit, cisium euerit, & feruum quassauit, uel occidit, puto ex locato esse in eum actionem.
- CISPELLA**, as, are, apud uetustissimos inuenitur pro citeriorē partem pellere. Plau. in Amph. Inde optime cispellam uirum.
- CISPVS**, mons in urbe Roma, Exquilina in regione, de nomine Cispij dictus, ut inquit Fest. Var. lib. 1. de lin. Latina.
- CISSA**, Ptol. fluuius est Ponti, in ea parte, qua Cappadociæ coheret.
- CISSTES**, κισσῖνος, gemma ad similitudinem folij hederæ candidans. Plin. lib. 37. cap. 10. & 11.
- CISSVS**, κισσός, hederæ genus, quæ sola sine adminiculo subsistit, neque arboris, aut muri, alteriusue pedamenti eget sustentaculo.
- CISTA**, [Cesta, panier, canestro, Gal. Panier, corbeille, coffree ou bahut. Hisp. Cesta.] genus uasis uiminei apud Colu. lib. 12. ca. 52. Ouid. 2. Met. Texta de uimine cista. Fit etiam Cista ex asseribus, in qua conduntur & pecunia, & alia usui nostro necessaria. Cic. 5. Ver. Quater- nos H. S. in cistam transferam ex fisco.
- CISTELLA**, Ter. Eun. Cistellam domo effer cum monumentis.
- CISTELLATRIX**, cis. Pla. Tri. Cantarices, cistellatrices. Videtur significare ancillam, quæ canistrum fert hederæ.
- CISTELLULA**, Pla. Rud. Vbinam ea fuit cistellula? Ad Heren. lib. 1. Cistella pro uase est, quod suffragia populi in legibus ferendis coligebantur, cum ait, Saturninus legem ferre cœpit, collegæ intercedere. ille nihilominus cistellam deculit.
- * **CISTHENA**, urbs est Acolidis in Ithmo.
- CISTERNA**, [Cisterna, Gal. Cisterne, lien a recueillir l'eau de pluie pour la garder. Hisp. Cisterna o aljibe de agua.] δεξαμενη, locus in quo colligitur aqua pluuia per euripos & canaliculos sub stillicidio pos-
- tos, ad imbres suscipiendos. Vlp. l. j. ff. de fonte: Cisterna aquam uiuam non habet. Et quidem cisternæ imbribus concipiuntur, sed per glaream immixtam in spongas purificatis.
- CISTERNIVS**, a, um. Col. li. 13. ca. 43. Aqua fontana uel cisternina.
- CISTVLA**, Mart. lib. 1. Parca cistula non capax oliuæ.
- CISTVS**, κισθος, quem & Citaron uocant, siue Cissaron, est frutex, maior thymo, & folijs ocymi. Plin. lib. 24. ca. 10. Vulgus Rosaginæ, siue Rosam caninam appellat.
- CISTIFER**, a, um, qui fert cistam. Mart. Nupisti Gellia cistifero.
- CISTOPHORVS**, nummi species, sic dicta a Canephoris Palladis Atticæ uirginibus ministris, quarum imaginem habebat impressam. Cice. Attic. lib. 11. Ego in cistophoro in Asia habeo ad seueritia bis & uicies. Idem pro Domo sua: Ut si in Asia cistophorum flagitaret.
- * **CITARIJ**, populi Siciliæ.
- CITATVS**, a, um, part. [Citato, chiamato, ueloe. Gal. Esmer, haste, auance, leger, suite. Hisp. Llamado, ligeor.] ποσειδωνοειδης, Citatus nomen, acceleratus, citus, uelox. Apul. Citato, non testudineo gressu. Liu. lib. 28. Citato gradu in hostem ducebant. Idem: Citato uadere equo. Liu. lib. 27. Nero citatiore, quam inde uenerat, agmine, die sexta ad hostem peruenit. Ibidem lib. 22. Quam citatissimo poterant agmine sese abripuerunt.
- CITATIM**, aduer. [Velocemente. Gal. Hastiement, wittement. Hisp. Prestamente, presto.] τὰχύ, celeriter. Hirtius de Bel. Afr.
- CITERIA**, effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa uehi Romæ solebat. Cato in M. Cælium: Quid ego cum illo decertem, quem credo in pompa uecitatam iri ludis pro ceteria? Fest.
- CITERIOR**, & **CITIMUS**, [Ultimo, Gal. Qui est plus proche de nous. Hisp. Cosa de mas aquende.] a Citra, uel Citer uocabulo obsoleto. C. i. ad Art. li. 12. Hirtius ad me scripsit, Sextum fugisse in Hispaniam citeriorem. Aetas citerior. Valer. lib. 8.
- CITHARA**, æ, [Cetera, Gal. Vne harpe. Hisp. Harpa, instrumento.] κισθαρη, instrumentum musicum, alio nomine Lyra, quam Hiero. scribit effici in modum Δ litteræ, cum chordis uigintiquatuor. Plin. lib. 7. cap. 56. Citharam Amphion, ut alij, Orpheus, ut alij, Linus inuenit. Citharam Vir. pro ipsa musica & harmonia accepit, 12. Ac. Augurium, citharamq. dabat, celereq. sagittas. Quinct. lib. 2. c. 8. Vt cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum onanibus intenta neruis consentiat.
- CITHARISTA**, siue Citharistes, κισθαριστής, promontorium Gallie Narbonensis: testibus Prol. lib. 2. cap. 10. & Antouino. Est etiā Citharista, qui citharam tantum pulsat, non etiam accinit. Cice. 3. Verr. Etiam Aspendum citharistam sustulit.
- CITHARISTRIA**, [Quella che canta in su la cetera. Gal. Femme qui joue de la harpe. Hisp. La muger que tañe la harpa.] κισθαριστρια, quæ cithara canit. Ter. Pho. Nactus est puellulam Citharistriam. Ibidem eandem uocat fidicinam: Ille, qui illam amabat fidicinam.
- CITHARŒDICVS**, a, um, κισθαροδιδως, ut Citharædica ars. Plin. lib. 9. cap. 8. & Citharædicus habitus, Suet. in Nerua.
- CITHARŒDVS**, [Che canta su la cetera, citharista. Gal. Harpeur, joueur de harpe en partie Hisp. El que tañe la harpa.] κισθαροδιδως, qui cithara canit: & proprium (ut Moscopulus annotauit) qui & citharam pulsat, & ore accinit Cic. 5. Tusc.
- CITHÆRON**, κισθαρων, mons Beotia, teste Strabone, cuius radicē Afopus amnis aluit. Sernius falso credit alterum esse ex iugis Parnasi. Est enim Cithæron mons a Parnaso plus quam triginta passuum millibus distans. Hic mons Libero patri sacer erat, unde etiam ibi eius Orgia celebrabant. Oui. 3. Metam. Festus faciendâ ad sacra Cithæron.
- CITIMVS**, p. c. [Ultimo, Gal. Tresprochain de nous. Hisp. Cosa de muy mas a quende.] superlatiuum a Cis uel Citra, uel potius ab antiquo nomine Citer, idem est, quod proximus nobis. Vnde Citima uocatur, quæ in cælo infima sunt, & nobis proxima. C. in Somnio: Vltima cælo, citima terris luce lucebat aliena.
- CITO**, aduer. [Subito, tosto, presto. Gal. Tosto soudainement. Hisp. Presto & ligeramente. δὲ ἐως ταχέως, Cic. Varr. l. 4. Quid potissimum scribam? cito me ad te esse uenturum. Citius, comparatiuum. Vir. Ae. 1. Dicto citius tumida æquora placat. Citissime. Plin. lib. 16. ca. 40.
- CITRAS**, [Citare, Chiamare. Gal. Apeler, haster faire auancer Hisp. Llamar.] ποσειδωνοειδης, frequenter a Cito, uoco: & modo est iudicialis uerbum, pro In ius uocare, & diem alicui dicere: modo extra forum, pro fidem auctoritatemque alicuius obtestari. Cic. Ver. 4. Citat reum, non responderet. Idem de Nat. de. lib. 1. Cum tamquam senatum philosophorum citares.
- CITREA**, malus, [Cedro. Gal. Citronier, arbre qui porte les citrons. Hisp. Cidras, maderâ mas preciosa, que alerze.] arbor toto anno pomifera. Folia habet lauri, fructum aureo colore, & odore gratissimo, quem Vir. 2. Geor. miris laudibus celebrat, ibi, Media fert tristes succos, tardumque saporem Felicis mali.
- CITRVS**, arbor est duorū generū, quarum altera lauri folio perpetuo

tuuo uirés, altera siluestri eupressio similis est & caudice, & folio, & odoratu, in Mauritania præcipue nascens: unde in Italiâ ad prætiosissimarum mensarum materiâ aduehebatur, quæ & Cedrine appellatur a Plin. lib. 17. ca. 15. Hæc arbor ab Homero Trogete, a quibusdam etiam Thya appellatur. Citrum, neutri generis, citri arboris lignum. Varro 3. de re rust. ca. 2. Num ubi hic uides citrum aut aurum? Mart. lib. 10. Et citrum uetus, Indicosq. dentes. Hinc Citreus, a, um, ex citro. Cic. 6. Ver. Tu pulcherrimam mensam citream, a Q. Lutadio Diodoro abstulisti.

CITRINVS, color, [Giallo,] a citri similitudine, Plin. lib. 19. ca. 5.

CITTIUM, opidum Cypri: unde Cittiens Zeno. Laertius li. 7.

CITVS, [Veloce, Gal. Soudain, mitte. Hisp. Muy ligero.] ὀξύς, celer, uelox. Liui. li. 26. Eques citus ab Roma uenit. Hic Citior, citissimus. Plin. Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quam famâ reor. Et Citus participium a Cieo, pro citatus, agitatus. Virg. lib. 8. Citæ Merium in diuersa quadrigæ Distulerant.

CITICVS, a, um, [Cittadinesco,] ciuilis. ut Ciuica corona, quam ciuis ciui, a quo seruatus fuisset in prælio, testem uitæ dare solebat. Cic. pro Planc. Vt coronam dent ciuicam, & se ab aliquo seruatus esse fateantur.

CIUILIS, & hoc ciuile, [Ciuile, Gal. Politique, appartenant aux citoyens. Hisp. Cosa de ciudad, Ciuil.] πολιτικός, quod est ciuium, seu quod ad ciues pertinet. Ciuilis homo, qui est peritus eorum, quæ ad ministrandam rem pertinent. Cic. 7. Phil. Cui pax, præsertim ciuilibus, in primis tibi optabilis. Hor. 1. Epif. Nunc agilis sis, & uersor ciuilibus undis. Studia ciuilia. Cic. pro Font. Inimicior Fimbriæ Scæuri, ex ciuilibus studijs, atque obtrectatione domestica, quam huic Galli Ciuilitor, & Ciuilius comparatiua. Quid. 4. Trist. El. 4. Ipse pater patriæ: quid enim ciuilius illo?

CIUILITAS, [Ciuilitas, Gal. Ciuilité, honnesteté, police. Hisp. Ciuilidad ó policia.] τὸ πολιτικόν, facilitas, modestia, magis ciui, quam imperatori conueniens, quam Augusto tribuit Sue. ca. 5. Julius Capitolinus laudat Antoninum Pium, quod Imperatorium fastigium ad summam ciuilitatem deduxerit.

CIUILITER, [Ciuiliter, Gal. Ciuillement. Hisp. Ciuilmente, politicamente.] πολιτικῶς. Cice. 1. Offic. Cum ciuilitate contendimus. Iuuen. Saty. 5. Poscimus ut cenes ciuilitate: Id est ut tibi sit panis idem, qui alijs conuiuijs.

CIUIS, huius ciuis, [Cittadino, Gal. Citoyen ou citoyenne. Hisp. Ciudadano.] πολιτικός, urbis colonus, a coeundo, ut Ciceroni probatur, quod uinculo quodâ societatis ciues in unum coeant cœtum, & sub idem legibus uiuant. Cic. in Cati. Serui mehercule mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem. Ciuis & Peregrinus opponuntur. Cic. 6. Ver. Neque liberum, neque seruum; neque ciuem, neque peregrinum. Idem: Colebatur a ciuibus, ab omnibus aduenis uisebatur.

CIUITAS, [Città, Gal. Cité, bourgeoisie assemblee de mille, amas de citoyens. Hisp. Ciudad, compania de ciudadanos.] πόλις, collecta ciuium multitudo, ad eodem iure uiuendum. Cic. de Somn. Scip. Nihil est illi principia Deo acceptius, quam consilia, cœtusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Idem pro Sextio. Tum conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominatæ sunt. Ciuitas & urbs in hoc differunt, quod incolæ dicuntur ciuitas: urbs uero complexitior ædificia. Cic. 4. Academ. Non dubitauissent, quin & Roma urbs esset, & eam ciuitas incoleret. Idem pro P. Sylla: In qua ciuitate res tantas gesserim, memini: & in qua urbe, intelligo. Aliquando Ciuitas dicitur ius ciuium: unde, Ciuitate donare.

* **CIVIS**, Thraciæ fluius ex Pæoniâ & Rhodope monte profluens.

C A N T E L

CLADES, dis, [Calamità, succisione. Gal. De destructione de guerre per te en bataille, victoire perdue. Hisp. El estrago ó mortandad a hierro.] ἡ πᾶσι δὲ ἀσπός, cædes multorum, calamitas, siue detrimentum, πᾶσι τὸ κλάω, amputo, frango, aut certe, ἀπὸ τῶ κλάω, a flendo siue lugendo: quamquam non desunt, qui a cadendo cladem dictâ existimant, aut a calamis comminuendis, quasi calamidem. Plin. lib. 16. c. 32. Maestas populi Romani resurrexit, quæ ante uastata cladibus fuerat. Cic. de Cla. Orat. Cursum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis. Virg. 12. Aen. & libita turbaret clade Latinos.

CLAM, [Clamante, di nascoso. Gal. En cachette, secrettement. Hisp. Oculta y escondidamente.] λαβρα, præpositio ablatiuo casui seruicens, idem significans, quod latenter. Plau. Amph. amare occępit Alcu menam clam uiro. Iungitur aliquando & Accusatiuo In Sal. Timens ne facinora eius clam uos essent. Quandoque loco aduerbij. Virg. 1. Aen. Clam ferro incautum superat.

CLAMATOR, ris, Cic. de Or. Clamatores odiosi, & molesti.

CLAMATORIVS, a, um, ut Clamatoria auis, quæ a Labeone Prohibitoria dicitur. Plin. lib. 20. cap. 14.

CLAMITO, as, are, frequentatiuum. Cic. 2. Tuscul.

CLAMO, as, are, [Chiamare, gridare. Gal. Crier, huyer, braire. Hisp. Lla-

mar dando uoces.] βοᾶν, est uociferari. Cice. ad Att. lib. 5. Clamare omnes, qui aderant, nihil impudentius. Teren. Ad. Clamant omnes, indignissime factum. Quandoque uocare. Virg. 4. Aen. Per medios ruit, ac morientem nomine clamat. Clamare, conqueri. Teren. Ad. Mihi quidem non placet: Et clamo sæpe. Liui. 3. Clamant, fraude fieri, quod foris teneantur exercitus. Cic. pro Clu. Cum & de suo, & de uxoris interitu clamaret.

CLAMOR, [Grido, Gal. Clameur, cribruyement. Hisp. Clamor ó voz grande.] κραυγή, uox intentâ, & maiore cum impetu prolata. Cic. 6. Ver. Ex clamore fama tota urbe percrebuit, expugnari deos patrios. Virg. 5. Aen. Resonat clamoribus æther.

CLAMOSVS, a, um, κραυγαστός, ad Heren.

CLAMCVLVM, deminutiuum a Clam, [Di nascoso, Gal. Secrettement, en cachette. Hisp. A escondidillas.] λαβραίως, Ter. in Eum. Ad te patris penum omne congereram clamculum. Accusatiuo inquit Ter. in Adel. Alij clamculum Patres quæ faciunt.

CLAMCVLARIVS, a, um, [Occulto,] κρυπτός, occultus, latens. Mart. libro 10.

CLAMDESTINO, [Secretamente, occultamente,] κρυπτός, occulte, latente. Plau. in Mil. Hoc negotij clamdestino ut agerem.

CLAMDESTINVS, a, um, penul. prod. [Occulto, secreto,] κρυφαίως, occultus, secretus. Cice. in Orat. Cur clamdestinis consilij nos oppugnant?

CLANEO, is, xi, uel gui, [Trombettare, Gal. Faire retentir, resonner comme fait une trompette. Hisp. Sonar la bozina ó trompeta.] κλάγγω, tuba cano, uel increpo. Val. Flac. Lucificum clâgente tuba. A quilis item clangorem tribuit auctor Philomelæ apud Ouidium: Dum clangunt aquilæ. Et Cic. 2. Tuscul.

CLANGOR, [Il suono delle trombe. Gal. Son de trompette. Hisp. Son ó sonido de trompeta.] κλάγγη, sonus tubarum est. Virg. 2. Aen. Exoritur clamorque uirum, clangorque tubarum. Licet etiam dicatur de sono anserum, & aliarum rerum clare strepentium. Cice. 2. Tuscul. Ionis satelles (intelligit aquilam) clangorem fundit uasum. Col. de anseribus lib. 8. cap. 13. Anser solentiorum custodiam præbet, quam canis. nam clangore prodit insidiantem.

CLANIVS, κλάνας, Steph. fluius Campaniæ iuxta Acerras urbem. Virg. 2. Ge. Vacuus Clanius non æquus Acerris. Plin. li. 3. ca. 5. Glaniam uocat, eundemq. esse testatur cum Lyrî, Minturnas inter se cante. Stephanus Glaniam appellat. Plinio tamen Glanis Tusciæ fluius est iuxta Aretium: de quo infra suo loco.

CLAREO, res, thi, [Essere chiaro, illustre, noto. Gal. Estre clair, auoir brin et renom. Hisp. Esclarecerse, hazerse esclarecido ó famoso.] ὁ δὲ δὸμῆς, clarus sum, uel manifestus. Ennius apud Cic. 3. Of. Ergo magis, magisque uiri nunc gloria claret. Idem de Sen. Cuius aduentu insula hodie claret Cypros. Claret lumen. Ennius Telamone, ut citat Nonus. Hoc lumen candidum claret mihi. Claret, id est apparere, Cice. in Arato: Primordia clarent. Claret, pro clarum est. Lucret. lib. 6. Quod in primo quoque carmine claret. Claret mihi, id est patet. Clau. in Pane. Ventura potestas Claruit Afcanio.

CLARESCO, scis, [Farsi chiaro, Gal. Devenir clair & manifeste. Hisp. Esclarecerse.] clarus uel clarior fito. Quint. lib. 6. c. 4. Neque tantum hoc ipsis monitoribus clarescit. Virg. 2. Aen. Clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror. Hinc fit Inclareo, ualde clareo: a quo In claresco, ualde clarus fito.

CLARIFICO, as, [Far chiaro.] λαμπρύνω, illustro, Plin. lib. 20. ca. 13.

CLARIGATIO, belli denunciatio. exactio nummaria. Liui. lib. 8.

CLARIGO, as, penul. corr. res clare repeto, bellum indico, σημαίνω τὸν πόλεμον, a uocis claritate dictum, quasi clare ago, sicut litigium, item ago: leuigo, læue ago. Plin. lib. 22. Hac tempo & legati cum ad hostes, clarigatumque mitterentur, usi, id est res raptas clare repetitum.

CLARISONVS, a, um, ὁ ἐρίφωνος, Catu. Clarisonas imo fuisse e pectore uoces. Cice. in Arato: A clarisonis auris Aquilonis ad Austrum.

CLARITAS, [Chiarezza, splendore. Gal. Clarté, splendeur. Hisp. Clareza ó esclarecimiento de fama.] σιμνότης, luciditas. Plin. lib. 2. cap. 8. Claritatis tanta est uesper. Aliquando splendor. ut Claritatem, amplitudinemque aptior uitæ eorum, qui se ad remp. & ad res magnas gerendas commodauerunt. Idem ad Sulp. Quæ quamquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissime ex tuis litteris cognoscam. Interdum facilitas, perspicuitas, ut Claritas orationis.

CLARITYDO, dinis, [Facilità,] claritas, Festo, ac Nonio testibus. Sal. Cum tam multæ, uariæq. sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. Claritudo uocis, ὀξύφωνία, Geil. lib. 7. cap. 5.

CLARIVM, oraculum, κλάριον μαρτήριον, in Ionia fuit iuxta Clarum opidum: a quo Clarius Apollo dictus Plin. lib. 2. c. 103.

CLARO, as, [Far chiaro, Gal. Montrer, manifester, declarer. Hisp. Esclarecer y aclarar, hazer claro.] δὲ δὲ δὲ, clarum facio. Aufonius: Pollet Aristides, ueteres qui clarat Athenas. Ci. 1. de Diui. ex antiquo poeta: Iuppiter

Iuppiter excelsa clarabat sceptrâ columna. Hor. Illum non labor Isthmii Clarabit pugilem. Lucr. l. 4. Multaq. nobis Clarandum est, plane si res exponere auemus.

CLAROS, κλάρος, Ioniæ ciuitas, Apollinis oraculo nobilis, iuxta Colophonem. Hanc Manto Tiresiæ filia condidit. Nearchus uero auctor est, inde urbi huic nomen factum, quod Apollini per sortem Claros obtigit nam sortem, κλήρον, Græci nominant. Hinc Apollonio Clarius dictus est, qui illic & sanum habuit, in quo respōsa, e-pota aqua, edebantur. Est & Clarus insula in mari Myrtoō, & ipsa Apollini sacra, de qua nonnulli intelligunt illud Oui. l. Met. Mithi Delphica tellus, Et Claros, & Tenedos, Pataraeq. regia feruit.

CLARVS, a, um, [Chiaro, iuxta Gal. Clair. Hif. Claro.] ἀθρῖος, quod est lucidum, non obscurum, Clara dies. Ci. in Som. Sci. Ostendebat Carthaginem de excelso, & pleno stellarum, illustri, & claro quodam loco. Vir. l. Ge. Et claro siluas cernes Aquilone moueri. Figurata pro insigni atque excellenti accipitur, Cic. l. de Fin. Claris, & fortibus uiris commemorabilis. Item, quoniam, quæ clara sunt, ab omnibus cernuntur, clarū pro aperto, & manifesto sumitur, Cic. 7. Ver. Res erat clara, neque solum argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebatur. Interdum pro audibili. Cic. pro Sylla. Ut omnes exaudiant, clarissima uoce dicam. Clare, Ter. in Andr. Vnde est dic. clare. Cic. ad Att. lib. 2. Aperteque loquantur, & clare gemant. Cælius Cic. libro 8. Eo clarius id periculum apparet.

CLASSIARI, ἐπιβάται, classis milites, Hirt. li. 3. Bel. ciuil. Aqua prohibere classiarios instituit. Suet. in Galba: Cum classiarios ad primum statum redire cogeret. Appuleius usurpauit pro tubicine. Et laudum eius classiarius, atque assiduus præco.

CLASSICVLA, Cic. Att. Cassius cum classicula sua uenerat.

CLASSICVS, a, um, κλαδικός, quod est classis. Proper. l. 2. Et canerem Siculæ classica bella fugæ. & classici, primæ tantam classis homines. Etiam Classici dicebantur præcones, qui tuba uel cornu iussu magistratum ex arce, uel circum muros populum ad comitium uocabant, dicta a Calando, siue a clangore, unde classica proprijs tubis. Vir. l. 7. Classica namque sonant. Vbi Seruius: Classicum dicimus, & ipsam tubam, & sonum. Classicum autem est flexilis tuba. Liu. lib. 5. Vocatis classico ad concilium militibus. Classicum dicimus, & sonum. Classicum item in eunda pugna signum appellatur, quod tuba dari solet: unde Classicum canere, signum dare, quo milites pugnam ineam. Contra, Canere receptum, est a pugna reuocare. Accipitur etiam latius Classici uocabulum pro quouis tubæ sono, qui prodeunte Imperatore, aut eius iussu in castris fieri solent. Cæ. 3. Bel. Ciui. Pompeius cum Scipione honorem partitur, classicumque apud cum cani, & alterum illi iubet prætorium tendi. Virg. 2. Geor. Nec dum etiam audierant inflati classica.

CLASSIS, [Armata,] nauium multitudo: quamuis abusue pro una tantum nauis ponatur, Vir. libro 6. Lyciæ doctorem classis Oronem. Significat & ciuium partes pro census ratione distributas. Nam Liu. de Ser. Tul. rebus gestis scribit, urbem in quinque classes diuisam, censumque ab eo institutum, rem saluberrimam tanto futuram imperio, quo pacis bellicque munia, non uirum, ut antea, sed pro habitu pecuniarum fierent. tum classes centuriasque ad hunc ordinem ex censu descripsit. Qui centum millia ætis, aut maiorem censum haberent, inter primarios numerabantur, & sub primæ classis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta senum, quadraginta iuuenū: seniores ad urbis custodiā: iuniores, ut foris bellū gererēt. Arma his, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære hæret, ut tegumenta corporis essent. Præterea tela in hostem, hasta, & gladius. Aditæ sunt fabrorū duæ centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent: datum munus, ut machinas in bello ferrent. Hinc Classici, huius primæ tantum classis homines dicebantur, qui (ut docet Gel. l. 7. c. 13.) centum & uiginti quinque millia æris, ampliusue, censi erant. Hinc etiam Classici testes, hoc est, assidui, & locupletes, qui (ut inquit Festus) signâdis testamentis adhibebantur, hoc est, primæ classis homines, quasi primæ auctoritatis, & idonei ueritatis censores. Et metaphorice classici auctores uocat Gel. l. 29. c. 8. quasi primæ notæ scriptores, Latineque elegantius testes idoneos, cuiusmodi sunt, Cic. Cæsar. Sal. Vir. Oui. Hora. T. Liu. Ex ijs uero, qui intra centum, ad septuaginta quinque millia erant, censi, uiginti seniorum, & totidem iuniorum centurias conscripsit, quibus pro seuto clypeus & reliqua omnia arma, præter ocreas, sunt imperata. Tertia classis septuaginta quinque ad quinquaginta millia Arma, ut in superiore, præter ocreas. In quarta classe a quinquaginta ad uiginti quinque millia, centuriæ uiginti seniorum, uiginti iuniorum. Arma mutata, nihil præter hastam, & uerutum datum. Quincta classis ceteras triginta habuit, fundas lapidesque missiles gerentes, & homines quinctæ classis, pro tenuibus & minime auctoritatis dicuntur, οἱ το θητικὸν τελέοντες. In his erant accensi, cornicines, tibicines in tres centurias digesti, qui non ultra ua-

decim millia censebantur. Creata est præterea una centuria, quæ fuit immunis militia. Infra classem autem esse dicebantur secundæ classis ceterarumque omnium classium, qui minore summa æris, quam classici illi, censebantur. Significat & Classis, equitum ordines. Virg. 3. Aen. Scio me Danais et classibus unum. Vnde & classis procincta, dicitur exercitus instructus. Apud antiquos Classes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus uocamus. Classes quoque in scholis sunt ordines discipulorum, Quint. lib. 1. cap. 2. auctor est, a præceptoribus suis pueros olim in classes distributos, ordinemque discendi secundum uires ingenij datum.

CLATHROS, as, [Mettere la stanga. Gal. Barrer, fermer de barres ou treillit. Hif. Cerrar lugar con rejas a uerjas.] chlatris claudere. Col. l. 9. Satis est feris transuersis ita clathrare, ne spatiorum laxitas pecudi præbeat fugam. Hinc Fenestra clathrata, apud Plaut. in Mil.

CLATHRVS, & **CLATHRVM**, utroque modo, [Stanga. Gal. Barre, harreau, treillis, clare. Hif. La red o reja o uerja para cerrar lugar.] claudo. Sunt Clathra, ligna quibus transuersis aliquid minimum, sepiusue, ut fenestræ, quæ uulgo Ferratæ dicuntur. Hora. Obiectos caue ualuit si frangere clathros. Col. posuit pro lignis cancellatim compactis, quibus glebæ contunduntur: Hirpicem Varro appellat.

CLAVAS, [Μαζζα. Gal. Vne massue. Hif. La massif.] fistis teres ad clauisimilitudine capitatus. κλάων, κορώνη, Cic. de Sen. Sibi habeant alij hastas, sibi clauam.

CLAVATOR, inquit Festus, seruus, qui claua armatus dominum comitabatur. Plaut. Merc. Comes, clauator, armiger. Idem Rud.

CLAUDIA, familia, ab Appio Claudio Sabino cognome accepit, qui post exactos reges cum quinque milibus clientum Romam uenit, partemque urbis habitandam accepit. Ex hac familia fuit Appius Claudius Cæcus, qui uiam Appiam strauit, & aquam Appiam in urbem duxit, Pyrrhumque intra urbem non esse recipiendum, sua sententia obtinuit. Patricia gens fuit, & plebeia: patricia Pulchrorum, plebeia Marcellorum.

CLAUDIANSVS, poeta Aegyptius, ut ipse de se testatur. Floruit sub Theodosio, & Honorio Augustis. Scripsit de Raptu Proserpinæ l. 3. & alia.

CLAUDICATIO, κλωδῆσις, Cic. l. de Nat. De.

CLAUDICO, as, are, [Zoppicare, andar Zoppo. Gal. Clocher, boiter. Hif. Coaquear.] κλαίνω, altero tantum pede incedo. uel alterum pedem infirmum, & instabilem, aut curtum habeo ac uacillo. Cic. lib. 2. de Ora. Grauius claudicanti ex uulnere ob reump. accepto. Translate dicitur de eo, quod suis partibus rectum non est, Cic. l. de Fin. Qui uerentur ne si amicitiam propter nostram uoluptatem expectandam putemus, tota amicitia quasi claudicare uideatur. Liu. lib. 22. Si altera parte claudicet resp.

* **CLAUDIOPOLIS**, Cappadociæ urbs. Plin.

CLAUDIUS, κλαυδῆσις, claudicandi uicium, Plin. Clauditatem afferre.

CLAUDIUS, κλαυδῆσις, nomen Romani Imperatoris, & Caligulæ patrum. Hic Britanniam insulam in dedicationem accepit, & Orcadas Romano adiecit Imperio. Postremo ab Agrippina uxore, uenena to boleto sublatus est. Fuit & alius Claudius Romanorum item Imperator, qui Gothos, Illyricum uastantes, incredibili clade superauit.

CLAUDO, is, sum, [Chidere, ferrare. Gal. Clorre, ferrer. Hif. Cerrar.] κλείω, obfero, includo, Virg. l. 3. Geo. Aut intus clauos nunc ad præsepia seruant. Interdum pro circumdare. ita enim interpretatur Nonius illud Virgilij Ecl. 6. Dictæ Nymphæ nemorum iam claudite saltus. Interdum pro obsistere, arcere, ut apud eundem: lib. 10. Ecce maris magna claudite nos obijce pontus.

CLAUDVS, [Zoppo. Gal. Boiteux. Hif. Coxo.] κλωδῆσις, quasi pedibus clausus, id est impeditus. Pla. in Aul. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.

CLAUICVLA, κλαυδῆσιον, denum. a clauis, uel a claua uirga. Dicitur quoque Clauicula, capreolus, siue pampinus in uite. Cic. de Sen.

CLAUICER, κορωνισσός, qui clauam fert. Ouid. 7. Meta.

CLAVIS, [Chiave. Gal. Clef. Hif. La llau.] κλείς, est qua ostia, arcule, & id genus multa, & clauduntur, & aperiuntur: a clam, quod quæ celare uolumus, hac claudere soleamus. Ci. pro domo: Tu heluoni spurcissimo, omnes horreorum clauis lege tua tradidisti. Habet & Clauim in accusatiuo. Plaut. in Most. Clauim harunce ædiū iube afferri. Vnde Conclauia, loca, quæ sub una eademque clauis clausa sunt: & Conclauatus locus, una clauis clausus. Clauem Theodoros Samius primo monstrauit.

CLAUOLA, κλαυδῆσιον, surculus arboris uel fruticis, plantationi aptus: quæ & Taleam uocant Latini. Varro lib. 1. de re rust. c. 40.

CLAVSTRVM, [Chiostro, claustro. Gal. Closture. Hif. Cerradura d'encerra miento.] κλείθρον, claustrum, siue quo aliquid clauditur. Virg. 7. Ac. Portarum ingentia claustra. Cic. pro Flac. Omnes insulas, urbes maritimas claustris imperij nostri contineri. In plurali tam masculini, quam neutri generis est.

- CLAUSULA**, dicitur id, quod aliquid claudit, hoc est, finit. Plin. li. i. c. 45. Vngues, qui clausule nervorum summæ existimantur. Ité pro exitu. Ci. pro Cēlio: Cū clausula nō inuenitur, fugit aliquis e manibus Nonnumquam accipitur pro sententia, quæ epitolam uel carmen c. audit. Cic. Fam. 2. Vtar ea clausula, qua soleo.
- CLAVSUM**, subitantiuum, [Serrato. Gal. Enclous un clos, lieu fermé, ou toit. Hisp. Leg. ut cerrado.] κλειθρον, pro tecto, siue loco concluso. Col. l. 9. ca. 8. Infundendi grati apibus liquor es, quibus intra clausum aiantur. Virg. 4. Geo. in clauso liquunt.
- CLAVVS**, [Chiodo. Gal. Clous ou coing. Hisp. Clauo] κλαυς, dictus est, quod claudat, figat, atque contineat. a claudendo. nam ideo clauum figimus, ut claudat seu contineat aliquid, Cæsar. 3. Bel. Gal. Transita confixa clauis ferreis, crassitudine. Liu. ait Dictatorem creatum figendi tantum clauis caussa, ad pestilentiam sedandam. Clauus. item, nauis est gubernaculum, siue temo, quod eam dirigat, restatque teneat. Cice. in Cat. II. e autem clauum tenens, quietus sedet in puppi. Item Clauus genus tuberculi, rotunda specie, coloris albi: sit in plantis digitisque pedum maxime: sic appellatum, quia ita pungit, ut quasi clauis ferreus infixus uideatur. Alij Clauum intelligunt, quem Celsus Forunculum appellat, sola duritie a phymate differentem. Aegineta definit, esse tumorem cum abscessu, a crassis humoribus genitum, qui in carnosus præcipue locis consistit. Plin. Epist. 5. 1. Erat illi natus insanabilis clauus. Fiunt & callosa quædam in candido oculi tubercula, quæ clauis nominantur oculorum. Arbores quoque clauum huiusmodi patiuntur, qui & Fungus & Patella, dicitur, ut inquit Plin. lib. 17. cap. 24. Idem scribit, clauos innasci natibus, & purgari succo pyxanthi. Sunt & Clauis caligares, a caligis militaribus, quibus suffigebantur. Idem lib. 9. c. 8. In quibus pisces omnibus annis Vergiliarum exortu existunt, squamis cōspicui crebris atque præcutis, clauorum caligarium effigie. Præterea, Clauus est uestimenti genus, ueluti quibusdam clauis aureis distinctum, quod & a palmarum similitudine P. Imatum uocabatur, & a uerrucis clauo similibus Verrucata uelitis, quod si latior ipsa uelitis erat, Latius clauus dicebatur Hor. lib. 1. Ser. Et latum demisit pectore clauum. Vnde Latius clauus appellari senatores legimus. Suet. de Ner. Alati-clauo, cuius uxorem attrectauerat, cæsus. Ab Ouidio Clauus simpliciter dicitur pro senatoria dignitate: Curia restabat, clauis mensura coacta est. Sue. de Aug. Clauo nec lato, nec angusto. Hinc etiam Clauata dicuntur uestimenta clauis intexta, uel calcæamenta clauis confixa. Et clauati focci, quod soleas habeat clauis intertextas. Clauata uero uestimēta, quæ ex auro, aut ex cocco, aut alijs colorib. clauos & uerrucas habent. Lamp. in Ale. Pura mantilia, cocco clauata. Præclauium. pars uelitis, quæ ante clauum textitur. Afran. apud Non. Tertium diem præclauium unum texere.
- CLAZOMENAE**, p. c. κλαζομένης, urbs Ionix Asiaticæ, quam condidit Paralus. Hæc prius Gryna nominabatur. unde & Apollo Gryneus dictus est apud Virg. quod ibi esset eius oraculum.
- CLÉANTHES**, κλεάνθης, nomen philosophi, qui Zenonis Cittiensis scholâ successit exceptit. Hic Phani Asij filius egregius pugil, cū Athenas uenisset, Zenoni adherens generose philosophatus est, & in eiusdē permansit dogmatibus. Hic cū ualde pauper esset, mercenariam uitâ agebat. Noctū quidem in hortis aquâ hauriebat: per diē uero in studijs exercitabatur. unde Phreantus appellatus est, quasi puteos hauriens. Tradit illum, quæ a Zenone audierat, ossibus boum & testis fictilibus perscribere solitum, cū pecunia non suppeteret ad chartas emendas. Huius insignis diligentia, & acerrima censura abijt in prouerbium. nam cū aliquid summa cura, industriaque elaboratū uolunus significare, dicimus, illud ad Cleanthis lucernam esse euigilatum.
- * **CLÉARCHVS**, philosophus fuit, & ité alius, dux Lacedæmoniorū.
- CLÉMA**, κλημα, herba est tithymali generibus assignata Cyparissæ nō abfimilis, quæ Dioscoridi Pytiusa, Officinis Efula dicitur. Vide Diosc. lib. 3. cap. 148.
- CLEMENS**, tis, [Clemente. pio. Gal. Doux humain, misericordieux, paisible, clement. Hisp. Mite, manso y templado.] κλεμος, lenis, mitis, mansuetus. Cic. 2. de Fin. Et si satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Differt a Placido: quod Clemens sit circa re ste agentes, Placidus circa delinquentes: & clemens, est nullus lædere, placidi arridere omnibus: clemens animo, placidus uultu. Ter. in Ad. Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.
- CLEMENTER**, [Benignamente. Gal. Doucement, sans courroux, gracieusement. Hisp. Mansa y templadamente.] κλεμος, moderate. Cic. 6. Ver. Le uiter hominem, clementerque accepit, Clementer, & moderate ius dicere. Cæf. 3. Bel. Ciu.
- CLEMENTIA**, [Clementia. Gal. Clemence, douceur, quand la personne ne se corrouse pas aisement. Hi. A quella man sedumbre y templanza.] κλεμος, Ci. de Inu. Clementia est, per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. Ter. Ad. Facilitate nihil homini melius, neque clementia.
- CLEOMBROTVS**, Pausaniæ filius, Lacedæmoniorum dux. qui timēne uideretur cum Epaminonda hoste sentire, temere cum eo pugnavit. nam & ipse uulneratus occubuit, & exercitus deletus est. Fuit & alter Academicæ sectæ Philosophus, qui lecto Platonis libro de animæ immortalitate, seipsum ex sublimi saxo præcipitavit, ut citius ad beatorum cœtum perueniret.
- CLEONÆ**, mediocre opidum, distans ab Argis stadijs 120. a Corintho nonaginta, non procul a Nemæa silua. Ouid. 6. Meta. Humilisque Cleonæ. Vnde Cleonæus, 2. um, Luca. Cleonæi proiecit terga Leonis.
- CLEOPATRA**, Aegypti Regina, Auletæ filia, soror, & uxor Ptolemæi ultimi, mulier impudicissima, a Cæsare primum adamata: cui filium Cæsariōnē peperit: deinde ab Antonio iustæ uxoris loco habita, postea, uicto apud Actium Antonio, admotis corporis aspidibus sese interemit.
- CLEPTIS**, ptiptum, [Rubbare, furare. Gal. Desrober, ôster & destourner secretement & en cachete. Hisp. Hurtar.] furor, furto surripio: tractū a κλέπτω, unde Cleptū, furto substractum. Liu. Si quis clepsit, ne populo scelus esto, neue cui cleptum erit. Plau. Papæ clepe, harpaga. Cic. de Rep. Vt Spartæ rapere, ubi & pueri clepere discunt.
- CLEPSYDRA**, p. c. κλεψύδρα, uas uitreum graciliter fistulatum quod æqualibus demensionibus signatas horas ostendebat. Ad cuius est fundū erat foramen quod aquam guttatim emitteret, & ita horę per aquæ deminutionē, quot essent, uideri poterāt. Dicta est Clepsydra ab aquæ furto, quod aquam aut celet aut furetur. Cic. 3. de Ora. Ad clepsydrā latrare. Mar. lib. 6. Septem clepsydras magna tibi uoce petenti Arbitrer inuitus, Cæciliane, dedit. Consimilia sunt hoc tempore clepsydris uascula illa apud nos usitata: siua, quæ in medio instar duorum turbinum coarctantur, ex quibus puluisculus per foramen minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus horæ metitur. apud ueteres oratoribus acturis causas forenses præscribentur tempus dicendi datis clepsydris, quibus exhaustis, amplius dicere uetabantur. Plin. in Epist. Dixeram horis pene quinque: nam tribus clepsydris, quas spatiosissime acceperam, sunt additæ quattuor. Est item Clepsydra astronomicum organum, sidera dimetiens. Martianus: Clepsydris lunæ magnitudo cognoscitur. Est item nomen fontis, in arce Messeniōrum. Fuit & Athenis in arce fons, ita dictus, quod flare incipientibus Etesijs abundet, iisdemque desinentibus exarescat. uide Cæf. Rho. lib. 18. cap. 39.
- CLERVS**, riuermiculus, teste Arif. in alueorum pauimentis nascens, quo excrecente, uelut aranea obducitur alueus, & faui carie peruenit. Plin. lib. 11. ca. 16. Clerum interpretatur apum abortum, cum inde fetum apes non eduxerint, morbo impeditæ.
- CLIBANVS**, ni κλιβανος, instrumentū placentis potius, & id genus cibi, quam pani coquendo, dicatur, quod antiquius ex testa, seu opere figulino fieri solebat, postea etiam ex ferro, uel ære. Col. 1. 3. Plin. 19. Differt autem Clibanus a furno, quod hic maior sit, & immobilis: clibanus autem minor, ut, quocumque uisum fuerit, possit transferri.
- CLIBANVS**, ni, mōs, in extremis Italiæ finibus, nō procul a Lacinio promontorio. Plin. 3. ca. 10. Est item opidū Isauricæ. Plin. 5. c. 27.
- CLIBANARIVS**, qui bene ferro & armis munitus certamen init. Nazarius in Panegyrico ad Constant. Operimento ferri equi, atque homines obsepti: clibanarijs in exercitu nomē est. Dicti Clibanarij, quoniam more testudinis arcuatis armis (quæ clibanii forma est) utebantur. Ammianus Marcellinus Clibanarios eosdē esse tradit, cum ijs, qui Græco nomine appellantur Cataphraçti.
- CLIDIVM**, κλειδιον, thynni iugulus est. Plin. lib. 9. ca. 15.
- CLIENS**, [Cliente. Gal. Vassal de quelque seigneur, celui qui s'est mis en la protection & défense d'un autre. Hisp. Encomendado à algun auogado.] κλεάτης, qui sub tutela & patrocinio alterius est, & est correlatiuum patroni. nā Patronus defensor cause est dictus, quasi pateri: Clientes autem defensione indigens, id est, litigator, qui patronum colit, & sequitur, ut ab eo defendatur, moris enim fuit apud antiq. quos, ut prouinciales & socij P. R. in clientelam sese darent proceribus R. quos patronos sibi adoptabant, nō modo publice, sed etiam priuatim: ijq. ut clientes eorum dicerentur; inter se uero hospites. Ferebat autem id huiusmodi necessitudo, ut cliētes per petuo patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tenerent: uicissimq. ipsi patronos suos omni obseruantia, atque obsequio colerēt, & uenerarentur. Cic. in Diuin. in Verrē: Clarissimi uiri nostræ ciuitatis hoc sibi pulcherrimum ducebant, ab hostibus, clientibus uel suis, iniurias propulsare.
- CLIENTA**, tæ, Plaut. in Mil. Clientam meam. Idem in Rhod. Clientas reperi.
- CLIENTELA**, κλεάτηα, cliētū multitudo. Ci. ad Att. 1. 14. Scis quam diligā Siculos, & illā clientelā honestam indicē. Ité Clientela dicitur clientū officij erga patronos, unde, Cōmittere se in clientelā alicuius, est sese alterius clientē profiteri, & eius patrocinio dedere. Ter. in Eunu. Thais patrisē commendauit in clientelā.

CLIMA, atis, [*Clima. Gal. Climat. region. traxit de pais. Hisp. Clima.*] Græca dictio, quæ spatium significat duobus respondens parallelis, quo diei longitudo ad dimidiatam horam variatur. Vitruv. lib. 1. cap. 1.

CLIMACTERI CVS, a, um, Latine dici potest Scalaris, *κατὰ τῶν κλιμακτικῶν*, a scalarum gradibus. Vnde numerus climactericus dicitur, ad quæ per gradus, & ueluti scalas quasdam paulatim adscendimus: qualis est numerus, qui ex nouem nouenarijs refultat: nam unitas ter sumpta conficit ternarium: ternarius in se ductus, nonarius: nouenarius autem nouies sumptus conficit 81. qui est numerus Climactericus. Hinc autem numerum in humanæ uitæ annis maxime formidabilem esse, a ueteribus proditum est, quippe qui raro sine uitæ, aut fortunatum periculo solet transmitti. Hoc enim anno ætatis Plato philosophus, Diogenes Cynicus, Dionysius Heracleotes, Eratosthenes gometra diem suum obierunt. Alij annum ætatis 63. in primis periculofum iudicant, qui constat ex septies tribus ter multiplicatis, quem etiam Climacterica uocabant. Vnde Augustus Caium nepotem lætium natalem diem suum celebrare iubet, quod annum illum, omnibus senibus periculofissimum euaserat.

CLIMENOS, herba fabæ caulem ferens quadratum, folia plantaginis. Plin. lib. 25. cap. 7. Vulgus partim Cypriam, partim Saponalem appellat.

CLINAMEN, nis, n. ge. [*Inclinatione.*] inclinatio. Lucr. Id facit exiguum clinamen principiorum.

CLIGNO, ueteres pro cingo usurparunt: a Græco κλείειν. Fes.

CLINO, as, [*Chimare. Gal. Incliner. Hisp. Inclinar. d'abraxar.*] inclino: & licet non sit in usu, eius tamen composita usurpantur, Acclino, Declino, Inclino, & Reclino, p. p. Virg. l. 12. Desigunt telluri habitas, & seuta reclinant.

CLINOPODION, herba serpyllo similis, surculosa, palmi altitudine. Plin. lib. 14. cap. 15. Putatur esse, quam officinæ Pulegium mōtanum appellant.

CLITELLAE, atū, [*Bastii. Gal. Le bast qu'on met sur uo mulet, asne ou autre bestie pour porter faix. Hisp. Las albardas d'ensalmas.*] *αυξήσρα*, dicuntur, quibus sarcinæ colligatæ mulis, & id genus ueterinis, portantur, qui uulgo Basti uocantur. Hor. in Saty. Hinc multi clitellas tempore ponunt. Cice. ad Attic. lib. 5. Clitellæ boui sunt impostæ: hoc est, homini nequaquam idoneo delegata est prouincia. Hoc etiam nomine significatur locus Romæ, tēte Festo, propter similitudinem clitellarum, & in uia Flaminia loca quædam denexa subinde, & accliuia. Item quoddam tormenti genus, tēte eodem.

CLITELLARI VS, qui clitellis utitur. Vnde Clitellarij multi dicuntur, qui neque ephippiati sunt, neque desultorij: nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, sed clitellati ferunt onera. Pla. in Milt. Milione mulos clitellarios habent, ego habeo homines clitellarios.

CLITENIA, Pompili. 2. Italix opidum est, in tractu Apulix, ad Garganium montem, Vulgo Celano. Pto. Cliternum.

CLITORIVS, fons Arcadiæ, qui perpetuū uini odium inducit. Oui. libro 15. Meta. Clitorio quicumque sitim de fonte leuauit, Vina fugit.

CLITVS, κλειτός, Mantij filius, qui ab Aurora raptus numquam postea apparuit. Fuit præterea Clitus (*κλειτός*) inter præcipuos Alexandri Macedonis familiares, idemque clarissimus, tum quod filius esset nutricis ipsius, tum quod ab illo in dubio uitæ discrimine fuisset seruatus. Hinc tamen ipsum in conuiuio quodam liberius in Persicos mores inuectum, rex iam tenulentus spiculo transiecit. cuius facti eū postridie tanta cepit penitentia, discussa iam ebrietate, ut totum triduum cibo abstineret, decreueritque omnino inedia sibi, nec eum consciscere. Tandē, ægre admissa amicorum consolatione, qui Clitum iure occisum asserabant, sumptuosissimo eū funere sepeluit. uide Arrianum, Q. Curtium, & Plutarchum in uita Alexandri.

CLUIA, auspicia, quæ aliquid (inquit Festus) fieri prohibebant, nam & omnia difficilia & ardua nominabantur Cluiæ: unde & Cluii.

CLIUNA, auis, in augurijs dicebatur, quæ alio nomine uocabatur Prohibitoria: & a cliuijs auspicijs dicta, quæ, teste Festo, dicebantur aduersa, quibusque aliquid fieri prohibebatur. Plin. libro 9. cap. 15.

CLIUVS, ui, [*Collina. Gal. Vne petite montaigne qui n'apas grande pente, la pente est de descente d'une montaigne. Hisp. la cuesta arriba d'la cuesta d'abajo.*] *γυαλοσπον*, est locus molliter arduus, & pro colle ponitur. Virg. 9. Ecl. Qua se lubducere colles Incipiunt, mollique iugū demittere cliuo. Cliuus capitulinus. Ci. ad Att. l. 2. Quem ego in cliuo Capitolino, te significo, ac principe, collocaram.

CLIUVVS, li, deminutiuum a Cliuus. Col. lib. 6. cap. 36.

CLIVOSVS, a, um, adiect. *κλιωσῶδης*, frequentes habens cliuos: ut Cliuosa loca. Col. de Arboribus c. 4. Curandum est, ut locis aridis &

cliuosis altius uites deponantur. Vir. 2. Ge. Cliuosi glarearuris.

CLOACA, e, p. p. [*Androne. Gal. Vn esquout, par ou s'en mont les immondices de quelque lieu. Hisp. El albañar d' do acuden las primadas.*] *ἀπέδρωγος*, loca caua, siue ea publica sint, siue priuata, quo sordes confluunt, unde arcem facere ex cloaca, dixit Cic. in Ora. pro Planicio, pro rem humilem & nullius fere momenti supra modum extollere. Fistulæ quoque fossæ & uitæ illæ subterraneæ parietibus in modum aquæ ductus munix, per quas aquæ pluuiæ extra urbem, uel in fluuiū dilabentes, urbis sordes secū rapiunt, Cloacæ dicuntur. Dicta est Cloaca, ut putatur, a colluendo, quasi colluacæ. Festus ac loacando, hoc est, inquinando deriuat, cum tamē potius contra Cloacare uerbum a Cloaca deductum uideatur. Cic. pro Cæc. Qui de fossis, de cloacis interdicat. Pla. uero in Curc. sto machium immundæ uetulæ & aluum, Cloacam nominauit.

CLOACALE, flumē Carthago dixit, pro cloacarum omnium colluuiæ. Fes.

CLOACARE, [*Imbrattare.*] inquinare: unde Cloacæ dicta putat. Fes.

CLODII, forum, Italix opidum in octaua regione. Plin. l. 3. ca. 13.

CLODIORVM, familiam, a Clodio Aenæ socio dictam putauit Festus. Verius tamen est Clodius (qui & Claudijs dicuntur) a Sabinis ortum traxisse, non inique originem cepisse ab Appio illo Claufo, qui primus ex ea familia cum quinque clientum millib. se Romanam contulit.

CLODIVS, prænomine Publius, adolescens fuit nobilis ex antiquissima Claudiōrū familia, sed ciuis factiosus & notissimæ libidinis: ut qui & tres sorores per incestū polluerit, & in sacris Bonæ deæ muliebri ueste deprehensus sit Hic grauissimas cū Cicerone inimicitias exercuit: cui, ut maius negotiū faceere possent, tribunatū plebis petijt, quæ cū per leges obtinere nō posset, quod patricius esset, Fōteio cuidā ex plebe se adoptandū dedit: atq. ita tribunatū nactus, nō quieuit, donec Ciceronē p. uim ciuitate expelleret.

CLOELIA, nobilis uirgo Romana, quæ cū alijs uirginibus Porcenseæ Etruriorū regi obies data, deceptis cū Clodius una cū reliquis uirginibus incolumis ad suos per Tiberim renauit. quare Romani nouam in femina uirtutē nouo honoris genere ornandā ratū, statuum ei equestrem in summa sacra uia posuerunt. Liu. 1.

CLOSTRVM, [*Chiostro, clastro.*] claustrum. Caro de re rust. cap. 53.

CLOTHO, una Parcarū, q̄ humane uitæ flamma dispēsāt. Hesiodus in Theo. Themidos filias facit & Iouis, Clotho, Lachesis & Atropō.

CLUDO, is, [*Chindere, ferrare. Gal. Clorre, enclorre, enuironner, entourer. Hisp. cerrar.*] κλείω. claudo. Clz. 2. de Nat. Deo. Ipsum mare sic terram appetens litoribus cludit. Mar. l. 1. Sed mors uocis iter properant cludere blande. In ueteribus quoque numi smatibus legimus, Ianuni clusit.

CLUEO, es, ere, [*Essere stimato, nominato. Gal. Estre reputé, auoir le brait. Hisp. Ser estimado y nombrado.*] perhiberi, putari, nominari. Pla. in Trin. Ita sis, ut nomen cluet. Idem in Epid. Senati qui columen cluent, id est habentur, & putantur columen senatus. Idē in Pœn. Si quod agit, cluet uictori, id est uictoriæ tribuatur. Dicimus etiam Cluo, is, per tertiam inflexionem, quod sæpe pro splendē accipitur. Prudent. Qui patria uirtute cluis. Cic. Interdum propugnare. Plin. lib. 15. cap. 29.

CLYMAE, *κλυμα*, sunt folliculi hordei. Festus.

CLYNADVM, culter sanguinarius, quod ad clunes depōdeat. Festus.

* **CLYNIA**, opidum Hispaniæ, in finib. Celtiberorum.

CLYNICVLAE, dem. est Clunis. Gellius.

CLYNIS, nis, [*Natice. Gal. La fesse. Hisp. Las nalgas.*] sæpius in plurali Clunes clunium, *κλυνας*, nates tam maf. quam fe. ge. Iuu. Tremulo descendunt clune puellæ. Pla. Clunes infractos gero: Hor. Quod pulchra clunes, breue quod caput. Hinc simias Clunes appellatas uolunt, quod clunes tritas gerant.

CLYPEA, quæ & Clypea dicitur, ciuitas Afcicæ proprie dicta, in promontorio Mercurij sita, ita dicta a clypei figura: unde & Aspis dicitur, teste Solino: quod etiā annotauit Hermol. in Plin. & Vadianus in Melam. Sil. l. 3. In clypei speciem c. ruatis turribus Aspis. Luca. lib. 4. Et clypeam tenuit stationis litora notæ. Ptolemæus uero duas urbes propinquas collocat in Hermæo promontorio, quarum unam Clypeam, alteram Aspidem appellat. Clypea etiā exiguus pisciculus est apud Plin. lib. 9. cap. 15.

CLVSTINVS, dictus Ianus, quod pace tēpli eius portæ clauderentur. Virg. 1. Aeneid.

CLVSTINVM, far, adorei siue farris genus candidius, dictum a Cluio Etrurix urbe. Col. lib. 2. cap. 6.

* **CLVSTOLVM**, opidum Umbriæ.

CLVSIVM, opidum Tusciū mediterraneum, ubi Porfena Etruscorum rex sepultus creditur. Plin. lib. 36. cap. 13.

CLYMENE, κλυμένη, p. c. Oceani & Tethyos filia, Iapeti uxor, teste Hesiodo in Theogonia, de qua Virg. l. Georg. 4. Inter quas Clymene curam narrabat inanem. Fuit & altera Clymene, quæ cum forma ualeret, Soli placuit, qui, cōcubitu eius potitus, ex ea Phætonem, & sorores genuit. Ouid. lib. 1. Met.

CLYPEVS, & clypeum. [*Scudo. Gal. Bouclier, sarge, rondelle. Hisp. Escudo d' pallas.*]

paues.] *κλῆρις*, scutum maius, & tantum peditum, sicuti Scutum equi
tuni, Seruio auctore. Lii. l. 6. Clypeis ante Romani usi sunt: dein
d., postquam stipendiarj facti sunt, Scuta pro Clypeis fecere. di-
cti Clypei, *κλῆρις* τὸ κλῆριον, quod celēt totum corpus, uel a c epe
re, quod est furari ab icibus. Plin. lib. 35. ca. 3. *κλῆριον*, hoc
est, sculpendo cælandoq. deduxit, ut dicatur clypeus, quali *κλῆ-
ριον*, id est, sculpus, g in c m itata.

CLYPEATVS, clypeo munitus. Plau. in Curc. Sic apud Virg. 7. Aene.
Clypeata agmina.

CLYPEVM, quoque (ut Fest. scribit) antiqui ob rotunditatem etiam
corium bouis appellauerunt.

CLYSTER, eris, p. p. [*Clyster*, ouero *fermentale*. Gal. *Clyster*. Hi. *Crystel*.]
κλῆρις τὸ κλῆριον, ablucere. nam clystere alium ægrotantium lauere,
seu purgare solemus. Pli. Cucurbita insula clysteribus intestino-
rum omnium uitij medetur. Mæcer tamen huius nominis p. cor-
ripit: Apontis digitis, aut intus clystere fatis. Oricularius cly-
ster. Cell. lib. 7. c. 27. Idem humorosa mixtus in ipsum uulnus o-
riculario clystere agendus est.

CLYTEMNESTRA, uxor Agamemnonis, quæ ob amorem Aegisthi
adulteri uirum occidit. Vnde etiam ab Oreste filio in patris ultio-
nem fuit occisa. Euripides in Oreste, & Hom. in Od

C A N T E N & O

CNEORON, frutex coronarius. Hyginus Casiam interpretatur. Vide
Pli. l. 21. c. 9. Dio. Item thymelæani herbam Cneorum appellat.

CNAEVS, per c scribitur, sed profertur per g, prænon ē Romanis pe-
culiare: a næuo (ut uolunt) tractum. Festus a γῆ, γῆς, dedit.

CNIDOS, *κνίδος*, est urbs, in extremo cornu pennisulæ Garixæ adhæ-
rentis, in qua Venus colebatur: unde Cnidia dicta est. Potest etiã
scribi Gnidus per g. Est & herbæ nomen, de qua Pli. l. 21. ca. 16.

COA, uellis, *βουβήλιον* *ἰμάτιον*, siue subitætiue Coa, in plurali nu-
tilitissimū erat uestis genus ex bombyce, adeo tenue, ut corpus
pelluceret. Dicitur a Co insula, in qua & bombycem nasci solere, si
cut in Cea insula, auctor est Pli. l. 11. c. 23. Oui. de arte amandi: Siue
erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amicus: Siue erit in Cois, Coa de
cere pta. Eadē & cæ uestes dñtur, a Cea insula. Pli. l. 11. ca. 22.

COACCEDO, dis, [*Accedarsi* in se. Gal. *Approcher aue les aut res*, *estre
mis auec*. Hi. *Allegarsi se do acercarsi iuntamēte*.] simul accedo. Pla. Cur.

COACERVATTO, onis, Cic. in Part

COACERVO, uas, [*Amassare*, *amutare*. Gal. *Entasser ensemble amoueler
moucean sur mouceau*, *accumuler*. Hi. *Amontonar o amuntar*.] *δησιωρεω*,
cōgrego, addo. Lii. 5. Armorum tumulos coaceruare. Cæf. 2. Bel.
Gal. Coaceruatis calaueribus. Cic. 2. pro lege Agr. Pecunia co-
guntur, & coaceruantur.

COACESCO, [*Inacete*, *diuenir acido*. Gal. *Senairrir diuenir aigre*. Hi. *Azedarfe*.]
σωσφύζω, ex Con & Acefco, significat, simul seu totū
acidum fieri. Cic. de Sen. Vt non omne uitium, sic non omnis æ-
tas naturæ uetustate coacescit.

COACTILIA, inuolucra, uestibus inuoluendis, circumferendisq. ido-
nea. Vlp. l. Argumento, de Auro, & argen. leg.

COACTIO, nis, Cic. de harusp. Nocturnus uigilij, & coactione homi-
num iustitium illud conceptum, ac mediatum est.

COACTOR, ris, Cic. pro Rab. Post. Vt nostri coactores facere solēt.

COACTVS, Æus, Cic. Att. Quoniam efflagitas, coactu tuo scribam.

COADDO, [*Aggungere* in se. Gal. *προσδιδάμι*, simul addo. Ca. c. 40.

COADVNO, [*Adunare*.] *ἐνώω*, in unum cogo. Plin. de uiris Illust. Coa-
dunatis pastoribus, ciuitatem condiderunt.

COAEDIFICOR, ut Coædificatus locus, cui opponitur uastus. Cic.
in Partit. Celebres, an deserti, coædificati, an uasti.

COAEQUALIS, le, [*Egualis*.] æqualis, *ἴσος*. Col. lib. 8. ca. 14.

COAEQVO, as, are, [*Agguagliare*. Gal. *Egaler*. Hi. *γυγαλι*, una cosa con
otra.] *ἴσμελιζω*, æquare. Sallust. Coæquare gratiam omnium, diffi-
cile est. Col. lib. 3. cap. 12. Cetera coæquant.

COAEVVS, [*D'una istessa età*. Gal. *D'un mesme aage*. Hi. *Cosa de una mes-
ma edad*.] *δὴμιλιζω*, eiuſdem æui. Cic. in Var.

COAGMENTA, [*Congiuntioni*. Gal. *Assemblemens*, *assemblees*. Hi. *A quellas
travaçoes*.] *συναçαι*, coniunctiones arcætæ, & comparsa cogen-
do, id est stringendo. Plaut. Most. Coagmenta in foribus.

COAGMENTATIO, Cic. l. de Nat. Deo.

COAGMENTO, as, [*Congiungere*. Gal. *Assembler*, & *joindre l'un avec l'autre*,
Coller ensemble. Hi. *Travar una con otro*.] *συνιçνμι*, *συναçαιζω*,
coniungo & compars conjunctiones cogo, ac stringo. Ci. in Ca-
til. Viuendi finis est optimus, cū integra mente, certisq. sensibus,
opus ipsa suum eadē, quæ coagmetauit, natura dissoluit. Et trans-
late, apud eundem de Orat. Verba uerbis quasi coagmentare ne-
gligat, id est ne nimum diligens sit in uerbis coniungendis. Plin.
passiuum protulit. Pluribus coagmentatur nucleis.

COAGVIO, as, cogo, [*Coagulare* unire. Gal. *Faire prendre avec pressure*.
Hi. *Cuaçar con çuaço*.] *πύσσω*. Gel. Semen in utero mulieris pri-
mi septem diebus coagulatur, Pli. l. 12. ca. 25. Summa probatio
est, ut lac coagulet. Coagulatio. Pli. lib. 18. ca. 10.

COAGVLYM, [*Cagliarino*, *coagolo*. Gal. *Pressure*. Hi. *Ελευçο*.] *πητήα*, a

cogendo, id est densando, siue stringendo, dicitur illud, quo ad
densandum lac utimur. Oui. 13. Met. Lac mihi semper adest ni-
ueum; pars inde bibenda Seruatur, partem liquefacta coagula du-
rant. Per metaphoram, quidquid connectit, ac coniungit, Coa-
gulum dicitur. Gel. Vinculum illud coagulum animi.

COALEO, les, [*Crescere*. Gal. *S'a joindre et coupler avec quelque chose*, se no
uure & croistre avec. Hi. *Crecer una cosa con otra*.] *συνιçνμι*, increſco.
Pli. l. 15. c. 1. Vt ni pinguiſſimo solo coalere nõ possit. Gel. lib. 12.
c. 1. Cuius in corpore concretus homo & coalitus fit. Tacit. Vetu-
tate imperij coalita audacia.

COALESÇO, is, uis, [*Crescere*, *augmentare*.] *συνιçνμι*, concreſco. Colu-
de Arboribus. Sic interposito triennio coalescet ficus oliuæ. Sal.
Incredibile memoratu est, quam facile coaluerint. Eius simplex
protulit Var. l. 1 de re rust. Serj, aut aleſcere, aut meti.

COANGVSTO, as, [*Stringere*.] *συνωçωçω*, Cic. 3. de Leg.

COANGVSTOR, aris, passiuum. Cell. lib. 7. ca. 27.

COARCTO, [*Stringere*, *comprimere*. Gal. *Estrecir*, *enserrer*. Hi. *joint amente
estrechar*.] *ἀνιçνμι*, *ἀναçω*, comprimo, introcohibeo. Cic. 1. de Or.
Quæ arctant, & perangula referit in oratione sua, dilaret nõ
bis, atque explicet. Hinc Coarctatio, compressio, Lii. lib. 27.
Coarctatio piurium in angulo.

COARGVO, is, [*Reprensere*, *manifestare*. Gal. *Reprensere*, *conuaincre*. Hi. *Redarguir*,
descobrir lo secreto.] *καççω*, reprehendo, redarguo, indi-
co. Ci. de Inu. Alijs constitutionibus factū coarguetur. Lii. 2. Ve
littere legati daretur, quæ deprehensæ rem coarguere possent.

COASSO, as, [*Litigare*. Gal. *Assembler ais*, *entabler*. Hi. *Entablar con ta-
blas*.] quod & Coaxo dicitur, pro contabulo: unde Coassatio con-
tab. latio ab assibus: quamuis reuera asseres tabulæ non sint, te-
ste Virruuio, sed crassior in modum paruæ trabis materia. Plin.
lib. 36. ca. 15. Necessarium binas coassationes subſterni.

COAXARE, propriam uocis ranarum, *καççεν*. Auctor Garmini de
Philomeia: Garrula limosis rana coaxat aquis.

COBIO, piçis quidam ex genere Chromborum. Pli. l. 32. cap. ult.

COBIOM, se prima tithymali species est apud Pli. lib. 26. c. 8.

* **COBORIS**, insula in sinu Arabico.

* **COBRYs**, urbs Thraciæ.

COCANVCVS, Siciliæ lac is.

COCCVS, [*Di grana*. Gal. *D'escarlate*. Hi. *Cosa de grana*.] quod cocci
colorem habet. Lampridius.

COCCINATVS, qui cocceinis uestibus sunt induti. Mart. lib. 5.

COCCINEVS, a, um, ut, Cocceini acini. Pli. lib. 21. cap. 31. Cocceinū
autem colorem non eundem esse cum purpureo, ostendit Vlp. l.
si cui lana. de leg. 3. Purpuræ appellatione omnis generis purpu-
ram contineri puto: sed coccum non continetur.

COCCINVM, subit. p. c. uestis cocceina, *κόκκινος*, *χίτων*, Mart. Cocci-
na famosæ donas & ianthina mæchæ.

COCCINVS, a, um, p. c. *κόκκινος*, cocco tintum, siue cocci colorem
referens. Hic Color exuberantiam quandam ac splendorem ru-
boris ostendit. Coccina uellis, cocco infecta.

COCCVM, ci, uel etiam Coccus, [*Grana*, *cocco*. Gal. *La graine de quoy on
fait l'escarlate*. Hi. *La grana para tenir*.] *κόκκος*, granum ex arbuscu-
la ilici simili, quod ad purpuram tingendam adhibetur. Pli. l. 21.
cap. 8. Aninaduerto tres esse colores principales, unū in cocco,
qui in roſis micat: gratius nihil traditur adſpectu. Frutex ex fullo
nius, cui adherent grana, quibus fit color lanarum præcipuus:
cuius copia summa in ea parte Hispaniæ, quæ Tudertana appel-
latur. Stra. lib. 10.

COCCYs, ycis, *κόκκυç*, auis est ex genere accipitrum, quāuis adūcis
unguibus careat, uerno tempore procedēs, & sub Caniculæ exor-
tum lese occultans. Latini Cuculum appellant. Vide Pli. lib. 10.
cap. 9. Est & Cocyus, piscis nomen apud Græcos, quem Latinorū
nonnulli Cuculum uertunt.

COCHLEA, *κόχλωç*, *ή κοχλις*, ex genere est limacum, & proprie is,
qui testam habet. nam limax, quamuis aliquando generis nomē
fit, proprie tamen de ijs dicitur, qui testa carent Cochleæ autem
nomen ijs proprium est, quæ domicilium suum circumferunt (si-
ue terrestris sint, siue aquatiles) bina præudentes cornua, quib-
us iter explorant, quod oculis sint destitutæ. Pla. in Pç. Vicisti
cochleam tarditudine. Plin. lib. 18. cap. 17. Limaces nascuntur in
uicia, & aliquando e terra cochleæ minutæ erodentes eam. Co-
chleæ etiam in torculari uocatur lignum erectum, strias habens
paullatim adſcendentes, quod dum uertitur, attollit trabē præli,
aut demittit. Est præterea Cochleæ haustoriū organum, quod uul-
go Pōpam uocant. cuius machinæ conficiendæ rōnem Vitr. l. 10.
c. 11. describit, sic inquires: Est autem etiam cochleæ ratio, quæ
magnā uim haurit aque, sed non tam alte tollit, quam rota. Co-
chleæ etiam est genus ostij. Varr. 2. de rer. Ostium habere humi-
le, & angustum, & potissimum eius generis, quod Cochleam ap-
pellant. Cochleæ etiam lapides sunt ex flumine, rotundi ad co-
chlearū similitudinē, q̄ & Cochleæ dicunt. Similiter Cochleæ,
siue Cochlis, idis, turris dicitur, siue scalæ rotundæ, ad cochleæ-

- tum similitudinem, quibus in editiorem partem ædium per circuitum conscendimus, quæ ad modum & torcularia instar cochlearum facta, Cochleæ noiantur. Cic. de Div. Vt si quis medicus ægroto imperet, ut sumat terrigenam, tardigradam, domi portam, sanguine cassam, potius quam hominum more cochleam diceret.
- COCHLEARE**, δ'οιδύζ, & Cochlear, instrumentum quo cochleæ & alia huiusmodi uescendo sumuntur. Mart. in dist.
- COCHLEARIVM**, rij, [Cochliaro.] mēsurā minima rerū liquidarum. quæ duodecies sumpta explet cyathum. Pl. l. 2. r. c. 27. Hydropicis datur in aqua, cochlearij mensura. Est & Cochlearium, cochleariū utiarum, in quo cochleæ propagationis ergo asseruantur, Var. 3. de re rust. cap. 14.
- COCLITES**, p. c. [Lofchi, c' hanno un'occhio solo. Gal. Borgnes, qui ne uoient que d'un œil. Hisp. Menguados d em' ojo.] Luscus dixerunt antiqui, id est, qui unum tantū haberent oculum, quasi Oclites. Pla. in Curc. Vnucle salue. ex cochlitum profapia te esse arbitror.
- COCTILIS**, & hoc le, [Cofa cotta. Gal. Cuit, fait par cuisson. Hisp. Cosa cozida.] ἐϋδός, res cocta, & non cruda, ut Fi Stile, quod factum a figulo. Plin. lib. 7. Coctilibus laterculis.
- COCTIBILIS**, le, [Facile da cuocere. Gal. Mise à cuire, facile à digerer. Hisp. Cosa que presto se cueze.] δ'έψυτος, quod facile coquitur, ut Coctilis caro. Plin. lib. 16. cap. 6.
- COCTILIA TABERNA**, apud Iul. Cap. in Pertinacæ, a quibusdam exponitur, in qua ligna uendebantur cocta, ne fumum emitterent. Solere autē ligna coqui, auctor est Vlp. l. Ligni appel. de uerb. sig.
- COCTITIO**, ἐϋδός, freq. quo Pla. sæpe utitur.
- COCTIVVS**, a. um, p. p. [Che facilmente si cuoce.] δ'έψυτος, quod facile coquitur, uel maturatur: ut, Coctiuum legamen, Coctiuæ castaneæ, id est nigrae, quæ magis in usu sunt. Pl. l. 1. r. cap. 23.
- COCTIVRA**, æ, ἐψυσις, Coctio, aut id quod coquitur. Col. lib. 12. cap. 18. Si quicquid pars picis Brutia in uniuersam cocturā adiciatur. Coctura dicitur etiam cæli tēperies, a perfecta fructuū coctione. Pl. l. 14. ca. 4. Ea cæli temperies fulsit, quam Cocturam uocant.
- COCTVS**, a. um, [Cotto. Gal. Cuit. Hisp. Cozido.] ἐψυτός, a coquendo quod crudum non est, sed aslum, elixum, aut frixum. Mart. lib. 3. Eise negas coctum leporem.
- COEVLVM**, uas æneum coctionibus aptum, ἄλλιον, Pla. Aeneis coculis excocta est mihi omnis materia. Alij Cocula accipiunt pro lignis minutis, quibus facile decoquantur obsonia. Fest.
- COEVLVS**, p. c. dem. parauis Cocus. μαγειρίσκος.
- COEVS**, siue coquus, a coquo, is, [Cucos, cuciniere. Gal. Cuisinier, queux. Hisp. Cuzinero.] μαγειρός, qui cibos coquit. Mart. Namque coquus domini debet habere gulam. Cic. in Pis. In ea cena coeus meus, præter ius feruens, nihil potuit imitari.
- COEYTIA**, κοκυτία, sacra erant: quæ fiebant in honorem Proserpinae, quam Pluto rapta: a Cocyto inferorum fluuiio nominata. Au. & Porphyrius in illud Hor. i. Epo. Inultus ut tu riseris Cocytia.
- COCYTUS**, κοκυτός, p. p. Latine dicitur luctus: Inferorum fluuius a Styge profluens, κοκυθ, enim est genere. Vir. 6. Aen. Cocyti stagna alta uides, Stygiamq. paludem. Ci. in Tusc. Cocyti fremitus.
- CODAM**, [Coda,] ueteres dicebant, pro caudam. Nonius.
- ***CODANOYIA**, Insula una ex Henodibus.
- CODEX**, qui & Caudex, [Tronco. Gal. Le tronc d'un arbre. Hisp. El tronco del arbol.] κορυμός, truncus, uel stipex arboris, cui cortex detrahitur. Col. l. 4. cap. 8. Nec tam celeriter radicula inueterato iam codice enascuntur. Codex robustus, pro supplicij genere apud Pla. in Pœ. Detrudam ad molas, inde ad putei, atque robustum codicem. Locus dicitur Festo Pompeio, quo precipitabantur malefactorū genus. Codex etiam dicitur liber, Cic. 3. Ver. L. Piso multos codices impleuit earum rerum, in quibus &c. Codex item in negotiatorum rationibus, dicitur præcipuus liber, data continēs & accepta. Cic. pro Q. Ros. Non habere se hoc nomē in codice accepti & expensi relatum constitit, sed in aduersarijs patere contendit. Litura codicis, Ci. 5. Ver. Legere codicem, Ci. in Vatin. Re ferre in codicem, Ci. pro Sylla. Scribere codicē, Cic. pro Ro. C6.
- CODIAMINON**, Pl. l. 11. cap. 11. herba bis quotannis florens, uere & autumnano.
- CODICARIAE**, naues erant naues grauiores & firmiores, e codicibus id est, crassioribus truncis confectæ. Varro: Antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant: a quo naues codicarias in Tiberi appellamus. Sal. Naues codicarias aderant.
- CODICILLI**, sunt litteræ, id est epistole, [Lettere, epistole. Gal. Liuret, memorie breuet, lettres. Hisp. El codicillo del testamento.] Ci. ad Q. Fr. l. 2. Epistolam hanc efflagitarunt codicilli tui. Idem Leptæ lib. 6. Quæ huius Balbo per codicillos, quid est in lege. Codicillaris, re: ut, Potestas codicillaris Lampridio, est potestas conficiendi codicillos, quæ beneficio principis & diplomate regio obtinetur.
- COEVS**, nomen proprium regis Atheniensis, qui pro patriæ salute certissimæ se morti obiecit. responsum enim acceperant, Peloponneses, ita demum se superaturos, si hostium regem non occidissent. sefellit ergo eos habitu pauperis, eosq. in suam necē per-
- iurgia prouocando, a nullo cognitus, fecit fidē oraculo. unde Vir. 5. Ecl. Si quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.
- COELE**, α, κοίλη, Atticæ regiuncula est, Militiade, & Thucydidis sepulcris nobilitata: cuius meminit Marcellin. in uita Thucydidis.
- COELASYRIA**, siue Syria coele, κοίλησυρία, ea Syriæ pars est, teste Str. l. 16. quæ ultra Seleucidem in Aegyptū & Arabiam recedit, proprieq. ea, quæ Libano & Antilibano includitur: ita dicta a cæuitate, quam Græci κοιλότης, nominant. Mela lib. 1.
- COELIACVS**, morbus, [Dolor colerico.] κοιλιακός, qui inferius stomachi officium infestat. hunc morbum Cels. lib. 4. capi. 12. describit.
- COEMETERIVM**, [Cimiterio. Gal. Cimetiere. Hisp. Cemeterio de muertos.] a κοίμας, sopio, idem est, quod dormitorium. unde locum sepulture destinatum uocant Coemeterium, quia ibi mortui dormire dicuntur, quasi mortuorum dormitorium.
- COEMO**, nis, [Comperare. Gal. Acheter ensemble. Hisp. Comprar junto.] emo. Ter. Coemisse, hinc quæ illuc ueheres, multa. Ci. 5. Verr. Ipso sibi frumentum coemisse.
- COEMPTIO**, quo iuris consulti fere utuntur, pro imaginario uēditio nis genere, quæ uxor ueniebat in ius mancipiumq. mariti, aut filius adoptiuus in ius mancipiumq. adoptantis. Ci. 1. de Ora. Neque illud est mirandum, qui, quibus uerbis coemptio fiat, nesciat eundem cum mulieris, quæ coemptionem fecerit, causam posse defendere.
- COENANÆ**, [Cena. Gal. Vn souper. Hisp. Lacena.] δ'είπνος, apud antiquos dicebatur (auctore Festo) quod nunc est prandium: uespertina autē dicebatur, quam nunc cœnam dicimus: a κοινός, quod est communis, quia multi in commune cœnare consueuerunt. Ci. 5. Tusc. Ne gaudi se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Quæ sit cœna recta, uide in dictione Recta. Mar. l. 6. Et tristi domicœnio laborat. Pla. In cœnem, dixit, sine cœna, siue incœnatum.
- COENICVLARIA**, æ, quæ sit qui sit ex cœnaculorum ablocatione. unde cœniculariam facere dicebantur, qui domus totas cōductas per singula cœnacula inquilinis locabant, ut inde questum facerent. Vlp. l. si uero. §. sed & si quis, ff. de his qui deie. uel effu.
- COENICVLARIVS**, homo qui cœnaculum conduxit. Idem. l. solutū §. plane. ff. de pig. rat. actio.
- COENACVLVM**, [Cenaculo. Gal. Le lieu on on soupe, chambre haute. Hisp. La sala para cenar.] a cœnando nomen assumptis, locus ad cœnandum idoneus. Varro: Sicut Penarium, ubi penus: ubi cubabāt, Cubiculum: ita ubi cœnabant, Cœnaculum. sed postquam in superiori parte cœnitate cœperunt, superior domus uniuersa Cœnaculū dicta est, ut scribit Festus. Hæc autem incolebant tenuiores & inquilini. ut Iuuen. Saty. 10. docuit: Lateranorum obsiderēdes Tota cohors, rarus uenit in cœnacula miles, id est, ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant. Cic. de Leg. Agr. Romam in motibus positam, & cœnaculis sublatam atq. suspensam, &c. Soler tamē cœnatio, & cœnaculum, & diæta accipi pro loco, in quo cœnatur.
- COENATICVS**, a. um, quod ad cœnam pertinet. Var. Cœna cœnatica, & spes cœnatica, id est spes cœnandi. Plau. Cap. Est illic mihi spes cœnatica.
- COENATIO**, δ'είπνο τήριον, locus ad cœnandū aptus, in imo domus, & hortis potentiorum. unde Iuue. Argentem rapiet cœnatio solelem. Sue. in Ner. Præcipua cœnationum rotunda.
- COENATIUNCULA**, demin. Pl. in Epist. Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu facta.
- COENATORIA**, orum, pro ueste cœnatoria, cum qua discumbere in conuiujs solebant. Mart. l. 10. Cœnatoria mittat aduocato.
- COENATVRIO**, [Desiderar di cenare. Gal. Auoir faim de souper, apeter le souper. Hisp. Auer gana de cenar.] δ'είπνοσις, cupio cœnare. Mart. Vacera cœnaturit, non cacaturit.
- COENATVS**, [Quello che ha cenato.] qui cœnauit, ut Pransus, Potius, Lotus: qui prandit, potauit, lauit. Cic. pro Deiot. Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum uoluerit occidere? Cœnatum noluerit. Cœnatum est, Liu. 2. Cum cœnatum forte apud Vitellios esset.
- COENIPETA**, p. c. δ'είπνολόγος, qui ambit alienas cœnas.
- COENITO**, as, freq. Cic. in epist. Ego si foris cœnitem.
- COENOS**, as, auis, & cœnatus sum, [Cenare.] δ'είπνω, cœnam sumo. Cic. ad Q. F. Eo die cœnauit apud Crassipedem.
- COENOBIVM**, [Conuento de frati done si uine à commune. Gal. Monastere, lieu on on uit es commun. Hisp. El monasterio.] κοινόβιον, locus ubi communis uita ducitur. κοινός, communis: βίος, uita.
CYLINDRVS, [Pietra lunga, e tonda. Gal. Cylindro, qui est une pierre longue & ronde qu'on rouloit sur la terre pour l'aplanir, aisée à faire rouler. Hisp. Cosa rolliça en luengo.] κύλινδρος, columnula lap. dea rotatilis, qua rei rusticæ scriptores aream æquari iubent. Vir. 2. Geor. Areatum primum ingenti ast æquanda cylindro. Sed τὸ κύλινδρον, a uolueno. Neque uero solum de hoc rustico instrumento Cylindrus dicitur, uerum etiam de eo omni, quod figuram habet absolute teretè ita, ut facile uolui possit. Cic. de Fato. Et Cylindrum uolui, & uersari turbinem putat. In gemmarum quoque generibus cylindri dicuntur teretes, & columellæ formam imitantes, quos mulieres ex auribus solent suspendere. Iuue. Sat. 2. Donant arcana cylindros. Plin. lib. 37. cap. 5. de beryllis loquens. Ideo cylindros quidam ex his facere malunt, quam gemmas, quoniam est summa cõmendatio in longitudine. Ex quibus uerbis colligitur cylindros oblongos esse, gemmas uero quadratas angulosas, aut rotundas. Solinus similiter scribit, Indicos reges gemmas in longissimos cylindros fingere consueuisse.

***CYLARVS**, unus ex centauris. Fuit etiam equi Pollucis nomen. Virg. 3. Georg.

CYLLENE, mons Arcadiæ, in quo Maia a Ioue compressa, Mercurium peperit. Virg. lib. 8. Aen. Hinc Cyllenis, idos, patronym.

CYLLENIVS, [Mercurio.] Mercurius dicitur, quod in Cyllene Arcadiæ Monte fuerit genitus, quam opinionem ipse etiam Vir. sequitur 1.8. Aen. Luc. 1. r. Motuq. celer Cyllenius hæret. Cic. in Arat. Cedit clara fides Cyllenia.

CYLLONIS, uidetur uitium significare. In Sal. Quicquid impudicorû, cyllonum, paritidarum, fuit in urbe.

CYMA, [Cima. Gal. La cyme ou le tendron deschoux ou telles herbes. Hisp. Cima èl bretou redojo de la uerça.] κύμα, tenerior, delicatiorq. cum aliarum herbarum, tum præcipue brassicæ cauliculus, qui in prima germinatione in summa stirpe prouenit. Plin. 19. c. 8. & 1. 20. c. 9. Celsus: Mali est succi brassica, magis etiam cyma eius. Coloni. Maior pars eius brassica in Cymam prosilit. Pro eodem etiam dicimus Cyma, atis. Col. 1. 10. Frigoribus caules, & Veri cymata mitti.

CYMBALISTAE, κύμβαλισται, qui pulsant cymbala. Apu. de Deo Socratis: Strepitu cymbalitarum, & tympanistrariarum, & choraularum.

CYMBALVM, [Céballo. Ga. Cymbale, ou cymbales. Hi. Cápana.] κύμβαλον, instrumentum musicum, in sacris matris deû. Cic. in Pis. Neq. collegæ tui cymbala, ac crotala fugi. Vnde Cymbalifare, cymbala quætere. Cassius Hemina 1. 4. Mulier cantabat tibijs Phrygijs & altera cymbalifabat.

CYMBALAE, & demin. Plin. in epi. Cymbalæ ouerarijs adherescunt.

CYMINVM, p. p. [Comino. Gal. Du coumin. Hisp. Comino.] herbæ genus, cum semine eiusdem nominis, quod nos y, in u, uertentes, Cumminum dicimus.

CYMINVS, Herurizæ lacus ad sex millia passuum ab urbe Viterbio, Cymino. monti suppositus: ut Appianus ostendit. De huius lacus origine talia refert Seruius: Aliquando Hercule ad hos populos uenisse: & quum a singulis prouocaretur, ad uirium ostentationem, uictum ferreum, quo exercebatur, humi defixisse, quæ cum nemo illorum posset euellere, Hercule tandem eum sustulisse: tantumq. repente aquæ uim erupisse, ut Cyminum effecerit lacum. Hæc Seruius in illud Vir. explicans Aen. 7. Cymini cum monte lacum.

CYMOThOE, p. c. nympha marina, Nerei & Doridis filia dicta, quod per fluctus discurret. Vir. 1. Aen. Cymothoe, simul, & Triton adnixus. Est item Cymothoe, fons notissimus Achaicæ proprie dictæ, inter Patras & Pheras urbes. Plin. lib. 4. cap. 5.

CYNA, & arbor est in Arabia, folio palmæ simili, ex quo Arabes uestes sibi conficiunt. Plin. lib. 12. cap. 11.

***CYNACANTHA**, arbor, quæ acinos, ut uerba producit. uulgo, uua ipinea uocatur.

***CYNAETHA**, opidum Arcadiæ, iuxta Lepreon.

***CYNETICA**, libri de uenatione scripti.

CYNICI, philosophi quidam fuerunt, sectatores Anthisthenis, Crates, Diogenes, qui primi nouum hoc philosophiæ genus introduxerunt. ita dicti siue a Cynofarge gymnasio, in quo Anthisthenes profitebatur: siue a canina mordacitate, qua in hominum uitas nullo discrimine inuehebantur: aut (ut alij uolunt) ab eo quod canum more in propatulo coire non dubitaret. Laertius. Ex hac secta fuit Diogenes ille Cynicus. philosophiâ cynici naturalè & rationale tollebat, soliq. morali innitebantur. Repudiabant liberales artes maxime geometriam, & musicâ. Placebat eis, sine esse, secundum uirtutem uiuere. Nobilitatem & diuitias abieciabant. Col. lib. 1. Offic.

CYNIPHYVS, ut grex hircorum. Mart. Cyniphio poterit planta late resinu.

CYNOCEPHALEA, p. p. κυνοκεφάλεια, herba, quæ ab Aegyptijs Osirites appellatur, diuina prorsus, & ad oia uenena efficax. Plin. 1. 30. c. 2.

CYNOCEPHALI, p. c. homines, uel feræ in Aethiopia, canina habentes capita, cetera homini similes. Augu. lib. 19. ciui. Dei. Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita, atque ipse latratus magis bestias, quam homines consistunt? Plin. lib. 7. Gens quam Cynocephalos uocamus, lacte uiuunt. Gel. lib. 1. cap. 5.

***CYNOSSEMA**, locus est Troadis, ad Hellepontum.

CYNOCEPHALION, κυνοκεφάλιον. Dioscoridi herba est quam Græci notiore nomine ψύλλιον, nos Pulicarem appellamus.

***CYNOPOLIS**, opidum ad occidentem Nili ripam.

CYNORRHODON, rubentis lilij flos, teste Plin. 1. 2. r. c. 5. dictus quod a cane rabido moris medeatur. Eadem & Rosa siluestris appellatur. Plin. lib. 25. cap. 2.

***CYNOSARGES**, gymnasiû in Attica, in quo Aristippus docebat.

CYNOSURA, & p. p. κύνοσυρα, sydus syptentrionale ex septem constans stellis, quod & Vrsam minorem appellamus. Alio nomine etiâ Phœnice appellat, teste Higino, eo quod a Phœnicibus inter nauigandum potissimum soleat obseruari, quemadmodum & Elice, hoc est, Vrsâ maior, a Græcis nautis. Oui. de Trist. Esse duas Actos, quarum Cynosura petatur Sinodijs, Elicen Grata carina nolet.

CYNTHIA, [Diana.] Diana a Cyntho monte in Delo insula, in quo

nata cum Phœbo est: unde & Apollo Cinthius appellatur.

CYNTHVS, κυνθός, Deli mons usque adeo editus, ut totam insulam dicatur umbrare. In hoc monte Apollo & Diana nati traduntur, quorum alter Cynthius, altera Cyathia ab eo appellati sunt. Virg. 1. Aen. Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros.

CYPARISSVS, nomen pueri, Telephi filij, quem Apollo amauit, postea in sui nominis arborem conuersi. dicitur & per synæresim Cypressus: deinde conuersione y in u, Cupressus. Dicta Cyparissus, ut Didymo placet, ἄνθ' τῆ κύνει, παρίσσει, æqualiter pariêdo: qđ æqualiter & ramos perdat, & fructus. Fructus eius a figura Coni appellantur. Vnde ipsa arbor perpetuo epitheto Conifera appellatur. Vir. Aeriz quercus, aut coniferæ cyparissi. Vide Cupressus.

CYPEROS, κύπερος, iunci genus angulosum. Plin. lib. 2. r. c. 18. Legitur & in neutro genere Cyperum apud Var. li. 3. de re r. u. c. 16.

CYPRIVS, κύπριος, herba folia habens ad iridis similitudinem mucronata, quæ a Latinis Gladiolus dicitur. Est & Indica herba quæ Cyperis uocatur, gingeris effigie. Plin. lib. 2. r. cap. 18.

CYPRINVS, κύπρινος, piscis ex genere chombrorum. Plin. l. 32. c. 11.

CYPRIVM, κύπριον, [Copro. Gal. Cypure. Hisp. Cobre.] quod uulgari usu nominatur Cuprum. unde Cuprini clau. Plin. Teritur cyprio ære in cyprio mortario. Cyprium absolute, pro ære cyprio, ex Cypro insula aduecto. Plin. lib. 36. cap. 26.

CYPRIVS, 2. um, unde tres paruæ insulæ huic propinquæ Cypriæ nominantur, & Venus Cypria, aut quod in Cypro genita fuerit, siue quod ei primum in Cypro templum sit constitutum. Cyprus etiã dicitur arbutus, quæ a Latinis Ligustrum uocatur, semine atro, non absimili sambucino acino. Plin. lib. 12. cap. 24.

CYPRVS, [Cipro.] κύπρος, insula in Paphlilio mari, in sinu maximo, & qui Ifficus dicitur, inter Ciliciam & Syriam, diues, & miræ fertilitatis. unde & Macaria, id est, beata olim uocata: maxime etiam luxu dedita, unde & Veneri sacra. Hor. lib. 1. Car. Sic te diua potens Cypri. Ea quondam nouem erat regnorum sedes. Vrbes illius præclaræ, Cythera, a quibus Venus dicta est Citherea, Paphos, Palæpaphos, & Salamina. Hæc inter Maiores nostri maris insulas locum sibi uendicant, a Septentrione Ciliciæ apposita, a meridie Aegyptum spectat, ab oriente Syriam, ab Occidente Pamphylia. Ambitus insulæ trium millium, quadringentorum ac uiginti stadiorum, teste Strab. lib. 14.

CYRELLI, κύρελλοι, aues ex hirundinum genere. Plin. lib. 10. c. 39.

CYRELVS, Corinthiorum tyrannus, pater Periandri. Herod. l. 5. & Plutar.

CYRENE, es, & Cyrenæ, arum, in sine Lybiæ opidum, inter Mareotidem, & Zeugitanam prouinciam situm, a Batto Thereo cõditum, & a Cirene, Penei amnis filia, quam Apollo adamatum in eam Libya partem transtulit, ita nominatum. Ab hac urbe totus ille Libya tractus, inter Africam proprie dictam, & Lybiam Marmaricam, siue Mareotidem intermedium, uouo nomine Cyrenaica regio dicitur. Adiectiua Cyrenæus, Cyrenæicus, Cyrenensis.

CYRENAICI PHILOSOPHI, ab Aristippo Cyrenæo, primo sectæ eius auctore, nomen traxerunt, qui summum bonum corporis uoluptate metiebantur. Cic. Tus. lib. 3. & Laetius in uita Aristippi.

CYRNEVS, 2. um, Vir. eclo. 9. a Cyro insula in mari Ligustico.

CYRNEA, 2. uasis uinarij genus, teste Non. Plaut. Amph. Impleuit cyrneam.

* **CYRRHVS**, Syriæ opidum, cuius incolæ Cyrtheistæ dicuntur.

* **CYRTHEA**, opidum ad mare rubrum.

CYRVS, nomen duorum fluiuiorum, quorum unus Armeniæ & Hiberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur: alter iuxta Pasagardas per caenam Persidema: quo Cyro maiori, qui iuxta hunc amnem expositus fuit, nomen inditum. Stral. lib. 15.

CYRVS, κύρρος, Cambylis filius ex Mådane Astyagis regis filia, & Persarum Medorumq. rex. qui primus, deuictis Astyage, ultimo Medorum rege imperium transtulit in Persas, & subacta Asia totum Orientem in potestatem redegit. postremo cum bellum Scythis intulisset, eosq. clade magna affecisset, Tomyris eo tempore Scytharum regina compositis insidijs ducenta millia Persarum cum ipso rege trucidauit, ita ut neq. nuncius tantæ cladis superfuerit. Caput Cyri amputatum, in utrem humano sanguine plenum coniecit, cum hac exprobratione: Satiare sanguine, quem sitisti. Res eius geitas uide latius apud Xenoph. in Pædia, Herod. & Iusti. lib. 1.

CYTHE, es, siue Cyta, κύθητα, Steph. Opidum Colchidis Medæ patriæ teste Stephano, herbis ueneficis famosa. Hinc Cyteus, 2. um, unde uirgo Cytea appellatur Medea a Val. Flac. lib. 6. Itê Cyteis, idis. Proper. l. 2. Non hic uerba ualent, non hic nocturna Cyteis.

CYTHERA, orum, insula, quinque millia a Maleæ promontorio distans: in quam ferunt Venere primam uestam concha marina.

CYTHEREA, [Venere.] κύθηρα, dicta est. Vir. lib. 10. Est Paphos, Idaliumq. mihi, sunt alta Cythera. Idem, Parce metu Cythera. Degeperat tamen hoc deriuatiu a natura sui primitiui. Corripit enim secundam syllabam, quæ in primitiui producitur.

* **CYTHERIS**, nobilissima meretrix, Volumnij liberta.

* **CYTRNO**, insula ex Cycladibus.

* **CYTIS**, insula Arabiæ.

CYTORVS, mons Paphlagoniæ, in quo buxus plurima nascebatur: unde buxifer a Catullo dicitur. Virg. 2. Geor. Vndantem buxo: ipecta re Cytorum. Ab hoc, quæ buxæ sunt, Cytorica dicuntur. Ouid. 4. Meta. Sæpe cytorico deducit pectine crines. Fuit & Cytorus Sinopensium emporium, a Cytoro, Phryxi filio conditum. Stral. lib. 12.

CYZICVS, κύζικος, siue Cyzicum, insula in Propontide, duobus pontibus iuncta continenti, habens urbem eiusdem nominis: cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Iason per imprudentiam interemit. Ouil. 1. Fast. Hinc Proponticis hærentem Cizicon oris, Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus. Incolæ Cyziceni.

DE LITTE R A D



DAE, Daarum, δᾶρα, Stephan. populi sunt Scythiæ, ex genere Nomadum, ut auctor est Seruius in illud Virgil. 8. Aeneid. Indomisq. Dæ. **DACTA**, per c, δακτῆ, regio Scithiæ Europæ, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminam dicunt. Hæc (ut Pto. scribit lib. 3. cap. 8.) ad Septentrionem Carpato monte a Sarmatia diuiditur, ad Occalum autem Tibisco fluiui, ab Iazygibus Metanastis: ad Meridiem & ad Ortum usque ad Danubium extenditur. Huius regionis populi Daci dicuntur, olim etiã Dauī teste Stral. lib. 7. Getis proximi ad Ortum. Vnde & in comœdijs serui introduci solent, Dauī & Getæ nominati. Hodie tota hæc regio Vallachiæ nomine cognita est.

DACTYLVS, 2. um, Cic. in Ora. ille dactylicus numerus.

DACTYLVS, δακτύλις, uitis genus, dictum a fragilitate digitali. Plin. libro 14. cap. 3. Has etiam Dactylos uocat Colum. lib. 3. cap. 2.

DACTYLVS, pes metricus, cum syllabam longam duæ breues subsequuntur, Herous Ciceroni dictus, lib. 3. de Or. quod eo scribantur facta heroum & principum. Ita Dactyli fructus palmæ. Apicius: Et croci drachmæ singulæ dactylorum ossibus torridis quinque. Dactylus præterea graminis genus, de quo Plin. lib. 24. cap. 19.

Dactylus icem piscis e genere concharum. Plin. lib. 9. cap. 6.

Dactylus Idæus, gemma. Plin. l. 37.

DACVS, 2. um, δάκος, e Dacia. Spartianus: ad bellum Dacum.

* **DADICAE**, populi Scythæ.

DAEDALA, δαίδαλα, τὰ, neu. gen. urbs Lyciæ, appellata a monte uicino, seu a Dædalo ibi sepulto.

DAEDALVS, p. c. δαίδαλος, Atheniensis faber egregius, Icarī pater, qui ferram, asciani, perpendiculum, terebram, glutinum, lithocolam inuenit, malumque & antennam nauī imposuit. Hic accusatus, quod Perdice fororis filium, interemisset, iudicij metu in Cretam fugit, ubi Labyrinthum fabricauit, cui Minotaurus includeretur, opus portentosissimum humani ingenij. Dicitur Dædalus (ut quidam existimant) ἄνθ' τῆ δαίδαλλον, uariare seu ornare. Alij hoc uerbum a Dædalo deriuatum putant, ob multiplex, uariumq. ingenium hominis. propter quod Græci δαίδαλον, uariū dicunt & ingeniosum. Lucretius quoque terram ob rerum artificiorumq. uarietatem, Dædala in nominat. Ennius simili modo Minervam, Virg. Circe. Plautus Logodædalos uocauit, qui dolum celant sermonis ornata.

DAEMON, [Demonio. Gal. Ange bon ou mauuais. Hisp. Angel bueno ò malo.] δαίμων, Deus siue sapiens, ἄνθ' τῆ δαίμων, Aug. l. 9. de Cic. Dei. Dæmones dicuntur, quoniã Græcū uocabulū est, ob scientiã nominatr. Nostræ religionis hoies appellant spiritus in celo a deo creatos, qui de coelo deiecti, partim in terrâ infimo partim in hoc aere dâ nati sunt. Demon etiam animus humanus in corpore situs uocat.

DAEMONION, Cic. de Diu. quod Dæmonion appellat.

DAEMONICVS, 2. um, Laet. lib. 4. Dæmonicus fraudibus irretiti.

DAEMONIVM, [Demonio.] δαμόνιον, idê quod Dæmon, numen, deus.

* **DAI**, Persarum populi, omnes pastores. Herod.

DALMATIA, δαλματία, qui ex Dalmatia est. Cic. Vatinio. lib. 5. epist. Dalmatis dij male faciant.

DALMATIA, 2. [Schiæmonia.] δαλματία, regio Illirici, contermina Liburniæ.

DALMATI CATVS, Dalmatarū uestibus indutus. Lamp. in Cõmodo.

DALMATICVS, 2. um, Cic. Vatinio. lib. 5. epist.

DAMA, δαμάξ, genus capræ siluestris, tam maf. quam fœm. gen. Ver. ia Pharmaceutria: Cū canibus timidi ueniēt ad pocula damæ, Mar. Imbelles damæ quid nisi præda sumus? Deminutiuum damula.

DAMASCVS, urbs nobilissima, caput Syriæ, unde Damascena pruna auctore Plin. l. 15. dicta: & regio ipsa Damascena, quæ tota illam Syriæ partem completitur, quæ adiacet Libano monti.

DAMASSONIVM, δαμασσίον, herba est plantaginis folia habes, an gustiora

gustiora tñ, & in terrâ reflexa. A Dioscoride Alisma appellatur. DAMIVM, teste Festo, sacrificij genus erat.

DAMNAS, [Condemnatio. Gal. Condamné. Hisp. Condenado.] δάνης, ὄφρον, pro damnatus apud Iureconsultos. Vtebantur autem hoc uerbo cum testator suo testamento damnabat hæredem ad præstandum alicui aliquid legatum. Quin. l. 7. Hæres meus uxori meæ damnas esto dare argenti.

DAMNATIO, onis, [Condemnazione.] κατάγνωσις, damnandi actus, reorum acerbissimæ damnationes. Cic. in Pis.

DAMNATORIVS. Cic. 5. Ver. Verres in Xenonem iudicium dabat illud suum damnatorium. Damnatoria tabella, Suet. in Augusto.

DAMNIFICIO, [Danneggiare. far danno. Gal. Qui fait dommage. Hisp. Hazer daño.] ζημιώω, damnium infero. Damnificus, qui infert damnium. Plaut. in Ciit. nequam bestiam, & damnificam. Damnigerulus, idem in Truc.

DAMNOSAS, [Condemnare. Ga. Condamner. Hisp. Condenar.] δάνησιν, κατάγνωσιν, condemno, quandoque ablatiuo quandoque genitiuo iungitur. l. 4. ad Her. Maiores nostri si quam unius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio malefactorum multorum conuictam putabant. Cic. in Tus. Animos quasi capite damnatos morte mulctant. Quando uero non apponitur pretium, uel peccatum pœnæ peccati tantum iungitur, & significat culpo. Cicero 4. Tuscula. Rerum naturam potius quam errorem, damnare uolumus. Interdum accipitur pro exheredare: unde duobus filijs alterum heredem institutum damnatum legimus. Interdum pro obligare, & necessitate obliuere. Terent. in Phor. Tuus est damnatus gnatus, non tu. Hinc Damnatus: ut Damnatus capitis, uel capite. Interdum idem quod obligatus, uel astrictus. Vnde hæredes dicebantur Damnati ad præstandum legatum, id est astricti & obligati pro quo ueteres etiam dicebant damnas. Itē, Damnatus uoti, uel uoto dicitur, qui iam eius, cuius gratia uotum fecerat, factum est compos. Et damnare aliquem uoto dicebantur dii, cum alicui tribuebant, id cuius gratia uotum susceperat: contra Macrobij sententiam: qui arbitratur eum dici damnatum uotis, qui iam uota perfoluit. Hoc autem uerum nõ esse apertissime conuincitur uno Liuij testimonio lib. 7. Dictator (inquit) inter ipsam dimicationem ædem Iunoni Monetæ uouit: cuius damnatus uoti, cum uictor Romam reuertisset, Dictatura se abdicauit. Et paulo post. Anno postquam uota erat, ædes Monetæ dedicatur. Audisne Dictatorem protinus para uictoria fuisse damnatum uoti, cū ramen uotum adhuc non perfoluisset? quod subsequenti demum anno fuit perfolutum?

DAMNOSE, aduer. ut Damnose bibere. Hor. 2. Ser. Sat. 8.

DAMNOSVS, a, uni, [Dannoso. Gal. Dommageable. Hisp. Cosa dañosa, que haze daño, a menoscabo.] ζημιώδης, quæ dānum, uel detrimentum habet coniunctum. Col. l. 2. per partes nonnumquam damnosus est, in summa tamen compendiosus. Aliquando sumitur actiue, pro eo quod dānum infert. Plau. in Bacch. Quid tibi commercij cum dijs damnosissimis? Aliquando passiuè, idem in Epid. Damnoso sene pro eo qui dānum sub eat. Damnosus, profusus. Sueton. in Ner. Non in alia re damnosior, quam in ædificando.

DAMNUM, [Danno. Gal. Dommage. Hisp. Daño.] ἄρα, a demendo, cum diminutione res deterior fit. Cic. Damni nihil facis.

DAMON, δάμων, nomen philosophi Pythagorici, qui cum Pythia arctissimo amicitie uinculo constrictus fuit. De quo ita Cic. l. 4. Off. Daamon & Pythias Pythagorici, hoc animo inter se fuerunt, ut cū eorum alteri Dionysius diem necis destinauisset, & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandum suorum causa postulauisset, uas factus est alter sistendi eius, ut, si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi, qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem Tyrannus, petiuit, ut se ad amicitiam tertium ascriberent.

DAMOPHILA, δαμοφιλα, Lesbia Poetria fuit, Sapphus coetanea, cuius meminit Philostratus in uita Apollonij.

*DAN, uicus, a Paneade euntib. Tyrum.

DANAË, per tres syllabas, δανάη, nomen Acrisij filia, quæ a Ioue in aurei imbris effigiem conuerso compressa, Perseum peperit, qui auum suum occidit. Ouid. lib. 2. de Trit. Qui Danaen Danaesq. nurus, matremq. Lyæi.

DANAVS, Aegypti frater, Argiuorum rex, qui Schenelo rege expulso, Argos tenuit, ibiq. quinquaginta annos regnauit, genuit quin quaginta filias, quæ una nocte uiros suos, Aegypti filios, interfecerunt, præter unam Hypermetram, quæ Linum maritum serua uir, unde apud inferos supplicij loco illis præscriptum est, dolium pertusum aqua implere, & quo tantumdem effluat, quantum infundatur. Inde originem traxit proterbium, Doliū Danaidum: quod in auaros cõpetit, quorum auaritia nihil est satis; aut in prodigos, quorum profusione ne ipse quidem Pactolus satisfaciat: aut in homines futiles, qui arcana fidei suæ credita non queunt continere.

*DANIA, septentrionalis Oceani peninsula.

DANISTA, [Vsurario, creditore. Gal. Vsurier, qui preste à interest. Hi. Vsur

rio.] δανιστής, scenerator, creditor. Plaut. Morigerus est mihi dānita, qui de me argentum non petit.

DANTISCVM, nobile Poloniæ emporium est ad mare situm, ubi Vistula amnis in Oceanum influit. Germani sua lingua uocant Dantysch.

DANUBIVS, ἰσθός, maximus Europæ fluius, qui ortus in iugis Arnobæ montis Germaniæ, ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis ultra Alpes milibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubij nomine, in immenso aquarum auctu, ubi primum Illyricum alluit, iter appellatur, sexaginta annibus receptis medio ferme numero eorum, nauigabili, in pontum uastis sex fluminibus euoluitur. Hæc. Plin. lib. 4. c. 12. Ammianum uide lib. 22. Hunc secundum post Nilū facit Aufonius, & Ouid. lib. 4. de ponto, ubi de Scithiæ fluminibus.

DANVNT, quandoque a ueteribus dicebatur pro dant: & Duis pro dederis. Pla. Cui seruitutem Dij danunt lenoniam. Nonius.

DAPALIS, cœna, [Cena fontuosa.] λιπαρός, δαψιλής, quæ diuersis & amplis dapibus constat. Plin. lib. 10. cap. 10.

DAPATICÆ, [splendidamente.] aduerbium, λιπαρός, est laute, Festus.

DAPATICVS, a, um, [Amplio, magnifico.] amplum, magnificum. Fest.

DAPHNË, δάφνη, Penei fluij filia, quæ cum uim Apollinis non posset effugere, implorato paterno nomine, conuersa est in Laurum. Ouid. libro 1. Meta. 6. Est item Daphne, ingens lucus, & opacus. Strab. lib. 15.

DAPHNIA, gemma comitialibus morbis utilis existimata. Plin. l. 37. cap. 10.

DAPHNIS, teste Seruio, Mercurij filius, in Sicilia natus, iuuenis formosissimus, qui primus Bucolicū carmen inuenisse dicitur. Suidas.

DAPHNON, [Luogo, oue sono molti lauri. Gal. Un lieu planté de lauriers. Hisp. El laureal.] lauretum, locus multis confitus lauris. Mar. l. 10. Dispositi daphnosa suo Torquatus in agro.

DAPINO, as, p. p. significat dapes parare. Pla. in Cap.

DAPS, dapis, [Vinanda. Gal. Banquet. niandes somptueuses. apareil de viandes. Hisp. Manjar costoso, & otra cosa para comer.] Inquit Festus; apud antiquos dicebatur res diuina, a Græco δάψ, Liu. 1. Adhibitis ad ministrum dapemq. Potitij ac Pinaris. Quomodo uero dapes cõstruantur, uide Cato. de re ru. c. 132. Ceterum dapes non solum deorum, uel nostræ in sacrificijs deorum, sed etiã magnifici & opipari apparatus sunt. Mar. Dapibus instructa superbis. Vir. 4. Ae. Di ripiuntq. dapes. Præterea & cibos uitabiles & infandos, Dapes uocari, Nonius ex duobus Virgilij locis affirmant, quorum alter est

Aen. 3. de Cyclope: Nam simul expletis dapibus, uinoque sepultus: Alter in Buc. Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

DAPSI LË, [Abondeuolmente. Gal. Abondamment somptueusement. Hisp. Magnífica y costosamente.] δαψιλῶς, aduer. abundanter. Sue. in Velp.

DAPSI LIS, e, p. c. [Abondante, liberale. Gal. Grand & abondant, somptueux. Hisp. Magnífico y costoso y abundante.] δαψιλῆς, abundans, liberalis, largus. Pla. Most. Dapsiles sumptus facit. Col. lib. 4. At spionis dapilis, multo & amplitudine magis uuarū, quã numero ferti lis. Plau. in Aul. Dotes dapiles nihil moror. i. affluentes & largas.

DARADVS, Ptolemæo fluius Africae. Plinius Darat uocat. lib. 5. c. 1.

DARDANARI, [Riuendauoli.] δαρδανῶν, qui oia præmunt, uti carni ueniant, dicti a Dardano quodam mago, a quo etiam Dardaniæ artes magicæ. uide Columella: Dardaniæ ueniunt artes:

DARDANIUM, genus ornamenti, quod lacertis adhibebatur. Plin. l. 33. cap. 3.

DARDANVS, Electræ, Iouisq. filij nomen, qui cum Iasum fratrem interemisset, inde fugiens in Samothraciam primum, deinde in Asiam uenit, locaque tenuit Helleponto proxima, urbemque ibi Dardanium condidit, regionemque totam Dardaniam appellauit, quam postea Tros Eriethonij filius Troiam appellauit. Virg. 3. Aen. Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & auctor.

DARËS, etis, δαρῆς, historicus Phrygius, qui primus bellum Troianum, cui ipse interfuerat, Græcè cõscriptit, quod postea est a Cornelio Nepote in Latinam linguam uersum.

*DARIO ITVM, opidum Galliæ Lugdunensis.

DARIVS, nomen regis Persarum, qui triginta sex annos regnauit. cui Xerxes filius successit in regnum. Darius etiam ultimus Persarum rex, quem Alexander exiguis copijs facile perfligauit.

*DAVERNVM, portus Britannia.

DASYRVS, huius Dasypodis, [Coniglio. Gal. Un conil. Hisp. Conejo.] δάσυρος, animal, quod nos leporem, aut (ut alijs placet) cuniculum uocamus. Plin. l. 10. cap. 63. Dasypodes omni mense pariunt, & super fœtat, sicut lepores. ex quo loco satis constat, Plin. dasypodem a lepore distinxisse, contra Budæum, qui putat Plin. ea in re deceptum, eo præcipue argumento nixus, quod Aristoteles plerique in locis dasypodem a lepore non uideatur distinguere. Si tamen diligentius scriptorem illum excussisset inuenisset locum manifestissimum, ubi ille duo hæc indubie fecernit. Locus is est libro 1. de Historia animali. ubi sic habet. Animantium alix mites, ut boues: alix peruicaces brutæ omnino, ut sues, & uestres: alix timidæ, ut cerui, lepores, cuniculi.

DATARIVS,

DATARIUS, a, um, gratuitum. Pla. Nulla est mihi salus dataria.
DATATIM, in uicem dando. Pla. Tum isti, qui pila ludunt serui securarum datatim in uia. Pomp. Adelpis: ut citat Nonius. In lecto datatim lusi tecum, id est, coeundo. Nam Datatim ludere, est mutuo coitu uti.
DATO, as, frequen. Pla. in Most. Fenore argentum datas.
DATOR, ris, [Datore. Gal. Donneur. Hisp. Donador.] Vir. I. Aen. Ad sit lætitiæ Bacchus dator.
DATVM, ti, [Il dare. Gal. Chose donnée ou baillée. Hisp. Don dadina.] Cic. de Amf. Ut par sit ratio acceptorum & datorum.
DATVS, [Il dare] Pla. in Trin. Aurum meo datu tibi ferre.
DAVLIA, uel Daulis, δαυλις, Ptolemæo opidum Phocidis, sub ditio- ne Terei regis Thracum, unde philomela ab Ou. Daulias dicitur, quod in Daulide urbe in aem sui nominis fuerit conuersa.
DAVCVS, herba similitudine fœniculi, candidioribus tamen folijs, & minoribus hirsutis que, caule pedali, recto. Plin. lib. 1. 5. cap. 9.
DAVILIA, opidum Phocidis.
DAVNVS, filius Pylumi, & Danaes, auus Turni, qui in Apulia regna- uit, a quo etiam regia illa Daunonia dicta est. Alter fuit Daunus prio- ris filius, qui ex Venilia forore Amata, Turni suscepit. Vir. I. 12. Dauni miserere senectæ. Est quoque fœuij nomen in Apulia, un- de Hor. lib. 3. Car. Ode. 33. Pauper æquæ Daunus.
DAVNI, Italiæ populi, a Dauino duce, Diomedis focero. Plin. I. 3. c. 11.
DAVNIA, Apulia, a Dauino Illyrico, uiro claro.
DAVIA, quæ & Laucia, munuscula, legatis data hospitij gratia. Feitus.
D A N T E B
DE, [De di. da.] παρα, præpositio est, quæ separata significat a uel ab uel ex. ut, Audiui de patre meo. Item propter. Ter. in Eun. Quan- tum me uias de fidemia hac? Item deorsum, sicut Sus sursum: un- de Susq. deq. fero, ueteres dicebāt: id est, sursum, an deorsum res feratur. parui facio. Composita uero aliquando detractionem no- tat, ut Decortico, Delibro. In aliquibus deorsum, ut Descendo, De fluo. Interdum non, ut Delumbo, non habens lumbos. Interdum actiua est, siue intensiua, ut Deamo, Deprauo. Interdum deminuti- ua, ut Decresco, Deferuesco. Interdum priuatiua siue negatiua, ut Deperatus, Demens, Deducet. Interdum deficientem uim simpli- cis indicat, ut Disco, Dedisco, Tego, Detego. Doceo, Dedoceo. Significat quandoque omnino, ut Demando. Quandoque aperte, seu palam, ut Demonstro.
DEA, deæ, [Dea.] Vir. I. Aene. Nec vox hominem sonet, o dea certe. Auxiliaris dea, Qui. 9. Met. Vltiæ deæ, Seu in Octauia. Cic. pro Rab. Dijs, deabus que immortalibus pacem, ac ueniam peto.
DEACINATVS, adiectiuum: ut Deacinata dolia, a quib. absterfi sunt acini. Cato de re rust. cap. 26.
DEALBO, [Biancheggiare. Gal. Blanchir par dessus. Hisp. Blanquear, em- blanqueer.] λευκίω, album reddo, ut Dealbare parietem. Curtius ad Cic. epi. lib. 7.
DEAMBYLO, [Passeggio. Gal. Se pomromenor. Hisp. Passar.] περιπατέω, de loco ad locum ambulo. Ter. in Adel. Deambulare huc libitum est. Deambulatio, Ter. Heau.
DEAMO, [Amar di cuore. Gal. Fort amer. Hisp. Amar de corazón.] ualde amo. Tere. in Hea. Deamo te Syre.
DEARMATVS EXERCITVS, [Esercito disarmato. Gal. Desarmé. Hisp. Hue- ste desarmada.] exarmatus, & spoliatus Liu. 4. Consul triumphans in urbem redit, prælati spolijs quibus dearmatum exercitum ho- stium sub iugum miserat.
DEARTVO, as, [Smembrare. Cal. Desmembrer. Hisp. Despedar en miem- bros.] διαρθρώ, quasi per artus incido. Plaut. in Capt. Deartuatus sum miser sceleris huius technis.
DEBACCHARI, [Furiare per ebrietas. Gal. Inuiriur autrui en maniere d'y urompne faire quelque insolence. Hisp. Vsar de furor por embriaguez.] πα- ποίνειν, proprie est per ebrietatē ualde furere: quamquam etiam de bacchari dicimus eum, qui præ furore mentis suæ non satis com- pos, nihil considerate agit. Terent. in Adel. Si satis debacchatus iam es leno.
DEBELLARE, [Vincere in guerra. Gal. Vainere par guerre, sermonter. Hisp. Vencerò tomar por guerra.] καταπολεμείν, bello uincere, & proprie debellamus homines: expugnamus castra, urbes, naues, & huius- modi. Plin. I. 6. Darii Alexander debellauit. Li. I. 3. Debellatū est cū Græcis, id est, finitum bellum. Vir. 6. Aen. Parcere subiectis, & de- bellare superbos. Debellato, uice aduerbij. Liu. 3. Scipionem, ue- lut iam Debellato, auertit fama redintegrandi belli.
DEBELLATOR, uerbale: ut, Cruentij gurgitis debellator, Stat. lib. 9. Thebad.
DEBEO, es, debui, debitum, [Deuere, essere debitore, tenuto obligato. Gal. Devoir être tenu & obligé. Hisp. Deuar, ser obliado.] οφείλω, pertinet ad omnia, quibus deuncti sumus. Cic. Planco: Perfice, ut ne minus respub. tibi, quam tu respub. debeas. Sepissime uero pro oportet. Cic. ad At. Debeunt Pompeium hortari, ut sit amicus.
DEBILIS, le, [Debole. Gal. Debole foible, saffé. Hisp. Flaco.] αδυνής, ex

de, & habilis, quasi parum habilis. Cic. in Catil. Infirmos, ac debi- les fore putabam. Imbecillis ac debilis senex, pro Sext.

DEBILITAS, atis, [Debolezza. Gal. Debitè, foiblese. Hisp. Flaqueza ò sen- bledad.] αδυναία, infirmitas. Cic. I. de Fin. Ob eamq. debilitatena animi multi parentes reliquerunt.

DEBILITATIO, [Debolezza.] Cic. in Pis. Quid debilitatio atque ab- iecto animi tui?

DEBILITO, as, are, [Indebolire. Gal. Asoibvir, debiliter, amoindrir les for- ces. Hisp. Enflaquecer.] εδωίω, debilem reddo. Cic. in Vatin. quæ leges sæpe tribunicios furores debilitant & represserunt. Debilitari passiuè. Cic. 2. de Finib. Turpe esse uiro debilitari, do- lore frangi.

DEBITO, [Debito.] Cic. pro Planco: Dissimilis est pecuniz debitio & gratia.

DEBITOR, is, [Debitore. Gal. Debitour. Hisp. Deudor.] χρεός, teste Modestino, dicitur is a quo inuito exigij pecunia potest. Cic. Att. I. 3. Titium- nius debitoribus suis renunciauit, ut eodem fœnore uterentur.

DEBITVM, iubit. [Debito. Gal. Debitre, ce qui est deu. Hisp. Deuda.] χρεός, æs alienum, quod debetur. Debitus, a, um, part. quod debetur. Cicero in Phi. O fortunata mors quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita. Frequenter apud Ciceronem accipitur pro Meritis, siue iustus, in epist. ad Artic. Huic habita a me hono- res, nulli nisi debiti. Idem 9. Phil. Iustum ac debitum honorem alicui decernere.

DEBLATERO, as, are, [Parlare stoltamente. Gal. Babiller. Hisp. Hablar bouerías.] σωμύλλω, selt stultè loqui, inquit Feit. nam Σωμύλλος, stul- tos uocant Græci. Nonius uero deblaterari, obloqui, & confingere interpretatur, Plaut. in Aul. Deblaterasti iam uicinis omnibus. Gel. lib. 9. cap. 1. 5. Deblateras uersum multis millibus.

DECACHINARI, [Bessere.] σκοπεύω, deridere. Tertullianus.

DECACVMINO, as, [Tagliare la cima. Gal. Tondre par la coupe. ou descoupe- ler. Hisp. Cortar la cumbre.] ἀκρωτηριάζω, cacumen præcido. Col. I. 6. Adhuc tenera decacuminetur.

DECACVMINATIO, Plin. lib. 17. Similem & decacuminatio ratio- nem habet.

DECANTO, as, [Diuulgare, celebrare. Gal. Chanter ça, & là, chanter par- uers, donner los. Hisp. Diuulgar por fama y gloria.] δημιάζω, laudo, ce- lebroy, diuulgo. Interdum, iterum atque iterum repeto. Cic. Att. I. 5. Hæc decantata erat fabula. Idem 3. de Ora. qui alicui peruulga- ta præcepta decantet. Idem 3. de Fin. Quæ quidem res efficit, a se necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata, decantare.

DECAPVLO, as, p. [Votare, euacuare. Gal. Desemplir, & mettre d'un maiffen en autre. Hisp. Valzar.] depleo, euacuo: a capulis deductum, quæ sunt uasa ansata, quibus oleum depleri solet. Plin. I. 1. 5. c. 6. Sæ- pius die decapulandum.

DECALVESCO, scis, σκοπώλωμαι, caules amitto. Plin. lib. 19. cap. 7.

DECEATES, populi Liguriæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

DECEDO, is, [Partirsi. Gal. Se departirsi, en aller. Hisp. Partirse de lugar.] αποχωρέω, abeo, discedo. Cel. Cic. Quod tibi decedenti pollicitu- sus sum. Proprie uero a mandato custodis loco recedo: ut Consu- les de provincia dicuntur decedere. Cic. ad Att. Non putet nos se- natus ante oportere decedere, quam nobis successum sit. Decede- re de summa, est de summa aliquid detrahi. Ter. Ad. De summa nō- nihil decedet. Item decedere, est, detrahi, siue minui, Lac. lib. 2. Id solidum existimandum, cui nihil decedere id perfectum, cui nihil possit accedere. Decedere uia, est per errorem, siue honoris gratia digredi, siue in Cæsarem: Cum luminib. extinctis, decessisset uia. Decedere de suo iure, est non summo iure agere, sed ali- quid sui iuris condonare. Cic. 2. Offic. Est liberale, paululum non- numquam de suo iure decedere. Rursus ponitur pro mori, Cic. ad Att. lib. 1. Pater nobis decessit. Decedere de statione uitæ, figu- rate, apud eundem in Catone. Vetat Pythagoras sine iussu imper- atoris de præsidio, & statione uitæ decedere.

***DECELIA**, agri Attici locus in tribu Hippothoontide. Thucyd.

DECEM, [Dieci. Gal. Dix. Hisp. diez.] indeclinabile, a δέκα. Ter. in He. Decem dierum uix mihi est familia.

DECEMBER, [Decembre. Cal. Decembre. Hisp. El mes de dezembre.] πα- σσηδών, nomen mensis, quod decimum locum teneret, antequam additi essent Ianuarius, & Februarius. Legitur & Decēbris, adie. Hora. 2. Ser. Age libertate Decembri Vtere.

DECEMIGTS, currus quem decem equi iuncti trahunt. Sue. in Ner.

DECEMPEDA, δέκα πους, pertica, qua mensuratur terra, a numero pe- dum dicta, Cic. I. 7. Phil.

DECEMPEDATOR, Idem 13. Phil. Agri publici decempedator.

DECEMPRIMI, dicuntur a Cicerone, qui δέκα πρώτοι, Græce, pro- Rofcio. Am. Decretum fit ut Decemprimi proficiscantur ad L. Syllam.

DECEMSCALMVS, actuariolum, quod decem scalmis agebatur, Cic. Att. lib. 6.

DECEMYRI, summus magistratus Romæ fuit, in consulum locum suffectus. Liu. 3. Anno trecentesimo altero, quam condita Roma

erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab consulibus ad decemuiros.

DECIMUMVIRALIS, le, ut decemvirales leges, quæ sunt leges xij. tabularum, quibus perferendis decemviri consulari potestate creati sunt. Liu. l. 3. Prius quam urbem egredieretur, leges decemvirales, in æs in cistas publice poposcerunt. Decemvirale collegium, Cic. 6. Ver.

DECIMUMVIRATUS, tus, dignitas & officium Decemvirorum. Ci. de leg. Agr. Ut ij. decemviratum habeant, quos plebs designauerit.

DECENNIALE [Di dieci anni.] δεκάετης, decem annorum, ut, Bellum decenniale.

DECENNIS, ne, [Di dieci anni. Gal. Qui a dix ans on angè de dix ans. Hisp. Cosa de dix años.] δεκάετης, decem annorum. a quo Decennium: Decennis fœmina. Plin. lib. 8. c. 9. & c. 44.

DECENTER, [Conuenientemente, acconciamente. Gal. Proprement, & conuenablement. Hisp. Conuenientemente, propriamente.] καθήκοντος, pulchre, apte, conuenienter. Ci. pro Cec. Decentissime descripta a maioribus iura finium, possessionum, aquarum. Hinc, Decus, Decor, Decorus, Decorum, & Decoro.

DECENTIA, [Bellezza. Gal. Conuenance, bienséance. Hisp. Conueniencia, y hermosura.] αξιοσύμια, conuenientia, pulchritudo. Cice. 1. de Nat. Deo. Venustatem atque ordinem, & ut ita dicam, decentiam, oculi iudicant.

DECERMINA, teste Festo, quæ purgandi causa decerpuntur: cuiusmodi sunt frondes sacre, quibus in lustrationibus uti solent.

DECERNO, is, creui, cretum, [Deliberare, sententiarum ordinare, determinare. Gal. Conclure, déterminer. Hisp. Determinar y definir.] ἀποφύμιαι, constituo, siue de magnis rebus certa sententiâ profero: ut, lenatus decretum. Ci. lib. 1. Off. Expectanda magis decernendi ratio, quam decertandi fortitudo. Ter. in And. Quicquid peperisset, deceruerunt tollere, id est, deliberarunt. Interdum est, ex potestate constituere: unde decreta sydera. Scribit Firmi. Sydera decernere fecerunt, infelicitatesq. mortalibus. Per translationem pro dimicare, Vir. 11. Aen. Ipsumque iubet decernere fero.

DECERPO, is, pli, cum, [Carpere, toruia. Gal. Cuillir, arracher, & tirer. Hi. Δεσφραζο, à quitter une chose de otra.] ἀπολέγω, ex de, & carpo, de fræho siue a re aliqua carpo: ut decerpere uuas. Plin. in epi. Decerpere frætus arborum, Plin. l. 4. c. 12. Decerpere folia. Col. l. 5. c. 10. Hor. 1. Ser. Sat. 2. Ex re decerpere fructus. Cic. 5. Tuf. Humanus animus decerpit ex mente diuina.

DECERTATIO, [Pugna, contestas.] Cic. 11. Phil.

DECERTATORIVS, a, um, ut, Pugna decertatoria, Quin. lib. 6. c. 4.

DECERTO, as, fre. [Combattere, guerreggiare. Gal. Debattre, se combattre. Hisp. Mucho litigar à batallar.] ἀμιλλώμας, Cic. pro. Planc. Erat non iure, non legibus, decertandum. Decertatur imperfonale. Cice. 1. Offi. Cum de imperio decertatur. Decertatus, parti. Stat. l. 1. The. Alternat. regna prophans Decertata odij. Labores decertati, certando peracti, Claud. 1. Paneg.

DECESSIO, nis, [Partita.] Cic. Q. Fr. Spem maturæ decessionis.

DECESSOR, ris, qui iam magistratu defunctus decedit de prouincia, & successoris suo eam tradit. Vlp. in l. obseruare. ff. de off. proconf.

DECESSVS, us, [Partita.] Cæsar. 3. Bell. Gal.

DECEY, [Conueniendi. Gal. Il est conuenable, il conuient, il est bien seant.] ὁμότη, conuenit, aptum est, consentaneum est. Et modo personale est, in tertijs tamen duntaxat personis declinatum. Ouid. de Rem. Lude, decent animos mollia regna tuos. Modo imperfonale, habetq. fere accusatiuum. Cic. 5. Tuf. Oratorem irasci non decet, simulare non dedecet. Nonnumquam datiuum. Ter. Ad. Facite ita, ut uobis decet.

DECIES, [Dieci volte.] aduer. δεκάκις, Plaut. Stic. Decies in die mutalocum.

DECIDO, p. p. [Tagliare. Gal. Couper, retrancher. Hisp. Cortar.] ἀποκόπτω, abscindo, amputo. Pla. in Mer. Decide mihi collum, si falsum ad te loquar. Per translationem deliberare. Hor. Et post decisa negotia campo. Eleganter ponitur pro litem consensu mutuo dirimere: transigere, iurifconsulti uocant. Cic. 4. Ver. Res ad istum deferretur, & istius more deceditur.

DECIDO, is, p. c. [Cadere in gin. Gal. De cheoir, cheoir en bas, tomber. Hi. Caer haζia baxo,] κατὰ πῖθω, deorsum cado. Cicer. 2. Offic. Ficta omnia celeriter tamquam sticuli decidunt. Decidere equo, uel ex equo. Cæs. Bel. Gal. & Plin. lib. 28. cap. 8. Sic per metaphoram. Decidere spe, uel a spe, spem amittere. Terent. in Hea. Quanta spe decidi? Deciduis, a, um, Plin. lib. 11. capit. 37. Ceruis tantum cornua solida, & omnibus annis decidua. Decidium, pro occalu. Se. epif. 30. Bassus noster uidebatur mihi fortiter ferre decidium sui.

DECIMABRUM, siue decumæ. [Decime. Gal. Decimes, audisimes, la dixième partie. Hisp. Diezmos que se pagan de los frutos.] δεκάτη, decima pars quarumcumque rerum, quæ soluitur principibus & sacerdotibus, Plaut. Ut decimas solueret Herculi. Legitur & Decuma in singulari nu. Cice. 5. Verr. Affirmante se plus decuma non daturum. Idem de Nat. Deo. Neque Herculi quicquam decumam uouit unquam.

DECIMANVS, siue **DECUMANVS**, [Decimo.] δέκατος, idem fere, quod decimus, quia tamen ita usu uenire solet rerum natura, ut decima quæque sint maxima, factum est, ut decumanus accipiatur pro Magno. unde decumana porta castrorum, quæ in his maxima est, extrahitur in postica castrorum parte, ut ex Cæsare l. 3. Bel. Gal. intelligitur. Decumana oua, quæ cæteris maiora sunt: & Decumani fluctus, qui reliquos magnitudine superant. Nam & ouum decimum maius nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur, ut scribit Festus. Ouid. 11. Metam. Vastius insurgens decimæ ruit impetus unda. Decumanus accipenser, apud Cicer. 2. de Finib. ex Lucilio. Decumanus ager, ex quo Decimæ recipiuntur. Cicer. 5. Ver. Et Decumanus limes, in limitatione agrorum, a magnitudine & longitudine dictus putatur, qui agrum ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctiale fecat. nam alter ex transuerso occurrit, cardo appellatur, a Septentrione in Meridie ductus. Plin. lib. 18. Decumani etiam (ut Alconius Pædianus docet) uocantur publicanorum principes, a quibus decumæ, siue decimæ exigebantur. Cic. 4. Ver.

DECIMO, as, are, [Decimare, torre la cima. Gal. Disme, partir en dix, ou de dix en prendre l'un. Hisp. Diezmar, tomar del diezmo.] δεκάτω, est decimam partem detrahere. unde decimari legiones dicuntur, quando decimus quisque supplicio afficitur ab imperatore. Liu. lib. 2. Sorte decimus quisque ad supplicium lecti.

DECIMUM, aduerb. Liu. 6. ab urb. Nos reficitis decimum tribunus.

DECIMVS, ultimus ex Denario, uel unus ex decem. Plau. in Amph.

DECIMODIA, uasis genus decem capiens modios. Colum. libro 12. cap. 18.

DECIPIO, is, p. c. [Ingannare. Gal. Decevoir, tromper. Hisp. Engañar,] ἐξαπατάω, defraudo, deludo, a capio. Ouid. epist. 11. Utimus est aliqua decipere arte labor. Cic. 1. Off. q. x. coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit.

DECIPVLA, æ, [Laccio. Gal. Lacs ou ausre instrument à prendre oiseau ou autres bestes. Hisp. orçuzelo à ceppo para tomar fieras.] πειλίς, instrumentum aliquod decipiendis, uel ambus, uel muribus idoneum, Pro quo & Decipulum neu. gen. dixit Apul. lib. 8.

DECIRCINO, as, [Circundare, attorniare,] contrarium suo simplici Circino, quod est, rotundum facio. Manil. l. 3. Quem teretis natura foli decircinat orbem.

DECIREMIS, sœ. ge. nauigij genus, habens decem remorum ordines. Plin. lib. 7. c. 56.

DECISIO, onis, [Determinatione. Gal. Decision, apointment, composition & acord. Hisp. Atajo de pleytos,] determinatio, uel diremptio litem mutuo consensu. Cic. pro Cecin. Quid nostra decisio de æquitate.

DECIVS, Decij tres pater, & filius, & nepos dicti, qui pro patria se deuouerunt, pater bello Galico, filius bello Hetrusco, nepos, eo, quod Pyrrhus gessit pro Tarentinis. Ci. 1. Tusc. Si mors timeretur, non cū Latinis decertans pater Decius, cum Hetruscis etiam filius, cum Pyrrho nepos, se hostium telis obiecissent.

DECLAMATIO, onis, μελέτη, domesticæ exercitatio, qua oratores serijs causis solent præluere paranda eloquentiæ causa. Pueris quoque in ludis ficta quædam themata solent præscribi, quibus ad eloquentiam sibi uiam sternerent. Cic. pro Mur. Non placet mihi declamatio potius, quam per saluatio. Idem pro Planc. peruulgata declamatio.

DECLAMATOR, oris, qui domesticis, scholasticis meditationibus se exercet, ut postea serijs in causis sit paratior. Cic. in Ora. Non declamatorem aliquem de ludo, sed perfectissimum oratorem quærimus.

DECLAMATORIE, aduer. μελετητικῶς, more declamatiui. Hieron. **DECLAMATORIVS**, a, um, ut Genus dicendi declamatorij, declamationibus magis, quam serijs orationibus accomodatum. Cic. Q. Frat. lib. 3. puer magis illo declamatorio genere delectari uideatur.

DECLAMITO, as, are, freq. Cic. filius ad Tironem: declamitare Græce apud Cassium institui.

DECLAMO, as, are, [Efficit as dicendo. Gal. Declamer, s'exercer à parler. Hisp. Exercitar se en la retonica,] μελετᾶν, ex ficto themate se exercere. Ouid. 2. de Arte: sed neque declamant medio sermone disertim. Contra aliquem uehementissime declamare. Cic. 6. Ver. Ille insanus, qui pro isto contra me uehementissime declamasset.

DECLARATIO, [Manifestatione. Gal. Declaration. Hisp. Declaracione,] Cic. pro Planc. lib. 10. Rursum declaratio animi tui.

DECLARO, [Declarare, mostrare apertamente. Gal. Declarer. Hisp. Declarar,] ἐμνοαίνεω, est aperte monstrare. plus enim est quam significare. Cicer. Luceio: hoc sæpius dicendum, tribique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror. Declarare consulem, ueteres dixerunt pro renuntiare, cum scilicet is, qui consultatu decedebat, collectis suffragijs pronuntiabat, quis futurus esset consul Cic. pro Mur. Ut eiusdem hominis uoce & declaratus consul esset, & defensus.

DECINATIO,

- DECLINATIO**, [Abbassamento. Gal. Desfournement, euitement, suite, desfour. Hisp. Declinacion.] Curt. lib. 7. Macedo lanceam omisit, quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione uitasset.
- DECLINO**, as, p. p. [Declinare, abbassare. Gal. Se desfourner, euitar. Hisp. Renhr, d' euitar alguna cosa, doblagar.] δπλανω, significat deorium aliquid flectere, sed quoniam sæpius caput aut etiam totum corpus declinando, periculum deicitur, consuetudo inualuit, ut pro uitare, poneretur in gladiatoribus uidemus: qui ut petitiones aduersariorum facilius declinare possint, modo se huc, modo illic flectunt. Ponitur uel absolute. Cicer. pro Sex. Magna rerum permutatione impendente declinasse me paululum. Vel cum accusatiuo. Cicer. Offic. 1. Declinet ea, quæ ei nocitura uideantur. Vel cum ablatiui & præpositione. Idem Tusculan. 4. Quomodo, quæ bona natura appetimus, sic a malis natura declinamus. Aliquando cum præpositione A. Cicer. Attic. Non arbitratur eum a Capua declinaturum. Vel cum De. Idem de Finib. 5. Paululum ad dexteram de uia declinaui. Translate. Idem de Amic. Declinandum est de uia, modo ne summa turpitudine sequatur, id est, de summo iure decedendum est, & aliquid amicitia condonandum. Pla. in Aul. Declinaui paululum me extra uiam. Pro deduco. Liu. primo. Si quo inde agmen declinare uoluissim. Pro eximo. Ter. in Hec. Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias.
- DECLINIS**, ue, [Inclinato, piegato, chino. Gal. Qui penche & ua en abaisant. Hisp. Promo, inclinado o cosa que delezna o cae.] deorsum inclinat. Cæs. 2. Bel. Gal. Collis a summo æqualiter decliuit. Plin. epist. Mulier ætate decliuit, uida mater. Decliuitas, atis, inclinatio. Cæs. 7. Bell. Gal. Exiguum loci ad decliuitatis fastigium magnum habet momentum.
- DECOCTOR**, ois, qui patrimonio absumpto ad inopiam redactus est. Cic. in Car. exercitum collectum ex ruiticis mendiculis, & decoctoribus.
- DECOCTVM**, sti, sub. ius, in quo aliquid coctum est. Plin. l. 24. cap. 9. Ad dentium dolorem, auriumque decoctum eorum salutare.
- DECOCTVS**, us, [Cottura.] Plin. lib. 37. cap. 12. gemmæ mellis decoctum nitescunt.
- DECOCTURA**, re, [Cottura.] Plin. l. 23. c. 1. Decoctura cæliacos iuuat.
- DECOLLO**, as, are, [Por gin del collo, tagliare il collo. Gal. Ostrer de dessus le col, decoller, ôter la teste. Hisp. Degollar, descabeçar.] de collo deponere, ut interpretatur Non. citans illud Cæcilij. In tuo collo est: decolles caue. Significat etiam caput alicui auferre. Fenestella. libro 2. Cæsar a piratis captus, postea cepit eos, & decollauerit. Per metaphoram pro destituere, siue decipere. Plaut. in Capt. Illic mihi una spes cænatica. Si ea decollabit, redibo huc ad senem ad cœnam asperam. id est si fefellerit ea spes, quasi collum fregerit. Quin etiam, quod Varro lib. 1. de Re ru. cap. 2. Decollare dixit. Columel la eandem rem tractans, deesse scribit. lib. 1. cap. 3.
- DECOLORATIO**, Cic. 2. de Diuin. Decoloratio ex contagione.
- DECOLOR**, p. c. [Senza colore, scolorito. Gal. Qui a mauuaise, ou qui a perdu sa couleur. Hisp. sin color, descolorado.] κακόχρον, quod colore uitiatum est, uel male coloratum. Tibu. quæ feret a ceteri decolor Indus aqua. Nonnumquam pro turpi & inhonesto accipitur. Ouid. in Epi. Deianira ad Herculem, Fama Pelasgiadas subito peruenit ad urbes Decolor, & factis inficienda tuis. Aetas decolor. Virgil. 8. Aen. Deterior donec paullatim ac decolor ætas. Vbi Seruius: Decolor ætas, uitiosa: in omni enim uitioso corpore inest pessimus color.
- DECOLORO**, as, p. p. [Discolorare. Gal. Perdre sa couleur, prendre mauuaise couleur. Hisp. Quitar el color.] τὸ χροῦ με διαφθεῖω ἀμαυρῶ, colore pristino priuo, aut colorem uitio. Lib. 2. ad Her. Si timore aut liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum ueneno necatum. Col. lib. 12. cap. 16. uuas in ahenum fetuens demitti, & exiguum pati dum decolorentur.
- DECOQUO**, is, p. c. [Consummare, scemare cuocendo. Gal. Decuire, faire cuire iusque a diminuer. Hisp. Consumir cozriendo.] ἀφελω, paullatim diminueret & coquendo absumere. Plin. lib. 31. c. 3. Neronis principis inuentum est decoquere aquam. ita decoquere mustum, uel aliud, ad tertias, & quartas, Columella, & Plin. sæpe. Vnde decocta aqua, & decoctum, Plin. lib. 22. Decoquere pro conuertere, accipere uidetur. Omnem, ait, succum alienum in uenenum decoquit. Interdum est, substantiam consumere, & creditores solutione defraudare, quod sæpe euenit ijs, qui gulæ omnia dedunt, aut qui scorta sectantur: translatione sumpta ab ijs rebus, quæ ad ignem diutius commorata ad nihilum redigi solent. Et fere intransitiue ponitur. Cicero secundo Phil. Tenes ne memoria, prætextatum te docuisse? Interdum etiam transitue dicimus Decoquere patrimonium. Ita uisus est Spartianus, cum scribit Adrianum senatoribus, qui non uitio suo decocerant patrimonium, pro modo senatoriæ professionis expleuisse. Colum. libro 12. Res ipsa iam domino decoxit, id est detrimentum dedit. Tale quid in se habet Defrigo, ut, Hic defrixit, id est bona con-
- sumpsit.
- DECOR**, oris, p. p. [Bellezza, beltà, ornamento. Ga. Beauté, grace, bonne conuenance, bien seance. Hisp. Bellezza y hermosura.] κάλας, mal. gen. pulchritudo quædam ex decencia rerum, personarumque. in locis, temporibus siue in agendo, siue in loquendo. Virg. lib. 5. Diuini signa decoris, ardentesque, notare oculos. Cicer. 1. Aca. Spoliavit uirtutem suo decore. Hinc Decorum ri, quod non tam ipsum honestum significat, quam quod hominibus, & communi opinioni honestum uidetur, & pulchrum, & probabile. Cicer. 1. Offic. Quæ autem pars subiecta est eius generi, eam sic definiunt, ut id decorum uelint esse, quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. Ibidem: Hoc loco continetur id quod dici Latine Decorum potest, Græce enim ὀρέπρον, dicitur. Decore, aduer. pulchre, decenter, Cic. 1. Offic. Veretur, ne, si quo casu euenierit, ut corporis partes quadam aperiantur, aspiciantur non decore. Decor uero, decoris, pen. cor. est adiectiuum a decus, pro Decorus, a, um, Sal. Equis & armis decoribus multis.
- DECORE**, [Honestamente. Gal. Auec grace & beauté, honnestement. Hisp. Honrosamente, hermosamente.] ὀρέπρον, decenter. Cic. 5. Offic. Omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decore, at quam minime indecore facere possimus.
DIANA, [*Diana*,] *ἰαπέρις*, Iouis filia ex Latona, eodem cum Apolline partu edita. Eadem & luna dicitur, siue quod non est una, hoc est, sola, & siue fratre luceat: siue quod lunam a sole accipiat, quasi luce lucens aliena. Præterea & Noctiluca dicta est, sibi quoque nomine etiam templum in Palatio dedicatum habuit. Hanc parturientes Lunonæ Lucinæ nomine invocabant: lunonem quidem appellantes a iuuando: Lucinam uero, quod partum in lucem proficere putaretur. Virg. 4. eclo. Ca. ia faue Lucina, tuus iam regnat, Apollo. Alij Lucinam dictam putant, quod oculis & luci præter alij a luco, quem Romæ in Exquilij habebat. Eadem & Proserpina dicta est, & Dictynna. Apud inferos Hecate dicitur, uel quod centum annos errare faciat insepultos. Dicta est & Pergæa (*ἀργαία*), a Perga Pamphylie oppido, in quo templum habuit intigne. Plures tamé Dianæ fuisse Ci. li. ult. de Na. deo. scribit: sed illa nominatisima est, quæ eodem patre cum Apolline ex Ioue & Latona nata est. Hæc ubi uirginitatis amorem, fertur hominum consilia fugisse, & ut a se libidinis puritatem amoueret, uenando iuuas incoluisse, paucorum uirginum comitatu contecta. Arcem ferebat & pharetram, succincta semper incedens, & cothurno induta, Ob hanc causam siluarum & nemorum dea putabatur. Dicta est Fascelis, a fasce lignorum, ubi eius simulacrum abditum erat, quod occiso Thoante Taurice regionis rege, ab Epligema Agauenionis filia in Italiam delatum est. Laudatissimum templum habuit, apud Ephesios, aliud item in Taurica regione, ubi carne tantum humana litabatur. De hac Luc. li. 1. Et Tauroscythis non mitior ara Dianæ. Dianam autem dictam putant, quasi Iouianam, *ἰουπιῆς θεῶς*, fuit enim, (ut iam diximus) Iouis filia ex Latona.

* **DIAPASON**, musicæ mensuræ genus, ex diapente, & diatessaron.

DIAPENTE, *διὰ πέντε*, musicæ mensuræ genus, trib. constans tonis, & hemitonio minore. Vide Macrobius in Somnium Scipionis.

DIAPHRAGMA, *ἀδιάφορα γυα*, quamuis ex ui uocabili omne illud significet, quod in re aliqua medium est, unde & cartilaginem illam, quæ nares dirimit, Græci, *διὰ τὴν γυα*, appellant, peculiariter tamen medici hac uoce utuntur pro musculo quodam rotundo, qui spiritalia uiscera a naturalibus hoc est, cor, & pulmones a iecore & liene, uelut paries quidam interiectus, intersepit & dirimit.

DIARIUM, *τι*, [*Il uivere d'ogni giorno. Gal. Pitance d'un iour, ce que se despend en un iour. Hisp. La diara comida de un dia*] uictus quotidianus, i. quod in uictu dici cibum datur. Mar. li. 11. Pueriq. diaria poscunt, Accipitur & pro libello, in quo acta quotidiana perscribuntur. Iuuenalis Diurna, plurali tantum numero.

DIARIVS, *α*, *ἡμ*, [*Di un giorno*] *ἡμερησίου*, ut, Diaria febris, hoc est, febris unius diei.

DIABAPHA, [*Porpora tinta due fiate. Gal. Teinte deux fois, renforcée de teinture comme estoit la pourpre. Hisp. Cosa dos nezes teñida de color bermejo*] purpura Tyria bis tineta. Pli. li. 9. c. 39.

DICA, iudicium, [*Giudicio. Gal. Vne cause ou proces, une action. Hisp. Demanda en iuyzio*] Ter. in Phor. En unquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam. Ci. 4. Ver. Scribitur Heraclio dica.

DICACITAS, [*Molto. Gal. Propos. qui reconte, moquerie facit ense, ia serie, brocarderie. Hisp. Demasiada parleria*] *ειροδοσία*, sermo cum iusu, alios incessens, inquit Quin. li. 6. c. 4. Ci. in Or. Sales in dicendo mirum quantum ualent: quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis.

DICATIONE, Cicero pro Balb. Dicatione potest fieri ciuitatis mutatio.

DICACVLVS, & **DICACULA**, diminuti. Plau. in Afin. Satis dicacula es.

* **DICAEA**, urbs Macedoniae in Thermaico sinu.

DICAEARCHIA, urbs olim celeberrima in ora Lucaniae, quæ nunc Puteoli. Sunt, qui Dicharchiam uocent hanc urbem per quatuor syllabas. Vnde possessiuum Dicharchæus apud Sidonijum Apollinarem legitur: Nanque Dicharchæus translatus puluis arenæ.

DICAEARCHVS, philosophus Siculus, ex Messana ciuitate, Aristotelis auditor, philosophus, orator, & geometra: scripsit de republica Spartiatarum. Suidas.

DICAX, [*Maldicente. Gal. Moquer. sie fleur, railleur. Hisp. De xidor y parlara de maldado*] *δυσλοκώμων*, qui malignis salibus male dicit: Cic. in Orato. Demosthenes non tam dicax fuit quam facetus.

DICHORÆVS, pedis genus, ex duob. constans trochæis: ut Audiamus.

DICO, *α*, prima cor. [*Dedicare, consecrare. Gal. Deder. donner à perpetuité. Hisp. Dedicar à consagrar*] *ἀπατίθεμι*, consecro, de dico. Ci. 1. Tul. Dicati Apollini cygni. Pro addicere, & se totum alicui tradere, Cicero Cœl. libro 2. Balbum quanti faciam: quanque me ei totum dicauerim, ex ipso scies. Idem 3. de Orat. Qui tum adolescen-

tes Crasso se dicant. Dicare se in aliquam ciuitatem, & Dicare se ciuitati, Cic. pro Balbo.

DICO, *is*, p. p. dixi, dictum, [*Dire, parlare. Gal. Dire, parler. Hisp. D. hablar, decir artificiosamente*] *ἀγορεύω*, loquor, eloquor. Cic. pro Quinctio, Quid hoc iniquius dici, aut commemorari potest? Ap. d. Oratores uero loqui est, qualiacunque uerba proferret: cere uero eleganter & facunde. Quin. lib. 10. Nam mihi ne dicere quidem uideretur nisi qui dispositæ, ornate, copiose dicit, Cicero in Orat. Aliud uidetur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse quod dicere: disputandi ratio, & loquendi, dialecticorum: oratorum autem dicendi, & orandi. Dicere etiam uocare est. Virg. Ius 1. Aeneid. Est locus, Hesperium Graij cognom ne dicunt. Quandoque indicare. Virg. 3. eclo. Dic mihi Dam era, cum pecus an Melibæi? Quandoque denunciare. Teren. in Andr. Sed dico, ne temere facias. Quandoque promittere. Pomp. in Pistonibus: Nummos certos dico quinquaginta millia. Salust. lib. secundo Hist. Curio quibus potuit pecunias dictas cogit. Pro dicare. Vir 6. Aen. Iunoni inferre dictas facer. Pro significare. Teren. in Eunuch. At nesciebam id dicere illam, Pro cantare. Virg. 1. tertia eclog. Alternis dicentis, amant alterna Camœuæ. Pro pronuciare. Hinc dicere sententiam, cum tanquam consiliarij, quid nobis uideretur pronuciamus. Quin apud iudices quidem secundum legem dictorum sententiam de confessis præcipue ridiculum est. Dicere leges, nihil aliud est, quam ferre leges, feruntur enim leges apud suos, dicuntur aut. n. uictis. Liuius: Quandoque perinde ac uicto iam sibi leges dicerentur. Dicere diem est citare, uel in ius uocare, & diem præcipere, quod ad causam dicendam præsto sit. Liui. 3. Cum diem Appio Virginij dixisset. Interdum etiam extra iudicium. Dicere diem, est certum diem constituere. Teren. Andr. Hic nuptijs dictus est dies. Dicere causam, dicitur, reus cum accusatibus respondere cogitur. Liui. de Bell. Macedon. Scipio iussus dicere causam. Dicere dotem, est promittere in dotem. Teren. Hean. Quid dotis dicam te dixisse filio? Dicere cenam. Pla. Stic. Ius dicere, est magistratum. Cice. de Prouin. Conf. Emisti grandis pecunia, ut tibi de pecunijs creditis ius in liberis populis diceret liceret. Idem pro Flacc. Qui anno ante Romæ ius dixerat. Dicere magistrum equitum, pro creare. Liuius quinto. Is sibi magistrum equitum Poithunium Aebutium dicit. Dicere multam, antiqui tum dicebant, cum ad populum & in comitijs multa discipanda irrogabatur, quod ipsi, Certare, multa, dicebant. Liuius libro uigesimo quinto. De 10 trib. pl. ducentum millium æris nullam Poithunio dixerunt. Dicere multationem, siue multam pecoris. Pli. lib. 18. c. 3. Varro: Cum eiusmodi multa pecoris armentiq. a magistratibus dicta erat, abigebantur oues bouesq. Dicere repudium, Tacitus li. 3. Dicere sacramentum, dicebantur milites, cum adiurandum adigebantur, remp. se non deserturos. Liui. lib. 25. & li. 24. Hodie consules creetis, quibus sacramenta liberi nostri dicant. Hor. 2. Car. Ode 17. Non ego perfidum Dixi sacramentum. Dicere de scripto, Cic. pro Planc. Recitetur oratio quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est. Dicere sententiam, quis dicitur cum iudicium sum ea de re explicat. Cic. 6. Ver. Mos est Syracusis, ut si qua de re ad senatum referatur dicat sententiam qui uelit. Cælius Ciceroni: Consul'em designatū primū sententiā dicentem Dicere pro sententia, idem quod dicere sententiam. Liui. lib. 32. Nemo uestrum pro sententiā quicquā dicere uult, aut audet. Dicere ex tempore. Pli. epi. 27. Dicit semper ex tempore, sed tanquā diu scriperit. Quin. lib. 6. c. 3. Dicere testimonium, & testimonia, est testificari & probare. Ci. ad Q. F. l. 3. Cum testimonium secundum fidem & religionem grauissime dixisset. Idem pro Sylla: Qui in illum testimonia graui dixerunt. Dicere pro testimonio, quod nunc dicimus Deponere. Ci. 7. Ver. Dicit is pro testimonio de missione nautarum. Dicere ad uoluntatem alicuius est assentari, adulari. Cic. de Am. Diceret, pro diceret posset. Teren. Andr. Diceret quid feci, quod commert pater? Dicassis, pro dicas: Dice, pro dic, apud comicos frequentia. Pla. Curc. idem Rud.

* **DICROTVM**, bitemis, quæ duob. remorum ordinibus regitur. Iul. Pollux li. 1.

DICTAMNUM, siue Dictamus, *δίκταμνος*, Dioscor. herba in Creta præcipue nascens, acris, leuis, pulgilio similis. Prodūt in Creta capras sagittis percussas, huius herbæ palu eas excutere. Virg. 12. Aen.

DICTATOR, *δικτατορ*, apud Romanos erat cui piculossimo reip. tempore summa potestas permittabatur, quam dictaturam uocabant. ita dictus siue a dictando iure, siue quod a cōsule diceretur, cuius dicto audientes omnes essent. creabatur enim uiua uoce nō p suffragia, nec durabat ultra sex mōses. Et quæ summa potestas erat dictatoris in populo, is quoque Magister populi appellatus ē, ut scribit Var. Ci. 3. de Fin. Rectus magister populi (is enim dictator) quam Sylla. Erat autem extraordinarius magistratus, habens ius animaduertendi in cuiuscunque ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat: nec alio pacto creari solebat, quam cū uis ali-

- qua maior repente oborta iugentem urbi cladem minitari uide-
retur. Liu. li. 9. Fabius L. Papirium Dictatorem dixit. Dictatrix, i-
cis, quæ dicit agenda. Pla. Persa. Tu hic eris dictatrix nobis.
- DICTATORIVS**, a, um, quod dicitatoris. Liu. 6. Dictatorum fulmen
in se intentatum. Dictatorius gladius, Ci. pro Clu. li. 7.
- DICTATURA**, *δικτάτωρος ἀρχή*. Liu. Dictaturæ semper altius fasti-
gium fuit. Dictaturam gerere. Ci. 2. Off.
- DICTÆ**, Ptol. li. 3. Mons Cretæ a Dictæ nymphæ, quæ in eo coleba-
tur: unde Dictæus, Cretensis. Vir. 4. Geo.
- DICTERIA**, orum, [*Motti che pungono. Gal. Paroles de moquerie. Hisp. Do-
naire motejando.*] *δικτήρια*, dictæ salsa & acuta. Mar. Dictæria di-
cis in omnes.
- DICTIO**, [*Voce. Gal. Paroles, mot. Hisp. Vna palabra.*] *λέξις*, *ῥῶσις*, λέ-
ξος, pars minima orationis significatiua, ex qua instruitur oratio,
& in quam resoluitur. Aliquando ponitur pro enunciatione. Cic.
2. de Inuent. Aliud enim sententiæ dictio, aliud accusatio, aut recu-
satio conficere debet. Item pro facunda & oratoria oratione. Cic.
libr. 2. Tusc. Cum ante meridiem dictioni operam dedissemus. Idē
de Clar. Orat. Malm mihi L. Crassi unam pro Curio dictionem,
quam castellanos triumphos duos. Dictio pro oraculo. Liu. 8. Da-
ta dictio erat, caueret Acherusiam aquam.
- DICTIO**, as, [*Andar dicendo. Gal. Souent ou empluseurs lieux dire ou ra-
conter quelque chose. Hisp. De xir a menudo.*] a Dicto, secundum a Dico
frequentatiuum, passim, & frequenter. Dico. Cicer. 3. Ver. Vt hoc
iam palam dictitent. Idem ad Lentulum: Quem post reditum di-
ctitant fracto animo fuisse. Idem 3. Off. Dictabat se hortulos ali-
quos emere uelle.
- DICTO**, as, [*Dettare. Gal. Nommer & dicter en autre qui escrit. Hisp. De-
xir lo que otro escribe.*] *διδος*, *διδω*, frequent. a Dico: est autem Di-
ctare, aliquid tractim pronunciare, ut calamo excipi possit, unde
dictata dicuntur ueluti themata atque præscripta, quæ magister
ludi pueris præbere consuevit. Cicer. ad Att. 13. Non modo Tiro-
ni dictare, sed ne ipsa quidem auderem scribere. Hor. Vt puerum
sæuo credas dictata magistro. Nec in litteris tantum, & in alijs
quoque artibus dictata dicuntur. Iuuen. Peragit dictata magistrī
Omnia. Sue. in Cæl. Vt disciplinam singulorum susciperent, ipsi-
que dictata exercentib darent. Vbi per Dictata gladiatoria præ-
cepta significantur. Accipitur etiam Dictare, pro suggerere: ut
Ratio dicitur. Dictare pro edicere, seu polliceri. Quin. lib. 1. cap.
ult. Nonnumquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam
dictare uideantur.
- DICTVM**, [*Dicto. Gal. Vn mot, une parole, un dire. Hisp. El dicho.*] *ῥήμα*, &
nomen esse potest, & parti. *εἰρημύειν*, Terentius utrumque comple-
xus est, cum dixit: Nullum est iam dictū, quod non dictum sit prius,
nam prius est nomen, secundum participium. Dictum nomen ac-
cipitur pro quouis sermone. Ouid. 13. Metam. Neque abest fa-
cundis gratia dictis. Vernile dictum, scurile, & procax. Tacit. libr.
18. Vernile dictum omnem inuidiam in eum uertit. Dicto audiens,
obediens. Cicer. 6. Ver. respondit, dicto audientem fuisse prætori.
Dictis aliquem aggredi. Virgil. 4. Aeneid. Talibus aggreditur Ve-
nerem Saturnia dictis. Et quamuis dicta generaliter de quouis ser-
mone dicantur, apud ueteres tamen pro facetijs, & iocis poni so-
lent. Cic. lib. 2. ad Att. nostri, cum essent facete, & breuiter, & accu-
rate iocati, ea proprio nomine appellari Dicta uoluerunt. Ter.
Eun. Tuum obsecro ne hoc dictum eras? Vbi Donatus, Dictum, id
quod facietis hominibus adscribitur.
- DICTVRO**, is, dicere cupio. Macrob. Ne dicturientem retardem.
- DICTYNNÆ**, cognomen Dianæ Callimachus ait, Dictynnæ a
rebus piscatorijs, quæ *δῖκτυρον*, dicunt, denominatam, intra quæ
fugiens euaserit uolentiam Minois regis, eam libidinis causa in-
sequentis.
- DICTYNNÆVM**, Dictynnæ templum, in monte Cretæ. Stra. lib. 10.
- DIDO**, us, quæ & Elifa, filia Beli, Tyriorum regis, quæ primis nuptijs
Sichæo Hercules sacerdoti iuncta fuit, quem cum Pygmalion Eli-
sæ frater, thesauris eius inhians, ante arā obrunxisset, illa in som-
nis monita, cum ijs, quibus Pygmalionem inuisum esse sciebat, ef-
fossis clam thesauris, nauim conscendit, & in eam Africæ partem
quæ Zeugitana appellata est, delata; tantum sibi soli emit, quantum
Taurino corio possit circundare, quo in loco, cum corium in tenuis-
simas partes disseuisset, locumque satis amplum complexa
esset, urbem condidit, quam Carthaginem appellauit, arcemque
in medio urbis, quam a corio bubulo Byrsam uocauit. Deinde cū
Iarbas Getulicæ rex nuptias eius ambiret, recusantemque ui ar-
mice cogeret, sibi ipsi manus intulit, præferens honesta morte
occumbere, quam prioris lecti iura secundis nuptijs polluere. Vir.
lib. 1. & 4. Aen. Fabulatur Aeneam, capta Troia, profugum, uī tem-
pestatis Carthaginem fuisse delatū, Elisamque amore eius captā,
cum præter spem desereretur, mortem sibi conscuissē. Quæ tamē
res grauisimorum historicorum fide facile refellitur, qui Cartha-
ginem tradunt septuagesimo demum annō post Romani conditā
ab Elisā condici cœpisse, ab Aeneæ uero in Italiam aduentu usque
- ad urbem conditam numerantur anni amplius quam trecenti. Hæc
de re extat elegans apud Aufonium epigramma, quo illa se ab im-
pudiciæ nota uindicat.
- DIDO**, didis, dididi, diditum, [*Distribuire, diuidere. Gal. Bailler, distri-
buer, departir. Hisp. Partir en partes, repartir.*] *διδω*, *διδω*, distribuere
significat, & dirigere: dictumque uidetur Dido, quasi diuido, abla-
ta media syllaba. Hora. 2. Ser. Sat. 2. Abluti sensu exemplo dum
mania didit. Frequenter accipitur pro diuisio, siue dispergo. Vir-
gil. 7. Aeneid. Diditur hic subito Troiana per agmina rumor.
Idem 8. Aeneid. Tua terris didita fama. Est autem hoc uerbum Lu-
cretio in primis familiare.
- DIDYCO**, is, p. p. [*Dipartire, guidare in diuerse parti. Gal. Desioindre, sepa-
rer, & faire aller une part ça & l'autre la. Hisp. Partir en partes diuersas.*] *διδυκω*, in diuersas partes, & diuersa loca duco, distraho, diri-
mo. Cæf. 6. Bel. Gall. Diducendi erant milites. Col. lib. 6. de bobus
domandis: Diductis malis educito linguam. Idem lib. 6. Validam
uitam in ramos diducere censeo. Perlius. Vir. lib. 1. Geo. Collectū
humorem bibula diducit arena. Cic. de Ora. Ruus est diducta ora-
tio, non fontibus.
- DIDYME**, es, p. c. *διδυμῶν*, insula in mari Siculo. Mel. lib. 2.
- DIDYMEVS**, [*Apollo.*] *διδυμῶν*, Apollo dictus est, quod geminam
speciem sui numius præferat. Ex uno enim fonte lucis gemino si-
dere spatia diei & noctis illustrat: interdiu per seipsum lumen
præbens, noctu uero Lunam illuminans. Vnde & Romani (ut in-
quit Macro.) Solem Didymæi Apollinis appellatione uenerantur.
Dictum est & Didymæum templum Apollini dicatum apud Mile-
tum. Strab. li. 4.
- DIECVLA**, *ἡμέριδιον*, diminutiuum a die, Ter. in And. Non satis ha-
bes, quod dieculam addo? Id est aliquam temporis dilationem.
Ci. Att. Quid mali C. Iulius fecerit, cum dieculam duxerit.
- DIERECTI**, teite Nonio, a die uocati sunt crucifixi, quasi ad diem
erecti. Festus scribit directū p antiphrasin dici apud ueteres, uo-
lentes significare malū diem unde directæ, aduerbialiter dicimus.
Pla. Qui tu directam cum fucula, & cum porculis: directæ, (in-
quit) quasi in malam diem.
- DIES**, [*Il giorno. Gal. Jour. Hisp. El dia.*] *ἡμέρα*, tam masc. quam fœ. ge.
est in numero singu. plurali uero tantum masculinum. Illud tamē
interest, quod dies in fœ. ge. denotat tempus indeterminate: &
ideo diminutiuum est, Diecula, quod significat breue tempus &
moram. Dies uero cum tempus significat uigintiquatuor horarū
uel etiam spatium illud ab oriente Sole ad Solem occidentem, ge.
masc. est. nam illud tempus est determinatum. Sic diem hesternū,
& diem hodiernum, potius dicimus, quam hesternam, uel hodie-
nam. Contra pro tempore incerto dicimus Longa dies pro lon-
go tempore, non autē Longus dies. Iuue. Longa dies igitur quid
contulit id est, longum tēpus. Vir. 1. 1. A. E. Multa dies, uarijsq.
labor mutabilis æui Retulit in melius. Iureconsulti ut in bima, tri-
ma, quadrima die, usurant pro tēpore bienni, trienni, quadri-
nijsed confunditur quandoque hæc differētia. Vir. 2. Aen. Jamque
dies infanda aderat. Ci. ad Q. F. Antiquior dies in tuis fuisset ad-
scripta litteris, quam in Cæsaris. Pli. li. 1. c. 24. Eadem die germi-
nat. Dies qui ciuilibs dici solet, a media scilicet nocte in sequentē
(ut Macro. lib. 1. c. 3. tradit) ita diuiditur. Primum diei tempus di-
citur Medie noctis inclinatio: deinde Gallicinium, siue Galli can-
tus, quod tum galli cantent. inde conticinium cum & Galli conti-
cescunt, & homines quiescunt. deinde Diluculum, cum incipit di-
gnosci dies: inde Mane, cum dies est clarus: inde Meridies, diei me-
dium. inde iam supra uocatus occiduum tempus, quod & Serum
dici uocatur, & Nox suprema tempestas, hoc est, diei nouissimum
tempus: sicut est expressum in duodecim tabulis. Solis occasus su-
prema tempestas esto. deinde uespera, seu Vesper, a stella quam
Græci Hesperam, Plautus, Vesperuginem, Ennius Vesperum, Mar-
tialis Phosphorum, Vir. Hesperon appellant: inde crepusculum
uspertinum, a Crepero, quod dubium significat, tanquam lux du-
bia, quod incertum sit, id tempus noctis an diei existat. Ab hoc
tempore Prima fax noctis, quod tum primum faces, hoc est, lumi-
nā inferri incipiunt, deinde Nox concubia, a cubando: deinde In-
tempesta, quæ non habet idoneum tempus rebus agēdis. In hæc
partes distribuunt diem, qui constat ex uigintiquatuor horis, &
lucem tenebrasq. continet: eumq. Diem ciuilem uocabant, quod
in alijs, atque alijs ciuitatibus & regionibus alio atque alio mo-
do obseruaretur. Athenienses enim Diem ciuilem auspicabantur
a Sole occidente ad solē iterū occidentē: Babilonij ab ortu Solis
ad Solē secundo exorientem: Vmbri a meridie ad meridiem sub-
sequentem: Romanij autem a media nocte, ad mediam noctē: quo-
rum a nobis quoque consuetudo obseruatur: adeo, ut si quid ante
mediam noctem gestum sit, id præcedenti diei ascribatur, quod a
media nocte, subsequenti diei annumeretur. Interdum Diem di-
cimus, ut solam lucem intelligamus: Tenebras uero sub noctis no-
mine. Virgil. 6. Aeneid. Noctes atque dies patet atri ianuæ Ditis.
Est & Dies, naturalis, ab ortu ad occasum Solis. Dies totius anni

ex institutione Num e, aut festi erant, aut profesti, aut intercessi, de quibus uide Macro. i. Sat.

DIESCIT, [Si sa giorno. Gal. Il se fait iour. Hisp. ya viene el dia.] ἡμέρας, dies hinc hinc Noctelcit, nox fit.

DIESPITER, diespitrus, [Dieux.] Δις, diei pater, id est Iuppiter. Hora. lib. i. Car. Namque diespiter Igni corusco nubila diuidens. Macro. Ipsi quoque Romani Diespitem Iouem appellant.

DIFFAMO, pe. pr. [Dinulgare mala fama, infamare. Gal. Diffamer. Hisp. Diffamar.] Διαφύσσω, malam famam spargo. Tacitus: A Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias ultum ibat. Adalteriū diffamatum. Ouid. 4. Metam.

DIFARREATIO, sacrificij genus inter uirum & uxorem, quo coniugium dissoluebant, per consecrationem contractum.

DIFERCIO, a Farcio, [Empire, distendre. Gal. Remplir de tous costes. Hisp. Embutir o recalar.] συμμιγνῶ, impleo. Hor. lib. i. Sat. 5. Inde forum Appi differunt nauis.

DIFFERENTIA, [Differenzia.] Διαφορα. Cic. 4. Act.

DIFFERITAS, [Differenzia.] pro differentia, quo antiqui utebantur. Lucre. lib. 4. Nonius.

DIFERO, [Differire, prolongare. Gal. Differer, delayer, prolonger. Hisp. Dilatar el tiempo.] διατελλομαι, spatium temporis extendo. Virg. lib. 6. Dilatit in laram commissa piacula mortem. Vnde dilatio temporis prorogatio. Plin. libro 18. capitu. 10. Nec ulla segetum minus dilationem patitur. Cicero tertio Phil. Quæ est igitur expectatio, aut quæ minima dilatio temporis? Dilator, oris, cunctator. Horat. in Arte. Dilator, sipe longus, iners. Dilator, parti. Cicero quarta Verr. Priuato illo iudicio transacto, aut Dilato. Pœna dilata in tempus mortis. Ouid. 3. Trist. Interdum est in diuersa loca ferre. Plaut. in Rud. Nos cum scapha tempestas detrouersum differt ab illis. Interdum, diffamare. Luci. Gaudes, cum me de ista foris sermonibus differs. Interdum scindere. Terentius in Adelph. Differor doloribus. Interdum in ordinem ponere. Virgil. libro quarto Georgic. Ille etiam scras in uersum distulit ulmos. Interdum distare. Cicero. Di. in Verr. At uide quid distat inter meam opinionem & tuam.

DIFIBVLO, [Disfibiare. Gal. Desboucler. Hisp. Quitar la heuilla o candado.] διατρίβω, aperire, discingere, fibulam relouere. Papin. Emicat, & torue chlamydem distibulat aura.

DIFFICILE, [Difficilmente. Gal. Difficilement, malaiseement, à grand peine, avec difficulté. Hisp. Difficilmente.] Πηλ. lib. 27. cap. 12. Semen durū, & quod difficile euellatur.

DIFFEVL, pro difficili apud Antiquos ex Varronis testimonio. Quod utrum sit magnum, an paruum, scilicet, an difficult.

DIFFICULTER, [Difficilmente.] Cic. de Inue. Quid difficulter fieri & quid facile fieri possit?

DIFFICILIS, e, [Difficile, malagevole. Gal. Difficile, malaisé. Hisp. Difficil de hacer.] δύσκολος, Ter. in Hea. Nihil tam difficile, quin quærendo inuestigari possit. Si de homine dicatur, idem erit, quod morosum. Cicero. de Sen. Morosus, nec difficiles fenes. Inde difficultas. Cicero pro Clu. Prospicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris sit habitura: Eleganter pro inopia, ut difficultas rei nummarie, Cicero. 4. Ver. ostendit se in summa difficultate esse nummaria.

DIFFIDENTER, Cic. pro Clu.

DIFFIDENTIA, [Diffidentia, Gal. Deffiance. Hisp. Desconfianza.] Cicero. 4. Tuscul. Metus est diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1. de Inuent. Quod genus fidentie contrarium est diffidentia. Ouid. 2. de Remp. Fit quoque longus amor, quem diffidentia nutrit.

DIFFIDO, is, p. p. [Diffidit, non hauser fidantia. Gal. Se deffier. Hisp. Desconfiar.] ἀνατίξω, in re aliqua non satis præsidij mihi positum esse iudico. Cicero. 2. de Diu. Dubitans plerumque, & mihi ipse diffidens. Ibidem: Eudemus ita grauiter agrotus fuit, ut omnes medici diffiderent. Dicimus autem diffido tibi, & diffido de te. Ser. Sul. Ciceroni. Plura de hac re scribere pudet, ne uidear prudentie tue non diffidere. Ad Her. De nobis diffidimus. Diffusus, part. Cicero pro Mur. Farebor me quoque ab adolescentia, diffusum ingenio meo, quæsisse adiuuentia doctrinæ.

DIFFINDO, diffidi, p. præteriti correpta, diffusum, [Fendere, tagliare in piu pezzi.] Gal. Fendre & mettre en pieces. Hisp. Hender en diuersas partes.] διασπῶ, in partes findo. Virg. 9. Aene. Et media aduerso liquefacto tempora plumbo diffidit. Diffindere diem, teste Budæo, est Rem in crastinum remittere. Tria enim inquit idem erant apud antiquos pronuncianti genera: aut enim dies diffindebatur, hoc est, res in posterum diem reijciebatur: aut comprehendinabatur, id est, in tertium diem differebatur: aut index non liquere pronūciabat. Vipian. libro 2. si quis cautio. Et ideo etiam lex XII. tabul. si iudex, uel alteruter ex litigatoribus morbo fontico impediatur, iubet diem iudicij esse diffusum. Cicero. de Vniu. Hanc omnem conuentionem duplicem in longitudinem diffidit. & Gel. lib. 14. capitu. 2.

DIFFINO, is, ere, [Guañtare, rompere. Gal. Desfaire ee qui est fait, luy oster sa forme & figure. Hisp. Guñtar, destruyr, desfigurar.] διαφθερω, destruo quod fictum & formatum est. Hora. li. 5. Car. Neque diffinget, insectumque reddet. Vbi Acron: diffinget id est confundet, immutabit. Idem Car. diffingas retinsum in Ma. Tagetas, Arabasque ferrum. Vbi Acron. Diffingas, contusum reforme. nam sicut tangere, formare dicitur, sic & diffingere, est quassatum reformare. Idem 2. Ser. Nihil hinc diffingere possum, id est non possum negare rem sic non se habere.

DIFFINIO, diffinis, p. p. ex Dis, & Finio, [Disfinire, terminare. Gal. Definir, determinar. Hisp. Definir o determinar.] διακρίνω, dispertiendo distinctio. Vnde Diffinitio quæ & Definitio, & Finitio appellatur conitans ex genere & differentijs: ut, Homo est animal rationale, mortale. Quin. Finitio est rei propositæ propria & dilucida, & bre uiter comprehensa uerbis enunciatio. Dicta autem est diffinitio sumpta translatione ab his, qui fundos prædiæque diuidunt alia ab alijs. nam ut illi agrum ab agro diffiniunt, atque habitam de finibus controuersiam distinguunt, sic per diffinitionem res a rebus distinguuntur, & ueluti certis quibusdam finibus, circumscribuntur.

DIFFIBOR, [Negare. Gal. Ne uouloir pas confesser, denier. Hisp. Negar o no confesar.] ex dis, & fateor, nego. Ainius Cicer. Numquam diffitebor, multa me simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore.

DIFFLAS, [Gettare a terra soffando. Gal. Espandre ou abatre par souffler, faire aller enuent. Hisp. Derribar soplando.] est flatu proterno. Plaut. in Mil. Cuius tu legiones distlasti spiritu, quasi uentus folia.

DIFFLUO, [Scorrere in piu parti.] διαρρέω, est in diuersas partes fluo. Diffluere luxuria, est immodicæ luxuriæ indulgeo. Terent. in Heau. Ve eius animum, qui nunc luxuria, & lasciuia Diffluit, retundam.

DIFFRINGO, is, [Frangere in piu parti.] διαρρήνυμι, in uarias partes frango. Plaut. A sin. Crura hercle diffringentur.

DIFFUGIO, is, pen. c. [Fuggire in diuerse parti.] Gal. Fuir ça, & là, reculer, euit. Hisp. Huir en diuersas partes.] διαφύγω, in diuersas partes fugio. Virgil. lib. 3. Georgic. Quo tota exterrita siluis Diffugiunt armenta. Cicero quint. Verr. Diffugerunt permulti. Item pro refugere, renuere. Varr. 2. de Re rust. Nec tamen diffugio, quin dicam.

DIFFUGIVM, gij, Tacitus: Proximorum diffugia.

DIFFVNDO, diffudi, diffusum, [Versare, spargere in piu parti.] Gal. Espandre. Hisp. Derramar en diuersas partes.] διασπῶ, uarie fundo, hinc inde spargo. Colum. libro secundo. Dens aratri, si qua parte penetrat, non minute diffundit humum. Pro dilatate, Cicero libro primo de Orat. Diffusa ramis patulis platanus. Diffundere animū alicuius, est exhilarare aliquem. Ouid. 4. de Arte. Diffundetque animos omnibus ista dies. Diffusus, parti. Cicero. 2. de Orat. Pollicitus, se ius ciuile quod nunc diffusum, & dissipatum est, in certâ genera coarctaturum.

DIFFUSE, [Diffusamente. Gal. Esparsément, largement, & avec estendue d'un costé & d'autre. Hisp. Derramadamente.] aduer. Cicero. 1. de Inue. Enumeratio est, per quam res disperse & diffuse dictæ, unum in lo cum coguntur.

DIFFUUSIO, onis, [spargimento,] dilatio: ut, Diffusio animi: Seneca de uita beata.

DIGAMMA, Aeolicum, dicta est F. littera, quod duplicis. L. imaginem referre uideatur. Cicero. ad Atti. lib. 9. Fundum suum Formianum uocat Digamma, quod nomen eius ab F. littera initium sumeret. Delicium (inquit) Digamma uenderem.

DIGERIES, [Dispositione.] διατάξις, digestio, dispositio. Macrobius.

DIGERO, is, p. c. digessi, digestum, [Ordinare, disporre. Gal. Porter ça & là, ordonner & disposer, mettre par ordre. Hisp. Ordenar, disponer.] διατάξω, ordino, dispono. Virg. 3. Aene. Digerit in numerum. Quandoque dilucido, interpretor. Idem lib. 2. Ita digere omnia Calchas. Quandoque diuido, distinguo. Plin. libro 18. Quandoque concoquo.

DIGESTIO, [Digestione. Gal. Ordonnance, distribution, ordre. Hisp. Repartimiento, ordenar.] Cicero. ad Atti. lib. 4. Stomachus concaluit, ut digerat multa cruda facilius. Quatuor autem in quoque corpore sunt digestiones: prima in uentriculo, secunda ab hepate, tertia in uenis, quarta in singulis membris, dum, quod unicuique membro utile est, ipsi membro sit nutrimentum, inuicem autem per poros & meatus excernitur. Macro. lib. 7. cap. 4.

DIGITALE, [Di misura d'un dito. Gal. De la grosseur, & spaisseur, la largeur, & longueur d'un doigt. Hisp. Cosa que tiene quandidad d'un dedo.] ο ακτυλαίο, quod habet mensuram digiti. Plin. lib. 22. Anchuse radix in usu est digitali crassitudine. Digitalia, substantiuum, digitorum tegmenta dicuntur. Var. lib. 1. de re ru. Olea, quæ digitis nudis legitur, laudabilior, quam illa quæ cum digitalibus.

DIGITATVS, [Che ha deñ.] qui digitos habet, Plin. li. 1. cap. 47. Auium quædam digitatæ.

- DIGITVS.** [Dito. Gal. Doit. Hifp. Dedo.] δάκτυλος, Pla. in Persa: Si me uno digito attigeris, te ad terram affligam scelus.
- DIGITÓRVM.** nomina sunt hæc, Pollex, Index: Infamis, siue famosus, Medicus, id est, medicinalis, seu anularis quod in eo anuli primū gestari consueuerunt. Minimus, qui & Auricularis, Indicem, qui pollicis proximus est, alio nomine. Salutarem ueteres uocauerunt. Mart. lib. de Nup. Phil. Quidam redimitus pu. r ad os compresso digito salutari, silentium communebat. Medius digitus alia habet nomina. nam dictus est Verpus, a uerendo Podice. ob quam certam causam Impudicus, & Infamis uocatus est. & quando porrigebatur, signum derisionis & contumeliæ erat. Mart. Ostendas digitum, sed impudicum. Iuue. Mediumque ostenderet unguem. Persius. Frontem atque nuda labella infami digito, & lustralibus ante saluiss Expiat.
- DIGITVLVS.** δάκτυλος, Tere. in Eun. Qui mihi nunc uno Digitulo fores aperis fortunatus. Digitum tollere, fauere, suffragari: Ho. Vulgus utroque suum laudabat pollice ludum.
- DIGITELLVS.** siue Digitellum, ἀκίμων, herba est, quæ alio nomine Sedum, siue Semperruum maius appellatur, Plin. lib. 25. cap. 13.
- DIGITVS.** in aquæ ductibus certus quidam aquæ modulus, quo ex castello in uicos, aut regiones, aut etiam in nobiliorum ædes aqua diuidebatur. Frontinus.
- DIGLADIOR.** [Far alle coltellate. Gal. Debatre par armes, & comme tirer à cauteaux, noiser. Hifp. Acuchillar.] διαμάχομας, gladijs certo. Cic. Per translationem pro dissentire, & contendere posuit. Quid (inquit) Antipater digladiatur cum Carneade tot uoluminibus?
- DIGNATIO.** onis, [Αμπίξξ, honore. Gal. Dignito, bonne reputation. Hifp. Dignidad, reputacion.] ἀξίωσις, amplitudo propter honores gestos, aut magistratum, uel ob oris, morumque maiestatem, Cicer. Atti. libro quarto. Nec quicquam, nisi de dignatione, laborat. Sue. in Vesp. Africam integerrime, nec sine dignatione adminittrauit. Liui. 2. Appius, haud ita multo post in principum dignationem peruenit.
- DIGNE.** [Degnamente. Gal. Dignement, comme il appartient, honestement. Hifp. Dignamente.] honeste, uti decet. Plau. Cic. de Sen. Numquam satis laudati digne poterit philosophia.
- DIGNITAS.** [Dignità. Gal. Dignité, bonne reputation. Hifp. Dignidad, honra, reputation.] ἀξία, amplitudo quædam ob honores gestos, uita integritatem, uel rerum gestarum magnitudinem. Cicer. Thermo. Ut omnib. in reb. ei te conuodes, quoad fides, dignitas q. tua patitur. Interdum pro uirili pulchritudine. Idem. lib. 1. Offi. Pulchritudinis duo sunt genera, unum muliebre, quam uenustatem appella mus: alterum uirile, quam dignitatem dicimus. Est etiam dignitas in sermone, cum scilicet oratio est grauis. ad Heren.
- DIGNO.** as, [Giudicar degno, degnare. Gal. Iuger & reputer digne, daigner. Hifp. Tener por b. en, hazer o reputar por digno.] ἀξίω, dignum iudico. Pacuius. Quis deos infernos, quibus cælestes, dignet decorare honoribus? Huius passiuum est Dignor, quod est dignus habere. Virgi. 3. Aen. Coniugia Anchisæ Veneris dignate superbo. Cic. Oecon. Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur, id est digni habentur. In frequentiore tamen usu est, Dignor deponens pro dignum iudico. Virgil. 1. Aene. Haud equidem tali me dignor honore. Sue. in Augult. Vniuersum genus operas publico spectaculo præbentiu etiam cura sua dignatus est. Dignandus. Cicer. 1. Aca. quæ secundum naturam essent, ea quadam æstimatione dignanda docebat.
- DIGNOSCO.** [Conoscere. Gal. Conoiscere entre autres, discernere. Hifp. Conocer entre cosas diuersas.] διακρίνω, discerno. Laet. lib. 6. Inuicemque se dignoscunt. Sue. in Othone. Galerico capiti adaptato, ut nemo dignosceret. Col. lib. 2. cap. 2. Dignoscereterram lapore. Plin. c. 17. Dignosci uix potest a mastiche uera.
- DIGNVS.** a sum, [Degno. Gal. Digne. Hifp. Digno.] ἀξίος, cui aliquid merito debetur: ut dignus laude, dignus castigatione. Pla. in Rud. Neque digniorem cenfeo uidisse me quemquam, cui deos, atque homines cenfeam benefacere magis decere. Terent. in Hea. Ego te meum esse dici tantisper uolo, Dum quod te dignum est facias.
- DIGREDIOR.** eris, [Partirsi. Gal. Partir d'un lieu. Hifp. Partirse de lugar.] ἀπαλλάσσομαι, discedo. Vir. 3. Aene.
- DIGRESSIO.** [Partita. Gal. Digression, changement de propos, departement. Hifp. A quella partida.] ἀπαλλαγή, pro discessu. Ci. ad Q. F. l. 1. Tuna cōgressio, tum digressio nostra. Digressio a proposito. Cic. de Or.
- DIGRESSVS.** us, ui, [Partita.] digressio. Cic. 2. Tusc. Tenuissimum lumen facit proximus accessus ad Solem, digressus autem longissimum. Idem ad Q. Fr. lib. 1. Digressum nostrum non tulissem.
- DIGRESSVS.** parti Digressa dicitur, quæ diuortium cum marito fecit. Sue. in Cæf. digressam a marito post biduum itatum duxerat.
- DIAMBVS.** διάμβος, pes metricus ex duobus iambris constans.
- DI MANES.** ab antiquis crediti sunt esse animæ hominum, quæ e corpore emigrauerant: unde etiam uerusta sepulcorum monumēta Dijs manib. uidemus esse inscripta. Alij manes eosdem esse putant, quos in nita Genios appellamus: uoluntque homini duos affi
- gnatos esse Genios, qui ne mortuorum quidem corpora deserant, sed una cum ijs sepulcra inhabitent. Apuleius de Dæmonio Socratis: Manes animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore nostro Genij, & a corpore separatæ Lemures uocabantur. Quod si domos infestarent, Laruæ dicebantur: contra, si boni fuerunt, Laræ familiares. Seruius a. bitratur Manes per antiphrasim quasi minime manus dictos: Sabinorum enim lingua Manum bonum dicebatur: unde & immanis. numerantur etenim manes inter uoxia numina, unde subinde inferijs erant placandi, nenocerent. Vide Manes.
- DIUOVS.** Gioue, Iupiter appellatus est, Vide Diespiter.
- DIUUDICATIO.** Cic. 1. de Leg. Ista quidem magna diuudicatio est.
- DIUUDICO.** [Giudicare distintamente. Gal. Discerner, distinguer, iuger distincement. Hifp. Juzgar muy bien, o entre partes diuersas.] διακρίνω, diligenter, aut diuim iudico. Cic. in Tusc. Vtrum igitur inter has sententias diuudicare malumus, an ad propositum redire. Ter. in Hea. Ego dicam quod mihi, uenit in mentem, tu diuudica: Ibidem Pergin istuc prius diuudicare, quam scis, quid ueri fiet? Pro decernere. Cic. 3. in Catil. Illæ diffensionese eiusmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordia, sed internectione ciuim diuudicata fiat.
- DIUINGO.** is, [Separare, diuidere. Gal. Desjoindre, separer. Hifp. Desunir o apartar.] διακρίνω, separo, diuido. Cice. Att. lib. 7. Diungere me ab illo uolo.
- DILABIDVS.** adiectiuum, quod facile dilabit. Plin. lib. 8. cap. 55. Vestes leporino pilo propter breuitatem pili dilabidas.
- DILABOR.** p. p. [Partirsi ascosamente. Gal. s'eschouer' choir petit a petit. Hifp. debez uarse o luyr de entre manos, παρολιθαίνω, diffusio, seu clam discedo. Cicer. 1. Tusc. Cum de immortalitate animorum coepi cogitare, assensio illa omnis dilabitur. Proprie uero dilabi, est deorium dilabi, corruere. Laet. lib. 3. Domus ab habitatore de sorta dilabitur. Cicer. in Læ. Iam a sapientium familiaritatibus, ad uulgares amicitias oratio nostra dilabitur, id est decurrit. Aliquando pro deficere. Laet. lib. 7. Dilabentis mundi senectutem, id est deficientis. Dilapsus parti. ad Here. lib. 4. Hi simulat fortuna dilapsa, deuolant omnes.
- DILACERO.** as, [Lacerare. Gal. Deschirer, destruire & gaster. Hifp. Despedazar en partes diuersas, gaster.] διασπείρω, lacero. Laet. l. 4. In quibus dilaceratus est. Metaphorice significat perdere. Cic. pro Mil. Animum integrum ad dilacerandum reimpub. Dilacerantur opes. Oui. epi. Dilacerandus Catullus.
- DILANIOR.** [Stracciare. Gal. Mettre en piece, deschirer. Hifp. Despedazar en muchas partes.] διασπείρω, diuersas partes lano. Cic. pro Mi. Nocturnis canibus dilaniandum. Comas dilaniare, Oui. 3. Am.
- DILAPIDO.** as, [Consumare. Gal. Dissiper & follement despendre. Hifp. Destruyr como a pedreado,] disperdo. Cic. ad Augustum: Publicam dilapidabat pecuniam. Proprie tamen Dilapidare est, lapidibus purgare. Caro. de re ru. cap. 46. Locum bispalio delapidato, id est lapides auferro. Rectius tamen, Delapidato.
- DILAPVS.** rapide fluiuis, Cicer. 2. de Leg. Dilapsa aqua. 2. de Natu. deo.
- DILARGIOR.** iris, [Donare a diuersi. Gal. Faire largesse, donner largement. Hifp. dar en diuersas partes.] διαδίδωμι, uarie largior. Cicer. de lege Agr. Sylla omnia, quibus uoluit, est dilargitus.
- DILATO.** as, [Allargare. Gal. Eslargir, estendre y dilatar. Hifp. Dilatar, ensanchar y estender,] Cic. pro Fla. Non dilatabo orationem meam.
- DILAUO.** as, [Laudare. Gal. Lower foot ou en plusieurs manieres, priser. Hifp. Alabar.] εὔταυέω, ualde laudo. Ci. Att. li. 6. Audebo legere unquam eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero?
- DILEMMA.** atis, argumentum quod utriusque aduersarium capit. Cicer. complexionem uocat.
- DILIGENTER.** [Diligentemente. Gal. Diligemment, songneusement. Hifp. Diligente y curiosamente,] Terent. in Eun. Curato istam diligenter uirginem.
- DILIGENTIA.** [Diligenza. Gal. Diligence, soing. Hifp. Diligencia, sollicitude,] Plautus in Rud. Curate hæc magna diligentia. Diligentia ad corpus, & ad animum refertur: cura, ad animum: opera, ad corpus.
- DILIGENS.** [Diligente, asiduo. Ga. Diligent, songneux. Hifp. Diligente y curioso.] ἐπιμελής, gnaus, solers, minime legnis, a diligendo, quod ea quæ diligimus, studiose obeamus. Cic. 6. in Ver. Diodorus, homo frugi, ac diligens, qui sua seruare uellet. Idem de Anticitat: Scipio querebatur, quod in omnibus rebus homines diligentiores essent, ut capras, & oues quot quisque haberet, dicere posset, amicos quot haberet, dicere non posset.
- DILIGO.** is, dilexi, dilectum, [Amare. Gal. Aimer, porter faueur. Hifp. Amar.] φιλέω, amo, minoris tamen uis est. Cicero ad Brutum: Me aut amabis, aut, quo contentus sum, diliges. Quid. secundo de Ponto: Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est. Quandoque diligere significat diuidere, Plaut. in Curcul. Clypeatus elephantum machæra diligit. Titin. apud Nonium: Pernam totam diligit.

- DILIGENTIA**, *δiligentia*, figura cum ambiguum dictum duas res significat.
- DILORICO**, as, p. p. [*squarciare. Gal. Deschirer, rompre. Hisp. Desmaller, hender.*] *διλκόριον*, discindo. Cicer. 2. de Orat. Non dubitavit rei diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduersas ostendere. Egesippus libr. 3. quemcumque reperiebant, diloricabant, id est loricas dissoluebant, ut diffibulare, est discingere, & fibulam soluere.
- DILUCEO**, es, ere, diluxi, [*Risplendere. Gal. Luir, estre clair. Hisp. Luzir, ser claro.*] *διλύειν*, perfecte lucere. Gel. lib. 2. Eo die qui post eam noctem diluxerit. Hor. in epist. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Translate pro patere, Liui. 3. Dilucere res magis patribus.
- DILUCESCIT**, [è d. *Gal. Le iour point, le iour armenca a aparoir. Hisp. Al noyce y asiene el alua.*] *διλύεσθαι*, dies fit. in Catil. Cum iam dilucesceret.
- DILUCIDE**, [*Chiaramente. Gal. Clairement, apertement. Hisp. Clara y manifestamente.*] clare, perspicue. Terent. in Phorm. Dilucida expediuit iudicib.
- DILUCIDO**, as, [*dichiarare.*] *ἐπιφωτισθαι*, declaro, clarum facio. Ad Her. lib. 3. In docendo rei dilucidandæ causa dolum appellauimus.
- DILUCIDVS**, clarus, [*Chiario.*] Cic. 3. de Fin. Dilucida oratio.
- DILUCVLASCIT**, [*Farsi di.*] *ὀρθὸς γινεσθαι*, diluculascere incipit.
- DILVCVLO**, aduerbiū, [*Al far del giorno. Gal. A l'aube du iour, au point du iour. Hisp. Al tempo de la madrugada.*] *λυκόφωσ*, summo mane. Cic. ad Att. lib. 16. Cum uenisset diluculo ad pontem Tirementum.
- DILVCVLO**, as, [*Farsi giorno, aggiornare. Gal. Se faire iour, ie iour poindre. Hisp. Madrugar ó amanescer.*] *ὀρθύω*, significat diluculum fieri. Gel. Die crastino, ubi primum diluculabit.
- DILVCVLM**, li, [*Alba, aurora. Gal. L'aube du iour, le point de iour. Hisp. El alua ó mañana, ó madrugada.*] ante solis ortum, aurora, quasi parua diei lux. Cic. pro Rosc. primo diluculo nunciis Ameriam uenit.
- DILVIA**, orum, [*Intermissione de giuochi. Gal. Intermision de ieu, delaje ment de ieu. Hisp. Cessation del iuego ó buylas.*] ludorum intermissio. Horat. lib. 1. epist. Displicet iste locus, clamo, & diludia posco. Vbi Acron. Diludia sunt tempora, quæ gladiatoribus conceduntur, ut intra quinque dies pugnent. Porphirio: Diludia, intermissio ludorum.
- DILVO**, is, lui, lutum, [*Lauare. Gal. Destemper, ramollir, dissoudre en liqueur. Hisp. lavar, desleir.*] ex di, & antiquo uerbo luo, lauo, & purgo. Cæf. 2. Bel. Cui. Ne canalibus aqua immissa lateres diluere possent. Item aquam, uel alium liquorem miscere. Virgil. quarto Geo. Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho. Persius: Diluis helleborum, pro, medicamentis temperas. Translate. Cicer. 3. Tuscula. Quæ cogitatio omnes molestias extenuat, & diluit. Diluere crimina, id est refellere: ut oratores, quando refellunt obiectiones aduersarij. Cicer. 7. Ver. Quo facilius crimen inimicorum diluere possim. Pro explicare, Plau. in Rud. Abstine maledictis, & mihi quod rogauit, dilue.
- DILVTVM**, uocatur id liquidum, in quo aliquid certo tempore fuit maceratum. Plin. libr. 27. capitu. 7. Bibitur & madefacti absinthij dilutum. Diluti ratio est, ut quilibet fuerit modus aquæ, tegatur per triduum.
- DILVTVS**, a, um, [*Misto, temperato. Gal. Destrempe, meslé paroui. Hisp. Mezclado, templado.*] *κεκραμένος*, temperatum: unde unum aqua mistum dicitur dilutum. Mart. Diluti bibis unciam Falerni. A quo Dilutius, & Dilutissimum, unde Celsus præcipit hieme meracius esse bibendum, æstate dilutius. Dilutus color, ueluti aqua adhibita iniunctus intensus. Gel. Luteus color rufus est dilutior.
- DILVVIUM**, [*Diluuium. Gal. Delugey auine di eawe. Hisp. Diluuiio, au nida de aqua.*] *κατακλυσμός*, terræ inundatio ab immodicis imbribus, maris uel fluij uel incremento proficiscens. Plin. in epist. Hic asfiduæ tempestates, & crebra diluua. Diluuium metaphorice pro exersione Troiz dixit Virgil. Diluuium ex illo diuerso per æquora uecti. Dicitur & Diluuius, diluuii, fem. gen. Lucr. libro 6. Pars etiam glebarum ad diluuium reuocatur Imbribus. Diluuium, uias, are, aquis obruere. Lucr. lib. 7.
- DIMANO**, [*Deriuare in diuersa parti. Gal. S'espandre. Hisp. Manar en diuersas partes.*] *διαπέω*, diuersè mano. Cic. pro Cælio, Meus hic forensis labor, uitæque ratio dimanauit ad existimationem hominum commendationem meorum.
- DIMENSIO**, [*Misura. Gal. Mesurement. Hisp. Medidas.*] *διαμέτρσις*, Cic. 1. Tus. De dimensione quadrati.
- DIMETIENS**, tis, fem. gen. *διὰ μέτρος*, linea recta, figuram, qua longissime patet, ex æquo secans. Pl. lib. 2. cap. 23. Quantas dimetiens habet septimas.
- DIMETOR**, ris, mensus, sum, [*Misurare. Gal. Misurer, compasser. Hisp. Medir.*] *διαμετρέω*, metior. Cic. de Sen. Mori uidebamus in studio demetiendi penæ cæli atque terræ. C. Gallum. Idem in Ora. De syllabis prope denumerandis & dimetiendis loquimur. Dimensius,

parti. Cic. 2. de Sen. Ita sum omnia dimensus.

DIMETOR, pe. pr. aris, atus, sum, [*Misurare.*] metor. Cicer. 2. de Natu. Deor. Eorum cursus dimetari, temporum uarietates cognouimus.

DIMICATIO, [*Battaglia. Gal. Combat. Hisp. Pelea.*] Cæf. 7. Gal. Omnium superiorum dimicationum fructum in eo die, docet consistere. Cic. pro Sylla. Subeunda dimicatio.

DIMICO, as, p. c. [*Combattere. Gal. combattre. Hisp. Pelear.*] *ἀγωνίζομαι*, pugno. Cæf. 7. Bel. Gal. Ne contra suam uoluntatem dimicare cogeretur. Cicer. de Natu. Cum Posthumius cum Octauium dimicaret.

DIMIDIVS, a, uni, [*Partito per mezzo.*] *ἡμίτομος*, quasi per medium diuisus. Cice. de Natu. Maior, quam dimidia pars terræ. Gel. li. 3. c. 14. Dimidiatum est, non quod ipsum dimidiatum, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Mart. Dimidium, donare Lino, quam credere totum.

DIMIDIATVS, a, um, [*Partito in due parti uguali. Ga. Parti en deux. Hisp. Demediado en dos partes.*] dicitur de rebus quæ continuæ sunt, & non separantur: quasi dimidiatus, & in partes duas pars diuisus. Cice. in Ver. Exemit ex anno unum dimidiatum q. mensum. Id. in 5. Tuscu. Epigramma ex eis posterioribus partibus uersiculorum, dimidiatis tere. ut autem qui ex mille denarijs, qui ei debebantur, quingentos recepit, dimidium se receptive dicit, non dimidiatum, ita si scyphus argenteus cum alio communis, in partes duas diuisus sit, dimidiatum dicemus, non dimidium scyphum. Gel. lib. 3. c. 14.

DIMIDIATIM, aduerbium, Per mezzo. Gal. Par le milieu, la moitié. Hisp. Per medio ó la mitad. Plaut. in Mil. Dimidiatum dum appetunt, id est dum sibi uolunt dari dimidiam partem.

DIMINVO, uis, [*Diminuire. Gal. Diminuer, amoindrir, apettisser. Hisp. desmenuçar ó menguar.*] minuo. Ci. de Cla. Orat. Interitu talis augur dignitatem nostri collegij diminuat dolebam.

DIMINVTIO, capitis, apud iuriconsultos est prioris status permutatio, cum. s. aut libertatem, aut ciuitatem amittimus, aut per adoptionem, alterius nos potestati submittimus. Est autem triplex capitis diminutio, maxima, media, & minima. uide libro. 1. de Cap. diminut. Cic. 1. Tuscu. Solem, Lunamq. accretione, & diminutione luminis.

DIMITTO, [*Mandare in diuersa parti, lasciare. Gal. Enuoyer, donner congé, & laisser en aller, delaisser. Hisp. Embax a diuersas partes.*] *διαπέμπω*, diuersa in loca mitto. Vir. 1. Aen. Per lictora certos dimittam. Aliquando abire, permittere, abeundi potestatem facere, Cicero lib. primo Offi. Cum Pompilio uideretur unam dimittere legionem. Sal. Ei pollicitus operam suam domum dimitti. Aliquando permittere. Cicero lib. primo de rep. Tum annui consules, tum dimissis populo fasces. Aliquando derelinquo. Ci. li. 12. epist. Non iis circo eorum usum dimiseram, quod ijs succenserem. Dimissus, omissus. Ci. in 4. Acad. In ista philosophia, quæ nunc prope dimissa reuocatur. Hinc Dimissio. Ci. in Parad.

DIMOUO, nes, [*Rimouere, mouere. Gal. Remouoir, rebouter. Hisp. Mouer.*] remoueo, & de proposito deduco *ἀποτρέπω*, Vir. 1. i. Ge. Agri cola incuruo terram dimouit aratro. Ci. pro Cec. Dimoueri, & de pelli de loco, nec esse est, eum, qui deiicitur. Idem in Parad. Voluptas, quo est maior, eo magis mentem sua sede, & statu dimouet. Pla. perfa. De hac sententia non dimouebor.

DINDYMENE, & Dindyme, Cybele: quod in Dindymo eius sacra fiunt. Mart. li. 8. Non per mytica sacra Dindymenes iurat Gellia.

DINDYMVS, *δινδυμῆς*, in singulari mascul. in plurali neutri iuga montis Idæ, matri deum dicata. Prop. Dindymus & sacra fabricata inuenta Cybellæ. Vir. li. 9. Aen. Item per alta Dindyma.

***DINOCRATES**, Messenius fuit lasciuia, luxuria, & uitæ incontinentia insignis.

DINUMERATIO, onis, exornatio quædam uerborum. Ci. de Orat.

DINUMERO, as, [*Numerare. Gal. Denommer, conter. Hisp. Contado por numeros.*] numero. Pla. Rud. Mille nummos dinumerauit. Ter. Adel. Iube nunc iam dinumeret illi uiginti minas.

DIOBOLARES, metretices dicuntur, quæ duobus obolis conducuntur, inquit Festus. Pla. in Pœn.

***DIOCLES**, Atheniensis comicus, & Carystius medicus.

DIOCETES, *διοκρητης*, qui procurationem suscepit. Cic. pro Rab.

DIODORVS, p. q. *διόδωρος* cognomento Chronus, dialecticus, ex Iasfo Afæ ciuitate, qui Platonis tempore Euclidem audiuit. Dicitur Chronus ab Apollonio Chrono eius præceptore, cuius ut famulus obscurauit, ita & cognomen usurpauit. Dialecticus etiam appellatus, quod (ut ait Laertius) primus innolutum differendi genus inuenit. Str. li. 14. Et Laertius. Diodorus comicus poeta, cuius comedias enumerat Athenæus. Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis philosophi, eius, qui composuit Dictionarium Atticū Floruit Adriani temporibus. Suidas. Diodoros præterea duos è Lydia Tiberij tempore Strabo commemorat, ambos oratores. Præterea fuit & Diodorus Siculus nobilissimus historicus qui uariâ hiæstoriam

floriam libris quadraginta conscripsit, quam Bibliothecam nominavit. floruit Augusti temporibus.

***DIODECISI**, διοκιστης, gubernatio, seu iurisdictio, Cic. in epist.

DIODEGENES, nomen philosophi Cynici celeberrimi, Antisthenis discipuli, de quo scribitur, quod cum Antisthenes nullum discipulorum recipere, & perseverantem Diogenem removere non posset, non uisime clava minatus est, nisi abiret. cui ille subiecisse dicitur caput, acque dixisse, nullus tam durus baculus erit, qui me a tuo posset obsequio separare. Habitavit in portarum uetibus, & portibus ciuitatum: cumq. se contorqueret in dolio, uolubilem se habere domum iocabatur, & se cum temporibus immutantem, frigore enim os dolij uertebat in Meridie, æstate ad Septentrionem: & utcumque Sol se inclinauerat, Diogenis dolium uertebatur. Ferunt accedentem Alexandrum rogasse, ne sibi apricanti a Sole obstaret. Obijt serme nonagenarius.

***DIODOTVS**, fuit unus itinerum Alexandri regis mensor. Plin.

FAVORABILIS, [Fauorito, grato. Gal. Favorable, fruoise, fauori. Hispan. Favorable à digno de fauor.] graciosus, ac fauoris plenus apud omnes. Quint. lib. 11. cap. 1. Aliter pro alio dicendum est. ut qui que honestus, inuidiosus, fauorabilis erit. Dicitur etiam Fauorabilis actiue, pro eo, qui fauet. Liu. 22. Auram fauorabilis populi ex dicta toria inuidia petit.

FAVORABILITER, [Con fecta. Gal. Favorablement. Hisp. fauorablemente] plausibiliter. Quint. lib. 4. Perisq. moris est in aliquem plausibilem

abilem locum quam maxime possint favorabiliter excurrere.

FAVORINVS, philosophus, de quo frequens mentio apud Gel. oriundus Arelate, celebri Gallie Narbonensis oppido. Inde in Gracia profectus, sub Dione Philosophie operam dedit. Hic tria precipue in se solebat admirari: quod, Gallus cum esset, Greciffare; cumque eunuchus esset, in adulterij tamen suspitionem aliquibus ueniret: & cum Imperatorem inimicum haberet, adhuc tamen uiueret. erat enim Adriano Cæsari insensissimus. Hæc ex Philostrato.

FAUSTIANVM VINVM, quod in medijs collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in summis iugis, Gauranum uocabant: quod in medijs collibus, Faustianum: quod in ima radice, Falernum. Plin. lib. 14. cap. 6.

FAUSTVLVS, pastor, Remi & Romuli nutritor. Liu. lib. 1.

FAVSTE, [Felicemente. Gal. Heuresement. Hisp. Dichosa y bien auenturada mente.] Felicit. Cic. pro Mur. Sum precatus ut ea res faulste, felicitet, prospere eueniret.

FAVSTITAS, tatis, [Felicità. Gal. Bonne auenture, bonne fortune, bon heurs. Hisp. Aquella dicha o bien auenturada.] pro felicitate d'τυχια, apud Hor. 1. Car. Ode. 5.

FAVSTVS, a, um. [Prospero, felice. Gal. Heureux. Hisp. Dichoso o de buena auentura.] a fauere, δ'τυχης, prosperum ac felicem significat, cui fortuna fauet. Terent. in Andr. O faustum & felicem hunc diem.

FAVTO, qui alteri bene cupit. Cic. pro Plan. Multi fautores laudistuz. Fautrix. Cic. pro Plan. nostra illa fautrix suorum regio.

FAVVS, apum cellulæ: a fouendo, quod in his sobolem foueant. Vir. 4. Geo. Prima fauis ponunt fundamina. Plau. Meus fauulus.

FAVX, cis, uel potius in plu. nu. Fauces. nam singularis numerus raro est in usu. δ'αυωξ, superior pars gulæ mænto propinqua, sed interior ubi os angustatur. Plin. lib. 11. Summum gulæ fauces uocantur, postremum stomachus. Cice. 1. Tuscul. Has imagines loqui uolunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium, laterumve & pulmonum ui & figura potest. Fauces per translationem dicuntur stricti ingressus uallium, seu alterius loci: ut, Fauces Orci. Vir. 6. Aen. Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci.

FAX, [Face, facella. Gal. Vn flambeau, une forche ou un fallot. Hisp. La barcha de cera o tea encendida.] δ'αξ, fustis incilus, & cera, uel oleo inunctus ac compositus ad lumen faciendum: sitque precipue ex arundinibus aridis, & picei generis arboribus, cuiusmodi sunt tæda, & Larix. Varro de Vita pop. R. lib. 2. Cum a noua nupta ignis in face afferretur, de foco eius sumptus, fax ex pinu ablata esset, ut eâ puer ingenuus afferret. Per translationem accipitur pro incitatore, & auctore alicuius facinoris. Plin. in Epist. Theophanes, fax accusationis & origo. Cic. pro Domo: Nonne senatui prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax seditionis adhæresceret? Addere faces alicui, est eum incitare, incendere, inflammare ad aliquid agendum. Tacit. lib. 17. Flagrantibus iam multum animis ueluti faces addiderat. Mziuis. Primam faciem, noctis principium uocitabant, quod tum primum uti face incipiamus. Gell. Cum iam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cepissent, discelsimus. Facem in nuptijs præferre solebant, siue ad obseruandam antiquam consuetudinem, quod non nisi noctu duci nouas nuptas a sponsis mos erat: siue in honorem Cereris, quæ facem in querenda Proserpina gestauerat: siue ut noua nupta igne & aquam, quæ duo sunt in uita maxime necessaria, cum uiro communicare uideretur. etenim aqua quoque aspergi solebat, ut casta puraque ad sponsum diceretur.

FAXO, pro faciam. Vir. lib. 12. Ego fœdera faxo. Firma manu. Verbum est defectiuum, quod tantum habet futurum indicatiui, nec id omnino integrum, ad hunc modum Faxo, is, it, & in numero plurali Faxunt: & in futuro optatiui, & presentis subiunctiui, Faxim, is, it, faximus, itis, faxint. Ter. in He. utinam Dij faxint. Ennius apud Cl. de Sen. Nemo me lacrymis decoret, nec funera faxit.

F A N T E

FEBRICITO, tas, [Hauer la febre,] πυρεστω, febre laboro. Col. lib. 7. **FEBRICVLA**, æ, [Febre piccola,] πυρεστω, parua febris. Planc. Cicer. lib. 10. fam. Ex labore in febriculam incidit assiduam, & satis molestam.

FEBRICVLOSVS, cum multa febris. Gel. Morbus febriculosus.

FEBRILIS, le, [Di febre,] ad febrem pertiueus. Apul. Ardore æstiuans febrili.

FEBRIO, is, iui, itum, [Hauer febre. Gal. Estre en feure, auoir la feure. Hisp. Tener febre.] πυρεστω, febrem patior. Cels. lib. 6. cap. 11. Potiones, si febrat puer, aquæ.

FEBRIS, febris, [Febre. Gal. Fieure. Hisp. Fiebre, Calentura.] πυρεστω, a feritate morbi, uel (ut Seruius docet) a feruore: est interperies calida totius corporis. Cice. ad Trionem: Is mihi nunciavit te plame febris carere. Febres periodicæ, quæ stasitæporib. periodo accedunt, & recedunt, ut quotidianæ, tertianæ, quartanæ. Plin. lib. 20. cap. 3. Adalligata febribus, quas Græci Periodicas uocant,

Sunt & alia febrium genera, quæ ex libro Galeni, de Febribus per tenda relinquimus.

FEBRVA, orum, καθάρματα, dicebantur, quæ purgamenti causa in quibuscunque sacrificijs adhibebantur. Plin. Priscis temporibus opinio obtinuit, Februa esse omnia, quibus malefactorum conscientia purgarentur. Oui. 2. Falto. Februa romani dixere piamina patres.

FEBRVAREVS, [Febrario,] mensis dictus, quod tum, id est extremo anni mense, populos februa retur id est purgaretur. per duodecim. m. dies continuos Februarij celebrabantur Februa: hisque diebus pro impetranda motuorum manibus quiete, omnis populus piaculis, sacrificiis que circa sepulchra accelsis facibus, cæreisque intectus erat. Et Iuno februa, siue februalis dicebat, quod ei hoc mense sacra fiebant.

FEBRVO, as, lustror, purgo, [Purgare. Gal. Puyger par sacrifices. Hisp. Purgar, alimpiar.] καθάρω, a feruere; hoc enim adolendo, & flammis feruentibus fieri solebat. uel a Sabinorum lingua, qui Februi purgamentum dicunt. Varro de uita populi R. in eorum enim sacris liba cum sint facta, incerni solent farris seminae, ac dicere, se ea februa, id est, pura facere.

FEBRVVS, δ'δ'ες, dictus est Pluto, Inferorum Deus, quod ei mense Februario sacrificaretur. Macro. lib. 1. Sat.

FECIALES, [Avaldi,] δηλιαδεις, Plau. dicti a faciendo, ut auctor est Festus quod belli pacisque faciendæ penes eos ius erat. neque enim licebat bellum alicui inferre, nisi hi & iusta causa susceptum declarauissent, & prius indixissent. Varro: itaque bella tarde, & nulla temeritate suspiciebant: quod bellum nullum, nisi pium, putabant geri oportere. Et priusquam indiceretur bellum ijs, a quibus iniurias factas sciebant, Feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores uocabant. Cice. 7. in Verr. Habemus hominem in Fecialium manibus educatum: unum præter ceteros in publicis religionibus fœderum sanctum ac diligentem. Fecialis, & hoc ale. Cic. 1. Offi. Belli æquitas sanctissime feciali populi R. iure præscripta est.

FEL, fellis, [Felle. Gal. Fiel. Hisp. Hiel.] χολη, humor fluus in corpore, in infima hepatis parte, in uesicula quadam contentus, quam Cistulam fellis appellant. Humor autem ipse a medicis Flaua bilis appellatur. Cic. de Diu. Gallinaeum fel. Aliquando Fel, quod sit amarissimus humor, pro animi amaritudine ponitur. Plaut. in Truc. In melle sunt linguæ felis ueltrae, atque orationes, Corda in felle sunt sita. Fel terra-genus herbae (quæ & Centaurion, teste Plin. lib. 5. cap. 6.) propter amaritudinem summam appellatur.

FELLEVS, a, um, [Disfelle,] Plini. libr. 26. capi. 12. Sudores felleos mouent.

FEL, huius felis, mas. ge. [Gatto. Gal. Vn chat. Hisp. Gato.] δ'α γρος, animal quadrupes, quod nobiscum in domibus tenemus ad murum uenatum. Plin. lib. 10. cap. 73. Feles quo silentio, quam leuibus ue stigijs, quam multo speculatu musculos exiliunt. Varr. lib. 3. Parictes testosio leuigant, ne felis aliæ bestia introire ad nocendum possit. Sunt & felis feræ, domesticis aliquando maiores, pelle nigris maculis uariata, ex quibus domesticum nostrum animal uideatur propagatum.

FELICITAS, aris, [Felicità. Gal. Bon heur, prosperité. Hisp. Bienauenturada y felicidad.] δ'δ'αυνοια, prosperitas. Cic. pro Fon. Præcipue ex eo genere homines, quorum industria, uirtus, felicitas cognita in militari sit, diligenter uobis retinendos existimetis. Felicitas terre, fœcunditas, fertilitas, apud Plin. in Epist. frat. & dea apud Romanos, hoc nomine, cui ad impetrandum prosperos rerum institutarum successus sacra fiebant. August. 4. Ciuit. Quid felicitas? dea est, ædem accepit, aram meruit, sacra ei congrua instituta sunt.

FELICITER, [Felicemente. Gal. Heuresement. Hisp. Bienauenturada y felicemente.] δ'δ'αυνοιας, prospere, beate, fortunate. Cicer. 3. de Fini. Necesario sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate uiuere. Vir. 1. Geo. Hic segetes, illic ueniunt felicitus uia.

FELICITVS, as, [Felicitare. Gal. Rendre heureux, faire heureux. Hisp. Hazer bienauenturado.] δ'δ'αυνοιας, felicem facio. Contrarium est in felicitate, infelicem reddo. Plaut. Pœn. Dij illum infelicitent omnes.

FELIX, [Felice, fortunato. Gal. Heureux. Hisp. Bienauenturado.] δ'δ'αυνοιας, prosper, beatus, fortunatus. Virg. 3. Aenei. Viuit felices, quibus est fortuna peracta iam sua. Interdum significat, qui scilicet alios felices reddit. Idem. 1. Aen. Sis felix, nostrumque leues quæcunq. laborem. Vbi Seruius: Felix, propitia. Felix enim dicitur, & qui habet felicitatem, & qui facit esse felicem. Vnde & deos felices, uel infelices dicimus ex rebus, quas præstant. Idem in Daphnide: Sis bonus o felix que tuis. Aliquando idem quod utilis, siue commodus, Mart. Illa manus quondam studiorum fida meorum, Es felix domino, notaque Cæsaribus. Aliquando fœcundus, ferax, fertilis, Virgilius, secundo Georgi. Exiit ad cælum ramis felid-

FELICIBUS arbor. *Martial. lib. 13.* Hos Amiternus ager felicibus educat hortis.

FELICICO, as, [*Tettare, poppare. Gal. Tetter. Hisp. Mamar leche.*] *Ἐλλάξω*, lac exugo. *Solinus in Collect. Mater pullo præbet ubera fellicanda.* Forte legendum *Velliscanda.*

FELLO, las, [*Succiare, poppare.*] *Ἐλλάξω*, lac exugo. unde etiam ad obsecram eorum libidinem transfertur qui uirilia intra os recipiunt, & illa perinde ac papillas exugunt.

FELSINA, [*Bologna.*] urbs Italiae, postea Bononia appellata. *Plin. lib. 15. cap. 3.*

FEMEN, inis, *μυρὸς*, Femur. Proprie tamen Femina, teste *Valla lib. 4.* sunt interiores partes, Femora exteriores: femina posteriores, femora anteriores, *Plin. lib. 11.* sic de apibus scribit: Prioribus pedibus femina onerat, propter id natura scabra. Et *lib. 28.* Femina arteri equitatu, notum est. Femina enim interiora equitando atteruntur, non exteriora. *Luc. lib. 4.* Ideo fastigia posse Surarum ac feminum pedibus fundata plicari. Hinc *Apuleius* finxit uocabulum, *Interfemineum*, pro pudendis mulieribus, ueluti positis inter femina. *Col. lib. 7.* Vitale sub femina manum subiciere, ne ad huiusmodi tactum postmodum pavescant. Existimat *Seruius* semen in nominatio non reperiri: *Priscianus* docet esse in raro usu. Femina etiam inferiores partes significant: Inam a flexu dicta uidentur, ubi igitur iunctura cum flexu pedis est, Femina dicuntur. *Plaut. in As.* Afinos uetulos, quibus obrutæ ad femina erant unguæ. *Col. lib. 6.* Femina secari & interdum iniuri solent. *Cic. de Nat. Redundans* pedibus, feminibus, curribus.

FEMORALIA, [*Brache. Gal. Des braves, hauts de chausse. Hisp. Las bragas, Zaragoza, muslos de calzas.*] *ἠεζώματα*, pro uerendorum tegminibus. *Suet. de Aug.* Hieme thorace lanceo, & femoralibus, & tibia libus muniebatur.

FEMUR, oris, *μυρὸς*, quod & Femor dicitur, secundum *Phocæ* a ferendo, quod his præcipue partibus sustineatur animal atque feratur. Vide *Femen. Liu. 24.* *Scipionis* femur tragula, confixum. *Ci. de Cl. Or.* Frons non percussa, non femur.

FENESTRA, stræ, [*Fenestra. Gall. Fenestre. Hisp. La finestra à uentana.*] *ὕψις, ἢ τὸ ἀνεῖν*, lucere. Est enim ad lucem reddendam. *Ouid.* Qua lumen thalamis parua fenestra dabat. Interdum ponitur pro aditu, & occasione, *Terentius* in *Heaut.* Hui, quantam fenestram ad nequitiam patefeceris. *Cicero* in *Tusc.* Ex partes quasi fenestæ sunt animi.

FENESTRATUS, ta, tum, [*Aperto.*] apertum, *Plaut.* Nulla fenestratior domus.

FENESTRO, as, [*Aprire fenestre. Gal. Faire fenestre, & ouvrir quelque chose. Hisp. Abrir alguna cosa, haçer fenestras.*] fenestras aperio. *Plinius lib. 11. cap. 37.*

FENESTELLA, [*Fenestrella.*] *ὕψις τοῦ*, & Fenestricula, deminu. a fenestra. *Colum. lib. 1. cap. 1.* Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. Est etiam Fenestella nomen proprium historici sæpius a *Plinio* citati, qui nouissimo tempore *Ti. Cæsaris* claruit. Fenestella item alius, cuius de magistratibus Romanorum liber extat.

FERABILES, p. p. dicitur agrestis. *Sisenna* apud *Nonium.* partim fera bite. partim lauro ac pinu abundant.

FEROCITAS, tatis, [*Ferocità. Gal. Fierte, orgueil. Hisp. Braxeza con desatino.*] *ἀσπίς*, *Col. lib. 3. c. 2.*

FERAE, arum, [*Fiere. Gal. Bestes sauvages. Hisp. Las bestias bravas y fieras.*] *ἄσπερος*, a ferendo, quod cum imperu, & sine ratione ferantur: aut quod naturaliter utantur libertate, & pro desiderio ferantur. Proprie autem *Feræ* dicuntur, quæ ferocitatem habentur leones, par di, lupi: quæ ubi mansuetæ sunt, cicures appellantur. *Ouid. in ep. Ariad.* Mitius inueni, quam te genus omne ferarum. Interdum *feræ* significatio latius extenditur, ut omnia fere bruta terreftria complectatur. *Cic. 1. Off. Expertes* rationis & orationis.

FERALIA, orum, *νεκῶν*, feræ Romanorum, diis manibus sacratæ, a ferendis ad tumulum epulis. *Ouid. 2. Fast.* Hanc, quia iusta ferunt, dixere *Feralia* lucem, *Vltima* placandis Manibus illa fuit. *Cicero Att. lib. 7.*

FERALIS, le, [*Mortale, crudele. Gal. Mortel, pestifere, perniciox. Hisp. Mortal, cruel.*] *ἄσπερος*, funestum, dirum, exitiale, a Feralibus ducibus, quibus epulæ in mortuorum sepulchra inferebantur. *Virgilius 4. Aeneid.* Ferali carmine bubo *Visa* queri. Generaliter dicitur de omni re ad mortuos pertinente; unde *Ferales* uitæ, funeri accommodatæ. *Feralia* amacula, uestimenta, quibus cadauera defunctorum uestita sepulchro conduntur. *Feralia* foedera, *Tedæ* feralis, & *Arma* feralia, mortifera. *Feralis* cultus, pro funebri & lugubri. *Feralis* arbor. *Plin. lib. 26. c. 10.* *Picea*, feralis arbor, & funebri indicio ad fores posita. *Ferales* præcones, quos ante ambulationes atratos Latine appellare possumus, ex quorum grege sunt funerum indictores. *Budæus.*

FERAX, cis, [*Fertile. Gall. Qui porte & raporte beaucoup, fertile, de grand report. Hisp. Cosa fertil.*] *ἀσπίς*, fertilis, fructuosus. *Plin. in Epid. Nul-*

lum agrum opinor in agro Attico æque feracem. *Cic. de Inuent. Agri* sunt feraces.

FERCULUM, [*Vivande. Gal. Vn mets de viande, qu'on porte & met en sue le table. Hisp. Manjar à cosa que se lleva en plato.*] *παράτιθέμενον*, teste *Nonio* est missus cibi, ita dictus, quod ad mensam inferatur. *Hor. 2. Ser. Sat. 6.* Multaq. de magna superesset fercula cena. Aliquando pro gestamine, quo pompa deferri solet. *Suet. in Cæsare: Pontico triumpho*, inter pompæ fercula trium uerborum prætulit titulum, *VENI, VIDI, VICI*, id est, inter pompæ triumphalis gestamina, quo nomine continentur simulacra oppidorum, spolia hostiū, coronæ, machinæ, & id genus alia. *Acron* docet, *Fercula*, esse *Pulpita*, in quibus deorum simulacra reponerentur: quia in pompa *Circensium* huiusmodi simulacra deorum ferebant. *Cic. lib. 1. Off. Ca* uendum est, ne tarditibus utamur in ingressu mollioribus, ac similes pomarum ferculis esse uideamur.

FERRIS, [*Quasi. Gal. Presque, il ne s'en fait gueres. Hisp. Quasi, à poco mas à menos.*] *παρὰ μικρὸς, ἄσπερος*, idem quod *pene*: ut, *Fere* hominem occidisti: id est, parum abfuit, quin hominem occideris. *Fere* pro plerumque, *Ter. Phor. Pauper*, cui opera uita erat, ruri fere se continebat. *Quinct. lib. 2. cap. 5.* *Fere* minus ualent præcepta, quam experientia. Interdum ita construitur, ut intelligatur quædam ueritas. *Quinct.* Hæ fere sunt emendate loquendi scribendique partes, id est fere omnes. *Cic. de Am. Memini* in eum sermonem incidere, qui tum fere erat in ore.

FERENTARI, orum, *ἀκροβολιστῶν*, leuis armaturæ milites: a ferendo auxilio: ex cursu leues, armis grauibus non impediti, sed ense & telis tantum instructi. Hæc *Nonius.* Varro autem *Ferentarios* uocat milites, qui fundis, lapidibusq. pugnabant: quæ tela feruntur, non tenentur. *Sal. in Catil.* Postquam eo uentum est, unde a ferentariis prælium committi posset. *Hi & Velati* uocabatur, ut inquit *Festus*: quod uestiti inermes sequerentur exercitum.

FERENTINUM, pe. pro *φερεντία*, *Ptolemæo* oppidum est Tuscorum, iuxta *Fefulas*, incolæ *Ferentini*. *Plin. lib. 3. cap. 5.* & *Mela lib. 2.* *Ferentinatæ* autem *Latii* populi sunt, apud eundem *Plin.* loco iam citato. *Strab. lib. 4.*

FEREO, la, *λα*, uitis cuiusdam genus est apud *Col. lib. 3. c. 2.*

FERETRIUS, [*Gioue.*] dictus *Iuppiter*, non a pace ferenda (ut quibusdam uisum) sed a ferendis spoliis. nam *Romulus*, deuictis *Ceninensibus*, hostium spolia ferculo ad id factum in *Capitolium* detulit, ibique ex quercu suspensa, *Ioui* consecrauit, eo demq. in loco *Ioui Feretrio* templum condidit, auctorque fuit posteris, ut eo capta ex hostibus spolia deferrent. Bina postea inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia. *Liu. lib. 1.*

FERETRUM, tri, p. c. [*Bara, cataletto. Gall. Vn sarcueil ou bien à porter les morts, lichiere. Hisp. Las andas para llevar muertos*] lectus, uel aliud, quo mortuus effertur solet, alio nomine *Capulus*, a *capiedo*. *Plin. 1. 7. c. 52.* Varro quoque auctor est, xx uiris agros diuidentibus. *Capue*, quendam, qui esseretur feretro, domum remeasse pedibus. *Feretra* itæ dicebantur, quibus fercula spoliæ in pompis gestabantur. *Liu. 1.* Spolia ducis suspensa, fabricatæ ad id apte feretro.

FERIARUM, [*Ferie, giorni quieti, di festini. Gall. Feries, festes, jours de festes. Hisp. Las fiestas, dias de guardar.*] *ἑορταί, τελεταί*, dies cessationum ab opere: dicti, uel a feriendis uictimis, uel ab epulis ferendis: in his enim epulæ fiebant ex pecorum, frugumque prouentibus. *Cic. 2. de Leg.* Feriis iurgia amouent. *Festus*: *Ferias* antiqui festa uocabant, & aliæ erant sine die festo, ut *nundinæ*: aliæ cum festo, ut *Saturnalia*: quibus adiungebantur epulationes ex prouentu factus pecorum, frugumque. *Feriarum* apud antiquos multa erant genera, quæ pollui dicebantur, si in iis aliquod opus fieret. Erant enim inter ferias, aliæ publicæ, aliæ familiis quibusdam propriæ. *Feriarum* publicarum quatuor erant genera, ut docet *Macrobius lib. 1. Sat. cap. 16.* *Statiarum*, uniuerso populo communes, quæ certis & constitutis diebus fiebant, in quibus præcipue seruabantur *Argonalia*, *Carmentalia*, *Lupercalia*. *Conceptiarum*, quæ quotannis a magistratibus uel sacerdotibus concipiebantur in certos, siue incertos dies, ut sunt *Latina*, *Sementina*, *Paganalia*, *Compitalia*. *Cic. 1. de Nat. Deo.* Cum feriis Latinis ad eum ipsius rogatu accersituque uenissent. *Imperatiarum*, quas consules, uel prætores pro arbitrio indicebant, extra ordinem, pro salute reip. aut principis, aut ob rem feliciter gestam. *Nundinæ*, paganorum erant ac rulliorum, quibus ad negotia & merces conueniebant. Erant præterea propriæ familiarum feriarum, quas quæque familia ex usu domesticæ celebritatis obseruabat, ut *Claudiarum*, *Aemiliarum*. Item singulorum, ut natalium dierum quæ *Natalitiæ* dicuntur, & fulgurum, & funerum expiationes. A feriis festi dies dicti *Feriatii*, id est, in quibus feræ celebrabantur. Vide *Ferio*, as.

FERINA, absolute aliquando usurpatum, & subintelligitur caro. *Vir. 1. Aen.* *Pinguisq. ferinx.*

FERINVS, a, um, [*Di fiera. Gal. De beste sauvage, côme beste sauvage. Hisp. Cosa perteneciente a fiera.*] quod ferarum est, *Cic. 1. de In.* Fuit quoddam tempus, cum homines sibi uictu ferino uitam propagabant.

FERRIO, is, ite, [Ferire. Gal. Ferir, si ther. H. sp. Ferir.] *καὶ ὁ, sine præterito aut supino, percussio. Vir. 9. Bel. O. c. irare capro, cornu ferit ille, caueto. Ferire item est laucire, firmare, unde Ferre fœdus dicitur. Vir. 10. Aen. Tarchô Iungit opes, fœdusque ferit. Ci. pro domo: Cautiones fiebant pecuniarum, fœdera fiebantur provincia rum. Origo inde tracta est, quod antiqui fœdas & pacem cum hostibus ineuntes porcam laxo silice feriebant: ut constat ex l. 1. Liuianz historiz. Ferire item pulsare est, Pla. in Amph. Feriam forres, aperite Ferire iugulum est, iugulare. Ferre manere, est multa remunere, seu munus emungere. Teren. Phor. Feritur alio munere. Spectris feruntur oculi. Cic. Calsio. li. 15. Epi. Ferire aures, pro excitare, Quin. lib. 9. cap. 3.*

FERRIO, as, Ferror, aris, deponens, [Fer ferie, fer uacanz. Gal. Cesser, se reposer, fester, ne faire rien. Hisp. Guardar sin obra. La fiesta.] *καὶ ὁ, ἡ, uaco ab opere, uel studio, inde Feriatus, a, um, quietus ociosus, nihil agens. Trebonius, Cic. Ne putes feriatum illum a studijs futurum. Cicero 1. de Nat. Deo. Deum sic feriatum uolumus cessatione torpere. Feriati dies, in quibus feriz aguntur. Plin. in epi. Siquis mensis complures dies feriatos habet. Plin. l. 8. cap. 6. Malum patrem familias, qui quis interdum faceret, quod noctu posset, nisi in tempestate cœli: Peiorem, qui profectis diuibus ageret, quod feriatos deberet.*

FERRITAS, tatis, [Ferere, crudelitas. Gal. Ferouche & sauage manien, brutinete & cruauté sans ruse. Hisp. Fiere, a, bran, a, um, quietus id. & uacanz, nature quædam asperitas contraria mansuetudini. Cels. Bel. Gal. Cultu & feritate non multum a Germanis differabant. Cic. pro Sex. Rosc. Bosque ex feritate illa ad inuitiam, mansuetudinẽque transiuerunt.]

FERME, [Quasi. Gal. Presque, uen sen sans à uen pres. Hisp. Quasi d' poco mas d' menos.] *καὶ ὁ, fere. Teren. in And. Iam ferme inueniens me uocat. Id est, cum parum abesset, quin moreretur. Ponitur quandoque pro facile. Idem in Andr. Fidelem haud ferme mulieri inuenias uirum. Vbi Donatus: Ferme pro facile posuit. Plaut. Pœn. Facio quod manifeste deprehensi mœchi haud ferme solent.*

FERMENTESCERE, *εὐμῶδες*, est crescere, & rarefcere ad duto fermento: & proprie de pane dicitur. Quamuis ad terram transferatur: quæ tunc fermentescere dicitur, cum diuisitas illa glebarum rare fit, & resolutur Plin. lib. 28. c. 8. Cum teratur inter digitos, ferme tescens. idem li. 17. cap. 2. Tellus illo modo fermentescit.

FERMENTO, tas, [Fermentare. Gal. Mettre de leuain, faire leuer ou enfler le pain, assaisonner de leuain. Hisp. Leudar.] *καὶ ὁ, fermento melleo, seu crefcere facio. Plin. cum heret panis herdeaceus cicerculeæ farina admixtione, fermentabatur. Transferatur etiam hoc uerbũ ad terræ culturam, quæ tunc fermentari dicitur, cum rarefit, & ipsæ illæ glebæ resoluuntur, & augetur, & ueluti inflantur ut farina illa subacta, & in massam redacta, inuemescit addito fermento. Var. lib. 1. de re rust. cap. 28. prætare columbinis hercus, quod calidissimum sit, & fermentare possit terram. Col. lib. 2. c. 15. Terram fermentat hercus columbinum. Idem li. 4. c. 1. Vocat terram ferme to mat. mescentem, pro fermentatam.*

FERMENTUM, ti, [Fermento, leuaino. Gal. Leuain. Hisp. La leuadura.] *καὶ ὁ, farina quæ sibi gatur prius quam addatur sal, ad pulvis modum decocta, & relicta donec acescat. dictum, quod fouendo crefcit. Plin. l. 18. c. 7. Spuma ita concreta pro fermento utatur. Iacere in fermento, per translationem de fem na dixit Pla. in Men. pro. in data est & irata. Idem in Cal. Nunc in fermento tora est, ita turget nihil. Ferme itum, tr. inslatum ad terram, illud significat, quod glebas resolut, eundamque terram acerram reddit. Col. l. 4. c. 1. Re parinata humus, uelut fermento quodam intumescit.*

FERRIFERS, tui, latum, *περὶ, [Portare. Gal. Porter, Hisp. Lleuar ou traer.]* Virg. lib. 5. Vix illam tam illi Phœnus, Sygaris quæ ferebant. Aliquando tolero. Teren. in Hea. Quom feret, si parentem non feret suum? Aliquando duco, Liu. libro primo, Pergit ad proximam foeluncam: si forte eo uestigia ferrent Virg. lib. 6. Hic uia tartare quæ fert Achæron s ad undas. Sæpe etiam pro dicere, ut cum dicimus, Sic fuerunt homines, idque tam actiue, quam passiue, & tam personaliter quam impersonaliter. Liu. lib. 1. Fastidio fuisse non frunt. Cic. de Amic. Quod Tarquinius dixisse fertur. Virg. 1. Aen. Quam luo fertur terris magis omnibus unam Posthabita colui se Samo. Anquando exhibeo. Idem tertio Aen. Siera Dioneæ matris, diuisque scerebam. Aliquando concupisco, Lucan. libro primo, Fert animus causas tantarum exponere rerum. Pro extollo. Sil. Consulares omnes sententiam eius laudat, uirtutem animi ad cœlum ferunt. Pro gigno, produco, Virg. 1. Aen. Si duo præterea tales Idea tulisset terra uiros. Pro habeo, Idem: Ferre sui dederat monumentum & pignus Amoris. Aliquãdo affero. Idem. Legati responsa ferunt. Aliquãdo confesso. Idem: Quibus acer Bryx in procha suetus Ferre manu. Aliquãdo disturbo. Idem li. 1. Aen. Quippe ferant rapidi secum uerrantque per auras. Aliquando ostendo, Idem lib. 11. Captiuo huc ut se ferret in auro

Venatrix. Aliquando consulo, ut Pompeius tulit ad populum. Sic Ferre ad senatum, est tenatum aliqua de re consultare. Aliquando autero, Virg. in Daph. uide: Postquam te facta tu erunt. Aliquando refero, seu recipio. Teren. in Ad. Pro labore ab his ferro odit. Aliquando affequor, Idem in E. in. Q. iuduis a me præuam optato, id optatum feres. Quod si cum hoc uerbo, Præ me, Præ te, uel Præ se, addatur, significat dicto, uel facto, uel gestu aliquid ostendo: ut, Præ te fers tram, Cic. Qui accipit iniuriam meminit, & præ se fert, id est se mentem persequendæ iniuriz habere ostendit. In eundem sensum accipi solent Præ me duco, Præ me gero. Ferre auras, est affuescere aeris uarietati, quæ abest. Virg. lib. 2. Geor. Cum semel hæserunt aruis, aurasque tulerunt. Ferre tribum, ferre centuriam, prærogatiuum, dicitur is, qui tribum uel centuriam habuit sibi suffragantem. Cicero. pro Planc. Vna centuria prærogatiua tantum habet auctoritatis, ut ne mo unquam prior eam tulerit, quin renunciatus sit. Idem 4. Phil. Antum, unam tribum sine Carione ferre potuisses. Ferre suffragium, est suffragari, Cic. Attic. Ut uideris populus suffragium de cæde P. Clodij ferat. Ferre sententiam, est pronuntiare, Cic. pro Clu. Vos autem iudices de hominum fortunis sententiam fertis. Ferre fortunam, pro uiti. Ferre expensam, est id, quod alicui dederis, in rationes referre. Cui opponitur Referre acceptum, quod est, id quod acceperis ab aliquo, in rationes referre inter accepta. Vide Adrianum Cardinalem, qui diligentissime hæc explicuit.

FEROCIO, cis, cui uel ferocij, ferocitum, [Ferre ferocē.] *καὶ ὁ, ἡ, ferocis, uel ferociam exerceo. Ouid. Nullis affucta iuuentus Mox intractati more ferocit equi. Et Gel. lib. 1.*

FEROCITAS, *εὐστροφία*, [Ferocitas.] *εὐστροφία, Ferocitas. Cic. lib. 6. de rep. Qui comprimit effrenatam illam ferocitiam. Idem de Arusp. resp. Impetum gladiatoris, ferocitiamque compressi.*

FEROCITAS, tatis, [Ferocitas, superbia.] *λεῦκία, & (ut inquit Speusippus) excessus audaciz, haud metuens, quæ metuenda sunt. Cic. 1. de Offi. Equos ferocitate exultantes domitoribus tradere solent. Idem de Sen. Infirmitas puerorum, ferocitas iuuenum.*

FEROCITER, [superbamente.] *superbe. Pla. Amp. Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant. Liu. 3. Caput Legati ferociter ostentantes. Idem 23. Ferocius, Cic. ad Q. Fr.*

FEROEVLVS, diminutiuum. Hirtius de Bel. Afr. Quod tu miles tam feroculus es?

FERONIA, *εὐστροφία*, nemorum Dea, a ferendis arboribus. Virg. 7. Aen. Et uiridi gaudens Feronia ludo. Item uros, sub monte Soracte, in qua eiusdem nominis dea erat.

FEROX, cis, [Ferre. Gal. Fier, courageux, orgueilleux, farouche. Hisp. Brany uerte con desatino.] *καὶ ὁ, ἡ, elatus, seuus, animosus ad certandum cum altero, & uim alteri inferendum, atque nocendum. Hor. Latium ferox. Sal. Ille animo feroci negat se fufum toti es Nuniidam pertimescere Vir. 4. Aen. Scat sonipes, & frenata ferox spumantia mandit. Pla. in Mil. Animo eram ferocior.*

FERRAMENTVM, instrumentum, ex ferro. unde Ferramenta fabrilia dicitur. Cic. 1. de Orat. Que molitio, quæ ferramenta, qui uestes? Col. l. 3. Cæcina fieri acutissimoferramento amputare prodest.

FERRARIA, *α, subit.* [Minera di ferro. Gal. Vne mine de fer, une sorg. Hisp. Herria, lugar do se haçe o labra el hierro.] *αὐστροφία, locus in quo ferrum foditur: ut Auraria, Argentaria, Aeraria, in quib. aurum, argentum, & æs effoditur. Cels. 7. Bel. Gal. Apud eos magnæ sunt ferrarie. Liu. 34. Vestigia magna instituit ex ferrarijs, argentarijsque. Est et nomen uros celeberrime in Italia circumpadana. Item promontorium in Hispania, nõ procul a Carthagine noua, ita nominatum, quod fodinas habeat ferri feracissimas. Mela. lib. 2.*

FERRARIVS, a, um, [De ferro.] *αὐστροφία, quod ad ferrum pertinet, ut Faber ferrarius, Fodina ferraria, Officina ferraria. Metalla ferraria. Plin. li. 34. c. 24. Ferraria aqua, qua utuntur fabri ferrarij ad extinguendum candens ferrum. Plin. lib. 28. c. 16.*

FERREVS, a, um, [Di ferro. Gal. De fer. Hisp. Cosa de materia de hierro.] *αὐστροφία, ex ferri materia. Plinius libro 10 cap. 42. Ferreo uerberatur radio. Ferream Fabricam inuenere Cyclopes. Plin. lib. 7. capitulo 56. Virgilius tertio Aen. Confixum ferrea texit Telorum seges. Idem 12. l. Ferreus ingruit imber. Translate pro duto, & inexorabili, Cicero ad Treb. Ferreus essem, si te non amarem. Idem Attic. decimotertio, O te ferream, qui illius periculis non moueris.*

FERRATVS, a, um, [Ferrato. Gal. Ferré. Hisp. Cosa herrada por de suera.] *αὐστροφία, id cui ferrum inducitur, unde Ferrata spicula. Vir. lib. 3. Geor. Ferratos sustinet orbes.*

FERRVGINEVS, a, um, [Di color di ferrigno ferrigno. Gal. Resemblant le fer entrouillé, soit en couleur ou autrement, per ferrigno.] *αὐστροφία, Coste de aquel color morado, negro] quod colorem habet ferri longa rubigine exilis qui est ex rufo & nigro commixtus. Sunt qui uelut Ferrugineum colorem eum esse, quem alio non uocamus Cæruleo, adducti opinor, auctoritate Plauti in Mil. qui eundem colorem Thalassius*

cum uocat & ferrugineum. sed certe Pla. non iccirco uocat colorem ferrugineum Thalsiscum, quod maris colorem referat, sed quem nauæ etiam ad colore soleant uti in mari. habet enim ibi Palæstrio, Pleusid. m, qui meretricem abducturus erat, ferruginea ueste exornatam uenire, ut facilius persuaderet militi se esse nauclerum. Non abimilis error est eorum, qui ferrugineum arbitrantur esse colorem Hyacynthi: quod Virg. 4. Geor. Hyacynthos uocat Ferrugineos. Constat enim uel Ouidij testimonio, florem Hyacynthi purpurei coloris esse, ut pote, qui Hyacynthi pueri sanguinem, ex quo enatus fertur, dicatur referre. certum est itaq; Vir. Hyacynthum non dixisse ferrugineum, quod ferrugineum colorem imitetur, sed eadem ratione, quæ. 6. Aen. cymbam Charonem dicit esse ferrugineam, quod scilicet funesta putabatur & lætuosa. solent enim lugetes uetibus ferruginei coloris ut. quod is color fuscus sit, & subobscurus. sic & Vir. Hyacynthum florem uocat ferrugineum, id est lugubrem & fœnestum, alludens nimirum ad fabulam illam, qua fertur hunc florem ex sanguine Hyacynthi pueri ad Apolline factu d. scilicet occisi, primum fuisse enatum. Verisimile autem est hunc colorem eum esse, quem supra diximus, qui scilicet ferruginis, a quo nomen habet, colorem imitatur: huncque eum esse, quem ueteres appellauerunt Baticum, seu Hispanum. quod etiam non obscure ostendit Vir. lib. 9. Aen. cum uocat Ferruginem Iberam, id est Hispanicam, quod coloris genere etiam hodie nauæ Hispani, atque adeo omnes tenuiores utuntur. Constat autem, hunc colorem fuisse uilissimum uel eo argumento, quod Plau. in loco iam citato ferrugineas uestes piscatoribus tribuit. nam cum iussisse: Pleusidem aduenire exornatum causa, & palatio ferrugineo, ut probe nauclerum ementiretur, subdit: Atque apud hunc senem omnia hæc sunt. nam is piscatoris habet. Huc accedit, quod Plin. l. 29. c. 6. scribit lacertas uirides ferrugineis. maculis esse distinctas. Lacertæ autem maculas eius esse coloris, quem iam indicauimus, nemo dubitat, qui uel semel lacertam uiderit. Non tamen inficias uerim, pro ea quæ est apud Latinos in distinguendis coloribus, uel ipso Plinio teste, uocabulorum inopia, colores aliqua ex parte ad hunc accedentes etiam Ferruginis nomine fuisse appellatos. unde Claud. lib. 2. de Raptu Proserpine, uiolas etiam ferrugineas uocat. quare plurimum ab ijs dissentio, qui hunc eundem faciunt cum colore cæruleo, quem alio nomine Venetum appellant. quorum errorem manasse arbitror ex loco Vegetij lib. 5. cap. 37. quod ibi Vegetius nauis uideatur tribuere colorem cæruleum, siue Venetum, quibus, ut supra ostendimus, Plau. assignat uestes ferrugineas. arbitrati sunt itaque eundem esse colorem, quem Plaut. Ferrugineum, & Vegetius Cæruleum, siue Venetum uocat. Sed hoc argumentum quam falsis innitatur fundamentis, facile diiudicabit, qui citatum Vegetij locum non oscitater excusserit. naque enim ibi cæruleum colorem nauis omnibus attribuit, sed ijs tantum, qui in bello nauali scaphis quibusdam exploratorij hostium consilia inuestigant. quibus etiam uelum nauis, atque ipsos adeo rudentes cæruleo colore tinctos esse habet, ut aquæ marinæ similitudine hostium oculos facilius fallant.

FERRUGO, [Ruggine del ferro. Gal. Rouillure de fer. Hisp. Orin, color morado, escuro ò de hierro.] ῥῆς, ῥῆς, rubigo ferri proprie dicitur, ut ærugo æris. Plin. lib. 23. cap. 8. Illi tunc inde ferrugo incipietes lichenas sanat. Translate Ferrugo color rufus dicitur nigrioris rubedinis, similitudine coloris ferri, rubigine exesi. unde Vir. lib. 9. Ferrugine clarus lib. ra.

FERRUM, ti, [Ferro. Gal. Fer, ferrement, ferraille. Hisp. Hierro.] σίδηρος, Cice. de Natu. Deor. Ex terræ cauernis ferrum elicimus. Ferrum aliquando pro glad. Cicero primo Tuscu. In feruorum ferrum & manus incidisset. In ferrum, atque in uincla coniecti. Cicero 7. Verr.

FERRUMEN, inis, pen. pro. [Saldatura. Gal. Souldure, liaison de metaulx ensemble. Hisp. Soldadura.] ῥάλλα, quoddam quasi gluten, iunctura, seu ligatura, qua metalla, siue etiam aliæ res consolidari solent. Plin. lib. 36. cap. 23. Calcem uocat ferrumen cæmentorum. id est lapidum, quod illa consolidentur & glutinentur cæmenta. Ferrumen auri, uocatur Chrysololla.

FERRUMINATIO, Paul. l. in rem actio. §. item quæcumque. ff. de rei uen. Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem: plubatura non idem.

FERRUMINO, as, [Saldare, congiungere. Gal. solder & joindre ou coller ensemble. Hisp. Saldar l.2 mesma materia, como hierro.] ῥωά, ῥω, iungo, cōsolido. proprie de metallis dicitur, quamuis & ad alia transferatur. Pomponius iureconsultus: Si tuum scyphum alieno plumbo plumbaueris, argento ferruminaueris. Plin. pro glutinare posuit l. 36. Vitrum fulsuri mcoctum ferruminatur in lapides, id est glutinatur in formam lapidis.

FERTILIS, le. [Fertile, abondante, fructuoso. Gal. fertile, abondant, de grād raport. Hisp. Fertile, abundante, fructuoso.] ῥῆς, ῥῆς, serax. Colu. l. 4. Ex ijs partibus tunc sumuntur, quæ sunt fertiles. Fertiles agros

colere, Cic. 1. de Diuin. Virg. 2. Geor. Hic fertilis uuæ, Hic laticis, Plin. lib. 14. in Proæ. Tanto priscorum cura fertior, aut industria felicior. Ouid. 4. de Pon. Ferule pectus habes. Qui. 1. de arte: Fertior seges est alienis semper in agris.

FERTILITAS, [Fertilità. Gal. Fertilitate, abondance. Hisp. Fertilidad.] ῥῆς, ῥῆς, Feracitas. Cic. 2. de Diu. Quæ sit uel sterilitas agrorum uel fertilitas futura. Cæsar. 2. Bel. Gal.

FERUEO, es, ferui, uel ferui, [Bollire. Gal. Boullir. Hisp. Hervir, bullir.] proprie est, ex igne supposito calere. unde aqua proprie feruere dicitur, cum uel ignis commouetur & agitur. Transfertur ad ea quæ quouis modo calefiunt, siue aliquo æstu agitantur. sic Vinum feruere dicimus, quod ex musto transit in uinum. Plin. lib. 14. cap. 9. Mare feruere dicitur, cum æstu & fluctibus, agitatur, Ouid. 1. Met. Pontus uertigine feruet. Feruere opus dicimus, dum studio & diligentia elaboratur. Hominem quoque, ira, odio feruere dicimus, dum ira, aut odio incensus est. Cice. pro Quincti. Vsq; eo feruet, ferturque auaritia, ut & C. Hora. 1. epist. 1. Pectus auaritia, miseraque cupidine feruet. Ouid. 2. Metam. Animus tumida feruebat ab ira. Marti. Foras litibus omnia feruent. Feruet, quod bullit, aut calidum est. Plin. lib. 7. cap. 2. Feruentis aquæ contactum fugere. Migrat interdum in nomen, Ho. 1. Ser. Sat. 10. Quale fuit Casti rapido feruentis anni Ingenuum. Col. li. 2. c. 50. Aqua feruentissima, Cicero. 1. Offi. Fortis animus & magnus in homine non sapiente feruentior plerumque est.

FERUESCO, is, [Bollire] ut, Terræ feruescunt sole, Lucr. lib. 6.

FERUENTER, [Caldamente. Gal. Feuement, ardemment. Hisp. Hervientemente,] Cæli Cic. de damnatione feruenter loqui est ceptum.

FERUO, uis, ui, [Bollire,] Ferueo. Vir. 3. Geo.

FERUEFACIO, cis, [Far bollire. Gal. Faire boullir. Hisp. Hazer hervir ò bullir.] ῥῆς, ῥῆς, bullire facio. Cato de re rustica. Oleum feruefacito Feruefacio, pro calefacio. Plaut. Pseude. Ipsæ se patinæ feruefaciunt illico. Feruefacta iacula, Cæsar. 4. Bel. Gal.

FERUIDVS, a, um, [Bogliente. Gal. Fort ardent & bruslant, bouillant. Hisp. Cosa heruiente ò que hierue.] Feruens & maxime calidus. Plin. lib. 13. cap. 4. Nulla est frugifera nisi in feruida terrarum parte. Cic. 2. de Natu. Reliqua quarta pars mundi natura feruida est: id est ardens maxime. Ponitur & translate pro uehementi, feroci Liu. 27. Cum toto eo bello damnosa præpropera, ac feruida ingenia imperatorum fuissent, Et Cic. de Clar. Ora. App. Claudij uolubilis, sed paulo feruidior erat oratio.

FERULA, læ, [Bacchetta. Gal. Baguete, uerge. Hisp. Cayado, cañabeja ò palmetoria.] ῥῆς, ῥῆς, baculus, siue uirga, qua puerorum manus feruuntur, unde & nomen habet: quanquam sint, qui a ferendo malint deducere, quod propter leuitatem senes ferula pro Scipione solent uti. Iuu. Saty. 1. Et nos ergo manum ferulæ subduximus. Martia. lib. 10. Ferulæque tristes sceptræ pædagogum Cessent. Colu. Nec manibus mites ferulas. Idem: Ferulæque minaces Plantantur.

FERYLACEVS, a, um, ῥῆς, ῥῆς, Plin. lib. 7.

FERVOR, oris, [Bollore. Gal. Ardeur, ferueur, grand chaleur. Hisp. Hervor, obra de hervir.] ῥῆς, ῥῆς, calor uehemens, qualis est solis ætus. Plin. l. 1. c. 31. Indi surantur æstiuo feruore aurum. Hor. 1. Carm. Ode. 16. Me quoque pectoris Tentant in dulci iuuenta feruor, Cic. de Nat. mundi feruor ille purior.

FERVS, a, um, [Fiero, seluatico. Gal. Sauvage, farouche, cruel. Hisp. Fiero, bravo y cruel.] ῥῆς, ῥῆς, agrestis, & indomitus, cui opponitur Cicur: & per translationem atrox. feruus, qui ferinum animum habet. Virg. 2. Aen. Ferus omnia Iuppiter Argos Transkultit. Cicero ad Attic. lib. 12. O fera tempora, cum dubiter Curtius consulatum petere. Hinc Feritas naturæ quædam asperitas. Præferus, ualde ferus. Var. libro secundo, de re rustica. Boues Præferi multi in Dardania.

FESCENNINVS, uersus, carminis genus obscenitate & opprobrio plenum: ita dictum, ex Fescennia urbe primum allatum. Macro. lib. 2. Sat. cum Fescenninos in eum Augustus scripserit. Festus.

FESCENNIA, Hetrurij ciuitas. Plin. lib. 3. cap. 15.

FESCENNINVS, a, um, Vir. 7. Aen. Hi Fescenninus acies.

FESSVS, a, um, [Stanco, lasso. Gal. Lasse, trauaillé qu'on en pent plus. Hisp. Cansado.] ῥῆς, ῥῆς, fatigatus, & tam ad animum quam ad corpus refertur. Virg. 1. Aen. Cerealiaque arma Expediunt fessi rerum. Vbi Seru. Fessi rerum, id est penuria fatigati. Idem 2. Eclo. Thestylis & rapido fessis messoribus æstu. Plin. lib. 7. ca. 52. Puerum æstu & itinere fessum.

FESTINANTER, [Velocemente. Gal. Hastiuement, en diligence, soudainement. Hisp. Apressuradamente] celeriter. Cic. 5. de Fin. Nimum festinanter dictum. Festinantius, Plin. lib. 17. c. 11.

FESTINATIO, [Fretta. Gal. Hastie, hastiuete. Hisp. Prieffa ò quexura.] ῥῆς, ῥῆς, properatio. Cic. pro Mil. Quid afferbat festinationem?

FESTINATO, aduerbium, [Subitamente. Gal. Hastiuement. Hisp. Apressuradamente.] ῥῆς, ῥῆς. Plin. libro 18. capitulo. 10. Nisi festinatato

nato peragatur. *Quinti. lib. 4. cap. 1. Nihil festinato fecisse uideatur Milo.*

FESTINOS, as, [*Affrettare. Gal. Se hister s' ancer, diligenter. Hisp. Apressu raso, aquitar. se.] arsdw, propero. Virg. 2. Aencid. Festinate uiri. Interdum trepidare, & turbari. Salut. Festinantibus in summa inopia patribus. Teren. in Adelph. Quid festinas Geta? animum recipe.*

FESTINOR, aris, passiuum. Tacit. de moribus Germ. Nec uirgines festinantur. Id est, cito ad coniugium abripiuntur. Festinatus, parti. Plin. in Pane. Festinatis honoribus amplificat.

FESTINVS, [*Veloce. Gal. Hastif. fondain. Hisp. Presto y pressuroso.] celer. Ouid. 11. Met. Cursum festinus anhelat. Aduolat.*

FESTINE, [*Subitamente.] Cic. ad Q. fr. lib. 2. At te actam fabellam uideo festine.*

FESTIUITAS, [*Piaceuole. Ζα. Gal. Plaisance, joyeuete, joliete. Hisp. Aquella buena crianca y donayre] ἀσέως, lepor, & urbanitas sermonis. li. 1. ad Her. illud genus narrationis, debet habere festiuitatē.*

FESTIVS, a, um, [*Piaceuole, sicuto. Gal. Plaisant. s. yex. joli, recreatif. Hi. cosa bien criada y donosa.] ἀσέως, lepidus urbanus, factus: ut, dictum festiuum. Cic. lib. 1. Off. Dulcem, & factum, festiuumque sermonis, Ter. in Adel. O mi pater festiuissime.*

FESTRA, ostium minusculum in sacrario, ab fenestra per detractio- nem mediæ syllabæ. Festus.

FESTVCA, æ, s, [*Ramuscello, festuco. Gal. Vn festu, un getton & frion d' arbre. Hisp. La paja o pabillo] αζέως, minima quæque res, & leuissima. Col. lib. 8. c. 15. Per quos festucæ, surculique in auariis passim spar- gi sunt. Plin. li. 9. c. 19. Fœmnam coitum fugere, donec quas festucæ aliquam imponat ardeat. Festuca uirga prætoria, qua quis fiebat liber. Plau. in Mil. Ingenua, an festuca facta? serua, an libera est? Per- sius Sat. 5. Non festuca licitor quam iactet ineptus.*

FESTVCARIVS, Gell. lib. 20. cap. 9. Conferens uim illam ciuilem, & festucariam, quæ uerbo diceretur, non quæ manu fieret, cum uel bellica.

FESTVS, ita, stum, [*Festa, di festino, di festo. Gal. Feste, celebre, solemnel. Hisp. Cosa de fiesta que es de guardar.] εὐφράσιμος, εὐφροσύνη, solenniter læ- tum, & feriatum. unde Festi dies, in quibus uel sacrificia dijs offerebant, uel epulationes celebrabantur, uel ludi in honorem deorum agebantur, uel feræ obseruabantur. Vir. 1. Geor. Festis quædam exercere diebus Fas & iura sinunt. Idem: Festosque dies de nomine Phœbi. Cic. pro Clu. Quandoque Festus, ad festum diem pertinentur, Festæ frondes, quæ festis adhibentur.*

FESTVLAE, arum, olim Hetruriz insignis urbs, hodie modicus uicus non procul a Florentia. conditam uolunt ab Atlante Maurita- niæ rege.

F. A. N. T. E. I.

FIBER, ἀδύσωπ, animal in Ponto, sic dictum a fibris, id est ab extre- mis oris annuum, quas colit, & ubi maxime solet uideri, effossis enim in ripa cuniculis, caudam intra aquas tenet, reliquo corpore in sicco habitat. Albertus Magnus dicit, habere pedes aserinus posteriores, quibus facilius natet, anteriores caninos. Vide Callor. Est & Fiber, genus uespæ quadrupes incitatissimum, teste Felto. Plaut. Sic me subis quotidie, quasi fiber salicem. Fibrinus, a, um, Plin. lib. 17. cap. 28.

FIBREA, arum, ἰβερύλοβος, omnium extremitates rerum. unde & iecoris & cordis, & cuiuscunque uisceris extrema partes Fibræ dicuntur. Vir. li. 6. Nec fibris requies datur ulla renatis. Et Celsus pul- monis fibras nominat, cum lib. 4. c. 1. inquit: Pulmo in duas fibras ungulæ modo diuiditur. Quin, & minuta radicum in arboribus her- bisque capillamenta, hoc nomine appellantur. unde Plin. lib. 17. c. 10. de arborum sectionibus ait, solum eligi oportere quæ maxime rimosum ne sol exurat fibras. Vir. 1. Geor. & amaris iutuba fibris. Cic. de Div. Persius Sat. 1. Nec enim mihi cornea fibra est: id est nõ sunt mihi ita dura præcordia, ut laudis amore non capiar. Bu. Idè Sat. 5. Quod latet, arcana non enarrabile fibra.

FIBRATVS, a, um, ut Fibrata radix cæparum modo. Plin. lib. 25. ca. 5.

FIBVLA, s, [*Fibbia. Gal. Vne boucle ou agr. se. Hisp. La heuilla de la cinta o uesfidura.] πόρνη, proprie ornamentum cinguli ad uestem subli- gandam. Virg. 1. Aen. Aurea purpureum subnectit fibula uestem. Quandoque pro circulo æneo, quo adolescentulorum uirilia so- lent coerceri, conferuntur uocis gratia, quæ ex Veneris usu debilior reddi solet, & asperior. Solent etiam huiusmodi fibula comæ- dorum, histrionumque pudendis adhiberi, quod illi potissimum hominum generi uocalitas sit necessaria. Mar. lib. 7. Menophili pe- nem tam grandis fibula uescit, Vt sit comædis omnibus una satis. Aurea fibula donabant antiquitus milites. Liu. 39. Quinctius suos equites catellis, & fibulis donauit. Fibulæ item in ædificijs dicuntur ferramenta, quibus tigni coniunguntur. Cæf. 4. Bel. Gal.*

FIBVLOS, as, are, [*Afibitare. Gal. Boucler, agr. se. Hisp. Poner heuilla, ajuntar.] ἐμφορπίζω, sulcico, coniungere. Col. lib. 1. Omnes parietum iun- cturæ testaceis puluinis fibulantur. In fibulo, super glandem penis fibulam, id est circulum æneum induco, quod fiebat duab. de caus-*

sis, uel uocis seruandæ gratia, uel ualetudinis. Vide Cæl. 1. 7. c. 25.

FICARIA, ita, locus ficis arboribus confusus. Pallad. lib. 4.

FICARIVS, a, um, συκινός, quod ex ficu est. Plin. libr. 11. c. 35. Ficarios culices caprificus generat. Cato c. 48. Ficaria imponito.

FICATVM, [*Fegato.]* secur suillum, maxime a sue fico pasta.

FICEDVLA, [*Beccafico. Gal. Bequefigue. Hisp. Aue comedora de bigos.] συκιδίς, auis est, quæ ficuum esu pinguefcit. Mart. li. 13. Cum me ficus alat, cum pascat dulcibus uis, cur potius nomē non dedit uua mihi? Lucr. Sat. 14. Mergere ficedulas didicit nebulone parante. Vbi dictionis huius antepenultima corripitur, quæ in uersu Martialis iam citato producitur. Plin. lib. 10. c. 29. Alia ratio ficedulis. nam formam simul coloremque mutant. Hoc nomen non nisi autumno habita in delicijs. unde Gel. lib. 19. c. 8. scribit, tantam fuisse ueterū in cenis instruendis luxuriam ut negarent auem ullam, præter ficedulam totam, comesse oportere.*

FICETVM, ita, [*Ficaret. Gal. Figueraye, lieu complante de figuiers. Hisp. Fiqueral, arboleda da higuera.] συκάν, locus ubi ficus conlitæ sunt. Var ro: In locis frigidis ficeta fieri nõ possunt. Mar. iocū captās ex am biguo Ficetum posuit pro obscœnis partibus ficosis, id est multis ulceribus, quæ ficos uocant, oblitis. lib. 12. Vt pueros emeret Labienus, uendidit hortum: Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.*

FICITAS, ficorum fructuum abundantia. unde ficitor. Nauius.

FICITOR, p. c. συκολόγος, ficorum amator, seu ficorum collector. Ne uis apud Nonium, Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

FICITE, [*Ficitamente. Gal. Fieintement, par fiction & feintise. Hisp. fingiendo.]* Cice. Appio Pul. lib. 3. Cauere, ne cui suspicionem fite reconciliatæ gratiæ darem. Ficite, & simulate loqui. Cice. Q. Fr. libr. 1.

FICTILIS, le, [*Di terra. Gal. Fait de terre à potier. Hisp. Cosa heca de barro.] πλαστόν, a figulo factum: ut Fictilia dolia. Plin. lib. 35. capit. 12. Vrina fictilis, Cice. in Parad. Pocula fictilia, Tibul. lib. 1. eleg. 1. Fictilia uasa, Cic. Att. lib. 6. Difficilis, Propert. lib. 4. Eleg. 1. Fictile, lis, subst. Iuue. Sat. 11. Et quadringentis hummis condire gulo- sum Fictile. Idem Sat. 3. Fictilibus cenare pudet. Aufonius. Fictili- bus cenasse ferunt Agathoclea regem. Plin. lib. 35. Fictilia pluris constant, quam murrhina.*

FICTOR, πλαστής, qui ex creta atque argilla opera facit. Cicero. 2. de Nat. Deo. Deos ea facie nouimus, qua pictores, fictoresque uolue- runt. Fictrix, icis. Cic. de Nat. Diuina prouidentia fictrix & mode-atrix materiæ.

FICTVS, participium, a Fingor, [*Formato, finto, simulato. Gal. feint, con- trefait, controue. Hisp. fingido, simulado.] πλαστός, formatus. Cic. in Piso. Ex argilla fictus homulus. Aliquando ex parti. sit nomen, & tunc significat falsus, simulatus. Ter. in Eun. quæ uera audiui, ta- ceo. sin falsum, aut fictum, palam est. Cic. de Ami. In Amicitia nihil fictum, nihil simulatum.*

FICVLNEVS, a, um, siue Ficulnus, ex ficu arbore. Plin. lib. 25. cap. 28. Sunt & ficulnei caules. Hor. 1. Ser. Sa. 8. Olim truncus eram ficul- nus inuitale lignum. Eadem autem forma Ficulnus, & Ficulneus di- cimus, qua Saligneus, & Saligneus, Iligneus, & Iligneus. Cato: Fibu- læ unde fiant aridæ, iligneæ, ulimeæ, nucæ, ficulneæ. Ficulnea ar- bor, Col. lib. 5. cap. 11. Ficulnea ligna, Plin. lib. 16.

FICVS, [*Fico. Gal. Figue. Hisp. Figo fruta.]* tria omnino significat, fru- ctum scilicet notissimum, quem Græci συκον, uocant: deinde arbo- rem ipsam, quæ hunc fructum profert, quam illi συκιδ, appellat: tertio huleris quoddam genus in locis pilosis nascens, a similitu- dine fici fructus ita appellatum. pro hac itaque significationum uarietate diuersa habet genera, & declinationes. nam cum pro fru- ctu accipitur, tam secundæ declinationis est, quam quartæ: & est generis fœminini, Var. lib. 1. de Re rust. Fici semen naturale intus in ea fico, quam edimus. Et paulo post: Resticulas per ficos: quas edimus, maturas perferunt. Plin. lib. 15. cap. 18. E reliquo genere pomorum ficus amplissima est. De quarta declinatione etiam fre- quentia occurrit exempla. Mar. Ficus non habet unus ager. Diminutiuum est Ficululus, συκίον Plaut. in Stic. Nucibus, fabulis, ficulis.

FICVS, [*Fico.] συκίον, pro arbore generis fœm. est, est secundæ uel quar- tæ declinationis. Plin. lib. 16. Fici, quarum radices longissime sunt. Inuen. Sterilis mala robora fici. Ci. de Ora. secundum quarram de- clinationem inflexit: Cum quereretur, quod diceret, uxorem suâ suspendisse se de ficu.*

FICVS, pro morbo, [*Mal de fico, porrofico.] συκίον, mal. g. & secundæ de- clinat. Mar. lib. 1. Dicemus ficos. Ceciliane tuos. Nascitur hoc uitium fere in capite, tum in capillo, tum in barba, & locis obscœnis quæ pilis integuntur. Cels. lib. 5. cap. 3. Est etiam ulcus, quod a fici similitudine συκωσις, a Græcis nominat. Caro excrefcit: & id quidem generale est: sub eo uero species sunt. nam alterum ulcus du- rum & rotundum; alterum humidum, & inæquale.*

FIDEICOMMISSARIVS, habet passiuam significationem, nam is di- citur, qui fideicommissionem accepit. Vlpia. 1. Fideicommissa. de Lega. 3.

FIDEICOMMISSVM, species dispositionis ultimæ uoluntatis, cum testator alicuius fidei alicui committit, quod alteri sit traditurus: quod iccirco Fideicommissum dictum est, quod ex fide eius, cui committebatur, pendebat. Postea fideicommissa, ut omnis fraudis humane occasio amputaretur, ab Augusto ad necessitatem iuris sunt retracta.

FIDEICOMMISSVS, a. um, ut Libertas fideicommissa, id est fideicommissio relicta. Vlp. l. Titius. ff. de actio. empt.

FIDEIUBIO, bes, [*Promettere per altri Gal. Pleigev ou respondre. Hisp. fiar por alguno.*] pro alio promitto. Vlp. l. si dubites. §. filiusfam. ff. de fideiuss. Filiusfamilias pro patre poterit fideiubere.

FIDEIUVSIO, ἐγγυσις, ἐγγύωνσις, sponso pro alio facta. Iab. l. Sed et si. ff. de fideiuss. Servus fideiussionis nomine obligari non potest.

FIDEIVSSOR [*Mallenadore. Gal. Pleigev ou respondant. Hisp. fiador por alguna persona.*] μισογγυνησις, sponso, qui pro alio aliquid promittit. Donatus: Fideiussor est auctor credendi, alium aliquid daturus, futurumve sua fide, suoque periculo promittens. Vlp. in tractatu de fideiussor. Vbi illud obiter animadvertendum est, pro eodem dici. Fideiubeo, & diuisis distinctionibus. Fide mea esse iubeo, Paulus. Iubi autem. ff. de uerb. obl. Si filiusfamilias ita stipulatus fuerit, quantum Titio credidero, fide tua esse iubes.

FIDELIA, ἀγαθότης, genus uasis Sami, teste Nonio, ad usus plurimos accomodati, Persius: Disce, nec inuideas, quod multa fidelia potest. In locuplete penu. De eadem fidelia duos dealbare parietes, est eadem opera duos uelle demereri. Curius Cic. lib. 7. fam. Tractum ab ijs, qui parietibus albarium inducturi, colores habent in fictilibus preparatos.

FIDELIS, lea, a fide, [*Fedele. Gal. Fidele,oyal,feal,seur,seable. Hisp. Gofa fidel.*] πιστός, qui seruat fidem. Cic. Sulpitio lib. 4. Si quem tuorum fidelium uoles, ad m: mittas. Idem Q. fratri Græcorum familiaritates parum fidelis. Terent. in Hecy. Quam fideli animo, & benigno in illam fut. Transfertur ad inanimata. Plin. lib. 26. cap. 36. de harundinum comis. Glutino tenacior, rimis que explendis fidelior pice.

FIDELITAS, [*Fidelità. Gal. Fidelité,loyauté,seauté,assurance. Hisp. fidelidad.*] obseruatio fidei. Cic. ad Q. Fr. lib. 1.

FIDELITER, [*Fideliemente. Gal. Fidelement,sealement,loyalement,ou loyalelement. Hisp. fidelmente.*] πιστῶς. Horat. 1. epist. Nec reuertent parulæ commissa fideliter aures. Fidele, aliud aduer. Plau. Capt. Fac fidele sis fideli.

FIDENARIA, ἀσπίδων, ἀσπίδων Stephano; & Fidenarum, ἀσπίδων, Straboni, urbs Latinorum mediterranea. Virg. lib. 6. Urbemque Fidenam. Iuue. Sat. 5. Viuat Fidenas, & agello cede paterni. Hinc Fidenates, ἀσπίδων, ἀσπίδων Stephano dicti, Fidenarum incolæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

FIDENTIA, τίς, [*Fidanza. Gal. Fiance,confiance. Hs. Fianza,confianza.*] βλάβος, firma animi confusio, & fortitudinis pars, per quam animus multum in se fiducia cum certa spe collocauit. Ponitur autem in laude, ut & Fidens, unde deducitur Confidens autem & Confidentia plerumque in malam partem interpretamur. Cic. 3. Tulc. Qui fortis est, idem est fidens: quoniam Confidens mala loquendi consuetudine in uicio potitur: dictum a confidendo, quod laudis est: qui autem est fidens, is profecto non extimescit. Idem 4. Tulc. fidentia, id est firma animi confusio, scientia quedam est, & opinio grauis, non temere assentiens: metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali.

FIDENTIA, æ, oppidum Italiae, incolæ Fidentini. Plin. lib. 5. capitulo 15. Est & Hispaniae Bæticæ urbs, alio nomine Iulia. Idem lib. 3. cap. 1.

FIDENTER, [*Arditamente. Gal. Assurancement, hardiment, Hisp. Confianza, confianza. Hisp. Zanoa, Zanoa,*] intrepide, cum fiducia. Cic. 1. de Orato. Fidenter confirmare. Fidentius alicui scribere, ad Attic. lib. 6.

FIDES, fidei, [*Fede. Gal. Foy,loyauté,seante. Hisp. La fe.*] πίστις. Cic. 1. Offic. Fundamentum Iustitiæ est, fides, id est, dictorum, conuentorūque constantia & ueritas, ex quo credamus, quia fiat, quod dictum est appellatam fidem. Ter. Heaut. O Iuppiter, ubinam fides? Constantis fidei. Tacit. lib. 19. Neque fidei constantis, neque strenuus in perfidia. Fidei plenus. Cic. de sen. Fides tabularum, id est auctoritas. Cic. pro Arch. Bonæ fidei possessor qui ignorauit rem, quæ emit, alienam esse: aut purauit eum, qui uendidit, ius uendendi habere. Budæus, bona fide id est serio. Pla. Aul. Dare fidem, sancte promittere. Cic. 2. de Finibus ob fidem, quam dederat hosti, ex patria Carthaginem reuertisse. Accipere fidem, & dare. Virg. 8. Aenei. Accipe, daque fidem. Dare fidem publicam, est publico nomine securitatem, uel impunitatem promittere. Cic. 3. Catil. Fidem ei publicam dedi, hortatus sum, ut ea, quæ sciret, sine metu indicaret. Accipere fidem publicam, est, quod barbari dicunt, impetrare saluum conductum. Sic interponere fidem publicam, saluum conductum dare. Salu. Jug. L. Calsius Iugurtham, imposita fide pu-

blica, Romam dicitur, Venire fide publica, Venire sub saluo conductu. Salu. Ibi dem. Affecta fides. Tacit. lib. 19. Et credebatur affectam eius fidem primum. Id est, fidem lafam: sicuti Luu. dicit, Res affectas lib. 6. Affectam fidem uocat lib. 17. Habe e fid m alicui, est credere. Ter. And. Pro modum habeo iam tibi fidem. Implorare fidem alicuius id est auxilium. Ter. Ad. Ille fidei nunc uestram implorat Demea. Ciere t dem, idem. Iuu. Sat. 5. Nos hominum, diuumque fidem clamore citemus. Lruius Saganus fideque nostram implorantibus. Interponere fid m. Ci. de Cla. Ora. Lusitanis a Galba contra interpositam fidem interfecit. Fidem si verare, est preltare quod quis pollicitus est. Cic. pro Flac. Fufijs satisfacti ablentibus, & fidem suam liberat. Mutare fidem est pactum rescindere, & uiolare promissum. Sal. in Iugu. Prof. cio cuncti, aut magna pars Carthensium fidem mutauissent. Fallere fidem est, quod quis sua fide promittit, non seruare. Cicero primo Offic. Ad Iupplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. Pl. æstare fidem. Cic. Attic. lib. 9. Meum officium, fidem, pietatem ijs præsto. Ouid. 3. Fausto. Bacche fidem præstita. Item Bonæ fidei homo uocatur, cui res tuto creditur. Sueto. in Aug. Populo promissum congiarium reposcenti, bonæ se fidei esse respondit. Cic. Len. lib. 1. epist. Fidem pro promissione, & quasi sponso posuit: Pompeij fides, quam de me Cæsari dederat. Facio fidem est rem per argumenta, tabulas, aut testes probare. Cicero secundo, de Leg. agr. Fac fidem, te nihil nisi populi utilitatem querere. Interdum fides pro fiducia. Ter. And. Tritis seueritas inest in uultu, uerbis fides. Est item Fides uocabulum negociatoribus proprium, pro constantia illa promissorum, qua debitores suo loco & tempore præstant, quod promiserunt. Cic. pro Pompeio. Scimus, Romæ solutione impedita, fidem concidisse. Idem Attic. lib. 11. Huius pecuniam permutatione fidem nostram facile tuebere. Caf. 3. Bel. Gal. Cum fides tota Italia esset augustior, neque crederet pecuniam foluerentur.

FIDES, fidium, λύρα, lyra siue cythara aliudve instrumentum musicum in chordis habens harmoniam. Cic. de leg. Neros iustit in Timothei fidibus incidi. Idem de Ora. Omnes uoces, ut nerui fidibus, ita sonant, ut a motu animi sunt pulsæ. Legitur & in singulari numero. Fides, fidis, quod non temere alibi reperias, quam apud poetas. Cic. in Arat. Cedit clara fides Cyllema. Pers. Saty. 6. Atque marem strepitum fidis intendit Latinæ. Ouid. in epist. Ocyrones: Me fide conspicuus Troie munitor amat.

FIDICEN, ἀσπίδων, qui cythara, lyra uel canit. Cic. Pæto: Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Hora. 4. Carm. Romanæ fidicen lyra.

* **FIDICINA**, quæ fidibus canit. Ter. Eun.

FIDICINVS, a. um, quod ad fidicinem pertinet. Pla. in Rud.

FIDICULA, æ, [*Ceiberina, ceibereta. Gal. Vue petite harpe ou petite corde. Hisp. Trato de cuerda.*] λύριον, dim. a fide, seu fidibus, cum lyra, siue cythara significatur. Gell. lib. 1. Achæos Homeræ pugnam didici ait, non fidicularum concentu conspiratam. Cicero. lib. 3. de Nat. Si piatani fiducula ferrent numerose sonantes. Est & Fiducula inter alia constituta, quæ fides a Columella, ab Higinio Lyra nominatur. Plin. lib. 28. Fiducula occasu suo autumnum inchoat. Prætere Fiducula, numero tantum plurali, sumitur pro instrumēto torquendi, ex duobus, ut putatur, obliquatis lignis compacto, ab extorquenda ueritate ac fide, uel a neruis fanibus, quibus homines torquendi ligantur. Sue. in Tib.

FIDIVS, Iouis filius creditus est, quem ut fidei præfidem colebant. Pla. Per. Deum Fidium credis iurato mihi. Vnde Medius fidius.

FIDIVS, ius, [*Confidant, fidarsi. Gal. Se fier & croire à quelqu'un. Hisp. Confianza de alguno.*] διαπίστεω, fidem habeo, credo: & tam cum ablatiuo, quam cum datiuo constructur. Iuue. Fidimus eloquio Ciceronis. Virg. 9. Aen. Et fidere nocti. Plin. in epist. Solimus, qui ingenio parū fidimus, latietatis periculum fugere.

FIDUCIA, æ, [*Fiducia, fede, fidanza. Gal. Fiance, & assurance. Hisp. Fianza, & confianza.*] διαπίστεω, idem pene quod fidentia, certa quedam opinio & spes de se, uel de alio concepta. sumiturque tam in meliorem partem, quam in deteriorem. Cic. 2. Verr. Habeo hominē præpotentem, cuius fiducia prouinciam spolio. Idem de Amic. In uita nulla stabilis beneuolentia possit esse Fiducia. Virg. 1. Aene. Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri? Idem 9. Aenei. Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum. Accipitur etiam Fiducia apud ueteres pro fundo, uel alia quauis re, ea lege uendita, ut aliquando redeat ad uenditorem, Boetius in 4. Commen. Top. Fiduciam (inquit) accepisse dicitur cum res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet. Veluti si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet, reddituro, cum tps illud dubium præterierit. Cic. pro Flacc. Pecuniam adolescentulo grandi senore, fiducia in accepta, occupasti, hanc fiduciam tibi commissam tenes hodie, atque possides. Inde Fiduciarum mancipationem ueteres uocauerunt, quam hodie dicimus uenditionem: cum regressu, siue sub redimendi potestate contractam, & re ipsam fidu-

- stariam, quæ alteri ea lege traditur, ut postea reddatur ei, qui emāciparit. Li. 32. Optimum ratus eam Nabidi Lacedæmonū tyrāno, uelut fiduciariā dare, ut uictori, sui restitueret: si quid aduersi accidisset, ut ipse haberet. Fiduciarius hæres uocatur ab Iaboleno in I. Seius ad Trebel. quem alias uocamus Fidei commissarium, quæ hereditas uelut fiduciariam uideatur accepisse, quam mox alteri sit traditurus. Cæf. Bel. Ciu. lib. 2. operam Legati uocat fiduciariam, quia Legatus potestatem suam ab imperatore, accipit, quæ redeunt ad exercitum imperatori debet cedere.
- FIDVS**, a, um, [Fidèle. Gal. Seur, loyal, feal. Hisp. Fiel, de quon se puede fiar] cui fidendum est. Ci. de Ami. Tarquinius dixisse fertur, cum, cum exul esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, & quos infidos. Idem 2. de Finibus: iustitiae fida custodia.
- FIDE**, [Fidèlement Gal. Fidelement. Hisp. fielment.] πῖσῶς, fideliter. Cic. Cæf. lib. 1. Ne me ista terrent, quæ mihi a te ad timorem fidissime proponuntur.
- FIGULINVM**, κρημνιστον, opus ipsum figuli. Plin. lib. 34. cap. 10.
- FIGULINVS**, a, um, κρημνιστος, Figlina creta, qua figuli utuntur. Plin. lib. 10. cap. 21. & Var. 3. de re rust. cap. 9.
- FIGMENTVM**, quod fictum est, Cic. 2. de Ora. sine figmentis fucoque puerili.
- FIGO**, is, xi, xum, [Ficcare. Gal. Ficher, atzcher. Hisp. Hincar.] πηγυμι, immitto, planto, affigo. Virgil. 4. Georg. Ipse feraces Figat humi plantas. Cice. Att. li. 1. Scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in curia posse fixisse. Figere per translationem pro firmare. Cice. Attic. libr. 8. Scito labare meum consilium illud, quod iam satis fixum uidebatur. Interdum pro percutere, ferire, Iuuen. Sat. 2. Cum tener uxorem ducat spado, Mæuia Tuscum Figat aprum. Figere arma dicebantur gladiatores iam emeriti, cum arma sua ad templi parietem, aut columnam suspendebant. Horat. primo epist. Veianus, armis Hercules ad postem fixis, latet abditus agro. Figere spem suam in aliquo, est omnem spem suam in eo repositam habere. Figere beneficium clauo trabali, prouerbialis locutio est, pro operam dare, ut perpetua beneficij extet memoria, Cic. 7. Verr. Ut hoc beneficium, queniadmodum dicitur, trabali clauo figeret.
- FIGULINA**, ne, seu, Figlina, officina figuli. Plin. li. 7. c. 56. Figlinas primus inuenit Choræbus Atheniensis.
- FIGULARIS**, re, quod ad figulum pertinet. Plant. Epist. Versutiores, quam rota figularis. Creta figularis, qua utuntur figuli, Colum. lib. 6. cap. 16.
- FIGVLVS**, κρημνιστης, qui ex creta, atque argilla opera facit. Plin. libr. 35. cap. 12.
- FIGURA**, æ, [Figura, a phetio Gal. Figure, trait, seizon. Hisp. La figura è imagen de alguna cosa] εἰκων, forma, species, a fingendo dicta, εἰκων, τύπος. Cice. lib. 1. Offic. Principio corporis nostri magnam naturam ipsa uideret habuisse rationem, quæ formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. Idem 5. de Fini. Figura est forma & statura corporis nostri ad naturam apta. Teren. in Eunu. Noua figura oris, color uetus, corpus solidum & sicci plenum, Ouid. 2. Metam. Adimam tibi nanque figuram. Qua tibi, quaque places nostro importuna marito. Figura (inquit Alconius) est circa gestam, sicumque membrorum staturus, circa ornatum & habitum uelutis. Figuræ etiam apud grammaticos, & rhetores uocantur flosculi quidam orationis a consueto loquendi usi recedentes. Quintil. libr. 9. c. 1. Figura est conformatio quædam orationis, remota a communi, & primum se offerente ratione.
- FIGURATIO**, Plin. li. 11. ca. 37. Ut in unoquoque poscit figuratio. Pro imaginatione. [Imaginatione. Gal. Figurement, seizon. Hisp. Aqueña obra de figurar o hazer imagen.] Quint. Declam. 6. Si quisquam figuratio quadam in hæc malorum conditione iudicem ponat. id est, imagineetur.
- FIGVRO**, ras, [Figurare, formare. Gal. Figurer, former, seizonner. Hisp. Figurar, hazer figura è imagen.] εἰκων, τι, μο, forma, & figuram induco. Cice. de Vniu. Mnadum deus ea forma figurauit, qua omnes reliquæ formæ concluduntur. Li. 6. lib. 6. Hominem figurauit, ex limo terræ. Figuratus, Cic. 2. de Nat. Deo. Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declinant non esse se ad onus accipiendum figurata. Oratio figurata, figurarum coloribus, ueluti flosculis quibusdam exornata.
- FILIA**, liæ, [Filia,] θυγατήρ, proles foeminea. Virg. Aeneid. Sola domum, & tantas seruabat filia sedes. Cic. pro Cluent. Despondit ei filiam suam.
- FILICTVM**, sti, locus filice herba oblitus. Col. lib. 2. cap. 2.
- FILITFAMILIAS**, [Filiolus di fam. gli i] liberi patrisfamilias potestati subditi. Cic. pro Cæf. Filiumfamilias, patre parco & tenaci. Filii familiarum. Tacit. lib. 1.
- FILIVS**, lii, [Filiolus. Gal. fils. Hisp. Hijo legitimo è natural.] υἱός, πατήρ, ab amore: quod omnium constantissimus amor sit parentum in filios. Cicero. 2. de Finibus. Effigie probitatis paternæ filius. Ex
- improbo patre probum filium nasci, Cic. pro Q. Ros. Appellatione filiorum (ut Iureconsulti sentiunt) etiam filij continentur, sed non e contrario. Fratris filius pro nepote. Teren. in Phorm. Phædrum, mei fratris uideo filium mihi ire obuiam. Cæf. 5. Bel. Gal. quod ei & filius, & fratris filius ab Cæsare remissi essent. Dicitur & de brutis. Colum. lib. 6. cap. 37. Nepotibus, quam filiis, utilior. Terræ filij, dicuntur obscuro, ignotoque genere nati: siue quod terra sit omnium communis parens, siue quod iuxta poetarum fabulas gigantum genus ignobilissimum e terra procreatum dicatur. Unde apud luuenalem fraterculus gigantum pro homine ignobili legitur. Cicer. Attic. libro primo, Hanc terræ filio nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. Fortunæ filius, cui omnia prospero fortunæ euentu succedunt. Hor. 2. Ser. Sat. 6.
- FILIOVLVS**, li, [Figliolino.] τρυχιον. Iuuen. Saty. 4. Quod tibi filiolus, uel filia nascitur ex me. Cicer. Attic. lib. 1. Filiole me auctum scito.
- FILIOLA**, læ, [Figlioletta.] Συγάριον, Cic. 1. de Diu.
- FILIX**, icis, [Felce. Gal. Feuchere, ou songere. Hisp. Helecho.] ἡλίπς, herba est sine caule, sine flore, sine semine. Virg. 2. Geor. Et filicem curuis inuisam pascit atratis.
- FILVM**, li, [Filo. Gal. Fil ou filet, trait, ligne. Hisp. El hilo que se bila.] ὄνμα, quod ex lino lanave trahendo ducitur. Ouid. 4. Metam. E quibus una leui deducens pollice filum. Deducit aranea filum pede, Idem. 1. Amor. Hor. 2. Carm. Ode. 3. Dum res, & ætas, & fororum Filatrum patiuntur atra. Idem, Parcarum. Aliquando ponitur pro linea fabrorum. Varro Sumptoque atramento sutorio filum duxit. Aliquando pro lineamentis faciei, & uenustate formæ. Gel. lib. 14. cap. 4. Forma ac filo uirginali dixit imaginem iustitiae fieri solitam. Idem libr. primo, capitul. 9. tradit. Pythagoram explorare solitum discipulos ex totius corporis filo, atque habitu. Transferretur & ad phrasim orationis. Hor. 2. epi. 1. Tenui deducta poemata filo. Tracta est metaphora à textoribus, qui telam tenuissimo filo textentes probatissimam conficiunt. Cic. de Ami. aliud quoddam expectimus filum orationis tuæ.
- FIMBRIA**, [Fibbie. Gal. Frange, bord. Hisp. La bordadura de la uestidura.] κρημνιστων, θύρα, uelutium ora dicebatur, quæ incisas habebat ferræ dentibus non absmiles. Plin. lib. 7. cap. 50. Signa letalia fimbriarum curam, stragulae uelutis plicaturas: Nonius cuiuslibet rei extremitatem hoc nomine significari tradit. unde & cincinnorum fimbrias dixit Cice. in Pisonem. Erant (inquit) illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Inde Fimbriatus per ambitum incisis Sueton. in Cæf. Vlum ferunt lato clauo ad manus fimbriata utricæ folia scribit esse Plin. ex quo colligimus, qualis fuerit positura & flexura fimbriarum.
- FIMETVM**, ti, Cessio, letamaio. Gal. Fumier. Hisp. Mulador de aquel esteercol.] κρημνιστων, sterquilinum, quo simus congeritur. Plin. lib. 24. cap. 2. Fimeta sub dio concauo loco, & qui humorem colligat, intacta stramento, ne in sole arefcat, fieri iubet Virg.
- FIMVS**, un, [Lettame. Gal. Fieus, fiente. Hisp. Lahienda, estihercol de animal.] κρημνιστων, letamem dicitur, & excrementa animalium, quibus agri stercoreantur. Plin. lib. 29. cap. 9. Varro priacipatum dat turdorum simo ex auarijs. Vir. 1. Geo. Ne saturare simo pinguui pudeat sola. Legitur & simum neuge. Plin. lib. 29. c. 6. Columbarum simus cum aceto ad epiphoras laudatur. Et paulo post. Turturis simum albugines extenuat. Apuleius & fræminino genere utitur, cum ait: Liquida simo stricium egesta.
- FINALIS**, is, [Finale.] τελος, quod ad finem pertinet: ut Finalis causa, cuius gratia opus aliquod fit.
- FINDO**, dis, di, filium, [spezzare, fendere. Gal. Fendre. Hisp. Hender.] χιζω, scindo, & diuido. Ouid. 1. Trist. Eleg. 7. Terra feret stellas, cælum findetur aratro. Findere freta clauis, Prop. lib. 3. Rura finduntur uomere, Claud. 1. iu. Eutrop. Virg. 6. Aeneid. Hic locus est, partes ubi se uia findit in ambas. Fissus, participiū: ut, Lignum fissum, Virg. 9. Aeneid. Paries fissus tenui rima. Oui. 4. Metam. Fissus, us, ui, pro fissura. Cicero tertio, de Nat. Deo. Quis inuenit fissum iecoris?
- FINGO**, is, xi, æum, [Fingere, formare. Gal. Feindre, faire è forme. Hisp. Hazer cosa de baro componer] πλάττω, cõpono, formo. unde & figuli dicuntur: & uas fictile, quod formatur ex argilla, aut creta. Salu. in Catil. Quæ natura uentri prona, atque obedientia finxit. Lacta. li. 1. Homines eorum simulacra finxerunt. Generale uocabulum est ad omnia, quæ ingenio manuque artificiose formantur, ut apud Cæf. lib. 1. Offic. Apum examina, non fingendorum uasorum causa congregantur, sed cum cõgregabilia natura sint, fingunt fauos. Vir. 8. Aen. Et corpora fingere lingua, id est lambendo formare. Aliquando simulare: quoniam ea, quæ simulamus, ita formamus, ut uera esse uideantur. Cic. de Finib. Talibus exemplis non fictæ solum fabulæ, sed etiam historię refertæ.
- FIRMO**, is, iui, itum, [Compire, finire. Gal. Finir, arrester, faire fin è conclusion. Hisp. Finescer y acabar.] τελεω, perficio, absoluo.

Plin. de uiris illu. Cum inter Romanos & Albanos bellum fuisset exortum, placuit rem paucorum certamine finire. Animam finivit. **Quid. 7. Metam.** Dolores finire. **Virg. 12. Aenei.** Gladio finire dolorem, **Out. 1. de Pont.** Aliquando est terminum ponere, metari. Sic dicimus finire alicui prouinciam certo tempore, pro prae scribere alicui tempus administrandae prouinciae, quo elapso, de prouincia debeat decedere. **Cic. Att. li. 8.** Marcello consuli, finem ti prouincias Gallias Cal. Martij. restit. Sic etiam finire regiones animo dicebantur augures, cum fines templi animo designabant. **Liuus primo.** Signum, contra quod longissime conspectum oculi ferebant, a quo finit. Finire agros, est cuiuslibet agri sui fines praescribere. unde & Finitores dicuntur terrae mentores, aut etiam alij arbitri, qui lite de agrorum finibus exorta suos cuique limites praescribunt. **Plau. in Pœn.** Regiones, limites, confinia determinabo ei rei factus finitor sum ego. **Cicer. pro lege agr.** Finitorem mittant: ratum sit. Finitor rerum maximus, **Stat. 8. Theb.** Finitorem item uocant Latini, circulum, partem caeli, conspicua nobis a non conspicua firmamentum. Accipitur etiam Finire pro definire, **Quintil. libro secundo.** Rhetorice finitur uarie. Sic Finitur uarie. Sic Finis, & definitio pro eodem accipiuntur. **Quintil. lib. 2. c. 16.** Hic frequentissimus finis, Rhetoricem esse uim per suadendi. Finire absolute, pro uita decedere. **Tacit. lib. 5.** Tiberius finit, octauo, & septuagesimo aetatis anno. Finitus, part. pro eo quod cessauit, & finem fecit. **Plin. lib. 18. cap. 27.** Dabitur & aliud finiti frigoris indicium.

FINIS, is, [*finis, termine. Gal. Fin, extreme, bout & acheuement. Hisp. El fin à termino à cabo de obra.*] **τέλος,** gene. tam mascu. quam foemi. **Virg. 1. Aene.** Quem das finem rex magne laborum? Idem lib. 3. Hæc finis Præmatorum. Est autem, finis, terminus, siue extremitas in unaquaque re. Est Finis intentionis, id est intentio operarij. Hæc artifices finem uocant id, quo omnia referuntur, & cuius gratia cetera fiunt: ut, Finis medici, est curare: Finis oratoris, est apte ad persuadendum dicere. Fines, finum sæpius in plura. num. pro terminis, & limitibus. **Terent. in Heaut.** Simus & Crito ambigunt de finibus. **Plin. Iunior. in epist.** Est in Nico medensium finibus amplissimus lacus. **Cæs. Bel. Gal. Quorum per fines ierant.** Cicer. pro Mur. Regere fines. Nonnunquam etiam in singulari nomen uenitur in hac significatione. **Liu. 34. in Ligurum extremo fine in agmen incidunt Romanum.** Idem 40. Ad extremum finem prouinciae Galliz. **Tacit. libro 16.** Apud finem Ligurum id temporis erat.

FINITE, aduerb. **Cic. 2. de Fin.** Auarus erit, sed finite:

FINITIMVS, ma, mum, [*Vicino. Gal. Voisin, prochain. Hisp. Cosa cercana à camarana.*] **πρόσπος,** uicinus, seu propinquus, fines nostros attingens. **Liu. lib. 1.** Iam res Romana adeo erat ualida, ut cuiuslibet finitimarum ciuitatum bello par esset. Mari finitimus est aer, **Cic. de Natu. Deo** Falsa ueris finitima sunt. Idem 4. Acad. Inferre bellum finitimis. Idem pro lege Man.

FINITIO, onis, [*Definitione. Gal. Definition, determination. Hisp. Definicion.*] **ὁρισμός, ὄρος,** idem quod definitio. **Quintil. lib. 5. cap. 13.**

FIO, fis, factus, [*Effere fatto, diuenire. Gal. Estre fait, deuenir. Hisp. in ser hecho.*] **γίνωσκω,** significationem passiuam habet, quamuis uocem habeat uerbi neutri, unde etiam inter neutra passiuia a grammatice numeratur. ueteres Facior dicebant uoce passiuia. unde apud Catonem legitur. Græco ritu faciebantur Saturnalia. Hinc mansit præteritum Factus sum, In præsentis optatiui & præterito imperfecto subiunctiui contra morem aliorum uerborum quartæ coniugationis assumit e litteram inter i, & r, ut Fierem dicimus pro Fierem, & Fieri pro Firi: in reliquis temporibus a præsentis formati sequitur inflexionem uerborum quartæ coniugationis. **Hor. 1. Epist. 1.** Nunc agilis fio Idem 4. Carm. Ode. 13. Fias anus, & tamen uis formosa uideri. **Terent. in Eu.** Verum ne fiant Hi uiginti dies. **Cicer. pro domo:** Quid te aut fieri, aut fingi dementis potest? Componitur Fio pene cum omnibus dictionibus, cum quibus componitur Facio. exceptis præpositionibus, cum quibus raro componitur ut Calefacio, Calefio, Tepefacio, & Tepefio. Ponitur quandoque pro æstimari. **Cic. in Lælio:** Ille finis teterrimus, ut, quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. In tertia persona quandoque pro cuenit, contingit. Idem lib. 1. Off. Fit interdum. ut nonnulli, omnia imitatione maiorum, suum quoddam institutum consequantur. Fiet tibi acceptum, pro referetur, **Plin. in Epi. 120.** Fient in illum exempla. **Terent. Eun.** Fieri obuiam, **Cic. Att. li. 16.** Fiat, particula est promittentis, ac concedentis, aut annuentis aliquid, **Plin. Pseud. Meis** date locum fallacijs. Si Fiat, geratur mos tibi. Fieri potest, pro possibile est. **Cic. de Ami.** Neque fieri possit, ut non statim alienatio facienda sit.

FIRMAMENTVM, [*Firmezza. Gal. Fermeté, apuy, force. Hisp. Firmeza.*] **ἄρπυς.** **Cic. de Ami.** Constantiæ, quam in amicitia quarimus, firmamentum est fides. **Gell. lib. 13. cap. 21.** Nervos uocat firmamenta membrorum, quod in illis consistat totius corporis robur.

Rhetores etiam firmamentum appellant quod a **Quintil. 2.** no uocatur Continens causa, & Græcis **συνέχων,** id est cardinem illum, circa quem totius causæ decisio uersatur. No'tri hodie Iurisconsulti uocant Punctum occisionum litis. ad **Her. li. 1.** Nec ratio, quare fecerit, nec firmamentum queritur.

FIRMAMENTVM, nis, [*Firmezza.*] **συνέχων,** firmamentum. **Quid. 10. Metaph.**

FIRMO, as, [*stabilire. Gal. Affermir, fortifier, afferuer, confermer. Hisp. Firmar. Fundar à stablecer.*] **κατατύω,** stabilio. **Liu.** Firmabat cum Africa cis præsidij. **Tac. lib. 4.** Asylum ut firmaretur patentibus. **Firmatus.** **Virg. 4. Ecl.** Vbi iam firmata uirum te fecerit ætas.

FIRMA TOR, [*Confermatore.*] **Tac. lib. 2.** Drusus pacis firmator.

FIRMVM, **Pomponio,** **φιρμιον,** **Ptolem.** Piceni castellum. **Plin. lib. 3. cap. 13.**

FIRMVS, mi, [*Fermo, stabile. Gal. Ferme, estable, assurdé. Hisp. Cosa firme y fuerte.*] **βέβαιος,** constans: a ferendo, quod constanter omnia ferat. **Terent. in Hecy.** Ex quo firmiorem posthac inter nos amicitiam fore scires? Firmus cibus, ualidus, & ut **Varro de re rust. lib. 2. cap. 12.** loquitur, alibilis. Firma potio, multi nutrimenti. **Celsus lib. 2. cap. 18.** Firmior ex frumento potio est, quo firmius sunt ipsum frumentum. Firma ualetudo, integra, ualida. Et qui robusti est corporis, Firmus dicitur. **Cic. Tironi.** Ne te tam longæ navigationi, nisi bene firmum, committas. Item firmus, immittis. **Plancus Cil. 10. fam.** Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur. Firmum uinum, potens, & durabile. **Vir. 2. Geor.**

FIRME, [*Fermamente. Gal. Fermeent, afferuement. Hisp. Firme, y fuerte mente.*] **βέβαιος,** **Plau. Persa.** firme ut quisque rem accurat fidam. Si ei procedit, **Cic. Att. lib. 11.**

FIRMITAS, uini, quam uulgus durabilitatem uocat. **Plin. lib. 14. c. 2.** principatus datur Ammoneis propter firmitatem. Alioqui Firmitas idem est, quod constantia. **Cic. Dolabellæ.** Firmitatem & constantiam eandem cognosces, quam reliquisti. Firmitas, soliditas. **Cic. 2. Phil.** Gladiatoria totius corporis firmitas. **Plautus in Mostel.** specta postes, Quanta firmitate facti, & quanta crassitudine.

FIRMITER, [*Fermamente.*] **Plau. Pseu.** Eum promississe, firmiter dixit mihi. **Varr. 3. de re rust. cap. 9.** Cubilia Gallinarum afflicta firmiter.

FIRMITUDO, [*Firmezza. Gal. Fermeté, constance. Hisp. Firmeza.*] firmiter. **Cic. ad Att. lib. 10.** Magni æstimo tibi firmitudinem animi nostri probari. Vocis firmitudo, ad **Heren. lib. 3.**

FISCELLA, læ, [*Cestello. Gal. Petit panice d'osier. Hisp. El cachapo.*] **ελάπος,** diminut. a Falcina, uas uimineum, aut ex iuncis, quo lac coagulatur, dum calens exprimitur, uel in quo caser feruntur. **Tib. libro 2.** Tancæ fiscella leui detexta est uimine iunci. Item Fiscella dicitur qua boum ora capitulantur. **Plin. lib. 18. cap. 19.** Fiscellis capitulantur boues oportet, ne gerymmum tenera decerpant. **Cato de re rust. cap. 54.** Boues ficellas habere oportet, ne herbas se sentent cum arabant.

FISCELLVS, li, idem. **Col. lib. 11. cap. 38.**

FISCINA, nx, penul. corre. etsi deminu. esse uidetur a fiscus, eiusdem tamen est significationis cum primitiuo. uide Fiscus. **Var. de re rust. lib. 1. cap. 22.** ex uiminibus materiaque rustica sunt corbes, fiscina, rastelli. Fiebant etiam fiscellæ ex sparto quod iunci genus est. **Colum. lib. 11. cap. 2.** Si sparti foecunda regio est, fiscinæ, sportæ ex uimine fieri debent. Denique Fiscinæ nomine comprehenditur omne uasis genus, ex uimine, aut iunco, aut simili materia contextum. unde etiam **Cic. in oratione pro Flacco** posuit pro calathis illis iuncis, in quibus ficus inclusæ in alias regiones deferuntur. Homini (inquit) Phrygi fiscinam ficorum obiectisti.

FISCVS, ci, masc. gen. [*Fisco. Gal. Le reuenu, ou le domaine d'un prince ou d'une republique, le fise. Hisp. La hacienda publica à pertenescente al Rey.*] **Afcon.** Fisci, fiscinæ, fiscellæ, sparte sunt utensilia ad maioris summe pecunias capiendas. unde, quia maior summa est pecunia publicæ, quam priuatæ, factum est, ut Fiscus pro pecunia publica diceretur. Hæc Afcon. Alij tamen malunt Fiscum principis dici: Aeriarium uero publicum. **Plin. ad Traia.** At fortasse non eadem seueritate fiscum, qua ærarium cohibes: immo tâto maiore, quâto plus tibi hære de tuo, quam de publico credis. **Cic. 2. Verr. Et negotio** fisci Siciliensibus minabantur. **Tacit. li. 1.** Cum fisci inter signa, interque aquilas ueherentur. Inde Conoscicare dicimus, pro, in ærarium redigere. **Sue. in Augu.** Fiscus item pro qualo oleario, qui ceruicis, uticularis supponitur, ne faeces in lacum cum oleo defluant, uel etiam in quo oliuæ ponuntur, cum prelo supponitur, ut amittat, id est olei se, aliquantisper exanietur, id est exudet, & per uimina perfluat. **Colum. 12. c. 47.** nouo fisco inclusa, prelo supponitur. Eodem lib. cap. 40. Intrita oliuæ nouo fisco includitur, & prelo subijcitur. Item cap. 50.

FISSILIS, le, 2. 150v, quod fundi potest. **Col. lib. 9. cap. 2.** Fissilis fissipes. **Vir. 1. Geor.** Fissile lignum. **Plau. in Aul.**

- FISSIO**, Cic. 2. de Na. De. Cum terræ subigerentur fissione glebarû.
FISSURA, [Fessura. Gal. Fente. Hisp. Hendedura.] rima, diuisio, quæ fit findendo. Colum. lib. 5. cap. 10. Plin. lib. 10. cap. 63. Hinc Bisidus, & Trifidus, in duas, uel tres partes diuisum: unde orbis a poetis dicitur Trifidus, quod in tres partes sectus sit.
FISTULA, cæ, machina, quæ pauiores utuntur, utrinque ansata, quæ pili magna uel in terram adiguntur. Vitruv. 7. Si congesticius locus fuerit, fistulationibus solidetur. Vitruv. & hac uoce Plin. 36. Fistula alia est magnæ molis, quæ trabalis materies in terram pangitur, aut in alueum fluminis, quæ funibus tollitur, & pondere suo temisfa illiditur. Cæf. 3. de Bel. Gal. Hæc cum machinationibus immiffa in flumen defixerat, fistucis que adegerat.
FISTULATUM, fistuca ex æquatum, unde & Fistucario apud Vitruv. loco iam citato, pro ex æquatione areæ. & Plin. lib. 17. c. 11.
FISTULA, [Fistula. Gal. Tnyxan, fustule. Hisp. Flauta de cañe para tener.] tubus, proprie dicitur, per quam aqua educitur fustula fundendo, siue ferendo: ut tuba tumore, & canales, & canna, quod ad earum similitudinem facti sunt, sunt qui putent deduci *buçano*, inflo, uel inspiro. Cic. pro Rab. Marius fistulas, quibus aqua suppediabatut Iouis Opt. Maxi templo, prædici imperarat. Ita apud Var. lib. 3. de re rust. cap. 5. Ab huius similitudine dictum instrumentum musicum, quo flatu canitur, cuius Pân dicitur inuentor fuisse. Plin. lib. 7. cap. 56. Virg. 2. Eclo. Est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula. Fistula item a Medicis appellatur, ulcera manantia angusta, sinuosa, ex abscessibus fere male curatis ortum trahentia. Plin. lib. 20. cap. 6. Est etiam fistula in homine, per quam spiratur, seu cibus deiecitur, nam duas esse fistulas scribit La. de Opificio hominis, spirituales, & cibales: illa spiritum meare, hæc cibum potumque descendere. spiritalem Cor. Asperam arteriam nominat. Plin. lib. 9. cap. 7. Balenæ, delphines fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent.
FISTULATOR, [Trombetta. Gal. Flesleur, jouur de flustes. Hisp. Aquelquenta ñe flantas como de canas.] τυμβατης, tibicen. Gel. & Cic. de Ora.
FISTULOSUS, in modum spongix caucrnulas habeo. Plin. libro 18. cap. 11.
FISTULOSUS, a, um, *πυλωδης*, spongix modo, foraminibus plenum. unde Cæcus fistulosus, Col. lib. 7. cap. 8. Fistulosa terra, Plin. lib. 17. c. 5. Fistulosus cancer, morbus, Cato, cap. 157.
FISTULAM, a fingendo, pro fibula Veteres usurparunt. Festus.

F A N T E L

- FLABELLUM**, li, [Ventolo, paramosche. Gal. Esuentoir de quoy on s'esuente par temps de chaleur. Hisp. El moschadero.] *νεβηλιδιον*, diuisa Flabro, instrumentum, quo fit uentilatio per ætatem ad refrigerandum. Oui. de Arte: Proficet, & tenui uentos mouisse flabello, Flabellum seditionis, translate, Cic. pro Plac. Cuius lingua quasi flabello seditionis, illa est egentium concio uentilata. Flabellifer adiect. Plau. Trin.
FLABELLIS, le. Cic. 1. Tus. Nihil flabile, pro aërio.
FLABRA, orum, *πυροσφηνες*, a Flo, a, flatus, uel flamina uentorum. Proper. Neque hic Boreæ flabra, neque arma timer. Vir. 2. Geor. Non hiemes illam, non flabra, nec imbres Conuellunt.
FLACCIDO, [Diueneri flacco. Gal. Se fleustrir, se finer, deuenir flestri, & sane. Hisp. Marchitarse, en flaquecerse.] *χλωδον*, languens, a quo Flaccido, *χλωδον*, languidus flo. Col. lib. 3. Paucis horis, dum flaccescat, in sole habeto. Cic. de Cla. Or. Flaccescebat oratio. Conflaccesco, usus est Gel. li. 1. pro detumescit. Fluctus, simul ac uentus se posuit, sternuntur, & conflaccesco.
FLACCIDUS, a, um, [Languido flacco. Gal. Flestrifano. Hisp. Marchito, flecho.] *χλωδον*, languidus. Plin. lib. 15. cap. 39. folio maximo, flaccido, albicante. Vnde Flaccidi, siue Flacci dicuntur, quorum aures pedule sunt. Col. lib. 8. Caper flaccidis auribus habetur optimus. Hinc cognomen Valerix familiæ Romanæ, quod primus in ea gæte aures haberet deorsum pendentes. Cic. de Nat. Deo. Deos flaccos, frontones, capitones.
FLAGELLA, orum, [Tralci, capi di uiti. Gal. Les neriges ou bouts menus & desliez des branches d'arbres. Hisp. Ramos altos de la uia.] *ελας*, in uitibus dicuntur teniores palmites, ex anniculis farmentis enati: prius Flabella (ur quibusdam placet) a uentorum flatu & agitatione dicta Virg. 2. Geo. Neque flagella Summa pete. Frequentissime autem accipitur pro loro, siue alio quouis uerberere, quibus seruos nudatos caedere solebant. Marcel. l. in seruorum. ff. de Poenis. Ex quibus caniffis liber fistibus ceditur, ex ijs seruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur. Cic. pro Rab. Porcia lex uirgas a ciuium Ro. corpore amouit: hic misericors flagella reculit. Flagella etiam sunt, quibus hodie aurigæ utuntur, quæ excussa clarum reddant sonum. Virgil. 5. Aeneid. Insonuitque flagello.
FLAGELLO, as, [Flagellare, battere sferzare. Gal. Iouetter flageller, battre. Hisp. Azotar o herir o hostigar.] *οσιζ*, flagello cædo. Mart. libr. 1. Lumina sideribus certent, mollesque flagellent Colla comæ. Item *mitrepate* a que personare. Flagellare annonam, est annonam du-

- riorem facere, ut Herimol. scribit. Plin. lib. 3. c. 13. Præualens maniceps annonam flagellet.
FLAGITATOR, qui alidue petit. Plau. in Most. accipitur & pro creditore petente pecuniam sibi debitam. Idem Calsi. Nequis formidet flagitatoreni suum.
FLAGRANTER, [Ardentement. Gal. Ardemment, destrément. Hisp. Encendidamente.] Tacit. lib. 1. Sp. cie recusanti flagrantissime cupuerat.
FLAGRANTIA, [Ardore. Gal. Ardeur, bruslement. Hisp. Ardor o encendimiento.] Gel. li. 17. cap. 10. Flagrantia oculorum, pro impudentia, ardore quodam, Cic. pro Cæf.
FLAGITIOSE, [Sceleratamente.] inique, scelerate. Cic. 2. Verr. iudicia male & flagitiose tueri. Impune, ac flagitiose uiuere, idem 3. de Finibus.
FLAGITIOSISSIME, inferuire aliorum amori, idem in Cat.
FLAGITIOSUS, a, um, [Maluagio.] *υβρις*, sceleratus. Cic. de Ami. Flagitiosa uita, 2. de Fin. Flagitiose libidines. 4. Ver.
FLAGITIVUM, tij, [Sceleraggine, ribaldaria. Gal. Meschant, plein de toutes peillardisies & autres meschancetez. Hisp. Vicioso, luxurioso, uimioso.] *υβρις*, *μωρηνισιας*, crimes grauius: a flagitando dictum, siue a flagris: quod uel flagitatione, id est expostulatione, uel flagris dignum sit. Ci. in Catil. Supra, adulteria, & omne tale flagitium illecebris excitari uoluptatis. Flagitium aliquando periculum, & damnum esse uult Nonius. Lucil. lib. 29. Rectius multo, & sine flagitio. Pla. in Epist. Flagitio cum maiore post reddes.
FLAGITIOSUS, [Dimandare con istanza. Gal. Demander quelque chose affectueusement. Hisp. Demandar con impetunidad.] *οσιζ*, *ιπταωσ*, instatet peto, exigo, & quasi iure quodam modo depono: habetque in se maiorem uim, quam postulo: & quandoque accusatiuo tantum iugatur. Cic. pro Quinctio. Hoc causa postulat non tamen flagitat. Quandoque habet accusatiuum cum ablatiuo mediante præpositione. Cæf. Com. 1. Ab Heduis: scumentum flagitat. Quandoque constructum cum duobus accusatiuis: ut apud Sue. in Vitel. Fæneratorum & publicanorum, qui unquam se aut Romæ debitum, aut in uia portorium flagitauerunt, quibus illi pepercit. Flagitare, pro accusare, Tacit. lib. 17. Vt peculatoreni flagitauerunt. Compositum est, Conflagito Plin. lib. 34.
FLAGRATOR, dicebantur, qui mercede flagris cædi se permittebant. Festus.
FLAGRONES, dicti sunt serui, quod flagris subiecti sunt. Nonius.
FLAGROSUS, [Ardere. Gal. Ardre, brusler, estre embrase. Hisp. Arder o serencendo.] *πυροσφα*, ardeo: a flamma, uel a flatu, quo aliter incendium, quando flatu excitatur ignis. Virg. 1. Aen. Flagrantisq; Deuultus Ouid. 6. Fal. Flagrant sancti sceleratis, ignibus ignes. Transfertur quandoque ad desiderium amoris, odij, iræ, uirtutis, aut uitij. Lact. lib. 1. Quid Apollo, nonne ob amoreni, quo flagrabat, corpissime gregem pauit alienuam? Et li. 7. Qui auaritia opum inexcipibili quadam siti flagrant. Liu. libro 2. Cuius inextinguo flagrabat odio. Flagrans pinus, Virgil. lib. 9. Aene. Flagrans cupiditas, Cic. 5. Tus. Eximio litterarum amore flagrans, Quinct. in Proc. lib. 2.
FLAGRVM, gij, *μαδιδες*, quo cædi consueuerunt serui. Iuu. Sa. 5.
FLAMEN, nis, neut. ge. [sossiofiato.] *πυρ*, flatus dicitur, a flo, flas, Virg. 10. Aeneid. Cæf. flamina penna. Masculino autem genere Flamen sacerdotem significat. Sumebant Flamines cognominæ ab eo deo, cui sacra faciebantur: Flamen Dialis *πυρ*, a Ioue quasi Iouialis: Martialis a Marte, Quirinalis, a Quirino, hoc est a Romulo. Ratio autem nominis tracta est a filo, quo caput cinctum habebant: ut docet Seruius ijs uerbis. Flamines in capite habebant pileum, quod cum per ætus ferre non possent, filo tantum capita religere ceperunt, nam nudis penitus capitibus incedere nefas erat: unde a filo, quo utebantur, Flamines, dicti, quasi flaminæ. Plin. lib. 18. cap. 11. Varro flaminem faba iron uesci tradit. Ci. 2. de Leg. Diuis. alijs sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunt.
FLAMINIA, flaminis domus. Gel. lib. 18. cap. 15.
FLAMINIA, Via, quæ per portam Flaminiam, ad Tiberim sitam, Arminum usque ducit. dicta a Flaminio consule, qui eam strauit. Cic. 12. Phil. Tres uix, a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, nuda Calsia. Ouid. 1. de Pon. eleg. 9. Flaminia Claudia iuncta uix.
FLAMINICA, flaminis uxor. Gel. lib. 10. c. 15. Hoc etiam nomine appellabantur uirgines Flaminicæ, Dialis præministræ. Fest.
FLAMINIUM, nij, flaminis dignitas, siue sacerdotium. Liu. 26. Claudius, flamen Dialis, quod exta perperam dederat, Flaminio abiit. Gel. lib. 10. c. 13. Vxorem si amissit, flaminio dedit. Abire, & dederat flaminio, eo modo dictum, quo abire magistratu.
FLAMINIUS, licetor, qui flaminum Dialis sacrorum causa præsto erat. Fest. Est etiam nomen familiæ Romanæ.
FLAMINIORVM nobilis fuit Romæ familia: ex qua T. Flaminius, qui ad Thrasimenum lacum ab Annibale cõ uinceris pene copijs deletus est. Hic uia Flaminiam strauit a Roma Arminum usque.

FLAMINIUS, Camillus, puer patrimus, & matrimus, Flamini Diali in sacrificiis præministras. Antiqui enim ministras Camillos dicebant. Festus.

FLAMMA, mæ, [Flamma. Gal. Flambe. Hisp. Flama del buego.] φλόξ, φλέγω, ardeo. Vir. 8. Ecl. Corripuit tremulis altaria flammis. Interdum pro periculo. Cice. 1. Tusc. quæ flamma est, per quam non concurrerint?

FLAMMEARIUS, rii, infector flammei coloris. Plau. in Aul.

FLAMMEOLVS, flammæ colore, dilutiore tamen. Coll. lib. 10.

FLAMMESCIERE, [Inflammaris.] φροφιδός, est accendi, & flamma corripit.

FLAMMEVM, mei, κρόκισ, πένπλες, Her. genus ueli lutei, seu crocei, quod a nouis nuptis geitabatur, dictum quod eo assidue utebatur Flaminnica, id est flammis uxor, & quia Flamini non erat permittum cum uxore diuortium facere, Institutum est, ut etiã nouæ nuptæ hoc amicali genere uterentur boni ominis causa, in signum indissolubilis coniugii. Lucanus de Martia. iterum nubente Catoni: Lutea demissos uelaurum flammæa uultus. Plin. lib. 21. c. 8. Lutei uideo honorem antiquissimum in nuptialibus flammæis fœminis concessum. Dimin. est Flammeolum. Iuue. Sat. 10.

FLAMMEVS, a, um, [Disflamma flammegiate. Gal. De flambe ou couleur de flambe f amboyant. Hisp. Cofi tod i de ll. m. a.] φλογός, ignitus, accensus, flammæ calorem referens. Cic. 1. de Diui. ex Accio poeta: Orbem flammæum Radiatum solis. Colum. lib. 6. uelut halitu flammæo fructus uratur. Cice. de Natu. Deo. Sunt stellæ natura flammæ. Interdum Flammeum, quod flammæ colorem refert: hoc est ardens & lucidum: unde Flammearii dicti, qui flammæum colorem tingebant, Violarii, qui uiolæum.

FLAMMIFER, a, um, flammam afferens, inflammans. Cic. 4. Acad. Pestem abige, a me Flam. niferam hanc uim quæ me ex cruciat.

FLAMMIGER, a, um: ut, Sol flammiger. Val. 5. Ar. Flammigerare, flammam emittere, Gel. lib. 17. cap. 10.

FLAMMIGENA, næ, φλογεβνίς, flamma genitus.

FLAMMIVOMVS, a, um, πορικέλιος quod flammam uomit.

FLAMMO, mas, [Inflammaré. Gal. letter flambe, flamber, flamboyer. Hisp. hencender en llama.] φλαγγίς, incendo, inflammo, & per metaphorã incito. Tac. lib. 18. Exercitus flammauerat arrogantia uenientium a Vitellio militum. Idem lib. 30. Flammaree insuper allatæ a Vespasiano litteræ. Hinc Flammatus, a, um, incensus, incitatus. Virg. 1. Aen. Talia flammato secum dea corde uolutans. Flammatus Iuppiter, id est flammam dextram manu tenens pro sceptro: ita enim apud antiquos pingebatur. Cic. 1. de Diu. ætherio flammatus Iuppiter igni. Interdum pro exardere. unde flammantia lumina, è quibus quidam quasi flammæ color emicat: quod iratis accidere solet. Vir. 3. Geo. Flammantia lumina torquens.

FLAMMVLA, læ, φλόγιον. dim. est a flamma. Col. lib. 9. cap. 14. Papiliohes circa flammulam uolitant. Cic. in Acad.

FLANDRIA, driæ, [Flandria.] regio est in sinibus Belgarum, ad littora Oceani septentrionalis posita: in qua sunt urbes insignes Gandauum, & Brugæ.

FLATVS, tus, [Vento flato.] τρῶν, spiritus, uentus, flamen. Cice. in Arato: Aram, quam flata permulcet spiritus Austri. Et paulo post. Validis erumpit flatibus ignes. Idem 1. Offic. Prospero flatu iudicio rui utimur.

FLATOR, oris, tibicen ab inflatu tibiærum. Festus.

FLAUEO, es, ui, [Biondeggiate, esser di color d'oro. Gal. Iauuir, deuenir Iauue, Hisp. Ser ruuido à roxo.] εἰρωδί, Flavus sum, id est eius coloris, cuius est aurum. Col. lib. 2. Flaventibus satis, mæsis faciendâ. Vir. 3. Geo. Torquens flauentes Ister arenas. Idem 10. Aeneid. Flauentem prima lanugine malas Dum sequeris Clitium, Id est habentem malas flauentes.

FLAVESCERE, [Biondeggiate.] est flauum fieri. Vir. 4. eclo. Flauescet campus arista. Plin. lib. 9. cap. 35. Herbulæ ante mæstem flauescunt.

FLAVIA Familia, a flauedine capillorum dicta, quæ tres continuos Roma. populo imperatores dedit, Vespasianus, Titus, Domitianus.

FLAVIA Colonia, Palestinæ urbs, primum ab Herode conducta, & in gratiam Ti. Cæsaris Cæsariæ appellata, postea deducta eo a Flavio Vespasiano colonia, Flauia appellata. Plin. lib. 5. cap. 13.

FLAVINIVM, locus Italiæ in Sabinis sub Soracte monte. Seruius in illud Vir. 7. Aen. Hi Soractis habent arces, Flauiniaque arua.

FLAVVS, a, um, [Biondo, di color d'oro, giallo. Gal. Iauuer. Hisp. Ruuido à roxo] εἰρωδός, color ex uiridi, & rufo, & albo concretus: hoc est, fuluo clarior, qualis est color auri. & mellis, & aristarum cum iam maturauerunt. Flaua mella. Mat. lib. 1. Flauaque de rubro promere mella cado. Flauus crinis. Vir. 4. Aen. Nondum illi flauus Proserpina uertice crinem Abstulerat. Flauus capilli. Ouid. 2. Fast. Niueusque color flauique capilli. Vir. 1. 1. Ge. Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo. Vbi Seruius Flaua Ceres dicitur propter aristarum maturitatem. Sic Flauam aquam, Flauas frondes olearum dicimus.

FLEBILIS, flebile. [Degno d'esser pianto, Gal. Pleino de pleur, qu'on doit pleurer, ou qui incite à pleurer. Hi. Cosa digna de ser lloradæ.] πολύδακρυ

quod dignum est, ut desleatur, Cic. pro Planco, o flebiles nigilias, Hor. lib. 1. Car. Multis illi quidem, flebilis occidit, Nulli flebilior, quam tibi, Virgili.

FLEBILITER, [Con pianto.] aduerb. cum fletu. Cic. 2. Tus.

FLECTO, ctis, flexi, flexum, [Piegaré, torcere. Gal. flectir, ployer, tordre, courber. Hisp. Doblegar à inclinar.] κάμπω, torquere, & curuare. Plin. lib. 12. cap. 45. Elephantaus poplites intus flectit, hominis modo.

Flectere iter ad locum aliquem, est cursum eo dirigere, uel iter in situere. Liu. 8. ab Urb. Ad Priuernum eos. flexit iter. Et per translationem Flectere animum. Ter. in Hecy. Istuc est sapere, ubicumque opus sit, animum flectere. Flectere aliquem precibus, est aliquem exorare. Cic. lib. 4. Aca. Si te oratio Luculli flexit. flectere uocem de Græco Gel. lib. 4. cap. 3. Flexus, particip. Ouid. 4. Meta. Flexumque genus submitit.

FLEMINA, dicuntur a Festo, cum ex labore uix sanguis effluit circa talum. Plau. in Epid. Præ lassitudine inuaserunt in genua flemina.

FLEO, fles, fleui, fletum, [Lagrimare, piangere. Gal. Pleurer ou plumer. Hi. Llorar echando lagrimas.] δάκρυω, lacrymas emitto. Ouid. 2. de Rem. am. Ut flerent, oculos, erudiere suos. Flet impersonale. Teren. in Andr. In ignem posita est, fletur. Flens, partic. Ouid. 1. Tri. Vxor amans flentem. Fleturus, idem 4. Trif. Fletus, aliud partici. quem multis lacrymis prosequimur, Vir. 6. Ae. Hic multum fleti ad superos. Id est quorum mortem magna lamentatio sequitur.

FLETVS, [Pianto. Gal. Pleur, pleurement. Hi. Lloro, obra de llorar con lagrimas.] subst. δάκρυον, Cice. ad Teren. libr. 14. Quod ego maximo cum fletu legi. Compositum est Defleo, flendo deploro. Cice. libro 1. Tus. Non liberi desleti, non fortunæ omnes a uictoribus, possiderentur.

FLEXAMINA, oratio dicitur, quæ animum flectere possit. Cice. 2. de Orato.

FLEXIBVLA, Satyræ nomen apud Varronem, aliquoties a Nonio citatur, quæ uox ex Latino Flectere, & Græco βεβλή, coaluisse uidentur: ut sit Flexibula, quasi consilium flectens.

FLEXILIS, le, p. c. [Pieghenole] πηγώδης, quod facile flecti potest. Plin. lib. 11. c. 37. Cornu flexile. Ouid. 5. Meta.

FLEXIBILIS, Pieghenole. Gal. Facile à flectir, ployable. Hisp. Lo que se pue de doblegar. κομπύλος, quod facile in quamuis partem curuari potest. Ouid. 3. Amo. Nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus. Flexibilis ætas, pro molli, quæ facile flecti potest in quamcumque partem. Cice. ad Brutum. Videtur in eo esse indoles: sed flexibilis ætas.

FLEXIO, uerbale, [Pieghenole] flectendi actus, ut uirilis laterum flexio. Cic. in Ora. Idem in Pis. Quæ diuerticula, flexioneque, quæ sunt? Hinc circûflecto, circûdo, circûplico, Vir. 3. Ae. lôgos, & Circûflectere cursus. Deflecto, Inflecto, Reflecto, Offlecto, suis locis.

FLEXVOSÆ, aduerb. Plin. lib. 18. c. 35. Si flexuose uoliter flamma.

FLEXVOSVS, sa, sum, [Intorchiato. Gal. Tortu qui ua entornoyant. Hisp. Doblegable, doblegado, piegado] quæ uarios, uel multos habet flexus: ut, Flexuosa uitis, Cato de re rust. c. 33. Cic. de Nat. Auditus flexuosum iter habet. Plin. lib. 11. c. 37.

FLEXILOQVVS, qui ambigua & obscura loquitur. Cic. 2. de Diui.

FLEXVMINES, equites Romani erant a flectendis equis dicti. Plin. lib. 33. cap. 2. Equitum nomen sepe uariatum est, Celeresque sub regibus appellati sunt, deinde flexumines, postea Trussuli.

FLEXVS, us, [Piega.] λυγισμα, curuatio. Quin. lib. 8. c. 2. Propter flexus capillorum. idem lib. 9. cap. 2. Qui cursu parum ualent, flexu elusit. Flexus ætatis, cum ætas incipit inclinari. Cic. in proœm. de Or. Si inflexus forensum rerum labor ætatis flexu constitisset.

FLEXVRA, [Piega. Gal. Flechissement. Hisp. Plegadura.] εσφορῆ, flexus. Col. lib. 5. cap. 5.

FLECTVS, ictus. Virg. 9. Aen. Dant sonitum galeæ flectu. Quo in loco Seruius putat dictum esse, Flectu pro afflictu per aphæresim. Hinc affligo, Confligo, Infligo, & Profligo, quæ habent penultimum prod. Est autem affligere, proprie proclittere. Cæsar: Neque, si quo afflictæ casu fuerint, erigere sese possunt. Per translationem pro perturbare. Sen. Ut animum uariis curis afflictum oratione lenire. Hinc Afflicto, afflictas, frequentatiuum; de quo & alijs cõpositis, locis suis.

FLEGO, gis, xi, tum, [Percotere. Gal. Frapper, donner coups. Hisp. Herir.] percutio. Liu. Andron. in Aegytho: Ipse se in terram faucius fligit cadens. Nonius.

FRIGEO, ges, frixi, teste Prisciano, [Raffreddarsi. Gal. Auair froid. Hisp. Enfriarse.] *ῥατῶ*, *ῥύχομαι*, frigidus sum. Vir. lib. 6. Corpusq; lauant frigentis, & unguunt. Fit aut Frigeo, ut quibusdam placet, *ῥοσφιβω*, horreo. unde *ῥοπιον* horror, seu frigus dicitur. Siue (ut aliqui malunt) *παρὰ τὸ ῥίχος*. Sic enim Græci frigus & rigorem uocant. Frigere etiam dicuntur, qui segnes sunt. Ter. in Eun. Frigent, Id est, languidi sunt, quales ij, quibus res parum succedunt ex sententia. Ci. 4. Ver. Cum omnia iudicia frigerent. Tere. in Eun. Sine Cere & Baccho friget Venus, hoc est languida est. Ci. ad Att. lib. 1. Cum Romæ a iudicij forum frixerit. Hinc Refrigeo, amitto. Col. 1. Si bos in opere faciundo refrixerit.

FRIGERO, ras, [Raffreddarsi.] frigefacio, *ῥατῶ*, *ῥύχω*, Composita eius magis sunt in usu. Refrigo, quod est, rem aliquam calidam frigidam facio. Perfrigo, uehementer frigefacio. Plin. Omnium ea uim uis eadem perfrigerare est, i. astringere.

FRIGESCO, scis, [Diuenir freddo. Gal. Deuenir froid, se refroidir. Hisp. Enfriarse.] *ῥοσφιβω*, frigidus fio. Caro de re rust. cap. 65. Vbi erit tam crassum, quam uiscum, finito frigescat. Cælius ad Ci. Si Parthi nihil uos calefaciunt, nos hic frigore frigescimus. Vbi metaphorice accipitur pro ociosum esse. Laet. li. 7. Ut paulatim frigescentibus membris anima effletur.

FRIGIDARIUM, rij, [Riffrescatoio.] *ῥατῶν*, *ῥύχων*, ahenu in balneis

quo frigida aqua continebatur, sicut Caldarium, quo calida, & tepidarium, quo tepida. Frigidaria cella, locus erat in balneis, in quo frigida lauabantur. Plin. li. 5. epist.

FRIGIDVLVS, [Freddarello] *ῥοσφιβω*, dim. a frigidus, subfrigidus, Caul. Argon. Frigidulos udo singultus ore cientem.

FRIGIDVS, frigida, frigidum, [Freddo, che ha freddo. Gal. Froid. Hisp. Cofa fria ó fr. sca.] *ῥύχος*, quod habet frigus. Ouid. Frigidus glacie pectus amantis erat. Quandoque dicitur segnis, languidas. Virg. 11. Aen. Largus opum, & lingua melior: sed frigida bello Dextera. Sic frigidus homo, qui omnia renisse agit. Cic. 3. in Verr. Alij frigidiores. Ideo loci dicuntur frigidi, qui parum habent uehementiæ ad excitandum risum. Frigidus, perniciosus, inquit Seruius in huic Virgiliti locum: Frigidus, o pueri fugite hinc lateat anguis in herba. Frigida per se positum, accipitur pro aqua, quæ calida non est, aut tepida. Plau. in Most. Iam pridem frigida non laui magis libenter. Plin. in epi. Per solem plerunque frigida laua batur. Vnde, Frigidam suffuadere, prouerbio dicimus pro, rem aliquam inflammare. Tractum est prouerbiu a fabris ferrariis, qui igni suo frigidam aspergunt, quo uehementius ardeat. Frigide aduer. Quin. lib. 6. cap. 1. Frigidus, malignus, Vir. 1. Geo. Frigida Saturni sese quo stella receperet.

FRIGILLA, læ, *ῥιζα*, auis sic dicta, quod frigore canet. Mar. lib. 9. Nunc sturnes, inopes, frigidarumque querelas audit.

FRIGO, frigi, frixi, frictum, [Frigere. Gal. Frirre, fricasser. Hisp. Freir.] *ῥοσφιβω*, torreo. Festus: Frigere, & frictum a Græco. Inde Frictorium, & Frixorium, in quo quid frigitur. Plin. in Bac. frictum illum reddam. Idem in pœn. triticum, & frictas nucas. Plin. lib. 18. ca. 7. Postera die frigunt. Celsus: magis alit, assa quam frixa.

FRIGORIFICVS, a, um, *ῥυχοποιος*, frigus inducens. Cel. lib. 17. ca. 8. Acetum maxime frigoricum.

FRIGVS, ris, p. c. [Freddo. Gal. Froid, froidure. Hisp. Frio ó frescura.] *ῥύκος*, pro horrore, qui est contrarius calori. Vir. li. 1. Geo. Frigusque caloremque. Aliquando pro metu: ab eo, quod præcedit, ad id quod sequitur. Vir. 1. Aen. Ex templo Aenæ soluuntur frigore membra. Seruius: Frigore, id est, timore. Reciproca translatione, & timor pro frigore, & Frigus pro timore, ponitur, ut in Ter. Vxorem tuã pauitate aiunt, hoc est, non timere, sed laborare frigoribus. Rursum, Frigus dicitur ipsa aeris natura. Virg. lib. 2. Geo. At sceleratum exquirere frigus Difficile est. Frigus, id etiam appellatur, cum pro risu, & gratia nel fauore sperato, res in diuersum exit. Ci. ad Q. Fr. li. 2. tantum fuit frigus, ut populi conuicio nos coactus sit dimittere, Quin. li. 6. rigor, & deformitas asserunt frigus. Vbi absurdam rei speciem significat, quam incommodus euentus consequitur.

FRIGVTIO, tis, tui, est minutim subhilitate: a frigilla auicula deductum. Plin. in Cat. Quid frigitis?

FRIO, as, fregolare, *ῥεποροπέω*, tero. Plin. li. 13. c. 4. In Aethiopia friatur. Var. 1. de Re re. c. 9. cum fodiatur facile frietur. Affrio, Infrio, *ῥητρίβω*, terendo digitis leuiter inspergo, paululum contero.

FRISTVS, populi sunt ad Oceanum Septentrionalem siti, Batauis & Sincambri finitimi, etiam hodie nomen retinentes.

FRIUS, dicitur illud in summa spica iam matura, quod est minus, quam granum. Varro. li. 1. de Re rust. ca. 48.

FRIULLVS, is, *ῥύχος*, tabula lusoria, inquit Porphyrius. solent. n. tesserae conijci in fritillum, tanquam uasculum, quo agitatae deinde mittuntur in alueolum. Iuue. Sat. 14. Paruoque eadem mouet arma Fritillo. Dicitur Fritillus (ut quidam putant) a crepitu ipsorum tesserarum, uel quod super eo tesserae ferantur. Mar. li. 4. Incertis sonat hinc & hinc fritillis.

FRIUOLVS, friuola, friuolum, p. c. [Di nium momento, da niente. Gal. Friuole, de petite valeur & estime. Hi. Cosa uana y de poco precio.] *ῥυχολόγος*, a Frio, as, inane, nullius momenti, quasi friabile. Plin. lib. 7. ca. 7. putet æstimatæ, quam sit friuola animalium superbulsimi origo. Friuolam originem pro infirma dixit, & ueluti friabili. ad Her. Friuolus, & illiberalis est sermo.

FRIUOLA, orum, auctore Festo, sunt uasa fictilia quassa. in Pandectis in l. Solutum. de pigno. actio. Non enim credibile est, hoc conuenisse, ut ad uniuersam pensionem insulæ friuola mea teneantur. Vbi friuola pro suppellectil. tenui, & uili accipiuntur. Iuue. Saty. 5. Et ne reteam Romanorum omnia regum Friuola. Quib. uerbis paupertatem regum Romanorum significauit. Idem in tertia: friuola transfert. a Græcis *ῥοσφιβω*, dicuntur. unde & gritopolæ huiusmodi suppellectilia uenditantes: quos Latine uocamus Friuolarios. Bud. in Annot.

FRIUULVM, li, leuis offensiuacula inter uirum & uxorem, quam sequitur secessio. Vlp. l. cum hic de donat. inter uirum & uxorem. Si diuortium non interceperit, sed friuiculum interuenierit; donatio ualebit. Quo tamē in loco malim legere Frigisculum: ut frigusculum sit, quando ex coniugali amore dissidio enato, uehementis ille ardor refrigescit.

FRIXORIUM, rij, [Padella.] *ῥοσφιβω*, sartago, in qua quid frigit: quæ & Frictorium appellatur, a supino Frictum, uide Frigo.

- FRONDARIUS**, a, um [Disfonde. Gal. Servant & de appartenance feuille & des arbræ. Hisp. Cosa perteneciente a las hojas.] φύλλινος, quod ex frondibus est. Frondarius hinc nax, Pl. li. 18. ca. 31.
- FRONDATIO**, φύλλοτομία, frondium & ramorum resectio. Colum. lib. 5 cap. 6.
- FRONDATOR**, oris, [Potatore. Gal. Esmondeur, & qui coupe le bout des branches des arbres. Hisp. El que deshoja las hojas del arbol.] φυλλοτόμος, qui arborum ramos superuacuos amputat: & qui manibus folia uitium, uellit, quo arbor solis uiam maturiorem reddat. uide Seru. Virgil. eclog. 1. Hinc alta sub rupe canet fondator ad auras.
- FRONDO**, des, dui, [Effer fronzuto.] φυλλοφύω, frondos habeo. Vir. 3. ecl. Non frondent hlyæ: sic frondens uitis, Col. li. 3. ca. 1.
- FRONDESCO**, scis, scere, φυλλῶσθαι, est frondes emittere. Columel. libro 5.
- FRONDEVS**, a, um, [Di foglie.] φύλλινος, ex frondibus: ut Frondea corona, Pl. li. 16. cap. 4.
- FRONDIFER**, ra, rum, [Fronzuto. Gal. Pourtant feuilles Hisp. Cosa que trabe hojas.] φυλλοφόρος, frondes ferens, Lucr. li. 1. Fondiferasque domos auum. Nemo fondiferum. idem lib. 2.
- FRONDO**, das, [Fronzare, sfogliare. Gal. Couper & ôter les feuilles. Hisp. Deshojar las hojas del arbol.] φυλλοφύω, frondes amputo, a quo frondator, Frondatio: & Detrondo, frondes deijcio.
- FRONDOSVS**, sa, sum, [Fronzuto.] πολύφυλλος, quod frondib. abundat: ut Frondosus ramus. Liu. 10. ab Urb. & frondosi montes, Var. 2. de re ru. ca. 5. Vir. 4. Geo. Corporaque ipsa boum frondoso de se re luco. Idem 3. Geo. Frondosa reductur ætas.
- FRONS**, tis, [Fronte. Gal. Le front. Hisp. frente.] μέτωπον, a ferendo (ut quibusdam placet) quod indicia animi præ se ferat. A dextra & sinistra temporibus, a superiori capillorum radice, ab inferiori uero parte supercilij terminata corrugatur in tristitia, & in ætitiā dilatatur. Hinc factum est, ut Frons accipitur pro uultu, & pro animi nostri affectu, quem ex fronte perspicimus. Cice. ad Attic. lib. 4. Pompeius, Scauro stude: sed utrum fronte, an mente, dubitatur. Frontem explicare, uel exporrigere dicitur cum hilaris: contrahere, cum ringitur: hoc est, ubi quid molestum est. Frons enim (inquit Plini. libro undecimo.) homini tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index est Teren. in Adel. Exporrige frontem, hoc est, uiue hilariter. Hor. lib. 3. Carm. Sollici tam explicuere frontem, Plaut. in Cal. Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. Sic etiam dicitur, Frontem exporrectam, uel explicatam, pro hilari uultu: contra, obductam, corrugatam, contractam, caperatam, pro mesto uultu. Plautus. Caperata frons seueritudine. Nubila frons, serena frons, explicita frons. Frontem perfricare, pro deponere pudorem. Plini. Perfricui frontem, & nihil profeci. Caluus apud Quin. libr. 9. cap. 2. Perfrica frontem, & dice digniore, qui prætor fieres, quam Catonem. Perfrus: Exclamet Melicerta perisse Frontem de rebus. Dicitur Frons etiam de rebus inanimatis pro principio cuiusque rei. Virg. Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum. Et licet frequentissime generis fœminini proferatur, a Cæcilio tamen masculino genere ponitur: Hi sunt, inquit, inimici pessimi, fronte hilari, tristi corde. De quo Gel. lib. 16. cap. 9. Hinc Bifrons. Cic. Att. Ex fronte (ut aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses.
- FRONS**, dis, [Fronda, foglia. Gal. Feuilles d'arbre, rameaux. Hisp. La hoja del arbol.] φύλλος, generis fœminini, a Fero, quod frondes arborum huc atque illuc a uento ferantur. Proprie autem Frondes arborum dicitur, teste Valla: folia uero tam arborum quam herbarum, & florum. Var. 1. de re rust. Quod Cato ait circa suadum ulmos & populos. unde frons ouibus, bubus sit.
- FRONTALE**, lis, [Frontale. Gal. Fronteau, frontiere de bride. Hisp. El frontal, ornamento na frente.] κροτάλιόδεσμος, est ornamentum frontis præcipue in equis, & elephantis. Liu. 7. Bell. Maced. Ingentes ipsi erant, addebant speciem frontalia, & criatæ, & tergo imposta turre.
- FRONTATVS**, a, um, [Che ha la fronte. Gal. Qui a front. Hisp. Lo que tiene frente.] quod frontem habet, uel, quod in fronte rei alicuius est positum. unde Frontati lapides, a Vitruuio dicuntur, quos Græci δία τριον appellat, qui per latitudinem totam porrecti, utranque parietis frontem conficiat. Pl. li. 35. ca. 12.
- FRONTO**, onis, [Che ha gran front. Gal. Qui a grand front. Hisp. Hombre de grand front.] μέτωπιος, latam habens frontem. Ci. 1. de Nat. De silos, flaccos, frontones, capitones.
- FRONTO**, philosophiæ simul dicendi præceptor M. Antonij principis, adeo ab illo dilectus, ut ille statuat ei a senatu statui peteret. Auctor Capitolinus. Frontonis alterius sub Nerone meminere Tacitus, Iuue. Mar. Clarum militiæ Fronto togæque decus.
- FRUCTIFER**, ra, rum, [Fructifero. Gal. Qui porte fruit. Hisp. Cosa fructuosa.] καρποφόρος, quod fert fructum, sæcundum, & fertile. Pl. li. 12. ca. 3. Dicentur inter fructiferas.
- FRUCTIFICVS**, a, um, [Fructifero.] fructuosus, καρπιμος.
- FRUCTVARIVS**, ria, rium, quod fert fructum φρούριος. Col. lib. 1. Pars fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, & cellam uinariam. Palladius: noualios, & fructuarios, serues Var. de Rust. ca. 4. Parere. tot oportet porcos, quot mammas habeat: si minus: fructuariam idoneam non esse. Cælius Ci. epif. Agros, quos fructuarios habent ciuitates, uult immunes esse.
- FRUCTVOSTISSIMA**, [Vile.] ars medicina, hoc est, haud parum fructus atque utilitaris afferens. Pl. li. 29. c. 1. Ci. 2. Off. Et paulum de suo iure decedere, interdum est fructuosum.
- FRUCTVOSVS**, a, um, [Fructuoso, utile. Gal. Fructueux, qui rend beaucoup de fruit. Hisp. Cosa que trabe fructo.] πολύκαρπος, sæcundus, utilis, quasi fructus afferens. Ci. 2. Tul. Ager, quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. Idem 1. de Fmi. uiuendi arcem, tam operosam, & perinde fructuosam relinqueret.
- FRUCTVS**, tus, [Fructo. Gal. Fruit. Hisp. Fructo ò fructa.] καρπός, & apud antiquos Fructi, & Fructus. Teren. in Adelph. Hoc fructi pro laboro re illis fero. Varr. Quæro, utrum fructus, an delectationis causa uendatis. Dicuntur autem fructus a fruendo, teste Varrone, quia illis fruimur. Et proprie dicitur omne illud, quod in fundo nascitur. Per translationem accipitur pro utilitate. unde Fructum capere ex aliquo, hoc est, utilitatem, commodum. Ci. de Ami. Amicos eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos.
- FRUGALIOR**, [Parco.] temperator. Ter. in. Heaut. Ut frugalior sim.
- FRUGALISSIMVS**, diligētissimus. Col. li. 1. Magistris pecorib. oportet præponere frugalissimos. Ci. 4. Ver. homo frugalissimus atq. integerimus, re, hominem plenum stupri, flagitij, scelceris, domum suam intrauit.
- FRUGALITAS**, [Parcità. Gal. Sobriété, contentement de peu.] Hisp. Aquella utilidad, modestia y templanza.] auctore, Ci. 3. Tul. ea uirtus dicitur potest quam Græci σωφροσύνη, Latini tum temperantiam, tum moderationē appellare consueuerunt. Seneca: Luxuriosa frugalitas pœna est. Ci. pro Deiot. frugalitatem, id est modestiam, & temperantiam, uirtutem esse maximam iudico. Idem 3. Tuscu. quam Græci uocant, σωφροσύνη ego uero soleo tum temperantiam, tum moderationem appellare. nonnunquam modestiam: sed haud scio an recte frugalitas appellari possit. Et paulo post, Frugalitas (ut opinor) a fruge, qua nihil melius e terra oritur.
- FRUGALITER**, [Modestamente. Gal. Sobrement, en bon mesnager. Hi. Vtil y modestamente.] sobrie, & modeste. σωφρόβειος. Plaut. in. Epid. eam rem sobrie, & frugaliter accurauit. Ci. pro Domo sua: omnia signa frugaliter domum suam deportauit.
- FRUGES**, gis, [Tutti frutti della terra, che conuertiamo in nostro nodrimento. Gal. Toute sorte de fruit propre à se nourrir, soit de grains ou autrement. Hisp. El fruto de la tierra.] καρπός, uel hæc Frux, gis, secundum Priscian. dicitur generaliter omne illud, quod ex fructibus terre in alimoniam uertimus: neque solum quod ex frumentis & leguminibus, uerum etiam quod ex uino uel ex siluis cædiis, cretæ todimis, iapidicinis capitur. & estus, Seruius, & Donatus, frugis uocabulum, a frumine, eminente sub mento gutturis, seu gurgulionis parte, qua cibus in aluum demittitur, a ferendo cibo appellatum dicitur. Sibrant. gitor, qui dicerentur legumina a frugibus. Nam Ci. ait, Olei & frugum minutarum: cum de leguminibus diceret: ut ostenderet, etiam legumina Fruges uocari. Liu. 1. 5. ab urb. Eam gentem traditur fama dulcedine frugum, maxime uini noua tum uoluptate captam. Virg. 3. eclog. Cum faciâ uirtula pro frugibus, ipse uenito. Recipere se ad frugem bonam, Ci. pro Cæli. Corrige æ aliquem ad frugem: hoc est, ita emendare, ut frugi homo euadat. Plaut. Trin. Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis? Redi æ ad frugem bonam. Lamprid. in H. liog. Milites se passuros dixērunt, si ad frugem bonam rediret. Nominatiuo singulari Frux, uetus est Anson. in Monosyllabis.
- FRUGI**, [Buono, utile, necessario, moderato, modesto. Gal. Bon mesnager, qui se gouverne bien, qui ne despand que par raison, espargnant sans excess, homme de bien. Hisp. Bueno y de prouecho, templado, moderato, uirtuoso.] frugis, nomen a fruge denominatū, omnis generis & inclinabile est, id est significans quod utilis, & necessarius. Quin. taxat eos, a quibus dicitur Frugalitas & non Frugi, tanquam Frugalitas sit dictio parū probacū tñ frugalior & frugi illius a Terentio & Ci. reliquissimis linguæ Latinæ uocibus, usurpētur. Donatus in illud Eun. Frugi es, Frugi, inquit, i. utilis & necessarius, a frugib. quæ quibus fruamur, dictæ sunt. Vnde antiqui seruū laudare uolētes, Frugi dicebant, tanquā subrium, utilē, & necessariū. Pla. in Amph. seruum frugifese militare. Pro eodem apud ueteres legimus, Bonæ frugi seruus, pro frugis. Vlp. l. Neratius ad l. Aqu. ii. frugi bonæ seruos intra annum, mutatis moribus, occisus sit. Ci. Att. li. 4. Permo deltus ac bonæ frugi homo. Pla. in Tri. Is probus est, quæ non pœnitet, quæ probus sit, & frugi bonæ. Apud Gel. tamē Frugis bonæ legitur. Huius uocis significationem latius exprimit Cice. libr. 3. Tuscu. Sed quia (inquit) nec qui propter metum præsidium relinquit, (quod est ignauia) nec qui propter auaritiā clam depositū non

non reddit, quod est iniustitiæ, nec qui propter temeritatē male rem gessit (quod est stultitiæ) Frugi appellari solet; eas tres uirtutes, fortitudinem, iustitiam, & prudentiam, frugalitas complexa est. Ergo, frugi hominem, bonū, & uirtute præditum intelligimus. Accipitur etiam pro eo, qui in uictu, uelitu, similibusque temperans est, ut contra, luxuriosus, nequam. Hora. Parcius hic uiuit, frugi dicatur:

FRUGIFER, ratum, [*Che produce frutti, fruttifero. Gal. Portant fruit, fertile, profitable. Hisp. Cosa que trae fruto.*] καρποφόρος, fructus ferens: ut Arbores frugiferæ, quæcunque fructum ferunt, quæ & Fructiferæ dicuntur. Oui. 5. Met. Frugiferas melleæ alimentaq; mita reddat. Per translationem pro eo, quod utilitatem affert, Ci. 3. Off. Tota philosophia frugifera, & fructuosa.

FRUGIFERENS, rentis, [*fruttifero.*] pro frugifero. Lucr. li. 1. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras.

FRUGILEGVS, a, um, σιτολόγος, fornicarum epitheton, a granorum colligendorum consuetudine. Oui. 7. Met. Hic nos fragilegas aspeximus.

FRUGIPERDA, salix. Plin. li. 16. ca. 26. Ocyssime salix amittit semen: ob id dicta ab Homero frugiperda.

FRVSCOR, eris, [*Godere Gal. Jouir paisiblement, auoir à commandement. Hisp. Alcanzar lo desseo, gozar del fruto.*] καρπύμας, a fruor deductur, eiusdemq; significationis est. Metellus ad Domitios: Summa gloria fruiscor. Plau. in Rud. accusatiuo iunxit. Hinc tu, nisi malum fruisci nihil potest, Gel. li. 17. cap. 2.

FRVMEN, inis, ἀζύρις, summa pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in uentrem. Ser. in 1. Aene. Frumen emittens sub mento, gutturis pars: Latyngem Græci uocant. Latini, & Cels. Fauces.

FRVMENTACEVS, a, um, [*di frumento.*] σιτικός, quod ex frumēto est, Hierony. panibus frumentaceis minor turba pascitur.

FRVMENTARIVS, a, um, [*Cio che à frumento si conuene. Gal. Marchant de ble. Hisp. Mercader de aquellos panes.*] σιτηρός, quod ad frumentum pertinet. Ci. 5. Ver. Neminem ueltrum præterit, iudices, omnem utilitatem prouinciz Sicilia consistere in re frumentaria, Plin. lib. 18. cap. 6. Siluestris pyrus, malusque, frumentarij soli notæ. Sic lib. 27. c. 5. Frumentarius mercator, qui frumenta comparat, ut inde lucrum faciat. Plin. in Pseud. Quæ amica ex frumentarijs. Cic. 3. Offi. Frumentarius ille Rhodius.

FRVMENTATIO, [*Racolta di frumento, distribuzione di frumento. Gal. Rongement de ble. Hi. Obra de ir a buscar aquellos panes, cogimiento de trigo.*] σιτολογία, uerbum est castræ, quo significatur egressio militum ad frumentum in castra congerendum, Cæsar. 7. Bel. Gal. Omnes nostras frumentationes obseruabat. Liu. 1. Bel. Gal. Parum tusa frumentatio erat. Frumentatio etiam dicebatur distributio frumenti σιτομετρία. Suet. In Augusto: Impetum se cepisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi.

FRVMENTATOR, σιτολόγος, qui frumentatū proficiscitur, Liu. 1. bel. Mac. Cum frumentatoribus est circumuentus.

FRVMENTOR, aris. [*Rocogiere frumento. Gal. Aller au fourage de ble, faire provision de ble. Hisp. Ir a buscar aquella los panes, cogimiento de trigo.*] σιτολόγος, frumentum colligo. Cice. ad Atti. lib. 8. Vt frumentatum eas. Liu. 1. bel. Mace. Cum in propinquo agro frumētarentur Romani.

FRVMENTVM, ti, [*Frumento. Gal. Toute sort de grain, soible, fourment, seigle, orge, auoine, mil ouantre. Hisp. Los panes, trigo, cenada &c.*] σιτος, a fruendo, id est uescendo. Hora. 1. Epi. 15. Maior utrum populum frumenti copia pascit. Cice. Atti. Frumenti genera (ut scribit Plin. lib. 18. cap. 7.) hæc uulgatissima sunt, quod Adorem dixerunt, eligo, ttriticum, hordeum. Frumenta dici putat Serui, quæcunque emittunt aristas. Var. de Re ru. ca. 48. In segetibus frumentū, quod culmus ex tulit. In ficis item frumenta dicuntur grana illa exigua, quibus sunt refertæ. Plin. lib. 19. c. 19.

FRVNISCOR, ris, [*Fruire, godere.*] pro fruor, Cato posuit auctore Fello, & Frunitum dixit prudētē, hoc est, eum, quo perfrui liceret: sicut e contrario infrunitum, Hermolaus insipientem, ac stolidum, qui nulli usui esset. quamuis alij Fronitum per o, legendum putent. nam Græci φρονίος prudentem dicunt, ἀφρονία, uero dementem. Lucr. li. 18. Aque fruniscor ego, acti. Cælius lib. 2. Domus suas quosque ire iubet, & sua omnia frunisci. Nonius in Par. Eo quod magnopere quæsierunt, id frunisci non quærent. Gel. citans hoc exemplum, Frunisci legit.

FRVOR, fruoris, fructum in supino, secundum Priscianum, sicut fruor, fructum, [*Godere fruire, usare. Gal. Jouir, auoir à commandement. Hisp. Alcanzar lo desseo, gozar del fruto.*] Cice. in Hor. Et amoenitate summa fructus est. Nonnunquam etiam Fruitum. Vlp. l. Pomponius. ff. de usufr. ea. rer. quæ usu conf. Licet proprietarius mihi pæsonem soluerit, tamen usum fructum amittit, quia non meo nomine sed suo fructus est emptor. unde participium Fruiturus. Cic. lib. 7. Tusc. Zeno dicere solebat, eum esse beatum, qui præsentibus uoluptatibus fruere, consideretque se fructurum. Est autem

frui, fructum capere. Ter. in Adel. huic demus, qui fruatur, Id est, unde fructum capiat, & alatur. Don. Vir. 7. Aeu. Fruiturque deorū Colloquio. Vbi Ser. Fruitur, pascitur: quod de rebus tantum bonis dicimus. Perfruor, omnino fruor.

FRVSIÑO, nonis, p. c. ciuitas Campaniæ, & Frusnates populi ad Falernum, quorum meminit Plin. li. 3. ca. 5. Iuu. Sat. 3. Aut Fabratæ domus, aut Frusino paratur. Sil. li. 12. Bellator Frusino. Sed hic, populum significat. Ptolemæus Frusinum inter Laci oppida enumerat lib. 3. cap. 1.

FRVSTATIM, [*A pezzò, à pezzò, a brano, à brano. Gal. Par pièces & morceaux, par lopins. Hisp. Pedazò à pedazò, a pedazò.*] μερικώς, κατὰ μέρος, per frusta. Plin. li. 20. ca. 19. Frustatum in patinis.

FRVSTILLATIVS, eis λέπια, κατὰ μέρος, per frustilla. Plau. in Cur.

FRVSTRA, [*In vano. Gal. En vain. pour neant. Hisp. En vano.*] τινάλλως, μάτρω, in cassum, nequicquam. Cice. de Sene. Ita uixi, ut non frustra me natum existinarem. Frustra esse dicitur, quod ex sententia non euenit. Salust. Cuius neque consilium ullum, neque inceptum frustra erat. Idem. Ea res frustra erat. Plin. in Amph. Seruius & hera frustra sunt duo. hoc est, uterque fallitur. Frustra habere aliquem, pro decipere. Plin. in Amph. Dominum frustra habet.

FRVSTRATIO, onis, [*Inganno. Gal. Abus, abusement, frustration. Hisp. Engaño, obra de enganar.*] euentus præter opinionem. Planc. ad Cic. lib. 10.

FRVSTRO, as, [*Ingannare, defraudare.*] ἄδωμαι, decipio, fallo. Gell. Non frustrabo uos milites, inuenitur frustror, uerbum cōmune secundum Priscianum. Plau. in Amph. Nescio quis hanc frustratur mulierem. Passiuo usus est Plin. de Vir. illust. primum a Fabio Frustratus, deinde a Flacco repulsi. Sic etiam Fenestella: Frustratus, a spe detectus, in castra se recepit. Frustrari item est frustra facere, Col. lib. 1. cap. 1. imprudenter facta opera frustrantur expensas, Idem in Præfa. lib. 1. ne imbribus, uentisque imminuentibus, opera inchoet, laboremque frustretur.

FRVSTRVM, sti, [*Pezzò, particella. Gal. Vne piece, morceau, lopin. Hisp. El pedazò, parte de lo entero.*] τριτάτος, particula: a frangendo. Virg. 1. Aen. Pars in frusta secant. Ci. de Dini. Necessè est cadere fructum ex pulli ore, cum pascitur.

FRVSTVLEVM, li, τριτάτος, dimin. apud Plautum, a Frustrum, a quo Frustrum.

FRVSTVLENTVS, ratum, [*Pieno di pezzò.*] plenus fructis. Plin. in Cur. Frustrulenta est aqua.

FRVTEOSVS, θαμνώδης, locus fruticibus abundans. Plin. lib. 19. capi. 1.

FRVTEVM, ti, seu Fruticetum, θάμνον, locus fruticibus abundans. Plin. lib. 18. Fruteta igni optime tolluntur. Colum. lib. 6. cap. 22. melius memorib. herbis, & frutetis, quam lapidosis locis duratur unguis. Hor. 3. Carm. Ode. 12. Latitantem fruticeto excipere aprum.

FRVTEX, ticus, θάμνος, teste Valla li. 3. dicitur, qui ad iustam magnitudinem arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demoritur, neque arefcit, ut herba. Plin. li. 16. c. 36. Dicitur Frutex ut quibusdam uidetur, a fruticando, hoc est, pullulando, quod succisus semper suppullulet, quanquam uerisimilius est Frutico uerbum a frutice deriuari. Aliquando ponitur pro stirpe. Suet. in Vesp. singulos repente ramos a frutice dedit.

FRVTRICATIO, in arboribus dicitur, cum multos ramos fruticantes producant. Plin. lib. 17. cap. 1. Est & Fruticor, aris, deponens. Cicero ad Attic. Excisa est arbor, non euulsa: itaque quam fruticetur, uides.

FRVTRICESCERE, θαμνώδης, est frutices emittere. Plin. li. 17. ca. 27.

FRVTRICO, cas, pen. corre. [*Germogliare.*] θαμνίζω, frutices emitto. Plin. lib. 17.

FRVTRICOSVS, a, um, θαμνώδης, quod longe lateq; fruticat. Plin. lib. 22. ca. 4. Idem li. 20. ca. 13. Rami fruticosiores.

FRVTRINAL, dictum est templum Veneris Frutetæ. Festus

FRVX, nominatiuus antiquus, a quo obliqui Frugis, frugi, frugum, &c. Aufoni. in Monosyllabis.

F A N T E V

FRVAT, [*Sia.*] dixerunt antiqui pro sic, ab antiquo uerbo Fuo, pro Sū: unde adhuc remansit præteritum Fui. Vir. 10. Aeu. Tros Rutulus uel fuit, nullo discrimine habebō. Plau. in Amph. Ne quis tam audax fuit homo, qui obuiam obstitit mihi.

FRVATINVS, p. c. lacus in quarta regione Italiae, prope Albenfes Marforum populos. Vir. 7. Aen. Vitrea te ficinus unda.

FRVCO, cas, [*Colorare, imbellettare. Gal. Farder, rendre de couleur, couvrir la couleur naïue d'une autre. Hi. Afeitaz para enganar.*] θανός, pinguo, fucum rei alicui induco, unde Fucæ mulieres dicuntur, quæ medicamentis quibusdam colorantur, & uicia corporis inducis coloribus tegunt. Virg. lib. 2. Geor. Affinitio fucatur lana uenenō. Cice. 1. de Natur. Formare, fucare, colorare, animare non possent. Cice. de cla. Ora. In qua naturalis inest, non fucatus nitor. Per translationem

stationem accipitur pro fūto & simulato. Ci. in Latio: Secerni blandus amicus a uero, & inuenisci tam potest, quam omnia fucata a sinceris.

FUCOSUS, [Fūto. Gal. Farde, seint, desguise. Hi. Cosa llena de asyetes, engrosos, colorado.] hoc est, non sincerus, quasi fūco tectus. Crce. pro Rabi. Polit. Merces fallaces, & fucosæ. Fucosæ amicitia, specie sple. didæ Cicero ad Atti. lib. primo: Illæ ambitiosæ, fucosæque amicitia sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.

FUCUS, ci, xxi. lvi., genus est insecti apis similitudine, sed maiori corpore, quod non mellificat, neque operam aliquam præbet in faciundo opere, nisi quod ad fouendos fœtus concalfaciendo adiutat: & consumit alimenta, quæ apes congregauerunt: unde etiam non in uentile transfertur ad ignauissimos aliquot homines; qui cum nihil egrégium per se præstare possint, alienis tamen laboribus insidiatur, falcemque in alienâ mellis inueniunt, cuius ipsi sementem non fecerunt. Fucorum naturam eleganter exprimit Plin. lib. 11. cap. 1. & 11. Fuci (inquit) sunt sine aculeo, imperfectæ apes, nouissimæque, a f. his & iam emeritis inchoatæ, serotinus factus, & quasi seruitia uerarum apum. Dicitur Fucus, ut nonnulli putant, quasi fur, quod furtim mella deuoret. quanquam uersimilium est Fucum dictum, quod apibus fucum faciat, & prætextu calefaciendi aluei illorum mellificia absumat. Sunt etiam qui a uerbo Græco φύω, deduci putent, quod apum mellificia absumat. Fucus marinus, herba est, quæ & Alga marina dicitur. Plin. lib. 26. ca. 10. Præcipue uero liberat eo malo quod nos θαλασσιον, id est fucus marinus lactuæ similis: qui conchilijs subternitur, Tria autem eius sunt genera latum, & alterum longius, quadantenus rubens. Tertium crispis folijs, quo in Creta uestes tinguntur, omnia eiusdem usus. Accipitur etiam Fucus pro medicamine, quo mulieres faciem tingunt, ut candorem, aut ruborem inducant, aut ut utia corporis occultet. Plaut. in Cap. Vetulæ, edentulæ, quæ uitia corporis fūco occultant. Tibullus: Quid fūco splendente comas ornare, quid unguis Artificis docta subsecuisse manu? Per translationem sumitur pro fraude, astutia, siue insidijs, in quibus ueritas occultatur. Unde facere fucum, idem est quod decipere. Q. C. de pet. consul. iam illud teneto diligenter, si eum, qui tibi promiserit, fucum, ut dicitur, facere uel senseris, ut te id audire, aut scire dissimules. Ter. in Eun. fucum factum mulieri. Sine fūco, idem est quod simpliciter, & sine fraude. Cic. lib. primo de Ora. Sententiæ ueræ sine pigmentis fūcoque pueri.

FUGA, gæ, [Fuga Gal. Fuite, exil, bannissement. Hisp. La huida de corrida ligera.] ad uerbum, ipse fugiendi actus. Vir. 3. Aene. Longum fuge gæne linque labore. Aliquando celeritas. Virg. 11. Aen. Dimitte fugam Quo in loco Seruius fugam pro celeritate interpretatur. Idem fugam pro cursu posuit. Volucrumque fuga peruertitur Hebrum. Et Quintil. Navigationem dixit Fugam, & naues fugientes, quæ uelocem faciunt cursum. Aliquando Fuga dicitur impetus: auctor est Nonius, citans illud Virgil. Simul a riu fuga, simul æquora uertit. A Fuga, siue a fugiendo, sunt Perfuga, Transfuga, Lucifuga, Noctifuga, Solifuga, Lucrifuga: quæ omnia exponuntur per participium: Fugiens: ut, Perfugiens, Transfugiens, Lucem fugiens, & sic de ceteris.

FUGALIA, festa fuerunt Romæ, in memoriam exactorum regum, libertatæque reipublicæ instituta. Censorinus de Die natali festum hoc regifugium uocat. quod eo die Tarquinius ab exercitu ad Porsenam Etruscorum regem fugisset. Celebrabantur autem Fugalia mense Febuario post exacta Terminalia. August. lib. 2. de Cui.

FUGAX, acis, [Fugace Gal. Fuyant, qui s'enfuit uolontiers. Hisp. Lo que mucho huye de corrie.] ad uerbum, qui facile fugit. Huiusmodi enim uerbalia in ax. habitū important actus per uerbum significati, ut edax, & bibax. Ci. in Salutium. Ego Fugax Crispe Salutis? Sal. in Ci. pedes Fugaces. Vir. 10. Aen. Si forte fugacem conspexit capream. In uenitur aliquando pro fugiens. Vir. lib. 11. Conuersisq; fugax auferitur habitis. Apud eundem lib. 10. etiam legitur pro ueloci. Palmumque fugacem. Quo in locu Seru. interpretatur Fugacem pro celeri & ueloci. Accipitur etiam pro eo, quod cito præterit. Sic Hor. lib. 1. Carm. uocat annos fugaces, quod cito elebantur. Sic etiâ Plin. lib. 15. cap. 12. mala Perfica uocat Fugacia, quod decerpta facillime corruptantur.

FUGIO, gis, fugi, fugitum, [Fuggire, Gal. Fuir. Hisp. Huir.] φύω, cum cursu & celeritate discedo. cui opponitur Fugare, quod est in fugam aliquem conuertere, & fugientem insequi. Et modo absolute ponitur. Plaut. in Amph. Cum pugnabat illi maxime, ego fugiebam maxime. Virg. 2. Aen. Fugimus spumantibus undis. Modo transitiuæ cum accusatiuo, pro fugiendo uirare. Virgil. 1. Eclog. Nos patriam fugimus. Cice. pro Lege Agr. Nec quorum oculos offendeat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est. Aliquando pro nescire: sed hoc duntaxat in tertijs personis. Cic. lib. primo Tuscul. Nisi quæ me forte fugiunt. Aliquando procedere. Plin. lib. 35. Fictitia scarificationis candicantiam fugiunt. Hinc or-

tum, ut uiua, quæ ahnis cedunt, hoc est, etatem ferre non possunt, fugere dicantur, & Vina fugientia, quæ diutius seruari non possunt. Fugientes etiam litteræ dicuntur exollescentes, quæ uetustati cedunt. quod fit etiam cum membrana præpingues litteras non retinent. Bud. Fugiens laboris, Cæsar. lib. 1. Bel. Cui. Hinc Aufugio, alio fugio, ex ab, & fugio, b, in u, mutata, ut fieret uox autu lenior. Confugio, simul fugio: Defugio, Diffugio, de quib. alibi. Effugio, extra fugio, discedo, de uito. Effugium, & effugia, gæ, si, ci. Lana, & Lanitium. Perfugio, quod est auxiliij gratia ad aliquem fugio. Unde Perfugium. Perfuga. qui ad hostes transit & perfugit. Refugio, αναφύω, retrofugio. Gell. In ultimam regionem refugisset. Accipitur etiam Refugere pro confugere. unde Refugium. Per translationem ponitur pro reculare, & odio habere. Col. lib. quarto: Multi refugiunt & reformidant talem positionem ruris. Profugio, longe fugio, a quo Profugus. Subrefugio, secreto fugio, uel cuito. Ci. pro Cælio. Qui uolunt pœnam aliquam subrefugere, solum uerunt. Suffugio, latenter fugio. Suet. uero pro retro fugio in Tiberio posuit, dicens: Adulationes adeo aduersa tunc est, ut consularem, satisfaciendam sibi, ac per genua orare conantem, ita suffugerit, ut caderet supinus. Transugio, transeundo fugio ab uno ad alium locum. Unde Transfuga, qui ad hostes fugit. Liu. lib. 1. Sextus filius eius, transfugit ex composito Gabius. Salust. in Ci. Leuissime transfuga. habent autem hæc omnia fu, syllabam in prænti correptam.

FUGITIVARI, apud antiquos fugitiuorum seruorum reprehenses erant, qui eam operam profitebantur, ut fugitiuos inuestigatos redderent. In Pandectis in l. si apud te. Non enim ambo pecuniam, ego & fugitiuarius deposuimus. Varr. hoc uerbo metaphoricis quodam modo usus est, cum inquit. lib. 3. cap. 14. Ne fugitiuarius sit parandus, id est ne, si locus fugæ pateat cochleis, cogaris postea, tanquam fugitiuos seruos, sic cochleas fugitiuas persequi. Budæus in Annotationibus.

FUGITIUS, a, uia, [Fuggitino. Gal. Fugitif, qui se passe ligerement. Hisp. Cosa que tiene castumbre de huire.] εφεπτεται, qui aufugit, unde Fugitiuus seruus dicitur, qui a domino ea mente recedit, ne ad eum redeat; qui uero se confert, unde eum dominus recuperare non possit aut abducere. qui autem incendium, ruinam, hostem, aut præceptorum, cui in disciplinam traditus erat, quæ immoderate eouertebatur, aufugit, non fugitiuus dicens est. Plaut. in Menæ. Qui fugitiuus seruus induunt compedes. Idem in Capt. Haud non deecat fugitiuos imitari. Fugitiuum argentum. Ter. in Heaut. Fugitiuus lapis. Ci. in Tul. Uiebat cum fugitiuis. Plin. lib. 26. c. 15. Fugitiua gaudia, hoc est, fugacia, quæ cito euanescent. Mar. lib. 7. Uie uelut raptu, fugitiuaque gaudia carpe.

FUGITO, as, p. c. [Schizare, fuggire in diuerse parti. Gal. Fuir souuent, refuser. Hisp. Huir en diuersas partes, esquinar.] εφεπτεται, de uito uel de re cto, uel etiam huc illuc fugio. Plaut. in Afin. Herum nosmet fugitare censes. Ter. in Eun. Fugitando fugi, ne quis me cognosceret. Hinc fit participium, Fugitans, studiose fugiens: quo usus est Ter. in Phor. pro nomine uerbali. Herus meus (inquit ibi Geta) liberalis est, & fugitans litium. Ci. pro Sex. Rosc. Qui quæstionem fugitant. Fugitor uerbale, pro eo qui fugit. Plaut. in Trin. Credo acere fugitorem fore.

FUGO, as, [Fugare, mettere in fuga, cacciare. Gal. Chasser, mettre en fuite. Hisp. Abuyentar de hazer huyr.] πέωωω, expello, & in fugam conuerto. Plaut. in Amph. Memorat, legionem hostium ut fugauerit. Plin. lib. 1. ca. 53. Vultures unguento fugantur, Ci. pro Cec. Qui armis pulsus, fugatusque est.

FULCIO, is, huius, [Sostentare, fortificare. Gal. Apuyer, estayer, soutenir. Hisp. Sustentar, sostener, fortificar.] εφίζω, munio, sustento. Iuuen. Saty. 2. Nos urbem colimus tenui cibicine fultam. Mart. Fulcitur tecta sagina mensa mihi. Ci. pro red. in sen. Horum consulum ruinas ueltra uirtute fulcitis. Hinc Suffulcio. Varro: Ut maioribus periculis suffultæ uitæ, auras non pertimescant.

FULCIMENTVM, ti, [Sostegno, sostenimento. Gal. Apuy, estayer, sustentement. Hisp. Sustentamiento.] εφίμας, quod aliquid fulcit & sustinet. Plaut. in Trin.

FULCRVM, cri, [Littiera. Gal. Soutnement, le bois d'un lit, le chalit. Hisp. El pie de la cama.] εφίς, quo lectus sustinetur, a fulciendo dictum. Virg. 6. Aen. Fulgent genialibus altris Aurea fulcra toris. Gell. lib. 20. cap. 15. Suet. a Claud. qui more ueteri ad fulcra lectorum sedentes uescerentur.

FULGEO, ges, gis, sum, [Risplendere. Gal. Reluire, resplendir. Hisp. Resplandecer.] φαιζέ, deducitur, quod apud Græcos flammam significat: unde pro lucere, & splendorem emittere sumitur. Lucan. lib. 10. Fulget gemma toris. Cice. in Catil. Fulgent purpurea. Accipitur & pro Fulgurare. Cicer. secundo de Natur. Deo. Hinc augures nostri, cum dicunt, Ioue fulgente, tonante: dicunt etiam, Cælo fulgente, tonante. Fulgere, pro ferire prisca dicebant, auctore Felto Pompeio: unde Fulgur dictum est. Hinc Asfulgeo, alluceo. Liu. Et nauium speciem de cælo aduulisse. Consul

- geo, siml totus fulgeo. Pla. in Amp. Ardere censui ædes, ita tum confulgebant. Effulgeo, splendorem emitto. Præfulgeo, uide loco suo Refulgeo, splendorem reddo. Pers. in Præfat. sui poematis: Si dolosi spes refulserit nummi.
- FULGETRA**, træ, sic. ge. Pl. li. 27. ca. 2.
- FULGETRUM**, tri, [Lampo, baleno, fulgore. Gal. L'esclair que fait le tonner. Hisp. Resplendor de relampago.] εσπρηη, a fulgendo, idem quod fulgur, hoc est, illa uibratio luminis, quæ ante cernitur, quam tonitruum audiatur, cum simul certum sit. Pl. li. 2. ca. 43.
- FULGIDVS**, a, um, penul. corre. [Oliaro, splendido.] σιλπνός, clarus, splendidus.
- FULGINATES**, Italiae populi, in Umbria. Pl. li. 3. ca. 14.
- FULGOS**, is, sum, tertiæ coniugationis. [Risplendere. Gal. Resplendir, reluis. Hisp. Resplandescire.] σιλκω, fulgeo. Vir. lib. 6. Paribus quas fulgere cernis in armis. Effulgo etiam dicebant pro Effulgeo. Idem si, 9. Auroque effulgere fluctus.
- FULGOR**, oris, p. p. [Splendore. Gal. Resplendisseur, lueur, clarte. Hisp. Resplendor] σιλκω, splendore. Vir. 5. Aen. Squammam incendebat fulgor. Accipitur etiam pro fulgure. Ci. 2. de diui. Tum & fulgores, & tonitrua existere.
- FULGVR**, uris, pen. cor. [Lampo, baleno, Gal. Esclair. Hisp. El relampago.] εσπρηη, idem quod fulgetrum. Differt autem a Fulmine, teste Seneca. lib. 2. Nat. quæst. quod Fulmen dicatur, cum ignis emittitur, Fulgur autem, cum ignis tantum ostenditur. unde domum fulminæ accensam dicimus, non fulgore. est enim fulgor nihil aliud, quam splendor ipsius fulminis, fulmen autem, ipsum telum. utrumque tamen ignem esse constat. illud tamen interest, quod fulgur tantum uirium non habet, ut ad terram possit deferri. Plin. lib. 2. cap. 49. Cice. de Diuin. Quid de fulgurum uir dubitare possumus?
- FULGVRATIO**, [splendore.] Sen. 2. Nat. quæst. Fulguratio ostendit ignem, Fulminatio emittit.
- FULGVRATOR**, fulgurum inspector est, teste Nonio. Ci. de Diu. aruspices, & fulguratores & interpretes ostentorum.
- FULGVRIO**, is, p. c. [Cettar fulgore. Gal. Faire esclaire, fraper d'esclairs. Hisp. Relampaguear.] εσπρηη, fulgur iacio, Næuius apud Nonium: Sane fonitu claro fulguriuit Iuppiter.
- FULGVRITVS**, locus, [Folgorato, tocco dal folgore.] κερωνοθεϊς, idest, fulmine ictus, qui itatim fieri religiosus putabatur, quod eum Deus sibi dicasse uideretur. Festus.
- FULGVRITAS**, tatis, afflatio fulminis. Lucilius apud Nonium: Fulguratatem arborum. Antiquum est, & obsoletum.
- FULGVRIO**, as, p. c. [Folgorare, balenare,] εσπρηη, fulgur emitto. Plin. li. 18. ca. 35. Cum ex quatuor partibus cœli fulgurabit. Ci. de Diu. Ioue fulgurante comitia populi habere nefas.
- FULGVRITASSVN** T, pro fulgure percutiuntur, Plau. Trin.
- FULGVRALIS**, læ, Ci. 1. de Diu. Fulgurales libri, hoc est, qui de fulgurum inspectionibus tractant.
- FULICA**, cæ, d. c. [Folice. Gal. Un oiseau de reniere qu'on appelle soulque. Hisp. La cerceta aue not. a.] κικη, nonnullis, alijs πικω, auis est aquatica, magnitudinem columbæ non multum excedens. a furuo, idest nigro, aut certe a fuliginis colore dicta. gaudet præcipue mari, stagnisq; araploribus. In ficem se recipiens, clarioreque uoce clangens, nauas imminentes tempestatis admonet. Vir. li. 1. Geo. In sicco ludunt fulicæ. Pl. li. 19. cap. 35. Fulicæ matutino clangere tempestatis signa sunt. Legitur & Fulex in eadem significatione, ut Rauca fulex, apud Cic. 2. de Diu.
- FVLIGO**, inis, p. p. [Fulgine. Gal. Suye. Hisp. Hollin del hogar.] εσπρηη, nigrum illud excrementum, quod ex fumo caminis aut furnis adhæret, a furuo, idest nigro colore nomen habens. Pl. li. 35. c. 6. Adulteratur balnearum fuligine. Ci. 2. Phil. Hinc fuliginosus.
- FVLLO**, nis, [Purgatore. Gal. Foulon. Hisp. El que lava a doba los panos, la uandero de drapos.] γυφωδης, qui purganda uestimenta accipit, ita dictus a fouendis aqua calida uestibus. Pla. in Aul.
- FVLLONICA**, cæ, subitantiue acceptum modo significat officinâ fullonis, γυφωδων, Vip. l. apud Trebatium. ff. de aqua plu. arcen. Apud Trebatium relatum est, cum in fundo aqua oriretur, eum qui fullonicas circa fontem insituisse, & ex his aquam in fundum uicini immittere cœpisset. Modo etiam ipsam fullonis artem. Pla. Afin. Si non didicisti fullonicam, non mirandum est. Pl. li. 7. ca. 56. Fullonicam artem Nicias Megarensis inuenit. Legitur & Fullonica uetro genere, & plu. num. pro fullonum officinis, & nominatiuo siagu. Fullonum Vip. l. Si cuius. ff. de usufr.
- FVLLONIVS**, a, um, quod ad fullonem attinet. Pla. in Pseu.
- FVLMEN**, inis, [Fulmine. Gal. Foudre. Hisp. Rayo que caye del cielo.] κερωνοθεϊς, ignis e nubibus erumpens. de quo uide Fulgur. Liui. 1. ab urb. fulmine ictus. Aliquando pro ui, & imperu. Cic. ad Papir. In sanire tibi uideris, quod imitere uerborum meorum fulmina? Idem 2. Tuscu. Fulmina fortunæ contemnamus. Fulmineus, a, um. Ouid. 2. de Ponto, Et qui fulmineo sæpe sine igne tonat. Fulmineum est apri, fulminis modo obuia quæ quæ proterrens. Quidius
- secundo Fast.
- FVLMINATVS**, a, um, fulmine ictus, κερωνοθεϊς, Pl. li. 2. c. 54.
- FVLMINO**, as, are, [Fulminare. Gal. Fulminer, frowdoyer. Hisp. Herir con rayo del cielo.] κερωνοθεϊς, est fulmen iacere. Seneca. Minore igne ad fulgurandum, quam ad fulminandum opus est. Plin. lib. 2. cap. 7.
- * **FVLSINATES**, populi sunt Insulani iuxta oram Illirici. Plin. lib. 3. cap. 12.
- FVLTURA**, ræ, [Sostegno.] εσπρηη, sustentatio. Pl. li. 36. ca. 15.
- FVLVVS**, ui, συρρος, color dicitur, qui ex rufo & uiridi uidetur esse mistus in alijs plus uiridis, in alijs plus rufi habens. nam & aquilam fuluam, dicunt poetæ, & fuluum aurum, & arenam fuluam, & leonem fuluum, quæ tamen res colore non nihil differunt, quin etiam iaspidem fuluam uocant, quam tamen constat esse uiridis coloris. Virgil. quartæ, Stellatus iaspide fulua Ensis erat. Vbi Seruius iaspide fulua, pro uiridi: ut, Fuluaque caput necentur oliua. Cice. de Leg. Nuncia fulua Iouis miranda uis figura.
- * **FVLVIANA**, herba quædam urinæ ciendæ utilis. Plin. lib. 26. cap. 38.
- * **FVLVIVS** Flaccus censor, tectum marmoreum Iunonis Lucinæ spoliavit. Liui. lib. 42.
- FVMARIVM**, rij, κερωνοθεϊς, locus ubi uina fumo contiebantur. Mart. lib. 10. Improbæ Mafsilæ quicquid fumaris cogunt. Vina fumo præcocem trahunt maturitatem, & celerius uetustescunt ut docet Col. u. lib. 1. cap. 6.
- FVMESVS**, a, um, ut Vinum funeum, fumo conditum. Mar. li. 13.
- FVMIFICO**, as, [Fumicare, suffumicare.] θυμιατω, idem quod fumigo, uel suffio. Plau. in Mil. Vt Arabico fumicem odore.
- FVMIFICVS**, ca, cum, quod fumum emittit. Qui. 7. Met. Fumificis que locum mugitibus impleuer.
- FVMICATIO**, θυμιατω, pro suffitu.
- FVMIGO**, as, p. c. [Profumare, suffumicare. Gal. Enfumer, perfumer. Hisp. Echar de si humo, sahumar.] θυμιατω, suffio. Var. 3. de Re rust. cap. 16. Mellarius inspicere debet, fumigans leniter.
- FVMO**, mas, [Far fumo, fumare. Gal. Fumer, rendre ou faire fumée. Hisp. Hazer humo, humear.] τυρομα, fumum emitto. Virg. 1. eclo. Et iam fumina procul uillarum culmina fumant. Cic. 7. Ver. Cum fumantes nostras nanes reliquissent. Fumare aper dicitur, uel urfus, cum e naribus densum spiritum emittit instar fumi. Martial. lib. 12. Fumantem uiui nasum ne læseris urfi. Hinc Infumo. pe. pr. quod est ad fumum sicco.
- FVMOSVS**, a, um, [Fumoso. Gal. Fumeux, enfumé. Hisp. Cosa mucho humea.] quod fumum emittit. κερωνοθεϊς, Carò de Re rust. cap. 130. Neque fumosa erunt, & bene ardebunt. Interdum etiam Fumofum dicitur, quod fumo tinctum est. Virg. 2. Georg. Coloque perlotum fumonis deripe tectis. & Fumofæ imagines, a Cicerone in Pis. pro stemmatibus maiorum, quæ domi afferuabantur, iam ob uetustatem fumo demigrata. Ad hoc etiam alludit Iuuenalis, cum ait, Fumofus equitum cum Dictatore magistros. Quamquam in quibusdam exemplaribus corrupte legebatur Famosus. Infumibulum per quod fumus erumpit.
- FVMVS**, mi, [Fumo. Gal. Fumée. Hisp. El humo.] κερωνοθεϊς, uapor niger ex igni exhalans, a colore furuo, hoc est, nigro dictus. Virg. 2. Aene. Mistique undantem puluere fumum. Translatio pro splendidis & magnificis pollicitationibus, quæ suo tamen carent effectu. Inde, Vendere fumos, dixit Martialis, pro simulatam apud principem gratiam pretio uendere. Huiusmodi homines Fumi uenditores dicuntur: qualis insignis deprehensus fuit Alexandri Seueri tempore, Thurinus quidam, qui cum nihil apud principem aut gratia, aut auctoritate ualeret, simulata tamen principis amicitia, non modica clientes pecunia emungebat. Sed tandem deprehensus furo, ut crimini responderet supplicium, alligatus palo iussu principis uiridum lignorum fumo est necatus, pronunciente præcone, Fumo perijt, qui fumos uendit. Ci. in Pis. Paulisper stetit in illo ganearum tuarum nidore, atque fumo.
- FVMIDVS**, a, um, [Affumicato. Gal. Fumeux, qui rend fumée. Hisp. Hazer humo.] κερωνοθεϊς, fumum referens. Pl. li. 37. ca. 7.
- FVNIFFER**, a, um, [Fumoso. Gal. Rendant ou faisant fumée. Hisp. Humoso.] κερωνοθεϊς, fumum afferens, fumosus. Virg. 9. Aene. Fumiferos infert Mezentius ignes. Fumifera nox pro caligine e fumi densitate nascente. Idem li. 8. de Caco: Glomeratque sub antro Fumiferam noctem.
- FVNALIA**, lium, [Torchi. Gal. Thoreches, Hisp. Hachas à antorchas de cera.] δαλοι, dicuntur faces ex contortis funibus cera aut pice circumdati. Ci. de Sen. Delectabatur cereo funali, & tibia. Idem Val. Max. li. 3. ca. 6. Funales uero equi sunt, qui fune, hoc est, teste iuncti, currum triumphalem præcedunt. σιφωδης, Sue. in Tib. Currum Augusti comitatus est finitimore funale equo.
- FVNAMBVLVS**, κερωνοθεϊς, qui graditur per funes. Ter. in Prol. Hecyr.

FVNCTIO, nis, lege Fungor, ris,
FVNDA, dæ, [Fromba. Gal. Vne fonde Hisp. La hondas para tirar piedras.]
σφενδών, instrumentum e funiculo factum, quo funduntur, hoc est,
 iactantur lapides. Vir. lib. 1. Georg. Stuppea torquentem balearis
 uerbera fundit. Vocat autem poeta fundam balearem, quod dux
 illæ insulæ Balearis pericos in primis mittebant funditores. Te-
 ren. in Eunu. Fundam tibi nimis uellem dari. Est etiam retis pisca-
 torij genus, quod in orbem spargitur, *ἀμφιβλάντων*, quod & Reti-
 culum dici solet. Vir. 1. Georg. Funda iam uerberat animum. Acci-
 pitur quandoque pro sacculo in modum retis facti, in quo pecu-
 niæ & alia geruntur. Macro. Demissa in fundam pauperem nianu,
 paucos denarios protulit. Quod sacculi genus etiam Reticulum
 uocatur. Hora. Reticulum panes uenales inter onusto, Forte ue-
 has humero. Aliquado pro circulo ex auro, siue alio metallo, quo
 genimæ ita neantur, ut aurum non nisi margines amplectatur.
 Plinius: Funda includuntur perspicuæ.

FVNDA MENTUM, & Fundamentum, ti, [Fondamento. Gal. Fondement. Hisp.
 Cimiento à Zan ia de edificio.] *σφενδωνίστρα*, sup quod quid funda-
 tur. Vir. 4. Geor. Et lentum de cortica gluten. Prima fauis ponunt
 fundamina. Idem. 1. Aen. Fundamenta locant alij. Tacere fundami-
 na reip. est dare reip. principium. Ci. Cornif. epi. lib. 12. fundamen-
 ta iecti.

FVNDI, orum, *σφενδοί*, oppidum est Campaniæ inter Taracinam &
 Caietan, quod intercedit: hodie ædificiorum ruinæ ac uettigia
 cernuntur, quo Fundanus lacus, & Fundanus ager. Plin. lib. 3.
 cap. 5. Generosa uina Fundana. Cice. Attic. Fundis accipi tuas lit-
 teras cœnans.

FVNDI BVLARI, [Frombolatori,] *σφενδωνίται*, idem quod fundi-
 tores.

FVNDI TO, as, p. c. [Spargere spisso,] *σπενδολόγέω*, crebro fundo. Pla. in
 Amph. Dum cruciatu tuo iithæc uerba funditas. Idem in Pæ. Tancu-
 la tanta uerba fundicat. Funditare rem, pro consumere, ac profu-
 dere. Pla. in Merc.

FVNDI TORES, Frombolatori. Gal. Qui use de fonde pour combattre. Hisp.
 Hondero.] *σφενδοίται*, qui funda dimicant. Sal. Cum funditorum
 & sagittariorum delecta manu. Caf. 3. Bel. Gal. Funditores Baiea
 res subsidio mittit. Sic Liu. 1. Bel. Pun.

FVNDI TVS, p. c. [Dal fondo, in tutto. Gal. insques au fond, totalement, duto-
 ut. Hisp. Desde cimiento à hondon.] *ἐκβαθραίνω, ἀρδύω*, aduerbium a
 fundo, ut cælitus a cælo. Cic. 6. Ver. Qui monumenta Scipionis
 funditus sustulit, ac deleuit, Hoc est, ab ipsis fundamentis. Cic. 1. or
 quato lib. 6. Necessè est rem, aut armis positis, recreari aliquando,
 aut funditus interire.

FVNDO, fundas, [Fondare, fare il fondamento. Gal. Fonder, ietter les fonde-
 mens, Hisp. Echar fundamento ó fonder.] *καταβάλλομαι*, fundamentū
 iacio Cice pro Corn. Illud maxime nostrum fundauit imperium.
 Virgil. 8. Aenei. Saxo Colitur fundata uetusto Urbis Agyllinæ sed-
 es. Transfertur & ad incorporalia, pro firmo, siue itabilio.
 Quin. Fundatam paternis auitisque opibus domum exhaurit.
 Hinc Effundo, effundas, a fundo euerto, Cœlius. Respublica,
 amisso & effundato pulcherrimo statu, non paruam fecerat iactu-
 ram. Suffundo pro fundamento subiicio. Varro: Latericijs lapidi-
 bus fundatis.

FVNDO, dis, fudi, fufum [Liquescere, spargere, fondere. Gal. Fondre, espandre,
 verser une liqueur. Hisp. Perramar cosa líquida.] *χέω*, liquefacto. un-
 de metallâ dicuntur fusa, cum liquefacta sunt ui caloris. Itē fun-
 dere aliquem dicuntur artifices, cum effigiem alicuius arte fuso-
 ria exprimunt. Pli. lib. 34. ca. 8. Theodorus ex ære fudit. Fusilis,
 Fusor, & Fusorius, suo loco. Quoniam uero quæ fusa ac liquida
 sunt, spargi solent, fundere pro spargere ponitur. Claudia. Et pes-
 sima fudit Vrna cadis. Lactan. lib. 6. Fundendus ad ultimum cruor.
 Aliquando pro prosternere. Virg. primo Aen. Corpora fundat
 humi. Aliquando pro dissipare. Liu. lib. primo. Exercitum fun-
 dit, fufum persequitur. Aliquando pro abundanter præbere.
 Virg. quarto Eclog. Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
 Aliquando pro large loqui. Idem lib. tertio. Talia fundebat la-
 chrymans. Aliquando pro demittere, ut apud eundem. Cris-
 tis- que a uertice flammam fundit. Hinc Affundo, ad aliquid fundo,
 Plin. Affuso uino auster. Confundo, perturbo, opprimo siue
 omnia in unum misceo, coniungo, Liu. lib. 1. ab urb. Duo popu-
 li in unum confusi sunt. Vir. lib. 3. Ore Arcthusa tuo Siculis con-
 funditur undis. Pli. Et si misceantur, facile confundunt colorem.
 Circumfundo, circuncirca spargo. Apul. Eo liquore stabulum om-
 ne circumfundit. Virg. 2. Aene. Troiana iuuentus Circumfusa ruit.
 Defundo, deorsum fundo. lib. 2. ad Heren. Cœpit, postquan defu-
 sus est, defricari. Diffundo, & Effundo, de quibus supra. Infundo,
 in rem aliquam quippiam fundo. Col. 1. 2. Merumque faucibus, si
 æstauerint boues, infundetur. Hinc infundibulum, de quo suo lo-
 co. Quandoque Infundere, est supra fundere. Virg. 1. Geor. Certa-
 tim largos humeris infundere rores. Infusum, idem est Plin.
 quod clyster. Perfundo, ualde, siue per omnes partes fundo,

spargo. Oui. Perfundicque genas lacrymis. Profundo, Refundo,
 rependo. Sem id erat non tam accipere beneficium, quam refunde-
 re. Interdum reitituo, quod sparsum erat. Idem: Quicquid de-
 erit, ex meo refundam. Interdum reicio: ut, Omnem culpam
 in te refundam. Interdum idem est, quod euomo. Pl. Quod he-
 sterna crapula ingurgitauerat, palam refundit. Suffundo, est supra
 fundo, aut fundendo inijcio. Col. lib. 7. Vtrunque in os suffun-
 ditur. Interdum forinsecus spargo, cum Infundo potius de inte-
 riori parte dicitur. Virg. primo Geor. At si uirginem suffuderit
 ore ruborem, Ventus erit. Hinc Suffusio, morbus est oculorum,
 quem uulgo Cataractam uocant, ortum trahens ex uitioso humo-
 re inter duas tunicas collecto, uisumque d. prauante. Cel. lib. 7.
 cap. item 7 Suffusionis plures species sunt, quædam sanabiles,
 quædam curationem non admittunt. Interdum confundo, siue
 rubore perfundo. Cic. pro impergo poluit, ad Lentulum scribens:
 Noui animum cum mihi amicissimum, tum nulla in ceteros ma-
 lenolentia suffusum. Superfundo, Lactant. lib. 6. Extinguitur pro-
 tinus, tanquam igni aquam superfuderis. Transfundo, de ali-
 quo uase in aliud fundo spargo immittove. Cato de Re ru. ubi
 dies xxx. præterierint, transfundito. Cice. Dolab. Libentius om-
 nes meas laudes ad te transfuderim, quam aliquam partem exha-
 serim ex tuis.

FVN DVM, di, [Fondo, profundo. Gal. Le fond de quelque chose que ce soit. Hi.
 El hondon de qualquier cosa.] *πυθμύω*, ima pars cuiusque rei, quæ ali-
 quid liquoris in se continet, uel ad continentem facta est, ut dolij,
 nauis, aluei, fluminis, lacus, maris. Virg. 2. Aen. Imo Nereus ciet æ-
 quera fundo. Largitio fundum non habet. Cic. 2. Offi. Sen. epi. 1.
 Sera in fundo parsimonia. Hinc Fundamentum, de quo supra, &
 Profundum, quod proprie imum significat. unde profundum ma-
 re, quod procul habet fundum.

FVN DVS, di, [Fondo, possessione, podere. Gal. Fond de terre, heritage, camp ou
 piece de terre. Hisp. La heredad ó possession de tierra.] *γαιοπώσις*, est
 quæuis possessio rustica, ita dicta, quod fundat quotannis malta,
 uel quod sit rei familiaris fundamentum. Plaut. in Capt. quasi
 fundum uendam, meis me ædificam legibus. Fundi appellatio, &
 (ut docet Florentinus Iuliusconsultus) omne ædificium & omnis
 ager continetur: sed in usu, urbana ædificia, Aedes rustica, Villa
 dicuntur. Locus uero siue ædificia in urbe, Area: rure autem,
 Ager appellatur. Idemque ager cum ædificio, fundus dicitur.
 Accipitur etiam Fundus per translationem pro cuiusvis negocij
 fundamento. Plautius in Trinummio: Conueniendus est uis, quæ
 cum eius Filio egi, ei rei fundus pater sit, Hoc, est, auctor, &
 approbator. Sic, populum fundum fieri, teste Festo, est popu-
 lum eius rei, quam alienat fieri auctorem. Cic. pro Balbo: Quid
 dici potuit imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oport-
 ere?

FVN ER A, arum, apud ueteres dicebantur mulieres, ad quas funus
 pertinet, ut sunt mater, & soror defuncti. nam Præfixæ ut Plandus
 sunt principes, ita doloris sunt expertes. Vir. 9. Aen. Nec tua fune-
 ra mater Produxi. Quem in locum Seruius, Funeræ, inquit, dictæ
 sunt, quasi Funeræ, ad quas pertinet funus.

FVN E BR IS, funebre, p. co. [Funebre, funebre, funerale. Gal. Funebre, de fu-
 nerailles, de deuil. Hisp. Cosa perteneciente al mortuorio.] *ταφνίος*, quod
 ad funus pertinet: ut, Funebris pompa, Funebre carmen. Quia,
 quid sibi uelit ille funebrium longus ordo pomparum. Funebres
 tibix, quibus in funere canebatur. Funebris oratio, Cic. 2. de Ora.
 Funebre uestimentum, Idem 2. de Leg. Funebria iusta. Liui. 1. ab
 urb. Interdum accipitur pro exitiali seu pernicioso, quodque mul-
 ta avertit funera. Sic funebre bellum Homero, legitur apud Hora-
 tium in Serm.

FVN ER A R I VS, a, um, *ταφνίος*, quod ad funerationem perti-
 net, ut, Funeraria actio. Vlpian. l. At si quis. ff. de reli. & sump-
 fun. Qui mandatum alterius funerauit, non habet actionem fune-
 rariam.

FVN ER E VS, a, um, [Funebre] *ταφνίος*, Funebris: ut Funerea fax. Vir.
 4. Aen. & fonde coronat Funerea.

FVN E RO, ras, pen. cor. [Sepelire, far il funerale. Gal. Enseuelir, enterrer.
 Hisp. Enterrar cuerpo muerto, hazer mortuorio.] *κνδύω*, iusta mortuo
 persolio, pompam funebrem duco. Plin. lib. 33. cap. 10. Qui fune-
 rari se iussit sestertijs undecim millibus. Sueton. in Domi. Cada-
 uer eius Phyllix nutrix in suburbano suo funerauit. Hor. 3. Car.
 8. Funeratum dixit pro occiso, id quod sequitur ponens pro eo
 quod præcedit.

FVN E ST O, stas, [Funebare. Gal. Polluer, contaminer. Hisp. Ensuçiar con la
 muerte de alguno.] *μυαίνω*, cæde polluo, funere inquinno. Cice. pro
 Font. eorum aras ac templa humanis hostijs funestant. Idem pro
 Rab. Funestari concionem carnificis contagione. Domus funesta-
 ta, aliquo funere affecta. Pla. patrisiam domum funestauit.

FVN E ST VS, funesta, funestum, [Funebre. Gal. Pollu pour auoir touché
 un mort, malheureux. Hisp. Mortifero, mortal.] perniciosus, exiti-
 alis, Cice. Attic. Maiores nostri funestorem esse uoluerunt
 dicunt

- diem Alienis pignæ, quam urbis captae. Idem in Cati. Hoc tibi perniciosum esse confido, & funestum futurum. Item quod funebribus adhibebatur, Funesta tibia, qua ad funera canebant. Funesta arbor, dicitur a poetis Cupressus, cuius ramus poni ante domum funeream solitus sit, ne pontifex per ignorantiam ingrediens pollueretur.
- FUNETÀ**, arcus sunt in uitibus, cum breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo. Pl. li. 17. ca. 22.
- FUNGOR**, eris, functus, [Fare, exercitare officio, usare. Gal. Faire ou exercer quelque charge ou estât. Hisp. Usar de algun officio.] τειλέω, significat officium aliquid exercere, manus obire, & constructur cum ablatiua: ut *Fungor Prætura*, Ci. 7. de Fin. In sensibus hæc est sua cuiusque uirtus, ut ne quis impediatur, quo minus suo quisque sensus munere fungatur. Aliquando cum accusatiua. Ter. in Adel. Neq. boni, neque liberalis functus officium est uiri.
- FUNCTIO**, onis, [Fatura, fatione, operâ. Gal. L'execution de quelque charge ou office. Hisp. La obra de usar de algun officio.] Juerbale. Cic. 2. Tull. Labor est functio quædam uel animi uel corporis, grauioris operis, uel muneris. Hinc Defungor, id est, expedio, finem facio, perago, cesso, & liberor ab aliquo officio, uel munere. Virgilius sexto Aeneid. O tandem magis pelagi defuncte periculis, id est, qui euasisti pericula. Linius: Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere, id est, quæ euaserunt morbos. Terentius in Adel. Utinam hoc sit modo defunctum, id est, utinam hoc malum ultimum sit, in quo finem faciat peccandi Aeschinus. Functos uita dicimus, mortuos. Perfungor, perfecte fungor, ad finem usque exequor. Ci. Lent. Cum & honoribus amplissimus, & laboribus maximis functus essemus.
- FUNGOSITAS**, atis, [Leggere ζζα,] hoc est, raritas & leuitas, qualis in spongijs apparet. Pl. tota fungositas derasa.
- FUNGOSA**, a, um, [Leggiere.] Gal. Legar & ayant petis trous comme un champignon. Hisp. Ligero como hongo.] rarum & leue, ad similitudinem fungi. μυκητάδες, Pl. fungosa medulla.
- FUNGVS**, gi, [Fungo. Gal. Champignon ou potiron. Hisp. El hongo.] μυκητή, a funere (ut quidam docent) descendit, quod uescitibus periculo fissimus sit, uel ipso Plinio teste, qui eos annumerat inter ea quæ temere manduntur. tanta est fungis cum uenenis cognatio, ut, si uel caligaris clauus, aut ferri rubigo, aut panni marcor aduerit, aut si serpens primo patelcentem adhalauerit, omnis itatim succo decoquatur in uenenum. Fungi nomen generale est. Plin. lib. 22. cap. 25. Fungorum lentior natura, & numerosa genera, sed origo non nisi ex pituita arborû. Tutissimi, qui rubent callo, minus diluto rubore, quam boleti, mox candidi. Fungorum diuersa sunt genera. nam sunt boleti, pratenfes albi, qui in pratis nascuntur; Spongioli, a similitudine spongiæ; Digitelli, a digitis: a porrigine, Porriginosi. Fungus arborum morbus, Pl. li. 17. c. 24. Fungus, pro homine stupido, & insulso. Plau. in Bacc. A deon me fuisse fungum, ut qui illi crederem?
- FUNGINVS**, a, um, [Fonghino, di fongo. Gal. De champignon, ressemblant a champignon. Hisp. Cosa de hongo o semejante a hongo.] quod est ex fungo. Plau. in Tri. Hic quidem Fungino genere est, capite se totum tegit.
- FUNICVLVS**, li, [Cordicella, funicella. Gal. Chordelette petit chable. Hi. Pequena cuerda.] καλώριον, diminutiuum a fune. Ci. 2. de Iuuen. Funiculo, qui a puppi religatus erat, scapham annexam traheret. Poniunt quoque pro mensura quædam Persica sexaginta continente itadia, ut placet Herodoto: quanquam Pl. ex Eratosthenis sententia quadraginta tantum stadorum esse tradit.
- FVNIREPVVS**, pi, [Che camina su per le corde.] χοινοβάτης, Apuleius. Funi repus periclitatur.
- FVNIS**, [Corda, fune. Gal. Chable ou chorde. Hisp. La cuerda.] καλώς, rellis, ex cannabe, aut alia materia contorta: hodie tantum masculini generis est, olim etiam fœmi. Vir. 5. Aen. traiecitam in fune colymbam. Quo tentant ferrum, malo suspendet ab alto. Luc. apud Gel. li. 13. ca. 10. Hand, ut opinor enim mortalia secla superne Aurea de celo demissis funis in arua. Col. lib. 6. c. 62. Canabisque funibus cornua iuuenorum ligato.
- FVNVS**, neris, [Funerale, pompa funebre. Gal. Funerailles, conuoy d'obseques. Hisp. Mortuario, o exequias del muerto.] κούρεια, pompa, quæ fit in exequijs mortuorum, a funalibus, quod incensi funes mortuus præferbantur: quoniam noctu efferebantur caduera. uel potius a φῦνος, Ionice, pro ἐβνος, quod cædem, uel cladem significat. Ci. de Ami. Quidam ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est. Interdum pro caduere, Terentius in And. Effertur funus. Interdum pro morte. Virgilius 4. Aen. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Quâdoq; pro sepulchro. Vir. 3. Aen. Ergo instauramus Polydoro funus.
- FVO**, suis, futum. [Effere.] antiquissimi dixerunt pro sum. Pl. in Amph. Ne quis tam audax suat homo, qui obuiam obstitit mihi, hinc mansit præteritum Fui. Vide Fuat.
- FVR**, [Ladro, rubatore. Gal. Larron. Hisp. Ladron que hurta de escondidas]
- generis communis, notæ significationis est, a ferendo (ut quidam putant) hoc est, ab auferendo dictus. Vel (ut docet. Var. l. 14. rerum diuina) a furo, nigro, quod furta clâsiant, & plerumque nocte. Aut certe, quod Gellio magis placet, a Græco nomine *εὐρυ*. Ita enim antiqui illi uocabant, quem nunc κλέπτης dicunt. Plau. in Aulu. Tamest fur mihi es, molcitus non ero furi. Idem in Rud. Iu res mihi estis, hoc est, furammi res meas. Ci. pro Mil. Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se telo defendit, interfici impune uoluerunt. Fur item a Varrone dicitur, qui fucus in apibus nominatur li. 3. de Re rust. cap. 16. Interdum fur capitur pro seruo. Virg. 3. Ecl. Quid domini facient, audent cum talia fures? Composita sunt Bisur, & Trisur. Pla. non fur, sed trisur, hoc est, summus fur. Aurisur, qui furatur aurum.
- FVRVNCVLVS**, de quo supra, &
- FVRCVLVVS**, secundum Priscianum.
- FVRACITAS**, tatis, procliuitas ad furandum. Pl. li. 10. ca. 29.
- FVRACITER**, [Daladro. Gal. Auec a affection ou intention de desrober. Hi. Con gana de hurta.] aduer. Ci. in Vari. Cum omnium domos furacissime scrutarere.
- FVRAX**, cis, [Furace, dato al robare] ὄζι κλοπος, qui procliuus est ad furandum. Ci. de Or. Ridiculum est illud Neronianum in furace seruo: solum esse, cui domi nihil sit obsignatum. Idem in Pis. Nam furacissimis nauibus.
- FVRCA**, cæ, [Forcella, forcina. Gal. Fourche. Hisp. Horca de dos garjos o puntas.] ἄσπιδον, a fero, instrumentum, quo stramenta seuiunt. Hor. in epi. Naturam expellas furca licet, usque recurret. Dicitur etiam Furca, nomine id quo quid sustentatur in modum furcæ factum. Pl. li. 9. ca. 8. Tunc piscatores circumdant retia, furcisque subleuant. Vnde Bisurcus, Bisurcatus & Bisurcatim.
- FVRCVLA**, Liu. 8. Bel. Maced. Ad mane suspensio furculis ab hostibus muro perueniunt. Est & furca, supplicij genus, quo afficiebatur serui. Ci. de Diu. seruus per circum furcam ferens ductus est.
- FVRCIFERT**, ἄσπιδον, Plutarcho dicebantur serui, qui ob leue delictum cogebantur a dominis ignominia magis, quam si publici causa circa uicinos furcam in collo ferre subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, simulque monere peccatores, ne quid simile admitterent. Vnde Plutar. in Vita Coriolani: Fercifer huic nomen est, quod maxima poena apud antiquos. seruus peccanti erat, ut is plautri lignum, cui remo affigitur, inspectante uicinia ferens circumageret. quod ubi factum erat, infidus a domesticis, & uicinis existimatus, Fercifer appellabatur. nam Latini lignum illud Furcam appellant. Cic. in Vatin. Id tu ibi furcifer nomen? Hinc Trisurcifer, summus furcifer dicitur: sicut Triuenefica, summa uenefica.
- FVRCILLA**, læ, [Forcina,] diminutiuum a diminutiuo Furcula, instrumentum, quo frumenta cillantur, hoc est, mouentur. (nam cillere mouere est) & quo scenum, stramenta, & id genus reliqua iumentis ministrantur. Hoc rustici in sceno colligendo utuntur. Var. li. 1. de re Ru. Herba subsecari debet, & quoad perare car, furcillis uersari.
- FVRENTER**, [Furiosamente. Gal. Ala sazou d'un insensé & enragé, furieu fement. Hisp. Locamente, furiosamente.] μακίνοσ, more furiosi. Ci. At. li. 6. Pueri, aiunt enim furenter irasci.
- FVRFRV**, fursuris, pen. genitiui cor. [Semola, crusca, remolo] πικτυρ, purgamentum farinae. Plau. in Capt. Qui alunt fursue furs. Vnde Furfureus, a, um, siue Furfuraceus, quod ex fursure constat. Pannus fursuraceus, siue fursureus. Fursures item Latini appellant uittium æpris, quod & Græci πικτυρα, siue πικτυρίασιν uocant, cum scilicet quædam quasi fursuraceæ squammulæ absque ulceratione ac cute resoluuntur, præsertim in capillo (sine barba, nonnunquam etiam in supercilijs. Celsus & Serenus porriginem nominant. Pl. lib. 20. cap. 9.
- FVRFRVROSVS**, sâ, sum, πικτυράδης, quod fursures habet admittos, aut quædam fursurum similitudinem refert. Pl. li. 12. ca. 25.
- FVRITABVRVM**, [Furie. Gal. Furies. Hisp. Las furias del infierno.] ἐφύρις, Cornuto, ἀμεινίδης, deæ furoris Noctis, Acherontis que hlicæ, quæ tres esse putabantur, Alceto, Tiphone, & Megera. Vir. 12. Aen. Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ. Quam locum exponens Seruius, Diræ, inquit, in cælo, Furæ in terris, Eumenides aut ped inferos. unde & tres esse dicuntur. Vocantur etiam canes, ut est apud Virg. 6. Aen. Visæ que canes ululare per umbram Aduertant dea. Hæc tenus Seruius. Furæ ab Atheniensibus. κερὲ δονιερ σμόν, Eumenides dicebantur, quasi placabiles & benignæ: apud quos & sanum habebant sollenibus sacrificijs celebratum, quo madinodum & luam in Latio, qui Furin dicebantur. Nomen autem earum præcipuè circa scelerum speculationem, ultionemq; & in animorum male sibi consciorum exagitatione uersari putabatur, ut est uidere apud Euripidem in Oreste. Ci. 3. de Nat. Deo. Sin hæc dea est, cur non Eumenides? quæ si deæ sunt, quarum & Athenis sanum est, & apud nos (ut ego interpretor) lucus Furinæ Furæ deæ sunt, speculatrici & iudicis scelerum. Vir. 4. Aen. Heu furis

augeri, & ornari.
***FVSIDIVS**, foeneratoris nomen apud Hor.
FVSILIS, le, p. c. *χυσις*, quod fundi potest, unde Fusilia uasa, & Fusilia signa, ex metallo aliquo fusa. Oui. 11. Met. Fusile per rictus aurum fluitare uideres. Gol. Lib. 6. ca. 33. Fusili sale.
FVSIM, [Copiafamente,] *χυσιμ*, sparsim, fufe autem, significat copiose.
FVSIO, onis. [Fusione. Gal. *Fusion*, *espannement*. Hisp. *Obra de derramar*, *hundimiento*.] *χυσι*, Ci. 1. de Nat. Ipsumque mundum Deum dicit esse, & eius antai fusionem esse uniuersum.
FVSIVS, pro Furins antiqui dixerunt, Felus.
***FVSIVS**, oratoris nomen, cuius meminit. Cic.
FVSORES, [Coloro che fanno lauori di getto. Gal. *Fon deurs*. Hisp. *Hundido*, *tes para echar en molde*.] *χυσι*, a fundendo.
FVSORIVS, a, um, *χυσι*, quod ad fusionem pertinet, seu quod fundi potest: ut, opus fusorium, uas, in quo metalla liquefiunt, ars fusoria, ars fundendi, confundende metalla.
FVSTERNA, a, pars abietis superior, durior, & nodosior: nam inferior minusque nodosa Sapius dicitur. Pl. li. 16. ca. 39.
FVSTIGO, as, are. [Bastone. Gal. *Vn baston*. Hisp. *Pala*, *uara como para hostigar*.] *βασκων*, baculus, stipes. Cice. pro Cec. Si faxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris? Pl. lib. 14. cap. 13.
FVSTVARIUM, rij, *ευλοκοπια*, pœna, quæ fuste infligitur, Ci. 3. Phil. Furarium meruerunt legiones, quæ consulem reliquerunt.
FVSURA, rz, [Liquefactione. Ga. *Fonte*. Hisp. *Aquella obra de hundir*, *hundimiento*.] *χυσι*, fusio, siue liquefactio. Pl. li. 3. c. 6.
FVSUS, a, um, [Sparsio, liquefactio. Gal. *Fondu*, *espandu*. Hisp. *Derramado*, *hundido lo liquido*.] *χυσις*, conflatus, liquefactus. Aliquando dispersus. Cice. de Orat. Genus facetiarum æqualiter tota in oratione fufum.
FVSVM, si; [Fuso,] *απεικτος*, instrumentum, quod mulieres nendo digitis noluunt: a fundendo dictum, quod, dum trahitur, uoluedo quasi liquefieri uidentur. Ou. 4. Metam. Versato ducentem stammina fuso.
FVSTATIM, pro fufim. Plau. in True.
FVTELE, [Vano. Gal. *En uain*, *mutilement*. Hisp. *Loca y uanamente*.] *χυσις*, aduerb. pro futiliter. Ennius in Phœnicæ, ut citat Noni. ut quod factum est futile, nos feramus fortiter.
FVUTILIS, le, p. c. *χυσιος*, a fundendo (ut Festo uidetur) aut certe, quod Vallæ placet, ab antiquo uerbo Futio, a quo & Eutire, proprie dicitur, quod liquorem sibi commissum nõ satis fideliter continet, sed protinus effundit, *χυσιος* unde Futile uasis genus dicebatur auctore Donato, quod latissimi oris, ex altera parte ardeum, quod statim positum effundebatur. Utebantur in sacrificijs deæ Vestæ: quia aqua ad sacra hausta in terra non ponitur, quod si fiat, piaculum est, unde excogitatum uas est, quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. A quo Futilis dicti sunt, qui continere tacenda nõ possunt, sed ea effundunt. Teren. in And. Tam iners, tam nulli consilij sum: seruoñ furtiuas meas me commississe futili? Accipitur etiam futilis pro uano, leui, & inutili. Cic. primo de Nat. Deo. Futilis conuenitrixque sententia, Sik. lib. 3. cap. 2. Cauffani futilem uocat, quæ leuis est, & nullius momenti.
FVUTILITAS, atis, [Pαχχια. Gal. *Legeretè uanite en parler*. Hisp. *Locura*, *uanidad en palabras*.] leuitas, inutilitas. Cice. 2. de Nat. Hæc plena sunt futilitatis.
FVTVNS, erat deus, in cuius sinu pudendo nubentes præfidebant, ut illarum pudicitiam prior deus delibasse uideretur.
FVTRIO, futis, [Mandar fuori. Gal. *Espondre de hors*. Hisp. *Echar de fuera*.] *εχχέω*, effundo: a quo componitur effutio, de quo paulo antè.
FVTRIS, uas aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur. Siphonius.
FVTR, as, redarguo: a quo Confuto, & Refuto, *δλέγω*, Cato futauit usus est, pro sæpius fuit.
FVTRIO, futuis, futui, fututum, [Vjar carnalmente con donna.] *εχχέω*, obscœnum uerbum, quod a Futio deduci uidetur: cum nihil aliud sit futuere, quam semen effundere. Valla lib. 1.

DE LITTERA G



LITTERA muta est, quæ in uerbotum præteritis mutatur in cut, Legor lectus, Agor actus. Aliquando in fut, Spargo sparsi, Mergo merfi, Aliquando in x: ut Rego rexi, Pingo pinxi. In Græcis quibusdam dictionibus, nos g, pro K, substituiimus: nam quod illi, *κυβος*, nos cygnus, qd illi *κὸβιος*, nos gobius uel gobio scribimus.
G A N T E A

*GABA, per simplex b, *γαβα*, Galizæ oppidum. Gabba, Syriæ urbs:

GABAE, *γαβαλιν*, promontorium in ora Syriæ, in quo sita est Loadicea. Plin.
***GABALES**, Aquitaniz populi. Plin.
GABALVS, p. p. *γαβαλις*, apud ueteres crux, siue patibulum dicebatur. Var. Nos barbari, quod innocentes in gabalum suffigimus homines: uos non barbari, quod noxios absoluitis? Nonius.
GABATAE, arum, p. c. *γαβαται*, uasa concaua, edulis pulmētarijsque aptissima. Mart. lib. 7. Transcurrunt gabatæ, uolantque lances. Et alibi, Sic implet gabatas, paropsidesque.
GABI, orum, *γαβιον*, Volcorum urbs fuit lxx. millibus passuum ab urbe distans, a Galactio & Bio fratibus Siculis condita, sicut scribit Solinus: fraude Sexti Tarquinij superbi filij in Romanorum ditionem redacta, ut tradit Liu. lib. 1. ab urb.
GABINI, *γαβιται*, dicti sunt homines Gabijs habitantes. Gabiorum meminit & Vir. lib. 6. Aen. Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemq; Fidenam: Hi Collatinas imponent montibus arces.
GABINENSIS, adiectiuum. Pl. li. 2. c. 49. In Gabinensi agro.
GABINVS, a, um, ut, Gabina Iuno, Virg. 6. Aen. Urbs Gabina, Ouid. 2. Fast. Robore freta Gabino, Claud. 3. Pane.
GABINVS CINCTVS, toga erat, ut docet Seruius, sic in tergum reiefta, ut una eius licinia reuocata hominem cingeret, quo uestimenti genere utebatur consul bella indicturus. Virg. 7. Aen. Ipse Quirinali trabea cinctusque Gabino Insignis. Eodem etiam Decios in duto fuisse legimus, cum se pro repub. deuouerunt.
***GADARA**, *γαδαρα*, ciuitas Syriæ non longe ab Acalone. Plin.
GADES, dium, *γαδερα*, *γαδερα*, duæ insulæ sunt, teste Plin. lib. 4. cap. 22. ultra sinè bætice prouinciæ & in extremo nostri orbis uersus Occidentem, ubi Europa ab Africa dirimitur. Harum maior Eritia dicta est a Tyrijs ab Erithæo mari oriundis, qui in hac insula urbem condiderunt. Distat a Calpe teste Strabone septingentorum quinquaginta stad. interuallo, parua quidem insula, sed uirorum dignitate excellens. In qua equestris ordinis Gaditanos, quingentos in uno censu numeratos aliquando fuisse compertum est. Insula hac ubi continenti est proxima interluitur fretum c c c, non amplius, pedum. Huic adiacet altera insula minor, & ipsa Gadis appellata, unius tantum stadij Euripo interlabente ab altera dirempta, in qua tanta est populi lætitia, ut pœdum ibi pascentium lac ferum non efficiat, neque ex eo caseus fieri possit, nisi multa admixta aqua. Quin illud etiam traditur pascentes in hac insula pecudes, nisi si subinde sangumem exhaustas, intra triginta dies pinguedine suffocari. Quæ res poetis occasionem uidetur ministrasse eorum quæ de Geryonis armentis fabulari sunt. Auctor est Strab. lib. 3. Plin. tamen uult Geryonem in maiori insula habitasse. Cice. pro Cor. Gades Herculis itinerum, ac laborum terminus. Declinatur autem hoc nomen in utroque numero. Dicimus enim Gadis in numero singulari pro alterutra harum insularum, uel in plurali numero Gades. Plin. lib. 4. cap. 22. Gadis longa est xii. m. lata. 111. m. passuum.
***GADIRA**, Punicum uocabulum, quo illi septem significant: unde Insulæ Gades. Plin.
GADITANVS, a, um, p. c. *γαδερνός*, ut mare Gaditanum, & Gaditanæ puellæ, quæ lasciuiz nomine olim in pretio fuerunt. Gaditani oriundi sunt a Tyrijs, unde Lucan. Tyrijsque a Gadibus hospes.
GAETVLLIA, Aphricæ interioris regio, cuius incolæ Getuli appellantur. Virg. 4. Aen. aut captam ducat Getulus Iarbas.
GALATIA, *γαλατια*, regio minoris Asiæ ab Oriente Cappadociam & Halym flumem, ab occidente Bithyniam & Asiam, a meridie Pamphylia, a Septentrione Pontum Euxinum habens.
GALATAE, populi. Luca. libr. 7. Viuant Galatæque, Syriæque. Hæc & Gallogræcia dicitur, populique ipsi Gallogræci. nam cum a rege Bithynio Galli simul & Græci in auxilium uocati uenissent, partem regni tenuerunt, & ab utriusque populis Gallogræci sunt dicti.
GALBA, bæ, uermiculus miræ exilitatis, qui nascitur in esculis: a quo qui primus Sulpiciorum cognomen Galbæ tulit, ab exilitate ita uocatus est: quem alij e contrario, quod præpinguis fuerit, ita nominatum scribunt. talem enim Galli uocant Galbam. Alij quod oppidum Hispaniæ frustra diu oppugnatum, illatis demum galbano facibus, succenderit. Non nulli, quod in diuturna ualitudine galbeo, hoc est remedij lana inuolutis asidue ueretur.
GALBANVS, nomen simile participio formauit Martialis, quod est Galbano indutum: accipiturque pro homine molli & effœminatio: Licet (inquit) occupato galbanatus in lecto.
GALBANEVS, a, um, [Di Galbano.] adiecti. a Galbanus. Virgil. 4. Georgi. Galbanoque agitare graues nidore chelydros. Idem 4. Georgi.
GALBANVM, ni, [Galbano.] p. c. succus est siue lacryma ferulæ in Syria nascentis, quam Metopium uocant, teste Diosco. li. 3. Græci *γαβαλις*, dicunt per ch, nostri mutata aspirata in suam mediam Galbanum uocant. Lucan. li. 9. Hic ebulum stridet, peregrinaq; Galbana

hana sudant. Plin. lib. 12. c. 25. Dat & Galbanum Syria. Est etiam hoc nomine genus uestimentum delicatorum a colore albo, ac sub-lucido, quod nullos habet pilos. Iuue. Sat. 2. Carulea indutus scutulata & Galbana rasi.

GALBEVM, ornamentum muliebris genus. Festus.

GALBINVS, a, um, [Lascius. Gal. Mol. delicat. Lascus. Hisp. Enflaquecido. Lu-kuriuso.] p. p. mollis & lasciuus. Mart. Galbinos habet mores. Tunica quoque galbina a colore dicta est. Flau. Vopiscus in Aur. Inter hæc fuit tetricus chlamyde coccea, tunica galbina. Quam in hoc Vopisci loco malim legere Tunica galbina.

GALBULA, auicula, quæ uis maturefcentibus, calanis & retibus capi-tur. Martial. lib. 23. Galbula decipitur calamis & retibus ales. Tur-get adhuc uiridi cum rudis qua mero. Quidam eandem esse existi-mant cum ea, quam Græci *καπερον*, appellant. Plinius tamen libro 33. cap. 11. auctor est, quem Græci *καπερον*, uocant, a Latino Gal-gulum appellari.

GALBVLIA, *σκαριδία τῆς κνυπαρίας*, pilulæ cupressi arboris, in quib, semen reconditur. Varr. lib. 1. de re rust.

GALBES, *γαλῆς*, Græcis appellatur animal illud notum, quod La-tini Mustelam nominant, ut multis argumentis docet Sipontinu-s, recentiorum omnium Græcorum errorem redarguens, qui selem *γαλῆν* nominant. nam quæ de gale tradit Aristoteles, ead- dem omnia mustelæ assignat Plin. neque ad felis naturam possunt accommodari.

GALEA, lea, [Celata, yelmo. Gal. Heaume, armet, une salade, bonnet de fer. Hisp. El capacete, yelmo, armadura de cabeza.] x'pus, instrumentum est ferreum ad capitis munitionem inuentum. Cic. in Verr. Galeas æneas. Plin. lib. 7. cap. 56. Galeam gladium, hastam Lacedæ-monij inuenere.

GALBATVS, [Con la celata.] galea indutus: ut, Galeata Minerua. Ci-cero 1. de Nat. De.

GALENA, dicitur plumbi & argenti uena communis, quæ & *μολύβη δαμν*, uocatur. Plin. lib. 34. c. 18. docet idem eodem lib. c. 16.

GALENVS, p. p. *γαλλῆν*, nomen Medici excellentissimi, ex Perga-mo Asiæ urbe. floruit temporibus Traiani adusque Antonini Pij tempora, Plurima reliquit de re medica uolumina.

GALEO, as, are, [Parisi la celata. Gal. S' armer d'un armet, se couir d'un heaume, Hisp. Armar con yelmo ó capacete.] galeam induere. Hor. 5. Bel. Afr. Milites in campo iubet galeari, & ad pugnam parari.

GALÉOLA, læ, *κορύμβιον*, cum accentu in antepenultima, uas sinuo-sum a galeæ similitudine dictum, auctore Nonio. Varro de uita populi Romani: Vbi erat uinum in mensa positum, aut galeola, aut sinu?

GALÉOTÆ, *γαλεῶται*, erant uates quidam in Sicilia & Attica a Ga-leote Apollinis filio, qui frater Telmessi eius fuisse traditur, qui Telmessum urbem in Caria condidit, oraculo ex Dodona acce-pto. Vnde Aelianus scribit Dionysium tyrannum Galeotas solitu consilere in Sicilia. Meminit horum Cic. lib. de Diu.

GALÉOTES, *γαλεῶτης*, species est stellionis, Plinij temporib. Ita-liæ incognitum. hic & Colotes & Ascalabotes appellatur. Cic. de Diuin. Plin. lib. 29. c. 4.

GALÉRYTA, penul. prod. [Lodola. Gal. Aleuette, Hisp. Caguada.] *κορυδαλός*, auis quæ nunc Alauda dicitur. Varro Galericum appel-lat, quia plumam elatam in capite habet galeæ similitudine. Plin. lib. 10. c. 49.

GALÉRICVLS, *καυῆ, πιδίδιον, πιλίσκος*, Suet. in Othone, c. 12. Gale-riculo capiti propter raritatem adaptato.

GALÉRVS, penultima producta, [Cappello. Gall. Vn petit chapeau. Hisp. El bonete ó sombrero.] *καυῆ*, pilæus rotundus, a galeæ similitudine dictus, ut inquit Varro. Iuuen. Satyra 6. Flauo crimen abscon-dent e galero.

GALÉSVS, si, fluuius iuxta Tarentum. Vir. lib. 4. Geo. Qua niger hu-meclat flauentia culta Galefus. Hor. 2. Car. Ode 6.

GALÉOS, *γαλέος*, piscis est a Rhodiis olim maximo in pretio habi-tus, qui a nostris etiam Mustela dicitur. Plin. lib. 32. c. 2.

GALGVLS, *λιχπερός*, est, quæ si spectetur a quopiam morbo regio laborante, sanatur æger, & auis emoritur. Plin. lib. 40. c. 11.

GALLA, fructus quercuum, *κακίς*, Plin. lib. 20. c. 20. Cervicis dolores cum galla & lini pari mensura sedat. Virg. 4. Geo. Proderit & ton-sum gallæ admiscere saporem. Gallam bibere ac rugas conduce-re uentri, ait Lucilius.

* **GALLAICI**, siue Gallæci, Hispaniæ populi, Gallis finitimi. Mart. quæ Gallaiico linuntur auro.

GALLIA, *γαλλία*, Stephano, *καταγαλατία*, Ptolemæo, Europæ pars: a candore populi dicta. Gola enim lac Latine dicitur. nam mou-tes & rigor cæli ab ea parte Solis ardorem excludunt, ut eorum corpora non colorantur. Est autem triplex, Togata, Comata, & Braccata Gallia. Togata dicitur Cisalpina, quæ scilicet iuxta Al-pes est, & Rubiconem fluuium, antiquum Italicæ limitem: ita dicta quod populi illi, Romanorum more, toga uterentur. Braccata au-tem Gallia dicta est Gallia Narbonensis, Romanorum provincia,

a braccis uillose uestis genere appellata, quibus peculiariter eius provinciæ homines utebantur. Comata cognominatur ois trans-alpina Gallia, a comæ nutriendæ studio. Hæc rursus in tres par-tes diuiditur, Belgicam, Celticam, & Aquitanicam, quæ Aremoni-ca ante dicta est. Nam a Scalde ad Sequaniam Belgica: ab eo ad Gauumnam, Celticam, eademque Lugdunensis: inde ad Pyrenæi-montis excursim, Aquitania. Cic. in Ant. Gallia comata.

GALLÆCIA, regio est citerioris Hispaniæ. Plin. lib. 4. c. 20.

GALLICVS, ca, cum, quod est ex Gallia: ut, Gallica terebra apud Co-lum. lib. de arbor. c. 8. trans Alpes nascens, præcipui candoris. A-ger Gallicus, & Picens, Cic. de Cl. Or. Plin. lib. 16. c. 15.

GALLICANVS, a, um, idem quod Gallicus. Cic. pro Quinct.

GALLICÆ, arum, genus calceamenti, quo utuntur Galli pluuiofo tempore, uulgus (sicut Bayhus) uocat Galozas. Cic. 2. Phil. Nam quod quærebās, quomodo reddiscam: primum luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Quo tamen in loco omnia pene exemplaria habent, Caligis, sed corre-pte, ut satis constat ex Gell. lib. 13. c. 20.

GALLICINIYM, [Quella parte della notte quando cantano i Galli. Gal. Le temps de la nuit que les coqs chantent. Hisp. La media noche.] *αλακρυρ-φονία*, pars noctis, qua galli cantant, quæ est quarta caltrensium uig-ilia. Apul. lib. 2. de Asino aureo: Noctis gallicinæ uenit.

GALLINARIA, [Gallina. Gall. Gueline ou poule. Hisp. Gallina ó polla.] *δρυνίς, αλεκτορίς*, auis nota. Terent. in Phor. Anguis per impluuium decidit de tegulis; Gallina cecinit. Tria autem gallinarum gene-ra enumerantur a Varrone de re rust. lib. 3. cep. 9. Villaticæ, Russicæ, siue agrestes, & Africanæ. Villaticæ dicuntur uulgatissimæ il-læ, quæ in uillis & nonnumquam etiam in urbe ali uidemus. Rus-ticæ, siue Agrestes, medii cuiusdã generis sunt inter uilaticas & Africanicas: quæ Varronis tempore raræ erant in urbe, & in or-natibus publicis poni solebāt cum pisticis, & merulis albis, aliis que rebus inusitatis. Ideo autem dictæ sunt agrestes, quod non in uillis, sed fere in siluis oua facerent. Hæc primū allatæ sunt & Gal-linaria insula maris Lygustici: ubi hoc gallinarum genus agreste est, & ferum. paulatim deinde cicures factæ, omnem Italianam im-pleuerunt, & ex Italia Galliam & Germaniam translatae sunt: a quibus ea de causa Longobardicæ gallinæ uocantur. Tertium gallinarum genus est, quod primum ex Africa in Italiam sint translatae, Africanas uocauerunt. Hæc (ut locum citato ait Var-ro grandes sunt, uariæ, gibberæ, & a Græcis Meleagrides appel-lantur. uulgus hodie uocat gallinas Indicas.

GALLINACEVS, a, um, [Di Gallina. Gal. De poule ou guelina. Hisp. Cosa de gallo ó gallina.] *δρυνίσιος*, quod ex gallinis est, ut Pullus gallina-ceus. Varr. 2. de re rust. c. 9. Gallinaceum fel, Cic. de Diu. Gallina-cea oua. Varro lib. 3. c. 9.

GALLINACEVS, cei, subst. [Gallo. Gal. Coq. Hisp. gallo.] *αλεκτρούς*, ipse gallus. Fescennius Niger, ob unius gallinacei direptionem, decem conuiniptulares securi percuti iussit. Plin. lib. 37. cap. 10. & lib. 8. cap. 7.

GALLINARIA, riæ, *γαλλινάρια*, insula est in mari Tusco secundum Italiam, contra mōtes Lygusticos, a gallinarum agrestium copia, ut inquit Varro lib. 3. de re rust. appellata. Est & silua Gallinaria. *γαλλινάρια ὕλη*, Cumis uicina, de qua Cic. in epist. ad Pætum. De hac Strabo ita scribit: Hoc in sinu sic ut uolis uirgultis frequens, & arboribus silua est, aquarum indiga.

GALLINARIVM, rij, [Pollaio. Gal. Vn gueliniere, le lieu ou les poules se jurent, un poullier. Hisp. El gallinero donde duermen las gallinas.] *δρυνίσιος*, locus in quo aluntur gallinæ. Colum. lib. 9. Gallinaria constitui debent parte uillæ, quæ hybernium spectat Orientem. Græci auctore Polluce *ποταμῆν*, uulgus a pullis gallinaceis, Pallarium appellat.

GALLINARIVS, rij, & Gallinaria, riæ, [Gallinaio. Gall. Nourisseur de poules, poullaillier. Hisp. Gallinero ó gallinera que curan las gallinas.] *δρυνόκομος*, qui & quæ gallinas curat. Plin. lib. 10. c. 55.

GALLVLASCO, cis. Nonius poeta in Exodio, ut citat Nonius. Puerum Mulieri præstare nemo scit, quanto melior sit, cuius uox gallulae scit, cuius ramus roborascit.

GALLO, as, *βακχάδος*, bacchor, gallos. Cybeles sacerdotes, imitot. Varro Eudemonibus, ut citat Nonius. Et deam gallantes uario retinebant studio. Nonius.

GALLOGRÆCIA, idē sunt, qui Galatæ, eorum regio est Galatia, quæ Gallorum aliquot populos infestit, Plin. lib. 5. cap. 32. testatur, & Ptol. lib. 5. tabula Asiæ prima. Strab. quoque lib. 4. Tæto sages e Narbonensi, Tælistobogios, & Trocinios, & Celticis Gallie pro-fectos, Phrygiam Cappadociæ: & Paphlagoniæ uicinam, occupat. se scribit. Meminit & Liu. lib. 38.

GALLOGRÆCIA, *γαλατία*, regio Asiæ minoris Cappadociæ, Bithy-niæ, & Pamphyliæ finitima, quæ alio nomine Galatia dicitur, cuius incolæ Galatæ dicuntur, & Gallogræci.

GALLVS, a, um, sicut Gallicus, & Gallicanus, quod originē habet ex Gallia. Sall. di. 4. hist. Dux Gallæ mulieres. Catul. de Bercynthia: te ad

te ad altā Gallæ Cybelus nemora simul.

GALLVS, ἡ γαλλός, Cybeles sacerdos, a Gallo Phrygiæ fluuio, cuius aquam qui gustassent, reddebantur insani. Ouid. 4. Fast. Amnis ite insana nomine Gallus aqua. Gallus gallinaceus ἀλλοπεύων, nota auis, nocturnus uigil, quem excitandis a somno in opera mortalibus, genuisse prouidentia diuina uidetur. Ci. 2. de Diui. Democritus quidem optimis uerbis causam explicat, cur ante lucem galli cantant: depulso enim de pectore, & in omne corpus diuiso, & modicatio cibo cantus edere, & quiete satiatos. Et paulo ante. Quia galli uicti filere solent, canere uictores. Galli item Europæ populi sunt: de quibus in distione Gallia. Gallus item fortunam corporis significat, sic inquit Quint. id est, castratum: nam tales erant Galli sacerdotes Cybeles. Fuit item hoc cognomē Cornelij præstantissimi poetæ, cuius etiam hodie aliquot extant fragmenta. Hic primus Aegypti præfectus fuit, Augusto Cæsari familiarissimus: cuius tamen iussu, cum in proditiōnis suspicionem uenisset, fuit interfectus.

GAMMARVS, γαμάρ, aquaticum animal, simile cancro, uel (ut quidam putant) ipse cancer, cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur. Martial. li. 2. Concolor in nostro gammare lance rubes. Iuuen. Sat. 5. Sed tibi dimidio constrictus gammarus. Ouid. Panitur. Veneti adhuc hodie nomen retinent. Pl. lib. 9. cap. 13. Leonem appellat quod nomen Massilienses etiam habent.

***GAMPHASANTES**, populi Libycæ Aethiopiæ, sine ullis uestibus uiuentes, qui a prælijs abstinent. Pl.

***GANDRI**, populi interioris Afriæ. Plin.

GANEÆ, γανει, & ganeuni, [Bordello. Ga. Bordeau, ou tauerne bordeliere. Hisp. Burdel.] χαμαίωτι πεινός, περιεὶν, ὁ πᾶναιος, lupanar meretricum, guloforum diuersorium, in terra, non, ut cœnacula superius. Est enim locus abditus, & uelut subterraneus, uinolentis & libidini aptus. Ci. in Pis. Paulisper stetit in illo ganearum tuarum nidore. Ter. in Ad. Credo abductum in ganeum. Plin. tamen accepisse uidetur pro ipsa ingluuie, cibarijsque: ait enim de porco li. 8. Neque alio ex animalibus numerosior materia ganeæ.

GANEONES, [Bordellieri. Cal. Bordelliers, hanteurs de tauernes bordelières. Hisp. Los que andan al burdel.] γανωτες, dicti a ganeis, teste Nonio, quemadmodum Popinones a popinis, qui ganeas frequentant. Varro in Mod. Et hoc inter est inter Epicurum, & ganeones nostros, quibus modus est uitæ culina. Ci. in Cati. Quis ganeo? quis adulter? Ter. in Heau. Helluo, ganeo, damnosus.

GANGES, γανγες, & Gangetis, [Gange.] γανγής, Indis fluuius maximus, qui uniuersam secat Indiam, secum arenas trahens, alio nomine Phison a Græcis dictus, quem sacræ litteræ inter eos annumerant, qui de paradiso profluunt. Fontes eius alij incertis esse tradunt, uicinæque omnia rigare. alij in Scythicis nasci, ipsamque Indiam secare dixerunt, fluereque in eum triginta amnes. Minima Gangis latitudo per octo millia passuum, maxima per uiginti patet. altitudo, ubi uaduosissimus est, mensuram centum pedum implet. Dicitur Ganges a Gange Aethiopum rege, ut ait Suidas. Ouid. lib. 4. Met. Decolor extremo qua cingitur India Gange.

GANGETICVS, γανγητικός, a Gange fluuio deductum. Col. li. 8. ca. 8. Gangericas & Aegyptias aues.

GANGLION, γανγλιον, tumor in capite, uel collo. Cels. li. 7.

GANGRÆNA, γανγρανα, [Gangrena. Gal. Chair morte par ulcere & inflammation. Hisp. Carne muerta de llaga.] γανγραινα, cato emortua ex ulcere, uel inflammatione: cui nisi opportuno remedio occurratur, ad uicina proserpit: ἀπὸ τὸ γρανίον, τὸ ἐδίον, hoc est, a comedendo, seu depascendo. Lucil. lib. 1. Sat. Serpere uti gangræna malo. Varr. Si ob eam rem gangræna non sit ad brachium uentura. Vide Cels. li. 5.

GANNIO, γαννίον, uel gannii, itum, [Far uoce di uolpe. Gal. Glappir ou japper à la façon d'un renard ou d'un chien gronder, grommeler. Hisp. Ganir el can à raposa.] γαννίον, proprie uulpium est, teste Donato: dicitur tamen & de canibus, cum claro ululatu, dolorem quandam, gaudiumve testari uidentur.

GANNITIO, & Gannitus, γαννίσις, Lucretius: Longe alio pacto gannitu uocis adulant. Inde ad homines translatum. Persius Saty. 5. Secretam gannit in aurem. Hinc Oggannio, in aurem leete loquor. Apul. lib. 2. In aurem mulieris oggannijt. Aliquando multum dico, inculco. Plaut. in Aſina. Cui nunquam unam rem melicet semel præcipere, fieri, quin centies eandem imperem, atque oganniam.

GANYMEDES, γανυμήδης, Trois filius, formosissimus puer, quem cum Iuppiter deperiret, iussit in cælum ab aquila portari, & sibi a caliculis esse, repudiato ministerio Hebes, quæ ante illius raptum miscendo nectari præerat. Hanc fabulam tangit Virgil. 1. Aen. cum inter causas odii Iunonis in Troianos, recenset rapti Ganymedis honores. Higinius in Altronom. Poet. tradit Ganymedem inter sidera translatum cōficere signum illud, quod Aquarium uocamus.

GARAMANTES, γαρομαῖτες, populi interioris Lybiæ Psyllis finitimi, a Garamante Apollinis filio cognominati, qui ibi Garamantam opidum ex suo nomine condidit.

GARAMANTICVS adiectiuum: ut, Garamantica tigna, apud Sil. lib. 1.

GARGANVS, γαργανός, mons in Apulia, cuius incolæ proprie Appuli dicuntur, hodie uulgo uocant Montem S. Angeli. Luc. lib. 4. Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

GARGARDIO, γαργαριό, γαργαριό, antiquus idem erat quod gario. Var. in epit. ad Fulium, ut citat Nonius.

GARGARVS, γαργαρί, & in plu. num. Gargara, γαργαρά, cacumen est montis Idæ, teste Macrobio. in ea parte, ubi ad Myfos declinat tanta frugum ubertate affluens, ut quoties infinitum rei alicuius numerum uelimus denotare, a Gargarorum frugibus sumamus, similitudinem. Vnde & Ouid. li. 1. de Arte amandi, cum uellet Romanorum puellarum numerum inmensum ostendere, dixit tantam esse Romæ puellarum copiam, quantam in gargaris segetum.

GARGARIZATIO, & Gargarizatus uerbalia. Plin. lib. 21. cap. 19. & li. 30. cap. 4.

GARGARIZO, γαργαρίζω, [Gargarizare. Gal. Gargarezer, gargallier. Hisp. haxer gargarismo.] γαργαρίζω, est liquorem ore hautum sæpe ad gurgulionem, id est guttur, reuocare. Plin. li. 20. cap. 17. Cels. lib. 4. cap. 2.

GARYOPHYLLVM, garyophylli, seu potius Garyophyllo, [Garofolo. Gal. Clon de girofle. Hisp. El clauo de girofle oloroso.] γαρύφυλλον, frutex est, teste Ruellio, in Oriente nascens sambuci forma, semine grano piperis grandiori, fragiliorique ex atro rufescente, in clauum modum capitato, exercis in aduerfum quatuor denticulis sese stellatim decussantibus, prominulo apice, quadrati alueoli sinu medio umbellatim prodeunte.

GARRIO, γαργαρί, uel garrij, [Ciarlare, ragionare inettamente, garrirre. Gal. Jargonner, jaser, caqueter, babiller. Hisp. Parlar uanamente, gorgear las aues.] γαργαρίζω, inepte loquor. Ci. li. 1. de Or. philosophi garrirre cæperunt. Proprie tamen Garrirre est auium.

GARRVLVS, γαργαρί, [Cianciatore, ciarlone. Gal. Babilleur, caqueteur, iasseur. Hisp. El que uanamente parla, demasiado parlador.] γαργαρί, inepte loquax. Teren. in Ad. Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem. Sed hæc significatio est metaphorica. proprie enim aues garrulæ dicuntur. Vir. 1. Geo. Garrula cum tignis nidum suspendit hirundo. garrulus cantus. Pl. li. 10. ca. 29. Garrula sitra. Mart. li. 14.

GARRVLITAS, γαργαρί, [Cianciame, Gal. de goisement d'oiseaux, caquet, jaserie, babil. Hisp. Demasiada parleria.] γαργαρί, actus ipse garrandi. Mart. lib. 5. Auctoris pereunt garrulitate sui. Pl. li. 26. ca. 2. Quint. lib. 2. c. 4. Ouid. 5. Metam.

GARVM, γαργαρί, liquamen est ex intestinis piscium sale maceratis, ita dictum, quod primum ex garo pisce confici solet. Plin. lib. 31. c. 8. Liquoris genus, quod garum uocauere, intestinis piscium, ceterisque quæ abijcienda essent, sale maceratis. Mar. lib. 13. Nobile nunc sicuti luxuriosa garum.

GARVS, γαργαρί, piscis est ex genere locustarum, ex cuius intestinis, primum garum confici cœpit. Pl. li. 31. ca. 7. & li. 32. ca. 1.

GARVMNA, γαργαρί, nobilis Gallie fluuius est, Celtas ab Aquitanis diuidens. Vide Melam.

GAUDEO, γαυδομαι, gaudis, [Allegrarsi, dilettarsi. Gal. S' estouir, estre joyeux & bien aise. Hisp. Gozarse, alegrarse.] γαυδομαι, est secum, & apud se lætari, neque respicit alium: contra Gratulor, est alterius causa lætari. Cice. Cælio: Mihi gaudeo, tibi gratulor. Teren. in Hex. Gaudere adeo coccepit, quasi qui cupiunt nuptias. Differunt autem gaudeo, & lætor. nam gaudere dicimur, cum re aliqua exhilaratur animus, nullum tamen eius foris apparet indicium. contra lætari quis dicitur, cum ita mouetur animus, ut in uultu & gestibus lætitiæ signa prodantur. Cice. 4. Tuscu. Ut confidere decet, timere non decet: sic gaudere decet, lætari non decet. Quandoque cum ablatiuo construitur, & tunc accipitur pro delectari. Virg. in Buco. Numerus Deus impare gaudet. Cice. de Sen. Quam gaudebat bello Punico suo Næuius. Interdum etiam habet post se accusatiuum Gaudium: nam quemadmodum dicimus uiuere uitam, somnare somnia: sic, gaudere gaudium. Cælius Cice. In theatrum Curionis Hortensius introijt, puto, ut suum gaudium gauderemus. lib. 1. Vot gaudeo. Gaudere in sinu, prouerbialis locutio, quam & poetæ usurpant, significat, secum lætari, Cice. lib. 3. Tuscu. in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. Tibul. Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. Proper. lib. 2. In tacito cohibe gaudia, clausa sinu. Congaudeo, simul gaudeo. Adgaudeo, gratulor. Lat. li. 4. Ego, cui adgaudebat: hoc est quasi applaudebat.

GAUDIOLVM, γαυδομαίον, & compositum Gaudiolus, qui cum gaudio loquitur, ut apud Plau. Dictum Gaudium, quasi Gaudium. Græci enim γαυδομαίον, lætum, gloriosum dicunt.

GAUDIUM, γαυδομαίον, [Allegrezza, gaudio. Gal. joye, resjouissance. Hisp. Gozo, alegría.] γαυδομαίον, est affectio animi, alicuius præsentis boni opinionem

nione concepta & proprie cum exhilaratur animus aliqua re, neque tamen ita ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facile appareat. Ci. 4. Tul. Cum ratione animus mouetur placide, atq; constanter tum illud gaudium dicitur: cum inaniter, & effuse exultat, tum illa lætitia gestiens uel nimia dici potest.

GAUUA, auis est aquatica in pennis nidificans. Pl. li. 10. ca. 32.

***GAULEON**, γαυλεων, insula est Libyæ obiacens in qua serpens neq; nascitur, neq; inuictus uiuit: puluisque eius angues & scorpiones perimit, teste Solino.

GAULVS, γαυλος, nauis genus. Fest. Est item insula Sicilię adiacens ab ea parte, qua Africam spectat. Pl. li. 3. ca. 8.

GAURANVS, α, um, ut gaurani montes, apud Plin. lib. 3. cap. 5. Gauranum uinum, quod in summis agri Falerni iugis nascebatur. Nam quod in medijs, Faustianum, quod in imis Falernum dicebatur. Pl. lib. 14. ca. 6.

GAUROS, γαυρος, mons Campaniæ, Massicis, & Surrentinis propinquus, in quo nascitur uinum præcipuæ bonitatis. Cic. contra Rullam. Statius li. 3. Sil. Bacchi uineta madentia Gauri.

GAUSAPE, penul. cort. γαυσάπων, nomen indeclinabile, uestis militaris, seu straguli genus, quod olim ex stramento confici solet, quâquam potest etiam ex lana fieri cœpit maioribus uillis: quo etiam in urbe utebantur, hyberno potissimum tempore, aduersus frigoris tempestatumque iniurias. Plin. lib. 8. cap. 48. Apud antiquissimos inuenitur Gausapes, is, Gausapa, gausapæ, & Gausapum, gausapia. Oui. lib. 2. de Arte amandi: Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba. Pers. Sat. quarta posuit Gausape pro barba hirsuta & prolixa.

GAUSAPINA, penula, uillosæ uestis genus; quo hyberno tempore, & frigido utebantur. hanc describit Mar. in Distichis. Pro eodem dicitur & gausapina. Idem: Mense uel Augusto sumere gausapinas.

GAZA, ζα, [Masseritia, ricchezza. Gal. Grande cheuance, finance ou richesse. Hisp. Grandes riquezas.] γαζα, dictio Persica significans opes, superlectilem, & omne quod possidemus. Pomp. Mela, Gazam Persæ ærarium uocant. Curt. lib. 3. pecuniam regiam (gazam Persæ uocant) cum pretiosissimis rerum efferri iubet. Vir. 5. Ae. Et gaza lætus agresti. Cic. 2. Offi. Omni Macedonum gaza potitus est Paulus. Est etiam Gaza nomen ciuitatis in Perside, ita dicitur, quod Cambyfes eo, uelut in minutissimis totius regni arcem, omnes opes pecuniamque congefserat.

GAZETICVS, ca, um, quod est ex Gaza urbe Persica, circa quam nobilissima uina nascebantur, teste Mela. Sidonius in Faustum: Vina mihi non sunt Gazetica, Chia. Falerna.

G A N T E E

***GEA**, γέα, Arabiæ Petrææ oppidum. Steph.

***GEBANITAE**, populi sunt in aris rubri accolæ. Steph.

***GEBALA**, γεβαλα, tertia Palæstinae portio, a qua deducitur Gebalenus. Steph.

GEBENNA, mons est in Gallia, Aruernos ab Heluijs diuidens ab ea parte, qua Cadurci & Ruteni Aruernos spectant. Gell. 7. bel. Gal. Luc. li. 9. in plurali numero usus est, pro oppido in Gebenna monte sito: Pendentes rupe Gebennas.

GEHENNA, gehēnā, γέεννα, quid significet, explicat Hier. hisce uerbis: Erat (inquit) idolum Bahal iuxta Hierusalem ad radicem montis Mora, in quibus Siloa fluit. Hæc uallis & parua campi planities irrigua erat, & nemorosa, plenaque delicijs, & lucus in ea idolo consecratus. In tantam autem populus Israel uenerat dementiā, ut deserto templo uicinia ibi hostias immolaret, & rigorem religionis deliciæ uincerent, filiosque suos incenderent demonibus, uel initiarent. Et appellabatur locus ipse Gehennon, id est, uallis filiorum Ennon. Duplicē autem esse gehennam, nimij ignis & frigoris, in Iob plenissime legitur.

***GELA**, γέλα, fluuij nomen est in Sicilia, & urbis, a pruina, quam multam gignit.

GELABILIS, gelabile, [Che si puo congelare.] πήγνυθαι, δυνάμενον, quod gelu durari potest, a quo Ingelabilis. Gell. li. 17. ca. 8.

GELASCO, is, ere, [Agghiacciarsi. Gal. Se geler ou glacier. Hisp. Elarse.] κουςαλλεστος. Gell. li. 17. ca. 8. Vina rarenter congelascunt. Pl. li. 14. cap. 21. Vini natura non gelascit.

GELASINI, [Denti d'auanti. Gal. Dens deuant qui aparoissent quand on vit. Hisp. Dentes de lante.] γαλασνοι, dentes anteriores quos ridendo ostendimus, ἀπό τῆς γελῶ, hoc est, a ridendo. Gelasini item lineæ sunt, quæ in ridentis facie apparent. Mart. lib. 7. Nec grata est facies, cui gelasinus abest. Itē mimi, qui gesticulatione faceta populum oblectant: unde Gelasinus ille Plautinus.

GELICIDIUM, dij, [Cielo. Gal. gelée. Hisp. La cayda del yelo ò elada.] κρημός, κρύμνος, ipsum gelu. Col. li. 2. ca. 8.

GELIDVS, da, dum, pic. [Gelido, freddo, gelato. Gal. Fort froid gelé, glacé. Hisp. Cose fria ò elada.] κρυπός, frigidus, Vir. li. 3. Acne. Gelidusque coit, formidine sanguis. Gelidus æther. Virg. 8. Aen. Gelidus amnis, gelida rupes, gelidum flumen apud eundem. Gelidæ naturę fidus, Pl. li. 2. c. 86. Gelida absolute: subaudi aqua. Hora. 2. Carm.

Sat. 7. Perfundit gelida. Gelide, aduerb. Horat. de Arte: Res omnibus timide, gelideque ministrat. Hinc Egelidus, quod non est calidum, neque frigidum (nam e, quandoque priuationem denotat) quamuis Seruius pro ualde frigido exposuerit. Suet. de Augusto: Perfundebarut egelida aqua, uel sole multo tepefacta. Ouid. Sed gelidum Boream, egelidumque Norum. Vbi gelido egelidum opposuit Prægelidus, ualde gelidus, uide suo loco. Ci. in Catil. Si quantum gelidam biberint.

GELATIO, uerbale, Pl. li. 7. Hinc Congelo, pe. co. Colum. li. 1. Regelo, suo loco.

GELIATVS, cafeus. Idem libro 7. cap. 8. Et neutro genere, Plin. lib. 17. cap. 6.

GELØ, gelas. [Agghiacciare. Gal. Geler, glacier. Hisp. Elar.] κρυσαλλεμα, πήγνυμαι, interdum actiuum est, idem significans quod frigore astringo, passiuum Gelor legitur apud Iuuen. al Sat. 6. Paudoque gelantur Peëore. Sic Gelatum lac. Col. li. 10. cap. 38.

GELVS, [Gelo, ghiaccio. Gal. gelee, glace. Hisp. Yelo ò elada.] κρύμος, κρυμνός, aquæ concretio ex frigore. Aliquando pro frigore, unde gelidum frigidum dicimus. Antiqui etiam Gelus, geli dixerunt, teste Nonio, & similiter Gelum geli. Luer. libr. 6. Demittit quæ sæpe gelum.

GEMEBVNDVS, [Gemendo. Gal. Gemissant, & souffirant a sprement. Hisp. cosa que mucho geme.] γονόεις, abunde gemens. Oui. 14. Metam. Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam.

GEMELLARIS, aris, ieu. gen. uasis genus, cui fortassis ex eo inditū nomen, quod geminas mensuras contineat. Col. lib. 12. ca. 59.

GEMELLIPARA, p. c. διδυμοτόκος, Latonæ epitheton, quæ Apollinem, & Dianam uno partu edidit. Ou. 5. Fast. Curua Gemelliparæ spicula ferre deæ.

GEMELLVS, a, um, [Gemello. Gal. Gemeau, double. Hisp. El melliço con otro, doblados.] dimin. a Geminus. Vir. Ecl. 1. Modo namque gemellos. Gemellæ uites, a Col. li. 3. ca. 1. dictæ sunt, ab uitis semper geminis. Pl. li. 14. ca. 2.

GEMINATIO, uerbale. Cic. 3. de Orat. Geminatio uerborum habet interdum uim interdum leporem: Congemino. Pla. in Amp. Omnes congeminauimus. Ingemino, repeto, duplico. Virg. lib. 1. Geo. Aut quater ingeminant.

GEMINATVS, sol. Cice. de Nat. Geminata ars. Plin. lib. 29. cap. 1. Geminata uictoria. Liu. 1. ab urb. Geminatus honor, idem lib. 9. Bell. Maced.

GEMINO, nas, [Duplicare. Gal. Doubler. Hisp. Doblar ò repetir algu na cosa.] penul. corre. duplico. Teren. in Adelph. Geminabit, nisi caues.

GEMINVS, na, num, [Doppio. Gal. Gemeau, double. Hisp. El melliço con otro, entre si muy semejantes.] διδυμος, proprie idem est quod duo. Vir. li. 6. Sunt geminæ Sonni portæ. Vnde gemini dicuntur duo uno partu editi. Vir. lib. 8. Aen. Geminus huic uibera circum Lude pendentes pueros. Si autem tres fuerint, Trigemini dicuntur, si quatuor, Quatergemini. Colum. lib. 4. Albanas equitæ familię trigeminorum matres. Quandoque pro simili, ponitur. Pacuuius: Pari fortitudo, gemina confidentia. Cic. pro Roscio: Pat avaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Idem pro Ros. Com. Simillima, & maxime gemina, societas hereditatis est. Est etiam celeste signum, quod Astrologi uocant Geminos, Castorem & Pollucem intelligentes, qui a matre Leda uno partu creduntur editi, de quibus Seneca: In magna tempestate apparent quasi stellæ cælo insidentes, adiuuarique se tunc periclitantes existimant Pollucis & Castoris nomine. A Columella dicitur Geminum altrum quod xiiij. Calendas Iunij Sol ingreditur. Geminus etiam Iani epithetum est, quod gemina facie pingi soleat: cuius rationem hanc affert Macrobius, quod Ianus omnium sui sæculi fuerit presidentissimus: neque solum ea uiderit, quæ ante se erant, hoc est, preterita, uerum etiam ea quæ post se erant, hoc est, futura prospexerit.

GEMMA, gemmæ, [L'occhio della uite, gemma. Gal. Le bourgeon ou bouton de la uigne. Hisp. Yema del sarmiento, que es capullito do sale la flor de la uita ò del fructo.] ὀφθαλμός, oculus uitis, quem primo emittit. Virg. Turgent in palmite gemmæ. Cice. de Amicitia: Existit tanquam ad articulos farmentorum ea, quæ gemma dicitur. Ab huius similitudine, Gemma uocatur omnis lapis pretiosus, siue pellucidus sit, siue non, λιθός, τιμίος. Vir. 5. Ae. Et tereti subnectit fibula gemma.

GEMMO, mas, [Germogliare. Ga. Produire ou auoir pierres precieuses bourgeons ou boutons, bourgeonner, boutonner. Hisp. Hincharse la yemas e nel arbol.] est gemmas in uitibus, ac arboribus emittere. Cic. tertio de Orato. gemmare uites, rustici dicunt. Sic Colum. li. quarto cap. 24.

GEMMASCO, is, ere, [Pullulare, gemmare. Gal. Bourgeonner, boutonner. Hisp. Hincharse las yemas e nel arbol.] ὀφθαλμίζειν, est gemmas emittere. Plin. lib. 17. cap. 15. Vt gemmascere incipit, ligetur calamus. Col. lib. 5. cap. 10. Nuceam Græcam seripio circa Cal. Ian. quæ prima

prima gemmascit. Accipitur idem Gemmascere, pro gemmæ duritiem & formam acquirere. Plin. lib. 37. c. 10.

GEMMANS, ut Gemmantes alæ pauonis, lucentes in modum gemmarum. Mart. lib. 13. Gemmantes explicat alæ. Herbe gemmantes rore, coopertæ rore, tamquam lucidis gemmis. Lucr. lib. 2.

GEMMATVS, a, um, [Ornato di gemme. Gal. Ornè ou enrichi de pierres. Hisp. Cosa ornada de piedras preciosas.] gemmis intructus, & ornatus. Plin. lib. 37. c. 2. Monilia gemmata. Ouid. 10. Met. Gemmati magna specie anuli. Liu. 1. ab vrbe.

GEMMEVS, a, um, [Di gemma. Gal. De pierres precieuses. Hisp. Cosa de piedras preciosas.] quod ex gemma est. Cic. 6. in Verr. Mittit trullam gemmeam rogatum. Radix gemmæ rotunditatis, id est, rotuanda in modum gemmæ. Plin. lib. 18. c. 7.

GEMMIFER, a, um, ut Gemmiferi amnes. Plin. lib. 37. c. 13. Gemmiferi amnes sunt Acceffius, & Ganges. Corona gemmifera. Val. Fla. Arg. 5. Mare gemmiferum, Prop. lib. 3. El. 4.

GEMMVL, deminut. a gemma, quo etiam flores significantur, quibus tamquam gemmis, ueruo tempore cuncta pinguntur. Apul. libro 10. Quod uer in ipso ortu gemmulis floridis cuncta depingeret.

GEMISCO, is, ere, [Gemere.] gemo: ut, Fecale gemiscunt. Claud. 3. derapt. Proserp.

GEMMOSVS, fa, sum, [Ornato di gemme.] multis gemmis exornatum. Apul. lib. 5. Gemmosis monilibus onustas.

GEMO, is, ius, itum, [Gemere. Gal. Gemir. Hisp. Gemir como doliente] εἶνω, est præ animi angustia in sonum prorumpo. inde Gemitus. *συναγμός*, Mart. lib. 9. Qui seruum te gemis esse diu. Per metaphoram etiam de iumentis, & rebus inanimatis dicitur, cum nimio pondere pressa sonum edunt. Virgil. 6. Aen. Gemit sub pondere cymba, Plin. in ep. Cum litridum funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt. Legitur etiam Gemor passium, pro deploror. Cicero ad Att. lib. 1. Hic status una uoce omnium gemitur. Quandoque pro flere, aut canere, de ijs solum aibus, quæ flebilem cantum habent, ut turtur, & columba. Virg. 1. Ecl.

Nec gemere acria cessabit turtur ab ulmo.

GEMITVS, us, [Gemitio, sospiro. Gal. Gemissement. sospir. Hisp. Gemido.] *συναγμός*, suspirium. Cic. sexto in Verr. tantus est gemitus factus. Gemitus delphini est similis humano. Plin. lib. 20. c. 26. Legitur & Gemitus in Genitio. Pla. in Jul.

GEMONIA, e, icæ, dicebantur, ad quas corpora damnatorum impaeto unco trahebantur. Cor. Tacitus. Corpus Sabini in gemonias trahunt. Plin. lib. 8. c. 40. & Suet. in Tib.

GEMVSA, tuberculum sub pedum digitis nascens: ita dictum, quod gemere faciat eum, qui id gerit, iugit Festus. Plin. lib. 26. c. 2.

GENA, næ, [Gnancia, gota. Gall. La joue, la peau qui couvre l'œil quand on ne cligne, la paupiere. Hisp. Maxilla de el carrillo.] *γενεαρόν* ὁ ὀμια τριφυλόν, est membrana tam superior, quam inferior, quæ tegit oculum. Cic. in Pis. Pilosæ genæ, dentes putridi. Ter. Hodie non com pressis genæ genæ. Plin. Aquatilia non habent genas. Ex his Plinij, locis luce clarius ostenditur genas esse duo illa oculorum opercula, quibus coeuntibus, pupilla obtegitur, quas uulgus imperitum uocat Palpebras, cum Palpebræ, eodem Plin. teste, sint pili illi in cilijs, hoc est, in extremo ambitu genarum, quas etiam defluere tradit ijs, qui plus fatis Venerij, indulgent. Genæ etiam dicuntur partes illæ ab oculis ad mentum, quæ barba uestiuntur: quæ & malæ dicuntur, dictæ genæ, quod in his pili gignantur. Virg. 8. Aeneid. Tum mihi prima genas uestibat flore iuuentus. Vide Plinium II. c. 37.

GENEALOGIA, giæ, [Genealogia. Gal. Genealogie, denombrement des ancestres. Hisp. Description de linea del linage de generation: que tambien in Castellano se dice genealogia o linea.] sermo de origine generationis. Cic. 2. de Nat. Qui a genealogijs antiquis sic nominantur.

GENER, ti, [Genero. Gal. Gendre, le mari de ma fille. Hisp. Terno, marido de hija de nieto.] *γενεός*, filix meæ uir, quasi generis propagator: adhibetur enim ad genus augendum. Cic. At. Se ad generi pedes abiecit. Pers. Sat. 2. Hunc optent generum rex, & regina.

GENERALIS, le, [Generale. Gal. General, uniuersel. Hisp. Cosa general.] *γενικός*, καθολικός, uniuersalis, ad omnes pertinens. Quint. lib. 9. c. 1. Cic. de Inuent. Cum de genere negotij controuersia est, constitutio generalis uocatur.

GENERALITER, [Generalmente. Gal. Generallement, uniuersellement. Hisp. Generalmente.] *γενικώς*, simul omnia sub genere amplectendo. Cic. 1. de Inu. Ipsum generaliter definire, difficile est. Plin. in ep. Memini te quædam notasse generaliter.

GENERATIM, κατὰ γένος, per singula genera, seu per singulas species. Virg. lib. 2. Georg. Quare agite o proprios generatim discite cultus Agricola. Generatim distributi in ciuitates. Cæsar 7. Belli Gallici. Aliquando generatim dicitur non per singula genera, sed generaliter, confusè, Cicero libro secundo de Orator. Infinitum mihi uidetur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo: Expectanda ne esset eloquentia, expe-

tendi ne honores.

GENERABILIS, le, [Generabile. Gal. Qui s'engendre facilement. Hisp. Co si que facilmente s'engendre.] quod facile generatur. Plin. lib. 2. c. 15. Hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus. Hinc Congenero, *συγγενάω*, pro ad ungo, affocio. Etmus: Quem mihi congenerat affinitas. Degenero, de quo in dictione Degener. Ing-nero, quod modo significat genero, modo gignendo infero, Lactantius li. 6. Deus cum hominem primum fugeret, mirabili proidentia ingenerauit ei prius itas animi commotiones, ut posset capere uirtutem. Cic. lib. 1. Offi. Natura homini ingenerat præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt. Progenero, generationem propago. Colum. Humidae res, & siccæ, quas terra progenerat, facile uiciantur. Hinc Progenes, pro generæ, & familia. Regenero, rursus genero. Lactan. lib. 4. Ex eorum semine regeneratum iussit.

GENERASCO, is, ere, [Nascere.] *γεννομαί*, nascor. Luc. lib. 3. Cur omnia membris, ex incunte æuo generascunt, ingenio que.

GENERATIO, onis, [Generazione. Gal. Generation. Hisp. Generation, obra de engendrar.] *γένεσις*, Plin. lib. 10. c. 52.

GENERATOR, oris, [Generatore. padre. Gal. Engendreur. Hisp. Engendrador] *γεννητῆρ*, generator, procreator. Cic. de Vniu.

GENERO, gnis, [Generare. Gal. Engendrer. Hisp. Engendrar.] *γεννάω*, gigno, factum procreo, & proprie de maribus dicitur. Virg. 8. Aen. Ad Mariam (auditis si quidquam credimus) Atlas. Idem Atlas, generat. Cice. in Partit. Quemadmodum quisque generatus, quem admodum educatus Inuicentur tamen etiam de feminis. Plin. li. 8. cap. 44. Quæ non primo initio generare cœperit, Et de herbis. Gell. lib. 5. cap. 6. Per translationem pro iuuenire. Quint. lib. 10. capitulo 2.

GENEROSE, [Generosamente Gal. Noblement, uertueusement, uaillemét. Hisp. Noblemente, uirtuosamente.] *γενναίος*, ut Perire generosus. Hor. 1. Car. Ode 38.

GENEROSITAS, atis, [Nobiltà. Gall. Noblesse, uailance, bontè & uertù naturelle. Hisp. Aquella hida guia de linage.] nobilitas. Col. lib. 3. Quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non habet. Interdum idem, quod magnanimitas. Generositas tauris est in aspectu, Plin. lib. 8. c. 45.

GENEROSVS, fa, sum, [Generoso, nobile. Gal. Geneueux, noble de noble rare, uailant. Hisp. De buen linage, noble.] *γενναίος*, diγενής, nobilis, & præclaro genere, ortum. Pap. 5. Syllu. Titulis generosus uocitis. Suetonius in Tib. Condemnatam generosissimam feminam Lepidam, in gratiam Quirini consularis, prædiuitis, & orbi. Per translationem accipitur pro magnanimo, Cic. lib. 3. Off. De imperio certatum cum regno generoso, atque potenti. I ransfertur & ad inanimata, ut cum dicimus arbores generosas, & uitem generosam, & ipsum etiam uinum generosum. Hor. lib. 1. ep. Ad mare, cū ueni, generosum & lene requiro. Virg. lib. 1. Ge. Continuo pecoris generosi pullus in aruis. Col. lib. 3. Vlmus, quam Atiniam uocant rustici, generosissima est.

GENESIS, pen. c. huius geneleos, [Generatione.] *γένεσις*, Latine generatio, & accipitur & pro sidere natalitio, quod conuersione cæli oritur eo momento, quo quis nascitur. Iuuen. Sat. 14. Nota mathematicis genesis tua. Idem Sat. 6. Inspecta genesis collyria poscit. Suet. in Vesp. Monentibus amicis cauendum esse Metum, quod uulgo crederetur genem habere imperatoriam, insuper consulē fecit, id est, quod opinio esset, a mathematicis prædictum esse, fore ut imperaret.

GENETHLACI, orum, [Coloro che pronosticano delle natiuitati. Gall. Dresseurs de natiuités, astrologues qui considerent les dispositions des astres et natiuités & les costellations. Hisp. Los astrologos de los nascimientos.] *γενεθλιακοί*, qui ex die & hora natiuitatis, quos horoscopus uocant, fortunam hominis, & successum pronunciant. Gellius libro 13. cap. primo.

GENEVA, oppidum est Allobrogum ad Lemanium lacum, proximū Heluetijs, quod etiam hodie nomen retinet. Cæf. Bell. Gal. lib. 1. ex quo deprehendi potest error eorum, qui hoc oppidum Geben nam appellant: cum Gebenna, eodem Cæfare teste, sit mons ille, qui Aruernos ab Heluiis diuidit; de quo uide suo loco. Glarcanus in Adnot. in eum Cæsar's locum, sic inquit: Quatuor hæ nomina Geneva, Geneua, Genabum, & Gebenna, multum obscuritatis lectori ingerunt, ac non attentum saxe fefellerunt: quæ ipsa longe diuersa sunt. Geneua enim Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum: Geneva uero Allobrogum, ad ostia Lemani lacus, ubi Rhodanus exit: Genabum, Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie (ut quidam putant) Aurelia: denique Gebenna mons est, qui Heluios ab Aruernis separat: ut lib. 7. Cæsar.

GENIALIS, & hoc geniale, quod ad genium naturæ & uoluptatis Deum pertinet: ut, Genialis dies, lætus, & uoluptarius. Iuuen. Genialis agatur ista dies. Genialis totus, siue lætus, *θάλαμος, γαμικός*, qui in nuptijs sternitur in honorem Genii. Virg. 6. Aen. Lucent genialibus altis Aurea fulera toris. Cic. pro Cluen. Læctum illum genia-

genialem. Vir. 1. Ge. Inuitat genialis hiems. Genialis homo, hoc est, hospitalis & dapifilis.

GENIALITER, [Splendidamente,] Jopipare & laute. Ovi. 11. Met. H. 9. spiritus aduentu festum genialiter egit.

GENICVLATIM, γενικυλάτω, per genicula. Plin. li. 21. cap. 11.

GENICVLATVS, γενικυλάτος, πολύδ όνάτω, quod frequentibus geniculis constat, ut heliotropium, quæ ob id Genicularis herba uocatur. Cice. de Sen. culmo erecta geniculato, uaginis iam quasi pubescens includitur.

GENICVLVM, li, γένυον, dimin. 2 genu. Geniculæ dicuntur stipulæ, uel caulis herbacei internodia, & ueluti articuli ac nodi quidam. Plin. lib. 16. ca. 39. Arundini in geniculo.

GENISTA, geniitæ, [Ginestra. Gal. Du geneft. Hisp. Hiniesta.] ωσπρίον, arbuscula quædam humilis est, fronde minuta, flore luteo, apibus que gratissimo, semine lenticulis haud abfimili, quod Phaseolorum modo siliquis innafcitur, ita dicta, quod ad modum genu flexilis sit ad nexus. Vide Ruel. li. 1. c. 84. & lib. 3. cap. 142. Plin. li. 21. ca. 9. Florem esse dixerim genistas. Mar. Non pyra, quæ lenta pendente religata geniita. V. r. 2. Geor. Moile filer, lentæque geniitæ. Humiles geniitæ, ibidem.

GENITALIS, & hoc genitale, [Genitale, natio. Gal. Ou on est engêdre, ser uunt à engendrer. Hisp. Cosa para generation] γενετική, idem est, quod natalis. unde genitale solum, dicimus patriam in qua nati sumus, quod & natale solum appellatur. Et Genitalem diem quo scilicet in lucem editi sumus. Genitalia semina, quibus aliquid procreatur & gignitur. Virg. lib. secundum Georg. Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt. Col. li. 7. ca. 9. Fœminis uulæ cica tricibus clauduntur, ne sint genitales, i. ne possint generare. Genitalia membra, siue genitales partes, dicuntur pudenda, tam in uiro, quam in fœmina. Col. li. 7. Genitalia subltantue, tam de membro uirili, quam cet. rorum animalium. Plin. li. 10. cap. 63. Genitaliter. Lucr. lib. 4. Ut semina possint Seminibus commisceri genitalem apta.

GENITOR, toris, [Genitor, padre. Gal. Engendreur, pere. Hisp. Engendrador, padre.] γονέτης, pater dicitur, qui scilicet genuit. Cice. de Vni. Quo nihil ab optimo, & prestantissimo genitore melius procreatum, Genitores omnium uiciorum Græci, Plin. lib. 15. ca. 4. Genitor dubius, id est pater incertus. Ouid. 5. Metamor. Occidit Altræus, Matre Palæstina, dubio genitore creatos. Genitor deorum, id est, Iupiter. Idem 2. Trit. Iure igitur genitorque deum, rectorque uocatur. Similiter genitrix, mater dicitur, quæ scilicet genuit. Virg. 1. Aene.

GENETIUVVS, a, um, [Che ha forza di generare. Gal. Quia force d'engendrer. Hisp. Cosa ordenada para engendrar.] γενετικός, quod uim habet generandi, unde genitiuus humor, & genitiuus casus, γενίμν. Interdum idem est, quod a natura ingentis, & cum nascente congenitus. ut Genitiuæ notæ, quæ sunt maculæ a natura ingentis. Sue. de Aug. Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus, atque aliuu genitiuis notis. Interdum pro gentilicio. Ovi. 3. de Pon. Ad dictiq; probent, genitiua agnomina Cottæ.

GENITRIX ftugum, [Cere,] Ceres, id est, inuentrix. Ovi. 5. Met.

GENITVRA, iæ, [Generatione. Gal. Engendrement ou conception. Hisp. Generation, obra de engendrar.] γενεσις, quandoque generationem significat. Plin. libro 18. capit. 24. inter diligentissimos conuenit, in alicum quadrupedum que genitura, esse quosdam ad conceptum impetus terræ. Accipitur etiam pro semine humano, quod Græce Sperma uocamus. Plin. lib. 22. cap. 22. & contra profluiuâ genituræ uiris. Genituram horoscopum uocant Suet. in Augusto: Genitura sua uix & cunctanter edita, exiliu: Diogenes. Tantam autem mox fiduciam faci Augustus habuit, ut thema suum uulgauerit, nummumque argenteum, nota sideris Capricorni, quo natus est, perculserit. Iul. Firmicus lib. 3. Secundum hanc genituram, & secundum testimonium, quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominum uolunt fata disponi.

GENIUVS, [Generatio, nato. Gal. Engendre. Hisp. Engendrado, hijo.] γεννηθείς, a gigno, gignis, idem quod natus. Plin. lib. 11. cap. 37. Septimo mense genitis sæpè numero foramina aurium, & narium defuerit. Genitus ad perdenda una. Genitus ad superbiam: multa que id genus alia passim occurrunt apud eundem Plin.

GENIUVS, nij, [Genio,] γένιον, ueterum sententia dicitur uniuersuque animarum rationalis. Fuere etiam qui dicerent Genios deos, aquam, terram, ignem, & aerem, quæ rerum semina sunt, elementaque appellata. Duodecim quoque signa, Lunamque & Solem inter hos deos putabant, & a gerendo, quod multa gerere possent, Gerulos, deinde Genios uocitarunt. Censorinus scribit Genios dictos, quia, ut gignantur, eurent: siue quod una gignantur nobiscum, uel etiam qua nos genitos fuscipiant, ac tueantur, ποσάτην ή άποσάτωντες, Certe a gignendo Genius appellatur. Ter. in And. Quod ego per hanc texteram oro & genium tuum. Eundem esse Genium & Larem multi uetetes memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus, duplicem omnibus nobis genium dicit appo-

fitum, hoc est, duo lares. Hi etiam Penates dici solent. Ab aliquibus Genius dicit hospitalitatis, uoluptatis, & naturæ Deus. Hinc Indulgete genio, est operam dare uoluptati, & quo quemque natura trahit, subsequi. Perf. Sat. 5. Indulgete genio, carpatum dulcia. Defraudare genium, negare naturæ quod appetit. Ter. in Phor. Belligerare cum genijs suis, idem quod defraudare genium. Plau. in Tru. A nomine genius fit genialis, de quo supra. Interdum etiam Genius accipitur pro gratia, aut uenustate alicuius rei. Mar. Visturus genium debet habere, liber.

GENO, is, ere, genui, genitum, [Generare,] antiquis in usu erat pro genere. Prisc. lib. 10. Gigno. genui pro quo Geno uetustissimi protulisse inueniuntur. Var. in And. ab. Hæc loca aliquid genuit. Idem r. de Re rust. ca. 40. Quædam ad genendum. Infinitiuum passiuum. Lucret. protulit lib. 3. Corpus, durare, genique.

GENS, gentis, [Gente. Gal. Vne gent, nation. Hisp. Toda la gente d'una nacion.] γένος, a genus deducitur, u littera detracta, idem fere quod natio: quamquam gentis appellatio generalior esse uideatur. multasque sub se comprehendere rationes. Gens enim Itala Latinos habet Hetruscos, Campanos, Umbros, Picentes, & huiusmodi. Cice. 2. de Nat. De. Deum non curare singulos homines nec ciuitates nec nationes, nec gentes, Et 1. Osi. Propior est eiusdem gentis, nationis, linguæ conuinctio. Virg. primo Aen. Gens inimica mihi Tyrihenum nauigat æquor. Interdum pro familia, ut gens Aelia, gens Valeria, pro Aeliorum & Valeriorum familia. Inde gentiles dicti, ex eadem gente, id est familia oriundi. Sine gente, id est, ignobilis. Hor. s. cundo Ser. Sat. pinto Qui quamuis peritius, erit sine gente, cruentes Sanguine fraterno. Gens per translationem de apibus dicitur. Colu. lib. nono cap. 9. Intestino bello totæ gentes consumuntur. Et de piscibus. Virgil. 4. Ge org. Circum gens humida ponti. Vbi cunq; terrarum & gentium. Cice. 7. in Verrem. Idem in Cati. ubi nam gentium sumus? Nusquam gentium, id est, nusquam omnino, Teren. Aedel. Fratrem nusquam inuenio gentium.

GENTIUVS, pen. cor. gen. gentilitius: unde genticius mos, gentis consuetudo. Corn. Tacit. li. 3.

GENTILES, [Della medesima famiglia. Gal. De mesme race ou maison. Hisp. De la mesma familia y nombre.] γενήτας, qui ex eadem familia sunt, & eiusdem nominis sunt: Vnde Cincius: Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur. Cic. 1. Tusc. Meo regnante gentili. Hoc est. Seruio Tullio, qui eiusdem nominis erat. Idem in Topicis: Gentiles sunt, qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorem nemo seruitutem seruiuit. & qui capite diminti non sunt. Ad Her. lib. 1. Si pater familias intestatus moritur, familia, pecuniaque eius agnatorum gentiliuque esto.

GENTILITAS, familia hominum ingenuorum qui sunt eiusdem nominis. seruorum autem aut libertinorum nulla est gentilitas. Interdum Gentiles dicuntur, qui sunt eiusdem nominis, etiam si familia non sint oriundi. unde & serui dicebantur gentiles dominorū, quoniam dominorum nomine uocabantur. Plin. li. 33. cap. 1. Singuli Marcipores, Luciporesque dominorum gentiles omnem uictum in promiscuo habebant. Item Gentile dicitur, quod est gentis alicuius peculiare, & proprium, ut Iuuen. Gentilia tympana dixit, id est, gentis propria. Suetonius de Tiberio: Capillo pone occipitium submissiore. ut ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in eo uidebatur. Rursus scriptores rerum sacrarum Gentiles uocant idolorum cultores, qui aliter quam Christiani de Deo sentiant, quos nonnulli uoce Græca malunt Ethnicos appellare. Qui loquendi ritus a Iudæis manauit, qui nationes omnes præter suâ, Gentes, seu Gentiles uocitabant.

GENTILITAS, gentilitatis. γενέθλιον, [Moltitudine di gente, di di famiglia, di nazione, gentilità. Gal. Parente ou race, affinitè, communication de mesme nom. Hisp. Gentilidad, comunidad de la gente.] γέντων, άδφώων, οίκιότων, gentiliu conuinctio, & necessitudo, Cili. 1. de Ora. In ea causa fuit oratoribus de toto stirpis & gentilitatis iure dicendum. Interdum accipitur pro ipsis gentilibus, hoc est, pro multitudine ipsa uel familiarē, uel nationis alicuius. Plin. de uiris Illust. Gentilitas eius Manlij cognomen eiurauit, ne quis postea Capitolinus uocaretur. Plin. in Panegyrico, Sparfas gentilitates colligere.

GENTILICIVM, sacerdotium, quod ad ius familiarē pertinet, & nunc uulgo Ius patronatū dicitur. Gentilicium hoc illi, i. hoc illi agente sua proprium est. Plin. in Epist. Passenius scribis elegos gentilicium hoc illi: est enim municeps Proertij. Plin. lib. 19. cap. 1. In Serranorum familia gentilicium est, fœminas linea ueste non uti. Interdum, non quod familiarē alicui, sed populo aut nationi cuiuspiam est peculiare: ut Gentilicium nomen. Gell. lib. 14. cap. 1. Vulgus, quos gentilitio nomine Chaldæos dicere oportet, Mathematicos nominant.

GENTILICIVS, a, um, ex gente, aut familia: ut gentilicia nomina dicuntur. quæ originem gentis uel familiarē declarant, ut Porcius, Cornelius. Gentilicia sacra, quæ genti, hoc est familiarē alicui sunt pecu-

peculiaria. Cic. de Arusp.
GENVA, [*Ginocchio. Gal. Genuil. Hiss. Rodilla*] uen. gen. & indeclinabile in numero singulari, & in plurali Genua, sunt curuaturæ illæ, quibus crura & femora committuntur. Dicta genua, quod hæc, dum infans est in utero matris genis opposita sunt, siue a generando, quod in genibus est uitalitas. Plin. lib. 11. cap. 45. Hominis genibus religio quædam inest, obseruatione gentium, hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortassis quia inest uitalitas. Nanq. in ipsa genu utriusque commissura, dextra leuau. a priori parte gemina quædam buccarum inanitas inest, qua perfossa ceu iugulo, spiritus fugit. Hæc Plin. Virg. 1. Aen. Genua labant, uastos quatit æger anhelitus artus. Genua submittere, pro flectere. Plin. lib. 8. cap. 1. Regem adorant, genua submitunt. A Genu fit nomen adiectiuum Genuculus, a, um, de quo supra. Veteres declinauerunt, Genus, masculino genere. Lucil. lib. 4. Sat. apud Nonium. Legitur etiam genus neut. ge. in eadem significatione. Ci. in Ar. Atque inter flexum genus, & caput alitis hæsit. genualia, indumenta genium. Oui. 10. Met. picto genualia limbo.
GENVA, γέννα, Ligurum caput in Italia ad mare nostrum. Hinc incipit Apenninus mons, distatq. a Sabatis stadiis ducentis sexaginta. Genua uero est extremum Allobrogū oppidum, proximum Heluetiorum finibus: de quo suo loco diximus. Inter Varū & Genuā habitāt Ligures. Dicta Genua a genu, quia hēt tanquam genu recurru a latere maris. Vel a Genuo Saturni filio, qui fert eam condidisse. Tel (ut quidam aiunt) a Genuino Phæcigontis socio.
GENVINI, γέννητες, κωνιτινές, γέννα, dentes posteriores, qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouissimi. Gignuntur enim teste Plin. lib. 11. cap. 57. circiter uigesimalium annuum, multis etiam circiter octogesimalium. Dicti Genuini, quod a genis dependeant. Cice. 2. de Nat. deo. Aduerſi diuidunt escas, intimi conficiunt, qui Genuini dicuntur. Quoniam autem hi dentes in postrema mandibulæ parte ueluti occultati sunt, neque ita facile patent aspectui, ut primores, aut canini, factum est, ut Rodere dente genuino, & Frangere genuinum, accipiantur pro, clam alicui detrudere. Perſius Sat. 1. Genuinum fregit in illis.
GENVINVS, a, um, [*Natio domestico. Gal. Naif, propre & naturel. Hiss. Nat. tural.*] γέννητος, natiuus ac peculiaris. Apul. Genuino sermone nomen Augusti Cæsaris inuocare tentauit. Gell. li. 2. c. 3.
GENVS, [*Genere, generatione. Gal. Genere, race, lignée. Hiss. Genere à lineage.*] a Græco γένος, proprie principium est uniuersusque generationis, uel ab eo qui genuit, uel a loco in quo quis genitus est: ut, Orestes a Tantalo dicitur genus: & Plato genere Atheniensis est. Patria enim generationis uniuersusque principium est: quemadmodum & parentes. Plin. de Viris Illust. Pyrrhus rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Tere. in Ad. hæc te admittere indigna genere nostro? Præterea etiam Genus uocamus multitudinem aliquorum, ad unum aliquid & ad se inuicem quodam modo se habentium, ut Romanorum genus dicimus, quod ad Romulum refertur, & cognationem in se habet per quam a ceteris distinguitur. In hac etiam significatione accipimus Genus, cum Genus humanum, uel Genus hominum dicimus: quandoquidem omnes homines ad unum principium referuntur. ad primum, s. parentem, aut certe ad omnium rerum conditorem Deum, & inter se habent quandam cognationem, qua a reliquis animantibus distinguuntur. Rurſus appellatur Genus, cui supponitur species, & quod prædicatur de pluribus differentibus specie, quæ significatio tracta uidetur a prima significatione. est enim genus hoc modo acceptum principium omnium, quæ sub ipſo sunt, specierum, ut puta, animal genus est, quod de homine, elephanto, equo, auibus aliisque specie differentibus prædicatur. homo uero est species, quoniam de Socrate, Platone, Aristotele, aliisque non specie, sed numero differentibus dicitur, quicquid est, per quod alicuius rei qualitas indicatur, εἶδος, unde genus mortis, genus uitæ, genus pœnæ, genus marmoris, genus coloris, & huiusmodi. Tere. in Eun. Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum uolunt. Vir. 1. A. Quod genus hoc hominum? Nonnunquā sumitur pro accidente partium orationis, ut cum dicimus, animal est generis neutri.
GEOGRAPHIA, [*Descrittione della terra. Gal. Description de la terre, geographie. Hiss. Geographia, traço de debuxo de la tierra.*] γεωγραφία, dicitur terræ descriptio, γῆ, enim siue, γῆ, siue etiam γῆ terram, & γράφω, scribo significat. Cic. ad Att. lib. 2. De geographia dabo operam, ut tibi fatisciam.
GEOMANTIA, p. p. γεωμαντία, diuination ex terra.
GEOMANTES, γεωμαντες, qui ex terra diuinat.
GEOMETRES, & Geometria, p. c. [*Misuratore della terra*] γεωμέτρης, terræ mensor. Ci. 4. Acad. Quomodo geometres ea cernere pōt, quæ internosci a falsis non possunt?
GEOMETRIA, 2, [*Geometria. Gal. Geometrie, l'art de mesurer la terre. Hiss. Geometria, la arte de medir la tierra.*] γεωμετρία, terræ mensuratio uel ars ipsa terram dimetiendi, quanquam, etiam latius ad aliarum

dimensionem extenditur. Est autem Mathematicæ pars, ut astrologia, musica, & arithmetica circa formas præcipue, seu figuras uersans, Cic. 3. de Fin. ea uerba quibus utimur pro Latinis, ut philosophia, rhetorica, dialectica, geometria.
GEOMETRICA, rum, γεωμετρικά, τὰς, sunt ipsa de Geometria præcepta. Cic. 1. Tusc. Quali Geometria didicisset.
GEOMETRICE, es, [*Geometria*] γεωμετρικός, ars terram aliudve quid dimetiendi: quæ & Geometria dicitur. Pl. li. 35. ca. 10.
GEOMETRICVS, a, um, quod ad geometriam spectat. Ci. 1. Tusc.
GEORGICA, orum, libri tractantes ea, quæ ad agrorum cultum pertinent.
GEORGICVS, a, um, γεωργικός, quod ad agriculturam spectat: ut Carmen georgicum. Col. li. 7. ca. 5.
GERMANE, [*Da fratello*] in modum germani fratris. Ci. ad Q. Fr. lib. 2. nihil dissimulans, germane, fraterneque rescribam.
GERMANIA, niæ, [*Germania*] γερμανία, regio quæ a Gallis Rhætiis, ac Pannoniis, Rheno & Danubio fluminibus, a Sarmatis, Dacisque metu mutuo, ac montibus, separatur: cætera ambit Oceanus, latus sinus, & insularum immensa spatia complectens. Rhenus, Rhæticarum alpium inaccessio, & præcipiti uertice ortus modico flexu in occidentem uersus, septentrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito montis Arnobæ iugo effusus, plures populos adit, tandemque in Ponticum mare sex meatibus erumpit, septimum os paludibus hauritur. Germani ipsi indigenæ existimantur: quoniam non est uerisimile aliquos Asia, aut Africa, aut Italia relicta Germaniam petiisse, informem terris, asperam celo, aspectuque neque eniquam, cuius patria non sit, magnopere expectendam Hi antea Teutones appellabantur a Teutono Deo eorum, quem terra ortum existimabant: siue a Teutono opido, cuius adhuc tenues superſunt reliquæ, etiam hodie nomen seruantes. Germaniæ uocabulum ut auctor est Strabon. 7. a Romanis primum inuentum est, quoniam cum primum Rhenum deuis Gallicis, transgressi fuissent, uidentes eos & feritate animorum, & proceritate corporum, & colore flauo, forma præterea, & moribus, & inuēdi ritu Gallis simillimos, Germanos eos, hoc est fratres Gallorum esse existimauerunt. Sunt qui Germanos inde dictos putent, quod peculiari eius regionis ritu. se mutuo sua lingua Germanos, hoc est, fratres consulerent. Eruditi tamen inter Germanos huius uocis etymologiam ex sua lingua petūt. Illi. n. Gar, siue Ger totū dicunt, & Mā uirū, quasi plane uirū. Quib. ut facilius accedā, facit Alemanni uocabulū, qd apud inferiores Germanos idē sonat, quod Germanus apud superiores. Illi. n. pro eo quod est totum, dicit Al, quod in superiori Germania, Gar, uel Ger dici ostendimus.
GERMANICVS, sicut ab Hispano Gispanicus, ab Italo Italicus. Vnde Germanici dicti sunt Imperatores aliquot a deuis Germanis. Rurſus ab hoc fit Germanicanus, quo est usus Sæ. in Vespasiano, Exercitu Germanicano, qui Vitellium Imperatorem fecisset. Quo in loco Germanicani dicuntur, non qui ex Germania erant oriundi, sed qui in Germania militabant.
GERMANITAS, tatis, [*Fratellanza. Gal. Parente entre freres germains, fraternité. Hiss. Hermandad.*] ἀδελότης, uinculum necessitudinis, quia le solet esse inter fratres. Ci. pro Ligario. Moueāt te horum lacrymæ, moueāt pietas, moueāt germanitas. Liu. 7. Bel. Mac. ab ea germanitate fraternam sibi cum iis caritatem esse.
GERMANVS, a, um, [*Fratello. Gal. Frere germain, engendre de mesme germe. Hi Hermano di padre & y de madre, engendrado de mesmo renueno.*] iisdem parentibus natus: quod nomen a Germine deductum putat Fest. Germanus (inquit) est, quod ex arborum furculis nascitur: unde Germani quasi eadem stirpe nati. Hiuc Germani fratres ἀδελφοί, ἀδελφοί, dicuntur, qui patre eodē, eademq. matre editi sunt, quem admodum Vterini dicuntur, qui ex eodem utero prodierunt, qui scilicet matre eadem, diuersis autem patrib. sunt procreati. Ter. in And. Si te in germani fratris dilexi loco, Aliquando sine fratre ponitur. Ter. in Ad. O mi Aeschine, o mi germane. Ibidem: Nunc tu mihi es germanus pariter corpore, & animo. Ci. 2. de Fin. frater cognitione patruelis, amore germanus, Accipitur item pro uero, & sincero, Vero sincero, quod Græci γνήσιον, dicunt, ut, Germana iustitia, Cice. 3. Offi. Germanæ iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. Germana patria. Ci. 2. de Leg. Hæc est mea & huius fratris mei germana patria. Germanum nomen. Pla. Cap. Germanæ gerræ, Plau. idem Pœn. Germanissimus Stoicus, plane Stoicus. Ci. 4. Acu. Vir. li. 4. Aen. Inueni germana uiam, gratate forori. Ci. 1. de Diu.
GERMEN, minis, [*Germe, germoglio. Gal. Cerve & semence des arbrus, bou ton, forgeon, seion. Hiss. Renueno de la planta.*] βλαστός, quod ex arborū oculis nascitur, furculus. s. prægnans a generando, quod fit generationis principium. Vir. 3. Geo. Aliena ex arbore germen.
GERMINASCO, scis, [*Germogliare. Gal. Germer, bourgeonner. Hiss. Beotas y echar renuenos los arboles.*] βλασταίω, germen emitto, a quo Congerminasco, per trāslationem coalesco. Quadrigarius, Tacite, exēpla eorum ut cum aliis congerminasce seratur?

GERMINATIO, *ἔρδασσις*, pullulatio. Plin. lib. 16. cap. 25. Colum. li. 4. cap. 24.

GERMINATVS, *ἔρδαστος*, idem Plin. lib. 15. cap. 8. Oleam si capra depauerit primo germinatu, sterilesceat auctor est M. Varr. Hinc Congerminio, coalescere facio, confocio, coniungo. Var. lib. 3. Rerum humana. Vnam temp. coniuncti, ac congerminati tenuere. Egermino, gemogliare germen foras emitto. Col. li. 5. Progermino, in germina exercio, idem ibidem.

GERMINO, *ἔρδασσις*, germen emitto. Pl. li. 13. c. 4.

GERO, geris gelli, gettum, [*Portare, hinc uere, fare, &c. Gal. Porter. Hiss. Traer. ἔρδασσις*], proprie significat porto. Virg. 7. Aeneid. Bella manu, letamque gero. Interd. meit habere, Idem libro secundo Et nos aliquid nouenue decusque Gessimus. Interdum facere, Idem libro nono Nec tecum tanta gelsi. Interdum administro, ut gerere magistratus, apud Cic. Cum acculatio reciproco significat uiuere, aut hoc, aut illo modo se nare: ut, Moderate se gerere, Cic. de Amic. Quia se gerunt. eorum probetur, fides. Salutem in Jug. Iormam alterius gerere, Plau. in Proi. Amphii Honores gerere. Plin. in epi. Ingenium callidum gerere, Pla. in Afin. Gerere inimicitias, Lu. de como Bel. Mace. Iras gerere, Plau. in Pœn. & Cestor, g. Itois, qui gerit. Plau. Pleu. Hinc Aggero, Congero, Digerro, ocis suis, egero, offero. Col. lib. 2. Auum sterces, quod ex conuoluaris egeritur. Quandoque pro euomo, uel uentrem exoro, ro ponitur. Ingero uine alibi. Oggero, intendo, seu ad iicio: ut, Oggere oculum alicui, est oculum alicui rei adicere. Pla. in Truc. Vnus eorum atque oculum amicæ oggerit. Progero, foras gero. Col. lib. 1. Quequid ouilibus stabulisque conuersum progesserunt. Regero, scriptis mando, quod legendo, aut audiendo didicerim. Qu. lib. 3. cap. 8. sunt uelut res regestæ in hus commentarios, quos puer deduxerat schola. Vnde Regesta dicuntur, quæ edita in tabulas, aut etiam in libros redacta. Aliquando Regero, idem est, quod refero reuicio. Plin. lib. 1. cap. 9. Quoniam haustum omnium lucis illo regerat, unde accepit. Sic Regere crapulam, ait Apuleius, pro euomere. Inde Regestis partic. Ve, Terra regesta, eodem relata, unde fuerat egesta. Ouid. 11. Metam. Iudicium, que suæ uocis tellure regesta Obtruit. Inuenitur etiam R. gestum substantiue pro terra ex sulco egesta. Colum. lib. 4. cap. 1. Suggero subministro, suppedito. Teren. in Adel. Cur tu sumptum suggeris? Ci. 2. de Orat. Singulis generibus argumentorum copiam suggerunt Interdum, in memoriam redigo. Cic. 2. de Fi. Si memoria defecerit, tuum erit ut suggeras. Hinc Suggestus, *ἐπιμαχία*, locus editor ex quo habetur concio. Sunt & alia composita, ut, Belliger, Armiger, Moiger, & multa huiusmodi.

GERRÆ, arum, [*Ciancie. Gal. Βοιηδες choses de neant. Hiss. Desuarias de uanas palabras. ἔρδασσις*], crates uiniceæ a Græcis primum appellabantur: quæ uox postea uulgo pro nugamentis, rebusque frivolis usurpata est, auctore Festo, hac quidem occasione, Athenienses, cum Syracusas obsiderent, & crebro gerras poscerent, irridentes Siculi, Gerras clamitare ceperunt. Hinc in proverbium confisit. Plau. in Afin. Videlicet Solon est, Leges ut conscribat, quibus se populus teneat gerræ. Idem in Pœn. Tux blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, Gerræ germanæ. Aufonius ad Sym. Friuola gerris Siculis uaniora.

GERVLVS, *ἔρδαστος*, *ἔρδαστος*, cor. [*Facchino, portatore. Gal. Porteur, portaf aix gagne denier. Hiss. El ganapan que lleva cargos. ἔρδαστος*], qui fert aliquid onus: baulum autem dicimus, qui mercedis gratia onera ferre consuevit. Suet. in Calig. Ex gerulorum diurnis quælibus pars octaua ex gebatur. Hinc Nugigerulus, nugarum apportator. Pla. in Bacchid.

GERUNDIUM, siue uerbum sit (ut quibusdam uidetur) siue partic. siue (ut alii malunt) nomen participiale. caret numeris & personis, & sub una uoce actiuam & passiuam, significationem gerit. Vnde a gerenda duplici significatione, quidam gerundia dicta esse existimant. Gerundia ante se nullam habent casum: post se, casum habent uerbi actiuam in passiuam significationem nullam habet post se casum. Habet autem gerundium quatuor omnino casus, nominatiuum, genitiuum, accusatiuum, & ablatiuum. De nominatiuo exemplum est apud Vir. 11. Ae. Pacem Troiano a rege petendum. Genitiuus iungit nommibus substantiuus in utraque significatione. Vir. 1. Ecl. Et que tanta fuit Romam tibi causa uidendi? In passiuam significatione gerundium nullum habet post se casum, ut non dicimus, Vrbs est in periculo capiendi ab hostibus. inueniuntur aliquando gerundia genitiui casus passiuæ accepta, sed absque casu, ut apud Iustinum lib. 17. Athenas erudiendi gratia missus. Datui casus, gerundia nulla sunt, nisi fortassis Soluendo, & Inficiendo, quæ aliqui uolunt esse nomina adiectiua indeclinabilia, alii gerundia datui casus. Cic. in Ora. Cum est inficiendo reus, duo prima sunt. Soluendo exigit datui casum, licet non semper adponatur. Quin. Pauperi soluendo non sumus. Ci. Lentulo. Cum soluendo ciuitatis non essent. Interdum etiam habet adiu. casum genitiuum. Quin. Quibus artis suæ soluendo non sit humanitas. Accusatiuus gerundii iungitur

uerbis significantibus motum ad locum, & hoc cum præpositione Ad, aut etiam alius uerbis cum præpositione Inter, & aliquando etiam cum præpositione Ante. Vir. 11. Buc. Inter eundem Occurra re capro (cornu ferit il) cauetio. Idem in Ge. Ante domandum At tollat animos, Ablatus tribus modis accipitur. Primo sine regi mine, ut, Legendo, disco: & uertendo occidi. Et ponitur actiue & passiuæ. Actiue, Vir. 3. Ecl. Cantando tu illum? Passiue. Idem Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Idem in eitar uitum creicitq. tegendo; dum cantatur, & dū tegitur. Secundo cum præpositione de, ex, a, ab, uel cum, uel in. Ci. ex quo ardescit sine amor, siue amicitia: utrunque enim dictum ab amando. Idem: In deteudendo maior labor est, quam in accusando. Quin. Cum præcipere de apte loquendo ceperimus. Tertio cum uerbis significantibus motum de loco, ut, Veno ab arando, redeo a spectando. Licet magis usurpemus ab aratione, & a spectaculo.

GERUNDIA, nomina adiectiua, quæ sunt a gerundis: ut a legendi, legendum, legendum, sit legendus, legenda, legendum.

GERVSIA, [*Senatio. ἑρδασσις*], in Græcis urbibus uocabatur conuentus senum, cum & nos senatum & senaculum, ab ætatis uocabulo dicitur. Plin. lib. 35. Sic extruxere domum regiam Attali Tralibus, atem Sardinis Cræsi, quam geruliam facere. Vitruuius: Cræsi domum Sardinis collegio geruliam dedicarunt. Varro. Senaculum uocatum ubi senatus, aut ubi seniores constituerent, dictum geruliam. Hoc nomine dicebatur summus Lacedæmoniorum senatus, in quem nemo nisi graui ætate uenerandus, probisque moribus spectatus, admittēbatur.

GERYON, *ἑρδασσις*, nomen regis Hispani: quem Hercules interfecit, eiusque boues abtulit. Hunc tricorporem fuisse fabulantur, ob triplex regnum. Praefuit enim tribus insulis, quæ adiacent Hispaniæ, Balearicæ maiori, & minori, & Ebusæ. Fingitur enim bicipitē habuisse canem, quia & terrestris & nauali certamine plurimum potuit. Declinatur etiam Geryones, næ, & Geryonæus, secundum Priscianum. Virg. 8. Aen. Tergemini nere Geryonæ. Sic enim habent emendatiores exemplaria. Lucr. li. 5. Quodue tripefctora tergemini uis Geryonæ. Quo in loco Geryonæ antiquis est genitiuus primæ declinationis, per diuisionem diphthogæ factus: quales crebri occurrunt apud Lucretium.

GERYONACEVS, *ἑρδασσις*, *ἑρδασσις*, Plaut. in Aulu. quingentes coquos, cum semis maibus, geneie Geryonaceo.

GESTAMEN, *ἑρδασσις*, [*Portamento. Gal. Ce qu'on porte saix, portee. Hiss. Cosa que se trae de lleua. ἑρδασσις*], quidquid geritur, ut uestes, arma, ceptum. Virg. lib. 3. Magni gestamen Abantis. Id est, quod geri solebat a magno Abante Pl. li. 37. cap. 8. hoc gestamen diuites in ceruice gratissimum no uunt.

GESTATORIUM, *ἑρδασσις*, [*Letitica. Gal. Letitica. Hiss. Andas o litera para traer. ἑρδασσις*], letitica, tella, omne id, in quo gestatur. Sue. de Claud. Solitior etiam in gestatorio ludere.

GESTATIO, *ἑρδασσις*, [*Portare. Gal. Portement. Hiss. Luamianto, trainien to. ἑρδασσις*], uectio, portatio. Cels. lib. 2. ca. 14. Gestatio longis, & iam inclinatis morbis aptissima est. Gestatio item locus erat, in quo gestabantur homines ualitudinis, uel uoluptatis gratia. Pl. in epi. Gestatio in modum circi, quæ buxum multiformem circumit.

GESTATORIUS, *ἑρδασσις*, *ἑρδασσις*, ut, Sella gestatoria, in qua aliquis geritur. Suet. in Ner.

GESTATVS, *ἑρδασσις*, gestatio. Pl. li. 15. ca. 25. adeo teneris, ut gestatū non tolerant, id est, gestari non possunt.

GESTICULARIA, *ἑρδασσις*, [*Che giuoca di mani ouero di persona, Gal. Iouense de morisque. Hiss. Hæzedora de à quello gestos. ἑρδασσις*], idem quod nimia, uel gesticularitas, quæ scilicet corporis gesticatione populum oblectat. Gell. li. 1. ca. 5.

GESTICULATIO, *ἑρδασσις*, *ἑρδασσις*, gesticulandi actus.

GESTICULATOR, *ἑρδασσις*, *ἑρδασσις*, qui corporis gestu populum oblectat. Col. in Præf. li. 1.

GESTICULATORIUS, [*Atteggiare, giocolare. Gal. Faire contenance, faire mines, jouer morisque. Hiss. Hæzedora gestos. ἑρδασσις*], gestio facio, unde Gesticulari carmina dixit Sue. in Nero. pro, ad numeros carminis saltare.

GESTIO, *ἑρδασσις*, gestini, & gestii, [*Rallegrarsi far festa. Gal. Saulter de joye &c. se resoir faire feste. Hiss. Alegrearse, hæzer gestos codiciando o alcanzando alguna cosa. ἑρδασσις*], proprie est lætitiæ animi aut alium affectum gestibus corporis exprimo. Ci. lib. 1. de Fin. Quorum alter lætitiæ gestit, alter dolore cruciatur. Interdum etiam Gestire, est uehementer cupere, & gestibus cupiditatem præ se ferre, Ter. in Phor. Ipse gestio dari Mihi in conspectum. Virg. Sat. in Amph. Gestit pugni: hoc est, cupiunt uerberare. Perf. Pl. 1. In crepida Graiorum ludere gestit. Gestiens parti. Cic. 5. Tusc. Elatus inani lætitiæ, & exultans, & temere gestiens. Hinc prægestio, ualde gestio, ut exponit Priscianus. Hor. li. 2. Car. Ci. Cæl. Prægestit animi uidere laetos iuuenes.

GESTIO, *ἑρδασσις*, [*Amministratio. ἑρδασσις*], curatio, & administratio. Ci. 1. de Inu. In negotii gestione considerantur.

GESTITO,tas, frequentatiuum a gesto,as, Plau. in Cist. Mea hęc, he-
 rilis gestitauit. Idem in Amph. Volucrum uocem gestito.
GESTO,itas, [Portare,] assidue gero. Plau. in Suc. me illa aluo menses
 gestauit decem. Ci. in Ant. Caput gestari iuisit in pilo. Ter. in Au.
 quem ego puerum tantillum in manibus gestauit meis.
GESTATVS, partic. Mar. li. i. Gestatus buugis Regulus esset equis.
GESTVSVS, sa, sum, *ἄσκησις*, magna gestuum concinnitate pol-
 lens. Gell. li. i. ca. 5. Gestuosas Hortensij manus, & argutas.
GESTVS, ita, illum, *περὶ τὸ γυμνῆτος*, partic. a Gesto. Cic. pro Mur. Gestus
 est mos & uoluntati, & dignitati tuae.
GESTVS, itus, [Gesto, impresis,] *ἄσκησις*, est actio quadā, & quasi pro-
 nunciatio corporis: gestio uero, est administratio & actio quam-
 uis parum in usu sit, inquit Vall. lib. 4. Cice. 2. de Natu. Deor. In
 corporum etiam motione atque gestu. 4. Aca. Et hoc Zeno gestu
 conficiebat.
GETAE, *ἡ ἄσκησις*, populi in Scythia Europæa: Appianus Dacos appel-
 lat. Strabo uero li. 7. Getas a Dacis ita distinguit, ut Getæ sint, qui
 ad Pontum in orientem uergunt. Daci, qui in oppositū uersus Ger-
 maniam, & ad Istri fontes, quos olim Dauos uocatos nonnulli uo-
 lunt, ex quo apud Athenienses Dauorum & Getarum ferulia no-
 mina in usu maxime sunt. Aelius Spart. scribit Getas dictos fuisse,
 qui postea Gothi appellati sunt. De his Oui. de Ponto: Nulla Ge-
 tis toto gēs est truculentior orbe. Huius nominis nominatiuus sin-
 gularis est Getæ, uel Gētes. Getarum deserta, Vir. 3. Ge. Pharetra-
 ti Getæ, Oui. 4. Trist. Eleg. 9. Geticus, a, um, *ἡ ἄσκησις*, ut Huius Ge-
 tica. Oui. 3. de Pont. Qui Getica lor ge non ita ditat hūmo Litus
 Geticum. Idem 3. Trist. Eleg. 12. Nam procul a Getico litore ui-
 nis abest. Plectrum Geticum, Str. 2. Syl.

G A N T E I

GIBBER, ra, rum, [Gobbo. Gal. Vne biffe en quelque partie du corps. Hiss.
 La corcoba à comba.] *ἰσθός, κλός, αὐτός*, gibbo deformatus: & pro-
 priis, cui spina extrorsum flexa tumorem in dorso creauit, nauis
 quibus illa introrsum flectitur, tumorem efficiens in pectore,
 Reggiberi dicuntur. Plin. libro 10. cap. 26. gallinarum genus gib-
 berum. Varr. 2. de Re rusti. cap. 9. Gallinæ Africanæ sunt uariæ,
 gibberæ.
GIBBOSVS, a, um, [Gobbo,] giber, gibbo deformatus.
GIBBVS, a, um, [Cauo. Gal. Boffu. Hiss. Corcoudo.] conuexus. Gell. libr.
 8. capit. i. caluaria ex interiore parte concaua, extrinsecus gibba,
 utrinque læuis.
GIBBVS, bi, [Gobbo.] *ἰσθός*, tumor dorsii, aut etiam pectoris, ex spinæ
 flexu enatus. Mart. Ridetur Atlas cum compare gibbo. Nonnun-
 quam accipitur pro quouis alio corporis tumore. Iuu. Sat. 6. Me-
 disque in naribus ingens Gibbus.
GIGANTOMACHIA, x, gigantum pugna, qualem poetæ in campis
 Phlegæis inter deos & gigantes gestam fabulantur, cum illi lo-
 uem de cæli possessione deicere conarentur.
GIGANTEVS, a, um, *ἰγαντεύς*, Oui. 2. Trist. Cumque gigantei memo-
 rantur prælia belli. Furæ giganteæ. Claudia. 4. Panc.
GIGAS, gigantis, [Gigante. Gal. Gēnt. Hiss. Gigante à hño de la tierra.]
γίγας, dictio composita creditur a uerbo Græco *γίνομαι*, quod
 est nascor, & a *γῆ*, Dorice, *γῆ*, quod terram significat: quasi
 ex terra genitus. creditur enim uetustas gigantes homines fuisse
 excelsissimæ staturæ, draconum pedibus ab irata tellure pro-
 creatos in deorum perniciem, ut scilicet superis bellum inferret,
 Iouemque de cæli possessione denerent, quo conuincto quod
 significare uoluerunt poetæ, explicat Macr. libr. 1. Sat. capit. 20. his
 uerbis: Gigantes quid aliud fuisse credendum est, quam homi-
 num quandam impiam gentem, deos negantem, & ideo exilli-
 matam Deos pellere de cælesti sede uoluisse? Cic. 2. de Natu. De.
 Nec uero, ut fabulæ ferunt, dii bellis, præliisque caruerunt: cum
 Titanis, cum gigantibus propria beila gessissent. Hęc & dicun-
 tur, & creduntur stultissime. Ouid. Affectate ferunt regnum cæle-
 ste Gigantes. Iuu. Sat. 4. Vnde fit, ut malim fraterculus esse Gi-
 gantum, Id est, obscuro & ignoto genere natus, ut gigantes, qui
 nullo parente et terra procreati creduntur.
GIGERIA, orum, teste Nomo, intestina sunt gallinarum, & quæ cum
 his coquantur. Lucil. li. 8. Gigeria sunt sine alio.
GIGNO, gnis, genui, genitum, [Generare.] *γενῆσαι*, genero. Cice. 1. de
 Fin. Adm uora quadam nos natura genuit, & conseruauit.
GENITVS, [Generato.] Oui. 2. Me. Scilicet ut nostrum genitum te san-
 guine credas. Hinc Ingigno, ingenero, gignendo infero. Cice. 5. de
 Fin. maior aliqua uis, atque diuiniore hanc um ingenuit, Coll. libr.
 4. Naturali, & ingenta sterilitate laborantibus. Antiqui pro eo-
 dem dixerunt Geno, de quo supra: unde adhuc manserunt Genii
 præteritum, & supinum Genitum. Lucr. lib. 3. Totum posse extra
 corpus, durare, genique.
GILEVS, [Giurgolino. Gal. Fauus, de couleur de miel.] *γῆλαστρον*, entre blanc
 et roux. Hiss. Color *μαγὰ δ' ἰσθῆσις* color medius inter album, & ru-
 sum, qui a Græcis teste Gell. li. 3. ca. ult. appellatur *κίρρος*, hic a nō
 nullis uocatur melinus, quasi melinus, quod mel cuiusmodi co-

lorum habeat. Virg. 3. Glauco; color deterrimus a bis, & giluo.
 Vbi Seruus aliud et candidum esse, id est, quod in mœna luce
 persulsum, aliud album, quod palloni conitit esse uerum, & glauis
 autem melius est color. Alij autem legunt Albis & Giluo: ut nō
 album, & Giluum, sed albo giluum uti oportet. quod si tingat colo-
 res uti oportet sunt, quæ aut magis intus uterque i alioq. luno?
GINGIUA, x, [Gingiva. Gal. Gencine. Hiss. La encha.] pars oris, cui den-
 tes inhaerent. Iuuen. Saty. 10. Frangendus misero gingiua pans
 inermi.
GINGRITO, gris, grii, gritum, [Far la noce dell'oca. Gal. Fare la noix de
 l'oye. Hiss. HaZER la noz del puto è ganso.] *γῆλαγγριον*, anserum uocis
 proprium, unde genus quoddam tibiurum exiguarum, Gingrinæ
 dicuntur: & tibiex ipse gingritor. Auctor Festus.
GRIV, *μελασθιον*, genus seminis quod uulgo Nigellam Romanam ap-
 pellat. Rol. li. 7. Plin. li. 20. c. 17. Cith ex Græcis alij melanthion,
 alij melaspermion uocant. Ruellius credit esse semen illud, quod
 rustici in Gallia uocant Poiu etum, quasi minutum piper, quod
 tenuiores hoc semine cibos condire soleant uice piperis.
 G L A B E L L V S, Glabra etiam, siue Glabella, *μεσῶστρον*, uocatur inter
 stitium, supercilia supra nasum determinans: quia siue pilis esse cō-
 sueuit. Capella lib. 1. Nup. Philologiae.
GLABER, ra, rum, [Pelato. Senza peli. Gal. Pelè, qui n'a point de poil. Hiss.
 Cosa lampina y sin pelos.] *πλακείος, φαλακρός*, quod est leue & si-
 ne pilis. Plau. in Aul. Iustitum gallum, glabriorem reddes in hi,
 quam Volsus Iudius, quem locum explicans Nonius de Doctoiu
 Lidagme, Legitur (inquit) quod ludis præfulis pueri essent glabri
 ac depiles propter ætatem, quos antiqui Ludius appellabāt. Var.
 de re rust. cap. 2. Si quem glabrum facere uelis. Sic Glabræ fues ap-
 pud Col. in Præf. lib. 1.
GRAPHIS, dis, [*Disegno, abozzamento*, Gal. *Proiet de peinture, de grossement, delineament*. Hisp. *El debuxo*] γραφίς, est declinatio futuræ picturæ, quæ & ἰχνογραφία, a Græcis dicitur. Frequens est huius dictionis usus apud Vitruuium libro 1. ubi graphidem accipit pro primo illo linearum ductu, & umbrarum delineatione in instrumentis sciotheticis, quam & Sciographiam identidem appellat. Dicta Graphis a stylo, quem Græci γραφίον, & γραφίδα, quoque nominant. Plin. lib. 36. Graphidis uestigia extant in tabulis, ac membranis.

GRAPHIVM, phij, [*Stilo*, Gal. *Pinceau ou autre instrument de quoy on peint ou escrit sur tablettes*. Hisp. *El punçon para de buxar*] γραφίον, stylus ferreus, quo ueteres in cereis pugillaribus solebant scribere. Quid. lib. 1. Amo. Eleg. 11.

Quid digitis opus est graphium lassare tenendo?

GRASSATOR, oris, [*Malandrino, ladrone, assasino da strada*, Gal. *Brigant, destrousseur de gens, getteur de chemins*. Hisp. *Salteador de caminos y robador*] λωποδύτης, proprie dicitur, qui urbis uicos oblidens, obuios aut uestibus, aut pecunia spoliat, quales sunt qui prima face in maioribus urbibus, ministris uestes detrahunt, aut cenas, quas domus ferunt, ui eripiunt, metu uerberum aut mortis intentato. Iuuenalis: Interdum & ferro subitus grassator agit rem. Callistratus 1. capitalium. ff. de pæn. Grassatores, qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur. Suet. in Augusto: Igitur grassatores dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit. Ci. de Fat. Viator a grassatore spoliaretur.

GRASSOR, assaris, [*Assasimare*, Gal. *Assailir, courir sur brigander, destrousser*. Hisp. *Saltear*] si originem spectes, nihil aliud est, quam cum impetu & uehementia incedere. creditur enim frequentatiuum esse a uerbo Grador, frequentissime tamen accipitur pro, uias oblidere, obuiosq. uestibus, aut pecunia, aut alia quauis res spoliare. Festus:

Pestus: Grassari proprie dicuntur latrones vias obidentes. Gradi si quidem ambulare est, unde tractum Grassari, ab impetu gradiendi. Sed cum quis grassatur, id est, cum impetu sine frequenti gradu vadit in aliquem, & bono & malo animo grassari potest. & ideo & in bonam & in malam partem accipi potest: ut apud Sal. in Jug. Imperator viam mortalium animus ad gloriam iuratus via grassatur, Liu. lib. 1. ab urb. Se iure grassari, non in hoc est, iure procedere. Nævius: Nunc sæpe hac eadem grassatus via. Sæpius tamē in deteriorem partem accipitur pro, ut aliquem adoriri. Plau. in Rud. certum est mori, quam hunc pati leonem in me grassari. Cæsar: Grassari in hostes, utat. Liu. li. 2. Trecenti coniuravimus principes iuvenit Romæ, ut in te hac via grassaremur. Grassatur pestis, hoc est cum ingenti clade hominum inualefcit. Oggrassor, contra cum impetu gradior. Plau. in Pœn.

GRASSATIO, a Grassor [Assassinamento. Gal. Course sur un homme, destructionement, briganderie, volerie. Hisp. Aquella obra de saltar.] λωποδύτης, actus ipse grassandi. Pli. lib. 3. ca. 22. Nero nocturnis grassationibus conerberatam faciem illi nens sibi cum thure ceraque.

GRASSATVRA, a, [Assassinamento.] grassatio. Suet. in Tib. Tuendæ pacis a grassaturis, & latrocinij curam habuit.

GRATE, [Gratamente.] Ci. pro Planc. Me & grate, & piæ facere.

GRATES, [Gratie,] χάρις, numero tantum plurali, & in hac tantum terminatione pro gratia, quæ referri debet pro accepto beneficio. Vir. li. 3. Açu. Grates persolvere dignas, Non opis est nostræ. Cic. in Som. Scip. Grates (inquit) tibi ago summe Sol.

GRATIA, gratiæ, [Gratia. Gal. Grace, plaisir, bienfait. Hisp. La gracia ó gratiasidad.] χάρισμα, interdum idem est quod beneficium inde dictum, quod gratis nobis datur. Cice. lib. primo epist. Cum præsertim considerem, nullam esse gratiam, quam u. l. non capere animus meus possit. Ter. in And. Ego Charine neutiquam officium esse liberi puto, Cum is nihil promereat, postulare id gratiæ opponi sibi, hoc est postulare, ut sibi habeatur gratia. Frequenter item Gratia accipitur pro memoria accepti beneficii. Hiuc dicimus agere gratias pro verbis ostendere, nobis aliquid fuisse gratum. Habere autem gratias pertinet ad animum, cum memorem accepti beneficii mentem animumque habeo, & inuicem gratificandi voluntatem. Referre uero gratiam, est factum acceptum beneficium remeriti: ut si a me subleuatus aliquo beneficio, alio me uicissim subleues, gratiam mihi referes. Accipitur & in malam partem pro iniuriæ iniuriæ compensare, & par pari reddere. Cice. in Sal. Non sperasti, mutuam me tibi gratiam relaturum. Referre igitur gratiam, tam in meliorem quam in deteriorem partem sumitur: cum sit, acceptum beneficium, uel iniuriam, re ipsa compensare. Rediusque huic uerbo accusatiuum singularem Gratiam iungimus, quam pluralem Gratiæ. Et contra uicissim dicimus teste Valla, Habere gratias, quam gratiam. Nunquam autem, uel rarissime, Agere gratiam, sed semper fere, Agere gratias. Liu. quinto Bel. Maced. Satiatus tandem complexu filij, Renūciat, inquit, gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non posse, quam ut suadeam, non ante in aciem descendat, quam in castra me rediisse audierit. Cice. pro Plan. Cui pro me senatus gratias agendas putauit, ego a me gratiam referendam non putem. Interdum afferuntur hæc locutiones per uerba passiuæ, ut, Habetur tibi gratia, & Refertur gratia. Teren. Eun. Et habetur, & refertur a me Thais tibi, ita ut merita es gratia, Vbi Don. Qui habet apud se gratiam, nondum retulit: retulit qui destitit habere. multum ergo hic dixit, Et habetur gratia, & refertur. Quem sensum transiulit Sal. in bellum Jug. Arma, pecuniam sume, utere, & quoad uixeris, nunquam reddidit tibi gratiam putaris, semper apud me integra erit. Cum illo magna est mihi gratia. Cic. ad Lentul. Hoc est, mutuo nos amamus plurimum. Cum bona, & cum mala gratia. Teren. in Phorm. Hæc potius cum bona componantur gratia, quam cum mala. Est gratia, pro ago gratias. Plau. in Men. Gratia est. Esse in gratia, pro gratiosum esse, & gratia aliquid ualere. Cice. ad Atti. lib. 2. Erit nebulo iste cum his dynastis in gratia. Facere gratiam, hoc est ex iure strictiori aliquid imminuere uel remittere aliquid, quod sibi debeatur. Vnde facere gratiam iusiurandi, est iusiurandum remittere. Plau. in Rud. Iusiurandi uolo gratiam facias. Liu. lib. tertio Omnium tibi quæ impie nefarieque per biennium alia super alia, es ausus, gratiam tibi faciō. Accipitur interdum pro fauore, Sal. in Jug. Ita bonum publicum priuata gratia deuicium. Hinc inire gratiam ab aliquo, est fauorem eius emereri. Teren. in Eunuch. Adibo, atque eo gratiam hanc, quam uideo uelle, inibo. Vbi Dona. Gratiam inire, est dare beneficium, ac per hoc, inire gratiam id est amicitiam. Recipimus in gratiam cum, qui uult nobis reconciliari, cum aliquando fuerit inimicus. Cic. pro Rab. Quem enim ex tantis inimicitij receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum uiolare non debeo. Redire in gratiam, est reconciliari. Cic. ad Atti. lib. 1. Cum Luceio in gratiam redi, Gratia pro causa, ratione, siue occasione, idque in ablatiuo duntaxat. Teren. in And. Hic nunc me credit aliquam

sibi fallaciam portare, & ea me hic restitisse gratia. Vbi Donat. Gratiam ueteres pro causa ponebant. Sal. rem omnem aperit, cuius gratia mittebatur. Poetæ tres gratias finxerunt, Iouis, & Auctonocæ, siue potius Liberi patris & Veneris filias, quæ χάριτες, a Græcis appellantur: quarum unam Aglaiam nominant ab hilaritate, seu lætitia: quod hilariter præstandum sit beneficium: secundam Thaliām, a uiriditate: quod beneficij memoria semper uiuere debeat, & nunquam marcescere: tertiam Euphrosinē, ab oblatione, eo quod non minus in dando beneficio, quam in accipiēdo nos delectari conueniat. Harum una auersa pingitur: duæ ad nos conuersæ: quo illud significatur, duplicem pro accepto beneficio gratiam rependi oportere. Nudæ sunt: beneficia enim sine fuco esse oportet. Connexæ, quod beneficium semper beneficium pariat, quodque perpetuum esse debeat beneuolentiæ fœdus. Hilaritales, n. esse debemus in dandis accipiendis que beneficijs. Iuue nos: beneficii enim accepti gratia senescere non debet, sed perpetuo florere. Virgines sunt, & in Acidalio Orchomeni fonte lauantur, uel quod plura beneficia esse nullamque retributionis spem habere, uel quod nihil turpe rogare oporteat.

GRATIFICATIO, onis, χάρισμα, Ci. de Nat. De. Vos autem quid mali datis, cum imbecillitate, gratificationem, & beneuolentiā ponitis? impudens gratificatio. Idem 3. de leg. Agr.

GRATIFICOR, aris, [Par cosa grata, gratificare. Gal. Faire bien, plaisir ou service, faire au gré, ou chose agreable. Hisp. Gratificar al menor en gracia.] χαρίζομαι, χάρις, obsequium gratiam facio. Cice. Len. Quod Pompeio se gratificari putant. Differunt tamen Gratificari, & gratum facere: quod Gratificari in se contineat quiddam maius: est enim beneficium esse. unde Ci. lib. 1. de Nat. Deo. ait. Deum hominibus gratificari, non gratum facere: quasi Gratificari sit beneficium conferre, Gratum facere, obsequi & inseruire. Ci. Si hunc iuueris, gratissimum mihi feceris.

GRATIOSVS, oſa, oſum, [Grato. Gal. Agreeable, fauori, qui est en grace & credit, cortisjan, gratieux. Hisp. Gracioso, que recibe aquellas gracias.] χαρίσιος, χαρίσιος, qui gratia apud omnes plurimum ualeat. Cic. Lent. Vehementer confidit se his nostris litteris apud te gratiosum fore: id est, ualde gratum. Ci. pro Mur. Nil tibi consulatum petenti a me defuit, quod esset aut ab amico, aut a gratioso, aut a consule postulandum.

GRATIOSAMENTE, [Gratiosamente. Gal. Gratiusement, par faueur. Hisp. Gracioso mente, por fauor.] χαρίστως, cum gratia. Vlp. l. tutor qui repertorium §. competet. ff. de amic. tut. Si neque sordide, neque gratiose, sed non bonam conditionem elegerint?

GRATE, [Gratamente. Gal. Agreeablement, avec reconnaissance du plaisir ou du bien fait. Hisp. Agraciedicamente.] ἀγροπρόνος, grato animo. Cice. pro Plan. confiteare aliquando, quod faciam, me & grate & piæ facere.

GRATIS, [Senza premio, senza pagamento. Gal. Pour neant, sans espoir de recompence. Hi. Debalde, de gracia, ó sin merito ó precio.] δωρεάν, ἄπο κτά, gratuito, sine premio, aut pretio. Ci. in Verr. Gratis prætor factus est. Suet. de Clar. gram. Sunt qui tradant, tanta uim honestate præditum, ut temporibus Syllanis proscriptionum liberos gratis, & sine mercede ulla in disciplinam receperit. Gratis, & Pretio, contraria. Cice. pro Rosc. Com. Questus est Satorius, communem factum esse gratis cum Roscio. Aliquando significat sponte, unde deducitur Ingratus, ἀκρίτος, inuite, non ultro. quia ultronea grata sunt. ingrata, quæ ab inuitis & reculantibus fiunt. Teren. in Eun. Opus faciam, ut defatiget usque, ingratum ut dormiam. Ci. pro Quinctio: Exprimendum inuite atque ingratum quod non debet.

GRATOR, aris, [Ringratiare, allegrarsi. Gal. S'esouir, du bien auenu. Hisp. Alegrarse con otro por su bien.] ταιδίουαι, idem quod Gratulor, hoc est, ob felicitatem uel comoda alterius, læticiam meam testor. Virgil. 4. Aeneid. Inueni germana uiam, grate forori. Dicitur quis sibi gratari, cum ob prosperum rei alicuius successum, secum lætatur. Ouid. octauo Metam. Totoque libens mihi pectore grator. Gratari superis, est diis gratias agere, & ob felicem rei alicuius successum sacrificare, Ouid. secundo Fast. Gratare Iliacis, thuraque pone focus. Hinc Gratabundus, a, um, idem quod Gratulabundus. Tac. lib. 17. Et proximi militum gratabundi respondent.

GRATVITO, [Senza premio] αὐτῷ, gratis. Ci. 2. Off. Causas gratuito defendere,

GRATVITVS, tā, tum, p. c. [Senza premio] αὐτῷ, quod datur gratis, id est sine premio, aut pretio: Ci. 1. de leg. Quid liberalitas? gratuita non est, an mercenaria?

GRATVLTATIO, onis, [Allegrarsi, congratulatione. Gal. La joye qu'on me ne da bien & prosperite aux autres ou enous. Hisp. Aquella obra de alegrarse con otro.] ταιδίουαι, modo significat testationem gaudij ob felicem alicuius successum. Cic. Atti Mihi facta statim est gratulatio. Modo idem est quod gratiarum actio. quæ a senatu nomine alicuius Imperatoris, qui rem in bello feliciter gesserat, ad omnium

dtorum templa solet decerni. Ci. in Cat. mihi uni conseruatæ rei pu. gratulationem decreuistis.

GRATULOR, tris, ri, [Rallegrarsi, congratularsi. Gal. Dire & monstrier qu'on s'esionit du bien & prosperite auenue. Hisp. Alegrarse con otro por su bien, y gexarse de algun bien.] συμυδουαι, τὸ ὑγαπᾶν, est testari uerbis, se, gaudere de fortuna & felicitate alterius, seu sua, tanquam alterius. Triplicem fere habet constructionem. Interdum enim absolute ponitur sine aliquo casu a tergo. Ouid. 3. de Art. Am. Ego nunc me denique natum Gratulor. Interdum solo datiuo contentum est. Trebonius Ciceroni lib. 12. Tibi, quod uere facere possunt, libenter quoque gratulor. Nonnunquam etiam accusatiuum habet cum datiuo. Ci. 2. Ver. Appellat hominem, & ei uoce maxima uictoriam gratulatur. Inuenitur etiam aliquando cum solo accusatiuo, ita tamen, ut datiuus subaudiatur. Ter. in Eunu. Aduertum gratulantur. Conuertitur aliquando accusatiuus in ablatiuum cum præpositione. Ci. Lentulo: Quod mihi de nostro statu gratularis, minime miramur. Interdum etiã sine præpositione. Caelius Cic. Gratulor tibi affinitate uiri medijsfidius optimi. Accipitur præterea Gratulari pro, superis pro re bene gesta gratias agere, & quemadmodum triumphantes solebant, qui equis albis, curruque aurato in Capitolium uecti: Ioui pro felici rerum successu taurum immolabant. Ennius in Hecuba Iuppiter tibi summe, tandem male re gesta gratulor. Lilius: Triumphantes in Capitolium ascendebant, Ioui Opt. Max. gratulor.

GRATVLABVNDVS, gratulans. Gel. lib. 3. ca. 15.

GRATVS, ti, [Grato. Gal. Agreeable, qui n'espoint ingrât, mais reconnoit le plaisir q'on luy a fait. Hisp. Agradedido a aplazible.] δὲ γυωτῶν, qui gratiam pro beneficio refert, uel saltem memor est accepti beneficij. Ci. 1. d. Leg. Gratus est, qui in referenda gratia non commodum, sed eum ipsum, cui refert gratiam, cernit. Idem: Tu quam gratus ergi me fueris, pfe existimare potes. Cic. Plan. Re ipsa atque animo gratissimus. Gratus interdum idem, est, quod iucundus. Liu. 2. ab Vrb. Gratae in uulgus leges fuere: Teren. And. Et id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam. Gratum facere obsequi & inseruire. Ci. li. 13. Ep Si hunc iuueris, gratissimum mihi feceris. In gratus, ἀγρωτῶν, ὁ ἐχθρὸς.

GRAVATE, aduerb. [Gravofamente.] ἀκρωτῶν, ἀκρωτῶν, inuite, non libentur. Plin. in Bact. Quam grauare pater dedit. Ci. pro Palbo; Benigne non grauare.

GRAVATIM, [Gravofamente. Gal. A reget. Hisp. Gravamente] ἀκρωτῶν, idem quod grauare. Liu. ab Vrbe. Haud grauacim socia arma Rutulis iunxit.

GRAVCASYM, Caucasum montem nominat et Scythæ, quod illorum lingua significat niue candidum. Plin. li. 6. ca. 17.

GRAVEDINOSVS, a, uni, κροτῶν, κροτῶν, non solum qui grauedine infestatur, sed etiã qui ad eum morbum est procliuior. Ci. 4. Tusc. Dicimus quosdam grauedinosos, quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia sæpe sunt. Plin. li. 18. ca. 15. appellat eruum grauedinofum, quod bobus in pabulo grauedinem facit.

GRAVEDO, inis, κροτῶν, capitis morbus, cum humor crassior ex cerebro in nares decumbit, easque claudit, uocem obtundens, & tulsim siccam mouens. Cels. lib. 4. ca. 2. Aliud a destillatione malû, quamuis non multum distans, grauedo est. Hæc nares claudit, uocem obtundit, tulsim siccam mouet, sub eadem falsa est salina, τῶν αὐτῶν, uocat Hippocrates: nunc uideo apud Græcos in grauedo hoc nomen seruari: destillationes κατὰ τὰς ὕδρας, appellari. Plin. in An. Quasi grauedo profuât. Cic. At. li. 6. Grauedini omni ratione, subuenit. Plin. li. 23. Grauedinem capiti faciunt.

GRAVEOLENS, graueolentis [Puχολente] δὲ τῶν, quod male olet. Virg. 4. Aen. ad fauces graueolentis Auerni.

GRAVEOLENTIA, æ, [Puχολη] δὲ τῶν, grauis odor. Plin. lib. 20. cap. 9.

GRAUESCO, scis, [Aggruarsi, fassi graue. Gal. Deuenir pesant, se rengreger, s'apesantir. Hisp. Hazerse pesado.] ἐρρωμῶν, ἑρρωμῶν, grauiæ fio, oneror. Virg. lib. 3. Geor. Nec nuncus interca fœtu nemus omne grauescit. Id est, oneratur. Plin. lib. 11. cap. 41. Cameli lac habent, donec iterum grauescant. Hoc est grauidæ fiant, & prægnantes. Valerudo, grauescit, id est, grauior fit. Tacit. lib. primo: Grauesere ualctudo Augusti. Idem li. 14. Malis publicis in dies grauescentibus. Aggrauesco, & ingrauesco, suo loco.

GRAVIDVS, da, dum, [Carico, grauido Gal. Plein & pesant, Hisp. Cosa pesada.] ἐμπετος, onustus, grauis. Plaut. in Truc Neu qui manus attulerit steriles intra nos. Grauidas foras exportet. Sed hoc translaticium est, proprie enim mulier dicitur grauida. Ci. pro Clu. Cum mulier esset grauida, & iam appropinquare partus uideretur. Alius grauida, Oui 2. Am. ele. 14.

GRAVIDITAS, atis, [Grauidezza. Gal. Grossesse, engroissement de femelle, partee.] ἠνῆς, prægnatio: conceptio. Ci. 1. de Na. Ipse sol, mundum omn. in sua luce compleat, ab eo que luna illuminata grauiditates, & partus afferat.

GRAVIDO, grauidas, [Ingruidare. G. i. Ingroffir une femelle. Hisp. Empreñar.] ἐμπετος, ἠνῆς, proprie est mulierem grauidam reddere quã uis etiam ad alia transferatur, Ci. de Nat. Terra grauidata seminibus omnia parit. Cæcilius in Tyche: Hic te inhoneste grauidauit probro. ionerauit.

GRAVIS, & hoc Graue, [Graue, ponderoso. Gal. Pesant, fâcheux, graue. Hisp. Cosa graue, molesta y pesada.] βαρύ, significat ponderosum, quod scilicet suapte natura deorium fertur: cui opponitur leue, cuius natura est lursum ferri. Virgil. primo Georg. Vomis & inflexi primum graue robur aratri. Per translationem dicitur morbus grauis, senectus grauis, id est molesta, quoniam qui molestiam ex senectute, morbo, cæterisque huiusmodi sentiunt, quasi onere intolerabili premuntur, quod cupide uellent deponere. Cic. in Cato. quod nunquam senectutem tibi grauem esse senserim. Grauis item accipitur pro constanti & seuro, quadamque auctoritate & reuerentia pleno, quod Græci dicunt σεμνόν, quæ significatio inde ducta est, quod, quemadmodum grauias & maiora onera non facile loco mouentur, ita homines seueri & constantes nec minis, nec precibus ab æquitate auelluntur. Cic. de Orat. Vir auctoritate grauis. Idem in Hortensio: Quid aut Herodoto dulcius, aut Thucidide grauius? Grauitas σεμνότης, pro firmitate ac constantia animi, ac in uultu, moribus, uerbis, rebusque agendis, quadam seueritate. Sed de hoc latius infra suo loco. Varijs alijs modis dicitur Graue, sed ad hos reduci possunt. Nam ponitur pro pernicioso, acerbo, nocente. Cic. lib. tertio Offic. Grauem aduersarium imperij sustulissent. Pro forti & robusto. Virg. lib. quinto. Prima pares ineunt grauibus certamina remis. Pro grandæuo. Idem quinto Aen. Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. Pro utili, solido, firmo, constante. Cic. primo Offic. Ut iam sint alia grauiora, atque meliora. Pro tristi. Virgil. lib. 8. Grauior ne nuncius aures Vulnereret. Aes graue, a Romanis dicebatur æs rude, & quod non erat signatum: idcirco, quod non numero, sed pondere in solutionem cederet. Liu. li. 4. ab Vrb. Aes graue plaustris quidam ad ærarium conuenientes, speciosam collationem faciebant. Pro eodem etiam æs rude dicitur a Plin. 33. c. 3. Seruius, inquit, rex primus signauit æs. antea rudi usos Romæ, Re meus tradit. Pro necessario Lucil. lib. 2. 9. Habeasque animo, mihi admodum causam grauem fore, quæ me ab ullo commodo abducat tuo. Pro pleno. Virgil. primo Aen. Tum pietate grauem ac meritis si forte uirum quem Confexere, silent. Pro fœuendo, & fructifero Idem: Quid labor aut beneficia iuuant? quid nomere terras, Inuertisse graues? Pro multo, Var. apud Nonium: Vbi graues pascantur & alantur pauonum greges. Sal. li. 3. Cœpit per omnem prouinciam graue pretium fructibus esse. Pro amaro Var. Quinquatribus, ut citat Nonius, Abinthium ut bibam graue & castoreum. Nonnunquam etiam pro grauido. Vir. 1. Aen. Sacerdos Marte grauis.

GRAVISCARE, Prolemæo, castellum est in Thuscia, quod hodie Montem altum uocant: ita dictum ab aeris grauitate. Vir. 2. Aen. Intempestæque Grauiscæ.

GRAUITAS, atis, [Grauezza, peso. Gal. Pesanteur, grauité. Hisp. Graueza, pesadumbre y molestia.] βαρύς, βαρύντης, idem quod pondus, siue ponderositas. Cice. primo de Nat. De. Tanta contentio grauitatis, & ponderum. Accipitur & pro constantia quam Græci σεμνότητα, uocant. Cic. Att. li. 10. Tu cum Sexto Seruali grauitatem eandem, quam mihi præcipis. Grauitas morbi, id est magnitudo, apud Cice. 2. de Nat. Deo. Grauitas cæli, id est intemperies aeris. Idem Att. lib. 11.

GRAUITER, [Grauemente, molestamente, seueramente. Gal. Griefuement, grauement. Hisp. Graue y pesadamente.] ἐρρωμῶν, δὲ τῶν, idem quod moleste. Salin Cice. Grauitet & iniquo animo paterer maledicta tua M. Tulli. Accipitur item pro honorifice, & cum quadam auctoritate. Cice. de Orat. Thucydides res gestas narrat, grauitet sane, & probe. Interdum pro ualde, Cæcilius Plotio, ut citat Nonius: Placere occupit grauitet, postquam est mortua. Ci. in Catil. Sime meis ciuibus suspectum tam grauitet atque infensum uiderem. Sic Grauitet ægrotare id est periculose, apud eundem primo Offic.

GRAVO, as, [Grauare, caricare. Gal. Greuer, charger. Hisp. Agrauar, hazer pesado a otro.] ἐρρωμῶν, βαρύνω, proprie idem quod onero, siue graue reddo. Cice. 2. de Diuin. Jam uero semper miridis, scilicet quo grauata Lentiscus triplici solita grandescere fœtu. Liu. 5. Belli Puni. Grauatibus omnibus uino somnoque. Caput grauatum: hoc est, grauedine laborans. Colum. lib. sexto cap. 9. Signa febricitantis manantes lacrymæ, grauatum caput, oculi compressi. Interdum Grauare accipitur pro, molestia afficere. Virg. secundo Aen. Nunc laboris grauabit. Nonnunquam etiam pro grauius & molestius aliquid reddere Ouid. 5. Trist. Eleg. 11. At tunc fortunam cuius uocor exul, abhorre, Nomine mendaci parce grauare meam. Hinc Aggrauo, grauius efficio. Col. lib. primo: Ratio rustici aggrauatur exiguo profectu operis. Degrauo, deorsum grauo, Idem. li. 1. deg. 2.

- degrauatū pondere suo præceps attrahet. Vir. li. 3. Aen. Degrauat Aetna caput. Ingrauo, & Prægrauo, ual de grauo. libr. 8. Bel. Macc. Cum prægrauaret multitudo, credere sententiam cepit. Et lib. 7. One rata & prægrauata telis corpora.
- GRAVOR**, ris, [*Aggravarsi, hauer a male. Gal. Estre graue faire, a regret & ennuy. Hisp. Ser graue, ha zerse pesado.*] ἄρρωστος, ἄρρωστος, deponēs, offendor, & grauitur fero. Plau. in Triu. Non grauabor, faciam ita ut uis. Cicer. de Anic. Ego non grauaer, si mihi ipse considerem. Liu. 1. ab Vebe: Minus tamen plebs grauabatur, se templa deum ædificare manibus suis. Grauari cum accus. Quint. lib. 1. ca. 2. Quæ si quis grauabitur, non rationi defuerit, sed oneri. Lucre. Romanos odere omnes, dominos que grauantur. hoc est, grauitur ferunt dominos. Grauatus, participium, Plau. in Rud. Haud grauatam Patronam exequuntur. Id est, quæ facit, quod ab ea petitur, non inuita. Est etiam Grauor uerbum passiuū a uerbo grauo, post se exigens ablatiuum: ut, Lentiscus triplici foetu grauata, apud Cic. 2. de Diuin.
- REGALIS**, le, [*Di uno istesso grege, compagno. Gal. Qui est du troupeau. Hisp. Cosa rebanada, de un mesmo grey.*] ἀγροαίος, ex eodem grege. Var. li. 2. de Re rust. Equi boni figura signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. Dicitur quoque de hominibus: idque fere in deteriore partem. Ci. pro Domo: Quod uos Catilina gregales dicere solebatis.
- REGARI** vs, a, um, [*Di grege. Gal. Du troupeau, de la troupe. Hisp. Cosa mandada.*] ἀγροαίος, ex grege: ut, gregarius bos, qui adhuc in grege pascitur, nondum iugo domitus: gregarius miles nō electus, sed tumultuarie collectus. Ci. pro Planc. At id gregarii milites faciūt inuicti. Col. in Præf. lib. 6.
- REGATIM**, [*Aschiera. Gal. Par troupeaux & bandes.*] ἀγροαίος, per diuersos greges. Varro lib. 4. de Ling. 1a Lat. Graculi gregatim uolitant. Pl. lib. 8. ca. 5. Elephanti gregatim semper ingrediuntur. Trās fertur & ad homines. Ci. 7. Ver. Cives Romanos gregatim coniectos in latomias.
- REGO**, gas, [*Congregare, aggregare, raccogliere.*] ἀγροαίος, a Grex deductum, colligo, congreco. Composita magis in usu sunt: ut, Abgreco, a grege abduco. Aggreco, adiungo. Lact. lib. 4. Homerus sum mum illum Iouem de monibus aggregauit. Congreco, coniungo, & quasi in eundem gregem compello. Idem in eodem: Alium libi populum fideliorum ex alienigenis congregaret. Segreco, separo, diuido. Festus: Segregare, est ex pluribus gregibus partes seduce re. Disgreco, dispergo.
- GREMIUM**, [*Grembo, seno. Gal. Lo giron. Hisp. El regazo.*] est inter complexum femorum, seminum uel: in quo complexu mulieres concipere solent. Differt autem a sinu, quoniam sinus est intra pectoris brachiorumque complexum: unde sinus uestium: quales erant tunice Romanorum: & modo quorundam religiosorum supra cincturam laxitas illa uestis, quæ cingulum operit. Littora quoque curua, & quasi brachiis mare amplectentia, sinus uocamus. Et per translationem gremium terræ appellamus cum semen suscipit, conceptumque retinet, quasi uiuentem foetum postea paritura. Quare cum lactantur infantes, ad sinum admouentur: pueri uero iam facti a sedentibus matribus, unque cum illis blandiuntur ad gremium accipi solent: ut Cic. in Bruto: Filius in gremio matris educatus. Virgil. 1. Aene. de cupidine sub imagine pueri Ascanij. Gremio fouer incia Dido. Quin etiam matres nutrices uel cū super genua collocant infantem, aut extremis uestibus repositum, & ad uterum usque sublatum gestant, in gremio magis, quam in sinu gestare dicuntur: ut idem de eodem: Et forum gremio Dea tollit in altos Idalix lucos.
- GRESSVS**, sa, sum, [*Andare.*] βεβήσις, parti. a Gradior. Vir. 6. Ae. Et pariter gressi per opaca uiarum.
- GRESSVS**, sus, [*L'andare. Gal. Marchure, marche, pas, allure. Hisp. El passo de la obra de andar.*] βήσις, incessus, ambulatio. Cic. 1. Offi. cauendum est, ne tarditatibus utamur ingressu mollioribus. Virg. 3. Geor. Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
- GREG**, gregis, [*Gregge, greggia. Gal. Troupeau de bestes. Hisp. Grey de manada, rebano como de ouejas o cabras.*] ἀγροαίος, differt ab Armento, teste Valla, lib. 2. cap. 24. quod Grex minorum animalium sit congregatio, ut ouium, porcorum, caprarum: Armentum maiorū, ut camelorum, bouum, equorum. Virg. 3. Geor. Hæc satis armentis: superat pars altera curæ, Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas. Inuenitur tamen quandoque Grex de maioribus dicitur: ut de bouibus, equabus, & similibus: sed tunc fere habet adiunctum nomen adiectiuum, aut genitiuum determinantem, aut potius detorquentem eius significationem ad rem aliquam, pro qua, si solum posset esset, non ita apte acciperetur. Vir. eclo. 6. Aut aliquam in magno sequitur grege. Vbi adiectiuum Magno, efficit, ut Grex accipiatur pro armento. Sic Horat. cum uellet significare bouum armenta, dixit, Greges mugientium. Item Cicer. tertio Phil. cedit greges armentorum. Idem 2. Verr. Greges equarum abigendos curasse. Ex his itaque exemplis omnino dicendum uidetur, gregis appel-
- latio nem generaliore esse quam armenti. hoc enim de maioribus duntaxat animalibus dicitur, illud autem quoties solum ponitur, fere de minoribus, cum adiuncto autem, etiam de maioribus. Neque solum pro quadrupedum congregatione, uerum etiam pro auium, atque ad 20 ipsorum hominum multitudinem accipitur. Horat. 1. episto. 3. Ne, si forte suas repetitum uenerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risam Furtiuis nudata coloribus. Terent. in Eunuc. Vnum etiam hoc uos oro, ut me in gregem uestrum recipiatis: Sed hæc significationes improprie sunt, & translatiue.
- GRYPHVS**, phi, [*Reze,*] γριφος, rete, sagna, item ænigma, hoc est, sermo ita implicitus, ut facile dissolui non queat. Gel. li. 1. cap. 2.
- ***GRONITVS**, populi sunt Hispanix Tarraconensis, ad Durium amnem, quorum meminit Pomponius lib. 3.
- GROSSVS**, exiguus ficus. Col. de Arb. cap. 21.
- GROSSVS**, grossi, masc. uel fœm. gene. [*Richi che non si maturano mai. Gal. une figue qui n'est encore, meures. Hisp. Higo aun no maduro.*] ὀλυνθός, ficus immaturus. Pl. li. 13. ca. 7. Grossus non maturefecit. Cels. li. 5. Grossi in aqua cocti. Pl. li. 15. cap. 18. Deprehensos in his hieme grossos. Idem li. 13. cap. 7.
- GRUES**, [*eru. Gal. Vne gru. Hisp. La grulla.*] γέρας, aues, minime foliua gæ, quæ non se segregant, siue cum uolant, siue cum pascuntur: a loro uocis ita dicta. Excubias nocte diuidunt, capite subter alam condito dormiunt, alternis pedibus insistentes. uolantibus autem ordine quodam, yliterata faciunt: quod Palamedem primum deprehendisse ferunt. unde & Palamedis aues appellantur a Martiale. Vir. li. 1. Georg. Strymonia dant signa grues. Mira de gruibus apud Pl. li. 10. cap. 23.
- GRUMA**, mæ, ἄδιδυμ, mensura quædam, quæ flexæ uiz ad lineam dirigitur, ut est agrorum & similitum. unde apud Ennium li. 17. referente Nonio, legitur grumam dirigere. Hinc deponens Degrumor, aris, pro dirigere ad exigentiam grumæ. Lucil. Viam que degrumaris. Dicuntur præterea Grumæ, Teste Nonio, quadriuia, in quibus quatuor directæ conueniunt uiz.
- GRUMVS**, mi, [*Mucchio, monticello. Gal. Grumeau, petit monceau ou amas. Hisp. El cerro, mota de monton de tierra. γρόμβος, terræ collectio minor tunulo, quem etiam ciuulum uocamus. Col. lib. 2. c. 18. Grumos dissipabimus. Grumus salis. Pl. lib. 3. c. 4. Torretur cum salis grumo. Diminutiuum est grumulus. Pl. li. 19. cap. 6.*
- GRUNDIBVS**, γυλλίζων, ueteres dicebant, quod nos grunnire dicimus. Claud. lib. annualium 15. ut citat Nonius: Grundibat grauitur pecus suillum. Hinc Grundules lares dictos accepimus, quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrophæ, quæ triginta pepererat porcos. Cassius Heniina: Sus parit porcos triginta, cuius rei sanum fecerunt laribus grundulibus.
- GRUNNITVS**, tus, [*Grunnito. Gal. Gronnement, grondement. Hisp. A quel grunnido.*] γυλλίζων, ὄσμοσ, Ci. 5. Tul. Nec grunnitum audit, cum macatur sus.
- GRUO**, gruis, grui, [*Far uoce di gru. Gal. Gruir, chanter comme la grue. Hisp. Cantar la grulla.*] γυλλίζων, de gruibus dicitur, ut Grunnio de suisibus. Hinc Congruo, pro conuenio. Ter. in Heau: Concede hinc domum, ne nos inter nos congruere sentiant. Hinc & Congruus, grua, gruum, & uerbum Ingruo, suis locis.
- GRVS**, is, [*Grū.*] Cice. de Nat. Grues in tergo præuolantium capita reponunt.
- GRYLLVS**, li, [*Grillo Gal. Vn gryllon on crimon. Hisp. El grillo.*] γρύλλος, genus est locustæ, simile cicadæ, longiori tamen corpore, ubique gentium pernicies agris, retro ambulat, terram terebrat, & noctu stridet: unde & nomen accepit. Pl. li. 29. ca. 6. Auribus prodest gryllus cum sua terra effossus, & illitus. Magnam auctoritatem huic animalis perhibet Nigidius, maiorem Magi, quoniam retro ambulat, terramque terebrat, stridat noctibus.
- GRYNEVS**, a, um, [*Di Apollo.*] γρυνεός, cognomen Apollinis, inditum a Gryneo nemore iuxta Clazomenem Asiae ciuitatē, in quo Apollo colebatur. Virg. 6. Eclo. His tibi Grynei nemoris dicitur origo. Vbi Ser. Gryneum nemus est in finibus Aeolidis, Apollini consecratum. Dicitur etiam a Gryneo uicino oppidulo, Str. lib. 13.
- GRYPHVS**, [*Gal. Griffons. Hisp. Griphos.*] γρηίτες, qui & Gryphi, animalia pennata, & quadrupedia: omni ex parte leones: alis tantum & facie aquilis similia, equis uehementer infesta. Vir. Eclo. 8. Iungantur iam gryphes equis. Plin. libro 10. cap. 49. Pegasos equino capite uolucres, & gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia. Singularis nominatiuus est Gryps, griphis, uel Gryphus, gryphi. prioris iam dedimus aliquot exempla. posterioris testimonium est apud Plin. libr. 7. cap. 2. Arimaspi assidue bellum gerunt cum gryphis, ferarum uolucris genere.

GRYPHVS, [Colui che ha il naso aquilino. Gal. Qui a le nez aquilin ou crochu. Hisp. El que tien la nariz corua o aguileña.] γρυπός, hinc aspiratio ne dicitur qui nasum habet aduncum. fortassis a gryphorum similitudine quos Græci, γρυπας, uocant. feruntur enim gryphes rotum habere incuruatum in morem aquilæ.

G A N T E V

GVBERNACVLVM, li. [Temone. Gal. Le gouvernail d'un nauire. Hisp. Gouernalle de nauo.] κυβερνήτης, ou clauus nauis, quo illa gubernatur, & regitur. Cice. secundo de Inuent. Hic ille naufragus ad gubernacula accersit. Per translationem accipitur pro administratione. Cicer, pro Domo: Cum senatum a gubernaculis deiecisses, populum e nauis exturbasses. Reipub. gubernacula tractare, apud eundem pro Sextio. Gubernacula uitæ: apud Plin. lib. 11. cap. 37. Legitur & Gubernaculum; per syncope. Vir. 6. Aen. Nanque gubernaculum multa ui forte reuulsum.

GVBERNATIO, opis. [Gouerno. administratione. Gal. Gouvernement. Hisp. Gouernamiento, aquella obra de gouernar o regir.] κυβερνήσις, proprie de nauis directione dicitur, quamuis per translationem pro quauis administratione capiat. Cice. 4. de Fin. Et si in ipsa gubernatione nauis est eueria. Idem 3. in Catil. Vix uideretur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse.

GVBERNATOR, oris. [Temonero. gouernatore. Gal. Gouverneur. Hisp. Gouernador o regidor.] κυβερνήτης, rector nauis, qui clauum moderat. Cicer. de Sen. Gubernator clauum tenens sedet in puppi. Idem 7. Phil. Summi gubernatores in magnis tempestatibus a uectoribus aduocari solent. Gubernator equorum. Quin. li. 8. cap. 6. Translatio est, cum in rebus, animalibusue aliud pro alio ponitur: ut de agitatore: Gubernator magna contorfit equum ui. Custos & Gubernator reip. Idem 7. Ver.

GVBERNATRIX, [Gouernatrice. Gal. Gouverneresse ou gouernante. Hisp. La gouernadora o regidora.] Cic. de Orat. Eloquencia gubernatrix ciuitatum.

GVBERNO, [Reggere. gouernare, ammaestrare. Gal. Gouverner. Hisp. Gouernar o regir.] κυβερνώω, proprie nauim rego. Cice. 1. Offi. Vt si nauitæ certent, quis eorum potissimum gubernaret. Per translationem pro moderat, admittit. Ci. Curioni: Teque hortor, ut omnia gubernes, ac moderere prudentia tua. Idem Att. lib. 6. Sed hæc Deus aliquis gubernat.

GVLA, læ. [Gola. Gal. Gueule, conduit par le quel on auale ce qu'on doit manger. Hisp. La berrera con que tragamos.] οισοράγιος, est fistula colli interior, constat ex carne & neruo, per quam cibus & potus in uentriculum defluit: Græci οισοράγιον, appellant. Plin. lib. 11. cap. 37. Inuenitur nonnunquam Gula pro anteriore parte colli, quam iugulum uocamus. Sal. in Catil. Laqueo gulam fregere. Cicer. 6. in Verr. Quem obtorta gula in uincula abripi iussit. Sed in hac significatione uix inuenies in medicorum aut physiorum scriptis. Illi enim Gulam, ut iam diximus, accipiunt pro fistula illa, qua cibus & potus in stomachum demittitur. unde etiam per translationem accipitur pro ueracitate: Iuu. Quanta est gula quæ sibi totos Ponit apros.

GVLLIOCAE, nucum iuglandum summa & uiridantia putamina, Felus.

GVLOSE, Col. in Præf. lib. 1. Contemptissimorum uitiorum officinas gulosus condiendi cibos. De gulo, las, suo loco.

GVLOSVS, a, um. [Golofo. Gal. Goumant. glout. goulu. Hisp. Cosa golosa o glotona.] γαστριμαργός, qui est deditus gulæ uitio. Mar. li. 8.

GVMMATA, arbores dicuntur, quæ gummi producant. Palladius, In cerasis hoc seruandum est, & in omnibus gummatis.

GVMMI, [Gomma. Gal. Gomme. Hisp. La goma.] κόμμι, indeclinabile, & Gummis gene. fœm. est gutta uiscosa ex arboribus quibusdam per corticem diffusus. Plin. libro 13. cap. 11. Gummi optimum esse ex Aegypcia spina conuenit. Cice. de Fin. Compellans gummam ex ordine nostras. Col. lib. 12. ca. 50. Noua dolia liquida gummi perluere.

GVMMINVS, gummina, num. [Di gomma.] κόμμινον, ex gummi confectum: ut, Gummimum oleum. neruis in primis utile, teste Plin. lib. 15. cap. 6.

GVMMITIO, κόμμιωσις, illinitio quædam ex glutinoso illo arborum succo, quæ dolijs fieri solebat. Plin. li. 16. Multi, cum semel noua dolia uel serias crassa gummi liuerunt, una in perpetuum gummitione contenti sunt.

GVMMOSVS, a, um. [Gommoso.] quod multum gummi habet. Plin. lib. 12. cap. 9.

GVRDVS, di. [Balordo. Gal. sot. gourd. Hisp. Loco d' bono.] pro stolido, uox est Hispanica. Quinct. li. 1. ca. 5.

GVRGES, gitis. [Gorgo. Gal. Un gouffier d'eau, profondeur d'eau. Hisp. Lugar profundo e nel agua e nel lago.] δὴν ἀπυρσις, proprie locus est in flumine profundus, in quo aqua uertitur: quamuis generaliter de omni quarum congerit dicatur, & de ipso etiam mari. Mart. lib. primo: Raptus flumino uenit de gurgite piscis. Plin. lib. octauo, c. 5. Ne crescat gurgitis altitudo. Virg. 1. Aen. Apparent rari nau

tes in gurgite nauis. Ponitur etiam translate pro homine insatiabili aut alia quauis re inexplebili. Ci. in Piso. Ille gurgites, atque he luo. Idem in Arusp. Resp. Quæ unquam Charybdis tantos exhaurire gurgites posset?

GVRGVLIO, onis, siue potius Curculio γαργαλιών, a rei anatomice peritis uocatur caruncula quædam in fine palati ad fauces dependens inter tonsillas, quam alio nomine columellam appellamus. Varro. lib. 2. de re rust. c. 3. uidetur posuisse pro colli parte anteriore, quam & Guttur appellat. Collo, inquit, breui, gurgulione longiore. Rursus Gurgulio, uermis quidam, qui in horrets nascens frumentum absument, γαργαλις, sic dictus, quod totus sit guttur. Virg. li. 1. Geor. Populatque ingentem farris aceruum Gurgulio. Rectius scripseris Curculio per secundam consonantem. sic enim uerbes scripserit constat ex argumento Plautinæ comædiæ eiusdem nominis, in quo primæ uersuum litteræ Curculionis nomen expriment.

GVRGVSTIVM, stii, οὐκίδιον, & demi. Gurgustiolum, genus habitacionis angustum, a curculione uerme sic dictum. Seruius docet gurgustium esse obscuram & latentem tabernam. Cice. 1. in Pis. E gurgustio te prodire.

GVSTATORIVM, rii, crater, in quod aqua è fonte profluit. Plin. in epi. lib. 5. Gustatorium grauiorque cenatio margini imponitur.

GVSTATVS, us. [Gusto.] idem significans quod gustus, γεύσις, hoc est, sensus ille, quo rerum sapores discernimus. Ci. 2. de Na. Gustatus, qui sentire eorum, quibus uescimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua elculentis & poculentis iter natura patefecit. Hinc Degusto, delibo, labris admoueo. Sal. in Catil. Cum post execrationem omnes degustassent. Prægusto, antegusto.

GVSTO, as. [Gustare. Gal. Guster. Hisp. Gustar pronando el sabor.] libo, labris primoribus attingo. Cice. ad Gallum: Fugi in Tusculanum, cum quidem biduum ita ieiunus fuerim, ut ne aquam quidem gustarem. Per translationem accipitur pro leuiter attingere, Ci. pro M. Cælio Multos uidi, qui primoribus labris gustassent genus hoc uitæ.

GVSTVS, us. [Gusto. Gal. Le goust. Hisp. Sentido de gustar.] γεύσις, unus ex quinque sensibus exterioribus, quo saporem diuersitatem discernimus. Plin. lib. 10. cap. 71. Veræ laudis gustum non habere, metaphoricè, Cice. 3. Phil. libidinosi, auari, facinorosi, ueræ laudis gustum non habent.

GVTTA, tæ. [Goccia. goccia. Gal. Une goutte. Hisp. La gota de lo liquido que corre.] γαστριμαργός, minima pars aquæ, uel alterius materię liquidæ, quæ & stilla uocatur. Cice. de Nat. Guttæ imbrium quasi cruenta. Plin. in Ca. Dui me infelicitent, si in os meum Vini guttam inidi. Plin. lib. 31. cap. 2. Distillant guttæ in lapides durefcunt. Deminutum Guttula. Pla. in Apid. Ah guttula pectus mihi ardens asperisisti.

GVTTATIM, [A goccia a goccia. Gal. Goutte à goutte. Hisp. Corriendo gota a gota.] κατά γαστριμαργός, per singulas guttas. Pla. Cor meum guttatim contabescit.

GVTTATVS, ta, tum. [Pomellato. Gal. Tafiheté mons cheté. Hi. Gotado mandado.] quod colorem habet maculis quibusdam in modum guttatim distinctum. Mar. li. 5.

GVTTANS, tis, σαλλάζων, formâ participij habet, quasi a gutto, tas, pro guttatim stillare. Plin. lib. 20. ca. 8.

GVTTVR, turis, [Gola, canna della gola. Gal. Le gossier. Hisp. El papo d' gar guero.] γαστριμαργός, pars colli anterior. Plin. lib. 11. cap. 37. Guttur homini tantum, & liuis intumescit. Accipitur pro uia ea, qua spiritus a pulmone ad os transmittitur, quæ in homine aspera arteria appellatur. Cice. 2. de Diuina. Haud modicos tremulo fundens a gutture cantus. Virg. in Georg. Et ouantes gutture torui. Olim erat mafcu. gene. unde Inferiorem gutturem, dixit Plaut. in Aul. pro ano.

GVTVRNIVM, turnii, γαστριμαργός, uas, ex quo aqua guttatim in manus datur ab eo, quod propter angustias guttatim fluat. Fes.

GVTVROSI, [Gocciuti. Gal. Qui out gros gusfier, goiteux. Hisp. Cosas papudas o que tienen garguero.] dicuntur, quorum guttur tanquam spongia quædam intumescit, quod uitij genus Græci βρογχικήλω, appellant, cum scilicet inter cutem & asperam arteriam, aut etiam in alia colli parte tumor nascitur. cui uitio peculiariter obnoxii accolæ alpium sunt, qui aquam bibunt ex inue resolutam. Vlpian. de ædilit. edicto: Si quis natura guttorosus sit.

GVTVS, ti, γαστριμαργός, poculi genus angusto collo, quo in sacrificiis utebantur. Plin. li. 6. Curius iurauit, se ex præda nihil attigisse, præter guttum fagineum, quo sacrificaret. Erat etiam Guttus, ualis genus, in quo oleum asseruabatur. Gellius. Guttum Samium ore tenus impudens inanem, tanquam inesset oleum, assert. Vtebatur etiam gutto in balneis, ad conferuanda unguenta. Dicitur Guttus teste Var. a gutta, quod propter colli angustiam humor inde guttatim efflueret. Deminutium est Guttulus. Pla. Vt guttulam hauriret ex guttulo.

*GVARYS

G A N T E Y

*GYRVS,ri,fœm.gen.γύρως,Insula est maris Aegæi. Virg.3.Aen.
 *GYAS,viri Troiani nomen.Virg.5.Aen.
 *GYGÆVS Lacus,Lydæ Lacus est,stadis 40.a Sardibus distans.
 *GYGEMORVS, Thraciæ mons est,apud Plin.
 *GYGES,γύγης,nomen viri proprium,qui cæli & terræ filius fingitur, gygas maximus & centimanus,frater Briarei.sunt tamen qui Briareum,Gygen,& Aegeona eosdem putent. Ouid.4. Trist. Centimanumque Gygen,seu bouemque uirum. Alius fuit Gyges quidam Lydus,cui cum Gandaules rex uxorem suam nudam ostendisset,illa aduersus maritum indignata,Gygem ad eadem eius impulit,se sequere cum regno Lydæ illi tradidit. Historiam hanc uide latius apud Herodotum lib.1. de hoc Gyge sic scribit Cic. lib.3. de Offic.Hinc ille Gyges inducitur a Platone, qui, cū terra discessisset magnis quibusdam imbris,in illum hiatus descendit, æneumque equum (ut ferunt fabulæ) animaduertit,cuius in lateribus foræ essent: quibus apertis hominis mortui corpus uidit magnitudine inuisitata,anulumque aureum in digito: quem ut detraxit,atque ipse induit, tum in concilium patiorum se reiecit ibi cum palam eius anuli ad palmam conuerterat, a nullo uidebatur, ipse autem omnia uidebat: idem rursus uidebatur, cum in locum anulum inuerterat. itaque hac opportunitate anuli usus, reginæ stuprum inculit, eaque adiutrice regem dominum interemit, sustulit que quos obitare arbitrabatur, nec in his facinoribus eum quifquam uidere potuit: Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydæ. Hæc Cic.
 *GYMNAS,adis,g.fem.[Esercitiu.Gal.Exercice.Hisp.Exercitio.] γυμνάσιον, exercitium. Stat.4. Syl. Therapna resolutus gymnade Pollux, Idem 1. Achil.
 *GYMNASTIAE, Insulæ sunt, quæ Baleares .i. Maiotica, & Minorica dicuntur. Plin.
 *GYMNETES, populi Aethiopum, Nigritis, & Pharis vicini. Plin.
 *GYMNASTIARCHVS, uel Gymnastiarcha, γυμνασιάρχης, præfes gymnasij, id est, in qua Athletæ nudi exercebantur. Cic.6. Verr. Demetrius Gymnastiarchus. Accipitur & pro ludi litterarii præfeto.
 *GYMNASIVM, nalis, [Luogo da esercitarsi. Gall. Lieu d'exercice. Hisp. Lugar donde s'exercitan.] γυμνάσιον, locus est, in quo sit aliquid exercitij, ἀπὸ τῆς γυμνάζειν, ab exercendo: unde apud ueteres loca illa, in quibus palæstricæ nudi exercebantur, peculiari nomine gymnasia sunt. Plau. in Amph. Omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia. Verum postea Gymnasium pro ludo litterario, & omni loco, in quo fiat aliquid genus exercitationis, sumi cœpit, cum philosophi gymnasia tenuerint, & in illis disputauerint. Cic. de Or. Clamabant credo omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scolæ, sua hæc esse omnia propria. Plin. in ep. Gymnasij indulgent Græculi. Vnde apud Rhetores: Pro gymnasiata dicuntur, id est, exercitationes quædam in dicendo, antequam aduersas actiones descendant.
 *GYMNASTICA, sticæ, γυμναστική, ars seu doctrina, qua pueri exercentur, disciplina exercitationis. unde Arist. præcipit li.8. Politic. Adolescentes gymnasticæ & pædottoricæ uacare debere, ut ita fiant exercitatores, firmioresque. Plato lib.7. de L. Gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet, eamque diuidit in saltationem, & luctationem.
 *GYMNASTICVS, a, um, γυμναστικός, quod pertinet ad exercitium. Plau. in Rud. Pro exercitio gymnasticæ & palæstricæ.
 *GYMNICI LVDI, [Lotta.] ἀγῶνες γυμνικοί, dicti sunt, in quibus se nudi atque uncti exercebant palæstricæ; a Lycaone in Arcadia primum inuenti. Plin. lib.7. c. 56. Gymnicos ludos etiam Romæ editos fuisse a Nerone, testatur Suetonius in uita eius.
 *GYMNICVS, a, um. Cic. de Inuen. Gymnicum certamen.
 *GYMNOSOPHISTAE, γυμνοσοφισταί, philosophi Indorum sic dicti, quod nudi in siluis agent, uoluptatum omnium expertes, quibus mortalium uita corrumpitur. Plin. lib.7. cap. 2. Philosophos eorum quos Gymnosophistas uocant, ab exortu ad occasum peritære, conuolutes solem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis insistere. Ferunt Alexandrum Magnum, cum in Indiæ expeditione ad gymnosophistas penetrasset, grauissime ab illis fuisse increpitum, quod mortalis cum esset, mortali tamen sorte non contentus, totum Orientem latrocinijs infestaret. De his Cic. Tusc. 5.
 *GYNÆCEVM, celi, pen. produc. γυναικείον, locus secretior in ædibus, ubi solæ mulieres habitant. Græci enim mulieres γυναικας, uocant. Plautus in Molt. Ad eam rem facere uult nouum gynecæum. Cicero 2. Philipp. Syngrapha facta est in Gynæceo. Pro eodem etiam dicitur Gyneconitis, γυναικονίτις, Aemilius Paulus: Mater familias in Græcia neque in conuiuio adhibetur, nisi propinquo- rum, nec sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ Gynæconitis, appellatur.
 *GYNDES, fluius maximus Assyriorum, secundum Euphratem.
 *GYPSATVS, a, um. [Ingeffato imbiancato. Gal. Plâtre. Hisp. Cosa enyesada

cubierta de yesso.] γυψάτος, gypso illitus. Tib. lib. 3. eleg. Barbara gyplatos ferre catasta pedes. Col. uala noua, sine pice, operculata & gypfata. Ouid. 1. Am. eleg. 8. Despicie gyplati crumen inane pedis. Cic. in ep. ad Treb. Quibus Medea manibus gyplatissimis per suauit, ne sibi uitio uerterent, quod abellet a patria. Pro, manibus medicamentis ueneficij, infectis.
 *GYPSEVS, Aethiopiæ insula, apud Mart. lib. 3.
 *GYPSVM, phi, [Gesso. Gal. du plâtre. Hisp. Yesso.] γύψος, materia est calci similis ex lapidibus exultis ut plurimum confecta, quia tectoria parietibus inducuntur, & signa arte plastica conficiuntur. Plin. libro 36. cap. 24. Cognata calci res gypsum est. Iuuenal. Satyr. 2. Quamquam plena omnia gypso Ghyppii inuenias: Plura eius genera sunt, nam e lapide coquitur, ut in Syriæ, & Thurijs, e terra foditur, ut in Cypro, & Perrhæbis: e summa tellure & Tymphaicum est.
 *GYRO, as, [Girare. Gal. Tourner en rond, entortiller rondement. Hi. Ha. Zerbuelta, enderredor.] γύρω, in gyrum uertor. Vnde Regyro, p. p. quod est in gyrum reflecti. Varr. Quam non solum a lateribus per fenestras, sed etiam subtus a solo uentus regyrare possit.
 *GYRTON, nis, siue Gyrtone, næ, γυρτόν, Ptolemæo, γυρτόν, Stephano Perrhæbiæ opidum, ut Stephano placet, ita dictum a Gyrtone Phlegiæ fratre. Ptolemæus Gyrtone in Stymphalia Macedonia regione, Plin. in Magnesia collocat.
 *GYRVS, ri, [Giro, circuito. Gal. Vn tour, ou tornoymement, & entortillement, rondeur. Hisp. Buelta enderredor.] γύρος, circumuolutio in orbem ambitus, circuitus, circulus. Virg. 5. Aeneid. Septem ingens gyros, se prena uolumina traxit. Ducere seu compellere in gyrum, est angustis quibusdam limitibus coartare: & non finire latius euagari, quæ translatio tracta est ab equis, qui cum freno discunt parere, non in liberum ducuntur campum, sed in spatium aliquid angustius, ubi sapius sit flectendum, quod & ipsum gyros appellatur. Ci. 3. de Or. Ex ingenti quodam oratore, immensoq. campo in exiguum sane gyrum compellitis. Idem 1. Off. Homines secundis rebus effrenatos, sibi præfidentes tamquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.
 *GYTEVM, opidum Achaiz ad Maleum promontorium: quod Hercules, & Apollo condiderunt. huius meminit Liu. & Plin.

DE LITTE R A H



FINALIS in syllaba esse non potest, præterquã in Ah, & Vah, interiectionibus, quæ uel per apocopen dictæ sunt, cum completæ sint Aha, & Vaha; uel, quia abscondita uoce solent profertur interiectionis. Iungitur autem uocalibus omnibus, & quatuor consonantibus, scilicet, c, ut Chreues: p, ut Philippus: r, ut Pyrrhus: t, ut Thraso, & hoc ut ualentius sonet dictio. Ante Ciceronis tempora, ut ipse in Orat. testatur, solis uocalibus addebatur aspiratio, non autem consonantibus, quemadmodum hodie: quorum etiam prononciationem ipse aliquandiu se fuisse fecutum fatetur. Quia ego ipse (inquit) cum scirem ita maiores locutos esse, ut nusquam nisi in uocali aspiratione uterentur: loquebar sic, ut Pulcros, & Cetegos, Triumpos & Cartaginem dicerem: aliquando, idque sero, conuicio arium cum mihi extorta ueritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reuertuui. Gell. etiam lib. 2. cap. 3. auctor est, in plerisque Latinis dictionibus præter etymologiam rationem, addi aspirationem, quod crederent sonum firmiterem reddi & uegetiorem: idq. exemplo Atticorum, qui citra morem ceterarum Græciæ ciuitatum multas dictiones aspirant. Aspiratio autem (ut idem Gellius auctor est) non solet litteris interferri, quemadmodum nos hodie facere consueuimus, sed more Græcorum supra litteras annotari: quod & ipsum se uidisse affirmat, in quodam uetustissimo codice, quem Virgilij autographon fuisse putat.

H A N T E A

HA, interiectio est corripientis, siue admonentis, ne quid fiat, neque quis in re cœpta progrediatur. Plaut. in Molt. Ha caue, ne illi obiectes nunc in ægritudine Te has emisse.
 HA, HA, HE, interiectio ridentis est. Terent. in Eun. Ha, ha, he. THH. quid ridet?
 HABENA, næ, p. pr. [Briglia. Gal. La rene d'une bride. Hisp. La rienda para templar el freno] ἵνιον, ἀγῶνός, ἴπυ τὰ γῶνός, retinaculum & lorum illud quo equi reguntur, & cohibentur. Virg. lib. 9. Aen. Ipse ter adducta circum caput egit habena. Sumitur etiam Habena pro profertate, & facultate. Idem 12. Aen. Iratum que omnes effundit habenas. Vbi Seruius: Habenas, potestatem, facultatem, Cic. 1. de Or. Senatum seruire populo, cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem, quasdam habenas tradidisset. Rerum habena traduntur Hasdrubali. Silius lib. 1.
 HABENTIA, æ, [L'haure.] ἔσθια, ab antiquis usurpatum est, pro uitijs

diuitias ab habeo, sicut a sapio, sapientia. Claudius seprimo An-
nal. ut citat Nonius, Verebar etiam, ne animos eorum inflare ha-
berent.

HABENULA, [x, diminutiuum. Celsus libro seprimo cap. uigesimo. Ab
ora ueneris, dimenda habenula paulo latior est, quo maior
piaga fit.

HABEO, habes, hui, bitum, [Hauer. Gal. Auoir, tenir. Hissp. Auer o tener.]
ē x, n potestate teneo, possideo. Vi g secundo Acnei. Hottis ha-
bet muros. Per translationem ponitur pro tenere, Sal. in Iuga. Sa-
le periculum resp. haud occultum habuit. Pro facere: Idem in Ca-
til. Comitibus habuis, conules declarantur M. Tullius, & C. An-
tonius. Pro Idem: Neque cuiquam mortalium mutua suæ parua
uidentur: multi eas grauius æquo habuere. Pro deuinere, Idem:
Quæ res eos magno diuinoque bello inter se habuit. Pro cre-
dere, existimare, Ter. in And. Semper eius dicta atque habita est so-
ror, hoc est, existimata & reputata. Pro habitare, Sal. in Catil. Fal-
sa existimans, ea quæ de inferis memorantur, diuerso timore ma-
lo a bonis loca tætra, occulta, fæda atque formidolosa habere.
Pro intelligere, Teren. in Heau. Habet omnem rem. Habere fru-
stra, decipere, & deludere, Plau. in Amph. Is aduenientes seruum,
ac domum frustra habet. Nihil p. ubi habere, hoc est, nihil pende-
re, nō iocare, Habere honorem, exhibere. Ter. in Eunu. Hic tibi
pro eo monere honos est habitus ab eo. Accipitur & pro tracta-
re, Teren. in Heau. Nunquam scis habui illam, ac si ex me nata
esset. Bene habere, idem est, quod bene ualere, & incolumen esse:
sicut Male habere, infirmum, & agrorum esse. Bene habet: uel
Male habet: uel etiam sic, Res bene: uel male, habet: hoc est felici-
ter, uel infelicitate cedit. Liu. libro seprimo ab Vrbe. Bene habet,
ræta sunt fundamenta. Bene habeo, bene ualeo, uel incolumis sum.
Cic. in epist. Tullia nomina ualeat, Teren. in Ambr. bene habuit. Idē
Habet, per se positum significat percussus est, ut Donatus inquit,
& proprie de gl. d. atoribus dicitur, quod prius alij sanguinem uide-
ant, q. am illi sententia se percussos esse. Teren. in And. Certe cap-
tus est, habet. Sat habeo, id est sufficit. Cas. 3. Bel. Ci. Nostris ue-
ro quibus habebant sine detrimento discedere. Quandoque
habere est, tenere, detinere, ut est illud Sal. in Catil. in custodijs
haberentur. Quin loque præbere, exhibere, ut apud eundem in
Ciceronem: Ita largitionibus corruptus est, ut sese ac fortunas
suas uenales habeat. Habere gratiam, uel gratias, in animo est,
cum memorem accepti beneficii mentem, animumque habemus,
& inuicem gratificandi uoluntatem. Cic. Nec enim mihi gra-
tiam modo habuisti, uerum etiam conuulsi sume retulisti. Idem:
Maximas tibi Panfas gratias & habemus, & agere debemus. Ha-
bere iter, est proficisci. Habere uerba, est loqui, Habere fidem
uerbis, est credere. Teren. in Andr. Nam propemodum ha-
beo tibi iam fidem. Habere rationem salutis, honoris, rei fami-
liaris, est habere respectum. Sed si cum ablatiuo construatur me-
diante Cum, ut Habere rationem cum re aliqua, Idem est, quod
habere negotium & conuercium. Cic. in Catil. Rem habet cum
terra, quæ nunquam recusat imperium. Et ad Attic. Cum om-
nibus Musis rationem habere cogito. Habere rem cum mulie-
re, est coire. Habere rem cum aduetario, est litigare. Habeo
conuenire, habeo polliceri, habeo audire, pro conueniendum
est mihi, pollicendum, audiendum. Cic. Lent. Tantum habeo
polliceri, Idem in Catone. Neque eos solum conuenire habeo,
quos mihi, sed etiam quos auili & legi. Idem in Ora. Audire ha-
beo, quid hic sentiat. Vide Val. in libro quinto Susque deque
habere, uel Susque deque ferre (ut oq. te enim modo dicimus) est
æquo animo ferre, & non magni pendere, & pene idem cum eo,
quod Græci dicunt, ἰσχυροῦς, Pla. in Amph. Ea quæ sunt facta,
infecta esse acclamatur. Quæ neque sunt facta, neque ego
in me admitti, arguit. Atque id me susque deque esse habituram
putat. Huius uerbi composita sunt, Adhibeo, Cohibeo, Exhi-
beo, Inhibeo, Præbeo, Prohibeo, Perhibeo, Poss habeo, & Redhi-
beo, de quibus suis locis. Agre habere, idem quod ægre ferre.
Liu. seprimo ab urb. Ita ægre habuit, filium, id pro parente au-
sum, Sicuti pleraque mortalium habentur: hoc est ut solent acci-
dere rebus hominum. Sal. in Catil. Habere delectum, id deligere.
Cic. 3 de Fin. Cum enim uirtutes hoc proptium sit earum rerum,
quæ secundum naturam sint, habere delectum. Delectum militum
habere est, cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cas. 1. Bel.
Ciu. Tota Italia delectus habetur, arma imperantur, &c. Habere
in delicijs, uehementer amare. Cic. 1. de Diuin. Simia, quam rex
Molossorum in delicijs habebat, & sortes ipsas, & certa quæ erant
ad sortem parata, disturbant. Habere derelictum uineam id est
relinquere in cultum. Gell. libr. quarto cap. 12. Si quis arborem
suam uineam que habuerit derelictam. Habere pro derelicto oppi-
dum aut regionem, est curam eius nullam gerere. Cic. Ad Attic.
libro octauo. Id ego in eam partem accepi. hæc oppida, atque
oram maritimam illum pro derelicto habere. Habere despica-
tum pro spernere, & contemptum habere, Teren. in Eunu. quæ nos

nostram me adolescentiam Habent despiciam. Habere despica-
tum, pro despiciam. Plaut. Men. Quando tu me bene merentem
tibi habes despiciam. Habeo dictum, pro dixi. Plau. Persa: Sa-
tis iam habeo dictum. Habeo dicere id est habeo, quod dicam.
C. de Natu. Deo Hæc fere dicere habui de N. tu. Deo. Idem de
Parti. Quod habes igitur de causa dicere. Habere dignitatem
alicui hoc est alicuius dignitatem plurimum facere. Plin. in Pane.
Ita se habet. Cic. de Sen. Quod quibus, in ita se haberet, ut ani-
mi immortales essent, haud optimi cuiusque animus maxime ad
immortalem gloriam intererit. Habere pensi, Sal. in Catil.
Prorsus neque dicere, neque facere, quicquam pensi habebat.
Periculum habere, esse in periculo, Colum. libro 12. cap. 21. Po-
tius habere pro præferre. Cas. primo Bel. Ciu. Semper te respu-
commoda priuatis necessitudinibus habuisse potiora. Habeo in
Promptu, hoc est, prompta est mihi de hac re memoria, Cicer.
quarto Aca. oportet igitur & ea quæ pro peripicuitate respon-
deri possunt, in promptu habere. Sic habeto, id est ita tibi per-
suadeto, uel pro comperito teneto. Cic. ad Tiro. Sic habeto,
mi Tiro, neminem esse, qui me amet, quin idem te amet. Ha-
bere statua, id est in statuis agere. Liu. secundo Bel. Mac. Ibi statui-
us rex per aliquot dies habitus, fluctuatus animo est. Habere su-
spectum. Liu. quarto de Bel. Pan. Quia & ipsum ut ambigua fidei
uirum suspectum iam pridem habebat. Habere sibi res suas, ru-
bebat uxor, quæ a uiro repudiabatur. Cicer. sexto Phil. Il-
lam suas sibi res habere iulsi. Sic habendum est, hoc est, ita
intelligendum. Cic. de Amic. Sic habendum est, nullam in ami-
cicia pestem esse maiorem, quam adulationem, blandicias, adlen-
tationem.

HABESSIT, pro habeat, antique dictum. Ci. 2. de Leg. Separatim ne-
mo habessit deos neue nouos, sed ne aduenas, nisi publice ascitos,
priuati colunt.

HABILIS, le, [Habile, atto, accotio, conueniente, destro. Gal. Habile, seant,
propre & bien conuenant. Hissp. Cosa habil para tener o tratar.] & ομο-
σος, ἁπλοῦς, quod est aptum & optime quadrat. Virg. 6. Ae. Nan-
que humeris de more habilem suspenderat arcem Venatrix. Ci-
ce. 1. de Orat. Si mihi calceos Sycionis attulisses, non uenerer, quæ-
uis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent uiriles. Huius
contrarium est, Inhabilis, ineptus, indecens, quasi parum habilis,
hoc est, minus aptus.

HABILITAS, [De Pre. 2. Gal. Habilitate, proprietate, seance & conuenance.
Hissp. Habilidad, conueniencia.] εὐαρωγία, conuenientia, aptitudo.
Cic. de Leg. 1. Omitto opportunitates, habilitatesque reliqui cor-
poris.

HABIBILIS, [Habibile,] οἰκήσιμος, quod habitari potest. Cicer.
1. Tuscul.

HABITATIO, [Habitatione. Gal. Habitation, demourance, maison à demou-
rer. Hissp. Morada] οἰκισμα, οἰκισις, pro loco, quem habitamus. Cicer.
Memmo. Pro te ate, ut ei de habitatione accōmodes. Col. 1. 2. Val-
lico iuxta inuam fiat habitatio.

HABITATOR, [Habitor. Gal. Habitant. Hissp. Morador.] οἰκιστῶν, pro
m. la. Luc. b. primo: Rarus & antiquis habitator in urbibus errat
Hesperia. Cohabito, Inhabito. Cic. de. Natu. Incolæ, atque habi-
tatores.

HABITOR, [Pis. gr. sso.] id est, obefior. Plaut. in Epid. Corpulentior
hercle atque habitior, id est pinguior. Teren. in Eunu. Si qua habi-
tator paulo.

HABITISSIMVS, pinguius. Gel. lib. 4.

HABITO, as, p. c. [Habitare, dimorare. Gal. Habiter, demourer. Hissp. Mo-
rar.] ἔξ, trequentatium est ab Habeo: unde etiam quandoque
cum accusatiuo constructur, quem admodam primitiuum. Virgil.
2. Eclog. Atque humilis habitare casas. Teren. in Andr. In hac ha-
bitasse platea dictum est Chrysidē. Huius passiuum in tertia per-
sona protulit Virgil. lib. tertio: Effuge, cuncta malis habitantur me-
nia Graus. Inter habitare autem & Comorari hoc interest, quod
hoc sit ad comperis, illud uero perpetuum, quanquam hæc differen-
tia sepe confunditur. Habitare etiam antiqui acceperunt pro stre-
quenter uel passim habere. Var. lib. 16. Rerum diuin. ut citat Non-
nius: Hoc modo antiquos secundis rebus comas habitasse. Tecum
habita, pro uerbij speciem habet, pro eo quod est, domi tuæ, habi-
ta, & tuo te pede utire. Persius Saty. 4. Tecum habita, ut no-
ris, quam sit tibi curta supellex. Hoc est, domi tuæ uiuio, ut in-
telligas, quam tenuis sit tua fortuna. Tractum uidetur ab aulicis,
quibus, cum alienis opibus, ut suis intumescant, domi nihil est
miserius.

HABITUDO, dinis, [Habitudine, complexionē, Gal. Habitude, estatet et dispo-
sition. Hissp. Disposicion de cuerpo, habilidad, ἕξις, ipse corporis habitus,
quem Barbari uocant complexionem, li 4. ad Herennium: Corpo-
ris bonam habitudinem tumor imitatur sepe.

HABITVS, us, [Habito, qualitas, forma. Gal. conenance, port, estat et dispo-
sitione. Hissp. Habito, qualidad.] ἕξις, qualitas, & forma est cor-
poris, & cuiuscunque rei. Cic. de in. en. Iustitia est habitus animi.
Pla.

Pla. Qualis habitus oris. Virg. lib. 1. Gæ. Cultusq. habitusq. locorum. Accipitur etiam pro cultu corporis, uestiumq. ornatu. Vnde habitus ienicus, habitus militaris, habitus religiosus dicitur. Plau. Quis habitus iste tam proluxus? Plin. Qui ad nos lugubri habitu uenerat. Habitus, ἔθνος, est promptitudo frequentatis actibus collecta: & a philosophis definitur, quod sit alienius rei, siue in animo, siue in corpore natura concepta, sed usu corroborata & plena perfectio.

HABITVS, TA, RUM, [Habitus. Gall. En, qu'on a en. Hisp. Tenido.] participium a passivo Habeor, quod uarias habet significationes, quæ admodum a uerbum, a quo descendit. Plin. lib. 16. c. 24. Ut mirum sit, nullum honorem habitum ei. Interdum, affectus. Ter. in Heaut. Ut patrem tuum uidi esse habitum. Aliquando idem quod existimatus. Cæf. 7. Bel. Gal. Hic summo in Aruernis natus loco, & magna habitus auctoritate. Interdum de pingui est, & bona totius corporis habitudine dicitur. Sed hac significatione nomen potius est, quam participium.

HAC, [Per di. quæ. Gal. Par. ci. parici. Hisp. Aqui donde yo estoy.] aduer. motus per locum. Ter. in Eun. Ite hac uos omnes.

HÆTENSVS, P. C. [Fin qui fino a qui. Gal. jusques ici, jusques a present, jusques a maintenant. Hisp. Hasta a qui, tiempo o lugar.] ex hoc aduerbio, & tenus compositum, μέτρον ἕως οὗ, ἕως τῶν ταύτων, idem significat quod hucusque. Cic. de Amic. Hactenus mihi uideor de amicitia quod sentirem, potissime dixisse.

HADRIA, [Hadria.] ἄδρια. Suidæ & Stephano secundus Europæ finis, inter Lacinum Italiæ, & Acroceranium Ipiri promontorium irrumpens dextra Macedoniæ partem, Dalmatiam, Illyricum, & Iriam: sinistra Apuliam, Fretætauos, Picens, & Venetos alluens. Luc. lib. 5. Sonat Ionio uagus Hadria ponto. Fuit item Hadria oppidum in finibus Piceni, Romæ in urui colonia, VII. M. pass. a mari distante a qua uicius ager Hadrianus dicitur est.

H A N T B A E

*HÆBVDÆ, P. P. ἄβυδα, Iusulæ sunt quinque inter Caledoniam, quæ Scotia dicitur, & Thulen.

HÆDILIA, [Le stable de capretti. Gal. Estable à cheureaux. Hisp. Chibital donde se acogen los cabritos.] ἕδριος καίαι, sunt hædorum stabula, quæ ratione etiam dicuntur Caprilia, Ouilia, Porcilia, Equilia, & his similia, quod in his ea animalia continentur. Hor. 2. Car. Ode 17. Nec Martiales hædilia lupos. Vbi Acron, Hædilia septa hædorum per continens, id quod continetur, σπυρικὸν ὄχις.

HÆDILLVS, &

HÆDINVS, A, VM, [Di capretto. Gal. De cheureau. Hisp. Cosa de cabrito.] ἕδριος, nomen possessiuum, ut Caro hædina, quæ est ex hædo.

HÆDINÆ pelliculæ. Cic. pro Mur. At ille homo eruditissimus, ac Stoicus strauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos.

HÆDVLVS,

HÆDICVLVS, ἕδριον. Pla. in Afin. Dic igitur me tuum passerulum Gallinam, coturnicem, agnellum, hædillum. Iuu. Sat. 11. E Tiburtino ueniet pinguis ager Hædulus.

HÆDVVS, DI, [Capretto. Gal. Un cheureau. Hisp. Cabrito, hijo de cabra à cabron.] ἕδριος, siue, ut alij scribunt Hædus, est fœtus capræ. Qui per æ, diphthongum scribitur, uolunt dictum esse Hædum ἕδος τῶν αἰδίων, hoc est, a tetticulis. Alij uero qui per œ, scribunt, a lingua Sabina eius originem petunt. Illi enim Hædum dicebant, quod Romani dicebant fœdum. Cic. de Sen. Villa abundat porco, hædo, & agno. Virg. 1. Eclog.

Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos.

HÆMATITES, P. P. αἱματίτης, lapis est durissimus, rubore adeo saturato, ut niger uideatur, coti tamen attritus rubedinem manifestam ostendit sanguinis coloris simillimam. Quattuor fere enumerantur hæmatitæ differentiæ, duritie tantum distinctæ, & colore magis minusve nigricante. Optimus tamen est, teste Diosc. qui friabilis est, & in quædam quasi fila potest secari. Nomen habet ἕδος τῶν αἱμάτων, hoc est a sanguine, uel quod totus concreto sanguini similis sit, uel quod coti madefactæ attritus, facultatem habeat sistendi sanguinis. Vide Gall. lib. 9. Simp. medi. Diosc. Mater. med. li. 5. & Plin. lib. 37. c. 16.

*HÆMODES, mons Lyciæ. Meli. lib. 1.

*HÆMON, Thebanus iuuenis, Creontis filius. Strat. Theb.

HÆMVS, αἱμός, (Suidæ) mons est Thessaliam a Thracia diuidens, sic dicitur ab Hæmo & Boreæ & Orithyæ filio. In hoc monte Martis domicilium constituerunt Poetæ. In eius montis radicibus sunt amœna illa loca, quæ Græcis Tempe dicuntur. Lucan. Tunc liquitur Hæmus Thracius.

HÆREDITARIVS, A, VM, [Hereditario. Gal. Venant par succession, d'heritage. Hisp. Pertiniente a la herencia.] κληρονομικός, κατὰ κληρονομίαν κατ' ἴδω, quod ad hæreditatem pertinet. Cic. 6. Ver. Simul cum cereris Chelidonium hæreditarijs ornamentis ponetur. Hinc Bona hæreditaria, & Successio hæreditaria. Morbos etiam hæreditarios uocamus, qui parentum uitio nobis obtingunt.

HÆREDITAS, ATIS, [Heredità successione. Ga. Heritage, héritic successione]

aux bien du trepassé. Hisp. Heredad ó la herencia.] κληρονομία, successio est in uniuersum ius, quod defunctus habebat tempore mortis. Et apud antiquos diuidebatur in duodecim uncias, quæ assis nomine continentur. Ci. 1. Off. Optima autem hæreditas a patribus traditur, liberis omnique patrimonio præstantior gloria uirtutis, rerumque gestarum.

HÆREDIVM, redij, χερσίον πατρικόν, paruum prædium, quod nobis ex hæreditate prouenit. Varr. lib. 1. de re rust. cap. 10. Plin. lib. 19 cap. 4.

HÆREO, ES, SI, SUM, [Essere strettamente congiunto ó unito. Gal. Tenir contre, herdre, estre joint.] ἄπομασ, συμφορμασ, arte rei insidioso, & coniunctus sum. Virg. 2. Ac. Hærent parietibus scælæ. Et quoniam qui in aliqua re dubitant, non mouentur: ideoq. hæreere, ac suspensum esse uidentur: factum est, ut Hæreere aliquando ponatur pro dubitare, & ancipitem esse, Terentius in Eunuc. Hæreo quid faciam. Cicero in Ant. Hærebat nebulosus, quo se uerteret, non habebat. Quandoque simpliciter esse uel insidere, Terentius in Hecy. In te hæret omnis culpa. Virg. lib. 4. hærent infixi pectore uultus. Huius uerbi composita sunt Adhæreo, affixus, uel coniunctus sum. Liu. lib. 2. cum in scuto tela hæssent. Cohæreo, simul hæreo, coniungor, & conuenio. Laet. lib. 2. Ea enim quæ est Solis calore, flagrantior, proxima est, & cohæret Orienti. Hinc Cohæresco. Boetius in Top. Cic. ut adiunctis sibi cohærescunt. Inhæreo, a quo Inhæresco: de quibus alibi.

HÆRES, DIS, GENER. COMMUNIS, [Herede successore. Gal. Heritier, successeur. Hisp. heredero.] κληρονομία, qui defuncto succedit in ius uniuersum quod habebat, ab Hæreo, quod qui hæres est, hæret; hoc est, proximus est illi, cuius est hæres. Quidam tamen hoc nomen ab Herus deriuant, quod dominus fiat bonorum, quæ ad eum proueniunt. Hæres enim apud ueteres, auctore Festo, dominus dicebatur. Hor. 2. Serm. Sat. 3. Ut hæres iam circum loculos uel clauis, ætus, ouanque Curreret. Ouid 6. Met. Et auiti nominis hæres Fantalus. Cic. pro Quinct. Hæredem teitamento reliqui hunc P. Quinctium. Secundus hæres dicitur, qui hæredi instituto substituitur, ut inquit Boetius in Commen. in Topic. Ciceronis, ea lege, ut si prior hæreditatem non adeat, deoluatur ad secundum. Cic. 5. de Inuen. Qui patris pupilli hæres secundi sunt. Hæredes arboris pro sarculis, & ramis. Plin. lib. 16. c. 37. Cæsarq. densius in numero hærede profuit. Hinc Cohæres, qui simul hæres institutus est, cum altero, Exhæres, qui extra hæreditatem est, id est, qui hæreditate primatus est, ἄκλιρονός μοσ.

HÆRESIS, IS, P. C. [Heresia, secta. Gall. Opinion confirmée soit en bien ou en mal, secte heresie. Hisp. Opinion confirmada en buena ó en mala parte, secta heresia.] ἕρσις, hæca dicitur est, qua optio, uel electio, & secta significatur: ab ἕρσις, quod significat eligo, uolo, expeto. Vnde sumitur pro opinione tenaci & confirmata de aliquo dogmate, & sententia, in qua persistamus electa, Cicero in Parad. Caro in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis. Hinc componuntur Diæresis, διαίρεσις, diuisio: Aphæresis, ἀφαίρεσις, ablatio: Synæresis, συναίρεσις, coniunctio. Hæresiarca hæreticorum princeps. Hæreticus proprie dicitur, qui est alienius opinionum, uel sectæ. Vnde a Theologis hæretici dicuntur, qui sectam aliquam diuersam a recepta religione aut instituant aut sectantur.

HÆSITANTIA, TIZ, [Balhutimento. Gall. doute, arrest, qu'on ne peut passer. Hisp. Obra de dudar.] ἕσσησις, titubatio, balbuties, & difficultas explicandi, quod sentias Cicero in Philipp. 3. Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

HÆSITATIO, ONIS, [Dubitatione, dubbio. Gall. Arrest, ó doute, doutance. Hisp. Duda.] ἕσσησις, pro dubitatione, cunctatione & perplexitate. Cicero Appio Pulchro. Noli ignoscere hæsitationi meæ. Accipitur & pro titubatione, linguæ hæsitantia. Idem secundo de Orat. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, traustulque uerborum?

HÆSITO, HÆSITAS, PEN. CORR. [Accostarsi, dubitare. Gall. S'acoster, s'atacher, arrester. Hisp. Mucho allegarse.] frequent. ab Hæreo, ἐπιχομασ, idem idem & multum hæreo, & progredi non possum, Terent. in Phor. In eodem luto hæsitat. Vbi Hæsitare in eodem luto prouerbialiter dictum est, pro eo, quod est, ita impliciter esse alicui negotio, ut te commode explicare non possis, sed semper dissimile aut, deterius incidat. Tractum a uiatoribus, qui simul atque in luto inciderunt, cum alterum pedem conantur educere, altero erus immerguntur. Apertissime autem competit in eos, qui uersuram faciunt. Nam illi mutant quidem creditorem, ære tamen alieno se non liberant. Accipitur etiam Hæsitare pro dubitare, & sese explicare non posse. Cic. 2. de Finib. Apertendum est igitur, quid sit uoluptas; quam si explicauisset, non tam hæsitaret. Idem 3. de Or. Carbo hæsitans in maiorum institutis, rudis in iure ciuili. Hæsitare lingua, est titubare. Idem lingua hæsitans, & uoce absonus. Hæsitantia uerba, apud eundem, pro Domo sua.

HAESITATOR, rīs, [*Dubitatore, dimotatore. Gal. Qui à coute & est suspense, arresté. Hisp. El que mucho duda.*] ἀελλήτης, cunctator, & dubitator. Plin. in epi. Sum ipse in edendo hæsitator, tu tamen meam quoque cunctationem, tarditatemque uicisti.

HAGNVS, ni, [*Aguello. Gal. Agneau. Hisp. Cordero, ò borrego dentro de ano*] ἀγνός, fœtus ouis, ἀπὸ τῆς ἀγνότητος, hoc est, a puritate dictus, ut fœtus p. acet, eo quod sit hostia pura & immolationi apta. Aliibi tamen idem Festus sibi non satis constans a Græco ἀγνός, deducit, quod illis idem significat quod nobis Agnus. Varro. libr. 4. de Ling. La. originem huius dictionis ex Latino sermone repetit, agnum dictum asserens, quod ouillo pecori sit agnatus. Quicquid, id est consuetudo obtinuit; ut potius sine aspiratione scribatur. Quin ipse etiam Festus, cum a puritate deductum uelit, in eorum tamen ordinem reuulit, quæ ab a, littera initium sumunt. Hinc fit diminutiuum Hagnellus, siue Agnellus, ἀγνόν, Plau. in A sin. Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, conturnicem, hagnellum, hædillum.

HALCYON, halcyonis, [*Alcione,] ἀλκυών, auis est maritima, hyberno tempore, in mari oua pariens, pullosque suos educans: quo tempore summa est in mari tranquillitas, quam Alcedonia Pla. appellant. Fabulantur poetæ, Alcyonem Acoli filiam, & Ceycis uxorem in hanc auem mutatam fuisse: Acolumque hoc filæ suæ posteritati tribuere, ut quadiu illa pulis procreandis uacet, tandiu summa in mari sit tranquillitas. Seru. Ceycem Luciferi filium fuisse tradit & Halcyones maritimum: a qua cum prohibitus, isset ad consulendum Apollinem de statu regni, naufragio periit. Cuius corporis cum ad uxorem delatum fuisset, illa se præcipitauit in pelagus. Postea miseratione Tethyos & Luciferi conuersi sunt ambo in aues marinas, quæ halcyones uocantur. Sane sciendum est, quod cum de muliere dicimus, hæc Halcyone facit. cum de auib. hic & hæc Halcyoni, ui & hæ Halcyones. Ite autem aues nidos faciunt in mari media hieme: quib. diebus tanta est tranquillitas, ut nihil penitus in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi, Halcyonia nominantur. Hæc Seruius. Distæ autem sunt Halcyones παρὰ τὸ ἐν θαλάσσειν, hoc est, ab eo quod in mari oua pariant. Quo fit, ut prima uocalis, si originem spectemus, aspiranda uideatur. Eustathius tamen contra etymii rationem tenui spiritu notandum præcipit, adiecto etiã generali canone, quo negat uocabulũ ullum esse aspirandum, quod initium sumat ab αλ, subsequente x*

HALECVLA, Col. li. 3. ca. 17. Itaque præberi conuenit tabentes haleculas, & salibus excam calcide. Est item Halec, siue Halex, liquaminis genus, quod ex piscium intestinis confici solet. Mar. lib. 11. Qui portat gaudens ancilla paropsi de rubra Halecem, sed quã procinus illa uoret, Plin. li. 31. ca. 8. Halec imperfecta, nec dum colata. Legitur & in neu. gen. Hor. 2. Ser. Sat. 4. Ego facem primus & Halec Inueni. Plau. in Aul. Qui mihi olera cruda ponunt, halec ponunt. Vbi tamen ratio carminis clamat legendum esse Halecẽ, alioqui uersui deerit syllaba.

HALÆSA, ἡλαῖσα, Siciliæ oppidum, inter Agathyrsum & Cephalonium situm, triginta pass. M. distans ab utroque, teste Str. li. 6. Hinc deducitur adiectiuum.

***HALÆSVS**, Agamemnonis filius ex Briseide. a quo Falisci nomen acceperunt. Oui 4. Fast.

- ***HALIA**, nympha marina. Nerei & Doridis filia.
- ***HALIACMON**, flu. Macedoniæ.
- ***HALIARTVS**, uicus Bœotia.
- ***HALICARNA**, oppidum Aetoliæ.
- ***HALICARNASSVS**, urbs Caria.

***HALIEVTICA**, dicuntur libri, in quib. agitur de piscibus.

HALISINI, urbis huius incolæ. quorum meminit Plin. li. 3. c. 8.

HALITO, as, pe. co. [*Spirare, rīficare. Gal. Souent haleuer, haletter. Hisp. Soplar, echar a menudo de baba.*] ἑκ τῆς αἰσ, expiro, halitum identidem emitto. Ennius. Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.

HALITVS, halitus, p. e. [*Halito spirito, uento, stato. Gal. Haleine. Hisp. Huelgo ò acezo ò aliento.*] ἀήπιον, spiritum significat: & est nomen uerbale ab Halo, sicut spiritus a Spiro. Plin. li. 9. cap. 7. In aquas qui dem penetrare hunc uitaleem halitum quis miretur? Efflare extremum halitum. Cicer. 2. Tus. Halitus solis, id est uapor & calor Calore, Colum. Disiectum deinde protinus finum inarari & obrui conuenit, ne solis halitu uires amittat. Halitus terræ Vapore, pro uapore, qui per terræ rimulas sursum ascendit. Plin. li. 11. cap. 12. Obuius terræ halitu infestus.

***HALIZONES**, pen. pro. populi Aficæ, maritimi, Mysis, Carib. Lydis que finitimi.

HALLYCINATIO, onis, [*Errone, stupore.*] uerbale, idem significans quod error, quod stupor. Nonius ex aliquo ueterum: Vt assiduo quoscitantem uidit, atque illius quidem delicatissimas mentis & corporis hallucinationes.

HALLYCINOR, aris, [*Fallare, ingannarsi. Gal. S'abuser & se tromper, errer. Hisp. Ver conio in y y uinielias.*] παραπέρω, διαλλάω, significat ab-

errare, falli, uel etiam obstupefieri, ut Noni. docet. Proprie tamen ad oculos refertur. ut idem sit, quod in conspiciendo falli, & errare, dum alterum pro altero aspiciamus. ἀπὸ τῆς ἀλλε, quod significat aliud uel ἀπὸ τῆς ἀλλέω, quod est languere uel obtupecere, ut auctor est Cloacius Verrius apud Gel. lib. 15. c. 12. Cic. ad Att. 16. Ego tamen suspicor hunc, ut solet, hallucinari. Aspiratur (ut inquit Gel. li. 2. ca. 3.) ut sonus sit firmior & uegetior.

HALO, las. [*Spirare, mandari suori odore. Gal. Halener, friter & rendre odour. Hisp. Lichar de si baba.*] ἀπὸ τῆς ἀλλε, spiros, uel odorem emitto. Vir. 4. Geor. Inuitent croceis halantes floribus horti. Huius composita sunt Adhalo, Exhalo, de quibus supra, Vnde exhalatio, densiorum spirituum euaporatio, quæ a Cice. Halitus terræ appellatur. Inhalo, Laetan. Ira Dei: Si ceræ inhalueris.

- ***HALONE**, insula Propontidis.
- ***HALONESVS**, insula maris Aegri.
- ***HALOPHANTA**, hominum genus, nequam Nonius.
- HALTER**, halteres, p. genitiui pro. ἀπὸ τῆς ἀλλε, hoc est, a saliendo, dictus est. Sunt autem Halteres, ἀλτήρες, pilæ plumbæ, massulæve, quibus utraque manu se librabant, qui saltu certabant, ut certius assilirent. Mar. in Apoph. Quid pereunt stulto fortes haltere Jacerit? Exercet melius uinea fossa uiros.
- ***HALYATTES**, Lydia, Cræsi pater.
- ***GALYS**, fluiuius, Cræto fatalis.

HAMA, x, instrumentum ad incendium compescendum. Plin. in epi. Et alioqui nullus usquam in publico sipo, nulla hama.

HAMATVS, a, um, [*Hamato, pieno di hamo. Gal. Fait en maniere d'hamesson, garni d'hamessons. Hisp. Cosa con azuelos.*] ἀμυρισπῶτος, hamo instructum & munitum significat. Cice. 4. Acad. Hamatis, uncinatisque corpusculis. Hamata munera, quæ ita dantur, ut alia subinde dona ad se alliciant. Plin. in Epif. Hos ego uiscatis, humatisque muneribus non sua promere puta sed aliena corripere. Sagittæ hamatæ. Ouid. 3. Trist. Ele. 10. Pars cadit hamatis misere confixa sagittis. Vngues hamati. Ouid. 12. Metam. Hamatisque uiri laniauera uingibus ora.

HAMO, as, [*Pegare, torcere à guisa di hamo. Gal. Plier faire crochu en sazon d'hamesson. Hisp. Plegar, o ornar.*] ἀμυρισπῶτος, curuio: a quo Hamatus, curuatus, de quo supra. Hinc Adhamo, as, pen. pro. quod est obliquo. Cil. li. 2. Acad. Qui enim seruis honores Adhamauerunt, uix admittuntur ad eos.

HAMVLS, li, dimin. Hamulum Celsus uocat uncinum, quo chirurgi pterygion ex oculo eximunt. Celsus li. 5.

HAMVS, mi. [*Hamo. Gal. Vne cheine, un' hain, un' hamesson, croc on crochet. Hisp. Anzuelo, para pescar ò cosa seme jante.*] ἀμυρισπῶτος, catenam significat. Cicer. de Senectute, escam malorum uoluptatem appellat, quod ea uidelicet hoies capiant, ut Hamo pisces. Vir. li. 3. Ae. Loriam confertam hamis, auroque trilecem. hoc est, hamis aureis. Accipitur etiam Hamus, pro unco, ex quo piscatores escam suspendunt ad capiendos pisces. Ouid. de Arte aman. Casus ubique ualeat semper tibi pendat hamus. Præterea ad huius unci similitudine Hamus accipitur pro instrumento ferreo, quo diuitum arcæ nominatim obsepuntur. Iuuen. Saty. 14. Dispositis prædues hamis uigilare cohortem. Quo in loco hamus priorem corripit, quam poetæ omnes produciunt: aut certe dicendum erit, siliteram in dictione Prædies cum præcedente uocali absumi in qua sententia est Mancinellus. Hamus etiam aliud instrumentum ferreum significat, quo linu pectitur. Pl. lib. 19. cap. 1. Et ipsa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Hinc hamatilis. Pla. in Rud.

***HANNO**, punicum nomen. eius nominis tres illustres extitere.

HARINGA, apud Pulos significabat hostiam, quæ inde dicta erat, quod eius adhrætia inspicerentur. Auctor Festus. A Donato autẽ Haruga uocatur hostia ab hara, cui includitur.

HARIOIATIO, μαντιεία, actus ipse hariolandi. Ci. de Diu.

HARIOIOR, aris, ari, [*Profetare, indouinare. Gal. Deniner. Hisp. V deninar.*] μαντιεία, diuino. Cice. de Diu. Nec eos, qui quæstus causa hariolantur, agnosco. Idem Att. li. 8. ἠροδοῦσι, igitur nolite Attice, non ariolans ut illa, cui nemo credit, sed coniectura perpicciens.

HARIOIOLS, li, cum accentu in anrepe. [*Profeta, indouino. Gal. deuin, deuinem, Hisp. Adeuino.*] μαντις, futuram diuinator, dictus hariolus, quasi fariolus a faris, uel a fando, sicut Hanula, quasi fanula: hoc est, parua fana, aspiratione, ut plerumque fieri solet, pro f, littera postea. Ter. in Phor. Interdixit hariolus. Pla. in Cis. Hariola es, Ci. 1. de Diu. Sibyllinorum uersuum decem interpretes desertos ex ciuitate esse uoluerunt: ex quo genere sæpe hariolorum etiã, & uatum surburde prædictiones.

- ***HARMATOPOIITAE**, populi Auz. in sinu Elaitico.
- ***HARMASTIS**, Ibericæ oppidum ad Neorim amnem. Plin.
- HARMODIVS**, Aristogiton ciues Atgenienses fuerunt, quibus cum remp. tyrannide liberasset, hoc honoris a ciuib. suis tributum est, ut nemo unquam ipsorum nomine uocaretur.

HARMONIA, p. c. [*Harmonia, concordantia, concento.* Gal. *harmonie, accord, de sons differens.* Hisp. *Consonancia en la musica.*] ἀρμονία, Latine compositio, concordia, conuenientia, concentus, ὁμοτῆ ἀρμόζεν, quod est congruere. Musici harmoniam uocant inuentionem, concentumque neruorum in integros modos sine ulla offensione consonantium. Cice. Tuscul. Harmoniam autem ex interuallis sonorum nosse possumus, quorum uaria compositio etiam harmonias efficit plures. Quint. lib. 1. ca. 10. Nec illa modo contenti dissimilium concordia, quam uocant harmoniam: sonum quoque his moribus dederunt. Hæc etiam alio nomine dicitur Symphonia: Est etiam Harmonia mulieris proprium: quo nomine Gelonis filia, Themistii uxor, appellata est ab ἀρμόζω, coopto. Est præterea Harmonia, Martis & Veneris filia, Cadmi uxor, cui Vulcanus pulchrum, sed exitiale monile dedit, eo quod ex coniugis adulterio fuisset prognata Reliqua uide supra in dictione Cadmus, & apud Oui. li. 4. Met.

HARMONICVS, a, um, [*Armonico.*] ἀρμονικός, quod ad harmoniam atinet. Plin. libro 2. cap. 109. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensuræ stadia septem millia.

HARPAGO, pen. pr. in genitiuo Harpagonis, [*Vincio con che si legano le navi insieme nella guerra.* Gal. *Croc. hanet.* Hisp. *El cloque de la naue.*] ἀρπάγων, instrumentum est ferreum in sine aduncum, quo in nauibus præliis naues apprehenduntur, & tanquam in continenti coguntur dimicare, ita dictum a uerbo Græco, ἀρπάζω, quod est rapio. Est & aliud instrumentum hoc nomine, quo ea quæ in puteum uel fluuium deciderint, extrahuntur. Cuius inuentor traditur, fuisse Anacharsis Philosophus, teste Plin. lib. 7. ca. 56. Est etiam Harpago instrumentum ferreum, quod a nonnullis Canis uocatur, quo uasa uinaria constringuntur, ut commodius inducantur circi. Liu. li. 10. bel. Pun. usus est accusatiuo Græco Harpagonas. Asseres (inquit) ferreo unco præfixi (Harpagonas uocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas cœpti.

HARPAGO, as, p. p. [*Rapire.*] ἀρπάζω, rapio. Plau. in Aul.

***HARPALICE**, pen. cor. mulier, Harpali Thracum regis, filia. Virgil. 1. Aenei.

***HARPAVS**, prædonis nomen apud Cice.

***HARPASA**, orum, oppidum Asiæ, oppositum flu. Harpaso. Plin.

HARPASTVM, [*Palla del calcio.* Gal. *Vne balle, une grosse pelotte à jouer.*

Hisp. *In spramento era para arreatar.*] ἀρπαστόν, genus est pilæ, grandioris quam pila paganica, minoris tamen quam follis, ita dictum ab ἀρπάζω, uerbo Græco, quod est rapio, eo quod plures proietum harpastum conentur arripere, & extra ludi limites eicere. Nam hoc pilæ genus non repercuritur, sed cum multi ludentes in duas partes diuisi sunt, quisque annittitur pilam arripere, & ad suos, qui post se sunt uiciniores limitibus, transmittere, eiusque partis uictoria est, quæ pilam extra limites eiecerit. Laboriosum ludi genus est grandioribusque tantum conueniens. Cum enim multi simul pilam arripere conantur, in terram se inuicem prosterunt, puluereque & sudore infecti flauescunt. Mar. li. 14. Seu lentum cerama teris, tepidumque trigona, siue harpasta manu puluerulentia rapis.

HARPAX gis, uel gos, ἀρπαξ, a Syris uocatum est electrum, eo quod festucas & paleas ad se rapiat. Pl. li. 37. ca. 2.

HARPE, es, ensis in summitate falcatus, quo Mercurius usus fertur in occidendo Argo, & Perseus in amputando Medusæ capite. Oui. 5. Met. Vertit in hunc Arpen madefactam cæde Medusæ.

HARPOCRATES, p. c. ἀρποκράτης, simulacrum i sacris Isis & Serapidis erat, quod digito labiis impresso, admouere uidebatur, ut silentium fieret. Hic dicebatur silentii Deus. Reuera autem Græcus philosophus fuit Harpocrates, cuius eruditio ac præcepta in id maxime tendebat, ut silentium præcipere, & omnib. reb. anteponeret, Catul. in Gellium: Hoc ne ipsi accideret, patrum perdet puit ipsam uox rem, & patrum reddidit Harpocratem. Vbi reddere Harpocratem pronerbialialiter dictum est, pro silentium imponere.

HARPYAE, [*Harpie.*] ἁρπυγῆαι, monstra fuerunt, qualia describit Virg. li. 3. Aen. Virginei uolucrum uultus, fœdissima uentris Proluuiis, unæque manus, & pallida semper Ora fame. Dictæ ab ἀρπάζω, unde a Suda uocantur, ἀρπακτινοὶ δαίμονες, hoc est rapaces demones. Dicitur autem fuisse Ponti & Terræ filiz, ut ait Seruius: unde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes: dictæ ὁμοτῆ ἀρπάζω, i. rapiendo. Volatiles, uultu uirgineo, manibus uniceis. Alii Neptuni filias faciunt, qui fere prodigiorum omnium patrem est, nec immerito. Nam secundum Milesium Thalesin, omnia ex humore procreantur: unde est, Oceanumque patrem rerum. Hinc fit ut quotiescunque desunt parentes, redeatur in generalitatem. Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Alii autem dicunt Harpyas, filias Thaumantis & Electræ fuisse. Has Virg. tres esse dicit, Aello, Ocypeten, Celæno, quarum postremam Homerus Dodargen uocat, & ex ea Zephyrum uentum, Achillis equos, Balian uelidicet & Xanthum genuis-

se, dicit. Hesiodus tantum duas nominat, Aello uelidicet & Ocypete. De Harpyis quoque supra non nulla dicta sunt in dictione Calais: nonnulla et infra dicentur in dictionibus Phineus & Zethes. Vir. l. 3. Ae. Accipiunt Strophades, Graio sunt nominæ dictæ Insulae Ionio in magno, quas dira Celæno, Harpyæque colunt: aliæ, &c.

HARVSPEX, icis, [*Indomino, profeta.* Gal. *Deuini.* Hisp. *Aduino.*] ἱερασκοῦς, qui harugis. i. hostiis inspectis futura prædicit, μαρτυρ. Ter. in Phor. Haruspex uetuit ante brumam aliquid noui Negocii incipere. Hunc locum exponens Donatus, Haruspex, inquit, ab Hara ga deriuatur, quæ est hostia, ab Hara, in qua concluditur & eruat. Melius itaque cum aspiratione scribitur.

HARVSPICA, æ, [*Indoinatrice.* Gal. *De uinereffe.* Hisp. *Adeninadora.*] diuinatrix. Pla. in Mil. Da qui faciat, qui condiat: da quod dem Quinquatrib. Percantatrici, collectrici hariolæ, atque haruspice.

HARVSPICINA, æ, p. p. [*L'arte d'indoinare.* Gal. *L'art & science pour deuiner par la consideration des entrailles des bestes.* Hisp. *El arte de à quella deuinacion.*] ἱεροσκοπική, est ars diuinandi ex cæsis hostiarum extis. Cic. de Diu. Ut ordiar ab haruspicina, quam ego reip. causa communisque religionis colendam censco. Vnde Haruspicinam facere, est exercere huiusmodi artem. Cic. ad Lepam. Quare bono animo sint & mei, & tui familiares: neque enim erant ferendum, cum qui hodie haruspicinam facerent, in senatu Romæ legerent, &c.

HARVSPICIVM, ci, ἀρπυγισκοπία, idem quod haruspicina, id est ars diuinandi ex inspectione extorum. Catullus tamen pro ipsa arte uideur posuisse, cum ait: Nascatur magus ex Gelli, matrisque nefando, Coniugio, & discat Persicum haruspicium.

HARVSPICINVS, a, um, pe. pr. Vnde libri haruspicini dicuntur, qui de haruspicina, hoc est, haruspicium arte præcepta tradunt, Cicer. de Diu. Quod Hetruscorum declarât, & haruspicini, & fulgurales, & rituales libri nostri etiam augurales.

***HASBYTAE**, ἠσβύται, Africæ interioris populi, post Nasamones, Macis finitimi. Plin.

HASTA, oppidum in extremis Italiæ finib. Plin.

HASTA, hæ, [*Hasta, lancia.* Gal. *Lance, pique javeline.* Hisp. *Lença.*] λόγχη, ὄρου, est instrumentum illud ex ligno terete cuspide præferrata, qua milites in bello utuntur. Cice. de Fin. 2. Euelli iussit eam, qua transfixus erat, hastam. Hastam abiicere, est causæ diffidere, & contentionem relinquere. Cic. pro Mur. Vides ne tu illud tristem, demissum, & iacet, diffidit, abiicit hastas. Hastæ subicere bona alicuius, est a publica auctione, eique, qui plurimum obtulerit, adicere. Solet enim hasta figi in omnibus auctionibus: unde factum est, ut Hasta nonnunquam pro ipsa auctione ponatur Cic. Phil. octauo. Itaque hastam semper uideri cupiunt, qui nostris bonis imminent, Sub hasta subite, est uendi Plau. in Molt. Vel isti, qui trium nummorum causa subeunt sub hasta. Ab hasta fit diminutiuum Hastula, quod paruum hastam significat.

HASTARIVM, rii, [*Vendita all'incanto.* Gal. *Vente à l'encant.* Hisp. *Almo neda.*] ἡσβύταρια, uenditio auctionaria. unde Tertul. in Apolog. In hastario uectigales sumus.

HASTATI, æ, ἡσβύται, dicti sunt, qui primi in acie cum hastis cõstitui solebant: Hastatus uero primus dicebatur, qui duas centurias. i. ductos milites ducebat in acie secunda, quæ nunc Ducenarij uocantur, ut Vegetius denotat. Varro de Lin. Lat. libr. 4. Hastati milites dicebantur, qui primi hastis pugnabant. Vide in dictione Antepilanus. Ci. de Diu. Euelli primi hastati signum non potuerit.

HASTILE, lis, p. p. [*Fatto à guisa d'hasta.*] dicitur quod ad hastæ formam factum est, hoc est, lignum teres, oblongum, cuiusmodi est hasta. Ci. pro Ra. Cum denique Q. Scæuola confectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnib. captus ac debilis, hastili innixus, &c. Vir. 5. Aen. Præfixa hastilia ferro.

HAV, interiectio est mentis conturbatæ. Ter. in Eun. Hau obsecra mea Pythias, quod istuc nam monstri fuit? Interdum etiam inuenitur geminata. Ter. Adel. Hau hau mi homo, sanus ne es?

HAVD, [*Non.* Gal. *Non, non pas.* Hisp. *Nò.*] aduerb. negandi, significat non. Terent. in And. Haud mutò factum. Cic. pro Clu. Haud Hæres est Cluentius.

HAVDQAQVAM, [*In niun modo.*] ἄρῆ, hoc est, nullo pacto, uel nullo modo. Liu. 10. bel. Pun. Afrubalæ propediæ affore cui manu haud quaquam contemnenda. Ci. de Or. Haudquaquam eloquens.

HAVRIO, ris, haui, haustum, [*Tirar fuori attingere.* Gal. *Puifer & tirer.* Hisp. *Sacar à suera lo liquido.*] ἀπόουμα, ἀπ' αὐτῶν, significat proprie extrahere humorem, & educo ex profundo aliquo loco. Cic. primo de Di. Qui cum uidisset haustam aquam de iugi puteo, terræ motus, dixit instare. Idem de Clar. Orato. Si is potare uelit, de dolio sibi haurendum putet. Idem de Diui. Aqua e puteo hausta. Haurire auribus, est audire Virgil. libro quarto Vocemque his auribus haui. Haurire oculis est aspiceret. pro quo poetæ etiam interdum dicunt Haurire omisso ablatiuo. Oculis. Virg. decimo Aen. Sulpiciens haustit cælum, mentemque recepit. Accipitur etiam pro confodere, seu uulnerare Virgil. decimo Aen. Per tunicam squallentem auro latus haustit apertum. Item tenere Virg. libro 4. Geor.

Ge. Et medium sol igneus orbem Hauferat. Item defatigare. Idē Exultantiaque haurit Corda pavor pulsans. Item Exequi, implere Lucil. libro 30. ut citat Nonius: quando haurire animis Musarum, & fortia gessit. Item luere. Virgil. quarto Aene. Spero equidem medius, h quid pia numina possunt, Supplicia Hausurum scopolis. Quo in loco Virgiliū obseruato, Hausurum dici absque, pro Hausurum. Item consumo Liu. libro quinto Tam longi temporis opus incendium hausit. Haurire calamitatem, Haurire dolorem, Haurire gaudium, unde Bud. in annot. & in epitt. Huius compositum est exhaustio. Legitur etiam nonnunquam præteritum Hauriri, & supinum Hauriturum. Varro ad Cic. Cum idem quoque haurierit. Apul. li. 2. de Asino: Lagna facilis hauriri.

HAVSTO, stas, frequen. ab Haurio a quo fit compositum exhaustio. Festus: Exhaustant, efferunt.

HAEVTVS, stus, [Sorbimetro, sorbitione. Gal. Puifementi, un trait à boire. Nisp. Potaje, do beuraje, o cosa que se beba sacamiento a suera de lo liquido] αὐτλησις, sorbitio, & eductio liquoris ex aliquo loco. Col. libro 1. Si deerit defluens unda, putealis quaratur in uicino aqua, quæ non sit haultus profundi. i. quæ non e profundo puteo hauriatur, & extrahatur. Cic. pro Cæc. Aquæ ductus, haultus. Ouid. 6. Metæ. Haultus aquæ mihi nectar erit.

HAVSTRVS, stas, stium, [Consumato, deuorato. Gal. Puise, tire, englouti. Nisp. Cosa benida, gasta y tragada.] αὐτλημένος, partic. accipitur pro ab sumptus, deuoratus. Cic. de Fimb. Omnia dixit haulta esse ex fontæ Naturæ. Liu. lib. 1. Nec ferro tantum periire, sed in paludes quidam coniecti, profundo limo cum ipsi equis haulti sunt. Idem 3. Bel. Mac. Multæ naues eiecitæ, multæ haultæ mari, ut nemo in terram enauerit.

HAVSTRVM, stis, stium, teste Budæo, est Machine genus rotam habens, qua calcata aquam e puteis, uel fluminibus haurimus: quod & Tympanum uocatur. Lucr. lib. 6. Ut fluuius uersare rotas, atque haurit uidemus. Nonius tamen mauult Haurita esse ipsos cados, hoc est, siculas in huiusmodi machinis, quibus aqua hauritur.

H A N T E E

HAEVTONTIMORVMENOS, εὐτωντιμωράμενος, nomen est comediar Terentianæ, quod nos Scipium excruciantem interpretari possumus. τιμωράμενος, enim idest est quo sæuio, punio, crucio, & εὐτων, seipsum. Inducitur enim senex Menedemus seipsum excrucians, quod filium Cliniam duricia sua in militiam proficisci compulerit.

HEBDOMAS, adis, [Settimana. Gal. Vue semaine, une septaine. Nisp. La semana.] εβδομας, & Hebdomada, dæ, dicitur numerus septenarius, sicut Ogdoas numerus octonarius, & Enneas nouenarius, Decas, denarius. Cic. Tironi. lib. 16. epist. Symphoniam Lisonis uelim uitasses, ne in quartam hebdomadam incideres. Vbi per quartam hebdomadam intelligit diem uigesimum octauum; qui numerus constat ex quatuor septenariis. Septimi autem quique dies in febribus Crisimi sunt, & periculosi. Neque uero solum de diebus dicitur, sed etiam de annis, & quibuscunque rebus, quæ septenario numero comprehenduntur. Gal. Tum tibi addite quoque iam duodecim annorum hebdomadam ingressum esse, & ad eum diem septuagintaquinque librorū hedonadas scriptuisse.

HEBE, ἠβη, filia fuit Iunonis absque patre, ut Latinorum poetæ asserunt. Apollo enim cum Iunoni noueræ conuiuium in patris sui domo parasset, inter alia lactucas agrestes ei apposuit, quas cum Iuno auide comedisset, illico usque tunc sterilis prægnans effecta est, peperitque Heben, quam postea Iuppiter ob formæ elegantiam ad officium pincernatus assumpsit, deamque iuuentutis effecit. Tandem cum ipse una cum ceteris Diis apud Aethiopes comesta turus iussit, contigit, quod administrans eius Hebe pocula, perque lubricum minus caute incidens, caderet, reuolutisque uestibus oblicena ruperis monstraret: quam obrem ab officio est amota, eiusque loco Ganymedes subrogatus. Postremo Herculi in Deos relato, uxor data. Auctor Seruius. Homerus autem ex Ioue eam conceptam esse tradit, neque omnino ab officio remotam, sed ceterorum Deorum pincernam fuisse, Ganymedem uero solius Iouis. Ouid. li. 9. Metæ. Hoc illi dederat Iunonia muneri Hebe &c. Hæc Dea iuuentutis putabatur. ἠβη, enim (ut ait Suidas) florem ætatis & primam pubem significat.

HEBENVS, ni, gen. scem. & hoc Hebeum, ni, pe. co. [Hebeno.] ἠβανος, D'oscor. arbor est in India, atque Aethiopia nascens, cuius lignum tam solidum est, & ponderosum, ut in aqua subsidat: color eius foris est uiridis non absimilis, intus omnino niger. Sunt, qui sine aspiratione scribant: quo pacto etiam scribitur apud Græcos. Vide supra Ebenus.

HEBEO, bes, [essere otioso, pigro.] ἠβλωόμενος, hebes sum. Liu. libro 3. bel. p. n. Num ferrum hebet? An dexteræ torpent? Verba sunt Antibalbi suos increpantis. Vir. 5. Aen. Sed enim gelidus tardante senecta Sanguis hebet, friguntque effertæ in corpore uires.

HEBETIS, hebetis, [Crosolano, pigro, senza ingegno. Gal. Qui a la pointe qu

le trechant reboche, se foule, rebatu, mouce, lourd, grossier, hebeté. Nisp. voto contrario d'agudo, perezofo, rudo de ingenio.] ἠβλωτός, obtulus, piger, tardus, & acumine carens. Cic. lib. 2. Acad. Quid? Lunæ quæ lineamenta sunt potestne dicere, cuius & nascentis, alias hebetiora, alias acutiora uideantur cornua? Hic Cicero hebeti opposuit acutum. Ouid. 3. de arte aman. Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis. Vnde per translationem Ingenium hebes dicitur, sicut etiam obtulus, & Homo hebes, hoc est tardus. Cic. Phil. 10. Scilicet hæc Panfa aut non uidet, (hebeti enim ingenio est) aut negligit? Idest ingenio, non acuto, sed tardo. Idem 2. de Diui. Videt ne Epicurum, quem hebetem & rudem dicere solent Stoici, quemadmodum &c.

HEBESCO, cis, [Di uenir pim occiso, balordo. Ga. Se reboucher, deuenir stupide. Nisp. Embotarse, emperezar se.] ἠβλωόμενος, hebetior fio. Cice. 1. Tulc. Sic mentis acies seipam intuens, nonnunquam hebescit, i. obtusior, desidiosior, & renisior fit. Sal. Postquam diuitiæ honoris esse cœpere, & eas gloria, imperium, potentia sequebatur, hebescere uirtus cœpit.

HEBETO, as, p. c. [Obscurare.] ἠβλωώω, obtundo, obscuro. Plin. in Pan. Ci. Att. Locus, ubi stomachus Hebetabat olim. Eodem ergo tempore nec animos modo, sed corpora ipsa languescere, gladios eniporia hebetari, retundique gaudebant.

HEBETATIO, uerbale, ἠβλωσις, idem quod hebetudo. Plin. li. 8. c. 6. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis & melancholicis.

HEBETUDO, ἠβλωσις, rei alicuius carentis acumine, uel mentis, in geniti, uisus, similitumque obtusitas.

HEBRAEI, [Hebrei.] ἑβραῖοι, dicti sunt Iudæi, ab Heber, qui fuit ab nepos Sem filii Noe, prius Heberæi, cognominati, ac deinde una detracta littera Hebræi, sicut docet Aug. libro 10. Ciui. Et quia in eius familia remansit lingua, quæ prius humano generi creditur fuisse communis, cum gentes linguarum diuersitate sunt diuisæ, deinceps Hebræa est nuncupata.

HEBRAICVS, a, um, ut Lingua Hebraica.

HEBRVS, ἑβρος, fluuius in Thracia, nascitur iuxta Adrianopolim, in monte Rhodope labiturque in Aegæum mare e regione Samothraciæ Insulæ. Celebratur propter aurum, quod ex arena eius colligitur. Poetæ fabulantur in hunc Orphei caput, cum Cicones eum confecissent, proiectum esse, unde & Oeagrius, dicitur ab Oeagro Orphei patre. Vir. lib. 3. Geo.

Tum quoque marmorea caput ceruice reuulsum,

Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus,

Volueret, &c. Ouid. li. 11. Met.

Membra iacent diuersa locis, caput Hebræumque

Excipit, & mirum, &c. Mar. li. 6. Hebrum; inquit) Odrisizæ niues complent, qui inter diuersos Barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Hebrus hodie Mariza dicitur.

***HECALANVS** paupercula, a Callimacho iusto uolumine decantata Ouid. de amor. Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ nouerit Irum? Nempe quod alter egens, alt era pauper erat.

HECATE, p. c. ἠκατης, Iouis & Latonæ filia, & foror Apollinis, quæ & Diana dicitur. Huic triplex nomen attribuitur: unde etiam a Virgilio Tergemina uocatur. Nam in cælo creditur esse Luna, in terris Diana, & apud inferos Proserpina. Dicta Hecate, teste Seruio, quod centum uictimis placeret, aut quod centum annos errare faciat infepultos. Verisimilius tamen uidetur Hecates nomen factū esse a male ἠκατος, quo nomine Græci uocant Apollinem: sicut a Cynthia Cyntia, a Delio Delia, a Phæbo Phæbe. Dicitur autem Sol est Hecatos, ab ἠκός, longe, quod eminus radios suos ad nos mittat, & quodammodo iaculetur. Hæc & τρικέφαλος, quia (ut inquit Orpheus in argon.) tria habuit capita, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. Ouid. 9. Met. Tuque triceps Hecate. Alia fuit Hecate herbarum ueneficiorumque peritissimæ, quæ in Taurica Cherroneso regnauit, teste Dionysio Milesio. Filia fuit Persæ, filij Solis, & fratris hecæ: a quo & Perseus, siue Perseia cognominatur. Ouid. 7. Metam. Ibat ad antiquas Hecates Perseidis aras. Valerius Flaccus li. 6. Hanc residens altis Hecate Perseia lucis Flebat. Ci. de Nat. hecate quæ matre Asteria est forore Latonæ.

***HECATÆVS,** historicus Milesius. Suid.

HECATOMBE ἠκατομβη, sacrificii genus, in quo ritus hic seruabatur, ut ceptenæ sui generis mactarentur uictimæ: ut centum sues, centum hedi, Iul. Capitolinus: Tantum sane lætitia in Balbino, qui plus timebat, ut hecatombem faceret, quod tale sacrificium est: Centum aræ, uno loco construuntur ex cespite: ad eas cœtum sues, uel centum oues mactantur. Iam si Imperatoris sacrificium fit centum leones centum aquilæ & cetera huiusmodi animalia feriantur, quod quidem Græci quondam fecisse dicuntur, cum per silentia laborarent. Dicta hecatombe a numero uictimarum: uel a numero sacrificantium, quia centum Peloponnesi urbes id faciebant. Iuu. Sat. 12. Existunt qui promittant hecatombem.

*HECA-

HECATOMPOLIS, fuit Crete insula epitheton, a num. centum civi-
tatum.

HECTOR, Ἡκτωρ, Priami regis filius Troianorum omnium fortissi-
mus, ab Achille interfectus: dictus (ut scribit Plato) ab ἤχος, de-
fendo, quod urbem contra hostium impetum tenuerit, patriamq;
servavit: eo nanque sospite Troia nunquam potuit expugnari.
Vixorem habuit Andromachem, ex qua Atyanactē suscepit, quem
Vlysses capta Troia e fastigio turris præcipitavit. Solus Græcos,
quemadmodum Achilles solus Troianos, fugabat: ex quibus Pro-
tesilaum & Patroclum, aliosq; permultos interfecit. Tandem ab
Achille interemptus est: a quo etiam bigis alligatus, circum Pa-
trocli sepulchrum Troiæque muros tractus est. Tandem eius cor-
pus per duodecim dies insepultum ab Achille servatum Priamus
auro redemit, idque veteri more honorificentissime cremavit. Vj
de Hom. li. 23. liad.

HECTOREVS, a, um, p. c. adiectivum est possessivum: ut Gens Hecto-
rea, quæ ab Hectore originem duxit: & Nomen Hectoreum. Ovi,
Heroid. Epist. Nomen in Hectoreo pallida semper eram.

HECUBA, Ἡκὺβη, Priami Troianorum regis uxor fuit, filia Dyma-
HIEROSOLYMA, ἱερὸσολύμα, ἱεροσόλυμα, ἱεροσόλυμα, & Hierosolymæ ἱεροσόλυμα, numero plurali. urbs Iudææ, totius Orientis clarissima, quæ & Hierusalem uocabatur, ἱεροσόλυμα, Cic. pro Flacco: cum aurum ex Italia Hierosolymam exportari solet. Suet. in Nerone: Sponderunt ei regnum Hierosolymorum. Hierosolima (ut scribit Hegesippus) quæ primo Solyma dicebatur, postea quam Rex Canaanus, cognomento Iustus, qui fuit conditor Selymorum, templum ei addidisset, Græci ἱερον, templum uocant. Eusebius lib. 9. Euing præp. Hierosolyma appellari ait, quasi hieron Solomonis, hoc est, eadem Solomonis, a templo quod Solomon Hierosolymis magnificentissimum construxit.

HIEROSOLYMARIVS, dictus est Cn. Pompeius ab Hierosolymis expugnatus. Cl. l. 2. ad Atti.

HILAR, ἡλάρ, intestinum tenue, ab hira, siue ab hilum (inquit Varro l. 4. de Lingua Latina) quod est minimum. unde quandoque hilæ, pro intestinis factis, aut luanicis, accipi solent. Plaut. atque hilas, & sumatas, & lumen. Ab hilla, siue ab Hira, ut Felto placet, sit diminutium Hila. Hor. 2. Serm. Sa 4. Perna magis, an magis hilis flagitat immorsus refici. Quandoque pro eo intestino, quod in anum resoluitur, quod medici uocant rectum. Laberius: Quomodo uideo adolescenti cælis hilas.

HILARE, & hilariter aduerbia, [Allegremente, giocondamente, lietamente. Gal. joyeusement, gayement. Hisp. Alegremente.] χαρρόν, læte, seu cum hilaritate. Cicer. de Finibus lib. 3. Dicimus aliquam hilare uiuere, igitur si semet tristior effectus est, hilara uira amissa est? Idem 3. de Orat. Quis unquam res, præter hunc, tragicas pene comice, tristes remisse, seueras hilare, foenses scenica prope uenustate tractauit?

HILARESCO, [Farsi allegro, allegarsi. Gal. S'esioir, estre aice. Hisp. Alegarse.] ἡλάρωμαι, hilaris fio. Var. in uotum amicorum domus fumar, hilaresco.

HILARIA, orum, ἡλάρια, tantum pluraliter, & gene. uen. ut Saturnalia, antiqui diem æquinoctii uerni colentes appellarunt, ut inquit Macrobius, nempe octauum Calendas Aprilis, quo sit æquinoctium uernum: quo primum tempore sol diem longiorem nocte protendit. De His meminit Flavius Vopiscus in Aureliano.

HILARIS, hilare, pe. cor. [Allegro, iocundo, lieto. Gal. joyeux, gay, gaillard. Hisp. Alegre.] ἡλάρος, χαρρός, iucundus, lætusque. Hor. 1. epist. 19. Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi. Pro eodem etiam dicitur Hilarus, ri. Ci. de Fin. 5.

HILARITAS, [Allegrezza, letitia. gal. joyeuseté, gayeté, resjouissance. Hisp. Alegria.] pro festiuitate & iucunditate, ἡλάρτης. Cice. Dolabellæ Hilaritas illa nostra, & stauitas, quæ te præter ceteros delectabat, erepta mihi omnis est. Idem 2. de Finib. Non hilaritate, nec lasciuia, nec risu, aut ioco comite iucuitatis, sed sæpe etiam tristes firmitate & constantia sunt beati.

***HILARIVS**, Phrygius quidam uates. Fuit alter quoque senator Antiochensis, de quo multa Suid.

HILARVLVS, li, dimin. Ci. ad Att. li. 16. Atticæ, quoniam hilarula est, meis uerbis, suauum des.

HILARVS, ri, [Allegro, lieto.] Teren. in Ad. Hilarum ac lubentem fac te in nati nuptiis. Cic. de Fin. li. 5. Hilara uira.

HILARITVS, hilariter. Pla. in Mil. honorato hilaritus me.

HILARVS, ras, [Allegre. Gal. Resjouir, delecter. Hisp. Alegre a otro.] χαρρόν, ἡλάρωμαι, lætitiā, iucunditatemque do. Cice. libr. secundo de Finib. Omnem iucundum motum quo sensus hilararetur, Græci, ἡδονή, Latine uoluntatem uocant. Palladius: Quæ mansiones hyemi parantur, ita sunt constitutæ, ut possit eas hyberni solis cursus hilarare.

HILVM, li, [In negro della fauna. Gal. Le noir de la faune. Hisp. El nero de la hana.] paruum illud nigrum, quod in summitate fabæ adhæret: unde & pro re exigua sumitur, quæ parui, uel nullius pretii est, quod Græci dicunt γού. Ci. lib. 2. Tusc. Cum illud quod Sisyphus uersat saxum, sudans nitendo, nec proficere hilum id est, quicquam, tantillum, minimum que. Ab hoc nomine sit Nihilum, quasi ne hilum quidem, & per apocopen Nihil. & per syncopen Nil. Lucr. Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti. Var. lib. ul. de Anal. Itaque ut eum, quem putamus esse non hili dicimus Nihili, sic in quo putamus esse ne quicquam, dicimus Nequam.

HIMERA, ἡμέρα, flumini Siciliæ, qui in duas partes diuiditur, & in altera dulcem saporem, in altera salum retinet. Est etiam urbis nomen eiusdem insulæ. Cic. in Ver. Sil. lib. 4. Quia mergitur Himera ponto. Vide Pli. l. 3. ca. 8.

HINC, Ci. de Fin. uia quæ est hinc Indiam.

HINNO, nis, niui, nitum, pen. prod. [Annitire. Gal. Hennir, hinnir. Hisp. Relincar el caballo.] χορηγεῖς, proprium est uocis equorum. Quint. lib. primo. cap. 5. Ne balare quidem, aut hinnire forriter dicemus.

HINNITVS, tus, [Lo annitire. Gal. Hennissement, ou hinnissement. Hisp. Quel relincho del caballo.] χορηγεῖς, Cic. 1. de Diu. Exaudiuit hinnitum, respexitque. & equum a lacrem aspexit.

HINNVS, hinni dicitur animal, quod ex equo & asina nascitur. Var. li. 2. de Re rust. ca. 8. Muli & hinni bigeneri. ex equa enim & asino fit mulus, contra ex equo & asina hinnus.

HINNVLS, is, p. ca. 2. ceruorum, caprearum, capreolorum, damarum, & simulum foetra. Accipit etiam pro paruo hinno, hoc est pro foetu ex quo & asina nato. Pli. lib. 7. c. 44. Equo & asina genitos mares hinnulos antiqui uocabant.

HIO, hias, [Sbadigliare, spirare con la bocca aperta. Gal. Bailler, s'entreouurer. Hisp. Abrir la boca, o henderse alguna cosa, abrirse.] χάλυς, proprie ore aperto spiritum emitto. Cic. Ora. Poetæ, qui ut uersus faceret, sæpe hiabant, ut Næuius. Plin. lib. 8. cap. 25. Inuitat ad hiandum sui pabuli gratia. Accipitur etiam hiare pro spôte, uel aliqua ut externa aperiri. siue scinditur. lingua hirt ariditate, & tellus ætita. Salust. lib. 4. hiauit humus multa, uasta, & profunda. Hiare flores dicuntur, cum aperiantur. Propert. lib. 4. Nec flos ullus hiet pratis. Hiare orationem dixit Quint. lib. 8. cap. 6. quæ male coniuncta concinnataque est. Per translationem, significat mirari, dubitare, stupere. Virgil. libro sexto. Incertua clamor frustratur hiantes.

HISCO, scis, inchoatiuum irregulare. nam secundum regulam debebat facere Hiasco.

HIPPA, ce, ἵππα, caseus ex lacte equino coagulatus. Plinius li. 28. c. 9.

HIPPA, co, cas, p. p. significat animam celeriter duco (inquit Festus) ab equi halitu, qui est supra modum acutus.

HIPPA, go, ginis, genus nauigii conuehendis equis aptum, quod a Iulio Polluce ἵππαγογός, dicitur: & a Liuiō hippagoga lib. 4. Bel. Maced.

HIPP, ias, ἡπίας, philosophus Eleus fuit teste Cice. lib. 3. de Or. qui audiente pene tota Græcia gloriatus est, nihil esse ulla in arte rerum oianum, quod ipse nesciret: nec solum has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem, & poetarum, atque illas, quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus pub. dicerentur, sed & anulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse.

***HIPPION** Argos, oppidum a Diomede conditum. postea Argyrippa, & Arpi appellatum. Steph. & Pli.

***HIPPO**, oppidum Locrorum in Brutiis: quod postea Romani Vibonem appellarunt.

***HIPPOBOTON**, pratium sub Caspijs portis amplissimum.

***HIPPOCENTAURI**, monstrosium hominum genus in Thessalia: anteriore parte hominum, posteriore equorum effigiem referens.

HIPPOCOMI, ἡπὸ κομοίς, Mangones, ab equis curandis, colorem fucos, robur inani sagina (ut ait Quint.) mentientes.

HIPPOCRATES, ἡπὸ κρατῆς, nomen medici excellentissimi, patria Coi cui tanta fuit artis peritia, ut uulgo crederetur Aesculapio prognatus. Eius libri tanquam diuino emanerint ore, ubique celebrantur. Excessit e uita annos natus. ciij. suscepit filios Thesalium & Draconem. hæc ex Suid.

HIPPOCRENE, ἡπὸ κρηνης, fons in Bœotia non procul ab Heli-cone monte, quem poetæ fabulatur factū esse ungula Pegasi, equi alati:

alat: cui fabulæ occasione uidetur ministrasse Cadmus, qui cū in Bœotia locum urbi condendæ quæreret, huc illuc obequitans, hunc fontem primus creditur inuenisse. & quoniam Cadmus litterarum inuentor creditur, factum est, ut hic fons Musis sacer habeatur. Pertius ad uerbum reddens uocem Græcam Fontem caballinum appellat. nam ἵππος, nobis equum sonat, & κρήνη, fontem.

HIPPODAMIA, p. c. ἵπποδμία, & Hippodamia, x. p. p. ἵπποδμία, filia Oenomai regis Elidis & Pitæum, qui cum ex oraculo se a genero interemptum iri didicisset, & illa a multis prociis ob formæ præstantiam experetur, curule certamen prociis instituit cum ipsa, (habebat. n. equos uelocissimos, qui ex uentorum flatu creati erant) ea lege, ut, qui uinceret, filiam haberet, uictus subiret mortem. Tredecim igitur uictis & occisis, Pelops Tantalii filius, uisa puella, eius amore protinus exarlit: cuius nuptias ut assequeretur, Myrtilum, eius aurigam, pollicitis corrupit, sic ut ille axes infirmos & fragiles subiunxerit, uel (ut alij uolunt, obicem axi non obiecerit, & sic fracto uel dissoluto curru, Oenomaus excidit, moriensq. Myrtili caput deuouit, obtestans Pelopem, ut uicem suam ueliceretur, quod & factum est. Cum enim pactum sibi perfidiam præmium a Pelope posceret, ab eodem in mare deiectus est, atq. hoc modo Pelops puella, & regno potitus est. de hac Oui. Venit ut in Phrygiis Hippodamia linus, Virg. 3. Geo.

Hippodameq. humeroq. Pelops insignis eburno.

IPPODROMVS, p. c. [Luogo doue corrono i cavalli. Gall. Vne lice & lieu pour faire courir cheuaux, & leur bailler carriere. Hisp. La corredera de cauallos.] ἵπποδρόμος, equorum curriculum, hoc est ampla plantities, in qua de pernicitate cerratat circa pugna simulacrum. nam stadium, in quo equites imaginario proelio eoncurrere solent, catadromus, κατὰ δρόμος, dicebatur. Mart. l. 12. Pulueremq. fugax Hippodromon ungula pulsar. Pla. in Cist. Quo pacto eam ab Hippodromo uiderim herilem filiam nostram sustollere.

HIPPOLYTE, Amazonum regina, quam Hercules prælio uicta Theseo dedit uxorem. Fuit etiam hoc nomine Acasti Magnesiæ regis uxor, quæ Peleum, quod libidini eius non paruisset, apud uirum accusauit, tamquam ei uim inferre uoluisset.

HIPPOLYTUS, pen. c. ἵππολυτος, Thesei, & Hippolytæ Amazonis filius fuit; qui cum colibem ducens uitam sese uenatu exerceret, & constanti animo sperneret mulieres, a Phædra nouerca, absente patre, amatus est: cuius turpi desiderio cū obtemperare noluisse, illa apud uirum, illum detulit, quod sibi uim inferre uoluisset, quæ obrem cum uideret Hippolytus patræ, dolo nouercæ persuasum, de nece sua cogitare, consensu curru fugam arripuit. sed dū phocæ, quæ tum forte in litus exierant, equorum & rotarum strepitu perterritæ magno impetu se in mari præcipitarent, exterriti equi, frustra oblectante Hippolyto, currum per scopulos, & saxa traxerunt, iuuenemq. intellencem loris implicitum in partes diserserunt. hunc postea Aesculapius reuocauit ab inferis, & pristina incolumitati restituit. Hippolytus uero, relicta terra Attica, in Italia uenit ne patris iram rursus experiretur, & se Urbium appellari iussit, quod bis uir fuisse. Oppidum non procul a Roma ædificauit, quod a nomine acceptæ coniugis, Arition appellauit. Sed hanc fabulam esse constat, ut inquit Plato in Cratylo.

HIPPOMANES, p. c. gen. neut. secundum Priscianum, ἵππομανής, ab equæ furore nomen habet, quasi ἵππευ, μάνα, quid autem significet, non satis conuenit inter scriptores. Seruius scribit esse uirum, ex equarum inguinibus defluens, & quo tempore feruntur in amoris furorem, quod in humana uiscera descendens, furorem facit. Virg. lib. 3. Ge. Hinc demum hippomanes uero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine uirus: sic Col. lib. 7. Curandum est, ut tam feminis, quam admistrarijs desiderantibus, coeundi fiat potestas. quoniam id præcipue armentum, si prohibeas, libidinis extimulatur furij. unde etiam ueneno inditum est nomen ἵππομανής, quod equinæ cupidini similem mortalibus amorem accendat. Plin. uero lib. 28. c. 11. & lib. 8. c. 42. asserit esse carunculan in fronte pulli equini caricæ magnitudine, colore nigro: quam statim edito partu mater e fronte dentibus conuellit, quod si quis prius abstulerit, pullum mater ad ubera non admittit. Virg. 4. Aen. Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus, Et matris præreptus amor. Hac caruncula mulieres medicamenta componentes uertere homines feruntur in furorem.

HIPPONA, ἵππωνία, dea erat, quam stabularij maxime colebant, cuiusq. effigies in stabulis locabatur. Apul. li. 2. Met. In ipso medullio Hipponæ deæ simulacrum residens ædiculæ, accurate corollis roseis ornatum. Iuuen. Sat. 8.

Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas.

HIPPONAX, ἵππωνάξ, Iamborum poetæ, tanta deformitate, & foeditate uultus, ut eius effigies a pictoribus quibusdam publice propostita fuerit deridenda. quam obrem indignatum Hipponax tam amare in illos est inuectus, ut aliquos ex ijs credatur compulisse ad suspendium. Hic creditur inuenisse Scæzonem carminis Iam-

bici genus, quod ab eius nomine Hipponactium uocamus, siue Hipponactium. Ci. in Or. Hipponactos effugere uix possumus: magna enim parte ex iambis uoltra constat oratio. Vide Pl. 36. cap. 5. Hipponactium preconium, pio infami nota posuit Cice. epist. lib. 7.

HIPPOPERÆ, p. p. [Bolge, ualigie, bisaccie. Gal. Bouges ou bougettes de cuir, ou une male qu'on porte à cheual. Hisp. Esclawinis talegas.] ἵπποπέραι, dicuntur sacculi, quibus equites necessaria itineri secū circumferunt. Sen. in epist. ad Lucil. M. Cato censorius canterio uehebatur, hippoperis quidem impositis, ut secum utilia portaret. Hæ a Felto uocantur Bulgæ, Galli Malas uocant.

* **HIPPOPHÆS**, frutex in marinis locis nascens.

* **HIPPOPHÆSTON**, spinæ fulloniæ genus, in marinis locis, fabulosisque proueniens.

* **HIPPOPODES**, populi in oceano Scythico.

* **HIPPOPOTAMVS**, equus fluuiialis, in Nilo præcipue nascens.

HIRCOSVS, salsum. [Che sente di becco. Gal. Qui sent le bouquin. Hisp. Cosa que hiede a cabron.] τριχομύχραλος, uναβρώδης, qui hircum olet: hoc est, cuius alæ scædum spirant odorem. Pers. Sat. 3. Hic aliqui de gente hircosa centurionum. Idem Sat. 5. Dixeris hæc inter hircos centuriones.

HIRCVITALLIRE, τραγίλειν, proprie de pueris dicitur, siue adolescentulis, qui iam pubescentes, uocem emittere incipiunt grauem & subraucam. quo tempore pueros ipsos Hircuitallos appellant, siue quod tum primum se Veneri imitantes, hircum incipiunt olere, siue quod uocem edant grauiorem, hircinæq. non dissimilem.

HIRCVVS, per q. [Cantone dell'occhio. Gal. Le coin de l'œil. Hisp. Lagrimal hel ojo.] κωνδός, est angulus oculi. Virg. 3. Ec. Transierat tui tibus hircus. Tractum est ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem, retortis in angulum oculis, capras obliqua spiciunt. Vide Seruium in locum Vir. iam citatum.

HIRCVS, cis, per, c. [Becco, capro, caprone. Gal. Vrboue. Hisp. Cabron.] τριχός, dicitur caprarum admistrarius, hoc est, caper, qui iam coire & foetare cœperit. Hor. Epo. 16. Ametque salia leuis hircus æquora. Plautus ad hominem transtulit immundum & libidinosum. Plaut. in Afin. Flagitium maximum feci miser Propter operam illius improbi hirci edentuli. Mulgere hircos dicitur prouerbialiter, de re absurda. Virg. 3. Eclog. Atque idem iungat uulpes & mulgeat hircos. Hircus item dicitur alarum graueolentia, ad hirci animalis foetorem accedens. Horat. Epod. 2. Grauis hirsutus cubat hircus in alis. Catullus etiam Caprum appellat. Valle sub alarum trux habitare caper.

HIRCINVS, a, um, τριχικός, ab hircio formatum. Apul. Homo hircina libidine furens. Pl. lib. 11. ca. 17. In pellibus hircinis.

HIRNEA, æ, uasii genus, quo Pla. in Amph. Circæam appellat. Cato de Re rust. ca. 81. Indito in hircæam scitilem.

HIRPIÆ familiæ, in Faliscorum agro fuerunt, quæ in sacrificio annuo, quod fiebat in monte Soracte, ambulantes super ambustam struem lignorum non adurbantur. Plin. lib. 7. cap. 2. Hi a Solino uocantur Hirpi.

HIRSVTVS, a, um, pe. prod. [Pelofo. Gal. Veu, conuert de poil, rude & pi quant. Hisp. Vellofo y aspero.] τριχόδης, λέσιος, pilosus, setosus, horridus. Cice. de Natu. Animantes quædam hirsutæ spinis. Mart. lib. 10. Hirsutus ego cruribus genisque, Os blasum tibi, debilisque lingua est. Vir. 7. Eclo. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. Quo in loco Virg. uocat castaneas hirsutas, quæ adhuc suis echinis includuntur Pl. lib. 20. ca. 9. eius comparatum protulit candidior fatiua, & hirsutior. Oui. 2. Trist. Nihil est hirsutus illis. ubi pro inamæno accipitur.

HIRTVS, a, um, [Pelofo] λαιος, hirsutus. Vir. li. 3. Geo. Hirtasque capellas. Pl. lib. 11. ca. 37. Hirtus setis masculus marinus. Ouid. 10. Metam. Canities rigidis stetit hirta capillis. Col. lib. 10. Talis huius sepibus hirtis Claudatur. Hirta corpora, Pl. li. 7. ca. 2. Hirtæ oues, Varr. de Re rust. lib. 2. ca. 2.

HIRUDO, pen. pro. huius hirudinis, [Sanguisuga, sanguettola. Gal. Sangsue. Hisp. Sanguisuela.] βδέλλα, sanguisuga, ab hærendo carni dicta βδέλλα. Horat. de Arte Poet. Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo. Hirudo ærarij, per translationem, hoc est, exhaustrix. Cice. ad Attic. lib. 1. hirudo ærarij, misera & icuinaplebecula.

HIRVNDININVS, a, um, quod est hirundinis. ut Hirundinus nidus apud Plaut. in Rud. Hirundininus sanguis. Plin. libro 30. cap. 14.

HIRVNDINIS, [La, rondine. Gal. Vne heronde ou herondale. Hisp. Solondrina] γελιδών, auis notissima in tectis nidificans, sub initium uicris ad nos translucens. Vir. 4. Geo. Ante, Garrula quam tignis nidum suspendebat hirundo.

HIRSCO, cis, ere, [Aprire, la bocca aprirsi. Gal. Baailer. Hisp. Boquear.] διαίρωζ τὸ στόμα, Demoltheni, proprie est labra diducere, & loquendi gratia os aperire: unde etiam accipitur pro eo quod est, trepide,

trepide, hæsitanter, & imperfecte præca eloqui: quod Græci dicunt, *ῥῶτον*, Cice. 5. Philip. Respondere ne ad hæc, aut omnino hincere audebis? Virg. 3. Aen. Raris turbatus uocibus hisco. Dicitur tamé etiam de aliis quibusvis rebus. Vnde terra etiam hincere, *χαίνειν*, dicitur, cum præ nimio æstu aperitur & rimas agit. Ovi. 6. Epil. Hincere nêpe tibi terra roganda foret. Pla. in Pfe. I. acc. *ῥῶτον*, hæsitant. hoc est, patefiunt, & apertiunt. Inter hiare & hincere hoc interesse puto, quod Hiare, est patientem esse. Hincere uero, patefcere, id est, pate fieri. Quandoque Hincere accipitur pro hæsitare, & dubitare, Næuius: Hincit, dubius est, quid agat. De hisco, & Fati sco, suis locis.

HISPALIS, Bæticæ prouinciæ urbs clarissima, Romanorû colonia: Plin. lib. 3. ca. 1. Hodie Siuilia dicitur.

HISPANIA, [*Spagna*], *ἰσπανία*, *ἰσπρία*, regio Europæ, quæ a montibus Pyrenæ is incipiens, p columnas Herculis circumuens, usque in Borealem Oceanum protenditur. Decem millibus stadiis (ut Apianus scribit) eius latitudo commensuratur. Longitudo prorsus eadem esse uidetur. Terra, frumenti, uini, olei, auri, gemmarû, metallorumque ferax. Ex qua etiam bellicosissimi uiri, ac uelocissimi equi procreantur. Refert Varro, in Hispaniis equas credi ex uento concipere, quod equos habeat hæc regio cursu tam uelocis, ut merito ex uentis concipi ferantur. Cicer. Attic. Et duæ Hispaniæ. Diuiditur autem omnis Hispania, teste Plin. lib. 3. cap. 1. 2. & 3. in Citeriorem, & Ulteriorem. Ulterior rursus secatur in duas partes, in Bæticam, quæ hodie Granata dicitur, & Lusitaniâ, quam uocant Portugalliam, quæ Anafluuio a Bætica distinguitur. Ulterioris Hispaniæ conuentus erant quatuor. Gaditanus, Cordubensis, Altigitanus, & Hispalensis. Citerior autem Hispania, quæ & Tarracoenfis dicebatur, in septem diuidebatur conuentus, quos uide apud Plinium. Hodie diuiditur in quinque regna: Castellam, quæ cum Legione permixta, unû efficit regnum, Gallæciam, Cathaloniam, Arragoniam, & Nauarram. Omnis autem Hispania ab Ibero flauio primum dicta fuit Iberia: postea ab Hespero Atlantis fratre, siue (ut alii malunt) ab Hespero stella lucidissima, quæ uespertino tempore in Occidente apparet solem subsequens, uocata est Hesperia: ultimo uero ab Hispali urbe, ad fretum Atlanticum sita, quam hodie Sibiliam uocant, dicta fuit Hispalia: unaque deinde litera immutata, Hispania. Vnde

HISPANIENSIS, & Hispanus sunt: sicut a Sicilia Siculus & Siciliensis, a Corintho, Corinthius, Corinthiësis. Sed qui in Hispania natus est, Hispanus, *ἰσπανός*, dicitur: Hispaniensis, *ἰσπανικός*, qui alibi ortus in Hispania uersatur: hoc est, qui licet in Hispania sit, non tamen in ea natus est. Vnde Hispanienses uocamus negotiatores, qui in Hispania negotiantur. Sic Hispaniensem exercitum uocabant Romani, qui in Hispania militabat. Cic. de Na. Aestus maritimi Hispanienses, uel Britanni: Plin. lib. 13. Cæsar Hispaniensium triumpho Chium, & Falernum dedit: cum in Hispania bellum aduersus Romanos, non Hispanos gesserit.

HISPIDVS, da, dum, pe. co. [*Peloso, aspro*, Gal. *Velu de gros poil, spiquant*. Hisp. *Cosa aspera con sedas*]. *λασπίος, δασύς*, hirsutus, asper, setosus, horridus. Virgi. Cui laterum tenuis hispida nanti Frons hominem præfert. Plin. lib. 16. Continentur hispido calice, Hispidus aspectus, apud eundem, lib. 22. ca. 6.

HISPIDOSVS, a, um, [*Peloso*], *λασπίος, τρυγός*, idem quod hispidus. Catul. Non dico pueris, sed hispidosis.

HISTER, *ἱσπριτῆς*, Hetruscorum lingua dicebatur Ludio. Auctor Liu. lib. 7. ab urbe. Vide Histrio.

HISTORIA, storix, [*Historia*, Gal. *Histoire*, Hisp. *historia*]. *ἱστορία*, Latine narratio, & rerum gestarum expositio. proprie tamen est earum rerum, quibus gerendis interfuit is, qui eas narrat, unde nomé habet, *ἱσθῆναι*, quod spectare, uel cognoscere significat. Plau. in Menech. Quin nos hinc domum redimus, nisi si historiam scripturi sumus? Cic. 4. Acad. Sane doctum hominem, ut indicat ipsius historia scripta Græce. Accipitur etiam latius nonien historix, ut non solum de narratione rei gestæ dicatur, uerum etiam de quauis interpretatione seu expositione. Vnde Plin. opus suum ad D. Vespasianum, de Naturali historia inscripsit. Historiam Cice ro aliis uocabulis uocat, memoriam publicam, memoriam rerû, commemorationem antiquitatis, monumenta rerum ueterum, monumenta temporum, locorum, hominum, rerum gestarum, omnium secretorum memoriam.

HISTORIALIS, historiale, quod ad historiam spectat. Plin. libro 16. cap. 33.

HISTORICVS, [*Historico*, Gal. *Historien*, Hisp. *Historiador*]. *ἱστορικὸς*, historiarum scriptor. Cicer. pro Mur. Tua nobilitas hominibus literatis, & historicis est norior populo, & suffragatoribus obscurior. Historicus, a, um, *ἱσπρικός*, quod historix proprium est: ut Fides historica. Ouid. 3. Amor. Obligat historica, nec sua uerba fide. Historicum scribendi genus. Cicer. de Clar. Orat.

HISTRICVS, ca, cum, pen. cor. *ἱσπριτικός*, quod ad histrum, hoc est

ad histrionem pertinet. Plaut. in Pœn. Imperator histricus. Hinc formauit diminutiuum Hiero. contra Ruf. Histriculæ, & iundæ méttis hominem.

HISTRIO, nis, & Histriones, [*Histrioni, che recitano le comedie*, Gal. *Isoueurs de farces, joueurs de quelque personnage*. Hisp. *Representadore de personas, que representan las comédias*]. *ἱσπριτικός, ἡμιότι*, artifices ludiones, qui personati in scenis fabulas agunt. ab Histria regione, ex qua primum uenisse, indeque nomen sortitos esse, asserit Fes. cui tamen refragantur Luius, Valeriusque scribentes nomen histrionis fuisse inditum, quia Hister Tusco uerbo ludio uocabatur. Cice. 4. Tuscu. Aguntur ista ab oratore quidem melius, quam ab ullo histrione. Idem de Orat. Roscius, & Aesopus, histriones clari.

HISTRIONALIS, le, [*Ciò che ad istrione si conuene*]. *ἱσπριτικός*, ad histrionem pertinens: ut, Studium histrionale. Ci. de Ora. Ut lasciuia uerborum histrionalis modo sexprimant.

HISTRIONIA, niæ, uel Histrionica, *ἱσπριτική*, ars histrionum. Pla. in Amph. Iouem facere histrioniam.

HISTRIONICVS, ca, cum, *ἱσπριτικός*, quod est histrionis, seu quod ad histrionem pertinet.

HIULCO, as, [*Aprire, fendere*]. *χιζω, διαχιζω*, aperio, fido, hiulculi facio. Catul. Aestus hiulcat agros.

HIULCE, aduerb. Ci. de Or. Ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, non uaste, non hiulce, sed presse, & æqualiter.

HIULCVS, a, um, [*Fesso aperto*, Gal. *Entre outre, entrebaillé*. Hisp. *Cosa que se hiende ò abre*]. *γασμαίνω*, fissus, fatuscens. Vir. 2. Geo. Hoc ubi hiulca siri findit Cænis ætifer arua. Per translationem etiam orationem dicimus hiulcani, quæ male cohæret. Ci. de Ora. Nec asper uerborum concursus sit, ne ue hiulcus. Diomedes Hiulcos uersus appellat exiles, & quasi in media parte hiantes.

H A N T E O

* **HOARVS**, *ἠρός*, Schythiæ fluius.

HOC, [*Questo*, Gal. *Cestuy ci*, Hisp. *Aqueste*]. *τὸ το*, pronomen demonstratiuum neutri generis, cuius masculinum est Hic. Virgil. 4. Aenid. Hoc illud Germania fuit? Migrat interdum in aduēbium, idemque significat quod Hic. Virg. octauo Aenid. Hoc tunc ignipotens Cælo descendit ab alto. Sic enim legit Priscianus. Ci. ce. Epi. Hoc scribo parcius.

HODIE, [*Hoggi, hoggi*, Gal. *Aujourd'uy, hoy, enhuy*, Hisp. *Hoy*]. *σήμερον, και τήμερον ἀπ' ἡρας*, hoc die. Cice. 3. Verr. Nonæ sunt hodie Sextiles: hora nona conuenire cepimus. Accipitur item pro nunc, siue hoc tempore, siue hac ætate. Terent. in Eunuch. O populares, æquis me uiuit hodie fortunator? Cice. pro Domo sua: Hodieque Volaterrani fruuntur nobiscum simul hæc ciuitate. Hinc

HODIERNVS, a, um, [*Di hoggi*, Gal. *Du jourd'uy*, Hisp. *Cisa de oy eneñadía*] ut, hodiernus dies, *ἡ σήμερον ἡμέρα*, Ci. in Cat.

HOLCAVSTVM, uictima, quæ detractis extremis, integra aræ imponebatur: *παρὰ τὸ ἄλοσ καίεσθαι*, quod totum cremaretur.

HOLOPHANTA, qui ob conluenda mendacia uili conducitur merce de. Plau. Curcul. Holophantam, an sycophantam hunc dicam, nescio.

HOLOSERICA VESTIS, uel substantiue Holoserica, orum, [*Vesta tutta di seta*] *ἑλοσερικά*, genus uestis, quæ tota ex serico constabat, nulla alia materie admixta. qua primus, teste Lâpridio, usus est Helogabalus. Tacitus autem Imperator holosericæ uestis usum uiris omnib. interdixit. Quam rarus autem fuerit apud ueteres holoserici usus, quantaque eius caritas, docet Vopiscus in Aureliano his uerbis: Vestem holosericam neq. ipse in uentilario suo habuit, neque alteri utendam permisit. Et cum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatteo serico uteretur, ille respondit, Absit ut auro fila pensentur. libra enim auri tunc libra serici fuit. Haecenus ille. Sericæ autem uestes a Seribus Indiæ populis sunt appellatæ. apud quos uermiculus exiguus, qui *σῆρ*, appellatur. conficit molliorem illam lanam, quam Sericum appellamus. quod uermiculi genus, antea orbi nostro ignotum, a monachis quibusdam e Secunda. Indorum urbe, ad Iustinianum Imperatorem allatum, hodie per omnem Europam sparsum est. De uermiculi huius natura, uide plura apud Bayhium.

* **HOLCVS**, herba quæ aristas educit e corpore. Pli.

* **HOLOSTRON**, herba, quæ molle gramen dicitur. Pli.

* **HOMERIDAE**, familia illustis apud Chios. Hellenicus.

HOMEROMASTIX, *ὁμομομάστιξ*, cognomen Zoili cuiusdam qui eo solum nomine innotuit, quod præstantissimum poematum omnium Homerum, libris aduersus eum editis, ausus fuerit inscitæ arguere. quos libros cû Ptolemæo Aegypti regi obrulisset, rex tû quidem dissimulata indignatione, quæ ex hominis impudentia conceperat, post aliquot dies pecuniæ aliquid perenti, quo inopiam subleuaret, Mirum (inquit) te inopia premi, qui multo Homero es doctior, cum ille, qui ante annos mille fato functus est, etiam hodie tot hominum millia pascat. Tandem parricidii accusatus,

fuffa regis in cruce sublatus est. Dicitur Homeromastix quasi Homeri flagellum : μάστιξ, enim Græcis flagellum . Vnde & Comici herberones Mastigias identidem appellant . Extenditur & latius Homeromastigos appellatio, ut omnibus plane detractoribus ac commodetur, qui insatiabili reprehendendi libidine optima quæ que lacerant. Plin. in proæ. operis : Vt obiter caueam istos Homeromastigas . Sic Virgiliomastix, Virgilij reprehensor : & Cicero mastix, quo nomine Licinius eum librum inscripsit, quem in Ciceronem edidit teste Gellio lib. 77. c. 1.

HOMERVS, ti, pen. prod. Ομήρος, nomen Poetæ Græci Excellentissimi, qui fuit ante Romam conditam annis circiter centum sexaginta, vt Cornelius Nepos in libris Chronicorum tradit . Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen fortitus est, cum prius Melesigenes diceretur, quod ad Meletem fluium natus esset . Cum autem naniq; & Iones captos oculis διήρη, appellant, quod humeris, id est, itineris ducibus, egeant . Hinc Cæcilius Mænonius nuncupatur, a Martiano lib. 1. de Nup. Philologiæ . Petrarca in Bucol. Cæcumque senem, sed multa uidentem . De patria eius nihil certi traditur : fecit enim nominis eius claritas, ut, quem uiuum, rebusque omnibus egentem, nemo agnouerit, nunc multa Græciæ urbes certatim sibi uendicent, adeo, ut quibus potissimum credere debeamus, non facile fuerit discernere . Quod etiam testatur Cic. pro Archia : Homerum (inquit) Colophonij ciuem dicunt esse suum, Chii suum uendicant, Salaminij reperiunt : Smyrnæi uero suum esse confirmant : multi præterea pugnant inter se. Exstat ea de re distinctio Græcum apud Gell. lib. 3. c. 11.

Ἐπὶ ἀ πολλοῖς διερίζεται ὅτι ῥ. ζων Ομήρου.

Σμύρνα, ῥὰ δὸς, κοροφῶν, ἀσλαμίν, χίως, ἀρρος, ἀβλυῖαι.

Reliquam eius uitam breuitatis causa hic prætermittimus : quam qui latus nosse cupit, Herodotum adeat, & Plutarchum .

HOMICIDA, dæ, p. p. [Homicida, micidiale. Gal. homicide, tueur de gens, meurtrier. Hisp. Homiçiauo, que malo hombre.] ἀνδροκτόνος, qui hominem necat . Cic. 2. Phil. Fateor eos plus quam farios, plus quam homicidas, plus quam parricidas esse . Interdum cum laude dicitur, pro uiro forti, qui multos in bello occiderit . unde Horatius Homicidam Hæctorem dixit.

HOMICIDIVM, dij, [homicidio, Gal. homicide, meurtre. Hisp. homicidio ὁ μὲρτε de hombre.] ἀνδροκτονία, μακροφονία, hominis necatio. Quint. lib. 5. c. 9. & Val. Max. lib. 1. c. 5. & Plin. lib. 18. c. 3.

HOMILIA, ὁμιλία, Græcis colloquium, & cœtum significat : unde etiam concionem, siue orationem, quæ in cœtu habetur, scriptores Ecclesiastici Homiliam uocant.

HOMILIATVS, deduxit Hieronymus ad Heraclium .

HOMO, inis, [ἄνθρωπος. Gal. homme ou femme. Hisp. El varon ὁ λατμeger.] ἀνθρώπος, ab humo ductus (ut Varroni placet) Cic. de Leg. Animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilij, quem uocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse a supremo deo. Idem 3. Off. Homo rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia & causas rerum uidet. Idem 2. de Nat. Deo. Homo ortus est ad mundum contemplandum & mirandum . Et paulo post : Deus homines humo excitatos, celso, & erectos constituit, ut Deorum cognitione cælum intuentes capere possent. Ouid. 4. Met.

Pronaq; cum spectent animalia cetera terram,

Os homini sublime dedit, cælumque tueri iussit, & erectos ad sidera tollere uultus .

Homo autem utrunq; sexum complectitur, tam uitam, quam feminam. Plin. in Cis. Metus utrobique agit, illos hominis miserè misereri. Sulp. ad Ci. ep. Fam. quæ si hoc tpe non suum diem obijisset, paucis post annis tamen erat ei moriendum, quoniam homo natus fuerat.

HOMŒOMERIA, ὁμοιομερία, similitudo partium. Lucr. lib. 1. Hinc & Anaxagoræ scitentur homœomeriam. Seruius super illud Virg. 4. Aeneid. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor . Secundum, inquit, Anaxagoram, qui dicit homœomeriam, id est, omnium membrorum similitudinem esse in rebus creandis: id est, ex ossibus, ex sanguine, ex medullis, nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem . Homœomeria item appellatur, cum partes eandem rationem, atque idem nomen cum toto obtinent . sic terram uel aquam ὁμοιομερή, esse dicimus, quod quamuis exiguum terræ aquæ uel partem, terram aut aquam appellemus . Sic etiam a Medicis in corpore animalis partes illæ minimæ ὁμοιομερές appellantur, quas nos similes nominamus : quales sunt caro, os, cartilago, & eiusmodi.

HOMONYMON, pen. correp. eiusdem nominis, proprie enim Homonyma dicuntur res diuersæ eodem appellatæ nomine : ut Taurus Asæ mons, & bos maifculus, eodem nomine, cum sint res diuersissimæ. Homonyma iraque dici possunt, quæ a grammaticis uocantur Aequiuoca.

HONESTAS, atis, [honestà. Gal. honneste. Hisp. La honestidad.] τὸ καλόν, dignitas, decus, laus uirtute comparata . Cicero in Offic. In officio colendo sita est honestas omnis, & in negligendo turpitudi-

Idem pro Mur. Nolite eum ante partis honestatibus, atque omni dignitate priuare.

HONESTE, aduerb. [Honestamente, honoreuolmente. Gal. honestement, uertueusement, honorablement . Hisp. honestamente, honrosamente, sin reprehension.] καλῶς, cum honore & dignitate. Ter. in Eu. Honestè quomodo hinc abeam, nescio . Cic. de Am. Quamuis honestè id facerent, ius tamen amicitiae deserere augerentur.

HONESTISSIMVS, ἄπκαρέστατος, honore plenissimus. Cic. Lent. Is dies nobis honestissimus fuit in senatu.

HONESTO, itas, [Ear honore, honorare. Gal. honorer, faire honneur. Hisp. honrar, hazer honor a otro.] ἀπκαρῶς, τιμάω, decoro, honore afficio. Pla. Cap. Ne me secus honoro honestes, quem ego te, cum seruebas mihi. Cic. 1. Off. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Sal. in Cat. Indignos homines honore honestatos uidebam. Cohonesto, cum aliis honesto. Cic. Brut. Quos cohonestatis, si resp. municipium uel tuo studio, & diligentia bene administrata erit. Dehonesto, contrarium suo simplici .

HONESTVM, sti, [Cid che è honesto, virtù, honesta.] τὸ καλόν, uirtutem, probitatemq; significat, quo cauetur, ne quid indecore, libidinosè, turpiter fiat, cogitur uel . Quint. lib. 2. c. 4. Iustum, pium, religiosum, cæteraq; his similia honesto complectimur.

HONESTVS, a, um, [honoreuole, degno, honesto. Gal. honneste, louable & de uertu, de bonne reputation. Hisp. Cosa honesta, hermosa, honrada y que pareçe bien.] honore, & dignitate plenus. Sallu. in Iugurth. Quibus omnia honesta, atque inhonesta uendere mos erat. Item pulcher, Terentius in Eunuch. Ita me dii amant, honestus est . Sic etiam Inhonestus, modo turpis, id est, honoris expertus. Cic. pro Domo. Attilium hominem turpissimum, atque inhonestissimum iudicares. Modo deformis, Ter. Eun. Illumne, obsecro, inhonestum senem, & mulierem?

HONOR, oris, & Honos, [Honore, ornamento. Gall. Honneur, dignité. Hisp. honra, hermosura.] τιμή, reuerentia, quam alicui exhibemus in uirtutis testimonium. Cic. pro Cælio : Nemini unquam præfenti Pu-teolani maiores honores habuerunt . Accipitur & pro magistratu. Idem de Clar. Orat. Honos est præmium uirtutis, iudicio studioque ciuium delatum ad aliquem . Aliquando pro forma, Virg. lib. 1. Et lætos oculis afflarat honores. Aliquando pro obseruantia. Idem lib. 8. Semper pro amore meo, semper celebrabere donis. Inuenitur & pro ipsis sacrificiis, uel odoribus, quos ueteres Diis suis accendebant. Virg. 1. Aen. Aut supplex aris imponat honores? Aliquando pro præmio, ut apud eundem: Ipsis præcipue ductoribus, addit honores. Mortis honos, id est, sepultura: ut, Cernit ibi mæstos, & mortis honore carentes. Al: quando pro amore. Idem 1. Aeneid. Si quis Amata Jangit honos animum. Honorem præfari dicimur, cum rem aliquam turpem dicturi, pauca uerba præmittimus, quibus turpitudinis ueniam a præsentibus precamur. Cic. Pato: Si dicimus, ille patrem strangulauit, honorem non præfamur : sin de Aurelia aliquid, honos præfandus est . Pro eodem etiam dicimus, Habere honorem auribus. Curtius lib. 4. Ad ultimum opus (honos auribus sit habitus) ima corporis uelamenta proiciunt.

HONORABILIS, le, [Degno d'honore. Ga. Honorable, digne d'estre honoré. Hisp. Digno de ser honrado.] ἐντιμος, honore dignus. Liu. 4. ab urbe: Verendum magis, quam honorabilem faciant.

HONORARIVM, rij, γερύσιον, domus erat, teste Budæo, quod consulis olim in prouinciis aduenientibus honoris loco dabatur . qualia hodie principibus suas primum urbes ingressi portiggi, uel uiti bene ominandi gratia, solent . Honorarium ob id dictum, quod honoris causa dabatur, non tamquam debitum exigebatur . Cicero in Pis. Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi, qui honorarij? siquidem potest ui, & metu exitum honorarium nominari . Est etiam Honorarium apud Iurifconsultos munus, quod patronis dabatur a clientibus . olim enim patroni non exigebant officij sui mercedem, clientes tamen, ut accepti beneficij immemores uiderentur patronis suis munus aliquod offerere, quod honorarium uocabant, eo quod magis ad honorandum patronum, quam ad mercedis satisfactionem soleat offerri.

HONORARIVS, a, um, γερύσιος, quod ad honorem pertinet: ut Ius honorarium, id est, Prætorium, ab honore Prætorum . Honorarius arbiter dicitur, quem honoris causa utraque pars summum facit suæ causæ & controuersia iudicem. Cic. 5. Tus. Equorum controuersiam solebat tamquam honorarius arbiter iudicare Carneades . Ludi honorarij, quos antiqui Liberalia dicebant, ut inquit Fes. dicti honorarij, ab honore uidelicet eorum, qui munera ea populo edebant . Hinc

HONORARIVS TVMVLVVS, [Per honore,] κιστοάριον, qui honori causa erigitur. Suet. in Claud. Cæf.

HONORATE, [Honoratamente. Ga. Honorablement. Hisp. Honrosamente] cum honore, & dignitate. Cic. 11. Phil. Quam honorate, quam grauitè sæpe in senatu prædicauerunt? Tacit. lib. 10. Filium eius hono-

honorate custodierunt.

HONORIFICE, [Honoratiente,] honorate. Ci. 6. Verr. In curiam ue nimus: honorifice sane confurgitur. Idem ad Caelium: nunquam, nisi honorificentissime, Pompeium appellat.

HONORIFICOS, as, [Honorare. Gal. honorer, faire honneur. Hist. Honorar, azer honra. a oro.] honore afficio. Laetant. l. 7. Ut honorificent regem magnum.

HONORIFICVS, ca, cum, [Cid che fa honore. Gal. Qui fait honneur, honorable. Hist. Cosa que honra.] ritibus, quod honorem conferit. Ci. Caelio, Honorificus in me contulit. Honorifica mentio alicuius, apud eund. m. ad Q. Fr.

HONOROS, ras: pen. prod. [Honorare. Gal. Honorer. Hist. Honorar.] d'ho év r'ad'is, honore afficio. Cice. de Diuin. Amphiarum sic honorauit summa Græciæ, Deus uti dicitur. Honorare alias a Cicero ne dicitur, honorem habere alicui, Honestare, Honorem debitum alicui præstare, Honore augere, Honore amplissimo ornare unde honoratus, qui in honore habetur Cic. lib. 1. Oñ. Dicendum est, quatenus hominis honorati & principis domum placeat esse. Idem de Senec. Manent in claris, & honoratis uiris. In honoro, contrarium suo simpliciter.

HONORVS, ra, rum, [Honorevole. Gal. Honorable, fruisant honneur. Hist. honorable, que h'az e honra. r. τιμος, decorus, honorificus. Tacit. lib. 3. quæ in Drulum, patrem Germanici, honora & magnifica Augustus fecisset. Honora oratio, apud eundem lib. 3. Unde inhonorus, sine honore. Pl. li. 5. cap. 10.

HOPLOMACHVS, is, qui scuto reliquisque armis instructus, in arenâ descendit. nam ὁπλον, apud Græcos modo scutum, modo omnia generaliter arma denotat, quæ pugnantibus usui sunt. Mart. lib. 8. Hoplomachus nunc es fueras ophthalmicus ante.

HORA, ræ, [Hora. Gal. heure. Hi. Hora.] ὥρα, apud ueteres accipitur pro cuiusvis temporis parte: unde quatuor illæ anni partes, Ver, Aestas, Autumnus, & Hyems anni horæ dictæ sunt. Hodie tamen magis accipimus pro æqualibus illis spatiis, in quæ dies diuiditur. Dictæ autem sunt Horæ (ut Macro. putat) a Sole. Aegyptij enim Solem uocabant Horum. Unde etiam Horæ ab Horo. Quid. Solis minitæ anguntur. Siue (ut alij malunt) ὥρα τῆς ὥρας, quod terminum significat, siue ab ὥριζον, quod est terminare, definire, uel diuidere. Sunt enim horæ, nihil aliud, quam spatia quædam æqualia, in quæ dies diuiduntur. Alij malūt horas dictas, ὥρα τῆς ὥρας, quo uerbo urina significatur. ferunt enim Hermetem Trismegistum horas primum obseruasse ex urina sacri cuiusdam animalis, quod Scapi erat dicatum. nam cum auimaduerteteret ab eo anima li diei & noctis unius spatio, æqualibus interpositis interuallis, urinam duodecies emitti, placuit in totidem horas diem cuiuslibet diuidere. qui tamen postea duplicato numero in horas xxxiiii. est distinctus. Teren. in Eun. Diu hac dicit, abiit hora. Cice. sexto. Ver. Hora amplius iam in demolendo signo permulti homines moliebantur. Hora etiam quandoque pro die accipitur. Cic. tertio. Ver. ut cum horis nostris nos essemus usi, tu quadragesimo post die responderes. Vbi Asconius, Horas suas uocat uiginti dies, qui accusatori dabatur ad aquesandum legitimi, totidem que defensori. Virg. 1. Georg. Nunquam te crastina fallat Hora. Omnium horarum hominem, ueteres appellabant eum, qui terijs, pariter ac iocis esset accommodatus, & qui cum assidue libeat conuiuere, arque ita appellatum Alinium Pollionem, auctor est Fabius lib. 8. cap. 14. Circa finem Hora præterea. Deæ cuiusdam nomen erat apud Romanos, ita dictæ, ὥρα τῆς ὥρας, hoc est, a uenustate & pulchritudine, cui præesse putabatur. Hanc Romani putabant esse Hersiliam Romuli uxorem, quæ post Romuli apothecum in cælum translata, pro Hersilia uocata est Hora. Ennius: Teq. Quirine pater ueneror, Horamque Quirini. Apud Ouid. tamen in sine lib. 14. Meta. legitur Ora priore correpta. Priscum (inquit) pariter cum corpore nomen Mutat, Oramque uocat, quæ nunc Dea iuncta Quirino est.

HORAEVM, dicitur in æstiuum, cæterique omnes fructus, qui æstate colliguntur, ὥρα τῆς ὥρας, hoc est, a pulchritudine, quod fructus eo anni tempore collecti pulchritudine & bonitate ceteris præstant. Dicuntur & hoc nomine quædam salsamenta ex piscibus confecta. Athenæus: Salsamentum horæum est, aut thymneum, in horæo macra pinguibus, in thymneo macris pinguis præferimus.

HORARIVM, rii, substantiuum, ὥραλογος, est instrumentum, quod uis, quo diei horas deprehendimus. Cenforius ea. de dieb. Nalica cenfor ex aqua fecit horarium.

HORARIVS, a, um, [Di uia hora.] quod est unius horæ: unde Secretum horarium, dicitur secretum unius horæ, Sue. in Domi. Inter initia principatus quotidie secretum sibi horarium sumere solbat.

HORATIVS, ὥρα τῆς ὥρας, poeta Venusinus, Lyricorum & Satyrum scriptor, qui anno Imperij Augusti Cæsaris, xxxiiii. ætatis uero suæ xxxiiii. moriens, Augustum reliquit hæredem, maxima pompa apud Mæcenatem in Exquilis sepultus. Ouid. Detinuit nostras nu-

merosis Horatius aures.

HORCVM, & Fortum, [Hono,] pro bono Veteres usurparunt. Fes. HORDA, dæ, uacca prægnans, ὥρα τῆς ὥρας, ἡ γλαυός, nam quæ iterilis est, Taura appellatur. Varr. 2. de Re rust. cap. 5. Quæ iterilis est iacca, Taura appellatur: quæ prægnans, Horda. Quid. mutata aspiratione in digamma Acolicum pro eodem dixit Fordam, putatque a ferendo deriuari. Forda ferens bos est, sæcundaque dicta ferendo.

HORDEACIVS, cia, cium, [Di orzo. Gal. D'orge. Hist. Cosa de cenada.] ὁριζονος, ex materia hordei: ut, Panis hordeacius. Plin. lib. 18 cap. 11.

HORDEARIVS, ria, rium, quod hordeo uiuit. Plin. lib. 18. cap. 7. Gladiatores cognomine hordearii uocabantur. Unde æs hordearium ueteres dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur. Fes. Hordearia pruna. Plin. lib. 15. cap. 13. Hordearia appellata a comitatu frugis eius.

HORDEVM, dei, [Orzo. Gal. Orge. Hist. Cenada.] ὁριζον, ab horrore, quoniam licet calamus altior frumento, quam hordeo sit: aristam tamen mordacior est hordeo. Vel dicitur ab oriendi celeritate, quod ante omnia frumenta sit aridum, aut certe ab antiquo adiectiuo Hordus, quod apud uetustissimos significabat grauidum: pro quo posteriores inurata aspiratione in digamma Acolicum dixerunt Fordus Plin. lib. 18. cap. 7. Hordeum frugum omnium molissimum est feri non ualet, nisi in soluta, & sicca terra ac nisi læta.

HORDOCTA, orum, dicta sunt ab antiquis, sacra, in quibus hostiæ hordeæ, id est prægnantes, immolabantur, κριτοροσος. Fes.

HORIZON, huius horizonis, pen. pr. [Horizonte. Gal. L'horizon. Hist. Terminador del cielo.] ὁριζον, finitor uel terminator Latine dicitur, ὥρα τῆς ὥρας, quod est terminare. Est autem circulus, uel cæli terminus quodam circulo designatus: qui super terram uidetur, quem sibi uniuersumque circumscribit aspectus. Centum & octoginta stadia non excedit acies contra uidentis. Vbiunque terrarum steteris, uideris tibi quondam cæli conclusionem uidere quam Horizontem uocauerunt. Cice. 2. de Diuin. Cum illi orbis, qui cælum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui a Græcis ὁριζονες, nominantur, a nobis finientes rectissime uocari possunt uarietatem maximam habeant, alique in aliis locis sint, necesse est ortus, occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

*HORNVM, herba est folio marrubij. uulgo dicitur Salvia transmarina.

HORNVS, na, num, [D'uno anno.] ἡ ἡνιός, a pronomine Hic, & Annus idem est, quod huius anni, uel quod ad ætatem unius anni non exarsit. Unde Hornam frugem dicimus, quæ hoc anno prouenit. Acron uero hornum, quod est unius anni dixit: ut res horna: id est annua, uel noua. Propert. lib. 4. Illa dies agnis cædem denūciat hornis, id est, anniculis. At Porphyrio Hornum, huius anni exposuit. Unde super illud Horati Epodo: Et horna dulcis, una promeus dolio: Horna, inquit, una dicitur huius anni. Nonius uero, illius anni interpretatus est: & adducit Lucil. lib. 18. ita scribentem: Vtrum anno, aut horno te abutuleris. Hornum meisem, prouerbiali figura dixit Plaut pro maximo emolumento. quasi dicas, tanti lucræ, quantum eo anno sit prouenturum in agris. Vide Adagiorum librum.

HORNOTINVS, a, um, [Di uio anno. Gal. de c'est an. Hist. Cesta de questo año.] ἡ ἡνιός, sic licet a diu Diutius, huius, uel unius anni. Cice. 1. Verr. Hæ litteræ hoc, quantum est ex Sicilia frumenti hornotini, exarauerunt. Cato de Re rust. cap. 17. Hornotinae nuces uirides. Col. lib. 2. Plantas hornotinas.

*HORODES, Parthorum rex.

HOROLOGIVM, gii, [Horologio, horivolo. Gal. horlog. Hist. Relox.] ὥραλογος, quali horarum ratio, instrumentum quo horæ designantur, quod olim solarium dicebatur. quoniam in Sole tantum horarum ratio conspiceretur. Apud antiquos enim erat concha hemicyclia, lineis debita proportione distincta, cui prælongus ex ære, aut ligno baculus Soli oppositus supereminabat, & eius umbra in lineis incidens horas ostendebat. Quanquam & alia habuerunt Prisci horologia, quæ aquæ aut etiam arenulæ fluxu horas indicabant. quas ab aqua sensim defluente Clepsydras uocabant. Vide Pl. lib. 7. ca. 60. Cic. Tusc. Horologium mitam, & libros. si erit sudam.

HOROSCOPIVS, pi, pe cor. a perspectandis horis, significat eam cæli partem, quæ hora qualibet ab inferiori hemisphærio surgit ab Oriente. Astrologi nostri sæculi Ascendens appellant. Aug. lib. 5. de Ciu. Si tam celeriter alia post alterum nascitur, ut eadem pars horoscopi maneat, pariter cuncta quæ uero, que in nullis possunt geminis inueniri Horoscopus item id temporis momentum significat, quo quisque nascitur, quasi horæ inspectionem, & notationem. Pers. Sat. 6. Geminis horoscopo Varro Producis genios. Est etiam Horoscopus interdam ad cælum: ut, Instrumenta horoscopa,

foepa, & Vasa horoscopa dicuntur, in quibus horæ dignoscuntur. Pl. li. 2. cap. 72.

HORREARIUS, [Chi ha cura del grano. Gal. Gardien de blé. Hisp. Guarda dor, el que guarda el pan.] *ταμίας*, dicitur cultos uel exercitor horrei.

HORRENDVS, a, um, [Horrendo.] *επιπτος*, timendus, abhominandus. Vir. 3. Aen. Monstrum horrendum, informe, ingés. Tibul. Ele. 10. lib. 1. Quis fuit horrendus primus qui protulit enses? Cic. Tul. Nil habet mors, quod sit horrendum. Significat etiam uenerandum. Vir. 6. Horrendæque procul secreta Sibyllæ.

HORREO, res, rui, [Hauer paura, freddo. Gal. Frissonner, se herissonner, & leuer son poil, se ve hyper, trempler de peur. Hisp. Espeluzarse con frio, temer, tener à uer en horror.] *επιπτος*, horrorem habeo, proprie cum illi seræve in animante eriguntur. Verum quoniam hoc aliquando ex frigore fit, factum est, ut Horrere aliquando accipiatur pro frigere, Iuuen. Sat. prim. Et horrenti tunicam non reddere seruo. Et quia frigus a timore proficitur, fit, ut Horreo accipiatur pro timeo Virgil. libro tertio Geo. Nec uanos horret strepitus. Li. 2. ab urbe: Consules nihil aliud, quam suas uires, sua arma, horrebant. Cic. Att. Horre mammas. Horre etiam significat. Colum. libro primo cap. 4. frigiditas hyemis intolerantiter horrent. Item asperum esse quoniam corpora quæ horrent, aspera redduntur. Virg. 11. Aen. Tum late ferreus halitus Horret ager. Similiter est stupere, mirari Virgil. libro tertio Horrendum, ac didu uideo mirabile monstrum. Constructur hoc uerbum modo absolute. Teren. in Eunu. Totus horreo. Modo cum datiuo, Plin. in Pancg. fragilitatis humanæ uices horret. Modo cum ablatiuo, mediante præpositione: ut apud Laët. lib. 6. de mortis generibus: horret animus recordari. Modo cum accusatiuo. Virg. lib. 3. Geor. Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. Ab horreo, Cohorreo, Exhorreo, Inhorreo, & Perhorreo suis locis. Ci. Att. Horrere uinas alicuius.

HORRESCO, eis, [Farsi horrida. Gal. Auoir frayeur, trembler de peur, craindre. Hisp. Tener à hauer horror.] *επιπτος*, horridus fit: ut cum quis intrinsecus algorem seu tremorem in se citari & crescere sentit, pauore, stupore, aut febris inualecente. Cic. de Finib. Qui sibi iniecto terrore mortis horrestunt Virgil. libro sexto Horrestit uisu subito, caussasque requirit. Plau. in Asi. Horrestet fax oleæna, leges cum audit, id est expauescet. Item contremiscere. Virgil. libro tertio Georg. Campique natantes Lenibus horrestunt flabris. Aliquando habet post se accusatiuum. Idem lib. 3. Aeneid. Nec tu mensarum morsus horreste futuros, id est expauescet. Abhorresco, Exhorresco, Inhorresco, & Perhorresco, suis locis.

HORREVM, ei, [Granaio. Gal. Grenier. Hisp. Alholi. d'algos, d'grano. d'grano.] *στροβιλοδόν, στροβυλακίον*, ab horrore, quasi horridum, propter asperitatem aristarum. prisci enim fruges in suis spicis cum aristis in granariis condebant. Varro ab hordeo tractum exiitum, quemadmodum a farre Farreum. Nam quemadmodum Farreum, dicitur locus, in quo reponitur far, ita Hortenum locus hordeo asseruando accommodatus. Virg. 1. Georg. Immensa ruperunt horrea messes. Non solum autem horreum accipitur pro loco destinato ad custodiam frugum sed etiam rerum aliarum pretiosarum, & sepositarum ad quotidianam usum: ut apud Apuleium in Metam. Iute consulti Horrea frequenter usurpant pro repositoriis mercium, & rerum pretiosarum. Ci. in Verr. Neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis.

HORRIBILIS, le, [Horribile. Gal. Horrible, espouventable. Hisp. Espantable à terrible.] *επιπτος, φοβερός*, formidabilis. Cice. quod dictu horribile uidetur. Virgil. 4. Georg. Ignemque, horribilemque feram.

HORRIDE, [Rozamente, aspramente. Gal. asprement, rudement, hideusement. Hisp. No labrada, impolidamente, asperamente.] asper & inculte. Cice. in Ora. putant, qui horride, inculteque dicat, eum solum At tice dicere.

 mido aggredi dissuadet, & ab audendo retinet. Salu. in Catil. Sci-
 tis milites, focordia atq. ignauiam Lentuli quantā sibi nobis cladē
 attulerit. Ci. in Læ. Odit bonitas malitiam, tēperātia libidinem,
 ignauiam fortitudo. Idem ignauiā pusilli & abiecti animi uirtū
 esse ostendit, ad Cœliū scribens, quod nunquam bello ciuili inter-
 fuisset, illi tribuebatur ignauiæ. Quid autē sit fortitudo, docet au-
 thor ad Her. li. 4. Ita non est fortitudo (inquit) sed temeritas: pro-
 pterea quod fortitudo contemptio est laboris, & periculi cum ra-
 tione utilitatis, & compensatione commodorū. Temeritas est cū
 inconsiderata dolorum perpeffione gladiatoria periculorum sus-
 ceptio. Ignauo itē opponitur strenuus, Sal. in Cat. Compertum
 ego habeo milites, uerba uirtutem non addere, neque ex ignauo
 strenuum, nec fortem ex timido exercitum oratione Imperatoris
 fieri. Ex his colligi potest Gnauus eē qui indutrius est, & strenuus,
 siue fortis, Cuius contrarium est Ignauus.

IGNAUE, siue Ignauiter, aduerb. [Pigrante, lentamente. Gal. Coruade-
 ment, laschement, paresseusement. Hisp. Perezoosamente.] ἰγνῶμῶς, lēte,
 & segniter. Ci. 2. Tu. Hoc in dolore maxime est prouidendum, ne
 quid abiecti, ne quid timide, ne quid ignaue faciamus. Hircius ad
 Ci. Quæris, an ego cum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam.

IGNAUIT, teste Nonio, antiqui dixerūt pro ignauum fecit. Afranius
 Aeneidis decimo, ut citatur a Nonio: Sæpe ignauit fortem in spe
 expectatio. Verbum est obsoletum.

IGNAUVS, [Vile, a poco. Gal. Conard, lasche, paresseux, faitneant. Hisp.
 cosa negligente à perçza.] qui non est indutrius, id est qui negli-
 git, aut formidat rem aliquam egregiam aggredi, aut in re bene
 cœpta perseuerare. apud Vir. 4. Ge. Ignauum fucus pecus a præ-
 sepibus arcent. hoc est, inutile, & nullius artis. Ci. 1. Tusc. ignauus
 miles, ac timidus, simul ac uiderit hostem, obiecto scuto fugit. Li-
 ui. 4. ab Vrb. fusos esse ab ignauissimo, & fugacissimo hoste. Dis-
 fert hoc tamen, quantum intelligo inter Gnauum & Indutrium.
 quod Gnauus proprie fit is, qui ad subeūda pericula ac labores to-
 lerandos, sapiēs & fortis est: Indutrius, qui ingenio cum multum
 ualeat, ut artifex bonus, aliquid stituere & negociari, non ociari stu-
 det. Ci. pro Pōp. homines gnaui & indutrij: Cōponitur ignauus
 ex In, & Gnauus, siue ex In, & Nauus, u, in g, mutata. Vide Gnauus.

IGNESCO, scis, scere, [Diuem di fuoco. Ga. S' embrafer, s' allumer. Hisp. En-
 cenderse.] ἰγνῶμας, ab antiquo igneo, ignes. idem est quod ignitū
 fieri, & in ignem conuerti. Pli. li. 34. cap. 8. Prætenui pyropi bra-
 ctæa ignescit. Ci. 2. de Nat. Deo. Ex quo euenturum nostri putant
 id, ut ad extremum omnis mundus ignesceret. Per translationem
 accipitur pro uehementer irasci. Vir. 9. Aen. Rutulo muros, & ca-
 strā tuenti Ignescunt iræ. Col. li. 10. Ante amor ignescit menti, se-
 quitque medullis.

IGNIA, quædam uasorum scitilium uitia, quæ coquendo contrahun-
 tur. Festus.

IGNIARIVM, rij, [Facile, battifuoco. Gal. Fusil, soit de bois ou autrement.
 Hisp. Instrumento para hacer fuego.] ἰγνῶριος, est quo ignis elicitur, cō-
 statque e silice, & ferro, quæ collisa ignem emittunt: unde scintilla
 læ decussæ, & hinc fomite limtoque aduito exceptæ flammam exci-
 tant. Olim & ex lignis fiebat, mutuo attritu ignem cōcipientib.
 Pli. li. 16. c. 40. Calidæ morus, laurus, hederæ & cœs, e quib. igna-
 ria sunt. exploratorum hoc usus in castris, pastorumque reperit,
 quoniam ad excutiendum ignem non semper lapsi his occasio est.
 Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu.

IGNEVS, a, um, [*Di fuoco. Gal. De feu. Hisp. Cosa toda de materia de huego.*] πυρίος, quod est ex igne, siue quod ignis naturam habet. Ci. 2. de Nat. Deo. Omne, quod est calidum, & igneum, creetur, & agitur motu suo. Igneus color, qui ignem imitatur. Plin. li. 8. cap. 38. Igneus feruor. Idem li. 9. cap. 60.

IGNICVLVS, culi, πυρίδου, proprie diminutiu. est ab ignis. Iuue. Sat. 3. Igniculum brumæ, si tempora poscas. Per metaphoram accipitur pro stimulo quodam, quo incitatur ad capeffendam uictuam. Cicer. tertio Tul. paruolus nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque deprauari sic reftinguimus, ut nusquam naturæ lumē appareat. Ingenij igniculi. Quin. in proæ. li. 6. Desiderij igniculus, Cic. ad Treb. lib. 15. epist. Virilis igniculus. Idem ad Att. li. 15.

IGNITVS, a, um, [*Affocato, infocato. Gal. Ardeat & embrasè. Hisp. Cosa encendida de huego.*] πυρίος, nomen adiectiuum pro candente, ut Ferrum ignitum. Accipitur item pro eo quod quandam ignis similitudinem refert, quodque calidè, igneæque est nature, Sic Apuleius ignitam esse Martis itellā dixit. Ignitum unum, hoc est generosius. Gel. li. 17. ca. 8.

IGNIFER, ra, rum, [*Che porta fuoco. Gal. Qui porte feu. Hisp. Cosa que trae o tiene huego.*] πυροφόρος, ferens ignem: ut Lampades igniteræ. Lucr. lib. 2. Oui. 2. Met. Non tamen ignifero quisquam consistere in axe Me ualeat excepto.

IGNIFLVS, a, um, ut, Cauernæ igniflæ, apud Claud. lib. 6. Paneg. **IGNIPOTENS**, tis, [*Volcano.*] πυροβής, dictus Vulcanus, quod ignis potestatem habeat. Virg. 8. Aen. Pallentem morte futura Fecerat ignipotens.

IGNIS, is, [*Fuoco. Gal. Feu. Hisp. Huego.*] πῦρ, a gignendo, id est nascendo dicitur, quod in eo nihil nascatur. Cic. Offi. Pati ac ignem accipere. Virg. 4. Geor. Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis. Per metaphoram accipitur pro amore, Virgil. quarto Aen. Vulcanus alit uenis, & cæco carpitur igni. Interdum pro eo, uel ea, quæ amamus, quod amantes amore ueluti flagrant. Virg. 3. Eclo. Meus ignis Amyntas.

IGNIS, sacer, quis dicitur, explicat Cels. li. 5. his uerbis: Sacer ignis malis ulceribus annumerari debet. Eius duæ species sunt. Alterum est subrubicundum, aut mistum rubore atque pallore, exasperatumque per pustulas continuas, quarum nulla altera maior est: in his semper sæpe pus, & sæpe rubor cum calore est. Fit maxime in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus: præcipueque in plantis. Alterum est in summæ cutis exulceratione, sed sine altitudine, latum, subliuidum. Serui. in illud Vir. 3. Geo. Contractos artus sacer ignis edebat Sacer, inquit, ignis est, quem Græci ἱερὰν νόσον, appellant. Quod tamen manifestè falsum est, nam ἱερὰν νόσον, ut inter medicos omnes conuenit, idem est morbus cum epilepsia, siue morbo comitiali, quem & Latini morbum sacrum appellant. Rectius itaque sentit Manardus, ignem sacrum a Latinis appellari, quod Erysipelas dicunt Græci. Plin. lib. 26. cap. 11. Ignis sacer asserit esse multa genera, inter quæ periculosissimum est, quod Græce Zoster uocatur hominem medium ambiens, & si cinxerit, enecans.

IGNIPES, ignipedis, [*Che ha piedi di fuoco. Gal. Qui porte le feu aux pies. Hisp. Cosa que tiene los pies de huego.*] πυρόπους, igneos pedes habens, quod epitheton Solis equis tribuit Oui. 2. Meta. Ignipedum uires expertus equorum. Mart. lib. 1. Ignipedes possent sine Colchide uincere tauros. Sic enim legunt nonnulli. Quo tamen in loco legendum est, Aeripedes tauros, loquitur enim poeta de tauris illis Aetæ Colchorum regis, quos poetæ fabulantur habuisse pedes æneos. Quod & ipsum indicat Oui. in epi. Medææ ad Iasonem his uerbis: Aere pedes solidi, præteritque naribus æra.

IGNISPICIUM, [*L'arte dello indouinare dal fuoco. Gal. Deuinement par le feu. Hisp. Diuination en huego.*] πυροσκοπία, πυρομάντια, ea forma dicebatur ab antiquis, qua Haruspicium. Erat autem diuinationis genus, quod ab ignis inspectione sumebatur. Plin. li. 7. ca. 56. Aruspicium Delphus, ignispicia Amphiaræus, auspicia auium Tirefius Thebanus inuenit.

IGNITABVLVM, ignis receptaculum, πυρῆος. Festus.

IGNIUMVS, pe. c. [*Che uomita fuoco. Gal. Qui uomit feu. Hisp. Cosa que echa de si huego.*] πυροκόμος, ignem uomens. Lactan. in Car. ini. de resurrectione Domini: Altius igniuomum Solem cæli orbita ducit.

IGNOBILIS, bile, [*Ignobile, uile. Gal. Incognus, de bas estat & condition. Hisp. Cosa obscura y no conocida.*] δυσγενής, ἀσιμος, dicitur ignotus, incognitus, uilis, & abiectus: cuius contrarium est Nobis. Vir. lib. 7. Solus ubi in filius Italis ignobilis æuam Exigeret. Ci. 1. Tufcu. Philosophum non ignobilem. Vir. 1. Ignobile uulgus.

IGNOBILITAS, tatis, [*Ignobilità, humilità. Gal. Petiteffe de nom, basse condition. Hisp. Aquel escurecimiento.*] δυσγένεια, humilitas, obscuritas, conditio, atque fortuna hominum infimorum. Cic. pro Ros. Am. Quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt. Idem 5. Tul. Num ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offe-

sio sapientem beatam esse prohibebit? Ignobilitas generis. Cice. pro Mur. Viris fortibus ne ignobilitas generis obijceretur, Oui. 6. Met. Res obscura quidem est ignobilitate uirorum.

IGNOMINEVS, [*Che non hanno laude, seu ζα nome.*] ἀγνωμοί, δυσκλήεις, qui laude & gloria carent, in gloria, illaudati. a quo

IGNOMINIA, æ, [*Infamia, uituperio, uergogna, biasimo. Gal. Honte, diffame, deshonneur. Hisp. Infamia o mal nombre, uerguenza.*] ἀτιμία, δυσσημία, nominis nota, interprete Nonio. infamia, dedecus, contumelia, macula, probum. Componitur ex in, & nomē, n, littera commutata in g, dicitur ignominia, quasi boni nominis priuatio. Cic. lib. 4. de rep. cum omnis ea iudicatio uerfatur tātuin modo in nomine, animaduersio illa Ignominia dicta est Idē Thermo: si adolefcens nobilis ignominia affectus esset.

IGNOMINIOSVS, as, [*Far uergogna, far uituperio. G. d. Diffamer, deshonnorer, faire honte. Hisp. hazer uerguenza o uituperio.*] ἀτιμικός, ignominia afficio, uerbum est parum usitatum: legitur tamen participium Ignominatus, pro ignominia affectus. Gell. libr. 9. capit. ult. Quibus modis ignominatus tractatusque sit a C. Cæsare La berius poeta.

IGNOMINIOSE, aduerb. [*Vergognosamente, con infamia. Gal. Auec infamie, honteusement. Hisp. Con uerguenza y infamia.*] ἀτιμώς, cum ignominia, & dedecore.

IGNOMINIOSVS, a, um, [*Vituperato, uergognato. Gal. Plein d'infamie & deshonneur, infame. Hisp. Infame, y de mal nombre.*] ἀτιμώς, notatus infamia. Quinct. lib. 7. cap. 2. Exul eras, & ignominiosus. Accipitur & pro eo, quod affert ignominiam. Liu. 3. ab urb. Hos ignominiosa fuga domum se recipientes Romanus consul consequutus.

IGNORABILIS, le, [*Incognito.*] ἀγνωστος, quod non cognoscitur, uel quod facile ignorari potest. Plau. in Plen. Quis hic est, qui oculis obuiā ignorabilis obijcitur? Gel. li. 9. ca. 12. Alterum illud ignobilis obscurusque est. Ci. 2. de Inuen. Quod leuius, facilius, ignorable, non fortuitum.

IGNORANTIA, æ, & Ignoratio, onis, [*Ignoranza.*] uide Ignoro, as.

IGNORO, as, pen. prod. [*Non sapere. Ignorer, ne cognoître & ne sauoir pas. Hisp. No saber o no conocer.*] ἀγνοώ, nescio. Ci. pro Mil. At uero tu solus ignoras, tu hospes in hac urbe uersaris, tuæ peregrinatur aures. Ignoro, passiuè. Oui. 1. Trist. Eleg. 4. Ignoraretur forsitan illa fides. Ab Ignoro, fit Ignoratio, & ignorantia ἀγνοια, sed ignoratio ad actum, & rem pertinet, quæ penitus nescitur, nec sciri potest, nisi prodatur. Cic. lib. 3. Offic. Quotus quisque reperitur, qui, impunitate, & ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria? Idem de Amic. Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis, in famulatu fuerint. Idem pro Aul. Clu. Quod erat odium, Dii immortales, quæ superbia, quanta ignorantio sui. Ignorantia uero, ingenij uitium est, cum quis ignorat, quid facere debeat, aut dicere. Quinct. li. 7. ca. 2. Ignorantia præter di non potest. Cic. pro Flac. Vbi adolefcentes nihil possent discere, nisi ignorantiam litterarum. Quod autem interfit inter Imprudentiam & Ignorantiam, docet Donatus his uerbis, Imprudens, per se Ignarus, per alios.

IGNOSCO, icis, uis, tum. [*Perdonare, saper bene. Gal. Pardonner. Hisp. Perdonar.*] ἔγνωσκω, ualde nosco, & disco. Auger enim hic In præpositio, uerbi significationem. Var. A destè, & a me, quæ feram, ignoscite. Verum hoc rarum est, & peremodum obsoletum. nam frequentius Ignoscere, est ueniam dare, excusatum habere, & ut Ci. ad Ar. scelereis poenam prætermittere. Vbi In præpositio priuatiua est, quasi non agnosco errorem. Plau. in Aul. Te oratum aduenio, ut animo æquo ignoscas mihi. Ter. in Ad. Ignotum est, tacitum est. Lact. li. 5. posuit pro ignoro, & non intelligo, ἀγνοώ, Tum (inquit) quid legerit, ignouerunt, Gel. lib. 1. Contra patriā (inquit Ci.) arma pro amico uentura non sunt, hoc profecto nemo ignouit, id est, nesciuit. Ab ignosco fit participium Ignoturus. Ci. in Catone: Ignoturum alteri, quod patrem, alteri, quod tutorem secutus esset. Cato. lib. 5. Orig. Quod eorum nemo mihi ignoturus est. Quidam tamen contra regulam a præfenti tempore protulerunt futurum, Ignosciturum. Piffo Fru. lib. 2. Anna. Quod cunque deliquisset ignosciturum affirmabat.

IGNOSCENS, ignoscentior, nomen ex participio, [*Colui che facilmente perdona, perdonatore, Gal. Qui perdona, enclin a pardonner. Hisp. El que ligeramente perdona.*] συγγνωμονικός, qui facile condonat, & ignoscit. Teren. in Heau. Quanto tuus est animis natu grauior, ignoscentior. Ut meæ (tulticie inficitia tua sit aliquid Præsidij.

IGNOSCENTIA, æ, [*Perdono. Gal. Pardonement, pardon. Hisp. Perdono o abra de perdonar.*] συγγνώμη, condonatio peccati. Gel. lib. 7. ca. 3. Ignoscentias utiles esse rebus humanis docet.

IGNOSCIBILIS, le, [*Veniale. Gal. Pardonable, meritant pardon. Hisp. Cosa que se deue o puede perdonar.*] συγγνωστός, uenia dignus. Gel. li. 13. ca. 20.

IGNOTVS, a, um, nomen adiectiuum, non participium, ut quidam putauerunt, [*Incognite, non conosciuto. Gal. Incognu. Hisp. Cosa non conocida.*]

idea.] *ἄγνωστος*, Incognitus, id est, qui ignoratur. Virg. lib. 3. Aeneid. Ignoti noua forma uiri. Locis ignotis errant. Ouid. 2. Met. Verba obscuriora, & ignotiora. Quin. lib. 7. cap. 4. Pars ignotissima turba. Claud. 1. in Europ. Interdum actiue ponitur pro eo, qui ignorat, *ἄγνωστος*. Cicero ad Luceium : Simulacra corporis ignotis nota faciebant.

I A N T E L

I L E, ilis, neu. gen. *ἑλκυσίς*, intestinum est omnium arctissimum immediate, uentriculo adhaerens, in homine, & oue Lactes dicitur, in cæteris animantibus, Ile appellatum. Plin. lib. 11. c. 37.

I L E O S, *ἑλκός*, uel Ileus, morbus gracilioris intestini, quando scilicet, obstructis tenuibus intestinis, exitus extremis negatur, unde eos, qui hunc morbum patiuntur, Ilercus per os uidemus eijcere. Plin. lib. 30. c. 7. Grauiusimum uitium Ileos appellatur.

I L E R D A, *ἑλκιδά*, oppidum citerioris Hispaniæ, in conuentu Tarraconensi, non procul a Sycori fluuio. Ptol. lib. 2. cap. 6. Cæf. 1. de Bell. Ciu.

I L E R G E T E S, Hispaniæ populi, in tractu Tarraconensi, non procul ab Ibero amne. Plin. lib. 3. c. 3.

I L E X, icis, [*Elice*,] gen. fœ. *ἑλίξ*, arbor est glandifera, magnitudine roboris, folio aculeato, læui cortice, cuius duo sunt genera : quæ, uide caput Plin. lib. 16. c. 6. Virg. lib. 6. Aen. Talis erat species frondentis opaca Ilce. Proceræ illex, Horat. Epo. 15. Ramosa illex, Ouid. 8. Met. Arguta illex. Virg. Ecl. 7.

I L I A, æ, *Ἰλιά*, quæ & Rhea, Numitoris Albanorum regis filia, quam Amulius, pulso iam Numitore fratre, & interfecto eiusdem filio, Lauso, uirginem Vestalem fecit, ne qua superesset de prole Numitoris. Verum tamē Ilia dum aquam pro Sacris quæreret, obdormiuit, & in somnis illi uisum est, se a Marte comprimi, & sic geminos concepit : quos cum peperisset, Amulius, re cognita, paruulos expoii iussit, matremque Iliam uiuam apud Tiberim fluuium infodit : unde poetæ eam Tiberi nupsisse fingunt, qui ob id quoque uxorius amnis, Hor. lib. 1. Carm. dicitur. Quid uero pueris accidere, uide in dictione Amulius. Virg. lib. 1. Aen.

Donec regina sacerdos.

Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

I L I A, ilium, [*Istianci*. Gal. Les flancs. Hisp. Y jares à interior de la Yjada] *ἰλιαίων, κενεών*, partes sunt imi uentris inter coxis, & pubem positæ, teste Celfo lib. 4. c. 1. Perf. Sat. 4. Ilia subter Cæcum uulnus habet. Plin. lib. 11. cap. 37. Ilia appellat arterias quasdam, quæ inter uentricum, & aluum sitæ, tendunt ad pubem. Sunt qui hoc nomen etiam secundæ declinationis esse asserant, adducentes testimoniū ex lib. 4. Corn. Celsi, ubi sic legunt : Deinde super rectum intestinum progressa alij fœminæ latera sua inuectit. Quo tamen in loco pleraque exemplaria Ilibus habent, non Ilis. Et profectio cum nominatiuus singularis, Ile, passim legatur, nemini dubium esse debet, quin in numero plurali etiam sit tertie declinationis.

I L I A C V S, a, um, p. c. *Ἰλιακός*, possessiuum deductum ab Illo agri Troiani urbe. Virg. 1. Aen. Ter circum Illicos raptauerat Hecctora muros. Ilis, a, um, idem. Virg. 9. Aeneid. Quam miseram tenuit non Ilia tellus. Iliacus morbus a Pla. uocatur, qui infestat Ilia : sed hoc ut pleraque alia apud Pla. crediderim esse fictitium, ut ambiguitate uocis risum captaret.

I L I A S, adis, *Ἰλιάς*, Homeri opus clarissimum omnium, quotquot unquam extiterunt poetarum scriptis citra controuersiam prælatū. Dicitur Ilias ab eo, quod bellum continet apud Ilium inter Græcos & Troianos ob raptum Helenæ gestum. Ouid. 2. Trist. Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua Inter amatorem pugna, uirumque fuit : quoniam uero hoc in opere nullum mali genus non recensetur, factum est, ut Ilias malorum, *Ἰλιάς κακῶν*, pro ingenti calamitate accipiatur. Cic. ad Att. lib. 8. Tanta impendet malorum Ilias. Præterea, quia hoc opus in primis prolixum est, ut nongintiquatuor continens uolumina, factum est, ut, cum opus aliquod impendio prolixius indicare uolumus, dicamus id Iliade esse prolixius.

I L I C E T, per syncopam dictum, [*Di subito*. Gall. S'est fait soudain. Hisp. Luego.] quasi ire licet. Donatus : Sic iudices de concilio dimittentur, suprema dicta cum Præco pronuncasset, Illicet : quod significat, ire licet. Terentius in Phor. Hoc nihil est illicet, ubi Donatus : Illicet, rei finem significat. licet pro statim, confectum, Virg. 2. Aen. Illicet ignis edax summa ad fastigia tecti Voluitur. Illicet aduerbium affirmantis. Plaut. in Ep. Illicet, ut uadimonium mihi hic ultro facit.

I L I C E V S, a, um, [*Di elice*,] *ἑλίξ*, quod est materiatum ex Ilce. Stat. lib. 6. Theb. Ornique, ilicæque trabes.

I L I C E T V M, ti, *ἑλίξ*, locus ilicibus confitus. Mar. lib. 12. Surgentem locus excipit superba Vicinistrue cultus iliceti.

I L I C O N E V S, siue Iligneus, gna, gnium, [*Di elice*,] *ἑλίξ*, idem quod iliceus. Ter. in Ad. Lectulus iligneis pedibus faciendos. Colum. lib. 2. 1. cap. 2. Iligneam frondem bubus recte præbebitus. Sic Iligneæ corona, apud Plin. lib. 16. cap. 4. Iligneæ glans. Plin. lib. 16. cap. 5. Hor. 2. Ser. Sat. 2.

I L I O N E V S, *Ἰλιών*, nomen proprium uiri Troiani, Phorbantis filij, qui qualis in bello fuerit, nunquam legitur : eloquentia uero excelluisse, deleto. Illo cum Aenea fugisset, & apud eundem legati uicisse sanctum, auctor est Virg. 1. Aeneid. Postquam introgressi, & coram data copia fandi, Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit, ubi Seru. Non mirum, inquit, si eloquens a Virgilio introducatur, Ilioneus, cum pater eius Phorbis, Homero teste, semper Mercurio, Deo eloquentiæ, fauente pagauerit.

I L I T H Y I A, dea parturientibus propitia, quæ & Iuno Lucina appellatur. Ouid. 9. Met. Præpositam timidis parientibus Ilithyiam.

I L I V M, *Ἰλιον*, urbs fuit Phrygiæ minoris, siue Troadis, m. d. pass. a mari distant, a Dardano Iouis filio condita, ab Illo uero rege ampliata & Ilium nominata, cum antea Troia a regione illa, in qua sita fuit, diceretur. Regia fuit Priami : postea uero ob Helenam a Paride raptam decenniali bello obsessa, ac demum expugnata est. Cic. de Diu. Achiiui ita profecti sunt ab Illo, ut &c. Virg. lib. 2. Ceciditque superbum Ilium, & omnis humo fumat Neptuna Troia. dicitur etiam Ilios. Ouid. lib. 2. Met. Postquam alta cremata est Ilios. Hor. Non semel Ilios Vexata. Ilium proprie ciuitas est : nã regio Troia est : quamuis interdum pro ciuitate Troiana ponat Virg. ut lib. 3. Et campos, ubi Troia fuit.

I L L A B O R, penult. prod. allaberis, illapsus, [*Cadere scurrere, struccolare*. Gal. Couler dedans, s'aualler, descendre doucement. Hisp. Deslizarse à lugar, delezar dentro] *ἑλατίζω, ἐλάττω*, incido, inflo. Cic. de Sene. Voluptas ad sensus affluit, & illabitur. Plin. lib. 5. c. 29. loquens de Meandro fluuio : lenis illabitur mari. Virg. 2. Aen. Sensit medios Illapsus in hostes.

I L L A B O R A T V S, ta, tum, *ἀέργαστος*, quod sine labore & diligentia confectum est. Quin. de Cic. lib. 10. c. 3.

I L L A C, [*Per quel luogo*. Gall. Par la. Hisp. Allí, donde alguno esta.] aduerb. per locum. Terent. Eunuc. Plenus rimarum sum : hac atque illac perfluo.

I L L A C R Y M A B I L I S, [*Che non si moue a pietà, crudele*. Gal. Qu'on ne peut émuouoir à l'armoir ou auoir pitié. Hisp. El que tiene compassion] *ἑλάκρυς*, qui tam durus est : ut ad lacrymas, aut ad misericordiam commoueri non possit. Hoc Epitheton Hor. tribuit Plutoni, lib. 2. Carn.

I L L A C R Y M O, as, p. c. [*Piagnere, lagrimare*. Gal. Larmoier, pleurer. Hisp. Llorar con lagrimas.] *ἑλάκρυμα*, idem fere quod lacrymo. Cic. de Nat. Quid dicam de Socrate ? cuius morti Illacrymari soleo. Platonem legens. Liu. lib. 27. Illacrymante dicitur. Illacrymare morti, uel errori alicuius, est propter errorem uel mortem eius lacrymas emittere. Idem 10. Bell. Mac. Qui morti innocens, qui meo infelici errori unus illachrymanti. dicitur & de rebus insensibilibus, pro exudare, seu humorem emittere, Virg. 2. Geo.

Illacrymat moestum templis ebur, æraq. sudant.

I L L A E S V S, [*Non offeso*. Gal. Qui n'ha aucune biesure, sain & entier. Hisp. No lisiado o offendido] *ἑλάκυστος*, nomen adiectiuum compositum ex In, negatio & participio Lesus. Mart. lib. 1. Illæsum timidus unguibus hæsit onus. Cupressus illela bruma, Stat. 6. Theb.

I L L A E T A B I L I S, [*Tristo, malinconioso*. Gal. Triste, mal plaisant. Hisp. Cosa triste, no alegre] *ἑλάκυστος*, iniucundus, tristis. Virg. 3. Ae. Hinc Drepanime portus & illætabilis ora accepit.

I L L A P S V S, huius illapsus, *ἐλάττω*, Col. lib. 2. c. 2. Ne præcludatur humoris illapsu atque exitu.

I L L A Q V E O, as, [*Allacciare*. Gal. Enlacer, prendre ou laqs. Hisp. Enlazar.] *ἐλατίζω*, laqueo constringo. Cic. de harusp. resp. Illaqueatus omnium legum periculis.

I L L A T E B R O, as, p. c. [*Ascondere dentro*. Gal. Cacher & celer en lieu secret. Hisp. Esconder dentro.] *ἐνυπαποκρύπτω*, in latebris abscondo. Gellius ex 5. Annal. Q. Claudij Illatebrant sese.

I L L A U D A B I L I S, le, [*Indegno di laude*.] *ἀνεγκωμίαςτος*, qui non est dignus ut laudetur : ut, Carmen illaudabile. Stat. 5. Syl.

I L L A U D A T V S, ta, tum, [*Non laudato, non degno di laude*. Gal. Qui n'est point loué, indigne d'estre loué. Hi. No alabado, no digno de ser alabado.] *ἀνεγκωμίαςτος, ἀναξίλογος*, idem quod Illaudabilis, teste Gellio, & innominabilis, qui neque mentione, aut memoria ulla dignus est, neque unquam nominandus. Sicut quondam a communi consilio Atæ decretum fuit, uti nomen eius, qui templum Dianæ Ephesiæ incenderat, nemo ullo tempore nominaret. Est enim nomen hoc idoneum ad exprimentum sceleratissimi hominis detestationem. Virg. lib. 3. Geo. Quis aut Eurystea durum, Aut illaudati nescit Bugridis aras ? Est autem Illaudatus nomen non participium : neque enim uerbum habet a quo descendat, neque ullum importat tempus. Nam dicitur Illaudatus, non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruit, ut est lib. 7. Aen. Diues inaccessos ubi Solis filia lucos, pro inaccessibiles, non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debet. Sic fontem inexhaustum dicimus non tam eum, qui nunquam exhaustus sit, quam qui exhaustus non potest.

I L L E, Illa, Illud, illius in genitiuo, p. e. indifferente. [*Quello, olui*. Gall. Celuy

Ceiv. laxcaſtuli. Hiſp. Aquel.] ἐκεῖνος, pronomen eſt demonſtrati-
vum, tertiam designans perſonam, iam a loquente, quam ab au-
diente remota, de quo factis multa dicta ſunt in dictione Hic. In-
terdum emphaticam habet, vehementiamque addit orationi, quam
Græci exprimit per ὄ articulatum, Ter. in And. Hic, ſile eſt Vir. in
p. incipio i. Aen. Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen. Cic. pro Flac. Hinc illi legato.

ILLECEBRÆ, arum, p. c. [Carezza. Gal. Alliechement, toutes choſes qui at-
trayent, & alliehent. Hiſp. Los halagos.] θέληγρη, ἐπερωγαι, blandi-
tiz & pellaciæ, ab illiciendo dicitæ, quod animi ad ſe alliciant,
quemadmodum uoluptates, diuitiæ, quæ nulli non ablandiuntur.
Vtuntur autem hoc nomine tam in bonam partem, quam in
malam. Cic. lib. 6. de Rep. Suis te oportet illecebris ipſa uirtus
trahat ad uerum decus. Idem pro Cælio: Erant apud illum illece-
bre libidinum multæ. Legitur etiam in ſingulari numero Illece-
bra. Idem pro Mil. Quis ignorat maximam illecebram eſſe pec-
candi immunitatis ſpem.

ILLECEBROSE, Pl. in Bacc. Illecebroſius fieri nihil poteſt.

ILLEPIDE, [Senza piaceuolezza. Gal. Mauſadement, ſans grace. Hiſp.
Deſgraciadamente.] ἀγριπτιος, iniucunde & iuſtate. Plin. in præf.
operis: Nec Plancius illepide, cum diceretur Alinius orationes in
eum parare. Horat. i. Epit. Non quia craſſe Compoſitum illepi-
deve putetur.

ILLEPIDVS, a, um, [Spiaceno. Gal. Mauſade qui n'a aucune grace en ſoy.
Hiſp. Coſa deſgraciada.] ἀγριπτιος, ἀναπόδητος, in quo nihil leporis
eſt, nec elegantiz. Cic. 3. de Nat. De. Parentem habere auarum,
illepido, in liberos difficilem. Scortillum non illepido, nec in
uenuſtum, Catullus.

ILLEX, illegis, [Senza legge. Gal. Sans loy. Hiſp. Hombre ò muger ſin ley.]
αἰμος, qui ſine lege uiuit. Plaut. Perf. In iure illex, labes populi.
Quo in loco Illex Valla idem ſignificare arbitratur, quod Exlex.
Illex, icis, communis generis, interdum ſubſtantiuæ accipitur pro
illecebris, & incitamento: ut, Illex animi Venus. Interdum adie-
ctiuæ ſumitur, ut idem ſit quod illiciendi uim habens: ut, Oculi il-
lices apud Apul.

ILLI, cum i circumflexo, [Iui, in quel luogo. Gal. La, en ce lieu, la. Hiſp. Ali,
dónde alguno eſta.] ἐκεῖ, pro ibi, uel illic. Terentius in Adel. Ego
illi maximam partem feram. Vbi Donat: Errant, qui putant, il-
li eſſe pronomen, cum ſit aduerbium loci: ut Virgilius lib. 2. Aen-
neid. Illi mea trititia fata Degeneremque Neoptolemium narrare
memento.

ILLIBATVS, ta, tum, [Incorrotto, puro, non guato. Gal. Qui n'eſt point en
tame, ne corrompu, entier. Hiſp. Coſa no tocada ni corrupta] ἀλαωτος,
purus, intactus. Eſt autem nomen, non part. cum Illibo non lega-
tur. Liu. lib. 3. Illibatum robur hominis. Col. lib. 12. c. 1.

ILLIBERALIS, le, [Non liberale, non cortefe, auaro. Gal. Qui n'eſt point
liberal, ni lain, chiche. Hiſp. No liberal, no cortes.] ἀνάλθετος, parcus,
non munificus. Ci. Memmio lib. 13. Non in te me illiberalem, ſed
me in ſe negligentem putabit. Interdum illiberale dicitur, quod
contra ſit, ac liberum hominem decet. Illiberale facinus: libero
homine indignum. Ter. Ad. Ex illa familia Tam illiberale facinus
eſſe ortum? locus illiberalis, Cic. i. Off.

ILLIBERALITAS, tatis, [Auaritia. Gal. Vilenie, chicheté. Hiſp. Aquella
crianza no liberal] ἀνελθρηπία, parſimonia, auaritia, ſordes, cui op-
ponitur liberalitas. Cic. 2. Offic. Habenda eſt ratio rei familiaris,
ſed ita, ut illiberalitatis auaritiæq. abſit ſuſpicio.

ILLIBERALITER, [Non da gentiliuomo. Gal. Vilainement, chichement.
Hiſp. No liberalmente] ἀνελθρηπιας, ἀγεννως, non liberaliter, iniuſte,
aliter, ac hominem liberum decet. Illiberaliter apud ueteres dice-
batur factum (inquit Donatus) ſi quis exceſſiſſet omne genus ma-
leficij. Ter. in Ad. Factum a uobis duriter, Inmiſericorditerque,
atque etiam, ſi eſt pater Dicendum magis aperte, illiberaliter.
Idem in Phor. Quam his aſpernatur nunc tam illiberaliter. Cic.
Att. Nihil ab eo neque indiligenter, neque Illiberaliter.

ILLIBERIS, ἰλλίβερης, oppidum in ſinibus Galliz Narbonenſis, iux-
ta Pyrenæos montes, teſte Strab. lib. 4. Plin. in deſcriptione Gal-
liz Narbonenſis Illiberim ſua ætate exiguum oppidulum fuiſſe,
indicat, & ut ipſius uerbis utar, magnæ quondam urbis tenuæ ue-
ſtigium. Ptol. lib. 2. c. 6. Illiberim alteram collocat in Bætica Hi-
ſpaniz regione, quam nonnulli eandem eſſe exiſtunt cum ea,
quam hodie Granatam appellant.

ILLICIO, cis, [Adeſoare. Gal. Aſtirer, alicher. Hiſp. Atraher con halagos.]
ἐπαγωγὴ, θέλω, attraho, & quaſi inſeco, ex In, & antiquo uerbo La-
cio. Teren. in And. Homines adoleſcentulos, imperitos rerum, in
fraudem illicis?

ILLICITVS, a, um, [Illicito. Gall. Illicite, non loiffible a faire ou dire. Hiſp. Co-
ſa illicita ò que no conuene.] ἀθέμιτος, quod non licet. Cic. pro Clu.
Multitudinum illicitum eſt contradicere.

ILLECTVS, attra ctus, inuitatus. Cic. lib. 4. Tuſ. Libido, ad id, quod ui-
detur bonum illecta & inflammata uidetur.

ILLECTVS, cus, ui, [Carezza. Gal. Alliechement, atraissement. Hi. Halagos]

ἐπαγωγή, blanditiz, & illectamentum. Pl. utus Bacch. Magis il-
lectum tuum, quam lectum metuo. Eſt item illectus, compoſi-
tum a participio Lectus, ἀπιλεκτος, idem ſignificans, quod nou-
lectum. Ouid. lib. 1. de Arte am. Si non accipiat ſcriptum, illectum
que remittat.

ILLICIVM, cij, ab Illiciendo, pro incitamento, [Incitamento, ſtimolo,]
θέληγρη, ἐπερωγαι. Varro lib. 3. Si tranſitura ſunt apes ea, a pri-
ſtro perſuicandum, quod illicium hoc illis. Cic. ad Att.

ILLICO, [Quini, ſubito, incontinent. Gal. Soudain ſur le champ. Hiſp. Lue-
go.] αὐτοῦτι, aduerbium loci, idem ſignificans, quod ibidem, quaſi
in eodem loco. Ennius: Et quia, quo irent, ueſciebant, illico man-
ſerunt. Ter. in Adel. Oriſe nunc iam illico, conſiſte. Donatus: Il-
lico, modo locum, modo tempus ſignificat. Plerumq. ponitur pro
ſtatim, ſiue continuo. Cic. pro Mur. Simulatque increpuit ſuſpicio
tumultus, illico artes noſtræ conticeſcunt.

ILLIGO, as, are, [Legare, auiluppere. Gall. Alacher, lier avec. Hiſp. Atar.]
ἐδεσμιμα, innecto, intexo: ut cum emblemata poculis, uel au-
rum argento illigare dicimus. Per translationem ſumitur pro
implicare, ſiue inuoluere, Cicero de Orat. Orator Illigat ſententiam
uerbis. Liu. lib. 2. Bel. Maced. Poſtea quam nos illigari nolle
Romano bello uidit. Idem: Familiari amicitia plerique illigati
Phippo erant.

ILLIDO, dis, pen. p. [Romper, frangere. Gal. Heurter contre, froiſſer. Hiſp.
Quebrar una coſa en otra.] ὀροσδάλλω, duro alicui corpori affligo,
atque ita confringo. Valer. Max. lib. 1. vi ſubitæ tempeſtatis tota
cum claſſe uicinis Dæx litoribus illiſus eſt. Hoc eſt impetig, ad ui-
cina litora, & naues fregit. Ci. de haruf. reſp. Iam iſta ſerpens, com-
preſſa atque illiſa, morietur. Virg. 5. Aen. Effractoque illiſit in oſſa
cerebro. Dentes illidere labellis. Lucret. li. 4. Illidere dentem alicui
rei, pro imprimere. Hor. 2. Serm. Sat. 1. Et fragili quærens illidere
dentem, Offendit ſolido. Illidere manus. Ci. 3. Tuſ. Aequora illiſa
ſcopulis. Virg. 3. Geo.

ILLIMIS, me, [Puro, ſenza ſango. Gal. Sans bourbier. Hiſp. Coſa clara ſin
limo ò cieno.] ἀπιλος, καθαρός, purus, quaſi ſine limo. Ouid. 3. Met.
Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.

ILLINC, [Dili, di quel luogo. Gal. De la, de coſte la. Hiſp. Ali, donde algu-
no eſta.] ἐκεῖθεν, aduerbium loci, idem ſignificans, quod ibidem, quaſi
in eodem loco. Ter. Ad. Illinc ut tranſfertur
virgo. Cic. 2. Phil. Oninem ſe amorem abiectiſſe illinc, atq. in hanc
tranſſuſiſſe. Hinc illinc, prouerbiale. Terent. Ad. Dum cognatus
hinc Illinc ueniret.

ILLINIO, is, ire, [Vngere. Gal. Oindre, enduire par deſſus quelque choſe hu-
mide. Hiſp. Vnjar.] ἐπιχρίω, inungo. Colum. lib. 6. c. 14. cum ceruix
aqua frigida defricanda, & ſpuma argentea illinienda eſt. Plin. li. 7.
c. 11. Coruicis nidum illinere.

ILLINIŌNIS, penultima corr. illeui, illitum, tertiz coniugationis,
ἐπιχρίω, inungo, liquidi quippiam rei alicui induco. Cic. de Orat.
color uenulſtatis fuce illitus. Horat. i. Ser. Sat. 4. Et quodcumque
ſemel chartis illeuerit. Inde ſit illitus, ta, tum, pen. cor. Vir Illita
tela dolis.

ILLIQVEFACIO, cis, [Liquefare in qualche coſa. Gall. Fonde dans quel-
que choſe. Hiſp. Derretir en algo] ἐννηωω, in re aliqua liquefacio. Cic.
4. Tuſc. Quæ ſunt ad perfundendum animum tamquam illiquefa-
ctæ uoluptates.

ILLITERATVS, ta, tum, [Non litterato. Gal. Non lettré, ſans lettres. Hiſp.
No letrado.] ἀπαιδωτος, litterarum expers. Cicero 2. de Orat.
Quem cognouimus uirum bonum & non illiteratum, ſed ni-
hil ad Perſum. Plinius in Epiſto. 147. Et libertus mihi non Illi-
teratus.

ILLITVS, us, ui, [Linimento,] illinendi actus. Plin. lib. 24. c. 6.

ILLO, ἐκέει, aduerbium ad locum, Ter. And. Cum illo aduenio.

ILLOCABILIS, & hoc le, [Che non ſi puo allogare. Gal. Qu'on ne peut po-
uer. Hiſp. Lo que no ſe puede poner.] δυπέδοτος, quod locum non
poteſt: ut, Virgo illocabilis, quæ ob deformitatem, aut inopiam
uirum inuenire non poteſt. Plaut. in Aulul. Virginem habeo gran-
deni, dote caſſam, atque illocabilem.

ILLOTVS, a, um, penul. correſp. [Che non e lanaro, ſporco, immondo, brut-
to. Gal. Qui n'eſt point lauè, ord ſale. Hi. No lauado, ſu zio.] ἀλωτος, quod
lotum non eſt, hoc eſt, quod ſordidum eſt, & immundum. Vnde
dicimus, Illotis manibus, uel pedibus rem aliquam aggredi, hoc
eſt, irreuerenter, confidenter, & imperite rem aliquam attemptare:
uelut ſi grammatista aliquis triuialibus illis diſciplinis uix ad
ſummam cutem tinctus, enarrationem Virgilij poematis audeat
aggredi. Traſtum eſt adagiū a ſacrorum ceremonijs: in qui-
bus omnia pura conuenit eſſe, & probe lota. Illoti echini, Horat.
2. Serm. Sat. 2.

ILLUCEO, es, ſecunda ſyllaba produc. [Lucere. Gal. Luire deſſus, reluire.
Hiſp. Luçir.] ἐμφαινωμαι, in re aliqua luceo. Plaut. Capt. Tuo quæ
capiti illicet.

ILLVC, [A quel luogo. Gall. La, en ce lieu la. Hiſp. Ali, donde alguno eſta.]
ἐκεῖθεν, aduerbium ſignificatiuum motus ad locum: ut, Hac atque
illuc intueri, apud Cic. de Or.

ILLUCESCO, eis, [*Fayllacido*.] lucidus fio, quo in tertijs personis utimur. ut Illucelit dies sic. Liu. lib. 32. Bel. Pun. Vbi illuxit, recepere clausit. Cic. de Nat. Cum Sol illuxisset.

ILLUD, dis, pen. cor. [*Beffare, dar la berta. Gal. Se jouer de quelque chose se truffer, se moquer. Hisp. Escarnecer*.] εμπαζω, derideo, ludibrio habeo. Dicimus autem, Illudo tibi, & Illudo te, & illudo in te, id est insulto. Cicero de Oratore. Illudere in aliquem. Virg. 2. Aeneid. Certantque illudere capto. Terentius in And. Adeon' uideatur uobis esse idonei, in quibus sic illud teis? Idem in Phor. Satin' superbe illuditis me? Vbi Donatus: Et dantium, & accusantium casum regit Illud. Virg. 9. Aen. Verbis uirtutem illude superbis. Significat interdum per lusum noceo. Virg. 3. Georg. Ne uaria illudant peltes. Illusus, participium. Tac. lib. 14. Saepè asperis faciejs illulus. Velles illusæ auro: id est, in quibus artifex ludens, auro aliquas depinxerat, inquit Serui. in illud Virg. 2. Geor. Illusæque auro uestes.

ILLUMINATE, [*Apertamente. Gal. Clairement, avec grand lumieres. Hisp. Claramente.*] εὐφανώς, clare, aperte. Cic. 3. de Or. Qui explicat, abundanter, illuminat, & rebus, & uerbis dicitur.

ILLUMINO, as, are, [*Illuminare, alluminare. Gall. Esclaver, donner clarté & lumiere. Hisp. Alumbrar dando lumbres.*] λαμπρυνω, clarum & lucidum reddo. Cic. 2. de Nat. De. Vt Sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque luna illuminata, grauiditates & partus affert. Cic. 3. de Or. Quæ sententijs orationem, uerborumque conformationibus illuminat.

ILLUMINVS, ni, num, [*Senza lume. Gal. Obscur, sans lumiera. Hisp. Cosa escura, sin lumbr alguna.*] ἀνοχως, sine lumine. Appul. lib. 6. Et illuminatum Proserpinæ nuptiatum. Et lib. 3. Seruato noctis illuminatione tempore i. obscuro.

ILLVNS NOX, [*Notte senza lume della Luna. Gall. Noire nuit, en la quelle la Lune ne luit point. Hisp. Noche, sin Luna.*] σκοτομύμη νύξ, dicta est a Plin. ep. 206. pro obscura: quasi sine Luna. Appul. lib. 9. Meta. per primam & secundam declinationem inflexit. Illunæ, inquiens, caliginis: a nominatio Illunus, a, um.

***ILLVRO**, opidum ciuium Rom. in Tarraconensi Hispaniæ parte, quæ Pyrenæis montibus est proxima.

***ILLVACO**, opidum Hispaniæ Beticæ.

ILLVSIO, onis, [*Beffeggiamento. Gal. Derision, moquerie. Hisp. Escarnescamiento.*] εὐπαζω, irrifio. Cic. 3. de Or. Illusio a præceptis Cæsaribus non abhorrens, &c.

ILLVSTRAMENTVM, ti, [*Chiarezza.*] Quinct. lib. 11. c. ult. Hæc sunt uel illustramenta pronuntiationis.

ILLVSTRATIO, onis, [*Chiarezza. Gal. Esclaircissement, ornement, reparament. Hisp. Esclarecimiento, ornamento.*] Quinct. lib. 6. c. 2. εὐπαζω, a Cic. illustratio dicitur.

ILLVSTRIS, stre, [*Illustre, chiaro, nobile. Gal. Fort clair. Hisp. Esclarecido.*] ἀσπρος, clarus, lucidus. Colum. 1. Balnearia sunt illustria. Plin. lib. 9. cap. 16. Noctibus illustribus, æque quam die cernunt. Plaut. Rud. Illustris fecit, fenestraq; indidit. Per translationem accipitur pro nobili, celebri. Cic. de Amic. Genus hoc fermouum positum in hominum ueterum auctoritate, & eorum illustrium, plus uidetur habere grauitatis. Idem in Verr. Tam illustre ac nobile domicilium. Illustre, notumque omnibus factum, apud eundem. 7. Ver. Facta illustria, & gloria. Idem 1. de Finib. Fama illustris. Virg. 7. Aen. Illustris & lata uia. Cic. 5. Ver.

ILLVSTRO, as, [*Illustrare. Gal. Illustrer, donner clarté & lumiere ou lueur. Hisp. Esclarecer.*] λαμπρυνω, rem aliquam lucidam, & splendidam facio, uel lucem & splendorem affero. Col. lib. 1. Ergastulum, plurimum, & iis angustis, illustratum fenestris. Per translationem accipitur pro nobilitate, & celebrem reddere, Cicero Lentulo libro primo Epist. Illustrabit tuam amplitudinem hominum iniuria, Nonnumquam pro declarare, aperire, Cicero in Cat. Omnia illustrata, & patefacta uidistis. Idem de Orat. Patefacere & illustrare obscura. Illustrare Philosophiam Latinis litteris, idem lib. 1. Acad. 1. & 1. Tusc.

ILLVSVS, us, uis, [*Beffeggiamento.*] illusio, ipse actus illudendi. Plin. lib. 37. cap. 8.

ILLVIBILIS, le, [*Che non si puo lauare.*] δυσέκλυτος, quod elui non potest. Plau. in Men. Odore illuibili.

ILLVIBES, uicis, [*Sporchezza, brinitura. Gall. Ordure, saleté. Hisp. Suçiedad.*] ἀλυσία, squalor, immunditia, sordes. Teren. in Hea. Immunda illuic.

ILLYRICVS, a, um, Virg. 1. Aen. Illyricos penetrare sinus.

ILLYRI, idis, [*Schiawonia.*] Ἰλλυρις, siue Illyrium, rus, uel Illyricum, ei, regio Europæ satis ampla, secundum dextrum maris Adriatici latus extensa, a ceteris partibus, Itria, Mylia superioris, & Macedoniæ parte, quæ Adriatico mari incumbit, terminata. Dicta ab Illyrio Polyphemi, (ut Appianus scribit) siue (ut Eustathio placet) Cadmi filio. Hodie Sclauoniam uocant. Cic. Att. Pompeius proficiscitur per Illyricum.

***ILVA**, Iulula Tusciæ adiacens. Virg. 10.

ILVS, li, Ἴλος, filius fuit Trois regis Trojanorum, & pater Laomedontis, quem matura ætate moriens, regni herede reliquit. Ab huius nomine celeberrimum illud Myria minoris, siue Troadis caput, Ilii nomen accepit, siue quod ab Ilo primum fuerit conditum, cū Dardanus anrea Dardaniam condidisset: ut placet Hom. lib. 23. Iliad. siue quod a Dardano primum conditū imitauerit Ilii quod non obscure inuuit. Virg. 1. 8. Dardanus Iliacæ primus pater urbis: & auctor Str. lib. 13. primum omnium Ilium ausum fuisse in campis habitare, proindeque in medius campis fuisse sepulcrum: cuius sepulcri meminit & Hom. 11. Iliad.

I A N T E M

IMAGINARI, ἰμειρόροιοι, dicti sunt qui ferebant signa militaria, in quibus Imperatorum imagines erant.

IMAGINARIVS, a, um, [*φανταστικός, παραρητικός*, quod uerum non est, sed quod animo ita concipimus, ac si uerum esset. cuiusmodi apprehensionem dicimus Imaginationem. Suet. in Clau. S. pendia instituit, & imaginariæ militiæ genus, quod uocatur super numerum, quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Imaginarius fascibus cedere. Liu. 3. ab vrbe: Emptio imaginaria, Vlpian. l. is qui suis. ff. de manumiss.

IMAGINATVS, a, um, [*Ritratto. Gal. imagine, fait à la semblance ou image de quelqu'un. Hisp. Imaginado ó fingido, hecho à la imagen de alguno.*] ἀπεικασμένος, ad alicuius imaginem factum, Lact. lib. 5. Terram digitis suis imaginatam metuunt.

IMAGINATIO, [*Concetto, imaginazione. Gall. imagination. Hisp. Obra de imaginar, imaginamiento.*] φαντασία, pro huiusmodi conceptu: ut, Imaginationes libidinum, apud Plin. lib. 20. c. 7.

IMAGINO, nas, [*Rapresentare. Gall. Rapresenter ou rendre la semblance d'aucun, faire images. Hisp. Hazer imagines*] εἰκονίζω, imagines repræfento. Gellius libro 15. Speculum in loco certo positum nihil imaginat.

IMAGINOR, aris, [*Imaginarsi. Gal. imaginer, comprendre eu sapessee. Hisp. Imaginar ó fingir visiones.*] φανταζομαι, significat rei alicuius, quæ facta sit, uel fieri possit, uel etiam quæ fieri non possit, similitudinem mente concipio, Plin. lib. 20. c. 13. Ideo pro profluuio genitalli datur, & Venerem crebro pro somnia imagiantibus. Plin. in ep. Imaginatus uenisse Neronem.

IMAGINOSVS, la, sum, εἰκόνος, εἰκονόδης, in quo sunt plures imagines, unde speculum imaginofum, a Catullo dicitur.

IMAGONIS, [*Imaginare, figura, simulacro, semblanza. Gal. Image, representacion, semblance. Hisp. Imagen, ó semejanza.*] εἰκόνος, simuliacrum, species, exemplar, & alicuius rei representatio. Cic. de Aïn. Nemo unquam animo aut ipse maiora suspiciet, qui sibi non illius memoria autque imaginem præponendam putat. Virg. 2. Aen. Vmbra Creusæ Visa mihi ante oculos & nota maior imago. Cic. in Orat. Demosthenis imaginem ex ære uidi. Olim nobiliores maiorum suorum imagines ad uiuum expressas, in atrijs suspendere solebant, illarum multitudine nobilitatem mentientes, quo factum est, ut imagines pro nobilitate accipiantur. Cice. de Leg. Agr. Si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me a uobis deprecantur. Plinius in epist. lib. 9. Quibus uideor pronum ad honores iter, & non subitas imagines relicturus. Subitas imagines appellat nobilitatem parum antiquam, sed repente fortunæ beneficio quæ sita, imago pro uagina, quod ueluti sit imago eius rei, quam claudit, Virg. lib. 8. Curuam seruans sub imagine falcem. Rhetores imaginem, εἰκόνος, uocant, quandam orationis figuram, cum res gesta non simpliciter indicatur, sed ut gesta sit, ostenditur, ut est illud: ipse inflammatus scelere in forum uenit, ardebant oculi: toto ex ore crudelitas emicabat.

IMAGVNCVLA, εἰκονίον, demin. parua imago.

IMAVM, p. p. μαῖος, Caucafi montis pars, India a Scythia dirimens. Scythiamque ipsam in duas ficans partes, quarum altera Scythia intra Imaum, altera Scythia extra Imaum appellatur. Vide Plin. lib. 6. c. 17. & Ptol. Asiæ. Tabul. 9.

IMBECILLIS, & hoc becille & Imbecillus, a, um, [*Debole, languido. Gall. Imbecille, foible, debile, lasche. Hisp. Debil y flaco.*] ἀδυνός, debilis, languidus, infirmus: quasi bacillo deditutus: quæ significatio tracta uidetur a tenerioribus plantis, quæ citra bacilli adminiculum uix possunt subsistere. Plin. in Paneg. Quis est tam imbecilli ingenio? Cicero de Amie. Vt si parentibus nati sint humilibus, si propinquos habeant imbecilliores. Hor. 2. Sermon. Imbecillis, iners. Cic. de Am. Imbecilla humana natura est ad contempnendam potentiam.

IMBECILLITAS, atis, [*Debolezza. Gal. Imbecillité, foiblesse, debilité, lascheté. Hisp. Flaquesa ó impotencia.*] ἀδυναμία, ἀδυναμία, debilitas, infirmitas, & tam ad animum, quam ad corpus refertur. Cic. de Am. Illud considerandum uideri solet, num propter imbecillitatem atque inopiam desideranda sit amicitia. Imbecillitas materiæ murem. Cæf. 2. Bel. Ciu. Imbecillitas consilij. Cic. 1. Off. Imbecillitas ætatis. Cic. ad Brutum.

IMBECILLITER, [*Debolmente. Gall. Debilement, foiblement, laschement.* Hisp.]

- Hif Flacamente.*] ἀδυνάτους, debiliter, & remisse, ac languide. Cic. 5. Acad. Iis, quæ uidentur, imbecillius assentiuntur. Idem 5. Tusc. Qui imbecillius horrent dolorem.
- IMBELLIA**, λιὰ, ἀδυναμία, inertia, & belli impericia. Macr. lib. 3. Sat. Tunc Pœnus eludens ignaiam, imbelliamque, militum.
- IMBELLIS**, & hoc imbelles, [Inetto alla guerra, timido. Gal. Couard, la-sche en bataille, debile. Hifp. Flaco para poder pelear, indispuesto para batallar.] ἄπλημος, timidus, ignauus, quasi bello parum aptus. Cic. Offic. Numquam periculi fuga committendum est, ut timidi, imbellesque uideamur. Ouid. in epist. Tres sumus imbelles. Imbel-lis, inermisque feminarum turba. Liui. 8. Bell. Punic. & 8. Bel. Ma-ce. Imbelle telum, Virg. 2. Aen. Sine ictu. Imbelles damæ, pro timi-da, Mart. lib. 13.
- IMBER**, bris, [Pioggia, pioggia. Gal. Pluye. Hifp. El agua lluvia.] ὁ ἄμβρος, gen. masc. in ablatiuo Imbre uel imbri. Virg. 4. Aen. Ventis pulsatur & imbri. Lucretius : Ex igni, terraque animæ nascuntur & imbre. Est autem imber (ut Apul. lib. de Mundo inquit) agmen aquarum largius ex conctetis effusum nubibus. Nimbus uero repentina, & uehementior pluuia: quæ quanto est improuisior, tanto est præcipitator, & breuiore adtrahitur casu. Virg. 1. Georg. Maximus agriculis pelagoque parabitur imber. Per translationem pro quo uis humore aqueo accipitur. Virg. lib. 1. Aeneid. pro aqua marina accepit, cum ait: Accipiunt inimicum imbrem. Imber pro lacry-marum effusione. Ouid. 3. Amor. Eleg. 5. Spargebat tepido flebilis imbre sinus. Laetis, lapidum, sanguinis, & terræ imber. Cicero lib. 1. de Diuinat. Ferreus imber. Virg. 12. Aeneid. Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber. Videtur a Græco ὄμβρος, deriuari, quod imbre sonat. sine adspiratione autem scribi debere ex compositis apparet, quæ sunt September, October, Nouember, & December.
- IMBERBIS**, & hoc be, [Senza barba, barbato. Gal. Qui n'a point de barbe. Hi. Lo que no tiene barba.] ἀγένης, ἀπώγων, quod non est barbatum. Hor. ep. 1. 2. ep. 1. Vel quia turpe putant parere minoribus, & quod Imberbes didicere, fenes perdenda fateri. Cic. 1. de Nat. De. Apol linem semper imberbem.
- IMBIBO**, is, pen. c. [Beuere, apprehendere. Gal. Boire, emboire. Hifp. Embouer en si.] ἐπιπνῶ, idem fere quod bibo, uel humorem attraho, & in me recipio. Plin. lib. 10. cap. 14. Imbibitur ad serpentium ictus decoctum. Idem lib. 24. cap. 15. per infundibulum imbibitur in uete-re tussi. Imbibere item per metaphoram apprehendere significat. Cic. 2. Ver. An iste unquam de se bonam spem habuisset, nisi de uo-bis malam opinionem animo imbibisset? Liui. 2. ab urbe: Tantum certamen, animis imbiberat.
- IMBRIX**, cis, penult. corr. [Embrice, cappa. Gall. Tuiller, creuse & de mēronde. Hifp. La teja de canal de tejado.] σάλυξ, canalis est, uel tegula curua, & obtorta, per quam imber defluit. Plau. in Mil. Meas con-fregitis imbrices, & tegulas. Sifenn. lib. 3. hist. Dissipatis imbricum fragminibus. Ex quibus locis constat, Imbrices genus esse tegula-rum incuruum ex opere figulino, quo etiam hodie in plerisque lo-cis utimur ad arcendum imbrem. unde imbricata tecta appella-mus, quæ ex imbricibus sunt confecta. Vide infra.
- IMBRICATVS**, a, um, [Che ha figura d'embrice. Gall. A de mi rond come tuaille des gouttes. Hi. Cosa canalada con canales.] σάλυξ ὀδύς, imbricis modo incuruatus, imbricum figuram referens, Plin. lib. 1. c. 1. Imbricatis flexibilibus uertebris. Vitruuius lib. 2. Inserta cæmenta, alia super alia sedentia, inter se imbricata firmiorem præstât stru-cturam. Quo in loco uocat Imbricata cæmenta, imbricum in mo-rem inter se composita.
- IMBRICATIM**, imbricis modo. Plin. lib. 9. c. 34.
- IMBRICVS**, ca, cum, [Pionoso. Gal. Pluuioux. Hifp. Lluiuoso] ὁ ἄμβροσός, imbres ferens. Plau. in Merc. Hic Faunius Iereus est; hic Autter Imbricus.
- IMBRIFER**, ra, rum, [Che apporta pioggia. Gal. Qui apporte ou amène la pluye.] ὁ ἄμβροσός, pluuias afferens: ut Autter imbrifer. Cælum imbriferum. Col. lib. 5. c. 5. Vbi uliginosa regio est, aut cæli sunt imbriferi. Virg. 1. Geo. Vel cum ruet imbriferum uer.
- IMBUBITARE**, est puerili stercore inquinare. Imbubinare autem est mensruo mulierum sanguine polluere. Lucilius apud Nonium: Hæc te imbubinat, at hic contra te imbulbitat. Deductum a Græ-co ἐμβύτιον, quo sterco significatur.
- IMBUO**, is, bui, butum, [Tingere, empire, immergere. Gal. Abreuer de quel-que liqueur. Hifp. Embouer d'empapar d'henchir.] ἐμβύτιον, liquore, uel odore aliquo inficio, & ut ita dicam, imbiber e facio. haberque fe-re præter accusatiuum, etiam ablatiuum eius rei, qua quid imbuitur. Col. lib. 10. Quibus liquoribus mundam lanam imbuiere oportebit. Hor. lib. 1. epist. Quo semel est imbuta recens, seruabit odo-rem Testa diu. Cic. Phil. 14. Imbuti sanguine gladij. Per transla-tionem sumitur pro inflictuere, erudire: unde Imbutum literis. Im-butum bonis moribus, dicimus. Imbutum uitijs, inquinatum. Salu-stius: Auaricia quasi malis uenenis imbuta, corpus, animumque uirilem effeminat. Cic. lib. 1. Offic. Parentum præceptis imbuti.
- Gellius: Farinam fermento imbutam, id est, conpitam. Aliquando prætermittitur ablatiuus. Cato de re rust. Dolia olearia noua tre imbutio. Vir. 1. Ecl. Illius aram sæpe tener nostris ab oculibus im-buet agnus. i. inficit suo sanguine.
- IMITABILIS**, le, [Che si puo imitare. Gall. Qu'aisement on imite à la contrefaire. Hifp. Cosa que se puede remedar.] quod quis potest imita-ri. Ci. in Or. Orationis subtilitas imitabilis uidetur esse exitiman-tis: sed nihil est experienti minus.
- IMITAMEN**, inis, neut. gene. [Imitatione. Gall. Imitation. Hifp. Aquella obra de remedar, remedamento.] μιμησις, imitatio. Ouid. 4. Fast. Pri-scique imitamina facti.
- IMITAMENTVM**, tis, [Imitatione.] μιμησις, idem quod imitatio. Gellius lib. 4. c. 5. Oppluit omnia, non simulacris, nec imitamentis, sed luctu atque lamentis. Tacit. libro 13. Peractis tristitia imita-mentis.
- IMITATIO**, onis, [Imitatione.] μιμησις. Cic. 14. Phil. Virtutem imita-tione dignam.
- IMITATOR**, toris, [Imitatore. Gall. Imitateur, contrefaisseur. Hifp. Remedador.] μιμησις. Cicero de Leg. Per multi imitatores prin-cipum existunt. Martialis libro 1.
Si quis erit recti cultos, imitatur honesti.
- IMITATRIX**, cis, [Imitatrice. Gall. Celle qui inuite, ensuit & contrefait. Hi. Remedadora.] Cic. 1. de Leg. Imitatrix boni uoluptas.
- perficere *τελεῖν*. Virg. lib. 6. Tunc Stygio regi nocturnas inchoat aras, Vbi Ser. Inchoat, perficit: & est Verbu sacrorum. Idem Ser. in illud 3. Geo. Te sine nil altum mens inchoat: auctor est, antiquos olim scripsisse Inchoo, aspiratione interposita inter duas uocales, quod putarent nullum uerbum esse latinum, quod ante o finale haberet alterum o: quod tamē hodie uidemus in uerbo Boo, & composito Reboo. In secunda autem syllaba uerbi Inchoo uolam scribebant a spirationem, quod tres tantum putarent esse uoces Latinas, quæ post e, litteram aspirationem reciperent, Sepulchrum, Orchus, & Pulcher, ex quibus, inquit Seruius, pulcher tantum hodie recipit aspirationem.
- INCIDO**, dis, incidi, incisum, p.p. [*Tagliare, intagliare. Gal. Entailler, couper, inciser, trancher, engraver. Hisp. Cortar, entallar, esculpir.*] *διδάτε μνος, κτετακωπῆς*, ex In, & cado, quod e i ferio, seu seco. Vir. 3. Eclo. Atque mala uites incidere falce nouellas. Accipitur & pro in sculpo. Plin. in Paneg. Non trabibus, aut itatuis nomen tuum, sed monumentis eternæ laudis inciditur.
- INCISVS**, sa, sum, *ἐγχειλαμύρον*, per incisionem inscriptum, uel insculptum, in qua significatione, habet post se datiuum: ut apud Suet. de Cla. Grammaticis, Fatis marmoreo parieti incisus publicaret. Intē. dum accusatiuum cum præpositione. In. Liu. 3. ab Vrbe Leges in ædificatis in publico proposuerunt. Nonnunquam etiam ablatiuum cum eadem præpositione: quod est contra Valiam. Ci. in Ora. de Signis: in ære incisum tradiderunt. Incisum aliquando significat amissum, *σπαρακωμῆγον*. Liu. li. 3. Spe incisa, Aprius mortem sibi consiuit.
- INCIDO**, dis, incidi, pen. cor. [*Accedere, incorrere. Gal. Tomber d'auenture dessus, cheoir dessus ou pres. Hisp. Caer en algo à conteser.*] *ἐπιπίπτω*, ex In, & Cado, lupinum facit Incasum, licet parum usitatum. Omnia enim a Cado composita proferunt supinum cum a, sicut Cado: que uero a Cedo pro ferio mutāt e, in i, ut Incisum, Recisum. Vnde, ab Incido, Incasum, Incasurus. Pl. li. 1. Hæc ideo facta, quod incasura erant illa. Est autem incidere, proprie idem, quod in aliquid, seu supra aliquid cadere. Liu. lib. 2. Saguntii ruinæ uestris capitibus incident. Sumitur tamen frequenter pro, casu incurere. *δεδίτηθεν*, aut de improviso labi, præsertim quando construuntur cum accusatiuo mediante In: ut Incidi in latrones, Incidi in errorem. Ci. Curioni: Quod in id reipublica tempus non incidetis, sed ueneris. Incidere ergo, casu uenire est: Venire uero, certo iudicio, & sententia, & consilio. Quod ipse Ci. in eo quod sequitur declarat: Iudicio enim tuo, non casu, in ipsum discrimen rerū contulisti Tribunatum tuum. Iungitur quandoque cum datiuo ut, mihi incidit suspicio. Quandoque absolute ponitur: ut Incidit sæpe multæ causæ. Obiurgationes incident necessariæ: & Incidit de uxoribus mentio. Item, incidit quæstio. Aliud ex alio incidit. In quibus tamen intelligitur datiuus, similiterque exponuntur, ac si datiuum haberent; ut Incidit mentio, hoc est, casu nobis euenit, ut de ea re faceremus mentionem.
- INCITENS**, propinqua partui, quod fetus eius sit incitatus. Fest.
- INCILE**, huius incilis *διδωπε*, teste Vlp. l. j. ff. de Riuis, est locus depressus ad latus fluminis: ex eo dictus, quod inciditur. scinditur enim lapis uel terra unde primum aqua ex flumine agi possit. quæ admodum in pistrinis frumentarijs uidentur. Quod autem ad incile oppositur aquæ deriuandæ, compellendæ uel ex flumine caussa (quod uulgo Clausa dicitur) siue id ligneum sit, siue lapideum, siue ex qualibet alia materia, ad continendam transmittendamque aquam excogitatum, latinè (Vlp. recte) Septum dicitur. Item Incile, dicitur locus per quem primum deducitur ex quocunque riuo aqua, irrigandi caussa.
- INCILLO**, las, [*Riprendere. Gal. Reprendre. Hisp. Reprender.*] p.p. *ἐγχαλάω*, increpo, improbo. Plau. Nequis nostra incilet facta. Lucr. li. 3. Iure increpit, incilet que.
- INCINGO**, is, [*Cignere. Gal. Ceindre, enuironner. Hisp. Ceñir.*] *ἐπιζώνυμι*, cingo, circumligo. Liu. 8. ab urbe Incinctus cinctu Gabino. Vir. 7. Aen. Pampineas que gerunt incincti pellibus hastas.
- INCINO**, nis, pen. cor. [*Cantar per ragione. Gal. Chanter, soit par noix on par instrumens.*] *Hisp. Cantar para incitar y con razón.*] *ἐπίδωω*, cum quadam modulatione cano. Proper. Seu uarios incinit ore modos. Hinc fit frequentatiuum Incanto, ras, & incentio, de quibus supra.
- INCIPIO**, pis, pe. co. ex In, & Capiō, [*Cominciare, incominciare. Gal. Commencer. Hi. Comenzar.*] *ἀρχομαι, ἀπὸ ἀρχομαι*, significat inchoo. Teren. in Adelph. Hac spe illi hoc inceperunt. Coniungitur cum uerbo infinito. ut incipio timere Deum, tu incipis esse probus, Ille incipit doceri a præceptore, Illum incipit tædere laboris. Potest tamen esse sine infinito. Plaut. in Capt. Hic annus incipit uice simus. Aliquando cum ablatiuo, cum præpositione A. Plin. lib. 14. Vñ potius incipiemus, quam a uitibus? Hinc inceperunt, ti, institutum, principium. Cicer. in Catil. si non modo factum, sed inceperunt illum, conatumque contra patriam deprehendo. Inceptor, oris, qui incipit, Ter. in Eunū. O mearum uoluptatum omnium
- inuentor, inceptor, perfector. Inceptio, onis, principium. Ter. in And. Inceptio est amentium, non amantium.
- INCISE**, [*Minutamente, in piu parti. Gal. Par coupures, par morceaux, par pieces. Hisp. Acortaduras, o cortando.*] *κατὰ κόμματα*, incisum. Cice. in Ora. Quo pacto deceat incise, membratim uel dici.
- INCISIM**, minutatim, [*Minutamente,*] *κατὰ κόμματα*. Cic. in Ora. Hęc duo binis pedibus incisim.
- INCISIO**, onis, [*Taglio, intaglio. Gal. Incision, coupure. Hi. Cortadura, entadadura.*] *δισκοπη*, actus ipse incidendi. Col. li. 3. Infra incitionem & alligaturam, falce acuta leuiter uitem uulnerato ex utraque parte. Incisio alias in oratione pars membri est, quod Græci *κόμμα*, uocant. Ci. in Or.
- INCISVM**, li, κόμμα, Oratores uocant sensum, non expleto numero conclusum, quod plerisque pars membri esse uidetur: ut Domus tibi deerat? At habebas: pecunia superabas? at egebas. Fiunt autem & singulis uerbis incisa. Cice. in Orat. Quæ nescio, cur cum Græci *κόμματα*, & *κῶλα*, nominat, nos non recte Incisa & membra dicamus.
- INCISVRA**, ræ, [*Taglio.*] *δισκομη*, ipsa incisio. Pl. li. 11. ca. 39. Pili recisi non ut herba, ab ipsa incilura augentur, sed ab radice exeunt. Incisura etiam dicuntur in manibus, quæ uulgo lineæ uocantur. Pl. li. 11. ca. 52. In manu duas incisuras longas, habentes.
- INCISVS**, us, [*Taglio,*] p.p. incisio. Plin. li. 19. c. 12. Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur.
- INCITAE**, æ, [*Pouertæ.*] pen. pro. Paupertas. Plau. in Trin. Ad incitas redactus.
- INCITAVLVVM**, li, Incitamen, inis, & Incitamentum, ti, idem significant, *ἐπιπληροῦς*, Gell. li. 15. cap. 15. Fomitē esse quendam dicens, & incitabulum ingenij.
- INCITAMENTVM**, ti, [*Stimolo. Gal. Roideur, uiffesse, instigation. Hisp. Incitamiento.*] Cic. pro Arch. Maximum & periculorum incitamentum, & laborum.
- INCITATE**, [*Incitamento,*] Ci. ad Att. li. 2. Quas Numestio literas dedi, sic te his, euocabam, ut nihil incitatus fieri posses.
- INCITATIO**, onis, [*instigatione,*] inligatio, commotio. Ci. 2. de Or. Languentis populi incitatio, & effrenati moderatio.
- INCITEGA**, p.p. machinula, in qua amphora uini constituebatur, unde subinde uina conuiuis subministrarent. Festus.
- INCITO**, tas, p.co. ab. In, & Cito, quod est frequentatiuum, a uerbo Citeo, [*Incitare, promouere. Gal. Inciter, promouvoir. Hisp. Incitar, mover.*] *προκαλεῖται*, Vnde, & pro irritare, & prouocare sumitur. Cæf. 3. Bel. Gal. Sed multa tamen Cæsarium ad bellum incitabant. Treh. ad Ci. lib. 12. Epit. Ne putes in Asia feriatum illum ab his studijs, in qua cohortatione incitatur, futurū. Incitatus, participium: ut, Incitatus ira, aut aliqua perturbatione. Cicero libro primo Offi. Iracundia incitatus populus. Incitatum, pro uehementi: nomen ex participio. Cicero in Brut. Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. Item in Somn. Scip. Totius mundi incitissima conuersioe sonitus.
- INCLAMO**, as, [*Riprendere gridando, sgridare. Ga. Hucher, appeler a haute voix. Hisp. Reprehender con grito, dar grandes uozes.*] *ἐγχαλεῖν*, est clamore obiurgare. Ci. 1. de Or. Nemo inclamauit patronorum. Pl. in Afrin. Holpitē inclamauit. Aliquando accipitur pro intro uocare. li. 2. Fatt. Fit sonus, inclamat comites.
- INCLAREO**, es, uel inclaresco, is, inclarus, [*Duenir chiaro, noto, manifeste. Ga. Duenir clair, uenir en bruit. Hi. Aclararse, haçerse claro y manifeste.*] *ἐπιλαύνομαι*, clarum fieri, manifestum, & notum. Pl. lib. 35. cap. 11. Inclaruit maxime discipulo Nicea.
- INCLEMENS**, tis, [*Crudele, aspro. Gal. Sans clemence, rigoureux, impitoyable. Hi. No misericordioso, aspero.*] *ἀπλῆς*, durus & asper, contrarium clementi. Liu. 8. ab Vrbe Inclementem Dictatorem.
- INCLEMENTER**, *[Asperamente, rulemente.] ἀπεικῆς*, dure, aspere, Plau. in Amphi. Iterum hic in me inclementer dicit. Liu. libro tertio. Ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum inuectus.
- INCLEMENTIA**, æ, [*Asprezza, crudeltà.*] *ἀπλῆς*, duritas. Vir. 2. A. e. Verum inclementia diuum Has euertit opes.
- INCLINO**, as, p.p. [*Chinarsi, inchinare. Gal. Encliner, se baisser, tourner uers. Hisp. Inclinar a otro, acostarse o abaxarse.*] *κατασείω*, inflecto. Iuuen. Saty. 9. Atque ipsos etiam inclinare maritos. Liu. 10. Bell. Maced. placet regem impelli ad consilia belli, ad que iam sua sponte animum inclinasset. Idem. 1. ab Vrbe Romana inclinatur acies. i. retrocedit.
- INCLINATIO**, onis, [*Inclinazione.*] *ἄγκλισις*, inflexio. Pl. li. 18. ca. 43. de lignorū sectione loquens: Altera inclinatione egerunt scobæ. Inclinationes rerum & temporum dicuntur, quando reip. ad mutationem spectare uidetur. Ci. in Phi. Minimis monumentis maximæ inclinationes temporum fiunt.
- INCLINAMENTVM**, ti, [*Termine.*] *ἐπιχλισις*, pro deriuatione, uel terminatione. Gell. lib. 4. cap. 9. Hoc inclinamentum huiuscemodi uerborum.

INCLINATUS, us, [Declinatione,] ἔγκλισις, declinatio. Gell. libr. 3. capit. 12.

INCLUDO, dis, p. p. [Rincludere, serrare dentro. Gal. Enfermer, enclorre. Hisp. Encerrar, meter à poner dentro.] κατακλειω, intus claudio. Virg. 2. Aen. Includos utero Danaos. Cice. de Sene. Dum sumus inclusi in his compagibus corporis. Idē de Vniuer. Sed quia nodum omne anima in mundo includerat. Includo, onis, Cic. in Vat. Bibulū, cuius inclusione contentus non eras, interficere uolueras.

INCLUSVS, a, um, [Chiuso,] Cic. in Catil. Intus inclusum periculum est.

INCLYTUS, a, um, p. c. cum y, [Inclito, glorioso, illustre. Gal. De grand renom, qui a grand bruit illustre. Hi. Glorioso, preclaro, famoso.] ἰδαμπος, idem est quod gloriosus, excellens atque insignis, quique ueluti fulgore quodam famē resplicet. Componitur enim ex ἐν, & κλυτος, quod clarum significat, & gloriosum. Cic. Ora. Inclytus dicimus breui prima littera. Vir. 2. Aen. Inclyta bello Mænia Dardanidum. Liu. 6. bel. Pun. Inclytum diuitijs templum.

INCOACTVS, a, um, [Nouforzato, uoluntario,] ἐκείσις, pro uoluntario, Valerius. lib. 4. cap. 7. Incoactam uoluntatem amicitijs contrahendis.

INCOCTILIA, [Vasi di metallo stagnati. Gal. Vaisseau estaimé. Hisp. vasos estañados.] a ueteribus dicta fuerunt uasa ænea, quibus plumbum incōctum erat ne quid ex ære ingratū saporis eis accederet. Plin. lib. 34. cap. 17.

INCOCTVS, a, um, ἐνεψιμέσος, particip. passiuum est a uerbo incoquo. idem ualens, quod in aliquo coctus. Plini. lib. 18. cap. 11. Cruor incoctus herbis. Horat. Epod. 3. Incoctum generosum pectus honesto. Perf. Saty. 2. Vellera incocta Tyrios rubores. Virgil. 3. Georg.

INCENOS, as, [Cenare,] apud Sue. in Tiberio legitur pro ceno.

INCENATVS, [Senza cena,] ἀδειπνος, non cenatus. Cato de Re ru. Cubet incenatus. Plau. in Pseu. It incenatus cubitum.

INCENIS, ne, [Senza cena,] ἀδειπνος, sine cena, qui non cenauit. Plau. in Cal. Incenem extrudere cupiunt ex ædibus.

INCOGITABILIS, le, [Sconsiderato,] ἀλόγιστος, incogitans, qui non solet cogitare. Plau. in Mil. Excordem, cæcum, incogitabilem. Lactan. li. 1. Cæci, incogitabiles, excordes. Dicitur etiam passiuē de re, quæ non cogitatur.

INCOGITANS, tis, [Inconsiderato. Gal. Inconsiderè. Hisp. El que no piensa] ἀλογος, inconsideratus non satis perpendens, ea quæ aggreditur. Ter. in Phor. Quod nisi fuisset incogitans. Et iterum: A deo te esse incogitantem, atque impudentem?

INCOGITANTIA, a, [Inuertenza,] Plau. in Merc.

INCOGITATVS, a, um, [Inconsiderato,] incogitans. Plau. in Bacchid. Ira cundo animo, indomito, incogitato, Sine modo, & modestia sum. Hic actiue accipitur: apud Senecam uero epist. 58. passiuē.

INCOGNITVS, a, um, [Incognito. Gal. Incognu. Hi. No conocido.] ἀγνωστος, non cognitus. Cic. contra Rul. Incognitam rem cognoscere. Virg. 1. Aen. Sed res animos incognita turbat.

INCOHIBESCO, is, pro, non cohibere. nam in negat. Lucr. bis li. 3.

INCOIBILIS, le, quod coire, & coniungi non potest. Gel. libro quinto cap. tertio.

INCOLA, le, [Habitatore. Gal. Habitant, habitateur. Hisp. El morador en lugar.] ἔνοικος, μετοικησ, ab incolendo deducitur, sicut ab accolendo Accola. Est autem Incola, qui in aliena urbe, uel rep. habitat, quasi ciuis aut municeps. Cic. li. 1. Offic. Peregrini & incolæ officium est, nihil præter negotium suum. Pomp. Iurecon. scribit, Incolam esse qui in aliqua regione domicilium conduxit, quæ Græci πῶροικον, appellant. Nec tantum qui in oppido morantur, incolæ sunt, sed etiam qui in alticuius oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eum, se quasi in aliquam sedem recipiant. Inquilinus autem, qui in alienas ædes, alienaque prædia ex conducto habitat, siue in Vrbe, siue ruri. Cic. in Phil. Te inquilino, non domino, personabant omnia uocibus ebriorum. Unde inquilinus probri uel odii causā quis appellatur, quasi domum propriam non habeat. Salu. in Ci. M. Tullius inquilinus ciuis urbis Romæ. Qui autem inquilinis cenacula locant, a Iureconsultis dicuntur facere cenaculum. Ponitur tamen quandoque Inquilinus, pro cohabitatore. Mart. Vicinus Nouio uel inquilinus Sit, si quis Nouium uide re non uult.

INCOLO, lis, [Habitaré. Gal. Habiter. Hisp. Morar en lugar, habitar.] κατοκέω, inhabito. Cic. 1. Tul. Quem locum incolunt. Idem 1. de Diui. Loca, quæ a quibusque incoluntur.

INCOLVMIS, me, p. c. [Sano, & saluo. Gal. Sain & sauué. Hisp. Entero y sano y rezo.] ἀσπις, ἀσπις, υἱός, idem est, quod sanus & saluus. Cic. 4. de Fi. Ut se & saluum in suo genere, incolumenque uellent. Idem pro Ros. Quibus incolumibus, & domi dignitas, & foris auctoritas retineretur. Aedes incolumes, pro integris, & non ruinosis apud Vlp. I. qui bona fide § cum iter. ff. de dam. infe. Hor. 1. Ser. Sat. 4. Vitam, samainque tueri Incolumen possim, &c.

INCOLYMITAS, atis, [Santità, salute. Gal. Santé & entiere, sauetè. Hisp. San-

idad y entereza.] ὑγιειν, est, ut Cic. inquit, saluti tua atque integra conuersatio. Idem Trebatio. Si quis erit inuiculus aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate, agendi.

INCOMES, penul. corre. huius incomitis, [Senza compagnia,] sine comite. Fest.

INCOMITATVS, a, um, [Scompagnato,] ἀπαρπημῆος, non comitatus, comitibus destitutus. Cic. 1. de Ora. Cuius artem cum innotatam esse atque innotatam uideres, uerborum eam dote locupletasti.

INCOMITIO, as, are, inquit Festus, est tale commissum facio, propter quod necesse sit in comitium, hoc est, in conuentum uenire. Plau. in Curc. Adolescens ne me incomities.

INCOMMODATIO, [Incommodata,] incommoditas. Cic. Att. li. 1.

INCOMMODE, [Scommodamente, disconciamente. Gal. Incommodement, mal à propos, mal à point. Hisp. No prouechosamente d'anoj mente.] ἀνιπαρδός, intempeliue, cum incommodo. Tere. in Hecy. Quia tam incommode illis fors obtulerat aduentum meum. Cic. de Ami. Cum illo actum optime est, mecum autem incommodius. Incommodissime nauigare. Cic. ad Att. li. 5.

INCOMMODITAS, atis, [Incommodata, danno,] βλάβη, damnum, molestia. Tere. in And. Incommoditas huc omnis redit, Si eueniat discessio. Liu. 10. ab urb. Romæ incommoitate temporis tristis nunciatus fuit.

INCOMMODO, das, [Incommodare, nuocere. Gal. Incommoder, faire ou porter dommage, nuire. Hisp. Dañar à no aprouechar.] βλάβω, noceo, seu damnum infero. Cic. pro Quint. Cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint. Ter. in And. Magis mihi ut incommodet, quam ut obsequatur gnato.

INCOMMODVM, dis, [Danno, incommodata,] βλάβη, damnum, detrimentum. Plaut. in Amph. Ita diis placitum, ut incommodi plus maliq. adit. Cic. 1. de Fin. Non ob ea solum incommoda, quæ eueniunt improbis: Incommoda ferre, pro incommo dare. Cic. ad Quint. Fr. Te quæ inimicis incommo data laturum.

INCOMMODVS, a, um, [Incomodo, molesto, dannofo. Gal. Incomode, mal propre, ennuyeux, sacheux, dommageable, nuisant. Hisp. No prouechoso, dannofo.] βλάβηρος, quod damnum affert uel molestum est. Ter. n Hecy. Ain tu tibi hoc incommo dum euenisse iter? Cic. 5. Verr. Quæ aratori non modo incommo da non est, sed etiam grata. Incommo da uxor, & importuna, Plau. in Afin.

INCOMMUNE, [Comunemente,] εἰς κοινὸν κοινῆ, æqualiter omnibus. Ter. in And. Id te oro, in commune ut consulas.

INCOMPARABILIS, le, [Incomparable,] cui nihil potest comparari. Plin. lib. 7. cap. 25. Illa fuit uera & incomparabilis inuicti animi sublimitas. Quin. li. 1. cap. 3. In comparabilem magistrum domi habeat.

INCOMPERTVS, a, um, [Nō trouato, incognito,] ἀγνωστος, incognitus. Plin. lib. 34. ca. 14. Origo atque natura eius incompta est mihi. Liu. 8. Bel. Pun. Incomptum est.

INCOMPOSITVS, a, um, [Non ornato, non elegante, rozó. Gal. Qui est sans ordre, mal aiuacé, mis endesfarroy. Hisp. No bien compuesto.] ἀκελευστος, incomptus, inornatus, inelegans, contrarium composito: ut, Incomposita oratio. Liu. 4. ab urbe. Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur. Moribus incompositis. Quin. lib. 4. cap. 5. Motus incompositos dare, Virgilius secundo Georg. Incompositæ, ineleganter. Liu. quinto bell. Punic. Negligenter & incompositæ ueniunt.

INCOMPREHENSIBILIS, le, [Incomprendibile. Gal. Incomprendible, qu'on ne peut comprendre ou tenir. Hisp. Lo que no se puede comprender.] ἀκατάλητος, quod comprehendere non potest. Plin. in Episto. Ia disputando incomprehensibilis. Incomprehensibilis arene paruitas. Columel. lib. 10. in Proœmio.

INCOMPREHENSVS, [Non compreso,] ἀσάλλητος, non comprehensus. Lact. lib. 3. Non oportere incomprehensæ atque imperfectæ rei perfectum uocem imponi. Cic. Aca. Quæ nos incomprehensæ, & non percepta dicimus.

INCOMPTVS, [Non ornato, non accancio, rozó,] ἀκομῆτος, inornatus. Cic. ad Att. lib. 2. Tua illa horridula mihi, atque incompta uisa sunt. Capilli incompti. Caput incomptum, apud Horatium.

INCONCESSVS, a, um, [Non concesso, illecito] ἀθέμιτος, non concessus, illicitus, negatus, prohibitus. Quin. li. 1. c. 2. Homini inconcessum. Vir. 1. Aen. Inconcessosq. hymenæos.

INCONCILIATE, [Inconsideratamente,] aduerb. ἀπεικέτως, perperam, inconsulte. Plau. in Moit. Ne inconciliate quid nos porro potuler.

INCONCILIO, as, are, [Disturbare. Gal. Mettre en discord, troubler. Hisp. Desbaratar.] ταραχῶ, turbo, dispergo. Plautus in Bacch. Inconciliare copias omnes meas. Accipitur etiam pro irritate & inimicum facere, Plautus in Trin. Inconciliastin' eum, qui mandatus est tibi?

INCONCINNITER, [Rozamente,] ἀκαρμῆσος, inornate, incompte, impolite. Gel. li. 10. ca. 17.

INCONCINNVS, a, um, [Mal composito, disconcio, rozo. Gal. Mal ajancé & façonné, qui n'a point de gr. ice. Hisp. Defatauido.] ἀμειστος, inelegans, inornatus, incompotus. Cic. de Or. Qui non in aliquo genere aut inconcinuus, aut multus est, ineptus dicitur. Hor. 1. Epit. 19. Asperitas agrestis, & inconcinna, grauisque.

INCONCVSSVS, [Che non si commoue. Gal. Non ébranlé. Hisp. No sacudido, ni movido.] ἀδίστατος, qui non concutitur. Laet. lib. de Ira Dei: Nihil pedes inconcussa stabilitate figantur. Stat. 4. Syl. Inconcussique penates.

INCONDITE, aduerbium, [Disordinatamēte. Gal. Sans ordre, sans mesure, mal proprement. Hisp. No apuestamente.] ἀνάρμοστος, incompotus, inordinate. Cic. 3. Off. Dicam, ut potero, incondite fortasse.

INCONDITVS, a, um, p. c. ex In, & Conditus, quod a Condo fit, [Disordinato, mal composito.] πλῆμμελής, idem est quod inordinatus, incompotus. Liu. lib. 4. In eum milites carmina incondita, & quantes eum Romulo canere. Eius simplex protulit Plau. in Amph. In cunis conditus est. Interdum pro inconfcripto. Sall. in Jug. Rure cuncti ad portas, incondita tenere. Quo in loco Inconditum accipitur pro inconfcripto: ut indicat Seruius in illud Virg. 2. Ecl. Vbi hæc incondita solus Montibus & filius studio iactabat inani. Corpora incondita, id est, insepulta apud Lucanum lib. 6. Ci. de Clar. Inconditum genus dicendi.

INCONDITVS, [Inspido.] p. p. ἀόρτυτος, a uerbo condito, non conditus, infipidus.

INCONFESSVS, non confessus. Oui. 2. Met. Inconfessa quid effecit.

INCONGELABILE, [Che n. si può congelare.] ἀμυρσίλλισον, quod non potest congelari. Gel. Marc. omne incongelabile.

INCONGRVENS, tis, [Disconueniente. Gall. Qui ne conuient & n'acorde point, incongnu. Hisp. No conueniente.] ἀνάρμοστος, quod non congruit rei de qua agitur. Plinius in Epit. Sententiam dissolutam, atque etiam incongruentem, uocant. Gell. lib. 2. cap. 5. Sibi, & nobis incongruas.

INCONNIVENS, pen. p. omn. gen. [Che non moue le palpebre de l'occhi. Gal. Qui ne cligne point les yeux. Hi. Que no cierra de güñas el ojo.] ἀσκαρδάμυκτος, quod palpebras non motat: a uerbo Connueo. Gell. l. 2. c. 1. Stare solitus Socrates dicitur a summo lucis ortu ad Solem alterum orientem inconniuens.

INCONSCIVS, a, um, [Non consapeuole.] ἀσυνείδωτος, non conscius. Liu. libro duodecimo.

INCONSEQUENTIA, a, ἀσυνάλογον, uitium orationis, cum aut res, aut uerba prætermittuntur, quæ ad superiora subsequi deberent. Quint. lib. 8. c. 6. Que est Inconsequentia rerum foedissima.

INCONSIDERATVS, a, um, qui non considerat, [Chi non considera, tra scurato. Gal. Inconsideré, mal auisé. Hisp. El que no mira bien, que es sin consejo.] ἀσκέπτος, Cic. pro Quint. O cupiditatem inconsideratam. Inconsiderata fama popularis, Cic. 3. Tul.

INCONSIDERANS, tis, [Inconsiderato.] ἀσκέπτος, inconsultus, & inconsideratus. Cicero 2. de Diu. Ita leues atque inconsiderantes sumus.

INCONSIDERANTIA, a, [Inuertenza. Gall. Faute d'auis, inconsiderance. Hisp. Razón sin consejo, sin consideracion.] ἀλογισία, inconsultatio ratio. Cic. ad Quint. Frat. Cuius in hoc uno inconsiderantiam sustinebo.

INCONSIDERATE, [Inconsideratamēte.] ἀσκέπτος, incōsulte, temere, ut apud Ci. in Off. Temere, fortuito, inconsiderate facere aliquid. Gell. l. 17. c. 1. Vt scribere ausi sint, M. Ciceronem improprie, atque inconsiderate locutum.

INCONSOLABILIS, le, [Che non riceue consolazione. Gall. Qu'on ne peut consoler ne reconforter. Hisp. Que no recibe consolacion.] ἀπαρηγόρητος, cuius dolori consolatio mederi nulla potest. Oui. 5. Met. Inconsolabile uulnus. Mente gerit tacita.

INCONSTANS, tis, [Instabile, inconstante.] ἀβέβαιος, leuiter, nullaque constantia. Cic. 4. Tul. Inconstanter dicta.

INCONSTANTIA, a, [Inconstanza, instabilitat.] ἀβέβαιος, leuitas, legeret. Hisp. Aquella no constancia, variedad.] ἀσασία, leuitas. Cicero Attic. lib. 10. Nemo doctus mutationem consilij inconstantiam dixit esse.

INCONSVETVS, a, um, [Non consueto, inuistato.] ἀνήθης, non assuetus. Silius lib. 11. Stuper inconsultus optima Sidonius mensæ miles.

INCONSULTE, [Paζζαmente, senza consiglio. Gall. Par mesgarde, à la volée, sans y penser & sans endolibérer. Hisp. Sin consejo.] ἐπιήδελος, stulte, temere, ab re, nulloque consilio. Sall. ut. Inconsulte ac ueluti per demantem cuncta simul agebant. Inconsulte ac temere aliquid dicere, apud Cic. lib. 1. de Nat. Deor. Inconsulto. Ad Herenn. lib. 1.

INCONSULTVM, [Senza mio consiglio.] ἐπέμυγε συμβουλδοντος,

dixerunt ueteres pro me inconsulto, Pla. in Trin. Me absente atque insciente, inconsulto meo ædes uenales inscribit.

INCONSULTVS, nomen, [Senza consiglio, imprudente. Gall. Qui ne prend point de conseil, despourueu de conseil, mal conseillé, imprudent. Hisp. El que è sin consejo.] ἀβελος, imprudens, temerarius, quasi nullius consilij, qui nullo sano consilio, ea quæ aggrediatur, expendit. Cic. pro Deiot. Homo inconsultus, & temerarius hæc non uidebat. Quint. Declamat. 19. O inconsultam & muliebrem amentiam. Quandoque participium est, & accipitur pro eo, a quo consilium non est petatum. Varr. lib. 1. de re rust. Inscio atque inconsulto domino, serui sæpe ex agro discedunt. Interdum accipitur pro eo, cui deest consilium. Virg. 3. Aen. Inconsulti abeunt.

INCONSVMPTVS, a, um, [Non consummato.] ἀδπαύητος, non consumptus, Oui. 7. Met. Pars inconsumpta reperta est.

INCONTAMINATVS, [Puro, sincero, non contaminato. Gall. Non contaminé, sans maculé ou taché, entier. Hispan. Cosa no ensuζiada. Limpia.] ἀμιατος, impollutus, purus, sincerus. Varr. 3. de re rustica, cap. 9. Facie incontaminata. Liuius 4. Ne quid sinceri, ne quid contaminati sint.

INCONTENTVS, adiectiuum a uerbo Tendo, is, [Non tirato. Gall. Qui n'est point tendu roide, lasche. Hisp. No tendido.] ἀέκτατος, contento contrarium, hoc est, quod non est tensum, sed laxum. Ci. 4. de Fin. Vt in fidibus, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum seruare possit.

INCONTINENS, tis, omnis generis, [Incontinente. Gall. Incontinent, intemperé. Hisp. Incontinente, de passion, desemplado.] ἀκρατής, intemperans, qui se a libidine, gula, uel non continet. Plaut. in Afin. Mauditum, incontinentem, oforem uxoris suæ. Interdum accipitur pro eo, qui sibi commissum fideliter non continet, Plin. lib. 8. cap. 43. de asinis loquens: Incontinens uterus urinam genitalem reddit.

INCONTINENTER, [Intemperatamēte, incontinentemēte. Gall. Intemperement, incontinentement, en desbauché. Hi. No continentemente, disempladamente.] ἀκρατώς, ἀνάρμοστος, intemperanter, sine continetia. Cic. 3. Off. Nihil iniuste, nihil libidinosè, nihil incontinenter faciendum.

INCONTINENTIA, a, [Incontinenza, immoderanza.] Gall. Incontinence, intemperance. Hisp. Aquella obra de no se contener, desemplança.] ἀκρασία, intemperantia, immoderatus uoluptatum usus. Cicero pro Cælio: Multa de incontinentia, intemperantiaque differunt. Accipitur aliquando pro imbecillitate aliquid sibi commissum retinendi. Vnde incontinentiam urinae dicimus, pro imbecillitate musculi retentiu, urinam male retinentis. Plinius libro octa uo, capit. 28.

INCONVENIENS, omnis ge. [Inconueniente, che non sta bene.] ἀνέκτος, indecens. Quint. lib. 1. c. 9. Sequentium ac priorum inter se inconueniens positio. Cassius ad Cic. lib. 12. Hæc nouissima nostra facta, non subita, nec inconuenientia.

INCONVENIENTIA, ἀνόμοια, etiam dicuntur, quæ ob diuersitatem inter se non conueniunt. Sen. de uita beata.

INCOQVO, quis, incoxi, ctum, [Cuocere dentro a qualche cosa.] ἐνέτω, in re aliqua coquo. Virg. 4. Ge. Radices incoque Baccho.

INCORDIO, as, arc, [Mettere nel core,] in cor immittere. Antiquum est uerbum, quo Pla. usus est in Cistell.

INCORPORALIS, le, [Incorporato.] ἀσώματος, quod non habet corpus. Quint. lib. 5. cap. 10. Ius incorporale apprehendi manu non potest. Seneca Epist. 91. A corporibus se ad incorporalia transtulit.

INCORPORATVS, a, um, [Senza corpo. Gall. Ce qui est sans corps. Hisp. Sin cuerpo.] ἀσώματος, corpore carens. Cic. 3. de Finib. Omnis uita incorporearum rerum æstimatio. Gell. lib. 5. cap. 15. Corpus ne sit hoc, an incorporeum.

INCORREPTVS, a, um, [Incorretto, scorretto. Gall. Incorret. Hisp. Cosa no corregida.] ἀεπαρρόρθωτος, non correctus: ut, Opus incorretum. Ouid. 3. Trist. Elegan. 14. Nunc incorretum populi peruenit ad ora.

INCORRVPTE, [Puramente.] pure, sincere. Cicero pro Marcell. Qui multis post seculis de te iudicabunt, & quidem incorruptius, quam nos.

INCORRVPTVS, a, um, [Puro, integro. Gall. Sain & entier, qui n'est point corrompu. Hisp. No corrompido, entero.] ἀσπίτος, quod corruptum non est, aut corrumpi non potest. Plin. lib. 13. c. 9. Incorruptum etiam in aquis durat. Cicero de Clar. Or. Cæsar consuetudinem uitiosam & corruptam pura & incorrupta consuetudine emendat. Animus incorruptus. Cic. 1. Tulc. Pro integro, qui que muneribus a fide officio ue abduci non potest. Incorruptior custos canis. Columel. lib. 7. c. 12. Hor. 1. Seru. Sat. 6. Ipse mihi custos incorruptissimus omnes Circum doctores aderat.

INCOXO, as, in coxam sedeo. Pacuius: Incoxanti mihi pes obduperat. Pompo. in Panuceatis, ut citat Nonius: Neque cacandi causa unquam incoxauit, nate.

INCREATVS,

- INCREATVS**, [Non creato.] ἀκτιστος, non creatus. Lactan. lib. 1. Deus increatus.
- INCREBRESCO**, is, ere, [Accrescere, dinolgar. Gall. Devenir ou estre frequent, croistre & s'augmenter de plus en plus. Hisp. Espejarse, dinolgar.] ἰσχυρὰ ἀλλὰ μάλιστα, diuulgor, inualesto. Liu. 7. ab vrb. Gallici belli fama increbescbat. Idem 4. Bel. Pun. Cum increbretceret rumor, bellum in Sicilia esse. Præteritum eius est Increbui, ut analogia uiderur exigere: non Increbui, ut quidam hodie scribunt. Cic. 14. Phil. Cum hac consuetudine quæ increbuit. Increbuit Aulter, hoc est, uehementer factus est. Ventus increbescit. Ci. ad Treb. Ep. lib. 7. & Cæf. lib. 2. Bel. Ciu.
- INCREDIBILIS**, le, [Incredibile. Gal. Incroyable, incredible. Hisp. Cosa de no ser creida.] παράδοξος, non credibilis. Cic. ad Sulp. lib. 13. Incredibile est, quas mihi gratias omnes agant. Ibidem: Incredibile hoc mihi obtigit.
- INCREDIBILITER**, [Incredibilmente.] Cic. de Sen.
- INCREDVLVS**, a, um, [Incredulo.] ἀπειθής, cui quid facile persuaderi non potest. Hor. in Arte: Incredulus odi.
- INCREMENTVM**, ti, [Aumento, accrescimento. Gal. Accroissement. Hisp. Acrecimiento.] ἀύξησης, augmentum, a uerbo increasco. Quin. lib. 8. cap. 4. Quattuor generibus uideo constare amplificationem, in cremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum est potissimum, cum magna etiam uidentur, quæ inferiora sunt. Cic. 2. de Finib. Negat summo bono afferre incrementum diem. Incremento ingenti res auctæ. Liu. 1. ab vrb. Quinctil. lib. 3. capit. 2. Huic studium & incrementum dederit utilitas. Incrementa, semina, unde aliquid crescit. Ouid. 3. Metam. Populi incrementa futuri.
- INCREPITO**, as, pen. cor. [Riprendere, dir villania.] ἰσχυρὰ ἀλλὰ μάλιστα, frequētatiuum ab Increpo, idem quod arguere, conuiciari. Virg. lib. 10. Aen. Hostis amare, quid increpitas? Cæf. 2. Bell. Gal. Increpitare, atque incusare reliquos Belgas. Aliquando est excusationem afferre. Virg. lib. 4. Georg. Aestatem increpitans feram, id est, caussatus ætatem fuisse tardior.
- INCREPO**, as, crepui, crepitum, pen. cor. [Far strepito, riprendere. Gal. Faire bruit, crier contre. Hi. Haizer estrubendo.] ἰσχυρὰ ἀλλὰ μάλιστα, significat sonum, & crepitum emitto. Virg. 9. Aen. At tuba terribilem sonum procul ære canoro, Increpuit. Dicimus increpo, Tuba increpuit sonum: Tuba, siue sonus increpuit: & Ego increpi tuba, Plau. in Amph. Si minusculo digito increperunt fores. Liu. 1. ab vrb. Vt primo statim concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladij. Per translationem ponitur pro reprehendo, idque cum crepuit, & uerborum, pedumve strepitu: hoc est, contra aliquem crepando & strependo insurgo. Plau. in Amph. Superbi nimis ferociter legatos nostros increpāt. Præteritum eius est iucepui. Plin. in ep. Siluius legatos grauiter increpuit. Item pro Intonare, Turpilius: Age tu hymenæum increpa. Increpare, pro accusare, Cic. Hortensio: Dialecticam aut illudit, aut increpat. Ouid. l. 3. Met. Incepor a cunctis.
- INCRESCO**, scis, [Accrescere, prender aumento. Gall. S'augmenter, croistre de plus en plus. Hisp. Mucho crecer, tomar crecimiento.] ἰσχυρὰ ἀλλὰ μάλιστα, augeor, inualeco. Luc. lib. 2. Mestumq; genis increlere barbam. Ouid. 9. Met. Vt dolor increuit.
- INCRENTVS**, tatum, [Senza sangue, non sanguinolento. Gall. Qui n'est point sanglant. Hisp. Cosa no ensangreintada, no sangrienta.] ἀναιμακτος ἀναικωτος, sine cruore: ut, Increnta uictoria, in qua nullus cruor effusus est, aut pauci sunt occisi. Liu. 1. 7. & 27. Idem 8. Haudquaquam incrento milite suo. Increntatus, a, um, non maculatus cruore. Tac. lib. 20.
- INCRUSTO**, as, are, [Incrostare, far crosta. Gal. Encrouster, crepir. Hisp. Cubrir de crostas, encrostar.] κοιλία, crustam inducere, siue crustam applicare. Varr. 3. de re rust. cap. 14. Has saginare solent ita, ut olam cum foraminibus in crustam sapa & farre. Hor. 1. Serm. Sat. 3. At nos uirtutes ipsas inuertimus, atque Syncerum cupimus uas incrustare. Id est, uirtutem quasi uitium interpretamur. Incrustatio, onis, κοιλίαις, crustæ ad parietem, aut pauimentum, aut uas ali quod applicato.
- INCVBATIO**, nis, [Couatione] Plin. libro 10. cap. 54. Rara incubatio ouis noxia.
- INCVBATOR**, ris, [Chi coua.]
- INCVBATORVS**, tus, Plin. lib. 10. c. 54.
- INCVBATIO**, nis, Plin. lib. 10. c. 64.
- INCVBITVS**, tus, ἐπικουρός, Plin. lib. 10. c. 54.
- INCVBO**, bas, p. c. incubui, incubitum, [Appoggiarsi, star sopra, couare. Gal. Estre couche ou appuyé sur quelque chose. Hisp. Acostarfe sobre alguna cosa, applicarse a alguna cosa.] ἰσχυρὰ ἀλλὰ μάλιστα, proprie idem est quod incubere, inniti, quasi iure quopiam cubare. Habet autem plerumque datiuum. Quin. lib. 10. Velut thesauris clausis incubabit. Virg. 1. Aen. Ponto nox incubat atra. Incubare ouis dicuntur aues, ἐπικουρῶν, cum excludendi foetus gratia oua fouent. Lact. lib. de Opifi. Ciborum expertes incubant ouis. Dicimus quoque Incubare oua, in eadem significacione. Var. lib. 3. de re ru. Negant plus uiginti quinque oua incubare. Quo in loco Incubare uerbum est actiuum: cuius etiam passim aliquoties ab eis est Plin. ut lib. 10. cap. 54. Oua incubari intra decem dies edita, utilissimum. Idem lib. 29. c. 3. Triduo incubata tol. untur. Pro eodem legitur & Incubare absolute, ita tamē, ut subaudiemus datiuum, Ouis, uel accusatiuum Oua. Col. lib. 8. c. 5 Galinæ incubare copiuunt ab Idib. Ianuariis. Et paulo post: Inhibetur cupiditas incubandi pinnula per nares transiecta. Incubare Ioui, est in Capitolio dormire, ad accipienda a Ioue responsa. Plautus in Curcul. Te incubare factus fuerat Ioui, qui tibi auxilio in iureiurando fuit. Seru. in illud Virg. 7. Aen. Pellib. incubuit stratis. Incubare, inquit, proprie dicuntur ii, qui dormiunt ad accipienda responsa. Accipitur al. quando pro inhabitare, Apul. lib. 7. Met. Tabernulam quandam uitæ maris fluctibus incubabat sic. Macrobius Dionythum appellat Siculæ aulæ incubatorem. Incubare pecuniæ, pro inhære & uehementer cupere. Cicero pro Cluen. Qui pecuniæ, quam considerat, spe iam atque animo incubaret. Interdum significat curam habere, translatione sumpta ab auiibus, quæ incubatu fouent oua. Apul. lib. 4. Met. Aureos folles incubabat.
- INCVBITO**, as, frequentat. Colum. lib. 8. cap. 14. Cellas, in quibus incubitant.
- INCVBVS**, ἐπιλάτης, morbus est noctu quiescentes infestans, cum scilicet externa quædam uis quiescentes uidentur inuadere, & ueluti suo pondere pressos grauare. nascitur hoc morbi genus copia uaporum, ex uoracitate, & cruditate in caput redundantium: Antiquitas credit esse dæmones hominum insultores.
- INCVICO**, as, are, [Insaccare, inualligare. Gall. Entrejeter parmi a force, inculquer. Hi. Recalcar una cosa sobre otra.] ἰσχυρὰ ἀλλὰ μάλιστα, infercio, & quali calcando immitto. Plin. lib. 29. c. 2. Canis rabiosi moribus inculcata. Cic. 1. Off. Græca uerba inculcantes. Idem de Fato: Quid attinet inculcare fatum?
- INCVLPATVS**, a, um, [Inculpato, senza colpa. Gal. Inculpable, qui est sans blame ou reproche. Hisp. Cosa que no tiene culpa.] ἀνελεητος, qui culpa caret. Gel. 1. 2. c. 6. Inculpatus instar est absolute uirtutis. Oui. Met. Sed uita, fidesq; Inculpata fuit.
- INCVLTE**, a, uerbum, [Rozamente, inornatamente. Gall. Sans ornement ou elegance, grossièrement, lourdement. Hisp. No labrada, ni polidamente.] ἰσχυρὰ ἀλλὰ μάλιστα, asperere, horride, inornate. Cicero de Clar. Orat. Dicere non inculte solebat. Idem pro Quinct. Vixit semper inculte, atque horride.
- INCVLTVS**, a, um, [Roz, inculto. Gal. Qui n'est point labouré. Hisp. Cosa no labrada.] ἀγεωργητος, non cultus: proprie dicitur de agris, quorum cultus deseritur. Liu. 2. ab vrb. Caritas annonæ ex incultis agris. Cicero de Nat. Deo. Terræ regio inhabitabilis & inculta. Per translationem accipitur pro inornate, & neglecto, horrido, & illaborato. Cicero de Clar. Or. Vir ut uita, sic oratione durus, incultus, horridus. Et paulo post: Corta inculta uia, & horrida ad eadem laudem peruenerat.
- INCVMBAS**, æ, est pars pilæ in fornicibus, cui onus ædificij incumbit. Vide Annot. Budæi in Pandec.
- INCVMBO**, bis, ere, [Appoggiarsi, attaccarsi, dare opera a qualche cosa. Gal. Estre couché ou appuyé sur quelque chose. Hisp. Acostarfe sobre alguna cosa, applicarse a alguna cosa.] ἰσχυρὰ ἀλλὰ μάλιστα, innitor, hæreo, super aliquid iaceo. Virg. 8. Eclo. Incumbens tereti Damon sic cepit oliuæ. Plinius lib. primo: Vndique terræ in cumbit. Aliquando accipitur, pro obnixæ rei alicui operam dare, in qua significatione accusatiuum iungitur mediante Ad, uel In, ut a Cicero. fere semper usurpatum ad Attic. libro secundo: Incumbamus ad illa præclara studia. Idem Cornificio: Te hortor ut omni cura in républicambas. Aliquando post accusatiuum adhibetur, adiectiuum, ut effectus rei, quæ designatur, demonstratur: ut idem pro Sylla: Neminem esse ex illo honoris gradu, qui non omni studio incubuerit ad rempub. conseruandam. Si uero non ponitur, tunc subintelligitur: ut, Incumbere ad bellum. Quandoque significat subire, ingruere, Lactan. lib. 2. Si morborum pestifera uis incubuit. Virg. 1. Aeneid. Incubueret mari, Quinct. lib. 5. c. 9. Cum magna uis uenti in mare incubuit.
- INCVNABVLA**, orum, uide Cuius. Cic. ad Att. lib. 2.
- INCVRIA**, æ, [Negligenza, poca cura. Gal. Negligence, nonchalance. Hisp. El desuido o negligencia.] ἀμελεια, negligentia. Ci. Ar. Vituperanda est rei tam necessariæ tanta incuria. Incuria, fame uel morbo consumi, apud eundem de prouincijs conf.
- INCVRIOSVS**, a, um, [Negligente. Gal. Negligent, nonchalant. Hisp. Descuidado y negligente.] ἀμελής, negligens, curæ expers. Apul. Incuriosum agnum, dixit pro pingui, quod qui omni profus cura sicut liberi, pulcherrime pinguescant.
- INCVRRO**, ris, [Correre contra qualch'uno, incorrere. Gal. Encourir, courir de dans ou contre. Hisp. Encontrar con otro, incurrir.] ἐμπίλλω, contra aliquem curro, uel incido in rem aliquam. Liu. lib. 1. Equites utrinque a cornibus positos, cum iam pelleretur media pedicium acies iacur-

incurrisse a lateribus ferunt. Aliquando est irruere. S. illust. Catilina inter confertissimos hostes incurrit. Incurrere crimen, Laet. Loquacitatis crimen incurram. Aliquando incurisiones facere, agrumque hostilem populari. Brucus Cicero. Vaster ea loca, quæ incurret.

INCVRSTIO, [Impeto. Gal. Course sur quelques uns. Hispan. Corrida de soldados.] impetus. Columella: Hosticis incurtionibus uastatus fruges.

INCVRVSUS, sus. Cic. pro Cæc. Tela & incurfus refugit.

INCVRSO, as, are, [Abatterse. Gal. Courir sus, faire course. Hispan. Correr contra algo.] frequentatium ab Incurro, ἐπιτρέχω, est currendo petere, & offendere. Plin. in Asin. Vbi uiuos homines mortui incurant. Ouid. 2. Met. Sub æthere fixis Incurant stellis; Tac. lib. 19. Nutantem aciem uictor equitatus incurfat. Incurfans, antis, part. Plin. lib. 11. cap. 37. Natura oculos composuit lubricos propter incurfantia, & mobiles.

INCVRVESCO, incuruescis, [Dimerit torq. κυρτέμαι, incuruus fio. Cic. 1. 1. Tull. Ramos baccarum ubertate incuruescere.

INCVRVO, as, [Tortere. Gal. Courber, faire courbè. Hi. Encornar otra cosa.] κυρβέω, incuruum facio. Plin. lib. 16. c. 42. Olea incuruatur. Ci. 2. de Fin. Incuruatum bacillum. Virg. 5. Aen. Incuruant uitibus arcus. Membra incuruata. Oui. 6. Met.

INCVRVVS, [Torto molto. Gal. Courbè. Hispan. Encornado hazia baxo.] κυρτός, ualde curuus. Teren. in Eun. Incuruus, tremulus. Incurua carina, Ouid. 15. Met. Cic. de Diu. Incuruum & leuiter a summo inflexum bacillum.

INCVS, udis, p. p. fem. gen. [Incude. Gal. Vn enclume. Hispan. La yunque.] ἀγυρον, in instrumentum ferreum est, super quod fabri ferrum cudunt. Cic. 1. de Nat. De. Figuræ, quas uos effici posse sine follibus & incudibus non putatis: Reddere uersus incudibus, sumitur pro emendare, Hor. in Arte:

Et male tornatos incudi reddere uersus.

INCVSATIO, onis, ab Incuso, [Riprensione, & querela.] ἀτισις, reprehensio, querela. Cic. 7. de Or. Habent uiciorum & peccatorum a-crem quandam incusationem, aut querelam.

INCUSO, as, [Accusare. Gal. Accuser. Hispan. Quejar de alguno accusandolo.] ἀτισις, mores, factum uel alicuius reprehendo, idque cum querela, quod officii limites sit prætergressus. Cæf. 1. Comm. Vehementer eos inculauit.

INCVSUS, a, um, pen. pro. a uerbo Incudo; Incusus lapis, apud Virg. 1. Geor. Lapidemque reuertens Incusum. Quem locum exponens Seruius, incusum (inquit) lapidem, id est, manualem molam, cudendo asperatam.

INCVSODITVS, a, um, [Non guardato.] ἀποούλακτος, non custoditus. Ouid. lib. 2. Met. Incusoditæ, Pythos memorantur in agros Processisse boues.

INCVTIO, tis, p. c. cussi, cussum. [Percotere. Gal. Letter contre, vner & frap per impetueusement. Hispan. Sacudir contra otra cosa.] ex in, & Quatio, q, in c, & a, in u, mutatis, ἐκτοπῶ, ἐπτείνω, ictum infero, impingo, infligo: ut, Incutere scipionem eburneum in caput alerius, apud Liui. 5. ab vrb. Incutere colaphum, Iuuen. Sat. 9. Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. Per translationem sumitur pro immittere, Virg. 1. Aen. Incute uim uentis. Cic. de Vniu. Error em incutiunt rationis expertibus. Incutere metum, terrorem hostibus, apud Liuium.

INDAGANTER, [Diligentemente. Gal. Ensuivant la trace. Hispan. Rastreando.] adter. Col. lib. 5. c. 1. Boni uenatoris est, indaganter quam plurimas feras capere.

INDAGATIO, [Inuestigatione. Gal. Cerchement, enqueste, inquisition. Hispan. Buscamiento.] ἀναπύσσις, inquisitio, perferutatio. Cic. 1. Off. Indagatio, & inuentio ueri.

INDAGATOR, ris, [Inuestigatore. Gal. Cercheur, enquesteur. Hispan. El que busca assi.] θυράτης, uenator, inquisitor. Col. lib. 9. c. 8. Indagatorem conuenient matutina tempora uestigandi eligere. Indagator aquarum. Idem lib. 2. c. 2.

INDAGATRIX, cis, [Inuestigatrice.] Cic. 5. Tusc. Philosophia uirtutis indagatrix.

INDAGO, as, pen. pr. [Inuestigare, cercare. Gal. Cercher à la trace, cerchier diligemment, s'enquerir. Hispan. Buscar por el rastro à lasadas.] θρωμάς, ὠρεσιόχης, proprie uenatorum uerbum est, idem significans, quod feras inuestigare. Cic. 2. de Fin. Canis natus ad indagandum. Per translationem accipitur pro quouis modo inquirere, uel persequari. Cic. de Opt. gen. dicen. Inutilitas uias indagemus, tætas relinquamus.

INDAGOS, inis, [Inquisitione. Gal. Toilles on panneaux, tente de filets tout au tour. Hispan. La red para tomar bestias.] εἰρηχοί, ἀκνοσάσιον, series plagarum, quibus saltus, stabulaque ferarum cinguntur a uenatoribus. Virg. lib. 4. Aen. Saltusque indagine cingunt. Luc. in 6. Vastaque feras indagine claudit. Hic (inquit Budæus) Lucanus per metaphoram indaginem uocauit fossam, & currium mentiarum ferie. Per translationem accipitur pro captiombus, quas quis non fa-

cile queat effugere. Tacit. libro 13. de Sen. Romæ testamenta & orbos uelut eius indagine capi, id est, captorem esse orborum, ita ut nullus captiones eius euadat. Item generaliter sumitur pro quouis indagine, seu inquisitione, Plin. lib. 7. c. 49. In qua sententia fuit Aristotelem uideo, & ea multis persuasisse doctrinæ indagibus.

INDE, [Indi, di quel luogo. Gal. De là de ce lieu là. Hispan. Dende ò desde allí adelante.] ἐκείθεν, aduerbium est importans motum de loco, idem significans, quod ex eo loco. Cicero de Nat. Iam inde ab ortu. Liui. lib. 1. ab vrb. Primo in Macedoniam uenisse, inde in Siciliam, quærentem sedes, delatum. Aliquando dicitur non de loco, sed de rebus. Idem in præfat. Inde tibi, curæque reipub. quod imitare, capias. Aliquando pro deinde, ut apud eundem: Crimini dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri: inde eos collecta iuuenum manu, hostilem in modum prædas agere. Hinc sunt Deinde, Exinde, Perinde, & Proinde, quæ habent accentum in antepenult.

INDEBITVS, a, um, non debitus, [Non donato.] ut Fletus indebitus. Seneca Her. Oetæo. Indebitos natu quidem Compefce fletus mater Alcida inclyti. Oui. ep. 15. Non indebita posco.

INDECENS, tis, omn. gen. [Sconuenevole. Gall. Messant. Hispan. Cosa fea y sin gracia.] ἀνεκός, non decens, turpis, præter decorum. Martia. lib. 5. Oculoque ludos spectat indecens uno. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 9.

INDECENTER, [Sconuenoulemente. Gall. Mal conuenamment. Hispan. Fea y desgraciadamente.] ἀπεικίτως, Plaut. Mercat. Clamant, indecenter obstrepunt. Martial. lib. 12. Quam sit lusca Philænis indecenter.

INDECET, [Effer sconueniente, star male. Gall. Il mesied, & n'est passeant ne conuenable. Hispan. Es cosa fea y sin gracia.] ἀπεισις, ὄσι, uerbum est in tertiis dumtaxat personis usitatum, idem significans quod dedecet. Plinius Iunior in epist. Confusa quædam & quasi turbata indecent.

INDECLINABILIS, le, [Che non si puo schiffare. Gall. Qu'on ne peut eui-ter, qui ne varie point, qui n'est point mutable. Hispan. Cosa que no se puede apartar, ò esguinar.] ἀδιάδρασος, quod declinari uel uitari non potest. Gell. lib. 6. cap. 2. Fatum est sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum. Indeclinatus, Ouid. 4. de Ponto: Qui prætas in declinat amico.

INDECOR, pen. c. huius indecoris, etiam pen. cor. [Dishonore, biafimo.] Gal. Messant, laid, dehoneft. Hispan. Dishonrado.] ἀχρημων, ἀεικίσις, idem est quod indecorus. Seruius putat compositum esse a nomine Decorus, & penultimam obliquorum naturaliter produci, quamuis a Vir. aliquot in locis corripatur, ut lib. 7. Non erimus regno indecores. Idem l. 12. Nec genus indecores. Vbi Seruius ait: Aut sylvole est, aut certe dicimus nominatum non inueniri, ut in multis nominibus fit. Nonius ostendit apud antiquos fuisse in usu nominatum Indecoris, & hoc Indecore, citans illud Attij ex Athamante: Cuius sit uita indecoris, mortem fugere turpem haud conuenit. Hodie tamen nominatiuus non est in usu, siue ille fuerit Indecor, siue Indecoris. Vt cumque est, pen. obliquorum semper corripitur. Quare magis uideri debet compositum a decus, quam a Decorus, sicut a Corpus fiunt Bieorpor, & Tricorpor. aut certe Bieorporis, & Tricorporis, licet enim nominatiui non sint in usu, frequenter tamen utimur eorum obliquis.

INDECORE, [Dishonoratamente. Gal. Dishonestement, vilainement. Hispan. Fea y dishonestamente.] ἀπεικίτως, indecenter, turpiter. Cic. primo Offic.

INDECORVS, ra, rum, [Sconueniente, brutto, dishonesto. Gal. Dishoneste, vilain, laid, messeant. Hispan. Turpe, indecente.] ἀπεισις, turpe, contrarium decoris, Indecora lascinia ludere. Plin. lib. 18. c. 34. Cic. 1. Off. Iusta omnia decora sunt, inuisita indecora. Indecorus questus. Liui. lib. 2. l. Indecorus uisus, Plin. lib. 13. c. 12.

INDEFENSVS, [Non difeso, seu disseso. Gall. Qui n'est point defendu. Hispan. No defendido] ἀναπολογητος, non defensio: defensore, patrone destitutus. Liui. lib. 4. Hic præbituri uos relis hostium estis in defensi, inulti? id est, sine defensione. Plin. lib. 18. cap. 7. Indefensa membrana continentur.

INDEFESSVS, a, um, [Non stanco. Gal. Qui ne se laisse point. Hispan. No cansado.] ἀναμειτος, non fatigabilis. Ouid. 9. Metam. Ego sum indefessus agendo.

INDEFINITVM, [Infito.] nullis rationibus circumscriptum, ἀπεύροστον, unde Grammatici, indefinite signum esse positum affirmant, quando nec reatiue, nec interrogatiue positum est. Significat & obscurum, Gell. lib. 16. cap. 4. Indefinitus, inexplicabilis, que sermo.

INDEFEBILIS, le, [Sempiterno, perpetuo. Gall. Qu'on ne sauroit effacer ou abolir. Hispan. C' esto uo no se puede r. er ò qui r.] ἀδιελεπτος, quod deleri non potest. Ouid. lib. 15. Metamor. Nomenque eiu indelebile nostrum.

INDEFLETVS, a, um, [Non piuto. Gal. Qui n'a point estre pleuré. Hispan. No llorado.]

llorado.] ἀλωσος, non defletus, cuius mortem nemo lacryinis est profectus. Ovi. 7. Met. Indefletaq uagantur Natorum, matrum Inque animæ.

DEFLEXVS, a, um. [Non piegato. Gal. Qui n'a point esté ployé. Hisp. Cosa que no se torce o plega.] non inclinatus. Plin. in Pauc. Aetatis inflexa mituritas.

INDELIBATVS, a, um. [Non tocco, integro, puro.] illibatus, intactus. Ovi. 1. Trist. Eleg. 4. Indelibatas cuncta sequuntur opes.

INDEMNATVS, a, um. [Non dannato.] ἀντιστος, non damnatus. Cic. de lege Agra. Bona indemnatorum ciuium.

INDEMNIS, ne. [Senza danno. Gal. Exempt de dommage. Hisp. Sin danno] ἀδης, ἀζημιος, nullo affectus damna.

INDEMNITAS, atis, uitatio damni. Papinian. in l. fideiussor. ff. de nego. gest. exitumans indemnitati lux consuli posse.

INDEPLORATVS, ta, tum. [Non pianto.] ἀλωσος, indefletus. Ovi. 3. Trist. Eleg. 3. Indeploreati barbara terra teget.

INDEPRECABILIS, a, um. [ἀπεραιτητος, quod nullis precibus potest auer ti. Gel. Pœna indeprecabilis subcundi esset.

INDEPTO, as. Var. Nec partem aliquam indeptauit hereditatis.

INDESERTVS, a, um. [Che mai si abbandona.] quod nunquam deseritur. Ovi. 1. Amor. Eleg. 9. In desertis meo pectore regna gere.

INDESES, [Non pigro.] ἀνοκτος, impiger, qui deses non est. Gel. lib. 7. cap. 22. Existimandum est, non omnino inculpatum, neque in defidem uisum esse.

INDESINENTER, [Continuamente. Gal. Tousiours, sans cesse. Hisp. Siempre y de continuo.] ἀδωσως, sine intermissione, semper. Var. 2. de Rerult. ca. 9. Indesinenter æger est.

INDETONSVS, sa, sum. [Non tosato.] ἀκρητος, non tonsus. Ovi. 4. Met. Indetonsusq. Thyoneus.

INDEX, cis. [Demonstratione, indicio. Gal. Monstreur ou monstre. Hisp. Descubridor del secreto.] ἰνδευσις, generis communis, pro eo uel ea, qui uel quæ aliquid indicat, & refert. Alconius scribit esse qui facinoris, cuius ipse est concilius, latebras indicat, impunitate propolita. Salust. in Catil. Conclamabant indicem falsum esse. Marti. lib. 1. Indice non opus est notris, aut iudice libris. Cice. 7. Ver. Cuius rei, neque index neque uestigium aliquid, neque suspicio cuiquam e. et ulla. Plin. lib. 8. cap. 15. Leonum animi index cauda, ut eorum aures. Cicero in Orato. Imago animi uultus est, indices oculi. Est præterea Index in libris, quem alio nomine uocamus elenchum: barbari uocant repertorium. Cicero ad Attic. libr. quarto. Membranulam, ex qua indices fiant, quos Græci συλλάβεις, appellant. Index item dicitur digitus pollicis proximus. ἰνδευσις, quod in indicanda re quapiam eo uti solemus. Lapis quoque, quo auri bonitatem exploramus, a Latinis index appellatur. Ouid. Metamor. Silicem, qui nunc quoque dicitur index.

INDIA, [India.] Ἰνδία, regio Orientalis, Afiæ terminus, quæ tam uasta perhibetur, ut eam tradant esse tertiam partem omnium terrarum. Pomp. scribit tantum spatium litoris eam occupare, quantum per sexaginta dies, nocte sq. uelificanibus cursus est. Tradunt in ea fuisse quinque milia oppidorum, quorum nullum Co. oppidum minus fuerit. Nomen habet ab Indo flumine, in quem ab Occidē tali plaga definit, qui solus, præter Nilum, crocodilos creat. Septentrione Tauri iugis, ab ortu Eoo p. l. a Meridie suo, hoc est indico clauditur. Gemmis abundat, capricanes & elephantos procreat. Arbores habet semper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamus aromaticus, & cinnama ad nos mittit. Indi prope gentium soli nunquam emigraue re finibus suis. Illic binæ ætates, leues auræ, temperies coeli, ubertas soli, aquarum abundantia: quæ omnia faciunt, ut maiora, in India, quam in ceteris regionibus nascantur animalia. Ci. de Fin. Via, quæ est hinc in Indiam. Ab India fit Indus.

INDICATIO, onis. [Estima del precio di qualche cosa. Gal. Pris, prisee. Hisp. Obra de estimar o apreciar.] ἰνδευσις, æstimatio alicuius rei, siue appetiatio, quam uocant. Plin. li. 22. ca. 24. Mellis causas atque differentias, & indicationem diximus. Plau. in Persa: Tua merx est, tua indicatio.

INDICATIVVS, a, um, ὀριστικός, dicitur id, quo aliquid indicatur. unde indicatiuus modus, quo præsentem actum indicamus.

INDICATVRA, ræ, [Estima.] æstimatio, ἰνδευσις, Plin. in Præf.

INDICATVS, a, um, particip. ἰνδευσις, Plin. li. 18. Emi lienem uiculi, quanti indicatus sit, iubent.

INDICIVM, dicij, [Manifestatione, segno. Gal. Indice, einsegne, monstre, signe. Hisp. Demonstration, descubrimiento de las cosas.] ἰνδευσις, proprie est delatio, detectiove criminis, facta a quopiam, qui eius cōsciis fuerit. Salust. in Catil. Senatus decreuit, indicium falsum uideri. Accipitur item pro signo, argumento, uestigio, siue nota alicuius rei. Idem post reditum. Hoc in dicitum animi sui fore non putauit. Idem pro Cluen. Indicia & uestigia ueneni.

INDICINA, næ, [Indicio.] indicium: qua uoce usus est Apuleius.

INDICO, cas, are, p. c. [Manifestare, palesare. Gal. monstrier, baillet à ca-

gnostre. Hisp. Dem. strax y desubrir lo secreto.] ἐκφάρα, manifesto, paliam facio. Plaut. in Abnar. Emonit me malum, quam hæc eius uxori non indicem. Aliquando demonitro, indicio humani, Lactan. libro septimo: Ipla uirtutis perpetuas indicat humanum animum, si uirtutem e perit, permanere. Aliquando defero, accuso, Vnde Vlp. in l. indicade. ff. de uerbo. signific. Indicasse, inquit reū, est detulisse, arguere, accusare, conuictare. Sed hæc figurationes in dicitur recidunt. Aliquando negationis uerbum est, & rebus uenialibus accommodatum, quod in meritis ditrahendis usurpat, quando nite canis est merx, pretium statuit rei: quam uenundat. Est etiam indicare, uenditoris, licet Licet emptoris, Plaut. Persi. Indica, fac pretium D. tua merx, est, tua indicatio. Idem in Mil. Venio ad macellum, rogito, pisces indicant caros. Cic. lib. 3. Offic. Scæuola Publij alius, cum postulasset, ut sibi fundus indicaretur.

INDICO, cis, xi, etum, pe. pr. multa significat. nam aliquando significat denunciare, [D. nunciare. Gal. Denouer. Hisp. Denunciar.] παραγγελλειν, Quamuis inter se differant, quod maiorem uim habeat indicare, quam denunciare. Nam denunciare proprie est significare, & simpliciter sumi potest, ut uentus denunciatur pluuiam: & Denuncio me tibi propediem futurum, Cicero pro Plauc. Denunciasti homo adolescens quid de republica sentires. Indicare uero, est solēnter, & quadam cum auctoritate significare: quod Cicero libro primo Offic. aperte docuit, qui utrunque uerbum coniunxit Ex quo, inquit, intelligi potest nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante sit, & indictum. In his uerbis duo genera belli gerendi fuisse significat, primum rebus repetitis, quæ si negabatur reddi, & bellum cum illis gestum fuisset, iustum habebatur: alterum honestius iustiusque erat eo cum repetitis rebus, nisi reddita fuissent, bellum gerendum esse maturo decernebatur consilio: tum ad unes hostium, denunciatis belli suspicendi causis bellum dicebatur. Sed quo pacto indicetur Liu. lib. 2. declarat his uerbis: Quodcumque pars maior, eorum qui aderant, in eandem sententiam ibant, bellum erat consensu fieri solitum, ut fœcialis haitam feratam, aut sanguineam præstitam ad fines eorum ferret, & non minus tribus pueribus præsentibus diceret: quod populi Priscorum Latinorum, hominesq. prisca Latini aduersus popu. R. Quiritium fecerunt, deliquerunt: quod pop. Ro. Quiritium bellum cum Priscis Latinis iusti esse, senatus uis pop. R. Quiritium censuit, cōsensit, cōsciuit, ut bellum cum prisca Latinis fieret: ob eam rem ego, populusq. Romanus, populo Priscorum Latinorum hominibusque prisca Latinis bellum indico, facioque. Id ubi dixisset, haitam in fines eorum emittebat. Voluptatibus bellum indicare per translationem dicitur pro, cum uoluptate pugnare, libi dicitur, & gula frænum injicere. Ci. de Sen. Ne bellum uideat indixisse voluptati. Sic etiam dicitur Indicare conciliū, Indicare tributum, hoc est solēnter & publica auctoritate significare, συλλαβεσθαι, Liu. lib. 1. ab urbe Iplum, qui concilium indixerat, nō ad esse. Idem li. 4. Vnde eam pecuniam cōfici posse, nisi tributo populo indicto. Ci. in Verr. Act. 5. Legem sibi indicit innocentia. Indicare spectaculum, est denunciare, & significare futurum spectaculum: Liu. lib. 1. Indici finitimis spectaculum iubet. Indicare funus, est euocare homines per præconem ad funus. Sue. in Cæs. funere iudicto rogus extructus est: Inducere iustitiam, est imperare cessationem dicendi iuris: quod non aliter quam in maximo reipub. luctu, aut periculo fieri consueuit. Liu. 10. His nuncijs senatus conterritus iustitiam indici iubet.

INDICTIO, onis, [Specie di tributo. Gal. Taille, impost. Hisp. Pecho o pecho, tributo.] est tributi, uel exactionis genus, quod a principibus populo indicitur, hoc est imperatur. Pædianus in 4. Ver. Omne genus pensionationis in hoc capite positi m est, canonis, oblationis, indictionis. De hoc titulo est de Iurisdictionibus lib. 10. Codicis Iustiniani. Vide Annot. Budæi in Pand.

INDICTIUVS, ua, um, συλλαβιστος, quod indictum est: ut, Funus indicti uerum, ad quod per præconem populus solet euocari. Et indicti ueræ meræ, quas consules uel prætores indicunt.

INDICTVS, etas, dictum, [Manifesto, con solemnità. Gal. Commande, signifie, seré publiquement. Hisp. Denunciado con solemnidad.] παραγγελλειν, dicitur quod est solēnter promulgatum: ut, Indictum bellum dicitur, quod publica auctoritate, & solēni ritu est denunciatum. Indictum funus, denunciatur exequia. Indictæ dapes. Ovi. 4. Fast. Indictas concelebrant que dapies. Est præterea Indictio, a, etum, nomen compositum a participio Dicitur, & Præpositione In, quod idem significat, quod non dictus, Terentius in Phor. Quod dictum indictum est. Liuuius libro quinto: Ea se, ut indicta sunt, reuocare non posse. Sic, indicta causa, ἀκριτος, non dicta, non defensa. Cic. pro Q. Rabirio, indicta causa, ciuem Romanum capitis condemnari coegit.

INDIDEM, pe. c. [Da quello istesso luogo. Gal. De ce lieu la mesme. Hisp. Del mesmo lugar] ἀντὶ τοῦ, ab inde, & Idem, ex eodem loco. Ci. pro Rosc.

Rof. Amer. Indidem ne Ameria, an hoſce ex urbe ſicarios ?

INDIFFERENS, eis, gen. om. [*Indifferente. Gall. Indifferent. Hiſp. No diffe-
rente.*] ἀδιαφορος, quod ſua natura, neque bonum eſt, neque mal-
lum. Cic. 3. de Finib. Quod illi ἀδιαφορος, dicunt, id mihi ita occur-
rit, ut Indifferens dicerem. Indifferens homo, qui non diſcernit,
nec eſt difficilis aut moroſus in re aliqua, Suet. in Iul. Cæſ. Circa
uictum Oppius indifferenter ſuile docet. Indifferens dolor apud
Stoicos. Gell. lib. 12. c. 15.

INDIFFERENTER, [*Indifferente. ſenſu differenzæ. Gal. Indifferem-
ment. Hiſp. No differentemente, ſin diferencia.*] ἀκριτως, ἐδίαφως,
Indifferenter ferre, eſt æquo animo ferre, non magni pendere,
ſulque deque ferre, Suet. in Dom. Occiſum eum populus indiffe-
reter, miles grauiffime tulit.

INDIFFERENTIA, tię, [*Indifferenzæ, ſomiglianzæ. Gal. Indifference, ſimi-
litude, conuenance. Hiſp. No diferencia, ſemejance.*] ἀδιαφορία, ſimili-
tudo, affinitas. Gell. lib. 13. cap. 3. Hoc ſcripli de utriuſque uocabuli
indifferentia. Idem cap. 21. Quanta apud ueteres indiffe-
rentia ſit.

INDIGENA, pen. cor. & commun. gen. [*Colui che habit a in quello iſteſſo
luogo doue gli è nato.*] αὐτόθων, qui in eo loco, quę incolit, natus eſt:
quaſi inde genitus. Omnes habitatores aut indigenę ſunt, aut ad-
uenę, aut conuenę. Aduenę, de uno loco uenientes: Conuenę de
diuerſis. Indigenę, qui in ea ipſa regione, in qua habitant, ſunt ge-
niti. Cic. de Nat. Tertius Hercules eſt ex Idęis indigenis. Liu. lib.
21. Nec maiores eorum indigenas, ſed aduenas Italię cultores.
Aliquando adiectiui uim habet, iungiturque ſubſtantiuus cuiuſus
generis. Oui. 6. Met. Indigenę dei. Plin. lib. 14. c. 6. Dixiſſe ho-
ſpiti de indigena uino.

INDIGEM, liberum dixit. Cic. de Or. Pro ſine liberis.

INDIGENTIA, tię, [*Biſogno. Gal. Diſette, ſouffrete, beſoing, faute. Hiſp.
Meneſter, pobre.*] ἐνδεα, inopia, egetas, penuria. Cic. de Ami.

INDIGEO, diges, gere, [*Hauer biſogno. Gal. Avoir ſante & diſette, avoir
biſoing, eſtre indigent. Hiſp. Hauer meneſter algo.*] ἀπρόω, ex In, & E-
geo, compositum d, euphonizę gratia interiecto: ſignificat idem
quod ſimplex egeo: iungiturque nunc genit. nunc ablat. Teren. in
Andr. Quasi tu huius indigeas patris. Cicero de Orat. libro 1.
Illa non tam artis indigent quam laboris. Caſſius Cice. in cohor-
tatione te puto non indigere. Huius imperſonali Plin. lib. 10. u-
ſus eſt: Cum præſidio earum indigetur. Ab Indigeo ſit partici-
pium, Indigens, Cic. de Am. Quid ille erat indigens mei? Benigne
facere indigentibus. Idem 2. Off. Ferre opem indigentibus. Idem
2. de Finib.

INDIGESTE, [*Diſordinateamente, mal compoſtamente, rozamente. Ga. Con-
fuſement. Hiſp. Sin orden.*] ἀτάκτος, inordinate, incompoſite. Gell.
lib. 20. c. 11. Breuiter, indigeſta, incondite.

INDIGESTVS, a, um, [*Mal compoſto, rozo. Gal. Confus, non par ordre. Hi.
Coſa no bien repartida.*] ἀτάκτος, ſine ordine. Plin. lib. 30. c. 15. Oui.
lib. 1. Met. Rudis, indigeſtaq. moles.

INDIGETES, p. c. [*Santi. Gal. Hommes deiſtes, ſelon la ſuperſtition des An-
cies ſaints. Hiſp. Los ſantos canonizados.*] οἱ ἁγιοθεωδιγτες, Dij ex homi-
nibus facti. quo nomine dictus eſt Aeneas, cum pugnans cum Me-
zentio, nuſquam apparuiſſet. Alij indigetes dicunt eſſe deos tute-
lares, quorum nomina uulgari non licet. Liu. 8. ab yr. Lares
dii Nouenſiles, dii indigetes. Virg. 1. Georg. Dii patrii indigetes,
& Romule, Veſtaque mater. Vbi Seruius: Patrii dii ſunt, qui
præſunt ſingulis ciuitatibus, ut Minerua Athenis, Iuno Car-
thagini. Ind. getes dii ex hominibus facti, quaſi in dijs agen-
tes. Abuſus tamen omnes dii generaliter poſſunt dici, Indi-
getes, tamquam nullius rei egentes. Vide Macrobius lib. 1. de
Som. Scip.

INDIGITAMENTA, libri Pontificales, qui & nomina deorum, & ra-
tiones ipſorum nominum continent. Feſtus: Indigitamenta, incan-
tamenta uel indicia interpretatur.

INDIGITO, tas, p. c. [*Chiamare, nominare. Gal. Appeler, monſtrer au doit.
Hiſp. Llamar a monſtrar con el dedo.*] δνομάζω, antiquum uerbum eſt,
idem quod uoco, nomino, ita dictum ab indicando, quaſi indicio,
uel a digitis, quod, quempiam nominantes, quaſi digito oſtenda-
mus. Macrobi. Veſtales ita Apollinem indigitant, Apollo medice.
Idem: Ita ab incolis indigitantur.

INDIGNABUNDVS, [*sdegnato.*] indignans. Liu. 8. Muliebriter indi-
gnabunda.

INDIGNATIO, onis, [*sdegnō, ira.*] a Iuu. Sat. 1. facit indignatio uerſus,
Plin. lib. 9. c. 30. Conuertit in ſe cuſtodum indignationem.

INDIGNOR, ris, [*sdegnari, irari. Gal. Se courroucer & marrir, ſe meſcon-
tenter. Hiſp. Enſanarſe.*] ἐγανακτώ, grauiter feroc, ſtomachor, mi-
hi indignum uidetur. Cicero 1. de Inuent. Duodecimus locus eſt,
per quem indignatur. Ouid. 9. Met. quoque Indigere magis, nym-
phis latura coronas. Seru. Sulpicius Cic. lib. 4. Hem nos homuncu-
li indignamur, ſi quis noſtrum interijt. Indignans, participium.
Freta indignantia, Ouid. 11. Met. Corda indignantia longam pa-
ſſu. Stat. 3. Theb. Indignans, nomen, qui facile indignatur. Col.

lib. 8. c. 27. Genus ſeruitutis indignatiſſimum. Indignatus, a, um,
partic. Virg. 3. Ge. Atque indignatum maguis ſtridoribus æquor.
Procellę indignatę, Stat. 3. Syl.

INDIGNITAS, atis, [*Indegnità.*] uide Dignitas.

INDIGNVS, a, um, [*Indegno. Gal. Indigne. Hiſp. Coſa indegna y no mereſce
dora.*] ἀάξιος, non dignus. Terentius in Eunuc. Si ego digna con-
tulum hac Sum maxime: at tu indignus, qui faceres tamen. Li-
uius 4. Per indigniſſimos ex plebe candidatos, omnium etiam di-
gnorum tædium fecerant. Interdum pro miſerabili, fœdo, crude-
li. Idem: Indignis cum ſim acceptus modis. Virgilius ſexto
Aeneid. Atque illi Miſenum in litore ſicco, Vt uenere, uident,
indigna morte peremptum. Interdum pro magno; unde Ennius:
Indignas turres dixit.

INDIGNE, [*Indegnamente. Gal. Indignement. Hiſp. Indignamente y no me
reſciendo.*] ἀάξιος, inhoneste, præter dignitatem. Ter. in Adel. Cui
miſerę indigne per uim uitum obtulerat. Idem: Clamant omnes
indigniſſime factum eſſe.

INDIGNVM, aliquando interiectionis uim habet, & per parentheſim
interponitur. Oui. 5. Met. Niſi poſt altaria Phineus iſſet, & (indi-
gnum) ſclerato profuit ara.

INDIGENS, a, um, pen. cor. [*Biſognoſo. Gal. Indigent, ſouffreteux. Hiſp. Me-
neſteroſo.*] ἐνδεις, ἀπορος, hoc eſt, egenus, uel qui indiget. Plin. lib. 8.
c. 40. Stipendiorum indiga. Virg. lib. 2. Geo. Haud opis indiga no-
ſtrę. Cic. de Inuent.

INDILIGENS, tis, omn. gen. [*Negligente. Gal. Negligent, mal ſoigneux,
nonchalant. Hi. Pereſoſo y no diligente.*] ἀλιγως, ἀμελής, negligens.
Ter. in Adel. Vereor, ne indiligens nimium ſies. Plin. lib. 13. c. 12.
Cum fuerit indiligentior.

INDILIGENTER, [*Negligente. Gall. Negligement. Hiſp. Negligen-
te y deſcuyadamente.*] ἀλιγως, negligenter. Ter. in Phor. Mei pa-
tris bene parta indiligenter tuetur. Cic. ad Att. lib. 16. Nihil ab
eo, neque indiligenter, neque illiberaliter factum.

INDILIGENTIA, æ, [*Negligenzæ. Gal. Nonchalance, negligence. Hiſp. De
ſcuydo.*] ἀλιγορία, negligentia. Cic. ad Q. Fr.

INDIPISCO, is, [*Conſequire, acquiſtare. Gal. Obtenir, gaigner, acquerir.
Hiſp. Alcançar, conſeguir.*] ἀπειροίμαι, aſſequor, adipiſcor. Plaut. in
Aul. Neque partem tibi ab eo, cui ſit, indipiſces. Pro eodem dici-
mus Indipiſcor, eris, in præterito Indeprius. Liu. 1. 26. Quam quis
indeptus nauem erat. Gell. lib. 12. pro incipere uidetur poſuiſſe.
Achæos Homerus pugnam indipiſci ait non tibi armu conſentia,
uerum conſenſu tacito nitibundos.

INDIRECTVS, a, um, [*Inornato, rozo.*] ἀτακτος, ἀδιάκτος, incompoſi-
tus, & inornatus. Quint. lib. 5. c. 13. Indirecta actio.

INDISCRIMINATIM, [*Indifferentemente. Gal. Indifferemment. Hiſp. In-
diferentemente.*] ἀκριτως, ἀδιαφορος, indifferenter, & ſine discrimi-
ne. Varro 4. de ling. Lat.

INDISCRETVS, a, um, ex in, & discretus participio uerbi diſcerno
compositum, [*Che non ſi puo diſcernere. Gall. Qui n'eſt point diuiſe ne
ſeparé. Hiſp. No apartado.*] ἀκρτος, quod diſcerni non poteſt. Plin.
lib. 35. c. 10. Similitudinis indifcretę.

INDISERTE, [*ſenſu eloquenſu.*] ſine aliqua eloquentia. Cicero
ad Quint. Frat. lib. 2. Orationem meam collaudauit non indiser-
te Antiftius.

INDISERTVS, a, um, [*ſenſu eloquenſu. Gall. Qui n'a pas de langage en
main. Hiſp. No elegante ni eſparzido.*] ἀοπαδης, non diſertus. Ci. 2. de
Nat. De. Neque indifertum Academicum pertinuiffem. Idem 4.
de Fin. Interpretet indiferti.

INDISSOLUBILIS, indifſolubile, [*Che non ſi puo ſlegare.*] ἀλυκτος,
quod diſſolui non poteſt. Cicero de Vniuerſ. Eſſe indifſolubiles
non poteſtis.

INDISSOLVTVS, ta, tum, [*Legato.*] colligatus, non ſolutus. Cicero de
Vniu. Hęc ſunt indifſoluta me inuito.

INDISTINCTVS, a, um, [*Confuſo, non diſtincto. Gal. Non diuiſe, ne ſeparé,
confus. Hiſp. No diſtincto, ni apartado.*] ἀτάκτος, inordinate, confu-
ſus. Quint. lib. 8. c. 2. Neque inordinata, indifſincta. Indifſincte, in-
ordinate, confuſe. Gell. lib. 20. c. vlt.

INDISTRICTVS, a, um, [*Non offeſo.*] non diſtrictus. Ouid. 2. Metam.
Indiftrictus abibo, id eſt, illæſus.

INDIVIDVVS, dua, duum, [*Indiuiduo, che non ſi puo ſeparare. Gal. Q'n'on
ne peut diuider ou partir en piéces. Hiſp. Coſa que no ſe puede partir.*] ἀτομον,
quod non poteſt diuidi, uel quod non ſeparatur. Cic. 1. de
Finib. Atomos, id eſt, corpora indiuidua. Indiuiduum a dialecticis
dicitur terminus ſingularis, qui de uno ſolo prædicatur, ut Socra-
tes de ſeipſo.

INDIVIDVVS, a, um, [*Indiuiſo.*] ἀόριſτο, non diuiſum. Indiuiſę ungu-
lę, quę ſiſſæ non ſunt. Var. 2. de re rull. c. 7.

INDO, dis, didi, ditum, [*Imporre. Gal. Mettre dedans, impoſer. Hiſp. Met-
ter a dentro.*] ἐντιθῆμι, impoſio. Plautus in Cap. Pægnium uo ci-
tatus eſt, poſt uos nomen indiditſis Tyndaro. Quantam indidi.
Interdum imprimo, Plaut. in Aſin. In noſtras ſcapulas cicatrices
indiderunt.

INDO-

INDOCILIS, le, [*Che non si puo insegnare. Gal. Indocile, a qui on ne peut non apprendre. A. P. El que no puede ser enseñado.*] ἰδιδάκτος, qui doceri non potest. Seruius: Indocile est, quod pœnitus non potest discere. Plin. lib. 30. c. 45. Hirundines sunt indociles. Cic. 1. de Nat. Deo. Nimis indociles quidam tardique sunt.

INDOCTE, [*Roχamente. Gal. Indoclemente. Hisp. No enseñadamente.*] ἀμαθῶς, imperite. Cic. 2. de Nat. De. Non indocte solum: uerum etiam impie faciat, si Deos esse negat.

INDOCTVS, a, um, [*Ignorante. Gal. Indocite, ignorant. Hisp. Indocito, no enseñado.*] ἀμαθῆς, ἀπείδωτος, rudis, qui doctus non est. Cic. 1. de Fin. Non admodum indoctus. Pla. in Trin. Indocitus quam docte facis. Cic. in Brut. Indociti, inurbani, rustici.

INDOLENTIA, tiæ, [*Privatione del dolore. Gal. Absence de douleur. Hisp. Lo no tener dolor.*] cum nihil dolet, ἀναλγησία. Cic. 2. Off. Rem expetendam, uel uoluptate, uel indolentia metuntur.

INDOLEO, les, & Indolesco, scis, [*Doleri molto. Gal. Se douloir grandement. Hisp. Mucho dolerse.*] ἀλγέω, ualde doleo. Plin. lib. 2. c. 5. Tanta intentione oculorum opus est, ut indolescant. Cicero 2. Phil. Quis, qui non indoluerit. Ouid. 2. Trist. Multos indoluisse malis. Indoleo genitiuo iunctum. Ouid. 11. Met. Successorumque Mineræ indoluit.

INDOLES, lis, [*Natura, ingegno. Gal. Le naturel. Hisp. La señal de uertud en los niños.*] ab Inolefco, sit per interpositionem, d. & in pueris quidem, atque adolescentibus est significatio quædam futuræ probitatis. Cic. de Sen. Adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur. In uiris uero signum est præsentis uirtutis. Idem 3. Off. Homines, in quibus est uirtutis indoles commouentur. Vnde & pro præstantia quadam uirtutis, atque animi ponitur. Liu. lib. 1. Tanta, inquit, in ea uirtutis, indoles. Lucan. libro 5. Indole si dignam Latia, si sanguine præco Robur inest animis. Aliquando etiam in malum dicitur, ut apud Liu. lib. 21. Cum hac indole uirtutem ac uitiorum sub Hasdrubale meruit. Transferatur quoque ad mura, atque inanimata. Idem: In frugibus, pecudibusq. femina ad seruandam indolem ualent.

INDOMABILIS, [*Che non si puo domare,*] ἀδάμαστος, qui domari non potest. Pla. in Casi. Si esses equus, esses indomabilis.

INDOMITVS, a, um, [*Indomito. Gal. Qui n'est point domté. Hisp. Cosa no domada.*] ἀδάμαστος, qui domari non potest, & mitescere. Plaut. in Trin. Vt adolescentis thesaurum indicem indomito, pleno æmoris ac lasciuia. Indomiti boues, apud Varr. 2. de re rust. cap. 5. Indomitus iuuenens. Colum. lib. 6. cap. 2. Indomitæ animi cupiditates. Cic. 3. Ver. Indomita ingenia. Liu. lib. 21. Aliquando pro magno, Virg. 3. Aen. Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras? Seruius.

INDORMIO, is, ire, [*Dormire sopra qualche cosa, sopra sedere, sopra stare, Gal. Dormir en ou sur quelque chose. Hisp. Dormir sobre algo.*] ἐπιπορεύωμαι, est, in re aliqua dormire. Horat. 5. Serm. Saty. 1. Congestis un dicque faccis indormis. Per metaphoram accipitur pro cessare. Cicero ad Quintum Fratrem lib. 2. In isto homine colendo indormiui diu. Indormire causæ, est segnius tractare negotium. Cic. 2. Phil. An faces ad mouendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem?

INDOTATVS, a, tum, [*Indotato, senza dote. Gall. Sans dotaire, non doué. Hisp. Cosa no dotada.*] ἀποποιος, non dotatus, uel dote carens. Ter. in Adel. Indotata est. Indotata ars, Cic. 1. de Or.

INDUBITO, as, [*Dubitare, diffidat.*] ἀπίστος, diffido. Stat. 3. Syl.

INDUBITATVS, a, um, [*Certo, & sicuro.*] de quo dubitari non potest. Quint. lib. 9. cap. 4. Quæ indubitata sunt. Indubitata spes, idem lib. 31. cap. 3.

INDUBITABILIS, le, [*Certo.*] idem Quint. lib. 4. c. 5.

INDUBITANTER, [*Certamente.*] ἀναμφιβόλος, certo. Plin. lib. 18. capit. 11.

INDVTIÆ, arum, [*Tregna. Gal. Treue. Hisp. Lastreguas.*] ἀνερχῆς, dicitur quadam quasi pax, uel potius cessatio a bello in certum tempus inter hostes pacta: ita dicitur, quod in certum diem a pugnando otium præbeant. Cic. lib. 1. Off. Cum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabantur agros, quod dierum essent pactæ, non noctium induciæ. Gellius putat inducias dictas ex tribus dictionibus, Inde, uti, iam, quod elapso tempore induciarum, deinceps omnia belli iure agantur. Has Lycaon primus inuenit, fœdera Theus.

INDUCO, cis, pen. prod. [*Introduire, persuadere, induire. Gall. Mestre dedans, introduire. Hisp. Meter adentro.*] ἐνάγω, ἐισάγω, proprie introduco. Plaut. Induc eam in domum. Quandoque est persuadere, illicere, inclinare. Lucil. Huius ego animum si induco, ut ab amore meretricis desistat. Ter. in And. Vide, quo me inducas. Quandoque abolere, uellere, Suet. in Cæs. In integrum restituit, inducto priori decreto. Et alibi multa, inquit, & delata, & inducta, & super scripta inerant. Verbum id intris est. Origo ea, quod quæ in pugillaribus ceratis scripta erant, ducto per ceram stylo, interlini solent, & obliterari. Accipitur & pro introducere. Cic. 3. Offic.

Gyges inducitur a Platone. Tracta hæc significatio a fabularum actionibus. ibi enim personæ induci propriè dicuntur, cum ad agendum proicemum ingrediuntur. Inducere animum, est sibi persuadere. Ter. in Adel. Sic animum induxi meum.

INDUCTIO, onis, [*Inductione. Gal. Induction, conduite dedans. Hisp. Obra de meter dentro o inducir.*] idem quod ductus, iue ductio: ut, Inductio aquarum. Cic. 2. de Nat. De. & quarum inductionibus, terris fecunditatem dantur. Præterea genus argumenti, επαγωγῆς, quo fit a particularibus ad uniuersalia progressus. Inductio (inquit Budæus) argumentatio est, quæ ex concessis sensim laqueos textit ad irretiendum eum, qui semel te interrogandum præbuit.

INDUGREDI, [*Entrare.*] antiqui dicebant metri causâ, pro ingredi, sicut Induperator, pro Imperator: Indupeditus, pro impeditus, Lucret. lib. 1. Viamque Indugredi sceleris.

INDULCO, cas, [*Adolcire.*] γλυκύω, dulcem facio.

INDULCORO, ras, [*Addolcire.*] p. p. indulco, ὀδύω.

INDULGENTER, [*Facileuolente. Gal. Par trop d'abandon, en trop permettant. Hisp. Regaladamente.*] obsequenter, blande, ad nutum, & pro arbitrio alicuius. Cic. ad Att. l. 9. Admonens, cum illum uidero, ne minus indulgenter, & ut cum grauitate potius loquar.

INDULGENTIA, æ, [*Compiacimento. Gal. Abandon, traitement delicat, Hisp. Regalo.*] obsequium, patientia, quædam lenitas præsertim in filios. Cic. Att. l. 10. Filium patris indulgentia deprauari. Aliquando pro molli permissione, Quint. lib. 1. cap. 3. Mollis illa educatio, quam indulgentiam uocamus, neruos omnes, & mentis, & corporis frangit. Aliquando pro pulchritudine, Stat. Egregeque tanta indulgentia formæ.

INDULGEO, ges, dulsi, tum, [*Compiacere, far cosa grata. Gal. Donner ban don, permettre & laisser faire ce qu'il ueut. Hisp. Regalar, dar & conceder misericordiosamente.*] καταχαρίζομαι, obsequor, in seruiuo, facile cōcedo, & plus æquo permitto. Cic. in Læl. Peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit. Idem Tironi: Indulge ualerudini tuæ. Tercius in Heauron. Ninium illi indulges. Item accipitur pro operam dare, & cupiditatibus obsequi, Virg. 4. Geo. Quod nec concubitu indulgent. Idem: Indulge ordinibus. Aliquando cum æculatiuo. Teren. in Eunuch. Eijciunda est hæc animi mollities: nimis me indulgeo. Indulgeo, passiuum. Gell. lib. 10. c. 1. Animus eorum laxari, indulgerique potuisset. Ab Indulgeo fit Indulgens nomen ex participio: quod aliquando significat eum, qui alteri indulget. Plin. lib. 17. cap. 10. Nutricem indulgentiorem esse, quam matrem sæpe conuenit. Interdum accipitur pro pulchro, cui propter insignem formam aliquid indulgetur, Quint. Declam. 18. Si filio obtigerit indulgentior facies, uultus erectior, refugiat mater amplexus.

INDULGITAS, tis, [*Compiacimento.*] indulgentia, συγγνώμη. Sifenna hist. lib. 3. ut Nonius Bassus assidua indulgitate uictus.

INDUMENTVM, ti, [*Vestimento. Gall. Vestiment, habillement. Hisp. Vestidura, vestido.*] ἐνδυμα, uestimentum: ab Induo. Gell. lib. 16. cap. 19.

INDUCVLA, te, uestis interioris genus est, ab induendo dictum. Pla. in Epid. Quid erat induta? an regillam induculam?

INDVTVS, huius indutus. Gerere uestem indutui, Tac. lib. 16.

INDVO, is, i, tum, [*Vestire. Gal. Vestir. Hisp. Vestir, vestido.*] ἐνδύω, ex in, & duo, duis, a Græco δύω, ingredior. Construitur autem uariis modis, nam quandoque habet duos accusatiuos in uoce actiua, in passiuâ autem unum: & hoc apud poetas, & historicos, non apud oratores, quos imitandos in primis cenfeo. Vir. lib. 2. Clypei que insigne decorum induit. Curtius: Thoracem indutus procedit ad milites. Aliquando cum uno tantum accusatiuo construitur. Curtius: Loricam quam raro induebat, amicis orantibus sumpsit. In hac constructione sumitur pro assumo. Cic. 3. Off. Deponit personam amici, qui induit iudicis. Interdum etiam habet accusatiuum cum datiuo. Cic. lib. 2. de Finib. Ex eius spoliis sibi & torquem & cognomen induit. Suet. in Aug. Si mane sibi calceos perperam, ac similitur pro dextro indueretur. Aliquando ultra uerbis actiuis peculiarem, habet alium accusatiuum cum præpositione in, & tunc pro conuerto, siue transformo sumitur. Virg. lib. 1. Ge. Cum se nux plurima filius induet in florem. Cic. 2. de Diu. Cum se in nubem induerint. Et pro initio, seu immitto. Cic. in Horten. In id ipsum se induit, quod timebat. Gel. Aesopos res salubriter animaduersas, & in animos hominum cum audiendi quadam illecebra induit. Denique cum pro uestio capitur, construitur cum ablatiuo sine præpositione. Curtius: Veste Arabica induitur. Liu. 4. ad Herenn. Palla inaurata indutus. Quandoque pro ilino sumitur. Plau. Most. Satis boni sunt, si sunt induti pice. Colum. ad uites transtulit pro onero, cum dixit: Ita se induunt uuis, ut nequeant capere naturitatem. Sumitur & pro implico, Cic. 3. Verr. Sua confessione induitur, ac iuguletur. Cæs. lib. 7. Quo qui intrauerant, se ipsi acutissimis uallis induebant. Et iterum: Aut se stimulis inopinantes induebant.

INDVPEREDIRE, [*Impedire.*] apud antiquos, pro impedire. Lucret. lib. 4. Quanto

Quanto minus indupediri Pauca queunt.

INDUPERATORIS, [peratores,] pro imperatore poetæ usurparunt. Cic. de Div. vter esset induperator, ex Ennio. Iuu. Sat. 4. Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus Induperatorem?

INDURO, as, are, [Indurare, far duro. Gal. Endurcir. Hisp. Endurescer otra cosa.] κληρωω, durum facio. Quid. 6. Met. Induroque niues, & terras grandine pulso.

INDUREO, es, iue Induresco, is, [Dmenir duro,] σκληρωομαι, durus fio. Col. lib. 2. c. 21. Antequam grana indurescant. Quin. lib. 1. c. 4. Frangas citius, quam corrigas, quæ in prauum induruerunt.

INDVS, iudus, fluius Orientis, secundum Gangem longe maximus Indiam, ab Occasu alluens: a quo tota regio nomen accepit, Hunc in se xix. annes aiunt recipere: de quo Arrian. de geitis. Alexandri lib. 5.

INDVSIA, i, [Chisa camiscia,] qui conficiunt indusia. Plaut. in Aut.

INDVSIA TVS, [Chiseste camiscia,] qui huiusmodi ueste est indutus. Plaut. in Epid. Indusiatam, patagiata, crocutulam. Varro Intulium appellat per t, non per d, cum ait: Quod intus, a quo Intusium.

INDVSIVM, iij, [Camiscia. Gall. Vne chemise. Hisp. La camisã.] χρωσισμιος, genus uelitis, quasi intusium, quod intus, & mox supra subuculam iumentatur.

INDVSTRIA, æ, [Arte, ingegno. Gal. Industrie, diligence, dextérité. Hisp. Industria, diligencia, dextidad.] επιοποιια, studium. Auctor ad Her. in Præfat. operis: Vt industria nostra tuæ morem geramus uoluntati. Cic. 5. Ver. In quo meam industriam ac diligentiam spectari uolo. De industria aliquid facere, hoc est, dedita opera. Cic. 1. Offic. Inuitiæ, quæ nocendi causa de industria inferuntur. Ex industria, idem Quinct. lib. 9. Maltugam, quod Sardum est, illudens Cicero ex industria dixit.

INDVSTRIE, [Diligentemente,] studiose. Col. lib. 9. c. 2. Higinus secretis dispersa monumentis, industrie collegit.

INDVSTRIOR, comparatiuus. Plaut. Most. Quo neque industrior de iuuentute erat. Inndustrium (ait Festus) antiqui dicebant Industriũ, quasi, quidquid ageret, intro strueret, & studeret domi.

INDVSTRIVS, a, um, [Industrioso. Gal. Industrieux, habile, laborieux. Hisp. Industriosy diligente, diestro y de buen naucaudo.] επιοπιος, qui multæ industriæ est. Cic. 5. Verr. Homo nauus, & industrius.

INDVMENTA, arum, ab induendo, [Vestimenti,] ενδύματα, dicuntur indumenta, quibus quis induitur: ut, Exuuiæ ab exuendo, quibus uictores spoliant uictos. Plin. lib. 13. c. 4.

INEBRÆ aues, quæ in aurgurijs aliquid fieri prohibent: & prorsus omnia inebria appellantur, quæ morantur agentem. Fest.

INEBRIO, as, are, [Inebriare. Gall. Enyurer. Hisp. Embriagar, o emborrachar.] μεθύσκω, ebrium reddo. Iuuen. Sat. 10. Miseram uinosus inebriat autem.

INEDIA, æ, [Digiuo. Gal. Faute de boire & manger. Hisp. Hambre] ἀστια, abstinentia a cibo. Cicero 5. de Fin. Vigilij & inedia necatus. Plin. lib. 11. c. 54.

INEFFABILIS, le, [Ineffabile, che non si puo esprimere,] ἀειδύμητος, quod effari non possit. Plinius libro 28. cap. 2. Externa uerba, ac que ineffabilia. Idem in Præfat. lib. 5. Populorum eius nomina sunt ineffabilia.

INEFFICAX, cis, [Debole,] omn. gen. ἀέργητος, quod uim aliquid efficiendi non habet. Plin. lib. 27. c. 12. Inefficacius, quam superiora. Idem lib. 34. c. 11. Cypria longe inefficacior.

INEFFIGIATVS, ta, tum, [Senza forma, che non ha alcuna effigie. Gall. Qui n'ha nulle forme ou semblance. Hispan. Cosa no contrahesha, sin forma] ἀμορφον, quod non est factum ad aliquam effigiem. Gell. libro 27. c. 10. Vt illa bestia factum ederet ineffigiatum.

INELABORATVS, a, um, [Senza politezza,] ἀέργητος, artificio non factis excultum. Quinct. libro 4. cap. primo: Simpliciter atque inelaborate similis.

INELEGANS, tis, [Rozlo, senza eleganza. Gall. Qui n'est point gay. Hisp. Cosa no galana] ἀκομος, sine elegantia. Cic. de Clar. Or. Orationis non inelegans conatus.

INELEGANTER, [Rozamente,] Cic. 2. de Fin. Diuisit inelegerant.

INELVCTABILIS, le, [Inuincibile, che non si puo domare. Gall. Inuincible, insuperable. Hisp. Cosa contra qui en no se puede resistir] ἀεινπάλαιος, quod uinci non potest, hoc est domari, & lucta euinci. Vir. 8. Aen. Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.

INEMENDABILIS, le, [Incorrigibile,] ἀδιορθωτος, quod emendari non potest: ut, Prauitas inemendabilis, Quin. lib. 1. c. 1.

INEMPTVS, a, um, [Non comprato,] ἀπίατος, non emptum. Virgil. 4. Geo. Dapibus mensas ornabat inemptis.

INENARRABILIS, le, [Che non si puo narrare, ne raccontare,] ἀνεκδιήγητος, quod enarrari non potest, Plin. lib. 8. c. 7. Misericordiam uulgi inenarrabili habitu quærentes. Inenarrabilis subtilitas. Plin. 1. 2. 1. c. 1. & lib. 10. c. 2. Mart. lib. 2. Inenarrabile munus.

INENARRATVS, ta, tum, Gell. lib. 12. c. 6.

INENODABILIS, le, [Che non si puo snodare, sciogliere. Gall. Qu'on ne peut desnoier ne u' snodare. Hisp. Cosa que no se puede desenbarrar]

ἀδιεξήτητος, inextricabilis, quod enodari & dissolui non potest. Cic. de Fato: Nec est causa cur suscipias res duas inenodabiles.

INEO, is, ire, [Entrare, incominciare, prendere. Gal. Entrer dedans. Hisp. Entrar dentro de lugar] εἰσερχομαι, ingredi. Pla. in Casi. Si tu iubes, inibitur tecum, id est, ingrediar tecum. Cic. pro Balbo: Ne quis castra Imperatoris iniret. Plaut. Inijit te umquam febris? id est, numquam ne te corripuit febris? inire bellum, incipere, & aggredi. Sallust. in Catil. Vos moneo, ut, proelium cum inibitis, memineritis uos libertatem, & patriam in dextris uestris portare. Inire certamen, Cic. 4. de Fin. Inire beneficium, id est incipere. Ter. in And. Beneficium uerbis mitum dudum, nunc re comprobet. Inire consilium, pro capere. Cic. ad Brut. Consilia inire cepti Brutina plane. Inire causam & rationem alicuius rei, hoc est, rationem uel causam cogitando inuenire. Liu. lib. 34. Non nullarum cupiditatum ne causam quidem, aut rationem inire possum. Inire Consulatum, est auspicari. Cæsar: Qua ex die Consulatum inijit Lenculus. Inire cubile alicuius, pro cum uxore eius concumbere. Cic. de haruf. resp. Quod in eas cubile, non sentis. Inire gratiam ab alicquo, est beneuolentiam alicuius demereri. Cic. ad Att. libro 7. Dum bonis omnibus summam ineat gratiam. Inire nexum, pro uinciri, & deuinciri, illigari, & detineri. Liu. 7. Inire rationem, pro uiam ac modum aliquid agendi querere, Terentius in Hea. Ratio de integro in eunda est mihi. Inire pro coire, Plinius lib. 7. c. 40. Si inecantur opportuno tempore. Initus, us, nomen, coitum significat. Plinius libro 8. cap. 42. Nec tamen quindecim initus eiusdem animi ualet tolerare. Sic libro decimo, cap. 63. Varr. 2. de re rust. cap. 7.

INEPTE, [Sciocamente. Gal. Sotteement, mal proprement. Hisp. Defataviada y inhabilmente] ἀπειροκαλος, minus apte, & imprudenter. Plautus in Most. Inepte stultus es, Cic. 1. Tusc. Facit inepte, quisquis Mineruam docet.

INEPTIA, [Sciocchezza. Gal. Meffiance sottise, banerie, refuerie. Hisp. Inhabilidad, necedad] ἀπειροκαλία, Ter. in Phor. Vt mittam illius ineptias. Cic. Tul. Ineptiæ pene aniles.

INEPTIO, is, iui, itum, [Far innettie, far cose sciocche. Gal. Dire ou faire ce se mal a propos, refuer, bauer. Hisp. Hazer o dezir necedades] facio, aut dico, quod neque loco, neque tempori, neque rebus, & neque personis conuenit. Ter. in Phor. Ineptus in Ab.

INEPTVS, a, um, [Sciocco. Gal. Mal adroit & mal propre, inepte, meffiant, sot, fat. Hisp. Cosa no ataniada ni habil] ἀψυχολόγος, ex In, negatiua particula & aptus componitur. quid autem significet, docet Cic. lib. 2. de Or. Qui tempus quid postulet, non uidet, aut plura loquitur, aut se oitentat, aut eorum, quibuscum est, uel dignitatis, uel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinuus, aut multus est, is ineptus dicitur.

INERMIS, me, [Senza arme, disarmato. Gal. Desarmé, sans armes, qui n'a point d'armes. Hisp. Cosa de farmada] ἀοπλος, non armatus. Cic. pro Cæc. Arma qui non habuerint, eos inermes fuisse iudices. Et per translationem Inermis dicitur, qui nihil habet, quo causam suam defendat. Cic. 1. de Fin. In altera philosophiæ parte, quæ λογική, dicitur, inermis ac nudus est.

INERMVS, ma, mum, [Disarmato,] idem Vir. 12. Aenei. Et uulgu inermum. Sall. in Jug. Neque quemquam decere ab inermis pedibus, auxilium petere.

INERMO, as, are, [Disarmare,] armis spoliare. Fest.

INERRANS, ἀπλανής, non errans: unde inerrantes stellæ, quæ & fixæ appellantur. Cic. 2. de Nat. De. Ex itellæ, quæ inerrantes uocantur. Idem: Habent suam sphaeram itellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretam.

INERRO, as, εἰ, μαλωομαι, in loco quopiam oberro. Pli. lib. 1. ep. Dianam montibus inerrare. Ignis inerrat adibus, Stat. 1. Syl.

INERTS, tis, [Senza arte, stupido, pigro, poltrone. Gal. Qui n'a nul art ne sauoir, paresseux, lasche, faineant. Hisp. Sin arte] ab antiquis accipiebatur pro eo, qui artem nullam nosset, quem Græci ἀτεργον, appellantur. Cic. lib. 3. de Fin. Lustremus animo has artes, quibus qui carebāt, inertes nominabantur. Postea tamen consuetudo obtinuit, ut pro ignauo potius, & deside accipiatur. Ter. in And. Tam inertes, tam nulli consilij sum. Cic. 4. Verr. Inertior, ignauior, magis uir inter mulieres nequam, impura inter uiros uulgiercula. Virg. lib. 4. Ge. Seu stabit inertes, seu profluet humor. Donatus in Adel. Intelligamus aliter dici non inertem Socratem, aliter non inertem seruū. Iuers membris, Plin. lib. 18. c. 21. Iners in Venerem. i. segnus ad coitum. Col. lib. 6. c. 27. Aetas iners, senectus, Tibul. lib. 1. El. 1. Corda inertia, Virg. 9. Aen. Corpora inertia, idem 2. Aen.

INERTIA, æ, [Pigrizia, poltroneria. Gal. Pareffa, negligence, lascheté. Hisp. Haronia y flexura] ἀπραγμοσύνη, propria artis ignorantionem significat: accipitur tamen pro ignauia, desidia. Cicero in Partit. Animi quemadmodum affecti sunt, uirtutibus, uicitijs, artibus, inertijs. Idem lib. 1. ad Q. Fr. Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ postea.

INERTICVLIA, a, μεθύσις, uitis genus est, uinum ferens nauis innoxium

- xiu. unde & nomen habet, quod scilicet iners habeatur in tentandis neruis. Colum. lib. 3. c. 2. Inerticula nigra potest in secunda quasi tribu esse: quod & boni uini est, & innoxia.
- INERUDITVS**, a, um, [Ignorante.] ἀμαθής, non eruditus. Cicero 1. de Finibus: Epicurus ineruditus. Suet. de Clar. Gramm. ineruditissimum furem.
- INESCO**, cas, [Ingannare, adescare. Gall. Amorcer, aparcer, allicher. Hisp. Cemar engañando para tomar] δέσσειν, quasi esca decipio. translatio sumpta a piscibus & auibus, quæ proprie inescari dicuntur, cum escam captantes capiuntur. Terentius in Adel. Nescis inescare homines. Liu. 22. Hannibal credere, uelut inescatam temeritatem consulis.
- INEUITABILIS**, & hoc le, [Ineuitabile.] ἀναπόδρασος, quod uitari non potest. Ouidius ad Liuiam: Sed rigidum ius est, & ineuitabile mortis.
- INEXATVRABILIS**, le, [Insatiabile. Gall. Insatiable. Hisp. Cosa que no se puede hartar.] ἀπληρωτος, insatiabilis. Virg. 5. Aen. Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus.
- INEXCOGITATVS**, [Improuiso.] quod excogitatum non est, Plin. 1. 36. c. 15. Nouum & inexcogitatum remedium.
- INEXCVLTVS**, a, um, [Roxo. Gall. Qui n'est point bien acoustre, & orné, sans ornement esquis. Hisp. No afeitado, no compuesto.] ἀκμυλος, inops, inornatus. Gell. lib. 14. c. 22. M. Cato uillas suas inexcultas, & rudes fuisse dicit.
- INEXCVSABILIS**, le, [Senza scusa.] ἀποφάσις, quod excusari non potest. Ouid. 7. Met. Gratia diis, felix, & inexcusabile pectus.
- INEXERCITATVS**, a, um, [Non exercitato. Gall. Qui n'est point exercité, duit & usité. Hisp. No exercitado ni usado.] ἀγυμνασος, exercitatio contrarium. Cic. de Sen. Inexercitati hiltiones.
- INEXHAUSTVS**, a, um, [Che non si puo uotare. Gal. Qu'on ne peut aspirer. Hisp. Cosa que no se puede uaxjar] ἀνεξάντητος, quod exhauriri non potest. Cic. 3. de Leg. Erat in eo inexhausta audivitas legendi. Inexhausta metalla, quæ exhauriri non possunt, præ abundantia. Virg. lib. 7. Aen. Infula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.
- INEXORABILIS**, le, [Che non si puo placare. Gall. Inexorable. Hisp. Cosa que no puede mitigarse, ni placarse.] δυσμελής, implacabilis, qui exorari non potest. Virg. 2. Aen. Inexorable fatum.
- INEXPECTATVS**, a, um, ἀπροσδοκητος, contrarium expectato. Ouid. 12. Met. Nec inexpectatus in armis Hostis adest.
- INEXPERRECTVS**, a, um, [Non suegiato.] non experrectus. Ouid. 12. Met. Sopitus uenis, & inexperrectus Aphydna.
- INEXPERTVS**, a, um, [Non prouato. Gal. Qui n'est point expérimenté. Hisp. No experimentado] ἀπειρατος, intentatus, Virg. 4. Aen. Nequid inexpectum frustra moritura relinquat.
- INEXPIABILIS**, le, [Che non si puo purgare. Gall. Qu'on ne peut purger. Hisp. Lo que no se puede alimpiar.] ἀκαθάρατος, quod expiari non potest. Cic. 1. Tusc. Cæremonii sepulchrorum, quas maximis ingenijs præditi, nec tanta cura coluissent, nec inuiolatas tam inexpiable religionem sanxissent. Inexpiable odium Romanorum in Hannibalem. Liu. lib. 39.
- INEXPLANATVS**, a, um, [Impedito.] ut aperte proferre non possit. Plin. lib. 11. c. 37. Metellum Pontificem linguæ adeo inexplanæ fuisse accepimus, ut multis mensibus tortus credatur, cum meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere.
- INEXPLEBILIS**, le, [Che non si puo empire, insatiabile. Gall. Qu'on ne peut assouir ne contenter. Hi. Cosa que no se puede hartar] ἀπληρωτος, quod expleri non potest. Cic. 5. Tusc. Omnia rapide appetentem, cum inexplibili cupiditate. Pro eodem etiam legimus Inexpletus: ut, Cædes inexpleræ, apud Stat. 8. Theb. hoc est, nondum completæ. Lacrymans inexpletum. Virg. 8. Aen. id est, Inexplibiter, nomen pro aduerbio, ut inquit Seruius.
- INEXPLICABILIS**, le, [Intrigato. Gall. Qu'on ne peut espliquer ne bailler a entendre. Hisp. Cosa que no se puede declarar.] ἀλυτος, ἀδιεξιπτος, quod explicari non potest. Plinius lib. 21. cap. 2. De generibus singulis dicere, immensum & inexplicabile est. Inexplicabiles fraudes, Cicero 1. Tusc. Plin. lib. 5. cap. 5. ad Garamantas iter explicabile. Inexplicabiles uix continuis imbris, unde sese quis facile extricare non queat. Liu. lib. 40. Laquei inexplicabiles. Quin. lib. 5. cap. 10.
- INEXPLICITVS**, a, um, [Intrigato, inuolupto.] δυσμήνυτος, intricatū, inuolutum, quod facile explicari non potest. Mart. 1. 9.
- INEXPLORATVS**, a, um, [Oscuro, non inuestigato. Gal. Qu'on n'a point encher cherché. Hisp. Cosa no buscada ni allada y obscura] ἀκατασκοπήτως, explorato contrarium. Liu. lib. 26. Inexplorata stagni uada. Accipitur interdum pro incerto, & incomperto. Plin. lib. 35. c. 6. Inexplorata adhuc inuentionis mihi.
- INEXPLORATE**, siue Inexplorato, ἀκατασκοπήτως, siue exploratione & inquisitione. Liu. lib. 6. Inexplorato pabulatum cohortes misere. Gell. lib. 5. c. 19. Non temere, nec inexplorate.
- INEXPUGNABILIS**, le, [Inespugnabile. Gal. Qu'on ne sauroit efforcer ne prendre par force. Hisp. Cosa que no se puede tomar] ἀνάλωτος, quod expugnari non potest. Liu. 2. Alto, & munito loco artem inexpugnabilem fore. Cic. 5. Tusc. Tutum, inexpugnabilem, septum, atque munitum.
- INEXPVTABILE**, [Innumerabile.] quod numerari non potest. Colum. lib. 9. cap. 4.
- INEXTINCTVS**, a, um, quod non extinguitur. unde Ouid. lib. 6. Fatt. Ignem Vestæ uocat inextinctum, quod semper luppeditatis fontem a sacris uirginibus, numquam penitus extinguitur.
- INEXTIRPABILIS**, le, [Che non si puo stirpare.] quod extirpari non potest. Plin. lib. 15. c. 20. Radices inextirpabiles.
- INEXTRICABILIS** [Che non si puo stricare. Gal. De quoy on ne se peut desstrer. Hisp. Cosa que no se puede deshantrar o desatar] ἀσπυτος, ἀλυτος, quod extricari non potest, seu unde quis extricare se non potest. Virg. 6. Aen. Inextricabilis error. Plin. lib. 36. c. 13. Labyrinthum inextricabilem. Inextricabilia uitia. Idem lib. 20. c. 21. Cic. Acad. Hæc Inextricabilia esse dicitis.
- INEXUPERABILIS**, le, [Insuperabile, che non si puo uincere.] ἀνείλετος, quod superari non potest: ut, Inexuperabilis uis fati. Liu. 8. idem 5. Alpes inexuperabiles.
- INFABRE**, penult. correp. [Senza artificio, rozamente. Gal. Lourdemet. Hisp. No artificio-samente.] ἀκόμψα, inartificiose, inornate, impolite: sicut Affabre, pulchre, & ornate. Liu. lib. 39. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Quid scalptum infabre.
- INFABRICATVS**, a, um, [Roxo.] ἀκατασκευασος, ἀνέργασος, non fabricatus, impolitus. Virgilius 4. Aeneid. & robora filius Infabricata.
- INFACETIAE**, arum, [Rustichezza.] inurbanitates, & rusticitates. unde Catullus annales Volulus dicit esse plenos infacetiarum.
- INFACETVS**, a, um, [Non faceto, rustico. Gal. Mal plaisant. Hisp. Rustico y disortos.] inurbanus, rusticus, nihil salis habens, aut leporis. Plaut. in Truc. Infacetus Lemno aduenit? Non infacetus homo. Cic. 3. Off. Non infaceto lepore. Plin. lib. 37. c. 1. Infacetum mendacium. Cic. pro Cælo.
- INFACVNDIA**, dicendi inficitia. Gell. lib. 11. c. 16.
- INFACVNDVS**, nulla dicendi facultate præditus. Liu. 4.
- INFAMIA**, æ, [Infamia, dishonore. Gall. Mauuais bruit et renom, infamie diffame. Hisp. Infamia, o mala fama.] ἀτιμία, δυσσημία, probum, nota turpitudinis. Teren. in And. Ne quum infamiam ea res sibi esset. Cic. 5. Ver. Nihil ad tuas aures de tua infamia peruenisse.
- INFAMIS**, me, pen. prod. [Infame, uisuperato. Gall. Infame, diffame, desferié. Hisp. Infame, o mal infamado.] ἀτιμος, qui ob uitium aliquod, aut turpitudinem male audit, aut cui fama est parum secunda, aut integra. Cic. 6. Ver. Multas familias in perpetuum infames tuis itupris, flagitiis que fecisti. Ter. in Heaut. Ea causa magis Patiar flagitiis tuis me infamem fieri? Infamis dictus est ab antiquis, digito propter ignauiam: quoniam indignere uideatur aliorum defensione. Persius Sat. 2. Infami digito lustralibus ante salinis Expiat. Iuuen. Mediumque ostenderet unguem. Nam ueteres, cum aliquem medio digito indicabant, latenter eius significabant infamiam: cuius rationem propter nimiam obscenitatem hic consulto prætermittimus. Si quis tamen nosse cupiat, uideat pro uerbum. Digitem medium ostendere.
- INFAMO**, as, are, pen. prod. [Snergognare, infamare. Gall. Infamer, diffamer, faire infame. Hisp. Infamar en mala parte] ἀτιμάζω, infamia afficio, ignominiam uel notam inuro. Cicero Dolabeilæ: Ut tua moderatio aliorum infamet iniuriam. Quint. lib. 10. cap. 1. Senecam infamauit. Interdum pro diuulgare, Liuus lib. 40. Infamanda rei causa ianuam obseruari iubet. Infamare agrum, deualtare, Col. lib. 1. cap. 7. Ut ager sæpius infametur. Infamatus, partic. Ouid. 14. Metamorph.
- INFANDVS**, a, um, [Smisurato. Gall. Chose de quoy on ne dent jamais parler. Hisp. Cosa que no se deve hablar] ἀβήτος, ingens, immensus, inenarrabilis, nefarius, a fando, quod oratione exprimi non possit, aut debeat. Vir. 12. Aen. Infandum Regina iubet renouare dolor. Mart. 1. 9. Infandas pœnas. Cic. de Or. Si crudelis, si infanda. Virg. 4. Aen. Infandum si fallere possit amorem. Ponitur pro interfectione. Idem 1. Geo. Infandum, si sunt amnes, terret que dehiscunt. Idem lib. 1. Aen. Nauibus (infandum) amissis.
- INFANS**, tis, [Fanciullo, bambino. Gall. Qui n'est encor petit, enfant. Hisp. Nino ant que sepa ni puede hablar] substantium, dicitur puer, qui nondum fari cepit. Cicero 3. Verr. Infanti pupillæ fortunæ patrias ademit. Ouidius 15. Metam. Sine uirtibus infans. Accipitur aliquando pro brutorum animalium, atque ipsarum etiam auium fetu, Plinius: Quadrupes infantes suos cognoscunt. Idem lib. 10. cap. 61. Geminos uolitat amplexa infantes. Adiectiuum uero capitur pro paruo. Idem lib. 22. cap. 22. Infantis boleti. Interdum non facundus. Cicero in Bruto: Scipionem, accepimus, non infantem fuisse. Per translationem pro stulto, & quasi loqui nesciente, Cicero ad Q. Frat. Nihil accusatore Lentulo infantius. Lib. Rhet. 2. ad Herenn. Dum expedite loqui uolunt, infantissimi reperiuntur.

INFANTIA, *tiæ*, [*Infantia, et a del fanciullo fino a sette anni. Gal. Enfanca. Hisp. E dal niño que no habla*] $\epsilon\upsilon\tau\iota\omega\tau\eta\varsigma$, $\alpha\tau\alpha\varsigma$ hominis usque ad annum septimum, quod ad id tere tempus satis commode dari non potuimus. *Quæc. li. 1. cap. 2.* Quantum in infantia præsumptum est temporis adolescentiæ acquiritur. Dicitur etiam infantia, cū quis rem aliquam nouit, quam tamen explicare non potest. *Ci. li. 3. de Ora.* Neque infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat: neque insiti. in eius, cui res non iuppedit, uerba non debent, esse laudand. m.

INFANTARIA, [*Donna di parto. Gal. Celle qui porte en fans, enfantiere. Hisp. Parida muger que parto.*] pro puerpera. *Martial. lib. 4.* infantaria nou est.

INFARCIO, *cis*, impleo, [*Empire, infarcire. Gal. Fourrer dedans, remplir, entasser. Hisp. Hinchir y recalcar.*] $\epsilon\mu\pi\alpha\rho\alpha\tau\eta\omega$ *Ph. li. 35. c. 14.* Foruacum modo circumdatur, utrinque duabus tabulis infarcitur uerius, quam infarcitur. *Col. lib. 12. c. 53.* Largum saltem infarcito, infarcire uerba, inculcare, & sine ordine inierere. *Cic. in Ora.* infarciens uerba, quasi rimas e. pleat.

INFATIGABILIS, [*Che non si stanca.*] $\alpha\delta\alpha\mu\omega\tau\omicron\varsigma$, qui non defatigatur: ut, Infatigabilis cursus *Ph. lib. 18. ca. 19.*

INFATUO, *as, are*, [*Far impaxire. Gal. Faire deuenir fol, rendre stupide & sot. Hisp. Enloqu, efer, hazer buuo y loco.*] $\epsilon\kappa\mu\omega\rho\alpha\iota\omega$, fatuum facio. fit enim a Fatuus, & præpositio In, quæ eius significationem auget. *Ci. pro Flac.* Neminem adeo infatuere potuit, ut ei numerum illum crederet. *Idem 3. Ph.* Ut hominem stultum magis etiã infatuere mercede publica. Infatuatæ mulieres dictæ, quæ Fauorum ludibrijs attinguntur. Et similiter Infatuati uiri, quos nunc uulgus spiritu corruptos nominat.

INFAVSTVS, *ita, itum*, [*Sfortunato, infelice. Gal. Malencontreux, infortune, malheureux. Hisp. Cof. desfachada.*] $\delta\upsilon\upsilon\chi\eta\varsigma$, infelix, infortunatus. *Ouid. lib. 4. Metam.* Bella infaulta gerunt.

INTERCAPEDO, p. p. geniti. Intercapedinis, [Intervallo. Gal. Espace de temps ou de lieu entre deux. Hisp. Espacio entre dos tiempos, o lugares.] διαστήμα, διαχώρημα, interstitium temporis, uel loci, inter duo spatia intercepit. Cic. Tir. Fam. 16. Itaque iam me non pōnēbit intercapedinem scribendi fecisse. Idem 1. de Fin. Alii audaces, proterui, idem intemperantes, & iguauī permanentes, quas ob causas in eorum uita nulla est intercapedo molestitæ.

INTERCEDO, is, pen. pro. si, sum, [Intercedere, intramettere. Gal. Estre entre deux, venir entre deux. Hisp. Interceder, entreponer.] διασῶν, proprie idem est, quod medium esse, & inter duo spatia siue temporis, siue loci interponi. Cæsar lib. 1. Non se hominem uereri, sed angustias itineris, & magnitudinem siluarum, quæ inter eos & Arriouistum intercederet. Cic. 1. 2. de Or. Vix annus intercesserat. Intercedere etiam illud est, quod barbare dicimus, Opponere se, hoc est, rem aliquam impedire, & prohibere, ne statuatur, aduerbium. Plutarchus: ἀντιπῆσις, ἰμπεδῶν ἰσχυρῶν, ἐν ἰσχυρῶν, ut, Tribuni intercederunt, hoc est, opposuerunt se, & rem impediuerunt, contraxerunt. Cæsar lib. 3. Quod ad Arrianos spectat, nihil intercedit, quo minus Samiti populo pacis, bellique arbitrium sit. Ter. in And. Si nulla ægritudo huic gaudium intercesserit, id est, interuenit uel impediuerit. Dicimus etiam intercedit, & mihi tecum necessitudo, id est, amicitia. Intercedit tibi cum illo affinitas, hoc est, media est, quæ me tibi, & te illi conciliat. Cic. Appio Pulc. Famil. 6. Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt, quibus ego agere de te non desisti. G. Illius pro inhibere ac coercere posuit. Ne sibi (inquit) intercedamus, quo minus suapte potestate uti liceat. Similiter Sætonius in Cæfare: Ceterum Cæcilio Metello tribuno plebis turbulentissimas leges aduersus collegarum intercessionem ferenti auctorem, propugnatoremque pertinacissime præstitit. Intercedere item aliquando accipitur pro spondere, seu fidei uerbo. Cic. Att. lib. 1. Accessit ad te, promittit, intercessit, dedit. Idem Philip. 2. Tantum pro te intercessisse dicebant. Quidam etiam hoc uerbum usurparunt pro eo, quod est conciliandi gratia interuenire, & pacificatorem deprecatorum ue agere. Apuleius: Dum pro inope & calamitoso intercederem.

INTERCEPTIO, onis, [Impedimento. Gal. Surprière. Hisp. Entrefacamiento.] Cic. pro Clu. Per quem porro datum? unde sumptum? quæ de inde interceptio poculi?

INTERCEPTOR, oris. Liu. 4. ab vr. Prædæ ne interceptorē frauditoremque etiam malum minari militibus? Interceptor litis alienæ. Liu. 3. ab vrbe.

INTERCESSIO, ionis, [Oppositione, impedimento. Gal. Opposition, empêchement. Hisp. Contraposition, empujo.] διαπορεία, impeditio, & prohibitio, nequid fiat, quam uulgi uocabulo Oppositione uocamus. Erat autem Intercessio proprie Tribunalium, quibus ius fuit intercedendi, hoc est, vetandi prohibendique. Nam (ut Gell. docet) Tribuni plebis antiquitus creati uidentur, non iuri dicendo, sed intercessionibus faciendis, ut iniuria, quæ coram fieret, arceretur, & ut uim fieri prohiberent. Cic. in Aut. Quas tu mihi intercessionem inquis. Cæf. 1. Bel. Ci. Refertur statim de intercessione Tribunalium. Intercessioni cedere, uel prouocationi, hoc est, non procedere ultra, & admittere oppositionem.

INTERCESSOR, oris, [Che's oppone. Gal. Qui oppose & empesche. Hisp. Aquel tal en su auenidor, empachador.] quem uulgiu Oppositorem uocat. Cic. 3. de Leg. Parere iubet lex intercessori. Ibidem: Intercessor rei male salutaris ciui est.

INTERCIDO, is, pen. pro. cidi, cismus, ex Inter & Cædo, æ, diphthongo, in i, pi, oductam mutata, [Tagliare per mezzo. Gall. Couper par le milieu. Hisp. Entrecortado.] διακόμω, per medium seco. Cæsar lib. 1. Ut si possent, castellum cui præerat Titurius Quintus legatus, expugnarent, pontemque intercederent. Vnde intercessæ pactiones, dicuntur abruptæ, & non integræ. Cic. in Parad. Qui tuas merce-

dum pactiones in patrociniis intercessas, &c. Intercisi dies dicebantur, Deorum, hominumque communes ita dicti, quod ueluti diuisi essent, partemque sibi Diis, partem homines uendicerent. Macr. lib. 1. Sat. Intercitorum dierum quibusdam oris fas est, quibusdā fas non est ius dicere. nam cum hostia cæditur, fari nefas est: intercessa & porrecta fari licet. Quibus uerbis significatur medio illo intervallo, quod erat inter uictimas cæsas, & exta porrecta, dū sacerdos cærenonias quasdā peragit, fas esse Prætori ius dicere, & fari uerba illa, Do Dico, & Adico. Et ita dies intercessi, ex parte festi, & ex parte profesti sunt. Cic. ad Att. Ne quid inter cæsa & porrecta (ut aiunt) oneris mihi addatur, aut temporis. Quo in loco nonnulli male legunt Inter cæsa unica dictione quemadmodū etiam in loco Macrobiū iam citato: cum tamen inter cæsa Latinū non sit. Nam ab Intercido dicitur intercisum. Ibi itaque legendum utroque loco Inter cæsa, diuisis dictionibus: ut, Inter cæsa & porrecta, intelligamus tempus illud intermedium, quod est inter uictimas cæsas, & exta porrecta, hoc est, illud tempus quo exta porritur, quo medio tempore sacerdotes solent cærenonias quasdam peragere, ut auctor est Varr. lib. 2. de ling. Lat. Cicero autem loco iam adducto prouerbialiter dixit, Inter cæsa & porrecta, pro eo quod est, inter hæliationem & cunstationem rei aliquid coeptæ aut perficiundæ, aut omittendæ.

INTERCIDO, is, pen. cor. cidi, casum, [Cadere, morire. Gall. Cheoir, mourir. Hisp. Caer, morir.] διαπίπω, pereo, intereo, & temporis spatio euatico. Liviū lib. 2. Credo, quia nulla gesta res insignem fecerit. Consulatum memoriam intercidisse. Plin. lib. 35. Siue extant, siue intercidere. Cic. pro Deior. Pereant amici dum una inimici tercidant. Plin. lib. 9. cap. 5. Ea excludunt quinquagesimo die, quibus multa propter numerum intercidunt. Intercidere, pro cadere. Liu. 6. Bell. Pun. Ita in arcto stipatæ erant naues, ut uix ullum telum in mare uanum intercideret.

INTERCINCTVS, [Distincto.] partic. ab Intercingo, maculis quibusdam circumquaque distinctus. Plin. lib. 27. cap. 10. Candore intercincto uariis coloribus.

INTERCINO, nis, [Cantare in mezzo.] π. c. παρὰ δὲ, cantum immisceo. Hor. in Epist. per translationem dixit. Ne quid medius intercinat actus, Quod non proposito conducatur, hoc est, nihil scribat, quod non ad propositum faciat.

INTERCIPIO, is, p. c. [Tor di mezzo, pigliare, riceuere. Gall. Prendre ependant. Hisp. Entrefacar, tomar.] ὑποτίμομαι, incautum per insidias capio; interueto, efficioque nequid eo perueniat, quo destinatum est. Cic. pro Cluen. Id cum daretur in mulso, Balbutium quædam eius familiarem interceptisse, bibisse, statimque esse mortuum. Idem ad Q. Fr. Ego ad te ne hæc quidem scribo ne cuiusquam animam meæ litteræ interceptæ offendant. Intercipere pugnam. Pl. de uiris illustr. Intercipere uictoriam. Idem in Paneg. Interceptus mortalitate, præuentus, præpeditus. Idem in Epist. Intercipi morbo. Col. lib. 7. cap. 3. Quandoque tamen significare potest, torum cupio: sicut exponit Donatus illud Ter. in Eun. Quod nos capere oportet, hæc intercipit.

INTERCISIO, onis, [Rodimento.] uerbale: ut, Intercisiones stomachi apud Plin. lib. 20. cap. 24. quas Diosc. lib. 3. c. 20. διαγμῶν σομάχου, morsus, & erosiones stomachi uocat.

INTERCISE, aduerbium, [Partitamento. Gall. Par morceaux & parcelles. Hisp. Acortaduras o cortando.] σωματώδης, sectum, & per incisiones. Cic. in Part. Inuertatur ordo, & idem quasi sursum uersus retroquidatur: deinde idem intercise, atque permiste.

INTERCISI dies, erant Deorum, hominumque communes, de quibus uide paulo ante, in dictione Intercido.

INTERCLUDO, is, p. p. ab Inter, & Cludo: u, euphonizæ causa interiecta, [Serrar il passo. Gall. Encloure, couper ou fermer le passage. Hisp. Cerrar en medio] ἀπολαμβαίνω, iter impedire, quasi iter elaudere. Cicero ad Ter. Epist. 14. Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, ut cum uelit exire, non liceat. Aliquando etiam pro impedito, Virg. 2. Ae. Saepe illos aspera ponti intercluit hiems. Commeatum inimicis intercludere, est impedire. & itinera obsidere, ne iniuicis commeatus possit deferri. Cæf. 1. Bel. Gal. Eo consilio, uti frumento, commeatuque qui ex Sequanis, & Heduis importaretur, Cæsarē intercluderent. Fugā intercludere, iter occupare per quod inimici fugā arripere possent. Cæf. 7. Bel. Gal. & Liu. lib. 5. Bel. Pun. Hostes intercludere ab oppido, & ponte, & commeatu omni, Cæsar lib. 1. Bel. Ciui. Dolere intercludi, id est, impediri. Cic. ad Att. 1. 8.

INTERCLUSIO, onis, [Impedimento. Gall. Esouppement, coupement. Hisp. Encerramiento.] impedimentum, occupatio. Cic. 3. de Or. Clausulas enim, & interpuncta uerborum animæ interclusio, atque angustizæ spiritus attulerunt.

INTERCOLUMNIVM, [Spatio fra l'una & l'altra colonna. Gall. L'espace qui est entre deux colonnes. Hi. El espacio entre columnas] μεσοκτύπος, dicitur spatium illud in ædificiis, quod est medium inter colūnas. Vide Columna. Ad Her. Ut ædes intercolumnium,

INTERCONCILIARE, [Cōσigliarsi, farsi benemolo.] ἀμειλιζέσθαι, benouolum

lum reddo. *Quin. l. 12. cap. 10.* Sive aliud intercouciliandi uidetur proxtare officium.

INTERCULCO, as, are, ex Calco compositum, in medio, uel inter aliqua calco. *Col. l. 12. c. 43.* Et deorsum uersus spectantes ollæ compositæ, ita distantes, ut interculturari possant uinacea.

INTERCURRO, is, ere, intercursum, intercursum. [*Troscorrere, intranire. Gal. Comir entre suruenir. Hisp. Entreenir, entrecorer*] uerit d'ois, interuenire, & intercedere, ait Bud. *Cic. 8. Phil. Pugnatur acrimæ: qui intercurrerent misimus tres principes ciuitatis: hos comtemptit. Idem 2. Tul. Ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit. Intercurro, as, are, frequen. Pit. lib. 29. ca. 4.* Vnum simile formicæ, sed multo maius, fuso capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurtantibus respersum guttis.

INTERCURSUS, us, ui, interuentus, intercessio. *Liu. 2. ab Vrbe. Consululum intercursum rixa sedata est.*

INTERCUS, utis, p. gen. c. [*Tra carne & pelle. Gal. Que se entre cuir & chair, interieur. Hisp. Entre cuero y carne,*] adiectiuum est, idem significans quod intestinus, a, um, quasi inter carnem & cutem, uel quasi intra cutem. *Vnde Aqua intercus, Ci. Offi. Si quis medicamentum cuiusdam dederit ad aquam intercutem, &c. Sic Vitium intercus appellant Gel. li. 13. ca. 8. quod foris non apparet, quasi inter cutem consistens. Cum (inquit) uita facundissime accusaret, intercutibus uitæ ipsi madentes.*

INTERCUTANENS, nea, um, [*Tra la carne,*] τὸ τῶν δέρματι, quod intra cutem est.

INTERDATVS, cibus apud *Lucret. li. 4.* hoc est, per corporis partes diuisus. Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus, Et rectet uires interdatus.

INTERDICO, is, p. p. [*Prohibere, uietare, interdire. Gal. Desendre quelque chose à aucun. Hisp. Poner entredico, ueder.*] παραγγέλλω, ueto, prohibeo. Interdicitur autem locus, homo, res. Et construitur cum datiuo, & ablatiuo. *Ci. in Catone, Male rem gerentibus, patrijs bonis interdici solet. Interdum etiam res qua quis prohibetur, in accusatiuo ponitur. Sue. de Nerone: Et cum interdixisset usum amethy stini ac Tirij coloris, præclisit uinctos negotiatores. Seneca lib. 3. de Ira, Si iubet Cæsar, itatim illi domum meâ interdica. Quod est contra Sipontinum, qui negat posse construi cum accusatiuo. in passiuis autê locutionibus accusatiuus huiusmodi in nominatiu uo conuertitur. Ci. pro domo sua: ut M. Tullio aqua & ignis interdicator, αὐτὸς καὶ ἡ δατος ἐκόςσω. Significat quandoq. obltare, & tunc dantaxat cum datiuo construitur. Ci. in Verr. Nemo nostrum possit ædes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere: sic cum hæc a quoriam uestrum petita sunt, pater improbus, cui nemo interdicare possit, det quem uelit, iudicem.*

INTERDICTVM, et, substantiuum. [*Vietato interdeto, diuieto. Gal. Defense. Hisp. Entredico.*] παραγγελλια, ἀπὸ ἰσχυρα, idem quod uetatio, siue prohibitio. *Vnde interdicta Prætorum, dicuntur formæ, & conceptiones uerborum, quibus Prætor aut iubeat, aliquid fieri, aut prohibebat, quod tunc maxime faciebat cum de possessione inter aliquos contendebar. Cice. contra Rullum. Ergo hac lege prætorum interdicta tollentur. Idem ad Atti. Cæsar interdicta respuentur. Interdictus, a, um, participium, idem quod uetitus, seu prohibitus. *Horat. primo Episto. sexto. Cui posterior patria fuit interdicta uoluptas. Suetonius in Caligula capitul. 25. Breuique missam facit, interdicto cuiusquam in perpetuum coitu**

INTERDICTIO, onis, [*Di uieto. Gal. Defense, prohibition. Hisp. Entredicho, uendamiento.*] uerbale ab interdico, ἀπὸ ἰσχυρα, idem quod prohibitio. *Cice. pro domo sua: Id autem ut effet faciendum non adê priore ciuitatis, sed recti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.*

INTERDIU, [*Di giorno. Gal. Jour, sur jour. Hisp. Entrediz.*] μεθ' ἡμέραν, aduerb. temporis, significat per diem: cui contrarium est noctu. *Cato de Re rust. Canes interdium clausos oportet, ut noctu aciores & uigilantiores sint. Olim etiam dicebatur Interdium. Pla. in Mostel. Sed quid hoc? oclusa ianua est interdium.*

INTERDUCVS, us, διαστολή, interpunctio, & distinctio, quæ inter sententias a librarijs duci solet. *Ci. in Or. Ne infinite feratur, ut flumen oratio, quæ non aut spiru pronunciantis, aut interductu librarij, sed numero coacta debet insistere.*

INTERDVM, aduerbium. [*Qualche uolta. Gal. Aucunes fois, quelques fois. Hisp. Alas nezes.*] ἐνίοτε, idem quod aliquando, uel nonnunquam ex inter, & Dum, quod antiqui interdualim dicebant. *Virgilius libro 2. Georgic. Interdum aut hæderæ pandunt uestigia nigre. Terenti. in Eunuch. Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Cicer. de Finib. Interdum uel potius nimium sæpe.*

INTEREA, [*Tra tanto, fra questo mezzzo. Gal. Ce pendant, ce temps pendant. Hisp. Entretanto.*] μεταξὺ, ἐν τὸσὺτω, aduerbium temporis est compositum ex integris duobus Inter, & ea, quod cû sit neutrum plurale, debuit corripit: sed quia factum est aduerbium, producit a,

sicut præterea, antea, & similia. Potest tamen & ablatiuus singularis intelligi, qui in cõpõsitione solet huiusmodi inueniri: ut Quapropter, Quocirca Significat autem interim, tantisper, hoc interim spatio. *Ter. in Hec. Quid interea, ibat ne ad Bacchidem? Vbi Donatus: Interea, inter eos dies, Idem in Andria: Credo imperabo, ut aliquot saltem nuptijs protrahat dies: Interea fiet aliquid, spero interdum significat tamen, Vir. 1. Ge. Nec nulla interea est inarata gratia terræ. Cic. Epi. Tu interea cassabis.*

INTEREA loci, [*Fra questo tempo. Gal. Durant ce temps Hisp. Entretanto tiempo.*] ἐν τὸσὺτω, idem est quod Interea temporis: Sæpe enim locus accipitur pro tempore, ut apud *Ter. in And. Et multa alia, quæ non est nunc narrandi locus. Teren. in Heaut. Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci Collo cupletati te Antiphila.*

INTEREMPTIO, onis, [*Vccisione. G. Puerie, occision, meurtre. Hisp. Matarauz.*] Ci. pro Pomp. Iter in Hispaniam Gallorum interemptio ne patefactum est.

INTEREO, is, interij. [*Morire. Gal. Mourir du tout. Hisp. Perefcer del todo.*] διαφθείρομαι, pereo, occido morior, intercido. *Cic. 3. de Natu. Deo. Non intelligo, quomodo calore extincto corpora intereant, non intereant aut humore, aut spiritu amisso. Ita interit mora. Quid, primo de Arte. Morite interite. Idem in Ibin. Interire radicitus, est penitus, & sine ulla spe renascendi interire: metaphora ducta a plantis, quæ cum radicibus euulsi, nunquam repullulant. *Laetan. lib. 9. Sed & genus omne impiorum radicitus interibit. Habet autem interire maiorem uim, quam perire. Teren. in Hecy. Perij. interij: cur mihi id non dixit? Interitus, pro morte. Cicero primo Tusc. Est enim Interitus, quasi discensus, & secretio, ac diremptio earum partium, quæ ante inter. cum iunctione aliqua tenebantur. Interitus legum, hoc est, abolitio. Cicero in Catil. Aruspices legum interitum, & urbis occasum appropinquare dixerunt. Interitus uero participium, reperitur in passiuâ significatione apud *Quint. Claudium, Pugna acriter commissa, & multis utrimque interitis.***

INTEREQVITO, as, [*Camalcare tra mezzzo.*] διαπρώσω, in medio equito. *Cæf. libr. 6. Bell. Gal. Ordines interequitant. Liu. 5. Bell. Maced. obstabant duces haltilibus cadentes, terga trepidantium, & redire in ordines cogentes, sed interequitantes alarij non patiebantur.*

INTEREST, componitur ex In, & Re, & Est, ut sit quasi In re est, [*Appartenere, essere differenzia. Gal. Appartenir, estre difference. Hisp. Pertenecer ser diferencia.*] διαφέρει, Vnde Mea intereit, in re mea est, in mea utilitate. Ideoque construitur cum his ablatiuis, Mea, tua, Sua, Nostra, & Veltra, & Cuius, siue sit personale, siue impersonale, cum in alijs nominibus genitiuo iugatur: ut, Socratis intereit, idem in re Socratis est, Pro eodem interdum inuenitur, In re est, diuisis dictionibus. *Liu. Quid enim in re est aliud, si plebeiam Patricius duxerit? Quid iuris tandem mutat? Plautus. Si tuâ est quipiam in rem, id est si tua intereit. Ponitur quandoque sine aliquo casu. *Pli. li. 9. Seri etiam radices illitas simo intereit. Sic dicimus, intereit unde quis gaudeat: id est, multum facit, uel magna differenciam est. *Valer. Max. Nihil intereit, an humani sublimis putrescam. Ci. genitiuo iunxit, cû ait, Permagni intereit, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit. Similiter *Liuus. Si nihil intereit regis, peto, ut, dum dico, uinculis liberer. nam hæc nomina, Magni, Parui, Tanti, Quanti, & aduerbia Facile, Multum, Plus, Plurimû, Parum, Paulum, Paululum, Pauxillum, Nihil, Nunquid, Aliquid, Magis, Minus, Maxime, Minime, iungunt cum his uerbis. Interest, componitur ex Inter, & Est, significatque interdum præsentem esse & sic construitur cum datiuo. Cicero Lentulo: Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negocijs non interuit solium, sed etiam præfuit. Interdum in medio esse, interiacere, *Liu. secundo de Bel. Pu. Id morari uictoriam rati, quod intereret amnis. Col. Arborea, quæ intereunt, ablaquebunt. Interdum differenciam importat, διαφέρει, & construitur cum duobus accusatiuis mediante Inter. *Cic. 1. Off. Inter hominem & beluum hoc maxime intereit. Dicimus quoque Sapiens intereit a stulto, & Interreit stulto: *Ter. in Eu. Homini hõ quid præstat? Stulto intelligens quid inter est. Idem alio modo protulit in Adel. Hoc pater, hoc dominus intereit. id est, hoc intereit inter patrem & dominum.*******

INTERFACIO, interfeci, interfactum. [*Fara in mezzzo.*] μεταξὺ ποιεω, interim, seu per interualla facio. *Liu. 5. Bel. Pun. Reliqui tamen modicû præsidium, ut simul interfaciendo muro adiuuarent, &c.*

INTERFARIS, interfatur, interfari, [*Interrompere, inframeterfi a parlare. Gal. Parler parmi lepro pos d'auruy, interrompere la parole de quel qu'un. Hisp. Esforuar al que habla, interrromper.*] διακόπτω, interpellare, loquentê interrumpere. *Vir. 1. Ae. Nec plura querentê Passa Venus, medio sic interfata dolore est. Liu. 3. ab urb. Prius quam aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur Interfatio, uebale. *Quin. lib. 4. Interim expedit narrationes breuiter interfactione distinguere.**

INTERFECTOR, ris, [*Homicidiale. Gal. Τευν, meurtrier. Hisp. Matador*] Cic. pro Mil. lib. Graeci interfectores.

INTERFEMINIVM, τὰ γυναικεία, Appul. appellat genitalia mulieria, eo quod inter femina sint collocata. Vide in dictione Femē.

INTERFICIO, cis, pen. c. [*Vccidere, ἀμαρττε. Gal. Tuer. Hisp. Matar.*] κατεργάζομαι, significat occidere. Cæsar. 7. Bell. Gall. Equitem Romanum, qui rei frumentariæ iussu Cæsaris præerat, interficiunt. Interficere uita, hoc est, uita priuare. Plautus in Truc. Salus, qui me interfecisti pene & uita, & lumine. Interficere pessimis exemplis. Pla. Moit. Pro Iuppiter: nam quod malum uersatur meæ domi: ut Dii Deæque omnes me pessimis exemplis interficiant. Interfectus omni supplicio. Cic. pro lege Man. Vos legatum populi Romani omni supplicio interfectum inultum relinquetis? Interfectus usus ædium, Plautinus sermo in Mercat. Vltus, fructus, uictus, cultus iam mihi haec uince ædium interemptus est, interfectus est, alienatus est, occidit. Interfici etiam inanimata dicuntur. Virg. 4. Geor. Fer stabulis mimicum ignem, atque interfice menses, id est, perde & crema. Interfectior, floris, ποικίλος, Brutus Cic. Hic ipse puer, quem Cæsaris nomen incitare uidetur in Cæsaris interfectores. Cic. post red. Si hostes atque interfectores reipub. reuixissent.

INTERFIO, is, interfieri, [*Consumarsi, morire. Gal. Mourir, perir du tout. Hisp. Morir, pereñcer.*] ἀναπέμειξ, pro consumi, & interire apud antiquos. Lucr. lib. 3. Vt aut putrefcat corpore posto: Aut flammis interfiat, malis ueterarum.

INTERFLUO, interfluis, [*Scorrere per mezo. Gall. Passer, & couler entre. Hisp. Correr entre medias.*] διαρρέω, per medium fluo. Lilius 7. Belli Punici: Et Aetoli nauibus per fretum, quod Naupactum, & Patras interfluit (Rhion incolæ uocant) exercitu transecto, depulati erant.

INTERFLUVS, a, um, [*Che scorre di mezo. Gal. Qui conle entre deux. Hisp. Lo que corre entre medias.*] μεσάρρεος, quod interfluit, Plin. lib. 6. c. 26. Interfluo Euphrate, id est, interfluit.

INTERFRINGO, gis, ere, [*Romper, frangere. Gall. Entrerompre. Hisp. Romper, quebrar.*] διαρρίπτω, idem quod infringere. Cato c. 44. Qui locus recte & terax erit, quæ arida erunt, & si quod uentus inter frerit, ea omnia eximito. Sic Plin. lib. 17. c. 18.

INTERFVRO, furis, furere, [*Furiare di mezo.*] in medio duorum insanio. Stat. 1. Achil. Cumque arma parantur Dorica, & alternum Mauros interfurit orbem.

INTERFVNDQ, [*Spargere di mezo.*] διαχέω, per medium fundo. Plin. lib. 2. Idem Oceanus interfluis intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiam dispergit. Virg. 4. Geo. Et nouies Stix inter fusa coerces.

INTERGERINI, parietes appellantur, qui intergerunt, hoc est, ferunt & sustinent onera, quos & creta iubet Vitruuius constituere. Dicti intergerini, quod inter uouos parietes, aut fundamenta pro sultura intergeruntur. Vitru. Et catenis colligatæ in eo loco, qui finitus erit, conitruantur & intergerini e creta, heronibusque ex uulua factis calcetur. Fest. Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines conitruuntur, & quali intergeruntur. Budæus putat eosdem parietes intergerinos dici, qui a Papiniano Concraticii uocantur, qui communiter a duobus uicinis ædificantur, ad gerendum onus duorum ædificiorum, quæ illis incumbunt. Barbari uocant Medianum Parietem. Plin. lib. 35. c. 14. Romæ non sunt talia ædificia, quia sesquipedalis paries, non plus quam unam contignationem tolerat, cautumque est, ne communis crassior fiat, nec intergerinorum ratio patitur.

INTER HAEC, [*Fra questo mezo.*] μεταξή, duæ dictiones loco aduerbi positi, eiusdem significationis cum Interea.

INTERIACEO, es, p. c. παρὰ γινεμαι, uide in simplici iaceo.

INTERIBI, [*Fra questo mezo. Gal. Ce temps pendant, tandis. Hisp. Alli en tretanto.*] ἐν τῷ μετὰ, aduerb. idem significans quod Interea. Plautus in Afin. Age tu interibi da suauium. Gellius libro 2. cap. septimo: Consul interibi dum ea pugna fit, se in locos subducit tutos atque editos.

INTERICTIO, [*Interpositione. Gal. Entreiet, interposition. Hisp. Entreposición.*] παρέθεσις, interpositio, & insertio. Quint. lib. 4. cap. 2. Ne sententia quidem uelut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere dissuasem, maxime quidem breui interiectioni. Idem lib. 8. cap. 1. Etiam interiectione qua & oratores & historici frequenter utuntur, ut medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solet intellectus, nisi quod interponitur breue est. Auditor ad Herenn. lib. 10. Et tamen occulte dicemus interiectione uerborum.

INTERIECTVS, us, ui, [*Interpositione.*] παρέθεσις, ipse interiectioni adiectus. Cic. 2. de Nat. De. Interpositum, interiectumque terra.

INTERIECIO, is, tertia syllaba cor. [*Gettare fra qualche cosa interponere. Gal. Entrejetter, jeter parmi ou entredeux. Hisp. Entreponer à meter.*] παρερρίθω, inter aliquid iacio, interpono, intermitto, intermisceo. Col. lib. 1. Vt si qua interiecta sint stramentis, aut paleis

spinarum, uel germinum semina intereant. Liu. 1. ab urb. Aliaque interiectas collibus ualles. Cæsar. 7. Bell. Gall. Inter equites, ratos sagittarios, expeditosque leuis armaturæ interiecerant, qui suis cedentibus auxilio succurrerent. Hinc

INTERIECTIO, pars orationis, animi affectum exprimens, ita dicta quod orationi interieciatur.

INTERIECTVS, [*In mezo.*] partic. Cæsar 7. Bell. Gall. Neque inter se contingant trabes, sed paribus intermissis spatibus singulæ singulis faxis interiectis, arte contineantur. Interiectus inter philosophos, id est, intermedius, inquit Budæus. Cic. 1. Offic. Aut interiecti inter Philosophos, & eos qui temp. administrarent, delectarentur re sua familiari. Idem 2. de Natura De. Nasus quasi murus oculis interiectus.

INTERIECTVM tempus, [*Tempo interposto.*] παρεμβλεθημένος, χρόνος, hoc est, interpositum.

INTERIM, penultima correpta aduerb. temporis, [*Fra questo mezo, in tanto. Gal. Tan dis. Hisp. Entretanto.*] μεταξύ, idem significans quod Interea, tantisper, hoc inter spatium, Terent. in And. Funus interim procedit, sequimur. Cic. 2. de Or. Hoc interim spatium concludit illud concidit. Idem pro Ligario: Interim Varus, Vticam uenit. Ponitur & pro aliquando, Quint. lib. 1. cap. 9. Prima barbarissimi ac solæcissimi sceditas absit. Sed quia interim exculantur hæc uicia, aut consuetudine, aut auctoritate, aut uetustate, denique uicinitate uirtutum acriter se in illud tenuerunt discrimen Grammaticus intendat. Aliquando pro repente, Terent. in Hecy. Primum dies complusculos bene conueniebat (sane inter eas: interim Miris modis odisse cæpit Sofratam. Vbi Donatus: Interim, exponit pro repente. Interim: Aliquando discretio est rei, quæ ad narrationem pertinet, ut apud Ter. in And. Tristis interim, nonnunquam collacrymabat.

INTERIMIS, pen. cor. [*Amazzare, uccidere. Gal. Tuer. Hisp. Matar.*] ἀπαλλάττω, διαφθείρω, interficio. Cic. 1. de Nat. De. Si quæ interimit, innumerabilia sunt, etiam ea, quæ conseruent, infinita esse debent. Interdum ponitur pro priuo. Plaut. Cist. Nam dudum, ut concurrimus, Alceimarchus ne se uita interimeret.

INTERIOR, [*Pin a dentro.*] ἐνδότερος, & Interior, ἐνδότερος, ab Interior antiquo positio. Vide Intra. Cic. ad Q. Fr. Interior uicinus.

INTERITIO, onis, uerbale, [*Il morire, morte.*] ἀναπεσις, idem quod interitus. Cic. in Frum. Cum bis in eadem prouincia magnæ fugitiuorum copiarum uersatæ sunt, tum interitio facta nulla est. Sic enim legit Nonius: Sunt tamen qui legunt hic, Internecio.

INTERITVS, us, [*Morte. Gal. Mort. Hisp. Muerte.*] uide supra in uerbo Intereo.

INTERIUNGO, subisto, [*Raggiungere, far fermare. Gal. Entretoischer, entrejoindre. Hisp. Entrejuntar.*] ἐπισημαίω, tractum a curru, cuius rota interiecta lude iunguntur, ut quiescat. Martial. libro secundo: Et cum currere debeas bouillas, Interiungere queris ad Camenas. Interiungere equos est, equos e curru soluere, ut & paltu, & quiete reficiantur. Idem libro 3. t. hora lassos lateriungit equos meridiana. Interiungere dexteram, quod & Iungere dextram, dextera dixit Virg. Lilius 2. Bell. Pun. Tum dextera interiuictæ, militesque e concione dimissa, a notis, signisque benigne atque hospitaliter inuitati.

INTERLINO, is, pen. cor. interlinire, interlini, interliui, uel interleui, [*Cancelare. Gall. Canceled, effacer. Hisp. Truncar à cassar la escriptura.*] καταλείπω, scripturam, uel picturam lituris corrumpto. Cic. pro Cluent. Qui tabulas publicas municipii sui corruptisse iudicatus sit, qui testamentum interleuerit. Ibidem: In eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.

INTERLOCVTIO, onis, sermone interpositio. Quint. lib. 5. c. 7. Breui interlocutione patroni resurandus est.

INTERLOQVOR, penultima correpta, [*Romper il parlare. Gall. Entrejetter quelque propos. Hisp. Estornar al que habla.*] διακόνω, alio loquente sermone intermiscere, ac quodammodo interturbare loquentem. Terent. in Heaut. Siccine mihi interloquere? Quandoque significat aliquid inter agendum definitio. Vnde Interlocutoria sententia uocatur, quæ non definit controuersiam, sed aliquid obiter ad causam pertinens decernit. Gell. lib. 14. cap. 2. Aliter atque aliter eadem causa, eodemque in tempore sentire, & interloqui uideatur.

INTERLUCEO, ces, p. c. [*Tralucere. Gal. Entreliuire. Hispan. Entreluzir.*] παρερρίθω, in medio luceo, uel Interea luceo, uel inter aliquid luceo. Liu. 9. Bel. Pun. Duos Soles uisos, & noctu interluisse, & facem stellæ septies ab ortu Solis ad Occidentem portugri usam. Interlucet, per translationem pro interapparet, & intercoipicitur. Ad Heren. ut loci distincte interlucere possint. Liu. lib. 1. ab vi. b. Quibus inter gradus dignitatis, fortunæque aliquid interlucet, posteri fama ferent. Virg. 9. Aen. Interlucetque corona Non tam spissa uiris.

INTERLUCATIO, uerbale. Plin. lib. 17. c. 27. Interlucatio a boribus prodelt, sed omnium annorum truncatio inutilissima. Eadē dicitur

- tur Collocatio, apud Catonem, & Varronem.
- INTERLUCO**, cas, p. p. *διακλαύω*, ramos seu plantas inutiliter pululantes cū intervallo resecare: & a luce deducitū videtur, quod cum ceduntur rami, lux fit ipsi arbori amplior. Plin. lib. 17. c. 23. Depurantur enim pariter cum uite interlucata densitate ramorū qui sūt superuacui.
- INTERLUNIVM**, nij, *σωόςος*, dicitur id spatium temporis, in quo nec amplius Luna vetus apparet, nec adhuc noua uidetur: quia radijs solaribus superne illustratur, non autē ab ea parte, quę nobis conspicua est. Plin. lib. 7. c. 5. Septimo non nisi pridie, posterove plenilunij die, aut interlunio concepti nascuntur. Idem lib. 16. c. 39. Inter omnes conuenit, utilissime in coitu lunę sterni: quem diem alij in terlunium, alij silentis lunę appellant. Hor. 1. Car. Ode 25. Ithra cio Bacchante magis magis sub interlunia uento.
- INTERLUUIS**, [Baguare in mezo. Gal. Mouiller en passant par dedans, ou au milieu. Hisp. Mojar entremedias.] *παρεμπίπω*, interuiuo. Virgilius primo Aeneid. Augulo interluit ætu. Aliquando leuare eit, Cato de re rust. Manus interluito postea uina sumito. Vir. 3. Aen. Hęc locui quondam & uaita conuulsa ruina, (Tantum æui longinqua ualet mutare uetustas.) Dissiluisse ferunt: cum protinus utraque tellus Vna foret, uenit medio uia pontus, & undis Hesperiam Siculo latus abscedit, aruaque, & urbes Litore diducas angusto interluit ætu.
- INTERMANEO**, es, ere, [Stare in mezo.] inter, nel in medio maneo. Lucan. lib. 6. Defessus Cęsar medijs intermanet agris.
- INTERMEDIVS**, a, um, [Fra mezo. Gal. Qui est entredoux, qui est au milieu. Hisp. Entremedias.] *παρεμπίμενος*, interiacens. Cic. n Or. Est autem quidam interiectus, intermedius & temperatus, nec acuminē posteriorum, nec flumine utens superiorum: uiciuus amborum, in neutro excellens. Varro lib. 3. de re ru. In lateribus dextra & sinistra porticus sunt, primotib. columnis lapideis intermedijs arbusculis humilibus ordinatę.
- INTERMENSTRVVS**, strua, struum, adiectiuum: ut, Luna intermenstrua. Plin. lib. 18. c. 52. Maxime autem intermenstrua dimidiaque sterco rato.
- INTERMEOS**, as, are, [Scorrere di mezo. Gal. Passer entre, passer par mi. Hisp. Correr lo liquido entremedias.] *παρεμπίπω*, idem quod interlucere, hoc est, per medium meare, & fluere. Plin. lib. 5. c. 30. Longeq. clarissimum Aficę Pergamum, quod intermeat Sileus.
- INTERMESTRIS** Luna, *σωόςος*, dicitur interlunium, & coitus Lunę. Plin. lib. 16. cap. 38. Nisi intermestri luna, atque dimidiata, ne tangas materiam. Intermenstruum, idem est. Varr. lib. 1. de re rust. Quod a noua luna crefcit ad plenam, & inde rursus ad nouam lunam decrefcit, quoad ueniat ad intermestrium: a quo die dicitur luna esse extrema, & prima.
- INTERMIOS**, as, p. c. [Risplendere in mezo.] *διασίλω*. In medio splendeo. Cla. id. lib. 1. Rutulum squammis intermicat aurum
- INTERMINATVS**, ta, tum, [Non terminato. Gall. Qui n'a point de borne de fin. Hisp. Cosa sin termino y sin.] *ἀπείρατος*, non terminatus, termino carens, indefinitus. Cicero de Natura Deorum: C ontargitis ad Deam, cuius operam profecto non desideraretis, si immentam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum uideretis.
- INTERMINOR**, naris, penult. corrup. [Minacciare qualche gran male. Gal. Menacer fort. Hisp. Amenazar so pena grande.] *ἐπαπειλέω*, magnum malum denuncio, uehementer minor. Terentius in And. Dixi ne tibi? Interminatus sum, ne faceres? num ueritus? Interminati uitam. Plaut. in Cas. Inicitur malarum malam Disciplinam, uitō quę interminatur suo uitam, id est, quę uitam se interfecuram minatur.
- INTERMINVS**, a, um, [Senza termine.] *ἀτέραςος*, quod non habet terminum. Sidon. ad Fontei. Dominis Simplicio & Apollinari intermina intercessione uos comperi, &c. Hanc tamen uocem apud quempiam ueterum non facile inuenias.
- INTERMISCEO**, es, ere, [Mischiare di mezo.] *παρεμπίγνυμι*, miscerę in medio. Virg. Eclog. 10. Doris amaram tuam non intermiscerit undam.
- INTERMISSIO**, onis, uerbale, [Intermissione.] *διάλειψις*, uacatio ab aliquo manere per aliquod tempus. Cic. 1. de Nat. De. Nec tamen uideo, quomodo uideatur iste deus beatus, cum sine ulla intermissione pulsetur, agiturque. atomorum incurfione sempiterna.
- INTERMISSVS**, us, [Intermissione.] *διάλειψις*, idem quod intermissio. Plin. lib. 10. c. 29. Lucinijs diebus, ac noctibus quindecim garulus sine intermissu cancus.
- INTERMITTO**, [Tralasciare.] *διαλείπω*, ad tempus omitto, cesso. Cic. Et si ego id tempus intermiseram potius, quam omiseram. Cic. 2. Offic. Aciores autem remorsus sunt intermissę libertatis, quam retentę.
- INTERMORIOR**, eris, [Morire. Gall. Mourir. Hisp. Morir.] *παρμόλωμαι*, morior, pereō, intereo, perdo. Bithynicus ad Cic. lib. 6. Ep.

- Peto a te, ut absentem me quibuscumque in rebus opus fuerit, tuarisi nullum officium tuum in me intermoriturum existimas. Inter mortuum uero, Latini dicunt, eum, qui inter mortem uitamque ex dolore procumbit, similis expiranti. Sue. de Ner. Postquam deinde Galbam, & Hispanias delcuisse cognouit, collapsus, animoque male fracto diu, & sine uoce, & prope intermortuus iacuit. Cic. in Pil. Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinę reliquijs concitastis, id est, ex reliquijs propemodum extinctis. Memorij generis prope intermortuam reuocare, idem pro Muręna.
- INTERMUNDIVM**, dii, spatium medium inter plures mundos: Sicut intercolumnium, spatium inter columnas. Voluit enim Epicurus infinitos esse mundos, & inter eos spacia magna inania, per quę atomi uolūtates alios atque alios mundos coagmentarent. Cic. 1. 3. de Fin. Indiuia cum dicitis, & Intermundia, quę nec sunt ulla, nec possunt esse, intelligimus. Idem 1. de Na. De. Tanquam modo ex Epicuri intermundis descendisset. Budęus.
- INTERNASCOR**, eris, [Nascere in mezo.] *παρεμφύομαι*, in medio nasci. Plin. lib. 18. c. 16. Internascentesque herbas excludi. Liu. 8. Bel. Pun. Angustię & internata uirgulta ordines dirimebant.
- INTERNECIO**, [Uccisione. Gall. Tuerie, occision. Hisp. Muerte violenta.] *παρολεθρία*, uitę priuatio. Cic. 5. Verr. Tamen aratorum internecio facta non est.
- INTERNECO**, as, pen. co. internecui, internecatum, & internectum, [Uccidere, amazzare.] *ἐξολεθρῶ*, deleo, simul interficio, & multitudinem totam ferme complectitur. Plautus in Amphit. Legionis reueniunt domum, duello extincto maximo, atque internectis hostibus. Cic. 14. Philipp. Internecti notha testamenta credo subiiciunt.
- INTERNECIVS**, a, um, pen. pro. [Cio che si appartiene ad uccisione. Gal. Pernicieux, mortel. Hi. Cosa perentesciente a matar.] *παρολέθριος*, quod ad internecionem pertinet. Vnde Internecinum testamentum dicitur, auctore Felto, propter quod dominus eius necatus est. Internecium bellum, cuius exitus, alteri parti internecionem affert. Liu. lib. 9. Nullus modus fuit cędibus, deletaque Aufonum gens, uix certo defectionis crimine, perinde ac si internecino bello certasset.
- INTERNECTO**, is, ere, [Legare insieme. Gall. Entrelacer, entrelieuer. Hisp. Atar juntamente.] *συνδέω*, colligare, inter se connectere. Statius 8. Theb. Vix magna lauare uulnera, & efflantes libet internectere plagas.
- INTERNIGRANS**, [Negro.] p. c. internigrantis, passim nigrans. Stat. 9. Theb. Noctemque, diemque Assimilans maculis, internigrantibus albę.
- INTERNITEO**, es, ere, [Lucere tra l'altre cose. Gall. Entreluire, luire ou re luire entre, ou par mi. Hisp. Luzir entremedias.] inter alia nitere, uel pellucere. Curtius: Spisse nubes intendere se cęlo, & quidquid lucis internitebat, offusa caligine extinctum est. Idem alibi, Armorum internitentium fulgor.
- INTERNITIO**, nis. Cic. pro Syl. Internitione ciues liberaui.
- INTERNODIUM**, dii, [Spatio tra l'uno & l'altro nodo. Gall. Ce qui est entredoux neuds, ou jointures.] *φάλαγγξ*, est spatium intermedium inter duos nodos, quale uidemus in arundinibus, & culmis. Plin. lib. 7. c. 2. Arundines uero tantę proceritatis, ut singula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Ouid. 11. Met. Longa internodia cęturum. Idem 9. Met. Mollia nodosus facit internodia poples.
- INTERNOSCO**, [Discernere, conoscere tra gli altri. Gall. Entre connoître, connoître Hisp. Distinguir entre diuersos.] *διαγνώσκω*, inter alias nosco, siue discerno. Cic. 2. de Or. Quos cum humare uellent non potuerunt obritos internoscere.
- INTERNOCIVS**, cii, [Messero, mezano, interprete, sensale. Gall. Message entre deux parties. Hi. Mefagero entre diuersos.] *διάκτωρ*, qui inter alios medius est ad aliquid tractandum, & modo huic, modo illi, per uices nunciat. Ter. in Eu. Eho, num nam tu hic relictus custos, Nequis forte internocius clam a milite ad istam curstet? Inter nuncius, & minister rei alicius. Liu. 3. Bell. Maced. Augures inter pretes, & internocii Iouis, Cic. 8. Phil. Huius femininum est Internocia.
- INTERNVS**, Interaneus, *ἐντόδιος*, & Interne ab Intra.
- INTER OPVS**, *μεταξὺ ἐργαζόμενος*, hoc est, in ipso opere, uel cū opus fit. Tibul. Crura sonant ferro, sed canit inter opus.
- INTERO**, ris, ere, [Tritare. Gall. Broyer dedans ou par mi. Hisp. Majar como en mortero.] *ἐντριβῶ*, terendo immitto: ut, Interere panē lacti. Var. 2. de re rust. c. 9. Necnon ita panem hordeaceum dandum, ut non potius eum in lacte des intratum, &c. Cato de re rust. c. 156. Et cocyminum interito. Ter. in Phor. Ad te summa solum Phormio redit: Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum. Vbi Donatus: Parētia apta parafito, quę de cibo est. Hoc autem inter rusticos de alliato mortario dici solet. Et bene Intristi: proprie enim intrita dicitur huiusmodi cibus. Hęc Donatus.
- INTERORDINIVM**, iij, *τὸ μεσὸρδιον*, spatium quod est inter ordines. Col.

Col. lib. 5. c. 5. Sed de spatii ordinum eatenus præcipiendum habemus, ut int. ligant agricolæ, siue aratro vineas culturi sint, faciora interordinia relinquenda, &c.

INTERORDINARIUS, & Interordo, quæ huc congesta erant, refecimus, eo quod uideremus Calepinum ea in re corruptis exemplaribus fuisse deceptum. Nam quod ad præteritum dictionem attinet, in eo loco, quem ex Columella adducit, Interordinaria, legendum est, diuisis dictionibus, ad hunc modum. Conditis pluribus interordinaria semina malleolis. Idem dicendum de posteriore. Nam eo in loco, quem ex Columella adducit, legitur inter ordines, diuisis dictionibus. Hoc ideo admonere uolumus, nequid temere quis a nobis credat amputatum.

* **INTERPATEO**, apud Macrob. est intus patefcere.

INTERPELLATIO, onis, [*Interrumpimento. Gall. rompement de propos. destourbier. Hisp. Estoramiento.*] Cic. de prouin. Conf. Interpellatio mei familiaris, qua paulo ante interrupta est oratio mea. Idem Leptæ lib. 16. Itaque litteræ quidem meæ impediuntur, in quibus sine ulla interpellatione uersor. Plin. in Ep. Interdum laslo mihi opportuna interpellatione subueniunt.

INTERPELLATOR, toris, [*Che rompe il parlare. Gall. Desfourbeur, entre rompeur de propos.*] interuenitor, qui interrumpit sermonem, aut aliquid aliud agentem. Ci. 3. Off. Dicitur ab te hortulus aliquos emere uelle, quo inuitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellatoribus possit. Auctor ad Heren. lib. 1. Dialectici alieni sermonis molesti interpellatores.

INTERPELLO, las, lace, [*Interrumpere. Gall. Rompre le propos. Hisp. Estoruar al que algo haze.*] est loquentem, uel aliquid agentem interrumpere. Cicero primo Iuscul. Sed nihil re interpellabo: continentem orationem audire malo. Hirt. 2. Bel. Alia. Cum in Alia uenisset, reperiebat Itum Appium, conuatum esse tollere pecuniam ex fano Dianæ: sed interpellatum aduentu Cæsaris profugisse. Aliquando est dicere, uel commonere, Lucil. libro 28. ut citat Nonius: Verum tu quid agis? interpella me, ut sciam. Aliquando rogare. Val. Max. lib. 3. Cato rogatus, ut socios apud auunculum adiuuaret, constanti uultu non facturum se respondit. Iterum deinde ac sæpius interpellatus, in proposito persistit. Interpellare uirginem uel matronam de stupro, frequens est apud Iuriconsultos pro ambire, uel petere eius concubitum. Interpellare stuprum, idem est, quod impedire, & interrumpere. Lilius tertio ab urbe: Stuprum interpellatum magis, quam cæde motus. Interpellare debitorem, est debitum exigere. Pomp. Si nemo sit, qui a patre promissoris interpellari transiititæ pecuniam possit. Interpellare partam uictoriam, in pedire, remorari. Cæf. 3. Bell. Ciui. Sed siue ipsorum perturbatio, siue error aliquis, siue etiam fortuna partam iam, præsentemque uictoriam interpellasset, dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum uirtute farciretur. Interpellare de negotio aliquem, est conuenire, & uerba cum eis facere. Sen. lib. Declam. 8. Diues pauperem de nuptiis filix interpellauit.

INTERPENSIVA, apud Vitruuium, perticarum, tigillorum, asserum uel genera sunt, quæ ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in colliquis deriuandos, uel alium quemuis usum interlocantur, quasi ea quæ a pendendo Græci appellant κρηματήρια.

INTERPENSIVI parietes, κρηματήρια, sunt qui supra contignationem struuntur, nec in solo fundamentum habent, sed in pendenti surgunt. Hermolauus.

INTERPLICO, as, are, περιπλέκω, passim implico. Stat. 4. Theb. Albaque puniceas interplectat insula cristas.

INTERPOLLATIO, onis. Plin. lib. 13. c. 12. de chartis: Hanc excipit Romæ Fannii sagax officina, tenuatamque curiosa interpollatione principalem fecit e plebeia.

INTERPOLATOREM, [*Rigattiere. Gall. Radonbeur, fripper. Hisp. Renouador, affectador.*] εἰσθεωροῦν, uocamus, qui antiquas uestes reconcinat, ac renouat, ut facilius uendat.

INTERPOLIO, as, are, [*Rinoware, instaurare. Gall. Repouir, reconstrer. Hisp. Remouar d'afait ar d'adobar.*] ἀνασυνάγω, est immutare, uel instaurare, & reb. uetustis nouam formam inducere: a poliendo dictum, ut Perotus existimat. Vnde Vestimenta interpolata, quibus a fullonibus ita noua lana est inducta, ut pro nouis fallere possint. Ci. 2. Fr. Vult, inquam, Appius renouare eundem magistratum, quo mihi nus rogam prætextam quotannis interpolet. Sic Mancipia interpolata dicuntur, quæ cum sint ueterana, tamen a uenaliariis ita ornantur, finguntur, & quasi renouantur, ut pro nouis uendi possint. Vlpian. in l. præcipiunt ædiles. ff. de ædil. edict. Quia igitur uenaliarii sciunt facile decurri ad nouitiorum empicionem, idcirco interpolant ueteratos, & pro nouitiis uendunt. Plin. lib. 12. c. 14. At hercle Alexandriæ, ubi thura interpolantur, id est, rudia cum sint, poliuntur. Conuehebatur enim illinc thus rude, aspectu simile cortici Plaut. in Amph. Illic me homo interpolabis, meum que os Æng. t dento.

INTERPOLATRIX, ἡσθησαστρα, mulier, quæ antiquas uestes renouat, ut eas facilius uendat. Pomponius: Interpolatricem accersisse oportet, quæ huic uestem adducat.

INTERPOLIS, & hoc λεῖπον, quod interpolatum est. Plinius lib. 19. Est quidem eius natura interpolis, rursumque quamlibet uetustum nouo miscetur. Sic per translationem mulieres etiam interpoles dicuntur, quæ uitia deformitatis arte occultant. Plaut. in Most. Nam istæ ueteres, quæ se unguento unctant, interpoles, Vellæ, edentulæ, quæ uicia suo occultant.

INTERPOLVS, la, lum, [*Racconcio.*] ἡσθησαστρα, idem quod interpolis, hoc est, reconcinuatus. Vip. l. Labeo. Digeit. de contrahen. emptio. & uend. Si uestimenta interpolla quis pro nouis emerit. Trebatio, placere, ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpolla emerit.

INTERPONO, nis, ere, [*Interporre. Gal. Entremettre, interposer. Hisp. Entreponeur.*] παρετίθειμι, interfero, interitio. Cic. de Am. Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne Inquam, & inquit, sæpius interponeret. Interponere aculeatorem, est submittere, uel subornare. Ci. 3. Verr. Interposuisti aculeatorem, qui cum ego mihi centum & decem dies solos in Siciliam postularem, centum & octo sibi in Achajam postulare. Interponere auctoritatem suam est auctoritatem suam impedire, ne aliquid fiat. Cic. 3. Phil. Quod si auctoritatem tuam interponis sine armis, magis quidem laudo. Fidem suam interponere, est aliquid in fidem suam recipere. Cæf. 5. Bell. Gall. Ipsi uero nihil nocitum iri, inque eam rem se suam fidem interponere. Interponere postulata est, proferre ea, quæ quis sibi potuisset concedi. Cic. 8. Phil. Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo minus, quod opus esset ad bellum, a uobis pararetur. Interponere se rei alicui, est se immiscere, Ci. in Diu. in Ver. Cur te interponis inuitissimis his, quibus maxime lex consultum esse uult?

INTERPOSITIO, onis, παρεθεσις, insertio, interiectio, Cic. de Inuen. Quæstioem autem eam appellat, quæ habeat in se controuersiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione. In interpositio, pro iis quæ lineis superlicri, & interlicri solent, dum aliquid emendatur. Cic. ad Tir. lib. 16. Tu istic, siquid librarii mea manu non intelligent, monitibus. Vna omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrimo Catone. Interpositus, a, um, part. Pli. lib. 18. c. 16. Interpositis quibus diebus, hoc est, interiectis, uel intermissis.

INTERPOSITVS, us, ui, [*Interpositio. Gal. Interposament, asiette entredeux. Hispan. Aquel entreponer.*] παρεθεσις, idem quod interpositio. Cic. 2. de Natura Deo. Tum ipsa incidens in umbram terræ, cum est e regione solis interposita, interiectuque terræ repente deficit. De Luna.

INTERPREMO, p. c. συμπίεζω, comprimo, uel premo collido: uel de Interpretare fauces, est faucibus compressis spiritum intercludere. Pla. in Rud. Aedepolis, infortunio hominem prædicas demabilem. Qui sacerdotis sceleris fauces interpretessit.

INTERPRETIS, [*Interprete. Ga. Truchement, interprete. Hisp. Trujaman d'afarante de lenguas.*] ἐρμηνεύς, est qui in aliqua re agenda medius est, ueluti conciliator, & auctor. Vir. lib. 4. Aen. Tuque harum interpres curarum, & conscia luno. Interpretes ab Alconio dicuntur, per quos inducitur pactio. Quoniam uero huiusmodi homines animos eorum, quibus dati sunt interpretes, sciscitantur, & inuicem illi exponunt, factum est, ut interpres pro eo accipiatur, qui obscura exponit. Vir. 3. Aen. Troiugena interpres diuum. Vbi Seruius: Interpres, uaticinator, qui mentem Deorum mortalibus publicat. Cic. 1. de Diu. Interpretes portentorum Galcoræ in Sicilia nominabantur. Interpretis, item qui uertit aliquid ex una lingua in aliam. Cic. de Opt. Or. Nec conuerti ut interpres, sed ut orator sententias iisdem, & earum formis, tamquam figuris, uerbis ad nostram consuetudinem aptis.

INTERPRETAMENTVM, ti, [*Interpretatione.*] ἐρμηνεία, interpretatio. Gel. Ex quibus diuersa Latine lingue interpretameta collegimus.

INTERPRETATIO, tionis, [*Interpretatione, expositione. Gal. Declaratio, interpretatione. Hisp. Obra de trujamenear y de clarar.*] ἐρμηνεία, est positio. Cl. 1. Off. Nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatio. Interpretatio, inquit auctor ad Her. l. 4. est, quæ non iterans, idem redintegrat uerbum, sed id commutat, quod positum est, alio uerbo quod idem ualeat. Interpretatio coniectura & iudicium. Liu. 2. ab urbe. Non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. Budæus: Interpretatus, a, um, partic. expositus, explicatus. Ci. 2. de Leg. Vestis quasi focus urbis, ut Græco nomine est appellata: quod nos prope ideum Græcum interpretatum nomen tenemus.

INTERPRETOR, aris, pe. co. [*Interpretare, exponere. Gall. Interpreter, expliquer, donner à entendre. Hispan. Trujamenear, declarar lo esuro.*] ἐρμηνεύω, expono, explico, explano. Cic. lib. 2. Offic. Nec quicquam aliud est Philosophia, si interpretari uelis, quam studium sapientiarum. Interpretari, pro iudicare. Cic. ad Att. Quod si audeam, Athenas peterem, sane ita cadebat, ut uellem. Nunc nostri hostes ibi sunt, & te nos habemus, & ueremur, ne interpretetur illud

- oppidum, non satis ab Italia abesse. Interpretari memoriæ aliquid, hoc est, reducere in m. mortiam. Plautus in Epid. Inique in-
nitius es. P. Quid iam? M quia tuæ memoriæ Interpretari me æ-
quam censet.
- INTERPUNCTIO, ONIS,** [Distinctione.] idem quod interpunctum. Cic. pro Mur. Res enim sunt paræ prope in singulis litteris, atque in
terpunctibus uerborum occupatæ.
- INTERPUNCTVM, ÆTI,** [Distinctione.] neu. gen. διαστολή, distinctio. Cic. de Or. Clausulas, & interpuncta uerborum, animæ interclusio &
angustia spiritus attulerunt.
- INTERPUNCTVS, ÆUM,** [Distinto.] Gal. Distingue par points. Hisp. Apre-
tado con puntos.] διασταλ υέρος, quasi per punctis distinctum est. Cl. 2. de
Or. Sed & festiuitatem habet narratio distincta personis & inter-
puncta sermonibus.
- INTERPUNGO, GIS, XICUM,** [Distinguere con puncti] διατέλλω, punctis
distinguos, unde interpunctus, partic. de quo iam egimus.
- INTERPVTIO, AS, P. C.** [Circum] διαρπύω, quasi per circuitum putare, & pur-
gare. Col. lib. 3. Rosam fruticibus, ac furculis disponi per furculos
pedales conuenit, per idem tempus, quo & uiolam: sed omnibus
annis fodi ante Kaiendas Martias, & interpretari oportet: hoc mo-
do multis annis perennat.
- INTERQUIESCO, IS, ERE,** [Riposarsi.] Gal. Se reposer. Hisp. Holgar, quedar-
se.] διαυχάζω, idem quod quiesco. Plin. in Ep. Iulio mense, quo ma-
xime lites interquiescunt, positis ante lectos cathedris, amicos
collocavi. Cic. de Clar. Or. Cum hæc dixissem, & paululum inter-
quiescem, &c.
- INTERRADO, IS, PENULTIMA PRODUCTA,** [Radere d'ogni intorno.] Gal. Ra-
IRROGAS, **PEN. CO.** [Dare, imponere. Gal. Imposer, requerir qu'on ne impose. Hi. Dar, atribuyr, imponer.] ó παγος, infero, inſtigo, impono. Pla. in Capt. Qui conſilium iniere, quo nos uicti & uita prohibeant. His diem dicam, irrogabo multam, óτιθαλαδ' óθηθαλαδω, ut mihi ce nas decem Meo arbitrato dent, cum cara annona ſit. Pl. Non modo culpam omaem, ſed etiam multam irrogauit. Cic. pro domo ſua, Verant leges ſacratæ, uerant 12. tabulæ leges priuatis hominibus irrogari: id eſt enim priuilegium. Irrogare alicui mortem. Tacit. lib. 4. Sibimet irrogaret mortem, quam patri ſtruxerat. Irrogatus, ta, tum, participium. Tacit. lib. 13. Exiliumque accuſatori irrogatum, & tabulæ exultæ ſunt.
IRRORO, **AS**, **PEN. CO.** [Bagnare. Gal. Arreſer, moniller de rouſſée. Hisp. Mojar, rociar derramando rocio.] óθηθροσίζω, rore aſpergo. Colu. li. 12. c. 22. Noctibus labrum opere conueniet, ne irroretur. Dicimus autem, A quam irrorare agro: & Agrum irrorare aqua. Ouid. 1. Meta. n. Vbi libatos irrorare liquores Veſtibus. Virgil. 1. Geor. Sole nouo terras irroret Eous. Somnus irrorat quietem oculis. Sil. lib. 10.
IRRUERO, **ES**, **P. CO.** uel Irruboſco, **IS**. [Farſi roſſo, arroſſirſi] ó κυρπός, ru brum ſieri, rubore ſuffundi. Sta. 9. Theb. Irrubuit cæli plaga ſydere miſto Occurſiſque ſacro pariter iubar arſit utrinque. Ignis irrubuit meis uultibus, apud eundem lib. 5. Syl. pro eo quod eſt, ſuffundit uultus meos.

IRRUCTO, **AS**, [Ruttare. Gal. Rotter ou reuſer contre. Hisp. Rogoldar contra algo.] ερρδύδω, eſt ructu afflare. Pla. Pſeu. quid tu, malum, ebrius mihi in os irructas.
IRRUIGIO, **GIS**, [Rugere grandemente. Gal. Rugir beaucoup. Hisp. Mucho bram el leon.] óρυζος, ualde rugio.
IRRUO, **AS**, **RE**, [Par creſſe.] óρυτιδω, in rugas contrahere. Gel. lib. 12. ca. 1. Ne æquior illud uentris irrugetur.
IRRUARE, [Lactare.] δυλαζω, antiquus honeſtum uerbum erat, idé ſignificans quod lactare, quali rumen, hoc eſt, mammam in os miſſere. Poſtea tamen uſus obtinuit, ut de obſceniffimo libidinis genere tantum diceretur. cum quis uirilia ſua cupiam præbet exigenda. Contra qui uirilia in os recipiunt, ea que ueluti papillas quaſdam exungunt, Fellare dicuntur Auctor Pria. Mandabo domi no tamen ſalaci, ut pro me uelit irruare ſures.
IRRUPTO, **UMPIS**, [Entrare con impeto, entrare uolentemente. Gal. Entrer par force. Hisp. Entrar con impeto.] εἰσπίτω, uolenter, & cum impetu ingredior. Virg. 11. Aene. Portas irrupere patentes. Et ſemper in hac ſignificatione hoc uerbo utuntur auctores. Cic. contra Rul. Irrumpant in ætarium. Laſtan. proprie ſumpſit li. 6. pro penitus frango. Summum (inquit) inter ſe hominum uinculum eſt humanitas, quod qui irruerit, nefarius & patricida exiſti mandus eſt.
IRRUO, **IS**, **RUI**, **IRRUTUM**, **PEN. CO.** [Aſſalire con furia. Gal. Serner & jeter deſſus. Hisp. Acometer con furia y impeto.] εἰσβαλλω, cum impetu aliquem aggredior, uel uolenter me aliquo immitto. Cic. 2. de Fini. Et Equo admiſſo in mediam Latinorum aciem irruat. Ter. in Ade. Fores eſſegit, atque in ædes irruit alienas.
IRRUPTIO, **ONIS**, [Impeto, ſcorteria. Gal. Entrée impetueuſe.] εἰσβολή, impetus, incurſio. Cic. pro lege Manil. Nam cum hoſtium copia, non longe abſunt, etiam ſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur.
IRTIOLA, **A**, genua uitis, Umbriæ, Piceno, Meuanati agro peculiare, teſte Plin. li. 14. c. 3. Col. lib. 3. cap. 2. Nam has nuper mihi cognitas pergulanam dico, & irtiolam, ferreolamque, non facile aſſuecē, quo gradu habendæ ſiat.
IRVS, **I**, **POS**, mendicus ſuit Ithaceniſis, affecta procorum Penelope, quem Vlyſſes domum reuerſus pugno interfecit, ut eſt uidere apud Homerum 18. Odyſſ. Huius paupertas abiit in prouerbum, ut hominem extremæ inopiæ, Iro pauperiorem dicamus. Ouid. Irus erit ſubito, qui modo Cræſus erat.

I A N T E S

IS, **ID**, **EIUS**, [Queſto, il medefimo, quello, colui, coſtui. Gal. Il, iceluy, ceſtuy, celui. Hisp. El, ella, ello.] εἰσέπος θρος, pro nomen eſt, eandem habens ſignificationem, quam ille aut Hic, eundemque in oratione ſitum obtinet. Et modo demonſtratiue accipitur. Cic. lib. 2. Epit. Neque enim tu is es, qui, qui ſis, neſcias. Idem pro P. Sylla: neque enim una eſt ratio deſenſionis ea, quæ poſita eſt in oratione. Modo relatiue. Idem Attic. lib. 1. Venit mihi obuiam puer tuus, is mihi ſit teras abſte reddidit. Nonnumquam accipitur is pro talis, uel eiuf modi Idem 2. lib. Epit. Is enim tu uir es, & eum me eſſe cupio, ut &c. Cic. Attic. lib. 3. Itaque ego is in illum ſum, quem tu me eſſe uis.
IS, **IS**, **URBS** a Babylone itinere dierum octo diſtans, apud quam eſt Is ſtuitus, in Euphratem ſe exonerat, e quo bitumen a diſcandis muris Babyloniſis ſubminiſtrabatur. Auctor Heroſ. li. 1.
ISACA, **ſUE** (ut in quibusdam exemplaribus legitur) Iſca, ſtuitus eſt in Meridionali latere Britanniæ inſulæ. Ptol. li. 2. cap. 3.
ISAEVS, **ISAEVS**, cum æ, dipthongo, nomen rhetoris pariter & philoſophi, quem Philoſtratus in Vitis ſophiſtarum Aſyrium fuiſſe tradit. Cuius hoc fuit inuentum, cuiuſvis rei argumentum in breue contrahere compendium.
ISAGGOS, **P. P.** [Introductione. Gal. Introduction. Hisp. Introduction.] εἰσαγωγός, prima artis, ſcientiæ uel alicuius rudimenta, ad maioræ altioræ que uiam munitentia. A Græco uerbo, εἰσάγω, quod ſignificat inſinuo, & prima artis cuiuſpiam elementa trado. Quidam ex noſtris uerbum ex uerbo reddentes, introductionem appellarunt. Gel. lib. 16. cap. 8. Cum diſciplinæ Dialecticæ induci atque inſinui uellemus, neceſſe fuit adire atque cognoſcere, quas uocant dialectici, εἰσαγωγός.
ISAGOGICON, [Introductorio.] εἰσαγωγικός, liber prima artis alicuius præcepta tradens, & ad interiora altioræ uiam quandam munitens. Quidam ex noſtris introductionem uertunt uocabalo inter doctos non ſatis recepto.
ISANDER, **ISANDROS**, filius fuit Bellerophonis & Achimenes, qui cū eſſet ad bellum inter Lycios, & Solymos, cōtra Solymos pugnas occiſus eſt.
ISAPIS, **PEN. CO.** ſtuitus Flaminia, propinquus Cæſcenæ, ut Strabo lib. 5. ſcribit. Luc. lib. 2. Crullumiumque rapax, & iunctus Iſapis Iſauro.
ISARA, **P. C.** ſtuitus eſt Allobrogum non procul a Cemenio monte in Rhodanum influens. Vide Plin. li. 3. cap. 4.

ISATIA, (quod hic pro maris Tyrreni insula corrupte legebatur) vide Ilichia.

ISATIS, ἰσάτης, Græciæ vocatur herba, quam Latini Glaſtum appellant. Eius, duo sunt genera: Isatis sylueſtris, folia habet lactucæ, sed maiore, caules prætenues, multifidos, quadantenus rubentes: in quorum cacuminibus folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus semen habet flore tenui & luteo. Satiua, folia habet plantaginis similia, verum pinguiora nigrioraq. caulēq. duorum cubitorum altitudinem excedentem. Hanc trifatilib. molis premunt, vt herbaceam sanie excludat: deinde abacto liquore digerunt in magnos globos, quos in tabulatis in cinerem putrefcere sinunt. Tolofates in Pastellum ab effigie pastillorum, in quos glomerantur, nominant.

ISAVRA, ἰσαυρα, τὰ, vrb̄ Isauriæ, quæ est Asiæ regio non procul a Tauro monte, inter LycONIam & Ciliciam sita. Hanc vrb̄ postea Claudius, deducta ex colonia, a nomine suo Claudio-polim appellavit, vt est auctor Ammianus.

ISAVRIA, ἰσαυρία, regio est Asiæ minoris, proxima Ciliciæ ad Taurum montem, quam Publius Seruilius cognomēto Isauricus subegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erāt, uicep̄it. Hæc Str. lib. 12. qui se Seruiliū uidisse scribit. Fuisse autem traditur fortunæ adeo tenuis, vt publico funere fuerit elatus. Isauri populi Isauriam tenentes.

ISAVRVS, Flaminii fluius est, qui accepto Isapi, non procul a Cæsena in mare Adriaticum insiuit. Luc. lib. 2.

Crustumiumq. rapax, & iunctus Isapis Isauro.

ISCHADES, ἰσάδες, Græco nomine fici aridi appellantur, teste Polyluce: nam ἰσάδες proprie de recentibus dicuntur.

ISCHAS, adis, ἰσχάς, raphani agrestis genus, quod Apion nonnulli, alii Agrioraphanam appellant. Auctor Plin.

ISCHAEMON, ἰσχαίμων, herba a Thracibus primum inuenta, quæ ferunt sanguinem sisti, non aperta modo uena, verum etiam præcisā. Serpit e terra milio similis, foliis asperis & lanuginosis. Auctor Plin. lib. 15. cap. 8.

ISCHIA, ἰσχία, insula est in maris Tyrreni altera Oenatridum, e regione Veliæ sita. Auctor Plin. lib. 3. c. 7.

ISCHIA, ἰσχία, ossa duo sunt in posteriore hominis parte ossi sacro, in anteriori mutuo κατὰ σύμφυσιν, coherentia. Latine Coxendices appellantur. Vtrumq. horum grandi cauatum est acetabulo, in quo fertum femoris caput circumuoluitur.

ISCHIACHVS, siue Ichiadicus, ἰσχιαδικός, qui ischiade morbo laborat. Plin. lib. 23. c. 1. Prodest stomacho, & c. vertigini, torminib. ischia dicis. Cato de re rust. c. 123. Vinum ad ischiacos sic facito, & c.

ISCHIAS, adis, ἰσχίαις, λάρκακαυθα, herba quædam radice Cypri, quæ commanducata dentium colorem sedat. Alii Leucacantam vocant, alij Polygonaton. Plin. lib. 22. c. 6.

ISCHIAS, adis, [Sciatica. Gal. Vne xontte, sciaticque. Hipp. Sciatica] ἰσχίαις, arthritidis species est apud Aeginetam, coxendices (quæ ἰσχία, vocant Græci) præcipue infestans. Vulgo corrupto nomine Sciaticam vocant. Plin. lib. 26. c. 1. Bibitur propter Ischiada & stranguariam in vino.

ISCHOMACHE, es, ἰσχομάχη, vxor Pirithoi fuit, ex Atracia Thesaliæ regluncula, alio nomine Hippodamia appellata, quam cum Cæntauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule & Theseo proſtigati sunt. Prop. lib. 2. El. 4. Ischomache Lapithæ genus heroinæ. Dicta Ischomache, πᾶρὰ τὸ ἰσχὸν πλὴν μάχης, hoc est, a cohibenda pugna.

ISCHOPOLIS, ἰσχοπόλις, vrb̄ est Ponti Cappadocii, iuxta Corasuntē, teste Ptol. lib. 5. c. 6.

ISCHVRIA, ἰσχυρία, a Græcis dicitur urinæ suppressio, quæ octo modis fieri solet, inflammatione, duritia, sanguinis collectione, resolutione, lapidis prociencia, vlceratione & lithiasi.

ISIACTI, ἰσιακτοί, Iſidis sacerdotes erant in Aegypto, qui uestibus tantum lineis, quas illi λινοσολίας appellabant, amictiebantur. A qua consuetudine emanauit scitum illud Plutarchi dictum, Οὐδὲ γὰρ φιλοσόφους πωγανοστροφίας, καὶ χιβανοστροφίας, ποίησι, ὅτε ἰσιακτοὺς οὐ λινοσολίας, hoc est, Nam neque philosophos facit barba promissior, uestiq. attrita, nec item Iſiacos linei amictus. Habet autem hoc non inuenistam p̄puerbij speciem, Iſiacum non facit linostolia, pro eo quod trito vulgi prouerbio dicimus, Monachū non perfici cucullo.

ISIPHYLVS, ἰσιφυλος, pater fuit Proteſilai, cuius meminit Ouid. in Ep. Laodamiæ ad Proteſilaum: Vix locer Isiphylus, uix me grandæuus Acastus, Vix mater gelida mēsta refecit aqua.

ISIS, Isis, Ism, in accusatiuo, ἰσις. Inachi filia, Io prius dicta, cū a Ioue adamarec, mctu interuenientis Iunonis in Iuencā fuit transmutata: appositoque a Iunone Argo centoculo custode, arctissime fuit obseruata. Tandem implorato Iouis auxilio, cum ad Nilum peruenisset, pristinam formam recepit, & ab Aegyptiis mutato nomine Isis dicta est: a quibus etiā numinis loco est habita. Lucan. lib. 6. Nos in templa tuam Romana recipimus Isin. Hoc

etiam nomine dicta est insula in sinu Arabico. Scribit Suid. Iſim Iouem ex Argo Græciæ urbe rapuisse, & cum Iunonem timeret, mutasse nunc in bouem candidam, nunc in nigram, nunc in uiolaceam, cumque ea oberrantem in Aegypturn uenisse. Et Iſiacus, a uim, denominatum ab Iſide. Iuu. Sat. 3.

Aur apud Iſiacę potius sacraia lenæ.

ISMARVS, pen. cor. gen. masc. ἰσμαρος, in plurali neutri, mons Thraciæ asper & incultus ex una parte, ex alia fertilis uinetis & oliuetis, quem Orpheus incoluit. Virg. 6. Eclog. Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orpheus. Est item Ismarus, ἰσμαρος, Scephano, siue, ut apud Plin. legitur, Ismaron, Cyconum urbs in Thracia, a monte, ad quem sita erat, nomen habens. Vnde Ismarius, a uim, id est, Thracius.

ISMENE, ἰσμενή, Oedipi filia: ut asserit Stat. 2. Theb. Cyrthei cuiusdam iuuenis sponsa, qui ante nuptias a Tydeo occisus est.

ISMENIAS, ἰσμενίας, nomen Thebani viri optimi tibicinis. Appul. Nescio, inquit, ut Ismenias tibi canere: ut Apelles, pingere, vt Lyſippus, fingere. De hoc Plut in Pericle dicit: Cum audisset Anaxisthenes Ismeniam optimum esse tibicinem, respondit, Malus igitur vir est: nam si probus esse, tibicen non esset.

ISMENIVS, menia, menium, id est, Thebanus. Ismenides mulieres Thebanæ.

ISMENVS, pen. pro. ἰσμενός, fluius Bœotiæ, non procul ab Aulide in Euripum Euboicum illabens. Dictus autem putatur Ismenus ab Ismeno Pelasgi filio. Stat. lib. 1. Theb. Horruit ingenti uenientem Ismenon aceruo.

ISOCINNAMON, ἰσοκίναμον, frutex est præstantissimi odoris in iſis, dem fere locis nascens, in quibus & cinnamum nascitur & casta. Dictum Isocinnamum, quod cinnamum præstantiam adæquare uideatur. Alio nomine Daphnoideum appellant. Vide Plin. lib. 12. capitulo 20.

ISOCOLON, ἰσόκωλον, a Rhetoribus uocatur schema, quod Latino nonnulli compar appellantur: cum scilicet periodus duobus aut plurib. sententiis breuib. & inter se paribus exigitur. exemplum eius hoc asserit Siphontinus: Nequaquam mihi res est cum eo qui neque finem habet cupiendi, neque modum statuit utendi. Nam & multum desiderare, egentis est signum: & nihil parcere egentis est initium.

ISOCRATES, p. c. ἰσοκράτης, nomen maximi Oratoris Græci, cuius domus cunctæ Græciæ, quasi ludus quidam patuit, atq. officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis, suauissimus orator, & in diuerso dicendi genere nitidus, & comptus. Omnes dicendi ueneres sectas est, inuentione facilis, honesti studiosus, in compositione diligens. Hic nonagelimo quarto anno ætatis eum librum cōposuit, qui anathæaicus inscribitur. Centum & sex annos uixit. Cic. de Or. Isocrates uerbis solutis numeros primus adiunxit.

ISODOMON, ἰσόδομον, uocabant genus structure in ediſciis, in quocoria omnia equalis sunt crassitudo. Nam ubi crassitudo est inæqualis, Pseudisodomon appellant. Plin. lib. 26. c. 22. Græci lapide duro ac glisce equo construunt, ueluti lateritios parietes: cum ita fecerint, Isodomon uocant genus structure. At cum inæquali crassitudine structa sunt, Pseudisodomon.

ISONOMIA, ἰσονομία, cum accentu in penultima, Latine Iuris æqualitas dicitur. Cicero 1. de Natura: Summa uero uis infirmitatis magna ac diligenti contemplatione dignissima est, in qua intelligi necesse est eam esse naturam, ut omnia omnibus, paria parib. respondeant. hanc ἰσονομίαν, appellat Epicurus, id est, quæ ualib. emtributionem.

ISOPLEVRON, ἰσόπλευρον, figura, cuius latera omnia sunt æqualia. Nam ἰσον, Græcis æquale sonat, & πλευρὰ latus.

ISOPYRON, ἰσόπυρον, herba, quam alioqui uocant phaeolium, quoniam eius folium, quod est aniso simile, in pampinum torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthii. Plin. lib. 27. cap. 1.

ISOSTATES, ἰσοστάτης, æqualitatis recognitor. C. de pond. & aur. ill. Lquoties. Quoties de equalitate solidorum orta fuerit contentio placet, quem sermo Græcus uocat Iſostatem, pro sua fide & industria, ut neque fallat, neque fallatur, contentione dirimere.

ISPALIS ἰσπαλις, Ptolemæo, urbs clarissima Hispaniæ Bætiçæ, non procul a freto Gaditano: a qua unus ex quatuor iuridicis Bætiçæ conuentibus Hispalensis a Plinio appellatur. Hodie ab Hispanis Sebilia dicitur.

ISPELLVM, ἰσπελλον, Vilumborum ciuitas, non procul a Camerribus: cuius meminit Ptol. lib. 3. c. 1. hodie Iſpolum.

ISPORIS, ἰσπορίς, olim uicus fuit ad Syrtim magnam, teste Ptol. li. 4. hodie ciuitas esse creditur ea, quæ Naym appellatur.

ISRAEL, ἰσραήλ, interpretatur Vir uidentem Deum: quod nomen diuinitus impositum fuit Iacob patriarchæ, a quo Israhelita, ἰσραηλιτῶν p. p. qui de Israelis stirpe sunt oriundi. Hi prius Hebræi dicebantur. Sed postquam in duo regna populus Hebræorum diuisus est, tunc duæ tribus, quæ de stirpe Iuda reges habebāt, Iudeorum nomen

mē fortiter sunt reliquæ decem tribus Iſraclis nomē tenuerūt. **ISSA**, Ἰσσα, inſula in mari Adriatico adiacēs Dalmatiæ, ut tradit Ptolem. li. i. cap. ult. in qua fuit non ignobilis ciuitas eiusdem nominis. Est item Iſſa catellæ nomē apud Marr. Epigram. 138. Iſſa eſt paſſere nequior Catulli.

ISSVS, Ἰσσυς, oppidum Ciliciæ non procul ab Amano monte, circa quod Alexander Darium uicit, unde etiam pro Iſſo Nicopolim appellauit. Ab huius oppidi nomine propinquus ſinus Iſſicus appellatur a Ptolemæo Tab. 4. Aſiæ.

IſTIC, iſta, iſtud, genitiuo iſtius. pe. indiſſerētē, [Queſto, coteſto] Ἰστος, proprie dicitur de eo qui apud te eſt, aut de quo loqueris. Ci. Cælio l. 2. Putas ne unquam accidere poſſe, ut mihi uerba deſſent, neq. ſolū iſta ueſtra oratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia. Iſto, aduerbium ad locum, idem ſignificans quod Iſtuc. Plin. Epit. 50. Deſtino enim ſi tamē officii ratio permiſerit, excutere iſto. Iſtic, Iſthæc, Iſthoc, pro Iſte hic. Ter. in Heaut. Quid iſtuc pæſor qui iſtic mos eſt Clitophorita ne fieri oportet? Iſtucine, pen. co. præ iſtud ne. Terent. in Eun. Iſtucine interminata ſum hinc abiens tibi? Iſtiſmodi, pen. cor. nomen indeclinabile: hoc eſt, iſtius formæ & ſpeciei: uel talis. Plaut. in Moit. Nihil Miror mihi clientes iſtiſmodi, id eſt, talis.

IſTER, Ἰστρος, fluiuius eſt Europæ longe maximus, qui ortus in Iugis Arnobæ montis Germaniæ, ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi, multis intra Alpes millibus, ac per innumeras lapſus gentes, ſexaginta auctus amnibus in Pontum ſex oſtiis euoluitur. Alio nomine Danubius dicitur, præterum a fonte uſq. ad caracatas, quæ ſunt in montibus Daciæ non procul a Iauuro oppido. Nam inde deinceps Iſtri nomen aſſumit. Qui. i. de Pon. Ripæ uicina binominis Iſtri.

IſTIC, [Coſti, in coteſto luogo.] adu. adu. eſt loci quietem uel motum ſignificans eo in loco, in quo tu eſ. Cic. Val. lib. 1. Et ubi nalis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere uidere.

IſTINC, aduerb. de loco. Cic. ad Att. lib. 1. Malis noſtris tu prius au diſ, quam ego: iſtine enim emanant.

IſTROC, aduerb. pro ab iſto loco. Ter. in Adel. Accede illuc Parmeno: Nimum iſtroc abiſti.

IſTAC, [Coſti,] aduerbium per locum. Terent. in Hea. Abi deambulatum. C. L. deambulatum, quo? S. vah, quaſi deſit locus, Abi ſane iſtroc, iſtrocum quo uis.

IſTORSVM, aduerſus eum locum, ubi tu eſ. Terent. in Phor. Concede hinc a foribus pauillulum iſtorſum ſedes Sophrona.

IſTVC, pro iſtud. Cicero pro Quinct. Quo die uadimonium iſtuc factum eſſe dicis.

IſTHMIA, Ἰσθμια, inter quatuor ſacra certamina numerantur, quæ quinto quoque anno in Græciâ celebrari ſolent, in honorem Neptuni inſtituta Theſeo, (ut Plutarcho uidetur) aut certe in honorem Palæmonis: ut ex Archæ poetæ Græco epigrammate colligitur: quod etiam hodie circūferretur. Huius certamina uiſtores pingu coronabantur. De inſtitutione horū ludorum ſic ſcribit Plutarchus in uita Theſei: Theſeus primus Neptuno certamen inſtituit, gloriariq. eſt ſolitus, ob Hercule ſoui, ob ſe uero Iſthmia neptuno celebrari. Quod enim ibidem in Melicertæ honorē inſtitutum eſt, noctu agebatur, inſtituendi magis, quam ſpectaculi ſpecie præferens. Hactenus iſte. Diſta autem ſunt Iſthmia a Peloponneſi Iſthmo, in cuius faucibus celebrabantur, non procul a Neptuni templo, quod illic erat in primis celebre.

IſTHMVS, Iſthmi, Ἰσθμός, eſt anguſtia illa intermedia inter peninſulam & continentem, & ueluti quedam ceruix, quæ a continente, uelut a corpore gracileſcens, peninſulam cum continente, tamquam caput cum reliquo corpore connectit. Iſthmo opponitur Porthmus, id eſt, fretum anguſtum inter duas continentes, quale eſt Fretum Gaditanum, exiguo interuallo Europam ab Africa diuidens. Iſthmus omnium celeberrimus, eſt ille, quem & Corinthiacum & Achaicum uocamus, quinque tantum millium ſpatio Aegæum mare ab Ionio ſubmouens, anguſtoq. tramite Helladi Peloponneſum annectens. In huius Iſthmi faucibus Corinthus olim ſita fuit, totius Peloponneſi vrbs claſſiſſima.

IſTRI, orum, Ἰστροί, Iſtriæ populi, a Colchis (ut putatur) oriundi. Luc. lib. 4. Detegit orta dies ſtantes in puppibus Iſtros.

IſTRIA, Iſtriæ, Italiæ regio, poſt flexum Adriatici ſinus, Illyrio continetur, quæ in latitudine ſexaginta paſſuum millia, in circuitu centū uiginti quinque milia cōplectitur a Phormione, nunc Tifano fluuiio ad Banoticum ſinum, in quo Arſia Amnis decurrens, Iſtriam ab Illyrio dirimit. Iſtrorum gentem, fama eſt originem a Colchis duxiſſe, miſſis ab Aæta rege ad Argonautas perſequendos, qui ut a Ponto intrauerat Iſtrū, nec raptores inueniſſent ſiue metu regis, ſiue tēdio longe navigationis iuxta Aquileiā conſederunt, Iſtrique ex amnis nomine, quo a mari conceſſerāt, ſunt appellati. In ea eſt Iuſtinopolis vrbs, quam Iuſtinus Imperator extruxit: quæ nunc Caput Iſtriæ uocatur.

IſTROPOLIS, Ἰστροπόλις, Thraciæ vrbs, non procul ab hoſtiis Iſtri

Mileſiorum colonia. Auſtor Plin. lib. 4. cap. 11.

IſVRA, inſula eſt ſinus Arabici, apud Plin. lib. 5. c. 28.

I A N T E V

ITA, [Siſcoſi, à queſto modo, in tal maniera. Gal. Airſi, ſiſtellement, voire, ouy. Hiſp. Si, ſi, tambiem] Ἰτα, aduerbium eſt ſimilitudinis, idem ualens quod Sic. Cic. in Verr. Eſt ita, ut dicitur, iudices. Cum negatione, idem ſere ualet quod ualde. Cic. lib. 3. Epit. Caſſius non ita multum ſorore utitur. Idem 2. de Fin. Acceſſione utuntur non ita probabili. Idem de Clar. Orat. Ille non ita pridem abiit. Terent. in Andr. Non ita diſſimili ſunt oratione ac ſtylo. Quandoque optantis. Pacuuius: Ita te dii ament, Ita tibi, pro uoto ſecudent omnia. Quandoque iſtatiua conuincio eſt pro igitur. Cicero: Ita nobiliſſima ciuitas Græciæ, & olim potentiſſima, ſepulchrum cuius ſui ignoraiſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet. Similiter quando componitur cum Que, ſemper eſt conuincio cauſalis, & habet accentum in prima ſyllaba, idemque ſignificat, quod ergo uel igitur. Si autem duæ partes ſunt, habet accentum in penultima, & dicimus Itaque. Terent. in And. Imo ita uolo, itaque poſtulo, ut fiat.

ITA, ſane, [Certamente, coſi,] uel. παρ' ὑπε, concedentis eſt particula cum affirmatione.

ITALIA, [Italia,] Ἰταλία, Europæ regio, prius Heſperia dicta, ab Heſpero Atlantis fratre, qui a fratre ex Africa pulſus, & Hiſpaniæ & Italiæ dedit nomen. Siue (ut Macrobius inquit) ab Heſpero ſiella quod occaſu ſubiecta ut. Dicta etiam ſunt Oenotria uel a bonitate uini, quod in Italia naſcitur (nam Græci, οἴνον, uinum dicunt) uel ab Oenotrio Sabinorum rege. Poſtea Italia ab Italo ſiculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges condidit, eamq. partem, in qua poſtea Turnus regnauit, a ſuo nomine Italiam appellauit. Cic. de Orat. Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. Virg. lib. 1. Aen. Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt: Terra antiqua potens armis atque ubere gleberum. O. notrij coluere uiri, nunc fama minores Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem. Timæus, & Varro a bobus uocatam dixerunt, quoniam Tauri Græca ueteri lingua, Itali uocati ſunt; quærum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Latium autem & Auſonia non totius Italiæ, ſed partium quarundam ſunt nomina. Latium enim eſt ea pars Italiæ, quæ citeriori Tiberis ripæ adiacet, ubi hodie eſt Roma: Auſonia uero dicta fuit Italiæ regio maritima, inter eam agri Brutii partem, quæ Sicilia obicitur, & Salentinos intercepta, unde etiam uicinum mare Auſonium appellatum fuit. Eſt autem omnis Italia in formam crucis inter Adriaticum, & Tuſcanum mare, a iugis Alpium dorſo. Apennini porrecta, ſe paulatim attollens uſque ad fretum Siculum. In ultimo ſui ſcinditur in duo cornua, quorum alterum Ionium ſpectat, mare, alterum Siculum in extremitate Rhegiū oppidum habens. ſui longitudo, quæ ab Auguſta prætoria, quæ in Alpino ſine ſita eſt, per Komam Capuamq. porrigitur, uſque ad oppidum Rhegiū. Solino teſte, decies centena & uiginti milia paſſuum continet: latitudo uero quadraginta decem, ubi maior latitudo: ubi uero minor, centum triginta ſex, habetq. umbrilicem in agro Reatino. Olim tamen ex lacere maris ſuper Rubiconem fluuium pro ſinibus habuit. Diuiditur autem in ſedecim regiones, ſcilicet Liguriam, Etruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium, ſiue Aprutium, Picenum, Flammianam, & Aemilianam, ſeu Romandolam, Umbriam, nunc Ducatum Spoletanum, Galliam Ciſalpinam, Venetiam, nunc Marchiam Tauriſanam, lapidiam, & Carniam, nunc forum Iulium, & Iſtriam.

ITALICA, Ἰταλική, urbs Pelignorum, quæ alio nomine Corfinium dicitur: ut ait Strab. lib. 4. Abi Hiſpaniæ Beticæ, in conuentu Hiſpalenſi, teſte Plin. lib. 3. c. 1. Patria Silii Italici, a qua & Adrianus Imperator ortum habuit.

ITALICENSES, Ἰταλική σιοι, dicti ſunt populi ab Italica Hiſpaniæ Beticæ urbe.

ITALICVM, Ἰταλικόν, philoſophiæ genus quoddam nuncupatum, ab ea parte Italiæ, quæ quondam magna Græciâ dicta eſt, quod (ut docet Aug. lib. 8. de Ciu.) auctorem habuit Pythagoram Samiū: a quo etiam ſerunt ipſum Philoſophiæ nomen exortum.

ITALICVS, a, um, [Italiانو,] Ἰταλιώτης, ut, Oræ Italiæ. Ou. 15. Met. Graia quis Italici auctor poſuiſſet in oris Mœnia.

ITALVS, a, um, [Italiانو,] Ἰταλός, quod ex Italia eſt: ut, Gens Itala. Cic. de Ar. Itali ac Latini. Virg. 6. Aen. Qui maneant Itala de gente nepotes. Hor. 2. Car. 7. Dus patris, Italoq. cælo.

ITAQVE, [Per la qual coſa,] Cic. pro Clu. Itaque feci, &c.

ITEM, [ſimilment e. Gal. Auſi, ſemblablement, pareillement. Hiſpan. Eſto miſmo, ſemejantemente.] ἴμοιως, aduerb. ſignificat ſimiliter, quæſi itei uel idem. Auctore Donatus, & Valla lib. 2. c. 31. Cic. de Or. In item ridiculum.

ITER, [Vn. Gal. Chemin. Hiſpan. Camino.] πορεία, ὁ δειπνορία, iteris ſecundum Friſc. & Itineris, ab antiquo nominatio, Itineri

uenitur aliquando hoc uerbum cum accusatiuo. Luc. lib. 1. Iamq. securo inuisus classica Phœbo: hinc fit

IUSVUM, si, & Iustus, us, ui, [Commandamento. Gal. Commandement. Hi. El mandamiento.] *ἰσοστασία*, id est, mandatum. Plaut. in Amphit. Iouis iussu uenio: Idem in Cure. Postquam suo iussu profectus perueni in Cariam. Sifen. libro 3. Tamen Tudertibus Senatus-consulto & populi iussu dat ciuitatem. A Iustus componitur iustus, us. Teren. in Hec. Quamobrem incendor ira, te esse ausum facere iniussu meo.

IUBILATVS, [Festa, allegrezza.] est clamor rusticorum, Quiritatus urbanorum, ut ostendit Valla ex Varronis auctoritate.

IUBILO, as, pen. c. [Ginbilare, far strepito. Gal. S'escrier de joye. Hisp. Hazer arbolbolos con grito como los Moros.] *ἀγαλλιωμα*, est rustica & in condita uoce gaudium testari. Iubilare (inquit Felius) est rustica uoce inclamare. Augustinus uero sic: Iubilare proprie est gaudium uerbis non posse explicare & tamen uoce testari, quod corde conceptum est, & uerbis explicari non potest.

IUBILVM, li, [Allegrezza. Gal. Escri de joye. Hi. La gratia d arbolbolos como de Moros.] *ἀγαλλιασμα*, dicitur id gaudium quod exprimitur uoce, tamen uerbis non explicatur. Silius lib. 43. Et lætus scopulis audiuit iubila Cyclops.

IUCUNDE, [Lietamente. Gal. joyusement, plaisir, recreation. Hi. Plazerera y alegrante.] adue: bium, suauiter, dulciter. Cic. 1. de Fin. Clamat Epicurus is, quem uos nimis uoluptatib. esse deditum dicitis, non posse iucunde uiui, nisi sapienter, honeste, iuste que uiuatur, &c.

IUCUNDITAS, [Diletto, letitia. Gal. Rejouissance, plaisir, recreation. Hisp. Aquel plazer y alegría.] *ἰδύτης*, amicitia quædam ex qua nascitur uoluptas. Cic. ad Att. Nihil mihi umquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quam quod meam Tulliolam diligenterissime coluisti.

IUCUNDOR, aris, [Hauer piacere, ricener diletatione. Gall. Se recreer, se resjouir. Hispan. Alegrarse.] *ἰδύτης*, uoluptate, & delectatione afficior. Lactant. lib. 4. Quotidie autem iucundabar ante faciem eius, cum lataretur orbe perfecto gaudio affici. Inuenitur etiam iucundus, das. August. lib. 17. de Ciuit. Exaltasti dexteram, iucundasti omnes inimicos eius. Apud classicos neutrum facile inuenias.

IUCUNDVS, a, um, [Soave, dolce, diletoso, caro. Gal. Plaisant, joyeux, recreatif, qui donne plaisir. Hisp. Cosa que dà plazer a otro.] *νατθύμιος*, si-duc, suauis, gratus, letitiam, & uoluptatem afferens: a iuando dictum teste Cic. 2. de Finib. Propterea quod quæ iucunda sunt, mentem, & sensus iuuent. Vnde iucundæ litteræ, iucunda oratio, iucundus aspectus. Cic. Att. Fuit mihi sepe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. Iucundus, & carus sepe coniunguntur, ut apud Cic. lib. 2. Fam. ep. 2. & 3. ep. 10. lib. 3. & 8. lib. 8.

IUDAEA, dæa, [Iudea.] *ἰουδαία*, quæ & Palæstina dicitur, Syriæ regio est, a quo Iudaicus, ca, cum, pro Iudæus, a, um, sicut Hebraicus, Eudoicus, pro Hebræo, Achæo, Eubæo. Iuuen. Satyra 14. Iudaicum ius ediscunt. Diuiditur autem Iudæa in Galilæam, hoc est, in eam partem, quæ Syriæ iuncta est, & Petræam, hoc est, uulteriore, quæ Arabiæ, & Aegypto proxima est, a cæteris Iudææ partibus Iordane amne discreta. Reliqua autem Iudæa diuiditur in Decem Toparchias: quas uide apud Plin. lib. 5. cap. 14. Dicta autem est Iudæa a Iuda filio Patriarchæ Iacob, cum antea diceretur terra Canaan. Vide interpretationes dictionum Biblicarum.

IUDÆI, *ἰουδαῖοι*, qui & Hebræi, [Iudeo] a Iuda filio Iacob dicti sunt. Nam licet fuerint duodecim tribus, quæ a duodecim filiis Iacob descenderunt, a Iuda tamen primogenito omnes Iudæi sunt appellati: quia (ut August. inquit) de stirpe eius regnum ueniebat Iudæis. Prophetauerat enim Iacob dicens: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec ueniat, qui promissus est. De tribu autem Iuda uenit Dominus noster Iesus CHRISTVS.

IUDÆVS, a, um, [Iudeo.] Cicero de Pro. Iudæi nationes natæ seruituti.

IUDÆICVS LAPIS, *ἰουδαῖος λίθος*, inde nomen accepit, quod in sola Iudæa uasatur. Candidus est figura glandis. Ineis distinctus inter se equalibus, uelut torno factis. Auctor Dios. lib. 5. Retinet nomen in officinis.

IUDÆICVM, aurum. Cic. pro Flacco.

IUDEX, cis, [Iudice. Gall. Iuge. Hispan. El iuez.] *κρίτης*, quasi ius dicens populo, siue, quod iure disceptet. Iure autem disceptare, est iuste iudicare. Est itaque iudex, qui ex iurisdictione propria, aut sibi delegata, & commissa, ius habet causas litigantium cognoscendi. Et qui ex propria iurisdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius. Qui uero ex delegata dicitur Delegatus, seu Extraordinarius, Cic. pro Sex. Ros. L. Cassius ille, quem populus R. uerissimum & sapientissimum iudicem putabat identidē in causis quærere solebat, cui bono fuisset. Iudex rerum, pro estimato-

re. Horatius 2. Serm. 7. At ipse subtilis ueterum iudex & calidus audis. Cicero 3. de Finib. Quia te a quasi nō habeo eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, adiuuatore & iudicem.

IUDICATVM, ti, substantiue, est (ut ait Cic. 2. Inuen.) de quo iam aut sententia a iudice, ut aliquorum constitutum est. Idem pro Flac. Frater meus pro sua æquitate, prudentiaque decreuit, ut si iudicatum negaret, in daplum iret.

IUDICATIO, [Consideramento.] aduerbium idem quod maturo iudicio, & non temere. Gell. lib. 14. cap. 1. An ita serio, iudicatioque pronuncietur.

IUDICATVS, us, ui, [Gindicio.] indicandi facultas, vel officium iudicis. Cic. ad Att. l. 12. De Cocceio & Libone que scribis, approbo: maxime, quod de iudicatu meo responsum sit.

IUDICIALIS, & hoc iudiciale, [Cio che a giudicio s'appartiene. Gal. Judicial, des appartenances des jugement. Hi. Cosa perteneciente al juyzio] *δικαστικός*, quod ad iudicium pertinet: ut, iudiciale genus causarum. Cic. 1. de Inu. Iudiciale est, quod positum in iudicio, habet in se accusationem & defensionem, aut petitionem & recusationem. Iudiciales suppressiones. Cic. pro Clu. Iudicialis modestia. Idem ad Att.

IUDICIARIA, a, um, [Che pertiene a iudice, d a giudicio] *δικαστικός*, quod ad iudicem, siue ad iudicium pertinet: ut, Controuersie iudiciariæ. Cicero 3. Verr. Ut siuis aliquando iudiciariæ controuersie constitueretur. Cicero pro Cluen. Hic ille planus improbissimus, quæstu iudiciario patius, &c. Idem in Pison. Ecquid uides, ecquid lentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri?

IUDICIVM, cij, [Giudicio. Gal. Jugement. Hisp. El juyzio] *κρίσις*, est legitima disceptatio duorum, aut plurium coram iudice. Ci. pro Quin. Rosc. Aliud est iudicium, aliud arbitrium: iudicium est pecunie certæ, arbitrium incertæ. Capitale iudicium, Quint. lib. 4. cap. 1. Iudicium capitis. Cic. 1. Tulc. Apud Iureconsultos uariis modis dicitur iudicium: sed illud in primis accipitur, quod pro ordinatione causæ disceptandæ in iure sit coram iudice. Et est actus legitimus trium personarum scilicet iudicis, actoris, & rei. Quint. l. 7. c. 5. Iudicium redditur, an reus causa sit mortis. Accipitur etiam iudicium pro exitimatione, siue opinione alicuius, Cic. de Clar. Or. Intraque parietes alunt eam gloriam, quam nemo quidem, meo iudicio, est consecutus.

IUDICO, dicas, [Iudicare. Gal. Iuger. Hisp. Juzgar] *κρίνω*, ius dico, iudicium exerceo, ita uo, dec. rno. Cic. pro Flacc. Itaque recuperato res contrarium rem minime dubiam prima actione iudicant. Cic. Att. lib. 6. Consulibus permiffum erat, ut de Cæsaribus actis cognoscerent, iudicarent. Interdum idem est quod estimare, & opinionem de re aliqua in animo concipere, Cicero pro M. Marcello: Serui itaque etiam in iudiciis, qui multis post sæculis de te iudicabunt, & quidem haud scio, an incorruptius, quam nos. Cum accusatiuo persone idem ualeat quod condemnare: ut, Iudicare aliquem capitis. Ter. in Adelph. Hominem maximi pretii esse hodie te iudicauit animo meo. Cic. de Amic. Sed ut mihi uideris, non recte iudicas de Cætone. Luul. 6. ab urb. Centurio nem nobilem militaribus factis, iudicatum pecunie cum daci didisset, medio foro occurrit. Iudicatum pecunie, dixit pro eo quod est, iudicatum, uel condemnatum actione pecunie. Gellius lib. 20. cap. primo: Quantæque pecunie iudicati essent, prædicabatur. Haec composita sunt, a iudico, a iudico, a iudico, a iudico, a iudico, & persoluere, quod iudex dependendum esse pronunciat. Cic. pro Flacco: Cum iudicatum non faceret, addictus Hermippos, & ab hoc ductus est. Iudicare quempiam creditori, est debitorem ei addicere, ita ut abduci possit, & vinciri. Plaut. Menæch. Nam ego ad Menæchmum, cui iam diu sum iudicatus, vitro eo, ut me vinciat. Iudicassit, pro iudicauerit, antiquum. Cic. 3. de Leg. Cum magistratus iudicassit, interrogassitue per populum multæ pæne certatio esto. Iudicatus, a, um, part. Cic. 4. Verr. Atque ut aliquando de rebus ab ipso cognitis, iudicatisque, & iudiciis datis dicere desistamus. Ne iudicatum sit, id est, Ne ualeat sententia, apud Vlpianum de Feriis.

IVERNIA, *ἰεργία*, Stephano, insula est in Septentrionali Oceano, rãtum fere a Britannia distans, quantum Britannia ipsa distat a continente. Casar Hyberniam uocat, Mela Iuerniam: quo nomine etiam Iuuenalis eam appellat Sat. 2. Arma quid ultra Litora Iuuernæ promouimus, & modo captas Orcadas, & minima contentos nocte Britannos: etiam *ἰεργία* nominat: quæ uidetur sequutus Claudianus de quarto Honorii Consulatu: Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne. Vulgus Irlandiam uocat.

IUGALIS, & hoc iugale, [Legame del matrimonio. Gal. Acouplé de joug. Hisp. Cosa de iugo, ayuntado.] *σὺζυγος*, ut iugale uinculū copula matrimonii. Vir. 5. Aen. Cui uincula iugalia curæ. Iura iugalia. Qui. 7. Met. Esse metus cepit, ne iura iugalia conuix Nō bene seruaret

IUGALEM, lectus iugalis. Virg. 4. Aen. Exuviasq. omnes, lectumq. iugalem, Quo perij superimponas. Tori iugales, Stat. 3. Syl.

IUGALES, substauriue, [Sotto a uno stesso giogo,] ὁμοζυγοί, dicuntur equi eidem iugo subacti. Virg. 7. Aen.

IUGAMENTA, in aedificiis dicuntur fenestrarum structurae, siue ex lignea sint, siue lapidea: ita dicta a iugi militaris similitudine. Solum enim iugum ita fieri, ut duabus perticis erectis tertia superimponeretur. Ad eundem etiam modum in fenestris duobus tribusve erectis postibus limen super iniectum quandam iugi speciem exhibet. Cato de re rust. c. 15. Iugamenta & antepagamenta, quae opus erunt ex lapide indito.

IUGANTHINVS, Deus, dictus est, qui iugis praesse putabatur, Ἰουάνθιος, Sipontinus.

IUGARIVS, [Bisfolco, aratore,] βουάριος, bubulcus & auriga bouum, siue arator, qui iuga ducit & regit, Col. lib. 1. c. 6. Lata bubilia esse oportebit, pedes decem, uel minimum nouem, quae mensura & ad procumbendum pecori, & iugatio ad circumeundum laxa ministeria praebat.

IUGARIVS, vicus Romae, dictus quia ibi Iunonis Iugae ara erat, quae putabantur matrimonia coniungere. Lilius: Iugarium Acquimelium, & Fortunae templo vicinum statuit. Festus.

IUGATA, iugis, ἰεζυμένη, a iugo, quod ad similitudinem militaris iugi fiebat, ut paulo post uidere licet in dictione iugum.

IUGATORIVS, a iugo, [Da giogo,] ἰουγάτοριος, ut Iugatorius bos, qui iugo subditur, Varro de re rustica, cap. 5. Boni enim generis in Italia plerique Galli ad opus: Contra iugatorii Ligulici.

IUGATIVS, a iugo, [Congiuncto, legato,] Cic. 3. Tusc. Omnes virtutes inter se nexae & iugatae sunt.

IUGERATIUM, κατά κλέθρα, per singula iugera. Col. lib. 3. c. 3. Ut prima vineae centenas amphoras iugeratum praebent.

IUGERE, dicuntur milui, cum vocem emittunt. Festus.

IUGERVM, [ri, pen. cor. [Campo, spatio di terra, che in un giorno si ara con un paio di buoi] κλέθρον, in singulari frequentius est secundae declinationis, & in plurali saepius per tertiam declinatur, Iugera, Iugerum, Iugeribus ab antiquo nominatio Iuger, uel iugus, a quo ad huc in usu sunt genitius Iugeris, & ablatius Iugere. Similiter a nominatio Iugerum legitur adhaerens & ablatius pluralis Iugeri. Varr. lib. 1. de re rust. In Hispania vltiore metiuntur iugis, in Campania uersibus. apud nos in agro Romano Latino iugeris. De genitio iugeris testimonium est apud Pomponium Melam: Sed ultra (inquit) quam canalem habet, euenit plus iugeris spatio sublimis. Ablatio Iugere vsus est Tibullus. Et multo innumerata iugere pascat ouem. Est autem iugerum mensura, quam Hieronymus Mathematicus ducentis pedibus contineri scribit, Quin. autem ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidii in latitudinem, a iugo dictum, teste Plin. lib. 8. eo quod tantum fere spatii uo iugo bouum in die arari possit. Varr. lib. 1. c. 10. Iugerum quod quadratus duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus pedes centum uiginti, & longus totidem, is modus, ac Mina Latine appellatur, Iugeri pars minima, dicitur Scrupulum, i. decem pedes, & longitudine quadratum. Alii iugerum inde dictum putant, quod consistit ex duobus actibus, quadratis simul iunctis. Col. lib. 5. c. 1. loquens de actu quadrato: Hoc duplicatum facit iugerum & ab eo quod erat iunctum, nomen iugeri usurpauit. A iugerum fit compositum Semiugerum, quod continet dimidium iugeri, hoc est, centum & uiginti pedes in longitudinem, & sexaginta in latitudinem. Galli olim etiam uocauerunt Arepennium, ut testatur Col. lib. 5. c. 1. Cic. in Ant. Duo millia Iugerum.

IUGES, ὁμοζυγοί, dicuntur eiusdem iugi pares: a quo iniuges boues, qui numquam iugo adhibiti sunt, Coniuges, uir & uxor. Biuges, siue Biingi, Quadriuges, Quadriugi, equi bigas, uel quadrigas trahentes.

IUGIS, iuge, [Continuo. Gal. Continuel. perpetuel. Hisp. Perenal. continuo, manantial.] διλυκός, assiduus, continuus, quasi semper iugo affixus. Plau. Pseud. Nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo. Cic. 1. de Diu. Qui cum uidisset exhaustam aquam de iugi puteo, terram motus dixit instare.

IUGITER, [Continouamente,] aduerbium continue, διλυκώς. Pla. in Mil. Venerem, amorem, amicitiamque accubans exerceo. Et quidem aedepol omnes mores ad uenustatem iugiter.

IUGLANS, [Noce. Gal. Noix. Hisp. La nuez.] κάριον βασιλικόν, est, quae per antonomastiam nux appellatur, & inter nuces primum locum obtinet: dicta quasi Iouis glans, teste Macrobio, ea forma compositionis, qua Iuppiter componitur ex nominatio antiquo Iouis & Pater, quasi Iouis Pater. Creditum est enim hoc nuce genus Ioui sacrum esse, eo quod haec arbor inter omnes nuces inuisissimum ferat fructum. Cloatius, referente Macrobio, Juglandem primo vocatam scribit, quasi, Ἰδὸς ἐλάανον, postea detractio primae litterae, Juglandem. Cicero 5. Tusc. Instituitque, ut candidioribus juglandium putaminibus barbam, ubi & capillum adu-

erent. Constat sane apud antiquissimos maximo in honore fuisse glandem, antequam mortales ad delicias se converterent, ut, quae sola simplici uitae atque innocuae alimentae praebere. Quae propter cum hunc fructum scilicet nucem, veteres illi egregium existimarent, decorare eum digna appellatione uolentes, Juglandem, quasi Iouis cibum nuncupauerunt. Hanc nucem ob excellentiam Graeci basilicam appellant, quasi nucem regiam. Plin. Et iuglandes est Persidae a regibus translatae, indicia sunt Graeca nomina. Optima earum genera sunt, quae Persica atque Basilica vocantur. Persica quidem intantum augentur, ut putamen rumpant, ideoque Molluscis nucea a putaminis mollitie uocantur. Est & aliud nucis iuglandis genus, quae Tarentina dicitur fragili putamine, & ita mollis, ut uix attrita frangatur, & auium furto semper exposita. Unde quidam Tarentum appellatum putant, quod nucea iuglandes, & pineas molles habeat, ac similiter oues. Tarentum autem Sabini uocant, quod nos dicimus molle. Ad quod aludens Hor. Molle Tarentum uocauit. Secundum inter nucea locum obtinet Pineae, exiles nucleos habens, quamuis totius corporis magnitudine alias superet. Haec siluestris pinus dicitur, ad differentiam alterius, quae urbana uocatur. Est & tertium genus eius, quae Pinus picea appellatur, quod piceae potius quam pinos similis sit: idcirco etiam Apinam uocant, quasi minime pinam. Nux haec cutem uerius, quam putamen, adeo mollem habet, ut simul mandatur. Quartum genus Apinastrium uocant. Tertio loco numerantur Auellanae, quas antea Abellinas patrio nomine constat uocatas, ab Abellino Campaniae oppido, ubi abundat, caeteris minores: uide a Satyrico Poeta Numea nucea uocantur: Proprium arboris nomen est Corylus. Eadem & Praenestina uocantur, quod his Praenestini abundant, uel quod a Poenis obfessi hoc nucis genere famem tolerauerint: ut refert Macr. lib. 3. Saturn. Et ponticae, quod in Asiam, Graeciamque primo e Ponto uenerunt, inquit Plin. Hinc illud Papinii ex Hendecasyllab. Quid quid nobile Ponticis nucetis. Dehinc sequitur amygdala nucleum habens dissimilem latitudinem. Haec & nux Graeca uocatur, & Thassia, a Thaso insula Thraciae adiacente, e regione Nesti fluminis, olim Aeria, & Aethria dicta: cuius populi Thasi uocantur. Postea nux castanea armata echinato calyce, quae & Heracleotica. Sunt & castanea triangulari forma, quae in aqua nascuntur, & cocti uocantur.

IUGO, as, [Congiungere. Gal. Acoupler. lier ensemble. Hisp. Ayuntar.] ἰζυγία, coniungo: a iugo, quasi ad unum iugum alligo. Col. 1. 12. c. 39. Inter quaternos pedes figere, & perticis iugare. Cic. 2. Tusc. Hoc quidem est commune uirtutum: omnes enim inter se nexae & iugatae sunt. Dicitur etiam de iis, qui maritali iugo, instar bouum, colla subiiciunt: Huius composita sunt, Abiugo, Adiugo, Coniugo, Deiugo, Subiugo, quae omnia habent p. c.

IUGOSVS, a iugo, ἰεζωτός, quod in iugum acuitur, quod & Accliuo dicimus.

IUGULA, ἰεζωτόν, signum est caeleste, quod & Orion dicitur, de qua Varro: Iugula signum est, quod Attius appellat Oriona, cum ait: Citus Orion patet. Huius signi caput dicitur ex tribus stellis, quas infra duas clare, quas appellant humeros: inter quas quod uidetur iugulum, unde Iugula dicta. Pla. in Amph. Neque iugula, neque uel perugo, neque uergilii occidunt.

IUGULATIO, onis, [Scannatione, uicisione,] uerbale. Hirt. 6. Bell. Hisp. Iugulatione oppidanorum facta.

IUGULO, iugulas, [Scannare. Gall. Couper la gorge, s'gorger, s'gorgeter. Hisp. Degollar, cortar el cuello.] ἰεζωτόν, iugulum incido, interficio. Cicero 5. Tusc. Nec grunnitum audiunt, cum iugulatur sus. Lilius 4. Belli Pun. Inter haec abstractam penetralibus iugulant. Et non solum de gladio, sed etiam de morbo dicitur. Cell. lib. 3. Quartana neminem iugulat. Transfertur interdum ad inanimata. Mart. Sceles est iugulare Falernum. Iugulare hominem suis uerbis, hoc est, conuincere, Ter. in Eu. Pulchre mehercle dictum, & sapienter pape: iugularas hominem, quid ille? Sic apud Cic. 7. in Verrem: iugulari sua confessione. Iugulari suo gladio, suoq. telo dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur, aut qui suo inuento, dolore capitur. denique, in quem quocumque modo seu dictum, seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit. Iugulare gladio plumbeo, hoc est, facile nulloque negotio aliquem conuincere, seu reum peragere. Cic. Att. lib. 1. Cum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret.

IUGULVS, li, pen. cor. neutri generis Iugulum, [Gola, strozza. Gal. Le gosier en uauion. Hi El cuello o garganta, o ñilla.] ἰεζωτόν, fere accipitur pro colli parte anteriori, in qua aspera arteria cernitur exanere. Periti tamen rei anatomice Iugulas appellant conuicatas duas in summa thoracis parte sub clauibus sitas: quorum alterum dextrum, alterum sinistrum iugulum nominant. Graece ἰεζωτόν, dicitur. Plin. lib. 11. Vni homini sunt duo iugula, dextrum & sinistrum. Cor. Cell. lib. 8. A dextro iugulo si id factum est, ad alia sinistrum, & sinistro, ad dextram. Neutro genere plus est Cic. de Fat. Quod iugula

iugula concaua non haberet. Passim tamen (ut iam diximus) iugulus pro parte anteriore colli accipitur: qui locus quia maxime talis est & penetrabilis, factum est ut iugulare accipitur pro quo suo modo interficere: pro quo etiam iugulum, ferre frequenter legimus apud idoneos auctores. Dare iugulum, & Petere iugulum, Cice. pro Mil. Quod si ita putasset, certe opabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio, non semel ab illo, neque tum primum peritum: quam iugulari a uobis, quia se illi non iugulum tradidisset. Ostentare iugulum pro capite alicuius, est uelle se obicere periculo capitis pro uita alterius. Cice. ad Att. li. 1. Me uero teste producto, ctedo te ex acclamatione Clodii aduocatorum audisse, quæ confurrectio iudicum facta sit, ut me etiam circumferebant, ut aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarent. Virg. 10. Aeneid. Hæc loquitur, iuguloque haud inscius accipit ensem. In agendis causis iugulum petere, tunc dicitur orator quando quod est potentissimum, id inuadit, ac premit ualidissime aduersariunt, uideturque illum iugulare argumentis, perinde ac utibratis telis. Quin. li. 8. cap. 6. Nam illa agendis causis iam detrita Pedem conferre, & iugulum petere, & Sanguinem mittere, inde sunt, nec offendit tamen.

IUGUM, iugi, [Gogo. sommità de monti. Gal. Le sommet ou coupet d'une montagne. Hisp. La cumbre del monte alio.] κορυφή, δειράς, uertex siue cacumen montis. Virg. 5. Eclo. Dum iuga montis aper, fluuus dupiscis amabit. Est & ligneum instrumentum, quo iunguntur boues, & inuicem arctantur, ζυγός, ζεύγος, Plin. li. 8. cap. 16. de Leonibus. Iugo subdidit eos, priuusq. Romæ ad currum iunxit M. Antonius. Accipitur pro pari boni, Cic. 5. Ver. Quid, qui in singulis iugis arant qui ab opere ipsi non recedunt, &c. Per metaphoram etiam iugum accipitur pro seruitute, onere, uel tyrannide, Cic. 1. Phil. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cuius a ceruicibus iugum ferui le deiecerant. Item id lignum quo textores celum conuoluunt. Oui. lib. 6. Metam. Tela iugo iuncta est: istamen fecerunt arundo. Præterea iugum dicebatur, iug quo ignominie gratia uicti hostes mittebantur. Nam fixis in terra duabus hastis, super eas ligabatur tertia: tunc uicti hostes discingebantur & sub illa transire cogebantur inermes. Cicero. 3. Offi. Tit. Veturius & Sp. Posthumius, cum iterum consules essent, quia cum male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub iugum missis pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his. Liu. lib. 3. ab urb. Sed ut exprimat tandem confessio, subactam, domitamque esse gentem, sub iugum abituros. Sub hoc iugo Dictator Aequos misit. Hinc subiugare, pro debellare, ac subicere, Item iugum in uinea dicitur, cum duabus aut pluribus perticis fixis alix super alias alligantur, in quibus uites coniunguntur, & quasi iugum, id est summitatem quandam faciunt, a quo uites ipsæ seu uineæ, iugatae dicuntur. Quod si hastilibus in terra defixis, singulae transuersæ perticæ in unam tantum partem ordinis annexuntur, Vniugatae uineæ dicuntur, & genus ipsum iugi, Canterium rustici uocant. Plin. lib. 16. capitu. 37. Salices quædam in proceritatem magnam emittunt iugis uinearum perticis. Hinc iugari uineæ, quæ in iugum constituuntur. Col. Sequitur iam administrandæ, & iugandæ uineæ cura. Item iugum (ut Varro inquit lib. 1. de Re ru. c. 10.) in Hispania ulteriore uocatur, quod iuncti boues uno die exarare, possunt quod Romani uocant Iugerum. Dicitur etiam iugum ferrum uel lignum, transuersum in libra, a quo lances dependunt, quod & Græci ζυγόν, appellant. Rursum iuga ζυγά, sunt tabulæ nauium, in quibus remiges sedent, quæ & transtra uocantur. Virg. 6. Aen. Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant, Deturbat, laxatque foros.

IUGURTHA, filius fuit Manabalis, fratris Micipsæ regis Numidarum, quam Micipsa patruus moriens, heredem regni sui constituit, una cum duob. filiis suis adhuc impuberibus, Adherbale & Hyempsale, quos ille postea beneficiorum immemor, in fidiis adoratus interfecit, ut solus regnaret. Id ægre ferentes Romani bellum aduersus Iugurtham mouerunt. quod ducum inertia, perfidiaque præter omnium expectationem multos in annos est protraxerunt: quo temporis interuallo uario sæpe euentu pugnatum est: donec missio in Numidam Mario, Iugurtha fractis opibus suis ad Bocchum Mauritanie regem confugit: a quo proditus, Syllæque traditus, ad Marium perductus est, & ab eo Romam in triumpho ductus, tandemque in carcerem coniectus, animi dolore periit. Prop. lib. 3. Victor cum uictis pariter miscerunt Vnbris: Consul cum Mario capte Iugurtha sedes. Vide Sallustium de bello Iug.

IULIA, iulæ, proprie dicuntur teneræ illæ lanugines, quæ in arboribus flores antecedunt, ut in ficu grossuli. Plin. lib. 16. cap. 29. Ferunt & auellanae iulos compactili callo ad nihil utiles. Vnde per metaphoram dicuntur Iuli teneræ illæ lanugines, quæ in iuuenum genis primæ enascuntur. Hinc Seruius Ascanium Aeneæ filium Iulæ cognominatum exiitimat, quod adhuc adolescens, cum primam coepisset emittere lanuginem, Mezentium singulari certamine superaret, quanquam Virg. non imo in loco etiam antequam in Italiâ appellaret, Iulum fuisse cognominatum ostendit. Est item Iulus

uermis multiplex, & lanuginosus, arboribus passim adrepens.

IULIA gens, *Ἰουλιῶν*, dicta est ab Iulo Ascanio, Aeneæ filio, siue ab Iulo, Iulii Ascanij filio, ut inquit Fest.

IULIA, *Ἰουλία*, Augusti Cæsaris filia fuit, uixit incontinentia, aduultuq. in primis infamis. Hæc aliquando rogata, qui fieri posset, ut cum multis uiris sui copiam faceret. liberi tamen omnes Agrippæ similes nascerentur. Non mirum, inquit, neque enim uectore meo, nisi plena nauis. Rursusque interrogata, cur inter animalia sola mulier grauida, coitum expeteret, cum bestix omnes sætæ maris non admitterent: Nimirum, inquit, bestix sunt.

IULIA, *Ἰουλία*, urbiuum multarum nomen est, in gratiam C. Iulii Dictatoris impositum. Est enim Iulia Norici oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 24. Iulia Fidentia, Hispaniæ oppidum, inter Bæticam amment, & Oceanum situm. Plin. lib. 3. cap. 1. Iulia caritas, eiusdem Bæticæ oppidum, in conuentu Astigitano. Plin. lib. 4. Iulia fama oppidum in eadem Bætica, qua Lusitanix proxima est. Plin. lib. 4. Iulia uirtus, eiusdem Bæticæ oppidum est, in comitatu Astigitano, apud eundem lib. 3. cap. 1. Iulia concordia, eiusdem Bæticæ oppidum, ibidem apud Plinium: Iulia contributa, Iulia retributa, eiusdem Bæticæ oppida, apud Plin. loco iam citato. Iulia felicitas, Lusitanix oppidum, notiore nomine Olylippo appellatum. Plin. lib. 4. cap. 22.

IULIANVS, *Ἰουλιανός*, Imperatoris Romani nomen, qui cum CHRIS-
T O nomen dedisset, factus Imperator ab eo descendit. vnde & Apostata cognomen apud Christianos inuenit.

IULIAS, *Ἰουλιᾶς*, Iudææ oppidum, ad latum exortium Genesareth lacus. Plin. lib. 5. c. 15.

IULIOBONA, oppidum est Calletum, in Gallia Lugdunensi, non procul a Lexouis & Vnellis. Ptol. lib. 2. c. 8.

IULIOBRICTAS, *Ἰουλιόβριγας*, Cantabrorum oppidum est, in tractu Tarraconensibus Hispaniæ. Plin. lib. 4. c. 3. Ptol. lib. 3. c. 6.

IULIOMAGVS, *Ἰουλιόμαγος*, Andium oppidum, in Gallia Lugdunensi. Ptol. lib. 7. cap. 8.

IULIOPOLIS, *Ἰουλιόπολις*, Mysiæ oppidum, alio nomine *Ἰουλιόπολις*, appellatum. Plin. lib. 5. c. 32.

IULIS, *Ἰουλίας*, Cææ in Iulæ oppidum, Simonidis Melici patria. Plin. lib. 4. c. 12. Est & Iulis piticis nomen, cuius ius præcipuam purgandæ alui facultatem habet. Plin. lib. 32. c. 9. Optimum ius est scorpionibus, & Iulide, & saxatilibus, nec uis respicientibus.

IULIVM sextistimium, Iulium forum, Iulium castrum, Hispaniæ Bæticæ oppida sunt, apud Plin. lib. 3. c. 1.

IULIVS, [*Iulio*], mensis, *Ἰουλιος*, dictus est quintus a Martio, in honorem Iulij Cæsaris, propterea quod eo mense ad quartum Idus Quinctiles fuerit natus: antea enim Quinctilis dicebatur. Vide Macr. lib. 1. Sat. 12. Nimis itaq. puerititer labuntur, qui Cæsarem a mense Iulium dictum putant, cum constet omnium scriptorum testimonio Iuliorum familiam ab Iulio Ascanio Aeneæ filio nomen traxisse. Virg. 1. Aen. Iulius, a magno demissum nomen Iulo. Luc. 1. 9. Gætis Iulæe uis clarissimus, aris dat pia tura nepos.

IULIUS CAESAR, omnium Romanorum Imperatorum clarissimus fuit, quemque unum ex Romanis habemus, quem ALEXANDRO Macedoni non modo conferre, verum etiam iure postumum præponere. Eius laudes & res gestas paucis perstrictis, uide apud Plin. lib. 7. c. 25. Iuliorum autem nomen, ab Iulo Ascanio Aeneæ filio tractum putatur: quod & ipsum ostendit Virg. lib. 1. Aen. cum ait: Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar, Imperium Oceano, famam qui terminet ætris Iulius, a magno demissum nomen Iulo.

A Iulius sit denominatum Iulianus, nam. Vnde Iuliani milites appellantur a Suetonio ueterani milites, quorum opera usus erat Iulus Cæsar. Item Falsi Iuliani, a Iulio Cæsare confecti. Similiter Vestigalia Iuliana, a Iulio imposita & exacta, apud Ciceronem 13. Anton.

IULIVM Carnicum. Ptol. lib. 2. c. 14. urbs est inter Italiâ & Noricum, in ditione Ducum Auitrix, vulgo Goritia.

IUMENTVM, *τι*, [*Ciuento*. Gal. *iuement*: toute beste seruante à porter ou à rendre. Hi. *Bestia de carga como asno*.] κτηνός, a iuuando, i. e. operam præbendo: cuius appellatione continentur animalia, quæ uel facinas gerunt, uel currus trahunt, uel terram excolunt, ut equi, muli, asini, cameli, boues. Cic. Att. Quæ arma superabunt, ea Brundisium iumentis deportare. Col. in præf. lib. 6. c. 3. Nec tamen ulla regio est, in qua modo frumenta gignantur, quæ non, ut hominibus, ita iumentorum adiumento iuueat. Vnde et iumentum nomen a re trahere, quod nostrum laborem uel onera subuectando, uel arando iuuarent. Plin. lib. 8. c. 8. de camelis: Omnes autem iumentorum in iis terris dorso funguntur. Columella fere iumentum nomine inteligit equos, non autem boues, ut lib. 1. cap. 6. Nec altius edita esse præsepia conuenit, quam ut bos aut iumentum sine incommodo itans uelci possit. Idem lib. 6. c. 19. Machina fabricanda, qua clausa iumenta, bouesque curentur. Est & iumentum uehiculari genus,

ζῶντα, quod a iunctis pecoribus traheretur, quod a iungendo quodam in comitantibus. *Sel. lib. 2. ca. 1.* Inuentum in nidulo ligno, quod iunctis dicitur, sed et ab iunctis etiam, quod ad iunctis per coniectas traheretur. Veteres enim iunctis iunctum a iungendo dixerunt.

IUNCTIVM, ti, [*Luogo dove sono molti giunchi.*] *ζῶντι*, locus iunctis cōfusus. *Var. l. 1. c. 7. Re. r. c. 7.* Primum genus quod dixi, maxime quæ sal salta, secundum arundineta, tertium iunctea.

IUNCTIVM, di, [*giunchi.*] adiectivum, ex iunco factum. *Pli. l. 1. ca. 7.* & Sic Rhodinum e rosas, Iunctinum e Iunco.

IUNCOVS, a, um [*Pieno di giunchi.*] *ζῶντι*, iunctis plenum. *Plin. l. 18. ca. 6.* Iuncofus ager uerti pala d. bet. Littora iuncofa. *Oui. lib. 7. Metam.*

IUNCTIVM, aduer. [*Congiuntamente. Gal. tout joignant, tout ensemble. Hist. Ajuntadamente.*] *ἀρῶν*, sine interuallo. *Suet. Magistra- tus & matruus inchoavit, & pene iunctim percussit.*

IUNCTIO, onis, [*Congiuntione.*] *ἀρῶσις*, idem quod coniunctio. *Ci. l. 1. l. 1.* Est enim interitus quasi discessus, & secretio earum partium quæ ante iunctione aliqua tenebantur.

IUNCTIVM, e, [*Comatur. ut iunguntur.*] *τύξσις*, idem quod coniunctio. *Col. l. 2. c. 2.* Hoc enim genus iuncturæ maxime probatum est. Genuum iunctura. *Oui. 2. Met. Iunctura uerborum, id est compositio, Quin. l. 9. ca. 4.*

IUNCTIVS, *ζῶντι*, diminutivum a Iunco. Iunculos item uocabant cibi genus ex opere dulcitarum, qui ad similitudinem iunctorum figuratus erat, quales hodie operi pilorio uenales concipiuntur. Vel dicitur opus lactarium, si te coagulatum, inliar metæ formatum iunctis inclusum, quæ metæ lactis a Martiale dicitur. *Vulgus a iunctis nominat.*

IUNCTVS, cis, [*Iunco. Gal. jonc. Hist. El iunco.*] *ζῶντι*, *βρύλλον*, a iungendo, quoniam amulsus eius ad iuncturas utilis est. Iunctorum autem multe sunt species, de quibus uide *Plin. libr. 21. capitu. 18.* molli iunco detexere aliqui. *Virg. 3. Eclog. Palustres iuncti. Ouid. 8. Metamorph. Limbus iunctis. Virg. 1. Eclog. Tibul. lib. 2. ule. 3. E. fiffella Ieuis detexat ea iunctis.* Hinc fit Iunceus, a iunco, quod ad est ex iunco ad iuncta crasis. *Plin. libro 21. cap. 14.* Et apud *Colum. l. 2. cap. 6.* Iuncea sporta. Per translationem *Virgo iuncea*, id est tenax & tenax, & tenax, in modum iuncti. *Teren. in Eunu. D. dicitur eburni, Tamesi bona est natura, reddunt curatuta iunctas.*

IUNCTVS, aratus, *ζῶντι*, *ἀρῶντι*, a rose odore, quem spirat, uomen accepit, Scapo est exili rubente, flore copioso, uulso sapore, linguam mordicans. Perantissimus nascitur in Nabathæa, proximus in Arabia, deterior in Africa. *Vide Plin. libr. 12. capitu. 10. 22.*

IUNGANNI, uidè Ingauni.

IUNGO, gis, iunxi, iunctum, [*Iungere, congiungere. Gal. joindre, accompler. Hist. Ajuntar.*] *ζῶντι*, connecto, compono, quasi in unum ago. *Plin. lib. 11. cap. 18.* Iungere, Ceruus articulo uerborum nodis iungitur. Sapientia iuncta eloquentia. *Cice. de Clar. Orato. Virg. 8. Aeneid. Queis neque mos, neque cultus erat: nec iungere tauros, Aut componere opes norant, aut parcere parco.* Iunctus, participium. Amor legitimo federe iunctus. *Ouid. 2. Trist. Eleg. 7.* Puella iuncta matrimonio. *Liu. libr. 10. Bel. Puni. Huius composita sunt Abungo, Adungo, Coniungo, Disiungo, Deiungo, quod est separe. Plaut. in Afin. Ne nos deiunge amantes. Iungi, Inter iungo, Subiungo, & Seiungo. Iungei, simpliciter positum, quandoque significat, ad curram, aut ad plaustrum adiungere. *Ouid. 1. 1.* Iungere equos Titan uelocibus imperat horis.*

IUNICES, p. p. [*ManZuolle, stovelle.*] *ζῶντι*, teneræ ætatis boues feminae, quæ iam cessarunt uirilæ esse, nedum tamen ad summam magnitudinem peruenerunt. Dicitur quasi iuuentæ a iuniore ætate. *Perfius Sat. 3.* Tot ibi cum in flamma iunice omenta liquefcant. *Nominatiuus singularis est Iunix. Plautus in Mil. Quæ mox ad stabulum iunix recipit se de pabulo. Mares autem in eadem ætate Iuenci, *ζῶντι*, appellantur.*

IUNCTIVS, palma uetus in magnam longitudinem, & ad quartum usque pedamentum porrectus, quod alio nomine Draconem uocant, ad masculata conficienda idoneum. *Plin. l. 17. ca. 5.* Nec uerem placet palmitem in longum, & ad quartum usque pedamẽtum emitti, quod alii, Dracones, alii Iuniculos uocant, ut faciant quæ masculata appellantur.

IUNIPERVS, ti, pen. c. [*Ginebro.*] *ἀρῶντι*, arbuscula, quæ in locis arenosis frequens nascitur, pro foliis spinas habens perpetuo uiuente: unde & copiaro operi idonea est: materiamque habet cariei non obnoxiam. *Vide Plin. l. 8. cap. 25.*

IUNIOR, oris, [*Piu giuione.*] *ζῶντι*, comparatiuum est a Iuuenis, siue (ut Cornuto placet) ab antiquo nomine Iunis. *Hor. 2. Epist. 1.* Qui uel mense breui, uel toto est Iunior anno. *Cic. de Vni. Dit. ut ita dicam, Iuniores,*

IUNIVS, mensis, [*Giugno.*] *ζῶντι*, a Iunone putatur dictus, quem Iunoniam, &c. Iunoniam dicebant. Sed postea detri-ctis quibusdam litteris, ex Iunonio Iunius est dictus. Sunt qui putant a Iunio Bruto dictum Iunium, qui primus Romæ factus est cõsul, quod hoc mense scilicet Kalèdis Iunius, pulso Tarquinio factum Carneæ Dæ in Cælio monte uoti reus fecerit. Alii a iunioribus deriuant, sicut Mauium a maioribus. *Ouid. lib. 6. Fast. Sic statuit. mensesque nota fecerit eadem: Iunius est iuuenum. qui fuit ante senum.*

IUNO, [*Iunone.*] *ζῶντι*, Saturni filia fuit, & (ut fabulantur Poetæ) Iouis & Ioris & comas. *Physici interpretantur per Iunonem intelligi aerem: Idcirco autem Iouis conjugem, & forem putari quod summa sit aeris cum æthere similitudo. Cice. 2. de Natur. Deor. Aer, ut Stoici disputant, interiectus inter mare & cælum Iunonis nomine consecratur, quæ est soror & cõiux Iouis, quod similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio. Effœminari autem cum Iunonique tribuerunt, quod nihil est eo mollius. Et paulo post. Sed Iunonem a iuando credo nominatam. Iunonis multa sunt nomina. Est enim Curetis, quæ utitur curru & hasta. *Vir. 1. Aen. Hic illius arma, hic currus fuit. Est & Lucina, quæ præ tubus præest. Ter. in And. Iuno Lucina fer opem. Est regina. Vir. 1. Aen. Ast ego quæ diuum incedo regina. Et quia præest nubentibus. Pronuba dicitur. Idem 4. Aen. Et pronuba Iuno.**

IUNONIA, *ζῶντι*, duarum insularum nomen est inter fortunatas, quarum altera Iunonia maior, altera Iunonia minor appellatur: ut ex Iuba sententia refert *Pli. l. 6. c. 32.*

IUNONICVLE, colentes Iunonem. *Oui. 6. Fast.*

IUNONIGENA, æ, [*Volcano.*] Vulcanus dicitur. Iunonis filius. *Ouid. 4. Metamorph.*

IUNONIVS, iunonia, iunonium, ut, Auis Iunonia, [*Pauone.*] pauo. *Ouid. 1. de Arte: Laudatas ostendit auis Iunonia pennas. Iunonius mensis, id est Iunius. Ouidius 6. Fasto. Iunonis puer, dicitur Augustus a Cicer. ad Octauium. Templum Iunonia. Ouidius 2. Trist.*

IUPITER, Iuppiter, uel eris, [*Giuue.*] *ζῶντι*, secundum Priscianum, nõ Iouis. qui genitiuus est non a Iuppiter, sed a nominatiuo Iouis. Nam a principio Iouis appellatus est a iuando: postea adiuncto altero uocabulo dictus est Iuppiter, quasi Iouis pater: sicut Liber pater, & Dis pater dicere solemus. E contrariò ueteres Veiuem appellauerunt Deum, cui dempta esset iuandi facultas. Celebrabat enim quosdam Deos, ut prodesse, quosdam, ne obessent, placabant. Fabulantur autem poetæ Iouem Opis, & Saturni filium fuisse, in Creta insula eodem cum Iunone partu editum, & in Ida monte a Curetibus educatum: idque clam patre, qui ex patre cum Titano fratre imita, filios suos omnes deuorabat. Cum autem in iram ad oleuisset, cognouissetque etiam tunc patrem uitæ suæ insidiari, regno eum pepulit, mundi que imperium cum fratribus Neptuno, & Plutone forte diuisit: at Ioui quidem cæli & terræ, Neptuno maris, Plutoni inferorum imperium obtigit. Iunonem deinde forem suam uxerem duxit, quæ ei Vulcanum peperit. *Cic. 3. de Nat. Deo. tres enumerat Ioues, cuius hæc uerba sunt. Principio Ioues tres numerantur, qui Theologi neminam tunc ex quibus primum & secundum natos in Arcadia, alterum patre Aethere: ex quo etiam Proserpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cælo qui genuisse Mineram dicitur quam principem & inuenticem belli ferunt. Tertium Cretensem, Saturni filium, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. Hæc Cicero. Physici interpretantur, Iouem esse elementum ignis, dictumque Iouem putatur a iuando, eo quod nulla sit res, quæ sic omnia foueat, quemadmodum calor. A poetis dicitur Diuum atque hominum rex, a maioribus autem Optimus maximus. Et quidem ante Optimus, id est, oenientissimus, quam Maximus, quia maior, certeque gratius, prodesse omnibus, quam opes magnas habere. Cicero contra Clodium pro domo sua: Quo circa te Capitolino, quem propter beneficia pop. Roman. Optimum, propter uim Maximum appellauit. In carmine fere geminamus p. eo quod a iuando putatur deriuari, cuius prima syllaba corripitur. Ponitur quandoque pro aere, *Hor. 1. Ode. 1.* Manet sub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor. *Iuuenalis: Fremet læua cum grandine uermus Iuppiter. Vnde & sub dno dicimus, id est, sub aere. Nam sic Iouem uocant Græci, quem omnia esse uoluerunt. Accipitur & pro pluuia, *Virg. lib. 2. Georg. Et iam maturis metuendus Iuppiter uis. Est & Iuppiter nomen stellarum salutaris, quæ in ordine secunda est. Aliquando per Iouem intelligimus ipsam uim duorum superiorum elementorum, quæ actiua est, dum agit in hæc duo inferiora ad generationem, & corruptionem.***

IURA, mons est Gallia Sequanos ab Helueticis diuidens auctore Cæsare in Commentariis. Sunt qui putent eum esse, quem Galli sua lingua uocant, Lemont des faucilles.

IURAMENTVM, ti, [*Giuramento. Gal. Iurement. Hist. El juramento.*] *ζῶντι*,

sacramentum, iurandum, hoc est, affirmatio, uel negatio rei alicuius sacre attestatione firmata. Sen. lib. 2. de Clem. O uocem in concione omnium mortalium mittendam, in cuius uerba principes reg. lq. iuramentum faciant, hoc est, in cuius uerba reges, & principes iurent.

IURANDUM, di, [Giuramento,] ὄρκος, idem quod iurandum. Plaut. in Cist. Verum haud metuo, ne iurandum nostrum quispiam culpet.

IURATUS, [Cheba giurato,] ὀρκωτός, aliquando actiue accipitur pro eo, qui iurauit. Auctor ad Hieron. Ex eo, quod ait se non potuisse adesse ita, ut iuratus fuerat, id est, ut iurauerat. Sic iniuratus, qui non iurauit. Idem in Ver. Malo eo iurato suam, quam iniurato aliorum tabellas committere. Passiue protulit Lucii li. 8. Mihi per Latium iurata tonantem. Idem li. 5. uis est uerbo passiuo furor. Et lætę iurantur aues bubone sinistra.

IURE, [Ragioneuolmente,] Cic. in Cat. Merito ac iure laudari.

IURE IURARE, [Giurare,] ὀρκυῖναι, idem quod iurare. Liuius Deca quinta, libro primo: Prætores ambo in eadem uerba iureiurarunt.

IURGIOSVS, a, um, [Contentioso. Gal. Noisf. Hisp. Ren. Xilloso.] οἰζυετικός, contentiosus, seu contumeliosus. Gen. lib. 1. cap. 17. Mulier morosa admodum fuisse fertur, & iurgiosa. De Xantippe Socratis uxore.

IURGIUM, iurgii, [Contentione, lite. Gal. Noisf. & debat. Hisp. Ren. Xilla, contencion.] οἰζυετία, ἔρις, contentio, dissensio, & leuior quædam lis, qualis nonnumquam etiam inter amicos solet accidere. Cic. de Senect. Vt Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio respondisse.

IURGO, as, [Contend. re, litigare. Gal. Noisf. & tancer, de battre. Hisp. Ren. d' mordazmente reprehender.] ζυγομαχέω, contendo, litigo, rixor. Ter. in And. Cum Dauo egomet uidi iurgantem ancillam. Differt autem iurgare a litigare, & iurgium a lite, quoniam iurgium leuior res est: liquidem inter beneuolos aut propinquos defensio, uel concertatio, iurgium dicitur. inter inimicos dissensio, lis appellatur. Cic. lib. 4. de repub. Si iurgant, inquit, beneuolam concertatio est, si inimicorum non iurgum dicitur. Idem: Ergo lex putat inter se uicinos non litigare. Est & iurgor deponens. Horat. 2. Serm. Sat. 2. Iure inquit Thraſius istis iurgatur uerbis. Ab his sunt composita, Obiurgo, & Obiurgor, de quibus alibi.

IURIDICVS, ca, cum, pen. cor. [Giuriditione,] ἐνδίκος, quod iurisdictioni destinatum est, uel quod secundum ius est. Vnde iuridicus dies, quo rite ius dici potest. Et iuridica actio, quæ secundum ius est. Dicitur etiam iuridicus, δικαστής, qui ius dicit. Seneca in Ter. fur. Flentes iuridici iuridici sedent. Iuridici conuentus dicuntur, in quibus ius redditur. P. lib. 2. cap. 1. Iuridici conuentus ei quattuor, id est, in quibus iura redduntur.

IURISDICTIONIS, [Giuriditione. Gall. jurisdiction, puissance de iuger. Hisp. juridicion como señorio.] δίκης, iuris dicendi officium. Seru. Sul. Poitero die cum ab eo digressus essem eo consilio, ut ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamque iurisdictionem absoluerem. Idem 4. Verr. Is uenalem iurisdictionem in Sicilia habuit.

IURIDICALIS, le, [Giudiciale] δικαστικός, idem quod iudicialis. Cic. 1. de Inu. Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, de liberatiam, de monſtratiuam, iuridicalem, negotialem. Iudicialis status, apud Quint. lib. 3. c. 8.

IURISCONSULTVS, ti, siue Iureconsultus, [Dottore di leggi. Gall. jurifconsulte, juriste. Hisp. Letrado en la ley y por pleytos.] νομικόν, iuris siue legum interpres. Cicero 2. de Legi. Sed Iureconsulti, siue erroris obiciendi causa, quo plura, & difficiliora scire uideantur, siue (quod similis ueri est) ignorantia docendi (nam non solum scire aliquid artis est, sed quædam ars etiam docendi) sepe quod positum est in una cognitione, id in infinita dispertitur: uelut in hoc ipso genere, quam magnum illud Scæuola faciunt Pontifices ambo, & idem iurisperitissimi. Consultus iuris, apud Horatium de Arte.

IURO, as, [Giurare. Gall. jurer. Hisp. jurar.] ὀμῶν, iureiurando aliquid affirmo, uel nego: quod uerbum a iure deductum putatur, quod iurare proprie sit aliquid ita sancte promittere, ac si ius esset. Cic. ad Metel. Iurauit iurandum uerissimum. Iurare conceptis uerbis, est iurare certa uerborum formula, quam iuratore prærit, qui iuramentum deserit. Pla. in Cist. At ille conceptis iurauit uerbis apud matrem meam, Me uxorem ducturum esse. Iurare in leges alterius, id est, iurare se seruaturum leges alterius. Plin. de uis illust. Aqua & igni interdixit ei, qui in leges suas non iurasset. Iurare in litem, & iuramentum in litem, refertur ad litigatores: & respondet æstimationi litis. Iurat enim actor, uel accusator in litem, quando per eius iuramentum declarat, & est testis in propria causa, cui credi debet pro plena probatione, quanta pecunia non tantum sumptus litis, sed totam etiam causam æstimet cum omnibus damnis, contra reum conuentum dolosum, puta furem,

prædonem, aut tutorem, qui res pupillares sine repertorio confecto admittitur: uel locum meretricem, in librum rationum non confectum: uel non exhibet. de hoc autem iuramento in litem egerunt Vlpianus, & alij Iureconsulti in lib. pandect. tit. 10. de in litem iurando, & de eo pleuſimum tractatum conscripsit Io. Baptista Plotus, uir clarissimus in iuris iuribus. Iuriconsultus præstitimus, in legem uocando. Cic. uide ut quod præcipue facit ad intelligendum Cicero s locum pro Roſcio Comædo, cum ait: Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet. Iurare in uerba, C. al. r. Bel. Cui Priuiceps in hæc uerba iurat ipse: ad idem iurandum adigit Afranum. Huius composita sunt, Abiuro, Adiuro, Coniuro, Deiuro, Exiuro, Deicero, Peicero, Obiuro, Præiuro, & Euiro: quorum signi hactenus uide suis locis.

IURULENTVS, a, um, [Cotto con brodo. Gall. Qui est acoustré en pot. ege. Hisp. Cosa guisada con su gumo.] ζαμώδης, quod cum iure coctum est. Corn. Cest. lib. 2. cap. 10. Ius res eadem magis alit iurulenta, quam alla, magis alla, quam frixa. Varro: Vbi pulsem aut iurulentum quid ponebant, accipiendi Catium nominantur Apuleius uero in Magia Apolog. Iurulentum non iurulentum formauit, sic de Ennio dicens: Ostendit, qualiter quique piscium assas iurulentus optime saprat.

IUS, ris, [Ragione, dritto, giustizia. Gal. Droit, raison, justice. Hisp. Razón, del recho.] δίκης, τὸ δίκον, a ius (ut quidam uolunt) dicitur. Nihil enim aliud est ius, quam quod uel natura, uel ciuitas, aut populus, uel gens, uel consuetudo iubet. Ter. in Heau. Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque æquum sciunt. Et differt a lege, quod ius generale est, Lex iuris species. Rursus ius ad non scripta etiam pertinet: Lex tantum ad ius scriptum dicitur autem ius in Naturale, Gentium, & Civile. Naturale, quod est commune omni nationi, eo quod ubique instinctu nature habetur, non aliqua constitutione facta ab homine, sed ab ipso nature conditore: ut maris & feminæ coniunctio, liberorum successio in bonis parentum, puerorum educatio, communis omnium possessio, qua iure naturali omnia hæc omnibus nationibus sunt communia: quemadmodum & rei depositi uel commodatæ restitutio, uoluntate per uim repulſio, quod tibi uis fieri, ut alteri facias, & e contrario. Ius gentium, quo gentes humanæ utuntur, quod a naturali processit facile intelligere licet, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus, inter se conuenit, ut scilicet Deo, religioni, patriæ, & parentibus pareamus, ut uim atque iniuriam propulsemus. Ius civile, cum aliquid commune iuri uel additur uel detrahitur, hoc est, cum populus sibi constituit quasi proprium ius ciuitatis. Hoc autem scripto constat, ut sunt leges, preſcripta, Senatusconsulta, principum decreta. Aut sine scripto, ut ea quæ auctoritate prudentium sunt, quæ legum interpretationes rectius dici possent, quam leges. Vnde qui hoc profitentur, Interpretes iuris, & Iureconsulti, & iuris prudentes dicuntur. Et qui inter eos excellunt, Iuris auctores nominantur. In ciuili iure Prætorum ius continetur, quod Prætores supplendi, uel corrigendi iuris ciuilibus gratia introduxerunt, ob publicam utilitatem. Hoc a Prætoris honore, Honorarium appellatur. Est etiam ius singulare, quod contra tenorem rationis, ob aliquam utilitatem auctoritate consuetudinum, introductum est. Ius consuetudinis, quod in morem uetustas uulgi approbatione produxit. Ius militare, quo soli milites sunt adiecti, ut belli inferendi solemnitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostes & pugne commissio, signo dato receptio, stipendiorum modus, dignitatum gradus, prætorum honor, prædæ diuisio pro perforarum qualitatibus. Iuris præcepta tria sunt. Honeste uiuere, Alterum non lædere, Ius suum cuique tribuere. In nostra etiam religione est Ius diuinum, in quo diuina oracula comprehendantur: & Ius principum, quod principes singulis suis regnis præscriperunt. Aliquando Ius ponitur pro auctoritate, siue libertate quadam, atque licentia. Cicero pro Archi. Quare suo iure nosſter ille Ennius sanctos appellat poetas, id est, iura quadam auctoritate, & pro libertate sibi omnium consensu, ut grauissimo Poetæ, concessa. Idem: Pro meo iure dico, quasi confidenter. Hinc sui iuris, esse dicuntur, qui nullius imperio sunt subiecti. Aliquando pro necessitudine: ut, Est mihi cum illo ius cogitationis, uel amicitie. Aliquando pro loco, in quo ius redditur appellatione collata ab eo quod fit, in id, in quo fit: quem locum deſiniunt, ubicumque Prætor salua maiestate imperii sui, saluoque more maiorum dicere ius constituit. Ius suum obtinere non posse dicebant ueteres eum, quem nunc iustitiam habere, uel consequi non posse dicimus. Cicero: Philodamus, postquam ius suum obtinere non potuit, ut humanitate, consuetudinemque suam retineret, laborat. in eadem significatione dicimus, Ius suum non retinere. Idem Cic. in Verr. act. 4. Hoc edicto non Siculis, sed isti ipsi equites Romani qui ius suum retinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines, &

alijs prætoribus gratiosi, quincti Apronio traditi sunt. Iure, ablatius, aliquando aduerbialiter ponitur pro eo quod est merito. Quinc. Quis eum id non meruisse, quis non iure passim affirmet? Dicitur etiam ius liquor eorum, quæ coquantur, Teren. in Eun. Quo pacto ex iure hetero panem attritu uorent.

IUSCVM, siue (quod ubertius est) iusculum, [Brodetto, *guazetto*. Gall. *Vn chaude, un petit bouet*. Hisp. *El caldo*] *Ζουσις*, liquor eorum, quæ coquantur. Apuleius: Offendit Photidem. Ius ius dominis parabat iusculum fartim concitum. Cato de re ruit. c. 156. Postea inde iusculum frigidum forbere.

IUSIVRANDVM, d., [Juramento, *sacramento*. Gall. *juvement*. *serment*. Hisp. *juramento*] *ἵκος*, affirmatio religiosa, ut inquit Cic. lib. 3. Off. Plaut. in Pseud. Qui item ad nos iure iurando querunt rem. Cic. 3. Off. Nullum enim uinculum ad stringendam fidem iure iurando maiores artius esse uoluerunt.

IUSSIO, onis, iussum, s, [Commandamento.] Iussus, sa, sum, Lege Iubeo, es.

IUSSVM, iussi, [Commandamento. Gal. *Commandement*. Hisp. *El mandamiento*] *ἰουσιμα*, idem quod iussio, uel mandatum. Virg. 4. Aen. Ille patris iussu exequitur. Frequentius tamen hoc nomen in singulari numero per quartam declinationem efferimus. Cic. pro Pomp. Lucullus uestro iussu coactus abit. Plura de his iude supra in uerbo Iubeo.

IUSSVS, sus, [Commandamento.] *ἰουσιμα*, participium a Iubeo, quod quamuis raro fit in usu, aliquando tamen legitur, ut apud Lucanum: Cuius seruaueris umbram, Si quicquid Iubeare uelis. Liu. 1. ab urb. Sed alius alio innere iussis certo tempore ad regiam uenire pastoribus.

IUSTA, [Essequie, *pompe funera*. Gal. *Les obseques*. *funerailles*. Hisp. *Las essequias de los muertos*.] *ἐναγκαλιὰ*, exequiæ, siue parentalia, quæ mortuis impenduntur, ita dicta, quod iure fierent his, qui de nobis uiuentes benemeriti fuerant. Sallust. in Jugurt. More regio iusta magnifice fecerant. Ouid. Hanc quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem. Cic. 2. de Legib. Non solum uita cruciati atque dedecore: uerum, & sepultura, & iustis exequiarum caruerunt. Iusta pro constitutis, quæ necessario præstari debent. Colum. lib. 11. cap. 2. Item uinearum fossio iustam peragenda, arborumque siue putatio, siue alligatio sumenda est, quorum iusta certa esse non possunt. Ad iusta perducere, id est, ad iustum laborem. Col. lib. 6. c. 14. Iusta reddere, opus debitum & conluetum perficere. Col. lib. 1. cap. 8.

IUSTE, aduer. [Iustamente. Gal. *justement*. Hisp. *justa y qualmente*.] *δικαιως*, recte, legitime, iure. Brutus Cic. At hoc ipsum, inquit, iniuste facis: imo iustissime. Idem in Sallust. Id, uos si forte offensus, iustius huic, quam mihi, succensere debetis. Iuste & legitime imperare. Cic. lib. 1. Off.

IUSTIFICVS, a, um, [Che fa giustizia.] *δικαιος*, iustitiam faciens. Catul. Arg. Iustificata mens deorum.

IUSTITIA, iustitiæ, [Giustizia. Gall. *justice*. Hisp. *La justicia que ygnala las partes*.] *δικαιοσύνη*, ut inquit Cicero 5. de Finib. est habitus animi, communi utilitate seruata, suum cuique tribuens, atque societatem coniunctionis humanæ munificæ, atque æque tuens. Virg. 1. Aen.

O regina, nouam cui condere Iuppiter urbem
Iustitiæq. dedit gentes franare superbas.

Ouid. 3. de Ponto: Iustitia uires temperat ille suas.

IUSTITIUM, iustitii, *ἀποδείξια*, Plutarcho, quasi iuris iudicio dicitur. Est enim iuris dicendi intermissio, quæ fieri solet in publico luctu, & Reipublicæ calamitatibus. Liu. Dictator cum iustitium edixisset omnes iuniores sacramento adegit. Tristi iustitio clausa fora. Lucan. lib. 5. Dicitur & iustitium remittere, pro eo quod est iustitio finem imponere. Liu. lib. 10. Ut Romam reditum est iustitium remissum est. Cic. de Ar. Iustitium edici.

IUSTVS, [Iusto. Gall. *juste*. Hisp. *Cosa justa y yqual*.] *δικαιός*, qui a iuris præceptis non deflectit. Cicero 3. Off. Iustus homo, ilque, quem bonum uirum dicimus. Idem pro Sext. Aristides, qui unus omnium iustissimus fuisse traditur. Interdum ponitur pro satis magno, & medio cri, cum & ius ipsum mediocritas quædam sit. Vnde iustam magnitudinem alicuius rei dicimus, cum nec debita minor est, nec modum excedit. Iustum opus, satis magnum, non exiguum. Plin. in præf. lib. 8. Opere iusto temporum nostrorum historiam orsi. Sic Iustum prælium, iustum exercitum, historici dicunt magnum, & non contemnendum. Sic etiam Ascon. Iustas inimicitias, pro magnas apud Ciceronem exposuit. Interdum pro uero. Vnde apud Iureconsultos, qui filium adoptat, interrogatus An uelit eum, quem adoptat, iustum sibi filium esse, id est, uerum filium. Iustus dominus, pro uero: cui cōtrarius esse alienus. Cic. lib. 1. Off. Quare L. Syllæ, & C. Cæsaris pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos, non debet liberalis uideri. Iusta materfamilias, & Pellex contraria. Liu. 9. Bell. Maced. Nam et si minor ætate quam Perseus esset, hunc tamen iusta matrefami-

lias, illum pellice ortum esse. A Iustus fit compositum iniustus, qui contra ius facit, & qui iustam magnitudinem excedit. Cicero quinto Tusculan. Maleficus natura & iniustus. Interdum accipitur pro nimis magno, Virg. 3. Georg. In iusto sub face uiam dum carpit.

IUSTO, ablatius, [Il dovere, *il conueniente*.] pro aduerbio: ut, Longius iusto, id est, longius, quam par est. Quinct. lib. 5. c. 4. Membrum longius iusto, tardum, breuius, instabile est.

IUSTI, dies, qui fuerint apud ueteres, apertissime docet Gell. lib. 20. cap. 1. Confessi itaque æris, ac debiri iudicatis, triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causâ, quam dissoluerent. Eosq. dies Decem uiri Iustos appellauerunt, uelut quoddam iustitium, id est, iuris, inter eos quasi interititionem quandam & cessationem, quibus diebus nihil agi cum his iure posset. Dicebantur præterea in bellis suscipiendis Dies iusti, numero tres, & triginta, ab eo sci licet die, quo res repetitæ erant per facialem. quibus elapsis, nisi reddita res essent, hasta in fines hostium coniecta, bellum iudicabatur: de hoc uide Liu. lib. 1. ab urb.

IUTYRNA, *ἰερέην*, Dauni filia, & Turni Rutulorum regis soror, quâ Iuppiter pro erepta uirginitate immortalitate donauit (ut placet Virg. lib. 12. Aen.) Numicq. fluminis nympham fecit. Hæc in bello fratrem aduersus Aeneam multum adiuit: sed uidens fratri necesse instare, in Numicum se fluiuium occultauit. Alii dicunt eam rem habuisse cum Latino rege: eoq. palam facta, sua sponte se in Numicum præcipitauit. Virg. At procul ut dire sitridorem agnouit & alas Infelix crines scindit Iuturna solutus, &c. Est & Iuturna fons Italæ, prope Numicum saluberrimæ aquæ: unde ad omnia sacra Romam afferre batur aqua. Ad hunc fontem plerique in Iuperioribus Virg. respexisse uolunt.

IUTAMEN, Iuuatio, & Iuuamentum, [Giouamento.] idem significat auxilium, *ἀφελήμα ὄνησις*.

IUENALIA, *νεανικὰ*, erant ludi, qui pro salute iuuenum celebrabantur. Sidonius: Iam uero iuuenalibus peractis, Quem te præbueris sequente in æuo, Chartis posterioribus loquemur. Tacitus libro 14. Ne tamen adhuc publico theatro de honestaretur, instituit ludos Iuuenalium uocabulo, in quos passim nomina data.

IUENALIS, le, adiectiuum a Iuene, *νεανικός*. Plin. lib. 3. c. 2. Cum Sulpicius Galba iuuenalem famam apud principem popinarius pœnis aucuparetur. Iuuenalis dies dicebatur, festum quoddam, quod a iuuenibus peculiariter celebrabatur, primo die post elapsa Saturnalia, a Caligula primum institutum. Suet. de Calig. Adiecit diem Saturnalibus, appellauitque Iuuenalem. Est & Iuuenalis, *ἰουβηλῆς*, nomen proprium Satyrici poetæ, cæteris omnibus qui argumentum eiusmodi tractarunt, merito præferendus, nisi se cretam illam flagitiorum sentinam nusquam non mouens, castiores animos a sui lectione auertisset.

IUENCVS, iuenci, [Μανχο, *giouenco*. Gal. *Vne jeune beste, un jeune bœuf ou toureau*. Hispan. *El mancebo o buey nouillo*.] *μόχος*, πορταξ, bos iunior, qui iam uitulus esse desit, nondum tamen in iustam magnitudinem excreuit. Dicitur a iuuando (ut Varroni placet), quod iam dominum in agro colendo adiuuare possit. Columella lib. 6. c. 2. Nam ubi plaustrum aut aratro iuencum consuescimus, ex domitis bubus ualentissimum, eundemque placidissimum cum indomito iungimus, qui & procurentem retrahat, & cunctantē producat. Sociare iuencos imposito aratro. Stat. 1. Theb. Virg. 3. Geo. Seu quis olympicæ miratus præmia palmæ Pascit equos: seu quis fortes ad aratra iuencos. Iuencus autem & iuuenca, non tantum de bobus, sed & de hominibus, iuuenibus intelliguntur. Ouid. ep. 5. Graia iuuenca uenit, quæ te, patriamque, domumque Perdat, Io prohibe Graia iuuenca uenit. Vnde fit per deminutionem Iuenculus, & Iuuenca. Hor. 2. Carm. Ode 8. Te suis matris metuunt iuencis, Te senes parci, miseræq. nuper Virgines nuptæ. In quæ locum annotat Porphyrius, Iuencum non solum de bobus, uerum etiam de hominibus adolescentulis dici, quamuis in ea significatione frequentius iuenculos dicamus, & iuenculas. Catul. ad puerum: Qui stoliculus es iuenculorum. Proprie ramea Iuenci uel Iuencæ dicuntur boues: qui iam desierunt esse uituli. Varr. enim lib. 5. c. 5. de re rust. quattuor distinguit bubuli generis ætates: quarum prima est uitulorum, secunda iuencorum, tertia bouum nouellorum, quarta uetulorum.

IUENCA, cæ, [Μανχα, *manχουλα*. Gal. *Genisse*. *jeune, uache*. Hi. *Manceba o nouilla*.] *δάμλις*, πορτίς, uacca iunior, quæ iam uitula esse desit, nondum tamen in iustam magnitudinem excreuit. Virg. 3. Geo. Pascitur in magna silua famosa iuencæ. accipitur alioqui pro puella, uel florentis grati muliere, *νεανίς*. Oui. 5. Epit. Graia iuuenca uenit, quæ te, patriamque domumque Perdat: Io prohibe, Graia iuuenca uenit. Reliqua uide in dictione Iuencus.

IUENESCO, is, [Ingiouenirsi, *farfi giouine*. Gall. *Rajeunir*. Hisp. *Haçerfe mancebo*.] *νεανόμεαι*, iuuenis fio. Ouidius 3. Amor. Illius a tactu Pylus iuuenescere posset. Plinius libro 8. capit. 54. de gliribus: Ruscus

Rursus ætate iuuenescunt.

IUVENARI, [Parlare inconsideratamente, parlare da giovane. Gall. Faire comme jeunes gens, parler comme eux. Hisp. Hablar, o parlar no bien mirando, como mancebo] *veavi* (ve, temere, & inconsiderate, & iuuenum more aliquid dico, uel facio. Hor. in Arte:

Aur nimium teneris iuuenentur uersibus umquam.

IUVENILIS, le, adiectiuum, [Da giovane, giovane. Gall. De jeunesse, appartenant à jeunesse. Hisp. Cosa de mancebo.] *veavivōs*, quod ad iuuenem pertinet, uel Aetas iuuenilis. Iuuenile robur, Colum. lib. 4. cap. 3. Iuuenilis ludus uel iocus. Liu. 2. ab vrbe. Virg. 5. Aeneid. Et mihi quæ fuerat iuuenili in corpore uires. Cic. in Hort. Iuuenilis libido. Ouid. lib. 14. Metam. Silenusque sui semper iuuenilior annis. A quo iuueniliter, aduerbium, quod est more iuuenum. Cicero in Cat. Et Hannibalem iuueniliter exultantem patientia sua moliebat. Ouid. 7. Met.

Venatum in filius iuueniliter ire solebam.

IUVENIS, [Giovane. Gall. jeune, jeunesse. Hisp. Mancebo à manceba en edad, joven] *veos*, a iuando, quod ea ætas maxime sit apta ad laborem tolerandum. Et a Iureconsultis Iuuenes dicuntur, qui adolentis excesserunt ætatem, quoad incipiant inter seniores numerari. Virg. 5. Aen. Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat. Iuuenes feruidi, Hor. 4. Carm. Ode 13. Possent ut Iuuenes uisere feruidi, Multo non sine risu, Dilapsam in cineres fac. Plin. lib. 7. c. 36. Cornelia enim iuuenis est, & parere adhuc potest. Hinc formatur comparatiuum Iunior. Nam quod apud Colli. 9. c. 11. legitur, Iuueniori exanimi: arbitrator librorum culpa accidisse: præsertim cum in uenerandæ cuiusdam fidei exemplaribus legatur Iunior. Horat. 2. Epist. 1. Qui uel inuente breui, uel toto est iunior anno. Iuniores cerui. Plin. lib. 8. c. 32. Alioqui ante frontem prominere solitos iunioribus. Iuuenis de oue. Colli. lib. 7. c. 3. Fæmna post bumatum maritari debet, iuuenisq. habetur quinquennis. Iuuenis, pro iuuenili adiectiue. Ouid. 7. Met. Et admonitus iuuenes nutricibus annos posse suis reddi.

IUVENTA, t. e. [Giovanezza] *veotns*, ætas Iuuenilis. Plin. lib. 7. c. 13. Aliis sterilis est iuuenta: alius semel in uita datur gignere. Viridis iuuenta. Virg. 5. Aeneid. Audax iuuenta. Idem 4. Georg. Imbellis iuuenta. Hor. 3. Carm. Ode 2. Iuuenta, pro iuuenum multitudinem, quæ & iuuentus dicitur. Mart. lib. 2. Quæstiliæ uagæ moderator summe iuuentæ. Iuuenta, Dea melioris ætatis, & iuuentutis, apud Val. lib. 4.

IUVENTAS, *veōn*, dea quæ iuuentuti præesse putabatur. Horat. 1. Carm. Ode 30. Et parum comis sine te Iuventas. Vbi Acron: Aliud est Iuuenta, aliud Iuventas, aliud Iuuentus. Iuuenta, ætas putatur: Iuventas, ipsum nomen: Iuuentus, ipsi iuuenes. Accipitur tamen aliquando Iuventas pro ætate ipsa iuuenili. Lucr. lib. 5.

Tum demum puerili quo florente Iuventas Occipit, & molli uestit lanugine malas.

IUVENTVS, tutis, [Giovanezza. Gall. jeunesse. Hisp. Mecedad à mancebia] *veōns*, ætas iuuenilis, quæ, & Iuuenilitas, & Iuuenta dicitur. Sallust. Ibi que iuuentutem suam exercit. Sæpius accipitur pro multitudine iuuenum, *veolæa*, Seruius Sulpicius Cicero: Licetum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute generum eligere. Aliquando ponitur pro Dea, quæ præesse putabatur huic ætati. Hæc est Hebe Iunonis filia, & Herculis uxor. Liu. 4. Dec. lib. 6. Iuuentutis ædem in circo maximo C. Licinius Lucullus Duum uir dedicauit. Plin. lib. 35. cap. 10. Pinxit hic raptum Proserpinæ, quæ tabula fuit in Capitolio in Mineræ delubro, supra ædiculam Iuuentutis.

IUYERNA, insula est non procul a Britannia, quæ uulgo Irlanda dicitur, a doctis uero Hybernia. Iuuen. Sat. 2. Arma quid ultra litorea Iuuernæ promouimus, & modo captas Orcadas, & minima cōtentos nocte Britannos. Græci uocant *isērtas*, teste Hermolao. Claudianus in quarto Honorii Consulatū uocat Lernam.

IUVO, as, iuuui, iutum, [Giovare. Gall. Aider. Hisp. Ayudar.] *ōnéω, ώρελέω*, opem fero, & auxiliior. Terent. in Heau. Crede, inquam, mihi, Aut eōntolando, aut consilio, aut re iuuiro. Iuuar, pro eo quod est beneficio & misericordia, prosequi. Cicero 3. Verr. Legis Corneliæ meminit, quæ profcriptum iuuari uetat. Liuus: Iuuisse eos omni comætu classem hostium. Iuuat, impersonale: id est, delectat, Virg. 3. Aen. Iuuat euasile tot urbes. Dicimus autem hodie. Iuuat me, olim etiam iuuat mihi. Pla. in Capt. Neque umquam quicquam me iuuat, Quod edo domi. Idem in Cist. Quando ita tibi iuuat, uale atque salue. Iuuari passiuum, pro adiuuari, & auxilium accipere. Plin. lib. 17. cap. 17. Quod sic etiam iuuatur. Quid. 1. de Pont. El. 4. Sed uereor, ne me frustra sanare labores: Nec iuuer admota perditus æger ope. Iuuans, part. Cic. ad Treb. Meque diis iuuantibus ante brumam expectabis. Huius compositum est adiuuo, quod idem est quod iuuo. Hinc fit aliud compositum, Coadiuuo, de quo suo loco. Frequentatiuum est Iuuo, as, a quo Adiuuo. Terent. in Andr. At te adiutare oportet adolecentuli causa.

IUYTA, [Approffo. Gall. Aupres, iouate, joignant. Hisp. Cerca.] *παρά*, præpositio, semper separatur, & significat apud uel prope. Virg. lib. 4. Aeneid. Humilis uolat equora iuxta. Aliquando significat simul, coniunctim, Varr. de uita pop. Rom. Cum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanam, id est, simul cum Ancillis. Quando uero aduerbium est, significat eque, similiter, eodem modo, Pla. Dixi tibi, mater iuxta mecum rem tenes, id est, eque atque ego. Sallust. in lug. Hiemem atq. æstatem iuxta pati. Interdum etiam secundum uel post, Gell. lib. 4. c. 9. Nigidius Figulus, homo (ut ego arbitrator,) iuxta M. Varronem doctissimus, hoc est, secundum Varronem, uel post Varronem. Cic. post. Qui me omnibus officiis iuxta ac si meus frater esset, sustentauit i. perinde ac.

IUYTIM, aduerb. [Approffo.] *παρισίον*, significat prope. Suet. in Tib. Magistratibus pro tribunali cognolentibus plerumq. se offerebat consiliarium, assidebatque iuxtim, uel ex aduerso in parte primori.

I A N T E X

Ixia, *ixia*, herba quedam, cum terra colore mutans: unde & Chamæleonem appellantur. Ixias autem dicitur *Ἰξία*, hoc est, a visco, quod quibusdam in locis circa radicem eius inuenitur, quo pro mastiche utuntur mulieres. Huius duæ sunt species, candido & nigro colore distinctæ. uide Plin. lib. 22. c. 18.

IXION, p. p. Ixionis, p. c. *ixion*, filius fuit Phlegiæ (alii tamen Actionis, alii Iouis filium faciunt) qui principio uxorem duxit Diam filiam Deionei seu Eionei: cum multa pro compensatione dotis pollicitus esset, & ob id pater sponsæ ad eum uenisset, ut munus reciperet Ixion facta serobe, eaq. lignis & stramentis interta, patrem sponsæ in ea fraude uellem: a qua cecidit cum neque homines, neque Dii eum iustrare uellent, diuq. incertus uagaretur, Iuppiter illius miseratus, in cælum assumptum expiauit. Cuiq. iam purgatus apud superos d. geret, Iunonem amare coepit, eam que de ituro appellauit. Quod cum Iuppiter ab vxore intellexisset, nubem illi Iunonis effigie opposuit, ex qua ille Centauros genuit. Deiectus deinde in tertiam, cum passim gloriaretur cum deorum regina rem habuisse, Iuppiter indignatus fulmine ad inferos Ixionem detruxit, curauitq. ut ibi rotæ uolubili alligatus, perpetuo uolaretur: unde Ouidius.

Voluitur Ixion, & se sequiturq. fugitque.

IXIONIDES, patronymicum.

IXON, *ixon*, Græci appellant viscum, quo aues capiuntur: unde & Chamæleonem herbam Ixian uocauerunt, quod quibusdam in locis ad radicem eius viscum inueniatur, quo mulieres viscum mastiches utuntur.

I A N T E Y

IYNY, *inyngis*, *inyngis*, auis quæ Verticella, a colli uersura uocatur. Hæc paulo maior est, quam fringilla, calore uario, linguam serpenticam similem habet, quam longitudine quatuor digitorum ex erit, rursumq. contrahit intra rostrum, collum circumagat in aduersum, reliquo quiescente corpore. Unde & Torquilla a quibusdam est appellata. Sunt qui & Turbinem uocant, putantq. auem esse amatoriis medicamentis infamem. Frequens auis huius mentio est apud Theocritum in Pharmaceutria.

D E L I T T E R A K

LITTEA, Græcorum est, non Latinorum, quam ipsi *κάππα*, nominant. Ea Latini non utuntur, nisi in dictionibus Græcis, quibus tamquam Latinis utuntur: ut Kyrie eleison. *κύρι ελεησον*, id est, domine miserere. Sunt autem duæ dictiones. nam *κύριε*, uocatiuus casus est, nominatiui *κύριος*, & *ελεησον*, imperatiuus aoristi a uerbo *ελεεω*. Per apostrophon dicimus *κύρι ελεησον*. Sed huiusmodi, quoniam mere Græca sunt, satius fuerit scribere Græcis litteris. nam & Priscianus testis est K apud Latinos esse superuacuum: & Quintilianus non obscure inuit loco eius nos habere litteram c. quæ ad omnes uocales vim suam perferat.

D E L I T T E R A L



LITTEA Latinorum, est Græcorum Lambda, sono & potestate respondens, una ex iis, quæ a Græcis *αυεταβολαι*, hoc est, immutabiles, a Latinis liquide appellantur, quo fit, ut mutam immediate subsequens in eadem syllaba, præcedentem syllabam, si breuis fuerit, reddat indifferentem. hinc fit, ut Atlas, prior e syllabâ habeat indifferentem, cum natura breuis sit. Mar. Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. Et alibi: Conturbabit Atlas. Virg. eandem producit. 8. Aen. At Maiam maximus Atlas. Idem

Idem Atlas generat, cæli qui sidera fulcit. Nomina uerbaque ab hac littera incipientia, si cum præpositione Ad, uel In, componantur, pro terrore littera præpositionis conuertitur in I, ut Allabor, Alluo, Illud, Illustris, pro Adlabor, Adluo, Inluo, Inlustris.

L A N T E A

LA, siue **LAA**, & **ΛΑ**, Lycophroni, **ΛΑΑ**, Homero, Laconiz oppidum, edita in petra situm, unde & nomē habet: nam **ΛΑ**, Græcis petra est, uel lapis. Hanc urbem cum expugnassent Castor, & Pollux, Lapersæ, **λαπόρσαι**, cognominati sunt. Incolæ **Lai**, & **λαοί**, dicuntur, teste Steph.

LABANIS, insula est in sinu Arabico, apud Plin. li. 6. ca. 28.

LABARA, **λαβαρα**, Cariæ oppidum, apud Steph.

LABARVM, **π. λαβαρόν**, uexillum erat militare, ante imperatorem gestari solitum, auro intertextum, gemmisque intermicantibus splendidissimum, tantæ olim existimationis, ut a militari turba adoraretur. Huius deinde loco Constantinus Crucis Dominicæ insigne iussit præferri. Meminit huius uexilii Ambrosius in Epist. Scipianus in Apologetico, Sozomenus Historiæ Tripar. lib. 1. c. 3. Et præter hos Cassiodorus, Rufinus, & Prudentius in Symmachum.

LABASCO, cis, [Pendere, stat per cadere. Gal. Commencer à cheoir, uaciller, abancler. Hisp. Caer, amenia **ζαρ καϊδα**] **μεταστροφαι**, uerbum a **labā** do ductum, idem significans quod casum minari, & ruinæ uicinum esse. Lucre. li. 4. Vincitur in longo spatio tamen atque labascit. Per translationem accipitur pro animo concidere: frangi, & de pristina constantia excidere. Ter. Eun. Labascit, uictus uno uerbo, quam cito. Reperitur & **Labascor**, deponens pro neutro. Varro Rerum Diuin. lib. 7. Postquam uidit misericordia labascimentea inhrant populi. Nonius.

LABANIS, insula est in sinu Arabico, apud Plin. li. 6. ca. 28.

LABARA, **λαβαρα**, Cariæ oppidum, apud Steph.

LABDA, **λαβδα**, Amphionis cuiusdam ex Bacchiadarum genere filia fuit: quæ, quod clauda esset, & ob id a Bacchiadis ceteris sperneretur, Eetioni nupsit, eiq; e puerum peperit, quem ab euentu Cypselum nominauit. Nam cum duo Corinthiis reddita essent oracula, quibus illi monebantur, fore, ut Labdæ filius Corinthi, aliquando tyrannidem inuaderet, missi sunt publico decreto decem uiri, qui puerum interficerent. Verum cum forte puer ei, qui primus cum a matre acceperat, arrisisset, ille misericordia motus, adduci non potuit, ut eum occideret: qua propter illi alteri irrididit, & ille rursus alii: atque ita deinceps per manus traditus infans, & decimo matri redditus est, nemine eum interficere uolente. Post hæc illi egressi, & pro foribus stantes, sese inuicem, & præcipue eum, qui primus puerum acceperat increpabant, qui eum ex conuentu non occidisset. Quod cum audisset Labda, quæ intus ad fores adibat, puerum in mensura frumentaria, quam Cypselum uocant Græci, occultauit, unde postea mater ei Cypselo nomen imposuit. Vide latius hanc historiam apud Herod. lib. 5.

LABDACIDÆ, **π. λαβδανιδαι**, cognominati sunt Thebani a Labdaco rege, Laii patre.

LABDACVS, **λαβδακος**, Phœnicis filius, qui fenex Thebas uocatus ibi aliquandiu regnauit, filiumque habuit Laium, qui a patre Labdacides uocatur. Stat. lib. 6. Theb. Nec uerbera pallidus abdit Labdacides.

LABEATES, Liburniæ populi sunt apud Plin. li. 3. ca. 22.

LABEFACIO, **is**, [Romperre, mouere, quassare. Gal. Rompre & gaster, perdre & corrompre. Hisp. Hazer caer, a otro, destruyr, quebrar.] **π. λαβεινω**, rumpo, frango, perdo, mobile, & instabile reddo. Terentius in Adel. Omnes dentes labefecit mihi: Præterea colaphis tuber est totum caput. Aliquando pro deterrere, & a constantia abducere, Cice. pro Sext. Quem nulla unquam uis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit: Labefacere fidem suam dicitur debitor, cum male soluendo efficit, nequis ei quippiam uelit credere. Sueton. Prope labefactata fide omnia prædica fratri obligauit. Aliquando pro debilitare, Lucret. Veneris compagibus hærent Membra, uoluptatis dum uis labefacta liquefcat. Labefactio, onis, Plinius libro 23. capitulo primo. Tussim ueterem inhihet, & dentium labefactionem. Labefactus, participium. Virgil. quinto Aen. Animum labefactus amore. Robora labefacta. Ouidius 12. Metam.

LABEFACTO, **as**, [Offendere. Gal. Gaster, ruiner, corrompre. Hisp. Hazer caer a otro, destruyr, gaster, corromper.] **π. λαβεινω**, frequentatiuum a Labefacio: Corrumpto, damno afficio. Colum. lib. 4. In opere boues arcte iunctos habere, conuenit, quo minus colla eorum Labefactentur. Cice. in Catone, maximas resp. ab adolescentibus labefactas, a senibus sustentatas reperietis. Aliquando pro uexare, Cice. ad Corn. Nec destiti labefactare eum, qui summa cum tua iniuria prouinciam absens obtinebat.

LABELLVM, **li**, [Labretto,] **χελιδριον**, diminut. a Labrum, sicut a flabro Flabellum. Cice. 1. de Diuina. Platoni in cunis paruulo dor-

mienti apes in libellis confedere. Interdum pro uasculi genere ponitur, factum ad similitudinem labri, quo in balneis uti solentur ad lauandum. Plin. Ciceremque in libellis aqua addita contrahat manu.

LABEO, Antistius, nomen iureconsulti, a Labiorum magnitudine, quicquæ enim magna labia habent, Labeones, & Labrones, **π. ο χελαι χηιδρις**, cognominantur. hic Labeo iuris ciuilibus disciplinâ exercuit, & consulentibus de iure publice responsum dedit. Vide plura de hoc apud Gell. lib. 13. c. 10. & 12.

LABERIVS, poeta mimographus, a Cæsare annulo equestri donatus. Macr. Sat. lib. 2. Gell. lib. 1. cap. 9. Sen. lib. 7. Declamat. Laberium Mimum Diuus Iulius equestri ordini reddidit, quem cum iussisset ire seffum, omnes equites ita se coarctauerunt, ut uenientem non reciperent.

LABES, huius labis, **σ. gen.** [Macchia. Gal. Tache, macule, souillure. Hisp. Mançilla o caimienta.] **π. ωμα**, macula: a labendo. Vir. 2. Aen. Hinc mihi prima mali labes. Est quoque Labes, cum terra in altissimū hiatum, aperitur. Cice. 1. de Diu. Delara ad senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra defedisset. Ibidem: Vt multis locis labes facta sit, terræque defederint Labes, atque eluuiis ciuitatis. Ci. pro domo sua. Labes atque perniciēs prouinciz. idem 2. Ver. Labes item accipitur pro macula, qualis fieri solet ab oleo, aut simili liquore in uestem delapso. Frequentius tamen per translationem pro quouis animi uitio accipitur. Cic. pro Domo sua: Hanc labem turpitudinis poterit populi Romani dignitas sustinere? Ouid. in Epist. Deianiræ. Lætaque sit uitæ labe nouerca tua. Cic. 3. Offi. Hunc tu quas conscientiz labes in animo censas habuisse.

LABETIA, Arabiæ oppidum, ab Aelio Gallo dirutum. Plin. lib. 6. cap. 20.

LABICANVM, **λαβικανον**, a Suetonio in Cæs. accipitur pro uilla quadam in agro Labicano, & ager Labicanus a Labicis, uicino oppido, cuius meminit Liui. lib. 3. ab urbe. Labicos inquit, peditum uicē cepit.

LABICI, Italiæ populi, genus suum a Glaucio Minois filio trahentes, quem Labicum appellauerunt a seruo militari, intus ansato, quod primus in Italia ostendit. nam **λαβη**, Græcis ansa. Virg. li. 7. & picti scuta Labici.

LABIENVS, prænomine Titus, Cæsaris in Gallia Legatus, qui plurimum in exercitu & gratia ualebat, & auctoritate. Hic post res amplissimas sub Cæsare gestas, instante bello ciuili, defecit ad Pompeium, pertinacissimumque se Cæsaris hostem præbuit. Victis enim Pompeianis partibus, Parthos in societatem sollicitauit: magnasque eorum copias, in Asiam adduxit. Stra. lib. 14. & alii. Fuit præterea Titus quidam Labienus scriptor immodicæ libertatis, qui, quod in omnes nullo discrimine inueheref, Rabies cognominatus est: factumque est opera inimicorum, ut scripta eius publice exurerentur.

LABIUM, **bi**, & Labrum, **bri** [Labro. Gal. Leures, baulieure. Hisp. El beço o labio de la boca.] **χελιδρις**, idem significans. sunt enim opercula oris, & ueluti uallum quoddam tegendibus dentibus a natura datum. Per sius. Nec fonte labra prolui caballino. Teren. in Eunu. Labiis de mîsis. Cæsar 5. Bel. Gal. Capillo sunt promisso, omni parte corporis rasa præter caput, & labrum superius. Martial. lib. 2. Basia dimidio quod das mihi Postume labro. Admouere labra poculis Virg. 2. Eclog. Nec dum illis labra admoui. Primis labris aliquid degustare, dicitur, pro, leuiter aliquid attingere. Cic. 1. de Natu. De. Hunc census primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam? Labra item dicuntur rei cuiuslibet extremitates, unde summi fossiarum & fluuiorum margines, Labra appellantur. Cæsar. 7. Bel. Gal. Fossam pedes uiginti latam directis lateribus, duxit, ut eius scilicet tantundem pateret, quantum summa labra distabant. In uulneribus quoque extremæ oræ, quæ acu iunguntur, Labra dicuntur. Labrum item dicitur uas amplum, in quod aqua è fonte delabit. Plin. Epi. 101. marmoreo labro aqua exundat, circumiectaque plantanos leui aspergine fouet. Est & Labrum genus uasis in balneis ad lauandum aptum, quasi lauabrum. **λαβυμνδος**. Cicer. Ter. Labrum in balneo fac ut sit. Item quoduis aliud uas. Virg. 8. Aene. Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis, Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunæ. Hinc labra uinaria, lupinaria, olearia, in quibus lupini conduuntur, & in quæ uina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Cato. Oleum in labrum primum indito. A labrum in primo significato fit Sub labor. de quo infra. Apud antiquos etiam Labias legitimus in fœminino genere. Plautus in Stich. ribicam, quando bibisti, refer ad labias ribias. Sic enim legit Nonius. Item apud Gellium: Labias primores emouemus.

LABILE, **δολιρον**, quod facile labitur. Memoria labilis, quæ rem si bi commissam fideliter non continet.

LABIOLVM, [Labretto,] cum accentu in antep. **χελιδριον**, dimin. est a labium, quemadmodum Labellum a Labrum.

LABORAS, [Vacillare. Gal. Bransier, chanceler, mailler. Hisp. Caer, bambanear.] ὑποφύμασι, uacillo, nuto. Cic. in Verr. Signum illud nulla lababat ex parte. Ouid. lib. 1. Metam. Jamque labant cubeni, spoliataque tegmine ceræ Rima patet. Virg. lib. 2. Aen. Labor ariete crebro Ianua. Hor. 3. Carm. Ode 3. Donec templa refererit, Aedesque labantes deorum. Et per translationem Labare sermone, pro inconstanter loqui. Plin. lib. 14. c. 22. Labant animi, hoc est, deficiunt. Liu. 6. de Bel. Mac. Labor consilium meum, Cic. ad Att. lib. 8. Mens labor. Cels. lib. 2. c. 7.

LABORERIS, lapsus, [Scorrere, cadere. Gal. Cheoir peu à peu, de faillir. Hi. Caer. de si xarse, de le xarse.] ὁ ἰδώνος, deorsum feror. Cic. de harusp. resp. Vt aliquis, lapsus de caelo, ceteris hominum adeat. Inter dum pro discere, exolescere, Lilius in praefat. lib. 1. Labente paulatim disciplina. Aliquando errare, falli, Cic. 1. de Fin. Epicurus in quibus sequitur Democritum, non fere labitur. Labi, etiā dicuntur, qui in lubrico figentes uestigia in terram ruunt. Vnde Lapsus, πῶμα, Lapsio, onis.

LABORAS, are, uide suo loco. item Composita, Allabor, Collabor, Delabor, Elabor, Illabor, Interlabor, Prelabor, Prolabor, Perlabor, Relabor, & Sublabor.

LABORBORIS, [Fatica. Gal. Labeur, peine & travail. Hisp. Trabajo con afan.] πόνος, opera, defatigatio. Virg. 2. Aen. Nec me labor iste grauiabit. Valla; Labor primam breuem habet, Labor primam longam. Hinc Labor, oris, & Laboro, ras, prima breui: quod an ab altero illorum deriuetur, au ab utroque potius, liberum opinaturis relinquo. Ouid. de Arte: Pars est exhausta laboris. Cic. pro Archi. Quid est, quod tantis nos laboribus exerceamus? Labor exercet apes. Virgilius primo Aeneid. Labor apud poetas frequententer accipitur pro periculo, calamitate, uel alio quouis incommodo, Virg. 3. Aen. Requies ea cetera laborum Ouid. Epist. 9. Series immensa laborum. Dicitur etiam Labos, sicut lepos, arbos. Plaut. Trin. Animo labos grandis capitur. Arduus labor, Valer. 6. Argon.

LABORIAE, arum, Campaniae pars illa, quae uulgo Terra laboris dicitur, mirae fertilitatis. Plin. lib. 18. cap. 11. Dicitur sunt, a laboro, quod ad sui cultum plurimum exigant laboris. Finiuntur Laboriae uia ab utroque latere Confuarii, quae a Puteolis, & quae a Cumis Capuam ducit. Hinc Laborinus campus. Plin. lib. 17. c. 4.

LABORIFER, pen. cor. adiectiuum, [Faticoso.] ὄνη πόνος, laboris patiens. Ouid. 9. Metam. Laboriferi cum iam natalis adesset Hercules. Idem 15. Metam. Numenque superbum Cęde laboriferi credunt gaudere iuueni.

LABORIOSE, [Confatica.] ὄνη πόνος, Laboriosus, Catullus, &c.

LABORIOSISSIME, ὄνη πόνος, cum maximo labore. Cic. 1. Verr. Itaque semper hi diligentissime, laboriosissimeque accurantur, qui se ipsos in discrimen existimationis uenire arbitrati sunt. Idem in Ros. Quo quisque est ingeniosior, hoc docet iracundius, & laboriosius.

LABORIOSVS, sa, sum, [Faticoso. Gal. Laborieux, penible. Hisp. Trabajo con afan.] ὄνη πόνος, ut laboriosus homo dicitur laboris multum sustinens. Cicero pro Caelio: Vos laboriosus existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse. Laboriosus ager, in quo colendo plurimum laboratur. Cæcil. Durum rus fugit, & laboriosum opus, & difficile, & quod non sine labore perficitur. Plin. Mer. Laboriosi nihil tibi quicquam operis imperabo. Laboriosae exercitationes. Cic. 2. de Fin. Quis nostrum exercitatio nem ullam corporis suscipit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur?

LABORO, as, p. p. [Affaticarsi, faticare, durar fatica. Gall. Labourer, travail ler, pener, abanner. Hisp. Trabajar afanando.] πονέω, fatigor, & cum labore aliquid ago. Seneca: lugiter fodiendo laborat. Cic. 5. Ver. Omnibus enim ueris mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, ut omnes, &c. Ambitiosus circa aliquid laborare. Quint. lib. 3. cap. 11. Arma laborare, id est, laborando conficere. Statius 3. Theb. Vnde & per translationem laborare, pro male habere sumitur: ut cum aliquem Laborare quartana, aut laborare podagra dicimus. Plin. Succus eius podagra laborantibus prodest. Laborare ex rebus, Cicero 2. Tulc. Laborare ex dolore puerperij, Teren. in And. Laborare a frigore. Plin. lib. 32. cap. 10. Aliquando pro conari, siue anniti, quod & Allaborare dicitur. Cicero de prouinciis. Nec decreui solum, sed etiam ut uos decerneretis, laboraui. Inte dum idem quod angor, & sollicitus sum, Cicero Epist. 110. Nam de iudicijs quod queris, multo laboro minus. trahantur per me pedibus omnes rei: sit uel Selus tam eloquens, ut probare possit se liberum: non laboro. Idem Quint. Frat. De filii tui eruditione quod labores, nihil est. Aliquando pro componere, colere, Virgilius secundo Aeneid. Arte laboratæ uestes, id est, compositæ. Et laboratus ager, dicitur qui probe cultus est, Laborati, hoc est, compositi, elucubrati. Mart. libro primo: Plena laboratis habeat cum scrinia libris, Emittis quare Sossiane nihil? Non laboro de hac re, hoc est, non curo,

neque anxius sum, inquit B. dæus. Cic. 4. Acad. Sed quia non laboro, quam uide ad ea quae dico probatus sum, eo minus conturbor. Laborare re frumentaria. Cæf. 3. Bel. Civ. Nili omnia perpeti parati, maxime re frumentaria laborant. Laborare litis. Liu. 4. Bel. Mac. Diuersisque duobus utis auaritia & luxuria ciuitatē laborare. Laborare, imperfonale. Cic. ad Lent. lib. 1. Laboratur uehementer, inclinata res est. Huius uerbi composita sunt, Allaboro, & Elaboro. de quibus egimus supra suis locis. A laboratus, fit compositum illaboratus, a, um, quod uita secernitur ab Inelaborato, quod inelaboratum, dicitur quod satis non artificio ex cultum est. Illaboratum uero, quod ex tempore, & sine labore factum uidetur. illud uitio dari solet, hoc laudi. Quint. de Cic. Cum interim hæc omnia, quæ uix singula quispiam intentissima cura consequi possit, fluunt illaborata.

LABRADEVS, Iuppiter, in Caria colebatur: cuius simulacrum primū dicitur consecratæ Arselis rex, cum Gygi aduersus Candaulem Mydorum regem suppetias tulisset, indeque securim, Lydorum regem gestantem, in Cariam retulisset. Securim autem Lydi λωβίω appellat. Vnde Ioui Labradeo cognomen factum est. Vide Cæf. lib. 6. c. 11. Auctor est Plin. lib. 32. c. 2. Labradei Iouis delubrum fontem fuisse anguillis insignem, quæ &c.

LABRYM, b, is, [Labro.] uide Labium. Cic. de Nat. Hunc censes, ut dicitur, labris gustasse philosophiam.

LABRYM, Venereti, di. Jaxos, herba est ex genere aculeatarum, echinata ferens capitula: quibus fullones pannis uestibusque lanam inducunt. Cic. 14. Q. Fr. Dioscorides Dipfacum appellat. Vulgus herbæ riorum Virgam pastoris.

LABROSVS, a, um, [Cheba gran labris.] χειλαειδές, quod extremitates habet, ueluti quædam labra prominentes. Cels. lib. septimo, cap. 26. Ferramentum fecit in summa parte labrosum, in ima temicirculatum.

LABRVS, piscis genus, cauda placens, ab uno Ouidio memoratum, referente Plin. lib. 32. c. vii.

LABRVSCA, æ, [Lambrusca. Gall. Vigne sauvage. Hisp. La uua de la uid siluestre.] ἀγρία, μακρός, ἄμακρος, ἀγρία, uitis agrestis, quæ & Erratica dicitur. Labrusca dicta, teste Seruio, quod in agrorum labris, hoc est, marginibus, & sepibus nascatur. Virg. in Buc. Syluestris raris sparsit labrusca racenus. Legitur & Labruscū n. g. Vir. in Culic. Densaque, uirgultis auide labrusca petuntur.

LABRYNVM, arbor est Alpina, dura candidaque materia, aquas refugiens, cuius flori in cubitali longitudine non attingunt Apes. Auctor Plin. lib. 16. c. 18.

LABRYNETVS, filius Niocrois Reginae Babyloniae, tandemque Babyloniorum tyrannus. Herod. uide lib. 1.

LABRYNTHVS, labyrinthi, [Labyrinthos.] λαβύρινθος, per y, & per th, locus multis uiarum ambagibus inflexus. Quatuor autem principuos fuisse Labyrinthos docet Plin. lib. 26. c. 13. Creteum, qui arte maxime fuit spectabilis, a Dædalo, ut putant, factus iussu Minois, qui Minoetaurum illi inclusit: cui Athenienses ex foedere septem quotannis ex liberis suis deuorandos mittebant. Aegyptiū omnium maximum & portentosissimum humani ingenij opus, lapideis & Paro columnis in introitu, reliquis Syeniticis, unde exenplar sumptus eius, quem in Creta fecit Dædalo: quem Pompeius Mela 1. 1. describit. Lemnium, columnarum nitore insignem, centum enim & quinquaginta columnas habebat. Quartum Italicum, a Forfana Etruscorum rege sepulchri causa exitu factū. Creteus centesimam tantum portionem eius, qui in Aegypto erat, continebat, itinere tamen ambagibus, occurribus, & recursibus multo admirabilior. Si quis plura nolere cupit, Plin. adeat lib. 36. c. 15. qui uere uersam illam fuisse dementiae scribit, quæ fuisse gloriam impedio nulli profuturo, præterea fatigasse regni uires: cum tamen laus maior artificis esset.

LABRYNTHVS, a, um, Catullus: Ne Labyrinthis e flexibus egredientem Tecti, frustraretur inobseruabilis.

LABRYNTHIACVS, a, um, apud Mantuanum.

LARYZVS, λαβύζος, aromatis genus, ex quo myrrhæ commisso Perficorum regum diademata solent parari. Est autem Labyzus, gummi quoddam mirrhæ non dissimile, sed longe pretiosius, odoratiusque. Cæf. Rhod. lib. & cap. 18.

LAC, lactis, [Lacte. Gal. Du lait. Hisp. Leche.] γάλα, succus maternus quo animalia nutriuntur, dictum a laciendo quod admotis mammis infantes alliciantur. Virg. 2. Ecl. Et lac subducitur agnis. Lactes, gen. ut. in nominatio dixit Plautus in Men. Nec aqua aquæ, nec lacte lacti mihi crede usquam similis. Lac Schilton appellatur, in quo pars caseola separata est a serosa. Lac Cyrenaicum, laserpitij succus, quod & Laser appellatur, in Cyrenica regione prima repertum. Vide infra in dictionibus Laser & Laserpitium.

LACCOBRICA, ἀκκοβρίνα, oppidum Vaccæorum, in Hispania Tarraconensi. Ptol. lib. 2. c. 6.

LACAENA, æ, λακίνα, femininum est a Lacone, ἰ, ificans mulierem

rem ex Laconia. Cic. 1. Tusc. Virg. 2. Aeneid. Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacæna. Idem 2. Geo. Virginibus bacchata Lacænis Taygeta.

LACEDAEMON, onis, λακεδαίμων, clarissima totius Peloponnesi urbs, Lycurgi legib. optime instituta, alio nomine Sparta dicta, Menelai olim regia. Dicta Lacedæmon a Lacedæmone Iouis & Taygetes filio. Virg. 7. Aen. At non sic Phrygius penetrat Lacedæmonia pastor. Huius ciues Lacedæmonij dicuntur, & Lacones. Vegetius etiam Lacedæmonas appellat l. 3. Athenienses (inquit) & Lacedæmonas, & Macedonas rerum poritos.

LACEDAEMONIVS. Cic. de Leg. Illa leueta Lacedæmoniorum, & c. **LACCOPLVTI**, λακκόπλυτοι, cognominati sunt Calli & Atheniensis posterij, propterea quod is Callias repente ditatus esset, thesauro in campis Marathonis subter terram inuento. Nam Græci λακκίς appellabatur, quos & Syros dicimus, hoc est loca subterranea, in quibus uinum, oleum, frumentum recondabant. Unde & Laccum pro sepulchro usurpat Pfliniorum interpres, κρηδίων θήσομαι τοῖς καταχωνίαις εἰς λακκίς; hoc est similis ero descendenti tibus in laccum.

LACER, ri, & Lacerus, a, um, pen. cor. [Iacerato, stracciato, squarciato. Gal. Deschirer, desmembre, mutile. Hisp. Despedazado en partes.] διεσπασμένος, dilaniatus. Proprie ait Alconius, Lacerus dicitur amputatus membris, aut oculis, uel auribus. Virg. 6. Aen. Atq. hic Praxidem laniatum corpore toto Desiphobum uidit, laterum crudeliter orra. Tacit. Donec soluta compage scutorum, ex sanguine lacerosq. prosternebant. Lacer (inquit Festus) dicitur, qui auribus curtatus est, item Lacerum, quod eum que in corpore imminutum.

LACERNA, næ, ζακνὸν, uellis exterioris genus, pluuiæ frigidæque iniuriæ propulsandæ in primis accommodatum. Pfl. lib. 18. c. 25. de Vergiliatum occasu agens. Ergo ex occasu eius de hieme augurantur, quibus est cura inuidiandi negotiatoris auaritia nubilo occasu pluuiosam hiemem denunciant, statimq. augentur lacernarum pretia. Haec uenit Plin. Ob eandem etiam causam a uiatoribus lacernæ sumebantur, præsertim ab ijs, qui expedite & sine toga impedimento iter facere uolebant. Hinc M. Antonio obiicit Cic. quod nimio sustinendi studio ordinis, magistratusq. sui oblitus, non toga aut calcei ornatus, ut consulem decuit, sed gallicis & lacerna, ut quiuis e vulgo in urbem redisset. Verba eius sunt hæc 2. Phil. Nam quod quærebatur, quo modo redisset, primum luce non tenebris, deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. In castris item nobilibus lacernis utebantur. Ouid. 2. Fast. Mittenda est domino nunc nunc, propterea puellæ. Quæ primū nostra facta lacerna manu. Verba sunt Lucretiæ puellas suas ad opus adhortantis, ut viro suo in Ardeæ obsidione agenti lacernam mitteret. Lacernis item in spectaculis utebantur, & potissimum candidis, quæ togis superinduebantur. Mart. in Dithichis. Amphitheatrales nos commendamur ad usus, cum tegit argentis nostra lacerna togas. Candidis autem potissimum lacernis in spectaculis usus fuisse, satis indicat Epigramma Martialis in Hor. quendam, qui cum solus nigra lacerna spectaculis interesset, ceteris omnibus albatis, factum est, ut repente cadente niue, ceteris concolor redderetur. Verba eius sunt hæc:

Speçabat modo solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Cum plebs, & minor ordo, maximusq.
Sancto cum duce candidus sederet.
Toto nix cecidit repente celo:
Albis spectat Horatius lacernis.

Mulieres quoque lacernis quandoque usas legimus. Iuu. Sat. 1. Ipse lacernatæ dum se iactaret amice.

Festus Lacernam dictam putat, quasi Laceram, hoc est, parte aliqua inminutam, eo quod minor sit (ut ille ait) caputio.

LACERATIO, onis, [Stratio. Gal. Deschirement, desmembrement. Hi. Despedazadura.] uerbale σπαραγμα. An ego si te, & Gabinium crucifixos viderem, maiore afficiar læticia ex corporis uestri laceratione, quam afficior ex infamia. Muliebres lacerationes genarū. Cic. 3. Tusc. Huius uerbi composita sunt Delacero, & Dilacero, de quibus supra egimus suis locis.

LACERO, as, [Stracciare, squarciare. Gal. Deschirer, desmembrement, mutier, mettre par pieces. Hisp. Despedazar en partes.] περισύνος, dilatio, membrum discerpo. Virg. 3. Aen. Quid miserum Aeneas laceras? Lacerare morsu uiscera. Cicero 2. Tusc. Lacerare unguibus, ibidem. Lacerare homines male suadendo. Plaut. in Curc. Lacerare diem, in vanum consumere tempus diei. Plaut. in Stich. Lacerare rem suam, absumere bona sua, Plaut. Mer. Lacerat me meus mæxor, Cic. ad Att. lib. 3.

LACERTA, tæ, [Lacerta. Gall. Laisarde. Hisp. Largarito animal reptile.] σαύρα, uel Lacertus, ti, σαύρος, serpentis genus, notissimum, in e nomen habens, quod pedes habeat ad nostrorum lacertorum, hoc est, brachiorum similitudinem accedentes. Eius duo sunt genera, colore & magnitudine distincta. Minorem zignyda uocant,

sive Chalcidem, tergo ferrugineo maculis quibusdam nigricantibus distincto. Alterum genus uiride est, superiore multo maius, Italia quam nostris regionibus frequentius. Vtroque in genere mas Lacertus dicitur. Virg. Ecl. 2. Nunc uirides etiam occultant spimetæ lacertos. Cic. ad Att. lib. 2. Nam ad lacertas captandas, temp. istates non sunt idoneæ.

LACERTOSVS, a, um, [Musculoso, forte. Gal. Qui a gros muscles, fort & puissant. Hisp. Coja con more çillos, fuerte.] id est, torosus & musculolus. Col lib. 7. Feminibus lacertosus, ceribus compactus. Quandoque idem quod ualidus, & robustus, Cicero 8. Phil. Quos centuriones pugnaces, & lacertosos inter Mimorum, & Mimorum greges collocauit.

LACERTVS, σαύρος, piscis genus mari peculiare, cuius multæ enumerantur species a Plin. lib. 31. cap. ultimo. Mart. Cum saxerani ferretur tibi cauda lacerti. Lacertus item in homine dicitur summa brachij pars inter scapulæ, & cubiti ossa intercepta, quæ a Celso Humeus, a Galeno βραχίων appellatur. Virg. 5. Aen. Ferit ethera clamor Nauticus adductis spumant freta uersa lacertis. Et quoniam partes illæ corporis musculosæ sunt, & ualidis toris compactæ, factum est, ut Lacertos pro uiribus ac robore accipiamus, neque solum pro corporis robore, uerum etiam pro uoluntate & pondere orationis, quos & neruos appellamus. Cic. de Clar. Or. Quamquam in Lysia sunt sæpe lacerti, sic ut fieri nihil possit ualentius. Amentatas has alio aliquo accipere, & eas oratoris lacertis, uiribusq. torquere, apud Cic. 2. de Or.

LACESSOS, is, lacessius, & lacessi per syncopen, & lacessisse, pro lacessisse, & lacesserunt, pro lacessuerunt, [Prouocare, incitare. Gall. Irriter, agacer, prouoquer. Hisp. Prouocar o desfiar.] προκαλεσμαι ἄρχω, Est autem Lacesso idem quod prouoco, irrito, incito. Et tam in bonam partem accipitur, quam in malam. Ter. in prolog. Eunu. Is ne erret, moneo, & desinat lacessere. C. nos ego sermone, qui & multi sunt, & tuam exitimationem (ut sentio) non offendunt, lacessiu numquam, i. excitauit, inquit Budæus. Sall. Prædie legiones in monte positas lacessiu. Cic. Cornif. Sic igitur facies, meque amabis, & scripto alio lacesses. Ego enim respondere facilius possum, quam prouocare. Huius passiuum est Lacessor, Cic. 3. de Or. Testis sæpe non sedit, nisi lacessatur. Legitur & Lacessiri per partem uerborum declinationem, ab indicatio Lacessior, quæ æmulum Accerso dicimus, & Accersio.

LACHANON, [Herbe da mangiare,] λάχανον, Græcum nomen est, generale ad omnia olera. Hor. l. 1. Ser. Sat. 6. Ad porri & ciceris refero, lachaniqu. catinum.

LACHANOPLA, [Herbauolo,] penult. prod. λαχανοπάλης, olerum venditor.

LACHANOPLIS, λαχανοπάλης, mulier olera uendens.

LACHANOPLIVM, [Piaçça delle herbe,] π.ε. λαχανοπωλείον, forum oliuorum, hoc est, locus uendendis oliuibus destinatus.

LACHESIS, λάχης, uia Parcarum, quam Latine fortem interpretari possumus. Nam λαχύνει, est sortiri. Hanc autem iccirco uita humanæ præesse uoluerunt, quod in ea fortem, hoc est, casum plurimum ualere arbitrabantur.

LACHRYMA, uel potius Lacryma, [Lacrime. Gall. Larme. Hisp. Lagrima.] sine aspiratione, a Græco δάκρυον, d. in l. mutata: cuius rei argumentum illud esse potest, quod uetustissimi Dacrymans dicebāt, seu uo d. Festus: Dacrymas pro Lacrymas Lilius sæpe posuit: nimium quod Græci δάκρυα appellant. Sunt tamen, qui uegent hoc nomen Græcum esse, sed Latinum, a lacero: ut sint Lacryma dicitur, quasi lacertimæ, quoniam ex animi laceratione lacryma citantur. Quicquid, id est, constat certe absque aspiratione scribendum. Est autem Lacryma, humor ex oculis flentium manans. Ouid. lib. 2. Met. Perfudit lacrymis, & aperto pectore fuit. Lacrymæ arborum dicuntur, auctore Theophrasto, ipse humor naturalis, quæ interdum ipse arbores fortis ostendunt, uel qui in ipsis interioribus partibus continentur.

LACHRYMABILIS, le, [Lagrimevole, misérable,] πολυδάκρυς, lacrymas commouens, miserabilis. Ouid. 7. Met.

Vixq. tener lacrymas, quia nil lacrymabile cernit.

LACHRYMABUNDVS, a, um, Liui. l. 3. ab uerb. At ille lacrymabundus, Gratum est, inquit, crastina die uestra opera utar.

LACHRYMATIO, onis, [Lacrime,] Plin. in proæ. lib. 13. Genarum scabiem emendat, oculorumq. lacrymationes.

LACHRYMOSE, aduerb. Plin. lib. 16. cap. 43. Stamineam hoc usu probant uenam & uocant fertilem, argumento similitudinis, quoniam lacrymose crispa.

LACHRYMOSVS, a, um, [I agrimoso. Gal. Plein de larmes. Hisp. Llento de lagrimas] δακρυβόεις, abundans lacrymis. Plin. lib. 17. c. 28. Quin & uitium radicibus a quam salfam iubent affundi, si sint lacrymosæ. Carmen lacrymosum, Quid. l. 5. Trist. Funus lacrymosus, hoc est, prouocans lacrymas. Hor. lib. 1. Ser. Sat. 5. Fumera lacrymosa. Ouid. Ep. 13. Risus lacrymosus. Stat. 7. Theb.

LACHRYMATVS, a, um, part. a passiuo Lachrymor. Ouid. l. 1. Fas. Nōdum

lum pertulerat lacrymatas cortice myrrhis Acta per aquoreas, hospita nauis aquas.

LACHRYMO, as, pe. cor. neutrum, & Lachrymor, aris, deponens, uel potius Lachrymor sine aspiratione, [*Lagrimare, piangere. Gall. Larmier, pleurer, jeter, larmier. Hisp. Lacrimar, llorar con lagrimas.*] *δακρυον*, lacrymas effundo aut profundo. Ter. in Adel. Oh, lacrymo gaudio. Ouid. 3. de Arte amandi: Quo non aes penetrat? discunt lacrymare decenter. Lacrymat id, hoc est, ob id, Ter. in Eun. Num id lacrymat uirgo? Cic. 7. Verr. Equus fuit, quin lacrymaretur? Ouid. 13. Met. Manuq. simul ueluti lacryma autia terfit Lumina. Lacrymare etiam dicitur plantę, cum humor ex eis distillat. Plin. lib. 17. c. 14. Ideo lacrymantes calamos inferi non oportere, non hercule magis quam aridos. In qua significatione interdum inuenitur post se habere accusatiuum Lact. in Hymno Domnicae resurrectionis: Lacrymat sua gaudia, palmes. Huius composita sunt, Collacrymo, Delacrymo, Illacrymo, & Superlacrymo: quorum significata uide suis locis.

LACHRYMULA, *λακρυμυλλα*, [*Lagrimetta.*] *δακρυδριον*, Ter. in Eun. Hęc uerba una mehercle falsia lacrymula, quam oculos terendo misere uix uel expresserit, restinguet.

LACIBRUEIVM, Ptol. lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs in climate magis Septentrioali.

LACINIÆ, sunt in uestimento partes extremę, quas interdum in humerum solemus reuocare, quibusq. in sinum collectis, aliquid gestare consueuimus: ita dicitur, ut Festus indicat, a lacerando quod sint partes quędam, & segmenta uestem diuisidentia. Cic. Tironi: Videor enim uidere te eanumten rusticas res, cum uillico loquen- tem, in laciniā ueruantem ex mensa secunda semina. Vnde laciniata uestis, id est, sinuosa, & aduerbium Laciniatim, quod significat particulatim, & separatim. Apuleius: Non laciniatim disperso, sed cunctatim stipato conneatu difficultates illas transabiremus. Col. lib. 8. lubet pecus ægrotum distribui, in laciniis, i. in partibus separari, ut facilius conualescat. Nam discreta animalia, & in partes diuisa, in laciniis segregata dicuntur.

LACINIOSVS, a, um, [*Ampio, largo. Gal. Qui a des plis. Hisp. Llano de hadas.*] amplus, & sinuosus: ut, Vestis laciniosa. Sermo Lacini- osus, id est, flexuosus, multique uerbosus inuolutus. Hieronymus ad Theo. Laciniolosus contra nos sermo protractus est. Ab eodem disputatio laciniola dicitur, pro tortuosa & implicata. Ab Apuleio, Conuallis laciniola. Plin. etiam Alexandriam laciniolam fuisse scribit, hoc est, extremis uestium lacinis similem. Verba eius sunt hæc lib. 5. c. 10. Mecatus est eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio, xv. m. pass. laxita te inserta, ad effigiem Macedonię chlamydis, orbe gyrato laciniolam, dextra læuaque anguloso procurul. Laciniola folia. Plin. lib. 25. cap. 10.

LACINIUM, *λακινιον*, promontorium in extremis Italię sinibus, inter Peliliam, & Crotonem in mare excurrens, Ioniumque diri- mens ab Adriatico. Dicitur Lacinium a Lacino quodam latrone, quem Hercules, quod boues suos abegisset, ibi tradidit inter emissa, funonque ibidem templum ædificasse, quam etiam a nomine illius Laciniam cognominauit. Virg. 3. Aen. Hinc sinus Herculei (si uera est fama) Tarenti Cernitur: Atto. lit. se Diua Lacinia contra.

LACIOS, is, lacui, & lexi, secundum Priscianum: & in supino lacitum, & lectum, [*Menare nello aquato. Gal. Tromper. Hisp. Gujar el engaño, o por enganar.*] *επαγυον*, significat in fraudem ducere & obsoleto nomine Lax, quod fraudem significat. Festus: Laci, id est, decipien- do inducit. Lax enim fraus est simplex tamen Lacio desit esse in usu. Eius composita sunt, Allicio, Delicio, Elicio, Illicio, Oblicio, Pellicio: ex quibus sunt frequentatiua, Allectio, Delectio, Electio, Illectio, Obllectio, Pellectio. Et habent quidem duo preterita eodem Prisciano teste, & duo supina, quemadmodum Lacio: quam uis ab Elicio, Ellicui solum inueniatur. Ex eo tamen quod faciat frequentatiuum Electio, uidetur aliquando etiam habuisse prete- ritum Elexi, & supinum Electum. Plaut. in Asin. lbo aduersum, at- que electabo, quicquid illud sit. Cetera uisitata preteritum per xi, & supinum per æum, faciunt: ut Allicio, Allexi, Allectum: Pel- licio, Pellexi, Pellectum. Legitur tamen & preteritum Pellicui, apud antiquos. Liu. Andronicus in Laudan. Te illo Asiatico or- natu fluens pellicuit.

LICIPPO, Hispaniæ Bætię oppidum est in conuentu Gaditano, te- ste Plin. lib. 3. cap. 1.

LACMON, *λακμων*, Epiroticorum montium pars est, ex qua Acas flu- uis oritur, per Apolloniatarum agrum in mare Adriaticum illa- bens. Auctor Herod lib. 9.

LACON, onis, pe. gen. pr. *λακων*, qui est ex Laconica regione. Stat. 7. Thebaid. Tandem insperatus media de gente Laconum Proslit Alcidas. huius fœmininum est Lacena, ut supra ostendimus. Est item Lacon, canis nomen apud Ouid. lib. 3. Met. Præualidusq. Lacon, & cursu fortis Aello.

LACONICA, *λακωνικη*, Peloponnesi regio, inter argiuum agrum, & Messeniacum, secundum lictus extensa: olim a numero centum ciuitatū Hecatompolis appellata: quarum omnium caput fuit La- cedæmon, quę & sparta, salutaribus olim Lycurgi legibus opti- me instituta. Hinc proxiimus sinus.

LACONICVS dicitur, inter Tænarum promontorium, & Maleam ex- tensus. Vide Strab. lib. 8. & Plin. lib. 4. ca. 5.

LACONICVM, *σι*, [*Sissa. Gal. Estiue. Hisp. Lugar enel baño para sudar.*] *λακωνικον*, subitantiuum, ponitur pro loco in balneis orbiculari ambitu in se recuruo, quo sudor elicitor sicco, calore, ut docet Cels. lib. 2. Non nulli hypocaustion, alij uaporarium appellant. Vir- trul. 5. præcipit Laconicum sudationesque coniungi debere tepi- dario. Est enim fornacula ex terra & tegulis mammatis addito to- mento concinnata, quę in incluso igne per spiracula parua calefacit per præfurnium Laconici. Frequentabatur Laconicum a cru- dis, ut per sudationem extruderetur quicquid extremi titii & superflui humoris in corpore sedidisset. Col. in præf. lib. 2. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas, quotidianā crudiratem laco- nicis excoquimus, & exucto sudore sitim quærimus. Dicitur Laco- nicum, quod eo Lacones peculiariter uterentur.

LACONISMVS, *νισμι*, [*Parlar breue & corto. Gall. Vn parler bref & court. Hisp. Hablar breue.*] *λακωνισμος*, breui loquium. Tractum a La- cedæmoniorum moribus, quibus proluxa loquacitate nihil erat odiosum. Ci. ad Brut. lib. 11. Sed quid ego? non imitor laconismū tuum: altera iam pagella procedit.

LACRYMA, *α*, Lacrymo, as, uide Lachryma, & Lachrymo.

LACRYMULA, lege Lacrymula.

LACRYNES, *λακρυνης*, Lacædemonius quidam fuit, ad Cyrum Io- nibus bellum inferentem legatus missus, teste Hero. lib. 1.

LACTARIVS, a, um, [*Cheba lacte.*] *γαλακτιδης*, quod lac in se habet, siue succum lacteum. Plin. lib. 26. ca. 8. Tithymalum uocatur herbam lactarium uocant, alij Lactucam caprinam. Lactaria animalia que lactis gratia pascuntur. Varr. lib. 2. de Re ru. cap. 1. Dandum bubus lupinum, & lactaris medica & cythium. Lactaria item dicuntur cibi ex lacte confecti. Spartianus in Helio. gal. Dulcarios & lactarios tales habuit, ut quęcunque coqui de diuersis edulis exhibuissent, uel fructores uel pomarii, illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberent.

LACTATVS, us, ui, [*Il lactare.*] actus ipse lactandi. Plin. lib. 32. ca. 2. Ob id sibi col a piscatoribus tanquam serpentibus uocari, & capi. pin- guescere, lactatu, &c. De muris.

LACTARIVS, *νι*, *γαλακτιδης*, pistor qui cibos ex lacte conficit. Spartianus in Helio. gal. Dulcarios & lactarios tales habuit, ut quęcunque coqui de diuersis edulis exhibuissent, uel fructores uel pomarii, illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberent.

LACTEVS, es, [*Lattare. Gal. Tetter, sucer du lait de la mamelle. Hisp. Mamar la leche.*] lac ligo, *σπλαγχις*, Cic. 2. de Diuina. Romulus lactens fœlmine ictus. Vnde lactens porcus, est qui adhuc lac sinit. Cice., de Leg. hostia lactens. Var. 2. de Re ru. ca. 4. Porci qui depulsi sunt a mamma a quibusdam Delici uocantur: neque iam lactētes di- cuntur. Lactentia frumenta, uocat Virg. lib. 1. Geo. quasi lactescen- tia, hoc est, albescentia, & lactis colorem referentia.

LACTEOLVS, a, um, diminutiuum: ut, Puellę lacteolę. Catul. in Ca- merium, epigram. 51.

LACTES, pluralis num. gen. fœm. dicuntur graciliora intestina, per quę labitur cibus, quę tria sunt, tenuis, ieiunum, Pylorus, inuoluū- turq. mesenterio, ut a spinę contractu duro munitiora tutioraq. reddantur. Dicitur Lactes a lacte, aut propter molliem, aut pro- pter candorem pinguedinis: aut certe ab antiquo uerbo Lacio, propterea quod cibum alliciant. Pla. Curc. Ita cibi uacuitate uenio laxis lactibus. Plin. existimat Lactes tantum in hominib. & ou- ib. dici, in ceteris autē animalibus ille appellari. Eius uerba sunt lib. 1. c. 37. Ab hoc uentriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus, in ceteris ille a quibus capiora intestina ad aluum homineque, flexuosissimis orbibus. Quidam pro intestinis pingui- bus accipiunt: unde Persius: Emeris auriculas pulmone & lacti- bus unctis.

LACTESCO, [*Conuertirsi in latte. Ga. Devenir lait, auoir du lait. Hisp. Ser- o hazer se leche.*] *γαλακτιδης*, est in lac conuerti. Ci. lib. 3. de Natu. Deo. Omnis fere cibus matrum lactescere incipit. Nonnunquam idem quod lacte impleri. Plin. lib. 1. c. 41. Afine prægnantes conti- nue lactescunt.

LACTEVS, a, um, [*Di latte.*] *γαλακτιδης*, quod ex lacte est. Quandoq. accipitur pro nino, & lactis candore referente. ut, Colla lactea Virg. 8. Aene. Tum lactea colla Auro innectuntur. Lacteus por- cus, qui lacte alitur. Mar. lib. 5. Nondumq. uicta lacteum faba por- cum. hoc est, porcum adhuc lactentem, & fabam per gratem fran- gere non ualentem. Lacteus orbis, siue circulus, in cælo dicitur quem Græci *γαλαξια*, uocant: utroque nomine a lactis candore deducto. Cic. in Som. Scip. Erat autem is splendidissimo candore

infer flammis circus elucens, quem nos (ut a Graecis accipimus) orbem lacteum nuncupamus. Plin. lib. 2. c. 25. Omnes ferme sub ipso Septentrione aliqua eius parte non certa, sed maxime in candida, quae lactei circuli nom. n. accipit. Vide Macrobius in Somn. Scip.

LACTICINIA, [Cibi di latte.] *δωγάλα*, a quibusdam appellantur cibi ex lacte confecti, quae aptius Lactaria dici possunt. Vide Hieronimus in Plinium.

LACTIDIACTI, sunt qui circa umbilicum calce percussi sunt, quia ea pars delicata & mollis est, aut quia intestina circa umbilicum esse noscuntur.

LACTO, [Lattare, dicitur il latte Gall. *Alaiter*. *Hisp. Dar à mamar la leche.*] *διδάσκει* hoc prebeo, quod proprie intrum est. Varr. 2. de re rust. c. 7. Anticulis iam factis dandum hordeum, & suis futes usque quoad aderunt lactantes. Lactans mulier proprie dicitur quae lac in mammis habet. Gell. lib. 1. c. 1. Nam praeterquam sine discrimine, quae cumque lactans est eo tempore offerri solet. Cels. lib. 2. c. 28. videtur Lactantia accipere pro lactariis, hoc est, pro his, quae ex lacte confecta sunt. Lac (inquit) mel, adeoque lactantia, atque omnino pistorum opus. A Lactio sic compositum Ablactio, hoc est, a lacte arceo, quod uide suo loco. Est praeterea Lactio frequentativum ab antiquo verbo Lacio, quod significat decipio, & per blanditias in fraudem illicio. Ter. in And. Nonne tibi factis esset hoc usum sol dum esse gaudium, Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres?

LACTORIS, herba est olea folio, sed minore, & flore luteo intus plena lactis, quod guttatum uocationis concitat. Eadem esse putatur, aut certe simillima illi, quae Militaris herba appellatur, quoniam nullus fetio factum uulnum non sanat intra dies quinque et oleo composita. Pl. n. h. 9. c. 18.

LACTUCA, x. p. p. [Lattuca. Gall. *Lettue*. *Hisp. Lechuga.*] *Σπίδα* herba acetariorum usu notissima: unde dicta, quod abundantia lactis exuberet. Plin. lib. 1. c. 8. Quae in comis uocatur a copia lactis soperiferi, quam quam omnia solum praeter credantur. Apud antiquos Italiae hoc solum genus clarum fuit: & ideo lactuce nomen adeptae Lactucarum alii sunt Caelianae, alii Cappadoces. Item Tartessacae, Paphiae, siue Cypriae, & Scythiae. Lactucarum crispas Cappadocas uocant. Scythiae, quae late per terram diffunduntur, quae & Laconicae dicuntur teste Plin. lib. 19. c. 9. Mart. lib. 13. Claudere quae ceras lactuca solebat auorum:

Dic mihi, cur nostras incipit illa dapes?

Hor. 2. Ser. Sat. 4. Nam lactuca inatit acri Post unum stomacho.

LACTUCINI, cognominati sunt Romae proceres quidam ex Valeria familia, appellatione a lactuce deducta. Vide Plin. lib. 19. c. 4.

LACTUCULAZ, demin. Colum. lib. 10. iam teneris frondens lactucula fibris.

LACUNA, x. pen. p. [Acqua morta, laguna. Gall. *Lacune*, *fosse*, *Hisp. Laguna de agua reposada.*] *τρυπη*, lacu sit, & est aquae collectio, uel fossa (ut Festus docet) in qua aqua collecta stare consuevit. Virg. l. 4. Geo. Praesertim incertis si mensibus annis abundans Exit, & obducto late tenet omnia limo, Unde caue tepido sudant humore lacunae. Vbi Seru. Lacunae sunt fossae in quibus collecta aqua stare consuevit. Unde et in agris Lacunae dicuntur fossae ad sicandos agros paratae. Idem lib. 2. Georg. Et rotae solidam in glaciem uertere lacunae. Lacuna pro quacumque etiam fossula, siue concavitate accipitur. Varr. 2. de re rust. c. 7. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, praeterquam cum dentes sunt facti brochi, & superciliosa cana, & sub iis lacunae, & obseruatu dicuntur equum habere annos sedecim. Lacuna in pauimento pro loco sidentae ponitur a Vitru. lib. 7. c. 1. In libris quoque Lacunae dicuntur loca hiatus & mutilata, in quibus ad perfectionem non nihil desideratur. Expletre Lacunam rei familiaris per translationem dicitur pro eo, quod est sarcire damnus acceptum, uel rem familiarem eximiam tam expletre, & redintegrare. Cic. Act. 2. in Verr. Centores fecerunt idem, quod in nostra rep. solent illi, qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent Item uallectula superioris labri, per similitudinem Lacuna uocatur a Lactantia. Lacuna in auro; id est, adulteratio, uel fraus, & legitimi ualoris imminutio. Cic. Att. Vide ne qua sit lacuna in auro.

LACUNAR, a. is, p. p. *οὐτὸν*, signorum interstitium, lacuum, siue lacunarum quandam similitudinem referens. Horat. lib. 2. Carm. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Cic. 5. Tusc. In hoc medio apparatu fulgentem gladium & lacunari, sceta equina appensum, demitti iussit. Eadem & laquearia dicuntur. Virg. 1. Aen. Dependent lychni laquearibus aureis.

LACUNARVS, a. um, ad lacunae formam depressum. Plin. lib. 15. c. 10. Intus ex les nucleos lacunaris includi toris.

LACUNO, a. s. p. *ουτὸν*, *οὐτὸν*, lacunar facio, uel lacunaris similitudinem rei alieui induco. Ouid 8 Met. Mollis tellus erat humida musco: Summa lacunabant alterno murice conchae.

LACUNOSVS, a. um, adiecti idem est quod inaequale, & lacunis plenum. Cic. 2. de Nat. Deo. Quid pulchrius ea figura, quae sola omnes alias figuras complexas continet, quaeque nihil asperitatis habere, nihil ostentationis potest, nihil incilium angulis, nihil anfractibus, nihil eminentis, nihil lacunosum?

LACUNCVLA, x. demin. a Lacuna.

LACVS, huius lacus, gen. itas. [Lago. Gal. *Vn Lac*. *Hisp. El lago que tiene agua viva.*] *λαγνη*, *λαγνος*, locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos, & flumina. Differtq. a Stagno, quod hoc temporalem habeat aquam stagnantem, quae praeterquam hinc me colligi solet, aetate siccare: cum Lacus aqua sit perpetua & perennis. Virg. 8. Aen. Deinde lacu fluuus se condidit alto. Col. lib. 7. cap. 105. N. Culla re magis gaudet, quam riuus, atque cenofo lacu uoluntari. Item Lacus dicitur uas amplum in quod multum pedibus praeterquam expressum infunditur. Ouid. in Fast. Praemia de lacubus proxima multa tuis. Graece *λαγος*, dicitur: unde Lenegus Bacchus, & Lenobates, uuae calcator. Lacubus item distinguunt granaria, ut separatim, quae que legumina ponantur, ut est uidere apud Colum. lib. 1. cap. 6 Interdum Lacus accipitur pro trabe plana in adificiorum contignationibus, teste Seruio, uel pro ipso tignorum interstitio, lacuum quandam similitudinem referent. Lucil. Refultraeque aedificue lacusque.

LACVSVLVVS, Colum. lib. 12. c. 50. Oportet habere lacusculos tam multos, quam postulat modus oliuae.

LACVDES, a. u. u. n. Suidae, philosophus fuit Cyrenaeus, primus uox Academiae institutor. Hunc tradit Plin. tantopere ab asere quodam fuisse adamatum, ut ei perpetuo comes adhæreret, uisquam ab eo non in publico, non in balneis, non noctu, non interdum digressus. Fuit praeterea hoc nomine quidam ex Arguoruni regibus molli uicibus, comaque perpetuo unguentis delibuta. Meminit eius Plin. eo in Opusculo, quo docet, quo pacto utilitatem ab inimicis capere possimus.

LADA, Plin. *λαδον*, Dioscor. frutex est ex cythi generibus, longioribus foliis, & nigrioribus, quae uerno tempore pingue quiddam & rosicidum contrahunt, quod caprarum barbæ adhæreret, indeque depexam colatur, cogiturque in ossas. Id Ladanium appellant, in Cypro insula praecipue laudatum. Plin. lib. 12. c. 7.

LADAS, a. d. a. s. Alexandri Macedonis cursor fuisse traditur, tantum uelocitate, uel uestigia eius in arena non apparent. Quo nomine statum meruit apud Argos in templo Veneris, quam *νικω*, *εὐρον* cognominabant. Mart. l. 2. Quid si per graciles uias Petauri Inuitum iubeas subire Ladam?

LADANVM, a. d. a. s. a. s. est quidam pingue Ladæ herbæ insidens, barbique caprarum adhærere. Hæc autem herba nascitur in Cypro. Vide Plin. lib. 12. cap. 17. & quæ supra auotauimus in dictione Lada.

LADÆ, insula in ora Ioniae, teste Plin. lib. 5. cap. 21. Stephanus *λαδων*, Aëolidis insulam facit.

LADON, a. d. a. s. fluuus Arcadiae, iuxta quem Poetæ fabulantur Syringam nympham in fistulam fuisse mutaram. Ouid. lib. 1. Met. Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem Venerat. Est & nomen canis Actæonis apud Ouid. l. 3. Met. Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon. Quo tamen in loco in castigationibus exemplari bus Lagon legitur, non Ladon.

LAEANA, oppidum est Arabiae ad sinum illum rubri maris, qui in Aegyptum uergit, qui ab oppidi huius u nomine Laeniticus uocatur. Auctor Plin. lib. 5. c. 11.

LAEDOSIS, s. m. per a diphthongum, [Offendere. Gal. *Blesser*, *mirre*, *offenser*, *saire* tort. *Hisp. De curar d'islar.*] *ελαδωσις*, uerbo facto aliquando ostendo: quod uerbum quidam a Graeco *λαιδωσις*, tractum putant, quod significat maledictis, & conuictis quempiam incesse re. Et conuictur sere cum accusatiuo. Virg. 1. Ecl. Ah ne te frigidam ledant, Interdum praeter accusatiuum habet datiuum. Ter. in Ad. Ille clemens, placidus, nulli ledere os, artidere omnibus. Non numquam etiam ablatiuum. Cic. pro Clu. Itaque diutius suspicio nibus obscuris laedi famam suam noluit. Ouid. 4. de Pont. Eleg. 6.

At si quem laedi fortuna cernis iniqua, Mollior est animo foemina nulla tuo.

LAESVS partic. vt, Cor uulnere laesum. Ouid. 12. Metam. Fœdus laesum, Virg. 12. Aen. Pudicicia laesa, Ouid. Fpist. 5. Huius composita sunt Allido, Collido, Elido, Illido, Oblido, quae habent p. pr. de quibus uide suis locis.

LAEMARGIA, [Crapula.] *λαμάργια*, crapula, uoracitas, & uentris ingluuius. Lemargus, uorax, helluo. Sed hæc fatius fuerit e Graeco Latino Lexico petere. Huc enim nihil pertinent: quippe, quae neque Latinis in usu sunt, neque nostris licet scribi consueuerunt.

LAEMVSCATION, *λαμυσκωσις*, premium quod reportabant, qui ex gladiarum uictores exitissent, *αμυσκωσις*, sanguis, *λαμυσκωσις*, guttur. *λαμυσκωσις*, uenam seco: quasi premium illud gladiatoribus daretur ob uictoriam. Praemium autem Graecis erat (ex Demosthene & Suida

Suida) centum minz .

LAENA, γαλανα, uestis Lanae (testibus Varrone & Festo) habitus dupplicis, quæ super cetera uestimenta imponebatur. Nonius putat esse uestem militarem, citans illud Virg. 4. Aeneid. Tyriusq. ardebat murice læna Demissa ex humeris. Pertusa læna, Iuuen. Sat. 7. Cic. de Clar. Orat. docet, Lænam etiam fuisse uestem sacerdotalem, qua Flamines uti solebant, cum sacrificia facerent. Qui (inquit) cum Consul esset, eodemq. tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat Flamen Carmentalis, plebis contra Patres concitatione & seditione nunciata, ut erat læna amictus, ita uenit in concionem.

LAENEVS (quod hic pro Cretæ fluuii corrupte legebatur) iude Le thaus.

LAERTIS, λαέρτης, siue (ut apud Strabonem & Stephanum legitur) Laertes, castellum est Ciliciæ, in tumulo quodam situm, qui mamillæ speciem præbet. Auctor Strabo lib. 14.

LAERTES, λαέρτης, Acrisij filius fuit, & pater Vlyssis, qui ab eo Laertiades dicitur. Ouid. in Ep. Penelopes :

Tres sumus imbelles numero, sine uiribus uxor,
Laertesque senex, Telemachusque puer.

LAERTIUS, a, um : ut, Regna Laertia, apud Virg. 3. Aen.

LAERTIUS, Diogenes, ex Laerte Ciliciæ castello ortus putatur, inde que cognomentum assumpsisse. Creditur floruisse sub Antonino philosopho. Scripsit vitas Philosophorum oratione soluta : eademq. breui carmine perstrinxit, quod πύματρον inscripsit.

LAESIO, nis, uerbale. [Offensa.] Cic. de Or. Purgatio, conciliatio, læsio, opratio, atque exaceratio.

LAESTRIGONES, p. c. λαεστριγόνες, populi fuerunt immanissimi, Formias Campaniæ urbem incolentes, quos Pli. lib. 7. tradit humana carne uiscitasse. Gell. lib. 15. c. 2. Præstantissimos uirtute, prudentia, uiribus, Iouis filios poetæ appellauerunt, ut Aeacus, Minoas, & Sarpedona : ferocissimos & immanes, & alienos ab omni humanitate, tamquam a mari genitos, Neptuni filios dixerunt, Cyclopa, Cercyona, & Laestrigones.

LAETABILIS, le, [Degno d' allegrezza, lieto,] γηθίσματος, id est, lætitia dignus. Cic. l. 1. Tul. Quod ut ita sit (nihil enim pugno) quid habet ita res aut lætabile, aut gloriosum? Inde fit eompositum Illætabilis contrariæ significationis.

LAETAMEN, minis, [Letame, gal. Fiens pour semer la terre. Hisp. Estiercol para estiercolar la tierra.] κῦρπος, simis, qui per agros iacitur, quod lætas, hoc est, pingues segetes faciat. Pli. lib. 28. c. 16. Ipsumq. pro lætamine est.

LAETIFICO, as, [Far allegro, allegrare] διαίτιον, lætum facio. Ci. 2. de Nat. Deo. Contrahit terram, tum uicissim lætificat, ut cum cælo hilarata uideatur.

LAETIFICOR, aris, [Allegrarfi, gal. Estre joyeux, s'esjourir. Hisp. Ser alegre.] deponens, γηθω, γήθουμαι, lætor, lætus sum. Pla. in Aul. Nunc eo, alii lætificantur meo malo & damno.

LAETIFICVS, ca, cum, ut Lætificæ uites. Cicero 1. Tusc. Ex antiquo Poeta.

LAETISCO, is, [Allegrarfi,] εὐδιδρωμαι, antiquissimi dixerunt, pro lætus fio. Sifen. lib. 4. apud Non. Vtrum ne dii cultu erga se mortaliū lætiscant, an supernæ gentes humana negligant. Verbum est profus obsoletum.

LAETITIA, tix, [Letitia, allegrezza, gal. Liesse, joye, resjouissance. Hisp. Alegria.] εὐπορώω, est exultatio animi (ut definiuit Gell. l. 1. c. 27.) cum gaudio effertiore, propter euentum rerum expectitarum. Cic. 4. Tuscul. Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo effecti rectum uideatur. Et proprie Lætitia est, cum ita mouetur animus, ut etiam ad exteriora egrediat, & maxime in uultu : Gaudium, cum animus exhilaratur aliqua re, neque tamen ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facile appareat. Hinc dicunt Stoici, Gaudium in sapientem cadere posse : Lætitiā non posse. Vide Gaudium. Cic. 1. in Cat. Hic tu qua lætitia perfruire, quibus gaudiis exultabis, quanta ia uoluptate bacchabere? Prosequi aliquē lætitia, Quint. lib. 5. c. 11.

LAETIYDO, inis, [Allegrezza,] idem quod lætitia, γαμοισώω, Attius in Bacchis, ut citat Nonius : Quanta in uenando affectus est lætitudine.

LAETOS, tas, [Allegrare, gal. Rendre joyeux, resjouir. Hisp. Alegrear a otro.] lætum facio, φαιδρωμαι, Attius Pelopidis, ut citat Nonius : Et te ut triplici lætarem bono. Antiquum.

LAETOR, aris, [Allegrarfi, hauer diletto, gal. S'esjourir, prendre plaisir. Hisp. Alegrear se hauer placer.] γηθουμαι, gaudeo, delectationem capio, sed extrinsecus, cum gaudere sit intrinsecus. quamuis sæpe confundantur. Ter. in Heaut. Ego non tam meapte causa lætor, quam illius, quam ego scio honore quotis dignam. Construitur fere cū ablatiuo. Cic. 2. de Diuinat. An Cn. Pompeium censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri? Interdum etiam legitur cum accusatiuo. Idem ad Mariam :

Vtrumq. lætor, & sine dolore corporis te fuisse, & animo ualuisse. Quo tamē in loco uidetur intelligi præpositio Propter : ut hic sit sensus, Lætor propter utrumque. Inuenitur etiam cum genitiuo. Vir. l. 11. Nec ueterum memini, lætorve malorum. Hinc fit cōpositum Collætor, simul lætor. Lætans, tis, part. Cic. pro Clu. Ita que nubis Oppianico continuo Saffia lætanti iam animo, & spe optima confirmata. Lætandum, Cic. pro lege Man. Atque illud in primis lætandum mihi esse uideo. Sallust. Tandem lætandum magis, quam dolendum casum tuum puto.

LAETVS, a, um, [Allegro, lieto, gal. joyeux, gay. Hisp. Alegre.] εὐδωδός, γηθωδός, qui, hilaritatem, quam iatus habet, etiam uultu ostendit, a latitudine mentis, ut quidam putant. Nam, qui gaudium aspectu promunt, dilatate quodam modo faciem uidentur. Virgil. 4. Aeneid. Imperio læti parent. Lætus oues, (οἷε μὴ λᾶ, Hom.) dicitur, quæ bona sunt corporis, habitudine atque pinguedine. inanimata uero læta dicuntur, quæ aspectu homines lætificant, uel quæ pinguia sunt. Virgilius primo Georg. Quid faciat lætas segetes. Et lætum legumen, hoc est fertile. Ibidem : Vnde prius lætum siliqua quassante legumen. Læta uero prata, Læta domus, quæ lætos nos faciunt. Lætum aliquando a Poetis inuenitur positum pro celeritate utamur. Virgilius : Lætus eois Eurus equis. Accipitur præterea Lætus pro fausto & felici. Plin. lib. 8. cap. 47. Sunt enim delubra gemina, alterum intrasse, lætum est : in altero, dira portendit.

LAETE, [Lietante, gal. joyusement, gayement. Hisp. Alegremente.] aduer. iucunde, & hilariter : cui opponitur Severe. Quin. lib. 8. c. 3. Concitate dicere, an moderate læte, an seuerè, &c. Lætius fronde re, Lætius fruticare, id est, uberius, apud Col. lib. 5. cap. 9. & Plin. lib. 16. cap. 31.

LAEVA, æ, [Mano sinistra, gal. La main senestre ou gauche. Hisp. La YZquierda mano.] unde & Scæuolæ nomen tractum, a Græco λαίος, quod sinistram significat. Cic. 4. Acad. Cum læuam manum admo ueret. Virg. 3. Aen. Læuam cuncta cohors remis uentifq. petiuit, Liu. 4. ab vrb. Dextra montibus, læua Tiberi septus.

LAEVIQ, as, penult. correp. [Polire, splanare, gal. Aplantir, unir, polir. Hisp. Alisar à acepillar à acicalar.] λαίωω, complano, polio, quæ læue ago. Plin. Sunt quidam in eo genere molliores, qui & cote læuiantur.

LAEVIQ, & hoc læue, cum diphthongo in priore syllaba, [Polito, splanato, gal. Vni, polir, aplantir, doux au toucher. Hisp. Cosa liza, polida y sin pelos.] λαίος, quod planum, politum & tactu asperum non est. Virg. 7. Aeneid. At læuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat. Accipitur aliquando pro glabro, & depilato. Tibul. lib. 1. El. Charior est auro iuuenis, cui læuia fulgent Ora, nec amplexus aspera barba terit.

LAEVIQ, & hoc læue, cum diphthongo in priore syllaba, [Polito, splanato, gal. Vni, polir, aplantir, doux au toucher. Hisp. Cosa liza, polida y sin pelos.] λαίος, quod planum, politum & tactu asperum non est. Virg. 7. Aeneid. At læuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat. Accipitur aliquando pro glabro, & depilato. Tibul. lib. 1. El. Charior est auro iuuenis, cui læuia fulgent Ora, nec amplexus aspera barba terit.

LAEVIQ, & hoc læue, cum diphthongo in priore syllaba, [Polito, splanato, gal. Vni, polir, aplantir, doux au toucher. Hisp. Cosa liza, polida y sin pelos.] λαίος, quod planum, politum & tactu asperum non est. Virg. 7. Aeneid. At læuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat. Accipitur aliquando pro glabro, & depilato. Tibul. lib. 1. El. Charior est auro iuuenis, cui læuia fulgent Ora, nec amplexus aspera barba terit.

LAEVIQ, & hoc læue, cum diphthongo in priore syllaba, [Polito, splanato, gal. Vni, polir, aplantir, doux au toucher. Hisp. Cosa liza, polida y sin pelos.] λαίος, quod planum, politum & tactu asperum non est. Virg. 7. Aeneid. At læuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat. Accipitur aliquando pro glabro, & depilato. Tibul. lib. 1. El. Charior est auro iuuenis, cui læuia fulgent Ora, nec amplexus aspera barba terit.

LAEVIQ, & hoc læue, cum diphthongo in priore syllaba, [Polito, splanato, gal. Vni, polir, aplantir, doux au toucher. Hisp. Cosa liza, polida y sin pelos.] λαίος, quod planum, politum & tactu asperum non est. Virg. 7. Aeneid. At læuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat. Accipitur aliquando pro glabro, & depilato. Tibul. lib. 1. El. Charior est auro iuuenis, cui læuia fulgent Ora, nec amplexus aspera barba terit.

LAGARIA, λαγαρία, magnæ Græciæ oppidum.

LAGARITANVM vinum, mite, & dulce. Strab. lib. 6.

LAGARI, uersus dicuntur, qui in medio claudicant, ut myuri, qui postremo, & acepiali, qui a breui syllaba incipiunt. Et pro cælii, in quibus una syllaba in medio abundat.

LAGEOS, λαγειος, genus uaz, quæ & leporaria dicitur. Virg. lib. 1. Ge. Et passio ptyria utilior, tenuisq. lageos. Sertius.

LAGENA, æ, εἰνοφόρον, genus uas, testacei, ad uinum præcipue accommodatum. Martia. lib. 7. Nulla eatenatis palam est præcincta lagenis. Idem lib. 1. Et nigri Syra defruti lagena. Cicero in ep. ad Tironem.

LAGOIS, p. p. αλαγώεις, genus anis, quæ leporinas habet carnes. Nam λαγώς, apud Græcos lepus est. Est & genus piscis. Hor. 2. Ser. Sat. 2. Pinguem uitius, albumque nec oitrea,

Nec scarus, aut poterit peregrina iuare lagois.

LAGUNCULA, æ, demin. οἰζυμάτιον, parua lagena. Cic. Att. lib. 6. In his inuentæ sunt quinque laguncule matronarum, &c.

LA GUSA, *Λαγυσα*, insula est in mari Pamphilio, ex aduerso Glauci fluii. Auctor. Pli. li. 7. cap. 34. Strabo Lagusam enumerat inter insulas Cretæ uicinas, non procul Io insula.

LAGYRA, *Λαγυρα*, urbs est Tauricæ Cherronesi, apud Ptol. li. 3. c. 6.

LAI S, *Λαίς*, nomen propriū famolissimæ meretricis, quæ a scriptoribus Corinthia dicta, quia Corinthi habitauit: ad quam propter insignem pulchritudinem potentissimæ quique ex omni Græcia conueniebant, nec quispiam admittebat, nisi qui dabat, quod poposcerat. Vnde profectum creditur proverb. Non cuiusuis hominis esse, adire Corinthū. Tam care enim Lais suas locabat at noctes, ut uel potentissimi, pretii magnitudine deterrerentur. Inter quos etiam Demosthenes fuisse fertur, qui cum scorti tam nobilis fima accensus, aliquando Corinthum nauigasset, illaque noctis unius operam decem millibus drachmarum indicasset, expauesfactus pretii immensitate, Græce respondit, *δραχμῶν πεταμυδία*. Non ergo, inquit, decem millibus drachmarum penitentiam. Ouid. i. Amor. Multis Lais amata uiris. Vide Gel. li. i. c. 8.

LA CUS, fuit Labdaci regis Thebarum filius, pater Oedipi. qui Iocastam Creontis Thebani filiam uxorem duxit: quam cum concepisse audisset, de futura prole oraculum consulit: cui responsum est, eum nascituri manu periturum. Quapropter Iocastæ præcepit, ut quicquid peperisset, necaret. Verum cum illa insigni forma puerum peperisset, maternaque pietate ducta adduci non posset, ut eum interficeret, neque tamen educare auderet, ministro cuidam exponendū tradidit: qui acceptum puerum in siluam detulit, plantisque perforatis, uimineque traiecto, ex arbore eum suspexit, futurum ratus, ut inedia moreretur. Verum cum Phorbis Polybii Corinthiorum regis pastor illac iter faceret, auditu uagitu, eo accurrit, purumque seruauit, quem & reginæ, quæ liberis curabat, magni maueris loco obtulit: a qua, ueluti puer cœlitus missus, filii loco est educatus, & a pedibus uulnere tumentibus Oedipus est appellatus. Grandior deinde natu factus, cum generis sui cognoscendi audis Apollinem consulisset, responsum accepit se patrem in Phocide inuenturum. Quo cum uenisset, Laiū in tumultu quodam, inter ciues suos, exterosque exorto, interfecit, matremque imprudens duxit uxorem. Reliqua uide in Oedip.

LALÆTANIA, Hispaniæ regio est in tractu Tarraconensi. Martia libro 1. Aptica repetes Tarraconis littora, Tuamque Lalætaniā. Inde fit adiectiuum, Lalætanus, a, um: ut, Vinum Lalætanium, magis copia, quam bonitate laudatum, teste Pli. li. 14. c. 6. Mar. lib. 9. Et Lalætana nigra lagena sapæ.

LALASSIA, fluius est Isauriæ, quæ Asiæ regio est, inter Ciliciam & Pamphiliam sita. Auctor Pli. li. 5. c. 27.

LALISONES, pulli sunt onagrorum. Martia. Dum tener est onager, solaque lalisio matre Pascitur, hoc infans, sed breue nomen habet.

LALLARE, [*Lallare*,] *θλαζέειν*, antiqui dixerunt pro eo quod est lac sugere. Videtur esse ex his uocibus, quibus nutrices alumnis suis se accommodant. Cuiusmodi sunt, Pappa, & Tata pro patre, & Mamma pro matre, & similes. Perf. Saty. 3. Iratus mammiæ lallare recusas.

LAMA, *λαμα*, [*Laguna fossa*,] *τινωρος*, aquarum collectio, quæ & Lacuna dicitur. Festus.

LAMBO, is, bi, tum, secundum Priscianum, [*Leccare. Gal. Lapper comme font les chiens en beuant, licher. Hisp. Lamer o lamber.*] *λαίχω*. Cice. in Ver. Hi canes quos uidetis lambere. Lucil. lib. 14. Lucundasque puer qui lamberat ore placentas. Est autem Lâbere, lingere: hoc est, lingua aliquid leuiter tangere, sicut canes bibentes. Mart. lib. 14. Lambere quæ turpes prohibent tua prædâ mufcas, Virgilius pro tangere, posuit 3. Aen. Attollitque globos flammiarum, & sidera lambit. Interdum pro leuiter alluere. Hor. li. i. Car. Vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaispes.

LAMBRVS, fluius in Cisalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum, ut ait Pli. li. 3. c. 16. & 19. A quo Lambrani dicti sunt eius accolæ. Sue. in Cæs. Per Lambranos & Transpadanos duxit.

LAMELLA, læ, dimin. a Lamina. Vitru. lib. 7. capi. 3. Speculum argenteum tenui lamella ductum.

LAMENTABILIS, le, [*Lamentevole. Gal. Digne de lamentation, lamentable. Hisp. Cosa digna de ser llorada.*] *πολύθλιον*, dignum lamentatione. Vir. 2. Aen. Troianas ut opes, & lamentabile regnum Eruerint Danaï. Lamentabili uoce deplorare. Ci. 2. Tusc. Carmen lamentabile, Stat. 5. Syl.

LAMENTARIVS, a, um. *θλιωδύς*, quod ingerit lamentationem. Plau. in Capt. Quæ ades lamentariæ mihi sunt.

LAMENTVM, ti, [*Lamento. Gal. Lamentation. Hisp. Llanto con voz.*] *θλιωσ*, ipsa lamentatio. Vi. 4. Aen. Lamentis, gemituque & foemineo ululatu Testa fremunt.

LAMENTOR, ris, [*Lamentarsi, dolersi. Gal. Lamentar, braire & crier & douleur. & ennuï qu'on a. Hisp. Llorar con voz & gritando.*] *θλιωέω*, uoce querula, tristicique oratione damaum ac dolorem testor. Ter. in

Phor. Vide uirginem suam matrem lamentati mortuam. Cicer. 7. Tuic. Nam hæc quidem ui a mos est, quam lamentari possemus haberet. Ci. 1. de Or. Lapidem in hercule oēs flere ac lamentari coegisset. Lamentatus, a, tum, parti. ut Fata diu lamentata. Sil. li. 13. LAMENTATIO, [*Lamento.*] *θλιωσ*, est (ut Ci. 4. Tusc. docet) ægritudo cum eiulatu. Idem 1. Tuic. Sed illa lugubris lamentatio, fletusque moerens, ex eo est, quod &c.

LAMENTAS, pro lamentationibus dixere ueteres. Pacuius ad Her. Lamentas, fletus facere compendio licet. Nonius.

LAMIAE, *λαμιαί*, ab antiquis mulieres esse putabantur, siue uerius dæmonum quædam phantasmata, quæ formosarum mulierum specie assumpta, pueros pariter, & iuuenes blanditiis allectos deuorabant. Hæ cum foris essent egregie oculatæ, domi profus exercebant. Hor. 2. Car. Neu. pensæ lamia puerum uiuum extrahat aluo. Philostratus in Apollonio ait Lamias a quibusdam Laras appellari, & Lemureus, a nō nullis etiam Empulas, esseq. ad amoreu & Venerem propensas, & carnes humanas maximeq. formosorum esuriēter appetere, ideoq. libidinis cupiditate allicere eos, ut postea deuorent. Plura de his uide apud Cœl. Rhodig. li. 29. ca. 5. Lamiarum item nobilis Romæ familia fuit, a Lamo orta Antiphatis patre, & Læstrigonum rege, qui Formis regnauit. Ex hac familia fuit Aelius ille Lamia, Senator Romanus, ad quem extat tamen illud li. 3. Car. Hor. Aeli uetusto nobilis ab Lamo. Quando & priores hinc Lamias ferunt Denominatos, & nepotum. Per memores genus omne Fastos. Auctore ab illo ducit originem, Qui Formiarum incenia oicitur Princeps, & innantē Maricæ Littoribus tenuisse Lyrim. Chrysothomus Dion in intima Africa ferat quasdam esse scribit muliebri facie, quæ & ipsæ Lamia dicuntur, uberioribus autē totoque pectore adeo speciosis, ut nullo pictoris ingenio effugiant, quibus reiectis homines in fraudem alliciunt, captosq. deuorant. Lamia item meretrix quædam insignis fuit Demetrii regis amica, cui blandientes Thebani, Veneris Lamia de uulnere coniecerunt.

LAMINA, p. c. [*Lama, piastra. Gal. Lame, plastra, une table ou bande large & assez espoussée soit de cuivre ou autre métal. Hisp. la lama o hoja de metal.*] *ἑξέλασιος*, metalli cuius uis fructum in latitudinem ductum, crassius tamen quam bractea. Ci. 4. in Verr. Quid cum ignes, candentesq. lamina, ceterique cruciatus admoueabantur?

LAMIUM, urticæ genus mitissimum, profusum innoxium, eam Vriticam mortuam herbarii appellant. Pli. li. 21. ca. 16. Quæ innoxia est, morsu carens, Lamium uocatur.

LAMNA, [*Piastra*,] pro lamina, apud Hor. lib. 2. Car. Nullus argento color est avaris Adbito, terris, inimice lamnæ Crispe Salusti, mihi temperato Splendat usu.

LAMIRVS, *λάμιρος*, Hercules filius fuit, ex Iole Euryti Oechaliæ regis filia.

LAMPAS, lampadis, p. co. [*Lampade. Gal. Vne torche ou un flambeau. Hisp. La lampara.*] *λαμπάς*, idem quod fax, *ἀπὸ τῆ λαμπειν*, quod est splendere. Virg. 9. Aen. Princeps ardentem confecit lampada Turnus. Frequenter tamen sumitur pro instrumento, in quo ethychnium accensum oleo fouemus, quod Lychnum pensilem uocamus: ut apud Iuue. Sat. 3. Aenea lampas. Colum. libr. 12. ca. 17. Ferreis lampadibus ardentibus calestrit Oui. 12. Met. Lampadibus densum rapuit funale coruscis. Est etiam Lampas genus facis in aere. Pli. lib. 2. cap. 26. Duo genera faciunt: Lampades uocant plane faces, alterum Bolidas, quale Mutinensibus malis uisum est. Vulgus faces ardentis, uel lanceas ignitas uocat. Lampada cursu tradere, elegans est prouerbium, pro eo quod est, partes suas qua si successione in alium transferre. Varro li. 3. de Re ru. ca. 16. Sed o Merula, Axius noster ne, dum hoc audit, Physicam addiscat, qd defructu nihil dixi: nunc cursu lampada tibi trado. Tractum a consuetudine Lâpadophorū, qui in certamine Lâpadodromico si lampadem ad metam inextinctam non pertulissent, eam alteri tradebant. Cic. in Ver. Vidi argentum cupidineū cum lampade.

* **LAMPES**, *εὐλάμπος*, oppidum est Arcadiæ. Pli. li. 4.

* **LAMPETIA**, filia Solis, ex Neæra.

* **LAMPEDO**, mulier Lacedæmonia, quæ & regis filia fuit, & regis uxor, & regis mater. Pli.

* **LAMPEVS**, mons Arcadiæ, teste Plinio.

* **LAMPIA**, fluius Arcadiæ apud Stat. 4. Theb.

* **LAMPON**, equi nomen apud Silium.

LAMPSCVM, Ciceroni & Plinio, Ptolemæo Lampscus, p. c. *λαμψακος*, uonē in littore Helleponti in ora Asiatica. Ci. 3. in Verr. Oppidum in Helleponto est Lampscum, in primis Asiæ prouinciæ clarum, & nobile, homines autem ipsi Lampsceni in omnes ciues Romanos officiosi. Pli. li. 5. ca. 32.

* **LAMVS** fuit Hercules filius ex Omphale.

LAMYRVS, piscis est ex genere lacertorum, apud Pli. li. 32. ca. 11.

LANA, lanæ, [*Lana. Gal. Laine. Hisp. Lana.*] *ἐρίον*, quæ de omnibus detondetur, aut deciditur, a laniando. Laniare enim scindere est. Scia dicitur autem nuic lana, quæ uelli solebat, unde a wellendo.

- Vellus** dicebatur. Virg. 2. Geo. Quid nemora Aethiopum molli-
gentia lana? Sunt qui a laevitate, hoc est, a mollitie lanam di-
ctam putent. Hinc Lanugo, primi pili in barba, quia ceteris sunt
molliores, *λαγός*. Et in cydonius lanuginem dicimus, mollitiem illam,
qua mala huiusmodi uestiuntur ante maturitatem. Est autem
in sola ove lana, nam ceteræ quadrupes pilos, aut fetas habent.
Dicitur & lanicium (ut inquit Seru.) sicut Fuga, & effugium. Virg.
lib. 3. Geo. Si tibi lanicium curæ &c.
- LANARIS**, & hoc res, [*Lanosus*], *ἐπιλωτός*, quod habet lanam. Var. lib. 2.
de re rust. Nos qui pecus pascimus lanare.
- LANARIUS**, *ρι*, subitan. [*Lanator*], *ἐπιλωτός*, qui lanam curat. Plaut. in
Aul. Stat. fullo, phrygio, aurifex, lanarius.
- LANARIA**, *α, ε, π, δ, ιου*, herba est, quam uulguS Saponariam appellat,
inde nomen habens, quod lanæ, quæ ob pinguedinem colorem re-
cipere non possunt, eius succo eluantur. Plin. lib. 24. c. 18. Herba lan-
aria ouibus seivnis data, lactis abundantiam facit.
- LANATVS**, lanata, lanatum, [*Lanosus*, *coperto di lana*. Gall. *Lanu*, qui a *on*
parte laine. Hisp. *Cosa lanada*, de lana] lana tectus, ut lanaræ oues, a-
pud Col. lib. 12. c. 2. Lanatæ pelles. Col. lib. 6. cap. 2. Sed iaculi, qui
bus copulantur, lanatis pelibus involuti sunt. Lanatæ uites, Ami-
næ dictæ, quod canescant lanugine. Col. lib. 3. c. 2. Lanatam quo-
que Amineam quidam maxime probant, quæ hoc uocabulum nõ
ideo usurpat, quod sola ex omnibus Amineis, uerum quod præci-
pue canescit lanugine.
- LANATIO**, lanatius, comparatiuus. Plin. lib. 21. cap. 20. Hi & folia
eius thymo familia tradunt, nisi quod molliora sunt, & lanatio-
re canitio.
- LANEVS**, ea, eum, [*Di lana*], *ἐπεος*, apud Mar. quod est ex lana: ut, Pan-
nus laneus. Pla. in Mil. Causam habeas ferrugineam, culturam ad
oculos lancam. Lancum pallium. Cic. 3. de Nat. De. Lanea uicta,
Prop. lib. 3. Eleg. 6. Laneum latuculum, id est, latus mollissimum.
Catul. ad Thallum.
- LANEVS** lupus, piscis est Timaii fluiui, qui iccirco laneus dicitur, quod
iuxta fluiuium maxima ouium copia sit, uberrimufq. lanarum pro-
uentus. Mart. Laneus Euganei lupus excipit ora Timaii, Aequo-
reo dulces cum sale paltus aquas.
- LANCEA**, *α*, [*Lancia*. Gall. *Vne lance*, *pique ou javeline*. Hisp. *Λανζα*, arma
para pelear.] *λόγχη*, teli genus longissimum, quod quidam a ferri
latitudine, alii a Græco *λόγχη* deductum putant. Gellius tamen
lib. 10. c. 30. Hispanicam uocem esse affirmat. Lucan. lib. 6. Nulla
fuit non certa manus, non lancea felix. Festus auctor est, lanceam
olim a Lucullis uocatam fuisse Luculleam.
- LANCEAM**, Budæus etiam dicit spiculum uenabuli uel iaculi.
- LANCEARIVS**, *ρι*, [*Che porta lancia*], *λογχοφόρος*, qui lanceam gerit.
Lancearii sunt ex Franquillo, inquit Budæus, qui nunc uulgo
Picarii, quasi spicularii, dicuntur.
- LANCEATVS**, ta, tum, [*Armato di lancia*], *λογχοτός*, lancea arma-
tus. Lanceati, etiam dicuntur, qui cætu lanceæ necantur. Iul. Firm.
Quicumque habuerint horoscopum in XXI parte Tauri, Lancea-
ti morientur.
- LANCEOLA**, cum accentu in antep. *λαγχόλιον*, Hieronym. lib. 3. Reg.
Prophetæ lucorum incidebant se lanceolis, donec sanguine per-
funderentur.
- LANCES**, *παροψίδες πίνιας*, uasa lata & rotunda, minus excava-
ta, quam patinæ, quibus caro tam tosta, quam elixa inenfa infer-
tur. Horat. 4. Serm. Sat. 4. Iligna nutritus glande rotundas Curuat
aper lanes.
- LANCES** etiam in libra dicuntur duo illa uascula lancium escariarū
similitudine, in quorum altero pondus, in altero uero res ponde-
randa imponitur, unde & libræ bilances dictæ sunt, quod duas ha-
beant lances. Cl. 4. de Fin. Virtutis autem amplitudinem quasi in
altera libræ lance ponere. Persius Sat. 4. Scis enim iustum gemina
suspendere lance Ancipitis libræ. Lancem etiam uas esse rebus di-
uinis aptum, docet Aufonius in Monosyllabis: Turibula, & pate-
ræ, quæ tertia uasa deum? lanx.
- LANCINO**, as, p. c. [*Lacerans*. Gall. *Poindre*, *piquer*, *deschirer*. Hisp. *Despe-
daçar*.] *θυμίζω*, lacerans, uexor. Plin. lib. 11. cap. 34. Est & uolucres can-
ib. peculiare malum, aures maxime lancinans, quæ defendi mor-
fu non queunt. Senec. Alium inter leges celebrisque spectaculum
fori lancinavit.
- LANGIA**, (quod hic pro fontis nomine corrupte legebatur,) uide
Langia.
- LANERVUM**, *οισούπιον*, uestimenti genus ex lana succida confectum.
Festus.
- LANGIA**, a Græcorum quibusdam animalis genus creditū est (quod
& Languriam appellarunt) circa Padum Italiæ fluiuium uitam a-
gens, cuius urinam Zenothemis in electrum putauit concrefcere:
quod tamen falsum esse constat, ut pleraq. omnia, quæ Græci feri-
ptores de tota Electri ratione prodiderunt. Plin. lib. 37. c. 2. Alii
dixere Languriam, & esse in Italia bestias Langurias. Zenothemis
Langas uocat easdem, & circa Padum us uitam affirmat.
- LANGIA**, p. p. fons est in Nemea silua, postea Archemorus dictus, ab
H. papyrus alumno, quem cum illa, Argiuis fontem hunc ostensu-
ra, in gramine reliquisset, serpens interemit. Stat. 1. 4. Theb. Hæc
quoque secreta nutrit Langia sub umbra. Nondum illi raptus de-
derat lacrymabile nomen Archemorus.
- LANGVEO**, gucs, languis, [*Languire*, *esser debole*. Gall. *Languir*, *uenir en lan-
gueur*, *de failir*. Hisp. *Enflaquecerse*.] *καταπονέωμι*, de facio, infirmus
sum, dissoluo: ut, Languens uox, apud Cic. 1. Off. Idem in Pison.
Quamquam languet iuuentus, nec perinde, atque debet, in laudis
& gloriæ cupiditate uersatur. Idem 1. Phil. Cumque languerem e-
uia, & mihi met displicerem, Interdum est timidum esse, Sal. in Ca-
til. Quanto uos attentius ea ageris, tanto illis infirmior erit ani-
mus. Si paulum modo uos languere uiderint, iam omnes feroces
aderunt. Interdum otiosum esse, Ibidem: Seq. si pauci adiuarent,
languentibus alijs in curiam impetum facturum. Huius uerbi com-
posita sunt, Elangueo, a quo Elanguesco, quod est ualde infirmus
sio. Relangueo, a quo Relanguesco in languorem recido. Ouid.
lib. 6. Met. Imposito fratri moribundo relanguit ore. Claud. lib. 1.
Relanguere, pro remissum esse posuit: Vix ille pepercit Erubuitq.
preces, animusq. relanguit atrox.
- LANGUAFACIO**, [*Far languire*] languorē affero, siue languere facio,
Cic. de Leg. 1. citare languentes, & languefacere excitatos.
- LANGUESCO**. [*Duenir languido*, *languire*.] *ἐκκαυω*, inualidus, tepidus,
seu otiosus sio. Cic. in Cato. Orator, metuo, ne languescat se-
nectute Aliquando ponitur pro languore confici. Virg. l. 1. 1. Pur-
pureus ueluti cum flos succifus aratro languescit moriens. Ali-
quando pro inuui, Plin. ep. 17. 3. Seu quia ita natura comparatum,
ut proximorum incuriosi, longinqua seceduntur: seu, quod omnium
rerum cupido languescit, cum facilis occasio est.
- LANGUIDE**, [*Pigrement*. Gall. *Lafchement*, *languoreusement*. Hisp. *Tlaca-
men*.] aduicib. id est, cunctanter, negligenter, otiosus. Colum. lib.
11. cap. 1. Hoc igitur custodire oportet uillicum, ne statim a pri-
ma luce familia cunctanter & languide procedat. Cæsar 7. Bell.
Gall. Quod paulo incautius custodias in muro dispositas uidebat,
suo quoque languidius in opere uersari iussit, & quid fieri uellet
ostendit.
- LANGUIDVS**, la, lum, [*Languidus*], demin. ut, Somni languiduli.
Catullus Argon.
- LANGUIDVS**, da, dum, [*Languido*. Gall. *Qui languit*, *languoreux*, *lasche*.
Hisp. *Blaco por dolencia*.] *δυσσχυρμένος*, remissus, debilis, infirmus.
Ouid. lib. 5. Fast. Violas arere uideres, Filæque puniceæ languida
fæta croci. Plin. Ep. 190. Cum iam satis ille primus impetus de-
ferbisset & languidior in dies ira ad iustitiam redisset. Ci. in Ca-
til. Qui mihi accubantes in conuiuijs complexi mulieres impudic-
as uiuo languidi, confecti cibo, fertis redimiti, unguentis obli-
ti, debilitati stupris, eructant sermonibus suis cædem bonorum, at-
que uis incendia.
- LANGVOR**, languoris, [*Languore*, *languire*. Gall. *Languer*, *de faillance de
force*, Hisp. *El que se con dolencia*.] defectio uirium, & remissio uig-
ris, & tam de corpore, quam de animo dicitur. Cic. de Diu. Ani-
mus cum languore corporis, nec membris uti, nec sensibus po-
teat, in eisdem in uaria uisa & incerta. Idem lib. 1. Off. Nihil autem
magis canendum est senectuti, quam ne languori se, deficiæque
dedat. Plaut. in Afin. Pro lassitudine posuit, cum ait: Vbi sepe lan-
guorem tua duritia dederis octo Validos lictores ulmeis affectos
lenticis uirgis.
- LANGVRIVM**, quidam ex Græcis scriptorib. succinum appellarunt,
quod putarent, circa Padum fluiuium bestias quasdam esse Langu-
rias, siue Languas appellatas, quarum urinam existimabant in sue-
cinum concrefcere. Vide Plin. lib. 37. c. 2.
- LANIARIUM**, lanarij, *κρεοπώλιον*, idem quod Laniena. Varro 2. de
re rust. c. 4. Ignauum & sumptuosum esse, qui succidiam in carna-
rio suspenderit potius ab lanario, quam ex domestica fundo.
- LANIATVS**, us, ui, [*Stratio*, *lo stratiare*, *lo scorticare*], *κρεοπωλίας*, i. p. le actus
laniandi. Cic. 1. Tusc. Quid igitur mihi ferarum laniatas oboris
nihil sentienti?
- LANIENA**, *α*, [*Beccaria*. Gall. *B. ucherie*. Hisp. *La carnicera*.] *κρεοπώλιον*,
officina in qua laniantur, ac uenduntur carnes. Pla. in Epi. Per my-
ropolia & lanienas, circumq. argentarias rogitantur sum rancus
factus. Accipitur etiam pro ipsa laceratione, a lanando.
- LANICIVM**, *ει*, *ερίον*, idem quod lana, uel lanæ prouectus. Vir. 2. Ge.
Si tibi lanicium curæ, primum aspera silua, Lappæque tribulique
abfint. Vbi Seruius: Lana (inquit) dicimus, & lanicium, quemadmo-
dum Fuga & Effugium.
- LANIFERA**, ra, rum, [*Che produce lana*], *εριοφόρος*, quod lanam fert:
ut, Lanifera arbores. Plinius libro decimotertio, capite 14. Ae-
thiopia Aegypto contermina insignes arbores fere non habet,
præter laniferas.
- LANIFICIVM**, *ει*, [*Lanificio*. Gall. *Fait ou art d'acoustrer de laine*. Hisp.
Aquella obra de lana.] *εσφυρία*, lanæ opificium. Plin. de præclaris
gestis Romanorum: Exinde Collatiam petunt. Lucretiam in-

ter ancillas in lanificio offendunt.

LANIFICVS, [Lanoiuolo. Gal. Quid besigne de laine. Hisp. Agnella obra de lana.] ἐπιτορῶς, qui lanæ artem exercet Mart. l. 6. Si mihi lanificæ ducunt nō pulla sorores. Stamina nec surdos uox habet ista deos. Nantum lanificam inponere penfis, Tibul. 2. Eleg. 1. Artis lanificæ doctissimus. Clau. in Eutrop.

LANIGER, 2, um, [Cheport a lana.] ἐπιτορῶς, lanam ferens. Cic. de Di. pecus lanigerum eximia pulchritudine. Eiusdem insulæ (inquit) ex celliore suggestu lanigerae arbores alio modo quam Serum, Vir. 3. Geo. Lanigeros agitare grecos, hirtæque capellas.

LANIO, as, [Tendere, stracciare. Gal. Deshirer, despecer. Hisp. Hender, despedegar como carne.] κοπερῶς, scindo. Virg. 3. Georg. Iptique suos iam morte sub arta Discissos nu didi lanabant artus. Liu. 2. Bell. Macedon. Et Forulis duo lupi oppidum irgressi obuios aliquot lamauerant. Laniatus, 3, um, particip. Virgil. 12. Aenci. Et roseas laniata genas. Classis, laniata. Ouid. Epit. 7. Capillos laniata, idem Epit. 14. Huius compositum est Dilanio, diliceo, diuello, de quo supra.

LANIONIVS, n, a, nium, κρηνολιθίς, quod ad lanium pertinet. Vnde Lanionio more. Et Lanionia mensæ, in quib. scinditur caro. Sueton in Claud. Carnificem statim acciri cam machæra, mensaque lanionia flagitauit.

LANISTAE, γυμνασταί, praefecti ludi gladiatorii, qui gladiatores in stituebant excubantque ad mutuam lanicam. Hi familias domi ad gladiatum exercendum habebant insituere, & mox paratas uendere solebant munerari. Iuu. Sat. 3. Hic plaudeat nitidi præconis filius inter Pimpirapi cultos iuuenes, iuuenesq. lanistæ. Hinc lanistæ auum, dicti sunt a Columella, qui aues certaminib. præparabant.

LANIVS, lanis, seu Lanio, onis, [Beccajo. Gal. Boucher. Hisp. El carnicero.] κρεοκόλος, κρεοκόρος, qui carnes in carnario uendit populo, a lanandis pecoribus, quod eas concidat, lanietque. Varr. 2 de re rust. capit. 5. Lanii qui ad cultum bouem emunt. Terent. in Euan. Concurrunt latini mihi obuiam cupedinarii, ceteri, lanii, coqui.

LANOCVLVS, qui lana tegit oculi uitium, inquit Festus.

LANOSVS, 2, um, [Lanos Gal. 1. ann. Hisp. Lanudo.] ἐπιτόρης, lana abundans. Col. l. 7. ca. 2. Eliges bimam, iusti corporis, ceruice proluxa, prolixi uilli, nec asperi, lanosi, & amplii uteri.

LANVGINOSVS, adiectiuum Pl. lib. 22. ca. 2. Est & alia similis, Pseudæchusa ob id appellata, a quibusdam uero Enchusa, aut Doris, & multris alius nominibus, lanuginosior, & minus pinguis.

LANVGO, lanuginis. p. p. [Prima barba, lanugine. Gal. Poil, solt, barbe qui comence à venir. Hisp. el uello, fnecho, prima barba.] ἰσλαός, tenera qua si lanæ cuiusdam mollities, qualis in adolescentium genis & in pomis quibusdam cernitur. Col. lib. 4. Lanatam quoque Amineâ qui dam maxime probantur: quæ hoc uocabulum non ideo usurpat, quod sola ex omnibus Amineis: uerum quod præcipue canescit lanugine. Ponitur aliquando pro scobe. Colum. lib. 4. capit. 29. Nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.

LANVVIVM, oppidum erat Latii in uia Appia, a quo prospectus patebat maris. & Antii. Huius oppidi frequens est mentio apud Cic. in Orat. pro Mil.

LANVVIVS, 2, um, quod est ex lanuuio: ut Colei Lanuuii. Cic. Pct. li. 9. Honesti, colei Lanuuii; Chternini, non honesti.

LANXIS, uide supra Lances.

LAOCOON, Λαοκόων, filius fuit Priami ex Hecuba, & Apollinis Timbræi sacerdos, qui primus hastam in equum ligneum torfit: ob quod factum Virg. lib. 2. ait ipsam cum duobus filiis perijisse. Primus tibi ante omnes magna comitante caterua Laocoon ardens summam decurrit ab arce, &c.

LAODAMAS, Λαοδάμας, Halius & Clytoneus filii fuere Alcinoi regis & Aietes: ut scribit Homerus Odyss. li. 8.

LAODAMIA, Λαοδάμεια, Bellerophonis fuit filia ex Achemene coniuge: cuius amore correptus Iuppiter cum ea concubuit, suscepitque Sarpedonem, qui postea Lyciæ rex factus est. Verum cum Bellerophontes rerum successu elatus, in cælum euolare conaretur, Iuppiter hominis temeritatem ægre ferens, æstrum illi immisit, quo exagitatus equus, sefforem excussit. Diana quoque Laodamiæ insensâ, suis eam telis confixit. Home. 6. Iliad. Altera fuit Laodamia Acasti & Lodotheæ filia, quæ tanto amore Protesilaum uirum suum adamauit, ut, cum ab hestore occisum cognouisset, superstes ei esse noluerit. Priusquam tamen interiret, in solatium mæroris optauerat, ut mortui umbram uideret: qua uisa in illius amplexibus expirauit. Ouid. Episto. 10. Mittit & optat amans, quo mittitur, ire salutem, Aemonis Aemonio Laodamia uiro, &c.

LAODICE, Λαοδίκη, Priami fuit filia & Hecubæ, quæ Helicaoni, Antenoris regis Thraciæ filio nupsit. Alia fuit Agamemnonis filia, quâ pater cum Chrysothemis, & Iphigenia, seu Iphianassa Achil,

li obtulit, ut ex his quam uellet, uxorem eligeret.

LAODICEA, Λαοδικεα, uis celebratissima in Asia Lyco flumini imposita. primo Diopolis appellata. dem Rhœas, & postremo Laodicea. Hæc urbs præ ceteris Asia urbibus multis clarissimis ciuib. suis nobilitata. Ex quibus fuit Hæro, qui hæret. tacet populo diuisit supra duo milia talentorum, & multis donis ciuitatem exornauit. Postea Zeno orator, & Poleno eius filius, qui ob res fortiter gestas prius ab Antonio, postea ab Augusto ad regiæ dignitatis fastigium euectus est. Eam Seleucus, post Alexandrum Magnū, condidit. App. in Syriaco.

LAODOCVS, Λαδοκος, teste Hom. lib. Iliad 4 Antenoris Troiani filius, strenuus, in cuius formam transfigurata Pallas, intulit se in acies Trojanorum, ut Pandarum inuenire posset, quo ei suaderet, ut sagitta Menelam confoderet.

LAOMEDON, Λαομεδών, rex fuit Troiæ Ili filius, qui cum de edificandis Troiæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuno id negotii dedit, pactus mercedem, quam mox extructis mœnibus soluturum inueiurando affirmauit. Verum perfectio opere Laomedon petiurus pactam mercedem negauit: propter quod Dii irati, Neptunus Aquam, Apollo pestem urbi immisit. Duplici igitur calamitate affectus Laomedon, de remedio oraculum consuluit, responsum est, non aliter deos placari posse, quam si singulis annis uingto Troiæa ceto dilaceranda exponeretur. Insultatum itaque est uirginem quotannis exponi, eamq. forte eligi. Sed cum tandè fors in Hestorem (quam tamen alii solam ab Apolline & Neptuno exposituram tradunt) Laomedontis filiam cecidisset, & iam scopulo alligata monitrum expectaret, Hercules forte illac traahens liberatum se filium Laomedonti pollicitus est, si equos diuino semine procreatos, quos habere eum cõstabat, in præmium sibi traderet. Hunc igitur in modum pactione facta, Hercules interfecta belua, uirginem liberauit. Sed cum Laomedon promissis non staret, indignatus Hercules, collecto undequaque exercitu, Ilium expugnauit, Laomedontem occidit, Hestorem Telamoni uxorem dedit, quod prius murum conscendisset. Priamum eius filium captiuū ad duxit, qui postea auro a uicinis redemptus fuit, ideoque Λαοκόων, hoc est, a redimendo nomen obtinuit.

LAOMEDONTIADÆS, patronymicum. Virg. lib. 8. Laomedontiadæ Priamum Salamina petentem ubi additur, ut in multis aliis, ut commodius exprimitur carmen herocum, sic ut Anchisiades, Telamoniades. Aliquar do subtrahitur syllaba, ut Athemides, pro Athemonides, Deucalides.

LAOMEDONTEVS, Λαομεδωντης, adiectiuum deductū a Laomedonte Troiano. cum rege. Vir. 4. Aen. Necdum Laomedontæ sentis periuria gentis?

LAPATHVM, Λαπάθη, herba est acidi saporis, quæ a Latinis Rumex appellatur. Multæ autem sunt lapathi species, quas uide apud Pl. lib. 20. cap. 21.

LAPERSAE, Λαπερσαι, dicti sunt Castor & Pollux Iouis filii, ab eo quod Langri Laconici urbem expugnauerint.

LAPETHOS, Λαπεθος, Cypri insulæ oppidum est, portum habens & naualia Meminit eius Pl. li. 5. ca. 31.

LAPETIDA, Λαπετιδα, uel lapidicida, æ. gene. mascul. [Taglia pietra, scarpelli no. Gal. Tireur de pierre, quarryer, ou tailleur de pierre. Hisp. El cantero.] Λατομοσ, qui lapides uel ex rupe excindit, uel ædificio adaptat.

LAPIDARIVS, 2, um, quod ad lapides pertinet, Λατομικός, ut Latomæ Lapidariæ. Pl. in Cap. Tyndarus in Latomias Lapidarias ab Aegione damnatur.

LAPIDATIO, [Il lapidare,] uerbale, id est, iactus lapidum. Cic. 6. Ver. Fit magni lapidatio.

LAPIDATOR, [Lapidatore,] λιδοβολος, lapides iaciens. Cice. pro domo sua, percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ. Huius composita sunt, Delapido, & Dilapido, quæ uide supra suis locis.

LAPIDESCO, is, cre, [Diuenir pietra. conuertirsi in pietra. Gal. Deuenir pierre, ou auis d'uro que pierre, se conuertir en pierre. Hisp. Hazerse piedra.] Λαιδεδο, legitur pro in lapidem conuerti, seu lapideam durticem. Plin. lib. 32. de baccis coralii: Aiunt tactu protinus lapidescere.

LAPIDEVS, dea, deum. [Di pietra. Gal. de pierre. Hisp. Cosa de materia de piedra.] Λιδίος, quod ex lapidis materia constat. Ut lapideus murus, apud Lium lib. 1. ab Vrbe. Lapidus imber, apud eundem lib. 10. Bell. Pun. & Lapidea Niobe, id est, in lapidem conuersa. Cic. 3. Tus. Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in hictu silentium. Per translationem ponitur Lapidus pro graui & ponderoso, Plau. in Truc. Lapidus sum, commouere me nifer non audeo.

LAPIDICINA, p. p. uel potius Lapidina, quemadmodum Lapidam & Homicidam dicimus, [Lapido doue si tagliano le pietre. Gal. Vne quarrye d'on on tira les pierres. Hisp. La canteria.] locus ubi lapides exciduntur: quam Λατομια, uocant Græci. Vnde & carcerem Latomias uocamus, sive quod damnati ad lapides extendendos

• dendo mittebantur: siue, quod Syracusanorum tyranni latomias habebant instar carceris excavatas, ex quibus excisi lapides fuerant ad urbem extruendam, hisque pro carcere utebantur. Plaut. in Capt. In lapidicinas facit deductus fiet. Cicero 2. de Diuinat. Potest igitur tale aliquid etiam sua sponte in lapidicinas Chiorum extitisse.

LAPIDO, lapidas, penult. corr. [*Lapidare. Gal. Lapidar. Hisp. Apedrar.*] λιθάριον, lapidibus obruo, uel lapides in aliquem iacio. Vnde scribit Macrobius lapidatum a populo Rom. fuisse Vatinium, significare uolens, lapidibus iactis fuisse impetum. Transfertur etiam ad inanimata: ut, Lapidare aliquem uerbis, pro eo quod est incesere. Macrobius: Notantes eius impotentiam hac dicacitate Lapidatam. Lapidare aliquando est lapidibus pluere. Liu. lib. 7. Bel. Pun. Veris de celo lapidauerat. Idem lib. 3. Decad. 5. Reate imbri lapidauit.

LAPIDOSVS, saxum, [*Petroso, sasso. Gal. Plein de pierre, pierreux. Hisp. Llano de piedras.*] λιθόδης, quod lapid. abundat. Out. de Nuce Causabor, quare sit lapidosus ager. Aliquando pro duro ponitur. Vir. 2. Geo. Et prunis lapidosa rubescere corna.

LAPILLVS, lapilli, dem. [*Pietra picciola. Gall. Petite pierre. Hisp. Piedra pequeña.*] λιθίσκος, calculus, paruus lapis. Plin. lib. 10. c. 23. Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno & decedens, indiligentiam coarguat. Lapillorum itē nomine geminas, hoc est, lapides pretiosos intelligimus. Quid de Nuce: Peregrini lapilli.

LAPTOIS, iui, itum, [*Impetrare.*] λιθώ, durum efficio, & quasi in lapidem conuerto. Pacuuius: Lapid cor cura, erumna corpus conficit. Festus, lapit, id est, dolore afficit, Obsoletum est.

LAPIS, lapidis, [*Pietra, sasso. Gal. Pierre. Hisp. Piedra.*] quem Græci λίθος vocant, a nonnullis ita distinguitur a Saxo, ut Lapis, mitior sit, minorque ac tenerior, saxum maius, asperius, duriusque. Vnde geminæ lapides, non saxa dicuntur. Plin. lib. 36. cap. 18. Nusquam hic utilior, quam in Italia, gignitur, lapisq. non saxum est. Idem: Est & uiridis lapis, nempe igni resistens, sed nusquam copiosus: & ubi inuenitur, lapis, non saxum est. Sed hæc profecto differentia non uidetur cum Plinio conuenire, qui non magnitudine distinguit saxum a lapide. Nam etiam columnas ex uno lapide fieri, & Laocoontis statuam ex uno lapide excisam fuisse affirmat. Videtur itaque magis dicendum, Saxum esse quod ex rupibus uel lapidicinis excinditur. Lapidem, qui terra effoditur, Et quoniam apud ueteres lapidibus miliaria signabantur, ponitur quandoque lapis pro milliario. Vnde legimus, Ad tertium, Ad quartum lapidem. De lapide emptos quoque dicimus, qui publica actione a præcone erant uenditi. Nam præcone more præcones ex lapide facere præconium solebant, ubi mancipia quoque uenalia, pro clamabantur. Col. l. 4. Non tamen excedunt septem iugera unius operam uinitoris, quem uulgus quidam parui æris, uel de lapide noxium posse comparari putat. Cic. in Pison. Tribunos de lapide emptos esse ait, quia mercede id faciebant. Trāductum autem est a lapide quodam editiore, quem Romæ fuisse complurium auctorum testimonio constat, unde præcones in auctionibus res uenales pronuntiabant. Vnde M. Tul. uilissimos homunculos, de lapide emptos appellat. Hominem præterea lapidem quandoque dicimus, qui negligens stupidulque sit, quique ad id agendum, quod maxime oporteat, non moueatur. Ter. in Hea. Hei, quid stas lapis ibidem: Quot res dedere, ubi possem præsentiscere. Nisi essem lapis, quæ uidi. Lapis interdum, pro petra accipitur. Virg. Ecl. 1. Et tibi magna fatis, quamuis lapis omnia uidus, Limosoq. palus obducatur pascua iunco. Lapis incusum, manualis mola est, eudendo exasperata. Vir. 1. Ge. Lapidemq. reuertens Incusum, aut acæ masam picis reportat. Lapis bibulus urbe, qui Arenarius uocatur. Vir. 2. Ge. Aur lapidem bibulum aut squallentes infode conchas, hoc est, pumicem.

LAPITHÆ, πελοποννησιοι, populi fuerunt Thessaliæ, Pindum, & Othryn montes incolentes, Pirithoi olim imperio parentes. Hi primum omnium frænos, & strata equorum creduntur inuenisse. Vir. 3. Ge. Fræna Pelethronii Lapithæq. gyrofo. dedere.

LAPPA, lappæ, [*Lappola. Gall. Bardane. Hisp. Yerna, amor del hortolano.*] herbæ genus, capitula habens leuiter hamata, ideoque uestibus adhærentia. Tres autem sub se complectitur species. Nam quædam dicitur Canaria, quæ est exigua, canibulque adhæret. Altera maior est, & ολαβόρατος appellatur, quod uestibus hominum adhærens ipsos amare uideatur. Eadem uocatur Aparine: Tertia appellatur Personata & maxima est, uasciturque inter riuos & flumina, Græci eam ἀκκην uocant.

LAPPA GO, pen. prod herbæ nomen est, quam describit Plin. lib. 26. c. 10. his uerbis: Et lappago similis anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus foliis, aspera, rugosa, asperioris succi, grauis odoris. Quæ talis est, Mollugo appellatur: similis, sed asperioribus foliis, Asperugo.

LAPSANA, p. c. λαΐαν, oculus siluestre, trium foliorum, de quo Plin.

lib. 20. c. 11. Inter siluestres brassicas & lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutus foliis, napi simillimis, nisi candidiore esset flore. Conquitur in cibo, aluum leniter emollit. Idem l. 16. c. 16. Nec non oculus quoque siluestre est trium foliorum, diu Iulii carminibus, præcipue focus militaribus celebratum. Alterius quippe uerbis exprobrauere lapsana se uixisse apud Dyrhachium, prætorum parsimoniam cauillantes.

LAPSI, [Romina.] ὁ λίσθημα, πάλαιμα, idē quod lapsus, pro ruina. Cic. 4. Tusc. Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, ut significet lapsonē in neutris habeat superius nomen.

LAPSO, as, frequentatiuum, a Labor, [Scorere.] ὀλισθαίνω, lubrico & nutanti gradu incedo. Virg. 2. Aeneid. Hæc dicens altaria ad ipsa tremētum Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati. Lapsantem gressum firmare, Sil. lib. 3. Cic. pro Pomp. Homines Pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de celo lapsum intuentur.

LAPSVS, [Romina, errore.] ὀλισθημα, ὀλισθημα, ὀλισθημα. Hisp. Refualadero, caída.] πῶσις ὀλισθημα, ruina, casus, præcipitium. Plin. lib. 7. cap. 37. Et uictor suprema in senectâ lapsu scalarum exanimatus est. Per translationem etiam accipitur pro errore, uel culpa pro imprudentiam admissa. Plin. lib. 5. cap. 1. Haud alio fidei proneiro lapsu, quam ubi fallæ rei grauis auctor existit. Item lapsus, serpentum progressus dicitur. Vir. 2. Aeneid. At gemini lapsu de lubrica ad summa dracones Effugiunt. Lapsus rotarum a Vir. 2. Aeneid. dicuntur, quasi Labiles rotæ: quibus scilicet subiectis facilius laberetur ingens ille equus ligneus.

LAQUEARE, ris, & per apocopen Laquear, aris, & Laquearium, rii, [Volti. Gal. Le plancher d'une maison ou le lambris du plancher. Hisp. El sobrado ò entrejeto labrado de caquiçami.] ὀλισθημα, dicuntur camere, hoc est, pars superior cubiculi & cenationis conuexa, quæ uariis adornari solet sculpturis & coloribus: Hæc etiam Lacunaria appellantur propterea quod tignorū interualla, quandam lacunam spectem præbere uideantur. Horat. lib. 2. Carm. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo Lacunar. Seruius in illud Virg. 1. Aeneid. Dependunt lychni laquearius aureis, a nomine Lacus significante trabem in ædificiis planam, ait deminutiuum esse Lacunar: a quo Lacunarium, & per antistethon Laquear, & Laquearium.

LAQUEATVS, a um, [Legato, allacciato. Gall. Laqué, enlaqué, tenu en laque. Hisp. Enlazado.] ἐμπαγισθησι, quod est laqueis irretitum. Col. l. 6. c. 19. Ceterum corpus, laqueatum, & distentum temonibus obligatur, innotumque medentis arbitrio est expositum. Laqueatum item dicitur id, quod laquearibus est ornatum: unde Laqueata testæ. Cic. lib. 1. de Leg. Magnificas uillas, & pauimenta marmorea, & laqueata testæ contemno. & apud Liu. 5. Decad. lib. 1. Laqueatum auro templum dicitur, hoc est, laquearibus aureis, uel auratis ornatum, qualis structura in testis regii palatii Parisiis uisitur. Verba Liuui sunt hæc: Antiochæ Iouis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantum, sed parietibus totis laminis inauratum, hoc est, non tantum habens laquearia inaurata, sed etiam ipsos parietes auro incrustatos.

LAQUEVS, laquei, [Laccio. Gal. Laque, lien, licel, piece, lasso. Hisp. Laço para prender.] παγίς, unculum, ita nexum, ut pondere depressum claudatur. Vnde dicimus, Laqueo uitam finiuit, id est, suspendio uitam finiuit. Cic. 6. Verr. Homini, iam collum in laqueum inferenti, subuenisti. Quid. 6. Met. Laqueoque animosa ligauit Gurgura. Virg. 1. Geo. Tum laqueis captare feras, & fallere uisco inuentum. Ponitur etiam Laqueus pro quacumque re, qua homo capi, ac irretiri potest. Hinc gryphos captiofaque argumentationes, Laqueos dicimus. Cic. de Fato: Ad Chryssippi laqueos reuertamur. Gell. lib. 1. c. 2. Atque interea uocabulis haud facile cognitis, syllogismorum, capionumque dialecticorum laqueis strepebat. Hinc & Cic. pro Mil. Laqueos iudicii dixit: Et pro Cæcinnâ, Capi aliquem laqueo uerborum dixit, pro eo quod est irretire aliquem argutiis uerborum.

LAR, laris, & Lares, larium. vide Lara.

LARA, siue Larunda nympha fuit, quæ Iunoni furta Iouis cum futura patefecit. hanc Mercurius compressit, & inde geminos suscipit, qui a matre Lares appellati sunt. Sunt qui credat Lares, δαίμονας, Geniosq. eisdem esse, existimantes uniuicui, duos Lares esse, alterum bonum, alterum malum, ut Christiani etiam duos Angelos bonum, malumque a Deo in custodiam datos dicunt, sed non natos nobiscum, ut illi de genio siue lare dicunt. Colebantur domi focusq. illis sacer erat. Vnde uulgos focus, Foculare appellat, quasi laris focus. Hi putati sunt dii domestici, ὁρῆσιοι θεοί, quod ad uerbis commoda uigilare dicuntur, inter compita. Qui in Fast. Lucifero subeunte. Lares delubra tulerunt. Ab aliquibus. dii agrorum uocati sunt. Tibul. Vos quoque felices quondam, nunc pauperis agrum Cultos fertis munera uestra Lares. Quoniam autem Lares siue Penates, etiam priuatorum domib. præcise credebantur (Pla.

LASCIVIVBNDVS, adiect. Plaut. Quidnam dicam Dinacium lasciuibundam tam libenter mœrere?

LASCIVIOSIS, [*Lasciuire, lussuricare. Gal. Rager, solastre, estre lascifs, esbauder. Hisp. Retorçar o burlar.*] *ἠέξουσι*, significat perulantem agere; ut equi indomiti solent, & qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter solitum, aut luscitare exultare solent. Col. lib. 7. Satiatate nerui pabuli pecudes exhilaratæ lasciuunt. Lasciuire etiam arbores dicuntur, cum nimia pabula hubertate luxuriant. Budæus.

LASCIVVS, a, um, p. prod. [*Lasciuo, molle, lussurioso. Gall. Lascif, semillant, siffre, luxurieux. Hisp. Dissoluto, logano, retocon.*] *λάγνος*, proteruus, fallax, plus mollitiei (ut inquit Valla in Raudensem) quam roboris aut constantiæ habens. Virg. 3. Eclog. Malo me Galatea petire lasciuia puella. Plin. lib. 8. cap. 14. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis, uxore eius Consyngi lacerata, propter lasciuiores eius cum marito iocum. Dicitur etiam de brutis animalibus. Virg. 2. Ecl. Florentem cythisum sequitur lasciuia capella. Aliquando ponitur pro impudico, Mart. lib. 1. Lasciuia est nobis pagina, uita proba.

LASER, eris, *ὄπιδε συλφίς*, succus laserpitidis, eximij in medicamentis usus. Plin. lib. 19. c. 3. Ab his proximum dicitur auctoritate clarissimum laserpitium: quod Græci Sylphion uocant, in Cyrenaica prouincia perpetuum: cuius succum uocant Laser magnificum in usu, medicamentisque. Col. lib. 5. c. 10. Nos exiguum admodum laseris uino diluimus, & ita cacumina arboris summa oblinimus. Laseris in condituris meminit Apicius. Palladius li. 3. Laser appellat Opon Cyrenaicum, eo quod laserpitium herba ex qua hic succus conficitur, primum in Cyrenaica regione fit reperta. Officiæ Afam foetidam appellant.

LASERPITIUM, *τις, σιλφίον*, uirgultum herbidum, ex cuius culmo exudat succus rosicidus, quem uocant Laser, magnificum in medicamentis, & in Cyrenaica prouincia laudatissimum. Hinc Catull. ad Lesb. Laserpitiferas uocat Cyrenas caulem laserpitij magdaram uocari auctor est Galeus: quamquam non desunt, qui ipsum etiam semen eodem nomine appellent. A Laserpitio Cato forma uit Laserpitiatus, a, um, c. 116. de re rust. Lentem quomodo seruari oporteat. Laserpitium aceto diluito, permisceto lentem aceto laserpitiato & in Sole ponito. Plin. lib. 18. c. 30. Sunt qui lentem aceto laserpitiato respargant.

LASSO, es, lassus sum, a quo Lassescor, is, lassus fio, [*Dinenir lasso. Gall. Se lasser, deuenir las. Hi. Canfarse.*] *ἀποκάρμνω*, fatigor. Plin. l. 10. c. 16. Non lacefferre in ullo labore, qui neruos ex alis gruis & crutibus habeant. Idem lib. 11. c. 2. Si non præpinguis soli hubertas lassescentem sustineat.

LASSIA, *λασία*, insula est decem tantum passuum millibus distans a Ceresio Eubœæ, quæ notiore nomine Andros dicitur. Auctor Plin. lib. 4. c. 12. Est & altera eiusdem nominis insula, non procul a sinu Træzenio, teste eodem Plin. loco iam citato.

LASSITUDO, is, [*Stanchezza. Gall. Lasseté. Hisp. Confancio por trabajo.*] *κόπος*, pro molestia, quam ex labore suscipimus. Ci. ad Corni. Sed nulla lassitudo impedire officium & fidem debet. Cxf. 2. Bel. Gall. Cursu ac lassitudine exanimatus.

LASSO, as, [*Stanco, affaticare. Gall. Lasser. Hisp. Canfars a otro.*] *κόπος*, fatigor. Plin. Epist. lib. 3. Multisque causis non lassaretur modo; uerum etiam funderetur. Ouid. 3. de Ponto; Mitius ille perit, subita qui mergitur unda, Quam sua qui tumidis brachia lassat, aquis. A quo lassatus. Iuu. Sat. 6. Et lassata uiris, nondum satiata recessit. Huius compositum est Delasso, uehementer lasso. Plaut. in Afin. Eum etiam hominem in senatu dare operam, aut clientibus ibi labore delassatum, noctem totam stertere. Laſſor, aris, passuum. Ouid. 2. Met. Mollis nequidquam lassor arena.

LASSVLVS, lassuli, deminut. Catul. Itaque ut domum Cybeles tetigerunt, lassulæ Nimio labore somnium capiunt sine Cerere.

LASSVS, [*Stanco, affaticato, lasso. Gall. Las, lasse. Hisp. Canfado con trabajo, fatigado.*] *κεκμηκός*, nomen est adiectiuum, idem significans quod fessus, uel fatigatus, hoc est, corporis uel animi labore fractus. Terent. in Hec. Etenim lassam opido tum aiebant: eo ad eam, non admissa sum. Pla. Pseud. Nam ut lassus ueni de uia, Me uolo curare. Amore lassus, Ouid. 3. Am. Eleg. 6.

LASTAVROS, *λάσταυρος*, a Græcis dicitur uir egregie mutoniatu, quæ si *λασιόταυρος*, hoc est, hirsutus circa tauros, id est, uirilia. Nam teste Arist. homines hirsuti iuxta femora & crura prærabidi sunt ad Venere. Alij *λάσταυρον*, dictum purant a *λα* intensiua particula, & nomine *ταύρος*, quo pars uirilium significatur. Suet. in uita Salust. Lenæus Pompeij libertus mores eius sigillatim expressit, ne bulonem, lurconem, popinonem, & lastaurum appellans. Vox postrema indicat fuisse hominem ualidæ libidinis. Hæc Suet.

LASTHENIA, nomen est mulieris Mantinez, quæ adeo cupida fuit diligendæ philosophiæ, ut assumpto uirili habitu, Platonis auditorium frequentaret. Laertius.

LASVS, *λαός*, primus de musica scripsit, & dithyramborum certam protulit primus: uixitque temporibus Darij Persarum regis. Suid.

LATE, [*Largamente.*] aduerb. lege Latus.

LATEBRA, bræ, p. p. & Latebræ, arum, [*Spelonea, grotta. Gall. Cacheite. Hisp. Escondroyo, lugar de esconder.*] *ὄψεως*, locus ubi aliquid occultatur. Lucan. lib. 1. Cedendum est bellis, quorum tibi tuta latebra, Lesbus erit. Quidam ita distinguunt ut Latebræ de hominibus dicantur, Latibula de feris: quod quamuis aliquando uerum sit, non semper tamen obseruatur. Nam & latebræ passim apud receptæ auctoritatis scriptores pro ferarum lustris inueniuntur accipi. Liuius li. 46. Inter uepres, & latebras ferarum noctem unam deliuit. Plin. lib. 10. c. 19. Oecanthe quidem etiam stratos latebræ dies habet. Neque solum de ferarum cubilibus; uerum etiam de quibusuis locis dicitur in quibus aliquid absconditur. Pla. in Aul. Non metuo, ne quispiam inuenias: ita probe in latebræ situm est. Ponitur interdum Latebra, pro excusatione, & prætextu. Cic. 3. Off. Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem, quæ infideli data sit: uiderint, ne queratur latebra periurio, id est, excusatio qua lateat, id est, non uideatur periurium.

LATEBRICOLA, colæ, p. c. *φωλητήρ*, latebras incolens. Plaut. Tri. Latebricolarum hominum corruptor.

LATEBROSE, [*Occultamente. Gall. En cacheite. Hisp. Escondidamente.*] aduerb. *κρύβδλυ*, occulte, clam. Pla. Trin. Pater adsum, Impera quid uis, neque tibi ero in mora: neque latebrose me abs tuo Conspectu occultabo.

LATEBROSVS, a, um, ut Latebrosus locus, [*Done son molti luoghi da nascondersi. Gall. Plein de cacheites. Hisp. Cosa llena de escondroyos.*] *ὄψεως*, in quo frequentes Latebræ sunt. Pla. in Bacc. Nam huic ætati non conducit mulier latebrosus locus; Latebrosus locus ad equites regendos. Liuius. Bell. Pun. Colles latebrofi, Silius lib. 5. Flumina latebrofa. Virg. 8. Aen. Nox latebrofa, Luc. lib. 6. Via latebrofa. Cic. pro Sext.

LATENTER, aduerb. [*Nascosamente. Gall. En cacheite, secrettement, covertement. Hisp. Escondidamente.*] *κρύβδλυ*, clam, occulte. Ci. in Top. Cum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est, foris euentus obscura causa, quæ latenter efficitur.

LATEO, lates, latui, [*Esfer ascoso, nascondersi. Gall. Se cacher, estre cache, m' estre uenue tognn. Hisp. Escondese.*] *λατταίω*, in occulto sum. Virg. 3. Eclog. Latet anguis in herba. Et quoniam ea, quæ in occulto sunt, fere ignoramus, factum est, ut Latere accipiatur pro incognitum esse, uel ignorari. Et in hac significatione plerumque accusatiuum habet. Virg. 1. Aen. Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ. Sic dicimus: Hæc res latet me, id est, ignoro hanc rem. Latet plerosque, id est, in occulto est plerisque, uel plerique ignorant. Plin. lib. 2. c. 20. Latet plerosque, magna cæli affectione compertum a principib. doctrinæ uiris, superiorum trium siderum ignes esse. Aliquando etiam in hac significatione cum datiuo legitur. Luc. lib. 10. Tu mihi causa lates. Huius uerbi composita sunt Deliteo, de quo supra. Obliteo, quod est omnino uel circumquaq. lateo. Seneca: Qui uelut timidum atque iners animal, metu oblituit ille sibi non uiuit, sed quod est turpissimum uentri, somno, libidini. Hinc Obliteo, Varro ne æstu per rimosa in rimis eius grana oblitescant, & recipiant aquam.

LATER, mascul. gen. [*Quadrillo, mattoni. Gall. Brique ou taille. Hisp. Laterillo.*] *πλινθος*, laterem, latere, & lateres in plurali integrum inueniuntur pro terra cocta, & in lapidem durata: genitiuus & datiuus singulares raro leguntur. Cic. 2. de Diu. Nam hoc in latere, aut in cemento, ex quib. urbs efficta est, potuit ualere? Col. lib. 6. c. 14. Itaque cum id accidit, ueteri lateri later constitit, eoque intrudi, &c. Valla lib. 1. Coctiles lateres, qui cocti sunt, & non crudi. Vitruuius: Siue silex siue cæmentum, aut coctus later: siue crudus, his erit utendum. Plaut. Latere firmior. Laterum tria genera sunt, Didoron, *διδωρον*, a longitudine duorum palmarum ita dictum, palmarum (inquam) maiorum, quorum singuli ualent palmos minus tres, hoc est, digitos, duodecim, quæ mensura geminata cõficit sesquipedem: quæ erat didori longitudo: latitudo autem pedis unius. Alterum Tetradoron, *τετραδωρον*, tertium Pentadoron, *πενταδωρον*, nominabant a mensura quatuor & quinque palmarum. Græci enim antiqui *δωρον*, palmum uocabant, & ideo *δωρα*, munera, quæ manu darentur. Vide Plin. lib. 35. cap. 14. Latere lauare, prouerbiali specie dicitur pro eo quod est, operam ludere. Inde tractam, quod rubedo illa in lateribus ablu non possit. Terent. in Phorm. Purgem me? laterem lauam. Id est, frustra agam.

LATERANENSIS, basilica Sancti Ioannis uocata est, quod eo nil loco extructa sit, ubi olim erat palatium Lateranensium clarissimæ apud Romanos familiæ. Hieronymus ad Marcell. Quis credat mulierem nobilem & potentem in domo Laterani Consulibus designati, &c.

LATERANVS, nomen propriu nobilissimi Romani, qui cum Consul

- designatus esset, iussu, Neronis est interfectus. Iuue. Sat. 10. Egregias Lateranorum oblidet ædes Tota coloris.
- LATERARIUS**, adiect. [*Di matiom, πλίστινος*, idem quod Lateritius. Plin. li. 17. cap. 56. Laterarias domos constituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Athenis. Sic enim legit Calpurnius: cum ramen omnia Plinii exemplaria quæ quidem nobis videre cōtingit, hunc in modum legendum ostēdant. Laterarias, ac domos cōstituerunt, &c, ut laterarias intelligamus officinas fornacesq, fingendis, coquendisq, lateribus aptas. Laterarium, genus tigni. Vitruv. li. 1. ca. 20. Ipsi autem lateraris circalixis continentur, æganiturque tabulis maxime palmis.
- LATERCULUS**, li, [*Mastoncello, πλίστινος*, diminuti, parvus later. Plin. Crudis laterculus ad formam camini. Curt. lib. 5. scribit laterculo coctilis structos fuisse muros Babylonis.
- LATEREUS**, a, um, [*Mattinat, di matoni. Gal. Fait de tuile ou de brique. Hisp. Cosa obrada de ladrillos.*] πλίστινος, quod est materiæ cui ex latere. Plin. Lapide duro, ac silice æquo cōstituantur, ueluti lateritios parietes.
- LATERNA**, æ, [*Lanterna. Gal. Lanterno. Hisp. lanterna.*] λανός, φανός, a lateo, licet hæc habeat primam cot. Laterna uero producta. Orat. libr. 14. Dux laterna uix clausis feror aurea flammis: Et tu tra est gremio parua lucerna meo. Cl. Att. Pauci in uestibulo, pannosi, sine Laterna. Dicta Laterna, quod lumen in ea inclusum lateat. It ex laminis corneis. in qua candela includitur, ne a uento extinguatur. Plin. in Amp. Quo ambulat tu, qui Vulcanum inclusum in cornu geris.
- LATERNARIUS**, riis, [*Che porta la lanterna. Gal. Qui porte la lanterne. Hisp. Lanternero, el que lleva la lanterna.*] λυχνόχρος, qui alteri later nam præfert. Ci. in Pis. An cum altero barbaro Epicureo, cum altero Catilinæ lateruario.
- LATESCO**, is, [*Dilatari, allargarsi.*] πλατύνωμαι, latus fio, & in latū extendor. Colum. lib. 2. Iugerum agri non amplius quatuor sextariis raporum seminis obsecudum est: quarta parte amplius radiceis spargendum, qui non in uentrem latefcunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. Cic. in Arat. Hic equus a capite & longa, ceruice latefcit.
- LATEX**, laticis, [*Humore. Gal. Toute liqueur. Hisp. Toda humor.*] ὑγρόν, omnis humor dicitur, ab eo, quod intra aliquid lateat. Cice. de Diuina. Nos circum latices gelidos, De aqua. Virgil. quarto Aeneid. Sparferat & latices simulatos fontis Auerni. De uino. Idem primo Aeneid. Regales inter menfas leticemque Lyæum. Sic Ouid. Palladios latices, dixit, cum oleum dicere uellet. Et Lucret. Absynthii laticem. Liqueorem uiticem. Lucret. libro quinto Cerulei latices. Ouidius tertius Trist. Eleg. 10. Calidi latices. Virgil. sexto Aeneid. Absynthii amarum perporare laticem. Lucr. lib. 4.
- LATHYRIS**, λathyris, herba quæ Cataputia maior appellatur. De qua. Plin. lib. 27. cap. 11. Lathyris folia habet multa, lactucæ similia, tenuiora, germina multa, in quibus semen tuniculis continetur, ut capparitis.
- LATIALIS**, & hoc le, [*Latino*], quod ex Latio est: ut, Iuppiter Latialis dictus est, quod in Latio coleretur. Tir. Et residens cella Latia Iuppiter Alba. Cic. Sicut utiq, ferias non Latiales, Latiaresue, sed Latinas dixeris, aut Latias. Latialis sermo, qui & Romanus, & Latinus. Plin. lib. 3. ca. 1. Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu Lacilia, idest, Latino. Macr. li. 1. ca. 1. Doctrinæ latialis haud inscium.
- LATIBULUS**, bulas, neutrum, & Latibulor, aris, deponens. [*Nasconderse. Gal. Se cacher, se muffer & tapir. Hisp. Esconderse.*] κρυπνός, significat lateo. Var. Vide ne feruus dominus latibulet. Accius: Progredere. & ne quis latibuletur, prospice. Antiquum est.
- LATIBULUM**, latibuti, [*Luogo dove si nasconde. Gal. Caverne, tafiniere, cachette. Hisp. Escondryo.*] κρυπνός, in quo aliquid delitescit. Valla distinguit Latibulum a Latebra, quod Latebra hominum sit: Latibulum ferarum. Sed hæc differentia non semper obseruatur. Nam quemadmodum supra ostendimus Latebram etiam pro ferarum lustris, accipi, ita etiam Latibulum aliquando de iis locis dicitur in quibus homines se occultant. Cice. Attic. libro duodecimo Ego autem uolo aliquid emere Latibulum, per fugiū doloris mei.
- LATICLAUII**, πλατύσσωμος, senatores appellati sunt, a laticlaui. Suet. in Aug. Ac ne expers castrorum esset, binos plerunque laticlauios præposuit singulis alis. Laticlauius tunica. Valerius li. 5. Et tunica laticlauius donatum ad Masinissam remisit.
- LATIFOLIA**, πλατύφυλλος, arboris glandiferæ genus, quam nonnulli eandem putant cum esculo: a latitudine foliorum nomen habens. Plin. lib. 16. cap. 6. In quæna glande alia dulcior, molliorque fœminæ, maris spissior. Maxime autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ, Laurus latifolia, & Myrtus latifolia, apud Plin. li. 15. ca. 7.
- LATIFUNDIUM**, dii, [*Gran podere, gran possessione. Gal. Un fond d'erita*]
- ge de grand' estendue. Hisp. Heredad entera y grande.*] ἄπυρροπία, magnus & amplus fundus. Plin. libro 17. cap. 22. Latifundis non legitima naturæ festinatio, idest, non potest una certa ratio præscribi putandæ uinæ in magnis prædiis, quod aliæ seruis, id aliæ maturius desiderant. Idem libro 18. cap. 6. Latifundia perdere Italiam.
- LATINÆ**, arum, feræ erant conceptiæ, singulis annis a magistratibus in certos, uel incertos dies concipi solitæ, quibus pro communi totius Latii salute Ioui Latiali in monte Albano sacro fiebant, a Præfecto urbis Latinarum causa creato, populisque Latinis carnes diuidebantur ex præscripto uetusti fœderis inter Romanos & Latinos icæti Sp. Cassio, & Posthumo Cominio eos. Cuius fœderis leges ne ullo unquam tempore intercederent, Romæ in ænea columna fuerunt incisæ. Cic. pro Planc. Quibus in municipiis uix iam qui carnem Latinis petant, inueniuntur.
- LATINE**, [*Latimamente. Gal. En latin, à la maniera des latins. Hisp. Latimamente, en latin.*] λατύνω, aduerbium, idest, more Latinorum. Cic. 2. Philip. Antonium quem gladiatorem non ita appellauit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed ut appellentur, qui plane, & latine loquuntur, hoc est, proprie & aperte. Dicimus quoque, Scio Latine: ubi subauditur, loqui, quod turpiter exprimeretur: sicut cum dicimus, Scio fidibus, ubi subauditur, Canere: non tamen exprimitur. Ci. pro Cec. Quid enim facilius est quam probari iis, qui Latine sciebant: in uno ferulo familiæ nomen non ualere?
- LATINI**, Italiæ populi dicebantur, qui eum tractum incolebant, qui est inter ostia Tiberis & Circeios: quam Italiæ partem Latium antiquum appellabant. Hi ante Aenæ in Italiam aduentum Aborigenes dicti, sunt, sed postea uero Troianis permitti uno nomine dicti sunt Latini, siue a Latio regione illa, quam incolebant, siue a Latino rege, cuius filiam Lauiniam Aeneas duxerat uxorem.
- LATINIENSIS**, & hoc se, [*Latino*], idem quod Latius. Ci. de Aruf. ref. Quod in agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu. Significare etiam potest eum, qui alibi ortus, in Latio cū Latinis uersatur: ut supra dictum est in dictione Hispanus.
- LATINITAS**, latinitatis, [*Fauella latina. Gal. Langage latin. Hisp. habla latina.*] locutio ipsa Latina, siue sermo Latinus. Cice. ad Attic. lib. 7. Secutusque sum, non dico Cæcilium, Mane ut ex portu in Piræum, (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur a C. Lælio scribi.
- LATINUS**, ni, substat. λατίνος, nomen regis Aborigenum, Fauni & Maricæ nymphæ filii, cuius filiam Lauiniam Aeneas accepit uxorem. De hoc Vir. li. 7. Aen. Rex arua Latinus, & urbes iam senior longa placidas in pace regebat.
- LATINUS**, [*Latino*], λατίνος, nomen deriuatiuum a Latio. Virg. 1. Aen. Genus unde Latinum. Inde Latinum sermonem dicimus eū, quo utebantur in Latio. Carmen Latinum, Hora. 1. Carmin. Ode 32. Latine consuetudini tradere, idest, in Latinum sermonem conuertere. Col. in Præ. in lib. 12. Hæc. in Oeconomico Xenophontis: & deinde Cicero, qui eum Latine consuetudini tradidit. Vertere in Latinum: hoc est, in Latinam linguam. Quin. lib. 10. ca. 5. Vertere Græca in Latinum, ueteres nostri oratores optimum iudicabāt. Ci. 1. de Fin. Ita sentio, & sæpe differui. Latinam linguam non modo non inopem, ut uulgo putarent, sed locupletiozem etiam esse quæ Græcam.
- LATIO**, nis.
- LATIO**, latitas, p. co. [*Nasconderse sbeffo. Gal. Se cacher, ne se mostrer point. Hisp. Esconderse à uenudo.*] κρυπνός, sæpe aut fere semper lateo. Cice. pro Cluen. Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio. Ho. a. 3. Carin. Ode 12. Catius idem per apertum fugientes. Agitato grege ceruus iaculari & Celer alto latitante in fruticeto excipere aptum. Caro tamen Latitauerunt dixit, pro frequenter tulerunt: frequentatiuum secundum uerbi Fero, fers. Latitare, inquit Budæus dicuntur, qui ad iudicium uocati frustrantur, & ludificantur. Ci. pro Quin. Ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit. Latitatio, nis, Qui. li. 7. c. 3. Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & similia. Hinc fit compositum. Illatio, quod est intus latiro.
- LATITUDO**, inis, [*Ampiezza. Gal. Largeur, estendue. Hisp. Anchura, largura.*] πλάτος, uide infra in dictione Latus.
- LATIUM**, ti, [*Lacio, ea pars Italiæ est, teste Plin. li. 3. ca. 5. quæ est inter ostia Tyberis, & Circeios millia passuum quinquaginta in longitudinem non excedens: quod postea prolatis imperii terminis, Antiquum Latium est appellatum, postea uero, teste Seruio, Latium nomine dictum est, quicquid est inter Tyberim & Vulturnum amnes. Totusq, ille tractus diuiditur in Latium citerius, & Latium ulterius. Citerius Latium a Tyberis ripa Fundos usque, protenditur: ulterius a Fundis usque ad Vulturnum amnem. Dictum autem Latium putatur, quod illuc latuerit Saturnus, dum Iouem fugeret.*]

sugeret. Ovi. 1. Fast. Dicta quoque est Latium terra latente Deo. Vir. 8. Aen. Latiumq. uocari Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris. Contra Varro, Latium a Latino rege dictum asserit.

LATIVS, arum, [Delatio.] quod ex Latio est. Col. in Præf. l. 1. At Latiaz Musæ nō solos adytis suis Accium & Virgiliū receperet, sed eorum & proximis: & procul a secundis, sacras concessere sedes Agri Latii Ouid. 3. Fast. Gens Latia. Ouid. 4. Fast. Lingua Latia. Idem 2. de Ponto. Eleg. 3.

LATMVS, λῆτμος, mons Ioniz, notus fabula Endymionis, quem cum Lunam adamaret, in Latmo monte ab ea sopitum ferunt, ut unum ab eo osculum auferret: unde & ipse Endymion Latmius dictus est. Ouid. lib. 3. de Arte. Latmius Endymion non est tibi Luna rubori.

LATOIS, idis, secunda syllaba producta λητοῖς, patronymicum est foemininum, a Græco nomine λητώ deductum: quo nomine illi Dianæ matrem appellant, quam & nos Latonam. Latois itaq. a poetis accipitur pro Diana Latonæ filia, quam & Latini Græcorum imitatione Latoniam appellant. Ouid. 7. Metam. Inde Calaueræ Latoïdos aspicit arua.

LATOMIÆ, uel Latumiz, arum, [Luogo dove si scarperlano sassi. Gal. Quarrieres. Hisp. La cantera, mina de cantos.] λητομια, a Græcis dicuntur, quas nos uocamus Lapidicinas, hoc est, loca, unde exciduntur saxa: λῆσις enim a Græcis uocatur, qui a nobis lapis, & τόμος, sectio. Liu. 6. Bel. Pun. Comprehensa postea priuata ædificia, comprehensæ latomiz, forumq. pitarium Ad latomias damnari solebant ii, qui in opus metalli damnabantur. Plau. in Cap. Tyndarus in latomias lapidarias ab Aegione damnatur. Et quoniam carceres in plerisque locis fiebant in lapidicinis iam effosis, ut in Sicilia Latomiz Syracusanæ, factum est, ut latomiz de quouis carcere dicantur. Cicer. 7. Verr. Carcer ille, qui est a crudelissimo tyranno Dionysio factus Syraculis, quæ Latomiz uocantur, in istius imperio domicilium Romanorum fuit.

LATOMVS, [Taglia pietras] λητομος, Latine dicitur Lapidida, qui e rupibus saxa excidit, aut ad opus adaptat.

LATO, as, [Allargare.] λητωῖς, arum, latum facio, quamuis non sit in usu pro quo compositum Dilato usurpamus: de quo supra, Ab hoc uerbo Lato actiuo fit neutrum Lateo prima pr. id est, late patetia quo fit inchoatiuum Lateo, de quo supra.

LATONA, p. λητωῖς, filia Cæi Titanis, a Ioue amata & compressa est, ex quo geminam concepit prolem, Apollinem uidelicet & Dianam, quod Iuno adeo ægre tulit, ut immisso contra illam Pythonem serpente, per totum terrarum orbem pellicem persecuta sit, donec errando ad sororem Asterien in insulam Ortygiam peruenisset, a qua suscepta est, ibique Dianam peperit, quæ euestigio obstetricis officium in nascituro fratre matri præstitit, & Apollinem nascentem suscepit: qui adultus mōx Pythonem interfecit, & petentibus cepit dare responsa. Porro hæc insula, cum antea Ortygia uocaretur, postea Delos uocari cœpit, quod cum antea quam mersa fuisset, subito Iouis iussu conspicua fuerit reddita. Nam δελῶν, Græci dicunt quod nos ostendere, seu manifestare.

LATONIA, [Diana] λητωῖς, dicta est Diana, a matre Latona, quemadmodum Apollo ipse, Latonius, λητωῖς. Vir. 9. Aen. Tu dea, tu præsens nostro succurre labori, Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. Similiter Delos, ut ait Seruius, dicta est Latonia quod in ea Latona enixa sit Dianam & Apollinem.

LATOR, oris, [Datore, portatore.] uerbale a fero, ut Lator legis, qui & Legislator, νομοθετης, uno uerbo dicitur, qui promulgat, uel in stituit, uel tulit legem. Cic. 2. de Nat. De. Ferretne ciuitas ulla Latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius, &c. Aliquando pro tabellario, Suet. in Calig. Quasi uniuersa tradita insula magnificas Romam litteras misit monitis sæpe latoribus, uehiculo ad forum usque & curiam pertenderent.

LATREVS, λατρεῖς, unus ex Centauris. Ovi. li. 12. Met. Quem dederit letho membris & corpore Latreus Maximus.

LATRIA, æ. pen. pro. [seruitu, obseruatione. Gal. Seruice, reuerence. Hisp. honra a acatamiento al mayer.] λατρεία, Latine cultus, obsequium, seruitus. Aug. lib. 10. Ciui. Latrui nostri, ubicunque sanctuarum scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem: sed ea seruitus, quæ debetur hominibus secundum quam præcipit Apostolus, seruos dominis suis sudditos esse debere, alio nomine Græce nō cupari solet. Latrui uero secundum consuetudinem, qua locuti sunt qui nobis diuina eloquia condiderunt, aut semper, aut frequenter, aut pene semper ea dicitur seruitus, quæ pertinet ad colendum deum.

LATRINA, æ. [Cacatoio. Gal. Vn retrait latrine. Hisp. La priuada o necessaria de la casa.] λητριον, locus priuatarum sordium, & ad exonerandum uentrem accommodatus: a latendo, siue potius a lauando: ut mox Varronis testimonio docebimus. Apul. de Afino li. 9. Omnia profus, ut in quibusdam cœnosam latrinam, in eius animum confluxerunt uicia. Foricæ uero loca publica, in quibus li-

cet omnibus uentrem exonerare. Cloaca, aquæ ductus subterraneus dicitur ad eluendas urbis sordes accommodatus. Antiqui Lauatrinam dixerunt, quæ postea, syllaba una sublata, Latrina est appellata. Val. li. 2. de Analogia. Deinde cum breuitatis causa nomina contraherent, quod essent aptiora, pro Lauatrina latrinam nominarunt, sicut ex maxillis, & axillis, & uevillis, malæ, alæ, & uela diminuta sunt. Ex quo apparet, Latrinam a lauando dictâ esse, proprieque significare colluuiem omnium sordium, quæ ex tota domo in unum locum confluunt. Plau. in Curc. Itas magnas minas non pluris facio, quam ancillam meam, quæ latrinam lauat. Videnturque Latrinæ differre a cloacis, tanquam priuata & publicis. Colu. lib. 10. Immundis quacunq. uomit latrina cloacis.

LATRO, tras, [Abbaire. Gal. Abayer, japper. Hisp. Ladrar propriamente los perros.] ληστρος, proprium est canis, cum uocem edit terrens, & in aliquem impetum faciens. Virg. 3. Eclo. Multum latrante Lycisca. Latrare ad homines transfertur, pro uociferari, & intentione uoce clamare. Cic. 2. de Ora. Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari potuit, cum a Philippo interrogatus quid latraret, furem se uidere respondit? Hinc Latratus, us, ipsa uox canum, siue ipse latrandi actus. Virgil. quinto Aeneid. Sæuis canum latratu in auras. Plin. libro octauo capit. 40. Ab alio in Epiro agnium in conuentu percussorem domini, laniatu, & latratu adactum, ut cogeret fateri scelus. Latrator, Vir. 8. Aen. Et latrator Anubis. Latror, aris, passiuum. pl. lib. 25. cap. 10. Hanc habentes negat latrari a canibus. Latrator, impersonale. Ouid. 2. Tri. Scit cui latretur, cum solus obambulat ipsa. Latrans particip. ut Colla latrantia canit. Propert. lib. 5. Eleg. 18. Latratus, participium a passiuo Latror. Stat. 1. Achil. iuxta Caphareus Latratum Pelago tollens caput. Huius uerbi composita sunt, Allatro quod est latrator aliquem infesto. Colum. per translationem dixit: Sed nec caninum quidem (sicut dixere ueteres) studium præstantius, locupletissimum quemque allatrando. Oblatro, contra latro, nulla ratione contradico. Laftan. lib. 5. qua Demetrianum sicut ipse ait oblattrantem, atque obstrepentem ueritati redarguere conatur.

LATROCINIUM, nii, [Ladronectio. Gal. Bringaterie, destruction de gens, uolerie. Latrocin. Hisp. Aquel robo publico.] λησεία, ipse latrociniandi actus. Cas. 8. Bel. Gal. Quia repentino latrocinio atque impetu in collæ illorum erant oppressi. Ci. pro Deio. Tueri fines suos ab excurtionibus hostium, & latrociniis Ponitur aliquando pro ipsa militia. Plau. Qui apud regem in latrocinio fuisse stipendium acceptit.

LATROCINOR, aris, p. c. [Rubare. Gal. Desrobber, brigander, destrouffer. Hisp. Robar.] λησδω, latronum more prador, Cic. pro Mil. Quasi Appius ille Cæcus uiam strauisset, non qua pop. Ro. uteretur, sed in qua posteri sui impune latrocinarentur. Pla. in Curc. Latrocinitus annos decem mercedem accipio. Hinc latrocinitio, uerbale, idem quod Latrociniuum. Plin. li. 19. ca. 4. Multitudinis innumeræ sua latrocinitio.

LATRONES, [Ladroni. Gal. Larrons. Hisp. Ladrones.] λησται, Græca dictio est, qua significantur uiarum iobeflores, qui uiatores aut uita, aut pecunia spoliunt. Hora. libro 1. Epi. Ut iugulent homines, surgunt de nocte latrones. Ita dicti auctore Festo, quod a latere adoriuntur, uel a latendo, quod latenter insidiantur. Cic. 2. Phil. Erat enim uiuendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset. Ora. secund. Ser. Sat. prim. Quem cur distinguere coner Titus ab insectis latronibus? Vlrpant poetae latronem pro uenatore. Virgil. libro duodecimo Fixumque latronis Impavidus frangit telum. Cum superius dixisset, Saucius ille graui uentum uulnere pectus. Apud antiquos etiam latrones dicebantur conducti milites a λησδω, inferuio: nam seruiebant mercede. Moris autem erat, ut hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. Varro autem huiusmodi stipatores putat Latrones dictos, quasi Laterones, quoniam circa latera esse soleant, quos nunc Satellites uocant, qui principis alicuius latrant uentur, qui & Laterani, & Stipatores, & σωματοφύλακες, uocantur. Pla. in Mil. Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum, ut latrones, quos conduxit hinc, ad Seleucum duceret, qui eius regiam tutarentur.

LATRUNCVLVS diminutiuum, paruus latro. Ci. de Prouin. Consul. Res in Sardinia cū Mastrucatis latrunculis a Propratore una cohorte auxiliaria gesta. Sunt etiam Latrunculi siue Latrones, quibus ludimus, sexdecim serupis gemina acie utrinq. directis: in quibus duo reges sunt inuicē contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, sexdecim pedites, quatuor satellites, totidem ceterorum. Martial. Infidiosorum si ludis bella latronum. Sene. Latrunculis ludimus.

LATRUNCVLATOR, oris, [Iudice de malefici. Gal. Preuost de marefcaux. Hisp. El juec de los ladrones.] qui rerum capitalium iudex, siue quæstor appellatur, & uulgo Iudex maleficiorum. Vlpian. I. 5. Pan-

- 1.5. Pandect. l. solemus de iudi. Latrunculator de re pecuniaria in dicare non potest.
- LATVS**, a, um [Spatioso largo, ampio. Gal. Large de grand'estendue. Hist. Anco en respecto deluengo.] ἄπυχρος, πλατύς, spatiosus, amplius, latus: cuius contrarium est angustus. Plin. libr. o duodecimo capit. 7. Lara radice arbor. Teren. in Heaut. Huc est intro latus lectus. Cicer. sexto Verr. Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari periculosoque disiecta. Hinc aduerbium Late, quod significat in multis locis. Cic. pro leg. Manl. Late longeque diffusa laus Pompeii. Virgil. octavo Aeneid. Lucus late sacer. Cice. in Catil. Latius opinione disseminatum est hoc malum. Idem 1. Offic. Hoc latissime pateat, ad plurimosque pertineat. Hinc latitudo, pro spatio sitate. Cice. primo de Nat. Deo. In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. Idem secund. de Ora. Oris prauitatem, & uerborum latitudinem imitatur. Latus etiam aliquando participium est a Feror, idem ualens quod portatus. Cic. ad Quin. Fr. li. 2. Latus lectica.
- LATVS**, eris, [Lato. Gal. Le costé. Hist. Lado à costado.] πλατὺς, quod est infra alam Virg. 2. Aenei. Laterique Argiium accommodat enssem. Cice. pro Cluen. Is ex equo cecidit, & latus offendit uehementer. Hinc aters dolor, quem Græci πλατὺς πόνος uocant. Cice. 3. de Ora. Crassus laterum dolore consumptus. Aliquando Latus pro uiribus & spiritu ponitur. Cice. de Seneca. Cum legem Vocniam magna uoce & bonis lateribus suasissem. Idem de Seneca. Neque enim ex te unquam es nobilitatus sed ex lateribus, & lacertis tuis. Alatere, dicuntur cari & amici principum, qui eorum lateribus semper adsunt. Liu. lib. 4. Bell. Fun. Ab latere inde nominat tyranni, eorumque capita uisissima fingenti inter dolores gemitusque occurrunt. Curtius li. 5. Dum ad perniciem eius etiam a latere pecunia ipsius sollicitaret hostis.
- LATVSCLAUUS**, πλατυσταυρος, tunica erat purpura prætexta, latior tunica uulgari, quia Senatores utebantur. Hoc uestis genere primus usus est Tullus Hostilius Romanorum rex, teste Plin. li. 9. cap. 39. Utebantur eo & Sacerdotes: ut non obscure ostendit Silius Italicus lib. 3. cum ait: Sacrificam lato uestem distinguere clauo. Est quoniam hac ueste utebantur peculiariter senatores, factum est, ut Latusciauus accipiatur pro dignitate Senatoria. Plin. in epi. Ego Sexto latum clauum a Cæsare nostro, ego Quæsturam impetraui ab Ou. Clauus simpliciter dicitur pro senatoria dignitate, illo uerbo: Curia restabat, clauus mensura coacta est.
- LATVSCVLVM**, li, paruum latus, dimin. Catullus ad Thallum, Ne la neum latuculum, manusque mollicellas inusta turpiter tibi flagella conscribellent. Speculorum latucula, idest parua latera. Luc. li. 4. Quinentiam quæcunque latucula sunt speculorum.
- LAVACRVM**, p. p. [Doue si laua, Bagno. Gal. Lauoir, un lieu à se lauer. Hist. Lugar do se lauar.] a lauo, ac, balneum in quo quis lauari commodè potest. Gell. li. 1. ca. 2. Lusorum umbra ingentiam, longis ambulacris, & mollibus ædium posticum refrigerantibus lauacris. Huius dictionis pen. ab indoctis quibusdam male corripitur cum deriuetur a supino Lauatum, mutato tum, in crum, sicut ab Ambulatum fit Ambulacrum, & a Simulatum Simulacrum: quæ proculdubio producant penultimam.
- LAVATRINAS**, ἀφροδῖνες, λουατροί, dixerunt antiqui, quas nos Latrinas dicimus, sublata una syllaba, loca scilicet in ædibus, ad quæ sordes confluunt. Nec in culina tantum, sed in tricliniis quoque, & cubiculis & cœnationibus, cum dignitate & elegantia sunt. Vide Latrina.
- LAUDABILIS**, le, [Lauduole, Gal. Louable, digne d'estre loué. Hist. Cosa digna de ser alabada.] ἐπαίνετος, quod merito laudari potest. Plaut. in Pers. Aedepol desisti uirgo operam laudabilem, probam, & sapientem, & sobriam. Laudabilis uita, apud Cic. de Ami. Rectæ & laudabiles res. Ci. 1. de Fin. Opus laudabile, Lucr. li. 5. Carmè laudabile, Hor. de Arte.
- LAUDABILITER**, aduerb. [Lodeuolmente. Gal. Louablement, avec louange.] ἀειχίλως, cum laude & commendatione. Cice. 5. Tusc. Quid ad recte, honeste, laudabiliter, postremo ad bene uiuendum latissime est præsidium in uirtute?
- LAUDATIO**, onis, [Lode laude.] ἐγκώμιον, ipsa laudantis oratio. Cic. 4. Verr. Præclara laudatio.
- LAUDATIIVS**, a, um, ἐγκωμιστικός, quod laudationi est accommodatum. Vnde Laudarius genus orationis a Rhetoribus dicitur, quod alio nomine Demonstratiuum uocant Rhetores. Quin. lib. 2. cap. 16. Laudatiuum rotam, quæ est pars Rhetorices tertia, Et Laudatiuus casus, dicitur est accusatiuus, quia per hunc uidemur uel accusari, uel laudare.
- LAUDO**, das, [Lodare, laudare. Gal. Louer, dire bien, nomer en bien. Hist. Loar d'alabar.] ἐπαίνω, commendo, uerbis extollo. Virgil. 4. Geor. Laudato ingentia rura: Exiguum colito. Differt autè a uerbo Probo, quod id re magis probemus, laudemus uerbis. Plaut. in Trin. utrūque coniunxit, Laudo, inquit, consilium, & probo. Aliquando Laudare, est nominare, Plaut. in Cap. Id scias, Iouem supra-
- num testem laudare. Laudare, inquit Macr. libro sexto ca. 7. Satur, significat prisca lingua nominare, appellareque. Nonnunquam etiam citare, & in testim adducere, Cic. tertio de Orat. Atque hæc quidem ab his Philosophis, quos tu maxime diligis, Catule, dicta sunt: quod eo sæpius testificor, quod auctoribus laudatis, ineptiarum crimen effugiam. idest, his philosophis nominatim citandis & tanquam ad testimonium dicendum euocandis, quos auctores harum rerum habeo. Laudare cum exceptione, idest, non integre. Cic. lib. 1. Epi. ad Q. Fr. Vnum est, quod tibi ego præcipere non desinam, neque te patiar cum exceptione laudari. Laudatus, a, um, participium, siue nomen ex participio, ἐπαίνετος, Abunde laudatus. Ouid. primo Trist. Eleg. 6. Falso laudata femina. Ouid. 3. de Amo. Eleg. 11. Laudatissima forma. Ouid. epist. 18. Laudator, oris, ad Her. li. quarto Nolo esse laudator, ne uidear adulator. Laudator uoluntarius. Cicer. sexto Ver. Laudatrix, cis, Cice. tertio Tus. Vitorum laudatrix fama popularis. Laudandus, gerundium: ut loci non laudandi. Ouid. primo Trist. Eleg. 8. Huius composita sunt, Allaudo, de quo supra. Elaudo, quo ueteres usurparunt pro eo, quod est, plus quam nomino. Var. Elaudat, nomenque eius millicies repetit. Collaudo, simul laudo. Cic. Lent. Si rem istam ex sententia gesseris, fore, ut absens a multis, cum redieris, ab omnibus colaudere. Perlaudo, ualde laudo. Laet. lib. 6. Ea res, quam etiam homo si contempserit, iure perlaudatur.
- LAVERNA**, Dex cuiusdam nomen fuit apud Romanos, in cuius tute la fures esse putabantur, qui ab ea Lauerniones dicti sunt. Hinc Lauernalis porta, Romæ dicta est, ab æde Lauernæ propinqua. Hæc fere est Festo.
- LAVER**, eris, neutri generis, & aliquando fœminini, ὄϊον, Dioscoridi, herba est in aquis nascens, frutice pingui, recto, foliis latis, olusatro similibus, sed minoribus, & odoratis. Vulgo Berlam dicimus, & Berulam. Plin. li. 26. c. 8. Lauer quoque nascens in riuus condita, & cocta, torminibus medetur.
- LAUGIA**, (quod hic pro Nemæ fonte corrupte legebatur) uide Langia.
- LAVINIA**, λαβινία, filia fuit Latini regis. & Amata, quæ primum Turno, deinde Aeneæ desponsata est, cuius occasione orto inter hos duos bello multi utrinque occubuerunt. Tandem deuictio Turno. Aeneæ nupsit: quo mortuo ipsa priuignam insolentiam timens: in syluas prægnans profugit, & apud Tyrrheum pastorem diuertit, ibique peperit hlium, quem Iulum Syluium Posthumum appellauit, eo quod post patris funus in syluis natus esset. Hanc tamen postea Ascanius in regnum reuocauit cum ipse secessit Albanam longam, urbem a se conditam: Lauinio nouerçæ relicto, quod illa moriens Iulo Syluio Posthumo filio suo reliquit. Virg. libro 12. Et uictum tendere palmas Ausonii uidere: tua est Lauinia coniunx, &c.
- LAVINIVM**, λαβινιον, Steph. λαβινιον, Straboni, urbs fuit in Latio, ab Aenea condita, & a nomine Lauiniæ uxoris ita appellata. Cuius rei testis est Liu. li. 1. ab urb. Aeneam, inquit, apud Latinum fuisse in hospitio tradant. Ibi Latinum apud Penates Deos domesticum publico adiunxisse fœdus, filia Aeneæ in matrimonium data. Ea res utique Troianis spem affirmat tandem stabili, certaque se definiendi erroris: Oppidum condunt, Aeneas ab nomine uxoris Lauinium appellat.
- LAVO**, as, [Lauare. Gal. Lauoir. Hist. Lauar.] λῶω, idem est quod aluo, & quod sordidum est, aqua purgo. Virg. 3. Eclo. Omnes in fonte lauabo. Præteritum facit Laui. Teren. Heaut. Atque illa, si iam lauerit, mihi nuncia. Supinum est Lotum: unde deducitur participium Lotus. Mart. lib. 5. Lotus nobiscum est, hilaris cœnauit, & idem Inuentus mane est moi tuus Andragoras. Olim etiam Lauatum faciebat, & per synopen Lautum. Ver. in Eunu. Abunt lauatum, ueritrepunt. Hora 1. Serm. Sat. 6. Aac ubi me festum sol acriter lauatum Admonuit. Ouid. lib. 3. Fast. Sacra lauaturas mane petebat aquas. A supino Lauatum fit uerbale Lauatio λῶσις, ipse lauandi actus, aut lauacrum. Plin. lib. 8. cap. 45. Lauatione calidæ aque traduntur pinguefcere. Ci. Varroni: Si minus, persequar in Cumanis, & ante te certiore faciam, ut lauatio parata sit, idest, balneum. Lauacrum, balneum, in quo quis lauari commodè potest. Gell. libro primo cap. 2. Propulsaui caloris incommoda lucorum umbra ingentium, longis ambulacris, & mollibus ædium posticum refrigerantibus. Lauacris. Auidus splendere lauacris, Clau. 2. in Eutr. Veteres hoc uerbum per tertiam coniugationem inflectebant. Vig. lib. 10. Visceribus superinfundens lauit inprobatæ ter Ora cruor. Horat. 1. Sermo. Saty 5. Ora manusque tua lauitus Feronia lympha. Quibus in locis cum prima syllaba huius uerbi corripitur, certum est non esse præterita temporis, cum disyllaba præterita priorem necessario producant. Simile est illud apud Virg. tertio Aeneid. Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem. Interdum significat madefacere, humectare, Plaut. in Pse. Gestas tabellas tecum, eas lacrymis lauis? Huius composita, Abluo, Deluo, Diluo, Eluo, Illuo, Perluo, Præluo, Reluo, & Subluo,

- subluo, quorum significata uide suis locis.
- LAVREA**, [*Foglia di lauro. Gal. Fuille de Laurier. Hisp. Hoja de Laurel.*] *Ἰάσων*, proprie lauri folium appellatur perpetuo uirens, & topiario operi accedens. Oui. 3. Fast. Cedit ab Iliaci laurea cana focus. Plin. lib. 15. ca. 30. Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur uiris: unius folia distinguuntur appellatione: Lauream enim uocamus. Quem Plini locum sic intellige. Nullam esse arborem a qua uiris nomen sit impositum præter unam laurum. Fuit enim Ciceroni libertus nomine Laurea, de quo mox dicturi sumus in distione sequenti. Præterea Laureolus, & Laurentia nomina sunt uirorum, a Lauro deducta: Deinde nullam esse arborem, cuius folia habeant distinctam appellationem præter unius lauri folia, quæ Laurea dicuntur. Aliquando ponitur pro lauro. Hora. 2. lib. Carm. Tum spissa ramis laurea feruidis. Aliquando pro corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. Martia. lib. 2. Quæ datur ex Dacis laurea tota tua est. Caro uero de Re rust. lib. 1. Laurea & Laurum, & mutato diphthongo au, in o, litteram, Loream, pro eodem accipit.
- LAVREA**, Tullius, Ciceronis libertus fuit, cuius extat nobile de a. quibus Ciceronianis Epigramma, apud Plin. li. 31. quod quoniam circa principium operis huius inferimus in dictione Academia, illinc lectori petendum relinquimus.
- LAVREATVS**, a, um, nomen est, non participium, Laureo enim uerbum, quamuis nonnulli eo utantur, Latinum non est. Hinc Laureati, qui laurea coronati sunt. Cice. pro Mur. Qui imaginem parentis sui laureatam in gratulatione sua conspexit. Sic Fases Laureatos dixit: idem Cice. secundo de Diuin. id est, fases laurea uel lauro circumuolutos. Plin. libro 35. cap. 18. tantumque non cum laureatis fascibus remitti illo, unde creatis pedibus aduenissent.
- LAVRENS**, tis, *λαυρήντιος*, modo gentile nomen est, a Laurento Latii oppido deductum, Virg. 12. Aen. Laurentis regia Pici. Modo de nominatiuum omnis generis. Idem 13. Aene. Te quoque Laurentes uiderunt Aeole campi oppotere. Idem alibi, Ignarum Laurens habet hora Mimanta.
- LAVRENTALIA**, *λαυρήνια*, feræ erant in honorem Accæ Laurentiæ instituta, quæ nutritrix fuit Romuli & Remi: cui sacerdotes in Velabro sacrificabant teste Varro. libro 5. de ling. Lat. Laurentalia (inquit Fest.) Laurentiæ coniugis Faustuli, & nutritris Romuli & Ceni festa.
- LAVRENTIUS**, Laureolus, Laurea, & Laurentia, nomina uirorum, ac mulierum propria, a lauro deducta.
- LAVRENTIA**, uxor Faustuli fuit, pastoris Amulii, quæ Romulum, & Remum expositos nutrit: & quoniam se omnibus prostruebat, lupa dicta est: & hinc locus datus est fabulæ, & Romulum & Remum a lupa esse nutritos. Hanc aliqui Laurentiam uocant, festaque in honorem eius instituta Laurentinalia.
- LAVRENTVM**, ciuitas Latii, non procul a Lauinio, ita dicta a filia laura, qua excisa ædificata est. Vel (ut inquit Priscianus) a lauro ibi primum inuenta, dum Picus eam conderet. Hinc Laurentis populi dicti sunt: de quibus paulo ante in dictione Laureus.
- LAVREOLA**, æ, cum accentu in antepen. diminut. a Laurea, & pro corona triumphali capitur. Cice. lib. 2. Episto. Familia, qualemque triumphum Laureolam appellat. Velles enim, ait, tantum modo ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis. Laureolam in mustaceo quærere, est ex re friuola, insignem laudem captare. Cice. ad Atti. Bibulus, credo, uoluit appellatione hac inani nobis esse par. in eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere.
- LAVREOLUSA** poetis traditur fuisse latro sceleratissimus, eo que nomine in crucem sublatus, & a feris deuoratus. Quæ fabula aliquoties Romæ in spectaculis repræsentata est. Iuuen. Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit, Iudice me uera dignus cruce. De Domitiano quoque memoriæ proditum est, quod hanc fabulam repræsentaturus, nocentissimam quandam, ultimo supplicio damnatum, in crucem erigi iusserit, & immissa uersa dilacerarit: atque in rei ueræ, non fictæ, spectaculum populo exhibuerit, Mar. in Amp. Cæsaris. Qualiter in scythica religatus rupe Prometheus Assiduam nudo pectore pauit auem: Nuda Caledonio sic pectora præbuit uerso, Non falsa pendens in cruce Laureolus.
- LAVREOTIS**, huius Laureotis, p. p. spodii genus est, ex argento. Est autem spodium cineris genus, ex metallis, dum in fornace coquatur, fauillæ modo euolans, & fornacis pauimentum recidens, ut docet Galen. libro 9. Simpl. medicamen. qui ea ratione distinguit Spodium a Pompholyge, quod hæc ob leuitatem ad fummas usque fornacum cameras euolaret, iisque adhæresceret: illud neque tam alte euolaret, & mox in pauimentum recideret. Pl. tamē Spodium etiam illud appellat, quod summis fornacum testudinibus ad hæret: distinguitque a pompholyge solo colore, quod pompholix minus candida sit. Verum de re omni metallica tutius Galenum ducem sequemur, qui ut exploratiora hac de re tradere posset,
- præfens metalla artificumque officinas perlustrauit. Erat itaque Laureotis (ut diximus) cineris species ex argenti fornacibus, fauillæ modo euolans, & in pauimentum recidens. Plin. libro 34. cap. 13. Fit & in argenti fornacibus spodos, quæ uocant Laureotin.
- LAVREVS**, a, um, [*Di lauro. Gal. de Laurier. Hisp. De Laurel.*] *Ἰάσωνος*, quod est ex materia lauri, quomodo Roseus. Myrteus, quod ex Rosa, myrtove confectum est. ut, Laurea corona, & Serra laurea. Plin. lib. 15. cap. 30. Oui. 2. Trist. Ponet & in nitida laurea ferta coma.
- LAVRETVM**, [*L'ogio pieno d'allori. Gal. Un lieu planté de lauriers. Hisp. Laurelal. legar de laureles.*] *Ἰάσωνος*, locus in quo laurorum copia est, ueluti Rosetum, Myrretum, Spinetum, locus rosis, myrtis, spinis, uel obsitus. Plin. li. 14. cap. ult. Durat & in urbe nomen impositum loco, quando Lauretum in Auentino uocatur, ubi sylua lauri fuit.
- LVRICES**, scetus sunt cuniculorum e matre execti, uel uberibus ablati, qui olim interaneis non repurgatis cocti gratissimis in cibis habebantur. Auctor Plin. li. 8. ca. 55.
- LAVRIFER**, a, um, & Lauriger, *Ἰάσωνος*, ferens, seu gerens laurum. Plin. li. 15. ca. 30. Lauriferam tellurem illam ob scultus ex respōso. Luc. li. 5. Lauriferos nullo comitetur uulnere currus. Ouid. 3. de Arte: Viscite laurifero sacrata palatia Phœbo.
- LAVRIMVS**, um, ut, Montes lauricomi, id est lauri comis ornati. Lucr. lib. 6.
- LAVRINVS**, a, um, pen. prod. [*D'alloro.*] *Ἰάσωνος*, quod est ex lauro factum, ut Laurinum oleum, *Ἰάσωνος*. Plin. lib. 23. cap. 4. Oleum laurinum uilius, quo recentius, Idem lib. 12. cap. 8. Item laurino folio. Idem lib. 19. cap. 8. Exit & cnbitali altitudine, foliis laurinis, sed mobilibus.
- LAVRION**, *λαυριον*, locus in Atticæ montanis, mare spectans, argenti fodinis nobilitatus, cuius meminit Thucydides Belli Pelopon. lib. 2. & 6.
- LAVROLANIMVM**, *λαυρολαβινος*, urbs Latii, proxima Laurento.
- LAVRVVS**, [*L'auro. alloro. Gal. Laurier. Hisp. Laurel arbol.*] *Ἰάσωνος*, hodie secundæ est declinationis, olim etiam quartæ fuit. Vnde aliquando legitur ablatius singularis Laurus, & accusatiuis pluralis Laurus. Est autem genus arboris, perpetua uirens coma, unde & Apollini sacram putant, eo quod is deus semper iuuenis & imberbis esse existimetur. A Græcis *Ἰάσωνος*, dicitur: quæ res Poetis fabulandi occasionem uidetur præbuisse, Daphnem puellam, ab Apolline adamantem, cum uim eius effugere non posset, deorum misericordie in laurum fuisse mutatam. Laurus (inquit Plin. lib. 15. ca. 30.) triumphis proprie dicitur, uel gratissima donibus ianatrix Cælarum, Pontificumque, quæ sola, & domus exornat, & ante limina excubat. Duos eius genera tradit Cato Delphicam & Cypriam. Delphica laurus dicta quod uictores Delphicæ corona rentur. & est uiridior lanrus, maximis baccis, & è uiridi rubentibus: Cypria, folio breui, nigro, subscrispa. Quidam mustaceam addiderunt, ita dictam, quoniam mustaceis subuiceretur. Hanc esse folio maximo constat, flaccidoque & albicante. Numeratur etiam ab aliquibus inter lauri genera, Tinus, quam nonnulli filuestrem laurum intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt colore, est enim ei cærulea bocca. Item Regia laurus, quæ & angusta cognominatur, amplissima & arbore, & folio, baccis quoque guttatu non asperis. Sunt & alia lauri genera: quæ uide apud Plin. lib. 15. cap. 30. ex quo hæc paucis uerbis immutatis Laurus Apollinea, quod Apollini dicata sit Oui. 6. Fast. Venit Appollinea longas Concordia lauro Nexa comas. Delphica lauro comam cinge re. Hor. 3. Car. Ode 30. Fatidica laurus. Clau. 3. Paneg. Vel quod Apollini fatidico deo est dicata: uel quod ex eius crematæ strepitu futura colligebantur Porphyrus philosophus, & Iliados 3. scribit Eustathius. Fragosius enim combusta felicitatem portendere credebatur. Tibul. lib. 2. Eleg. 6. At laurus bona signa dedit, gaudere coloni. Contra si tacite conflagrasset, triste erat augurium. Prop. li. 2. Ele. 16. Et tacito extincto laurus adusta foco. Vide Cæsar. lib. 2. cap. 7. Laurus pacifera. Plin. lib. 15. ca. 30. Laurus ipsæ pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hostes quoties sit indicium.
- LAVS**, lai, dictio dissyllaba, *λαός*, fluii nomen est in finibus Italiæ: agrum Brutium, a Lucanis dirimens: cuius meminit Str. li. 6. Ptol. li. 3. ca. 1. Est & alter eiusdem nominis fluius in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari proxima est, per Apolloniarum agrum in mare sese exonerans idem (opinor) cum eo, quem Plin. A canté appellat. Vide Ptol. li. 3. ca. 3.
- LAVS**, huius laudis, form. gen. [*Laude, lode, gloria, honore Gal. L orange, los. Hisp. Loor. alaban Ζα, honra.*] *παιωνος*, præconium, commendatio, gloria. Terent. in Adelph. Dii nostram fidem, Vt. rum illud id sibi habet, an laudi putat fore, si perdiderit gnatum? Proprie uirtus est, non aliunde proueniens, sed suis nixa radicibus. Vigil. 5. Aene. Primam merui, qui laude coronam. Dicta *Ἰάσωνος τῶν λαῶν*, hoc est a populis, quod proprie laus sit populi, de aliquo recte loquere.

- ris. Certare laudibus alicuius. Virg. 2. Geor. Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hærmus, Laudibus Italiæ certant. Concede re laudem alicui. Ci. 1. de Ora. Ut eorum, quibus summa dicendi laus nostris hominibus concessa est, &c. Conciliare laudē. Quint. lib. 2. cap. 7. Et laudem sæpe maiorem, quam si nostra sint, conciliant. Ponere in laude. Ci. 3. de Ora. Recte genus hoc numerorum, dummodo continuum sit, in orationis laude ponetur. Tribuere laudem. Ci. Metel. lib. 5. Ego dolori non solum ignosco, sed summam etiam laudem tribuo.
- LAVS**, Pompeia, Italiæ transpadonæ oppidum, a Boiis conditum teste Pli. lib. 3. ca. 17. Vuulgo Lodi.
- LAVVS**, filius fuit Numitoris, & frater Iliæ Syluiz, quem Anulius patruus fugato patre occidit. Ouid. 3. Fast. Iliæ cum Laufo de Numitore facti. Alius fuit Mezentij filius, quem Aeneas inter fecit, cum parentem uulneratum defenderet. Virg. li. 11. Ingemuit cari grauitur genitoris amore, Ut uidit, Laufo, lachrymæque per ora uolutæ.
- LAVTE**, [Splendidamente. Gal. Mignonnement, jouliment, gentement. Hisp. Aseytada y delicadamente.] idest, eleganter. Plau. in Cass. Laute uestitutus, exornatus ambulat. Idem in Milit. Loquitur laute, & minime forside.
- LAVTIA**, orum, λαύτεια, munera dicebantur, quæ Romani per quæstores legatis exterarum nationum mittebant: ut inquit Plutarchus in Problematibus. Vnde scribit Lilius, Lautia Attulo fuisse decreta. Festus: Dautia dicebant ueteres, quæ Lautia dicimus: dabatur legatis hospitij gratia. Liu. 8. Bel. Pun. Locis inde, lautiaque legatis præberi iussa. Legimus & Lautias fœminini generis in eadem significatione. Li. 8. Bel. Pu. Ad hoc ædes, libera loca, lautia, legatis decreta. Ex Budæo.
- LAVTITIA**, æ, [Delicatezza splendidezza Gal. Magnificente en habits ou banquets. Hisp. Aseytada delicada en maniares.] πολυτέλεια, epularum magnificentia, a lauuatione dicta, ut Festo placet, quia apud antiquos elegantia, que nunc sunt, non erant, & raro quis lauabat. Lautitia igitur munditia est, quæ in uestitu, & cibo fit. Plin. li. 19. ca. 35. Cum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, lautitia eius omnis, apparatusque, detrestant. Ci. in epi. Fama ad te se mea nonne lautitia ueniet. Antiquitus etiam Lautitia dicebatur, teste Festo, farina ex tritico aqua confersa.
- LAVTULÆ**, arum, locus fuit in urbe Romana, non procul a Iano gemino: a lauando dictus, quod aquas calidas haberet. Auctor Varro lib. 4. de lingua Latina.
- LAVTULE**,
- LAVTVLVVS**, a, um,
- LAVTVS**, ta, tum, [Lauto, delicato. Gal. Laué. Hisp. Lauado.] λαυτὸν ἄνθρωπον, modo significat idem quod lotus, Ter. Ve ne a symbolum uenire unctum, atque lautum e balneis? Hor. secundo Ser. Sat. tertio Libertinus erat, qui circum compita ficus Lautis mane senex manibus currebat. Ci. pro Deiotaro. Cur te lautum uoluit, cenatum uoluit occidere? Modo idem fere quod mundus, & splendidus, Vnde Lautia cœna, apud Plin. in Epist. 194. dicitur, quæ magnifice opipareque est instructa. Et homo lautus dicitur, qui elegans est, mundus, & splendidus, mondo, Cic. in Ver. Cum iste, atque istius amici, homines lauti, atque urbani, sermones huiusmodi dissiparent. Modo diuitem & potentem, Teren. in Heau. Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. Cic. Acilio li. 13. in Halesina ciuitate tam lauta, quam nobili coniunctissimos habeo. Lautum & copiosum patrimonium, apud eundem pro Rabi. Posthumo.
- LAXAMENTVM**, ti. [Rallentamento. Gal. Relaschement, eslargissement, recreation. Hisp. Floxmas, anchura, recreacion.] ἀνεως, idem quod relaxatio, siue remissio intentionis, uel requies. Ci. li. 7. Epist. Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti concinnauit tibi munusculum.
- LAXE**, [Splendidamente,] aduerb. Cic. pro domo sua. Habitate laxè & magnifice noluit. Laxe, & anguste sunt contraria. Var. de Re capi. 20. De numero pastorum alii angustius, alii laxius constituere solent.
- LAXITAS**, atis, χαλκωσις, proprie opponitur contentioni: ut Laxitas in fidibus esse dicitur, cum tensæ non sunt. Accipitur tamen non raro pro amplitudine, seu magna capacitate, cui opponitur Angustia: ut Laxitas domus. Ci. 1. Off. Sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittendi hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda est cura laxitatis: Laxitas uiarum. Col. li. 4. ca. 18.
- LAXO**, as, [Rallentare. Gal. Mettre au large, Lascher, relascher. Hisp. Afloxar, ensanchar.] χαλκωσθαι, proprie idem quod laxum facio, & quod tensum erat, remitto: ut Laxare arcum, Laxare fides citharæ, Laxare rudentes. Accipitur tamen non raro pro dilatate, seu ampliari, Cicer. Att. libro secundo. Ut monumentum illud eo usque laxaremus, & usque ad atrium Libertatis explicaremus. Pli. lib. 12. cap. 14. Laxatur hic plaga, non adimitur. Aliquando accipitur pro
- relaxare, & ex eo quod debebatur, aliquid remittere, habetque anticheton Astringere. Ci. ad Att. Tantum abest, ut ex eo, quod ad stricti sumus, aliquid laxari uelim, ut, &c. Aliquando ponitur pro libero, Luc. ad Ci. libro quinto Epi. Ut istis te molestis laxes. Cic. in Cat. Maio. Qui se a libidinum uinculis laxatos esse non molesti ferrent. Idem 1. Tul. Quodque nunc facimus, qui laxari curis, &c. Aliquando ponitur pro aperio, Virg. 2. Aen. Laxat claustra Sinon. Hinc componitur Relaxo, quod est, rursus laxo, recreo, remitto. Cic. li. 1. Offi. Atque etiam cum relaxare animos uoluerint caueant interperantiam.
- LAXVM**, aduerb. pro late. Martia. Et adhuc superet centies tibi laxum.
- LAXVS**, xa, xum, [Rallentato. Gal. Lasche, large. Hisp. Floxo, ancho.] χαλκωστος, proprie idem est quod non tensus, siue remissus: ut, Laxæ fides, Laxi rudentes, Laxus arcus. Vir. 11. Aen. Sed laxos referunt humeris languentibus arcus. Sic Laxa uela dicimus, quæ uentorum flatu non tenduntur. Item Laxas habenas, pro molli & leni imperio, translatione ab equis sumpta, qui habenis adductis molestius laboriosiusque incedunt, quam iisdem relaxatis. Accipitur item Laxus, pro amplo, & capaci, Colum. libro primo capit. 3. Nec dubium, quin minus reddat laxus ager, non recte cultus, quam angustus eximie. Laxum tempus, idest longum: cui opponitur breue, & angustum. Plin. Fecit enim hoc quoque, ut cetera, impudētissime, quod post duos & Consulares, & desertos, tempus sibi & quidem laxius uindicauit, idest, longius. Cice. ad Atti. lib. 6. Ego sic diem statuo satis laxam, idest, tempus satis longum. Proculus l. cum stipulatus. ff. de uerborum oblig. Cum ipse arbitrato meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim, idest, cum diem protulerim.
- LAZI**, αζος, Stephano, populi sunt Themiscyæ regionis, ad Pontum Euxinum. Vide Pli. lib. 6. cap. 5.

L A N T E E

LEA, leonis fœmina est, quæ & Leæna, [Leona, leonessa. Gal. Lione. Hisp. La leona.] λέαινα, dicitur. Lucr. lib. 5. Irritata leæ iacebant corpora saltu. Lea item brassicæ genus, siliis foliis e caule exeuntibus: unde & καλλιόθη, quidam uocauerunt. Græci item λειαν, appellunt, hoc est, læuem, a foliorum læuitate. Plin. libro. 10. ca. 9. Est item Lea, insula supra Cretam, una Sporadum: cuius meminit Plin. libro 4. cap. 12. Item oppidum Syenitarum, qui sunt populi in ea Africa parte, quæ Sinum Arabicum spectat. Vide Plin. lib. 6. cap. 29.

LEAENA, [Leona,] pe. pr. λέαινα, leonis fœmina, quæ & Lea appellatur. Virg. 2. Eclo. Torna leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam. Plin. lib. 8. ca. 16. Arist. tradit leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus, ad unum sterilefcere: informesque, minimasque carnes esse initio magnitudine mustellarum: semestres uix ingredi posse, nec nisi bimestres moueri. Fuit præterea Leæna, scortum quoddam Athenis non ignobile, ob lyx cantum, Harmodio, & aristogitoni familiare. Hanc memorix proditum est, ad necem usque a tyrannis ex cruciatam, nullis tamen tormentis adduci potuisse, ut tyrannidarum consilia patefaceret. Quamobrem Athenienses & honorem habere ei uolentes, nec tamen scortum celebrare, animal nominis eius fecere, atque ut intelligeretur causa honoris in opere linguam addi ab artifice uenerunt. Auctor. Pli. li. 34. cap. 7.

LEANDER, λέανδρος, iuuenis nomen est ex Abydo Asiæ oppido, in littore Hellepontico sito, qui cum Herus puellæ amore captus esset, trans in oppositi littoris oppido Sesto habitabat, noctu ad eam tranxerat. Quod ubi aliquoties non infeliciter cecidisset, iam audacior factus, cum mari tumido, & impacato se comisset, in uentorum fluctuumque idus in Helleponto submersus est. Fabulam hunc, aut fortassis historiam, elegantissimo carmine apud Græcos profecutus est Musæus, a quo Ouid. mutatus est argumentum Epistoliarum Herus ad Leandrum, & Leandri ad Hero.

LEARCHVS, λείαρχος, Athamantis & Inus filius, quem pater furore correptus occidit. Quod cum uidisset Ino, arrepto Melicerta altero filio in mare se præcipitavit: atque illa quidem in Deam maris mutata est, quam Græci Leucotheum, Latini Matutam uocant: Melicertes autem in deum marinum, quem Græci Palaemonia, Latini Portunum uocant. Ouid. 6. Fast. Tuque cadis patria parue Learche manu.

LEBADA, siue Lebæda, p. p. ληβαδεία, urbs Bœotiz est, non procul a Charonea, & Orchomeno, nullam omnino gignens talpam. Plin. li. 8. ca. 58. In Bœotia Lebaida illatae solum ipsum fugiunt, quæ in Orchomeno tota subruunt arua, talpæ: quarum e pellibus cubicularia nidimus stragula: adeo ne religio quidem a portentis submo uet delicias.

LEBEDVS, pe. c. λέβηδος, Suidæ, Ioniz ciuitas est, a Colophone centum uiginti stadia distans. Hinc scenicozum histriouum collegium fuit, qui in honorem Libeii patris ludicra certamina quotiens

nis edebant. Horat. i. Epistol. Scis Lebedus quam sic Gabiis defertior.

LEBES, beris, mascul. gene. pen. prod. [Painolo. Gal. Chauderon, os marmite. Hisp. Escalderon de cobre.] *λέβης*, uas aeneum in quo quid igni applicamus, ut ebulliat: ut docet Porphyrius in sexto libro Iliad. Quid in Epistol. Briseidos ad Achillem. Viginti fuluos operoso ex ære lebetes. Virgil. 5. Aeneid. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes.

LEBINTHVS, *Λέβινθος*, insula est una Sporadum, non procul a Pathmo, teste Strab. li. 10.

LECANOMANTIA, *λεκανομαντία*, eum accentu in penultima, diuinationo, quæ fit per peluim. Vnde Strabo Lecanomantes & Hydromantes in Perfide frequentes fuisse tradit, libro sexto, Geograph.

LECHÆVM, *λεχαιόν*, portus est Corinthi, ad sinum Crisæum siue Corinthiacum, qui isthmum Peloponnesi ad occidentem alluit. Nam alterum, qui Sinu Saronico ab Oriente abluitur, Schœnuntem appellant. Papinius, Parua Palæmonio secluditur unda Lechæo.

LECTE, aduerbium. Cice. in Orato. Sententiis, uerbisque lectissimè dicere.

LECTICVLA, *λεκτικύλα*, Sue. in Aug. A Cœna in lecticulum lucubratoriam recipiebat. Cic. Mario: Ut nostras uillas obire, & mecum simul lecticula circuncursare possis.

LECTICARIO, *λεκτικαρία*, a Martiale uocatur mulier quæ lecticarium (id erat uilissimum seruorum genus) amores sectatur: quem admōdo contra Ancillariolum ab eodem appellatur qui ancillarium consuetudinem appetit. Locus est Mart. lib. 12. in Alaudam. Ancillariolum tua te uocat uxor, & ipsa Lecticariola est: estis Alauda pares.

LETHÆVS, thæa, thæum, *λεθαῖος*. Vir. 6. Aene. Lethæumque, domos placidas qui prænatat amnem. Ouid. 1. Trist. Eleg. 7. Cunctaue lethæis mersa feruntur aquis.

LETHES, lethes, *λεθης*, nomen fluii, que n. apud inferos esse postea tradiderunt, cuius latices si quis gassisset, omnium præteritarum rerum obliuisci uoluerunt. Idcirco, *ἐπὶ τῆς λιθῆς*, id est ab obliuione nomen habet. Datus est hic fabulæ locus, quia morientibus omnium rerum obliuio surrepit. Constat autem, hunc amnem in Africa circa extremum Syrtium cornu, Berenicem urbem alluere, sed ea apud omnes fama est, hunc fluium ab inferis ad ea loca inundatione prorampere. Luc. lib. 2. Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amois, Infernis (ut fama) trahens obliuia uenis.

LETHOS, as, [Var la morte, uccidere, & al Faire mourir. *Hisp. Mata dar la muerte.* *Ἰθανάτω*, morte afficio. Vnde Lethata corpora legimus, hoc est, morte interata, & interempta. Ouid. 3. Metam. de Cadmi sociis, a serpente interemptis. Ut nemus intrauit, lethataque corpora uidit, Victoremque supra spatiosi corporis hostem, &c.

LETHVM, thi, [Morte. Gal. Mort. *Hisp. Muerte.* *λεθία*, pro morte. Vir. 12. Aene. An fratris miseri, lethum ut crudele uideres: De etymo, & scriptura huius dictionis, diuersi diuersa sentiunt. Priscianus putat ab antiquo uerbo Leo deriuari quod ueteres usurpauerunt pro deleo: unde etiam sine aspiratione scribendum pu. at. Apuleius a Luo deducit, & per æ in priore syllaba scribi præcipit. Alii per antiphrasin dictum putat ab adiectiue Letus, quod mihi me fit letum, sed omnium rerum tristissimum, Verissima tamen uidetur Varronis, & Festi opinio, qui *ἐπὶ τῆς λιθῆς*, hoc est, ab obliuione dictum putat, eo quod per mortem omnium rerū obrepit obliuio. Vnde etiam poetæ Lethon fluium apud inferos esse finxerunt, quo gustato nos omnium rerum protinus obliuisci uoluerunt. Rectius itaque facturi uidemur, si Lethum per aspirationem scriberimus.

LETHIFERVS, um, [Che da mortifero, Gal. Qui apporte la mort, qui fait mourir. *Hisp. Cosa mortal.* *Ἰθανάτηρος*, quod mortem infert. Vir. 10. Aen. Quis tale, sagittæ, Corythique leues humeris, & lethifer arcus. Anguis lethifer. Vir. 9. Ae. Anguis lethifer. Sta. 5. The. Cic. quod si esset aliquod lethiferum.

LEUAMEN, nis, [Allegiamento, alloggiamento, *λεωμιός*, quod leuat & minuit, aut tolerabilius malum aliquid facit. Virgil. 3. Aeneid. Heu genitore omnis curæ, casusque leuamen Amulto Anchisem.

LEUAMENTVM, ti, [Allegiamento, idem quod leuamen. Ci. 5. de Fin. Nos aut non solū beatæ uitæ uitam oblectationem uidemus, sed etiam leuamentum miseriarum.

LEUANA, uocabatur Dea quæ pueris præerat de terra leuandis: ut inquit Augullinus.

LEUASSO, is, Ci. de Sen Siquid ego adiuto curam ue leuasso.

LEUATIO, legé Leuo, as.

LEUCACHANTA, *λευκαχάνθα*, herba est in cacumine aculeum habens radice cyperi, quæ commanducata dentium dolores sedat. Alio nomine Rhamnus dicitur. Dios. lib. 3. cap. 21. Pl. lib. 22. cap. 16.

LEUCACHATES, chatæ, *λευκαχάτης*, mal. gene. gemma candida ex genere Achatarum. Pl. li. 37. c. ro.

LEUCANTHEMIS, *λευκανθέμις*, herba est quæ & Anthemis, & Leucanthemum a nonnullis uocatur, ab aliis etiam Chamæmelon, eo quod mali odorem habeat. Vide plura de hac herba apud Plin. libro 22. capitul. 21. Officinæ hodie Chamomillam uocant.

LEUCÆTHIOPES, *λευκαίθιοπες*, teste Pl. li. 5. c. 7. populi sunt interioris Lybiæ, qui supra Getulos Meridiem uersus primi occurrūt Libyæ Aegyptis proximi.

LEUCADIA, *λευκαδία*, peninsula fuit contra sinum Ambracium operâ accollarum a continenti abscissa, arenæque accumulatione rursum continenti reddita, ut tradit Pompon. Mela lib. 2. Hæc etiam Neris appellata, fuit. Pl. li. 4. c. 1. Deinde Leucadia ipsa peninsula, quondam Neritis appellata, opera accollarum abscissa a continenti ac reddita, uentorum flatu congeriem arenæ accumulantiū, qui locus uocatur Dioryctos.

LEUCARGILLION, *λευκαργίλιον*, argillæ candidæ genus, quo in agro Megarico utunt, in humidæ duntaxat, frigidaque terra proueniūt. Vide Pl. lib. 17. c. 7.

LEUCAS, cadis, *λευκάς*, oppidum est in Leucadia peninsula, olim Noricum appellatum, teste Pl. lib. 3. ca. 1. Quinetiam Strabo totam peninsulam, siue (ut ipse appellat) insulam (aliquando enim huius nomen opere a continenti fuit abscissa, & rursus arenæ alluione eodē annessa) Leucadem appellat, eodem quo oppidum nomine. Leucadem (inquit li. 10) insulæ formam redegetunt, & in eum locū transportat Nerito, qui quondam fuerat isthmus, nunc uero fretum, & euripus est, ponte iugabilis, mutato nomine dixerunt Leucatem, sunipto (ut reor) a Leucate uocabulo.

LEUCADIVS, aum, quod est ex Leucade insula, Ouid. in Epist. Sapphus: Tu quoque mollis Amor penas suppone cadenti, Ne sim Leucadia mortua crimen aqz.

LEUCASPIS, *λευκάσις*, unus ex comitibus Aeneæ, natione Lycius una cum Oronte in Tyrreno mari tempestate submersus. Virg. 6. Ae. Cernit ibi mæstos, & mortis honore carentes Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem.

LEUCATES, ænul. prod. *λευκάτης*, promontorium est Acarnaniæ, ad sinum Ambracium, Apollonis templo nobilita, peritæ candore nomen habens. Virgil. 2. Aeneid. Mox & Leucathæ nimbofa cacumina montis, Et formidatus nauis appetitur Apollo.

LEUCE, *λευκή*, paruum oppidum in finibus Ioniæ, & Aëolis. nō longe a Smyrna olim insula. Auctor Pl. libr. 5. cap. 29. Est præterea Leuce parua insula ponti, Bori thenis amnis ostio obiecta, quæ quod Achilles in ea sepultus fuerit, et uocat Achilla, ab aliquibus etiam Macaron appellata. Auctor Pl. li. 4. c. 13. aliud uē huius nominis oppidum in Italia, Itadiis quingentis a Tarento distans. Lucan. libr. 5. Secretaque littora Leuce. Sunt item Leuce, insulæ quinque, Lesbo adiacentes, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 32.

LEUCE, *λευκή*, a Græcis appellatur, quam Latini Populum a'ham appellant. Galli a tremula frondium mobilitate Trambulam nominant. Vide infra in dictione Populus. Est item Leuce herba mercuriali similia, nisi quod per medium folium linea alba transcurrat: unde & Mesoleucus appellatur. Auctor Pl. li. 27. ca. 14. Est item Leuce morbi genus, quod Latini Vitiliginem albam appellant.

LEUCI, populi inter Belgas, Mediomatricibus finitimi, iaculandi olim peritissimi, idem (ut putatur) cum iis, quos hodie Luxen. burgenses uocamus, Lucanus libr. primo. Optimus excussio, Leucus, Rhemusque lacerto.

LEUCIPPVS, *λευκίππος*, Philosophus fuit Eleates, siue ut alii placet, Abderites, Zenonis auditor, qui uniuersum quidem in finitū esse dixit, eiusque partes plenum esse & inane, omniaque fieri exatomis sibi iniucem implicatis. Reliqua uide apud Laertium. Meminit huius & Cic. 4. Tulo.

LEUCORHYSVS, λευκορυσος, gemma est ex hyacinthorum genere, inter auti colorem uena candida interueniente. Auctor Plin. lib. 37. c. 92.

LEUCOGAL, gemma est tota candida, quæ & Galactites, & Leucographia appellatur, lactis succo & sapore notabilis. Plin. lib. 37. cap. 101.

LEUCOGEI, colles sunt in agro Cápáno, inter Neapolim & Puteolos, in quibus sulphur præstantissimum effodiebatur, & cretæ genus optimum, quod alicæ admittitur, candorem simul afferebat, & teneritatem. Fontes quoque ex his collibus erumpebant, uulnibus medicinam, dentibusq. firmitatem afferentes. Vide Plin. lib. 18. c. 11. & lib. 31. c. 2. & lib. 35. c. 15.

LEUCOGRAPHIS, λευκογραφος, herba quædam utilis sanguinem excreantibus. Plin. lib. 27. c. 11.

LEUCOION, [viola garofano. Gal. Violette. Hipp. El. albeli blinco.] λευκοιον, Dioscoridi, licet pro lutea & purpurea solet usurpari. Neq. tamen est quod Leucioi nomine eum intelligas florem, quem & Græci. Latini uiolam proprie appellant, sed quem uulgu ab odoris similitudine Cætophyllon nominat, siue is albus sit, siue luteus, siue purpureus. Vide Leucoion album dixit Col. lib. 11. inuenens nimirum etiam aliorum esse leucioia.

LEUCOLA, apud Plinium libro 5. cap. 27. Promontorium Pamphyliz, Lyciæ contemina. Est in insula prope Cyprum, & quidem in mari Lycio. Strabo quoque portum in Cypro uocari tradit Leucola.

LEUCOMAS, p. p. huius leucopatis, λευκομα, album dicitur, hoc est, tabula illa, in qua iudicium descripta erant nomina, & in qua singulorum uirorum acta li. te. is mandabantur a Pontifice maximo. Præcatorum alias dicitur, & Matrix, Hermolaus. Accipitur etiam Leucomas, λευκομα, pro albugine oculorû, & albô ouis, quod uicellum a uobit.

LEUCOMENIDES, λευκομενιδες, pisciculi exigui, qui & βώκτες appellantur, ut ex Speusippo annotauit Hermolaus.

LEUCON, λευκων, sive πατρις, sive Oxylocho necatus, quod cum eius uxore adulterij, & incestus consuetudinem haberet. Oum. Ibin. Aut pia te cælo, dicatur adultera: sicut Qua cecidit Leucioi iudice dicta pia est. Est item Leucio, λευκιο, genus quoddam ardeolarum, a candore ita dictum, de quo Plin. lib. 10. c. 60.

LEUCOPARYPHOS, λευκοπαρυφος, candidus uestibus indutus, nulloque pretioso succo inebriatus. Est enim παρυφος, uestium contextus. Vnde tritum est apud Græcos pro uerb. ελαθει λευκοπαρυφος, τὰ δὲ ἔνδον ὀλοτύριον. In eos dici solitum, qui in uestium quidem sumptu frugi sunt, animi uero luxu dissunt. Vide Cæli. Rhod. lib. 6. c. 7.

LEUCOPETALOS, λευκοπέταλος, gemma, quæ candorem niuis auro distinguit. Plin. lib. 37. c. 10.

LEUCOPETRA, λευκοπέτρα, promontorium e regione Siciliæ in agro Rhegino, a candore nomen habens. Cicero prima Philipp. Cum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, (quod est promontorium agri Rhegini) uenti detulissent, ab eo loco conscendi ut transmitterem.

LEUCOPHÆTVS, qui est Leucophæo colore indutus: cuiusmodi sunt Franciscani. Martial. l. 1. Amator ille tristium lacernarum. Et baticus, acque leucophæatus. Sunt medicamenta certi generis hoc nomine: quasi subsulca siue subcandida.

LEUCOPHÆVS, cum diphton. [Fosco, quasi nero. Gal. Couler melis, de blanc & gris, cendre, gris blancastre. Hipp. El. pardillo.] λευκοφαίος, color natiuus ex albo, & fusco mitus. Nam λευκόν, album dicunt Græci, & φαιόν, fuscum, hoc est, subnigrum. Plin. lib. 32. cap. 10. Iecur rubetæ, uel cor adalligatur in panno leucophæo & quarta nis prodest. Vitruuius de his coloribus scribens: Fontes, inquit, & flumina sunt, quorum potu pecora, quamuis alba sint, aliis locis procreant uellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore. Nos colorem Cineritium uocamus, uulgu nostrum Gryseum appellat.

LEUCOPLEGMATIA, λευκοπλεγματία, species est hydropis, qua aqua subtercutem inæqualiter collecta, albi aliter exuberat. Alio nomine Hypofarcha, λευκοπλεγμα, appellant. Vide Celsum lib. 3. cap. 21.

LEUCOPHORVM, λευκοφορον, glutinum, quo aurum ligno inducitur. Fit ex sinodipis Ponticæ selibra, salis lucidi libris decem, & meli in Gæcieris libris duabus, mistis, & per dies duodecim una tritis. Plin. lib. 35. c. 6.

LEUCOPHTHALMOS, λευκοφθαλμος, gemma, quæ candidam, nigraque oculi speciem continet, alias ruti' 2. Plin. lib. 37. c. 10.

LEUCOPOLIS, λευκοπολις, oppidum Asiæ in sinu Doridis, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

LEUCOPYGI, λευκοπυγοί, molles & effæminati, quasi candidis natis, qui scilicet nates habent depilatas. Quibus opponuntur Melanopygi, hoc est, fortes & viriles, quibus nates pilis nigricant.

LEUCOSTIA, λευκοστία, insula contra Pesianum sinum, in mari Tyrreno. Lucamæ adiacens (ut Strab. l. bro 6. referi) paruum ad continentem habens cursum, dicta Leucostia ab una Syrenum, quæ hoc in loco perit, cum ipse a Viyffe, in prof. indium sese abiesset. Feitus ab Aeneæ corsobrinio, loco d. tum nomen existimat. Quam & Samothracia Leucostia, prius est appellata, ut inquit Aristot. de Rep.

LEUCOSTICTOS, λευκοσικτος, marmoris porphyritici genus, candidis interuenientibus purctis.

LEUCOSTYRIA, λευκοστύρια, prius dicebatur, quæ nunc Cappadocia. Strabo. lib. 12.

LEUCOTHEA, [Aurota.] λευκοθέα, quam & Matutam Latini uocauerunt, eadem est cum Aurora: Leucothea dicta quasi alba Dea Cicerone 1. Tulc. Quid Ino Cadmi filia, nonne Leucothea nominata a Græcis, Matuta habetur a nostris? De hac uide plura supra in dictione Ino.

LEUCOTHOE, p. c. λευκοθώη. Orcami regis Babyloniorû filia fuit ex Eurynome, quam a Phæbo grauidam factam cum pater uiuam defoderet, Phæbi miseratione mutata est in arborem turiferam. Vide Ouid. lib. 4. Met.

LEUCOCYTA, Aethiopica fera est perniciosissima, humanas imitans uoces, Alis ferri magnitudine cruribus ceruinis, collo, cauda, pedore leonis, capite cameli, bisulca ungula, ore ad auras usque rescisso, dentium locis osse perpetuo. Auctor Plin. libro octauo, cap. 28.

LEUCTRATUM, λευκτρατά, uicus est in Bœotia iuxta Thespias, circa quem Epaminundas Thebanus Lacedæmonios uicit, adeoque attriuit, ut postea imperium nequieuerint reparare. Cic. Tullul. Prusq. Bœotia Leuctra uocatur.

LEUCRITVS, a. um, ut, Leuctrica pugna, Leuctrica monumenta. Item Leuctricæ puellæ, id est, Gippo & Miletia, siue (ut aliis placet) Theano & Euxippe, Scedani filiz, quæ a Lacedæmonijs quibusdam hospitibus uim patiz, doloris impatientia libencem intulerant, eoque in campo sepulta sunt, in quo postea commissa est ea pugna, qua Lacedæmoniorum opes concenterunt. De his sic scribit Hieronymus contra Iouinian. Quo ore laudantur Scedali filiz in Leuctris Bœotiz, quod traditum est absente parte deos iuuenes præterentes iure hospitum suscepisse, qui multum indulgentes uino, uim per noctem intulere uirginibus, quæ amissa pudicitia, nolentes in peruenire, mutuis concenterunt: in tribus. Plutarchus tamen Narrationibus amatoris, ab ipsis hospitibus puellas post stuprum occisas ait, & in puteum coniectas: cadaueraque earum a Scedalo canis indicio fuisse inuenta.

LEUE, [Leggias, lieue senza peso Gal. l. eger. Hipp. Liniano de peso d. siso.] λευε, significat id quod est sine pondere: unde Leuis stipula. Virg. lib. 12.

Corynque leues humeris, & lethifer arcus.

Leuis illud proprie dicitur esse, quod f. cilis sursum attollitur, equan deorsum tendat: ut ignis. Leue etiam dicitur, quod licet non profus sine pondere sit, parum tamen habet ponderis: ut Leuis armatura. Cic. 19. Philip. Nostræ sunt legiones. nostra leuis armatura, nostri equitatus, & c. Leuis armatura milites, sunt pedes expectati, non magno armorum ponderè onerati. Eadem quoque ratione Leuis armaturæ equites dicuntur. Et a Cicero. 2. de Divin. Leuis armaturæ excursio in oratione elegantèr dicitur pro prima argumentorum leuorum textura. Sed hæc, inquit, fuerit nobis t. inquam leuis armatura, prima orationis excursio, hinc cominus agamus, experiamurque si possimus cornua commouere disputationis tuæ. Transfertur etiam ad animum. Vide Leues homines, uocantur inconstantes, qui facile opinionem mutant, uiles & uulgo honore digni, quemadmodum e contrario Graues dicimus constantes, seucros, prudentes. Plaut. in Menæ. Quid us homo leuior, quam pluma. Hinc leuis auctor, a Lilio libro 5. ab urb. dicitur. cui nulla sit adhibenda fides. Sed, inquit, auctorem leuem, nec satis fidum super tanta re esse patres rati. Et a Terent. in Hec. ea dicuntur Leuia. quæ uana sunt, & nullius aut certe parui momenti: Leuia, inquit, hæc sunt quæ tu pergraua esse in animum induxit tuum. Et Cicero ad Attic. lib. qua. ro. quod indiligenter agit, leui brachio agi, dixit, Consules, inquit, qui illud leui brachio egissent, rem ad Senatam detulerunt. Leuis quandoque accipitur pro paruo, ut Leuis dolor. Cicero in de Sumb. Quod mors sensu careat, dolor, in longinquitate leuis, in grauitate breuis solcat esse. Plaut. in Pæn. Verum ita sunt omnes isti nostri diuites: Si quid benefacias, leuior pluma est gratia, hoc est, nullam aut paruam habent gratiam. Plin. lib. 11. cap. 53. Mortem illico affert leui tactu. Leui admodum uomere sauciare summam partem terræ, dixit Colum. lib. 2. c. 2. pro eo quod est, leuiter terram arare. Leuis esse sententia, dicuntur ii, qui sententiam, siue propositum sæpe mutant. Terent. in Hec. scidem mulieres illæ sunt ferma, ut pueri, leui sententia. Leue interdum pro in

efficaci ponitur, cum dicitur *Leue* nomen. Ci. pro Ros. Amer. Sin eos quos, qui *Leuio*re nomine appellant, percussores appellant. Ci. de Ora. Homo *leuiter* eruditus.

LEVITER, [*leggiermente. Gal. legerement. Soudaimement. brifvement. nisp. Liuianamente.*] Sue. de Clar. Gram. Funditusque militia, studiaque repetit, quæ iam inde a puero non *leuiter* attigerat, id est, non paruo tempore litteris operam dederat, aut nõ in diligenter a pueritia attigerat, & multo plus quam a limine, salutauerat. Aliquando ponitur pro breuiter, Cicero in Catone tamen ut leuissime dicam, &c. Idem pro Ros. Amer. Non omnia dicam, & *leuiter*, unumquodque tangam, hoc est, obiter, & quod dicitur, intranscursu. Idem pro eodem: Sed in animo est quemadmodum ante dixi, *leuiter* transire, ac tantummodo perstringere unamquamque rem. hoc est succinctæ, & breuiter tractare. Dicitur etiã pulchre eadem in significatione. *Leuiter* in transitu attingere aliquid: ut apud Quin. l. 7. c. 4. Ponitur aliquando pro parum, & eius diminutiuo secundo paululum, siue ad modum parum Plau. in Pcen. Et quanquam bene uolumus *leuiter* lenonibus. Cicero libro 2. de Orat. *Leuiter* eruditus homo, id est, parum, & uix medio crito. Aliquando ponitur pro facile, patienter, siue æquo animo. Cicero de Prouinciis Consula. Atque hoc uelim probare omnibus. P. C. sed leuissime feram, si forte his mihi probabo, qui inimicum meum repugnante uestra auctoritate tlexerunt? Idem ad Attic. Id grauiter equidem, sed aliquanto leuius ferebam.

LEVI, nomen patriarchæ, a quo *Leuita*, seu *Leuites*. *λεβιτης*, pe. pro eo qui est de tribu *Leui*. Hiero. in Exod. Aron. frater tuus *Leuites*, scio quod eloquens sit.

LEUITI CVS, cum, *λεβιτινος*, possessiuum.

LEVIATHAN, uox est Hebraica, qua Iudæi magnum draconem significant. De hoc uide Interpretationes dictionum Hebraicarum.

LEVICVLVS, a *leu*, [*Leggerietto*,] *λεβικυβλος*, diminutiuum a *Leuis* Cice. 5. Tusc. *Leuiculus* sane nosse Demothenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia est.

LEVIDENSA, auctore Seruio, uile genus uestis: sic dictum, quoniam siko a'dmodum raro esset textum. Ci. Dolabellæ. Sed ego hospiti ueteri & amico munusculum mittere uoluit *leuidensæ*, crasso filio cuiusmodi esse solent ipsius munera. Ibi Cicero parũ elaboratam, atque expolitam orationem suam pro Deiotaro, quam Dolabellæ requirenti mittebat, uocat prouerbiali figura Munus *leuidensæ*: hoc est, munus uile, minimi pretij, cuiusmodi solent esse regis Deiotari munera. Quondam inter hospitem xenia uestes in primis erant.

LEVIDVS, a *leu*, pen. corr. [*Che non ha ferma fede*,] *λεβιδος*, qui facile fidem uiolat. Pla. in Persa. Omnes, sunt lenæ *leuidensæ*.

LEVIPES, p. c. huius *leuipedis*, omnis generis, [*Che ha i piedi ueloci*,] *λεβιπιδος*, celer, & pedibus *leuis*. Varr. 3. de Re ru. ca. 12. Aelius putabat ab eo dictum *leuipem* a celeritudine, quod *leuipes* esset Ci. in Ara.

LEVI R, *leuiri*, p. genitiui c. [*Cognato. Gal. le ferte du mari. le beau frere. soit aumari ou la femme Hisp. El marido de la hermana, ò el cunado.*] *λεβις*, affinitatis nomen, quo significatur frater uxoris uel mariti,

LEVISOMNVS, a *leu*, um, [*Che ha il sonno sottile*,] quod *leui* somno est, elegans canum, epitheton, qui *leui* somno præmuntur. Luc. l. 5. Et *leuisomna* canum fido cum pectore corda.

LEUITAS, tatis, [*Leggerezza. Gal. legerete. inconstance. Hisp. Limiãdad de peso ò de seso.*] *λεβιτητα*, quæ modo dicitur de re non ponderosa. Pl. lib. 12. cap. 12. Syncerum quidemprehendit *leuitate*. Modo de uicio graui & constantiæ contrario, Cicero Cum in Antonio genus quoddam fordidissimum uitæ demonstrare uellet, quod in caupona delitesceret, quod ad uesperum perpotaret, quod ore inuoluto iter faceret, ne cognosceretur: Videre (inquit) hominis *leuitatem*, tanquam prorsus ista dedecora hoc uicio notarentur.

LEVITER, [*leggiermente.*] lege *Leue*.

LEVO, uas, p. co. [*Leuare. alzar. Ga. Hauffer. leuener hanut. Hisp. Alzar.*] *λεβον*, in altum tollo, ueluti *leue* quidam. Liuius: Mox a qua *leuata* uento, quæ super gelida montium cacumina concreta esset. Interdum est auferre, Virgilius secundo Aeneid. Atque arcta *leuari* Vincla iubet Priamus, interdũ exonerare, & quasi releuare. Idem nono Eclog. Ego hoc te *leuabo*. Possumus etiam cum datiuo dicere, *Leuabo* tibi hunc falcem, in eadem significatione. Pla. in Mil. *Leuandum* morbum mulieri uideo. Interdum extenuare, minuere, & *leue* facere. Virgilius primo Aeneid. *Nonstrumque leues* quæcumque laborem, id est, *leuem* facias: ut exponitur Seruius. Cicero pro mil. & pro Corn. Balb. Galitani pop. Romani in caritate frumento suppeditato *leuarunt*. id est subuenerunt pop. Rom. annonæ penuria laboranti. Ponitur aliquando pro recreare. Cicero in Cat. Ma. Et corpora quidem defatig-

gatione, & exercitatione ingravescunt: animi autem se exercendo leuantur. Ponitur aliquando pro liberare, Cicero de Am. Quæ hac opinione non modo uerbis, sed etiam opere *leuandi* sunt. Aliquando ponitur pro curare, siue sanare. Pl. libro 7. capitu. 2. Crates Pergamenus in Helleponto circa Parium genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogentes uocat, serpentum istus contactu *leuare* solitos. *Leuatio* uerbale, *λεβωσις*, quod præter alia sui uerbi significata pro consolatione ponitur, siue pro alleuatione. Cicero primo Tus. Quæ *leuacionem* habent ægritudinis. Composita huius uerbi sunt, *Alleuo*, *Colleuo*, *simulleuo*, *Collu*. libro 7. pasta, & que agrestis semina, & succus amorææ cum melle *colleuant*, oculorumque sedant dolorem. *Eleuo* extenuo, *diminuo*. Contrarium eius est *Exaggero*, *Releuo*, uel *leno*, quasi idem quod *alleuo*. Ter. in Adelph. Nam & illi animum iam *releuabis*, quæ dolore, ac miseria tabescit. *Subleuo*, *adiuuo*. Habent autem hæc omnia p. c.

LEYPHANA, *λεβηνα*, oppidum est Germaniæ in climate magis Septentrionali. Ptol. li. 2. c. 11.

LEVYCHYDES, *λεβυχιδης*, uir Lacedæmonius fuit, Menaris filius & inimicus Demarati, quem a Cleomene adiutus regno expulit, & in locum eius Spartanorum rex creatus est. Verum cū acceptæ contra leges pecuniæ in ius accerferetur, Tegeam profugit, ibi & diem suum obiit Vide Herod. li. 6.

LEVVS, a *leu*, uel potius *Leuius*, [*Sinistro. Gal. Gaucher. fenestre. Hisp. sinistro ò izquierdo.*] *λεβος*, idem quod *sinister*. ut, *Leua* manus. apud Cic. 3. Acad. *Leuus* humerus. Ouid. 6. Meta. *Leuum* cornu. Cæ. 3. Commen. Per translationem accipitur pro *mauspicato*, & infelici, Virgilius primo Eclog. Si mens non *leua* fuisse. *Leuũ* tamen fulmen cum dicimus, prosperum significat, *λεβωσις* propterea quod quæ nobis sinistra sunt, iuperis sũt dextra. Hebrustici cælum in sedecim partes diuiserunt: a quib. octo ab exortu sinistra, totidem e contrario appellauere dextras. Hinc omnia saluina *leua* existimantur esse prospera, quoniam a *leua* parte mundi ortus est, sicut scribit Pl. Et (ut auctor est. Ci. 2. de Diui.) optimum auspiciu habebatur apud Romanos, quod *sinistrum* fuerat. Vnde Vir. antiquitatis consultius Romanus dixit: Intronuit *leuum*, quod felicitatem portendere credebatur.

LEX, *gis*, [*Legge. Gal. loy. ardonãce. constitution. Hisp. La ley.*] *λεβωσις*, hanc dictam putant, quod publice legatur, ut omnib. nota sit, & ab omnibus obseruetur. Hanc quidam definiunt esse generale ius sum populi, aut plebis, rogante magistru, & hoc duntaxat in libera ciuitate. Quinetiam regum, & principum iusta leges dicuntur, præsertim imperatoris, postquam in eum populi Romani maiestas translata fuit. Rogabat magistratus populum, quod constitutum esset, populus iubeat id iustum si generale est, & ad oes pertinens, *Lex* dicitur: si ad singulos spectat, Priuilegium est. Ci. 1. de Legib. sic legem definit, quod sit ratio summa insita in natura, quæ recta suadeat, prohibeatque contraria. Legum appellatio ne, leges duodecim tabularum, senatusconsulta, plebiscita, Edicta pratorum, Decreta principũ. Legitimæ actiones, interpretationes prudentium, & alia id genus continentur. *Legis* uirtus est imperare, uetare, permittere, punire. Dicimus eleganter lege agere cū aliquo, quod aliter dicimus Actionem intendere in iudicio siue iudicio experiri. Plaut. in Aul. Lege agito mecum, molestus ne sis, & canam coque. interdum lege agere est exequi sententiã a Iudice latam, siue iudicis iussum explere, ut si iudex sententiam tulerit, ut qui iuncti sunt, uirgis cadantur, deinde securi feriantur, & hictori dicat iudex, *Lege* age, hoc est exequere sententiam Liu. de Campanis loquens. Fuluius acceptas literas neque reuoluras, cum in gremio repositisset, præconi imperauit ut hictorem lege agere iuberet, id est, ut ex officio suo ageret & sententiã in damnatos exequeretur. Interdum lege agere, pro eo, quod est, Legitime agere ponitur, *Legibus* aliquem soluere, pulchre etiam dicitur quod nũc uulgus uocat *Leuius* decimo uel urb Trib. pleb. nihil impedimento futurum aiebant, se ad populum laturos ut *legibus* solueretur. is *legibus* solui dicitur, cui speciali Priuilegio conceditur, ut *legibus* parere non teneatur. Cicero Phil. 11. Qui ex ædilitate consulatum petit, *legibus* soluatur. Legem fert, id est legis auctorem esse. Cicero post reditu, legem Tribunus plebis tulit, ne auspiciis &c. Condere leges, est leges obseruandas præcipere. unde conditores legum, *νομοθεται*, dicuntur, quos legislatores appellamus, quales apud Athenienses fuerunt Draco, & Solon, apud Lacedæmonios Lycurgus, Romæ decemuir. pro eodem etiam dicimus, componere leges, constituere leges, sancire leges, dare leges, imponere leges, scribere leges, iubere legem. quibus contraria sunt perumpere leges, dissoluere leges, perstringere leges *Lex* quoque pro conditione ponitur. Plaut. in Afin. Agedum istum ostende quem conscripsisti syngraphum inter me, & amicam, & *lenam*. Leges pellege. Dicimus & in hac lege, siue ea lege, id est, hac conditione, siue hoc pacto, siue hoc iure. Cicero 3. Tusc. Ex lege nos esse na-

ros, ut nemo in perpetuum esse possit expers mali, Terentius in Eunuc. Verum heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem. Accipitur item Lex pro Norma, siue regula, Cicero tertio de Or. Hanc igitur, Crassus inquit, ad legem cum exercitatione, tum stylo, & alia, & hoc maxime ornat, ac limat, formanda uerbis oratio est. Idem in Or. Quo etiam diffidulus est oratione uti, quâ uerbis, quod in illis certa quardam, & definita lex est, quam sequi oportet.

LEX CORNELIA, quam Cornelius Sylla dictator tulit aduersus falsarios, cuius pena erat in liberum, deportatio, & bonorum omnium publicatio: in seruum, capitis supplicium: ut docet Martia. l. i. ff. ad Leg. Corn. de falsis.

LEX LEPIDIANA, quam Lepidus tulit: quæ & sumptuaria dicta, quod equarum sumptus restringeret.

LEX LICINIA, lata est a Publio Licinio Crasso diuite: cuius feren de tantum studium ab optimatibus impensum est, ut Senatus consulto iuberetur, ut ea tantum modo promulgata, antequam trinum dino confirmaretur, ita obseruaretur ab omnibus, quasi iam populi sententia comprobata esset. Huius legis summa erat ut Kalendis, Nonis, Nundinis liceret cuique in dies singulos dumtaxat triginta asses edendi causa consumere: ceteris uero diebus ne amplius apponeretur quam carnis aridæ pondus tria, & salamentorum libra, & quod ex terra, uite, arboreve natum esset.

LEX MUNICIPALIS, quam una quæque urbs sibi priuacim constituit.

LEX ORCHIA, prima omnium de cœnis lata ad populum fuit, quâ tulit Orchius Tribunus plebis de senatus sententia, tertia post anno quam Cato Censor fuerat. Hæc numerum tantum conuiuarum perscribat, iubebatque, ut parentibus ianuis cœnaretur, quo obseruatio eius uideri posset.

LEX PLAGIARIA, quæ aduersus plagiarios erat lata, hoc est, qui puniebantur ii, qui aliena Mancipia ad fugam incitabant, uel fugitiua receptabant. Vide Plagium.

LEX SATYRA, dicebatur quæ uno rogatu multa simul cōprobabat.

LEX TABELLARIA, νόμος, πινάκιος, suffragia scribere non permittebat, sed puncto notare iubebat.

LEXIS, huius lexos, [Parola, λέξις, dictio. Cic. 3. de Or. Quam lepi de lexes composuit ut reserua omnes arte pauimento atque omblemate uermiculato. Ex Poeta quopiam uetusto.

LEXVBI, λέξις, Gallie Lugdunensis populi, apud Prol. lib. 2. c. 8. Quos Cæsar Lexoniis uocat. Horum Metropolis erat Neomagus, uulgo Liseux.

L A N T E I

LIÆ, sunt foramina, quæ in summo mali recipiunt funes.

LIBADION, λιβάδιον, herbæ genus, quæ nostris uulgo Centaurion minus appellatur, nomen habet ab eo, quod fontibus & locis irriguis gaudeat. Nam Græci fontium scaturigines λιβάδες appellant. Vide Plin. lib. 2. c. 65.

LIBAMEN, is, Libamentum, ti, & Libatio, onis, λιβάσι, pro eodem sumuntur, significantque quicquid in sacris libatur: a Libero patre (ut nonnulli putant) qui primus Ioui libauit. Quid. libro 3. Fait. Nominē ab auctoris ducunt libamina nomen. Liber enim, qui Bacchus dictus est, cum uictor de Scythia, aliisque nationibus extitisset, rerum primitias magno Ioui obtulit. Verisimilius tamen uiderur, hæc omnia deducta esse a uerbo λιβάω, quod inter alia significat, leuiter gulto. Cicero 1. de Legi. Quod tempus ut sacrificiorum libamenta seruentur, sortisque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. Virg. 6. Aen. Ignibus imponit sacris libamina prima. Stat. 3. Syl. Hæc ego nascentes lætus bacchatus ad aras Libamenta tuli. Vide Deliba.

LIBANVS, λιβανός, nomen sophistæ Antiocheni, qui floruit Iuliani apostatæ temporibus, usque ad Theodosium seniore. Discipulus fuit Diophanti. Scripsit encomium Constantii Cæsaris, & alterum Iuliani, præterea Progymnasmata Rhetorices, & epistolæ quasdam. Suid.

LIBANOCHROS, λιβανόχρος, gemma, quæ turis similitudinem ostendit, & succum mellis. Plin. lib. 37. c. 10.

LIBANOTIS, pen. c. [Rosmarino,] λιβανότι, frutex odorem turis habens, qui Rosmarinus appellatur. Plin. lib. 19. c. 12. Libanotis radicem habet olusatrici, nihil a ture differtentem. Vitis eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam alio nomine Rosmarinum appellant. Hactenus Plin. Eius tres sunt species: quas uide apud Diosc.

LIBANOTVS, λιβανότις, uentus flans inter Liba, hoc est, Africum, & Notum. Plin. lib. 2. c. 47.

LIBANVS, penultima corrept. λιβανός, Syria mons, a Sidone Phœnicæ oppido, usque ad Syriam urbem Syriæ cœles extensus, centum quinquaginta stadiorum longitudine. Hinc ex aduerso obtenditur Antilibanus, ualle tantam interiecta, olim maro illi coniunctus. Inter duos hosce montes Orontes fluius oritur, teste Plinio lib. 5. cap. 19. 20. & 22. Libanus item quæ & Dendro-

libanus dicitur frutex, siue arbuscula turifera, ita dicta (ut Poetæ fabulantur) a iuene quodam Assyrio eiusdem nominis, in hunc fruticem commutato. Hinc etiam thus ipsum Græci λιβανόν appellant.

LIBARNVM, λιβάρων, Ptolemi. Libarna. Plinius oppidum Italiæ sub Appennino situm non procul a Dertoua. Ptolem. 3. cap. 1. & Plin. lib. 3. cap. 5.

LIBATIO, uerbale, λιβάσι, γων, sacrificatio, uel ea degustatio, quâ in sacrificiis fieri licebat. Cic. de harusp. resp. Te appello Lentule, tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præsentio, ludi, libationes epulæque ludorum.

LIBELLA, læ, [Statera, bilancia. Gall. Le poids d'une livre. Hispan. El peso de una libra.] ζυγιον, deminut. a Libra, quod modo pro statere accipitur, hoc est, pro ponderandi instrumento, duas habente lances: modo pro pondere duodecim unciarum, λίτρα. Aliquando etiam pro nummo argenteo, qui & As dicitur. Cicero quarto Ver. Ec. quis Volcatio, si sua sponte uenisset, unam libellam dedit. Libellam pro asse posuit, ex eo dictam quod libram æris ualebat, id est, assen. Cum autem minimam pecuniam significare uolebât assen, & libellam dicebant. Pla. in Capt. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Libella argenti ideo dicitur, quod nummius erat argenteus decima pars denarii. Cicero ad Attic. li. 7. Fecit palam te ex libella, me ex teruncio, subaudi, hæredem. Libella etiam est fabrile instrumentum, quod nostrates, auctore Budæo, Liuelium appellant. Plin. lib. 7. cap. 56. Fornicem autem, & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius, subaudi inuenit.

LIBELLARIVS, ii, lege Libarium.

LIBELLARIVS legitur apud Tertullianum.

LIBELLIO, onis, mascul. generis, [Corriere. Gal. Porteur de lettres, notaire. Hispan. Mensajero, escriuano.] γραμματῆς, a ueteribus dicebatur, quem nos Tabellionem uocamus. Varro: Tum ad me ferunt, quod libellionem esse sciebant. Accipitur interdum pro librario, qui libros scribit, & uendit. Stat. lib. 4. Syl. Sed Bruti scenis obsecrationes. De capsa miseri libellionis, Emptum plus minus aude Caiano, Donas.

LIBELLVLVS, λιβελιδιον, deminutium a Libellus. Hiero. in præsentibus libellulo edoceat.

LIBELLVS, li, [Libretto] γραμματιον, λιβελιον, paruus liber. Mar. l. 14. Omnes in hac græci Xeniorum turba libello

Conitabit nummus quattuor empta tibi.

Aliquando etiam ponitur pro epistola, siue tabella. Brutus ad Cic. lib. 11. Ne de Planco quidem spem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animaduerti. Ponitur aliquando pro punctis, siue articulis scriptum aliquod distinguentibus. Cic. in Verr. Recita mihi hunc primum libellum: deinde illum alterum Canuleii. Libelli etiam dicuntur, quos uulgo supplicationes appellant: quos Martialis Supplices libellos nominant illo her. decasyllabo. Idem supplicibus uacat libellis. Talis enim principibus dari solent ad negotia explicanda a subditis, in quibus petitiones continentur. Suet. in Cæs. Pro eodē sine addito dixit Libellum. Libellumque in dicem infidiarum, ab obuiis quodam perrectum, libellis ceteris, quos sinistra tenebat, quasi mox lecturus commisit. Libellus ponitur etiam pro commentario, quam Memoriam, uulgo uocant. Quint. lib. 12. cap. 8. Pessima uero consuetudinis est libellis esse contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, aut alii ex genere aduocatorum. Quo in loco, teste Budæo, Libellus accipitur pro scripto memorie causa parato, pro quo etiam libellum memoriali dicimus. Suet. in Iul. Cæs. Epistolæ quoque eius ad Senatorem extant, quas primum uidetur ad paginas, & formam memorialis libelli conuertisse. A Cicerone autem ad Attic. Libellus mandatorum dicitur, in quo memorie causa, quæ alicui mandantur, siue iniunguntur, sunt perscripta. Libellus etiam eodem Budæo teste, dicitur epistola asserptoria, quam uulgo, Certificationem uocamus, ut quas uestigalium & tributorum immunes ad publicanos destinare solent, ne pro uectura res suas aduehentes, importantesue inhiabant. Paulus in publicanus. ff. de public. Significat, inquit, id libello manu sua subscripto, eumque ad Publicanum mittant. Est & Libellus mensuræ genus. Cato de re rustica. cap. 15. Parietes uisus locet in pedes centum, id est pedes denos quoquo uersum, habeat libellum in pedes quinos, &c. Dicitur quoque Libellus scripti generis, quos aliquis in iudicium uocatur. Pla. in Cur. Vbi tu es, qui me libello Venereo carissime cecum me sisto, ades contra. A libellis autem ministri illi esse dicuntur, qui principi in hoc negotio subserviunt, ut supplices libellos accipiant, euoluant, inque referant. Suet. Epaphroditum a libellis capitali pena condemnauit. Libellos proponere in locis celeberrimis, est scriptum aliquod in locis publicis affigere. Cic. pro Quinc. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidē certe tacite obsecrare conceditur. Libellos signare, siue subnotare dicitur is, qui libellis

nibus corporisque labore usum queritare, illiberale quiddam habet & seruire. Ci. 1. de Inuen. Quos habuerit artium liberalium magistros, quos uiuendi præceptores, &c. Ci. de Ora. ingenuus artes appellat, Studia liberalia. Tac. li. 3. Liberalis doctrina. Ci. 5. de Finib. Liberalis eruditio & doctrina. Ci. 2. Tus. liberales uero Mechanicæ, quæ in manum opera consistunt, habent enim seruire ministerium.

LIBERALIA, orum, Liberti festa, quæ Græcis dicuntur *δουρία*. Neuius: Libera lingua loquuntur Iudis liberalibus. Ci. ad Cor. libr. 12. Liberalibus litteras accepi tuas. Idem Attic. Liberalia tu acculas.

LIBERALIS, [Liberalis, magnifico. Gal. Liberalis, franc. Hisp. Liberal franco.] *δωρικὸς*, benignus, munificus, cui contraria sunt Parcus, Auidus, Tenax, & Sordidus. Ci. pro Quin. Rosc. Liberalis audiu fraudasse dicitur, idem pro Cœl. Hunc tanto facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit Idem pro Quin. Rosc. Roscius semper liberalissimus, munificentissimusque fuit. Differt tamen liberalis a Munifico: quia Liberalis dicitur, qui rogatus: Munificus, qui sponte beneficium contulit Cice. lib. 3. de Orato. Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus? Sunt etiam, qui ita distinguant, ut Liberalis sit, qui paruis, & priuatis hominibus beneficia præstat, Munificus qui magnis, & in magnis rebus. Sic Liberalitas, naturæ benignitas, quæ maxime in præstanda opera amicis perspicitur, & uersatur inter priuatos & paruos homines: Munificencia inter magnos. Quod tamen a Libero patre (ut Vale. Maximo credimus) deductum est. Accipitur quandoque Liberalis pro pulchro, & eleganti, Teren. in Eun. Quam liberali facie, quam ætate integra? Liberali ingenio dicitur esse, qui est, ut uulgo dicitur, bonæ naturæ, siue boni cordis. Ter. in Ad. Nam ingenium noui tuum liberale. Liberale responsum, hoc est ingenium, & minus dissimulatè prolatum. Cicero ad Att. lib. 3. Quod si non modo tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeij minus liberali responso perterritum, a turpissimo consilio reuocaret, &c. Liberale coniugium est, quod libere, & inter liberos sit. Ter. in And. Spero consuetudine, & coniugio liberali deuinctum, Chreme, Dehinc facile ex illis sese emeritum malis.

LIBERALITAS, [Liberalitas magnificencia. Gal. Liberalité, boneste largesse. Hisp. Liberalidad, franqueza.] *ἐλευθεριότης*, munificencia. Cic. 1. Off. Iustitiæ est coniuncta beneficencia, quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellari licet. Liberalitas, (ut inquit Speusippus) est habitus, qui in querendis, erogandisque pecunijs decorum seruat. Hoc est, decens & moderata acquisitio, & erogatio pecuniæ, auaritia, & prodigalitatibus extremis circumscripta. Nam si non tantum, quantum oportet, tribuas, Auaritia oritur: Sin excedas in dando modum, desque plus quam oportet, & cui non oportet, & quando, & qua causa non oportet, in uitium liberis prodigalitatibus. Aliquando ita accipitur Liberalitas, ut seruili metui opponatur. Te. in Adel. Pudore, & liberalitate liberos retinere satius esse credo, quam metu.

LIBERALITER, [Liberalmente, magnificamente. Gal. Liberalment, franchement. Hisp. Liberalmente, francamente.] *ἐλευθεριως*, large, munifice. Ci. 4. Verr. Hi poro, qui succederunt, uehementer istius cupidus: liberaliter ex istius cibarijs tractati, non minus acres contra me fuerunt. Interdum liberaliter idem ualeat, quod ingenuè & ut libero homine dignum est, Cicero tertio de Fin. Esseque hominis ingenui, & liberaliter educati, uelle bene audire a parentibus. Liberaliter eruditus is dicitur, qui optimis artibus institutus est. Ci. 2. Tus. Sed si possumus, eos excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibita etiam differendi elegantia, ratione, & uia philosophantur. Sicut liberaliter instructus, apud Cæs. li. 8. Bel. Cim. Liberaliter seruire, id est bono animo, & libero, libenter obsequi do. Teren. in And. Propterea quod seruirebas liberaliter. Aliquando pro indulgentè, Sal. Exercitum, quem in Asia ductauerat, luxuriose, nimisque liberaliter habuerat. Cuius contrarium est Illiberaliter, quod ueteres de eo dicebant, qui omne maleficij genus excessisset. Ter. in Ad. Factum a nobis duriter, immiseri corditer, atque (si æquum est dicere magis aperte) illiberaliter. Donatus: Illiberaliter, iniuste, inclementer, non bene: quia Liberalis bonus dicitur.

LIBERATIO, onis, [Liberatione. Gal. Delivrance, Hisp. Libramiento.] *δελουσις*, actus ipse liberandi, remissio, absolutio. Ci. in Pis. Reorum acerbissimæ damnationes, libidinosissimæ liberationes. Accipitur præterea Liberatio, p. acceptilatione, quæ a Græcis, *ἀποχρησις*, dicitur, siue pro absoluteione a nexu. Vnde Titulus, est in Pandectis, de liberatione legata.

LIBERATOR, is, [Liberatore. Gal. Qui delivre & mette en liberté. Hisp. El que libra.] *ἐλευθεριότης*, i. uindex libertatis. Cic. Attic. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cuius a ceruicibus iugum seruire detecerant. Idem alibi. Romæ nostri liberatores tuto esse non possunt.

LIBERORUM, plurali tantum numero, [Figliuoli.] *ταῖς τῶν, πατρῴων*, d. cunctur filij, uel filij, quamuis etiam liberorum appellatio ne unus filius, & una filia intelligat. Caius in l. non est. ff. de uer. figa. Non est tunc liberis, cui uel unus filius, uel una filia est. Ter. in Hecy. Qui illum decreuerunt dignum, suos cui liberos committerent. Sic & Ci. En cui tuos liberos committas, cum de uno gerer. Olim tamen in usu erat nominatiuus singularis Liber, pro filio. Catul. in Argo. Optauit genitor primæ uel funera gnati, Liber, ut ineptæ poteretur flore noueræ Item nepotes, & pronepotes, ceterique ex ijs descendentes, Liberorum appellatione continentur, Paul. ff. de Grad. affi. l. iurisc. Liberi, inquit, uocantur usque ad trinepotem. Callistratus. l. Liberorum. ff. de uerb. signific. Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, ceterique, qui ex his descendunt, continentur, hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim tabu. comprehendit. Similes patri liberi. Senec. Medea. Parere liberos. Idem Theb. Procreare liberos. Quint. li. 3. cap. 8. Auctus liberis. Tac. li. 30. Tanquæ auctus liberis Drusus domum Germanici magis urgeret. Dare operam liberis, est procreandorum liberorum causa cum uxore esse habere. Ci. 1. Offi. Liberi dare operam, re honestum est, nomine obscænum.

LIBERE, [Liberalmente, splendidamente. Gal. Librement, franchement. Hisp. Libremente.] *ἐλευθεριως*, modo significat ingenuè, & liberaliter, Terentius in And. Tu ne hic homines adulescentulos imperitos rerum, educatos libere in fraudem illicis? Modo solute, & nullo obitaculo. Pla. in Bacc. An non uides, ut solæ libere grauentur? Libere uiuere, hoc est, suo more, neque subijcti alicuius uoluntati. Terentius in And. Nam is postquam excessit ex ephebis solia, Liberior uiuendi fuit potestas. Libere loqui hoc est confidenter loqui, ut nihil gratiæ tribuas, aut potentia alicuius. Cicero pro Plan. Asperius locutus est, immo uero liberius.

LIBEROS, [Liberare, donare la liberté. Gal. Delivrer, mettre en liberté. Hisp. Librar de seruidumbre o peligro.] *ἐλευθεριως*, modo idem significat, quod manumitto, & ex seruo liberum facio. Proprieque heri est, cum seruum de potestate sua emittit. Nonnunquam tamen & seruus se liberum dicitur, cum peculio suo se redimit. Idem li. 1. de Or. Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, seseque liberasset. Modo iudicij uerbum est, idem significat, quod absoluo, & ab actione intentata liberum iudico. Cicero pro Clu. Iudices hunc, quem tam bis condemnatum acceperunt, liberant. Aliquando generale uerbum est idem significans, quod molestiam dimino, uel periculo eripio. Ci. Atti. Ne tu me sollicitudine magna liberaris. Liberare fidem, est præstare promissum. Cice. pro Flac. Ipse tamen Fufius satisfacti absentibus, & fidem suam liberat. Liberare se ære alieno, est creditam sibi pecuniam creditor numerare, siue debita persoluere. Cicero ad Att. lib. 6. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, &c. Liberare item debito rem, dicitur creditor, aut eius hæres, cum quod sibi debebatur, ei acceptum fert, Papi. l. cum hæres. ff. de li. leg. Cui hæres rogatur debitorem suum liberale, de eo tatum cogitatum uidetur, quod in obligatione maist. Paulus l. Legati Titio. ff. eo. tit. Si is, cui Titius debebat, debitum ei remittere uoluerit, nihil interest hæredem suum iusserit, ut eum liberaret, an prohibeat eum exigere: utroque enim modo liberandus est debitor, utroque casu competit ultro ad liberandum debitorem actio.

LIBERTAS, bertatis, [Libertà, licenza. Gal. Liberté, franchise. Hisp. Libertad o licencia.] *ἀδελφία*, a Liber, seruituti opposita est: quam sic definit Floren. l. libertas. ff. de sta. homi. Libertas, est naturalis facultas eius, quod cuiusque facere libet nisi quod ius, aut iure prohibetur. Ci. in Parad. Libertas est potestas uiuendi, ut uelis. Accipitur etiam Libertas pro eo, quod Græci uocant *παρρησια*, hoc est, pro loquendi, admonendi, increpandi que fiducia, cum sci licet quiduis, quod sentimus, libere loquimur, nullius respectu, gratia, aut potentia commoti. Et in hac significatione Libertas accipitur fere in meliorem partem, eique opponitur Assentatio. Licentia uero in malam fere partem accipitur, cum quis libertate abutitur usque ad temeritatem, & procacitatem. Est enim Licentia immoderata in punitione quædam facultas agendi, dicitur que quicquid uelis. Quint. Quæ in aliis libertas est, in aliis licentia uocatur. Terentius in Heaut. Deteriores omnes sumus licentia. Ponitur tamen quandoque licentia pro libertate in bonam partem. ut apud Cicero li. 3. Offi. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcumque probabile maxime occurrat, id nostro iure liceat defendere. Idem li. 1. eiusdem operis: Magnis enim illi, & diuinit bonis hanc licentiam esse quebantur. Libertas quandoque etiam in malum accipitur pro effranti quadam animi libidine. Cic. 5. Verr. Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam, libertatemque uiuendi. Adumere libertatem, est quem libertate spoliare. Ci. pro Domo sua: quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ad eum.

emiffes. Amittere libertatem. Ibidem: Nemo eius Romanus aut libertatem, aut civitatem poffit amittere, nifi ipfe auctor factus fit. Dicimus præterea Dare libertatem alicui, Habere libertatem, Largiri libertatem, Retinere libertatem, Recipere libertatem, Tenere libertatem, Vindicare in libertatem: quorum exempla nunquam non occurrunt. Libertas etiam libertatis dea dicebatur: cuius templum in Aventino conftitutum fuffe narant hiftoria.

LIBERTINVS, tini, ἀπελευθερος, ἐξελυθερος, antitheton eft Ingenui. Libertus autem relatiuum Patroni. Per Libertinum enim fignificamus conditionem hominis, ficut per ingenuum: per Libertum uero priuarum quendam refpectum ad Patronum. Plaut. Mil. Ingenuam an Libertinam? Proprie itaque Libertini dicuntur, qui ex libertis procreati funt, hoc eft, qui ipfi quidem nunquam feruierunt, fed quorum parentes, antequam filii naceretur, e feruitute manu emiffi funt. Cic. 4. Phil. Ipfe ex Libertini filia fufcepit liberos. Poftea tamen Libertinorum, & Libertorum uocabula in eadem fignificatione ufurpari ceperunt, pro iis. f. qui poft iufta feruitutem libertatem effent confequuti. Quod manifefiffime oftendit Suet. in Clau. his uerbis. Ignarus temporib. Appii, & deinceps aliquandiu, Libertinos dictos, non ipfos qui manumitterentur, fed ingenuos ex his procreatos.

LIBERTVS, [Fatto libero da feruo. Gall. Affranchi & mis en liberté. Hiff. El que de feruo fue hecho libre.] ἀπελευθερος, qui cum effet feruus factus eft liber, ita dictus quali liberatus. Huius relatiuum eft Patronus. Plaut. in Afin. Magis decorum eft, Libertum potius, quam patronum, onus in uia portare. Vlpianus cum effe Libertum definit, quem quis ex feruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. Quinc. lib. 7. c. 8. Patrono in libertum manus iniecio fit. Liberta, femini n. num. Hor. 1. Ser. Sat. 1. Ad hunc liberta fecuti Diuifit medium fortiffima Tyndaridarum. Modestinus. Libertis, libertabusq. meis, libertum libertæ testatoris non contineri.

LIBET, [Placet.] ἀρεσκέτω, uerbum imperfonale, idem fignificans quod placet: a libendo (ut Varro inquit) quod quæ placet, in mentem prolabantur. Ci. de Diu. De quo primo hoc libet dicere. Duo habet præterita Libuit, & Libitum eft. Plautus in Pseud. Cur id aufus facere? B. Libuit. i. fic uolui: fic placuit mihi. Idem in Ain. Si quid te uolam, ubi eris? L. Vbi cumque libitum erit animo meo. Hinc fit Collibet. p. c. uel Collibet. collibet. uel libitum eft, collibere, idem quod libet. Terent. in Eun. Si quid collibuit, noui te.

LIBETHRA, libethræ, π. ἀέθουρα, fons Musis facer in Magnesia regione, Theffalia annexa, ut docet Plin. lib. 4. c. 9 & Pomp. Mel. lib. 2. Sun t qui in Olympo monte Libethram urbem fuffe dicant a Sye torrente funditis euerfam, cum iam olim oraculo prædictum effet, fore ut Liberthri ἀδουός, omnes interirent, cum Orphei offa Sol infpexiffet Erant autem Orphei reliquæ in columna quadam conditæ, quæ uig. imminerat a Dio in Olympum ducenti. Quem in locum cum ingens hominum uis conueniffet, ut pastorem in fonnis fuauiter canentem audirent, euenit ut columna euerfa Orphei offa nudarentur: eodemque die torrens nō mine Sys fupra modum auctus, Libethrios cum urbe fubmerfit. Vide Cælius Rhod. lib. 18. c. 22.

LIBETHRIDES, ἀλιβηθριδές, dictæ funt Mufæ a Libethre Magnetiæ fonte, Musis facro, & Poetarum carminibus celebrato: ut non obfcure innuit Pomponius Mela libro fecundo in descriptione Macedoniæ. Strabo tamen libro 10. auctor eft, Musas appellatas effe Libethridas, a Libethro Thraciæ monte, quem poftea Macedones tenuerunt: fub quo & antrum fuffe ait Musis Libethridibus a Thracibus confecratum, Virg. 7. Ecl.

Nymphæ nofter amor Libethrides, aut mihi carmen,
Quale meo Codro concedite, &c.

LIBETHRVS, penultima producta, ἀλιβηθρος, mons eft Macedoniæ, teffe Lycophrone, habens ad radicem Pimpleam fontem, Musis confecratum. Alij Libethron Thraciæ montem effe aiunt, poftea a Macedonibus occupatum: ad cuius radicem antrum fuit, Musis Libethridibus a Thracibus confecratum. Vide Strabonem libro decimo.

LIBYA, α, Cic. 1. de Nat. De. Volucres angues ex uafitate Libyæ, uento Africo inuehi in Aegyptum.

LIBIDINOSE, [Smoderatamēte. Gall. Impudiquement, d'un appetit defordonné. Hiff. Luxuriosamente.] ἀκαταρος, idem quod impotenter, & pro animi libidine Ci. 1. Ver. Vt quæ ille libidine fe, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit.

LIBIDINOSVS, nofa, nofum, [Luxurioso libidinoso. Gall. Impudique, fujet à son plaisir defordonné, adonné à paillardise. Hiffan. Luxurioso.] ἀκαταρής, qui in libidine propenfus eft, qui que Veneri plus æquo indulget. Cicero in Catil. Libidinoſa enim & intemperans a doleſcentia, efferum corpus tradit ſenectuti. Quinct. libro 6. c. 4. Libidinoſos es, quam ullus ſpado Libidinoſas ſententias. Cice. pro Domo ſua: dixit, quæ pro libidine cuiuſque feruntur. Libidi-

noſas dapes dicuntur exquiſitæ, & curioſæ, Col. in præfat. lib. 14. Mox cum ſequens & præcipue noſtra ætas dapib. libidinoſis prætia conſtituerit, &c.

LONGVS, g, gum, [Lungo. Gal. Long. Hisp. Luengo.] μακρός, proprie (inquit Nonius) dem est, quod per planum porrectus. Vir. 3. Geor. Tanti longo nullus lateri modus. Nonnunquam idem quod in altum erectus. hoc est, procerus, Virgil. nono Aene. Stant longis innixi hastis, & scuta tenentes. Plau. Trin. Qua facie est homo? S. Sesequi pede quid est, quam tu, longior. Longus pedes septem. Plin. In hoc cæli circumplexu æquinoctii die media, umbilicus quem gnomonem uocant, septem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Longus pedum quatuor, eorum In merem horti areas latas pedum denum, longas pedum quinquaginta facito. Per translationem ponitur quandoque pro diuturno, Vir. libro tertio. Aene. Et longum Andromachæ tenentur amorem. Ponitur nonnunquam pro prolixo & fuso. Plautus in Trin. Longo sermone utimur. Cic. 1. de Nat. Deo. Sed nolo esse longior. Longum est, id est, multi temporis. Cic. 2. Verr. Longum est dicere, quam improbe fecerit. Quandoque pro magno: unde longiores dies, maiores dicimus. Quandoque pro pernicioso, Virgilius primo Aeneid. Nec non & uario nocte in sermone traiebat infelix Deo, longumque bibebat amorem. Longa dies pro longo tempore. Iuue. Saty. 10. Longa dies igitur quid contulit? Ne longum faciam, id est, ut breuiter dicam. Hor. 1. Ser. Sat. 3. In longum ducere. Vir. 6. Eclo. Causando nostris in longu ducis n. cret. Longum, aduersaliter, quod significat longo tempore: Martialis: Ut que tuis longum dominusque puerque fruantur Muneribus. Vir. 3. Eclo. Et longum formose uale, uale inquit sola. A longus sunt composita oblongus, & prælongus, de quibus suis locis.

LOPADVSA, λοπάδωσα, insula est inter Siciliam & Libyam e regione

ne Thapfi, cuius meminit Strab. lib. ult.
LOPES, adis, *λοπάδες*, genus conchæ marinæ. Pla. in Medico parasito; Addite lopades, echinos, oistreas. Dicitur lopades a uasis culinarij genere, quod Græci *λοπάδιον*, & *λοπάδιον*, appellant, Bassius sarraginem interpretatur. Est & Lopas, siue Lopæ, uestimenti genus in qua significatione priorem syllabam producit, cum apud Græcos scribatur per *ω*.
LOQUACITAS, atis, [*Ciancie. Gal. Trop grand'abondance de paroles, trop parler. Hisp. Obra de mucho hablar.*] *πολυλογία*, multiloquium, inanis & immodica garrulitas; Cic. Torquato: Facit autem non loquacitas mea, sed beneuolentia longiores epistolas. Idem ad Att. lib. 7. Loquacitati ignosces, quæ & me leuat ad te quidem scribenti, & elicit tuas litteras.
LOQUACITER, [*Con ciancie. Gal. Auec trop grand'abondance de paroles superflues. Hisp. Parler amonto, con muchas palabras.*] aduerbium. Cicero pro Muræna. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille?
LOQUACITO, as, [*Parlar molto. Gal. Parler beaucoup, caquetter. Hisp. Hablar mucho.*] *απερμολογῶν*, multum loquor. Hieron. Si quando mulierculæ de diuitijs proprijs, de filijs, de uestibus, de mundi uanitatibus garrulando loquacitent, ut moris est eis, frangantur. Vox uoua est, quam apud ueteres non facile inuenias.
LOQUAX, cis, [*Cianciatore, che parla molto. Ital. Caquetter, babillart, grand parler. Hisp. Cosa mucho habladora.*] *ἄλος*, uerbosus, garrulus, Cic. pro Cluen. Præterea seruum illum Nicoftratum, quæ nimium loquacem fuisse, ac nimium domino fidelem & c. Hinc corui & alix aues, quæ humanam uocem imitantur, loquaces dicuntur.
LOQUACITOR, *λαλιεστος*, & superlatiuum.
LOQUACISSIMVS, *λαλιεστος*. Cice. de Senect. Et senectus est natura loquacior. Idem pro Flacco: repente homo loquacissimus obmutuit.
LOQUELA, læ, [*loquela*], *λαλία*, sermo, quem loquendo proferimus. Catullus: Verbosa gaudet Venus loquela.
LOQUENTIA, tiæ, & loquium, quamuis a loquor deducantur, non tamen eis utimur, nisi in compositione: ut, breuiloquentia, Breuiloquium: Multiloquentia, Multiloquium: Magniloquentia, Magniloquium. Similiter Magniloquus, Multiloquus, Stultiloquus, Blandiloquus, & huiusmodi, quæ habent pen. cor. Valerius Probus tamen teste Gellio lib. 1. cap. 1. affirmat Salustium Loquentiam usurpasse pro loquacitate. Sic enim legit: Satis loquentiæ, sapientiæ parum.
LOQUITOR, aris, [*Cianciare, parlar molto.*] *πολυλογία*, garrus, multum loquor, uerba multa inaniter profundo. Plant. in Bacchid. Eho tu loquitor ne est agnato meo male? Vfus est hoc uerbo Apule. in Floridis.
LOQUOR, eris, [*Parlar, ragionare. Gal. Parler, discourir, raisonner. Hisp. Hablar, razones.*] *λαλῶν*, locutus per c. secundum Priscianum, siue Loquutus per q. proprie significat, uerba qualiacunque profert. Differunt autem Loqui, & Dicere, quod Loqui sit a natura, Dicere, eleganter & facunde. Quamquam Loqui aliquando pro dicere, positum inuenitur. Pla. in Menæch. Quos tu parasitos loqueretibi dem, Adolefcens quæso, loquere tuum mihi nomen. Loqui ad uoluntatem, apud Ciceronem in Paradox. est, quod lubet, dicere. Loqui ad uoluptatem, est sermone suo uoluptatem audientibus afferre. Cic. pro Quinto: Fateatur se non dicere, non ad uoluptatem loqui posse. Loqui lapides, ut ea loqui quæ sic audientis mentem obducunt, & offendunt, est fa lapidibus illius caput ferris. Pla. in Aul. Quia mihi misero cerebrum excutit tua dicta toror: Lapi' loqueris. Loquuntur hoc palam. Cic. 5. Ver. Hoc quum palam Decumani tota provincia loquerentur. Loquuntur uulgo, id est, uulgi in ore uersantur. Cice. 7. Verr. Quum uulgo loquerentur, uulgo positum in eius locum & c. Loquuntur annales, historiarum, hoc est, referunt, commemorant. Loquitur res ipsa, hoc est, apertissima est & sermone non eget. Loquitur fama, hoc est, homines famam secuti loquuntur. Dare aliquem loquendum charis, dixit Martial. lib. 5. Quem chartis famæque damus, populoque loquendum Locutus, siue Loquutus, participium. Hora. li. 1. Epi. 7. Ut uentum ad cœnam est, dicenda, tacenda, locutus, Tandem dormitum dimittitur. Virg. 1. Aen. Sic ore locuta est. Composita uerbi Loquor sunt, Alloquor, Colloquor, Circumloquor, Deloquor, Eloquor, Interloquor, Obloquor, Preloquor, & Perloquor quorum significata partum supra explicauimus, partim infra suis locis exequemur.
LORA, æ, siue Lorea, genus potionis est, quam Græci *διδυροίαν*, appellant, quasi secundariam uelut apud nos tertiaria per uni caritatem, nam *διδυροίαν*, apud Græcos secundum dicitur. Plin. lib. 14. cap. 10. Non possunt iure dici uina, quæ Græci, *διδυροίαν*, appellant, Cato & nos Loram, maceratis aqua uinaceis quamuis inter uina operaria numerentur. Tria eorum genera. Primum decima parte aquæ addita, quæ multi expressa sit, & ita nocte & die madefactis uinaceis rursusque prelo subiectis. Alterum, tertia parte e-

ius, quod expressum sit, addita aquæ, expresso que decocto ad tertias partes. Tertium facibus uini expressum, quod Fæcatum Cato appellat. Varro de uita populi. Roma. Antiquæ mulieres maiores natu bibebant loram. Dicta lora, quasi lora, quod fiat ex uinaceis aqua dilutis. Vide Varronem de Re rust. li. 1. ca. 54. & Col. li. 12. cap. 40.
LORARI serui, *λοροδέσμοι*, a loro dicti sunt, quorum officium erat aliquem ex conseruis iussu domini aut uincire, aut loris caedere. Lorarium frequens est mentio apud Plautum. Dicebantur præterea Lorarij lictores aut ministri magistratum, qui eis in prouincias proficiscens ministrabant, fascesque præferbant. Cato id genus homines etiam Brutianos appellat: quoniam Brutii ignominia causa iussi sunt a Romanis, ut magistratibus in prouincis euntibus parentent, & præministrarent seruorum uice, quod primi totius Italiæ ad Annibalem descissent.
LOREVS, a, um, adiectiuum. Plini. libro 18. cap. 31. Antiqui funibus uitisque loreis ea detrahebant. Sic apud Cato. capitulo. 3. Loreus funis.
LORVS, *λωρός*, masculini generis, sicut & corius, & collus. Apul. Lorum quempiam sinu suo depromit.
LORICA, cæ, p. p. [*Fauciera lorica. Ga. Halecret. cuirasse ou harnois d'homme d'armes, brigandine ou cote de maille. Hisp. Cota de maille.*] *θώραξ*, est munimentum corporis, quale in Imperatorum antiquis statuis uidemus: quamuis generaliter accipitur pro omni eo, quod corpus aduersus uim tegimus. Dicta autem putatur Lorica a lora. Nam antiquitus, teste Varrone, pectoralia ex crudo corio fiebant. Virg. 3. Aene. Lorica conseruata hamis, auroque tralitem. Dicitur præterea Lorica, *θώρακος*, in ædificijs, quoddam quasi fepimentum, & ueluti periholus, quæ nos tuctur a lapsu. Pars est enim lorica murorum, & structurarum. Vitruu. lib. 2. de lateritijs parentibus loquens. Cum enim in tecto tegula fuerunt fractæ, aut a uentis deiectæ, qua possit ex imbris aqua perfluere, non patietur lorica testacea lædi laterem, sed proicidit corona coronarum reijciat extra perpendicularum fillas. Curt. lib. 8. Angusta muri corona erat, non pinnæ, sicut alibi, fastigium eius distinxerat: sed perpetua lorica obducta transitum seferat. Itaque rex hærebatur magis quam stabat, in margine, clypeo undique incidentia tela propullans Lorica appellat structuram fastigiatam, quæ aquâ pluuiam utrinque dispellit extra perpendicularum, ueluti saggundis prominentibus. Capistratæ huiusmodi structuræ a nostris appellatur corium è marmore tuso cum calce & arena. Vitruu. lib. 6. Itaque si necessitas urgeat, ut minime uiciola fiant, sic erit faciendum: cum coaxatum fuerit: insuper altera coaxatio transuerfa sternatur, clausisque præfixa duplicem præbeat contignationi loricationem: deinde ruderi nouo tertia pars testæ tuse admiscebatur. Varro libro 1. de Re rustica. cap. 57. parietes & folium opere testorio marmorata loricandi. Hæc Budæus. Cæf. 5. Bell. Gall. Tures contabulantur, pinnæ, loricaque ex cratibus attextunt.
LORICATVS, ta, tum, participium, lorica indutus. Liu. 3. Bell. Puni. Statua eius indicio fuit Præneste in foro statuta, loricata, amicta toga, uelato capite, & c.
LORICATIO, *θώραξις*, apud Iureconf. accipitur pro ornatu domus specioso magis quam necessario. Huius uerbi compositum est Diloricatio, de quo alibi.
LORICO, as, *θώρασσειν*, lorica induo. Plini. lib. 8. ca. 24. Mox ubi pluribus eodem modo se corijs loricauit, in dimicatione pergit.
LORICULA, læ, *πρωτόλιον*, diminutiuum a lorica, paruam lorica significat. Accipitur etiam pro munimento, quod oblectores urbium construunt. Nam ultra iactum teli fossam faciunt, eamque uallo, sudibus, & turriculis instruunt, ut erumpentibus & ciuitate possint obistere. Auctor Vegetius libro octauo Cæf. Bel. Gal. sic scribit, Hæc imperat uallo 12. pedum muniti coronis que pro hac ratione eius altitudinis inædificati. Fossam duplicem pedum deunquimum lateribus directis deprimi: turres crebras excitari in altitudinem trium tabularum, pontibus traiectis, contractisque coniungi: quorum frontes uiminea loricula munitentur, ut hostes a duplici propugnatorum ordine depellerentur.
LORIPES, edis, p. c. [*Zorro, che ha il piè torto*] *ἰμαρτύπος*, qui pedem in modum lori tortum habet. Iuue. Sat. 1. Loripedem rectus deridet, Æthiopen albus.
LORVM, ri, priore producta [*Correggia. stasile, redine. Gal. Lanier. Longue courroye de cuir. senyle. Hisp. La cuerda, o la coyunda.*] *ἰμάς*, significat corrigiam ex corio, unde habenas, & retinacula iumentorum, quæ sepe ex corio fieri solent, Lora appellamus. Virg. 3. Geor. Illi instant uerberere torto. Et proni dant lora: uolat ui feruidus axis. Præterea etiam Lora dicuntur Zonæ, ac uolumina ex corio brubulo, quibus pugiles utebantur: quos & Cæstos appellabant. Præterea

terea quæcunque ligamina Lora dici possunt. Gel. Postea uidebamus Androdam & Leon. in loro tenui reuinctum, urbe rota circū tabernas ire. Et Loramenta quælibet ligamenta etiam quæ ex tabulis fiunt. Hiero. Loramento ligneo circumdata etiam ædificii fundamentum non dissoluetur. Iustinus lib. 11. de nodo Gordio. Dum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posses, molentius oraculo usus, gladio oramenta cædit. Lorum etiã pro corrigia accipitur, quæ homines uerberabantur. Dona. Lora apud ueteres Laura dicebatur, a lauro triumphorū, sub qua mos erat captiuos unceri, ducique per pompam. Idco autem ut conditionis reminiscatur, loris cæduntur. Vnde & Lorari dicebantur, de quibus suo loco diximus. Cic. 14. Phil. Quos Antonius delicia rum causa loros in conuiuium cædi iubebat a suis publice. Item Lora dicuntur corrigiæ, quibus lecti & stellæ instruuntur: super quibus tomenta, uel culcitæ imponuntur. Mart. lib. 2. Recens sella iunctis que, lorisque. Hinc etiam funiculus aureus argenteusue, qui collo gestari solet, Lorum appellatur.

LORAMA, Λορμα, locus est Carizæ regione Rhodi insulæ. Plin. lib. 5. cap. 28. & Strab. lib. 14.

LOTIS, Ἰδης, Λωτίς, nymphæ nomen est, quæ Priapum fugiens, in arborem Loton fingitur transmutata. Oui. 9. Metam. Lotis in hac nymphæ fugiens obscæna Priapi, Contulerat uersos seruato nomine uultus.

LOTOMERTA, æ, panis est genus ex semine loti herbæ confectum. Vide Plin. lib. 22. cap. 21.

LOTOPHAGI, penul. corre. Λωτοφάγοι, populi in Africa apud Syrtes, a loto nomen sortiti, quod arboris eius fructu credantur uiuere: cuius cibus tam est dulcis, ut aduenis incutiat patriæ obliuionem. Vnde cum Vlyssis focij delati fuissent in Africam, & lotum gustassent, uix inde abducti sunt, ut placet Home. li. 9. Odyss. Vide Lotos.

LOTIVM (lotij), [Orina. gal. Vrine, pissat. Hisp. Vrina.] ὄριον, a diluendis corporibus appellatum: est enim totius corporis lotio. Sue. in Vesp. R.prehendenti filio Tito. quo & urinæ uetigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans, num odore offenderetur, ac illo neganti, Atqui, inquit, e lotio est. Habet autem hæc dictio, quamuis a supino Lotum heri putetur, contra naturam primitiui primam syllabam corr. Vide Vallam lib. 1. cap. 2.

LOTOS, Λωτός, arbutusculæ seu fruticis species Africa familiaris, a Lotide nymphæ, quæ Priapum fugiens in eam arborem fingitur commutata, nomen habens. Oui. lib. 13. Met. Annicolæque simul salices, & aquatica lotos. Hæc arbor (ut inquit Plin. lib. 3. c. 17. & li. 21. cap. 17.) in Africa uocatur Celtis, tamque dulci est cibo, (nam myrti modo baccas fert) ut nomen etiam genti terre quæ dederit nimis hospitali aduenarum obliuioni patriæ. Ligno color niger: ad tibiarum cantus expetitur. Quare & a poetis pro tibia ponitur. Quidam arbitrantur esse eam arborem, quam Romani Visciolum dicunt. Est etiam eodem nomine herba in Aegypto: quæ Homerus inter herbas subnascentes deorum uoluptati primam nominauit. Hæc recentibus aquis Nili prouenit similis fabæ, in cuius capite fructus est papaueri similis: intus grana, ceumilium, ex quo incolæ faciunt panem, quem Lotometram appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. 21.

LOXIAS, [Apollo.] Λοξίας, Apollo dictus est, uel propter obliqua & tortuosa responsa, quæ huius uates reddebant, quo facilius consultoribus imponerent: uel quod Apollo, id est, Sol Zodiacum oblique pererret. Λοξός, enim Græcis obliquus est.

L A N T E V

LVBENTER, [Volentieri. Gal. Volentiers. Hisp. Plançentera y ganosamenter.] aduer. id est, lubenti animo. Plaut. Rud. Nam qui dormiunt lubenter sine lucro, & cum malo quiescunt. Idem Cap. Omnes profecto liberi lubentius Sumus, quam seruimus. etiam Cic. de Cla.

LVBENTIA, æ, & Libentia, ἀπαθεία, quemadmodum dicimus Libet & Lubet, idem est quod uoluptas, lauticia, delicia, iucunditas. Gel. lib. 15. c. 2. Cui libentiæ gratia que omnes conuiuiorum incognita sint. Plau. in Asin. Lubentio rem te faciam, quam Lubentia est. Quo in loco Lubentiam uidetur accepisse pro Dea quadam, uoluptatam & deliciarum præside.

LVBET, libuit, ueteres per u. scribebant, quod nos per i. Vide libet, Cic. de Sen. Id ipsum tamen ut lubebit, quoniam, &c.

LVBENS, tis, omnis generis, [Volentieri.] ἑκστασιος, Plau. in Cist. Aedepol factum id est lubenti animo. Item Stric. Lubente hercle me facies Lubens pro Lubenter, Ter. Heau. Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.

LVBIDINEM, [Limidine.] ueteres dixere a Lubet, pro libidine. Plau. in Trin. Lubido est obseruare, quid agat. Idem in Menz. Nam homini misero malum, si accedit ad malum, Maior lubido est fugere, & facere nequiter.

LVBRIÇE, peultum corre. [Instabilmente. Gal. Inconstamment, douteusement, en glissant. Hisp. Dudosamente, con dolo çnamiento.] ἰδριζέω,

in constanter, & parum sincere. Cic. 2. Philip. Et lubrice uersatus in bello est.

LVBRICTO, as, ἰδριζέω, lubricum facio. Iuuen. Qui Lacedæmonium pyrisfmate lubricat orbem.

LVBRICTVM, ci, pen. cor substantiuum, τὸ ἰδριζέω, ut Lubricum itinerum. Faci. lib. 18. Et lubrico itinerum adempta æquorum pernicitate. Idem lib. 1. illi sanguine suo, & lubrico palud. in lapsantes, &c. Idem lib. 19. Per angusta, & lubrica uiarum flexerunt. Cic. Episto.

LVBRICTVS, a, um, ἰδριζέω, quasi lubricus. Proprie enim Lubricus locus dicitur, teste Valla lib. 4. in quo quis nequit consistere: quales sunt herbæ perfusæ sanguine, aut terra argillosa humecta, aut marmora læuigata, terra glaciata, aut gelata, ceteraque huiusmodi, ubi commode uestigium figere non possumus. Virgil. 1. Aen. Et sese opposuit Salio per lubrica surgens. Lubricum item dicitur, quod si comprehendatur, manibus elabitur, facile que effluit, ut, Pifcis lubricus, quifacile manibus effluit, dum contractatur. Vir. 2. Aen. Lubrica conuoluit sublato pectore terga, & alibi: Adytis cum lubricus anguis ab iniis. Inde figurate adolescentiæ lubrica dicitur, quod procliuis sit ad lapsum. Cic. pro Cæl. Vix adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu alioque, aut prolapsione uix potest. Lubrici oculi, id est, mobiles: sicut dicitur Pes lubricus, qui est in lubrico. idem lib. 2. de Natu. Deo. Natura oculos fecit lubricos & mobiles. Ponitur aliquando pro fallaci, & qui multas uias elabendi nouit. Virgil. 11. Aen. Nequicquam patrias tentasti lubricos artes. Lubricus locus per translationem dicitur pro difficili & incerto. Cic. 2. Offi. Qui locus est sane lubricus: quoniam uix inuenitur, qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

LVCÆ, ἑκστασιος, ciuitas Tusciæ, a qua Lucenses dicuntur, qui in ea habitant, uel qui in ea orti sunt. Dicta a Lucumone Etruscorum rege. De hac Strab. libro quinto. Luca urbs est ad montes Lunæ incumbentes, ubi plerumque uicam habitant: regio tamen uirorum probitate floret, & robur militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus senatus militares cepit ordines.

LVCÆB, boues, sue Lucanæ, dicti sunt Elephantæ, eo quod in Lucania primum uisi sint, eo tempore, quo Pyrrhus Romanis bellum inferbat. Plin. lib. 8. cap. 6. Elephantibus Italia primum uidit Pyrrhi regis bello, & Boues Lucanæ appellauit in Lucanis uisos. Dicti autem sunt boues, eo quod Itali ad ea usque tempora maius animal non nossent, quam bouem. Næuius: Atque prius pariet locuta bouem Lucan.

LVCANIA, Λυκανία, populi Italiæ a Samnitibus oriundi, secundum mare extensis, & Silaro fluuii a Picentibus, Lao Brutijs dirempti, quorum oppida præcipua fuerunt, Velia, Pestum, & Buxentum, aliaque nonnulla, quæ uide apud Plin. li. 3. ca. 5. Hor. li. 2. Ser. Sat. 8. Lucanus an Appulus anceps.

LVCANICA, [Lucanica, salciocia. Gal. saulcisse. Hisp. Longaniza] ἀλλὰς, genus facminis ex porcinis carnis, a Lucanis populis primū inuentum. Marti. li. 13. Filia Picenæ uenio Lucanica porcæ: Pulibus hinc niueis grata corona datur.

LVCANVS, nomen proprium poetæ, Senecæ, uiri undecunque doctissimi, & grauissimū Tragediarum scriptoris, nepotis. Hic bellum ciuile inter Cæsarem, & Pompeium grauissimo carmine perscripsit: Item Orphæum Tragediam, multa que alia, quæ hodie non extant. Perijt incisa iussu Neronis uena, iam Consul designatus, propterea quod inter eos nominatus esset, cum Prione coniuraret. Vide latius uitam eius apud Crinitum.

LVCAR, pretium (inquit Festus) quod ex lucis captatur: uel erogatio quæ in lucis habet. Et Lucaris pecunia, quæ in loco erat data.

LVCARIA, riorum, festa quæ in luco Romani faciebant, qui permagnus erat inter uiam Salariam & Tiberim: eo quod uicti a Gallis, fugientes ex prælio ibi sese occultauerunt. Fest.

LVCCELLVM, li, [Picciol guadagno.] κερδοσειον, diminutiuum, paruum lucrum. Horati. 2. Seru. Satyr. 5. De sene gustarit tecum partita lucellum. Cicer. 5. Verr. Age, quid tum si Apronio deliciis Prætoris lucelli aliquid iussi sunt dare? putate Apronio datum: si Apronianum lucellum, ac non prætoris præda uobis uidebitur.

LVC1, aduerb. [Di giorno.] id est interdiu: cui opponitur noctu. Cic. 2. Phil. Quis enim audeat luci, quis in militari uia, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi?

LVCENS, [Lucente.] θαυριος, idem est, quod splendidus, uel clarus. Vir. li. 6. Aen. Lucentemque globum lunæ.

LVCENTIA, citerioris Hispaniæ urbs, & Romanorum quondam colonia, ut scribit Pomp. Mela. lib. 2.

LVCENTVM, Hispaniæ Terraconensis oppidum a superiore diuersum, quod Ptolemæus libro secundo, capit. 6. statuit supra Carthaginensium.

- thaginem, occasum uersus.
- LUCEO**, xi, [*Lucere, resplendere. Gal. Luire, rendre lumiere et clarté. Hi. Lu xir ò resplandescer.*] *σαλαζει* *ωσπλέδο*, lucem emitto. Ci. in So. Sci. Luna, quæ luce lucebat aliena. Aliquando significat diem esse, Cice. pro Rosc. Ame. Occisus est a cæna rediens: non dum lucebat, cum America scitum est: Lucere facem alicui, aut cereum, est alicui præferre facem, aut cereum. Plautus in Casin. Primum omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem. Idem in Curcu. Tute tibi puer es lautus, luces cæreû. Faces lucentes. Oui. 3. Fait. marmora lucentia. Stat. 1. Syl. Tunica lucentes auro, Idem 9. Theb. Eius composita sunt, Alluceo, Colluceo, Diluceo, Eluceo, Illuceo, Interluceo, Pelluceo, siue Perluceo, Seluceo, & Transluceo: quorû significata quoniam suis explicantur locis, hominis esset ocio suo plus satis abutentis, ea hic denuo inculcare.
- LUCERES**, siue Lucernerfes, tertia pars erat populi Romani tempore Romuli Romanorum regis. Cõstat. n. auctore Lirio, receptis iam in urbem Sabinis, populoq. aucto, Romulum omne populum in tres secreuisse tribus: quarum una Tatiensium appellata est a T. Tatío Sabinorum duce, altera a Romulo Ramnensium: Tertia Lucernum a Lucumonibus, hoc est, a Thufcis (ut refert Varro) qui pugnanti aduersus Tatium Romulo suppetias tulerunt.
- LUCERIA**, *λακέρια*, urbs Apuliæ, Aufonum colonia. Plin. libro 3. cap. 11.
- LUCERIVS**, *λακέρης*, Ardez rex, qui auxilio fuit Romulo aduersus Tatium.
- LUCERNA**, a luceo, [*Lucerna. Gal. Lampe, lumiere. hisp. El candil.*] *λυχνος*, instrumentum, in quo unum plurave ellychnia accensa, oleo quæ foras, nobis lumen præbet, & quamquam etiam non raro proprio lumine accipitur. Huius prima corripitur, quom tamen in Luceo producat. Iuuenalis: Dispositæ pinguem nebulam, uoluerunt lucernæ. Cice. 4. Acad. Itaque Timagoras Epicureus negat sibi unquam, cum oculum torisset, duas ex lucerna formulas esse uisas. Plaut. in Mollit. Lucernam forte oblitus fueram extinguere. Plinius. Ex medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Lucernarum usum primum Aegyptij monstrauere, ut auctor est Euseb. libr. 10. Præpar. Euan. Lucernarum alia simplex est, quæ habet partem unam tantum exporrectam, & quæ uno ellychnio contenta est, quæ cubicularia dicitur: de qua Mart. libr. 14. Alia Dimyxos, ad duo ellychnia ferenda: alia Trimyxos, ad tria: alia Polymyxos, ad multa. Mart. libr. 14. Illustrem quum tota meis conuiuia flammis, Totque geram myxos, una lucerna uocor.
- LUCERNARIVS**, [*Che porta lucerna.*] *λυχνάρχος*, qui lucernam fert.
- LUCERNVIA**, *λυχνίον*, diminutiuum a lucerna.
- LUCESCIT**, impersonaliter, [*Si fa giorno.*] *ὡμέρα γίνεται*, clarum fit Plautus in Amphitrio. Exire ex urbe, priusquam lucefcatur, uolo.
- LUCETIVS**, *λυκίτιος*, dictus est Iupiter, a luce, quam præstare hominibus putabatur, sic Iuno Lucetia, quod lucis causa fit parturientes adiuuans.
- LUCIDO**, das, [*Rischiare.*] *λαμπαλαί*, lucidum facio, illustro: a quo Dilucido, Elucido, quæ uide suis locis.
- LUCIDE**, [*Chiaramente.*] Cice. de Orat. Lucide, breuiterque diffinire aliquid.
- LUCIDVS**, a lum, [*Lucido, chiaro. Gal. Clair, plein de lumiere rendant clair.*] *Hi. Claro, lu xio y resplandescente.* *φαιρός*, quod est clarum, per spicuum: ut, Lucida nox, apud Plin. l. 2. c. 7. Oui. Epist. 21. Nec premit articulos lucida gemma meos. Idem 1. Faito. Lucidior uisa est quam fuit ante, domus Hof. & Carm. Ode 3. Sic fratres Helena lucida sidera, &c. A quo pellucidus, & Translucidus. Quincti. lib. 8. Similiter illa translucida, & uerficolor quorundam elocutio res ipsas effœminat.
- LUCIFER**, [*Lucifero*] p. c. *φωσφόρος*, stella Veneris, ita dicta, quum antegraditur Solem, quom uero subsequitur, Hesperus uocatur, teste Ci. li. 2. de Na. Deo. Varr. 3. de Re ruit. cap. 5. Infima est quin que errantium (inquit Cicero) terræque proxima stella Veneris quæ *φωσφόρος*, Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegraditur Solem, cum subsequitur autem Hesperus. Virgil. lib. 2. Aen. Iam quæ iugis summæ surgebat Lucifer Idæ, Ducebatque diem. Oui. 8. Meta. Iam nictidum retegente diem, noctis que fugante Tempora Lucifero: cadit Eurus, & humida surgunt Nubila, &c.
- LUCIFERVS**, fera, ferum, [*Che mena la luce. Gal. Qui porte lumiere. hisp. Cosa que haze ò orrahe lu x.*] adiectiuum: ut Diana lucifera. Valer. Arg. 7. Equi luciferi. Oui. Epist. 11. Iam nou'es erat ortu foror pulcherrima Phœbi, Denaq; Luciferos Luna premebat equos. Lucifera Poetæ filium faciunt Iouis & Auroræ, qui Trachyniâ nympham amauit, & ex ea suscepit geminam prolem, Ceycem uidelicet & Dædalionem. Dicitur autem est Auroræ filius, quia stella illa, quæ & Venus dicitur, mane solem præcedens, quasi eiusdem sinu oriri uidetur. Virg. Eclo. Nascere: præque diem ueniens age Lucifer alium.
- LUCIFICO**, as, p. c. [*Dilucidare. far lucido.*] *φωρίζω*, lucidum facio, a quo compositum Elucifico, quod est, luce priuo Laberius apud Gell. lib. 10. cap. Democritus Abderites Phyliscus philosophus clypeum contituit contra exortum Hyperonis, oculis effudere ut posset splendore æreo. Deinde subdit paulo post Sic ego Fulgenti splendore in pecuniam uolo Elucicare exitu ætatis meæ.
- LUCIFUGVS**, Lucifuga, p. c. [*Che fugge la luce. Gal. Qui fuit la lumiere. hisp. Cosa que haze ò de la lu x.*] qui fugitat lucem & gaudet tenebris. Cic. 1. de Fin. Lucifugi, maledici, monstrofi, etiam alijs amatorijs leuitatibus dediti. Virgil. 4. Georg. Nam sæpe fauos ignotus adedit Stello & Lucifugis congeita cubilia blatis. Seneca Lucifugas homines appellat, qui contra naturam nocte utuntur pro die: qui & *λυχνόχοι*, dicuntur, quasi lucernarij.
- LUCIGENA**, [*Generato di luce.*] *λυκίγενής*, luce genitus.
- LUCILIVS**, Poetæ uetustissimi nomen, patria Aruincin, qui primus Latinorum Satyrâ scribere aggressus est. Obijt apud Neapolim anno ætatis suæ quadragesimo sexto, publico que funere elatus fuit De Lucilio uide Quint. lib. 10. Et Hor. li. 1. Ser. Sat. 4. Huic omnis pendet Lucilius, hosce securus, &c.
- LUCINA**, p. p. *ελείθυνα*, dea partuum præfeste Seruio, quæ & Iuno dicitur & Diana. Terent. in And. Iuno Lucina fer opem. Vir. in Pollione Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apolio. Quo in loco manifeste accipitur pro Diana. Cic. lib. 2. de Nat. Deo. Luna a Lucendo nominata fit: eadem est enim Lucina: Itaque ut apud Græcos Dianâ, eamque luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non a uocando, sed quod in septem numeratur tanquam uagantibus. Dicta Lucina, quod partum ferat in lucem. Phil. 16. ca. 44 putat Lucinam dici, quod oculis præsit & luci. Sût qui a luco deducant, qui Romæ Iunoni sacer est in Exquilij s. Ouid. lib. 2. Fas. Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus: Aut quia principitua dea lucis habes.
- LUCINOS**, dicimus quibus sunt parui utrinque ocelli, & breuis uisus. Illud enim uidetur inuere. Plin. libr. 11. ca. 37. si uulgaris editionibus adhibeamus fidem. Ab ijdem (inquit) qui altero lumine orbi nascuntur, Coclites uocantur, quies parui utrinque ocelli, Lucini, iniuriæ cognomen habuere. In quibusdam tamen uenerandæ uetustatis exemplaribus sic legitur: Ab ijdem qui altero lumine orbi nasceretur, Coclites uocabantur: quies parui utrinque, Ocellæ.
- LUCISIVS**, sij, Luscius. Cice. Attic. Iam enim tibi Lucisij loquerentur.
- LUCIVS**, prænomen est Romanis familiare: quod idcirco illi, qui primo hoc prænomine fuit appellatus, impositum creditur, quod prima luce esset natus. Sic Lucia nomen mulieris, p. c. præferri debet contra communem abusum.
- LUCIUS** Oilius, tempore bellorum ciuilium patrem suum proscriptum, quem Triumuirî ad supplicium perquirebant latentem prodidit, ut eius bona acciperet. Auctor Plutarchus in Romulo.
- LUCO**, as, licet non sit in usu, a luco, siue a luce fieri puto, cuius composita sunt, Colluco, quod est ramos siluæ decido. Interluco, idè significat, Subluco, succidendo illumino.
- LUCRETIA**, Romanæ castitatis præcipuum lumen, filia Tricipitini præfeti urbis & uxor Collatini, quam Sextus Tarquinius, cum precibus exorare non posset, ui oppressit, stricto enim gladio in cubiculum irruens, mortem minabatur, ni uoluntati suæ obsequeretur: addebatque se cum mortua iugulatum seruum positurum, ut in sordido adulterio necata diceretur: quibus minis illa perterrita, ut infamix suspicionem effugeret, expugnari sese passa est. Quo facto femina conuocatis patre, marito, ceteris que amicis, obortis repente lacrymis tyranni flagitium detexit, & educto cultro, quem sub ueste occultum habebat, sese statim confodit. Quare moti pater cum marito & ceteris amicis, populo ad arma concitato reges expulerunt. Vide hæc latius apud Liu. ad finem li. 1. ab Urb. Mar. Esse uidebatis, fateor, Lucretia nobis, &c.
- LUCRETILIS**, p. c. mons fuit in Sabinis: de quo Horat. li. 1. Carm. Velox amœnum Lucretilem Mutat Cicero Faunus.
- LUCRETIVS**, poeta antiquissimus, qui Ciceronis tamen ætatem non multo antecessit. Scripsit de rerum natura libros sex, qui etiam hodie leguntur. Extat honorificum de eo Elogiû apud Quidium in Eleg. Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti, Exitio terras cum dabit una dies. Ci. Quin. Frat. Lucreti poemata.
- LUCRIFACIO**, cis, [*Far guadagno, guadagnare.*] *κερδαίνω*, idè quod lucrari. Cicero 5. Verr. Iam uero omnem ex ærario pecuniam lucrifactam uideris. Lucrifacere iniuriam, est impune alicui iniuriam in ferre, nullamque ob eam pœnam luere Plin. lib. 7. ca. 39. Quam quidam iniuriam lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli uocabat. Mar. lib. 8. Emit lucernas millibus decem Bassus Tyrias coloris optimi lucrifecit.
- LUCRIFICABILIS**, le, [*Che porta guadagno.*] *κερδαίος*, id est lucrificans.

- afferens. Pla. in Persa. Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.
- LUCRIFIO**, Ci. 5. Verr. Quid, si ostendo in hac una emptione lucri heri tritici modios centum?
- LUCRIFUGA**, [*Che fugge il guadagno.*] *μισοκρηδής*, qui lucrum fugit. Plaut. in Pleud. Venus hæc mihi Bona dat, quum hos huc adigit lucrifugas, damni sui cupidos.
- LUCRINVM**, Dauniorum est oppidum in Apulia, ut scribit Strabo li. 6. & Pompon. lib. 2.
- LUCRINVS**, *ρ. λοκρινος*, lacus Campaniæ in sinu Baiano cõtra Puteolos, propinquus Auerno lacui, adeo ut in maximis quandoq. tempestatibus coniungi soleant. Dicitur a lucro, propter multitudinem piscium, qui ibi capiebantur. De utroque Martialis. Dum modo Lucrino, sese permittit Auerno.
- LUCRIONES**, [*Amici al guadagno.*] *φιλοκρηδεις*, dicti sunt, qui undiq. lucrum aucupantur.
- LUCROR, ARIS**, [*Guadagnare. Gal. Gagner. Hisp. Ganar.*] id est, lucrificatio. Ci. in Para. An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, cum lucrari impune posset, auri pondus, &c. Idem 7. Ver. Pretio certo missos facere nautas, missorum omne stipendium lucrari. Moram fati lucrari. Sta. 9. Theb.
- LUCROSVS, SA, LUM**, [*Vtile.*] *κρηδαιος*, plenum lucro. Ovi. 2. Amor. Eleg. 10. Cur mihi sit damnosus, tibi sit lucrosa voluptas. Plin. lib. 17. ca. 3. Id peræque lucrosissimum. Idem li. 37. ca. 12. Nequæ est ulla fraus vitæ lucrosior.
- LUCRVM**, cri, [*Guadagno, utilità, Gal. Gaing. profit. Hisp. Ganancia, d el logro.*] *εργον*, quæritus, uel utilitas. Teren. in Hea. Nam haud scit, hoc paulum lucri, quantum ei damni apportet. Cicer. 5. Tusc. Alij emendi, aut uendendi quæritus & lucro ducerentur. Ouid. 3. de Arte. Ira subit deforme malum, lucrique cupido. Iurgiaque & rixæ, sollicitusque dolor Lucri est, ueteres uhi sunt, pro prodest, uel utile est. Plau. in Amph. Lucri est, quod miseriam deputat. Freqüentius pro eodem dicimus, Lucro est. Cicer. Quibus utri nostrum ceciderint, lucro futurum est. Deputare in lucro est tanquam lucrum estimare. Ter. in Phor. Quicquid præter Spem eue niet, omne id deputabo in lucro. Pro eodem etiam dicimus Ponerè in lucro. Ci. pro Fiacco. Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patientur.
- LUCTA, &** [*Lotta. Gal. Luitte. Hisp. Lucha.*] *πάλη*, certaminis genus, unum ex Græcorum pentathlo, quo alius alium prostrernere in terram nititur.
- LUCTAMEN**, inis, [*Lotta.*] idem Virgil. 8. Aeneid. Remo ut luctamen abesset. Miserum luctamen. Valer. Flacc. 2. Argon. Composita sunt, Colluctor, Inde Colluctor uerbale, qui cum altero luctatur. Laetantius de Opific. Nam & ille colluctor & aduersarius noster, scis quam sit astutus, & idem ipse uolentus. Obluctor, acrius contra aliquem nitit. Colum. lib. 7. Quum in proficundo aut duriori solo, aut obuix radici oblectatus conuellit armatos. Reluctor, pro repugno. Idem lib. 1. Nam quum ueteri astruitur recens ædificium quasi assurgenti reluctans, oneri cedit. Quin. Stilianus: Quum a me quidem familiariter postularent, ut aliquid de ratione dicendi componerem, diu sum equidem reluctatus.
- LUCTATIO**, [*Lotta.*] *πάλευμα*, ludus quo alius alium nititur in terram prostrernere. Liius 1. Bel. Pun. Terra ibi luctatio erat, ut alubrica glacie non recipiente uestigium, &c. Per translationem accipitur pro pugna, siue contentione, seu concertatione. Cicero 2. de Fin. Nam cum Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmât. Luctatio. Ci. de Fat. causa qua tibi cum Diodoro magna luctatio est.
- LUCTATOR**, [*Lottatore. Gal. Luitteur. Hisp. Luchador.*] *παλεύς*, qui lucta cum altero contendit. Ouidius in Ibin: Ut iacet Aonio luctator ab hospite susus. Plaut. Pse. Magnum hoc uitium uino est: pedes caprat primum: Luctator dolosus est.
- LUCTATVS, TUS, CUI**, [*Lotta.*] idem quod luctatio, *πάλευμα*, Pl. li. 8. ca. 12. Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus.
- LUCTATVS, CATULUS**, Romanus cuius fuit, qui primo Punico bello trecentis nauibus aduersum Pœnos profectus, sexcentas eorum naues commeatibus, & alijs oneribus impeditas apud Aegares inter Siciliam, & Africam depressit, sinemq. bello imposuit, pacem petentibus hac conditione concessit, ut Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis inter Italiam Africamque decederent: Hispania citra Iberum fluium abstinerent.
- LUCIFERVS, A, UM**, [*Ch' apporta pianto.*] *γούρονον*, dicimus ferens uel nuncios lucum. Senec. Herc. Furen. Hic uultur, illinc lucifer bubo gemit. Fax lucifera. Sen. Medea. Ter. Iatratus Audax Hecate dedit & sacros Edidit ignes face lucifera.
- LUCRIFICVS, A, UM**, penultim. corre. [*Ch' induce pianto. Gal. Qui cause dueil, qui fait porter dueil. Hisp. Cosa que trae lloro.*] *γούδης*, quod luctum inducit. Cicer. 2. Tusc. Lucrificata clades nostro infixa corpori. Lucan. lib. 7. Lucificus Titan nunquam magis æthereâ contra Egrot equos. Verba lucrificata. Senec. Theb. Lucrifici clangores. Stat. 10. Theb.
- LUCRISONVS, A, UM**, *γούρονος*, luctum sonitu præ se ferens. Ovi. 1. Met. Et gemitu, & lacrymis, & luctifono mugitu.
- LUCTO, AS**, [*Lottare.*] *παλαίω*, ueteres dicebant pro eo quod nunc uisitati dicimus Luctor. Terent. in Hecyra. Dicit que se illi anulum dum luctat, detraxisse. Inde etiam legitur compositum Delucto. Plautus in Trin. Quibus erumnis deluctaui, filio dum diuitias quaero.
- LUCTOR, ARIS**, deponens, [*Giucare alla lotta, lottare. Gal. Luitter. Hisp. Luchar.*] *παλαίω*, proprie significat, lucta contendo, quod fit, cum duo se inuicem complectentes, alter alterum in terram deijcere conantur. Vir. 6. Ae. Contendunt, ludo & fulua luctantur arena. Per translationem accipitur pro contendere, uel repugnare. Ci. 1. de Or. Tum ridens Scæuola, Non luctabor, inquit, tecum Craff se amplius.
- LUCTOSVS, A, UM**, [*Pieno di pianto. Gal. Plein de duell. Hisp. Leno de luto d lloro.*] *θρ. λυδης*, luctu plenum. Horat. 3. Carmi. Ode 6. Di multa neglecti dederunt Hesperix mala luctosa. Dicitur etiam Luctuosum, quod luctum affert. Cicer. de Lege Agr. Quam me hercle ego præconi huic luctuosam: & acerbam prædicationem futuram puto.
- LUCTVS, US**, [*Pianto. Gal. Pleur, dueil, gemissement. Hisp. Lloro, llanto.*] *πένθος*, est dolor extrinsecus apprensus, ex aspectu, lacrymis, gestibus, aut clamore. Cic. 4. Tusc. Luctus, ægritudo ex eius, qui charus fuerit, interitu acerbo. Vir. 2. Aen. Crudelis ubique luctus, ubique pauor, & plurima mortis imago. Sæpe etiam ipse habitus uultusque & uestes luctus dicitur. Nam in luctu atrati sunt, purpura, auroque depositis: quum eluxerunt, nigram uersum exeunt, purpureamque resumunt. Vnde post cladem illam Cannensem Senatusconsulto cautum est, ne matronæ ultra triginta dies in luctu essent. Quo in loco Luctus pro dolore accipi nõ pot: quãdoquidem in potestate senatus non erat dolori imperare: sed potius pro ueste lugubri cæterisq. exterioribus doloris indicijs, Antiqui etiam declinabant Luctus, lucti. Accius: Cesso hinc ire & rapere lucti uestem in lecto coniugis.
- LUCVBATIO, ONIS**, [*Vigilia, fatica fatta uegghiano. Gal. Veille ou besogne faite a la candelà. Hisp. Aquella obra de uelar d trabajar a la candelà, coffa hecha a la candelà.*] uigilia, & opus quod fit lucubrando. Cic. lib. 1. de Natu. Deo. Nam ista quæ uos dicitis, sunt & tota commentitia, uix digna lucubratione ancillarum, Sunt & lucubrationes rusticarum, uespertina & antelucana, quando a uespere & ante lucem conficiunt intra uillam operas ei uillaticæ conducibilia. Col. li. 1. cap. 2. Item ad lucubrationem uespertinam pallos decem, uel tauicas quinque conficere, totidemq. per antelucanam lucubrationem.
- LUCVBATORIA**, lectica a Tranquillo in August. ca. 78. dicitur, in qua lucubrare solebat Augustus.
- LUCVBRO**, lucubras, pen. cor. [*Veighiare, componere qualche cosa uegghiano. Gal. Veiller de nuit. Hisp. Velar trabajar a la candelà.*] *υκτινυράφος*, uigilo, & nocte ad lucernam aliquid compono. Varro de Orig. Non solum ad Aristophanis lucernam, sed etiã ad Cleãtis lucubraui. Liius li. 2. ab. Vrbe: Sed nocte sera deditam lanæ inter lucubrantem ancillas in medio ædium sedentem inueniunt. Ci. in Parad. Accipies igitur hoc paruum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus.
- LUCULENTE**, Cic. 1. de Diuin. Cum ipse paucis interpositis uerbis dicas satis luculente. Aliquando ponitur pro aperte Cicero de Cla. Ora. Et luculente scripserunt, etiam si minus, quam tu polite.
- LUCULENTER**, *λαμπεδς*, egregie, & splendide. Ci. 2. de Fini. Cum Græce, ut uideor, luculenter sciam.
- LUCULENTVS, A, UM**, [*Pieno di luce. Gal. Fort clair, plein de lumiere. Hisp. Claro, lleno de luz.*] *λαμπεδς*, quod est luce plenum, splendens. Ci. Theb. Camino luculento utendunt, Plautus in Curc. Pulchrum & luculentum hoc nobis euenit prælium. Aliquando accipitur pro ornato, perspicuo & aperto, Salust. in Catil. Tum M. Tullius orationem habuit luculentam, & utilem reip. Ponitur aliquando pro probato, & optimo, ut cum Cicero ad Atti. libro septimo dicit, Luculentus auctor, & Luculenta conditio: id est optima, uel opima. Plautus in Rud. Vin'tibi luculentam conditionem ferre me? Aliquando pro diuite, Plautus in Cap. Multos iam lucrū luculentos homines reddidit. Aliquando pro magno. Ci. 7. Phil. Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut de clarat cicatrix.
- LUCULENTITAS**, atis, antiquum est. Laberius Tucce, ut citat Nonnius. Dominus noster tua luculentitate captus.
- LUCULLANVS, A, UM**, Ci. Atti. Lucullanus Fundus.
- LUCVLVS**, *λύκολλος*, nomen nobilissimi Romani & ditissimi Pompeij, & Cic. æqualis: qui in Quæstura amplissimum populo munus edidit: Prætor Africam iustissime rexit: aduersum Mithridatem missus, collegam suum Cotram Chalcedone obsessum liberauit:

herauit: Cyzicon obfidione foluit, Mithridatis copias ferro & fame afflixit. eumque regno fuo Ponto expulit; quem rursum cum Tigrane rege Armeniz bellum inftaurantem magna felicitate superauit. Nimijs in habitu, maxime signorū & tabularum amore flagrauit. Ingrauefcence deinde ætate, cum iam delipere cœpiffet, tutela eius M. Lucullo fratri permiffa eft. Vide Iulius uitam eius apud Plutarchum.

LVCMONES, λυκμόνες, olim dicti funt Thufci quidam: qui quod Romulo aduerfus Sabinos fuppetias tuliffent, in ciuitatem receperunt, Lucerentium tribuni nomen fecerunt. Auctori Varro.

LVCVS, ci, [Bosco felua. Gal. Petit bois effois confacre à quelque religion. Hifp. El bosque confagrado à alguna dios.] ἄλειος, τέλειος, nemus ab arbore denfum, Deo alicui facrum: a luce per antiphrasim dictū, teste Seruio, eo quod non luceat: quoniam cum nullæ illic arbores propter religionem cæderentur, opacus & sine luce erat. Val. la lib. 5. Lucus nequamquam cæcus est, quin potius manu confitus, religiofusque atque uel alicui Deo uel alicuius hominis cinibus confecratus. Ideoque aut circa delubra numinum, aut circa sepulchra positus est. Sunt alij, qui non per contrarium dictum putent, sed propter lumina crebra sacrificiorum, quæ ibi nocturno tempore fiebant. Vir. 1. Aen. Lucus in urbe fuit media, latiffimus umbra. Vbi Seruius. Vbicunque Virgilius lucum ponit, fequitur etiam confecratio: ut, Luceo, tum forte Parentis Pylumni Turnus sacrata ualle se debat. Idem sexto Aen. Nulli certa domus: lucis habitamus opacis. Ci. pro Milo. Vos enim Albani tumuli atque luci, uos inquam imploro, atque obtestor. Lucus Martis dictus est in quo Mars Iliam Vestalem uirginem compressit, ut est apud Iustinum & Plutarchum. Fuit & Martus lucus apud Colchos, in quo Poetæ finxerunt aureum Phryxæ arietis uellus a peruigili dracone afferuari. Meminit huius luci aliquoties Valer. Flac. in Arg. Item Iuue. Saty. 1. Nulli nota magis domus est sua, quam mihi lucus Martis, &c.

LVCVS, Augusti, Ptolem. libro 2. capi. 6. urbs Cæpationem, in tractu Hispaniz Tarraconensis, quam Augusti turrium P. Mela nominat.

LVCVS Feroniz, oppidum est Thufciæ mediteraneum, non procul a Luca. teste Ptol. li. 3. ca. 5.

LVDA, ἡ δὲ γῆ, dicitur mulier gesticulatrix, quæ saltu & gestulatione spectatores oblectat. Viri, qui artem eam exercent, Ludiones dicuntur. Mar. li. 5. Hermes cura, laborque ludiarum. Martianus de Nup. Philologiz. Ludiam quandam Gaditanam saltatē uidemus temicantam

LVDBRIVM, brij, [Scherma. Gal. Mocquerie, risée. Hifp. Burla à escarnio.] τὸ κατάλειπον, res uana, & deridenda. Virg. 6. Aene. Folijs tantum ne nomina manda. Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis. Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus, id est, derisiti, & contempti. Ter. in Hecy. Non sic ludibrio tuis factus habitus essem. Eise alicui ludibrio, est derideri, uel illudi ab aliquo. Ci. ad Brut. Ne pati sceleratissimo hosti ludibrio esse imperij populi Romani.

LVDBVNDVS, [Giocando, lieto. Gal. Qui jone, & s'ebat. Hifp. El que ma cho juega à burla] παίζων, id est, quasi ludens, & nullo negotio. Ci. 4. Veit. Si Vulteium habebis, omnia ludibundus perficies. Idem ad Tironem. Postridie in Italiam ad Hydruntē ludibundi peruenimus.

LVDICER, a, um, [Vile, da gioco. Gal. Apertenant à jen. Hifp. Perteneſciente à juego.] παίγιος, iocularis, leuis. Vir. duodecimo Aen. Neque enim leuia aut ludicra peruntur Præmia. Artem facere ludicram, id est histrionicam exercere. Vnde duodecim tabularum lege cautum erat, ne in quatuordecim gradibus sederet, qui artem ludicram feciffet. Plau. in Aul. Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram, id est subfiliare Ludicræ tibiz, quibus in ludis uti solebant ad modos faciendos. Phil. decimo sexto: ca. trigesimo octauo. Nunc sacrificiæ Thufcorum e buxo, ludicræ tibiz, loto, ossibusque aſininis, & argento fiunt.

LVDICRVM, ludicri, subitantiuum pen. cor. [Cosa da scherzo. Gal. jen de basseleur, farceries, jen de plaisance. Hifp. Cosa de burla, juego.] παίγιον, id est ludus, & quæcunque res iocularis, & non seria. Liu. lib. 1. ab. Urbe. Iam tum in Palatino môre Lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt, & a Palanteo urbe Arcadica Plâteum, deinde Palantinum môtem appellatum. Idem li. 7. Bel. Pa. simul quod Olympiz ludicrum ea ætate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur. Vertere in ludicrum prouerbij, id est iocoſo prouerbio celebrari. Pli. li. 3. ca. 11. Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorumque & urbes duas, quæ in prouerbij ludicrum uertere Apicam, & Tricam.

LVDFICABILIS, le, Pla. Caf. Neque usquam ludos iam festiuos fieri, quam hic iutus fiunt, ludi ludificabiles Seni nostro.

LVDFICATIO, onis, Liu. libro 8. Dec. 4. Ferri iam ludificatio ista non potest.

LVDFICO, cis, acti. & ludificor, ludificaris deponens, [Beffare,

Gal. Se moquer, obuser tromper & decenir. Hifp. Escarnetor y burlar.] ἄδωμαι, derideo, leu per iocum, & ludum fallo. Plautus in Casin. Iam hic est lepi de ludificatus. Ter. Phor. Ergo sic me ludificamini? Plaut. in Amph. Rogasne in probe etiam, qui ludificas me? Cic. pro Rosc. Am. Cum enim aliquid habeat quod possit criminose ac suspicioſe dicere, aperte ludificari & calumniari scies non uideatur.

LVDFICANS, tis, participium, Silius li. 7. Sici stimulabant sanguinis enses, Ludificante ducem Fabio.

LVDFICATVS, aliud participium. Silius lib. 7. Ludificatus equo. Plau. Bacch. Nūquid ei succenseat Mea caula, de auro quod eū ludificatus est. Ludificatus passiuè. Sal. in Jug. Ludificati incerto prælio.

LVDFVS, dij, & Ludio, onis, [Giocolatore. Gal. joueur, beſteleur, joueur de ſoupleſſes, danſeur. Hifp. Truban, albardan.] ὀρχηστος, pro ioculatore, histrione: & Ludia, pro ioculatrice. Mar. li. 5. Hermes cura laborque ludiarum. Liuus. Accit ex Hetruria ludiones, qui ad tibicinis modū saltabant. Ci. pro P. Sex. Ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor, & acroama. Ouid. 1. de Arte. Ludius æquatam ter pede pulsat humum.

LVDFI magister, [Maestro di lettere. Gal. Maistre d'eshole. Hifp. Maestro de escuela.] γυναικὸς ὀρχηστος, qui ludo litterario præest. Ci. 1. de Na. Deo. Sed cum agellus eum non aleret, ut opinor, ludi magister factus est. Ludi magistri (inquit Alconius) dicuntur, qui primas litteras docent.

LVDO, ludis, si, sum, [Giocare. Gal. jouer. Hifp. jugar, à burlar.] παίζω, notæ est significatio, & construitur fere cum ablatiuo eius rei, quæ luditur. Ter. in Adel. In uita est hominum, quasi cum ludo tesseriſ. Cicero in Antonium. O hominem nequam qui non dubitarit uel in foro alea ludere. Nonnunquam etiam cum accusatiuo. Sueto. in August. Aliquādo ut uincat, ludit assidue aleam. Sic dicimus ludere ludum, & ludere ludo. Teren. in Eun. Conſimilem luserat iam olim ille ludum. Plau. in Most. Scis solere illā ætatem tali ludo ludere. Ludere alieno corio, est in re aliena munificum se præbere & liberalem: ut contra Ludere suo corio est de suo largiri, aut suo sumptu periculoque quippiam aggredi. Martial. lib. 3. Das gladiatores futurum regulæ cerdo. Quodque tibi tribuit fibula, sita rapit. Ebrius es: neque enim faceris hoc sobrius unquam, Vt uelles corio ludere cerdo tuo. Interdum est de ridere, iocari, leuiter siue scurriliter loqui, uel alterum deludere, siue eludere, Plautus in Aſi. Nec me cur ludatis scire postum. Terentius in Adel. Quir non ludo hunc aliquantisper? Plin. Fab. Ludere me putas? serio peto, Interdum moueri. Terentius in Adel. Congrū iustum maximum in aqua finito ludere paulisper. Virg. libro nono Aen. Geminus huic ubera circum Ludere pē dentes pueros. Interdum canere, pulsare, Gellius. Is optime ludere a magistro eius didicerat. Interdum uerbis scribere, sed non nisi in opusculis fere qualia sunt Epigrammata: & huiusmodi opuscula Lusus dicuntur. Virg. primo Ecl. Ludere quæ uellem calamis permisit agresti. Interdum amittere, perdere, Terentius in Phorm. In illis fructus est, in his opera luditur. Nam ludere operam est ipsam perdere, & frustra laborare. Plau. in Cas. Si nunc me suspendam, meam operam luserim. Vbi notandum, Ludo modo actiuum, modo neutrum esse, ut ex ijs quæ scripta sunt, intelligi licet. Virg. libro 1. Aeneid. Vana spe lūst amantem. Ludere aliquem dolis, est dolo circumuenire, Terentius in Eunuc. An potius hæc pati æquum est fieri, ut a me ludatur dolis? Ludere in numerum est saltare ad rhythmi modum, & sonum cantilenæ. Virg. in Sileno. Tum uero in numerum Faunosque, ferasque uideres Ludere. Ludunt mea uerba, uenuste dicitur pro inaniter iactantur, incassum uolant, & tanquam ludibria sunt. Proper. lib. 2. Non audis, & uerba finis mea ludere. Fortasse legendum est, Verba finis me ludere: ut dicamus Ludere uerba, quemadmodum dicimus, Ludere operam, hoc est perdere. Lufum ire Hor. 1. Ser. Sat. 5. Lufum it Meccenas, dormitum ego, Virgiliusque.

LVSVS, a, um, [Lugannato, schernito. Gal. Mocque, decen. Hifp. Escarneſcido, burlado.] particip. deceptus, falsus. Ci. li. 2. de Fin. Sed & illum quem nominauit, & cæteros sophistas, ut è Platone intelligi potest, lusus uidemus a Socrate.

LVSTRO, tas, frequentatiuum. Plau. Cap. Nam ubi illo adueni, quasi patricis pueris, aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur, quibus cum lufitent.

LVSOR, foris, [Giocatore, schernitore. Gal. Ioueur. Hifp. jugador.] uerbale, qui ludit, aut decipit. Plautus Amphitryo. Quid enim censes, te ut deludam contra luforem meum. Qui nunc primum te aduenisse dicas, modo qui hinc abieris? Ouid. libro 4. Trist. Eleg. 9. Ille ego qui fueram tenerotum lufor amorum, id est, scriptor.

LVSORIVS, ria, rium [Lo giocare. Gal. Apertenant à jen. Hifp. Perteneſciente à juego.] quod ad ludum spectat: ut Tabularioria, in qua tesseriſ

effertis luditur. Plin. li. 37. ca. 2. Transulit alueum cum tessertis lusorium e gemmis duabus. Lusoria quaestio, uel qua ludo fit, uel de ludo tractat. Plin. lib. 7. cap. 53. Pudore Diodorus sapientiae Dialecticae professor, lusoria quaestione non protinus ad interrogaciones Scilbonis dissoluta obijt. Composita sunt Alludo, Colludo, Deludo, Eludo, Illudo, Praludo, penultima producta, quorum significata uide suis locis.

LVDVS, ludi, [*sinoco. Gal. Sen. esbat. Hipp. Iuogo. Παισις*], dicitur in factis, inquit Valla, iocus in uerbis. Est enim proprie Ludus quod uis ludricum ad animi recreationem, uel corporis exercitationem fieri solitum, proposita tamen quadam lucris spe, & damni periculo. Nam quae ad solam uoluptatem fiunt, eodem Valla teste, Lusus proprie dicuntur, uel lusiones. Vnde Ludum alex, melius dicimus, quam lulum, & contra Lulum trochi, melius quam ludum. Accipitur tamen aliquando Ludus pro ioco, & locus pro Ludo. Horat. li. 1. Serm. Satyra prima. Sed tamen amoto quaramus seria ludo Ouid. lib. 3. de Arte amandi. Mille fac esse iocos turpe est nescire puellam Ludere: ludendo saepe paratur amor. In priore exemplo Ludus ponit pro ioco, opponiturque serio. In posteriori locus ponitur pro ludo: Sed hoc rarius. Nam sepe Ludus ita accipitur, ut de factis dicatur, & praecipue de priuatis quibusuis ludicris. Nam spectacula publica magis Ludi dicuntur in numero plurali: ut Ludi Megalenses, Ludi Circenses, Ludi Apollinares, Ludi gladiatorij. Accipitur etiam Ludus frequentis sine pro ipso loco, in quo aliquid exercitij fit, in quo scilicet aut uires corporis, aut ingenij acumen exercemus, aut etiam in quo pueri instruuntur a suis praceptoribus quod etiam Graeci *ἄνω τῆς λυμᾶς*, hoc est, ab exercendo, uocant Gymnasium. Sic dicimus Ludum palestrae, Ludum pilae, Ludum gladiatorium, Ludum, pro loco ipso in quo huiusmodi rebus exercemur, aut instituitur. Asconius: Omnem scholam ludum dixerunt Romani Cic. lib. 2. de Orat. Tum hoc in ludo non praecipitur. Faciles enim causet ad pueros deferuntur. Quo in loco Ludum dixit Cicero pro schola Rhetorū. Sic Ludus litterarius, dicitur schola, in qua pueri litteris dant operam. Plau. in Merc. Hodie ire in ludum occipi litterarium. Ludi magister, qui praest ludo litterario, de quo paulo ante suo loco. Ludum aperire, est ludi magistrum agere. Cicero ad Primum lib. 9. Epi Dionysius tyrannus cum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse. Per translationem etiam Ludus dicitur pro Re iucunda, & minime difficili. Cicero de Orat. Omnium ceterarum rerum oratio, nihil crede, ludus est homini non hebeti. Ludos reddere. Terea, in And. Hecine me si imparatum in ueris nuptijs adortus esset, quos mihi ludos redderet? id est, ut me luderet, sine irrideret. Ludos quoque aliquid facere, est aliquid irridere, Plautus in Cap. Nunc is te ludos facit. Et absolute, Ludos facere, est quod Gal. cum uulgus ait, se gaudere, se mocquer & alibi, Bertizare. Terentius in Pho. Ut ludos facit? Ludum noui, Plaut. dictum est eleganter, pro eo quod est Persipio technam, intelligo doctum. Plaut. in Amph. Atar, noui iam ludum: id scilicet factam est opera, Ludos operam facere, est operam perdere. Plaut. Ruden. iam nunc & operam ludos facit, & retia. Aliquando ludus pro canti lena ponitur. Virgilius septima Eclo. Posthabet tamen illorum mea ferria ludo. Ita enim hoc in loco Ludum interpretatur Seruius. Ludo, ablatiuus ponitur pro, Per ludum. Virgilius quinto Aeneid. Qua ludo indutus belli simulacra ciebat. Ludi uero tantum plurali numero, spectacula publica significant. Cicero in Verr. Inter binos ludos. Idem Phil. 10. de Bruto loquens: Qui ne Apollinares quidem Ludos, pro sua populique Romani dignitate apparatus, praefens, fecit. Sic ludos gladiatorios potius dicimus, quam Ludum gladiatorium, quoties unum plurave paria gladiatorum depugnantia in arenam producuntur. Contra pro loco, ubi gladiatores instituuntur, melius Ludum gladiatorium dicimus in numero singulari. Legitur tamen aliquando Ludus gladiatorius, pro publico spectaculo. Quin. in Decla. pro Gladiatore. Quod mediū piratae in carcere retentum, quia redemptorem illis diuitem promiserat patrem in ludum uendiderūt, hoc est, ut me exhiberēt in ludis gladiatorij. Frequentius tamen in hac significatione numero plurali utimur. Sic dicimus apparare ludos, Facere ludos pro edere. Facere ludos alicui numini, hoc est, in honorem alicuius numinis spectacula exhibere. Item Committere ludos, id est, celebrare. Ci. ad Q. Fab. 3. Haec scripsit ad Octauum Calendas Nouē. quo die ludi committebantur. Fuerunt apud Graecos quatuor ludorum genera scilicet Olympici, Pythij, Isthmici, & Nemaei, de quibus dictū est in distinctione Certamen. Ludi apud Romanos etiam quatuor erant, Megalenses, Fanebres, Plebeij, & Apollinares.

LVENTINVM, siue potius Leuentinum, Britanicae urbs Ptolemaeo, li. 2. cap. 3.

LVS, [*Milatia. Gal. Maladie contagieuse qui court généralement sur les bestes & gens, peste publique. Hipp. Pestilencia, dolencia & enfermedad*

queste paga.] *λοιμὸς*, dicitur cum in urbe, aut in agro febris, aliud ue morbi genus homines uel pecora, arbore siue corripit, aut facta. Differtque a peste: quod haec aut cito perimit, quae corripit, aut cito abiit ab eo, quem inuasit. Lues uero generalius accipit etiam pro ijs malis, quae lente ea quae corripunt, efficiunt. Dictam autem putat Festus Luem a lauando, quod omnia quae corripunt, ad nihilum usque diluat. Alij Luem dictam putant *ἄνω τῆς λυμᾶς*, quod omnia dissoluit. Ci. de Arusp. res. Vt eos ludos haec lues impura pollueret. Vir. l. 3. Aen. Subito cum tabida membrum Corrupto cali tractu, miserandaque uenit Arboribusque, satifque lues, & letifer annus.

LVDVNVM, [*Lione.*] *Ἰσδύνα*, Steph. emporium est totius Galliae Celticae longe celeberrimū, a quo ea pars Galliae Lugdunensis dicta est, a L. Munatio Planco, dum Galliae Comatae praefessus, eoditum, in colle supra confluentem Rhodani & Araris imminente: ubi etiam hodie non obscura antiquae urbis extant uestigia. Strab. li. 4. Lugdunum in colle conditum, ubi Arar annis Rhodano immiscetur, Romano tenetur imperio: Ampliori quoque dignitate uirorum secundum Narbonem affluens, quibus usui magno est emporium. Ibi quoque Romani duces aurum numisma, argenteumque signarunt. Lugduni etiam templum fuit, communi uniuersae Galliae impensa extructum, & Caesari Augusto consecratum, ea parte ante urbem, ubi amnes conflunt. Inhibi quae ara dignitatis eximiae erat, gētium sexaginta titulo insignis: dicatis ibi totidem gētium simulacris. Haec Budaeus de Ase. Fuit praeterea haec ciuitas crebris nūdinis insignis, ad quas totius Galliae populi ad emendum, & uendendum conueniebant: unde etiam hodie locus ille, in quo olim situm fuit Lugdunum, Forum Veneris appellatur. In hac etiam urbe, a Caligula Caesare (Vt in uita eius cap. 20. testatur Suetonius) institutum fuit certamen Lating, Graecaeque facundiae. Quo certamine ferunt uictoribus in praemia uictos contulisse, eorumdem & laudes componere coactos. Eos autem, qui naxime displicuissent, scripta sua spongia, linguaue delere iussos, nisi ferulis urberari, aut flumine proximo mergi maluissent. Huc spectasse uidetur Iuuenalis, quum de Rheore loquitur ad aram Lugdunensem dicturo. Haec autem urbs, tam insignis rotue egregijs ornamentis nobilitata, teste Sen. in Epistolis, sub imperio Neronis, centesimo anno, a quo fuerat condita, una nocte conflagauit. Hodie uero Lugdunum in plano situm est, magna tui parte Rhodano & Arari fluminibus inclusum, nullis Christiani orbis argulis in cognitum.

LVEGO, es, luxi, luxum, [*Piangere Gal. Pleurer abondamment. Hipp. Λλωτῆρ.*] *ἰσδύνα*, uerbo Graeco *λύω*, (ut quidam putant) quod est soluere: eo quod continuo luctu uita hominis sol. atui. Accipitur autem modo actiue pro deslere, aut deplorare. Ouid lib. 11. Met. Fratrem lugebat ademptum. Ci. ad Curium lib. 7. Epi. Sed ant hercle & tuam Rempublicam lugebam, quae non solum suis ergame, sed etiam meis erga se beneficijs mihi erat charior. Modo naturaliter, & ab solute ponitur pro eo quod est, in luctu esse. Cic. pro Plano. Hos pro me lugere, hos gemere uidebam. Idem pro domo sua: Lugente senatu, mœrentibus bonis omnibus. Accipitur praeterea Lugere, pro eo quod est ob necessarii alicuius interitum ueste lugubri dolorum testari. Li. li. 2. ab in b. de Bru. Matronae annum, ut parentem, eum luxerunt, quod tam acer ulter uiolata pudicitia fuisset. Huius uerbi composita sunt Prolugeo, & Elugeo, quorum significata uide suis locis.

LVEVERIS, & hoc Lugubre, p. c. [*Lugubri, suaeberi. Gal. De duell. apparant ad duell. Hipp. Cosa litorosa d. eu. l. uada.*] *πενθηδός*, quod ad luctum pertinet, uel lues lugubris, quia dolorem post necessarij alicuius interitum testatur. Teren. in Heau. Mediocriter uestitam ueste lugubri. Cic. post Reditum, ad Quiri. Me fratris miserimi, atque optimi quotidianae lacrymae, sordesque lugubres a uobis deprecatae sunt. Idem 1. Tul. Sed illa lugubris lamentatio, fletus que in carens ex eo, quod & c. Lugubria absolute, pro uestibus lugubribus. Qui. 1. 1. Met. Surge, age, da lacrymas, lugubriaque indue, nec me inde ploratum sub inania Tartara mitte. Sene. Her. fur. Amicta coniunx lugubribus.

LVCVBRE, penultim. correp aduerbium, idem quod Lugubriter, *πενθηδός*. Plaut. Cist. Nam si haec non nubat, lugubre fame familia pereat.

LVI T I O, nis, Vlpian. ff. de cap. postlim. reu. l. si a patre. Si patre redempto, & ante luitionem defuncto filius post mortem eius redemptiois quantitatem offerat, dicendum est: suum ei posse haeredem existerre.

LVMA, mæ, *ἡ λυμῆ*, genus spinæ quae in pratis nascitur, & locis uliginosis. sic dicta quod agricolae eam a terra lunt: id est, soluunt. Hinc lumeta, loca lumis plena: & Lymaria falx, qua lumeta secantur: ut ait Varro de Lingua Latina. li. 4.

LVMBAGO, uitium & debilitas lumborum, ut ait Festus.

LVMBARE, [*Mutande.*] *περικλῆμα*, tegmen, quo pudenda teguntur, ut apud Hieremiam. Sicut tu posuisti lubare istud ad lumbos tuos.

LVMBI.

LUMBRICUS, gii, lumborum fractura. Pla. in Amph. Nam si me irrisissis, hodie lumbitagium hinc auferes.

LUMBRICI, [Vermi. Gall. Vers de terre. Hisp. Lumbrices.] ἔλαττες, uermes terreni, a lubricitate dicti. Plautus in Aul. Foras lumbrices, qui sub terra ereplitti modo. Lumbrici etiam uermes dicuntur, qui in uentre hominis, aut etiam aliorum animalium nascuntur: qui teste Gal. ad finem Meth in triplici sunt differentia. Aut enim lati sunt, aut teretes, aut omnium minimi, quos ἀσκαπιδας, nominat. Col. lib. 6. c. 24. Solent autem utulis nocere lumbrici; qui fere nascuntur cruditatibus.

LUMBVS, bi, uel, quod uicatus est, Lumbi, rum, [Lombi. Gal. Le partie du dos qu'on appelle la rachie. Hisp. Los lomos.] ὄσφου, a rei anatomice peritis dicitur pars inferior spinæ, quæque constans uertebis, quæ medix sunt inter os sacrum, & uertebas dorſi. Plin. lib. 20. cap. 2. Lumborum uero dolori, semine Sole siccato. Dicuntur etiam Lumbi de brutis. Horat. lib. 1. Sermo: Curto ire licet mulo, uel si libet, usque Tarentum, Mantica cui lumbos onere ulceret ac eques armos. Hinc fit Elumbus, a, um, uel Elumbis, lumbe, quod lumbis caret, seu potius, quod lumbos contraſtos habet, aut inualidos. Bona enim pars urium in lumbis sita; ut qui soli, nullius alterius ossis adminiculo superiorem corporis compagem sustineant. Hinc factum est, ut Elumbis accipiatur pro debili. Plinius lib. 10. cap. 33. Perdix prægrauem, aut Elumbem sese simulans. Item Delumbis pro molli & effeminato. Persius Sat. 1. Summa delumbe salua, Hoc natat in labris. Inde Delumbe carmen, pro lasciuo, minimeque uirili. Et uerbum Delumbo, as, are, delumbem reddere, debilitare. Plin. lib. 20. cap. 4. Hoc sæpe delumbata quadrupede approbat. Delumbare seu scias, per translationem, pro eo quod est, neruis & robore suo spoliare. Cic. in Or. Nec inuitos numeros sequens concitet, delumberque sententias.

LUMBVLVS, lumbuli, deminutium est a Lumbus. Plin. lib. 28. c. 11. Sicca lippitudo lumbulis suum totis, atque contritis, & impossitis tollitur.

LUMEN, luminis, [Lume. Gal. Lumiere. Hisp. Lumbrè à la luz qualquiera.] φωσφωρος, res aliqua splendorem de se diffundens; ita dictum quasi lucimen. Seru. 2. Aen. Lumen a luce distinguit: quod in lumine sit splendor, sed cum fumo: in Luce Solis splendor. Virg. 6. Aen. Nec fumea tedis Lumina. Idem 6. Aen. Picca fert humida lumen Teda. Verum hæc Seruii differentia non est perpetua. Nam & Solem, & Lunam, & cætera cælestia corpora Lumina appellamus, quæ tamen proculdubio fumi omnis sunt expertia. Alii lumina intelligunt corpora ipsa lucida, quæ claritatem de se diffundunt. Sic Solem ipsum lumen appellant. Lucem autem claritatem a Sole profectam. Sed hoc, ut in Sole fortasse uerum est, ita in cæteris locum non habet. Neque enim splendorem a candelæ, lychno uel per ædes diffusum, statim lucem appellaueris. Lucem itaque alii uisi Solis splendori proprium esse uolunt, aliarum que rerum claritati non nisi per abusum, aut per translationem tribui. Ponitur aliquando pro luce, siue die, Cic. pro Rab. Posth. Si te secundo lumine hic offendero, moriere. Virg. 6. Aen. Vix lumine quarto prospexi Italiam. Aliquando pro oculo, quod oculorum beneficio lumen conspiciamus. Quint. in proæ. lib. 6. Prior alterum ex duobus eruit lumen. Doctorem ac lumen desiderare, est desiderare rei alicuius difficultis, ac obscure interpretationem. Cic. ad Treb. lib. 7. Qui quamquam plurimi sunt, doctores tamen, lumenque desiderant. Luminibus obstruere, est ædificando officere luci domus uicini. Cic. pro Donio sua: Cum ille negaret, primo se luminibus eius obstruendum minabatur. Per translationem quoque alterius luminibus obstruere dicimus, cum nominis eius claritatem obscuramus. Cic. in Bruto: Catonis luminibus obstruxit hæc posteriolem quasi exaggerata alius oratio. Lumina præferre menti alicuius, id significat, quod uulgo [Inspirare] dicimus. Cic. antequam iret in exilium. Vos, uos obtestor dii immortales, qui meæ inenti lumina prætulistis, cum consensum extincti conuentionis, arcemque urbis ab incendio, ac flamma liberaui. Lumina ciuitatis, dicuntur insignes uiri, & clari. Cic. in Cat. Or. 3. in fine: Lumina ciuitatis extincta sunt. Lumina in picture, umbræ opponuntur. Plin. lib. 35. cap. 5. Tandem se ars ipsa distinxit, & inuenit lumen, atque umbras, differentia colorum alterna uice sese excitante: deinde adiectus est splendor alius hic, quam lumen, quem quia inter hoc & umbram esset, appellauerunt Tonon. Lumina orationis, sunt sententiæ, & figuræ, quæ suis locis uel emblemata quædam interiecta, orationem mirum in modum illustrant.

LUMINARE, huius luminatis, [Lume, luminare. Gal. Lumiere & clairte lumineaire. Hisp. Lumbrera, o cuerpo luz.] φωσφωρος, ipsum lumen, aut id quod claritatem, splendorem, de se diffundit. Hieronymus in Gene. Fecit Deus duo luminaria magna: unum ut præficeret diei, alterum ut præficeret nocti. Luminaria item per translationem appellamus uiros eximios, in quibus singularis quædam

uirtutis splendor elucet, qui q. sui ordinis hominibus decori est & ornamento. Cic. 2. Phil. In te autem M. Antoni id decreuit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminariibus extiteris, & c. id est, tot egregiis uiris, qui sunt lumen & splendor, ac ornamentum Senatus, & ciuitatis.

LUMINO, luminas, [Illuminare. Gall. Esclairer. Hisp. Alumbra.] φωσιζω, a quo Illumino, illuminas, καταλάμνω, eiusdem utrumque significationis. Martianus: Quos stellantibus oculis interfectos crebri uibratus ignium luminabant. Relumino, lumen reddo.

LUMINOSVS, a, um, [Luminoso, lucente. Gal. Plein de lumiere, fort reluisant & esclairent. Hisp. Cosa llena de lumbres.] φωτινος, quod clarum, & apertum. Cic. in Or. Tum sunt maxime luminosa, & quasi a luce partes dicitur.

LUNA, lunæ, [Luna. Gal. La lune. Hisp. Luna.] σεληνη, a lucendo dicta, quod noctu sola luceat. Alij Lunam quasi Lucem alienam dicunt, quod lumen a Sole recipiat. Cic. in Som. Scip. Ex quibus erat minima, quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena. Hæc Solis discipula, obsequitur curſibus supernis, & prout accedit ad Solem, uel recedit a Sole, crescens aut senescens, dispensat lumen, ideoque semper est instabilis. Ouid. 15. Metam. Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ. Esse potest usquam semperque hodierna sequente, Si crescit, minor est, maior, si contrahit orbem. Luna (ut inquit Macr.) dispensationibus septentatis luminis sui uires sempiterna lege uariando disponit. Præmis septem diebus dimidiata seniores ostendit, Græcoque sermone διχόμωτος, & διχότομος uocatur, quasi dimidia. Secundis totum orbem complet, sicque plenilunium, quod Græci πανσέλιον, uocant. Tertius rursus διχότομος, efficitur. Quartis fit totius Lunæ cum Sole, quod Interlunium uocant, & Silentem Lunam, & Intermensuram. Græce συνοδος, dicitur. Hinc Plenilunium, quod est cum Luna quindecima & rotunda est, Solique ex diametro opponitur. Plin. lib. 18. Cum uero occidit Sole oritur (scilicet Luna ex aduerso) ita, ut pariter aspiciantur, tunc erit plenilunium. Interlunium, cum apparet desierit, & noua fit, & coeunte uel silenti Luna. Vnde Lunæ coniunctio dicitur dies silentis Lunæ. Luna uicesima pro uicesimo die post nouam Lunam. Plinius libro 2. cap. 97. Aëtus idem triduo in mense consistit, septima, octaua, nonaque luna.

LUNA, Etrurix oppidum ad mare situm, fecundissimum candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunense dicebatur, olim nobilitatum. Lucan. lib. 1. Quorum qui maximus æuo, Arnus incoluit deserta mœnia Lunæ, & c.

LUNAE, promontorium, σεληνης ἀκρα, Etrurix promontorium, non procul a Macra fluuio; cuius meminit Ptol. lib. 3. cap. 1. Bititem eiusdem nominis promontorium in Lusitania, non procul a Tagi ostio, apud eundem Ptolemæum lib. 2. c. 5.

LUNARIVM, promontorium Laletanorum, in Hispania Tarraconensi: cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Alio nomine, Mons Iouis.

LUNARIS, & hoc lunare, [Lunare.] σεληνωδός, quod ad Lunam pertinet: ut, Lunaris ratio, Lunaris annus. Plin. lib. 15. cap. 39. Lunaris annus, qui mense uno suum efficit cursum. Ouid. 15. Metam.

Carulus, & uultum ferrugine lucifer atra Sparus erat, sparsi lunares sanguine curus. Cic. in Som. Scip. Quam ob causam summus ille cæli stelliferi curſus, cuius conuersio est incitator, acuto & excitato mouetur sono, grauissimo autem hic lunaris & infimus.

LUNATICVS, οἱ σεληνωδοί μωνοι, dicuntur, qui furore laborant, non illo quidem perpetuo, sed interuallis quibusdam recurrente. Quod mali genus inde nomen accepit, quod iis, qui ipso interlunio nati sunt, familiare esse consueuerit: siue, quod stas Lunæ ratione interuallis soleat reuerti. Iulius Firm. 4. Mathes. Et si luna male fuerit collocata, aut spasticos, aut lunaticos, aut caducos facit.

LUNATVS, ca, tum, [Lunato, a guisa di Luna.] σεληνωδός, quod est ad Lunæ similitudinem factum, id quod habet speciem Lunæ: ut Lunatum ferramentum. Colum. lib. 12. c. 54. Deinde, sicut consueuerunt (algarum), decussatim ferramento lunato incidit. Tres enim sunt figuræ crescentis Lunæ, nam modo curuatur in cornua, modo in orbem circumacta, ut, cum est plena, & soli aduersa: modo dimidio orbe cæsa: hoc est, cum æqua portione diuiditur, & ob id a nostris Diuidua, a Græcis διχότομος, uocatur. Virg. lib. 1. Aeneid. Ducit Amazonidum lunaticis agmina peltis Penthesileæ furens. Classis lunata, Lucan. libro 3. Cauda lunata delphicorum. Senec. Oedi. Frons lunata uiculi. Claud. de Raptu Proserp.

LUNENSIS caesus, a Luna urbe nomen accepit, quæ fuit in ea parte Etrurix, quæ Ligurix proxima est. Erat autem hoc caesi genus sola magnitudine ludatum, ut, quod Librarum mille pondus nonnumquam equaret, unde inter seruorum obsonia refertur a

Mart. li. 14. Casus Hetruscæ signatus imagine Lunæ Præstabit pueris prandia mille tuis. Plin. lib. 11. cap. 42. Mixtum Hetrurizæ atque Ligurizæ confinium Lunensem mittit, magnitudine conspiciendum: quippe & ad singula millia pondo premitur. Ab eadem Luna, Lunense quoque matris nomen accipit, miro candore conspicuum Plin. li. 35. ca. 6. Adiecit idem Nepos, Mamurræ totis ædibus nullam nisi è matremore columnam habuisse, omnes solidas è Caridio, aut Lunensi.

LYNO, nas, nare, [Torcere a guisa di Luna,] σελωιδή ποιῶ, in modum lunæ quando in cornua curuatur, flectere. Ovi. 1. Amo. Lunavit que genu sinuolum fortiter arcum, id est, intendit.

LYNU, LA, [Lunetta,] σελωιδή, Plau. in Epid. Lunulam, atque anellum aureolum in digito.

LYO, is, lus, [Purgare, pagare Gal. Payer, satisfaire, souffrir punition. Hisp. Lavar o pagar la pena.] λουαι, significat persoluo. Li. primo ab Urb. Ut tamen debito supplicio scelus luere, id est, solueret, seu purgaret. Dictum putatur a uerbo Græco λύω, quod est lauare, siue ablucere pœnas, et dare pœnas, seu ferre supplicium. Cicero Att. libro tertio. Itaque mei peccati luo pœnas. Sic Luere supplicium, est supplicio affici. Iustin. libro primo. Quicumque capi potuerunt, supplicia crucis uoluerunt. Luere capite, est capite plecti. Liu. nono ab urb. Obiides etiam sexcenti imperati capite iuerunt. Luere maculas sanguine, est abstergere, purgare, eluere, & a lauando quidam ductum uolunt. Cicero in Ver. Act. septimo. Errabas Verres, & uehementer errabas, cum te maculis factorum & flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine luere arbitraberis. Luere peccata, est delictorum supplicium ferre. Liu. 8. Bell. Mace. Ego tamen & cum alijs, pro dignitate imperij uestri coactis luere peccata sua, pœnam pepigi. Luere aliquando est, pretium redemptionis redemptori offerre, ait Budæus. Ulpianus: Qui status controuersiam patiantur, non debent per id tempus militare: sed nehi, qui ab hostibus redempti sunt, prius quam se luant. Luitur imperonale. Luca. li. 2. Hæc cæde luatur. Quicquid Romani meruerunt pendere mores. Luiturus participium. Luitura pœnas pappis. Claud. 4. Paneg. Luendus Ovi. 2. Trist. Scilicet in superis eia fortuna luenda est. Hinc componitur Re-luo pro soluo, seu repugno. Nam in alia significatione componitur a lauo, sicut Diluo, Proluo.

LYPA, pæ, [Lupa. Gal. Loue, paille de publique. Hisp. Loba, à la puta del burdel ó ramera.] λύκαινα femininum est a lupus. Ovi. li. 3. de Ar. aman. Rapidæ tradis ouile lupæ. Ponitur tamen quandoque pro meretrice. quod, ut lupa cibi, ita hæc uel libidinis, uel quæritus appetens sit. Cicero pro Mil. Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupos ducebat.

LYPANAR, p. p. [Bordello. Gal. Bordeau. Hisp. El burdel.] πορνείον, prostibulum ganeum, in quo lupæ, hoc est meretrices prostant. Quin. li. 7. ca. 4. An deprehensus in Lupanari cum aliena uxore, adulter sit, quæritur. Iuu. Sat. 6. Intrauit calidum ueteri centone lupanar. Oblicum lupanar, Catul.

LYPANARIS, & hoc re, χαμαιτυπικός, ut, infamia Lupanaris, apud Apul. pro spurca, & fœda fama, qualis esse solet meretricibus. Ambrosius, Cum meretricibus scortaberis in contubernio lupanari.

LYPANARIUM, rij, [Bordello,] πορνείοσκειον, idem quod Lupanar. Ulpian. de petitio. heredita. Licet à lupanario præceptæ sint. Nam & in multorum honestorum uitorum prædijs lupanaria exercentur.

LYPARIUS, rij, λύκοσφραγς, qui uenatur lupos. Ser. in Commenta. Georg. Constat enim luparios carnibus tinctis ueneno lupos necare.

LYPATUM, ti, [Morso Gal. Vn mort de bride fort rude, un frein fort aspre. Hisp. El freno de la brida ó descojoja.] χαλινός, idem quod lupus, pro fræno asperissimo. Vir. 3. Geo. Pressique negabunt Verbera lenta pati, & duris parere lupatis. Dicta Lupata (ut Seruius inquit) a lupinis dentibus qui inæquales sunt: unde & eorum morsus uehementer obest. Ouid. 1. Am. Eleg. 3. Asper equus duri, contunditur ora lupatis.

LYPOR, aris, rij, [Andarê alle meretrizi] πορνείον, scortari, meretricari. Turpilus apud Nonium: Qui cum meretrice per uias habitum nostrum lupoantur. Antiquum.

LYPERCAL, λύκαινον, a lupa dicitur, locus sub Palatino monte, factus ab Euandro Pahi, Deo Arcadiæ, qui Lycæus uocatur, eo quod non sinat lupos in oues scuire. Quamuis quidam ita appellatum uelint, quod lupa ibi Remum & Romulum natriuerit. Ovi. 2. Fast. Illa loco nomen fecit, locus ille Lupercal Magna dati nutrit premia lactis haber.

LYPERCALIA, λύκαινα, solennia quædam sacra dicebantur, quæ mense Februario, a Lupercis fiebant in honorem Panos Pastorum Dei. Cice. ad Q. Fra. lib. 2. Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Seruius enarraus illud Virg. l. 8. Aen. Hic exulantes Sa-

hos, nudosque Lupercos. Cum, inquit, in honorem Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, pecora Romanorum subito a Latronibus rapta sunt: lili proiectis uentibus, persecuti sunt latrones, quibus oppressis, & receptis animalibus, propter rem a nudis prospere gestam, consuetudo permanfit, ut nudi Lupercalia celebrarent.

LYPERCIS, sacerdotes erant Panos Dei pastorum, qui Lupercaliorum die nudi per urbem curritabant, prægnantiumque mulierum manus uterosque caprina pelle feriabant, qua re & fecunditatem, & facilem partum fieri putabant. Dicti autem creduntur Lupercii, a Pane Deo pastorum, cui sacra faciebant in Lupercali. Græci enim Pana uocant Lycæum, nomine δὲ τῆ λυκαῖ, hoc est, a lupo, deriuato, quod oues a lupis tueri credebantur, Vela a Lycæo monte Arcadiæ, in quo Pan colebatur. Ovi. 2. Fast. Quin uetat Arcadiæ dictos de monte Lupercos? Faunus in arcadia templa Lycæus habet. Cic. 2. Phi. infectatur M. Ant. quod in Lupercalibus in quibus sedebat Cæsar, amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus, se lupercum exhibuerit.

LYPERVDVM, Ptolemæo lib. 2. cap. 11. urbs Germaniæ hodie Mysana; uigo Meissen.

LYPIA, Germaniæ fluius Pomponio lib. 3. Coniectura est, inquit Vadianus in Melam, eum esse, quem hodie Neccharum uocant, qui haud longe a Danubii fontibus ortus per Vittembergensem ducatum lapsus, moxque in occasum uersus, Rhenum seorsum illabatur. Strabo longe secus, quam Pomponius, Lupiam in Vurgum deferri ait, ut Lupiæ nomine non Neccharus, sed is amnis quem hodie Fuldam uocant, intelligatur. Tacitus (adeo in re tantilla uariant scriptores) libro Augustæ historiæ. 2. Lupiam uocat amenem, non in Rhenum, sed in Oceanum elapsam. Hæc Vadianus. Cuius uiri, alioqui diligentissimi, lapsus satis mirari non possum, præsertim in suæ Germaniæ chorographia. Constat enim Lupiam Bructerum (hodie Vuestphalos appellant) fluium esse, qui etiam hodie nomen retinet, uon procul a Bademborna nascentem: ad cuius caput extat oppidulum, quod Germani sua lingua Lipenprunum, quasi Lupiæ fontem appellat: aliud que circa medium fere fluminis tractum uisitur oppidulum, quod eodem cum fluoto nomine Lupiam nominant. Labitur autem in Rhenum (quod & Mela asserit) circa Vesaliam agri Cluiensis oppidum.

LYPINVS, a, um, [Lupino, di lupo. Gal. De lup. Hisp. Cosa pertenesciente a lobo ó loba.] λυκίος, quod est lupi. Cic. in Cat. Quem inauratum in Capitolio paruim atque lastantem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Ad Her. Foliculus lupinus.

LYPINVS, ni, & Lupinum, ni, [Lupino. Gal. Du lupin. Hisp. El altramuç.] substantiuum, δέρμος, leguminis genus est, omnium amarissimum, quod sui circumacta agricolis horas etiam nubilo die ostendit. Dictus autem putatur Lupinus a lupi natura, quod non minus terram appetat, uoraxque illius sit, quam lupo, & telluræ adeo amat, ut quamuis frutetoso solo coniectum inter folia uerpresque, ad terram tamen radice perueniat. Vide Plin. li. 18. c. 14. Hor. 1. Epi. 7. Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. Vir. 1. Geo. Tristis que lupini sustulerit fragiles calamos.

LYPVS, lupi, [Lupo. Gal. Vn lup. Hisp. Lobo.] λύκος, animal rapax, quod nulli notum non est: cuius foem. est Lupa. Ovi. 1. Trist. Excussa est auidi dentibus ægna Lupi. Est etiam Lupus λύκοσφραγς, piscis genus, quem Romani olim piscibus omnibus prætulerunt: eosque præcipue, qui in Tiberi inter duos pontes capti essent: quos Catillones, hoc est, liguritores uocabant, metaphora ducta ab hominibus gulosis, & delicatis, quos ideo Catillones uocabant antiqui, quod a sumptis cibis ipsos etiam catillos ingerent. Est. n. hic piscis uoracissimus, itercorumque ac latrinarum audissimus fenerator: a nullo sordium genere temperans. Paulus Iouius in eo libello, quem de piscibus Rom. edidit, Spigolam uocari ostendit: multisque argumentis eorum opinionem conuincit, qui hunc Sturionem esse putauerunt. Plin. li. 9. cap. 17. Postea præcipuam auctoritatem fuisse lupo & afellis Cornelius Nepos & Laberius poeta Mimorum tradidere. Loporum laudatissimi, qui appellantur lanati, a candore mollitiaque carnis. Mar. li. 13. Laneus Euganei lupo excipit ora Timæi Aequoreo dulces cum sale passus æquas. Item lupo, genus est fræni asperissimi, quod & Lupatum dicitur a lupinis dentibus, qui inæquales sunt, & propterea morsus eorum asperimus. His frænis utebantur Galli. Ouid. 4. de Trist. Tempore paret equus lentis animosus habenis: Et placido duros accipit ore lupos. Item Lupo, id est instrumentum aduncum, quo uasa, quæ in puteum forte ceciderunt, extrahuntur, ἀραξ, Græco uocabulo, & a nostris Harpago nominatur. Liu. 8. Bef. Puni. in alios lupi superne ferrei iniecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. Item aranei genus. Plin. libro undecimo capitu. 24. Loporum nomine minimi non texunt. Hoc nomine etiam dicta est herba, quæ asparagi uice mandi solet: quæ & Lupus salictarius appellatur, quod sal-

ees ad similitudinem uicis ascendat. Hanc herbam officinæ uocant Lupulam, Galli Habelon. Ea utuntur Belgæ ad condienam ceruicem admittis frugibus. Item Lupus (ut Palladius auctor est) ferula manu huius uocatur. Quæm lupo commisit Ter. in Equ. Cœcinnus hoc utemur pro uerbis, quoniam eius seruandum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cic. 3. Phil. Etenim in concione dixerat se custodem futurum urbis, usque ad Kalen. Maias ad urbem exercitum habiturum. O præclarum custodem ouium (ut aiunt) lupum. Custosne urbis, an direptor & uexator esset Antonius? Quadrare uideatur, quoties inimico negotium committitur, eique qui nobis pessime uehit: propterea quod lupo & agnus genuino quodam odio dissident. Lupo agnum eripere. Plau. Pœn. Lupo agnum eripere postulant: nugæ agunt. Hoc uti possumus pro uerbis ubi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim uidetur, sperare futurum, ut lupo agnum semel arreptum amittat. Lupus est in fabula, pro uerbis est notissimum, quo utitur, quoties nostro sermone superuenit is, de quo loquebamur, & nobis sua præsentia amputat loquendi facultatem. Pro uerbis tractum est a lupi natura, quem ferunt ipsi, quos prior aspexerit, uocem intercludere. Ad quod alludit Vir. 9. Eclo. Vox quoque Mœrin, iam fugit ipsa: Lupi Mœrin uidere priores. Lupum, auribus tenere, pro uerbis est, quod in re antipiti periculosum dici solet. Nam qui auribus lupum tenet, ne eum dimittere audeat, nec retinere potest sine periculo. Suet. in Tibe. Cunctandi causa erat metus undique immiaentium discriminum, ut sæpe lupum se auribus tenere diceret.

LYRA, (inquit Festus) os culci. siue utris ab antiquis dicebatur.

LYRŌCAS, [Tranguggare. Gal. Gourmander, manger auident. Hisp. Tragar mucho.] *Lyrcas*, cibum cum auiditate nimia sumo. Pomponius Syris, ut citat Nonius: Lardum lurcabat lubens. Lurcor, aris, deponens, idem. Lucilius Sat. 2. Ut lurcaretur lardum, & carnaria furtim.

LYRCONES, [Colosi, tranguggatori. Gal. Courmands qui dependent tout leur bien en gourmandise. Hisp. Golosos o glotonos.] *Lyrcōi*, dicti sunt gulosi, & bonorum suorum consumptores. Plau. in Persa: Perenim ferne, lurco, edax, furax, fugax. Luci. Sat. li. 5. ut citat Nonius: Edite Lurcones comedones, uiuite uentres. Sueton. de Clar. Gram. Cap. 15. Lassarum, & lurconem, & nebulonem, popino nemque appellans, & uita scriptisque monstrorum. Cic. Ac. Lurcus tribunos plebis.

LYRIDVS, a. um, [Lorido. Gal. Fort palle & comme batu & mentri d'este uorges. Hisp. Cosa de coor amarillo.] p. c. *Lyridos*, *πελιδύς*, quod est supra modum pallidum, quasi Loricum, seu loro percussum, & lundum factum. Ouid. 1. Met. Lurida terribiles miscent, aconita noueræ.

LYROR, oris, mas. g. [Pallide. Gal. Palleur. Hisp. Amarillex.] *Lyror*, pallior, color subnauus. Luc. li. 4. Lurida præterea fiunt quæcunque teneantur Arquat quia luroris de corpore eorum Scamina multa fluunt simulacris obuia reuim.

LYSCINTA, a. [Rosignolo. Gal. Rosignol. Hisp. Ruyseñor.] *Lyscintā*, auis cantus suauitate præcellens, quæ & Philomela appellatur, ita dicta, ut uolunt, quod Iugens canat, aut certe quod canat ante lucem. Plin. li. 10. ca. 29. Luscinijs diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus siue intermissus cantus, densante se frondium germinæ, non in nouissimum digna miratu aue. Poeta fabulatur, Philomelam a Tereo uolatam, in hanc autem fuisse mutatam, ad quam fabulam alludit Martia. lib. 14. Flet Philomela nefas incoisti Tereos, & quæ Muta puella fuit, garrula fertur anis. Ob eandem causam & Athis dicitur. Fuit enim Philomela patria Atheniensis, Pandionis Regis filia Mart. lib. 6. Sic ubi multisona feruet sacer Atthide lucus. A Luscinijs fit diminutiuum, Lusciniola. Plin. in Bac. Pal. ego quoque metuo, Lusciniolæ ne defuat cautio.

LYSCOSVS, siue Lusciosus, [Che ha corta uista. Gal. Qui a courte uue. Hisp. El que no necesito con poca luz.] *Lyscosus*, is dicitur Nonio, qui ad lucernam non uidet. Varro Disciplinarum li. 8. ut citatur a Nonio: Vesperis non uidere quos appellant lusciosos. Idem Andabatis: Aed pol idem cæcus: non lusciosus est. Bud. in Anno. Lusciosus, siue Lusciosus eos dici existimat, qui propius admota oculis, uident, remota uero non: quod genus homines res intuendas oculis fere contingere solent, & limis etiam elusis que oculis aspicere, eosdemque a Græcis *μύπητες*, uocari ait.

LYCVS, sci, [Lofco. Gal. Lofche. Hisp. Tuerto, menguado de un ojo.] *Lyrcus*, quod altero captus est oculo: qualis fuit Annibal, de quo Iuu. Sat. 10. Quum Getula ducem gestaret bellua luscum. Lufca, æ. Mar. lib. 1. Oculo Philænis semper altero plorat: Quo fit ritus quæ is modo, lufca est. A Lufcus fit Elufco, Elufcas, quod est luscum facio, & oculum eruo. Scribit Iulianus Iureconfultus, Aquila lege teneti eum qui elufcauerit discipulum in disciplina. Ci. de Or. Hic Lufcus familiaris meus Caius Sextius. Et, id dixit, quod conueniret in omnes lufcos.

LYSIO, nis, Ci. de Sen. Ex multis Iufionibus, nobis senibus talos relinquant & tesseras.

LYSIANIA, æ, [Portogallo.] *Lyfiania*, tertia Hispaniæ pars ad Septentrionem Durio amne, a Taraconenfi prouincia, ad Austrum a Bætica Ana fluuio dirempta: cuius descriptionem uide apud Plin. 4. cap. 2. Et Ptol. lib. 2. cap. 5. Str. tamen li. 3. Lusitaniam ad Austrum Tago fluuio terminat, dictam autem uolunt Lusitaniam a Lufu, & Lyfa Liberi patris comitibus, qui eum bacchantes in Hispaniam secuti sunt, ut tradit Plin. lib. 3. Hodie Portugalliam appellant.

LYSITOTAS, [Cincolare.] *Lyfotōs*, frequentatiuum est a uerbo Ludo. Pla. Cap. Nam ubi illo adueni quali patris pueris, aut monedule, aut anates, aut coturnices dantur, quibus cum lufitent.

LYSIVS, *Lyfios*, Arcadiæ fluuius frigidissimus, Gortynam uicem præterfluens, in quo Iouem primum ablatum fuisse Arcades asserunt, unde & nomen accepisse puratur. Vide Cœl. Rhodig. lib. 18. capi. ultim. Fuit & Lufias, quidam, Marij ex sorore nepos, qui cum Trebonio generoso adulescentulo uim asferre conaretur, ab eodem occisus est. Valerius li. 6. cap. 1. Clusium appellat. Cic. pro Mil.

LYSORIVS, a. um, [Cosa che s'appartiene a gioco. Gal. Apartenant à jeu. Hisp. Pertenefiente à juego.] *Lyfōrius*, quod ad ludum spectat, ut Tabula luforia, id est alueus, in quo tesseræ, aut latrunculus ludimus. Plin. lib. 36. cap. 2. Transitit alueum cum tesseris luforium geminis duabus. Luforia quæstio, id est, iocosa, quæ ludo fit. Plin. lib. 7. cap. 53. Pudore Diodorus sapientiæ Dialecticæ professor, luforia quæstione non protinus ad interrogationes Scilponis disoluta, quærit.

LYSTRÆ, *Lyftræ*, Ptol. lib. 3. c. 1. Calabriæ urbs, Lupia Plin.

LYSTRALIS, & hoc Luftrale, *Lyftralis*, quod luftrandi, hoc est purgandi, seu expiandi uim habet. Unde Aqua luftralis dicitur, quæ a sacerdote luftrationis, hoc est, purgationis causa aspergitur. Ouid. 3. de Ponco: Spargit aqua captos luftrali grata sacerdos. Sic luftrale sacrificium dicitur, quod luftrationis causa fit. Lu. li. 1. Sacrificium luftrale in diem posterum parat. Luftralia exta, ueteres, dixerunt præpinguia: eo quod luftralis, id est, quinquennalis bos dicitur esse perfectæ ætatis.

LYSTRAMEN, inis, idem quod luftratio. Val. 6. Arg. Seminecesque duces inter sua tela, suosque. Inter equos, suam misero luftramene uerfant Congeriem.

LYSTRATIO, eurbale, *Lyftratio*, circuitio, peragratio. Cicero. 3. Philip. Quæ siue sus peragratio itinerum, siue luftratio municipiorum, ponitur & pro sacrificio expiationis, *Lyftratio*, *καθαρτήριο*, Col. lib. 2. cap. 2. Hoc loco certum habeo quosdam, quum solennia festorum percentuerim, desideraturos luftrationum, cæterorumque sacrificiorum quæ pro frugibus sunt, morem præficus usurpatam.

LYSTRATVS, participium, [Purgato. Gal. Purgé. & nettoyé. Hisp. Ampido por sacrificio.] *Lyftratus*, purgatus, expiatus: ut, Luftratum, atque purgatum Capitolium. Lu. libro 3. ab Urb. Mart. in præf. lib. 8. Meminerit, non nisi religionis purificatione luftratus accedere ad templa debere. Corpus luftratum diuino odore. Ouid. 14. Metam.

LYSTRICVS, ca, cum, *Lyftricus*, idem fere est quod luftralis. Unde Luftrici dies infantium appellantur, puellarum octauus, puerorum nonus, quia his infantes luftrantur, & nomina eis imponuntur. Hæc Festus. Et qui eos luftrant, Luftratores uocantur, & fœminæ Luftratores, & qui luftrantur, Luftrati nominantur.

LYSTRIFICVS, a. um, *Lyftrificus*, idem quod luftralis: ut, cantus, luftrificus. Vale. 3. Argo.

LYSTROS, as, [Circundare, purgare. Gal. Enuironner, tourner. Hisp. Andar enderredor de lugar.] *Lyftrōs*, peragro, ambio, circumago, Laetan. lib. 2. Sed Luna, quæ orbem illum signiferum triginta dierum spatio luftrat. Cic. libro 5. de Fin. Cur ipse Pythagoras, & Aegyptium luftrauit, & Persarum Magos adiit? Virg. li. 3. Aen. Quo tutor hospita luftræ Aequora, & Ansonio possis cõfideræ portu Inreridum significat expiare. Vir. 5. Eclo. Et quum solennia tota Reddemus nymphis, & quum luftrabimus agros. Luftror, aris, passiuè. Ouid. li. 13. Met. Ego luftror ab illis: Et, purgante nefas nonies mihi carmine dicto. Vir. libro 3. Aeneid. Luftramurque Ioui, uotis que incendimus aras. Vbi Seruius, Aut luftramur, id est, purgamur, ut Ioui sacra faciamus: aut certe luftramur. Interdum idem est quod circumquaque aspicio, & oculis quodammodo ambio. Vir. 8. Aens. Ille os, oculosque loquentis. Iandudum, & totum luftrabat lumine corpus. Luftrare animo, id est, pendere, & examinare. Cicero libro tertio Off. Sed quæ omnia ratione atque animo luftraueris. Interdum luftrare accipitur pro sequi, Virg. secundo Eclo. At mecum raucis: tua dum uestigia luftro, Sole sub ardentem resonant arbusta cicadis, Interdum opatēfacere, clarificare, luftrare, Idem libro septimo; Aen. Postera

Phœbea lustrabat lampide terras Orta dies. Lustrare exercitu, id est, recognoscere, recensere. C. A. f. l. i. o. r. o. s. e. p. t. i. m. o. Bel. Gal. Legionibus ex omnibus hybernis ad fines Treuerorum euocatis, eod profectus est, ibique exercitum lustrauit. Huius uerbi composita sunt Collastro, circunspicio. Vir. li. 3. Aen. Omnia collustrans, hanc primum ad littora classem Proplexi ueniente. Illustro, illumino: ut auri fulgore templū illustrat, apud Ci. 6. Ver. Interdum patefucere, explicare, aperire. Cice. pro Cœlio: Signa quibus ueritas illustrari solet. Aliquando idem quod celebrare, nobilem reddere. Ci. Lentulo. lib. 1. Epist. Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. Perlustro, peregrando p spicio. Liu. l. 7. ab urb. Delustrauitque hostium agros, nulla arma, nullam uim, nec apertam, nec insidias expertus. Interdum idem quod recensio. Idem lib. 1. ab ur. Hercules ad primam auroram excitus, cum gregem perlustrasset oculis.

Lustror, aris, [Audare a meretrici. Gal. Hæter le bordeau, bordeler. Hisp. Audar las puterias.] ἠστυλάω. deponens, significat scortor, in lustris & lupanaribus uersora lustris, quæ interdum pro meretrici cum latibulis accipiuntur. Plau. Pseu. Luxuriantur, lustrantur, comedunt, quod habent.

Lustrum, ltri, [Habitaculo delle fiere, bordello. Ga. Caverne ou se retirent les bestes senages es bois. Hisp. Lugar de las fieras.] ἠστυλάω, ferarum habitaculum in siluis: a luto, ut Seruius purat, eo quod apri, suæque gluestres in lucosis fere locis sua habeant cubilia. Alij putant lustrum per antiphrasim dictū, quod minime sit illustratū, sed obscurum & immundum. Vir. li. 2. Ge. Non obsunt illis saltus, ac lustra ferarum A qua similitudinej, qui in locis abditis ac fordidis de sidæ & uentri indulgent. In lustris uitam agere dñr. Propter quod & Lustra dicuntur popinæ, & lupanaria, ubi lupæ, id est, meretrices delitescunt. Cic. Philip. Quum omnes impuritates impudica in domo quotidie susceperis, uno, lustrisque confectus. Idē Cassio: Quæ autem in lustris & in uisio commentatio potuit esse? Lustrum item dicebatur sacrificij quoddam genus, quo urbis lustrandæ gratia sus, ouis, & taurus immolabatur. Liu. li. 2. Omnes centuriæ, & equites in campum Martium conuocati, sus, oue, tauro cænis, immolarunt: quod lustrum est dictum, scilicet a sacrificio illo censu: obtinuit nomen lustrum. Quia uero census ipse, siue lustrum quinto quoque anno habetur (quanto tempore durabat Censuram magistratus) inualuit consuetudo, ut lustrum appellatione spatium quinque annorū appellaret. quod Olympias apud Græcos dicitur, id est, quinquennium: ita tamen ut quadriennio exacto quinto quoque anno ineunte, lustrum, peractū intelligatur Plin. auunculus libro secundo capitu. 47. Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire eandem uices quadriennio exacto Eudoxus putat. non uentorum modo, uerum & relinquarem tempestatum magna ex parte. Et est principium lustris eius semper intercalari anno Canicula ortu. Inter calarem animum dixit: quem bisextilem dicimus. Vip. de Rebus cred. Nam & si colonus post lustrum completum fructus perceperit conduci eos constat. Tacitus secundum lustrum dixit, ut secundam Olympiadem, de ludrico quinquenniali loquens Romanæ instituto Hæc Budæus.

Lusus, sus, [Scherzo.] παιγνιον, puerilis exercitatio, & proprie siue spe lucti, aut periculo damni, soliusque uoluptatis ergo. Quin. libro primo Nihil me lusus offenderit. Et paulo post: Sunt etiã acendens ingenijs non in utiles lusus. Accipitur aliquando pro ioco, Plin. Iunior Aristonij: Quos, quantoque auctores sequar, facile impetrari posse confido, ut errare me, sed cum illis sinant, quorum non seria modo, uerum lusus etiam exprimere, laudabile est.

Lutamentum, ti, πύλωμα, paries, aliud ue opus ex luto confectum, luto ue oblitum. Cato de re ru. capitu. 129. Neque muræ caua facient, neque herbæ nascuntur, neque lutamenta scindent se.

Lutarius, a, um, quod in luto degit: ut, Testudines lutariæ, apud Plin. li. 32. cap. 3. Lutarius nullus, qui ex luto sibi pabulum petit. uilissimum ex omni mullorum genere, teste Plin. libr. 9. cap. 17.

Lutea, λυσιμάχιον, quibusdam herba est in palustribus, & aquosis locis nascens, flore rufo, uel aureo, cauliculos spargens cubitales, eoque maiores, quorum e geniculis folia exeunt gracilia, salicis folijs non dissimilia, Rustici: Corneolam uocant, pannorum infectoribus hoc nomine notissimam, qui cærulei coloris pannos ei incoquentes colorem uiridem efficiunt. Nam ex flauo cæruleique commistione uiridis color emergit. Qua ratione olim etiam adulterinam chrysocollam conficiant, lutea herba cæruleo subtrita. Plin. li. 23. c. 5. Luteam putant a lutea herba dictam, quam ipsam cæruleo subtrita, pro chrysocolla inducunt, uilissimum genere, atque fallacissimo.

Luteolus, ὑπόλευος. dimin. a luteus. Vir. I. Ecl. Mollia luteola pingit uacina caltha. Col. lib. 12. c. 47. Oliua pausa uel orchita, quæ

primum ex albo dulcoratur, sitque luteola.

Luteus, luteris, p. p. λαλέ, uasis genus est (ut quidam existimant) quoniam unum diluitur: cuius meminit Hierony. in Iouin. Alj hoc nomine peluim significari arbitrantur, aut certe uas, in quo uasa abluuntur. Quibus etiam uocis ipsius etymon suffragari uidetur, quod ὑπολευός hoc est, a lauando tractum uidetur. Vnde & λευήριον, diminutiua forma, uasis genus est, Iulio Polluci, in quo calices abluuntur.

Lutescere, πηλῶσαι, significat lutem fieri, & in lutemorem mollescere. Col. l. 8. c. 17. Nam quæ limo, cenoque lutescunt, ut antea iam dixi, conchylijs magis, & iacentibus apta sunt animalibus: Nonius ex Poeta quopiam, Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit.

Lutetia, λυκοτεχία, Parisorum urbs celeberrima, primum in Sequanæ insula condita nunc præter insulam utranque ripam latissimam occupans ædificiis, cum que maximis Europæ urbibus magnitudine certans & frequentia. Græci λυκοτεχίαν, nominant a parietum (ut quidam existimant) albedine. Meminit huius urbis Stra. lib. 4.

Luteus, lutea, luteum, prima syllaba product. [Di color d'oro giallo. Gal. jaune. Hisp. Cosa de color amarillo.] quod est coloris rufi, sed dilutioris: Vnde Luteum oui, dicimus pro uitello, qui albumine ambitur. Huius nominis primitiuum est Lutum prioris syllaba producta, quo nomine herba quædam significatur, croceo colore tingendo idonea, quam & luteam nominat Plinius, ut paulo post latius sumus dicturi. Hoc colore nuptialia uela, quæ flammea uocabantur, olim tingebantur. Plin. lib. 21. ca. 8. Lutei uideo honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum sœminis concessum. Lucr. libro primo Lutea demissos uelantur flammea uultus.

Luteus, lutea, luteum, prima syllaba c. [Di terra. Gal. Fait de bone on de mortier de terre. Hisp. Cosa toda de lodo.] πηλός, quod ex luto confectum est: ut, Luteus paries, Lutea uasa. Oui. li. 1. Fast. Ignoræque prodit hirundo, Sæpius & luteum sub trabe fingit opus, Per translationem Luteum dicimus quicquid uile est, & nullius pretij, Cicero 6. Verr. Tum illos cœpisse Prætori dicere, putasse id se quod audissent, alicuius pretij scyphos esse Pamphili luteum negotium esse, non dignum, quod in suo argento Verres haberet.

Luto, tas, [Insangare. Gal. Enduire ou faire de bone. Hisp. Enlodar con lodo.] πηλός, luto inficere, siue oblitum. Cato de re ru. ca. 91. Postea conspergito amurca bene omne, quod lutaueris. Ponitur etiam pro maculare, Mer. lib. 14. Ne luter immundum nitidos ceroma capillos.

Lutosus, a, um, [Fangoso.] πηλώδης, cœnosus, luto plenus, uel luto infectus. Plin. li. 18. ca. 19. Lutosam terram ne tangito. Col. li. 12. c. 54. Raportum quam rotundissima sumito, ea que si sint lutosæ de tergito, & sumam cætem nouacula decerptio.

Lutulentus, a, um, [Fangoso. Gal. Boueux. Hisp. l'leno de lodo.] πηλώδης, idem quod lutosus. Col. li. de Arboric. 12. Lutulentam terram neque arate, neque fodere oportet. Cic. in Sal. Itaque nihil aliud studet, quam ut lutulentus sus cum quouis uoluitari. Hora. 1. Ser. Sat. 5. de Lucilo, Cum flueret lutulentus erat quod tollere uelles.

Lutum, p. p. λυσιμάχιον, quibusdam herba eadem est, quam & Lutetiam diximus uocari, qua olim cœruleo subtrita chrysocollam adulterinam faciebat. Virg. 4. Ecl. Ipse sed in pratis aries, iam suæ rubenti Murice, iam croceo mutabit uellera luto. Vitru. Luteum appellat per tres syllabas. Vnde non nulli etiam apud Vir. Luteo, Legendum censent, duabus postremis syllabis in unâ contractis.

Lutra, ενυδρις, Herod. animal est ex ijs, quæ Græci ἀμφίβια, uel ενυδρα, uocant, simile fibro, sola cauda ab eo differens. Nam fiber piscis caudam habet. Plin. l. 8. c. 30. de fibro loquens. Cauda piscium ijs, cætera pars lutræ. Vtrunque aquaticum, uti inque mollior pluma pilus.

Lutum, ti, p. c. [Fango. luto. Gal. Bone fange. Hisp. Lodo.] πηλός, terra est humore soluta, quam & cœnum uocamus. Iuu. Sat. 7. Compositique luto nullos habuere parentes. Fictus ex argilla & luto homulus. Ci. in Pison. Volutatus in luto totius corporis uestigijs Verres. Ci. 6. Ver. Pocula composur de facili luto Tibul. 2. Eleg. 4. In eodem luto hæsitare. Sic implicari cniptam negotio, ut se inde nequeat extricare, quum in idem, aliudue simile recidat. Ter. in Phor. Quid nunc parro? Quid fiet in eodem luto, hæ sitas, uos suram soluis Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ crescent. Per translationem Plau. in Pers. Ienonē uocat lutum. Possum, inquit, te facere, ut argentum accipias lutum.

Lux, [Luce, splendore. Gal. Lumiere, clarté. Hisp. La luz.] φῶς, splendor, fulgor, claritas, & proprie ea, quæ a sole diffusa orbem illustrat. Ci. de Diu. Si deus erat, cur se contra naturam abdidit, ut patet aëus aratro lucem aspiceret? Hinc lucem intueri dicimus pro eo, quod

quod est, uita frui. Qui. r. Met. Lucis egens aer. Luc. 4. Omnia cor-
 rident concepta luce diei. Poniuntur quandoque pro die. Cic. pro
 Mil. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii, & opior ultra.
 Prima luce, hoc est, ubi primum cœperit diluere, sicut con-
 tra. Primis tenebris, id est, incipientem iam nocte. Iren. Adelp.
 Ceterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Vbi Donatus;
 Cum primo Lucu, legit, dicens. Cum primo lucu, ueteres dice-
 bant, lucum pro luce, seu Sole ponentes. Irgo, Cum primo lucu,
 cum primam Sol cœperit lucecere. Liu. r. ab urb. Vt omnes cie-
 nes Romani, equites, pediteque in suis quisque centurijs in cam-
 po Martio prima luce adeflent. Lux autē *ἡ πρώτη ἀπὸ τοῦ ἡλίου*, dicta est,
 ἡ πρώτη enim ueteres Græci appellant primam lucem, quæ præce-
 dit solis exortum, quod etiam summum mane dicitur. Aliquan-
 do idem est, quod splendor, & nitor. Luc. lib. 4. Viridi cum luce
 smaragdi. Virg. 2. Aen. Exultat telis & luce coruscus athena. Po-
 nitur aliquando pro uita, Cic. r. Tusc. Tamen obuciebatur inter-
 dum animo metus quidam cogitantifere aliquando finem huius
 lucis, & amissionem omnium incommodorum. Lucis usuram ali-
 cui dare, est finire eum uiuere. Cic. in Verr. A. 7. Cur inquam ci-
 uibus Romanis, quos pyræ cœperant, securi statim percussis,
 ipsis pyratis lucis usuram tam diurnam dedisti? In luce, pro in
 publico, dixit uenisse Cic. in Cat. Maio. Nec uero ille in luce mo-
 do, atque in oculis ciuium magnus, sed intus dentique præstan-
 tior. Lux mea blandimentis genus, quo mulierculis blandimur.
 Mart. ad Gell. Si non mentiris, si uerum lux mea dicis. Lux pro
 oculis, Stat. lib. 1. r. Theb. Effusa squalent uestigia lucis. Lucis in
 plurali pro stellis, Cic. in Arat. Illæ quæ fulgent lucis ex ore co-
 ruscæ.

LUXO, as, [*Sinistrare, moner di luogo. Gal. Desmettre de son lieu, desmoner.*
Hisp. Desconcertar a desenfesar huesfos.] *ἐπιπορεύειν*, membrum
 aliquod interuoco, & loco suo moueo. Vnde Luxa, siue Luxata,
 membra, *ἐπιπορεύειν*, dicitur locis suis mota; & soluta. Plin. 28.
 Cato prodidit luxatis membris carnis auxiliari: M. Varro po-
 dagri. Idem lib. 3. r. cap. 6. Luxata hominum corpora & quadru-
 pedum natado in cuiuslibet generis aquam facillime in artus re-
 deunt. & luxati dicuntur, quorum membra suis locis mota sunt.
 Idem: Althææ radix decocta luxatis prodest. Stirpium quoque
 radices luxati dicuntur, cum aratro aut ligone perfrictæ muti-
 lantur, locoq. mouentur. Plin. lib. 17. c. 24. Aut culpa uinitorum
 colentium ægrotant uites, cum perfringuntur, aut circumfosor
 iniurioso ictu uerberantur, uel etiam subarator imprudens luxauit
 radices, corpus uel dequam uuit.

LUXURIA, æ, siue LUXURIÆ, ei, [*Luxuria. Gal. Superfluité, excesz. Hisp.*
Luxuria, superfluidad.] *ἀσώτια*, immodicus uoluptatum, deliciarū
 que usus, nimiaque non modo in rem ueneream; uerum etiam
 in meliorem uestitum, lautioresque epulas profusio. Cic. lib. 1.
 Offic. Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti foedissima
 est. Et paulo post: Turpe est disuere luxuria. Idem pro Sex. Rosc.
 In urbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia, ex auaritia erumpit
 audacia. In segetibus item ceterisque stirpibus Luxuries, dicitur,
 cum alimenta ubertate quodammodo lasciuiunt, herbarum fron-
 dium uel copiam iusto maiorem emittentes. Virgilius libro pri-
 mo Georg.

Luxuriam segetum tenera depascit in herba.

LUXURIOSÆ, [*Lasciuamente. Gal. Auec excesz & superfluité, excesiuement.*
Hisp. Vieiosa y superflamente.] aduerb. *ἀσώτως*, ut, Luxurio-
 se uiuere, id est, molliter & delicate. Cic. pro Cœlio: Cum facio-
 rosis audacter, cum libidinosis luxuriose uiuere.

LUXURIOSUS, luxuriosus, neutrum, & luxuriosus, luxuriaris, deponens. [*so-*
prabondare, lassuriare. Gall. S'ahandior a toutes superfluitéz, delices &
moluptéz. Hisp. Croifre trop.] *ἐξυπέρχειν*, proprie de plantis dicitur,
 cum nimia alimoni ubertate quodammodo lasciuiunt, ramos,
 frondesque iusto plures emittentes. Col. lib. 3. Cacumina
 uirgarum, ne luxurientur demutilato. Plin. lib. 18. c. 24. Aliqui in
 frigidis ab equinoctio autumni, in calidis serius, ne ante hyemem
 luxurient. Agri quoque præpingues luxuriare dicuntur, cum a-
 bundo stercoreati præter modum feraces euadunt. Ouid. 1. ep. Lu-
 xuriant Phrygio sanguine pinguis humus. Transfertur & ad homi-
 nes, quos & ipsos luxuriare dicimus, cum rebus secundis, otio uel
 lasciuunt. Tibul. Luxuriant animi rebus plerumque secundis.
 Liu. lib. 1. Postis exteriorum periculis curis, ne luxuriarent
 otio animi, quos metus hostium, disciplinaq. militaris continue-
 rat. A Luxuriosus fit compositum Eluxuriosus, quod est, ualde luxu-
 riosus. Col. 1. 3. Quid si pingui agro ualidas uices disposuerit, pãpi-
 ni magis eluxuriabuntur. Luxurians, luxuriantis, part. Hor. lib. 2.
 Ep. 1. Latiumque beabit diuite lingua: Luxuriantia compescet,
 nimis aspera sano leuabit cultu. Luxuriatus, part. Ouid. 1. 5. Trist.
 Non tamen, ut luscit, rursus mea littera ludet: Sit semel illa meo
 luxuriata ioco. Fames luxuriata multo sanguine. Stat. 2. Theb.

LUXURIOSVS, a, um, [*Luxurioso. Gall. Luxurieux, excessif, trop somp-*
teux. Hisp. Vieioso, superfluo y luxurioso.] *ἀσώτως*, immodice uolu-

pratibus deliciisque indulgens, & non solum in rei uenereæ usû
 uerum etiam in epularum apparatus, uestitumque ornatu modum,
 excedens, & plus iactis lasciuiens. Quin. in proc. lib. 1. Mulieribus
 & luxuriosus cultus non corpus exornat, sed detegit mentē. Cic.
 de lege Agr. contra Rull. Vt in suis rebus, ita in resp. luxuriosus
 nepos. Idem 6. Phil. Multa, & lauta suppellex, non illa quidē
 luxuriosi nominis, sed tamen abundantis. Luxuriosa licticia, dicitur
 nimia, & profusior, quam par sit. Liu. lib. 2. ab urbe condita:
 Sed patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia Luxuriosa frumenta,
 quæ tam cōfertim & copiose nimis proueniunt, ut immitti in ea
 soleant oues ad depascendum. Cic. in Or. de rusticis loquens: Si
 quidē est eorum gemmare uites, sitire agros, lætas esse segetes,
 luxuriosa frumenta. Luxuriosa utis, quæ plures æquo frondes ha-
 beat, aut farmenta. Col. lib. 4. c. 2. r. Siquidem luxuriosa utis, nisi
 fructu compescitur, male dehorescit, & in materiam frondemq.
 effunditur. Luxuriosa pabula, quæ maximam herbarum copiam
 adferunt. Plin. lib. 17. c. 4. Nec luxuriosa pabula, pinguis soli sam-
 per iudicium habent. Hinc

LUXURIOSUS, [*Luxuria, somnosità. Gal. Superfluité, excesz. Hisp. Luxuria,*
superfluidad.] *ἀσώτια*, non solum pro re uenereæ, sed etiam, & fe-
 re semper, proprieque pro omni superfluitate, & nimia profusio-
 ne, & sumptuositate cibi, uestitus, & aliarum rerum, cura dici so-
 let. Cic. 5. Ver. Nisi forte existimatis, eum in uino & luxu non ri-
 disse qui, & c. Regali luxu splendida domus. Virg. lib. 1. Aen. At do-
 mus interior regali splendida luxu instruitur. Regifico luxu para-
 tæ epulæ. Virg. 6. Aen. Tac. lib. 20. Effusi in luxum, & epulas, & no-
 cturnos cœtus. Luxum deponere, est fastum pompam, habitusq.
 splendorem abicere. Claud. lib. 2. Sub tua purpurei uenient fasti-
 gia reges, Deposito luxu.

L A N T E Y

LYÆVS, ei, p. p. *λυαίος*, unum ex Liberi patris cognominibus, inde
 impositum, quod immoderatus uini usus pariat, *λύαυ*, hoc est, ri-
 xam & seditiones. Aut certe *παρά τὸ λυεῖν τὰ μέλι τὸν μεθύσκει-*
μενον, hoc est, ab eo, quod ebriorum membra soluat: unde & *λυ-*
σιμαδίας, a Græcis cognominatur. Virg. lib. 4. Aen. Legifere Cere-
 ii, Phœboque, patriq. Lycæo. Inde Lycus, a, um, pro Lycius. Virg.
 1. Aen. Regales inter menlas, laticemq. Lycum.

LYCÆEVS, ei, p. p. *λυκαίητος*, Suidæ, Atticæ mons est, apud Plinium
 lib. 5. cap. 7.

LYCÆA, *ἡ λυκαία*, sacra erant in Lycæo Arcadiæ monte in honorem
 Panos fieri solita, quæ poëta ab Euando in Arcadiam translata
 Lupercalia dicta sunt, ut placet Ouid. lib. 2. Fast. Pausanias tamē
 in Arcadicis Lycæa Iouis sacra fuisse tradit, a Lycaone Pelasgi
 filio, ad Iouis Lycæi aram primum instituta. Vide Cœl. Rhodig.
 lib. 24. cap. 17.

LYCÆMBÆVS, a, um, p. p. Ouid. in Ibin: Tinæa Lycambæo sanguine
 neta dabit.

LYCÆVS, ei, *λυκαίος*, Arcadiæ mons, Ioui sacer, teste Pausania in
 Arcadicis, olim etiam Olympus *ἱερά κορυφή*, id est, sacer uertex ab
 ab incolis appellatus, quod Iouem ibi educatum existimarent.
 Ita quo etiam mōte Iouis Lycæi ara fuit, a Lycaone Pelasgi filio,
 primum consecrata, quam cum postea mactati pueri sanguine re-
 sperisset, in lupum dicitur esse transformatus. Erat ibidem & Io-
 uis Lycæi lucus, quem si quis lege spreta esset ingressus, annum
 superuiuere negabatur. Item fons insignis nomine Agno, tam
 admirabilis naturæ, ut re diuina ibi curiosus peracta, quernoq.
 ramo aqua leuiter cōmota, mox densus inde surgeret uapor, ne-
 bulæ affimilis, quæ nō multo post effecta nubes, aggregatis item
 aliis, largos demitteret imbres. Hæc Pausanias. Constat tamen
 Lycæi montē non soli Ioui, uerum et Pani sacrum fuisse. Virg. 1.
 Ge. Ipse nemus linquens patrium, saltusq. Lycæi, Pan onium
 custos, tua si tibi Mænala curæ, Adhis o Tegææ fauens. Hinc et Ly-
 cæus passim a poetis cognominatur. Idem 1. 8. Aen. Gelida mon-
 strat fuff rupe Lupercal, Parrhacio dictū Panos de more Lycæi.

LYCÆMBÆVS, bis, per tertiam uel licambes, bæ, per primam declina-
 tionem, *λυκαίητος*, Neobules pater fuit, qui cum filiam Archilo-
 cho Poetæ despondisset, posteaq. penitentia ductus non tradidisset,
 tam acerbo carmine ab eo est perfrictus, ut una cum filia la-
 rata tolli uiderit. Hor. in Epod. Ode 7. in malos asperimus pa-
 rata tollo cornua, qualis Lycambæ speretus infido gene r.

LYCÆON, p. p. geniti. Lycaonis, p. c. *λυκαίων*, Arcadiæ rex fuit, Pelas-
 gi filius, quē Iuppiter quod arā suam in Lycæo monte, mactato
 puero sanguine resperisset, in lupum mutauit: ut scribit Pausa-
 nias in Arcadicis. Ouid. tamen 1. r. Met. omnino aliā tradit trans-
 formationis huius causam: quæ sic habet: Iuppiter aliquando cū
 multa de humani generis impietate inaudisset, neque tamen om-
 pia crederet, ut rem omnem certius exploraret, relicto cælo, in
 terram descendit, aliquotque regionibus peragratis, tandem sub
 noctem in Arcadiam peruenit ad Lycaonis regiam, ubi cum se
 Deum esse significasset, uulguisque se ad sacrificia accingeret, irri-
 dens crudelitatem eorum Lycaon, ea ipsa nocte se periculum fa-

aturum esse dixit, deum ne a mortalem hospitio suscepisset, comatusque est noctu dormientem interimere. Quod cum frustra tetrasset, alia ratione rem aggressus est. Habebat obides a Moloforum gente ad se missos. florum unum iugulavit, partimque asinum, partim elixum louti epuladum apposuit: Cuius rei immunitate indignatus Iuppiter, regiam Tyrannum immo fulmine exussit, ipsumque in suis fugientem, in lupum transformavit. Alius fuit Lycaon Nelei filius, & frater Neionis, quem Hercules capta Pylo, interemit. Alius item fuit ex Laocoithoe Atai Lelegum regis filia, quem Achilles in bello Troiano interemit, ut placet Home. lib. 2. li. Lycaon item faber insignis fuit ex Gnosto, Crætae urbe, artifex eius ensis, quem Ascanius dedit Euryalo: de quo Virg. 9. Aen.

LYCAONES, p. co. *λυκαῖνες*, populi Lycaonice, in finib. Cappadocice ad Taurum montem, qui & Lycaonii appellantur, Lycaones alia Ptolemæo. lib. 5. ca. 2. collocantur in finibus Lycie, non procul a Themizonis.

LYCAONIA, *λυκαονία*, Asiæ regio Cappadocice pars secundum Ptolemæum, ad Taurum montem pertingens ea in parte, qua Pamphyliæ imminet. Vrbes habet Iconium, Adopissium, Canna, Paralida, aliasq. complures, quas vide apud Ptolemæum li. 5. c. 6. Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia, a Lycaone rege, Pelagi filio, & a patre Arcadis, a quo deinde Arcadia dicta fuit.

LYCANTHROPIA, *λυκανθρωπία*, melancholicæ affectionis siue insanie genus est, quo qui afficiuntur, Lycanthropi *λυκανθρωποι*, dicuntur teste Aegineta, eo quod lupos imitentur, nocte & lectis exilientes & ad diem usque inter sepulchra diversantes, facie interim pallida, oculisq. arescentibus, & lingua, sitibundi quoque, cruribusque immedicabiliter exulceratis.

LYCASTES, *λυκάστη*, filia fuit Priami ex concubina, cuius amore flagrans Polydamas Antenoris & Theanus sororis Hecubæ filius, eam uxorem duxit. Fuit ite Lycaste meretrix nobilis, apud Drepanum Siciliæ urbem, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ cum Buten, Amynti Berytiorum regis filium hospitio exceperisset, eius concubitu usq. Erycem ei peperit. quo factum est, ut apud posteros creditum fuerit, Buten ex Venere Erycem genuisse. Vide supra in dictione Butes.

LYCASTVS, *λυκάστος*, urbs Crætae dicta a luporum multitudine, quæ ibi esse perhibetur. Strab. li. 10.

LYCEVM, p. p. [*Schola d' Aristotele*], *λυκειόν*, gymnasij celeberrimi nomen iuxta Athenas, in quo Aristoteles frequentissimo auditorio Philosophiam profitebatur quemadmodum Plato in Academiæ. C. 1. Ae. Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulans in Lyceo. Fuit & Lyceum gymnasium Ciceronis in fundo Tusculano, a nomine scholæ Aristotelicæ ita dictum, de quo libro 4. de Div. sic refert. Nuper cum essem cum Q. fratre in Tusculano, disputatum est. Nam quum ambulam di. cusa in Lyceum venissemus (id enim superiori gymnasio nomen est) Perlegi, inquit ille, tuum paulo ante tertium de Na. De. Huius nominis pe. producitur a Cicerone in versu illo: Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo, Fuderunt claras sæcundi pectoris artes.

LYCHNIDVS, *λυχνίδας*, Macedonice oppidum, sub Candavia monte situm, ad nam Egnatiam, quæ ab Apollonia, marique Adriatico, in intimam Macedoniam ducit. Auctor Strab. lib. 7. & Ptolemæus li. 3. ca. 15.

LYCHNIS, Coronaria, *λυχνίς, σεβασανθη*, herba est, quæ a Romanis Genicularis, seu Bellaria vocatur. Florem habet violæ albae magnitudine, sed purpureâ. Nectitur ad Coronas, Plin. li. 1. ca. 4. Romam Græcam adpellat: vulgus hodie Candelariam. Lychnis silvestris, *λυχνίς ἀγρία*, herba est latiniæ lychmidi per omnia similibus, cuius radicem Afini Bolitem vocant Diosco. a Romanis. Accipitrimum pedem appellari testatur. Penitus tamen diversa est a Lychmachia, siue Lutea, quam vulgus hodie Accipitrimæ pedis nomine agnoscit. Plin. li. 25. ca. 10. Lychnidem agrum scribit esse herbam lino similem radice nulla, flore hyacinti, semine vitulinarum narium similitudinem referente. alioque nomine Antirrhini non, siue Anarrhinon adpellari.

LYCHNITES, [*Marmor bianco*], p. p. *λυχνίτης*, marmor album, quod in Paro insula effodiebatur: sic cognominatum, quod ad lucernam in unicalis caderetur, sicut Plin. li. 36. c. 5. testatur. Est etiam hoc nomine gemma ardens, ita dicta a lucernarum accensarum præcipua gratia. Plin. li. 37. ca. 7.

LYCHNITIS, idis, *λυχνίτης*, lacus est in occidentali tractu Macedoniae, sub Carnania monte, cui imminet oppidum nomine Lychnidus Vide Stephanum, de urbibus, & Stradi. 7.

LYCHNITIS, idis *λυχνίτης*, herba est ex Phlomidis generibus, alto noie Thyallidis dicta, foliis ternis, aut quaternis, crassis. pinguib. plumosis. ad lumina lucernarum utilis. Auctor Plin. li. 25. c. 10. C. Q. Fr. Nec scripti ad lycnum ligneolum. alias lycnuchum.

LYCHNITI, *λυχνίτες*, dicti sunt, qui loco dierum noctibus, utuntur, &

ad lucernas vivunt, quasi lucernarii. Seneca ult. epinil consumebat, nisi noctem. Itaque crebro dicentibus illum quibusdã quarum & sordidum, Vos inquit, & lychnobiom dicetis.

LYCHNVCIVS, [*Lucerniere. Gal. Vn Chandelier, ou qui soutient la lampe, qui tient la chandelle: u autre lumiere. Hisp. Donde se pone el candil.*] *λυχνύχιος*, Græce nominatur, quicquid lucernas sustinet, siue id sit candelabri genus, siue homo quilibet lucernam gestans. Plin. li. 34. ca. 3. Placuerit & lycnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes.

LYCIVS, *λυχνύχιος*, [*Lucerna, lume. Gal. Lampe, lumiere, chandelle. Hisp. Candil, lumbré.*] *λυχνύχιος*, Græcis idem est, quod nobis lucerna *παρα τὸ λυχνύχιος*, hoc est ab eo quod tenebras soluat. Virg. 1. Ae. Dependet lychni laquearibus aureis. Hinc lychnitium, *ἐλλυχνιον*, dicitur funiculus, qui lucernis adhibetur, ut affuso oleo flammam nutriat. Lychni pensiles, lucerae erant multas lucentes mixtas, quæ ex laquearibus suspensa, totum illustrabant triclinium.

LYCIA, *λυκία*, regio minoris Asiæ, inter Pamphyliam, & Cariam sita, olim (si poetarum fabulis credimus) Chimææ monti ignibus infestata. Cuius fabulæ occasionem præbuit Chimæra eius regionis mons, crebro ignem eructans. Dicta est autem Lycia a Lyco Pandionis filio. Urbem habet Pataram Apollinis oraculo celebratam: a quo Apollo Patæus cognominatur.

LYCIDAS, *λυκιδᾶς*, nomen Centauri unius ex iis, qui Pirithoo Hippodamiam ipsam eripere conati, a Lapithis interepri sunt. Qui. 12. Ae. At non Euryonymus, Lycidasq. & Aræus, & Imbreus Elygere necem Est & nomen pastoris apud Virg. 9. Eclo.

LYCIMIVS, siue potius Licymnius, *λυκύμιος*, avus maternus Herculis, quem Tepelemus eiusdem Herculis ex Astiochia filius, iam ætate procreatum interfecit, Auctor Homerus in. Catalogo.

LYCISCA, nomen canis proprium, a lupi (ut videtur) similitudine impositum, siue ab eo quod lupum coerceat, Virg. 3. Eclo. Multum latrante Lycisca: Serenus Lyciscas vocare arbitratur canes ex lupo & cane femina natus: cuiusmodi in Cyrenaica Libya significat Aritotiles Plin. li. 8. c. 21. Hoc genus hybridas Crocutas vocat, omniaque dentibus frangere ait, & deorata portinus concoquere.

LYCYM, *λυκίον*, Dioscoridi, spinæ genus folia habens buxetis similia: unde & Pyxacanthâ appellatur. Virgas habet tricubiales, quibus cum radicibus tuis, succoque expresso, fit medicamentum, quod & ipsum Lycium appellant. Nascitur hæc spina copiosissime in Lycia Asiæ regione, teste Dioscoride: unde & nomen videtur accepisse. Plin. li. 24. ca. 14. Lycium præstantius e spina fieri tradunt, quam & Pyxacanthon Chironiam appellant.

LYCIVS, *λυκίος*, Apollinis cognomen, a lupi natura, ut quidam putant, impositum. Nam sicut lupi pecora capiunt, ita ipsa humorê. haurit radis. Vel *ἐπὶ τῆς λυκίης*, quo nomine Prisci Græcorum dicebât, lucem illam, quæ præcedit Solem. Vel (quod verius puto) a Licia Asiæ regione in qua præcipue colebatur. Habet enim ea regio Pataram urbem Apollinis oraculo insignem.

LYCIVS, gentile. Virg. 1. Aen. Vnam, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontê. Item Lycius, a. um, adiectivum: ut, Lyciæ sortes, apud Virg. 4. Aen. id est, sortes Apollinis qui in Lycia apud Pataram respondebat.

LYCOTHONON, *λυκοκτόνον*, aconi genus ita dictum, quod eo, in erudæ carnis ossis occultato lupos necent venatores. uide Dios. lib. 4. ca. 66.

LYCOMEDES, *λυκομήδης*, Scyri insulæ rex, cui Thetis filium suum dormitè præceptore suo Chirone clauu raptum servandû tradidit, ut ibi inter eiusdem regis filias (erat enim facie venusta & puellari, ita ut facile pro puella sese gereret) muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellum Troianum, a quo illum non reversurum esse sciebat, proficisci cogeretur. Apud quem cum delitasset, Deidamiam regis filiam intravit, & ex ea Pyrrhum suscepit. Fuit & alter Lycomedes Creontis filius, cuius meminit Homer. l. 6. Iliad.

LYCON, *λυκων*, philosophus Peripateticus fuit ex Troade Asiæ regione, in dicendo adeo suavis, ut pro Lycone Clycon nomina retur: tracto nomine a dulcedine. Hic fuit cultu & vestium mollitè nitidissimus. Luctu pilari lusione exercebatur. Perit podagra morbo annos natus septuaginta quatuor. Fuit præterea Lycoc quidam orator, unus ex accusatorib. Socratis, de quo Laertius in vita Socratis. Fuerunt & alii eiusdem nominis, quorum meminit idem Laertius.

LYCOPHRON, *λυκοφρων*, poeta, patria Chalcidensis, natura quidem Sophoclis Gramatidi, adoptione vero Lyci Rhagini historici filius, inter septem potas, qui Pleiades dicebatur a numero Bellarum, a Philadelpho Pto receptos Erat aut hi Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philæcus, Homer. iunior, Lycophron. Tragedias eius enumerat Suid. Scripsit & Alexandram, poema valde obscurum, in quo meminit de Vaticiniis Cassandrae

dræ, exorsusq. ab Hercule, & rebus Troianis, prosequitur usque ad Alexandrum Macedonem. De huius morte Ovid. in Ibis: Utque corhurnatum petijisse Lycophrona narrant, Hæreat in fibris fixa sagitta tuis. Alius fuit Periandri Corinthiorum regis filius ex M. Iulæ, Proclis Epidauriorum Tyranni filia, quam cum Periander gravidam ictu calcis occidisset, Lycophron cum Cypselo fratre suo ad Proclum se recepit. Verum repetente filios Perian dro, cum Procles eos dimittere cogeretur, flens eos admonuit, meminisse eos debere, quoniam matrem eorum occidisset. Quod uerbum tam alte Lycophronis menti insedit, ut Corinthus reuerfus abduci non potuerit, ut aut patrem prior salutarer, aut ab eo compellatus, uerbum ullum responderet. Qua filij pertinacia irritatus Periander, ædib. eum eiecit, edito simul proposito, Apollini ut facer esset, quisquis eum tecto reciperet. Cuius editi metu cum ab omnibus excluderetur, quarta demum die in colli cu quadam a patre inuentus, illuuiæ squallidus, & inedia tantum non enectus, blandeque ab eo inuitatus, ut posita pertinacia regni successiõnem miseriam præferret exitio, nihil aliud respon dit, quam caput eius Apollini dari, quod contra editum in col loquum suum uenisset. Periander itaq. animi ad tertens, grauius esse malum filij, quam cui facile mederi posset, in Corcyra (nam & illi imperabat) eum ablegandam curauit. Verum cum ingraue sceate iam ætate, Periander sibi conscius esset, se demiceps tyraa nidi administrandæ minus idoneum esse, missa ad Lycophronem sorore ad regni administrationem eum euocauit. Cui cum ille respondiisset, se patre uiuo Corinthum non reuersurum, hanc ei conditionem tulit Periander, sese in Corcyram concessurum, modo ipse ad Tyrannidis successiõnem sese Corinthum conferat. Id approbante filio, Periander concessa nauis, in Corcyram cursum tenuit, futurum ratus, ut filius mitteretur Corinthus. Que res eum magnopere fefellit. Edocti enim de his omnibus Cor cyreæ, qui Periandro male cupiebant, ut aduentum eius præterclu derent, Lycophronem interim int. quod facinus tam indigne tu lit Periander, ut insulam in ingressus, trecentos primorum Cor cyreorum pueros Sardis ad Halyattæ regem miserit castrados: qui tamen cum Samum appulissent, beneficio Samiorum serua ti sunt, & incolentes domum remisit. Vide Herodotum lib. 3. & Laertium in Periandro.

LYCOPHTHALMOS, λυκοφθαλμος; gemma est quatuor coloru ex ru tilo, & sanguineo: in medio nigrum candido ciangitur, ut luporum oculi, illis per omnia similis. Plin. lib. 37. c. 11.

LYCOPOLIS, λυκόπολις, urbs Aegypti, a lupis dicta, quod Aethio pas Aegyptum incurstantes, lupi facta acie usque ad urbem Ele phantinam repulerunt. Ibi Aegyptij Lycopolim condiderunt: a bestijs illis ei nomen imponentes, quas etiam pro dijs coluerat. Auctor Diod. lib. 2.

LYCOPSIS, λυκόψις, anchusæ species, longioribus quam lactuca fo liis, crassioribusque, caute longo, hirsutoque. Vide Plin. li. 27. c. 11. Galli linguam caninam appellant.

LYCORIS, idis, λυκορις, Volunnij Senatoris liberta fuit, uero nomi ne Citheris dicta, misere a Cornelio Gallo adamatæ, quo tamen spreto Antonium in castra sequuta est. Virg. 10. Ecl. Tu cura Ly coris Perq. niues alium perq. horrida castra sequuta est.

LYCORMAS, λυκορμας, Steph. fluius est Aetoliæ, fluxus arenas uol uens. Hic postea Euenus ab Eueno rege Aetoliæ, qui se in illum præcipitauit, appellatus est, teste Strab. lib. 7. Ouid. lib. 2. Met. Arlursusq. iterum Xanthus, flauusq. Lycormas.

LYCOS, λυκος, minimum aranei genus, a rapacitate dictum. Plin. lib. 30. c. 6. Araneus, & maxime, qui Lycos uocatur, dolenti medetur lieni. Idem alibi Lupum appellat, ut lib. 11. cap. 24. Luporum no mine minimi non texunt.

LYCTIVS, λυκτιος, gentile: ut, Lyctius Idomeneus, apud Virgilium 3. Aeneid.

LYCTVS, λυκτος, Cretæ urbs, edito in loco sita: unde & Lython quidam appellauerunt, teste Stephano, de urbibus, & Strabo libro decimo.

LYCVREVS, λυκέρως, nobilis Spartiata fuit, Polydectæ filius, & frater Eunomi Lacedæmoniorum regis: cuius etiam in regnum successit, ignarus Eunomum uxorem gravidam reliquisse. Quod ubi primum cognouit, posito regis nomine, Proclis, hoc est, tu toris nomon dampnat, regique adulto (Charilao ei nomen erat) regnum fideliter restituit. Verum cum ciuitatem pessime institu tam animi uerteret, ad constituendam salubrioribus legib. tem pu. animam idiecit. Conscriptis itaque iis, quæ longa peregrina tione didicerat ciuitati utilia fore, Delphos sese contulit, ut Dei quoque consilium in re sanctissima exploraret. Cumque Pythia consilium eius a Phœbo maxime probari, Deique potius, quam hominis inuentum esse respondiisset, alacrior ad peragendum in stitutum factus, foro aliquot armatis occupato, leges suas perfert. Quib. cum iam ciues medioctiter assuefactos uideret, ut quas tu lerat leges æternas quoq. redderet, hanc rationem commentus

est. Simulat arduum adhuc quiddam superesse, quod ad ciuitati salutem pertineret, quod tamen inconsulto oraculo aggredien. dū non esset: eaq. de ca. Ma se Delphos proficisci uelle. Interim tamen reip. intereire, ut leges, quemadmodum latæ erant, in redi tum suum inuolatz seruarentur, idq. ita futurum, primum a re gibus, deinde a ceteris omnibus iusturandum exegit. Profectus itaque Delphos, cum Pythiam respondeantem audisset, nihil legi bus illis absolutius esse, felicissima n. que fore ciuitatem eam, in qua illæ quam diutissime seruarentur, constituit sibi amplius in patriam non esse redeundam, ne illi aliquando iureiurando sola ti leges suas exciterent. Misso itaque Spartam oraculo, amicos que itineris comites amplexus, iisque dimissis, Cyrrham conce s. sit, ubi mox suis sibi manibus necem conscinit. Quamquam alij Crissæ, nonnulli etiam in Creta interuisse uolunt: ubi etiam sepul crū eius apud Pergameam urbem ostenditur. Spartiani mortuo sacellum consecrarunt, & ob singulariam eius in patriam merita diuinos ei honores tribuerunt. Vide latius uitæ eius apud Plutar chum. Fuit & Lycurgus quidam Nemeæ rex, & pater Arhemori, alium Hypsiphyles: cuius meminit Str. lib. 5. & 6. Theb. Fuit & Lycurgus alius, Thraciæ rex, filius Dryantis, qui quod Thracas immoderate uino deditos cõspiceret, uites omnes toto regno ex cidi iussit: ut scribit Plutarchus eo in opusculo, quod de poetarū uilitate con scripsit. Hiæc datus est Poetis locus fabulæ, Lycurgum in se tisi n. Bacchum odio profecutum esse, adeo, ut & nut rices filius, in Nyssa latenter persequeretur, & Baccho ipsi tantū terroris iniecit, ut præcipiti fuga, transito mari, in Naxum se receperit: Ipo que uita nimum ita Lycurgum in furem con uertit, cum ut s. quoque, ne Baccho in poterum libaretur, excedere uellet, ubi sibi succidisset. Hæc est ille Lycurgus, cuius meminit Virg. 3. Aea. Terra procul ualtis colitur Mauortia cam pis Thracæ arant, æri quondam regnata Lycurgo.

LYCVRGVS, λυκός, u. p. p. λυκός, denominatum a Lycurgo dedu ctum. C. ad. Ital. 1. Nominetipsi, qui Lycurgei a principio fuisse eum, quocumque demitigant. Vbi interpretes Lycurgei, id est, opti mate legum affectæ, & propugnatores, qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Suidæus seuerissimum interpretatur.

LYCVS, λυκος, Bæotiæ rex fuit, qui Antiopeam Nyctei regis filiam uxorem duxerat: quam postea, cum a Ioue in Satyrum conuerso com pressam cognouisset, repudiavit, Diræq. uxorem duxit, quæ ue rita ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctissimis eam in uinculis asserauit: quibus Iouis miseratione dissolutis, in Cithæ roæm profugit, ubi Amphionem & Zetum peperit: qui postea a patre, qui ipsos nutrierat de Lyci murtijs edocti, eum una cum uxore interfecerunt. Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui id temporis, quo Hercules ad inferos descenderat, rei bene gerendæ occasionem sibi oblatam ratus Creonte occiso, regnū Thebanorum occupauit: cuius iam Megaræ Herculis uxori uim inferre pararet, opportuno illius reditu oppressus est, & cum suis omnibus interfectus: ut est uidere apud Senecam in Hercule fa rente. Fuit item Lycus quidam ex Aenæ comitibus: de quo Vir. 1. Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum Fata Lyci.

LYCVS, λυκος, fluius est Ponti, præter Heracleam Maryandinorum in Pontum Euxinum influens. Auctor Plin. lib. 2. c. 103. Alius icē est eiusdem nominis, fluius in Asia, Laodiceam præterfluens: cu ius meminit idem Plin. lib. 5. c. 29. Est itē Lycus Germaniæ fluius, Rhætos dirimens a Vindelicis, & præter Augustam Vindelicorū in Danubium illabens, teste Ptol. lib. 2. c. 12.

LYDDA, λυδδα, Iudææ oppidum, ad occasum Iordanis fluii, teste Ptol. lib. 5. c. 26. & Plin. lib. 5. c. 14. vulgo Rama.

LYDIA, λυδία, regio Asiæ minoris, Cræso rege & Pactolo aurifero flumine notissima, quæ fl. xiosus Mæandri amnis recurrib. persua sa, super Ioniam procedit, Prygiæ ab exortu Solis uicina, ad Se ptentrionem Mysiæ, Meridiana parte Cariam amplectens. Ly dia dicta est a Lydo Atyos filio cū antea Meonia uocaretur. Vr bes habet Philadelphiam, Hypepas, Magnesium, & Sardis Cræsi regiam, & eiusque regionis caput. Huius regionis incolæ Lydi di cuntur, qui teste Herod. lib. 3. primi aurum argentumque signa runt: primiq. caupones, inlicitoresq. fuerunt.

LYDVS LAPIS, λυδία λίθος, coticula est, cuius attritu aurum prodit ur cuiusmodi sit: alio nomine Heraclius lapis uocatur, teste Theophrasto de Nat. lapidum. Latini etiam Indicem appellant, in quem Batus ille pastor apud Ouidium transfiguratus iungitur, manente nimirum etiamnum prodendi studio. De hoc meminit Plin. lib. 33. cap. 8. his quidem uerbis: Auri, Argentique men tionem comitetur lapis, quem Coticulam appellant, quoadam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, ut auctor est Theo phrastus, nunc uero passim, quem alij Lydium uocant. Cice. pro Flac. Quis unquam Græcus comædiam scripsit, in qua seruus pri marum partium non Lydus esset, his coticulis perici cum e uena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argenti, uel græis, scrupulari differentia, mirabili ratione

ratione non fallente. Vicem autem prouetbij habet in eos, qui uehementer acris, & aq. iudicio sunt.

LYDVS, Λύδης, Herculis filius ex Iole. Alter filius Arjos, & frater Tyrrheni: a quo Lydia regio est appellata. Nam, cum propter terræ fertilitatē Mæonia populū iuum alere non posset, Tyrhenus sorte iacta discedens, cum ingenti multitudine ad Italiā ueniens, eam tenuit partem, quæ ad mare inferum uersa est, & a se Tyrrenum nominauit, mareque ipsum Tyrreum; Lydus uero remanens, Mæoniam de suo nomine uocauit.

LYGDAMVS, Λύδαμος, Naxius quidam fuit, Pisistrato in recuperanda tyrannide adiutor. Herod. lib. 1.

LYGDANVM, oppidum Teuthraniz, quæ Myfiz pars est, teste Plin. lib. 5. cap. 30.

LYGOS, seu **Lygus, Λύγος**, frutex est ad iustæ pene arboris magnitudinem excrescens, in asperis nascens locis, & fere in fluminum ripis, ramos habet longos, folia oliuæ, sed molliora. Duo eius sunt genera, unum flore partim albo, partim purpureo, alterum flore purpureo tantum, & semine pipeti non dissimili. Ratio nominis ducta est a ramorum flexibilitate. Nam *λύγος*, a Græcis dicitur uimen. Ob quam etiam rationem a Latinis Vitex dicitur. Officiniæ uocant Agnum castum.

LYMIRA, oppidum est Lyciæ, cum fluuio eiusdem nominis, in quem Arycæadus influit, teste Plin. lib. 5. c. 27. Ptol. transpositus uocalibus *Λιμυρα* appellat.

LYMPHA, [*Ασφα*], a nostris aqua per mutationem u, in l, quasi *lympha*. Nam Græce dicitur *λύφω*. Virg. 4. Aen. Dic corpus properet fluuiali spargere lymphæ.

LYMPHATICI, [*Μυρταχχί, furiosi*], *λυμφοίητες*, furiosi, insanientes: quasi nympharum conspectu in furorem uersi. Nam creditum est ab antiquis, ut inquit Festus, qui in fonte speciem quandam. i. imaginem nymphæ uidisset, furore corripit, quos Græci *λυμφοίητες*, Latini Lymphaticos uocant. Lin. 10. ab urbe: Ita uictorem equitatum uelut lymphaticus pavor dissipat. Tales sunt fere ii, qui territi & laruati dicuntur: quasi Cereris ira, aut laruarum occurrence uexati. Plautus: Laruatus certe es, aut Ceritus. Et alibi: Tibe hanc pro cerita circumferri.

LYMPHATIO, onis. Plin. lib. 3. c. 15. Et præfixisse in limine e sepulcro euulsos clauos, aduersus nocturnas lymphationes.

LYMPHOS, as, uerbum actiuum, a Lympha, [*Insuriare*], *ἐκμολύω*, in furorem ago. Val. 3. Argon. Lympha quies: deus accipiente lymphauerat urbem. Id est, turbabat, & in belli furorem uerterat. Eius passio usus est Plin. lib. 4. cap. 17. Hæc herba epota lymphari homines. Aliquando etiam legitur Lymphor deponēs, teste Prisciano, ut apud Curtium: Quippe lymphari, trepidare cœperunt, omnia pectora occulto metu percurrente. Nisi forte ibi malimus legere Lymphati. Cic. de Diu. Flexamina tamquam lymphata ut Bacchi sacris commota. Est autem Lymphatus idem quod insanus, uel furore correptus. Hor. lib. 1. Carm. Mentemque lymphatam Marcotico Redegit in ueros timores. Virg. 4. Aen. Immensam sine more sit lymphata per uicem. i. mente commota, furcata. Plin. lib. 30. c. 10. Rursus pagi tradunt lymphatos sanguinis talpæ aspersu respiscere. Metu lymphato tropidare. Luc. lib. 7. Pectora lymphata. Ouid. 11. Met.

LYNCESTIS, Λυκκίσις, Macedoniæ fluuius est, cuius aqua pota non minus ebrietatem inducit quam si quis uino se ingurgitasset. Plin. lib. 2. c. 106. Lyncestis aqua temulentos facit.

LYNCESTIS, idis, *λυκκίσις*, Macedoniæ regio, in occidentē uersa, cuius caput est Heraclea, teste Ptol. lib. 3. c. 13. Huius incolæ dicuntur Lyncestæ, quorum meminit Plin. lib. 4. c. 10.

LYNCESTIVS, a, um, Ouid. 1. 5. Met. Hunc fuit effectus dispas Lyncestius amnis, quem quicumque parum moderato gurgite traxit, Haud aliter titubat, quam si mera uina bibisset.

LYNCEVS, a, um, per tres syllabas, & pe. p. *λυκκίς*, denominatiuum est a Lynceus formatum. Ouid. 5. Fast. Pectora trāfectus Lynceus Castor ab ense, Non expectato uulnere pressit humum. Vltor adest Pollux, & Lynceæ perforat hasta, Qua ceruix humeros cōtinuata tegit. In primo carminæ. Lynceus, est adiectiuum, in tertio Lynceæ, est accusatiuus: a Lynceus primitiuo.

LYNCEVS, dissyllabum, huius Lyncei, uel Lynceos penult. obliquorum corr. *λυκκίς*, umus ex Argonautis, tanta oculorum acie præditus, ut diceretur uel parietem uisu penetrare, & (ut ex historicis nonnulli prodiderunt) nouissimam Lunam, primamq. eodem die in signo arietis conspiceret: quod paucis mortalium contigit uidisse. Vnde Val. lib. 1. Arg. Solus trāsibit nubila Lynceus. Hunc Varro centum triginta millia passuum prospexisse scribit, solitū que exeuntem a Carthagine classem Punicā, numerumq. nauū, ex Lybicana specula manifestissime notare. Solius refert fuisse Strabonē. Fuit & Lynceus alius frater Idæ, qui pro duabus Leucippi filiabus quas desponsatas Castor & Pollux rapuerāt, arma sumperunt, in itaq. pugna Castor Lycei, Lynceus Pollucis matrem occubuit. Idas uero, cum ipsum etiam Pollucem conaretur a-

doriri, immisso a Ioue fulmine interit. Vide Ouid. ad finem libri 5. Fast. Apollonius tamen in Argonauticis. Idem a Castore interfectum tradit: idque Lynceum per abietem uidisse, & Castorem occidisse.

LYNCEVS, a, um, pen. prod. *λυκκίος*. Ouid. 5. Fast. Pectora trāfectus Lynceus Castor ab ense. Interdum abiecta uocali subiunctiua penultimam corripimus. Hor. 1. Ser. Sat. Ne corporis optima Lynceis contemplare oculis. Est enim prius hemistichium uerius dactilici finis: nisi per finæ refim malis duas syllabas in unam contrahi. Homo Lynceus, id est, uehementer perspicax, quem non facile quis fefellerit. Cicero ad Varronem lib. 9. epist. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurras?

LYNCEVRIVM, Λυκκίριον, gemma est coloris subflaui, quam uetustas creditur ex lyncis urina concresecere: unde & nomen uidetur accepisse. In qua etiam sententia fuit Plin. lib. 8. c. 38. Item Ouid. 5. Metam. ubi sic habet: E quibus (ut memorant) quidquid uelica resinit, Vertitur in lapides, & congelat aere tacto. Recentiores tamen asserunt lyncis urinam non concresecere, quod etiam superioribus annis compertum est, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.

LYNCEVS, Λύκος, Rex Scythiæ fuit, qui missum a Cerere Triptolemam, ut hominibus frugum uinum commōstraret, susceptum hospicio, ut in se gloriam transferret, intermere cogitauit. Ob quæ rem irata Ceres, eum conuertit in lyncem feram uarij coloris, ut ipse uarij mentis extiterat. Hæc Seru. Ouid. 15. Met. Rex ibi Lynceus erat regis subit illa penates.

LYNDVS, Vide Lydus.

LYNX, mascul. uel fœ. g. [*Lupo corniere*]. *λύξ*, genitiuus Lyncis, animal est ex Lupo uim ceruariorum genere, uario colore, & maculoso tergo, acutissimoque uisu. Plin. lib. 28. cap. 8. Peregrinæ sunt & lynces, quæ clarissime omnium quadrupedum cernunt. Horat. 2. Car. Timidos agitare lynces. Virg. 1. Aen. Maculosæ tegmine lyncis. Huius urina in calculi duriciem uerti olim credebatur, & in lapidem eam concresecere, quem ob id Lyncurium appellant. Quod tamen falsum esse nuper compertum est, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.

LYRA, [*Λύρα*], *λύρα, χέλυς*, instrumentum musicū, in quo quot sunt fides, tot resonant uoces. Lyra dicta, quasi *λύρα*, propterea quod Apollini a Mercurio (qui eā primus creditur inuenisse) pro boū compensatione fuerit data, cum ante Chelys diceretur. Formam habet (ut inquit Plin. lib. 9. c. 10) testudinis. Horat. 1. Carm. Ode 10. Te canam magni Iouis, & Deorum nuncium curæque lyræ parentem. Lyra etiam signum cæleste est, Varr. 1. 2. de re rust. c. 5. Hoc secundum astrum exitum facito, quod Græci uocant Lyram, Fidē nostri. Lyra occidit quarto Nonas Februarii, uel certe Kal. Febr. idque noctu, teste Higino, quando occidunt terga Leonis. Ouid. 3. Fast. Illa nocte aliquis tollens ad sidera uultum, Dicet, ubi est hodie, quæ lyra fuisit heri? Qui poeticam Astrologiam scripserunt, uolunt hanc Lyram esse a Mercurio primam inuentā in Cyl. ene Arcadiæ monte & ab eo Apollini donatam: Apollinem autem inuenta cithara Orpheo Lyram concessisse, mortuo autem Orpheo, a Musis in cælo fuisse collocatam. Alii dicunt esse Lyram Arionis citharedi, qui floruit tempore Periadri tyranni Corinthiaci, & primus fuit omnium citharistarum.

LYRICVS, ca, cum, [*Da lira*]. adiectiuum, *λυρικός*, quod ad lyram pertinet. Hinc poetæ Lyrici, dicti quod ad liram sua carmina cantabant, itaque barburque eis chorus quinquaginta uiroꝝ ac tauro donabantur. Hor. 1. Carm. Ode 1. Quod si me lyricis uatibus inferis, Sublimi feriam sidera uertice. Modi Lyrici. Ouid. Epist. 20. Cum lyricis sim magis apta modis. Lyrica, orum, pro carminibus lyricis. Plin. iun. ep. 1. lib. 3. Scribit enim & utraque lingua lyrica doctissima.

LYRCEVS, pen. prod. *λυρικός*, fons Arcadiæ sub Cynuria monte, ex quo Inachus fluuius oritur. Auctor Strab. lib. 8. Stat. 4. Theb. Ares Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens Inachus. Steph. Lyrceum agri Argiui montem esse ait, indeque uicinam regionem Lyrceam appellari.

LYRCEVS, a, um, *λυρικός*. Ouid. 1. Metamorph. Iam pascua Lerna Constatq. arboribus Lyrcei reliquerat arua.

LYRCEIVS, a, um, per quattuor syllabas, *λυρικός*. Valer. Flac. lib. 1. Arg. Dominum Lyrceia tellus, Antraque depressæ tremuerunt conscia culpæ.

LYRICEN, cinis, pen. pr. [*Somatore di lira*]. *λυρικός*, qui lyra canit, Lyricus. Plin. iun. ad Genitorem: Quam multi, cum lestor, aut lyricus, aut comædus inductus est, calceos ponunt? Pro eodem etiam dicimus Lyricista, sicut Citharistes, & Citharista: idemq. significat, quod Lyricen.

LYRIS, Vide Lyris, per i, Latinum.

LYRNÆSVS, a, um, *λυρνήσιος*. Steph. nomen possessiuū. Vir. lib. 10. Aen. Lyræsius Acmon. Ouid. in ep. Briseidis ad Achilleam: Diru-

ea parte tunc Lyrnessia nomen uidi.

LYRNESVS, λυρνησός, Stephan. oppidum fuit Troadis ab Achille euersum, cum Priamo bellum ob Helenam a Paride filio raptam a Græcis inferretur, ex quo Briseida quoque abduxit occiso Minete eiusdem oppidi principe, que inde Lyrnessis ab Ouid. l. 4. Trif. appellatur. Fertur & abducta Lyrnesside tristis Achilles.

LYSANDER, λυσανδρος, Lacedæmoniorum Imperator, homo factiosus, qui odium totius Græciæ in Lacedæmonios concitauit. Huius ductu Lacedæmonii, Athenienses, ducemque eorum Cononem nauali prælio superarunt: paulo post tamen eodem duce a Canone superati sunt terrestri prælio, in quo & Lysander ipse occisus est. Reliquam eius uitam pete ex Plutar.

LYSIAS, λυσίας, orator Græcus, alter fuit Arcas, qui Lycaonem regno expulit.

LYSIADES, λυσιάδης, Atheniensis, Phædri philosophi filius: de quo Cic. Philip. 5. sic scribit, Lysiadem Atheniensem plerique nouimus, est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festiuus, ut ei cum M. Curio confessore eodem & collusore facillime possit conuenire, &c.

LYSIAS, λυσίας, Syracusanus genere, Cephali filius, unus e decem oratoribus, natus Athenis, quo pater se transtulerat. Puer Thurio coloniam migravit, rediit annos natus quadraginta septem, interque principes oratores habitus. De quo sic scribit Cicer. in Bruto: Tum fuit Lysias (inquit) ipse quidem in causis forensibus non uersatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans, quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere (nam plane quidem perfectum, & cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris) nihil acute inueniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdole, nihil uersute, quod ille non uiderit: nihil subtiliter dici, nihil presse, enucleate, quo fieri possit aliquid Lysiacius, nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum, uel uerborum granitate, uel sententiarum, quo quidquam esset elatius. Hæcenus Cic.

LYSICRATES, λυσικράτης, Atheniensis quidam in quem aliquoties inuehitur Aristophanes, quod capillos iam canos nigro tingeret, quo inuenis etiamdum uideretur. Erat autem alioqui sumus, & de formis, & furax, & largitor, adeo ut locum fecerit pro uerbo, λυσικράτης δειροδοκόν, σπράτι γός ἀθλωάων, hoc est, Lysicrates largitor Atheniensium Imperator. quo opportune utemur, cum significare uelimus, penes eos summam esse potestatem, qui ut honores largitionibus sunt adepti, ita eosdem turpissime habent uenales. Auctor Suidas.

LYSIDICE, λυσιδίχη, filia fuit Pelopis & Hippodamiæ, Pitthei soror, quæ Electrioni nupsit, & ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit, ut inquit Plutarchus. Alii uero, inter quos est Commentator Homeri, matrem Alcmenes non Lysidicen Pelopis, sed Anaxo Anaxi cuiusdam filiam dicunt.

LYSIDICEVS, ci. Cic. in An. Lysidicus ipse, in Græco uerbo qui omnia iura dissoluit.

LYSIMACHIA, λυσιαχία, Thraciæ Cherronesi urbs, ad Hellespōtum, ob terræ motum deserta. Plin. lib. 4. cap. 11. Fuit & Lysimachia Aetoliæ urbs, ad Hydram lacum, quam & ipsam sua ætate fuisse prostratam, scribit Strab. lib. 10.

LYSIMACHIA Plinio, λυσιαχίον, Diosc. herba est, quæ uulgo Salicaria dicitur, siue quod folia habeat salicis, siue quod subter salices nascatur. Dicitur Lysimachia, siue ab inventore Lysimacho, siue παρὰ τὸ λύνει τὴν μίχην. Refert enim Plin. tantum huic herbæ componendorum diffidiorum uim inesse, ut discordantibus iumentis, iugo imposta asperitatem eorum cohibeat.

LYSIMACHVS, λυσίμαχος, Agathoclis filius è successoribus Alexan-

dri Magni Pergamo præfuit, ubi thesauri regis fuerunt. Hic illustri quidam Macedoniæ loco natus, uirtute illustrior fuit: amore literarum ac philosophiæ ardebat adeo, ut Callisthenem uincere ab Alexandro adfectum atque in uinculis habitum, de uirtute disserentem sapius audiuerit, poculumque ei, ac remedium miseræ optanti prop nauerit. Quod agre ferens Alexander Iysimachum leoni obiecit, sed ille uiribus fretus rem posteris prodendam fecit, manum amiculo conuolutam in os leonis inferens, adrepta lingua feram exanimauit: quo facto uehementius postea Alexandro dilectus, & apud eum in honore maximo fuit. Vide Trogum. lib. 15.

LYSIMACHVS, λυσίμαχος, natione Acarnan, Alexandri pedagogus, secundas post Leonidem obtinuit, nullo urbanitatis genere præditus, nisi quod se Phœnicem: Alexandrum Achillem. Philippum uero Peleum nuncupabat: Auctor Plutarchus in Alexandro Magno. Lysimachus item alius fuit, patria Atheniensis, Aristidis Iulii filius, qui ob memoriam patrum in temp. meritum adeo charus populo fuit, ut cum a patre profusus inops relictus esse, (fuit enim Aristides adeo pauper, ut in defuncti edibus nihil præter uerum ferreum fuerit inuentum) publico tamen decreto centum ei agri consti, totidemque inculti iugera in Eubœa fuerint assignata, centumque minæ ex publico numeratæ, & quaternæ drachmæ, in singulos dies. Vide Plutarchum in uita Aristidis, & Demosthenem in oratione aduersus Leptinem.

LYSIPPE, λυσιππη, una fuit filiarum Præti, quæ quod se Iunoni præferre non essent ueritæ, tanto furore correptæ sunt, ut per agros discurrentes, se uaccas esse crederent. Vide Iphianassa.

LYSIPPVS, Sycionius clarissimus statuarius, qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur, quorum singula arti claritatem dare potuissent. Hic, teste Quintiliano, ad ueritatem optime accessit: quam ob rem etiam Alexander ille Magnus ab uno Lysippo se fingi uoluit, ut pingi ab Apelle. Hora. li. 2. Epist. ad Augustum: Edicto ne ueritæ, ne quis se præter Apellem, Pingeret, aut alius Lysippo duccret ære Fortis Alexandri uultum simulantia. Lysippus item poeta comicus cuius fabulas enumerat Athenæus.

LYSIS, huius lysis, & lyfios, λύσις, id est solutio, a λύω, soluo. Cic. 3. Tul. Ex quo ipsam agritudinem & λύσις, Crypsippus, quasi solutio nem totius hominis appellatam putat. Lysis in architectura, hiatus est ianuarum, id est solutio continui parietis. Vitru. lib. 6. c. 10.

LYSISTRATVS, p. c. λυσίστρατος, Lysippi statuarij frater fuit, qui primus signa ex gypho finxit. Vide Plin. lib. 35. cap. 12.

LYSIVS, λυσίος, Liberi patris cognomen apud Bæotios, ἀπὸ τῶ λυέω, hoc est a soluendo impositum. Ferunt enim Bæotios aliquando a Thracibus deprehētos, partim captos, partim in fugam uersos fuisse: ex quibus cum non nulli ad Throphonii specum confugerent, uisum est iis noctu astantem Deum Liberi patris sibi auxilium promittere. Quo somnio alacriores redditi, Thracas ex insidijs adorti sunt: quos cum uino somnoque obrutos inueuissent, nullo negotio superarunt. receptisque suis, cum in patriam redissent, Dionysio cognomento Lysio templum consecrarunt. Auctor Heraclides Ponticus. Iulius Pollux, deos omnes qui auertū candi mali gratia colebantur, Lysios uocari ait, quos & ἀλεξίκακους, & ἀποτροπαυεις, Græci nominant.

LYTAE, λυταί, exigua Thessaliæ regio, circa Peneū amnē: sic dicta, quod Neptunus, dissipatis aquis, Tempe ab inundatione liberarit.

* **LYTHIRAMEVS**, λυθιραμβος, Bacchi cognomen. inde impositum, quod eo ex Iouis femore in lucem prodituro, Iuppiter inclaimarit, λυθιράμια, id est, solue futuram.

LYTTA, λύττα, uermiculus, qui nascitur in lingua canum. Plin. 29. c. 5.

LYTHEA, p. p. λυθηα, Acarnaniæ oppidum, apud Stephanum.

Le Land des Deuix Virgins
Deuxieme Partie

SECUNDA PARS CALEPINI

CONSVLI. ENIM. STUDIO SVRVM. COMMODO. PVAVIMVS
SI. DVAS. IN. PARTES. TOTVM. VOLVMEN. DIVIDEREMVS

QVO. TRACTARI. POSSET. ATQVE. IN. MANIBVS. HABERI
SINE. VLLO. LABORE. AC. MOLESTIA
VEL. A. PVERIS. ET. SENIBVS. INFIRMIS

DE LITTERA M



LITTERA una est ex ijs, quas Græci Grammatici *ἡμίφωνοι ἀπλά, καὶ ὡμοταβολε*, hoc est semiuocales simplices, & immutabiles, Latini liquidas appellant: quam quod molestum in fine dictionis solum habeat, & quendam quasi mugitum, non nisi egre compressis labris eripientem, Latini poetæ (nam Græcis nulla dictione in *μ*, definit) uocali subsequente per Ellipsim elidunt. In compositione, & derinatione migrat in *n*, sequente *d*, uel *t*, ut, Tantum, tantundem: Idem, identidem: Eorum, eorundem.

M A N T E A

MA, accentu circumflexo, *μά*, mulier fuit una ex ijs, quæ Rheâ sequebantur, cui Iuppiter Bacchum tradiderat educandum: quæ interrogata a Iunone, cuius esset infans, areos, hoc est, Martis, respondit. Vnde factum est, ut Bacchus apud Caras Masaris fuerit appellatus. Ipsa quoque Rheâ Ma appellata fuit: cui Lydi taurum immolabant, unde Lydiæ urbs Mastaura fuit nominata. Vide Steph. in dictione Mastaura.

MACAE, *μάκρη*, Steph. populi sunt felices Arabiæ, Carmanis oppositi, nardo, myrtha, & ture abundantes. Auctor Mela lib. 3.

MACAREAE, *μακαρέμ*, urbs Arcadiæ, a Macarco Lycaonis filio condita, quam Steph. a Romanis Beatam uocari tradit.

MACAREATES, *μακαρεάτης*, eodem Stephano teste, gentile est.

*MACAREVS, Aeoli filius, qui cum Canace sorore concubuit.

*MACARIA, Herculis filia fuit. Et olim Cyprus in insula, ob insignentem fertilitatem Macaria dicebatur. Pl.

*MACARIVS, uiri proprium: de quo Suid.

MACAROS, *μάκαρος*, nomen Cretæ insulæ, a temperie cæli. Plinius lib. 4. cap. 12.

MACCABAEVS, *μακκαβαίος*, nomen barbarum, quo uocati sunt uiri illi fortissimi, apud Sacras litteras celebratissimi.

MACCO, opidum Brachmanarum in India. Pl. li. 6. c. 17.

MACEDON, *μακεδών*, Pindi montis Thessaliæ regiuncula. Herodotus lib. 1.

MACEDONIA, *μακεδονία*, latissima Europæ regio, duob. olim regibus, & terræ imperio clarissima, antea Aemonia, & Emathia appellata, quæ a tenuibus initijs, regum prudentia, gentisq. fortitudine eo magnitudinis excreuit, ut centum quinquaginta facta fuerit populorum. Hanc a Septemtrione a Dalmatia Moesiaq. montana seiungunt: ab occasu mari Adriatico, siue Ionio, ab ortu Aegæo abluitur. Meridianam oram Epiroticæ gentes, & ipsa Græcia excipit. Dicta Macedonia a Macedone quadâ Osiridis, siue (ut Steph. & Solinus scribunt) Iouis filio, & Thyiæ filia Deucalionis. Hinc Macedo ex Macedonia ortus, & Macedonicus, & Macedonianus. Vnde Alexander Macedo, mare Macedonicum, & Sarissa Macedonica apud Ouil. li. 12. Met.

MACELLARIVS, *rij*, [Colui che uende il companatico. Gal. Vendeur de toutes viandes. Hisp. El carnicero, o el que uende pescado y otras cosas.] *μαχαρίης*, uenditor eorum, quæ ad uictum pertinent, non solum carniuum, sed omnium oblationum, quinetiam panis & folumentum, nã hæc omnia in macello uenumdabantur. Var. li. 3. c. 4. Duo sunt orationis generum delectationis, alterum fructus caussa: quo genere macellarij habent loca clausa. Suet. in Cæs. Quæ ad epulã

pertinebant, macellarijs oblocata.

MACELLOTA, *α*. Vide Macellum.

MACELLVM, *li*, *δ' ὀπωλείον*, locus Romæ, quo uenalia omnia, quæ ad uictum humanum pertinebant, contraherantur. Cic. 2. de Diuin. Putarem annonam in macello cariorem fore. Dictum Macellum, teste Varrone, & Festo, a Macello quodam homine improbissimo, qui in urbe latrocinium exercebat: quo damnato, censor Aemilius, & Fuluius statuerunt, ut in domo eius oblonia uenderentur, redactis in ærarium eius bonis. Alii Macellum dictum putant, quod ibi fuerit hortus, quem macellum a Lacedæmonijs appellatum ferunt, Et Iones oitia hortorum Macello:as uocabant, ut ait Var. lib. 4. de lingua Lat. Donatus a macandis pecoribus deriuat.

MACELLVS, *a, um*, [Magro, macilento.] deminutium a Macer, pro macilento. Lucil lib. 6. Non magnus homo est, nasutus, macellus. Nonius. Fuit præterea Macellus hominis improbissimi nomen, de quo proxime diximus.

MACRO, *ces, cui*, [Smagrisi. Gal. Estre maigre. Hisp. Emmagrescerse.] *μακρομαί*, idem quod macro, hoc est, macer sum. Pla. in Aul. Qui ossa, atque pellis totus est, ita cura macet. A quo Macesco, scis, macer fio. Col. li. 2. ca. 9.

MACER, *a, um*, [Magro. Gal. Maigre. Hisp. Magro.] *μακρός, λεπτός*, exsilem extenuatumque significat. Virg. 3. Æl. Pingui macer est mihi taurus in arno. Col. li. 2. ca. 9. Vel pinguisima uel macerrima humo. Siptonius a Græco *μακρός*, deduci putat. illi enim *μακρός*, longa dicunt, quæ autem tenuia sunt, longiora uidentur. Macer *μακρός*, est etiam poetæ proprium, qui de herbarum uiribus scripsit.

MACERESCO, [Macerarsi, mollificarsi. Gal. Se destremper & amollir. Hisp. Remojarse.] *μακρῶς, αἰνομαί*, maceror, hoc est mollificor. Cat. de re rust. c. 29. Frumento curculio ne nocet, lutum de amurca facito, palearum paulum addito, finito macerescat.

MACERIA, *α*, & Maceries, *ei*, *μαχάριος*, paries, uel congeries lapidum in unum compactorum, cuiusmodi parietes fere eos esse uidemus, quibus uinæ claudi solent. Terent. in Adelph. Iube hanc maceriam dirui. Varro tamen aliter libro tertio, de Re rustica, cap. 12. Septa e maceris, ita esse oportet in leporario, ut testorio testia sint, & sint alia. Caro de re rust. cap. 15. Maceria si ex calce, & camentis, uel silice ædificetur. Legitur quandoque Maceries apud antiquos pro macie. Afranius: Quanta illius mors sit maceries tibi. Nonius.

MANVS, huius manus, [*Mano. Gal. Main. Hisp. Mano.*] *χρῆμα*, a manando, quod ex brachii manet, uel quod ex ea manent digiti. Virg. 1. Aen. Tendentemque manus Priamum conspexit inermes. Plena manu, hoc est, anpliter, copiose. Cic. ad Attic. lib. 2. Hortensius plena manu nostras laudes in astra sustulit. Manufactus, opponitur naturali. Celsus: Naturales, uel manufactæ natiuitatis. Manus praeterea instrumentum, & telum nauale, quo naues harpagonibus raptè tenentur: a manus humane similitudine. Plin. lib. 6. c. 56. Anacharis harpagonas, manus Pericles Atheniensis inuenit. Item, Manus multitudo uocatur, uel exercitus. Virg. Aen. Hic manus ob patriam pugnando uulnera passus. Idem, Iuuenium manus emicat ardens litus in Hesperium. Accipitur etiam pro potestate, ut, cum dicimus rem aliquam in manu nostra esse. Lucan. lib. 1. In manibus uestris, quātus sit Cæsar, habetis: Inde Manumissio, & Manumissus, a potestate liberatus. Item capitur pro proficiscide elephantis, quod ea in decerpendo pabulo pro manu utatur elephantis. Cyr. lib. 4. de elephanto loquens. Terribilis illa facies erat, cum manu arma uirosque corripere: Nonnumquam pro scriptura manuum. Quint. li. 1. de Orthographia: Causa, Cic. & Virg. scripserunt: quod manus eorum docent. Cic. ad Attic. lib. 11. Signum requirent, & manum. Manibus praelium facere, manus conferere. Sallust. in Iug. Romani cupere manibus praelium facere, primas & secundas manus, (quas legere est apud Quint. lib. 5.) Hermolaus uocari posse ait, quando fessis recentes succedunt. Inter manus arripere aliquem, est collatis simul manibus aliquem sublimem ferre. Pla. in Most. Arripite huc intro inter manus. Inter manus aliquid esse, per translationem, pro in potestate esse. Virg. Ante oculos, interque manus, sunt omnia uestra. Versari inter manus, est in usu esse. Sub manu esse, id est, esse in promptu. Esse in manibus liber dicitur, qui editus est, & legitur. Manus remittere in aleæ ludo, est collutori iactū condonare, quem sua quisque manu damnosum iecit. Manu cape, bello querere. Sallu. Pop. Ro. quascumque urbes manu cepit, regi donat. Succedere sub manus, est aliquid bene, & ad optatum contingere. Rem ad manus uenire, est rem ad pugnam ue-

nire. Per manus tradere idem, quod de manu in manu, quo utitur Cic. ad Cæsa. lib. 7. Totum hominem tibi dabo de manu, ut dicitur, in manu tuam. Per manus tradita disciplina, uel historia dicitur, quæ non monumētis litterarum, sed uerbo a maioribus ad posteros transmittitur: quemadmodum sacrorum mysteria olim tradi solebant. Præ manibus, pro in manibus, uel inter manus. Plaut. in Bacc. Reddite patri aurum, quod mihi fuit præ manibus. Tollere manus, signum lætitiæ significans. Cic. Cæs. Sustulimus manus ego, & Balbus. Tendere manus est, petentis auxilium, uel misericordiam implorantis signum. Cæs. lib. 3. Bell. Gall. Aedui manus tendere, dedicationem significare. Plus illi est in manu, quam tibi, id est, ditior est te. habere enim in manibus dicuntur, qui aliquid possident. Manus tua hæc est, hoc est, hi fauent tibi. Manus nullas poscit hoc opus. Plinius in Epist. 178. Id est, hoc opus est multi laboris. Manus oculatæ dicuntur a Plaut. in Afin. quæ re ipsa aliquid uolunt exhiberi, non oratione promitti. Semper (inquit) oculatæ nostræ sunt manus: credunt, quod uident. Manum de tabula tollere nescire, est in reliqua conficienda nimis anxium esse. Tractum ab Apellis elogio de Protogene, quo dicebat, illum manum de tabula tollere nescire. Manum non uerterim, dicimus cum significamus aliqua de re nos nihil esse sollicitos. Manus iniectio, cum, nulla iudicis auctoritate expectata, rem nostram nobis iudicamus. uide, In iudicio. Manibus ac pedibus quidquam obire, id est, summa diligētia. Terent. in And. Quem ego credo manibus, pedibusque obnixè omnia facturum.

MAPALIA, orum, [*Cabanne. Gal. Logettes, maissonnetes à la mode des Perses.*] *καλιέαι*, Punica lingua, agreites casæ, auctore Felto. Sunt autem quasi rotundæ cortices, ut inquit Cato lib. 4. Orig. Liu. 9. Bel. Pu. Familæ aliquot cum mapalibus, pecoribusque suis persecuti sunt regem. Mapalia, inquit Seruius, idem significat, quod Magalia, hoc est, Afrorum casæ, sed Magalia, ma, producit: Mapalia corripit. Virg. 3. Geo. Raris habitata mapalia tectis. Idem 4. Aen. Alatis tetigit magalia plantis.

ΜΑΡΕΤΑ, *μαρητα*, Sarmatiæ Asiaticæ urbs. Ptolem. libro 5. cap. 9. uulgo Copa.

ΜΑΡΡΑΞ, [*Touaglia. Gal. Nape. Hisp. Los mantelos de touaias.*] *δ᾽ ὄρνυ*, linteam, quo manuum sordes in mensa ablergimus. Mar. lib. 12. Attulerat mappam nemo. Plinius lib. 19. cap. 1. Ardentes in focis conuiuiorum uidimus mappas. Mappam, (inquit Quint. lib. 1. cap. 9.) usitatum Circo nomen Pœni sibi iudicant. Iccirco autem dici mappam Circo usitam, quod in ludis Circensibus praetor soleat praesidere, qui mappæ missione signum dabat inuendi certaminis. Martia. lib. 12. Cretatam praetor cum uellet mittere mappam, Praetori mappam surripuit Hermogenes. A Mappa fit Mappula.

* **MARATHESIVM**, Ephesiorum urbs in Caria. Steph.

MARATHON, *μαραθών*, Attici agri ciuitas, distans ab Athenis circiter decem millia passuum, non procul a Tricorytho, & Rhamnunte, morte Icaris regis interfecti insignis, uictoriaque Thesei, tanto Marathonio superato: similiter & Miltiadi gloria, qui ibi centum millia ex Darii Persarum regis exercitu profugauit. Cic. Offic. Rhetorum campus de Marathonio. Est & Marathoni, exiguum opidulum Phocidis, ad mare; non procul ab Antycira. Strabo lib. 9.

MARATHONIA, *μαραθωνία*, opidum Thraciæ, non procul ab Abderis, cuius incolæ dicuntur Marathoniatæ. Steph.

MARATHONIVS, a, um, *μαραθώνιος*, unde Taurus Marathonius dicitur est, qui apud Marathonem a Theseo interfectus est. Hic est taurus amatus a Phaside, quem Hercules ex Creta eo abegit. Cicero Tusc. Quem Theseus interfecit, Marathonius taurus.

MARATHRYTES, uinum, quod Marathrum infusum habet: ualetque ad uisus imbecillitatem adiuuandam. Col. li. 2. c. 35.

MARATHRON, [*Finocchio. Gal. Du fenoil. Hisp. Hini.*] *μαραθρον*, Latini feniculum. Plin. li. 20. c. 10.

MARATHYS, thi, *μαραθος*, antiqua Phœnicum ciuitas. Plinius libro 5. cap. 20. & Strabo libro 16. Stephanus eam in Acarnania collocat.

MARATHYSIA, e, *μαραθυσια*, Stephano, insula ante Ioniam, Asiæ regione in, non procul a Clazomenis. Plinius libro 5. cap. 31. Est & Marathusa, Cretæ insule opidum, apud eundem lib. 4. cap. 10.

* **MARCELLVS**, nomen clarissimi viri Romani, cuius uita, & res gestas Plut. scripsit.

MARCEO, es, ui, [*Marcire. Gal. Estre sestrri, pourri & gaste. Hisp. Marchitarfe.*] *σπόμαι*, putreo. Mar. l. 5. Marcenses tibi porrigentur uiræ. Nonnumquam idem, quod languet. Oui. 1. Am. Eleg. 13. Si uir marcet ab annis.

MARCESCO, [*Marcire. Gal. Deuenir ou estre pourri ou gaste. Hisp. Marchitarfe, ser marchito.*] putresco. Plin. lib. 10. cap. 48. Corpus occisæ mer-

marcescit. Quandoque pro languesco. Liu.8. Bel. Pun. Equitem marcescere desidia.

MARCI DVS, a, um, adiect. [*Marcio, marcio*], *μαρκασιδης*, putridus siue languescens. Plinius libro 11. cap. 37. Fessis equis aures marcidæ. Plinius in Paneg. Marcidi somno, hesternaque cena redundantes.

MARCI POR, Marci puer, hoc est, famulus: sicut Publipor, Lucipor, & alia huiusmodi. Plinius libro 33. cap. 1. Marcipores domi uisum in promiscuo habebant. Marcipores, quasi Marci pueri uocabantur, hoc est ministri. ut Græci, *παῖδες*, uocant seruos. Fab. lib. 1. In seruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur a domino: unde Marcipores, Publipores.

MARCOMANI, unico n, & p. c. *μαρκομανοί*. populi Germaniæ, quos Cæsar cum Ariouisto rege superauit. hos Bohemos, uel Morauos putant esse. Stat. li. 3. Sil. uide & Stra. lib. 7.

MARCOR, oris, [*Marcia, Gal. Flestriffure ou pourriture. Hisp. Marchitura.*] *μαρκορ*, putredo, uel languor. Pli. lib. 22. c. 22. Si qua rubigo uel panis marcor affuerit. Cell. de lethargo, li. 3. c. 20. Marcor, & inexpugnabilis pene dormiendi necessitas.

MARCVLVS, demina Marco, inquit Festus. Est etiam nomen instrumenti, quo fabri ærarii uti solent. Pli. lib. 7. c. 6. Inuenit Cinyra, Agriope filius, forcipem, marculum, uectem, incudem. Mart. lib. 11. Aerariorum marculi.

MARDI, *μαρδοί*, populi Asiæ, supra Pontum, non procul a Colchide. Plinius libro 5. cap. 6. Steph. Mardos quosdam inter Hyrcanos collocat.

***MARDONIVS**, ex præcipuis fuit Persarum Satrapis. quem Xerxes prælio nauali a Themistocle ad Salamina superatus, in Græcia cum trecentis armatorum millibus reliquit. hunc postea Pausanias in Plateis superauit.

MARE, huius Maris, [*Mare, Gal. La mer. Hisp. La mar.*] *θαλάσσα*, dictum (ut putant) ab amaritudine aquarum. Virg. 2. Aen. Vastum maris æquor arandum. Maximum autem illud mare, quod tota terram ambit, a uelocitate Oceanum appellant. Illud uero, quod inter Abylam & Calpæ irrumpens, Africam diuidit ab Europa, Mediterraneum mare uocatur. Vtriusque autem maris partes a promontoriis, quas alluunt, uaria sortiuntur nomina. sic Oceanum Atlanticum uocamus mare illud, quod ab occidente Atlantem montem alluit. Britannicum, quod Britannicæ Germanicæ, quod Germanicæ est proximum. Ad hunc etiam modum sinus ille maris, quem Mediterraneum mare uocamus, a regionibus, quas alluit, uaria inuenit nomina. Nam ubi Hispaniam alluit, Ibericum appellatur: ubi Liguriam, Ligusticum: ubi Tusciæ proximum est, Tuscum mare, uel Tyrrhenum appellatur. Sed hæc latius suis locis. Mare cælo miscere, est omnia turbare. Vir. De Iunone omnia aduersum Troianos tentante: Maria omnia cælo miscuit. Iuuen. Sat. 6. Et mare cælo confundas. Mari, terra, quæ rerere. Iu. ubique. Pla. in Pœ. Mari, terra, quæ querit. Mare quandoque pro quacumque grandiore aqua usurpatur.

MARE rubrum, *ἐρυθρὰ θαλάσσα*, sinus maris est Arabiam Felicem a meridie alluens, ab angustiis Arabici sinus usque ad sinum Persicum extensus. Rubrum appellatur, non quod aqua eius re uera sit rubra, (ut plerique putauerunt) sed quod eiusmodi appareat a subiectæ arenæ rubedine, uel Solis repercussu, siue (quod magis placet) imitatione Græcorum, qui Mare hoc Erythreum appellant, ab Erythra rege Persei & Andromedes filio, qui in ea ora imperauit. Stra. lib. 16.

MAREA, *μαρῆα*, lacus Alexandriam a Meridie alluens, portum habens altero, qui ad mare est multo utiliorem. Alio nomine Mareotis. Strabo lib. 17. Steph. Item Marea opidum est Mareotidi lacui adiacens.

MAREOTIS, idis, *μαρῆωτις*, lacus in Aegypto, Alexandriam a Meridie alluens, multis Nili fossis auctus, portum habens, eo qui ad mare est multo utiliorem. Strabo li. 17. Mareotis præterea appellatur pars illa Lybiæ, quæ est inter Cyrenaicam regionem & Aegyptum, a Ptolemeo Marmarica appellata. Eius descriptionem uide apud Pli. lib. 5. c. 7. Est præterea Mareotis pars Epiri, in qua uinum optimum nascitur, unde Mareotides uicæ dictæ. Vir. 2. Ge. Sunt Thasiæ uites, sunt & Mareotides albæ.

MARROTAE, *μαρροταί*, populi in parte Lybiæ, Aegypto proxima, quæ Mareotis Pli. Ptolem. Marmarica appellatur. Pli. lib. 5. cap. 6.

MARGA, ge, genus terre in modum cretæ albæ, qua rustici utuntur ad agros iterandos. Pli. li. 17. c. 9.

MARGAE, *μαργαῖα*, nomen fontis in agro Syracusano, apud Pli. li. 3. c. 8. & urbs in Elide. Steph.

***MARGANÆ**, arum, opidum Indiæ. Steph.

MARGARIDES, *μαργαρίδες*, palmæ, a margaritis nomen trahentes, quoniam & breues & candidæ, & rotundæ sunt. Plinius lib. 13. cap. 4.

MARGARITA, re, uel Margaritum, tis, p. p. & antep. c. [*Perla, Gal. Vne*

perle. Hisp. Aliosar menudo ò perla gruesa.] *μαργαρίτης*, lapillus candidus, in conchis nascens, quem Romani unionem uocant; quod nulli duo reperiantur indiscruti. Ci. 6. Ver. Nego ullam gemmam aut margaritam fuisse, quin abtulerit. Tacit. in uita Agric. Britannia aurum & argentum gignit, Oceanus margarita, sed suffusa & liuentia.

MARGARITARI, *μαργαρίτεμποροι*, negotiatores margaritarum. Firmicus.

MARGARITIFER, qui fert margaritas. Pli. li. 32. c. 11.

MARGIANA, *μαργιανή*, regio Asiæ maioris, in clytæ apertitatis, (ut inquit Solinus) ambitu stadiorum 1500. difficilis aditu propter arenosas solitudines: in qua Antiochus Antiochiam exstruxit. Strabo li. 10. c. 11.

MARGINEVS, a, um, quod est in margine: & Marginatus, a, um: ut Marginata tabula, apud Pli. lib. 35. cap. 12. quæ marginem habet latissimum.

MARGO, [*Margine, Gal. Le bord de quelque chose que ce soit. La marge, la frontière. Hisp. La margen ò cabo de alguna cosa.*] *μαργος*, tam masculini, quam fem. gen. cuiuslibet rei extremas. Ouid. li. 1. Met. Nec brachia longo Margine terrarum porrexit Amphitrite. Iuue. Sat. 1. Plena iam margine libri. Margines testudinis, Margines fluminum. Varro 3. de re rust. Flumen altum marginibus lapideis, latum pedes 57. Margines imperii, Pli. lib. 12. cap. 20. Extremo in margine imperii, qua Rhenus alluit. Gramineus margo fontis, Oui. 3. Met.

MARGVS, fluius Asiæ, quem Ptolem. libro 10. cap. 10. duobus fontibus ex montibus Seriphiis descendere tradit, & per Massagetæ, qui Margianis uicini sunt, ac Derbicas in Oxum annem deferri.

MARIA, *μαρία*, femininum est a nomine Marius, & penul. habet. Claudianus de Nup. Honorii: Præparat & pulchros Maria, sed luce minores Eligit ornatus. Pro Deipara uirgine uult Valla Mariam nominatio casu legi, ut Abraam, indeclinabile, & accentu in ultima.

***MARIAMMIA**, Phœnicis opidum. Pausanias li. 6.

MARIANA Colonia, Corsicæ insulæ ciuitas, dicta a C. Mario septies consulè, qui eo coloniam deduxit. Pli. li. 3. c. 6.

MARIANÆ Fossæ, Narbonensis prouinciæ opidum, quod hodie Aquas mortuas uocant: dictum a uicina fossa a C. Mario ad mare usque deducta. uide Ptolem. lib. 2. cap. 10. Pli. lib. 3. cap. 4. & Strab. lib. 4.

MARIANDINVM, *μαριανδυνία*, Stephano, regio in Asia, Bithyniæ contemina, ubi Hercules Cerberum canem tricipitè ad superos traxisse dicitur. incolæ dicti Mariandyni. Hero. lib. 1. Strab. lib. 8. Valer. Flac. li. 4. Argo.

MARICA, dea litoris Minturnensium, iuxta Lyrim annem. Horat. libro 3. Carin. Innantem Maricæ litoribus tenuisse Lyrim. Fuit etiam Marica Fauni uxor, & regis Latini mater. Virgil. libro 7. Aeneid. Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica accipimus.

***MARIDVNVM**, Britannicæ insulæ urbs. Ptol.

MARINVS, a, um, [*Marino*], *θαλασσιος*, quod mare incolit, uel quod est in mari: ut Ostreæ marinæ, apud Pli. libro 10. cap. 69. Marinis humoribus.

***MARIAS**, fluius Agathyrsorum in Istrum fluens. Herod. li. 4.

MARISCÆ, ficus grandiores, sed insipidæ, quas a Græcis *βύσση*, appellari tradit Festus. Martia. lib. 14. Infanti melimela dato, faruaf que mariscas. Pli. lib. 14. cap. 18. Ficos mariscas in loco cretoso, & aperto serito. A fructus huius similitudine etiam Mariscæ dicuntur tubercula, quæ ex præpostera libidine circa podicem nascuntur: & fortasse sunt, quos Martialis in Cæcilianum Ficcos appellat. Iuuen. 2. Saty. Cæduntur tumide, medico ridente, mariscæ.

MARISCVS, maf. gen. uel Mariscum, gen. neut. genus iunci maioris, quem *δρόσμων*, Græci uocant, hoc est tum iuncum. Ex eo fiunt tegetes, & marinæ nassæ; ut ait Pli. li. 2. c. 18.

MARITHÆ, [*Donne maritate.*] *μαριθηαί*, dicuntur mulieres nuptæ. Ouid. li. 1. Fast. Dura cum sorte maritæ Reddebant uteri pignora rara sui. Trâsfertur & ad arbores uitiferas, quales sunt ulmi & populi, quibus uites applicantur, Pli. li. 14. c. 1. In Campano agro populis nubunt uites, maritafq. complexæ, geniculato cursu scandentes cacumina æquant.

MARITALIS, le, [*Maritale. Gal. Apartenant à mariage ou mari. Hisp. Cosa pertenesciente a casamiento ò a marido y muger.*] Col. in proœ. 12. libri. Xenophon prodidit maritale coniugium comparatum esse natura. Capistrum maritale. Iuuen. Sat. 6. Stulta maritali iam portigit ora capistrum. Vestris maritalis. Oui. 2. de Arte.

MARITIMVS, a, um, p. c. [*Maritimo. Gal. Maritime, qui est ou demeurer au pres ou sur le bord de la mer. Hisp. Cosa de la mar.*] *μαρῆλιος*, quod mare accollit, uel quod ad mare est: ut, Ora maritima, Gens maritima. Cic. ad Art. lib. 2. Te hospitio agresti accipiemus, quia maritima

ritimum hoc contempsisti. Plaut. Cist. Maritimis moribus mecum experitur. Id est, periculum de me ita facit, ut mare cum iatur variis fluctibus. Accipitur aliquando pro eo, quod ex mari est. Cic. 2. de Nat. Deo. Aetus maritimus accedentes, & recedentes. Sic etiam Plaut. in Rud. Fluctus maritimos dixit.

MARITUS, *tas*, [Maritare. Gal. Marier, conioindre. Hisp. Auntrar marido y muger.] *συναν* *ζ* uero trado. Suet. in Vesp. Vitellii filiam splendissime maritauit. Neque solum de hominibus, sed etiam de aliis dicitur, ut de arboribus, quæ uites sustinent. Col. l. 4. c. 1. Maritanis arboribus nemo minorem bipedana scrobem uitibus comparat. Maritari etiam dicuntur canes, Var. 2. de re ru. Tunc dicuntur catulire. i. ostendere se uelle maritari.

MARITVS, [Marito. Gal. Mari. Hisp. Marido de muger legitima.] *δνισ*, uxor uir, a nomine Mas, maris. Plaut. in Cas. Quid agis tu maritare, mi uir? Ignara puella mariti, id est, uirgo. Horat. 2. Epist. Iura uiolata mariti, id est, non uirgo. Ouidius 2. de Arte. Neque solum de uiro, sed de aliis quoque animantibus. Colum. lib. 8. cap. 15. Rarior est in his anibus, mariti bonitas. Olenis uxores mariti, hoc est capræ, Horat. 1. Car. Cic. pro Rabir. Sororis maritum.

MARITVS, 2, um, adiec. [Coniugale. Gal. Mariè. Hisp. Cosa de marido.] idem quod coniugalis. Ouid. in Ep. Paradis ad Helenam: Metuis Venerem temerare maritum. Sic maritum oliuetum per translationem dixit Col. l. 3. c. 11. Marita pecunia, hoc est dotalis apud Plaut. in Epid.

MARIVM, *μαριον*, Stephan. opidum in Cypro insula. Plinius lib. 5. cap. 31.

MARIVS, qui septies Romæ consul fuit ex municipio Arpinate, humili loconatus. Hic legatus Metellum in Numidia criminando, consolatum adeptus, Iugurtham captum ante currum egit. in proximum annum consul factus, Cimbrum in Gallia apud aquas Sextias, Teutonum in Italia uicit, deque iis triumphauit. uictus a Sylla Minturnis in Palude latuit: inuentus, & in carcerem coniectus, immixtum percussorem Gallum uultus auctoritate deterruit: acceptaque nauicula in Africam transiit, ubi diu exsulauit. mox Cinnana dominatione reuocatus, cæcis inimicis, septimo consulatu, (ut quidam ferunt) uoluntaria morte decessit. Habuit filium Marium nomine: qui cum esset 27. annorum, consulatum inuasisit. Hic patri sententia similis, curiam armatus obsedit: & inimicos trucidauit. tandem & ipse crudelissimo mortis genere perit.

* **MARMACES**, *μαρμακες*, populi Aethiopiæ.

MARMARICA, *μαρμαρικη*, regio Africae, quæ (ut Ptolem. lib. 4. scribit) ab Occasu terminatur Cyrenaica prouincia, a Septentrione Aegyptiaco Pelago, ab Oriente Aegypto, a Meridie interioris Lybiæ parte, quæ Aegypto contermina est. Plinius libro 5. cap. 6.

MARMARIDAE, populi sunt, Marmaricam Lybiæ regionem incolentes. Inter hos sunt Pnylli, qui habent saluam præfens aduersus omnia uenena remedium afferentem.

* **MARMARIDVS**, magi nomen apud Plin.

MARMARITES, [Fumiterre.] *μαρμαριτης*, herba quibusdam appellatur, quam Dioscorides *καριον*, nos Fumariam, uel fumum terre dicimus. Est autem ex iis nomenclaturis, quas inter notha Dioscoridis reiciunt eruditi.

MARMARITIS, p. p. *μαρμαριτης*, herbe genus, alio nomine Aglaophotis, ob admirabilem colorem. Nascitur in marmoribus Arabiæ: unde Marmaritis uocata est. Pl. l. 24. c. 17.

MARMARION, *μαρμαριον*, Eubœæ insule opidum, incolæ Marmarii, & Marmarini. Vnde & Apollo Marmarinus, qui insigne ibi habebat templum. Strabo l. 10.

* **MARME**, *μαρμιν*, opidum Phœnicæ. Steph.

MARMOR, *ορις*, p. c. [Marmo. Gal. Marbre. Hisp. Piedra marmolena, marmol.] *μαρμαρος*, genus lapidis durissimi, & solidissimi: cuius diuersa sunt genera. Quoddam enim album, Partium dicitur a Paro insula: quale & in Liguria olim Lunensium lapidicinæ dederunt. Aliud Laconicum, quod fere atrium erat, quo delectatus Lucullus illi nomen indidit. Aliud Ophites, a maculis serpentum, quibus distinguitur, nomen accipit. Aliud Porphyrites, quod est rubrum, candidis interuenientibus punctis, quod & Leucosticos uocatur. Balates ferrei coloris, & duritie, unde nomen mutuatur. Onychites, ex Arabiæ montibus est, ex quo uasa potoria in Germaniam afferuntur. Alabastrum quoque candidum cauare folent ad myrothecia, quoniam unguenta incorrupta seruari creditur. Sunt & alia marmoris genera, quæ breuitatis causa omitto. Vide Pl. l. 36. c. 7. Templum de marmore, Virg. 4. Aeneid. Incisa notis marmora, Horat. 4. Carm. Cic. pro Domo: Bius simulacrum e marmore.

MARMORATIO, *onis*, [Fabrica, edificatione di marmo. Gal. Bastiment de marbre. Hisp. Encaladura de marmol.] *μαρμαρωσις*, ex marmore constructio, a Marmore, *ας*, quod est ex marmore constructio. Appul. l. 3.

Fl. Pavimenti marmoratio, nec proficere contabulario.

MARMORATVS, 2, um, [Coperto di marmo. Gal. Pavé ou reuesté de marbre. Hisp. Edificio de piedra marmol, cubierto de marmol.] *μαρμαρωτος*, superficiem tantum ex marmore habens: ut, Marmorata pavimenta, apud Cic. 2. de Leg. Varr. lib. 3. de re rust. subitanzeum usurpauit, Leuissimo, inquit, marmorato toti parietes, ac camere oblinuntur.

MARMOREVS, 2, um, [Di marmo.] *μαρμαρειος*, ex marmore, ut Sepulcrum marmoreum. Ouidius 4. Metamor. Sola marmorea, apud Cic. in Para. Ceruix marmorea, hoc est candida, Virg. l. 4. Georg.

MARMOROSVS, 2, um, adiec. *μαρμαρωσις*, quod marmoream formam, uel duritiem habet. Pl. l. 33. c. 12.

MARONIS, opifex figulus, siue (ut alii putant) Magi cuiusdam uiatoris mercenarius, Virgilius Latinorum poetarum principis pater. Maroneus, 2, um, p. p. Stat. l. 4. Silua.

MARONEA, p. p. *μαρωνεια*, Stephano, Ciconum ciuitas, uino laudata. Inde Maroneus, 2, um, Tibullus ad Messallam.

MARPESVS, p. p. *μαρπηστος*, Stephano, mons in Paro insula: a quo Marpesius, siue, sum. Marpesia cautes, apud Virg. 6. Aen.

* **MARPESSA**, apud Homerum filia Eueni, Idæ uxor.

MARPLACIDAE, nauigii genus, quo Siculi utebantur.

MARRA, [Marræ.] ferreum instrumentum, ad excidendas herbas accommodatum. Iuue. Sat. 3. Ne marræ, & sarcula desinit.

MARRUBII, populi Italiæ, circa Fucinum lacum habitantes, a Rege Marrubio. Virgil. 7. Aeneid. Marrubia uenit de gente sacerdos.

MARRUBIUM, bii, [Marrobio.] herba satis nota, quæ exulcerare uesicam putatur. Greci *μαρροβιον*, alii Linostrophon, quidam Philopœda, nonnulli Philocares appellant. Pl. l. 20. c. 22.

MARRVCINI, populi Italiæ in regione Marforum Silius lib. 8.

MARS, *ζηνς*, Deus belli præfens ab antiquis creditus: dictus, ut ait Var. l. 4. de lin. Lat. quod maribus in bello præfens: siue a Sabina dictio ne Mamers, quo nomine Sabini Martem dicebant: a poetis Mauros dicitur per epenthesein, quod magna uertat. Hic Iouis & Iunonis filius fuisse fingitur, uel, ut Ouid fabulatur, solius Iunonis. cum enim olim Iuno turbata, quod animaduertisset Iouem maritum percusso capite sine muliere procreasse Mineram, uel si Oceanium proficisceretur, ut scrutaretur quo pacto & ipsa sine uiro parere posset, & in itinere fatigata secus fores Floræ Deæ, coniugis Zephiri, confedisset, interrogata ab ea fertur, quam ob causam ad Oceanum pergeret: qua cognita, facturam se uoti compositionem Dea pollicita est, si id Iuno Iouem celaret. quod cum Iuno inreuerando affirmasset, mox illam Flora monuit, in campis Oleniis florem esse, quo tacto statim conciperet sine uiro. id experta Iuno concepit, & peperit filium quem Martem nominauit. Hunc ferunt postea cum Venere concubuisse, eosque Vulcani fallaciam obscene iacentes catena inuisibilis ligatos, omnium deorum risu expositos fuisse: tandem Neptuno intercedente, a Vulcano solutos esse. Sororem habuit Bellonam, belli deam Sacrum ei fecerunt lupum & picum: quos in Dei huius tutela esse credi uoluerunt. Salios habuit sacerdotes, de quibus infra. Poniunt sepiissime pro ipso bello *μαρρωβιωνες*. Vir. Ecl. 10. Nunc infans amor quiri me Martis in armis Tela inter media, atque aduersos detinet hostes. Est etiam Mars, Planetæ nomen, quattuor & uiginti mensibus & sex diebus orbem lustrans. Marte nostro aliquid dicimus facere, quoties aliquid nostro ingenio nullius adiuti auxilio conficimus. Cic. 3. Of. Hanc partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed, ut dicitur, nostro Marte. Mars communis dicitur, quod incertus ac uariis belli euentus sit. Cic. 1. 1. Phi. Ut concedam incertos esse exitus belli, Martem communem.

MARSI, *ορις*, Steph. populi Italiæ Picentibus, Aequiculanis, & iunctibus finitimi, a Marso Circes filio orti, qui salua sua serpentum morsibus medebantur. uide Plin. lib. 7. cap. 2. Quin & regio ipsa eodem nomine effertur. Cic. pro Domo. Is in Marsis natus est. Sunt & Marsi Scythiæ populi. Her. lib. 4. A Marsis sit Marficus, ca, cum, ut Marficum bellum, quod Romani cum Marsis gesserunt.

MARSVS, Circes filius, qui Marforum genti nomen dedit. Plinius libro 7. cap. 2.

MARSIVS, pen. cor. *ζηνς*, Mars pater: ut, Iuppiter, Iouis pater ut Iouis sit nominatiuus, hoc est, ipse Iuppiter, ipse Mars. Gell. lib. 5. cap. 12.

MARSIVM, pii, [Borsa. Gal. Gibecchiere, bourse. Hisp. una bolsa.] *μαρσιον*, sacculus nummorum, Cato de liberis: Perspicuum, maioræ curam habere marsupii nostri, quam uite.

MARSIVS, *μαρσιος*, tiben fuit e Phrygia, ea temeritate, ut Phœbum ad cantus certamen aueret proteocare: a quo uictus, excoariatus est. Ouid. lib. 6. Fast. Est Marsyas, siue Marsia, Asiæ minoris fluius, Apamiam alluens, quem poetæ fabulantur ortum esse ex Nympharum, & Satyrorum la: rymis, Marsyam desentia. Ouidius 6.

- dus 6. Met. Tres præterea Marfyas memorat Suidas, quorū duo historiam, tertius de tranquillitate scripsit.
- MARFYA, *μαρφέα*, opidum Phœnices, incolæ Marfynei. Steph.
- MARTES, tis, fera exigua, ex genere mustellarum : cuius pellis fumo habetur in precio. Mar. li. 10.
- *MARTIA, Catonis Vicensis vxor : quæ, Hortensio concessam, post ea reduxit. Plu. in Cato.
- MARTIA aqua, quæ & Aufeia, omnium toto orbe clarissima, a nono lapide fructus fornicibus in urbem perducta; ita dicta ab Anco Martio Romanorum rege, qui eam primus in urbem ducere aggressus est. Vide in dictione Aufeia. & Plini. libro 31. cap. 3.
- MARTIALIS, & hoc *λεωμένος*, natum sub Mare stella, uel, qui Marti feruit. Cic. pro Clu. Martiales, quidam Latini appellabantur, ministri publici Martis. Martialis uero substantiuum, est nomen poetæ proprium, qui Epigrammata scripsit. & Martialis flamen, Marti dicatus. Cic. de harusp. resp.
- MARTIANVS, 2, um, ut Martianum fœdus. Cic. pro Cor.
- MARTIVS, 2, um, quod ad Martem pertinet: ut Martia auis, Marti dicata. Ouidius Fast. 5. Martia picus auis. Interdum dicitur, quod ad bellum pertinet: ut, Martia arma. Augustin. lib. 3. de Ciuita. Dei. Nullo Martio impetu territi. Interdum bellicolum: ut Martius populus.
- MARTIVS, substant. nomen fuit Anci, quarti Romanorum regis, qui Numæ Pompili nepos fuit, æquitate & religione aucto similis. Iu. lib. 1.
- MARTIVS Campus, *ἄγρος Μαρτίου*, planities quedam fuit in agro Romano, inter Tiberim, & antiquam urbem: hodie urbis pars: ita dictus, quod, Tarquinio in exilium acto, cuius hic ager erat, Marti fuerit consecratus. Lilius libro 2. Ager Tarquiniorum, qui inter urbem & Tiberim erat consecratus, Marti, Martius deinde campus fuit.
- MARTIVS, mensis, [Μαρτίος] *Μάρτιος*, primus olim anni mensis apud Romanos, quem Romulus genitori suo dicauit. Oui. 3. Fast. Primus de Patrio nomine mensis erit.
- MARTI GENVS, 2, um, adiect. [Figlio di Marte.] *ἀρρογενής*, Marte genitus. Pla. in Amph. Martigenam ille aggressus belluam.
- MARTYR, yris, pen. gen. c. [Martire.] *μαρτυρ*, a Græcis dicitur, quem nos testem uocamus. quo factum, ut, qui sanguinis sui pignore CHRISTO diuinitatis testimonium dederunt, Martyres uocentur.
- MARTYRIVM, *μαρτυριον*, testimonium.
- *MARVLLVS, tribunus plebis cum Flauio, coronas Cæsaris dictatoris statuis detraxit. ideoque eum Cæsar tribunatu priuauit. Plutar. in Cæf.
- MARVUM, *μάριον*, Dioscoridi herba surculosa, flore origani, sed odoratiore, foliisque multo candidioribus, quæ circa Magaesiam & Tralles copiose gignitur. Pli. quoque li. 12. c. 24. In Aegypto marum nasci tradit.
- MAS, maris, m. g. [Maschio. Gal. Mafte. Hisp. El macho.] *ἀρῶν, ἀρῶν*, sexus uocabulum feminæ oppositum. Cic. 1. de Nat. De. Bestiæ aliæ mares, aliæ feminæ.
- MASARIS, *μασάρης*, Bacchi cognomen apud Caras: de cuius origine sic fabulantur: In comitatu Rheæ, cui Iuppiter Bacchum alendū commiserat, mulierem fuisse, cui nomen erat Ma, quam cum Iuno rogasset, cuius esset puer, *ἀρῶν*, hoc est Martis illa respondit, qua uoce a ungo excepta, Bacchus deinceps Masaris dictus est, quasi *μαρῶν ἀρῶν*.
- MASCVLESCO, is, ere, [Immaschirsi. Gal. Deuenir mafte. Hisp. Hazerse mucho mas rezio.] *ἀρῶν ἐδξ*, est masculum fieri. Plinius lib. 17. cap. 13. Densiore fatu mascullescere, id est ex feminis masculos fieri.
- MASCVLETVM, ti, locus, in quo plantæ uinearum masculæ consistunt. Plantæ autem masculæ sunt, quæ non subiguntur, ut palmities alios emittant, sed in altum attolli permittuntur. Plin. li. 17. c. 22. Nec ueterem placet palmitem in longum emitti: ut faciant, quæ masculæ appellant.
- MASCVLINVS, 2, um, [Di maschio.] *ἀρῶνιδες*, quod masculum est. Pli. li. 10. capit. 13. Genera eorum Græci duo prima fecere, masculinum femininumque.
- MASCVLO, as, [Immaschire.] *ἀρῶνιδες*, masculum animum induo, unde Commasculo. Appul. 2. de Afino: Animum meum commasculauit.
- MASCVLVS, li, substantiuum, [Maschio.] *ἀρῶνιδες*, deminutiuum est a Mas. Plaut. in Cist. Bona femina & malus masculus hic te uolunt. Aliquando adiectiuum est, idem significans, quod masculinus, ut. Mascula facies, Mascula Sappho dicta est ab Horat. libro 1. Epist. quod in portentoso mulierum concubitu uiri uice fungeretur. Mascula proles, Horatius 3. Carm. 6. Aliquando accipitur pro uehementi, & quod uirum decet. Sic mascula bilis dicitur a Persio 5. Sat. Calido sub pectore mascula bilis intumuit.
- Pli. lib. 12. cap. 14. quendam turis speciem Tus masculum appellat: ad differentiam feminini. iccirco autem Tus masculum quidam dici putant, quod testium speciem habeat.
- MASGORANI, Asiæ populi iuxta Parthiam, & Carmaniam deserti incoelentes. Ptol. li. 5. c. 17.
- MASPII, *μασπίοι*, gens Persica apud Steph.
- MASSA, 2, [Pasta. Gal. Pafte. masse, chose massue & espoisse. Hisp. La massa de pan y tal cosa semejante.] *μαζα*, farina omnis macerata, & aqua subacta, quam Galli sua lingua Pastam uocant. Significat etiam quid quid densum est, ipsissimum ad similitudinem farinæ subactæ, ut Massa auri, Massa ferri: hoc est, pila, & ueluti moles. Virg. 1. Georg. Massam picis urbe reportat. Est & Massa Lybiæ fluiuius Ptolemæo.
- MASSVLA, eius deminut. est Colum. lib. 12. cap. 38. Complures ex ea massulæ sunt.
- *MASSÆSYLIA, Africæ regio, a Mauris Mulucha fluiui dirempta. Plin. li. 5. c. 2.
- MASSAGETÆ, *μασαγέται*, populi Scythici in Asia ultra mare Caspium: qui cum per desertum discurrunt, equorum suorum sanguine cum lacte bibunt. Vide Stral. li. 11. & Herol. li. 5. Stat. in Achil. Nominatiuus sing. est Massageta uel Massagetes. Lu. li. 3. Soluens ieiunia belli Massagetes, quo fugit equo.
- MASSANISA, Numidarum rex fuit, acerrimus primum nominis Romani hostis, postea uero fidelissimus socius. Hic ad extremam usque senectam mira ualitudinis prosperitate, uetereque corporis robore usus est, adeo ut nonagesimo ætatis anno filium genuerit. iterque quamuis prolixum faciens equum numquam adscenderit. Oui. 6. Fast. Superat Massanisa Syphacem. De hoc multa Liu. lib. 3. Bel. Pun.
- MASSARIS, uua, quæ ex uite siluestri, cum flore in Africa decerpitur, medicinx tantum, & odoramentis idonea. Plinius lib. 12. cap. ult. & in proæ. lib. 23.
- MASSICVS, penul. corr. mons Campaniæ, optimi uini ferax. Siluius lib. 7.
- MASSICVM, uinum, inter Campana uina olim laudatissimum. Hor. libro 1. Carm. Est qui nec ueteris pocula massici spernit. Docet Seru. Massicus in plurali facere Massica. Virgil. libro 7. Felicia Baccho Massica.
- MASILLIA, *μασιλία*, urbs in Narbonensi prouincia Macedonibus, & quadragiesimum Olympiadem, annis antequam uirgo pareretur DCIII. post obitum Dauid regis annis CDLXXXIV. Diruta, deinde a Phœnibus instaurata est, qui Cyri tyrannidem fugientes, delit. ita Græcia, in hunc sinum nauigarunt. Cic. in Or. pro Flacco. Cuius, inquit, ciuitatis disciplinam, atque grauitatem non solum Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponen dam iure dicant. quæ tam procul a Græcorum omnium regionibus, disciplinis, linguisque diuisa, cum in ultimis terris cincta Gallorum gentibus, Barbariæ fluctibus alluatur: sic optatum consilio gubernatur, ut omnes eius instituta laudare facilius possint, quam æmulari. Inclutam autem fuisse clarissimo gymnasio, in Agricola uita Tacitus quoque testatur. Lege Strab. lib. 4. De eius ueteribus institutis multa Val. lib. 2. De origine uero & primis initiis non pauca Iust. lib. 24. Hæc uini optimi ferax fuit: unde Mart. li. 13. Tunc me Massiliæ ponere uina putes. Hinc Massilioticus, 2, um, Plin. lib. 3. c. 4. Rhodani ostium amplissimum, uocatur Massilioticum.
- MASTAVRA, *μασάυρα*, Lydiæ ciuitas: dicta, quod in ea Rheæ, Bacchi nutrice, quæ Ma Lydis appellatur, taurus soleat immolari. Vide Ma.
- MASTAVRENSIS, *μασάυρης*, Stephan. de quibus Plinius libro 5. cap. 29.
- MASTIGIA, antep. pro. *μαστίγας*, uerbero, id est uerberibus dignus. Plautus: Crucior lapidem non habere, ut illi mastigiæ cerebrum excutiam.
- MASTIGOPHORVS, *μαστίγοφορος*, seruus flagellifer, qui agonothetas in sacris certaminibus comitabatur, uirgas præferens, ad submouendam turbam, & cohibendas seditiones. Budæ.
- MASTIX, igit, [Sferza. Gal. Fouet, uerges à fesser. Hisp. El azote.] *μαστίξ*, scutica seu flagrum, quo mancipia cæduntur: Græco, *μαστίξ*, flagris cædo. Inde Homeromastix appellatus Zoilus ille Homeri calumniator. Vide Zoilus.
- MASTIGEVS, gei, idem quod mastigia. Pla. in Trin.
- MASTRUCA, ueris genus, qua Sardi utebantur. Ci. pro Scauro: Cum Sardorum mastruca mutauit.
- MASTRUCATVS, qui mastruca uitur. Idem de prouin. conf.
- MASTUPRARI, *δέρμα*, est manu tractanda uirilia, rem Veneream peragere. Martialis: Mastuprabantur Phrygii post ostia ferui, id est, præputia ducebant. a manu & stupro deriuatur.
- MASTUPRATOR, qui se hoc libidinis genere pollutit. Mar. Tam blandum prurit, ut ipsum Mastuprator em fecerit Hippolytum.
- MASTVS,

MAMMVS, [*Mamelle*], *μαῖσος*, Latine mamma, & proprie animalium est. Per translationem tamen Malti etiam appellantur tabuli mammati in fontibus, & aque ductibus, quas Latinorum nonnulli Mammus, Varro etiam Papillas uocat. Vitru. lib. 7. Ex huiusmodi fontibus malti usque ad portum Piræum ducti sunt alluentes.

MASSYLEVS, *λεα*, leum. Martial. libro 9. Et Massyleum uirga gubernat equum.

MASSYLIVS, p. *μασύλοι*, Steph. populi Africæ, neque frenis, neque ephippijs utentes, sola uirga equos regentes.

MASSYLIVS, a, um. Lucan. lib. 4. & gens, quæ nudo residens Massylia dorso.

MASSYLVS, a, um. Vir. 4. Massylæ gentis monstrata sacerdos.

MATELLA, [*Matibelletta*, *orinale*. Gal. Pot. à pissier. Hisp. Orinal.] *ματρίλα*, a macula, uas, in quod urinam reddimus. Mart. lib. 10. Dispercam, si tu Pyladi prætare matellam Dignus es. Græci *σκαθίον*, uocantur sunt tamen, qui ita matellam distinguunt a scaphio, ut illa uirorum sit, hoc mulierum, tam ad uentris onus, quam ad urinam excipiendam accommodatum. matellam uero, quod angustiore esset ore, urine tabtum excipiendæ fuisse utilem. Est item Matella, aquarium uas, teste Nonio. Plaut. Anaph. matellam unam tibi aquæ infundi in caput. Varro Endimionibus, ut a Nonio citatur: Diuitium Aphocalchias ad communem reuocat matellam.

MATELLO, uasis aquariorum genus, teste Varr. lib. 4. de lin. Lat. ita dictum a Matula: cuius figura tamen non nihil recedit. Var. de vit. pali. Truillum, matellionem, peluim. Cic. in Para. Si L. Munnius aliquem istorum uideret matellionem Corinthium cupidissime tractantem. Matello item Festo uas est, in quod urina redditur quod & matella appellatur.

MATEOLA, genus sarculi. Cat. de re ru. c. 46. Cum talem demittes, si parum descendit, malleolo aut mateola adigito.

MATER, huius matris, [*Madre*. Gal. Mere. Hisp. Madre.] notæ significationis nomen est, a Græco *μητηρ*, Virg. 8. Bel. Crudelis tu quoque mater. Carentes matre priuigni, Horat. 3. Car. Aliquando tamen pro nutrice ponitur. Plaut. utramque significationem complexus est: Ita forma simili pueri, ut mater sua non internoisse possit, quæ in mammam dabat, Neque adeo mater ipsa, quæ illos pepererat. Sumitur etiam hoc nomen latius, ut & de bruiis animantium uis dicatur, quæ fetu ediderunt. Exerit, inquit Nonius, quæ quod uis animal partu edit. Virg. 3. Georg. Materis prohibent a matribus hædos. Mater mellis apis, Varr. 2. de re rust. cap. 5. Transferitur & ad arbores, quæ matres dicuntur respectu propaginum, quæ ex ipsis nascuntur. Plin. lib. 12. cap. 5. Superiores eiusdem rammi in excelsum emicant, uasto matris corpore. Luxuries auaritiæ mater. Cic. 2. de Orat. Sapientia omnium bonarum rerum mater. Idem 2. de Leg.

MATERCVLA, *ματρίδιον*, deminutiuum a mater. Horat. primo epist. 7. Pater & matercula pallet. Cic. pro Flacc. Materculæ suæ festiuus filius.

MATERFAMILIAS, [*Padrona di casa*, *Domna*, *Madonna*. Gal. Mere. de famille. *la maistrresse* ou *dame de la maison*. Hisp. *Muger casada parida*.] *οἶκος ἐπίστοια*, uxoris species est. Cic. pro Cælo. Non enim quæuis uxor statim materfamilias est, sed ea sola, quæ in mariti manu mancipioque est, aut in eius, in cuius manu, mancipioque est maritus: ita dicta, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui heredis locum uenit. Festus dicit, non ante Matremfamiliam dici, quam uir eius Patrefamilias appellatur: nec posse hoc nomine plures in una familia appellari, sed unam tantum matrefamilias dici. Vipia. l. pronunciatum. ff. de uer. sign. aliter hoc nomen interpretatur: Matremfamilias (inquit) accipere debemus eam, quæ non inhoneste, sed honeste, & cum dignitate uixit. Matrem enim familias a ceteris feminis mores discernunt, atque separant: proinde nihil interest nupta sit, an uidua: in genua, an libertina: nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfamilias, sed boni mores. Liu. 4. Bel. Maced. Matremfamilias purpureum amiculum habere non sines? Iusta matrefamilias, & pellex, contraria. Liu. 9. Bel. Maced. Hunc iusta matrefamilias, illum pellice ortum esse. Vide Gal. lib. 8. ca. 6. & Boetium Com. 3. in Top. Cic. Porro, quod ad uocis huius compositionem attinet, Familias, antiquus est genitiuus, Græcorum imitatione formatus, qui genitiuum femininum in a, purum definitiuum, mittunt in as.

MATER MAGNA, [*Terra*], *κυβέλη*, dicebatur Tellus, deorum. ut uentustas credidit, omnium mater, a Græcis Cybele dicta. Dicitur & mater alma, quod omnia alat: mater deum, quod omnia generet: mater Phrygia, a monte Phrygiæ, quem plura. num. Dyndima uocant.

* **MATER MATRIUA** dicitur, quæ cum mater sit, matrem adhuc uiuentem habet.

MATER MATUTA, [*Aurora*], *λαυοβία*, Aurora, quam antiqui, teste Festo, ita appellauerunt a uerbo *manum*, quod illis boni significabat. hanc poetæ fingunt fuisse Ino Cadmi filiam, quæ A-

thamatis furorem metuens, cum Melicerta filio sese in mare precipitauit: qui cum nusquam conspicerentur, in marinos deos mutati credebantur: atque ipsa quidem a Græcis *λαυοβία*, a nostris Mater Matuta: Melicertes autem ab illis *παλαίμωρος*, a Latinis Portunus appellatur. Cic. 1. Tusc. Ino Cadmi filia *λαυοβία*, nominata a Græcis, matuta habetur a nostris.

MATERIA, *ματρία*, seu materies, ei, [*Materia*, *argomento* *foggetto*. Gal. *Matiere come bois* *abstr*, *marrain* ou *autre chose*. Hisp. *Madera*, *materia*.] *ματρία*, est ex qua aliquid fit: ut, Materia libri, membrana est. Oui. 2. Met. Materiam superabat opus. Rudis materia, apud Lucan. li. 2. id est, primum chaos: Materiamque rudem, flamma cedente, recepit. Materia domus, calx, lapides, ligna, saxa, tegulæ, quauisquæ materiæ appellatione peculiariter intelligantur ligna, & edificijs apta. Linius: Multam materiam ceciderat miles. Quinc. lib. 7. cap. 1. Opera extruētibus satis non est, saxa, & materiam, & cetera edificanti congerere utilia, nisi disponendis eis artificium manus exhibeatur. Col. li. 3. uocat materiam lignum, quod est intra corticem: Quasi cuneum ferreum (inquit) inter corticem & materiā demittito. Idem li. 5. cap. 6. Materiam uocat palmitem, qui de nouello nascitur. Materies de equis etiam dicitur. Col. lib. 6. ca. 27. generosa materies circo sacrique certaminibus equos præbet. Accipiuntur etiam Materia pro argumento libri, Græci *ματρία* uocant. Horat. de arte poet. Sumite materiam uestris qui scribitis, æquam uiribus. Suet. de cla. gram. ad exercitanda discen- tium ingenia, æquales inter se committere solebat. proposita materia, quam scriberet. Cic. ad Att. lib. 2. Quod me, ut scribam aliquid, hortaris; crescit mihi materies.

MATERIARIVS, *ματριάριος*, qui materiam ad ædificia suppeditat. Plin. in Mil. Si non nos materiarius remoratur, cito erit parata nauis. Est & materiarius adie. ut, materiaria fabrica. Pli. li. 7. c. 56. Fabricam materiariam Dædalus, & in ea ferram, asciam inuenit.

MATERIATIO, & Materiatura, a uerbo Materio, quod tamen nusquam, quod quidem sciam, legitur. utroque usus est Vitru. li. 4. c. 6.

MATERIATVS, a, um, adie. ex materia confectum. Sic Cicli. 3. Olfic. uocat ædes male materiatis, ex mala materia confectas.

MATERIOR, aris, deponens *λοτομειν*, uerbum castrense, ut lignor. est autem, materiam cædo, qua milites utuntur ad conficiendum uallum. Cæli. 7. Bel. Gal. Erat & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri necesse.

MATERIS, [*Picea*], huius materis, teli genus post lanceā longius. Si senna: Galli materibus, Sueui lanceis configunt. fe. g. Non.

MATERNVS, a, um, [*Materno*]. *ματρίκος*, quod matris est: ut, maternus paternusque sanguis. Cicero pro Rosc. Amer. Idem pro Cluent. Nomen amantius indulgentiusque maternum. Virgil. 4. Aeneid. materno ueniens ab auo Cyllenia proles. Vbera materna. Stat. 1. Theb. maternus animus. Terent. in Heaut. Res maternæ, atque paternæ absumptræ.

MATERTERA, [*Zia*, *forella della madre*. Gal. *La sœur de ma mere*, *matante*. Hisp. *Hermana de la madre*.] *ματριάδισ*, matris soror, quasi mater altera, inquit Fest. Cic. 1. de Diu. Puellam defatigatā petijisse a matertera, ut sibi concederet, &c. Oui. 2. Met. matertera dicitur.

MATHEMATICVS, *μαθηματικός*, a Græco *μαθημα*, quod est disciplina, dicitur proprie, qui geometriæ, musicæ, arithmeticiæ, astrologiciæque disciplinas nouit. nam hæ mathematicæ scientiæ, uel disciplinæ dicuntur, quod plane, & per demonstrationem aliquam percipiuntur. Philosophia uero, logica, cum alijs, nõ dicuntur disciplinæ, quia non firmissima demonstratione, ut illæ, sed ratione quadam & studij inuestigatione, percipiuntur. Cic. 1. de Or. Quis ignorat, ij, qui mathematici uocantur, quanta in obscuritate rerum, & quam recondita in arte uersentur? Iuuen. Sat. 14. Nota mathematicis generis tua.

MATIVM, Cretæ insulæ opidum est, apud Pli. li. 4. c. 12.

MATRALIA, *ματριά*, matris Matutæ festa, tertio nonas Iunij celebrari solita. Ouidius 6. Fast. Ite bonæ matres, uestrum Matralia festum.

MATRESCERE, [*Assimigliarsi alla madre*. Gal. *Estre fait semblant a sa mere*. Hisp. *Semejar se a la madre*.] *ματριάσεν*, est marri similem fieri. Pac. Utinam matrescam ingenio. Nonius.

MATRICIDA, Festo, homines malarum magnarum, atque ore lato.

MATRICIDÆ, *ματριάδοι*, [*Vcciditor de la madre*. Gal. *Homicide*, *meurtrier de sa mere*. Hisp. *El que mato a su madre*.] *ματριάτορος*, qui matrem occidit. Vnde matricidium, matris occisio. Cic. ad Q. Fra. lib. 1. Quem scribis certissimum matricidam. Idem 1. de Inuen. Orestes si accusetur matricidij.

MATRIMONIUM, *ματρίμωιον*, [*Matrimonio*]. *συζυγία*, maris, & femine coniugatio. Cic. pro Clu. Saffiam in matrimonium ducere cupiuit. Idem 2. Phil. Curio te in matrimonio stabili collocauit.

MATRIMONIALE, *γαμικόν*, adiectiuum, quod ad matrimonium pertinet. August. libro 13. Ciu. Matrimonialium præscripta tabularum.

MATRIMVS, *ματρίμωιος*. [*Celui che ha la madre ancora uiva*.] qui matrem

adhuc habet superstitem. Cic. de harusp. ref. Si puer ille parrimus ac matrimus terram non tenuit. Vide infra Parrimus, & supra, Mater matrima.

MATRINVS, *ματρῖνος*, fluij nomē in Piceno, non procul ab Hadria vrbe: de quo Strab. li. 5. & Ptol. in descriptione Italix.

MATRIX, cis, [La femina di qualche animale, che si tiene per razza. Gal. Vne femelle qu'on garde pour porter des petits. Hist. La madre d' que, puer de de serlo.] *μήτρα*, femina, quæ fetus gratia tenetur. Col. Sint matricæ robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitib. Medici tamen accipiunt matricem pro utriculo, qui in feminis iuctus est vesicæ, ad recipiendum semen, & continendum fetum. Vide Gel. lib. 17. Matricem arborem dixit Suet. in Aug. Ex qua stolonæ succreuerunt. Matrix autem arboris appellatur, quod in medio ligni, uel caudicis tertium a cortice continetur, a nonnullis cor, ab alijs medulla dicitur, a Theophrasto *μήτρα*. Vide Ruel. i. c. 2.

MATRONA, [Patrona di casa, matrona. Gal. Dame, maistrise d'une maison. Hist. Matrona, señora de casa.] *οἰκοδέσποια*, dicitur, inquit Gel. lib. 18. capi. 6. quæ in matrimonium cum uiro conuenit; ut in eo maneat, etiam si liberi adhuc non sunt suscepti. quippe appellationem habet a matris nomine, non iam adepto, sed cum spe, & omine mox adipiscendi. unde ipsum quoque matrimonium uocatum est, quoniam ea spe uir & uxor coniunguntur, ut illa mater fiat. Pla. Cal. Non matronarum officium est, sed meretricium, Viris alienis subblanditur. Oui. 2. Me. Senferat hoc olim magni matrona tonantis. Distinguitur autem Matrona a Matrefamilias, quod Materfamilias dicatur, quæ per coemptionem in manu mæcipiumque uiri conuenit, & in sui heredis locum, uiroque intestato ueluti filia, succedit; Matrona autem, quæ & uxor usu dicebatur, quæ in lecti tantum confortium ueniebat, non etiam bonorū. Vide Boetium in Topic. Ciceronis.

* **MATRONA**, p. c. fluius Capaniam Galliarum alluens. Auso. Matrona non Gallos, Belgosque interstita fines.

MATRONALIA, dies matronis festi: quibus uiri pro conseruatione coniugij dijs supplicabant.

MATRONALIS, & hoc le, adiecit. apud Liu. 4. Bell. Maced. Matronale decus. apud Colum. libro 12. in proem. Matronalis labor, qui matronæ est. Matronales genæ, Ouid. 2. Fasto. Et matronales erubere genæ.

MATRVELIS, *ματρῶν ἰδὲς*, dicitur, qui ex matris mæx fratre prognatus est. Vlp. l. j. ff. ad leg. Pomp. de Parricidijs.

MATTA, [Siuora. Gal. Louder materas ou matellats, mate. Hist. Estera de sparto y juncos.] *σπάρτα*, storia, & tegetes, ex cannabe, lino, iuco, palma, scirpo, aut sparto: ubi stupa, uel lanæ rudiores, aut quid simile infertum est. Oui. 6. Fast. In plaustra scirpea matta fuit.

* **MATTIACVM**, Germaniæ opidū, calidis fontib. nobilitatum. Plin. **MATTIACAS** pilas, quidam dictas putant sphæricas ex odorato sapone, quod præstantissimæ apud Mattiacum conficerentur. Mar. in distichis. Si mutare paras longæuos cana capillos, Accipe Mattiacas (quo tibi calua?) pilas.

MATTYA, e, quid sit, ostendit Cæll. lib. 9. cap. 12. his uerbis. Mazam putant ex farina, oleo, aqua confici solitam: Suidas etiā ex lacte: unde mox nata & mattya est: dictaq. eo nomine pretiosa omnia edulia, ut scribit Athenæus. Martia. lib. 10. Diues, & ex omni posita est instructa macello Cena tibi, sed te Mattya sola iuuat. Suet. in Calig. multis uenenatas mattyas misit.

MATVLA, e, [Orinale. Gal. Pot à pissier. Hist. Orinal.] *ἐράνη*, in quod uesciam leuanus, quod & matella & scaphium dicitur: Sed Scaphium proprie mulierum. Plau. in Most. Ego uos pro matula habebō, nisi matulam datis.

MATVRE, [A tempo, prestamente. Gal. Meurement, de bonne heure, à temps, soudainement. Hist. Maduramente d' presto.] *ὄραϊος*, aduer. tempestiue, in tempore. Sallust. in Catil. Prius quam incipias, consulto: ubi consulueris, mature facto opus est. Superlatiuum maturissime, uel maturissime. Cic. 3. de Or. Qui omnium maturissime ad publicas causas accesserim. Idem pro Cæci. Vt quæque res est turpissima, sic maturissime uindicanda. Pro eodem etiam legimus maturate. Liu. 2. Bel. Maced. In his ceteris, quantum maxime possent, maturate sequi. Plaut. Milo. Iube maturate illam exire huc.

MATVRESCO, [Maturarsi. Gal. Se meuir, deuenir meur. Hist. Madurarsi.] *ματρίνομαι*, a matureo, maturum fieri. Pl. li. 11. Cum mella creperint maturefcere. Hinc Ematurefco, & Pmarurefco. Maturefcere dicitur homo, cum nondum grauis est, sed iam incipit esse grauis. Et apostema maturefcere, cum perducitur ad maturitatem,

MATVRESCENS, parti. Plin. li. 20. ca. 3. Malus Assyria omnibus horis pomifera, alijs cadentibus, alijs maturefcens.

MATVRITAS, tatis, [Maturità. Gal. Meurètè maturità. Hist. Madurezza, d' prestezza.] *ματρίνοτης*, perfe cta coctio succi in fructibus. Cic. de Natu. Deo. Commutationes temporum quadripartitæ ad maturi-

tatem frugum aptæ. Colum. cum ad maturitatem faba perducta sit. Transfertur & ad alia: ut, Maturitas orationis, maturitas ætatis. Cic. Sul. l. 4. epist. Hoc studium quotidie ingrauescit, maturitate credo ætatis, ad prudentiam. Idē de Sen. Senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. Maturitas uirtutis, Cic. pro Cæli. Sue studia in adolescentia, tamquam in herbis, significant, quæ uirtutis maturitas, & quantæ fruges in dustræ sunt futuræ. Accipitur & pro tempore maturo, siue opportunitate. Cic. ad Att. lib. 1. Inducendi senatus consultum maturitas nondum est.

MATVRO, ras, [Maturare. Gal. Meuir, hafter, auancer. Hist. Madurar.] *ματρίνω*, maturum facio, perficio. Cic. in Catone: Vna maturata dulcescit, interdum Maturare, est, cum adhibetur industræ celeritas, & diligentæ tarditas: ex quibus duobus contrarijs fit maturitas, ut neque aliquid citius, neque serius fiat. Hoc uerbū Diu. Angustus duobus Græcis uocabulis exprime solebat, *ματρίνοτης* & *βραδέως*, quæ significant, Festina lente. Vnde Virgil. libro 1. Georg. Quæ contraria, separauit Maturare, & Properare, cum ait: multa forent, quæ mox cælo properanda sereno, Maturare datur. Vnde Mature fit, quod tempestiue fit. Maturare iram, est, mitigare. Passiuum est maturor, eiusdem significationis, cum matureo, *ματρίνωμαι*. Plin. lib. 15. ca. 18. Nouissima sub hieme maturatur chelidonia. Hinc maturatus parti. maturus factus & Maturatum negotium, acceleratum, aut mature perfectum. Et apud Plin. Maturata concoctio, id est, perfecta.

MATVRS, a, um, p. p. [Maturò. Gal. Meur, auancè, hafter. Hist. Cosa matura d' ligera.] *ματρίπος*, quod neque crudum, neque immite: & proprie de fructibus dicitur, ut, Poma matura. Cic. in Catone: Poma ex arboribus, si cruda sunt, ui auelluntur; si matura, decidunt. Per translationem ponitur pro Senē. Vir. 5. A. E. Aeuu maturus Accetes. Matura ætas, senilis, quasi omnino perfecta. Ponitur interdum pro celeri, & festino, siue repentino: ut, Matura senectus. Cels. Ignauia maturam senectutem, longam adolescentiam reddit. Quandoque pro graui ac constanti. Cic. pro Cæci. Siquis, quod spondit, id non facit, maturo iudicio, sine ulla religione iudicis, condemnatur. Virgo matura uiro. Hor. 3. Car. Virginitas maturatoris, apud Stat. 1. Achil. Maturissimus, superlatiuum. Col. lib. 4. cap. 29. maturissimos firculos. Idem lib. 11. c. 3. Ruborum femina quam maturissima. Maturrimus, aliud superla. Tac. li. 12. Robur ætatis quam maturrimum.

MATVRA, e, p. p. nostris Aurora, [Aurora, alba. Gal. L'aube du jour. Hist. Alua, madrugada.] *ἁυροβία*, Græcis, id est alba dea, quod matutino tempore præsit. Cic. lib. 1. Tuscul. Ino Cadmi filia, Lencothæa nominata a Græcis, Matura habetur a nostris.

MATVTVINVS, a, um, [Della mattina, matutino. Gal. Du matin, matinal. Hist. Cosa de la madrugada.] *ἠωθίνος*, & Matutinum tempus, cum Matura, id est, aurora incipit apparere. Cic. ad Att. l. 1. Cum bene cōpleta domus est, tempore matutino. Matutinis omnibus, pro quo libet Mane, dixit Plin. lib. 10. cap. 2. Matutino, pro mane. Idem libro 9. cap. 10. Matutinus homo, Vir. 8. Nec minus Aeneas se matutinus agebat.

* **MATVCTHAE**, *ματύκται*, populi Scythiæ Europææ. Step. **MAVLO**, maui, [Voler piu tosto.] pro malo, frequens est apud Pla. **MAVORS**, [Marte.] *ἀρης*, Mars, quod magna uertat, ait Cic. lib. 1. de Natu. Deo.

MAVORTVS, tia, tium. uide Mars.

MAVRI, [Mori.] *μαύροι*, populi, qui Mauritaniam incolunt. eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine in hæc loca peruenisse, multi crediderunt, ut Strab. lult. scribit. Sal. in Jug. Mauros & Numidas, reliquosque, qui maritima Africam cultiore reddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat.

MAVRITANIA, *μαυριτανία*, Africæ regio extrema, uersus Gaditanū fretum, & Occidentalem Oceanum. in ea Antæus gygas regnasse dicitur, ab Hercule uictus est autē duplex, Cæsariensis a Cæsarea, & Tingitana a ciuitate Tingi. Dicta *μαύρη*, quod inter cetera significat nigrum, quod nigros habeat colonos. Eius Mauri incolæ dicuntur. maurus nomen gentile est, ut Gallus, qui e Gallia originem habet. mauritanus possessiuum, ut Gallie dicimus ergo uirum Maurum, & bellum Mauritanum.

MAVRVSIA CVS, a, um, Mar. li. 12. Et Mauri faci pondera rara citri. **MAVRVSIVS**, a, um, *μαυρῆσιος*, a nomine Maurus. Virgil. 4. Cui nunc Maurusia pictis Gens epulata toris.

MAVSOLVS, p. p. *μαυσολος*, Carix regis nomen omnium avarissimū. Suid. Hunc ita amauit uxor Artemisia, ut eius fato perfumcti cineres uino permistos tradatur ebibisse. ad hæc sepulcrum eisdem sumptuosissimum extruxit, quod est inter septem orbis miracula numeratum.

MAVSOLEVM, p. p. *μαυσολεῖον*, Mausoli regis Carix sepulcrum, ab Artemisia uxore extructum, tanta operis magnificentia, ut inter septem orbis miracula fuerit numeratum. Martia. de Amphit. Domi.

Domitiani. Aere nec uacuo pendentia Mausolea Laudibus immo- dicis Cares in astra ferant. ideo sepulcra omnia sumptuosiora, mausolea dicta.

MAVSOLI, *μαυσολοι*, dicti Cares, Asiae populi, a Mausolo regis. Stephanus.

*MAVSOS, *μαυσος*, agri Corinthij uicus. Steph.

*MAXIES, Africae populi, a Troianis orti. Herod. 4.

MAXILLA, *λε*, [*Maffella. Gal. La mafchoire. Hisp. La quixada de maxilla de la cara.*] *μαξίλων*, non est deminutium a Mala, (ut putauit Prisc.) sed mala a maxilla fit per detractionem medie syllaba, sicut docet Cic. in Orat. Vide Mala. Est autem maxilla, in qua fixi sunt dentes: quamuis etiam de parte exteriori quadoque dicatur, quae barbam emittit. Persius Sat. 4. Tu cum maxillis balanatum gau- sapes pectas.

MAXILLARIS, *re*, [*Maffellare*,] quod ad maxillam pertinet: ut, Deus maxillarum, *μαξίλων*, qui etiam dicitur molaris. Plin. li. 11. c. 37.

*MAXIMINVS, natione Thrax, Romanorum Imperator. ab exerci- tu celsus. Herod. 8.

MAXIMITATEM, ueteres pro magnitudine dixerunt. Lucilius.

MAXIMOPERE, aduerb. [*Sonnamente*,] *μαξίμων*, mirum in modum. Cic. li. 1. Ep. A te maximopere peto.

MAXIMVS, [*Grandissimo*,] *μαξίμος*, superlatiuum a Magna: quo fit maxime, *μαξίμα*, quod quadoque praecipue significat. Cic. pro do- mo. Intuemini paullisper animis intuentem, & maxime eos, qui, &c. Idem 1. de Nat. Deo. Quae ratio poetas, & maxime Home- rum impulit. Saepissime autem pro uehementer. Cic. 1. Off. ut quis que maxime opis indigeat, ita ei primum opitulari. Idem de Ora- to. Dicere quam maxime ad ueritatem accommodate. Interdum est affirmatiua responsio. Ter. in Eua. Tu Parmeno fac illi addu- cantur. P. Maxime.

MAZA, *μαζα*, panis genus est constans farina, oleo, & aqua, aut etiam ex lacte, teste Suida. Vide Coel. Rhod. li. 9. c. 17.

*MAZACA, apud Steph. ciuitas est Cappadociae, sub monte Argeo: quam Tiberius Caesarem non inuauit.

MAZAENA, *μαζαίνα*, Palaeinae opidum, incolae Mazenici.

MAZAEVM, *μαζαίων*, Bithyniae opidum. Ste. in dictione *μαχίμων*.

MAZAEI, Pannoniae populi sunt apud Str. li. 7.

MAZYES, *μαζύες*, Libyae populi inter Nomadas, diuersi ab ijs, quos ab Herodoto Mazias uocari supra ostendimus.

MAZARA, *α*, genus teli, quo antiqui in bello utuntur. Caes. 1. Bell. Gal. Mazaras, ac tragulas subijciebant, nostrisq. uulnerabant.

*MAZARES, unus ex Medorum satrapis. sub Cyro. Herod.

*MAZERAS, flum. in ora maris Hyrcani. Plin. li. 6. c. 16.

MAZONOMVM, p. c. Graeca dictio, qua lanx grandior significatur ad ferenda obsonia in mensam. Hor. 2. Per. Sat. ult. Mazonomo pue- ri magno discerpta ferentes Membra grauis. Varro l. 3. de re rust. cap. 4. Turdos in mazonomo positos coctos.

M A N T E

MEAPTE, compositum ex ablatiuo Mea, & Particula Pte, extra co- positionem nihil significante: ut, Meapte causa *εμπεθενα*. id est, mea propria. Teren. in Heau. Non tam meapte causa laetor, quam illius.

ME, pro mihi, inquit Festus, dicebant antiqui. Enn. lib. 2. Si quid me fuerit humanitus.

MEABILIS, *λε*, Plin. li. 2. c. 5. Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabi lem aere.

MEARVS, *μαρος*, Ptol. fluius Hispaniae in ora Asturum. Mela li. 3.

MEATVS, *tus*, [*Meato, mia*,] *μαρος*, Plin. li. 20. c. 22. Succus maluae deco- ctus meatus siuaues facit. Meatus apud eundem li. 10. c. 28. pro in- cedendi, aut uolandi ratione. Aues solz uario meatu feruntur. Itē li. 2. c. 8. Meatus siderum, motus astrorum.

*MECAPHRODITON, *μικροφροδιστον*, papauer spumeum habes semen.

MECASTOR, *μη τον καστωρ*, iurandi aduerbium. Mecastor, ait Festus, & Mehercules, iusuradum erat: quasi diceretur, ita me Castor, Her- cules ut subaudiatur, iuuet. Ter. in Hec. Salue mecastor Parmeno. Vbi Donatus. Olim salutantes addebant iusurandum.

MECESTVS, *μηκεστος*, Troadis fluius, in Ryndacum influens. Stra- bo libro 12.

MECHANICVS, *pen. cor.* [*Mecanico. Gal. Mechanique, faiseur de machine en d'autres auures mechaniques. Hisp. Official de qualquier arte.*] *μηχανικός*, faber opifex eorum operum, quae ingenio simul ac mani- bus fiunt, *κατ'της μηχανης*, quod est inuentio. Suet. in Vesp. Mecha- nico grandes columnas exigua impensa perduciturum pollicenti. Est & adiectiuum: ut, Ars mechanica *βαναντηρια*, quae manuum exer- cetur: unde artes diuiduntur in liberales & mechanicas.

*MECISTVM, *μηκιστον*, Triphyliae opidum apud Steph.

*MECISTEVS, *μηκιστος*, fuit ex socijs Aiacis Telamonij. Hom. Iliad. 13.

MECOENAS, *μνησινες*, proprium nomen Tusci equitis clarissimi & apud Augustum potentissimi: cui, uelut unico studiorum patrono, Vir. Georgica sua, & Horat. libros Car. inscripsit. Delicatum fuisse,

non solum cultu, ac moribus, sed etiam stylo commemorat: quare eum Augustus Malacinum uocabat, & exagitat, frequenter ut Ca- cozelum, teste Tranquillo. Hor. 1. Car. Mecenas ataus edite re- gibus. Fuit in prouehendis cum omnium disciplinarum, tum pre- fertim poeticae cultoribus adeo benignus, ut ab eo etiam studio- rum patroni, qui subleuanda doctorum hominum egestate se mu- nificos praebent, Mecoenates appellentur. Scribendum Mecenas.

MECON, *μηκον*, urbs Peloponnesi, non procul a Corintho: Steph.

MECONIVM, *μηκωνιον*, succus est papaueris, teste Dioscoride, adeo frigidus, ut epotus exitium afferat.

MECONITES, *μηκωνιτης*, gemma, papaueris similitudinem expri- mens. Plin. li. 37. c. 10.

MECONIS, *μηκωνις*, lactucae genus: a copia lactis soporiferi, *μηκων* enim Graeci papauer dicunt. unde Diosc. li. 16. c. 17.

MECVM, [*Meco, con meco*,] *μητ'εμει*, id est, cum me, ubi praepositio euphoniae causa postponitur. Cic. in Ora. ad Brut. Ex eo Mecum, & Tecum, non Cum me, & Cum te; ut esset simile illis Vobiscum, atque Nobiscum. Interdum mecum, *εμ* significat Intra me. Ter. in Hecy. ut tacita mecum gaudeam. Sic Secum, Tecum, Nobiscum, & Vobiscum. Mecum, cum Simul pulchre iungitur. Plau. in Bacc. Ut eum mecum ad te adducam simul. Similiter cum Vna. Ter. in Hecy. Ut colloqui mecum una possit. Interdum haec tria coniun- gimus: Mecum una simul. Ter. in Heau. Haec fieri uidebat mecum una simul. Mecum facere est, mecum sentire. Cic. pro A. C. c. Re & sententiam interditi mecum facere fatebatur.

*MECYBERNA, opidum maritimum in Ora Macedoniae Orientalis, non procul a Pellene. Plin.

*MEDABA, Nabathaeorum opidum. Steph.

MEDDIX, summi magistratus nomen apud Oscos. Ennius, summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

MEDEA, *μηδεια*, insignis incantatrix fuit, Aetiae Colchorum regis filia: quae cum Iasonem perditae deamaret, facilem illi ad aureum uellus aditum praebuit, sopito per uigiliam dracone, qui noctes, dies- que illud asseruabat, quo facto, patris iram metuens Iasonem in Graeciam secuta est, patremque insequentem discerptis Absyrti fratris membris, & per uiam dispersis, retardauit. Repudiata dein de ab Iafone, filios suos, quos ex eo susceperat, occidit. Glaucum que Creontis filium, cum qua Iason fecundae contraxerat nuptias, incensa regia uiuam cremauit, ipsum que etiam Iasonem impatien- tia doloris manus sibi inferre coegit.

MEDELA, *α*, [*Medicina*,] *μηδεια*, medicina.

*MEDEON, *μηδεων*, duorum medicorum nomen, apud Str. lib. 9. alter in Phocide, alter in Bogaia fuit.

MEDERGA, [*Ver me*,] *μηδεργα*, interposito d, ob hiatum uocalium. Plau. in Epid. Deliquisset Mederga. Antiqua dictio.

MEDEO, *deris*, [*Medicare. Gal. Medeciner, remediur. Hisp. Amelizar.*] *μηδεω*, a medius fieri uidetur, quod ad medium temperamen- tum aeger debeat reduci. Est autem Mederi, remedium asferre. & construitur fere cum datiuo: Cic. pro Quint. Qui uulneribus me deri debeam. Quandoque cum accusat. Teren. in Phor. Quas mi- nus mederi possit. Inuenitur etiam Medetur impersonale. Plin. li. 17. Ex eo medetur oris ulceribus. Mederi contra serpentium ic- tus, dixit Plin. lib. 9. cap. 13. Medendo gerundium, etiam in pas- sua significatione, ut notauit Seruius in illud Vir. 12. Aen. Aegre scitque medendo, id est, dum ei medetur. Hinc Immedeor, intus medeor.

MEDIA, [*Media*,] *μηδεια*, regio Asiae, a Septentrione Hyrcano mari, ab Occasu maiori Armenia & Assyria terminata: a Meridie Per- sident, ab ortu Hircaniam habens & Parthiam, quae Cossiorum montibus ab ea excluditur. Str. li. 11. Mediam in duas diuidit par- tes, quarum alteram maiorem uocat, cuius caput Ecbatana facit: alteram minorem, quae & Atropatia dicta est, ab Atropatio duce, qui eam a Macedonum impetu tutam praestitit. Mediam Solinus di- ctam putat a Medo, Aegci & Medae filio.

MEDIA VOCABVLA, [*Voci communi*,] quae & in bonam, & in malam partem accipi possunt: *μησα*, a Graecis dicta: ut, tempestas, ualetu- do, facinus, dolus, gratia, industria, periculum, uenenum, conta- gium, & apud heteros honor, quo etiam significabatur iniuria. Gel. lib. 12. cap. 9.

MEDIANVS, *α*, *μηδανος*, quod in medio est, unde me- dianas columnas dixit Vitru. li. 3. cap. 1.

MEDIASTINVS, p. p. [*Famigliaccio*,] *μησαστινης*, mancipium abiectum est, teste Budaeo, quod uilissima, & sordidissima ministeria obire domi cogitur, ut domum uertere, purgamenta asferre, ligna con- gegerent dictum, quod in media domo ad imperia omnium nutus que soleat excubare. Cic. in Catil. Contemno exercitum colligisti ex senibus delperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis, deceptoribus. Col. lib. 1. cap. 9. Separanda aratores a mediastinis. Hor. 1. Epist. Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Vlp. libro 1. Digest. Naut. camp. stab. Qui mediastini opera fungitur. Pri- scianus Mediastinos interpretatur seruos esse abiectissimos laug

ribus in balneis ministrare solitos, itaque appellatos existimat, quod in medio balnei stare soleant. Mediasinum appellant medici membranas in uentre hominis medio, quae sunt ueluti medius quidam paries, diuidens thoracem totum in duos ueluti uentriculos.

MEDIASINUS, *εὐς*, p. c. summus apud Campanos magistratus. Lili. lib. 6. Dec. 3.

MEDIBILE, [*Che si può medicare*], *ἰασημος*, medicabile. Fesli.

MEDICA, *α*, [*Medica, tre foglie*], *ἰασημον*, herba trium foliorum, semper uiuens, in eorumque pabulis laudatissima, quae semel facta decem annos durat, lingulisq. annis quarter, aut interdum sexies demessa, sua semper sponte succrescit: ita dicta, quod in Media abundet. Vide Cat. de re rust. cap. 41. & Var. lib. 1. de re rust. cap. 42. & Col. lib. 2. cap. 11.

MEDICABILIS, *ε*, [*Atto ad essere medicato. Gal. Qu'on peut guerir, medecinable. Hi. Cosa que se puede amelezinar*], *ἰασημος*, cui adhiberi medicina potest. Oui. 1. Met. Nullis amor est medicabilis herbis. Id. Ep. 5. Nulla medicabilis arte Laeta pudicitia est. Sunt tamen, qui legant Reparabilis. Quandoque pro medicinali. Col. 1. 7. cap. 10. Ligni succus medicabilis.

MEDICAMEN, *nis*, [*Medicamento, medicina. Gal. Medecine, remede, medicament. Hisp. Melezina*], *ἰασημον*, medicina. Plin. lib. 7. capit. 19. In iunctis medicamen oculis. Oui. 2. de Arte: Irate medicamina fortia praebent. Cic. in Pis. Vinolentis quibusdam medicaminibus sole re curari. Accipitur & medicamen pro colore, quo lanæ medicantur, hoc est tinguntur, unde & pro succo purpuræ posuit Plin. lib. 9. cap. 28.

MEDICAMENTARIA, *φαρμακοποιία*, ars conficiendi medicamenta. Plin. lib. 7. cap. 56. Herbariam & medicamentariam a Chirone repertam uolunt.

MEDICAMENTARIUS, *ρις*, [*Colui che fa medicine. Gal. Medicin, qui aprestes les medicines. Hisp. Medico à que adoba melezinas*], *φαρμακοποιός*, qui medicamenta conficit. Plin. lib. 19. capit. 6. Folio eius utuntur medicamentarij.

MEDICAMENTOSVS, *ιατρικός*, quod remedium affert. Cat. c. 15. de omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior.

MEDICATIO, *nis*, *ιατρεία*, Col. lib. 2. cap. 10.

MEDICAMENTVM, *τι*, [*Medicina. Gal. φάρμακον, medicina. Cic. 3. Offic. Siquis medicamentum cuiquam dederit ad aquam intercutē. Sumitur quandoque pro ueneno: ut, Venenum pro medicamento, quoniam Græci utrumque φάρμακον, uocant. Caius Iure conf. de verb. sig. Qui uenenum dicit, adijcere debet, bonum, uel malum. nam & medicamenta, uenena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitur naturam eius, cui adhibitur est, mutat. Medicamenta amatoria dicuntur, quæ ad amorem conciliandam dantur. Medicamenta soporifera, quibus somnus accersitur.*

MEDICINA, *α*, [*Medicina. Gal. L'art de medicine. Hisp. Medicina*], modo ipsa medendi ars, quam Græci *ιατρική* uocant. Cic. 5. de Fin. Ut medicina ualitudinis, sic uiuendi ars est prudentia. Modo remedia, quibus quis curatur. Idem 2. de Orat. medico diligenti, prius quam conetur ægro adhibere medicinam, non solum morbi eius, qui mederi uolet, sed etiam consuetudo ualentis, & natura corporis cognoscenda. Somnus medicina curæ. Ouidius 1. de Pontico Eleg. 2. Requies, medicinaque publica curæ Somnus adest. Adhibere medicinam reip. Cic. pro Sex. Cohortari uos ausus est accusator, ut aliquando medicinam adhiberetis reip. Afferre medicinam. Cic. in Cati. Singulis medicinam consilij asseram. Facere medicinam. Cic. Ter. Ita sum leuatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse uideatur. Pla. Cif. Qui huic morbo facere medicinam potest. Parare medicinam. Ouid. 1. de Rem. Sero medicina paratur. Cum mala per longas inualuere moras. Medicinam, inquit Nonius, dicimus & uenenum, tractum a Græcis, qui uenenum φάρμακον appellat. Medicinæ inuentorem Chironem centaurum perhibent. hic inuenit herbarum uires. nonnulli Aesculapio hoc tribuunt. apud Oui. 1. Met. medicinæ inuentionem sibi Apollo uin dicat: Inuentum (inquit) medicina meum est. Plurimum deinde medicinæ contulit Hippocrates: supremum autem fastigium Galenus imposuit. Medicinæ tria genera ueteres fecere, quarum prima uictus ratione, altera manu, tertia pharmacis medetur. Cels. libro 1.

MEDICINAE, *arum*, [*Speziaria, bottega de medicine. Gal. Botiques de medecins ou apothicaires. Hisp. Tiendas de especias y medicinas*], *ιατρείον*, tabernæ, ubi pharmaca uenduntur. Pla. in Amph. Omnes plateas preptauit, gymnasia, myropolia in foro, in medicinis, in tóstrinis.

MEDICINALIS, *ε*, [*Medicinae. Gal. medicinal. Hisp. Cosa pertenesciente à la medicina, medicinal*], *ιατρικός*, adiect. quod ad medicinam pertinere ut, Cucurbita medicinalis. Plin. lib. 32. c. 10. Ars medicinalis. Celsus: Medicinalis uero digitus dictus est minimo proximus, ut inquit Macrob. quem & Anularem ueteres appellauerunt, quod in eo digito ueteres anulum potissimum gestabant.

MEDICO, *cas*, & *medicor*, *aris*, [*Medicare*], *ιατρικός*, medeor. Virg. lib. 1. Geo. Semina uidi equidem multos medicare ferentes. Oui.

1. Amo. Ele. 14. Dicebam, desiste tuos medicare capillos. Eius passiuo usus est Plin. lib. 16. cap. 27. Ficus sola ex omnium arborum fetu medicatur. Frequentius autem utitur uerbo deponente Medicor, quod modo cum datiuo coniungitur. Virg. 2. Ge. Senibus medicantur anhelis. Modo cum accuatiuo. Id. in lib. 11. Ac. Sed non Dardanix medicari cuspidis idem Eualic.

MEDICATVS, *um*, *ιατρικῶς*, medicamentis infectum: ut, Medicatæ fruges. Virg. 6. Ae. Medicatis frugibus osam. Sic Medicata pocula, medicatæ ficus, medicatus sapor, medicatus odor. Mart. lib. 9. Sautonica medicata dedit mihi pocula uirga. Plin. lib. 23. c. 7. de ficis. Nouissime salubriores, quam primæ medicatæ uero nunquam. Plin. epist. 173. Sapor medicatus, medicata substitutione uina. Col. lib. 1. c. 6. Tera medicata ueneno, Sillio lib. 7.

MEDICVS, *ci*, [*Medico. Gal. Medecin, Hisp. Medico, curador de dolencias*], *ιατρος*, qui artem medendi nouit. cuius duo sunt scopi, ut scilicet præter naturam affectos, quoad eius fieri potest, ad naturalem statum sciat reducere: aut, si id fieri non queat, ut saltem dignoscatur, qui sanabiles sint, & qui deplorati. Officiu medicu, ut inquit Aesclepiades, est, ut tuto, & celeriter, ut iucunde curet. Cic. pro Clu. Ut quisque morbus est difficillimus, ita medicus nobilissimus, atque optimus queritur. Cura solers medicorum, Ouidius 2. de Pont. Ele. 7. Celer, atque fidelis medicus, Hor. 2. Ser. Sat. 3. Conuocare medicos, Catullus.

MEDICVS, *um*, *ιατρικός*, quod est medicu. Vir. lib. 3. Geo. Dum medicas adhibere manus ad uulnera pastor Abnegat. Ars medica, Tibull. lib. 2. Eleg. 3. Ope medica iuuare aliquem, Oui. 2. Amor.

MEDICVS, *um*, prima longa, ut malum Medicu. in. i. citreum.

MEDIETAS, *atis*, [*Medi*], *μεσότης*, rei alicuius pars media. Cic. de uir. uer. Ut in singulis essent bina media. vix enim audeo dicere Medietates, quas Græci uocant, *μεσότητες*.

MEDIMNVS, *μέδιμνος*, genus mensuræ, teste Budæo, quæ fenos capit modios: Galli sua lingua Minam uocant. Cic. 5. Ver. Tritici septem millia medimnum. Dicimus & Medimnum ne. ge. Idem ibi dem. In iugerè Leoncini agri medimnum fere tritici seritur.

MEDIOCRITER, [*Mediocrementis*], aduerb. *μετρίως*, moderate, Cic. 5. Ver. Mihi non mediocriter ferendum uidetur. Idem 2. Tusc. Nemo mediocriter doctus ignorat.

MEDIOCRITAS, [*Mediocritas*], *μετρίως*, medium, ut ait Non. Cic. lib. 1. Offi. In uestitu, sicut in plerisque rebus, mediocritas.

MEDIOCRIS, & hoc cre, [*Mediocre meζανος*], *μέτριος*, mediū tenens. Cic. 2. de Ora. Hæc sunt ingenij uel mediocris, exercitationis uel maximæ. Cic. de Ami. Nec mediocre telum existimare oportet beneuolentiam ciuium.

MEDIOLANVM, [*Milano*], *μεδιόλανον*, urbs est Cisalpinæ Galliæ metropolis, populi multitudine fertissima, agriq. bonitate felicissima, annis CCC. LXX. ante CHRISTI aduentu a Gallis Insulubris condita, & a noie relicta ab eis Mediolani, (ut putat Volater) ita appellata. Quamquam sunt nonnulli, inter quos est Ambros. qui a sue dimidia parte lanata Mediolanum appellatum putent. In hac etiam sententia uidetur fuisse Sidonius Apollinaris. Verisimilior tamen apparet Volaterrani opinio, præsertim cum ipse etiam Ptolemæus Mediolanum opidum in Gallia Lugdunensi recensent inter Ligerim & Sequanâ fluuios. De origine huius urbis scribit Liul. 9. in hæc uerba, Galli, fisis acie Tuscis haud procul Ticino fluuiio, cum, in quo conserderant, agrum Insulubrium appellati audissent, ibi omen sequentes loci, condidere urbem, quâ Mediolanum appellarunt. Ex hac urbe Statius Cæcilius poeta comicus originem traxit. Est præterea Mediolanum siue Mediolanium, teste Pro. Britannix opidum. Item aliud inferioris Germanix opidum in Coloniaensi diocesi, quod hodie Monasterium uocant. Stra. lib. 4. Aliud huius nominis opidum collocat inter Xantones Gallix Aquitanicæ populos, quod hodie idem esse credimus cum eo, quod vulgo Saintes uocant.

***MEDIOMATRICES**, populi sunt inter Belgas, Leucis, & Eburonibus uicini. Plin. & Strab.

MEDION, *μυδιον*, erba Mediæ peculiariis (unde & nomen accepit) in locis umbrosis, præriosq. nascens. Romani Trifolium odoratum uocant. Vide Diosc. li. 4. c. 20.

MEDION, *μυδιον*, opidum in finibus Aetoliæ. Polybius 1. 18.

MEDIOXIMVS, uel medioximus, p. c. [*Mediocre*], *μείζων*, medium significat: unde Medioximi dii uocantur, potestatis mediæ. Seruius in lib. 8. Aen. dicit Herculeum esse communem deum, inter mortalitatem, & diuinitatem: esse enim numina aliqua tantu terrestria, aliqua tantum caelestia, aliqua media, quos deos Appuleius Medioximos uocat. Pla. in Cal. Dij, de æq. superi, inferi, & medioximi Idem in Cist. Medioximum dicit uxorem.

MEDIOPONTVS, instrumentum funarium, quod Cato c. 3. numerat inter ea, quæ necessaria sunt ad conficiendum oleum.

MEDITAMENTVM, *τι*, [*Pensero*], idem, quod meditatio. Tacit. li. 20. Et ceteris belli medicamentis militum firmabant. Idem li. 15.

MEDITATE, Plau. in Bac. Illorum mores perquam meditate reser,

id est nostri ex longa meditatione.

MEDITATIO, onis, [*Pensiero. Gal. Grand pensément. Hisp. Grande pensamiento.*] μελετη, commentatio. Cic. 2. de Orat. Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atque expeditos habere debetis. Idem 2. de Diu. Multinaturæ uicium meditatione, atque exercitatione sustulerunt. Idem 3. Tus. Stulta est meditatio futuri mali. Definitor autem hoc modo: Meditatio est reuocatio sensuum interiorum ad suam originem.

MEDITATIVVM, dictio ficta a Grammaticis, qui meditativum uerbum appellant, quod sensum quandam meditandi uideatur habere, cuiusmodi sunt Esurio, Micurior, & similia, quæ Valla desideratiua uocat, quod desiderium significat.

MEDITERRANEVS, a sum, [*Fra terra.*] μεσόγειος, a marire motum, quasi in media terra. Cas. 5. Bell. Gal. Nascitur ibi plumbum in mediterraneis regionibus, in maritimis ferreum. Mediterraneum mare, quod ex Oceano inter Abylam Mauritanix, & Calpen Hispanix promontorium irrumpens, per medias terras diffunditur, Africamque dirimit ab Europa.

MEDITERREVS, idem, quod Mediterraneus. Fest. Mediterreum, melius, quam mediterraneum, Sifenna dici putat. Antiquum.

MEDITOR, aris, p̄e. co. [*Pensare. Gal. Mediter. penser diligemment & attentiuement. Hisp. Mucho pensar.*] μελετώ, quasi medio animo uerbo, hoc est cogito. Plaut. in Amph. Meditabor, quo modo illi dicam, cum illo aduenero. Interdum est cogitando inuenire. Terren. in And. Venit meditor, alicunde ex solo loco. Plinius in Paneg. Hoc meditati teneamus, id est, præparata oratione. Interdum exercere. Virgil. 6. Ecl. Agrestem tenui meditabor arundine Musam. Inde meditationes, in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarii quidam conflictus, qui circa sanguinem fiebant. nam ars militaris, teste Vegetio, ut ceteræ omnes artes, meditatione perficitur. Meditari alicui insidias uel dolum, idem est, quod tendere insidias uel dolum. Virg. 5. Ecl. Nec lupo insidias pecori, nec retia ceruus Vlla dolum meditantur. Seruius putat, Meditor dictum esse, quasi melitor, a uerbo Græco μελετώ, per immutationem l, in d. Interdum enim hæc duæ litteræ sibi mutuo cedunt, ut cum dicimus, Sellam pro Sedda. Hinc est, quod meditor interdum accipitur pro suauiter cano: ut apud Virgil. 1. Eclog. Siluefrem tenui musam meditaris auena. Reperitur etiam hoc uerbum in passiuâ significatione. Ter. in Phor. Meditata sunt mihi omnia mea incommoda. Ci. 1. Off. Leuiores sunt, quæ repentino motu accidunt, quam, quæ meditata & præparata inferunt. Hinc Præmeditor.

MEDITRINA, p. p. medicamentorum Dea, Festo.

MEDITRINALIA, orum, sacra deæ Meditrinæ. Mos erat, ait Fest. Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, dicere ominis gratia: Verus nouum uinum bibo, ueteri nouo morbo medeor. A quibus uerbis etiam Meditrinæ deæ nomen coëptum: eius que sacra Meditrinalia dicta sunt. Var. de lin. La. 1. 5. Meditrinalia dies dictus est a medendo, quod, ut ait Placcus, Flamen Mar. dicebat hoc die solitum uinum nouum & uetus libari, & degustari medicamenti causa, quod facere solebat etiã nunc multi, cum dicant: Nouum uetus uinum bibo, nouo ueteri morbo medeor.

MEDITVLLIVM, Iij, τὸ μέσον, non medium terræ, sed procul a mari, quasi meditullius, ab eo, quod est tellus. Cicero in Top. dicit, tullium in hoc uerbo extensionem esse uocabuli, nihil significantem.

MEDIVS, dia, umi, [*Μέζο. Gal. Qui est an milieu, moyen. Hisp. Cosa media entre dos cabos.*] μέσος, quod mensuratum æqualiter distat ab extremis: quamuis etiam medium dicatur, quidquid inter duo extrema est, etiam si non æqualiter distet ab utroque. Vir. 7. Aë. Mediū Aeneas iam classe tenebat Certus iter. Quandoque idem ualet, quod in communem usum. Cic. 1. Off. Omnes utilitates in mediū afferre. Aliquando medium dicitur, quod ex uno tantum participat, quantum ex altero. Liu. lib. 1. Medium erat Anco ingenium, hoc est, procliuē tam ad pacis, quam ad belli artes. Aliquando pro dubio ponitur. Liu. li. 9. Bel. Mac. Medio responso spem fecerat, cessurum patrum auctoritati esse. Quandoque manifestum. Vir. 2. Aë. Mediumque ex hoste recepi. Ibidem: In media iam morte tenetur. Vtrobique exponit Seruius Medium pro manifesto. In priore tamen exemplo, non inepte interpretari possumus, E medio hoste, pro, E mediis hostibus, uel E medio hostium. Quandoque intercedens, aut potius importunus, ac incongruus. Idem 1. Aeneid. Ne qua scire dolos mediusve occurrere possit. Accipere aliquem medium, hoc est, per medium corpus. Liu. li. 1. Medium arripit Seruium, elatumque, & curia in inferiore partem per gradus deiecit. Sic apud Ter. in And. mediam mulierem complectitur. Eleganter dicitur, Ponere in medio, pro publice exponere, & omnibus ea de re iudicandi potestatem facere. Cic. 1. de Na. Deo. Ponam in medio sententias philosophorum. Vocare in medium, idem fere est, quod uocare in dubium. Cic. pro Cluen. Rem in medium uocare cœperunt, & causam illam totam deposcere.

Venire in medium, est, in disputationem, & controuersiam uenire. Cic. 1. de Fin. Prima ueniat in medium Epicuri ratio. Procedere in medium, est in coronam prodire. Relinquere aliquid in medio, est in controuersum aliquid relinquere, nihilque de eo statuere. In medio esse, uel positum, aut situm esse in medio, est manifestum esse, uel in promptu. Cic. 4. Verr. Tabulæ positæ sunt in medio. Aliquando tamen, In medio esse, ponitur pro dubium esse, uel incomptum: ut apud Suet. Quod diserepat, in medio sit. hoc est, dubium relinquatur. In medium consulere, est in commune consulere, uel ad communem utilitatem: de quo supra diximus. Pellere de medio, uel e medio, Ennius apud Cic. pro Mur. Pellitur e medio sapientia. Recedere de medio, est abire. Cic. pro Sex. Rosc. Recede de medio. Sumere argumenta de medio, est ex rebus manifestissimis argumenta sumere. Tollere de medio, pro occidere. Cic. pro Rosc. Amer. Perfacile hunc, hominem incautum, tolli de medio posse. E medio discedere, pro secedere, & occultari, ait Bud. Priscianus Medium dictum putat a modo, hoc est, a mensura: unde & Modium. & differentix causa Medium dici existimat, mutato o, in e. Alij malunt a Græco, μέσος, deducere, quod idem est, quod medius. Hinc Dimidius, dia, dium, quasi per medium diuisus.

MEDIVS FIDIVS, [*Per Dio.*] aduerbium iurandi, ex tribus compositum: putaturque idem significare, quod Mehercules: quasi dicas, ita me Iouis filius amet. nam Δία Græci dicunt, quæ nos Iouem. fidum autem pro filio dictum uidetur: quia antiqui pro I, litteram d, passissime collocabant. Quidam interpretantur, per diuisidum, quidam per diurni temporis, i. diei fidem. Hæc Festus. Alij sic exponunt, Mediusfidius, hoc est, per deū Fidiū. nam Fidius deus est, qui fidei præest. Plaut. in Afi. Per dium Fidiū credis iurato mihi. Brutus Ciceroni. Ego mediusfidius non existimo tā omnes deos auersos. Fidiij dei alia duo fuerunt nomina. nam & Sancus, & Semicaper appellabantur, fiebatque eis sacrum nonis Iunij in colle Quirinali: ubi templum habebant a Sabinis (ut putatur) primum dedicatum: qui in urbem recepti, deos quoque patrios, in urbem transtulerunt. Ouid. 6. Fast. Quæ rebam nonas Sancio, Fidio ne referrem, An tibi Semicaper: tunc mihi Sancus ait: Cuiusque ex istis dederis, ego munus habebō: Nomina terna fero: sic uolueres Cures.

*MEDMA, opidum in agri Bruttij litore una cum portu. Pli.

*MEDMASSA, opidum Carix. Steph. & Pli.

*MEDON, nothus Oilei, ex matre Rhyna. Hom. li. 2.

MEDVACVS, siue Medoacus, [*Brenta.*] μέδοακος, Venetorum fluiuij Patauium alluens, qui uulgo Brenta dicitur. nam ostia Padi Plin. describens ait: Pars eorum & proximum portum facit Brunditulum, sicut Edronem Mednaci duo, & fossa Clodia. Strab. scribit Medoacum uocari & portum, & fluiuium. Idem supra Venetos Carnorum, & Meduacorum fuisse gentem tradit. Plin. lib. 3. cap. 16.

MEDVLLA, æ, [*Midolla. Gal. Mouelle. Hisp. Meollo. ò tuetano del buello.*] μυελός, dicta est, quod in ossibus media sit. Cic. 4. Tus. Cum hic feruor tamquam in uenis medullisque infederit, tum existit morbus. Hinc Emedullo, quod est medullam extraho.

*MEDVLLA, Latij opidum fuit, Albanorum opus. Pli.

MEDVLLINA, μεδυλλίνα, Plutarcho puellæ cuiusdam Romanæ nomen, quæ a patre in tenebris uitium passa, cum ex detracto ei anulo stupri auctorem agnouisset, patrem primum, deinde seipsam in terfecit. Plut. in parallelis.

MEDVLLITVS, p. c. ἐκ μυελών, aduer. ex ipsis medullis, uel usque ad medullas. Varro: Medullitus Aquiloniam seruat frigiditatem. Per translationem significat intime. Plaut. in Most. Vt uideas eam medullitum me amare.

MEDVSA, p̄e. pr. [*Medusa.*] μέδουσα, fuit filia Phorci ex Ceto marina bellua, quæ una cum duabus sororibus Euriale & Stenione Gorgadas insulas in Oceano Aethiopico tenuisse feruntur. unde & Gorgonides appellantur. Hæc cum esset insigni forma, etiã habuit in ter alia decoris spectabilia crines proxime ad auri colorem accedentes: quorum splendore captus Neptunus, in Mineræ templo cum ea concubuit, ex quo concubitu postea natus est Pegasus equus. quam iniuriam Mineræ graui & iniquo animo ferens, Meduse crines, quibus maxime amatoris suo placuerat, in anguis mutauit: deditque ut omnes eam adspicientes in lapides uerteretur. quam obrem cum nemo tam immane monstrum intueri posset, Perseus Iouis & Danaes filius, Mercurij talaribus, & falcato ense accepo, Palladis item scuto, ut ære repercutiam effigiem eius uideri impune posset, ex improuiso, cum ipsa anguesque sopiti essent, adortus, peremit, & in patriam rediens cum eiusdem caput secum deferret, contigit ut guttæ sanguinis decedentes per solitudines Africa mutarentur in serpentes. Vide Lucan. li. 9. Squalabant late Phorcinidos arua Medusæ. Inde Meduseus, sea, seuum. Vide in dictione Pegasus.

MEDVSA, μέδουσα, a quibusdam appellatur herba ea, quam Romani

Veneriam, siue Lanceolam. Diosc. οχρῆτις, appellatur. Habet hæc herba florem in cuncto pileolo similem, qui theatralis larvæ, & hircinis, nec parsonæ formam refert: ex cuius medio, quasi ex aperco & hiante ore, se profert quædam quasi lingua candido colore. ob quam caussam & Medusam appellantur, a Gorgonis abicissi capitis similitudine. nam etiam hodie in antiquis monumentis Medusæ caput ita effictum videmus, ut quam maxime pôt aperto ore linguam exerat. Vide Mar. Ver. in Diosc.

MEGABYZ, μεγαβύζοι, siue Megalobyssi, dicebantur Ephesæ Dianæ sacerdotibus, quos Eunuchos esse oportebat, unde & pro imbellibus ac mollihus poni consueverunt. quales sunt spadones. Quinlib. 5. cap. 12.

MEGAERA, μέγαερα, furia infernalis. nam μεγαίρω, odi, siue inuideo. Latine notat. Clau. Surgit tristis de sede Megera.

MEGALIVM, μεγαλήειον, unguentum a Magnificencia sic appellatum, eo quod ex cussit Thelinum ante se cantatissimum. alij a Megaleo inuente dictum malunt. Vide Diosc. lib. 1. c. 6. & Hermodasium in Plin.

MEGALIA, orum, μεγαλήϊστα, dies dicatus Magnæ matri deorum. Ludi quoque, qui celebrabantur ante templum, Megalesia dicebantur, & Megalenses. Liu. l. 2. M. Brutus ædem magnæ matris deû in Palatio dedicauit, & ludos ob eam dedicationem factos Megalesia appellauit. Cic. de haruf. res. Quid de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri maiores ante templum in ipso Matris magnæ conspectu Megalensibus fieri uoluerunt.

MEGALOPOLIS, μεγαλοπόλις, Arcadiæ urbs, post Leuſtriciû bellum condita: quæ dimidia sui parte Orestia uocabatur, ab Orestis aduentu. Ex hoc opido ortum traxerunt Cercidas, præstantissimus legislator, Miliambon poeta, Aenesias Peripateticus Theophrasti discipulus, Acesodorus, qui de urbibus scripsit, & Polybius historicus. Megalopolis, item Asiæ opidum fuit, postea Aphrodisias dictum, inter Lycum & Mæandrum fluuios situm, quod Stephanus Carix attribuit: quamquam in Græcis codicibus Icariam corrupte legamus pro Caria. Tertia eiusdem nominis ciuitas in Iberia collocatur ab eodem Steph.

MEGARA, πέη. c. μέγαρα, urbs Achaix in confinio Atticæ, & Peloponnesi, patria Euclidis geometræ, dicta a Megareo Apollinis filio. meminit Plin. lib. 4. cap. 7. & Ser. Sulpicius ad Cic. lib. 4. epist. Pro eodem dicimus Megara, orum, plurali nu. Plin. lib. 17. cap. 39. Megaris diu stetit oleaster in foro. Col. lib. 10. Iam Megaris uenient genitalia femina Bulbi.

MEGARIS, idis, πέ. c. μεγαρίς, regio Achaix, in confinio Atticæ, & Peloponnesi, dicta a Megaris præcipua eius tractus urbe. Plin. lib. 4. cap. 7. Attingit Isthmum parte sui, quæ Megaris appellatur, a colonia Megara. Est præterea Megaris insula nomen inter Neapolim, & Paussilipum sitæ, teste Plin. lib. 3. c. 6.

MEGARVS, a. um. Vir. 3. Aen. Panagiam Megarofq. sinus. Est item Megara, montis nomen in Sicilia apibus abundantis, qui urbem habet eiusdem nominis in radice sitam. Fuit præterea hoc nomine filia Creontis, & uxor Hercules.

***MEGES**, unus fuit ex Græcorum principibus, qui ad Troiam profecti sunt. Homer. in catalogo. Fuit etiam Meges chirurgicus nobilis, de quo Celsus.

MEHERCVLE, [Per Dio.] ἡ δία, ἡνὶ τὸν ἥρα κλέα, iurandi aduer. Idem significans, quod per Herculem, Cic. Attic. lib. 10. Epistola tua gratissima fuit meæ Tullix, & mehercule mihi. Dicimus etiam Mehercules in eadem significatione. Festus: Meceator, & mehercules iurandum erat, quasi diceretur, Ita me Cæstor, ita me Hercules, ut subaudiatur, iuuet. Cic. in Or. Pomeridianas quadrigas, quam Postmeridianas, libentius dixerim: & Mehercule, quæ Mehercules.

MEI, tui, sui, Cic. Postu. Qui fletu suo desiderium mei memoriamque renouaret.

MEIO, meis, [Orinare. Gal. Pisser, uriner. Hisp. Meaz, orinar.] ἔπειω, tertix coniugationis, urinam emitto. Diomedes præteritum quidem proprium Meij, esse dicit, sed Minxi esse in usu. Perf. Sat. 7. Sacer est, pueri, locus, extra Meijte. Mart. lib. 2. Minxisti corrente femel Paulline carina. Iuu. Sat. 1. Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est. Mictum, mictu in supino. Hor. 1. Ser. Sat. 8. Mictum, atque cacatum. Multa meiens, Catullus.

MEL, huius mellis, [Mela. Gall. Miel. Hispan. Miel.] a Græco μελί, notæ significationis est. Virgil. 4. Aeneid. Dulcia mella premes. Cicero de Senect. Villa abundat lacte, caseo, melle. Sunt, qui dicant Mel esse cæli sudorem, alij siderum saluam, alij purgantis se aeris succum, constat sane ex aere decidere siderum maxime exortu, sublucanis temporibus. Vnde sub primam auroram, folia arborum melle rosida inueniuntur. Mel ueruum, dicitur Anchinum mel: mel æstiuum, uocatur δ' αἶον. Mel, quod per se fluxit, Acæton uocatur, quod sine retrimento sit. Mel blueſtre, Ericæ, ab Erica frutice, quam & gisarum nominant. folia habet tamarisci similia. Acraton, mel purum, atque integrum,

quod neque aclescere cepit, nec nullum passum est uitium Plinius lib. 11. cap. 24.

MELABATHRYM, μελαβάθρον, herba, alio nomine Parthenium, chamæmelo adeo similis, ut pro ea sæpe fallat legentem. Dioscorid. lib. 3.

MELAENA, μέλαινα, insula in ostio maris Hadriatici, alio nomine Corcyra. ut docet Plin. lib. 3. capit. 26. Stat. lib. 12. Theb. uiridifque Melæna.

MELAENAE, μέλαινα, opidum in Arcadia, a Melæneo Lycæonis filio conditum. Plin. Melanæam uocat. l. 4. c. 6. Stephanus Melænas.

MELAMPELOS, π. c. μελάμπελος, herba, alio nomine Helixine. quidam ex Latinis Vitem nigram appellant. Diosc. lib. 5.

MELAMPODION, μελαμπόδιον, genus nigri helbori, a Melapode quodam, qui eo uti in diuinationibus solebat: uel a pastore eiusdem nominis, qui primus hanc herbam inuenisse dicitur, dum capras eo purgari animaduertit. Plin. lib. 25. c. 5.

MELAMPVS, μελάμπος, Amythaon Argiui, & Dorippes filius, teste Homero Od. li. 15. Nomen autem accepisse fertur, quod mater infantem exposuerat toto corpore tectum, præterquã pedibus, qui a sole atro colore attracto, nomini caussam dederunt. Augustino claruit. Virg. li. 3. Geo. Amythaoniusque Melampus. Is Præti filias furentes sanauit.

MELAMPHYLLON, μελάμυλλον, mons in Thracia. Plin. lib. 4. c. 11.

MELAMPHYLVVS, μέλαμυλλος, insula Ionix adiacens ante Ephesum, notiori nomine Samus appellata. Plin. lib. 5. c. 31. & Strabo. li. 14.

MELAMPYROS, μελάμυρος, herba in segetibus nascens, teste Theophrasto, alias Mayagros appellata. Latine sonat frumentum nigrum.

***MELANCHÆTES**, canis nomen apud Ouid. Met. 3.

MELANCHOLICVS, [Melancholicus,] qui nigra bile plurimum abundat. Cic. 1. Tus. Arist. ait, Omnes ingeniosos melancholicos esse.

***MELANCLAETI**, Scythixæ populi, nigris uestibus.

MELANCHOLIAE, uaria species, uide apud Gal. de Atra bile.

MELANCORYPHVS, μελαγκόρυφος, anis, quæ & Ficedula dicitur, quod κορυβιά μέλαινα, i. uerticem nigrum habeat. Latine Astricapilla dicitur possumus. Plin. lib. 37. c. 8.

MELAENAE, μέλαινα, Steph. opidum in Arcadia. Plin. lib. 4. c. 6.

MELANTON, μελάντων, flos subnigri coloris. Latine Violam albam possumus interpretari.

MELANVRVS, μελανύρος, piscis saxatilis, nigricantem habens caudam. Penultima huius dictionis producitur, cû apud Græcos scribatur per u diphth. Lippius in 3. Oppia. Haud facili paruis melanurus fallitur arte. Eiusdem tamen contra orthographix rationem penultimam corripuit, primamque, quæ per e scribitur, licenter produxit in hoc uersu, Melanurum, turdum, merulam, tumbamq. marinam. Est præterea Melanurus serpentis genus, præcipue in Libya & Arabia nascens, uipera minus, sed ad inferendam perniciem multo uelocius. Morsu ab eo fiti torquetur, immodiceq. bibentes sibi necesse inferunt. Cauda lineis duabus nigris distinguitur, (unde & nomen accepit) corpore reliquo albicante. Vide Cels. lib. 34. c. 23.

MELANYON, μελάνυον, dictus Hippomenes, quod pomis certamen confecerit, ἔπει μῆλων, hoc est a malis, & αἰύοι, perficio. Alij per iota scribere malunt Melanion, putantq. compositum esse a nomine μῆλον, & uerbo αἰύμι, ut Melanion dicatur, quasi mala e manu emittes. Hippomenes enim cum Atalata cursu certaturus, a Venere mala aliquot aurea accepit, quæ inter currendum emisit, ut Atalantam ipsa colligedis occupatam interim præuerteret. Propertius: Sæuitiani duræ contudit Iafidos.

MELAPPVM, mali genus, dictum ab Apij mali similitudine, Plin. lib. 15. cap. 14.

MELAS, μέλας, multorum fluuiorum nomen est. nam, unum esse in Mydonia, ostendere uideretur Ouid. lib. 2. Metam. Mygdoniusque Melas. Rursum alium nauigabilem esse in Cilicia, & ipsius terminum. i. qui Ciliciam a Pamphylia diuidat, scribit Plin. lib. 5. c. 27. Alium item in Thracia collocat idem Plin. lib. 4. c. 11. Item alium in Bœotia, qui a Parnasso profuens Mimeruz facer dicitur a poetis, quia ripæ eius oliuis sint refertæ. Strabo. lib. 7. The. Palladiusq. Melas. Is sinus omnium Græciæ fluuiorum ab ipso fonte nauigabilis est, atq. circa solstitium æstiuum, ut Nilus, stata accipiens incrementa nec longius excurrit, sed in lacus & cuniculos delapsus, modica sui parte Cephalo infunditur. Huius fluminis aquas oues nigras efficere scribit Plin. lib. 2. c. 130. Eius etiam meminit Her. li. 7. Postremo alium esse in Sicilia ostendere uideretur Ouid. Fast. l. 4. cum de fluminibus & de locis Siciliæ, quæ peragrauerat Ceres, loquens ait: Sacratumq. Melam, pascua læta bouum.

MELEAGER, & Meleagrus, πέ. pr. μελέαγρος, Suidæ, Oenæi Calydoniæ regis filius, ex Althæa coniuge, quo recens nato, uisa sibi esse mater, tres Parcas igni assidentes uidere, manuq. stipitem tenentes, æqualem puero, cum stipite uitam assignare, recedentibus itaque Parcis, Althæa extinctum stipitem diligentissimè afferuauit. Adulto deinde Meleagro, cum foreta ab Oenæo Diapra, inuenerat se ma-

ſæ magnitudinis aprum immiſſiſſet, qui omnem regionem late uia ſtabat, Meleager collecta robuſtiſſimorum iuuenum manu, aprum incertecit, caputque eius Atalanta, Iſchi Argiuorum regis filia, quæ prima aprum uulnerauerat, uelut partem ſpolij, dedit. quod cum auunculi ſui Speuſippus, & Toxæus uir puellæ auferre conarentur, utrumque occidit. nunciata itaque ſua morte, Althæa doloris impatientia in furorem uerſa, fatalem illum ſtipitem in igne coniecit, quo exuſto, Meleager etiam exuſtis intus inteſtinitus omnibus conſumptus eſt. Nominis huius nominatiuus tripliciter eſſetur, Meleager, Meleagrus, & Græco more, Meleagros. Ouid. 8. Met. Nec tamen illa ſua ſucceſſu lætior icſus, Quam Meleager erat. Ibidem. Inſcius, atque abſens flamma Meleagrus eadem Vritur: Et paulo ante: Donec Meleagros, & una Leſta manus iuuenum calæare cupidine laudis.

MELAGREA, Calydon urbs: quia Meleager in ea imperauit.

MELAGRIDES, [*Galline d'India. Gal. Celiuus d'Africque. Hiſp. Gallinas moriſcas.*] *μελαγριδες*, gallinæ Africanæ, quas uulgus Indicas gallinas uocat. Imp. Ouid. li. 8. Met. fabulatur Meleagri ſorores uiſſe, doloris impatientia, quem ex morte fratris conceperat, in has aues conuerſas. Plin. lib. 10. capit. 15. Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia Africæ: hoc eſt, gallinarum genus gibberum, uarijs coniperſum plumis. Varro li. 3. de re ruſt. Gallinæ Africanæ ſunt grandes, uariæ, quas *μελαγριδες* appellant Græci. Hæ nomiſſimæ in triclinium ganearium introierunt e culina, propter ſatidium hominum. Vide quæ in diſtione Gallina annotauimus.

MELAS, etis, p. p. *υέλης*, fluminiſ Ionix, Smyrnam alluens, ad cuius ripas natus fertur Homerus. Pl. l. 5. c. 29. Str. lib. 12.

MELISGENES, [*Homero,*] p. c. *μελισηγινης*, nomen proprium poetarum principis, qui poſtea a cæcitate diſtus eſt Homeus. Meleſigenes appellatus, ut reſert in uita eius Herodotus, a Melete fluuio, ad cuius ripas natus creditur.

MELIA, *μελίαι*, a Græcis dicitur arbor, quam Latini fraxinum uocant. Vide Ruellium lib. 1. c. 82. Eſt & Melia Cariæ opidum, apud Hecætarum li. 1. Genealog.

MELIA terra, *μελίαι γῆς*, terra genus eſt Eretriæ, cineræ nõ diſſimile, quodque digitis confricatum ſturdorem reddit trito pumici ſimilem. Plin. Melinum uocat, nomine deducto a Mela inſula, una Sporadam, unde aduehi ſolet.

MELIBŒA, *μελίβοια*, Steph. urbs Magnetiæ, quæ eſt Græciæ regio, annexa Theſſaliæ, teſte Plin. li. 4. c. 9. Parria Philoſtæta Pæantis filij, a quo Melibœus, a. um. Item Melibœus, nomen paſtoris, eo quod bouum curam haberet.

MELICERTIS, idis, p. p. prod. *μελικερτις*, abſceſſus ſpecies eſt ex pituitæ fluxu generati, qui humorem in ſe continet, mellis & craſſitudinem & colorem referentem. Celf. lib. 5. Hoc abſceſſus genus *μελικερτις*, uocari aſſerit, nomine ſumpto a fauo, cuius ſimilitudinem reſert.

MELICERTA, ſiue Melicertes, *μελικέρτης*, Inus & Athamantis Thebarum regis filius, cum quo mater, cum uirum uideret furere, in mare ſe præcipitauit, amboque Deorum miſeratione in numina marina ſunt commutati, Ino quidem in Leucotheam, quæ & Matutim matrem uocant, Melicerta uero in Palæmonem, quæ Latini Portunum uocant. Vide Matuta.

MELICHTOS, *μελίχθος*, gemma eſt mellei coloris: unde & nomen Mhabet. Pl. li. 37. c. 11.

MELICHRYSOS, *μελίχρυτος*, gemma quæ ex India mittitur, quaſi per aurum ſincero melle tranſlucente. Pl. li. 37. c. 9.

MELICOS, a. um. p. co. [*Muſico,*] *μελικός*, idem quod muſicus, a Græco melos, quod carmen, ſiue cantum ſignificat. unde poeta lyrici, melici diſti. Auſonius: Tu melicos, lyricosque modo. Cice. de Opt. gen. Orat. Poematis tragici, comici, epici: melici etiam, atque dithyrambici.

MELICAE, gallinæ, teſte Col. lib. 8. cap. 2. appellatæ, quæ Medice dici debuerant.

MELIGNAE, *μελίγνη*, inſula maris Adriaticæ, ante Dalmatiam ſita. Ptol. li. 1. c. ult.

MELIGNIS, *μελίγνης*, inſula eſt Siciliæ adiacens, una ex Aeoliis, quæ notiore nomine Lipara dicitur. Pl. li. 3. c. 9.

MELILOTVS, p. p. *μελίλωτος*, quaſi dulcis, & mellea lotos, herba croco ſimilis. frequens Campaniæ, quæ, quod coronamētis adhiberi ſolet, Sertula Campana appellatur a Latinis. Pl. li. 2. c. 11. Qui. Pars thyma, pars flores, pars meliloton amant.

MELIMELA, p. p. [*Poti nani,*] *μελίμηλα*, ut utrobique per ſimplex l. dicuntur poma muſtea, ſiue dulcia, quaſi mellea mala. nam *μελίμηλον*, malum ſignificat. Varro de re ruſt. li. 1. c. 59. Quæ antea muſtea uocabant, nunc melimela appellant. Pl. li. 15. cap. 14. Muſtea a celeritate mitescendi, quæ nunc Melimela dicuntur, a ſapore melleo. Mart. lib. 7. Infanti melimela dato, ſatuaſque marifcas. Vide Col. l. 5. c. 10.

MELINA, *μελίμη*, ut Feſt. ait, genus tibix acutiſſimi ſoni. Eſt & genus

ueſtis, uel a colore, uel a Melo inſula, unde aſſerebatur, ſic diſtæ. Plaut. in Epift. Vbi ergo eſt? niſi ſi in uidiſto, aut ſi in melina atulifti.

MELINOPHAGI, *μελινοφάγοι*, Thraciæ populi, ita diſti, quod panico ueſcantur. Steph.

MELINVM, ni *μέλιον*, ne. g. apiaſtrum uocat. Var. l. 3. de re ruſt. c. 16. Eſt & melinū, ut ait Pl. l. 2. c. 6. Oleum ex flore malorum. Eſt & unguentum. Pl. l. 1. c. 1. Amaracinum in Co. Poſtea eodẽ loco prælatum eſt melinum. Melinum quoque coloris candidi ſpecies eſt, a Melo inſula, una Sporadam, nomen h. bens, ubi prætantiffimū effoditur. Dioſc. l. 5. Meliam terram uocat Pl. l. 3. c. 6. Melinū candidū & ipſum eſt optimū in Melo inſula. In Samo quoque naſcitur, ſed eo non utuntur pictores, propter nimiam pinguedinẽ. Plin. Moſt. Neque ceruſam, neque melleum, neque aliam officiam.

MELINVS, a. um, [*Di colore di mele,*] *μέλιως*, quod mellis colorẽ reſentat: hoc eſt, quod medium eſt inter album, & giluum, quod genus coloris Seruius uocat Albogiluum.

MELIOR, [*Megliore,*] ut probior. Cic. Att. Hirtium per me meliorem fieri uolunt.

MELIORESCO, is, [*Diuenir migliore,*] *βελτιῶμαι*, melior fio. Col. lib. 2. c. 10. Napus glareoſis, ſabuloſiſq. arais melioreſcit.

MELIPONTVS, quem & Medipontum uocari ſupra oſtendimus, funis genus eſt. Cato c. 68. Præla extollito, funes, torculos, melipontos, ſubductarios, aut in carnario, aut in preſo ſuiſpendito.

MELIS, huius melis, ſem. gen. *μελις*, animal, quod & Taxus, ſiue Taxo dicitur, quod ſit mellis auſiſſimum, & alueariis ſemper infeſtum, in cauernis uiuens, aſperum, mordax, magnitudine uulpis, colore felis. Pl. li. 8. c. 38.

MELISSA, *μέλιſſα*, opidum Lybiæ: incolæ Meliſſæi. Steph.

MELISSA, *μέλιſſα*, Meliſſi Cretenſium regis filia, quæ una cū ſoroꝝ Amalthea, Iouem caprino aluit lacte. Fuit item huius nominis Nymphæ, quæ meliſſicum primo inuenit: unde data eſt occaſio fabulæ, Meliſſam, in apem fuiſſe conuerſam. Col. li. 9. cap. 2. mulier pulcherrima ſpecie, quam Iuppiter in apem conuertit. Meliſſa præterea quædam fuit, Periandri Corinthiorum tyranni uxor. Vide Laertium in uita Periandri.

MELISSOPHYLLON, *μελιſſοφύλλον*, herba eſt ballotæ ſimilis, quæ & Apiaſtrum, & Citrago, & Meliphyllum, & Melinum appellatur. Galli Meliſſam uocant. Nomen habet *πρὸ ἧς μελιſſος*, hoc eſt, ab apibus, quæ eo tantopere oblectantur, ut, ſi eo aluearia perungantur, nuſquam diſſugiant. uide Col. li. 9. c. 8. & Var. de re ruſt. li. 3. c. 16.

MELISSVS, *μέλιſſος*, Cretenſium rex antiquiſſimus, qui primis diis ſacrificauit: cuius filia Meliſſa & Amalthea fuerunt, quæ Iouẽ in ſantem melle & lacte caprino aluerunt. Fuit item Meliſſus grammatius muneris datus Mæcenati, & manuſiſſus ab eo. Tranquillus. Meliſſus præterea Samius, Parmenidis auditor, philoſophus, ciuibus ſuis carus, quibus præcepta plura dedit. reimp. adminiſtrauit, claſſiq. in bello præſiit. Apollodoros.

MELITA, æ, uel Melite, es, *μελίτης*, inſula non procul a Pachino. Siciliæ promontorio. Ouid. 3. Faſt. Fertilis eſt Melite ſterili uicina Coſyriæ. Eſt etiam Melite, ſiue Melita, urbis nomen in hac inſula, a Carthaginienſibus (ut reſert Diodorus) conditæ, texturinis pretioſiſſimam ueſtium in primis nobilis. Cicero 6. Verr. Melita opidum iſti texturinum per triennium ad muliebrem ueſtem conſiciendam fuit.

MELITÆVS, a. um, & Melitenſis, *μελιταῖος*, Steph. ut Melitæi Catullus, ad ſeminarum delicias ex Melita aduecti. Pl. l. 3. c. ul. Melita, un de Melitæos canes appellat, auſtor eſt Callimachus.

MELITENSIS, ſc. Melitenſis ueſtis. Cic. in Ver. Melitenſis roſa.

***MELITENE**, regio Cappadociæ præſenta Armeniæ. Plin.

MELITES, *μηλίτης*, gemma ſic diſta a colore mali Cydonei, quod *μηλον κατ' ἐξοχῶν* dicitur. Pl. l. 37. c. 11. ſic ait.

MELITITES, maſc. ge. p. p. *μελίτης*, genus potionis dulcis, ut ait Pl. li. 14. ca. 9. Facit ex melle & muſto. Eſt præterea Melitites, a pis cinericeis coloris, qui coti attritus, uel cum liquore contuſus, liquorem dulcem emittit. Vnde & nomen accepit. Pl. li. 36. c. 19. & Gal. lib. 9. Simpl.

MELITÆA, *μελίταια*, Theſſaliæ opidum. Stephanus.

MELITVS, *μελίταια*, Stephano, Illyrici opidum: cuius incolæ Melitæſæi & Melitufi appellantur.

MELITONES, *μελίτωνες*, p. p. aluei, in quibus apes nutriuntur. Var. de re ruſt. lib. 3. cap. 10. Melitones ita facere oportet. Eadem quidam Mellaria uocant.

MELITVRGVS, *μελιουργός*, Latine Mellarius dicitur, qui meliſſicium exercet. Sic enim interpretatur Var. li. 3. de re ruſt.

MELITVS, *μέλιτος*, nomen alterius ex accuſatoribus Socratis.

MELIVM, *μέλιον*, herba eſt in aquis & locis uliginofiſ naſcens, ſemen huius lini ſemini non diſſimile, aliquanto tamẽ maius & firmius, & præ læuore ſplendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vinũ habere creditur incendi ad libidinem. Dioſc. li. 3.

MEMINI, [Ricordarsi. Gal. Se souvenir, avoir memoire. Hisp. Recordarse.] μέμνηται. Memoriæ uerbo fit, quo ueteres usi sunt pro recordor & in mentem reuoco; a quo prima syllaba geminata, fit præteritum Memini, sicut a Pungo, Pupugi, & quamuis sit præteriti temporis, in præsentem tamen fere semper accipitur, teste Valla in Rau. Cic. pro Quinto. Memini, uetus est, de Scurra multo facilius diuitem, quam patrem familias fieri posse. Virg. 2. A. E. Quamquam animus meminit horret. Requirit genitium, uel accusatiuum. Virg. 9. Ecl. Numeros memini, si uerba tenerem. Cic. de Sen. Omnia, quæ curant, senes meminerunt. Cum significat mentionem facio, postulat ablatiuum cum præpositione De, uel genitiuum. Quint. lib. 1. cap. 2. De quibus multi meminerunt. In priore significatione iungitur tam cum præterito infinitiui, quam cum præsentem. Virg. 9. Ecl. Sub Oebalix nemini me turribus altis Coricium uidisse senem. Cic. Appio: Ad me adire quosdam memini. Compositum est, Commemini. Gell. libro 2. Cuius uersus Commemini.

MEMMIA, gens Romæ, a Troianis oriunda. Vir. 1. 5.

MEMNON, μέμνων, Tithoni & Auroræ filius, qui Troianis ex Oriente ferens auxilia, & fortiter pugnans ab Achille occisus fuit: qui cum in rogo cremaretur, precibus Auroræ in aënem mutatus est: eadēque pyra nuptæ alix aues euolarunt; quas Memnonias uocant. Vide Strab. lib. 13. Vir. li. 1. Aen. Eoalque acies & nigra Memnonis arma.

MEMNONIA, gemmæ nomen est apud Plin. 1. 37. c. 10.

MEMNONIÆ, μέμνονες, Aethiopiae populi agrestes, & feri. Steph.

MEMOR, huius memoris, p. co. [Ricordare. Gal. Memorari, qui a memoire. Et se souient. Hisp. El que se recuerda.] μνήμων, gen. omnis secundum Priscianum, a uerbo memini, qui rei alicuius recordatur. Virg. 4. Aeneid. Et bene apud memores ueteris stat gratia facti. Cum autem de inanimatis rebus dicitur, significat rem, cuius nos memores sumus. Virg. 1. Aen. Scæux memorem lunonis ob iram, Horat. li. 1. Carm. Impressit memorem dente labris notam, id est tam uehementem, ut non facile excidat memoria. Contrarium est Immemor.

MEMORABILIS, le, [Memorable. Gal. Memorable, digne de memoire. Hisp. Cosa digna de memoria.] ἀξιόμνηστος, qui est dignus memoria. Cicero de Amic. Maxime memorabilem Lælij, & Scipionis familiaritatem fuisse. Virg. 4. Aeneid. Magnum & memorabile numer.

MEMORATOR, oris, uerbale, qui memorat. Prop. li. 4. Ele. 1. Ille tui casus memorator Homerus.

MEMORATVS, us, uerbale, [Ricordo, memoria.] ἀμνήμων, idem quod Memoratio. Gellius libro undecimo, cap. 4. Versus memoratu dignos.

MEMORIA, a, [Memoria, ricordarsi. Gal. Memoire. Hisp. La potencia de se recordar, memoria.] μνήμη, ut inquit auctor ad Heren. lib. 1. est firma animi rerum & uerborum dispositio perceptio. Cic. 2. de Inu. Memoria est, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. Ter. in And. In memoria habeo. Vbi Donat. Plus est, quam si dixisset, Scio: Nam quæ scimus, possumus obliuisci; quæ uero memoriæ commendamus, nunquam amittimus. Aliquando pro antiquitate ponitur. Pacuuius: Perque nostram egregiam humanitatem, quam memoria firmavit. Nominis huius in oratione uariis est usus. Dicimus enim, Infidet in memoria, Memoriæ affigere, Memoriæ mandare, Memoria custodire, Memoriam alicuius sibi præponere, In memoria esse alicui, Memoriam alicuius usurpare, Memoriæ alicuius dare operam, Memoriam tenere, Memoria continere, Memoria complecti, Memoriam alicuius tenere, Memoria meminisse, Memoriæ prodere, Memoriam alicuius rei prodere posteris, Memoriæ tradere. Memoria est, pro eo, quod est: memini, Memoria cadit uel interdicti, Memoria falli, Memoria repetere, In memoriam redigere, In memoriam uocare, Reducere in memoriam, In memoriam redire, Referre memoriam alicuius, Omnia memoria, uel in omni memoria, pro omni tempore, Superiori memoria, pro superiori tempore, Usque ad hanc memoriam, id est, usque ad hoc tempus: Ut mea memoria est, id est quantum possum meminisse, aut reminisci: Memoria mea factum non est illud. i. quantum meminisse possum. Quarum locutionum testimonia passim bonos auctores legenti occurrunt.

MEMORIOLA, Cic. ad At. l. 12. Memoriola uacillare.

MEMORITER, [Memoriosamente. Gal. Par memoire, par cœur. Hisp. De corò de memoria.] μεμνηστος, aduerbium, a memoria. Cic. de Am. Scæuola multa narrare de Lælio memoriter, & iucunde solebat. Sic etiam dicimus Memoriter cognoscere, Memoriter memorare, Memoriter colligere, Memoriter meminisse, Memoriter narrare, Memoriter respondere, Memoriter exponere, memoriter uocare.

MEMORO, as, p. n. c. [Ricordare. Gal. Penſer & rememorer, reduire en memoire. Hisp. Recordar à algo.] μνήμωνος, ad memoriam reduco. Plaut. in Pæn. Memorandum mihi. Interdum est dicere, narrare. Liq.

libro primo ab urb. Herculemque in ea loca boues mira specie abegisse memorant. Plaut. in Amphit. Ibi meus pater memorat legiones hostium ut fugauerint. Hinc Commemoro, & Rememoror, quod est in memoriam reduco. Legitur & passiuum Memoror, Plaut. in Amph. Experiri istuc mauellem me, quam mihi memorarier. Sall. Incredibile memoratu est, quam facile coaluerit.

MEMPHIS, [Cairo,] μέμψις, urbs Aegypti regia, ab Ogdo Rege condita, & a nomine filii eius ita appellata. Hæc inter omnes Aegypti urbes secundum ab Alexandria locum obtinuit, pyramidibus, regum sepulchris, in primis insignis. Eius ambitus traditur fuisse centum & quinquaginta stadiorum. Sita est in loco totius Aegypti opportunissimo, ubi Nilus in duas scissis partes litteræ Δ speciem præbet: quo fit, ut portuosissima sit, omnique pene ex parte nauigijs aditua præbeat.

MEMPHITES, æ, uel is, p. p. μειβίτη, lapis pinguis, uariisq. colore, in membris secandis uel urendis citra omne periculum sensum ad imens. Diosc. li. 5.

MEMPHITICVS, a, um, Qui. 1. de Arte amandi. Ne u fugæ Niligenæ Memphitica sacra iuuentæ.

MEMPHITIS, idis, Tibul. li. 2. Eleg. Barbara Memphitem plangere docta bouem. Iuue. Sat. 15. Memphitide sicca.

MEMPHITIS, rex Britannæ, qui fratrem Malyn exsult uita, ut eo mortuo regnaret. Volaret.

MENAS, μένας, apud Romanos fuit, Dea, quæ mensuris fluxibus præesse putabatur. Quo etiam nomine dicitur esse piscis quidam breuis μέναις, qui hieme candidus, æstate nigrior sit. sed tunc mæna, cum diphthongo scribitur. Martia. lib. 1. 1. Et caudam cybii breuiusque mænas. Hunc piscem eundem esse cum Halece Theodoro credimus, qui ex Aristotele Halecem uertit, quam ille μέναις appellat.

MENAI, χμη, μέναιχοι, apud Pla. comædia, in qua gemini introducuntur eiusdem nominis, qui iudis creta similitudine miros adspicientium errores excitant.

* **MENALCAS**, pastoris nomen apud Vir.

* **MENALIPPA**, fuit Antiope Amazonum reginæ soror.

* **MENALIPIDES**, Poeta Melius genere: qui Dithyrambos scripsit.

* **MENALIPPVS**, uir Thebanus, qui Tydeum in pugna uulnerauit.

MENANDER, μένανδρος, Poeta comicus, Theophrasti discipulus, strabus fuit, mente acutus, amore in mulieres infanus. Scripsit fabulas lxxx. & epistolam unam ad Ptolemæum regem, aliaque nonnulla soluta oratione. Hæc Suidas. Quint. lib. 10. cap. 1. Menander ad cuncta, quæ præcipimus, efficienda, sufficit, tanta in eo inuenitur copia, eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Ouid. 2. Tristium: Fabula iu-cundi nulla est sine amore Menandri. Legitur & Menædros, Græcorum more. Idem lib. 1. Amor. Dum fallax seruus, durus pater, improba lena Vixerit, & meretrix blanda, Menandrus erit. Menander item Laodicus, sophista, scripsit commentarios in arte Hermogenis, & in præexercitatione Mnuiciani. Suidas. Menander alius Simoni Mago successit, non solum eius referens impietatem, sed longe maioribus superans portentis. Sese enim factura bat seruatore esse ex Olympo ad hominum salutem demissus, docebatque nullo alio pacto angelos ab hominibus uinci, aut cogi posse, quam artis magicæ disciplina & baptismo a se traditis, ex quibus solis immortalitatem humano generi contingere posse asseuerabat. Hæc Irenæus.

MENAPII, μέναπιοι, populi, qui ad utramque Rheni ripam habitant, proximi Vbijs, Eburonibus, & Sicambis. Vnde coniecturam facere possumus esse, quos hodie Iuliacenses uocamus, & Cliuenses: quantum Menapiorum olim latioris fuisse uidentur fines, quæ hodie sunt Iuliacensium, & Cliensium.

MENDA, æ, & Mendum, di. [Menda, errore. Gal. Fante. Hisp. Tacha à man & fta, à mentira.] μείψια. error, uel erratum, Ouid. lib. 1. de Arte: Nocte latent mendæ. Cic. 4. Ver. Quod mendum ista litura correxit. Hinc Emendo.

MENDACI, loquvs, p. nult. cor. [Bugiardo.] ψευδολογος, qui loquitur mendacium. Plaut. in Trin. Nihil est stolidius, neque mendaciloquus.

MENDACIUM, cij, [Bugia, menzogna. Gal. Mensonge, menterie. Hisp. Mentira.] ψευδος, orationis uanitas. Ouidius Epist. vigesima prima: Nec uos decipiant blandæ mendacia linguæ. Dicere mendacium & mentiri, quomodo differant, uide in uerbo Mentior, iris.

MENDACIUNCVLVM, li. [Bugietta.] demi. paruum mendacium. Cic. li. 2. de Ora. Mendaciunculis adspargendum.

MENDAX, cis, [Mendace, bugiardo. Gal. Menteur. Hisp. Mentiroso.] λογιος, qui frequenter dicit mendacium. Cic. 2. de Diuin. Mendaci homini ne uerum quidem credere solemus. Virg. 8. Aen. Rapta-barque uiti mendacis uiscera Tullus Perfluam. Fui mendax isih.

hi hoc est, falso mihi persuasi, Onidius Epist. 2. Et genitio iungitur: ut Mendax huius rei est, id est, de hac re mentitur. Plaut. in Afin. Si huius rei esse mendacem iueneris. A Mendax fit comparatiuum Mendacior: Superlatiuum Mendacissimus. Aduerbiū Mendaciter.

MENDESIVM, *μενδίσσιον*, Aegypti opidum, cuius incolæ Mendisij, *μενδίσσιοι*, appellabantur. Herodot. libro 2. dictum existimat a Pane, qui ibi sub hirci specie colebatur. Hircus enim Aegyptiorum lingua Mendes appellatur. Ab hoc etiam opido uicinum Nilii ostium Mendesium dictum fuit. Mendesium quoque uocatur nobilissimum unguenti genus, quod ex hac urbe præstantissimum mittebatur. Plin. li. 13. c. 1.

MENDICABVLVM, [*Pitoccheria, mendicatione. Gal. Mendicitè. Hisp. Mendiqueχ.*] *ἐπιαιτία*, mendicatio, siue ipse mendicus. Plautus in Aul. Iltos reges memorare uolo hominum mendicabula.

MENDICIMONIYM, *πρωχία*, inopia, qua uoce usus est uerborum insignis inuouator Laberius, ut refert Nonius.

MENDICITAS, *πρωχία*, Cicero pro Flacco. Fratres confortes mendicitatis.

MENDICITER, *πρωχίαι*, idem quod misere, & tenuiter. **MENDICO**, *ἀσ, p. p. πρωχίδω*, uitæ alimenta postulo ostiatim, Iuuen. Sat. 6. Mendicat in aurem. Mendicare sibi malum, per metaphoram dixit Plau. in Amph.

MENDICANS, p. p. part. Plau. Cap. Decere uideatur magis, Me ferui re apud te, Quam mendicantem uiuere.

MENDICATVS, p. e. pr. aliud participium: ut, Cibo mendicato pasci. Oui. 5. T. i. i. i.

MENDICVLVS, demin. Cic. in Catil. Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis.

MENDICVM, (inquit Festus) dici putant uelum, quod in prora ponitur.

MENDICVS, ci, p. en. prod. [*Mendico, pitocco. Gal. Mendiant, qui demande l'aumône. Hisp. Mendigo, el que pide mendigando.*] *πρωχός*, qui uictu ostiatum querit. Et, ut refert Festus, Verrius dictum putat a mēte, quod mentem eius fefellerit fortuna, uel a medendo, quod preceperit omnes, ut uitæ suæ medeantur cibo: uel, quod manu in diceret. Cic. 5. Tul. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quamuis sit sapiens.

MENDICISSIMVS, pro pauperrimo. Cicero pro Mur. Solos sapientes esse, si distortissimi sunt, formosos; si mendicissimi, diuites. Interdum accipitur pro infirmo & imbecillo. Cicero 3. de Orat. Instrumentum hoc forense, exiguum sane, ac mendicum est.

MENDOSE, [*Scorrettamente. Gal. Auec beaucoup de fautes. Hisp. Mentirosa mente, con muchas erradas.*] id est inemendate. Cicero ad Quintum Fratrem lib. 3. Latini libri mendose & scribuntur, & ueneunt. Idem 1. de Inuen. Ars mendosissime scripta. Pers. Sat. 5. Mendose colligis.

MENDOSVS, a, um, [*Scorretto. Gal. Incorret, plein de fautes. Hisp. Cosa llena de mentiras y erradas.*] erroribus plenum: ut, Exemplar mendosum, apud Plin. in Ep. Cic. 4. Ver. In Verrutij nomine certo ex loco mendosus. Idem de Clar. Or. His laudationibus historia rerū nostrarum est facta mendosior. Ponitur quandoque pro uirioso. Onid. 2. Am. Non ego mendo sos auiam defendere mores. Hor. in Ser. Mendosa est natura.

MENDVM, uide Menda.

MENECINA, *μενεκίνη*, urbs mediterranea Oenotriæ, a qua Meneciniæ, *μενεκινιάς*, & Meneceni populi Steph.

* **MENECRATES**, ut Aelianus ait, Syracusanus medicus fuit: alter fuit Comicus poeta, de quo Suid.

MENEDEMVS, *μενέδημος*, Philosophus ex Eretria ciuitate, a quo philosophi, Eretriaci dicti sunt. Eretria uero in Eubœa est, ut inquit Str. l. 6. Hic militiam primo exercuit, postea ad Platonē concessit, & cum primum ab omnibus ludibrio haberetur, postea tanta admiratione habitus est, ut ciuitatis gubernacula ei traderentur. Obiit uitæ suæ anno septuagesimo tertio. Fuit & alius Menedemus Lampfacenus, Cynicus, qui in tam prodigiosam uenerat superstitionem, ut sumpto habitu Furæ, prodiret, dicitas se exploratorem ex inferis uenisse, delaturum dæmonibus mortalium peccata. Laertius. Item alius Rhodius, Aristo. auditor, de quo uide Aristotelis iudicium apud Gel. li. 13. c. 5.

MENELAEVS, *μενελαιός*, aui ex Aquilarum genere, minima magnitudine, uiribus præcipua, colore nigricans, quæ sola ferus suos alit, frequenque uersatur in montibus. Vide Plin. lib. 10. cap. 3.

MENEΛAVS, *μενέλαος*, filius Atrei, & Aeropes, ut Homerus tradit, Plithisten uero, ut Hesiodus. & frater Agamemnonis, rex Spartæ, qui Helenam Iouis & Ledæ filiam, uxorem habuit, quam cum Paris, Priami filius, eo absente rapuisset, omnes totius Græciæ principes ad bellum conuocauit. Ilium Priami regiam, decemalium

bello, tandem fraude magis, quam uiribus expugnauit, atque sic egregiam suam coniugem recepit, consensaque nauis, post octauum erroris annum, rediit.

MENIA, Columna. Cic. in Ver.

MENIANA, [*Poggiuoli, loggie, uerroni.*] ædificia quædam dicta sunt, a Menio inuente, qui primus excogitauit hoc structuræ genus, ut tignis extra columnam proiectis, tabulisque superpositis, ampliataq. columnæ summitate, pluribus in una columna spectatorib. locus fieret. Suet. in Calig. Paucie proximis Menianis spectabant.

MENINGES, *μηνιγγες*, membranæ duæ, cerebrum, circumquaq. contingentes, quarum exterior, quæ aduersus cranii impressiones cerebri ueluti propugnaculum est & tegumentum, Crassa, siue Dura meninx appellatur: & uulgo Dura mater: Hæc Cranium intus succingit inter se & alteram meningem tantum relinquens spatij, quantum cerebri pulsibus satis est. Est autem hæc cribri ritu perforata, duplicaturque, ut commodius uenas munit, quas in se habet ad summam capitis uerticem ascendentes. Altera cerebro penitus coniuncta est, quæ, quod tenuissimæ illi membranæ, quæ in fetu secundas uocat, persimilis sit, *χρωσθηδης*, appellatur: uulgo Pia mater.

MENINX, *μηνιγγς*, insula, ex auerso minoris Africæ (ut libro 5. cap. 7. docet Plinius) in longitudine patens xxxv. millia passuum, latitudine xxv.

MENOSCE, *μνόςκη*, opidum Vardulorum, in Tarraconensi Hispania: cuius meminit Plinius libro 4. capit. 20. & Ptolem. libro 2. cap. 6.

MENOTHARVS, *μενόθαρος*, fluiuius in Mæotin influens. Plinius libro 6. cap. 7.

MENS, huius mentis, sem. gen. [*Mente. Gal. Entendement, pensee, esprit, memoire. Hisp. Entendimiento, ò memoria.*] *νῆς*, est princeps animæ facultas, quæ & intelligentia a quibusdam uocatur, qua solus homo præditus, ceteris antecellit animantibus, quæ res incorporeas & ab omni materia abstractas contemplatur. Hinc fit, ut mentem plerique dictam existiment, quasi eminentem, siue quod inter omnes animæ facultates maxime emineat, siue quod per eam inter animalia plurimum emineamus. Cic. de Sen. Homini siue natura, siue Deus, nihil mente præstantius dedit. Laët. lib. 7. Non idem esse mens, & anima. aliud est enim, quo uiuimus: aliud quo cogitamus. Mens uel augetur, uel minuitur pro ætate: anima in statu suo semp. est. Thales Milesius: Velocissimū (inquit) omnium quæ sunt, est mens: nam tantæ celeritatis est, ut uon temporis pūcto cælum, maria, terras peruolet. Qui uero Animum & Mentem idem esse dicunt, falluntur. cum mens sit cogitationis, consiliique subtilitas quædam certæ rationi consentanea: Ideo Amentes & Dementes dicuntur, qui nullo consilio utuntur. Animus uero est uitæ, & uoluntatis fundamentum. Plau. in Cist. Nullam mentem animi habeo. Ex quo patet, Mentem esse rem diuersam ab Animo. Alio qui Plautus inepte dixisset, Mentem animi. Similiter etiam Terent. in And. Animum & mentem res diuersas facit. Mala (inquit) mens, malus animus. Ponitur quandoque pro uoluntate. Virg. 1. Aen. quietum Accipit in Teucros animum, mentemque benignam. Cicero lib. 4. Tuscul. Humanus animus, decerptus ex mente diuina. Ponitur quandoque Mens pro consilio. Virgil. 1. Aeneid. Nostram nunc accipe mentem. Quandoque pro animo. Cic. 2. de Orat. Defendebam, hac eum mente fuisse. Suxæ mentis esse dicuntur, qui bonam mentē habēt. Cic. in Pis. Hic si mentis esset suæ. Deponere mentem metumque in gremijs mimarum, dixit Cic. in Anton. Philip. 13. Hinc Amens, Demens, Vehemens.

MENSA, *ἔ*, [*Mensa. Gal. Table. Hisp. Mesa en que comemos.*] *σάκεζα*, est, ad quam accumbimus cibum sumpturi, dicta, inquit Varro, quasi mesa quod inter duos poneretur. Virg. 1. Aeneid. Pars epulis onerant mensas. Duo autem fuerunt apud Romanos pretiosissima Mensarum genera, Citrea, & Acerna, de quibus apud Mar. lib. 14. Epigram. 2. Oui. 11. Metam. Hunc pede conuulso mensæ Pellæus acernæ Strauit humi. Cic. 6. Ver. Mensam citream a Lutadio abstulisti. Hor. 1. Serm. Sat. 3. Modo fit mensa tripes. Quandoque ponitur pro prandio, uel cena. Inuena. Saty. 1. Vna comedunt patrimonia mensa, unde & primæ, & secundæ mensæ, id est primi & secundi cibi. uulgo Introitum & Exitum mensæ appellat. Ouid. de Nuce, Poma cadunt mensis non interdicta secundis. Cic. ad Attic. lib. 14. Secundam mensam, dixit in numero singulari. Hæc (inquit) ad te scripsi apposita secunda mensa. Accipitur etiam Mensa pro abaco numulariorum, quemadmodum apud Græcos, unde & ipsi numularij a Cic. Mensarii uocantur, quos Græci uocant *παραζήτοες*, Cic. in Pis. Stipendium militibus, mensis palam propositis, numeratum. Ponitur quandoque pro disco, siue quadra, qua utimur in mensa ad epulas in frustula concidendas. Virg. 7. Aen. Accisis coget dapibus consumere mensas. De mensa mittere, id est de ijs, quæ apposita erant mensæ. Cic.

ad Act. 5. Vxorī Quintus de mensa misit: illa reiecit. Antiqui nē tam uasorum quadratam habuerunt. uocaueruntque Vrnarium de quo uide Varr. Fuit & mensa uinaria rotunda, nomine Cylindricum, & τῆς κύλιδος. Sic enim Græci uicem uocant. Altera erat quadrata una columella subnixa, Cartibulum uocatur. Auctor idem Var. de ling. Lat.

MENSARIUS, [Cassiere, banchiere. Gal. Banquier, caissier, changeur. Hisp. Banquero ó cambiador.] qui & Argentarius a Latinis, a Græcis τραπεζίτης, & κολλυβιστής, dicitur. Cic. pro Fla. In qua ciuitate nūmus moueri nullus potest, sine quinque prætoribus, tribus quæstoribus, quattuor mensarijs.

MENSIS, onis, [Mesura. Gal. Mesurement, mesurage. Hisp. Obra de medir, medimientos.] μέτριος, a Metior, idem quod mensura, Cic. in Orat. Animis, aurium nuncio naturalem quandam continet uocum omnium mensuram.

MENSIS, is, [Mese. Gal. Mois. Hisp. El mes.] μῶν, a Metior, deducitur, quasi res numero dierum mensa. Cic. lib. 2. de Nat. Deo. Qui, quia mensa spatia conficiunt, Menses nominantur. Macrobius a Græco μῶν, id est, a Luna trahit. nam Lunæ curriculo mensis cōficitur. Virg. 3. Geor. & totum ex ordine mensem Pascitur. Menses in plurali, sunt mulierum menstrua. Pl. 2. 1. cap. 25. Ciet menses et uino pota. Hinc Trimestris, trium mensium: Biuestris, duorum mensium.

MENSTRUVA, orum, [Menstruo. Gal. Le flux de sang qui vient es femmes tous les mois, leur male semaine. Hisp. La purgacion de la muger.] substantiuum pl. νη καταμύσσια, mulierum profluuium est, & purgatio frigidi & indigesti humoris, quem natura quasi noxium expellit. Dicta sunt autē Menstrua, quod unoquoque mense mulieribus, quæ eius ætatis sunt, ut possint concipere, soleant accedere: unde etiam Menses appellamus. Menstrui ures describit Pl. lib. 7. cap. 15.

MENSTRUALIS, le, [Cosa che si fa ogni mese. Gal. D'un mois, qui se fait per chaque mois. Hisp. Cosa que se haze cada mes.] μῶνιος, quod singulari mensibus fit. Plaut. in Cap. Qui solebam menstruales epulas ante adipiscier. Menstrualis mulier, quæ menstrua patitur, quæ mulieribus singulis mensibus accedere solent. Plinius libro decimonono, capit. decimo. Omnia accessu mulieris menstrualis flauescunt.

MENSTRVVS, a, um, [D'un mese. Gal. D'un mois, ou qui vient de mois en mois. Hisp. Cosa que dura un mes.] μῶνιος, quod est unius mensis. Cic. 1. de Nat. Deo. Huius hanc illustrationem eiusdem incensa radijs mēstruo spatio Luna complet. Menstrua cibaria, apud Cic. 5. Ver. quæ sunt unius mensis. Sic Opus menstruum. Menstrua uita. Menstruum etiam ponitur aliquando pro alimento in singulos menses legato: ut, Annuum, quod in singulos annos. Vlp. in l. qui bonis. ff. de cess. bonō. Si quid misericordie causa fuerit relictum, puta menstruum, uel annuum.

MENSULA, æ, dem. Plaut. in Most. Appone hic mensulam.

MENSULARI, τραπεζίται, i, idem, qui mensarij, & argentarij dicuntur. Vtitur hac uoce Vlpianus. l. Si uentri. ff. de priuilegijs creditor.

MENSURA, æ, [Mesura. Gal. Mesure. Hisp. Medida.] μέτρον, instrumentum quo metimur: unde & nomen habet. Plinius libro septimo capit. 56. Mensuras, & pondera Phidon Argiuis: aut Palamedes (ut maluit Gellius) inuenit. Sumitur & ad alia. Idem lib. 2. cap. 1. Quasi uero mensuram ullius rei possit agere, qui sui nesciat. Plinius iunior in Epistol. Ex illo mensuram beneficij tui profusus intelligo.

MENTAGRA, æ, λεγλω, morbus dictus a mento, a quo incipit, & faciem quidem, collum, pectus, manusque fædo quodam fursure occupat. Vide Plin. lib. 29. cap. 1. & ea, quæ annotauimus in dictione Lichen.

MENTE CAPTVS, [Mentecatto, παχχο.] ἀνός, παρὰ φρον, pro amente accipitur, ut oculis captus, pro cæco. Festus: Mente captus dicitur, cum mens ex hominum potestate abiit.

MENTEROSA, μεντέρκοσα, ciuitas Hispaniæ, in finibus Celtiberiæ. Ptol. lib. 2. cap. 6.

***MENTESA**, μεντέσα, opidum Hispaniæ, in plaga australi Celtiberiæ. Ptolem.

MENTHA, æ, [Menta.] ἡδυσσός, herba uulgo nota, etiam hodie apud nos nomen retinens, ita dicta a Græcis μίνθη. sic enim olim hæc herba a Græcis uocabatur a nomine Minthes Cocyti filix, quam Proserpina cum Plutone deprehensam in hanc herbam mutauit. quæ postea, mutato nomine, ab odoris suauitate dicta est, ἡδυσσός, Pl. li. 19. c. 7.

MENTHASTRVM, [Menthastro.] ἡδυσσός, ἀγροίος, siluestre olus, dictum, quod mentham imitetur, quasi siluestris mentha. Pl. li. 10. c. 3. Diosc. li. 3.

MENTIGOL, inis, p. p. λευγός, genus morbi, quod pecudes inuadere solet. Col. li. 7. cap. 5. Est autem Mentigo, quam pastores Ostiginē uocant, mortifera lactentibus.

MENTIOR, iris, [Mentiro, dir bugie. Gal. Mentir, feindre. Hisp. Mentir.] ἀδδουαί, contra id, quod in mente est, loquor. Plaut. in Amphit. mentiris, faciam, ut uerum dicas dicere. Terent. in Heaut. Non est mentiri meum. Id est, non consueui mentiri. Qui enim mentitur, non ipse fallitur, sed alterum fallere conatur. Qui uero mendacium dicit, tum etiam fallitur, cum credit se uerum dicere. unde Nigidius apud Gel. Vir bonus præstare debet ne mentiar; prudens, ne mendacium dicat. Aliquod tamen mentiri, est per imprudenciam falsum dicere, sicut & mendacium dicere. Cic. libro 4. Tusc. Litigant cum Epicuro, non multo mentiente. Priscianus uult hoc uerbum esse commune. unde mentitus participium aliquando in passiuâ significatione inuenitur. Cicero 2. de Natura Deo. Mentita, falsa, plena erroris. Stat. libro 1. Theb. Mentitis ignosco toris. Interdum est fingere, simulare: ut, Mentiri sexum, mentiri colorem fisco. Marcial. libro 1. Mentiturque uirum prodigiosa Venus. Quint. lib. 2. cap. 15. Mangones colorem fisco, & uerum robur inani sagina mentiuntur. Plinius libro trigesimo septimo, capitulo octauo: Candorem mentitur. Et dicimus Mentiri aduersus aliquem, Mentiri in aliquem, Mentiri alicui, & Mentiri de aliquo. Hinc Ementior aperte, seu publice ostendo, quod non est.

MENTIO, onis, [Mentione. Gal. Mention, memoire. Hisp. Mention ó memoria.] μένησις, a supino Mentum, quod a Meno uerbo antiquo deducitur, teste Vall. libro 3. Mentionem facere, alicuius, est commemorare. Cicero ad Sulpicium libro 13. Nemo mentio nem tui hinc sua summa laude fecit. Dicimus etiam mentionem facere de aliquo, Mentionem habere alicuius, Incidere in mentionem alicuius, Intermittere mentionem alicuius. Plin. lib. 2. c. 8. In mentione terræ dicitur, id est tunc terræ faciemus mentionem.

***MENTOAS**, μεντώας, fluuius, quem nunc Istrum, siue Danubiū uocant. Eutr. in Dionys.

MENTOR, toris, p. p. μέντωρ, mirus fuit in uasis celandis artifex, Iuue. Saty. 8. Raræ sine Mentore mensæ. Pl. lib. 3. ca. 11. Crassus orator duos scyphos habuit, Mentoris artificis manu celatos. Idem lib. 12. Mentori quotidie testimonium perhibet Capitolinus Iuppiter, & Diana Ephesia, quibus fuere consecrata eius artis uasa.

MENTOREVS, a, um. Propert. libro primo: Lesbia Mentoreo uina bibas opere.

***MENTORES**, populi in Illyrico, quorum meminit Plinius lib. 3. capit. 21.

MENTVLA, æ, [Membro uirile.] μέλος, membrum uirile dicitur. Vir in Priapeia: Videntq. magnam Matrone quoque mentulam libeter. Hinc Mentulatus, magnam habens mentulam. Virg. in Priapeia. Deus Priapo mentularior non est.

MENTVM, sti, [Mento. Gal. La menton. Hisp. La barba de hombre ó muger.] μέντωρ, ab eminendo: a gula enim eminent. Et quamuis Pl. li. 1. ca. 37. dicat mentum nulli præter hominem esse: Platamen in Menec. Porcis etiam menta tribuit. Glandonicam (inquit) suillam, lardum, pernam, Idem autem finciput aut menta porcina. Item Vir. 3. Geo. de Boue: Et crurum tenuis a mento palearia pendet. Cic. 1. Tus. Mento suamnam aquam attingens, siti enectus Tantalus. Vir. 1. Ge. Nec minus interea barbas, incanaque menta Cynphij tondent hirci.

***MENTVS**, vir inter Samnites natus, qui esse otiosus non poterat: solitudinemq. adamabat.

MENTVIAS, adis, μεντιδιός, Steph. in sula Aethiopiæ adiacens, iuxta Prassum promontorium. Ptol. li. 4. c. 9.

MEO, meas. [Andare. Gal. Aller à trauers. Hisp. Andar, ir.] περιόμας, uado, ultro, citroque eo. Plin. lib. nono, cap. 17. de accipensere: Vnus omnium squamis ad os uersis, contra aquam nando meat. Anima means in membra diuersa. Luc. lib. 3. Mobilitas meandi per magnum inane. Lucr. libro 2. Hinc Commeo, Permeo, Remeo, Transmeo.

MEON, μέων, Dios. herba est folia habens aniso non dissimilia, quam Pl. li. 20. c. 23. Meo appellat.

MEPHITIS, huius mephitis, p. p. [Πυρρὸν. Gal. Vne puanteur de terre ée eau en sulfures. Hisp. Hedor de la piedra tierra y agua sulfure.] terræ putor ex aquis maxime sulphuratis, atque corruptis proueniens: est & in nemoribus grauior ex densitate silarum. Virgilius lib. 7. Senamque exhalat opaca mephitim. Alij mephirum Deum esse uolunt, Leucotheæ conexum: sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alij Iunonem intelligunt, quam aerem esse constat. Omnis autem putor, non nisi ex corruptione aeris nascitur, sicut bonus odor de aere incorrupto, ut fit Mephitis, dea odoris grauissimi. i. graueolentiæ. Hæc Seruius in locum Virgilij iam citatum.

MERACVLVS, deminutiuum. unde Vinum meraculum apud Pl. lib. 20. cap. 19.

MERACVS, a, um, pen. pro. ut statim docebimus, [Puro. Gal. Pur. Hisp. Puro.] ἀκράτος, idem est, quod merum, hoc est, solum, & purum, Pl. li. 2. cap. 1. Meracis portionibus per uiginti dies ante canis ortum

ortum suadet H. siodus uti . Vnde unum meracum dicitur, quod nihil habet aquæ admittum . Horat. 2. Epist. 2. Expulit helleboro bilem, morbunq; meraco . Propertius . Ah pereat quicumque meracas reperit uuas . Calepinus putauit huius dictionis p̄. s̄. l̄. labam corrip̄i, adducens hunc uersiculum ex Priapeis : Constitui meracas, edidicique notas . Sed quoniam hic uersiculum neque certi est auctoris, neque mendæ suspicione caret, tanti apud nos esse non debet, ut receptissimorum poetarum testimoniis, quæ iam adduximus, debeat præferri . Hinc fit comparatiuum Meracior, & superlatiuum Meracissimus . Vnde Meracius bibere dicuntur, qui minus uino aquæ miscet hieme meracius bibendum esse, æstate dilutius . Cicero 3. de Natu. Deorum. Si medicus sciat, ægrotum, cui iussisset unum sumere, meracius, sumpturum .

MERCALIS, le, [*Vendibile, mercantescō. Gal. Vendible. Hisp. Cosa que se puede vender.*] *δῆμιος*, quasi uendibilis . Colum. lib. 7. c. 6. Cetera mercalibus traduntur : id est, uendibilibus . Quædam tamē exemplaria hic legunt Mercantibus, non Mercalibus . Hinc Promercalis, de quo infra .

MERCATIO, onis, uerbale, [*Mercantia.*] *ἐμποροῦσις*, Gel. li. 3. cap. 3. Pecunia in mercationibus perdita .

MERCATOR, ris, [*Mercatante. Gal. Merchant. Hisp. Mercader de comprador.*] *ἐμποροπος*, qui mercatur, id est emit. Hor. 1. Extremos currit mercator ad Indos .

MERCATURA, æ, [*Mercantia. Gal. Marchandise. Hisp. Mercaderia.*] *ἐμπόρηξις*, negotiatio, seu actus mercandi . Cic. lib. 1. Offic. Mercatura, si tenuis est, sordida putanda est . Dicimus autem, Facere mercaturam, pro exercere. Cic. 7. Ver. A prædonibus capti, cum mercaturas facerent .

MERCATVS, us, [*Mercato. Gal. Marchandise, achet. Hisp. El mercado, obra de mercar.*] *ἐμποροῦμα*, idem quod mercandi actus . Plau. in Most. Homo in mercatum auortitur . Aliquando etiam pro loco accipitur, ad quem mercatores emendi, uendendiq; gratia conueniunt, quem etiam appellamus Emporium, uel Forum . Cicero libro primo Offic. Quo cum, tamquam ad mercatum bonarum artium, profectus sis, inanem redire turpissimum est . Terent. in Adel. Nisi eo ad mercatum uenio, damnum maximum est . Queni in locum Donatus annotauit Mercatum aliquando accipi pro ipso tempore, quo negotiatores ad emendum, & uendendum conueniunt .

MERCATVS, a, um, participium, *ἐννοσάμενος*, modo actiue accipitur, ut apud Terent. Agrum in proximo mercatus es, id est, emisisti . Modo passiuè . Plin. lib. 37. capit. 2. Trullam unam mercatam a matrefuiliis .

MERCEDVLA, læ, deminutiuum . Cicero 1. de Orat. Apud Græcos imperiti homines mercedula adducti ministros se præbent in iudicijs oratoribus .

MERCENARIVS, rii, [*Mercenario. seruo. Gal. Mercenaire, qui fait quelque chose pour auoir salaire. Hisp. El peon jornalero de un dia.*] *μισθοφορος*, qui mercedis gratia operam suam alicui præstat . Cic. 1. Off. Sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur .

MERCENARIVS, a, um, [*Seruile.*] *μισθοφορικὸς*, quod mercede constructum est : ut, Mercenarij testes, apud Cic. in ep. & Mercenarij prætoris decretum, apud eundem in Ver. Mercenarius, & Gratuitus sunt contraria . Cic. 1. de Leg. Quid liberalitas? gratuitane est an mercenaria?

MERCES, dis, [*Mercede, premio. Gal. Loyer, salaire. Hisp. Jornal de cada dia.*] *μισθός*, a merendo ære, inquit Varro libro 4. de lingua Latin. Est enim Merces, præmium, quod datur pro labore seu stipendio . Iuuen. Saty. 7. Scire uolunt omnes, mercedem soluere nemo . Quandoque ponitur pro pensione, & redditu annuo . Cicero 2. de Finibus . Vides, si amicitiam suam caritate metiare, nihil esse præstantius : in emolumento, summas familiaritates prædiorum pretiosorum mercede superari . Quandoque pro pretio & damno . Cic. ad Lent. Gaudeo te eam fidem cogno scere hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram .

MERCIMONIVM, nij, [*Mercantia, merce.*] idem fere, quod *μεροποία* . Pla. in Amp. In nostris mercimonijs emundis, uendundisq; uoltis me lucris afficere .

MERCOR, aris, deponens est, [*Comprare. Gal. Merchander, acheter. Hisp. Mercar de comprar.*] *ἐμποροδομας*, lucri causa mercaturam exerceo, uel etiam simpliciter emo . Et quandoque accusatiuo solo cōtentum est . Terent. in Heau. Agrum in proximo mercatus es . Quædoque cum ablatiuo pretium denotante iungitur, sicut Emo. Gel. lib. 1. ca. 19. Libros tres reliquos mercatur, nihilo minori pretio . Quandoque ablatiuo mediante aliqua harum præpositionum, A, Ab, uel De, sine pretio expresso . Cic. lib. 1. Offic. Sordidi putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim uendant . Quædoque

datiuo . Ter. in Eun. Eunuchus quem mercatus fuerat frater Thaidi . Mercari Græca fide est, ubi non uerbis, neque stipulationibus, sed præsentī pecunia res agitur : ob leuitatem enim Græcis nihil habebatur fidei, nisi præsentem pecuniam numerassent . Plau. in Asin. Cetera Græca mercantur fide . Mercari præsentī pecunia, idem Plau. in Cap. Quos tam grandi sum mercatus præsentī pecunia . Hinc Commercor, Præmercor, ante alios mercor, ut scilicet carius uendam .

MERCVRIALIS, [*Mercorella.*] herba insigniter aluum ciens, *λιωζόσις*, cuius duo genera, masculus & femina . Plin. 2. 5. c. 5. Linozosis Mercurij est inuentum .

MERCVRIALES, uidentur fuisse sodales ex collegio aliquo in honorem Mercurij instituto . Cic. ad Q. F. lib. 2. Flaccum Capitolini, & Mercuriales de collegio eiecerunt .

MERCVRIVS, [*Mercurio.*] *έρμης*, Iouis & Maïæ filius . dictus a mercibus, eo quod negotiatoribus præsidere existimetur . a Græcis Hermes dicitur, *ἄπ' ἧς ἔρμῆς ἔγενετο*, hoc est, interpretando . uarie a poetis appellatur, Ligius, Agriphontes, Nomius, Cyllenius . Præter hunc tres alij fuisse Mercurij dicuntur . unus Cæli, & Dei filius : alter Liberi & Proserpinæ : tertius Iouis, & Cyllenes, quem fama est, ob Argi eadem profugum, litteras Aegyptijs ostendisse Verū omnes ad Maïæ filium referuntur . Ideo & alas in capite, & pedibus ponunt, uolentes significare, uelocem ferri per aera sermonem : ideo autem deorum nuncium dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enunciantur . Dictus est deus facundia, quod hominibus eloquentiam præstare putabatur . Habitus est etiam deus mercatorum, *κηθιστος, κερδάς*, palæstræ, furum : Lyræ inuenit . Hermaphroditum ex sorore Venere genuit . Martem e duris carceribus liberauit : Argum interemit : Prometheus in Cauaso religauit . Fuit præterea alius hoc nomine Aegyptiorum sacerdos, superioris (ut putant) nepos, qui Mercurius Ter maximus dictus est, quod & summus esset sacerdos, & sapientissimus philosophus, & rex potentissimus . Est etiam Mercurius unus ex septem Planetis, cuius corpus cunctorum siderum miumum, fere semper subest radijs solaribus, a quibus non recedit longius, quam uiginti octo gradus . Ideo ab astronomis *εἰλλων*, dicitur, quod est radians . Vnde etiam solatus & perustus fingitur, quod Soli uicinior sit, quam reliquæ stellæ . Cicero libro tertio, de Natur. Deo. quinque Mercurios commemorat : Mercurius (inquit) unus Cælo patre, Die matre natus, cuius obscenius excitata natura traditur, quod adpectu Proserpinæ commotus sit . Alter Valentis & Phoronidis filius, is, qui sub terris habetur, idem Trophonius . Tertius Ioue tertio natus ex Maïa, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt . Quartus Nilo patre, quem Aegyptij nefas habent nominare . Quintus, quæ colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemisse, ob eamq; causam Aegypto præfuisse, atq; Aegyptijs leges & litteras tradidisse . Hactenus Cic. Virg. lib. 4. Aen. Tunc sic Mercurium alloquitur ac talia mandat .

MERDA, æ, [*Merda. Gal. Merde, estron. Hisp. Estiercul, mierda.*] *καὶ*, cibi excrementum, quod per secessum egeritur . Hora. li. 1. Ser. Merdis caput inquinat albis Coruorum .

MERDO, as, *χέζω*, a quo Permerdo, sædo, & cōspurco . Albinus, Pueri omnia permingunt, atq; permerdant . Perottus .

MERE, [*Puramente.*] aduerbium pure . Plau. Tul. Si amoris poculum accepit mere .

MERENDA, æ, [*Merenda . Gal. Lereciner, le geuffer. Hisp. La merienda del medio dia.*] cibus, auctore Nonio, qui datur post meridiem . Plau. in Mostel. Vide, ne ad merendam quopiam diuorteris . Fest. Merendam antiqui dicebant, pro prandio, quod scilicet medio die caperetur .

MEREO, es, & Mereor, eris, deponens, indifferenter faciunt præteritum merui, uel meritus sum, [*Meritare. Gal. Meriter, de seruir. Hisp. Macrefcer.*] Et proprie significant aliquid facio, quamobrem aut præmium accipere dignus sum, uel pœnam pati *ἀξίος εἶμι* . Et in hac significatione frequentius utimur uerbo deponente, præterquam in præterito, quo indifferenter utimur . Et tam in bonam partem accipitur, quam in malam . Quin. li. 4. c. 2. vt optabile est, plus fauoris mereris sic proximum, odij minus . Cic. 1. de Natura Deo. Quid mereas, ut Epicureus esse desinas? Ter. in And. Vnum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esses sui . Quando uero cum ablatiuo constructur mediante præpositione De, idem est, quod conferre aliquid boni, uel mali in aliquem, & hoc fere cum altero homini aduerbiorum bene, uel male : ut, Bene mereri de aliquo, est aliquid beneficij in aliquem conferre . Virg. 4. Aenei. Si bene quid de te merui . Male mereri de aliquo, idem est, quod offendere . Plaut. Cuta. Male mereri de immerente inscitia est . Interdum sine his aduerbijs, Mereri de aliquo dicimus, modo in bonam, modo in malam partem . Cicero 6. Verr. Ita de populo Romano meritus, ut uniuersæ ciuitati commendatus esse debeat . hoc est, tam multa beneficia in populum Romanum contulit . Tertio significat, stipendia facio in nilitia, hoc est, stipendij gratia

gratia milito, & tunc datium, seu ablatium requirit, uel absolute ponitur. Lucan. li. 10. Aere merent paruo. Luc. 1. 6. Castrorum in plebe merebat. Ouid. 3. Fast. Legitimo quique merebat equo. Dicimus etiam Merere pedibus. Liu. 4. Bel. Pu. Vi ij omnes, quos censores notarent, pedibus mererent. Aliquando etiam accusati uo iungitur, ut apud Suet. Prima stipendia meruit. Et in hac significatione uix utuntur uerbo deponente Mereror. Non enim dicimus Mereri pedibus, uel Mereri stipendia: sed Merere pedibus, Merere equo, Merere stipendia. Iungitur etiam ablatiuo cum praepositione, Cum. Cic. 7. Ver. Clamabat ille miser, se meruisse cum L. pretio. Et cum praepositione Sub. Liu. li. 1. Dec. 3. triennio sub Hasdrubale meruit. Accipitur etiam Mereor pro eo, quod est, turpem quæstum facio.

MERETRICES, [Puttana] dicuntur, quæ corpore quæstum faciunt.

MERETRICIE, aduer. id est, in modum meretricis. Plau. in Mul. Quæ digne ornata incedit, haud meretricie.

MERETRICIVM, cij, [Puttanesimo. Gal. Paillardise & puterie. Hisp. Arte de puterias, puteria.] ἐταίρισις, ipsa meretricandi ars. Tranquil. in Cali. Quæ meretricium, & quæ lenocinium fecissent.

MERETRICIVS, a, um, [Cosa da meretrice. Gal. De paillardes. Hisp. Cosa de puta.] ἐταίριος, quod est meretricis, uel, quod ad meretricem pertinet. Terentius in Heaut. Ignaram artis meretriciæ. Idem in And. Meretricios amores. Meretriciæ opes, Idem pro Cœl.

MERETRICOR, aris, p. p. [Puttanesigare. Gal. Paillarder, putasser. Hisp. Putanear.] ἐταίριος, licitor. Gellius: Thais meretricando magna pecuniam demerebat.

MERETRICULA, deminutiuum: Cic. 6. Ver. A meretricula commendari.

MERETRIX, cis, [Meretrice, puttana. Gal. Paillarde, putam. Hisp. Puta.] ἐταίρα, a merendo, teste Valla: nam mercede suam exercet militiam, quæ copiam sui corporis facit. Hæc & Prostibula dicitur, siue a prostando, siue (ut alij putant) quod pro stabulis, hoc est, ante diuersoria soleat habitare. Vnde & Plau. in Cist. Intro ad bonam meretricem in uia sola prostibula sane est. Idem in Cap. Hic neque periturus leno est, nec meretrix mala. Cic. pro Domo: Tamen naxza quædam meretrix fuisse dicitur. Hor. 1. Serm. Satyr. 4. A turpi meretricis amore.

MERGÆ, arum, [Forcolesforche. Gal. Vn janelier, fourches. Hisp. La borcha para trastonar manos.] αἰδύα, furculæ sunt, auctore Festo, quibus acerui frugum fiunt: dicitur a mergis uolucris. Ut enim illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur: sic messores furcas in fruges mergunt, ut eleuare possint manipulos. Plaut. in Pœn. Palas uendundas sibi mergas datas, ut frumentum metat. Alij, Mergas ferramenta esse existimant, quibus olim in frugibus demetendis utebantur: nam in rariore segete ea metendi erat ratio, ut culmi medij falce inciderentur, spicæq. inter duo ferramenta distringerentur, quæ a Columella Mergæ appellantur. Sic enim habet ille lib. 1. cap. 21. Multi metunt falcibus ferriculatis, multi mergis, alij pectinibus. Pl. li. 18. c. 30. Mergites appellantur. Vide Merges.

MERGES, itis, penul. cor. [Fascio di spiche. Gal. Vne poignée on janelle d'espics de blé. Hisp. El manojo.] Spicarum manipulus: a mergendo dicitur, inquit Seruius Virg. libro 1. Georg. Aut fortu pecorum, aut Cerealis mergite culmi. Mergites quoque a ueteribus dicebantur ferramenta quædam, quibus in rariore segete messores spicas solent distringere, quæ & Mergæ uocantur a Columella, ut supra suo loco ostendimus. Pl. li. 18. cap. 30. Inter duos mergites spica distringitur.

MERGINA, μέρμη, a Romanis uocatur herba illa, quam Græci οὐλίανη ηραχίαν, hoc est, simlacem asperam uocant. Vide Dioscorid. lib. 4.

MERGO, is, si, sum, [Tuffare, porre sotto acqua. Gal. Plonger en l'eau, mettre tout de dans l'eau & s'en couvrir. Hisp. Zambullir so el agua.] δύνω, sub aquam pono, liquore aliquo operio. Cic. de Natu. Aues se in mari mergunt & emergunt. Plin. lib. 9. cap. 38. Mergitur lana carminata, donec omnem eberiberit faniem. Interdum pro composito submergo legitur. Virg. 6. Aenci. Quis te, Palmure, deorum Eripuit nobis, medioq. sub æquore meris? Manifestus etiam Plin. lib. 9. cap. 44. Piscantium cymbas mergit. Per translationem autem Mergere dicimus pro obruere, inuoluere. Virg. 6. Aen. Sed me fata mea, & scelus exitiale Læznæ, His merferere malis. Hinc Demergo.

MERGVLVS, li, [Stoppino, incignolo.] ἐλλύχλιος, dicitur funiculus ille, qui in lychno flammam nutrit.

MERVS, goris, [Secchio.] ἰνδρία, genus uasis, quam nonnulli siculam appellant, ita dictum, quod puteo mergatur, dum eo aquam haurimus.

MERVS, gi, [Smergo. Gal. Plongeon. Hisp. Cuerno marino.] αἰδύα, auis dicta, quod se in aquam, cibum captans, assidue immergat, teste

Varro. libro 4. de ling. Lat. & Ouid. Metam. 11. de Aescæo Priami filio, ita scribente, Acquis amat, nomenque manet, quia mergitur illi. Virg. 5. Aen. Apricis itatio gratissima mergis. Cum auis natura est, ut sæpe mergens aurarum signa colligat, & prauis dens tempestatem futuram, prope medio reuoluet ex æquore, & ad litorem tuta cum clamore contendat. Est & Meigs in uerte, ut docet Colum. libro 4. cap. 15. Cum supra terram iuxta suam adnuculum uitæ curuatur, atque ex alto scrobe submersa perducitur ad uacantem palum. Pallad. Mergunt dicimus, quoties, uelut arcus supra terram relinquitur, alia parte uitæ in fossa. Et paulo post.

MERIBIBVVS, [Cobui che bee il uino senza acqua.] qui uinum sine aqua bibit. cuiusmodi homines a Græcis ἀκρωποῖται appellantur. August. Cum temerit audior esset, quadam die ab irata ancilla appellata est meribibula. ductum a Merobiba: quo nomine licentiosa compositione usus est Plau. in Cur. Nomen est lenæ multibiba, atque merobiba.

MERIDIANVS, a, um, [Del mezzo di. Gal. De midi. Hisp. Cosa de meridiana.] μεσημεριος, ad meridiem spectans. sic Pl. li. 2. c. 19. Meridianum Solem. & li. 13. ca. 4. Orbem meridianum. Cic. de Or. Meridianum tempus.

MERIDIANO, hora meridiana, Plin. lib. 2. cap. 26. Germanico gladiatorum spectaculum edente, fax præter ora populi meridiano transcurrit.

MERIDIANVS, gladiator. Suet. in Clau. 3. Bestiaris, meridianisque adeo delectabatur, ut prima luce ad spectaculum descenderet. Inde Pomeridianus.

MERIDIANVS, siue Meridianus circulus, μεσημεριος κύκλος, unus est ex sex maioribus sphaeræ circulis: per polos mundi, & uerticem nostrum ductus, qui a nobiscum mutatur, quoties aut Ortum, aut Occasum uertus nos conferimus. Dicitur Meridianus ab eo, quod Sole in nostro hemisphaerio ad circulum hunc accedente, apud nos fit meridies, & rursus a media nox tum inferiore hemisphaerio Sol ad eundem peruenerit.

MERIDIATIO, quies meridiana. Cic. lib. 2. de Diuin. Lucubrations detraxi, & meridiationes addidi. Catul. Tuba ad te ueniam meridiatum.

MERIDIES, ei, [Meriggio, mezzo di. Gal. Midi. Hisp. Medio dia.] μεσημερία, medius dies, quasi medidies. nam (ut inquit Varro) d, anti qui non r, in hoc loco dicebant. sed suauioris causa pronuntiatio nis mutatum est, d, in r, quod & confirmat Cicero in Or. dicens: Ipsum meridiem, cur non medidiam? credo, quod erat insuauis. Horatius tertio Carm. Ode 28. Inclinare meridiem semis. Terentius in Adelph. Meridie ipso faciam, ut stipulam colligat. Semper autem masculinum est: quia certum dici tempus significat.

MERIDIO, dias, & meridor, aris, deponens, [Mangiare, ouero dormire dopo mezzo giorno, merendare. Gal. Meriener, sepojer ou dormir à midi. Hisp. Merendatò comerò dormir à medio dia.] μετ' ἄριστον σίτων, cibum meridianum capio. Plaut. Tentando, meridiando, Comefando, uitam ducere. Aliquando est somnum meridianum capio. Cel. li. 1. c. 2. Longis diebus meridiari ante cibum, utile est. Suet. de Nerone: Qui meridianam strangularent.

MERIS, μίρις, herba alio nomine Trifolium appellata. Dioscorid. libro quarto.

MERITISSIMVM, substantiuum, maximum meritum. Plaut. in Afin. Meritissimo eius, quæ uolet, facienus. Huius contrarium est Immeritus.

MERITO, [Meritamente, ragioneuolmente. Gal. Abon droit & à bonne cause, en l'ayant merité. Hisp. Dignamente, merecidamente.] ἀξίως, adue. digne, iure. Ter. in Adel. Merito te amo. Cic. 5. Verr. merito sum iratus metello. Superlatiuum meritissime, citra tamen comparatiuum. Cic. de Orat. libro primo: Quem omnes amare meritissime debemus.

MERITO, as, [Guadagnare. Gal. Meriter, desfruir, gagner. Hisp. Ganar.] μισσοροπειν, a lupino uerbi mereo, significat quæstum, uel lucrum ex re aliqua referre. Plinius libro 7. capit. 32. cum Roscius H-S quinquaginta annua meritalle prodatur. Cic. in Verr. Qui H-S dena meritalle affet.

MERITORIVS, a, um, [Che si dà per guadagno, che si dà à nolo. Gal. Meritoire, mercenaire, de louage. Hisp. Cosa alquit ada por precio.] μισθιος, quod quæstum gratia locatur. Vnde equi meritorij, & meritoriz rhedæ, meritoria uehicula. Tranquillus in Calig. cap. 39. Comprensus ad deportandum meritorijs uehiculis. Meritorium quoque cenaculum idem Tranquillus dixit, pro ablocatio diuersorio, ita de Vitellio scribens, uxore, & liberis meritorio cenaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocauit. Pueri meritorij, dicuntur scora mascula, quæ ad turpem quæstum prostituuntur. ut mulieres, quæ corpus suum uirorum libidini prostituunt, meretrices appellantur: utriusque a merendo dicti: quod corpore suo merent, hoc est, turpem quæstum faciunt.

ciant. Cic. in Anton. Ingenui pueri cum meritorijs. Taberna meritoria, diuerforium mercenarium, quo cuique introire licet danti mercedem. Ratio uero meritoria, quasi uilis, & male coempta. Aliquando meritorium absolute dicitur, pro taberna mercede conducta. Iuuen. Saty. 3. Meritoria somnum admittunt.

MERITUM, ti, [Merito. Gal. Merite. Hisp. Merescimiento.] id, quo alicuius animum demeremur, uel offendimus. tam enim in meliorem, quam in deteriorem partem accipi potest. in bonam partem, ut Plancus Cic. Quid pro maximis tuis in me meritis præstare amplius possim? In peiorem partem *ἔξια*, uisus est. Ouid. Epist. 5. Leniter ex merito quidquid patiare, ferendum est. Item Vatinijus ad Cic. Scis meam fortunam obtrahentes inuenire, non meo mehercle merito. Dicitur etiam Meritum, pro mercede. Terent. in Phorm. Nihil suauis meritum est, id est, nihil mihi mercedis suauis est.

MERITVS, ta, tum, [Meritato, conueniente, Gal. Meritè, deserui. Hisp. Merescido, conueniente.] *ἔξιος*, nomen ex participio congruum, conueniens. Virg. 1. Aen. Meritos aris imponet honores. Vbi uero Meritus est participium, actiue eum signat, qui aliquid meruit. Plinius lib. 7. cap. 3. de Cic. Primus in toga triumphum linguæ lauream merite. Passiue interdum accipitur. Idem lib. 7. ca. 18. Quæ Cannis corona merita. Virgilius 8. Aeneid. Merita accendit Mezentius ira. Meritum meum est, hoc est, meritis sum. Terentius in Heaut. Sic meritum est meum. Idem in Phormio. Meritum est tuum, id est, meritis es. Sic merito meo, Plaut. in Afin. Nemo me accusauit merito meo. Hoc est, propter peccatum a me admittitum. Pro merito, hoc est, ita, ut meritis est quispiam. Terent. in Phor. Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.

MERITVS, substantium, mons est Thraciæ, apud Plinium libro quarto, cap. 11.

MERMESSVS, *μερμεσός*, urbs Troadis, Sibyllæ Erythrææ patria, ut Stephanus placet, qui etiam ab urbis huius rubedine Erythræam appellatam existimat. Strabon tamen magis crediderim, qui lib. 14. Erythræam Sibyllam dictam existimat, ab Erythris Ioniæ urbe.

MERO, per iocum dictus est Tiberius Cæsar pro Nerone: quod impendio uinosior esset. Tranquillus in Tiberio: Pro Tiberio Biberius, pro Nerone Mero uocabatur.

MEROBIVS, a, um, uide Merobibulus.

MEROCTES, lapillus porracei coloris, lacte sudans. Plinius lib. 17. cap. 10.

MEROE, *μερόε*, dictio trisyllaba, insula Nili metropolis, a qua & tota insula Meroe dicitur. De hac ita scribit Herodot. meroe fuit olim regni caput. clypei figuram ea insula imitatur, ad tria millia stadiorum cum Nilo protensa. Hanc Cambyses condidit, appellauitque a nomine sororis Meroes: cum enim Aegyptum occupasset, Meroen secum usque ad Aegyptios ducens processit, quæ cum ibi mortem obiisset, urbi nomen indidit. De hac Lucanus libro decimo. Ambitur nigris Mero fecunda colonus. Patet longitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebennum. distat a Syene quinque millibus stadiorum, ultra quam est torrida zona. Exsuperat omnes alias Nili insulas, quas circiter septingentas esse scribit Diodorus libro 1. & 17. & uide Strab. libro 16.

MEROPIA, *μεροπία*, insula est una Cycladum, quæ alijs nominibus & Siphnos, & Acis appellatur. Plin. lib. 4. c. 12.

MEROPIS, *μεροπιά*, insula Carix adiacens, notiore nomine Cos dicta. Plin. lib. 5. c. 31.

MEROPS, *μεροπία*, uisus, teste Aeliano, pietate in parentes uolucris ceteris præstans: nam ubi primum per ætatem uolare potest, parentes in altissimis specubus reconditos alit. Infesta in primis aluarijs, apes absumens: unde & Apialtra a quibusdam appellatur. Virg. 4. Georg. Meropsque uolucres. De hac auic scribit Plin. lib. 10. cap. 33. Merops uocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, superne cyaneo, priori subruilo, nidificat in specu. Meropes præterea diuersarum linguarum homines dicuntur, a *μερίζω*, quod est diuidi, & *ὄψ*, per o, breue, quod uocem significat. Est et Merops, gygantis nomen, unius ex ijs, qui Iouem de cælo deturbare conati sunt: a quo Cos insula Meropis appellata existimatur.

MEROPVS, p. c. *μεροπός*, mons Græciæ iuxta Thessaliam uarijs præruptis amfractibus: qui undiq. referente Echo, uoces diuersas reddit, unde etiam appellationem sortitus est.

MEROS, siue Merus, *μερός*, mons est in sinibus Indiæ, in cuius radice Dionysius in Indiam proficiscens, Nyfam urbem condidit. Curt. libro 6. Nyfa sita est sub radicibus montis, quem Meron aecolæ appellant. Inde Græci mentiendi traxerentiam, Iouis semore liberum patrem esse cælatum. Græce enim *μηρός*, femur

significat.

MERSO, *μερσο*, [Bagnare spesso. Gal. Plonger en l'eau souvent. Hisp. Zambullir se al agua muchas uezes.] *βαρμιζω*, tæpe merga. Virgil. 1. Georg. Balantumque grægem fluuiio mergare salubri. Cæc. Fluctibus, fortunæ merfor.

MERTO, as, idem, quod merfo. Attius Deiphobo: Impudètia præsentem præsens dicitis mertare instituit. hæc Nonius. Festus; Merrat, pro merfat antiqui dicebant. Quin. libro 1. c. 6. Hæc (inquit) sit tera, ab his nominibus exclusa, in quibusdam ipsa alteri successit, nam Merrare, atque Pultare dicebant.

MERULA, [Merlo. Gal. Vn merle. Hisp. La mierla.] *μύριπος*, auis, dicta quod flosa uolet, quasi mera uolans. Hanc tamen etymologiam, ut superstitiosam, rider Fabius li. 1. c. 10. ita Varro nem uellicans, sed huic tanti fuit uertere, ut merula, quia sola uolat, quasi mera uolans, nominaretur, de huius auis natura Plin. lib. 10. cap. 19. Merula ex nigra rufescit, ætate canit, hieme balbutit, circa solstitium muta. Hor. 2. Ser. Saty. 8. Vidimus & merulas poni, & sine clune palumbes. Cic. de Fi. Euolare merulas. Est etiam piscis saxatilis, Plin. teste li. 32. cap. 1. Hoc nomine etiam dictus fluuius, qui Albingæ ciuitatis latus alluit. alio nomine Centa dictus, quia centenis annibus augetur.

MERVVM, substantium, [Vin puro. Gal. Vin pur & sans eau, & sans aucune mixtion. Hisp. Vno puro, y nome zeclado.] *ἀκρατον*, uinū aqua non dilutum. Virg. 3. Aen. Magnum cratera corona induit, impleuitque mero.

MERVS, a, um, [Solo. Gal. Seul. Hisp. Solo.] *ἀκράτος*, quod est solum. Terentius in Phor. Nihil habet, nisi spem meram. Per translationem ponitur pro puro. Cicero, libro 2. de Orat. Isocratis e ludo, tamquam ex equo Troiano, meri principes, *ἀκράτους*, exierunt.

MERVSVVM, *μερσίον*, Sicilia locus, 70. a Syracusis stadijs distans, cuius incolæ Merusij dicti sunt. Steph.

MERX, huius cis, [Merce. Gal. Merchandise, denrée. Hisp. Mercaderia.] *ἐμπορία*, est species ipsa, quæ emitur, uenditurue. Mercatura uero est ipsum negotiationis exercitiū. Cic. li. de rep. 3. Phœnices primi mercatus, & mercibus suis, inexpleribiles cupiditates omnium rerum, exportauerunt in Græciam. Porro Merx singulare interdum legitur, sed minus usitate. Plin. li. 1. c. 25. Sarmenta quoque in merce sunt. Plaut. in Cist. Mala merx herba hæc. Idem in Milit. Merxi pretium stat pro uirtute ut ueneat. Quin. lib. 1. cap. 12. Sor. dixit mercis negotiator. Gestat mercem sine furo: Hor. 1. Ser. Sat. 2. Frequenti uero in plurali. Cic. 7. Ver. Meribus adeptis in uincula coëctos esse mercatores. Esculentæ merces apud Col. lib. 12. hoc est, ea, quæ hominum esui accommodata uenduntur. Fallaces & fuscæ merces, Cicero pro Rab. Post. Mutare merces, Oui. 1. Trist. Eleg. 2.

MESA, *μέσα*, teste Vitruuio, sunt partes mediæ ædium, quas idem Latinè Medianas appellari asserit.

MESANTIVS sinus, *μεσαντίτης κόλπος*, Perfici sinus pars. Steph.

MESAVLI, *μέσαυλοι*, ædium itinera inter duas aulas. i. duo arria, interposita a nonnullis, etiam Andrones uocantur. Cæc. Rhodig. lib. 27. cap. 24.

MESENTERIVM, *μεσεντέριον*, crassa quædam, & adiposa membrana, multis & neruis, & uenis, & glandulis intertextæ, medium inter intestina, situm obtinens: unde & nomen accepit. Huius ueluti manus cuiusdam opera, iecur chylum a uentriculo attrahit per eas uenas, quas mesaraicas uocant. Alio nomine Mesaræum appellatur.

MESEMBRIA, *μεσημβρία*, Megarenium colonia, quam antea Menebriam uocabant, quasi Menapolim. i. Menæ ciuitatem. Eius enim ædificator Meuas appellabatur. Bria uero sermone Thracio ciuitas uocatur. Hæc Stra. li. 7. Oui. 1. Trist. Ele. 9.

MESSES, *Μέσση*, uentus inter Boream, & Cæciam medius, unde & nomen habet. Plin. lib. 2. c. 47.

MESOCHORVS, p. c. corr. *μέσοχορος*, qui in medio turbæ stans reliquis canendi, uel aliud agendi signum proponit. Sidonius: Nullus ibi lyristes, choraulæ, mesochorus. Vide Cæc. Rhodig. libro quarto, cap. 14.

MESOLA, *μεσόλα*, Messenianici agri opidum, inter Taygetum montem, & Messenen urbem situm. Gentile est Mesolatæ. Stephanus.

MESOLEVCO, *μεσόλευκος*, gemma, quam media linea alba distinguit. Plin. lib. 37. cap. 10. Est præterea hoc nomine herba quædam, habens candidam lineam per folium discurrentem. Plin. libro 27. cap. 11. Leuce Mercurialis similis, nomen ex causa accepit per medium solum candida linea transcurrente. *μέσος*, namque medius, *λευκός*, albus.

MESOMELIAS, *μεσομέλις*, gemma est nigram habens uenam, quemlibet colorem per medium secantem. Plinius libro trigestimoseptimo, cap. 10.

MESON, *μέσον κρητόπιον*, uiciorum Fescio, persona comica appellatur, aut coqui.

aut coqui, aut nautæ, aut eius generis: dicta ab inventore eius Me-
lone comædo, ut Aristophanes Grammaticus, quamquam rectius
videtur manare a fonte Græco, μέτρον, namque medium signifi-
cat, porro cocorum, nautarum, cerdonum, atque huiusmodi opi-
ficum personarum mediæ sunt, ut quæ neque serviles videantur, cum
liberæ sint operæ: neque omnino liberæ, cum mercenariæ. Est au-
tem merces, teste Cic. auctoramentum servitutis. proinde me-
diæ sunt, & mixtæ personæ, quæ μέσα πρόσωπα, dici possunt: ut
καθαροὶ πρὸς ἰτινὰς, dicimus in comædijs: Fuit præterea Meson
quidam Astrologus, qui Atheniensibus in expeditionem Sicilien-
sem profecturis, cum ipse quoque ad id bellum delectus esset, im-
minentem toti exercitui cladem prospiciens, proprijs ædib. igne
iniecit, furoremque tam scite assimilavit, ut velut insanus, & bello
parum idoneus, doni fuerit relictus. Vide Plutarchum in Ni-
cia, Alcibiade, & Pyrrho.

MESOPOTAMIA, μεσοποταμία, regio maioris Asiæ, inter Euphra-
tem & Tigrim, unde & nomen habet: μέσος, enim medium sonat,
ποταμὸς, fluvium. Cic. de Natu. Mesopotamiam fertilem efficit
Euphrates, in quam quotannis quasi novos agros inuehit. Tacitus
lib. 5. Euphrate & Tigri, incluytis annibus, circumflui, Meso-
potamiam nomen accepit. Dicta etiam est Seleucia, ut lib. 6. re-
fert Plin.

MESOSPHERVM, μεσόσφαιρον, Indici nardi folium. Plinius lib. &
capitulo 12.

MESPILVS, ἡ, pen. co. [Nespolo. Gal. Μεζλιερ, ou messlier, ou nessler. Hisp.
Mespéro.] μέσπιλος, genus arboris, cuius fructus Mespilum, με-
σπίλον, dicitur. Palladius de insitionibus. Mespilaq. exarnat pu-
gnacibus horrida membris.

MESSALLINA, Π. Ρ. Μεσσαλλίνα, nomē filie Barbati Messallæ, conso-
brini Claudij Imperatoris. Claudio seni nupsit, summæ libidinis
mulier, ita, ut mutata veste lupanaria celebrarit. quin etiam cum
scorto famoso aliquando certavit, & superatam a se meretricem
gloriosa est, quinto & uigesimo concubitu. tandem ab ipso Clau-
dio supplicio affecta est. Tranquil. in Claudio, Iuue. Sat. 6. Tacit.
11. Pl. li. 10. c. 62.

MESSANA, Μεσσηνία, urbs est Sicilia, propinqua Peloro promonto-
rio, a Messenijs Achæarum populis condita, & a nomine relictæ ab
illis urbis ita appellata. Silius li. 15. Incumbens Messana freto, ni-
vibusque reuulsa. Huius incolæ primum Messanenſes dicti sunt,
postea uero, cum Mamertini eo colonos misissent, ipsi quoque Ma-
mertini potius, quam Messanenſes sunt uocati. Fuit causâ primi
belli Punici, ut Florus tradidit li. 2.

MESSAPION, Μεσσηπίον, Eubœæ insulæ mons, ita dictus a Messapo
quodam, qui inde in Italiam coloniam deduxit. Steph.

MESSES, μεσσηνίς, Thesaliæ fons est, non procul a Pharsalo opido,
cuius meminerunt Pl. li. 4. c. 8. & Str. li. 9.

MESSENA, μεσσηνία, ciuitas Græciæ in Peloponneso, a qua Messe-
ni dicti sunt, qui in Sicilia ad Pelorum promontorium urbem cõ-
diderunt, quam a nomine patriæ suæ μεσσηνία appellauerunt,
Latini a, in a longum commutato, uocant Messenam. Tandem
uero Spartani Messenios, propter frequentem defectionem, du-
rissimam in seruitutem redegerunt. Hinc adagium natum, Seru-
lior Messena. Hi se nota litteræ M. cognobiles reddebant.

MESSIAS, Hebraice: Græcè, Christus; Latine, vn̄c̄us dicitur.

MESSIS, huius messis, [Raccolta. Gal. La moisson, le temps de la moisson.
Hisp. La miese, la mies ò los panes.] modo significat tempus meten-
di, ἀμυγός, Virgil. 6. Eclog. Ante focum, si frigus erit; si messis, in
umbra. Modo segetem ipsam iam maturam. Idem 1. Ge. Illius im-
menſæ ruperunt horrea messes. Neque solum de segete dicitur,
sed etiam de uuarum, pomorum, aut etiam herbarum prouentu.
Ouid. 3. de Ponto: Conueniensque suo messis amara loco est. Per
translationem accipitur pro copia cuiusuis rei. Pl. in Trin. Neq.
quidquam hic uide est, Nisi mores mali, eorum licet iam messem
metere maximam. Proprie tamen Messis dicitur de segetibus,
ijsque rebus, quæ metuntur: unde & nomen accepit. Varro de re
ru. li. 1. c. 50. Messis proprio nomine dicitur de ijs, quæ metuntur,
maxime in frumento. & ab eo est uocabulo declinata. Interdum
idem est, quod messio, siue actus metendi. Cic. 1. de Ora. Nemo tam
sine mente, ut, quid sit fementis, ac messis, quid arborum putatio,
ac uitium, omnino nesciat.

MESSOR, ris, [Mietitore. Gal. Moissonneur. Hisp. Segador.] ἀμυγός, qui
metit, Virg. 1. Geor. Cum flauis messorum induceret aruis Agri-
cola. Cic. de Ora. Non mihi oratores antiquos, sed messorum uir-
deris imitari.

MESSORIVS, a, um, θηρίδος, quod ad messorum pertinet. Cicer. pro
Sext. Messoria se corbe contexit. Sic Opera messoria, pro labore
ipsius messoris.

MET, Piam, & Te, [Medesimo.] syllabice sunt adiectiones extra com-
positionem nihil significantes: in compositione autem aliquid
addentes significationi dictionum, eum quibus componuntur: ut,
Egomet, Quispiam, Tute. sed Met, iungitur casibus omnibus

pronominis primæ personæ, tam pluralis, quam singularis nume-
ri, abque genitio plurali, ut, Egomet, memet, nosmet, & reliqua.
Secundæ uero personæ obliquis tantum casibus: ut, Tuimet, ubi-
met. Nominatio non addunt, ne uerbum putetur. Tūmet a tu-
meo: sed Tute, & Tutemet profertur. Ad uerbo Tanaquam coniu-
xit etiam Pla. in Truc. Tamquammet genium meum. Et quidem
sicuti dicta discretionem significat: ut, Ipiemet, id est per se, & non
per alios. Cic. pro Mar. Cæsar memet mihi reddidit. Pce iungit-
tur cum ablatiuis horum quinque pronominum, Mea, Tua, Sua,
Nostra, & Vestra: ut, Meapte, Tuapte, Suapte, Nostrapte, Vestra-
pte. Vel cum eorum mascul. aut neutris, ut Meopte, Tuopte, &c.
similiter cum pronomine secundæ personæ idem efficit: ut, Tute
id fecisti, i. Turipse per te, & non per alium. Sed hoc soli nominati-
uo iungitur. nam Tuite, aut Tibite non dicimus. In accusatiuo
aliquando legimus Te te. sed tunc diuise potius uidentur dictio-
nes maioris affectus causâ figuratè geminatæ, quem admodum
etiam aliquando legimus Me me. Ce, uero iungitur obliquis ho-
rum pronominum. Hic, Ille, Iste, in s. litteram desinentibus: ut, Hu-
iusce, huiſce, hosce, huiſce, & Illiusce, unde sunt composita
Huiſcemodi, Iliuscemodi, & Illiuscemodi. Interdum etiam
inuenitur iunctum cum casibus horum pronominum desinentib.
in c litteram: ut, Hicce, hecce, hocce: pro quibus tñ frequētius uti-
tur Hiccine, hæccine, hocce: Vir. Hocce erat alma parens. Ter.
Hocce est credibile? Hicce, seu Hiccine, Sicce, siue Siccine, hæc-
cine, hæccine, illiccine: Illicce: Illancine: Ter. Illancine mulie-
rem dixit, pro illam ne.

META, metæ, [Meta. Gal. Un but ou borne, ou autre chose large par bas &
montant en pointe. Hisp. El termino.] κῶνος, congeries, seu stues in
acutum tendens, seu turbo inuersus. ita dicta, quod esset posita in
dimenso spatio, uel, quia eam metiantur quadrigæ circumcurren-
tes. Moris enim erat septies metam lustrare. Propertius libro 2.
Eic. Aut prius insecto depolcitur premita cursu, Septima quam me-
tam truerat ante rota. Cum enim iam carceribus emittæ ad me-
tam uenissent quadrigæ, erat opus, ut circumflecterentur. Vir. 5.
Aene. Hic uiridem Aeneas frondenti ex ilice metam Constituit
signum nautis. Cic. de Diui. Umbra terræ est quasi meta noctis.
Hinc etiam agrorum termini, quod pyramidalis figura fieri so-
leat, Metæ uocantur. Eadem etiam ratione, Metæ seni uocantur,
quæ ita congestæ sunt, ut inferiori parte latiores, superne in an-
gustum desinant conum. Colum. lib. 19. capi. 2. Siccatum fenum
in metas contrui conueniet. Per translationem uero, quo-
niam meta collocari consuevit in fine circi, uel alterius spatij, in
quo quadrigæ certabant, factum est, ut Meta accipiat pro quo-
cumque termino ac fine, Virgil. libro primo Aened. Hic ego nec
metas rerum, nec tempora pono. Hinc peruenisse ad metam dicitur,
qui iter aut aliud opus perfecerint. Accipitur quandoque pro
inferiori parte molæ, sicut Catillus pro superiori. Vide Catillus.
Metula, i, x, deminutiuum.

META Lactis, τυρός κωνοειδής, dicitur caseus, qui factus est ad for-
mam metæ. Mar. Metamque lactis Saffinate de silua.

METALLARI, siue Metallici, μεταλλῆς, præcipue, qui ad effodienda
metalla damnati, de quibus apud Iurisconsul. ff. de Pœnis. &
C. de metal.

METALLICVM Atramentum, μελαθηρία, corpus metallicum, quo
mulomedici excrementem in iumentorum ulceribus carnem cõ-
sumunt. Vide Melantheria.

METALLICVS, adiect. μεταλλικός, quod ad metallum pertinet. Pl.
lib. 17. ca. 4. Naturam metallicam.

METALLIFER, ni metallum gignens. Statius siluarum l. 4. An ne met-
alliferæ repetit iam Menia Lunæ? Metallicus autem substantiu-
um, qui metallis & effodiendis, & purgandis dat operam. Plin. li.
34. c. 16. Lauant eas arenas metallici, & quod subsidit, coquunt in
fornacibus.

METALLVM, ἡ, [Metallo. Gal. Μεταλλ. Hi. Metal.] μέταλλον, dicitur, quæ
uis materia dura, e terræ uisceribus effodi solita: ut aurum, argen-
tum, cuprum, stannum, plumbum, & similia. Dicitur putatur a uer-
bo Græco μεταλλῶ, uel μεταλλῶ, hoc est, a fodiendo, uel per-
ferrando. Alij dicitur putant, παρά τὰ μετα τὰ ἄλλα ἀρίστη-
εξ, quod uix ulla metalli uena inueniatur, quin alterius me-
talli uena in propinquo postea inueniatur. Plinius libro 33.
capitulo sexto. Hoc quidem & in omni fere materia. unde me-
talla Græci uidentur dixisse. Virg. 2. Georg. Argentum riuos
ærisque metalla.

METALLVM miniarium, μεταλλουργία, fodina, ex qua effoditur mi-
nium: sicut argentarium, ex qua argentum. Plinius lib. 33. capi-
tulo 7. Celeberrimum ex Sisaponenſi regione in Bætica minia-
rio metallo.

METAMORPHOSIS, [Transformatione.] πρ. p. transformatio Latine, a
μεταμορφῶ, transformo. Hoc nomine Ouid. & Appuleius libros
Transformationum suarum inscripserunt.

METAPHORA, [Μεταφορά.] p. c. μεταφορά, translatio à Cicerone di-
citur,

- citur, fitq. cum nomen aut uerbū ex proprio loco in eū transferatur, in quo aut proprium habet, aut translatum proprio melius est, ut, Clasq. inmittit habenas. Vir. Ael. 6.
- METAPHRENVM**, μεταφρηνον, pars illa corporis, quæ præcordijs a tergo est obiecta: quod μετα τὰς σπέρνας. i. post præcordia sita sit.
- METAPINVM**, teste Plinio libro tertio, capitulo 4. unum est ex ostijs Rhodani.
- METAPONTIS**, dis, μεταποντίς, insula est in mari Carpathio, inter Rhodum & Guidum sita, recentiore nomine Syme appellata a Syme Lalyfi filia. Vide Steph. in dictione Syme.
- METAPONTVM**, μεταπόντιον, Ptolemæo, quasi transpontum, dictū est opidum I. alix in sinu Tarentino: a quo Metapontini populi a Pilijs, qui Nestore duce e Troia nauigarunt, conditum: a deo terræ prouentu felix, ut ea gratia auream ætatem Apollini Delphico aliquando donum obtulerit, Pomponius libro secundo.
- * **METATHESIS**, Latine transpositio, cum una littera necessitatis causa ex uno loco in alium transfertur: ut Tymbre pro Tymber.
- METAVM**, μέταον, Lesbi opidum. Steph.
- METAURVS**, & **METAURVM**, [Μεταυρο,] μέταυρον, Umbrix fluius per Flaminiam decurrens, & inter Fanum Fortunæ, & Senogalliam in mare desiliens. Iuxta hunc fluium Claudius Nero consul cum Lino Salinatore Hasdrubalem interfecit. Hor. lib. 4. Carm. Ode. 5. Quid debeas o Roma Neronibus, testis Metaurum flumē. Quo in loco Metaurum flumē, neutro genere protulit, sicut alibi Rhenum, Cum flumen Rhenum, aut pluuus describitur arcus.
- METAXARII**, [Μεταξάρι,] qui serici mercaturam exercent. nam μέταξα, Græcis sericum. Vtitur hac uoce Iustini. C. de pignoribus. l. fin. eamque interpretatur Alciat. in l. Balluca. C. de metall.
- METELIS**, μέτιλις, opidum Aegypti non procul ab Alexandria, recentiore nomine Bechis appellatum. Steph.
- METELVS**, μετέλλος, cognomen Cecilie familæ, plebeia, clarorū uirorum uirtute insignis. Vnde senarius ille Næuij poetæ, Fato Metelli Romæ sunt Consules.
- METEORA**, p. p. μετέωρα, a Græcis dicuntur, mista imperfecta, quod in sublimi, hoc est, in ære generentur: ut pluuia, niues, grâdines: de quibus Aristoteles 3. primis libris Meteorologicis: nam quarto qualitates persequitur.
- METHODVS**, [Μεθοδος, arte,] p. c. μέθοδος ex μετά & ὁδος, Methodum appellat Quinct. l. i. Instituit. quam Cicero uiam, artem, & rationem uocat.
- METHONE**, p. p. μεθώνη, ciuitas litoralis Peloponnesi, in Messeniaca regione, quam cum obsideret Philippus rex Macedonum, Alexandri Magni pater, oculum amisit, ista uia itæ quam eiecerat Aster opidanus, cui inscriptum erat Aster telum Philippo immisit in oculum. Vale. Flac. libro 1. Ptolemæ. lib. 3. capitu. 16. Hodie Modon.
- METHYMNA**, μεθύμνα, uel Metymne, urbs Lesbi, apud quam nascitur generosum uinum. Ouidius 1. de Arte amandi: Gargara quot fegetes, quot habet Methymna racemos. Hinc Methymnæus, æa, æum, Idem libro undecimo Met. Et methymnææ potiuntur litore Lesbi. Ab hac urbe ortum habuit Arion citharædus nobilis.
- METICVLOSVS**, [Pauroso, timido,] Ἰσοκρίτης, timidus, a Meticulus. Pl. in Most. meticulosa res sit ire ad iudicem. Idem in Amp. Nullus est hoc meticulosus æque.
- METIOCHVS**, μετιόχος, Miltiadis Atheniensium ducis filius. qui cum a Phœnicibus captus, Dario Perfarum Regi, contra quem pater bellum gerebat, dono daretur, nullam a Dario iniuriam, sed magnas diuitias, uxoremque Persicam accepit. Herod. libro sexto.
- METIOR**, tiris, mensus. [Mifurare. Gal. Mesurer. Hisp. Medir.] μέτερον, mensuro, taxo, a Græco, μετρώ, deductum. Ci. 1. de Na. Deo. fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebatur. Metiri stipendium. Cur. lib. 3. ducentis pedestrium stipendium mensum est. Metior pro æstimo, Cice. in Catone. Neque enim ipsorum conuiuiorum delectationes corporis uoluptatibus magis, quam cœtu amicorum, & sermonibus metiebat, id est, æstimabâ. Quandoque ponitur pro transmeare, Virg. 4. Geor. Magnum qui piscibus æquor, Et iuncto bipedum cursu metitur equorum. Plau. in Pseu. Quin hinc metimur gradibus militarijs? id est, quin hinc abinus. A lupino Mensum sit Mensio, quæ est Mensura, Cicer. in Ora. animus naturalem quandam in se continet uocum, omnium mensuram, Hinc Permetior, hoc est, ad finem usque metior. Remetior, rursus metior.
- MENSORES**, a Metior, [Mifuratori. Gal. Arpenteurs, mesureurs. Hisp. Medidores.] μετρηταί, appellantur agrorum finitores. Colum. libro 6. cap. 1. non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebam. Mensores præterea sunt, (inquit Vegetius lib. 2. cap. 7.) qui in castris ad podisum demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant. Podisum autem est dimensio pedibus facta. Hi etiam Metatores dicuntur.
- METIVS** Suffetius, dux Albanus, tempore Tulli Regis Romanorum, qui quod ex præscripto fœderis ad belli societatem contra Fidenates uocatus, euntibus in hostem Romanis, suos prælio eduxerat, iussu Tulli duabus admoris quadrigis discerptus est. Vide Liui. lib. 1.
- METO**, tis, messui, messum, [Metere. Gal. Moissonner, recueillir le grain, auofer. Hisp. Segar.] ἔλω, fruges seco, & fructus colligo. Proprie enim fegetes meti dicuntur, & herbe, cum falce aliove instrumento reso secantur. Cice. 3. de Orato. Ut sementem feceris, ita metes. Cæf. 4. Bell. Gal. In metendo occupatos subito adorti. Uuas quoque metere dixit Virg. 3. Geo. pro colligere uuas. Sumitur etiam latius pro seco Lactan. libro 5. Qui uirilia sua ferro metunt. Idē pro depascor. Virgil. 4. Geo. Purpleosque metunt flores. Metere maximam messiem malorum dixit Plaut. in Trin. pro maximam malorum morum copiam inuenire. Vide Messis. Idem in Epist. Mihi istic nec feritur, nec metitur. hoc est: Ista res nihil ad ine pertinet. Hinc Demeto, Emeto, extra uel ualde meto, Præmeto, ante seco. Inde Præmessum, quod libationis causa præmittitur.
- METONYMIA** μετωνυμία, cum accentu in pen. Latine transnominatio, figura, quæ fit, cum inuentorem pro re inuenta ponimus. Ter. in Eu. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Aut contra, sed tamē paullo durius est: ueluti si Vinum ponamus pro Baccho. Vel cum continens pro eo, quod continetur, usurpamus. Vir. Nunc pateras libate Ioui, id est, uinum contentum in pateris. At contra, contentum pro continenti. Virg. libro 1. & 7. Aeneid. Crateras magnas statuunt, & uina coronant. Non uina, sed crateras, in quibus uina continentur. Vel cum dominus rei pro re ipsa ponitur ut, Hunc tibi comedendum propino, id est, eius bona deuoranda tradō, uel cum ex effectu efficiens accipimus. Vir. 1. Aen. Mæstumque timorem Mittite. id est, timorem qui mæstum facit. Aut contra Virg. li. 8. Aen. Hic melior remis: Signifi cat enim uelocitatem, quæ per remos fit. uel cum ducem pro ijs, qui subsunt, ut, ab Hannibale cæsa sunt apud Cannas sexaginta millia. Vel cum auctor pro opere sumitur: ut, Ter. semper in manibus habendus: nō Terentius quidem, sed Terentij liber.
- METOPION**, μετόπιον, arbor est in Africa Aethiopiæ subiecta nascens, ex qua Ammoniaci lacryma in subiectas arenas destillat Plinius libro 21. capitulo 28. Dioscorid. uero, Metopion serula est in Syria nascens, ex qua galbanum destillat. Est & Metopion olei genus ex amaris amygdalis confectum, teste Plinio lib. 15. capitulo 7.
- METOPOSCOPVS**, μετοπόσκοπος, Latine frontis inspector, ἄντὲ μετώπῳ, fronte, & σκοπῶν, contemplati. Sunt enim Metoposcopi, qui ex frontis & faciei lineamentis, quid cuique euenturum sit, diuinant. Suet. in Tito: Aiunt metoposcopum constantissime affirmasse, Titum utique imperaturum.
- METOR**, aris, [Por meta, misurare. Gal. Aligner, mettre bornes, mesurer, affectoir. Hisp. Aposentar, poner termino.] ὄπιζω, metas in agris terminandi gratia dispono, locū metitur castris, uel alteri cuius operi. Gel. li. 1. c. 1. curriculum stadij, quod est Pisis apud Iouem Olympium, Hercules pedibus suis metatus: Hinc usus inualuit. ut Metari capiatur simpliciter pro disponere, ac parare. Virg. lib. 2. Georg. Si pinguis agros metabere campi, Densa fere. Item pro collocare. Vnde castra metari, dicimus pro eo quod est castra collocare. Sal. in Jug. Sylla pariter cum ortu Solis castra metabatur. Metari celum. Oui. 2. Fast. Nos quoque sub ducibus cælum metabimur illis. Inuenitur & Mēto, tas. Vir. in Culice. Metabat sese circum loca. Vnde aliquando legimus Metatus participium passiuè acceptum, quod uidetur esse a uerbo passiuo Metor. Hor. lib. 2. Car. Nulla decempedis metata priuatis Opacum porticus excipiebat Arcton. Hinc Emeter, p. pr. perfecte mensuro. Metator, oris, nomen uerbale, qui arbores in seminario, uel arbusculo disponit, & ordine quodam digerit. Item qui locum futuro ædificio, aut castris collocandis metitur, aut qui agrum, alium uo quemuis locum in certas distribuit partes. Cice. in Phil. Saxa, peritus metator, urbem iam decempeda sua diuiserat. Luc. li. 1. Hesperios audax ueniam metator in agros. Pro eodem Cicer. in Phi. Decempdatorem dixit. L. Antonius (inquit) agri publici, & priuati æquissimus decempdatore. Mercatores etiam dici possunt, qui iussu atque auctoritate principis militibus diuerforia assignant, quique in castris, figendis tentorijs locum unicuique ostendunt. Vegetius lib. 2. c. 7. Metatores in castris dicuntur, qui præcedentes locum castris idoneum eligunt. Hi & Mensores dicuntur, ut supra docuimus.
- METATIO**, onis, μετῆσις, ipse metandi, hoc est disponendi actus. Col. li. 9. c. 15. in quincuncem uinearum metatio conficitur.

ΜΕΤΡΕΤΑ, *ε, ρα, ρ. μετρητις*, genus uasis constans ex duobus basis, Quod Dios. Metretam dixit, Plin. Cadum transtulit, Metretam Cato, & Colum. dixerunt. Est autem congiorium decem, ut auctor est Diosc. li. 5. Decem autem congi sexaginta sextarios ualent, id est, amphoram & quadrantem. Pollux tamen in 10. de uocabulis ait. Cratinum comicum Metretam amphoram appellasse. De hoc plura apud Budæum li. 5. de Affe.

ΜΕΤΡΟΚΟΜΙΑ, *μητροκομια*, sic est inter uicos, ut metropolis inter urbes. Vide adn. Budæi. Vitur hac uoce Iustinianus in suo Codice, titulo, Nō licere habitatoribus metrocōmiæ possessiones suas ad extraneum transferre; & Iurifconsul. lult. de exa. tribu.

ΜΕΤΡΟΔΟΥΣ, *ρ, ρ. μητρόδος*, pictor, & philosophus Atheniensis, Carneadis auditor, ut Cic. testatur de Or. li. 1. Erat, inquit, etiam Metrodorus, qui cum illis una illum ipsum Carneadem diligenter audierat. Fuit præterea Metrodorus quidam Scepsius, qui post ea relicta philosophia ad ciuiliū rerum administrationem sese contulit. Hic oratori in scriptis suis, quā philosopho uicinior fuit, nouoq. quodam dicēdi genere multos a sui imitatione deterruit, propter nominis tamen famam, quamquam pauper erat, clarum coniugium apud Carthaginenses assecutus est, atq. uti Carthaginensis inuebat, cumq. amicitiam Mithridatis regis, sibi conciliasset, ad illum cum uxore profectus, iuri dicundo præfectus est, cū potestate tam ampla, ut ab eo regem prouocare non liceret. quæ tamen res ei non feliciter cessit, nam cum hominum aliquot improborum odium incurrisset, legatus ad Tigranem Armeniorū regem missus, a Mithridate descivit. quamobrem comprehensus a Tigraue, inuitus ad Mithridatem remissus est: quo in itinere, siue regis opera, siue morbo, (nā utrumque dicitur) extinctus est. Hæc Stra. li. 13. Huius etiam meminit Cic. memoriāq. eius commendat, Tus. Quæst. li. 1. Fuit & Metrodorus, quidam Chius, qui uniuersum sempiternum esse dicebat: nam si factum esset a nō en te, aiebat infinitum etiam esse debere, quoniam sempiternum, cum non habeat principium, unde incipiat, nec exitum habebit, quo terminetur. Immobile quoque asseruit, quoniam inoueri nō possit, quod non transeat. Fuit item Metrodorus Lamplacenus, Epicuri discipulus. vide Stra. & Diog.

ΜΕΤΡΟΠΟΛΙΣ, *ρ, c. μητρόπολις*, dicitur urbs. teste Bud. in prioribus adnot. in Pandect. ex qua coloniæ deductæ sunt, quales multæ ex Athenis missæ sunt, & ab urbe Roma. Latine Matricem ciuitatē dicere possumus, nam *μητρα*, matricem sonat, & *πολις*, ciuitatē. & quemadmodum in pecore esse matricibus noui semper fetus, ita ex metropoli nouæ ciuitates propagantur. Pōt & *μητροπολις*, compositum uideri. Sic enim se habet Metropolis ad coloniam, ut mater ad filiam: id quod illo Thucydidis loco manifeste declaratur. Colonia beneficio affecta, honore metropolim suam profequitur: iniuria autem affecta, ab ea alienatur. Metropoles, inquit Suidas, dicuntur quæcumque ciuitates colonias deduxerunt. Latine dici possunt matricæ urbes.

ΜΕΤΡΟΠΟΛΙΣ, *μητρόπολις*, urbs Phrygiæ, teste Stephano, a Cybele deum matre condita. Ite alia eiusdem nominis, in conuentu Apameno. tertia in cōuentu Ephesiorum, ad Caystrum fluiuium. Step. Præterea alias septem enumerat, quarum primam in Lydia, secundam in Thessalia collocauit, tertiam Acaraoniæ, quartam Scythiæ attribuit, reliquas tres in Ponto, superiore Thessalia, & Eubœæ constituit. Harum omnium gentile, est Metropolitæ.

ΜΕΤΡΟΠΟΛΙΤΑΙ, *μητροπολίται*, qui ex metropoli oriundi sunt, quique metropolim inhabitant.

ΜΕΤΡΩΜ, *τρι, [Misa. Gal. Mesure. Hisp. Medida.] μετρον*, mensura. Et quoniam mensurantur, uersus, a nostris dicuntur metra. Coll. li. 13. c. 10. Exceptis, quæ retulimus, metris Virgilianis. Definitur metrum, quod sit connexio quedam, atq. ordinatio pedum, ad delectationē aurium inuenta. Hinc Monometrum, quod unica mensura maiori, hoc est, duob. pedib. constat. Dimetrum, quod duabus mensuris, hoc est, pedibus quattuor. Trimetrum, quod sex pedib. Tetrametrum, quod octo pedibus, siue quattuor mensuris constat: quem numerum pedum raro supergredimur. Pentametrum dicitur, quod quinque habet mēsuras minores, quas nos uocamus pedes. Hexametrum, quod sex minoribus mensuris seu pedibus constat.

ΜΕΤΩ, *tuus, tui, [Temere. Gal. Craindre, avoir peur. Hisp. Temer.] φοβωμαι*, idem quod timeo. Varr. a motu animi deductum putat, cum id, quod male casurum putat, mens refugit, cumque uehementius in mouendo, ut se abeat, foras fertur, formido appellatur. si autem ex horrore uenturæ rei uehementer tundatur pectus, a pauēdo pauor dicitur. patire enim tundere est. inde pauimentū, quod pedibus pauuatur, id est, tundatur. & quia in hac perturbatione frigescit, ab horrore Horror dicitur, ut a tremendo tremor. Et proprie metuere feruorum est, uereri liberorum. Cic. in Cato. Metuebant eum serui, uerebantur liberi. Quærit Arist. in Probl. Cur tremunt, qui metunt? an propter refrigerationem? deficit enim calor, atque contrahitur. hinc Vir. Gelidusque per ima curret Ossa tremor. Metuētibus aliis funditur, algor, & fitis pro-

uocatur, testiculi contrahuntur, dentes erepant, & arietantur. Dicimus Metuo te, & Metuo tibi, quemadmodum Timeo te, & Timeo tibi: quæ sic differunt, ut Metuo, uel Timeo te, idem sit, quod metuo, ne quid mihi male inferas: Metuo, uel Timeo tibi, nequid tibi mali accidat. Teren. in Eunu. metuebant omnes iam me. Vir. 1. Geor. Inopi metuens formica sese: metuens nomen ex participio: ut, Metuens legum, Metuens iudiciorum. Cic. post reditum in Sen Consules legum metuentes. Idem pro domo sua: Homines legum iudiciorumque metuentes. Metuentor, comparatiuus. Ouid. 6. Fast. Quo non metuentius ullum Numinis ingenium terra Sabina tulit. Idem Ep. 18. Metuentior. unde Metuentus. Cic. de haruf. resp. Factus in agro Piceno nunciatur terræ motus, cum quibusdam multis, metuendisq. rebus.

ΜΕΤΥΡΩΣ, *ρ, ρ. participium*, Luc. lib. 5. Nam cupide conculcatur nimis ante metutum.

ΜΕΤΥΣ, *tuus, [Timore, tema, paura. Gal. Peur, crainte. Hisp. Miedo, espanto.] φόβος*, timor, & est (sicut Vlp. scribit) de instanti, uel futuro periculo, mentis trepidatio. Cic. 4. Tus. Metus est opinio impendentis mali. Ibidē: Aegritudini finitimus est metus. est enim metus, ut ægri-tudo præsentis, sic ille futuri mali. In metu ponere pro metue-re, dixit Cicero ad Attic. Quid inquit absurdius, quam hunc metuere, alterum in metu non ponere? Et tam actiue, quam passiuè sumitur. nam metus hostium dicitur, & cum timentur, & cum timentur. Capitur interdum pro religione, quoniam (ut docet Seruius) nata est ex timore. Virg. lib. 7. Multosque metæ seruata per annos. Diminutiuum est Meticulus. Hinc Meticulofus, de quo suo loco.

ΜΕΥ, per duas syllabas, *α, η, ο*, Diosc. herba est caule, foliisque aniso non absimilis. de qua Pli. li. 20. c. 23.

ΜΕΥΑΝΙΑ, *μυαυια*, Prolem. ciuitas Vmbriæ, inelyta Propertio alumna, sita ad uiam Flaminiam, armentorum, & gregum ferax. Luc. lib. 1. Tauriferis Meuania campis. Plin. lib. 35. cap. 14. Latericius murus Meuania. Incolæ dicuntur Meuanates, de quibus Pli. lib. 3. cap. 14.

ΜΕΥΡΥΣ, poeta ineptissimus Virgilij & Horatij temporibus, utriq. inuisus, quod poemata illorum insectaretur, & ex aliene laudis obsecratione gloriam quæreret. unde & Virgilio mastix uulgo appellatus. Virg. 3. Eclo.

ΜΕΥΣ, *α, μνι, [Mio. Gal. Mien, mou. Hisp. Mio.] εμους*, pron. possessiuum: ut meus ager. Cum uero dico, Meus sum, perinde est, ac si dice-re-mus, me potestatis sum. Pico Saty. 5. Polliquam meus a præto-re recessi. Aliquando etiam, Meus, Tuus, Suius, substantiue accipiuntur; facileque in eis subauditur. substantiuum aliquod amicus, familiaris, uel domesticus. Virg. lib. 4. Dulcesque meorum reliquias. Et lib. 3. Cape dona extrema tuorum. Teren. in Phor. Ego meorum solus sum meus. Meus carnifex apud eundem in An. Qui me excarnificat. Meum est, hoc est, mei officij est. Sic Tuum, suum, Nostrum, & uestrum est, id est, Tuum, suum, nostrum, & uestrum officium est. Meum non est, id est, Non est mea natura. Terent. in Heaut. Non est mentiri meum: Mea, Mea tu, & huiusmodi muliebria sunt blandimenta, sine quibus, inquit Donatus, non progreditur colloquium feminarum, & maxime trepidantium. Terent. in Adelph. modo dolores, meatus, accipiunt primulum. Idem in Eunu. Obsecro, mea Pythias, quid istuc nam monstrum fuit? meum est, Pro meum est inuentum. Ibidem: Tuum obsecro ne hoc dictum erat? uetus credidi: TH. meū est. id est, ego ipse huius dicti auctor sum. mea quidem sententia. mea est descriptio, apud Cic. de Sen. Pro egomet descripti. meo pretio, in prologo Hecyræ, interpretatur Donatus pro pretio a me facto & a me statuto. Mea unius salus. Cic. in Vat.

ΜΕΥΖΕΝΤΙΥΣ, Tyrthenorum rex, summus deorum contemptor, a subditis ob immanem crudelitatem expulsus, cum Lauso filio fugiens ad Turnum Rutulorum regem peruenit: cum quo aduersus Aeneam profectus, ab ipso una cum filio est interfectus.

M A N T E I

ΜΙ, [*A me.*] *μοι*, dandi casus, a genitiuo mis. Vir. 6. Aen. Et mi genus ab Ioue summo: Mi uocatus, a Meus. Ter. in Adelph. O mi Aeschine, germane. Idem in Phor. Mi patre salus. Quo in loco, Mi uim blandimenti habet. Idem in Eunu. Ne crucia te obsecro anime mi Phædria. Feminarum, inquit Donatus, oratio, etsi non blanditur, blanda est tamen. Mi inuidiose rogantis. Idē in Hec. Haud equidem dico mi Laches. Donat.

* **ΜΙΑΚΟΡΥΣ**, *μιακορος*, Chalcidis opidum, apud Theopompum, li. 25. Stephanus refert: a quo fit gentile, Miacorius.

ΜΙΣΑ, *α, [Misa. Gal. Miette, mie, petit morceau comme ce qui reluit parmi le sablon. Hisp. La migaja.] μίς*, puluisculus ille, qui arena quasi argētū fulget. A quo & panis, & oium rerum stultitia, quæ tractantib. nobis aliquā rem inde emicant, micas appellamus. unde est illud, nam catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mēsa dominorū suorum. Catullus: Nulla in tam magno est corpore mica salis. Hor. 3. Carm. Ode 22. Farre pio & saliente mica. ubi Porphyrio: Sallientem

hientē micā, falis granū intellige, quod saliat cū in ignē missus sit.

* **MICIPSA**, Numidarum rex, Massanise regis filius, qui Iugurtham regni participem reliquit. Sallust.

MICO, micas, [*Risplendere, rilucere. Gal. Reluire par fois, esfrinceler, ietter, iueur. Hisp. Resplandescer.*] ἀήως, sū binde, & per interualla, ut micæ faciunt, fulgeo, & resplendo. Vir. 1. Aen. Crebris micat ignibus æther. Et quoniam talis quædā uariatio, dū digitis sortimur, apparet, per translationem Micare capitur pro digitis sortiri. Varro: Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerū an ille meum sequatur. Est autē micare digitis, iustus genus quoddam: quod adhuc apud Italos durat, ut repente porrectis digitis certatium, uterque numerum dininet. Huius meminit Cic. 1.2. de Diu. Quod fors est, idem, quod micare, quod talos iacere. Ab hoc ludi genere tractum, ut, qui uir bonus existimaretur, eum antiqui dignum dicerent, qui cum in tenebris micaretur. Cic. 1.3. Offi. Cum fidem alicuius, bonitatemq. laudant, dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices. Et quia splendor tremulus, & intermissus uicibus mouetur, factum est, ut micare accipiatur pro eo, quod est interpositis interuallis moueri. Vir. li. 3. Geo. Linguis micat ore trifurcis. Cic. 2. de Na. Deo. Venæ, & arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu. Hinc Dimico, pugno: & Emico, extra splendo: Intermico, inter, uel in medium mico: Promico, extendo. Habent autem hæc omnia præc.

MICURORIS, p. c. [*Desiderare di urinare. Gal. Auoir faim de pisser, uouloir uriner. Hisp. Hauer gana de mear.*] ἐπιμεῖω, uerbum desideratiuū a Meio: cupio meiere. Iuue. Sat. 6.

MIDAS, μίδας, Gordij bubulci filius fuit, & rex Phrygium, qui cunctos pene reges pecuniæ abundantia antecessit. Huic (ut est in fabulis) propter Bacchum hospitio susceptum, concessum est, ut quidquid uellet, optaret, futurus uoti compos: optauit, ut, quidquid corpore contigisset, in aurū uerteretur. quod annuente Baccho, factum est. sed cū cibis & potus cōtacti ēt in aurum mutarentur, sensit tandē stolidus se stulte petiisse, & facti penitens, orauit Bacchum, ut hoc manus auferret. tum Bacchus iussit, ut in Pactolo flumine se lauaret, & sic liberaretur. quod cū fecisset, cepit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Postea cum Phœbus, & Pan carmine certarent, & Midas iudex electus cum Timolo mōte (qui Phœbum uictorē pronunciauerat) secundum Pana iudicium tulisset, indignatus Apollo, asinas ei auriculas addidit, quas tam scite occultauit, ut nemo sciret præter solum tonforem, qui cū rē inanditam tacere nō posset, fossam ingressus proclamauit, Aures asinas habet rex Midas. Deinde fossam terra adoperuit, successuq. temporis creuerunt illic arundines, quæ commotæ uocem, quam tonfor infoderat, reddiderunt. Vide Oui. 11. Metam. Arguitur tamen, atque iniusta uocatur Vnius sermone Midæ, nec Deibus aures Humanas uolidas patitur retinere figuram. Nonnulli dicunt, cum inter Apollinem & Marsyam decertantes iudex constitutus esset, & ipse pro Marsya sententiā tulisset, auriculis asininis a Phœbo fuisse donatum. Hinc natū est prouerbiū, Auriculas Asini Midas habet: quo utimur in stolidos, & crassis auribus, pinguiq. iudicio homines. Alij narrant, cum præteriti et aliquando Liberi patris asinos, atque eos afficeret iniuria, iratū Bacchū Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt qui dicant huic aures natura prelongas fuisse, & asinarum instar prominētes, atq. hinc fabulæ locum ortum esse. Quamquam pluribus placet, hæc allegoria significatum Midam, ut pote tyrannum, coryceos ac subauscultatores dimittere solitum, per quos, quæcumq. per oēm regionē uel fierent, uel dicerentur, cognosceret, nimirum illis utens aurium uice. proinde cum uulgus admiraretur, ab illo resciri ēt ea, quæ clam, ac procul fierent, occasione fabulæ datam esse, ut Midas diceret auriculas asini habere: uel, quod nullū aliud animal acrius audiat, quā asinus, excepto mure, uel, quod aures habeat omnium longissimas. Persius: Auriculas asini quis non habet? Ferunt nonnulli primum poetam scripsisse: Auriculas asini: Mida rex habet: deinde metu Cæsaris scripturam mutasse, Quis non habet.

MIDAS, μίδας, uermiculus est in fabis nascens, ut inquit Theoph. 1. 3. de Plantarum causis: & Hermolaus: Pl. lib. 21. cap. 19. Est item Midas felicissimus iactus in ludo tesserarum, a Mida beatissimo rege nomen habens.

MIGRATIO, onis, [*Partita. Gal. Deslogement, changement de logis. Hisp. Mudança de casa.*] μετ' ἰσταν, uerba à migro. Cic. Epist. 9. Migrationem feliciter uenire uolo.

MIGROS, as, [*Mutar stanza, andar ad habitare altroue. Gal. Desloger, changer le logis, aller demourer d'un lieu en autre. Hisp. Mudarse da casa à casa.*] μετα-ἰσταν, uerba, inquit Valla libro quinto, capitu. 95. domicilium muto, & alio me ad habitandum confero, relicta & priore habitatione. Liu. lib. 1. Romam inde frequenter migratū est. Migrare ex uita, mori. Cic. lib. 6. de rep. Ante quam ex hac uita migro. Legitur interdum Migrare actiue pro transferre. Gellius libro 2. capitu. 9. Nidum migravit. Apud antiquos in usu fuit Migrasset, pro Migrauerit, ut apud Ciceronem 3. de Leg. Quis-

quis earum rerum migrasset, noxiæ poena par esto. Hinc Commigro, in locum aliqueum migro. Demigro, de loco discedo, & alio ad habitandum eo. Emigro, exeo. Immigro, in locum aliqueum migro. Remigro, in pristinum domicilium reuertor. Semigro, ad seorsim habitandum eo. Transmigro, ultra ad habitandum eo: hoc est, in longiorem locum domicilium transfero. Et habent hæc omnia pen. cor.

MIMI, [*A me.*] ἐμοί, μοι, pronome datini casus ab ego, uarium usum habet. Nonnumquam significat, ad meam utilitatem, aut ad meū damnum. Ter. in Adelph. Si quid peccat Demea, mihi peccat. Aliquando, quantum ad meum iudicium, ut interpretatur Donatus illud in Adelphis: Nam is mihi est profecto seruus spectatus satis, Cui dominus curæ est. Aliquando a me. Idem in Heau. Syrus estprehendus, atque adhortandus, mihi. Aliquando in nie, circa me. Idem in Hecy. Ut uos mihi domi eritis. Aliquando Mihi & Tibi, in oratione ponuntur festiuitatis tantum gratia. Cic. in Pis. Is mihi etiam gloriabatur se omnes magistratus sine repulsa affectū? Mihi crede, seu, Credas mihi uelim, affirmantis sunt particula, quæ, idem significant, quod certe. Cic. Tuis mihi crede literis perlectis, ex illi gaudio. Mihimetipsi, datiuus est ab Egometipse, quo usus est Cic. pro Quinctio: Breuitas postulatur, quæ mihimetipsi amicissima est.

MIMIPIE, ἐμειπία, pro mihipsi posuit Cato. Festus.

MILES, litis, [*Soldato. Gal. Soldat, homme de guerre, & gendarme. Hisp. Hombre armado para la guerra, soldado.*] στρατιώτης, gene. commun. dicitur quicumque militiam exercet, auctore Valla lib. 6. cap. 32. Sed proprie, qui pedes militat, a militia, id est, a duritia, quam pro rep. sustinet, dicitur, aut a multitudine, aut a malo, quod arceat: aut a mollitie per contrarium (ut Festus putat) eo, quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat. uel a mille, quasi millesimus quicque, quod tri in nullum prius legio fiebat, & singule tribus, Tatentium, Ramnensium, Lucernum, mille milites mittebant. Cic. pro lege Man. Qui extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris. Leuis armaturæ milites erant expediti milites. Aerijs milites, ut ait Varro 4. de lin. Lat. dicuntur ab ære, quod stipendia facerent. Aurati, & Argentati milites. Liu. 9. ab urb. Tunicæ auratis militibus, uersicolores, argentatis linteæ candidæ. Caularij milites, hoc est, morbo, aut debilitate affecti, ob id que cessare coacti. Liu. 6. ab urbe: Tertius exercitus ex caularijs senioribus a L. Quinctio scribatur, qui urbi mœnibusque praesidio sit. Legionarij & auxiliarij milites. A sinuis Pollio Cic. lib. 10. Epi. Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem nullum quomam misi. Tria autem sunt (ut inquit Seruius) militum genera: Euocati, qui non milites, sed pro milite erant. unde consul solebat dicere, Qui uult remp. saluam, me sequatur, nam diuersi ad diuersa loca propter cogendos exercitus mittebantur. Virg. 9. Ae. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem. Sallust. Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarij, qui necessitate aliquæ electi ad unum dumtaxat bellum, militant, quando uicinum periculum urbis singulos iurare non patitur. Vir. li. 7. Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. Sacramentō religati, qui post electionem in remp. iurabant se non recessuros a precepto consulis, nisi post completa stipendia, quod militare sacramentum dicebatur. hi plenam militiam habebant, erantque quinque & uiginti annis obligati: ut apud eundem illud Virg. 2. Aene. Fas mihi Graiorum, sacrata resolvere iura. De his tribus militiæ generib. uide Budæum in Pandect.

* **MILETOPOIIS**, μιλητοπολις, urbs in minore Asia, inter Cizycū, & Bithyniam. Strabo.

MILETVS, μίλετος, filius Apollinis, & Argæ Cleochi filiz, uel, ut Ouid. habet, Deiones, qui cum Minoa Cretensium regem iam senem regno priuare uellet, a Ioue territus, in Samum, deinde in Cariam Asiæ regionem fugit, ibique opidum condidit, quod de suo nomine Miletum appellauit, eisque incolas Milesios. Ouid. li. 9. Meta. Sponte fugis Miletæ tua, celerique carina Aegeas metiris aquas, & in Aside terra Mœnia constituis posituris habetia nomen. Alij tamen aliam asserunt nominis rationem, uide in dictione sequenti.

MILETVS, p. c. μίλητος, urbs fuit in finibus Ioniz, & Cariz, auctore Herodoto, ædificata a Mileto Solis, & Deiones filio, ut testat Ouid. 9. Metam. Strabo tamen li. 12. a Sarpedone conditam mauius, Iouis filio, & Minois Rhadamanti fratre, & ab eo Miletum appellatam fuisse ab altera eiusdem nominis urbe quam in Creta reliquerat. Urbē hanc præstantissimæ lanæ prouentus nobilita uit, ex qua fiebat Milesia itragula, quæ ob insignem mollitiem in prouerbio cesserunt. Martia. lib. 8. Nec milesus erat uellere digna tuo. Et Virg. lib. 3. Georg. Quamuis Milesia magno Vellera mutantur Tyrios incocta colores. Vbi Seruius: Milesia uellera, id est lanæ pretiosissimæ. nam Miletus ciuitas est Asiæ, ubi tinguntur lanæ optimæ. Cic. in Ver. Nam quid a Milesiis lanæ publice abulerit. Hæc ēt Anacloria nominata, ab Anaclæ quodam, Cæli, & Terræ

Terræ filio. Fuit autem hæc urbs colonijs a se conditis in primis fundata, ut quæ octoginta & amplius urbium per omnia maria metropolis extiterit. Oraculum habuit antiquitus Brandicharū appellatum, postea Apollinis Didymæi. Ab hac Milesij, *μυλιασίου* populi dicti sunt, qui cum prius potentes essent & opulenti, delicijs deinde dediti, & opes, & potentiam amiserunt. Ex Mileto ortum traxerunt uiri memoratu digni; Thales unus ex septē sapiētib; qui primus phylologie, ac mathematicæ auctor inter Græcos est habitus; & Anaximander eius discipulus: Item huius rusus discipulus Anaximenes, & Hecateus, qui scripsit historiam, & Aeschines orator, non ille, qui cum Demosthene cōtendit, sed alter qui assumpta nimia erga Pompeium licentia, in exsilium missus est. Hinc & Timotheum musicum ortum ferunt, & Pittacum philosophum. Alia fuit eiusdem nominis urbs in Creta, teste Homero lib. 2. Iliad.

MILIARIA, *μυλιαρις*, artis, dicta, quod milio uescatur. Varr. libro 3. de re rus. c. 5. Milaria est herba est, quæ milium necat. Plin. li. 22. c. 25.

***MILICHIAE**, fontis nomen in agro Syracusano. Plin. li. 3. c. 8.

MILITARIS, & hoc re, [Cio che s'appartiene à militia, militare. Gal. Militaire, de guerre. Hisp. Cosa perteneciente à la guerra.] *στρατιωτικός*, quod ad milites, aut militiam pertinet: ut, Militaris homo. Sallu. Præmittit illis homines militares. Militaris uia, quæ uulgo communis, dicitur, alio nomine Regia seu Consularis, siue etiam Prætoria, aut Publica uia. Dicta est autem militaris, quod a militibus sterneretur, uel, quod milites in bellum proficiscētes, per eam iter facerent. Eiusmodi fuerunt Romæ Salaria, Flaminia, Appia, Aemilia. Aetas militaris: hoc est robusta, & ad militiam apta. Tac. lib. 2. Septingenta millia etate militari. Signa militaria. Cic. in Ca. Secures, fauces, tubas, signa militaria. Timor militaris. Pla. P. seu. Ego illum dabo in timorem militarem.

MILITARIS herba, quam & Dioscorides *στρατιωτικὸν* appellat, herba alijs nominibus Achillea, Millefolium, & Supercilium Veneris appellata: Militaris dicta, quod ab ea milites uulnerati petere soleant præsidium.

MILITARITER, [Da soldato. Gal. En homme de guerre, en façon de la guerre. Hisp. A manera de guerra, à la soldada.] *στρατιωτικῶς*, aduer. significat more militum, seu more militiæ. Lin. 5. ab urb. Tempanij oratio militariter grauis, non fuit uana laudibus.

MILITARIVS, adie. *στρατιωτικός*, antiqui in surpauerunt pro militaris. Pla. in P. seu. Quin hinc metimur gradibus militarijs?

MILITIA, *στρατία*, [Militia, guerra, soldo. Gal. Guerre, le temps de la guerre. Hisp. La guerra à tiempo de la guerra.] *στρατία*, bellum, & rem militarem significat. Cic. 3. Offi. De Vlyse, in simulat eum, simulatione insaniæ, militiam subterfugere uoluisse. Hora. lib. 1. Ser. Sat. 1. Contra mercator, nauim iactantibus Austris, Militia est potior quid enim concurrat? horæ Momento, aut cita mors uenit, aut uictoria læta. Quandoque per metaphoram pro quouis exercitio & usu sumitur. Cic. ad Att. 5. Grata hæc magna, mihi que nondum laborioso ex illa uetere militia. Militiæ nomen dare est, inquit Budeus in an. not. in Pandectas, ad delectum ultero sese exhibere, nomenque suum in militem album describendum edere. Cic. in Phil. Milites summo etiam cum studio nomina dant. Militiam urbanam sequi, dixit Cic. pro Mur. pro, in iudicijs uersari, & cum aduersarijs in foro contendere. Imaginariam militiam, uocat Suet. in Claud. Pugnam simulatam ad spectatorum delectationem exhibitam. Hinc Commilitium, hoc est, ipsa belli societas: & Commilitio, onis, qui nobiscum militat. Militiæ, genitiuus aduerbij uice positus, sicut, Domi. Ter. Adel. Vna semper militiæ & domi fuimus. Sall. Populus R. domi militiæque præclara facinora fecit.

MILITO, as, [Militare, exercitare l'arte della guerra. Gal. Guerroyer, militer suiuir ou faire la guerre. Hisp. Estar à andar à la guerra, guerrear.] *στρατιώτης*, militiam exerceo. Plin. in præf. lib. 2. Militare didicisset sub Hannibale. Cic. 1. Off. Qui in eadem legione militabat. Aliquando habet post se ablatium pretij. Curtius: Græcis mercede apud Persas militantibus. Inuenitur aliquando Militatur impersonaliter. Pla. in Persa. Illa militia militatur magis. Legitur & Militor passiuum. Hor. Epo. 1. Militabitur bellum spem gratiæ.

MILLIVM, li, [Miglio. Gal. Du millet. Hisp. El mijo.] *κίχρεος*, genus frugis, a mille dictum (ut putat Festus) propter multitudinem granorum. Plinius lib. 28. c. 7. Millium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo, &c.

MILLE, [Mille. Gal. Mille. Hisp. Mil.] *χίλιος*, subf. & ne. ge. Declinaturque in utroque numero, genitiuus, & datiuus non inueniuntur. Ablatiuus, quamuis hodie in usu non sit, inuenitur tamen apud antiquissimos. Luci. lib. 9. ut citat Gel. li. 1. c. 16. Milli nummum potes uno querere centum. Vbi, Vno milli nummum dixit, pro mille numis, ac si diceret, Potes mille nummis acquirere centum millia. Construitur autem Mille substantiuum cum genitiuo, tam in numero singulari, quàm in plurali. Cic. in Ant. Quis inuentus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum? Quadrigarius lib. 3. Annal. Occiditque

mille hominum. Pla. in Milit. Mille annorum uiuunt. Aliquando mille adiectiuum est pluralis numeri tantum, & indeclinabile, quemadmodum & Ceterum: ut, Cum dicimus, Mille nummi, Mille propugnacula. Nec licet dicere, Millia homines, quia substantiua non cohererent sine copula. Dicimus tamen, Decem millia, & ducenti homines, quod ita intelligitur, decem millia hominum & ducenti homines.

MILLENARIVS, a, um, Cic. de Off.

MILLEFOLIUM, folij, herbe genus. *μυριάφυλλον*. Plin. 24. c. 16.

MILLEFOLIA, foliæ panacis genus est, ab Achille inuentum: unde Achilleos, *αχιλλεος* appellatur. Plin. 25. c. 5. Aliqui & hæc Panacen Heracleon, alij Sideritim, & apud nos Millefolium uocat, cubitali scapo, ramofam, minutioribus, quam feniculi folijs.

MILLEPEDA, *χιλιόπους*, animal est (teste Plin. 29. ca. 6.) & uermis. terræ pilosum multis pedibus, arcuatum repens, tactuque contrahens se. Oniscus Græci appellant, alij Tilon, qui multo pedum agmine scateret, ab alijs Centipeda, aut Multipeda dicta. Hieronymus contra Iouinianum.

MILLESIMVS, a, um, adiect. [Millesimo.] *χιλιόσος*, ordinis numerus est, a Mille formatus. Cic. ad Att. lib. 19. Ex libro Serapionis millesimam partem uix intelligo.

MILLIARIVM, rij, [Miglio. Gal. L'espace de mille pas, une demie lieue. Hisp. La milla.] *μίλιον*, mille passuum spatium. Cic. ad Att. 8. Audiuimus, a tertio milliario tum eum esse. Hoc etiam millium dicitur. Vide Bud. in prior. Annot. in Pand. Huius octaua pars stadium uocatur, passus continens 125. Passus autem ex quinque constat pedibus, & singuli pedes quattuor palmis, singuli autem palmi quattuor digitis. Milliariū etiam dicitur uas ad coquendam accomodatū, *θύλακος*. Cato de re rust. Inter orbem & milliariū unum digitum interesse oportet Palladius li. 1. Vas æneum milliario simile, id est, altum & angustum. Milliariū aureum, fuit columna aureata in capite fori Romani, in qua incisæ omnes uiaæ Italiæ terminabantur. Et hoc milliariū Plinij, Tranquilli, Plutarchi, atque Taciti monumentis celebratur.

MILLIARIVS, a, um, mille librarum, [Migliaio. Gal. De mille. Hisp. Cosa de mill.] *μίλιον λιτῶν*. Vnde Apri milliarij apud Colum. dicebantur mille librarum, qui apponebantur in cenis Romanorū. Sene. li. 11. Epi. Non desideras milliarios apros, nec linguas phoenixopterorum, & alia portenta luxuriæ, iam nota animalia fastidientis. Plin. lib. 17. capi. 12. Milliarias uocari multas oleas narant a pondere olei, quod ferant annuo prouentu. Et Milliarijs Græci, apud Varr. de re rust. libro 2. cap. 18. Item milliarij porticus apud Sueton. in Neron. Vestibulum eius fuit, in quo colossus 220. pedum staret. Ipsi effigiei tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet.

MILLIVS, [Mille uolte. Gal. Mille fois. Hisp. Mil ueces.] *χιλιόσις*, aduerb. numerandi, mille uicibus: ut, Millies te iudic. sic Decies, Centies. Cic. in Ver. A. 5. Millies audiuit.

MILLIVM, ij. Cic. Att. lib. 3. Ultra quadraginta millia.

MILLVS, siue Millum, li, [Collare da cani. Gal. Un collier comme celui qu'on met aux chiens, ayant des piquans par dehors. Hisp. Collar del can con carrancas.] (nā utroque modo dicitur) collare canum uenaticorum, factum ex corio multis clauis ferreis eminentibus, aduersus impetum lupoꝝ. Scipio Aemilianus ad populū. Nobis (inquit) rei que publicæ præsidio eritis, quasi millus cani. Dicitur millus, a multitudine clauorum, hoc est a mille clauis: uel, quasi melinus, quod ex pelle animalis melis fere hæc collaria hant. Varro de re rust. lib. 2. cap. 9. Ne uulnerentur canes a bestijs, imponuntur his collaria, quæ uocantur millum.

MILO, nis, *μίλων*, ciuis Rom. fuit ex municipio Lanuino, qui cum P. Clodium multa feditione in rep. molientem occidisset, frustra a Cic. defensus elegantissima illa oratione, quæ etiam hodie omnium manib; teritur, Massilian dānatus, in exsilium profectus est. ubi cum aliquādo uidisset orationem Cic. pro se scriptam, multo meliorem eam, quæ in iudicio habita erat, dixisse fertur: Si sic orasset Cic. non ego Massiliæ umbilicos legerem. Hæc Dion in Rom. hist. Fuit alius hoc nomine athleta Crotoniensis, qui taurum in Olympico certamine iactu nudæ dextræ occidisse dicitur, & sine fatigatione per stadij spatium supra humeros portasse, totumque eo die comē disse. cum autem nimia nervorum fiducia arbore in parte media hiantem diducere uellet, brachijs deinde contrictis, & deficiente conatu retentus lupis fuit præda.

***MILO** etiam, siue Milus, mons Indiæ fuit, in quo homines aurifris plantis nascuntur: & octo digitos in singulis pedibus habent. auctor Plin. li. 7. ca. 7.

***MILONIA**, opidum Samnitium apud Diony. li. 16. antiq.

MILITADES, *μυλιαδῆς*, Suidæ, dux Atheniensium clarus, qui decem millibus suorum ciuium & Platæensibus auxiliarijs mille, profugauit Persarum sexcenta millia in campis Marathonij. Iustinus lib. 2. Postea tamen peculatus damnatus, in carcere mori ab Atheniensibus coactus est. Val. Max. lib. 5. c. 3.

MILVINVS, *ἰκτινικός*, adiectiuum, a nomine Miluus, quod ad miluum pertinet. Miluinæ tibi dicuntur, quæ in accentus exeunt acutissimos. Itæ Miluinæ unguis pro manibus rapacibus. Pla. in Pfe. Miluinis, aut aquilinis unguis. Et miluinus pes, herbæ nomen est ap. id. Col. l. 12. c. 7. quam nonnulli eandem esse putat cum coronopo.

MILVVS, & Miluius, [*Nibbio. Gal. Vn milan, ou un hua, ou une escoufle. Hisp. Milano.*] *ἰκτινός*, utroque modo dicitur, aus rapacissima: a molli uolatu, (ut quibusdam placet) uel fictitio nomine a uoce, quam edit. Ouidius lib. 3. Fast. Iuppiter alitibus rapere imperat: atulit illi Miluius, & meritis uenit in altra suis. Terent. in Phor. Non rete accipitri tenditur, neque miluio. Pl. li. 10. cap. 10. Milui ex accipitrum genere. Notandum in his rapacissimam, & famelicam semper alitem, nihil esculanti rapere nunquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ æra. Ab huius aus similitudine piscis quidam miluius, siue miluus dicitur, quod se saltu supra mare at tollens, milui in modum uolare uideatur. Pl. li. 9. c. 29. Ponitur & pro sidere cælesti, in quod Miluius, qui Ioui elapsus anulum retulit, fertur mutatus. Ouid. lib. 2. Fast. Stella Lycaoniam uergit decliuus ad arcton Miluius: hæc illa nocte uidentia uenit. Item, miluus per translationem de homine rapaci dicitur. Pla. in Pœn. Maie ego metuo miluus.

* **MILYAS**, adis, *μυλάς*, regio est in Asia minore. Stra. li. 12.

* **MIMALIS**, a Callimacho de insula, quæ ab alijs Melos uocatur.

* **MIMALONES**, *μυμάλωνες*, Bacchæ mulieres: a Mimæte Thraciæ, uel (ut alij malunt) Ioniæ monte, uel a *μυμείωμα*, imitor, quod Liberum patrem imitentur, & ad eius imitationem cornua ferrent.

MIMALLONIS, idis, patronymicum fe. idem significat. Ouid. lib. 1. de arte amandi: Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis.

MIMALONEVS, a, um. Persius Saty. 1. Torua Mimalloncis impleunt cornua bombis. Hæc quoque Bassarides, & Thyades, & Ogygides uocatur.

MIMAS, mantos, *μίμας*, mons Ioniæ in minori Asia, testibus Plinio & Strabone: uel, ut Suidas mauult, Thraciæ, ubi sacra, & certamina quotannis fieri Baccho consueuerunt. Ouid. 2. Met. Rhodope nitibus caritura Mimasque. Mimas etiam gygantis nomen fuit, quæ Iuppiter fulminauit. Hor. l. 3. Car. Typhæus & ualidis mimas.

MIMERMVVS, *μίμερμος*, Suidæ, Ligyrtiæ filius, Colophonius aut Smyrnæus, aut Astypalænsis, elegiarum scriptor. Natus Olympiade 37. ideoque septem sapientibus antiquior est. Quidam tamen eodem tempore uixisse illum dicunt. Vocatus fuit Lygyrtades, propter concinnitatem & dulcedinem carminis. Scripsit libros multos. Hæc Suid. Prop. lib. 2. Ele. 9. Plus in amore ualet Mimermini uersus Homero.

MIMICVS, a, um, quod ad mimum pertinet. Cic. 2. de Or. Vitandum est oratori urrumque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

MIMA. Cic. in Phil. 2. Aperta lætica mima portabatur.

* **MIMNEDVS**, p. p. opidum Lydiæ. Steph. ex Hecateo.

MIMVLA, dem. a Mima, gesticulatrix. Ibidem: Venisti Brundisium in sinum & complexum tuæ mimulæ.

MIMVS, mimi, [*Mimo, buffone. Gal. Βαστελευ, bouffon, qui contrefait tous gestes & contenance. Hisp. El mimo, contrabecedor de personas.*] *μίμος*, est actor Latine, qui intra, uel extra scenam gestulationes exercet, imitaturque dicta, factaque moribus hominum & naturas, *μυμείωμα*, (ut Diomedes inquit) quod significat imitor. Histrion uero personatus in scena comædias, & tragædias uoce, & corporis gestu agit: Inde Pantomimi, id est omnium personarum imitatores, effectoresque. Et Archimimi, pro histrionum principibus. Hæc tufus a Budeo declarantur in proæ. Ann. in Pand. Etiam Cic. de Or. Tuor mimus uetus. Mimi dicuntur poemata, sine reuerentia lasciuia imitantia: quod genus Latini uocant Planipedias. Ouid. 2. Trist. Ser bere si fas est imitantes turpia mimos. Mimus quoque pro fabula risu digna translate ponitur. Suet. in uita Othonis. Satis uisum, ne pœna acrior mimum omnem diulgaret: qui ramen sic quoque hoc disticho enotuit: Cur Orho mentito si queritis exsul honore: Vxoris mœchus cœperat esse suæ. Dicimus etiam, Mimo subseruare, pro eo, quod est facere contrariam uocem in symphonia, hoc est, signum, uel fabulantem adiuuare.

MINA, æ, Græce *μνᾶ*, Atticum est uocabulum, quo tam in appellatione rei numariæ, quam ponderalis Athenienses utebantur. Cõstabat autem ex drachmis Atticis centum: eratque maior Romana libra drachmis quattuor. nam hæc nonaginta sex tantum pœdebat drachmas. Fanius apud Priscianum: Accipe præterea paruo quam nomine Graij Mnam uocitant, nostrique Minam dixere priores. Centium hæc sunt drachmæ quod si modo dempseris illis, Quattuor efficies hanc nostram denique libram. Sed hoc de mina noua intelligi debet, quæ & Solonis mina a quibusdam appellatur. Constat enim Minam Atticam antiquitus fuisse drachmarum tantum septuaginta quinque: quæ auctis postea a Solone ponderibus Mna uetus appellata est, de qua intelligi debet, quod subdit Fanius apud Priscianum: Attica, quæ sic, quartam si dempseris hu c, mna. Quo tam in loco Fanius sentire uidetur, Minam At-

ticam eam esse, quæ constat septuaginta quinque drachmis, quam nos Minam ueterem uocauimus. alteram uero, quæ centum constat drachmis, Minam Græcam uocari. Sed hoc non esse uerum, facile Pl. auctoritate conuincit potest: qui li. 20. c. ul. ubi ex professo Atticorum ponderum interpretationem tractat, subdit in fine capituli, mna, quam nostri Minam uocant, pendet drachmas Atticas centum. Vide plura eius rei testimonia tam Græca, quam Latina apud Geor. Agricolam. Quoties autem apud scriptores minæ mentio occurrit, de mina noua intelligendum est, quæ epiritri portionem habet, ad minorem seu ueterem minam, quemadmodum & talentum maius ad talentum minus. Continet itaque Mina, si de pondere intelligas, uncias duodecim, & semissem, quod si de re numaria sit sermo, Mina ad monetæ Gallicæ estimationem redacta, ualebit circiter libras Turonenses septemdecim, & semissem. tantum enim conficiunt centum drachmæ, singulæ tribus solidis Turonensibus & semisse estimatæ. Budeus æstimat Minam aureis coronatis decem: quod in idem recidit: modo sane intelligas singulos coronatos ab eo triginta quinque dumtaxat solidis Turonensibus æstimari. Mina etiam mensuræ genus est, qua agrimetuntur, qui & modius dicitur, & Actus quadratus. Habet in latitudine pedes centum uiginti, & in longitudine totidem. Vide Var. de re rus. li. 1. c. 10. In pecore item ouillo Minæ dicuntur, quæ uentre sunt glabro. Idem li. 2. c. 2. Pecus ouillum recte, sanum extra luscam, surdam, minam, id est, uentre glabro.

MINACIÆ, [*Minacice.*] *ἀπειλή*, a Plau. quas nos hodie Minas uocamus, ut in Truc. Melius, te munere certare, quam minacijs.

MINACITER, adue. [*Minacciolemente.*] *ἀπειλητικῶς*, Cic. de Or. Ad uerfarios minaciter terrere. Minacius dixit idem Phil. 2.

MINANTER, adu. [*Minacciofamente. Gal. Eu menaceant, par menaces. Hisp. Amenaçando.*] *ἀπειλητικῶς*, minaciter. Oui. li. 3. de arte am. Multaque submisit, multa minanter agant.

MINÆ, arum, [*Minacice. Gal. Menaces.*] *ἀπειλή*, metus incussio per uerba, aut signa. Ter. in An. Si illum relinquo, eius uitæ timeo; sin opitulo; huius minas. Cic. ad Att. lib. 2. Minæ Clodij modice me tangunt. Virg. 3. A. E. Dij prohibete minas, Dii talem auertite casum. Quandoque dicuntur eminentiæ murorū, quas pinnas, *ἐπέλαξίς* uocant, teste Seruio: & a Minor, aris, detriatur, quod inter cetera extare, & emuere significat. Vir. 4. Aen. Pendunt opera interrupta, minæque Murorum ingentes.

MINATIO, onis, [*Minacice.*] *ἀπειλησις*, minæ, uel actus comminandi. Cic. 3. de Orat.

MINACIOS, [*Minacciofo. Gal. Menaceur, ou qui menace. Hisp. Cosa que mucho amenaçã.*] *ἀπειλητικῶς*, qui frequenter minatur. Virg. lib. 3. Ge. Fluuios tentare minaces. Cic. Cæsar minaces & acerbis literas ad senatum misit.

MINCIVS, Venetorum fluuius, qui ex Benaco lacu defluens alium prope Mantuam locum efficit, & inde rursus, multis torrentibus auctus, effluit in Padum. Vir. 4. Geo. Tardis ubi Mincius errat Flexibus. Ab hoc Vir. Minciades dictus. Iuuen. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

MINERVA, [*Minerva.*] *ἀθηνᾶ*, disciplinarum dea, quæ Græce Pallas dicitur, & a minando dicitur, quasi uim minetur. solet enim pingi ægide & hasta formidabilis. Aut a minuendo (ut placet Cic. lib. 2. de Natu. Deo) ut (ali malunt) a monendo, quod recte moneat. Festus: Minerva dicta, quod bene moneat: hanc enim pagani pro sapientia ponebant. Cornificius uero, quod fingatur, pingaturque militaribus minitans armis. Hæc ille. Eadem & Tritonia a poetis appellatur, quod Ogygis regis temporibus circa Tritonidem Africae paludem uirginali facie dicatur apparuisse. ab Homero etiam *γλαυκῶπις*, quasi glaucos habens oculos. Palladis autem nomen accepisse putatur *ἄπο τῆ πάλλην*, hoc est, a iaculando, uel uibrando. pingitur enim quasi manu hastam tenens, eamque uibrans. Hæc prima olei, & lanificij inuentrix creditur existisse: ob quæ erga humanum genus beneficia diuini honores meruit, sapientiæque, & bonarum omnium artium dea habita est. Fabulantur autem poetæ Mimeruam ex cerebro Iouis esse progeneratam. quo commento significare uolunt, humanarum litterarum disciplinas, humani ingenij non esse inuentum, sed ex Iouis cerebro, hoc est in exhausto diuinæ sapientiæ fonte ad hominum usum esse depromptas. Pingui seu Crassa Minerua aliquid facere, est simpliciter, rudius, uel indoctius aliquid facere. Col. in Praef. lib. 1. Potest enim nec subtilissima, nec rursus (quod aiunt) pingui Minerua res agrestis administrari. Inuita Minerua aliquid facere, idem est, quod repugnante ingenio uel repugnante natura aliquid agredi. Horat. de Arte: Tu nihil inuita dices, facie, ue Minerua. Sus Mineruam, subaudi docet, uel monet, tristissimum est prouerbum, quo utimur, quoties indoctus aliquis eum conatur docere, a quo ipse sit magis docendus.

MINERVA, seu Mineruale, *μινερῶν*, a Minerua deductum nomen, erat quasi præmium, quod dabatur præceptoribus, quasi magisterii merces, paucis diebus scholasticis dari solita ante Quinquaginta,

- ria, per quos dies pueri uacabant . Varr. 3. de re ru. c. 2. Simul ac pro miseris minerval, incipiã. Qui. 3. Fast. Nec nos turba feri cen- lu fraudante magistri Spernite : discipulos attrahit illa nouos.
- MINGO**, gis, xi, cum, [Pisciare, urinare. Gal. Pisser, uriner. Hisp. Meas, orinar.] ὀρέω, meio. Vnde & Permingo. Hinc Mincturio, & Micti- to, tas, quæ uide suis locis.
- MINIATVS**, ta, tum, μιαντός, quod est ex minio . Vitr. li. 7. Parietes passim expolitione miniata expoliebantur.
- MINIARIA**, α, μιανωρία, locus in quo foditur minium. Plin. libro 33. capit. 7. Sifaponensibus miniarijs suæ uenæ arena sine argen- to excoquitur . Miniarius adiectiuum : ut, miniarius metallum. Idem ibidem.
- MINIATVLS**, a, um. Cic. Att. Ceras miniatulas.
- MINIATVS**, & per deminutionem miniatulus, μιανωτάριος, Home- ro, idem est, quod rubrum, quasi minio tinctum : unde Ceram mi- niatulam ueteres dixerunt, quam nos rubram, dicimus. Et minia- tula cera aliquid notare, pro eo, quod est, loca corrigenda anno- tare . Cic. ad Dolab. in Epist. ad Att. lib. 15. His litteris scriptis, me ad σωτηρίας, dedi, quæ uereor quidem ne miniatula cera tua plu- ribus locis notanda sint. Idem ad Att. lib. 16. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam .
- MINIMVS**, a, um, [Minimo] ἐλάχισος, superlatiuum, a paruus. Cic. 3. Offic. Ex malis eligere minima oportet . Minimus natus, Liuius 2. ab vrb.
- MINIME GENTIUM**, [Per niente, à nimum modo.] ἡκιστα πρώτων, uehe- mentius negantis est, ut, cum uolumus significare quippiam o- mnium gentium iudicio minime esse faciendum . Aut est superua- cua adiectio gentium : sicut, Vbiq; gentium, pro ubiq; : Nusquã gentium, pro nusquã.
- MINIMUM**, [Pochetto, minimo.] ἐλάχισα, superla. est a parum, aduer- bium quantitatis . Minime uero negatio est, quasi nequaquã, ἡκισ- τã, ut, minimum doctus, qui paruum est doctus : ut, minime do- ctus, qui proflus est indoctus . Plus enim est minime, quam Non. Cic. lib. 1. Orat. Minimeq; artes hæ probandæ, quæ minimæ sunt uoluptatum . Minimum etiam, pro saltem, ad minimum, ut mini- mum, Varro : Harum singula genera minimum in binas species di- uidi possunt. Sic aliquando etiam sumitur minime. Col. li. 1. Lata bubilia esse oportebit pedes decem, uel minime nouem : quæ mē- sura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat. Iungitur autem minimum, cum genitio, ut cetera aduerbia quantitatis . Cic. de Amic. Quod si ita effet, ut quisque ualetudinis minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicit- iam esset aptissimus .
- MINIMOPERE**, dixerunt ueteres, uti maximopere. Lici. apud Priscia num. Non minimopere milites quietos uolebat esse.
- MINIO**, as, [Miniare.] μιαντός, minio tingo Plin. lib. 33. c. 7. A censori- bus in primis Iouem miniandum locari . unde & miniati libri di- cuntur, cum litteræ maiores minio tinguntur.
- MINIO**, fluuius est Tusciae, non procul a Cærete opido. Virg. lib. 10. Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis .
- MINISTER**, stri, [Ministro. Gal. Seruiteur ou ministre. Hisp. Sierno.] ἡπνε- ρίτης, qui inseruit, & ministrat . Cic. 1. de Orat. Ministros se præ- bent in iudicijs oratoribus .
- MINISTERIUM**, rij, [Ministerio. Gal. Ministère, seruire manient. Hisp. Seruicio, ministerio.] διακονία, proprie ministri opera est, quamuis & pro omni operatione poni consueuerit, ut de rege Latino Vir. 7. Aene. Abstulit testis pater, auersus que refugit Fœda ministe- ria, & cæcis se condidit umbris. Plin. li. 10. ca. 71. Nec minor uarie- tas in pedum ministerio . Qui. 1. 1. Meta. Somne quies rerum, pla- cidissime Somne deorum, Pax animi, quem cura fugit, qui corpo- ra dura Festa ministerijs, mulces reparasque labori, &c. Aliquan- do ministeria ponimus pro ministris, sicut seruitia pro seruis. Pau- lureconsultus : Urbica ministeria dicimus etiam, quæ extra urbē nobis ministrare consueuerunt. Cic. de Vni. Quibus utitur mini- sterijs deus, aliter ministris .
- MINISTRA**, [Ministra.] Ci. 2. de Fi. ministræ & satellites uoluptatū.
- MINISTRATOR**, oris, [Ministro.] qui ministrat, ὑπηρετής. Cicero 2. de Orato. Obiurgabam, quod ministratorem peteres, non aduersarium.
- MINISTRATRIX**, cis, ὑπηρετής, idem, quod ministra. Cic. 1. de Or.
- MINISTRATORIS**, adie. ὑπηρετικός, quod ad ministrationem perti- net, ut, ministratorij urceoli apud Mar. li. 14.
- MINISTRO**, as, [Ministrare, seruire. Gal. Administrer, seruir. Hisp. Seruir, ministrar.] ὑπηρετάς, seruius, porrigo. Plautus in Curc. Tu tabellas ce nsignato, hic ministrabit, id est, seruiet . Gell. libro 2. Quo- niam filij sui pocula in conuiuio regi ministrarent, Virgil. 1. Aên. Iamque faces & saxa uolant, furor arma ministrat . Varro 3. de re rust. ca. 17. His ministrat uictum . Hinc Administro, Subministro, Subseruius, Suppedito.
- MINIABILITER**, ἀπειλιτικός, ueteres dixerunt pro minaciter. Pa- cuius in Antiopa. Miniabiliter increpare dictis sauis incipit,
- MINIATABVNDVS**, hoc est, ualde minans, quasi plenus minarum. Liu. 9. Bel. Mac. Miniatabundus petebat .
- MINITOR**, aris, frequent. [Minacciare.] ἀπειλώ, sæpe, uel impetuo- se minor, Pla. in Cur. Minim' malum minitare? Cic. 2. Ca. Vobis, at que huic urbi ferro, flammaq; minitantur.
- MINITO**, as, [Minacciare.] apud antiquos. Pla. in Amph. Quid mini- tabas te facturum? Minitans, tis, particip. Cic. 7. Verr. Verri nimis atrociter minitantem.
- MINIYM**, nij, μίλτος, pigmenti genus est laudatissimi coloris, quod in argentarijs metallis cum argento uiuo inueniri solet. Maxima eius copia teste Plin. lib. 33. ca. 7. effoditur in Hispania . sed hoc du- rum est & arenosum. optimum nascitur supra Ephesum in Cilibia- nis agris. Nonnulli per errorem minium idem esse putant cum cin- nabari, cum proprie cinnabari sit sanies draconis morientiu ele- phantum pondere elisi, uirulq; animalis sanguine permixto. Idem loco iam citato : Comperique uulgo cinnabari Indica in medica- menta minium addi inscitia nominis, quod esse uenenum, docebit- mus inter pigmenta . Inde Miniatus, a, um, & Miniatulus, de quibus diximus suo loco.
- MINIYS**, uuius, fluuius Hispaniæ iuxta Abobricam, Callæcorum o- pidum uastissimo ore in Oceanum profluens . Plin. lib. 4. cap. 20. & Ptol. lib. 2. c. 6.
- MINO**, as, [Minare, conduire. Gal. Mener, conduire . Hisp. Lleuar, guiar.] ἀγώ, ducō. Festus : Agasones equos agentes, id est, bene minitan- tes. Apud antiquos etiam pro minor legitur. A quo Minito, tas, ut supra docuimus ex Prif.
- MINOAS**, p. p. μίνας, urbs in Amorgo insula, una Cycladum. Itæ alte- ra in Siphno insula, una Sporadum, tertia in Sicilia. Atq; hæ quid- è tres enumerantur a Steph. Strabo præterea 19. Minoam fuisse emporium tradit in agro Attico, decem & octo stadijs a Megaris distans, quod postea Misæam appellarunt.
- MINOIS**, idis, μινωίς, insula, una Cycladum, quæ notiore nomine Ba- ros appellatur. Plin. li. 4. c. 12.
- MINOIS**, idis, patronymicum fem. Ouid. 8. Metam. Aegides, rapta Minoide, Diam uela dedit .
- MINOISVS**, a, um, μινωίος, possess. ut, Minoia regna. Virg. 6. Aë.
- MINOR**, oris, & hoc minus, [Minore. Gal. Moindre. Hisp. Menor.] ἐλάτ- των, comparatiuum a Paruus . Ouidius 2. de arte : Non minor est uirtus, quam quærere, parta tueri . Interdum, idem est, quod iunior : præsertim si addatur ablatiuus Natus, Annis uel similia. Ci. 4. Ver. Nequus minor triginta annis natus . Interdum sine huiusmodi ablatiuo. Ter. in Eun. Video herilem filium minorem huc aduenire . Id quoque frequentissimum est in plurali numero, ut minores dicamus pro iunioribus, & interdum pro ipsis posteris, quemad- modum maiores pro senioribus, uel pro ijs, qui nos ætate una, uel pluribus antecesserunt. Horat. de arte : Censor, castigatoque minorum. Qui. 4. Trist. Ut que ego maiores, sic me coluere mino- res. Vir. 6. Aen. Vt cumque fereat ea fata minores. Minoris uende- re aliquid, hoc est, minori prærio. Cic. 3. Off.
- MINOR**, aris, [Minacciare. Gal. Menacer. Hisp. Amenazar.] ἀπειλώ, mi- nas infero . Cic. 1. Tus. Cui cum Lysimachus rex crucem minaretur . Qui. Epist. 10. Multa mihi terræ, multa minantur aque. Item eminere, existare . Virg. 1. Aen. Geminique minantur In cælum scopuli.
- MINATIO**, uerbale. Cic. 3. de Orat. admirationes, minationes.
- MINANS**, minantis, parti. Ouidius 2. Falto. Edidit impudens ore minante sonos . Hinc Commisor, & Interminor, quæ habent pugn. correp.
- MINOS**, μινως, Iouis, & Europæ filius, rex Cretæ, qui primus Creten- sibus leges dedit . Hic cum haberet uxorem Pasiphaea, & illa ex tauro genuisset Minotaurum, Dædalum, quod bouem ligneam fa- bricasset, sub qua latens cum tauro uxor cõcubuerat, persecutus, in Siciliam peruenit, ubi a Cocali regis filiab. interfectus fuit, (ut Aristoteles refert) iuxta Camerinam urbem, & apud inferos pro- per insignem iustitiam iudex animarum factus est. Virg. 6. Aene. Quæsit Minos urnam mouet . Quo pacto autem iudex habeat inferorum propter iustitiam, non uideo, cum uiolator fuerit hos- pitij, & raptor (ut Suidas ait) Ganymedis, & multa alia commissis- se dicatur, a uera iustitia non parum abhorrentia.
- MINOTAURVS**, μινώταυρος, ex Minoe, & tauro dictio composita monstrum biforme ex portentoso Pasiphaea, cum tauro concubi- tu prognatum, quod iussu Minois, ut fabulantur poetæ, Labyrintho inclusum, humanis carnibus uesceretur. huic quotannis Athe- nienses ex præscripto fœderis septem ex suis liberis mittebat de- uorandos. sed tertio anno Aegei filius Thefeus sorre missus, Mi- notaurum occidit, & ab Ariadne accepto filij glomere, fuga eua- sit. De hoc Virg. 6. Aen.
- Hic crudelis amor tauri, suppositaq; furto Pasiphae, mistumq; genus, prolesq; biformis Minotaurus inest, Venetis monumenta nefandæ, &c.
- Seruius interpretatur, Taurum scribã fuisse Minois, qui, absente

rege, cum Pasiphae concubuit in domo Dædali: & quia Pasiphae eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minos, alter taurus esset similis, factus est locus fabulae, ut Minotaurum biforum monstrum peperisse dicatur.

MINOVUM, *μινωον*, opidum Cretæ, a Minoe rege. Pli. li. 4. c. 12.

MINOVUS, a. um, adiec. Ouid. in Ibi. Si tua contigerit Minoas puppis arenas. Taurus Minos, pro Minotauro, Stat. 1. Achil.

* MINTHE, *μινθη*, a poetis Cocyræ filia fingitur, quam Proserpina in adulterio cum Plutone comprehensam in herbam sui nominis commutavit.

* MINTHES, mons est Peloponnesi, non procul a Pylo.

MINYRNAE, *μινυρναε*, Ptolemæo, opidum in Campania inter Sinuessam, & Formias, ad Lirim fluvium: habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiens persecutionem Syllæ.

MINVO, nui, nutum, [D. *minuere*, *menomate*. Gal. *Amoindri*, *apetifer*, *diminuer*, *menuser*. Hisp. *Desmenuchar*, *amenguar*.] ἐλαττώω, minoré reddo, detraho, extenuo Pli. Radix commanducata dentium doloré minuit. Cic. ad At. Si putares meam molestiam minui posse. Idem in Ca. Ne quid de summa dignitate reip. minueretur. Cæf. 3. Bel. Gal. Nostris militibus spem minuit.

MINVRIZO, [Cantar sotto voce. Gal. *Chanter bas*. Hisp. *Cantar bajo*.] parua voce succino. *μινυρίζω*, enim cantillo significat. Sid. li. 1. ep. Inter frutices silerunt, Progenem minurizantem.

MINVS, ris, [Minore, meno.] ἡπρόνος, quandoque comparatiuum est a Paruum, neutri generis, sicut Minor masculini, & femiini: ut, Plus minusue. Aliquando comparatiuum est aduerbiale: sed tunc a Parum fit, non a Paruum: ut, Habeo minus pecuniæ. Quod si iungatur positiuo, contrariæ significationis comparatiuum demonstrat: ut, Minus stultus i prudenter. Minus prudēs. i. stultior. Ter. in Eun. Hoc nemo fuit minus ineptus: id est, aptior. Frequenter etiam accipitur pro non, præsertim coniunctum cum Sin: ut, Sin minus, idem est, quod, si uero non. A Minus nomine fit superlatiuum Minimum: a Minus aduerbio, fit superlatiuum, Minime. Pla. in Trin. Minus quindecim dies sunt, quod pro his ædibus minas quadraginta Accepisti a Callicle. Liu. de Bel. Pun. Minus duo milia hominum effugerunt.

MINVSVLVVS, la, lum, [Minoretto.] ἐπελάττων, demi. a Minus. Varro: Excludantur in minusculum auariuum. Ad hunc etiã modum dicimus, Minusculam epistolam, Minusculam uillam. Pla. in Amp. Si minusculo digito increpauerint fores. Cic. ad Q. Fr. Rescripti epistolæ maximæ, audi nunc de minuscula.

MINVTAL, *μινυτῶτος*, genus edulij, quod ex cõcis minutatim oleribus fit, auctore Apicio. Fiebat inter cetera marino pisce, liquami ne, oleo, uino, porris, & coriandro. Mar. li. 11.

MINVTATIM, [A minuto. Gal. *Par le menu*, *petit à petit*. Hisp. *Desmenuchar* *do en pieçes*.] εἰς λεπτότατα, in minutissimas partes. Colum. lib. 8. capitu. 14. Nasturtium confectum minutatim. Aliquando pro paulatim. Varro libro 1. de re rustic. Minutatim assuefaciant. Cic. Acad.

MINVTE, [Minutamente,] aduc. Cic. de Or. Grandia minute dicere.

MINVTIA, æ, [Minutia. Gal. *Petite piecette*, *morcelet*. Hisp. *Parte pequena de cada cosa*.] ἀνύβαλον, contemptibilis paruitas cuiuscumque rei. Lac. de Ira Dei: Pulueris minutias uidemus in sole. Minutia etiam dicta porta Romæ, a minuto, quod Minutij sacello proxima esset. Et Minutia, uirgo Vestalis: quæ propter sulphurionem stupri uia defossa est. Liu. 8. ab urbe. Sed hæc scribuntur cum c.

MINVTIM, [Minutamente. Gal. *Par pieces menues*, *fort menu*, *par la menu*. Hisp. *Desmenuchar* *do en pedaçõn*.] λεπτομερῶς, aduerb. in minutas partes. Colum. libro 5. Fossor æqualiter & minutim soli terga Communuat.

MINVTVLVS, dem. Pla. in Pœ. Pueros infantes minutulos.

MINVTVS, a. um, [Minuto, menomato. Gal. *Amoindri*, *menuse*, *apetisè*. Hisp. *Menudo*, *desmenuchar* *do*, *amenguado*.] & particip. & nomen esse potest. Participium, significat comminutum, ἐλαττωθέν, hoc est minus factum: ut, Minuta spes, pro Imminuta, apud Tac. in ui. Agric. Nomen idem est, quod breue uel priuum. Cic. 7. Ver. Reticulum tenuissimo lino, minutis maculis. Aliquando ponitur pro pusillanimo, teste Nonio. Cic. 1. de Fin. Minuti, & angusti, & omnia semper desperantes.

MINYAE, *μινυαε*, populi fuerunt Theffalix, qui Iasonem in Colchos proficentem secuti sunt, qua dictione frequenter utitur Valer. Flac. in Arg. pro ipsis Argonautis. Ouid. li. 7. Met. Iamque fretum Minyæ Pagafæa puppe fecabant. Alij dicunt fuisse populos Bœotix circa Isoleum montem habitantes: quos ita dictos uoluit a Minya rege Orchomeni, filio Chryse, & nepote Neptuni,

* MINYAS, Chryse filius. a quo Minyæ dicti sunt.

* MINYVS, per quattuor syllabas, siue Minyeius per quinque fluu. Theffalix, qui postea Orchomenus dictus est.

MIRABILIS, le, [Mirabile, marauiglioso. Gal. *Admirabile*, *merueilleux*. Hisp. *Marauilloso*.] θαυμάσιος, admiratione dignum. Vir. 1. Aen. Martis Ledæ mirabile donum.

MIRABILITAS, [Marauiglia,] pro stupore. Cic. ad At. li. 5. Hæc animi desipientia mirabilitatem magnam facit.

MIRABILITER, [Marauigliosamente. Gal. *Merueilleusement*. Hisp. *Marauillofamente*.] adue. θαυμάσιως, Cic. ad Cæf. li. 13. Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter capis.

MIRABVNDVS, [Marauiglioso.] qui miratur, θαυμάζων, Liu. lib. 25. Mirabundus unde tot hoites tam subito exorti.

MIRACVLVM, li, [Miracolo. Gal. *Miracle*. Hisp. *Milagro* *ò marauilla*.] θαύμα, quidquid admirationem afferre potest, quasi sit contra naturam. propter quod ueteres miracula pro monstris posuere. Li. lib. 2. Adiciunt miracula huic pugnae, silentio proximæ noctis ex silua Arfia ingentem auditam uocem. Miracula septé mundi sunt hæc: Templum Dianæ Ephesix, quod summæ magnificentiæ fuit, & admirationis apud p̄iscos, ducentis uiginti annis factum a tota Asia. Columnæ centum uiginti septé a singulis rebus factæ, sexaginta pedum altitudine: ex his triginta sex cælatæ. De hoc Pl. li. 7. cap. 38. & lib. 36. cap. 3. & 14. Mausoleum ab Artemisia Carix Regina in memoriam uiri exstructum: de quo diximus suo loco. Colossus Solis apud Rhodios: de quo Pli. lib. 34. c. 7. Iouis Olympiaci simulacrum, quod Phidias fecit ex ebore apud eundem lib. 7. c. 38. & lib. 13. ca. 3. & lib. 35. cap. 8. & lib. 36. cap. 5. Muri Babylonis, quos Semiramis Regina constituit. Pyramides in Aegypto, de quibus idem Plin. lib. 36. ca. 12. Domus Cyri Medorum regis quam Menon arte prodiga, illigatis auro lapidibus, fabricauit. Miraculo esse, in admiratione haberi. Liu. 5. Bel. Pun. Id eos aude-re, miraculo fuit.

MIRÆ, aduerbium, [Marauigliosamente,] mirabiliter. Cic. ad Att. Puer municipia mire fauent.

MIRIFICE, [Marauigliosamente,] aduer. miri in modum, θαυμάσιον, Cic. 4. Aca. Delectabatur autem mirifice lectione librorum.

MIRIFICISSIMVS, superlat. a mirificus. Ter. in Phor.

MIRIFICO, cas, [Far marauiglioso. Gal. *Faire merueilleux*. Hisp. *Marauilloso*.] θαυμαστοποιός, miris laudib. extollo. Pla. in amp. Thebani ciues modo mire mirificant. probant.

MIRIFICOVS, a. um, [Mirabile, marauiglioso.] θαυμάσιος, mirabile, siue quod parit admirationem. Cic. in Ca. Mirificos fructus afferunt.

MIRMILLONES, erant pugiles Retiariorum aduerfarij. nam digladiarium alter Retiarius, alter Mirmillo appellabantur Festus: Retiario, inquit, pugnant aduersus mirmillonem cantatur, Non te peto, picem peto, quid me fugis Galle? Quia mirmillonem genus armaturæ Gallicæ est, ipsique mirmillones ante Galli appellabantur: quorum galeis pilcis effigies inerat. Quod genus pugne institutum est a Pittaco, uno ex septé sapientib. qui aduersus Phrynonē dimicaturus propter controuersias finiu, quæ erant inter aticos, & Mitylenæos, reti occulte allato, impediuit Phrynonem.

MIRO, as, [Amirare, mirare,] θαυμάζω, miror. Var. in. Eumen. ut citat Nonius. Hiospes quid miras? Obsoletum est.

MIROBRIGA, *μυροβρυγα*. Ptol. Hispaniæ uterioris urbs in conuentu Cordubensi. Pli. li. 3. c. 1. Mirobricam uocat.

MIROR, aris, [Amirare, mirare, stupire. Gal. *Esmerueilleir* *es esbahir*. Hisp. *Marauillarse*.] θαυμάζω, ἀζώμαι, re aliqua tamquam noua, obfufepio. Virgilius 1. Aeneid. Artificumque manus inter se, operumque laborem Miratur. Mirari etiam est, cum uoluptate intueri. Idem secundo Georg. Olympiacæ miratus præmia pugnae. Item nescire, quia (ut Donarus inquit) admiratio ab ignorantia descendit. Terent. in Andr. Miror un de sit. Cum dicimus, miraris te, miratur se, tunc significat, de se magnifice sentire. Martial. libro 13. Qui se miratur, in illos Virus habet. Constructur hoc uerbum cum accusatiuo, & cum genitiuo. Virg. 11. Aeneid. Iustitiæ ne prius mirer, belli ne laborum. Quandoque absolute ponitur. Ouid. li. 13. Meta. Dumque moror, mirorque, simul fugit omnis in undas.

MIRATIO, [Marauiglia, ammiratione.] θαυμάσιος, uerbale. &

MIRATOR, [Riguardatore. Gal. *Esmerueilleur*, *qui s'esmerueille*. Hisp. *El que se marauilla*.] θαυμάσιος, Cic. 2. de Di. Caussarum ignoratio mirationem faciat. Mar. li. 10. Mirator ueterum senex auorum. Proper. li. 2. Eleg. 14. Formæ mirator honestæ.

MIRATRIX, cis, fe. ut, Turba miratrix. Iuuen. Sat. 4. Item fama miratrix, apud Senecam in Hippol.

MIRANDVS, a. um, [Marauiglioso. Gal. *Digne d'admiration*. Hisp. *Cosa digna de marauilla*.] admiratione dignum. Terentius in And. Mirando hoc tanto, tam repentino bono. Cicero sexto Verr. Mirandum in modum Græcis rebus istis, quas nos contemnimus, delectantur.

MIRVM IN MODVM, & Mirandum in modum, [Marauigliosamente,] θαυμάσιον ἢ λίκον, id est, maiorem in modum. Plautus in Amph. Vterque deluditur dolis mirum in modum. Cicero Metel. Marcellum tuum consulem factum, mirandum in modum gaudeo. Mirum quantum, eiusdem significationis. Lilius libro primo ab urbe. Mirum quantum illi uiro hæc nunciati fides fuerit.

MIRVM

- MIRUM**, responso aduerbij cuiusdam formæ habens. Ter. Eu. T. Rex credere omnem exercitum, consilia. G. Mirum. Hinc mirius antiqui dixerunt pro magis mirum. Var. Numquid hoc mirius?
- MIRVS**, a, um, [*Marauiglioso.*] θαυμασιος, admiratione dignus. Vir. 4. Aen. Templum coniugis antiqui, miro quod honore colebat. Hinc Permissus, a, um, pæn. pro. Cic. Appio Pul. Illud mihi permirum accidit. Apud ueteres mira pro monstris, atque horrendis sumuntur, Plau. in Amph. Mira memora. Virgil. autem Georg. 4. de Proteo canens, res admirandas, & portentosas uocat miracula: Omnia (inquit) commutat sese in miracula rerum. Mirum ni, idem fere, quod nimirum, certe, profecto. Ter. in And. Mirum ni domi est.
- MISCELLANEA**, orum, [*Mescolamenti, miscugli.* Gal. *Meslanges.* Hisp. *mezclamientos.*] συμμικτῶν, dicuntur, quæ ex uarijs dissimilibusque rebus nullo seruato ordine, sunt commista. unde nonnulli opera sua, in quibus res uariæ nullo ordine tractantur, Miscellanea uocauerunt. Inter ludos quoque miscellanea dicebantur, in quibus uaria spectacula nullo ordine exhibebantur, ita dicta a permistis spectaculis, siue (ut alijs placet) a confusis confessibus, quod in ijs sedendi ordo, ut in iustis ludis, non seruaretur. Iuuen. Sat. 11. Sic ueniunt a miscellanea ludi.
- MISCELLANEVS**, a, um, συμμικτῶς, quod uariarum ex rerum commitione, nullo obseruato ordine, conflatum est. Gell. li. ulti. cap. 11. uariam & miscellaneam doctrinam conquisierunt. Sic Apul. in Met. Miscellaneam turbam uocat, ex promiscua colluione hominum conflata.
- MISCELLVS**, a, um, adiect. [*Mescchio.* Gal. *Meste.* Hisp. *Mezclado.*] συμμικτῶς, quod mistum est. Miscellos ludos Lugduni edidisse Caligulam, scribit Suet. in Calig. Varr. lib. 3. cap. 7. Miscellum uocat columbarum genus, quod nec agreste est, nec domesticum, sed ex utroque temperatum. Item Miscellæ uites, quæ omni agro conueniunt, quod ceteris ubique utiliter miscantur. Cato de re rust. c. 6. uites miscellæ, in quemuis agrum conueniunt. Varro 1. de re rust. ca. 54. Miscella, quam uocant nigrani, multo ante coquitur. Miscellas unas uocat Cato capit. 23. quibus præliganeum uinum fit, quod operarij bibant. Fuit etiam Miscellus Crotonis urbis conditor.
- MISCEO**, lces, miscui, mistum, per s, non per x, [*Mesciare, mescolare.* Gal. *Mester, brouiller, mixtionner.* Hisp. *Mezclar o enturbjar.*] μιγνυμι, confundo. Vir. 1. Aen. Magno miscer murmure pontum: hoc est, turbari. Plin. lib. 7. ca. 56. Vinum aqua miscere Staphylus docuit. Colum. lib. 6. capi. 4. Multi largo sale miscent pabula. Cic. pro Sext. Rosc. In tenebris ruebant: omnia miscabant. hoc est, perturbabant. Quandoque est potum ministrare tractum a commitione calidi & frigidi, aut certe aquæ & uini. Iuuen. Sa. 5. Nescit tot millibus emptus pauperibus miscere puer. Miscere absolute, pro miscere omnia. Cic. ad Quinc. F. lib. 3. Appius miscet. Cic. de Fin. Qui alteri miscet multum. Et Ouid. Martialis, Iuuen. Hinc, Admiscero, ad aliquid miscero, Commisceo, simul miscero, Intermisceo, in medio miscero, Permiscero, ualde miscero. Promiscuus, a, um, Sallust. in Cati. Diuina, atque humana habere promiscua.
- MISTVS**, [*Mescolato.*] partic. temperatus. Liu. 3. ab urbe. Colluio mistorum omnis generis animantium.
- MISTVRA**, æ, μιξίς, temperatura, confusio. Colu. lib. 7. cap. 5. Ea mistura palatum, lingua, torum os perficitur.
- MISELLVS**, a, um, [*Mescchinello.*] ταλαίπωρος, deminuti, est a miser. Pla. Censen' misello mali aliquid facturum? Misellum pallium. Plau. in Ruden. Sum redactus ad hoc misellum pallium. Cicero ad At. libro tertio: Cui nihil misello relinquo. Et misella spes, apud Lucretium.
- MISENVS**, pæ. p. μισωός, promontiorum Campaniæ, non procul a Cumis: dictum a Miseno Aeneæ tubicine illic sepulto. Vir. 9. Aen. Monte sub aereo, qui nunc Misenus ab illo dicitur, æternumque tenet per sæcula nomen.
- MISER**, ra, rum, [*Misero, infelice, mescchino.* Gal. *Miserable, malheureux, pitreux.* Hisp. *Cosa mezcquina o desdichada.*] τάλαιος, calamitosus, ærummosus, infelix. Ter. in Eu. Apparet seruum hunc esse domini pauperis, Miserique. Idem Heau. Nemo est miserius me. Sal. in Jug. Expertus sum parum fidei miseris esse. Miser animi, Plaut. Mil. Illam miseram animi ex crucias. Miser animo, & Miser ex animo apud eundem in Truc. & Scicho. Interdum pro ægroto, nam morbus genus infelicitatis. Plaut. in Pæn. Miseram esse prædicat buccam, Fortasse medicus os arbitratur. Interdum innocens, Cic. pro. Mil. Miseros interdum ciues optime de re pub. merit os. Inuenitur etiam pro interiectione dolentis, δεινόν. Vir. 6. Aen. Cecropide iusti, (miserum) septena quotannis Corpora natorum.
- MISERABILE**, [*Miserabilmente,*] pro admiserabiliter, nomen pro aduerbio. Virgi. 2. Aeneid. Miserabile cæcis Hostibus intulans, Seruius.
- MISERABILIS**, le, [*Degno di misericordia.* Gal. *Miserable, de qui on doit auoir pitie & compassion.* Hisp. *Cosa digna de misericordia.*] οἰκτρός, miseratione dignus. Ouid. in Ibin. Sisque miser semper, nec fit miserabilis ulli. Aliquando flebilis, lamentabilis, Liu. li. 1. Euentus belli minus miserabilem dimicationem fecit. Idem: Voces miserabiles exaudiebantur.
- MISERABILITER**, [*Miserabilmente.* Gal. *Miserablement.* Hisp. *Miserablemente.*] οἰκτρός, sic, ut misericordia commoueat. Cic. 1. Tuf. Non miserabiliter uir clarus emoritur.
- MISERANDVS**, [*Degno di misericordia.* Gal. *Miserable, de qui on doit auoir pitie & compassion.* Hisp. *Lo que merece misericordia.*] ἐλεετός, miseratione dignus. Cic. 1. de Ora. ut alijs miserandus, alijs irridendus uideatur. Cic. 2. Tuf. Ex Sophocle: miserandum adspice Eulce ratum corpus lacerati patris.
- MISERANTER**, [*Miserabilmente.*] aduer. ἐλεετός, cum miseratione. Gel. lib. 10. cap. 3.
- MISERATIO**, onis, [*Misericordia, compassione.* Gal. *Pitie, compassion.* Hisp. *A quella obra de misericordia, compassion.*] οἰκτρισιμῶς, ægritudo, qua ex alicuius infelicitate mouetur. P. i. Epist. 51. me recordantem fragilitatis humanæ misratio subit. Ci. Lucceio l. 15. Quem nostrum ille moriens apud mantincam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat?
- MISERE**, [*Miseramente, infelicamente.* Gal. *Miserablement, malheureusement.* Hisp. *Mezcquina o desdichadamente.*] ἀδελῶς, adu. infelicitate, Cic. Misere perijt. Quandoque significat ualde. Ter. in And. Misere hanc amauit. Idem Ad. Quia tam misere hoc esse cupio uerum, eo uereor magis.
- MISEREOR**, ἐλεῶ, antiqui usurpant, pro Misereor. En. in Hecuba. Miserece manus: date ferrum, ut me anima priuem. Nonius.
- MISEREROR**, misereris, misertus, uel mi critus, uerbum deponens, [*Hauer misericordia.* Gal. *Auoir pitie & compassion.* Hisp. *Hauer misericordia.*] ἐλεῶ, construitur cum genitiuo. est autem ex alicuius miseria corde anxium esse. Vir. 2. eclo. Nil nostri miserere.
- MISERESCO**, scis, [*Mouersi a misericordia.*] οἰκτίζομαι, moueor misericordia. Vir. 2. Aen. His lacrymis uitam damus, & miserescimus ultro. Et tam accusatiuo, quam genitiuo iungitur. Appu. Omnes miserescimus. Stat. lib. 1. The. Et generis miserescere tui. Virg. 8. Ae. Arcadij, quæso, miserescite regis.
- MISERESCIT**, impersonale, cum significato sui uerbi. Ter. in Hea. Inopis te miserescat mei. Inde Commiserescit.
- MISERET**, [*Hauer misericordia.*] ἐλεῶ, impersonale. Misereor. Idem est. n. Miseret me illius, & Misereor illius: Ci. Miseret me infelicis familiæ. Vir. 4. Si te laeporum miseret. Miseret me, eadem forma, inquit Festus, dicitur, qua piget, pænitet, tædet. Ter. Eu. Miseret me uicem tuam. Ter. Heau. Menedemi uicem Miseret me.
- MISERETVR**, οἰκτεῖσθαι, apud uetustissimos legitur pro miseret, Turpil. in Epiclero: Parris me miseretur. Nonius.
- MISERIA**, æ, [*Miseria, infelicitas.* Gal. *Misere, malheur.* Hisp. *Miseria, desdichada.*] πάλαιωσις, infelicitas, calamitas. Cic. 2. Tuf. Gentes nostras flebunt miseria. Plau. in Amph. Miserrima istæc miseria est. Cic. 3. de Fin. Qui processit aliquanrulum ad uirtutis aditum, nihil minus in miseria est, quam, qui nihil processit.
- MISERICORDIA**, æ, [*Misericordia, compassione.* Gal. *Misericorde, compassion.* Hisp. *Misericordia, compassion.*] ἐλεος, ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis, inquit Cic. 4. Tuf. Idem pro Deiot. Non debeo tentare, quo nam modo dicēdo misericordiam tuam com motere possim. Idem 3. Tuf. Misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis. Stoici misericordiam inter uitia animæ computant, unde Seneca, Stoicus, Vitium animi est misericordia: nec miserebitur sapiens, sed succurret. Vnde Cic. 3. Tuf. Tamquam Stoicus dixit: Si sapiens in ægritudine cadere posset, posset & in misericordiam. uerum in oratione pro Ligario in laudē Cæsaris, tamquam peripateticus, dixit: Nulla de tuis uirtutibus, plurimis nec gratior, nec admirabilior misericordia est.
- MISERICORDIOR**, comparat. antiquum, quo utitur Pla. in Rud.
- MISERICORDITER**, [*Misericordiosamente.* Gal. *Misericordieusement.* Hisp. *Misericord. of: mente.*] ἐλεετικός, cum misericordia, non inuenitur, sed compositum. Immisericorditer apud Ter.
- MISERICORS**, dis, omni. gen. [*Misericordioso.* Gal. *Misericordieux.* Hisp. *Cosa que ha misericordia.*] ἐλεήμων, qui ex alicuius calamitate dolorem, ex alicuius miseria susceperit, ostendo: & conseruitur cum accusatiuo. Festus: Miseratuf is, qui conseruitur aliena incommoda.
- MISERITER**, [*Miserabilmente,*] οἰκτρός, miserabiliter. Laberius apud Non. Mens incorrupta miseriter corrumpitur.
- MISERITVDOS**, Attius. Infelix miseritudinē aliena. Idem in Alphesibœa: Miseritudo eorum. Ex Nonio.
- MISEROR**, raris, [*Hauer misericordia, hauer compassion.* Gal. *Auoir pitie & compassion.* Hisp. *Hauer misericordia.*] οἰκτεῖσθαι, uerbis, aut re doloem, ex alicuius miseria susceperit, ostendo: & conseruitur cum accusatiuo. Festus: Miseratuf is, qui conseruitur aliena incommoda.

moda. Sallu. in Jugur. Eos, multa pollicendo, ac miserando caſum ſuum confirmat. Cæſ. 1. Bel. Gal. Cum familiaribus commune periculum miserabantur id est, deplorabant. Virgilius 10. Aeneid. Ingemuit miserans grauius. Idem 12. Aeneid. Et Turni sortem miserantur iniquam. Hinc Commiseror. Commiseratio, significatio misericordiae. Misero autem pro Miseros dicebant ueteres, ut Attius in Athamante: Hæc numquam miserarent mala. Misera animi, pro animo. Virg. 10. Aen. Iuuenemque animi miserata repressit.

*MISERVVS, p. p. opidum Macedoniæ, Steph.

*MISPILLA, Medorum opidum.

MISSICVIO, as, [Mandar spesso. Gal. Enuoyer souvent. Hisp. Embiar à menudo.] *μειπάζω*, a uerbo Mitto, idem quod misſito, hoc est, frequenter mitto. Plautus in Epistola: Ad me litteras misſiculas.

MISSILIS, & hoc misſile, adiect. quod facile mittitur, p. n. cor. Misſile, p. n. cor. substantiue, [Che facilmente si getta, arma da lanciare. Gal. Toute sort de dard. Hisp. La lanza ó por lo que se tira.] *ἔϊσος, ἔϊλος*, telum, quod manu mittitur. Virg. 9. Aen. Pellere uallo misſilibus certant. unde & lapides misſilia dicuntur. Misſiles lapides, Liu. 1. Pondus misſile disci. Proper. lib. 3. Eleg. 14. Misſilia saxa, & misſilia tela, Linius 2. & 5. Misſilia tormenta. Plin. lib. 8. cap. 23. Misſilia etiam dicuntur munera, quæ a principibus populo spargebantur, ut lintea, odores, unguenta. Suet. in Calig. Sparſit & misſilia uariarum rerum.

MISSIO, nis, [Il mandare. Gal. Enuoy. Hisp. Obra de embiar.] *πομπή*, actus mittendi. Cicero ad Attic. libro 1. De litterarum misſione sine causa accusor. Legatorum misſio. Idem 7. Philip. Legatorum misſionem semper timui. Misſio interdum pro dimisſio, Suetonius in Cæſ. Misſionem efflagitauit. Misſionum in re militari multa genera. est honesta, quæ emeritis ſtipendijs ab imperatore indulgetur. est cauſaria, qua quis propter ualitudines a laboribus militiæ ſoluitur. unde cauſarij milites dicuntur a Lino. est ignominioſa, cum quis propter delictum ſacramento ſoluitur.

MISSIRO, tas, p. c. [Mandare spesso.] *ποσαναπέμνω*, freq. sæpe mitto. Liu. 9. Samnites auxilia misſitauerant.

MISSVS, a, um, parti: [Mandato. Gal. Enuoyé. Hisp. Embiado.] quod mittitur. Misſus uero nomen quarti ordinis, unmiſſionem ferarum, huc luloſum, aut gladiatorum in arenam ſignificat. Suet. in Domit. Cincenſium die, quo facilius centum misſus peragerentur. Idem in Claudio: Interiecta per quinos misſus uenatione. Aliquæ pro immiſſione ſerculorum. Vnde Lamprid. ſcribit Heliogabalum celebrari tale conuiuium, ut apud amicos ſingulos ſinguli misſus apparerent: & aliquando omnes misſus ſola carne phalianorû ſtruxiſſe. Budæus.

MISY, yos, [Vitriolo.] *μύσι*, corpus metallicum, quod in ſodinis ærarijs ſupra Chalcytum Sory inuenitur, colore ſubflauo in morè ſulphuris ignem iam experti. Vulgus Vitriolum appellat. Miſy prætereâ Plin. libro 19. cap. 3. tuberis genus, ſua uitate odoris, & ſaporis præcipuum, quod in Cyrenaica provincia naſcitur, noſtratis carnoſius.

MITELLA, *μυτίλλος*, deminutiuum, parua mitta. Virgil. Caput Graia redumita mitella.

MITESCO, is, [Farſi manſueto, domeſtico. Gal. Devenir doux & traitable, s'adoucir. Hisp. Amanſarſe, ablandorſe.] *πρανομευ, ηπαιμευ*, manſueſco. Plinius libro 22. capitulo 15. Feræ domi educatæ miteſcunt. Aliquando tranquillum fieri, Appul Mare miteſcit. Aliquando matureſco. Plinius libro 15. capitulo 13. Poinorum miteſcentium.

NARCISSITES, p. c. *Ναρκίσις*, gemina Narcissi colorem habens, uenis hederæ distincta. Plin. lib. 37. c. 11.

NARCISSVS, [Narcisso.] *Ναρκίσσος*, lilij genus, radice carnosâ, atque odorâ, flore purp. eo, folia in radice habens ad similitudinem foliorum arundinis, sed aliquanto crassiora. Dicitur *Ναρκίσις* (ut Plin. inquit lib. 2. c. 19. & ca. 5.) stupor Latine, nan. odor eius caput aggrauat. poetæ fabulantur, Narcissum quendam puerum fuisse Cephisi amnis, & Lyriopes nymphæ filium, tanta formæ præstantia, ut cum aliquando ad fontem bibiturus accessisset, conspectæ suæ imaginis amore captus sit: cumq; nulla potiundi amoris spes esset, nimio desiderio contabuit, & in florem sui nominis commutatum. Vide Ouid. lib. 3. Metam. Huius monumentum in ora Bœotia fuisse tradunt, quod cum silentio uiatores præteribant: Est & Narcissus nomen fluij.

NARDINA *Ναρδία*, *Ναρδία*, ab odore, quæ nardum redolent. Plin. lib. 15. cap. 15.

* **NARDINVM**, *Ναρδίνον*, unguentum ex nardo, addito omphacio, balauino, iunco, costo, anomo, myrrha, & balsamo. alio nomine foliatum. Plin. lib. 12. cap. 1.

NARDVS, *Ναρδος*, fem. gen. & Nardum neutri, frutex est, teste Plin. lib. 12. cap. 12. & Diosco. lib. 1. graui & crassa radice, sed breui ac nigra, fragiliq; quamuis pingui, situm redolente, ut cype. 1. alperio sapore, folio paruo, sensuque, cacumina in aristas se spargunt. Est præterea herba huic non dissimilis, quam ob id Pseudonardum uocant, folio crassiore, carnosio, angustio, colore languido in candidum uergente, frequentibus spicis in aristas sparsis, flosculis purpureis. vide Ruellum lib. 2. c. 6. 7. Nardus autem Gallica, siue Cælica, herba est folia habens longiuscula, & flauescens, floremque luteum, quæ teste Plinio cum radice uelli solet, & in manuales fasciculos digeri: alio nomine Saliunca. Ex nardo fiebant pretiosissima unguenta, quibus Romani solent capillos delenire. Tibul. libro secundo Eleg. Illius puro distillent tempora Nardo.

NARES, [Narice, buchi del naso. Gal. Narines. Hisp. Las narices.] diues, proprie nasi latiores partes, in quibus sunt spiracula: a naritate, siue gnaritate, (ut inquit Donatus) quod nos odoratu doceant præsto ac prope esse, quod adhuc oculi non uident. Siue, ut alii uolunt, quod per eas odor, uel spiritus nare non desinat. Vel a Græco *Ναρις*, per inuersionem litterarum, ut *Νερίς*, tener. Cicero 2. de Nat. Deo. Itemque nares, eo quod omnis odor ad superiora fertur, recte sursum sunt. Per. Sat. 1. Balba de nare locutus. Vir. li. 3. Geor. Collectumque premens uoluit sub naribus ignem. Ouid. usus est singulari pro naso, dicens: Pandaque naris erat. Naribus aduincis indulgens, a Persio Sat. 1. dictum est, pro naribus in rugam contractis irridere. Verba Persij sunt. Rides, ait, & nimis uncis Naribus indulges. Simile est illud apud Horat. 1. Serm. Sat. 6. Naso populum suspensis aduoco. Emunctæ naris homo, dicitur, qui nares habet purgatas, id est, qui facile nare subodorat: unde & prudenti & sagaci accipitur. Hora. li. 1. Ser. Sat. 4. Emunctæ naris duos componere uersus. Obæxæ naris iuuenis, apud Hor. Epod. 12. qui nihil olfacit. Corrugare nares. Hora. Episto. 5. Ne sordida mappa Corruget nares.

NARICA, genus piscis minuti. Plau. Muriaticam uideo Naricam bonam. Naticem piscem leges apud antiquos per t, non per r: quasi a natando dictus. Fest.

NARNIA, *Ναρνία*, Steph. Umbriæ ciuitas, per quam Nar fluius labitur, a quo & nomen accepit. Liu. li. 10. Narnicenses, *Ναρνιάται*, Narnia populi.

NARON, siue Naro, ronis, *Νάρων*, fluius Dalmatiæ, siue Illyrici,

rici, in mare Hadriaticum influens : Mela Narem appellat.
Vide Nar.

* NARENA, p. p. Liburniæ opidum, appositum Naroni fluuio . unde
& nomen accepit. Plin. lib. 4. c. 22.

NARRATIUNCULA, *διηγηματις*, parua narratio. Quinctil. libro 10.
capit. secundo.

NARRO, as, [Narrare, raconter, dire. Gal. Raconter, reciter, conter. Hisp.
Contar historias, *οραζονες, de ζη*] *διηγησις*, dico, expono. Terent.
in Eunu. Narra istuc quæso quid fiet. Ibidem : Tu isti narrato om-
nium rem ordine, ut factum fiet. Prop. li. 2. Elc. 1. Nauita de uen-
tis, de tauris narrat arator. Fabellam narrare furo allo. Hor. 2.
Epist. 1. A quo Narratio, onis, est rerum gestarum, aut perinde, ut
gestarum expositio. Cicero 2. de Orato. Obscura narratio totam
ocæcat orationem . Idem in Orato. Credibiles, non historico,
sed prope quotidiano sermone dilucide explicatæ narrationes.
Narrator, oris, qui narrat. Cic. 2. de Or. Non exornatores rerum,
sed tantummodo narratores fuerunt. Narratus, a, um, parti. Oui.
3. de Pont. Eleg. 2. Fabula narrata est postquam uulgaris ab illo.
Narratus, us, ui. Ouid. 6. Met. Veniet narratibus hora Tempestiua
meis. Narrabilis, le. Ouid. 2. de Pon. Eleg. 2. Lingua file, non est ul-
tra narrabile quidquam. Hinc Denarro, Enarro, fufius narro . Et
proprie (ut Diomedes inquit) Enarratio est obscuriorum sen-
suum questionumq. explanatio. Laet. li. 6. Quis sacramentum Dei
sciens, tam significanter enarrare legem Dei potuisset? Prænar-
ro, ante alia narro.

NARSES, *ναρσης*, Suidæ, Eunuchus, Iustiniani principis cubicular-
ius : bibliopola prius; deinde ob animi uirtutem patriciatus ho-
nore, auctus, uir religione pietateque præditus. Is in locum
Belisarij ducis in Italiam missus, decem annos uariis euentibus
pugnauit, tandem Gothos insigni prælio fudit ad Anienem
fluuium.

NARTHECIA, *ναρθηκια*, species ferulæ humilioris, quæ ad iustam
altitudinem narthecis non asurgit, folia habens maxima. Dicta
uideur Narthecia per deminutionem, a fruticis humilitate: qua-
re etiam a quibusdam Ferula minor, & ab alijs Ferulago appella-
tur. Plin. lib. 13. c. 22.

NARTHECIUM, *ναρθηκιον*, uas medicamentorum, ita dictum, quod
narthecis, id est ferulæ lignum ad medicamenta asseruanda esset
accommodatissimum. Cic. 2. de Finib. Doloris medicamenta tam
quam de narthecio promant. Mart. li. 14. Artis opes medicæ nar-
thecia cernis habere.

* NARTHECUSA, *ναρθηκυσσα*, insula in mari Carpathio. Plinius libro
5. capitulo 31.

NARTEX, cis, *ναρθηξ*, arbuscula lignum foris corticis loco ha-
bens, intus ligni loco fungosam medullam. Plinius libro decimo
tertio, cap. 22.

NARYCIUM, & Naryx, & Narice, opidum Locrorum uetustissimū
a quo Ajax Narycius, & populi Narycii. Virgilius 3. Aeneid.
Hic & Narycii posuerunt mœnia Locri. Abundat pice optima,
quæ Narycia dicitur. Virgilius secundo Georg. Naryciæque
picis lucos.

NASAMONES, p. p. *νασαμωνες*, populi Libyæ, nauium Syrtibus inuo-
lutarum spoliatores. Lucan. lib. 9. Hoc tam seque solum, raras ta-
men exerit herbas, quas Nasamon, gens dira legit. Hinc Nasamo-
nius, & Nasamoniacus.

NASAMONITES, gemma sanguinea, nigricantibus uenis. Plin. libro
37. cap. 10.

NASCOR, sceris, natus, [Nascere. Gal. Naistre. Hisp. Nascer.] *ορσμαι*,
Plin. lib. 10. cap. 53. Aues omnes in pedes nascuntur, contra quam
reliqua animalia. Sall. Catilina nobili genere natus, magna ui
animi & corporis. Dicimus autem, natus sum laudi, & ad laudem.
Cic. pro Sex. Qui se patriæ, qui ciuibus suis, qui laudi, qui gloriæ,
non somno, non conuiujs, non delectationi, natos arbitrantur.
Ibidem : Quid ageret uir ad dignitatem & gloriam natus? Hora.
1. Epist. 2. Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. Cic. de
Sen. Mortuus est annos septuaginta natus. Hinc Adnascor, Con-
nascor: unde Cognatus, a, um: Enascor, ex re aliqua nascor. Denas-
cor, decreasco, morior. Innascor, intus nascor. Internascor, in me-
dio nascor. Obnascor, circumnascor. Renascor, rursus nascor.
Pronascor, ortum habeo.

NASTICA, p. p. *νασικα*, P. Scipionis cognomen fuit, ob nasi magnitu-
dinem, adolescens adhuc a senatu uir optimus iudicatus, Magnam
matrem deorum hospitio suscepit, donec ei templum edificaretur,
unde a Iuuenale Hospes numinis Idæi appellatur. huius etiam
ductu, T. Gracchus, seditiosus concionibus statum reip. labefa-
ctans, fragmentis subfelliorum in concione est oppressus. uide
Cic. in Ora. pro Rabirio perduellionis reo.

NASITERNA, *νασιτερνα*, uas aquarium ansatum. Varr. libro 1. de re ru-
stica, cap. 22.

NASSA, [Nassa.] *νασσα*, genus uasis piscatorij, ex uimine contextum,
quo cum intrauerit piscis, exire non potest. Cic. lib. 15. ad Att. Ex

hac nassa exire constitui.

NASTURTIVM, herba hortensis notissima. Græci *κισσαμιν* uocant.
Eius, teste Plinio lib. 30. cap. 13. duo sunt genera: Nasturtium au-
tem a nasi tormento appellatum, ait Plin. lib. 10. capi. 8. quod sci-
licet mordacitate quadam nauium torqueat, & sternutationes
prouocat.

NASVS, nafi. [Naso. Gal. Le nez. Hisp. La nariz.] *μυκηρ*. Cicero 2. de
Nat. Deo. Nasus ita locatus est, ut quasi matris, oculis interiectus
esse uideatur. Perf. Sat. 3. Ingeminat tremulos naso crispante ca-
chinnos. Aliquando ponitur pro sagacitate & dicacitate, meta-
phora ducta a canibus, qui narium oïactu abstrusissima quæq. re
inuestigant. Hor. 1. Serm. Saty. 6. Naso suspensus aduico Ignotos.
Pli. Primus Lucilius condidit ityli nasum, id est scripti Satyræ,
quæ acerbitatem quandam ityli habet in uitijs insectandis. Mart.
libro primo: Non cuiquam datum est habere nasum, id est acri-
moniam, & uim ad deridendum. Idem: Et pueri nasum rhino-
cerotis habent. Hinc Denaso, las, nasum aufero. Plaut. Os dena-
bit tibi mordicus.

NASVTI, *μυκηρσαι*, dicuntur dicaces, derisores, quid de se alios
norunt irridere. Martial. libro 13. Nasutus sis usque licet, sis de-
nique nasus.

NASVTIVS, Appul. Nasutula mulier dicacula.

NATABLIA, [Luoghi doue si nuota.] *τα νηχεια*, piscinæ natatoriz.
Appul.

NATALIS, [Natale. Gal. De la naissance ou natiuité. Hisp. Cosa pertene-
siente ad nascimiento.] *γενεθλιος*, unde Natalis dies *γενεθλιος*,
quo quis natus est. Cic. ad Att. li. 3. Natali die tuo scripsisti episto-
lam. Agere diem suum natalem quotanans. Cic. 2. de Fin. Interdū
supprimuntur Dies, ut, quod facile quæc inelligi. Vir 3. Ecl. Phyl-
lida mitte mihi meus est natalis, iola. Natale solum, *αα. is*, pa-
tria, in quo quis natus est. Oui. 1. de Ponto: Nescio quia natale so-
lum dulcedine cunctos ducit. Dicitur & Natalis de rebus inani-
matis, pronascens. Pli. li. 37. ca. 4. Pallor gentis, & in auro non nisi
excellensimo natalis. Natalis urbis dies, qua condita urbs. Pli.
li. 14. c. 4. Ea cæli temperies fult Natali urbibus, *αα. is*, *αα. is*,
be condita. Cic. pro Flac. O non ille Decembres, quæ me co-
sule fuistis: quem ego diem uere Natalem huius urbis appellare
possum. Natales, *γενος*, plurali tantum numero, significat co-
ditionem sanguinis & familiæ: Tacitus, Aderat Cornelius Fan-
ficus, uigens ætate, claris natalibus. Plinius in Epist. ad Messium,
libro tertio, in malam partem accepit, pro ignobilitate. Nonnum
quam (inquit) candidatus, aut Natales competitoris, aut mores
arguebat. Natalibus restituere, frequens est in iure, pro nobili-
tate: & natalium restitutio, pro nobilitatione. Iuuenal. Saty.
sexto etiam pro celebritate diei natalis sumpsit. Palmam inter
dominas uirtus natalibus æquat, id est, non alter uictoria exhi-
laratur, quam si dies Natalis celebratur. Natales etiam pro annis
accipiuntur. Sappho Phæoni in Episto: Sex mihi Natales in-
erant. Tot enim dies celebrantur Natales, quot aguntur anni.
Natales diuersarum gentium, pro origine, dixit Plinius libro
7. capitulo 12.

NATALITIA, *οδium*, *γενεθλια*, conuiuium, quod quis Natali suo die
amicis exhibet. Cic. 2. Philip. Hodie non descendit Antonius. cur
dat natalicia in hortis.

NATALITIVS, a, um, *γενεθλιος*, quod ad Natales pertinet. Cic. 2.
de Diu. Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. Et
paullo post: Chaldæi norant sidera natalitia.

NATATILE, substant. locus est ubi natant pisces, aut anates, & similia.
Var. lib. 3. de re rust. c. 5.

NATATILIS, [Chenuotas.] *ναστικος*, qui natat, uel natare potest. Aug.
libro 12. Cui. Talem illic creauit animam, quæ per rationem in
omnibus esset præstantior animalibus, terrestribus, natatilibus, l
uolatilibus.

NATATITIVS, a, um, *ναστικος*, quod natat.

NATATVS, us, *νηεις*, ipse natandi actus. Clau. li. 3. de raptu Profer. Pu-
chroq. secat Galatea natatu.

NATES, natium, [Natiche. Gal. Les fesses. Hisp. Las nalgas.] *αλαδαι*, caro
conglobata uersus os sacrum, sedendi officio aptissima, a nitendo,
ut quidam existimant. ibi enim caro firmior, quam in ceteris
membris. ne premente corporis mole ossibus offendatur. Horat.
1. Serm. Saty. 8. Displofa sonat quantum uesica, pepedi Diffisa
nate ficus.

NATINATORES, [Seditiosi.] seditiosi, negotiosi. Natinatio, negotia-
tio. Festus.

NATIO, onis, [Natiōe. Gal. Nation, gent. Hisp. La naciōn.] *εθνος*, genus
hominum (inquit Festus) qui non aliunde uenerunt, sed ibi nati
sunt. Plin. in Mæp. Epidamnea natio est hæc. Pli. lib. 12. c. 25. Color
in quacumque natione præfertur rufus. Erudita illa Græcorum
natio. Cic. 2. de Orato. Inanes & barbaræ nationes. Cic. ad Q. Fr.
libro 1. Idem de Proin. Con. Cæsar, cum acerrimis nationibus
Germanorum, & Heluetiorum felicissime decertauit. Nationis
autem

autem uocabulum latius extenditur, quam Gentis. nam in eadem natione plures possunt esse gentes. neque enim omnes, qui eiusdem sunt nationis, ex eadem sunt gente. In pecoribus quoque (ut inquit Festus) bonus proventus feturæ bona natio dicitur. Natio quoque ordinem, societatem, genus hominum significat. Cicero pro Sexto Quæstio, quæ esset nostra natio optimatum. Natio, nomen deæ, natiuitatum præsidis, de qua sic Cicero tertio de Natura Deo. Furix deæ, sunt uindices facinorum. quod si tales dii sunt, ut rebus humanis interfiant, Natio quoque dea putanda est, quæ, quia partus matronarum tueatur, a nascentibus, Natio nominata est.

NATISO, onis, Venetia fluiuius. Pli. li. 3. c. 18.

NATUITAS, atis, [Natiuitas, nascimento. Gal. Natiuité, naissance. Hisp. Nascimiento.] γενεή, ortus. Vlp. Municipem aut natiuitas, aut adoptio facit.

NATIUIVS, a, um, p. p. [Natio, natiuo. Gal. Naif, naturel, qui vient de nature. Hisp. Cosa natural.] γνήσιος, nullo artificio confectum, sed quale nascitur. Plin. lib. 21. cap. 7. Sunt & montes natini salis. Et natiuæ lanæ, apud eundem lib. 8. cap. 48. dicuntur, quæ natiuum colorem retinent. Natiuum malum, id est innatum, ingentium. Cic. pro domo: Nonne fuit eo maior adhibenda medicina, quæ & illud natiuum, & hoc delatum malum sanare posset? Natiui dei, qui nascuntur, & occidunt. Cic. de Na. Deo. 1. Anaximandri opinio est, natiuos esse deos, longis interuallis orientes, occidentesq. Natiua uerba, primitiua. Cic. in Par. Simplicia uerba partim natiua sunt, partim reperta. Natiua ea, quæ significata sunt sensu: reperta, quæ ex his facta sunt. Natiuus color, dicitur naturalis, qui nulla arte, sed natura producitur.

NATATOR, oris, [Nuotatore. Gal. Nageur. Hisp. Nadador.] qui natat. Oui. 1. de re. am. Pugnatur in aduersas ire natator aquas. Hinc Adnator, de quo uide Annato, iuxta nato, siue ad aliquem locum nauigio. Connato, simul nato, primitiuum est, Connuo, unde & Connatio. Enato, siue Enato, extra nato. Innato, intrus nato: ab Inno. Denato, deorsum nato, a Deno. Obnato, contra nato, ab Ono. Prænato, ante nato, a Præno. Renato, rursus nato, uel natando reuertor, a Reno. Supernato, super undas fluito, a Superno. Transno & Transnato, ultra nato. Habent omnia hæc p. c. Dicitur aut No, per contractionem a uoluo, fluo.

NATO, [Nuotare. Gal. Nager. Hisp. Nadar.] νηχομα, frequentatiuum est uerbi No, nas. nare autem, seu natare proprium est piscium. Marti. li. 1. Sacris piscibus hæc natatur undæ. Cic. Tusc. 5. Natura bestias nantes aquarum incolas esse uoluit. Nant, seu Natant tamæ & uolucres, & bestia, & homines etiam industria. Virg. Aen. 1. Appareat rari nantes in gurgite uasto. Cic. de Natura Deo. In quo magis tu mihi natare uisus es, quam ipse Neptunus. Colum. lib. 3. per translationem pro serpente posuit. Prima parte terre natantibus radicibus. Quandoque pro trepidare. Oui. libro sexto Fast. Nox erat, & uiuis oculique, animique natabant. Quandoque pro nauigare. Virgilius quarto Aeneid. Natat uncta carina. Interdum pro madere, diffuere. Virg. 3. Aen. Sanieque adpersa natarent Limina.

NATRIX, ὄφις, gen. maf. & fem. genus serpentis etiam aquas ueneno inhiens, nando nomen habens. Priscia. li. 5. Natrrix, cum specie anguis significat, masculinum quoque inuenitur. Cic. 4. Acad. Cur tantam uim natricum, uiperarumque fecerit? Luc. li. 9. Et natrrix uiolator aquæ. Item Natrrix, Pli. lib. 27. cap. 12. Herba est, cuius radix euulsa, uirus hirci redolet.

NATURA, æ, [Natura. Gal. Nature. Hisp. Neura, natural, za.] φύσις, dicta est ab eo, quod aliquid nasci faciat. cuius proprietatum causam aliam nullam inuenimus, præterquam, quod ita natura comparatum sit, id est, ita uisum sit, naturæ. Hanc quidam deum esse dixerunt, a quo omnia sunt creata. Sen. lib. 4. de benef. Quod aliud est natura, quam deus, & diuina ratio, toti mundo, & partibus eius inserta? Plin. ubique Naturam parentem, rerumque opificem appellat. Augusti. de moribus Manichæorum: Naturam sic definit: Natura nihil est aliud, quam, quod intelligitur in suo genere aliquid esse. Ponitur interdum pro ui, & ingenita rei alicui uirtute, & potentia, unde arborum, atque herbarum Naturas dicimus. Cicero de Somno Scipionis: Animæ natura propria, atque uis, ut ipsa a seipsa moueatur. Interdum pro more, & industria. Virgilius libro quarto Georg. Naturas apibus, quas Iupiter ipse Addidit, expeditam. Natura etiam accipitur pro corporis habitu. Terentius in Eunu. Tametsi bona est natura, reddunt curatura iuncea. Naturæ satisfacere, & naturæ concedere, pro mori. Cicero pro Cluen. Auditis de eo, qui naturæ, & legibus satisfacit, Quem leges exsilio, natura morte multauit. Sallustius in Jugur. Pater naturæ concessit. Et, In rerum naturam cadere, dixit Quintilianus, pro interdum accidere. Aliquando etiam Natura accipitur pro genitalibus, tam uirilibus, quam femineis: quæ & a Græcis dicitur φύσις. Cicero 3. de Diu. Quædam matrona uisa est in quiete, obsignatam habere naturam. Pli.

lib. 22. cap. 3. Vrtica naturam fricandam monstrat. Sueton. in Tib. Hircum capreis naturam riprurire. Dicta Natura, quod in eo membro nascendi uis sit. Natura item est specifica differentia, quæ unicuique rei formam dat. Quinta natura. Cic. 1. Tulcul. Aristoteles, cum quatuor genera illa principiorum esset cõplexus, e quibus omnia oriuntur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens.

NATURALIA, [Le parti uergognose. Gal. Les parties hontueuses. Hisp. La natura del hombre ò muger.] αἰδοῖα, nunc. plu. dicuntur Pudenda. Col. lib. 6. ca. 28. Si equa marem non patitur, detrita scilla naturalia eius linuntur.

NATURALIS, & hoc le, [Naturale. Gal. Naturel. Hisp. Cosa natural.] φυσικός, quod secundum naturam, unde naturalis filius dicitur, qui naturaliter ex nostro semine est prognatus, cui opponitur Filius ad optiuus. Sueton. in Tib. Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptiuum Germanicum, patria caritate dilexit. Naturalia desideria, pro cupiditate cogendi dixit Colum. li. 6. capit. 24. Diuinitio naturalis, cui opponitur Artificiosa præsentio. Cic. 1. de Diu. Lex naturalis. Cicero 1. de Nat. Deo. Legem naturalem diuinam esse censet Zeno, recta, imperantem, prohibentem contraria. Naturale est. Plinius li. 11. cap. 37. Plerisque uero naturale, ut nictare non cessent.

NATURALITER, aduerbium, κατὰ φύσιν, a natura, uel secundum naturam. Cicero de Sen. Quod homini naturaliter insitum est, eo uti decet.

NATVS, a, um, [Nato. Gal. Nay ou ne. Hisp. Nascido.] parti. a Nascor, γεννηομαι. Ter. in Heau. Annos 60. natus es. Dicitur, Si quando res ita nata fuerit, id est si umquam occasio fuerit e rerum euentu. Item Pro re nata, id est pro præsentis rerum statu, & uti res nunc se habent. Cic. ad At. li. 3. Animaduerteam posse pro re nata te non in commode in Albanum uenire. Ibidem: In his locis pro re nata non incommode possunt esse.

NATVS, ti, nomen substantiuum, [Figliuolo, figlio. Gal. Vn fils. Hisp. Hijo.] ὁ παῖς, pro filio, sicut Nata, τὰ, ἡ παῖς, pro filia. Virgilius tertio Aeneid. Et nati natorum, & qui nascuntur ab illis. Natorum appellatio (ut inquit Modestinus) ad nepotes extenditur. Addimus quandoque g, & dicimus gnatus, gnata, quæ semper sunt substantiua. Natos etiam pullos equarum dixit Colum. libro 6. capitulo 27. Cic. de Anuc. Caritas, quæ est inter natos & parentes.

NATVS, ἡλικία, ablat. est solus sine nominatio, aliove casu usitato, iungiturque cum his adiectiuis magnus, paruus, & grandis. Cic. in Catone: Colere eum cœpi, non admodum grandem natu. Ter. in Ad. Id mea minime refert, qui sum natu maximus. Liu. 1. De istis rebus maiores natu consulemus.

NAUALE, lis, subst. uel Naualia, um, [Arsenale. Gal. Vn haure. Hisp. El ataraxano de las naues.] νεώρια, ubi stant uel fieri solent naues. Vir. 4. Aen. Diripientque rates alii naualia, Cic. 2. Off. Naualia, portus, aquarum ductus.

NAVALIS, & hoc nauale, adiect. [Nauale. Gal. De nauire. Hisp. Cosa perteneciente a las naues.] ναυτικόν, quod ad naues pertinet. unde & naualis corona, qua donari solebat, qui primus in hostium nauem armatus transfisset. uide Corona. Virg. 8. Aen. Tempora nauali fulgent rostrata corona. Prælium nauale. Plin. lib. 16. cap. 1. Bellum nauale. Cic. pro lege Man. Certamen nauale. Vir. 5. Aen. Disciplina naualis.

NAVARCHVS, chi, [Capitano d'armata di mare. Gal. Pilote & patron de nauire. Hisp. Capitan sobre la mar.] ναυαρχος, Latine præfectus classis, antiqui prætorem uocabant: unde adhuc naui prætorix mansit nomen. in qua prætor, id est classis præfectus naigabat. Cic. 2. Verr. Sumpturna in classem nauarcho suo quæque ciuitas dare solebat. Ibidem: Forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundauit.

NAUCI, [Scorza della noce. Ga. La coquille ou petite taye d'une noix, chose de nulle ualeur. Hisp. La cascara de la nuez.] αὐχίον, putamen nucis, siue oliuæ nucleus, seu membranula, quæ in nucis iuglandis medio est. Sumitur pro re uili. Plau. in Most. Qui timidus erit in rebus dubijs, is nauci non erit. Cic. de Diu. Non habeo nauci Marsum augurem.

NAUCIFACIO, [Estimare niente, sprezzare. Ga. Ne tenir compte, n'estimer rien. Hisp. Tener en poco precio.] αὐχίον ποιῶμαι, nihili facio. Plau. in Bac. Hoc seruum meum non nauificare esse ausum.

NAUCLERIVS, a, um, ναυκληρικός, quod ad nauclerum pertinet. Plau. in Mil. Venias hoc ornatu nauclerico.

NAUCLERIVS, a, um, idem. Plau. in Afin. Nauclerio ornatu per fallaciam abduxit ab leone mulierem.

NAUCLERVS, cleris, [Nocchiero. Gal. Pilote de nauire, ou patron de galere. Hisp. Nauchel, piloto ò patron de la naue.] ναυκληρος, qui naui præest. Cic. Nauicularium uocat, & nauiculatorem. Plau. in Mil. Cubare in naue lippani nauclerus dixit.

NAUCRATIS, ναυκρατίας, Ste. ciuitas in Aegypto, a Mileijs condita. Strab.

Sci ab. lib. 17. Incolæ Naucratiz. Vnde Athenæus Naucratites, autor Dipnosophilorum.

NAUFRAGIVM, gij, [*Naufragio. Gal. Brisement & perte de nauire. Hisp. Quebrantamiento de la nao.*] ναυαγίου, nauis fractio, uel submersio. Cic. pro Rege Deiot. Cum esset ei nunciatum, Domitium naufragio perisisse. Idem Fam. 16. Qui cupide profecti sunt, naufragia fecerunt. Translate sumitur pro calamitate, iactura, exitio. Cicero Fam. 4. Verfor in eorum naufragiis, & bonorum direptionibus. Ex naufragio tabula delectat. Idem ad Attic. 4. Hæc me una ex naufragio tabula delectat, Id est, ex communi reipublici. calamitate mihi unicum est subsidium, Cæsaris amicitia.

NAUFRAGOR, pænu. corrept. ναυαγῶ, deponens, & Naufrago, as, nauem frango.

NAUFRAGVS, gi, [*Rotto in mare, naufragio. Gal. Qui fait perdre ou rompre la nauire. Hisp. Que haze quebrantamiento de la nao.*] ναυαγῆς, qui, nauis fracta, bona amisit. Propert. lib. 2. Eleg. 2. Ille uenena libens, & naufragus ebibat. Cicero 2. de Inuen. Naufragum quendam nautantem, & manus ad se tendentem animaduertent. Ouidius in Ibin. Per immensas iactator naufragus undas. Naufragus, a, um, adiectiuum: ut, Mare naufragum, quasi naufragum, quod sibi naues franguntur. Horat. 1. Carm. Ode 16. Nec mare naufragum, Nec scæuus ignis. Corpora naufragia. Virgilius 2. Georg. Tempestas naufragi. Naufragus etiam translate ponitur pro eo, qui bona dissipauit, uel, qui quauis re alia calamitosus est. Cicero in Cat. Quod si se iecerit, & eodem ceteros undique collectos naufragos aggregauerit. Dicitur & unda naufraga, quæ naues frangit.

NAVIA, νηῖον, lignum canatum, ut nauis, uindemijs aptum. Festus.

NAVICULA, [*Nuicella.*] πλοῖον, parua nauis. Cic. 4. Aca. Ad nauiculas nostras descendimus.

NAVICELLA, α, ναυτιλία, demin. quæstus ex nauigatione. Cicero 7. Verr. Quid existimare eos arbitrare nauiculariam te, cum Romam uenisses, esse facturum?

NAVICULARIVS, ij, ναυκλαρῆς, qui nauis præest. Cic. Tironi l. 16. Cuius auctoritate nauicularius moueatur.

NAVICULATOR, oris, idem. Cic. pro lege Man. Maiores uestri nauicatoribus iniuriosus tractatis bella gesserunt.

NAVICULOR, aris. [*Barcheggiare. Gal. Aller sur l'eau en un nauire. Hisp. Nauegar por su plaza.*] πλοῖον, otiosus nauicula uehor. Mart. lib. 2. Piger Lucrino nauicator in itagno.

NAUFRAGVS, a, um, naufragus. Ouid. 14. Meta. Naufragumq. fretum. Saxa naufraga. Stat. 5. Theb.

NAVIGABILIS, le, [*Nauigabile. Gal. Navigable, commode pour nauiger. Hisp. Cosa que se puede nauegar.*] πλοῖος, quod potest nauigari, Lilius libro 25. Simul primum anni tempus nauigabile præbuisse mare.

NAVIGATIO, nis, πλοῖον. Cic. ad Q. Frat. Aiebant te prima nauigatione transmisiurum.

NAVIGER, a, um, πλοῖοφόρος, qui nauem fert: ut mare nauigerum. Lucr. lib. 1. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras. Pli. lib. 9. cap. 30. Nauigeram similitudinem uisam sibi prodidit Mucianus.

NAVIGIVM, gij, [*Nauilio, uasello. Gal. Toute sorte de nauire. Hisp. Name de el nauio.*] πλοῖον, omne genus nauis, quo nauigamus. Cicero de Nat. Deo. Arborum sectio magnos usus adfert ad nauigia facienda. Cæf. lib. 4. Bell. Gall. Speculatoria nauigia militibus impleri iussit. Accipitur aliquando pro ipsa nauigatione: ut in l. qui Romæ. ff. de uerborum obligation. in omnes nauigij dies ducentos sub pignoribus & hypothecis, mercibus, a Beryto comparatis. Nauigiolum, demin. Lentulus Cic. li. 12. Fam. Ut uix singulis cum nauigiolis reciperemur.

NAVIGO, as, p. cor. [*Nauigare. Gal. Nauiger. Hisp. Nauegar.*] πλέω, nauis iter facio, nauis uehor. Vir. 1. Aen. Gens inimica mihi Tyrrenum nauigat æquor. Cic. 2. de Fini. Maria ambulare, terramque nauigare, dixit. Sæpius absolute ponitur. Cicero Fam. 16. Cum recte nauigari poterit, tum nauiges. Nauigo in mari. Cicero de Inuen. 2. Cum iam in alto nauigarent. Ter. in And. Ego in portu nauigo, id est a periculo absum. titulum enim in portu nauigare. Hinc Enauigo, extra nauigo, Adnauigo, ad aliquem locum nauigo, Renaugo.

NAVIS, [*Nauis. Gal. Nauire, nef. Hisp. Name.*] a Græco, ναῦς, Ouid. 1. Fast. Acta per ætateas hospita nauis aquas. Moderamen nauis. Idem 15. Met. Et innixus moderamen nauis. Virgili. 5. Aene. Rectorem nauis compellat uoce Menætem. Frangere nauem, naufragium facere. Teren. in An. Nauem si fregit apud Andrum. Plau. in Men. Nauem ligneam, sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo. Actuariæ naues, quæ remis agebantur. Hirtius de Bell. Alexand. Nauibus actuariis rostra imposuit. Rostratæ naues, a rostris: quæ, quia ex ære fiebant, æratæ etiam dicebantur. Virg. 8. Aen. In medio classes æratas, Actia bella Cernere erat. Liu. lib. 36. Aut aper te rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant. Fluuiatiles naues,

quibus nauigamus in fluuiis, apud Liu. lib. 10. Frumentariæ naues onerariæ, ad frumentum uehendum aptæ. Cæf. lib. 3. Bell. Gal. & Lentulus Cic. Ep. li. 1. 2. Naui lōga profugerunt, onerariis relictis. Nauis marinæ, quibus in mari nauigamus. I. Julia repetundarum. ff. de uaca. & excusa. in iure. Piscatoriæ naues ad pisces capiendos paratæ. Liu. li. 2. 3. Prædatoriæ naues, & naues piraticæ, apud Liu. lib. 29. & lib. 34. Prætoria nauis, quam Græci ἀγορηδία uocant, nostri uulgo Capitaneam. Liu. li. 2. 1. Speculatoriæ naues. Liu. li. 36. Turratæ naues, quibus turres imponebantur: ut testatur Appianus de Bel. Ciui. Vinaria nauis, apud Vlpianum. l. uulgaris. ff. de furtis. Confratæ naues, quæ & testæ dicebantur: de quibus Plin. libro 7. cap. 56.

NAVITAS, atis, sine Gnauitas, [*Diligenza. Gal. Soudainneté, diligence, soing. Hisp. Diligencia.*] επιμελεια, diligentia, strenuitas. Cic. in Epi. Ista opera tua, nauitas, animusq. in temp.

NAVITER, sue Gnauiter, [*Diligentement. Gal. Diligemment, coigneusement. Hisp. Diligentemente.*] επιμελῶς, diligenter. Colum. li. 1. c. 2. In itinere maturus peruenit, qui nauiter permeauit. Cic. Epi. Qui semel uerecundiæ fines transierit, cum bene & nauiter oportet esse impudentem.

NAVIVS, Actius, insignis augur sub Tarquinio Prisco Romanorum rege, quem Lilius libro primo, fabulatur, nouacula cotem didicisse.

NAULIVM, li. Ouid. 3. de Arte: Disce etiam duplici genalia nauia palma uerere. Vide Cæf. lib. 9. c. 4.

NAULOCIVM, ναυλοχον, Locorum opidum. Plinius libro quarto, capitulo 3. Est item Naulochum, siue Naulochus Thraciæ opidum, non procul ab Hæmo monte. Idem 4. c. 11. Stephanus præterea Naulochum urbem in Ionia collocat, alio nomine Smyrnam dictam.

NAULVM, li. [*Nolo di nauis. Gal. Le salaire qu'on baille pour estre passé l'eau. Hisp. El nolito de el frete de la nao.*] ναῦλον, pretium uecturæ in nauis. Iuuen. Saty. 0. Nauo: Furor est, post omnia perdere nauulum.

NAUMACHIA, [*Guerra nauale. Gal. Guerre sur la mer ou par mer. Hisp. Pelea de batalla naual.*] ναυμαχία, naualis pugna. Mar. lib. 1. Do tibi Naumachiam. Sue. in Clau. Naumachiam commisit. Interdum accipitur pro loco, ubi fit pugna. Suet. in Tib. Triremi usque ad proximos naumachiæ hortos subuectus.

NAUMACHIARTI, qui proelium nauale committunt. Suet. in Claud. Et pos Naumachiarum apud Pli. li. 16. c. 39.

NAVO, as, [*Impire, compire. Gal. Acomblir, s'employer à faire quelque chose. Hisp. Hinchir, dar.*] προσέχω, studiose impleo. Cic. lib. 2. de Ora. Tam mihi uideor nauasse operam, quod huc uenerim. Idem Ap. Pul. Ut istic nostram in te beneuolentiam nauare possumus, id est nauo animo præstare. Tractum a nauibus, quæ cum a naualibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent. Studij suum alicui nauare. Cic. ad Att. li. 15. Nauare, & efficere opus aliquod. Cic. ad Att. lib. 9.

NAVPACTVS, ναυπακτος, opidum Aetoliæ, dictum (inquit Stephanus) ἀπὸ τῆς τῶν ἱρακλειδῶν ναυπηγίας, id est, ab Heraclidarum naualibus. Strab. libro nono: Hinc Naupactus Achelous. Ouidius 2. Fast.

NAUPLIA, α, ναυπλία, agri Argiui opidum, & portus Argorum. Strabo libro 8.

NAUPLIVS, piscis sepis similis. Pli. li. 9. c. 30.

* **NAVPONTVS**, ναυποντος, opidum Istriæ. Strab. lib. 7.

* **NAVPORTVS**, Istriæ fluuius. Pli. lib. 3. cap. 18.

NAVSEAS, α, [*Incitare à uomito. Gal. Apetit à uomir, uomissement. Hisp. Alteracion de disposition para uomitar, uomito.*] ναυτία, stomachi ad tonitum concitatio. Cic. ad Att. 5. Nauigauimus sine timore & naucea, Pli. lib. 20. capit. 14. Nauceus in frigida aqua pota inhihet. A nauis deductum nomen, ex cuius sentina mouetur uomitus. Accipitur aliquando pro quauis molestia, unde Mouere nauceam, molestiam creare.

NAVSEOS, seas, [*Hauer uoglia di uomitare. Gal. Vomir. Hisp. Vomitar.*] ναυτία, nauceam habeo. Cic. Philip. 2. Sudat, pallet: quidlibet, modo ne nauceat. Plau. in Amph. Etiam nunc nauseo. Cic. Gallo: Vidit me nauceanrem.

NAVSEOLA, demin. a naucea. Cic. ad Att. lib. 14.

NAVSEOSVS, sa, sum, ναυτωδης, quod nauceam iaducit. Plinius libro 26. cap. 8.

NAVSI CAE, ναυσική, Alcinoi Phæacum regis filia, & Aretes, quæ Vlyssi naufrago nudo uestes dedit. Martial. libro 2. Si mihi Nausicæ patrios concederet hortos, Alcinoos possem dicere, malleo meos.

NAVSI MENES, uir Atheniensis, cuius uxor indignitate incestus filiorum perterrita, uocem auisit.

NAVSCRO, is, it, de grano fabæ dicitur, cum nascendi gratia se aperit, quod non sit dissimile nauis figuræ. Festus.

NAVSI THOVS, ναυσισθαυς, rex Phæacum, Neptuni filius.

- NAVTA**, & *Nauita*, α, [*Nocchiero. Gal. Marinier. matelot. batelier. nautonier. Hi. Marinero.*] ναύτης, qui nauem agit. Cic. Fam. 15. Solent nau tæ festinare quæritus sui causa.
- NAVTEA**, νάυτερον, herba, inquit Festus grans nigris, qua utuntur coriarij, uel aqua coriariorum: uel (ut Nonius inquit) aqua ex nauis sentina. Plaut. in Asi. Nauteam bibere malim, quam illam ofcularier.
- NAVTVS**, [*Marinero.*] ναύτης, naua. Liuius libro 28. Metum nau- ticus præbuit.
- NAVTVS**, 3, um, ναυτικός, quod est nauarum. Virgil. libro 3. Nau- ticus exoritur uario certamine clamor. Cic. 2. de Natura Deor. Nauitarum rerum scientiam dixit. Nauticus panis, quem hodie Biscoctum uocamus. Plinius libro 23. capitulo 25. Virgil. 4. Eclo. Nec nauica pinus Mutabit merces. Nauticus cantus. Cicero 2. de Natura Deo.
- NAVTVS**, piscis marinus, dictus, quod nauigantis effigiem habeat. Pli. lib. 9. c. 29.
- NAVVS**, uiauum, [*Diligente. sollicito. presto. Gal. Prompt. diligent. soigneux. soudain. Hisp. Diligente. industrioso. ligero.*] δρῶν ἥπιος, celer, strenuus, a nauium celeritate dictus, qui & gnaus dicitur: contra- rium est Ignauus. Col. li. 11. ca. 1. Dicit uix potest, quid nauus ope- rarius ignauo præstet.
- NAXIA**, cos est, νάξια, signis marmoreis poliendis, & gemmis scal- pendis accommodata. Pli. lib. 36. c. 7.
- NAXOS**, νάξος, insula in Aegzo, una ex Cycladibus, antea Strongy- le, Dia post appellata. uerum cum Cares duce Naxo eâ occupas- sent, a duce Naxo appellarunt. Dionysiada a uinearum fertilita- te dici scribit Pli. lib. 4. c. 12.
- NAXVS**, 3, um, νάξιος, unde Naxius ardor apud Colum. quo signifi- catur Ariadnes coronæ sidus: quia relicta fit in Naxo Ariadne a Theseo.
- NAZAREVS**, νάζαρεός, consecratus: & a Nazareth Nazareus **CHRISTVS** dictus, humani generis Redemptor: quod in ea vrbe pueritiam egerit, & ex Nazarena Virgine **MARIA**, effect natus,

N A N T E E

- NE**, [*Acciache non. Gal. Ne. Hisp. Porque no.*] μή, dehortatiuum, seu pro- hibitium aduer. Teren. in And. Ne sæui tantopere. Virg. 3. Aen. Tu ne cede malis. Teren. in Eun. Ne conferas culpam in me. Ibi- dem: Ne metuas. Iungitur etiam nonnumquam optatiuo. Cic. 7. lib. Epist. ad Gallum: Ne uiuam, si tibi concedo. Quandoque adiun- ctiva est particula, pro ut, non. Martial. libro 1. Lex hæc carmini- bus data est iocosis, Ne possint, nisi pruriant, iuuare. Quandoque rationalis, pro ergo. Virgil. primo Aeneid. Mene incepto desit- tere nictam? Quandoque casualis. Idem 2. Aeneid. Ne recipi por- tis, aut duci in moenia possit, id est ut non. Quandoque pro ut. Cic. Curioni. Ut non ueremur, ne nimis cito mitteremus. Ne nihil, id est, ut aliquid. Idem Pæto: Ne amicis nihil tribuamus, epulamur una. Terentius in Andr. Ego id agam, mihi qui ne de- tur. Quandoque nedum. Ibidem: Ne uacuum esse nunc me ad nar- randum credas. Plerumque dubitativa. Virg. 11. Aeneid. Iustitiæ ne prius mirer, belli ne laborem. Apud oratores Ne interrogati- uum raro geminatur, sed loco posterioris utimur aduerbio An: ut, Bonus ne, an malus? Aliquando etiam sic, Eundem mihi, nec ne fit, ignoro. Et per interrogationem. Cic. uultis prætori Flac- co, nec ne? id est, an non. Quidam superuacuum addunt An, hoc modo: Nescio, an bene faciam, nec ne. Quandoque interrogatiua est. Teren. Egone? Quandoque habet uim interrogandi. Idem in Andr. Daturne illa hodie Pamphilo nuptum? Composita, a Ne, aduerbia, negandi sunt, Nec, Neque, Nequa, Nequo, Nequidquã, Neutiquam, Neutique, Nequaquam, Necubi, Nedum, & alia. Ali- quando Ne iungitur cum ut. Teren. in Eun. Id ut ne fiat, sola hæc res est remedio. Idem in And. Apprime in uita utile, ut ne quid ni- mis. In quibus exemplis Ut, ornatus potius, quam necessitatis causa additum. Quandoque Ne idem est, quod neque, sublequen- te particula Quidem: ita tamen, ut inter Ne & Quidem dictio aliqua intercedat. Cic. de Amic. Numquam illum ne minima quid- em te offendi.
- NE VIVAM**, [*Positio morire.*] μή μω, μή γάρ ελω, iurantis est. i. moriar. Cic. Gallo. Ne uiuam, si tibi concedo. Sic, Ne ualeam, Ne sim sal- uus: cum quid asseuerare contendimus. Idem ad Att. lib. 4. Ne ui- uam, si scio. Idem ad eundem, Ne sim saluus, si aliter scribo, ac sen- tio. Sunt & aliæ dicendi formulæ a particula Ne, profectæ: ut, Ne te diutius teneam: Ne multa. Ne multis: Ne plura, Ne plurib. Ne longus sim. Ne longum sit: Ne longum faciam. id est, ut breui ex- pediam, ut breuiter colligam.
- ***NEA**, insula prope Lemnum. Pli. li. 1. c. 87.
- ***NEAERA**, Nympha, quæ Phaethusam, & Lampetiam Soli peperit.
- ***NEAETHVS**, fluuius prope Lacinium promontorium, & Crotone- nem. Pli.
- ***NEALCES**, pictoris nomen. Pli.
- ***NEANDRVS**, νεανδρος, Troadis opidum. Plinius libro quinto, capitulo 30.
- NEAPOLIS**, νεάπολις, ciuitas Campaniæ, a Chalcidensibus condita, quæ cum a Cumanis esset eueria, ingruente æcerbissima peste, ita iubente Apollinis oraculo, ab iisdem splendidius est restituta: bo- naque ciuium parte eo translata, ad differentiam ueteris urbis. Neapolis dicta: item Parthenope a nomine Sirenis ibi sepulta. Pli. li. 3. c. 5. Suidas. Est & Neapolis, Asiæ opidum. Mela libro 1. Est item Cariæ urbs ad Iasium sinum, eodem auctore. Neapolis, quæ & Lepis magna, Ptol. 1. 4. c. 3. vrbs iuxta Syrtim parua: quam Tripolim hodie vulgus appellat.
- NEAPOLITANVS**, Neapolitana, Neapolitanum, νεαπολίτης, qui ex Neapoli est.
- NEBRITES**, νεβρίτης, gemmæ species. Libero patri sacra, a nebridû pellium similitudine, quibus in Liberi sacris utebantur. Pli. libro 37. cap. 10.
- ***NEBRODES**, νεβραδης, mons in Sicilia: & Bacchi cognomen.
- NEBULA**, [*Nuola. nebbia. Gal. Vne brouee. brouillard. nuee. Hisp. Niebla.*] νεφέλη, differt a nube, quod Nebula uapor sit e terra, atque aquis surgens, quæ siue statim euanescit, siue in altum sublata, conuertitur in urbem. Pli. li. 2. ca. 60. At a nebula. Virg. 2. Aene. Humentes nebulæ. Stat. 9. Theb. Liuens nebula. Sil. li. 6. Nebula erroris. Iun. Sat. 10. Quasi per nebulam audire, est leuiter audire. Plau. in Ca. In memoriam regressor, audisse me quasi per nebulam Aegionê meum patrem uocarier.
- NEBVLARIVM**, larii, ædificium a subiicienda messe per nubulum tempus.
- NEBYLONES**, & Tenebriones, [*Huomini da niente. ciarlatori uani. Gal. Vantneants. trompeurs. faîneants. Hi. Hombres de poca estima.*] ἰδεοί, ἄβροί, qui mendaciis & astutijs suis nebulam quandam & tenebras obiciunt: uel, quod molles sunt, inanes, & uani, ut nebula, ut Donatus inquit. Cic. ad Att. lib. 1. Nebulonem illum ex istis locis amoue. Ter. Hic nebulo magnus est.
- NEBVLOSVS**, la, sum, [*Nuoloso. Gal. Nebuleux. plein de nuées. & brouillard. Hisp. Cosa llena o cubierta de nieblas.*] νεφελώδης, nebulis & nubi- bus plenus, nebularum humoribus conspersus. Cato de ru. c. 6. Ager si nebulosus est, rapa, raphanus, milium feri oportet. Cic. Tul. Nebulosum celum.
- NEC**, & Neque, [*Ne. non. Gal. Ne. Hisp. Porque no.*] μήδὲ, coniunctio- nes sunt disunctiua, quæ fere geminatæ in oratione collocan- tur, aut etiam singulæ, sed tamen, ita, ut fere semper præcedat negatio. Cic. de Amic. Nec melior uir fuit Africano quæquam, nec ciarior. Teren. in Eun. Neque uirgo est usquam: neque ego, qui illam et conspectu amisi meo. Cicero de Amic. Neque quidquam umquam, nisi honestum, & rectum, alter ab altero postulat: ne- que solum colent se inter se ac diligunt, sed etiam uerentur. Nonnumquam significat non. Cicero lib. 3. de Legibus: Senatori, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto. Terentius in Heauto. Ut hanc lætitiã nec opinanti primus obicerem, hoc est, non opi- nanti. Cicero in Offic. Nec opinata bona dixit, pro inopinatis. Nec opinato, pro inopinato, aduerbii uice. Cicero 3. de Finib. Sic, Nec enim id facerem.
- NECDVM**, [*Non anche.*] μήπω, nec adhuc. Vir. 1. Aen. Necdum etiam causæ irarum, sæuiq. dolores, Exciderant animo. Cic. ad Att. li. 6. Cassius inepas litteras misit: necdum Bibuli erant allate. Neque dum. Cic. ad Q. Frat. lib. 3. Eius rei maturitas neque dum uenit, & tamen iam appropinquat.
- NECESSARI**, [*Parenti. amici stretti. Gal. Parens & allie. Hisp. Amigos. parentes.*] οἱ προσήκοντες, cognati, affines, & ii quibus uti familia- riter solemus: quod necessaria inter eos officia conferantur. Cic. Plan. li. 13. Epist. In iis necessarijs, qui tibi a patre relicti sunt, ego tibi sum uel coniunctissimus.
- NECESSARIE**, & Neccessario, [*Neccessariamente. Gal. Neccessairement. Hisp. Neccessariamente.*] ἐπαναγκαιος. Cicero 1. de Inuentio. Neccessarie demonstrantur. Idem 4. Tul. Legibus adstricti, quibus neces- sario pareamus.
- NECESSARIVS**, necessaria, necessarium, [*Neccessario. Gal. Neccessaire. Hisp. Neccessario.*] αναγκαιος, sine quo quid fieri non potest: ut, Neccessarius est mihi aduentus tuus. Cicero Verr. 5. Quo minus miremini Siculos re necessaria nulla coactos auxilium a iudici- bus petiuisse.
- NECESSÈ**, siue Neccessum, [*Neccessario.*] ἐπαναγκαιος, necessarium, a Cello uerbo deductum, quod non sit in eo cessandum. Olim teste Donato, declinabatur, hic & hæc Neccessis, & hoc Neccessè, & Neccessus, 2, um, ex quibus hodie manserunt Neccessè, & Neccessum. Teren. in Eun. Neccessè est, hæc ut subuenias. Plau. in Stich. Neccessum est, quidquid habeo, uendere. Hinc Neccessitas, Neccessi- tudo, Neccessarius.
- NECESSITAS**, atis, [*Neccessita. Gal. Neccessite. Hisp. Neccessidad.*] ἀνάγκη, uis ipsa, quæ cogit. Cic. pro Clu. Neccessitate coactus feci. Non- numquam

namquam pro necessarijs negotijs. Plinius libro 4. Epist. Collega optimi de communis officij necessitatibus prælocuti. Aliquando arta quædam significatur amicitia. Cæf. in iustione legis Plautiæ: Mihi uideor pro nostra necessitate, non opera, non industria defuisse.

NECESSITUDO, inis, [Necessità, amicitia stretta. Gal. Estroite amitié & alliance. Hisp. Amistad.] aliquando est uis illa urgens, quæ nos ad aliquid faciendum cogit. Sallust. in Iugur. Coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. Præterea est familiarior quidem amicitie usus. Cicero Fam. 13. Omnibus nota nostra necessitudo est. Aliquando ponitur pro necessario, id est cognato, uel affine. Suetonius in Aug. Remisit hosti iudicato necessitudines amicorum omnes.

NECOS, as, aui, atum, uel Necui, nectum, [Vccidere, ammazzare. Gal. Tuer, occir, mettre à mort. Hisp. Matar.] κτενω. Cic. Par. Nihil igitur interest patrem quis necet, an seruum? Diomedes, & Priscianus ita distinxerunt hæc præterita, ut Necauit sit, quasi fero occidi. Necui, quasi suffocauit: idemque omnino iudicantur de participijs, Necatus & Nectus. Sed confunduntur. Valla ita distinguit, ut Necatus generalem habeat significationem, Nectus specialem: putatque hoc posterius non esse utendum, nisi addito certo genere mortis: idque frequentius in compositis: nam simplex Nectus raro legitur. Liu. li. 21. Fame, frigore, illuue squalore enecta. Sic etiam dicimus Enectus siti, Enectus morbo, non autem Enectus ferro, quod, teste Val. a. nusquam legitur. Necatus autem dicitur tam is, qui ferro, quam qui alio quouis modo interijt. ad Heren. li. 3. Si accusator dixerit, a reo hominem ueneno necatū. Nec de homine tantum, sed de alijs quoque. Colu. li. 2. Omnes radices herbarum necantur. Fame neco. Sue. in Tib. c. 54. Hostes fame necauit. Morfu necare. Ouid. 2. de rem. am. Parua necat morfu spatiosum uipera taurū. Necaturus, partic. Oui. 1. Eleg. 2. Ore necatur accipimus aquas. Hinc Eneco, suffoco. Plau. in Amph. Puer ambos angues enecat. Hor. li. 1. Ep. Bos est enectus arando. Inter-neco, & Perneco.

* **NECOS**, Aegypti rex, & Psammitichi filius. Herod. 2.

NECROMANTIA, æ, p. acuta, [Necromantia. Gal. Necromance. Hisp. Nigromancia.] νεκρομαντεία, diuination, quæ fit euocatis ad sua cadauera umbris eius duas faciunt species. Necyomantiam, & Sciomantiam. Necyomantiam uocabant, cum ad recens cadauer, calido sanguine opletum, umbra uel dæmon aliquid magicis carminibus euocatus, per os ipsius cadaueris futura prædicabat, qualè depingit Lucan. li. 6. Sciomantiam autem uocabant, cum euocata tantum umbra futura discebant. Dicta est autem Necromantia, νεκρὰ τὰ νεκρῶν, quod mortuam significat: καὶ τῆς μαντείας, hoc est, a diuinatione. est enim diuinationis quoddam genus, fieri solitum per umbras aut cadauera mortuorum.

NECROMANTAE, [Nigromanti.] qui hoc magiæ genere utuntur. Cic. Tus.

* **NECROPORES**, Aegypti opidum triginta stadiis ab Alexandria distans.

NECTAREVS, a, um, νεκταρειος, quod nectaris saporem refert, aut odorem: ut Falernum nectareum, apud Mar. lib. 13. Flores nectaria, apud Claud. Est & Nectarea herba, alijs nominibus. Helenion, Medica, Symphyton, & Ideca dicta: ex qua fit uinum Nectarites. Plin. li. 14. cap. 16.

NECTARIS, [Nectare. Gal. Èa boisson des deux des Payens. Hisp. La portion que beuen los dioses, clare.] νεκταρ, deorum (ut inquit Festus) potio. Cic. li. 1. Tus. Non ambrosia deos, aut nectare lætari arboror. Dictum putatur Nectar a priuatiua particula νη, & κτενω, occido, quod non eorum, qui moriuntur, sed immortalium deorum sit potus. Per translationem accipimus pro quouis uino dulciori. Virg. in Daphnide: Vina nouum fundam calathis Aruusia nectar. Interdum pro melle. Virg. 1. Aen. Liquentia mella Stipant, & dulci ostendunt nectare cellas.

NECTO, nectis, nexui, & nexi, nexum, [Legare, annodare. Gal. Atacher, nouer, lier ensemble. Hisp. Trauar, atar, anudar.] πλέκω, ligo, iungo. Virg. 6. Eclo. Quo uincula nectis? inquit Prop. lib. 3. Eleg. 9. At tibi, qui nostro nexisti retia lecto. Eleganter, nectere dolum alicui, pro dolis circumuenire. Lilius 1. Vnquique dolus regi nectitur. Aliquando est uincire. Idem lib. 8. Eo anno necti desierunt. Hinc Annecto, ad aliquid nectō, & iuxta nectō. Connecto, simul nectō. Innecto, Internecto, Obnecto, obligo. Subnecto, subiungo. Nectus uide suo loco.

NECVBI, [Che non in qualche loco. Gal. Nulle part, en nul lieu. Hisp. En ningún lugar.] μητις, pro ne alicubi, & semper duo uerba postulat, ut, Iussi necubi mihi præto sis, id est ne in ullo loco sis. Var. de re rust. c. 45. Videndum necubi aqua consistat.

NECVNDE, [Che non da qualche loco.] μη ποθεν, ne ex aliquo loco. Lilius libro 22. Circumspectans necunde impetus in frumenta-tores fieret.

NECYDALVS, li, νεκυδαλος, quid sit, docet Plinius libro 11. capi-

tulo uigelimum secundo, his uerbis: E grauiore uermiculo fit bombylis: ex ea necydalus: ex hoc bombyx, Ex quibus Plinij uerbis constat, Necydalum genus esse uermiculi, quod transformatur in bombycem.

NEDVM, [Non pure, non che. Gal. Non seulement. Hisp. No solamente.] μητις, significat, non solum: & duobus modis in oratione collocari solet: uno, cum utramque sententiam in eodem claudimus uerbo: ut, Funderem pro te sanguinem, nedum pecuniam: altero, cum suum utriusque sententiæ uerbum accommodamus: ut, Funderem pro te sanguinem, nedum tibi pecuniam crederem. Negatiue sic, Non funderem pro te obolum, nedum pro te sanguinem funderem. Cum autem affirmamus, id quod est maioris momenti, in prima orationis parte ponendum: cum negamus, id quod minoris. plus est enim, fundere sanguinem, quam pecuniam: & minus, perdere obolum, quam fundere sanguinem. Hæc Valla lib. 2. cap. 18. Nedum, aliquando pro non solum, & post se recipit, sed etiam. Cic. ad Att. li. 10. Nedum morbum remouisti, sed etiam grauedinem.

NEFANDVS, a, um, [Nefando, da non dire. Gal. Chose qui n'est point à dire ne raconter, tant est meschante. Hisp. Cosa illicita por religion, indigna de ser dicha.] ἀθέτος, quod non est fandum: a nefas, quod ne fari quidem liceat. Vir. 12. Ae. Caput, o ciues, hæc belli summa nefandū: Idem 3. Aen. Saris est gentem effugisse nefandum. Pro eodem etiam apud antiquos legitur Nefas, antis. Luc. li. 7. Tantalus, qui pœnas ob facta nefantia luit.

NEFARIE, [Sceleratamente.] scelerate. Cic. 2. Ver. Multa in deos hominesque nefarie fecit.

NEFARI, [Ribaldi. Gal. Plein de toute meschanceté. Hisp. Detestable, scelerados.] ἀπόσσι, a farre, quod ne digni quidem sint, qui farre uescantur. Noni. Nefarij proprietatem lib. 1. de uita pop. Roman. Varro patefecit. A farre, quo scelerati uti non debeant. Asco. scribit Nefarium dici, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari. Alij malunt ad Fari uerbum referre: unde & Nefas, & Nefandus: ut Nefarium dicatur, quod adeo sceleratum, ut ne fari, quidem, id est nominare, debeamus.

NEFARIVS, a, um, [Maligno.] id est profigatus, perditus, nequus. Cic. pro Sylla. Voluntas nefarias, nec sanare potui, nec tollere. Facinus nefarium. Cæf. 7. Bel. Gal. Latrocinium nefarium. Cic. 3. Ver. Scripta nefaria, Catul.

NEFAS, [Sceleris à sceleraggine. Gal. Chose si meschante qu'olle n'est point à dire ne raconter. Hisp. Illicito por religion, de no de xir y menos de no hazer.] ἀθέτος, impium facinus, quasi non fas. Cic. ad Trebon. Mihi nefas sit obliuisci. Virgil. 4. Aen. Illa dolos, dirumque nefas in pectore uersat. Cic. de Am. Nefas sit tale aliquid & facere rogatum, & rogasse. Cic. de Sen. Videtis nefas esse dictu miseram fuisse talem lenecutem.

NEFASTVS, a, um, adiect. ut nefasti dies, ἀποράδες ημερας, quibus non licet ius fari. Oui. 1. Fast. Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur. Var. lib. 5. de lingua Latina: Vocantur dies nefasti, per quos dies nefas fari præterem, Do, Dico, Ad dico. Liu. li. 1. Nefastos fastosque dies fecit: quia aliquando, nihil cum populo agi, uerile futurum erat. Nefasti dies, inquit Festus, N, littera notabantur. Accipitur aliquando pro nefario. Cic. 2. de le. Quæ augur inuisa, nefasta, uisiosa, dira dixerit, irrita, insectaque sunt. Nefasta terra, pro iustausta. Liu. li. 6.

NEFRENDVS, y, es, dicuntur a Var. li. 2. ca. 4. porci, qui nondum fabam frondere possunt. i. frangere. Antiqui, teste Feito, Nefrendes, arietes dicebant, quod dentibus frondere non possent. Alij dicunt Nefrendes, infantes nondum frendentes. i. frangentes. Liu. Andronicus: Quem ego nefrendem alui. Sunt qui Nefrendes testiculos dici putent, quos Lanuini appellant Nebrundines, Græci νεφροῦς, Prænestini Nefrontes. Hæc Festus.

NEGABVNDVS, ē, d, uos, negans. Festus.

NEGATIO, [Negatione. Gal. Negation, niement ou deniement. Hisp. Negacion, obra de negar.] ἀποφασις, postposita negationi, non semper habet uim affirmandi, sed interdum magis negandi, ut cum altera pro uniuersali ponitur, & particulares sequuntur, hoc modo. Nullas accepi a te litteras, nec breues, nec prolixas. Vir. 3. Geo. Nulla neque amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Item una sola negatio postposita negationi negat, ita tamen ut sequens iungatur cū Quidem. Cic. Lent. Neq. erarent, ne aduerfarij quidē. In huiusmodi enim locutionibus subauditur semper pars aliqua prioris membri. ut cum dico. Non tibi hoc persuade ret, ne Deus quidem subauditur nominatiuus Aliquis, uel similis, hoc modo. Non tibi hoc persuadeat aliquis: deinde ad maius significatum subiungo, ne Deus quidem, cui omnino est credendum. Interdum etiam sine Quidem duæ negationes negant. præfertim si tertia subaudiatur. Ter. in Heaut. Agrum in his regionibus meliorem, neque pretij maioris nemo habet. Vbi subauditur prioris membri negatio. Hic enim est sensus: Agrum neque meliorem, neque maioris pretij, &c. Aliquando etiam duæ negationes inueniuntur.

inueniuntur positæ pro una. Var. de vita pop. Rom. a rege munerum eorum noluit nemo accipere. Si aut duobus uerbis aut expressis, aut intellectis addantur duæ negatiuæ, nõ dubium est, quin negentur. Nec me amas, nec mihi credis, Intellectis sic: Nec uirtuti studes, nec litteris. nam in posteriori intelligitur repeti uerbum Studes. Tres negationes pro una ponuntur. Ter. in And. Neque haud dicas tibi non prædictum.

NEGATIVVS, a, um, [*Chinega*,] ἀπντινάς, quod negat.

NEGITO, Plau. in Bacch. Vix quidem negito.

NEGLIGENTER, [*Negligentement*, Gal. *Negligement*, par mespris. Hi. *Negligentement*, con desuydo y menosprecio.] aduerb. ἀμελ. 5. Ter. in And. Ah tantam ne rem tam negligenter agere. Cic. in Or. Minuta non negligenter tractanda.

NEGLIGENTIA, æ, [*Negligentia*, Gal. *Negligence*, nouchalance. Hisp. *El desuydo*.] ἀμελ. 5, incuria, indiligentia. Cic. li. 2. Fam. Me nomine negligentia tibi suspectum esse doleo. Cic. Or. Quædam negligentia diligens. Ter. in Phor. Negligentia tua, neque id odio feci tuo, id est, quod te negligam.

NEGLECTVS, us, [*Disprezio*, Gal. *Mespris*, Hisp. *Menosprecio*.] ἀλεγορία, Ter. in Heau. Hæc res ne utiquam neglectum est mihi.

NEGILIGO, gis, p. c. glexi, ctum, [*Sprezzare*, Gal. *Negligere*, mespriser, ne tenir compte. Hisp. *Menospreciar*, no curar.] ἀλογέω, contemno, non curo, quasi ne legere quidem dignor. Cic. l. 14. Fa. Periculum capitis sui pro mea salute neglexit. Ter. in And. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.

NEGANTIA, æ, [*Negatione*.] negatio. Cic. in Top. Addunt coniunctio num negantiam, sic, non & hoc est, & illud. Negatus, a, um, particip. Ouid. 5. Meta. Cupimusq. negata. Horat. 3. Car. Virtus negata tentat iter uia.

NEGO, as, [*Negare*, Gal. *Nier*, Hisp. *Negar*.] ἀποποιέω, infitias eo. Cicero pro Mil. Negat intueri lucem fas esse eum, qui a se hominem occisum fateatur. Idem de Clar. Orat. A Næuio, si fateris, sumptisti multa; aut, si negas, surripuisti. Ter. in And. Non dubitat, quin te diciturum neges. Hinc Abnego, Denego, Pernego, perfecte & constanter nego.

NEGANS, tis, particip. Cic. in Top. Sunt ualde contraria, quæ appellantur Negantia: ut, Si hoc est, illud non est. Negatur impersonale. Cic. ad Att. Epist. 1. lib. 1.

NEGOTIALIS, πραγματος, ad negotium pertinens, ut, Constitutio negotialis. Cic. 1. de Inuent. Hæc constitutio partes duas uidetur habere iuridicalem, & negotialem.

NEGOTIOLVM, [*Facendetta*.] Cicero ad Quin. Fr. lib. 3. Erit uescio quid negotioli.

NEGOTIATOR, [*Negotiatore*, Gal. *Negotiateur*, marchand, trafiqueur, facteur. Hisp. *Negotiador*, mercadero.] ἐμπολαίος, præfectus negotiationi. Vnde Labeo: Negotiatores serui uidentur, qui præpositi sunt negotii exercendi causa, ueluti qui ad emendum, aut locandum & conducendum propositi sunt. Negotiator etiam simpliciter dicitur is, quem nos Mercatorem dicimus. Cicero libro 1. Epist. ad Q. Frat. Improbis negotiator, paulo cupidior publicanus. Mercis sordidæ negotiator. Quint. li. 1. cap. 12. Sicut etiam, Negotiationem pro mercatura posuit Colu. lib. 1. Hæc negotiatio curam uillicis auocat. Cic. C. 6. l. 6. Ut ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficere.

NEGOTIOR, tis, [*Negotiare*, trafficare. Gal. *Traffiquer*, negocier. Hisp. *Negotiar*, mercader.] πραγματος, negotia exerceo, & mercaturæ operam do. Cic. lib. 3. Offi. Cum le Syracusas otiaudi causa, non negotiandi contulisset. Idem Seru. Sulp. li. 13. Ep. Curius Patris negotiatur. Negotiari animas dixit Pli. lib. 19. ca. 1. pro accepto pretio homines interimere.

NEGOTIOSVS, a, um, [*Facendiere*, Gal. *Qui à beaucoup d'affaire*, Hisp. *Lleno de negocios*.] πραγματος, negotijs plenum. Sallust. Prudentissimus quisque maxime negotiosus erat. Res negotiosa, difficilis, in qua multum sit negotii. Cicero pro Mure. Habuisti provinciam Hosiensensem negotiosam, & molestam. Negotiosi dies, profesti, diebus sacris oppositi. Tac. li. 13. Oportere diuidi sacros, & negotiosos dies.

NEGOTIVM, cii, [*Affaire*, negocio. Gal. *Negoce*, affaire, charge, soing. Hisp. *El negocio*.] πραγμα, occupatio, munus, opus, a Nec, & Otium, quasi non otium, Cicero primo Offi. Peregrini officium est, nihil præter negotium suum agere. Negotium dare, est mandata dare, mandare, committere. Cæsar. libro 2. Comm. Dat negotium Senonibus, uti ea, quæ apud Belgas gerantur, cognoscant. Aliquando accipitur pro labore, & molestia. Cicero Cor. Consolabar me, quod in summum otium te ire arbitrabar, & ab impendens tibus magnis negotiis discedere. Idem Fabio: Plurimum in eo negotij habui. Terentius in Prolog. And. Id sibi negoti credidit solum dari. Quo in loco Negotium, teste Donato, accipitur pro cura, & molestia. Facefere negotium, est molestiam exhibere. Cicero Appio: Cum est allatum ad nos de temeritate eorum, qui tibi negotium facefere. Est mihi negotium, pro Habeo, quod

agim. Ter. in Adel. Mirabar, quid hic esset negotij tibi. Aliquando accipitur pro controversia: ut cum dicimus, Erit mihi tecum aliquid negotij. Cic. ad Att. l. 7. Video mihi cum homine audacissimo negotium esse. Cælius Cic. li. 8. Epist. Ut existimarent homines, Pompeio cum Cæsare esse negotium. Negotiū est, apud Plautum in Mil. Pro ita oportet, sic res postulat. Nullo negotio, pro facile. Cic. ad Att. libro 8. Iurabat, quod nullo negotio faceret, amicum mihi Cæsarem.

NELEDVS, ἐλεδης, patronym. a Neleo Pyli rege, patre Nestoris. Ouid. 12. Met. Bis sex Nelidæ fuimus.

NELEVS, νελεος, Neptuni filius ex Tyro Nympha, qui a Pelia fratre pulvis in Laconiam uenit. ubi Pylon urbem condidit, cuius rex fuit teste Homer. Odyss. 11. Huic uxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni regis filia, ex qua duodecim filios suscepit: quos postea omnes, præter unicum Nestorem, Hercules euerfa Pylon interfecit.

* **NEMAVSVS**, apud Strabonem libro quarto, ciuitas est Narbonensis Galliarum.

NEMEA, æ, uel Nemeæ, es, pænul. cor. νεμεν, filia Achæ inter Cleonas, & Phliuntem, ubi in honorem Herculis, qui in ea filia Leonem occiderat, sacra quædam certamina celebrari consueuerunt, Nemeæ dicta. uide Certamen. Hoc etiam nomine dicta est tota regio filiaë uicina. Martia. lib. 1. Non Marathon taurum Nemeæ, frondosa leonem.

NEMAEVS, nemæa, nemæuus, ex Nemea filia. Ouidius in Epistola Deia. ad Herculem. Nemepe sub his animam pestis Nemæa lacertis Edidit.

NEMESIS, pæ. co. νεμεσις, nomen cuiusdam deæ, quæ facinorosos, & delinquentes punire putabatur, ut ex Catullo, & Aufonio licet intellegere. Ea quoque Rhamnusia dicitur, quod in Rhamnunte Afix opido templum & simulacrum Phidiacum habuerit. Insuper eadem fertur remuneratrix benefactorum. unde apud Stat. lib. 13. est dea, quam Nemesim dicunt, dea magna, potensque, Quæ bona cælestium concessu cuncta deorum Possidet. Hanc qui eam fortunam dixerunt, cui primus Adrastus rex templum ædificauit. Vnde & Adrastia, ἀδραστια, cognominatur. Romani quoque huic deæ templa dicauerunt.

* **NEMETOBRYGA**, Ptolemæo libro secundo, Hispaniæ Tarracensis urbs.

* **NEMETES**, Germaniæ populi. Pli.

* **NEMINIA**, fons in agro Reatino. Plinius libro secundo, capitulo 103.

NEMO, is, g. co. [*Nessuno*, nismo. Gal. *Nul homme ou nulle femme*, nulley. Hi. *Ninguno*.] ἀδεις, a Ne, & homo. nam de folis dicitur hominibus. Terent. in Eu. Nemo est, quem ego magis nunc cuperem uidere, quam te. Nemo homo, pro nemo omnino. Cic. li. 13. Fam. Hominem neminem pluris facio. Nemo hominum pro nemo omnium. Ter. in Eu. Ego formidolosus? nemo est hominum qui uiuat, minus. Non nemo. i. aliqui, nonnulli. Cic. pro lege Man. Cum esset non nemo in senatu, qui diceret, non oportere. Nemo etiam non numquam de feminis dicitur. Terent. in And. Hoc scio neminem peperisse hic.

NEMPE, [*Certamente*, Gal. *Certes*, certainement. Hisp. *Ciertamente*.] νεμπε, aduerbium confirmantis, quod aliquando cum interrogatione ponitur, aliquando sine. Cic. pro Ligar. Apud quem hæc dico? nempe apud eum & c. Idem pro Mil. Quid ergo tulit Pompeius? nempe ut quæreretur. Plaut. in Men. Nemppe iubes? M. Inbeo hercle uero. Sine interrogatione posuit Ter. in And. Nemppe hoc sic esse dicitur opinor patrem.

NEMVS, nemoris, pæn. corr. neut. gen. [*Bosco*, selua. Gal. *Bois*, forest. Hisp. *Bosque*, sylua, moheda.] νέμος, filia uoluptatis causa comparata, plena amœnitatis, ἀπο τὸ νέμειν, id est, a pascendo, siue, quod nemoris glandibus olim homines uictitarent, siue quod in eo greges, atque armenta depasci soleant. Nemora (inquit Festus) significant siluas amœnas. Vir. 6. Aen. Interea uidet Aeneas in ualle reducta Seclisum nemus. Hor. 1. Car. Me gelidum nemus Nympharumque leues cum Satyris chori Secernunt populo. Cic. de Di. Multos nemora commouent.

NEMOROSVS, orosa, orosum, ἀδεις, nemoribus abundans. Virgilius 3. Aeneid.

NEMORENSIS, se, ex nemore, in nemore natum. Col. li. 9. c. 4. Ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorensis.

NEMORIVAGVS, a, um, quod in nemore uagatur. Cat. de Bercynthia: Vbi cerua siluicultrix, ubi aper nemoriuagus. Nemus etiam, ut ait Sipontinus, appellabatur lucus quidam haud longe ab Aricia, in quo latus est, quod Speculū Dianæ dicitur. Inde Nemorensis rex dicebatur qui Dianæ Aricinae sacrificijs præerat. Suet. in Cal.

NEMORALIS, adiect. unde Aricia Nemoralis dicitur. Marti. lib. 13. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos. Nemorale templum, nemori Aricino uicinum. Ouidius 1. de Arte: Templum nemorale Dianæ.

NEO, NES,

NEO, nes, neu, netum, [*Filare. Gal. Filer. Hisp. Hilar.*] νῆος, filium tor-
queo: estq. proprium mulierum. Iust. li. 1. Inuenit eum inter scor-
torum greges purpuram colorem. Plin. lib. 3. ca. 3. Netur, ut
rexitur. Hinc Perneo.

***NEOBYLE**, Lycambis filia, Archilochi poetæ promissa.

***NEOCÆSARIA**, vrbs Cappadociæ. Plin.

***NEOCLES**, philosophus Atheniensis. Epicuri frater. Suid.

***NEODONVM**, Gallix Lugdunensis ciuitas. Ptol.

NEOPTOLEMVS, Neoptolemi, νεοπτόλεμος, Pyrrhi, Achillis filij,
cognomen, quod adolescentulus primum tirocinium in bello
posuerit Troiano. Græcis enim νεοπτόλεμος, nouum militem
significat.

NEPA, x, [*Scorpione. Gal. Vn scorpion. Hisp. Fscorpion. d' el alaer an.*] οὐκ-
πιος, animal uenenatum, cauda feriens, alio nomine Scorpius. Ci-
ce. li. 3. de Fi. Cornibus uti uideas boues, nepas aculeis, suam cui-
que naturam esse ad uiuendum ducem. Manil. lib. 2. Pietate ad si-
dera ductam Erigonem, istaque nepam, spolioque leonem. Fest.
Nepa Afrorum lingua fidis, quod Cancer appellatur: uel, ut qui-
dam uolunt, Scorpius.

NEPENTHES, νηπενθές, neut. gene. herbæ genus, quæ uino iniecta
animi hilaritatem inducit: unde a quibusdam eadem esse puta-
tur cum bugloss, quæ eundem habet effectum. huic herbæ no-
men factum creditur a νηπ priuata particula, & πένθος, luctus. A lin.
lib. 2. i. cap. 21.

NEPETA, νεπέτος, Suid. ciuitas Etruriæ, quæ Plinio Nepet, & uulgo
Nepa dicitur, a qua Nepesini, νεπεσίνες, Silius: Hos iuxta Nepe
sina cohors. Nepeta etiam nomen herbæ, quam Dioscorides se-
cundam calaminthæ speciem facit, Pulegium uocant agreste. Plin.
li. 20. c. 14. & Col. li. 3. c. 7.

***NEPHELE**, Ahamantis uxor, & Phrixi, & Helles mater. Oui.

NEPOS, potis, Νηποτε. Gal. Nepen. Hisp. Nieto.] ἔγγονος, qui ex filio,
filiae uel natus est, teste Festo. Cic. pro Deio. Crudelis Castor, qui
nepos auum in discrimen capitis adduxerit. Quandoque nepotes
posterius uocantur. Virgilius 6. Aeneid. Forte recepsabat numerum
carosque nepotes. Per translationem Nepotes dicuntur te-
nellæ uitium fruticationes, quæ postremo loco exoriuntur:
dictæ, quod ad successionem ueterum palmitum, ueluti nepotes
in maiorum suorum locum, succrescant. Colum. lib. 4. cap. 6. Ex eo
loco, unde nepotem ademeris, confestim alterum fundit: Nepos
etiam dicitur de mulis. Idem lib. 6. cap. 37. Nepotibus quam filijs
utilior est. Item Nepotes appellantur consumptores, a Nepa. i.
Scorpione, qui (ut Plin. inquit lib. 11. c. 25.) deuorat omnes filios
suos, uno excepto: siue, quod non aliter his rei suæ familiaris cura
sit, quam ijs, quibus pater & auus uiuunt. Hor. 2. Ser. Vincit enim
stultos ratio inlanire nepotes. Cicero de lege Agra. Ut in rebus
suis, ita in Rep. luxuriosus nepos. Nepotulus dem. Plaut. in Mil. Ve-
nerium nepotulum.

NEPOTENS, tina, tinum, [*Smoderato.*] luxuriosus, immoderatus.
Sueto. in Cal. Nepotinis sumptibus omnium prodigorum inge-
nia superauit.

NEPOTOR, [*Viueri prodigamente. Gal. Viure ou faire prodigament. His-
spa. Luxuriar. glotonear.*] ἐκλογασαίνω, & prodige uiuo.
Seneca de benefi. li. i. c. 15. Veto liberalitatem nepotari, id est in
prodigalitate uerti. Tertul. in Apol. Aristippus in purpura nepo-
tatur. Hinc nepotatus, rus, uoracitas, & uitæ luxuries. Afran. Scur-
rilitate ac nepotatu nobilis.

NEPTIS, huius neptis, [Neπτις, nepote. Gall. Niepse. Hi. Nieta.] ἑγγόνων,
quæ ex filio, filiae uel nata est, a nepos. Cic. de Clar. Or. Filias eius
Mucias, & nepotes Licinias.

NEPTVNALIA, νεπεσῶν, Neptuni sacra, quæ & Salatia a Salo-
dicuntur.

NEPTVNIVS. Cic. in Ara. Neptunia prata secantes, & Neptunia pi-
strix. ad Heren.

NEPTVNVS, νεπεσῶν, Saturni, & Opis filius, maris Deus: dictus
est a nando, mutatis litteris primis: (ut inquit Cl. li. 2. de Na. De.)
uel, ut Varroni placet, a nubendo, hoc est, tegendo, quod ut cæ-
lum nubes, ita mare terras tegat. Dicit enim Varro: Neptunus est
Deus maris, uel ipsam mare, quod terras nubat, id est cooperiat.
Neptunum autem, ut est in fabulis, mater abscondit, ne a patre de-
uoraretur, ei que postea expulso Saturno, aque in sortem cecide-
runt, ut supra de Ioue dictum est. uxorem habuit Amphitritem, ex
qua plurimas nymphas suscepit. tridentem habet pro sceptro.

NEPTVNINE, es, patrony. est femina. a Neptunus. Catul. in Argo. Te
ne Thetis genuit pulcherrima Neptunine.

NEQA, [*Che non per qualche luogo, che non per qualche ragione.*] μήτηρ,
aduerbium, ne per aliquem locum, ne aliqua ratione. Vir. i. Aen.
Nequa scire dolos, medijsue occurrere possit. Est & Nequa com-
positum a Ne. & Quis, quæ, quod, pro ne aliqua. Cic. in Ver. act. 1.
Ne qua deductio fieret, testatus erat.

NEQVÀLIA, sunt detrimenta. Festus.

NEQVAM, [*Homo da niente inuisile. Gall. V autneant, meschant. Hispan.*

Hombre de poca estima.] ἀνευρος, ἀνευρος, nomen indeclinabile, pro
quo ueteres significabant hominem nullius pretij. Varro nequam
ex ne & quidquam, media syllaba extrita. componi offendit li. 4.
de lingua Latina: Quidam a Nequeo, quod nihil queat. Caper do-
cet nequam significare non malum, sed inutile: quod uel ex eo ap-
paret, quod Cic. 2. de Orat. seruo nequam opponit seruum frugi.
Iisdem (inquit) uerbis & laudare frugi seruum prosumus, & si
est nequam iocari. Aliquando Nequam accipitur pro laetitia, libi-
dinoso. Cic. 2. Phil. O hominem nequam: (nihil enim post in ma-
gis proprie dicere) Item pro Deiot. Non modo nequam, & im-
probis, sed & fatuus, & amens es. Pro nequam uita posuit Pla in Pœ.
Dicat locum sibi uelle liberum præberet; Vbi nequam faciat
clam. A Nequam sit nequior, & nequissimus. Col. li. 11. cap. 1. Vel
nequissimi hominis custodia.

NEQVANDO, [*Che non ha qualche tempo. Gall. Affin que quelque fois en
quelque temps ne. Hisp. En ningún tiempo*] μήποτε, ne ullo tempore.
Cicero ad Att. libro 10. Eas epistolas concerpito, nequando
quid emanet.

NEQVAVAM, [*Per niente, à niun modo. Gall. Nullement, en nulle façon.
Hisp. En ninguna manera.*] μήποτε, aduerbium negandi. Cicero
in Catone: Est istud quidem Læli aliquid, sed nequaquam in illo
sunt omnia.

NEQVE, uide Nec.

NEQVEO, nequis. Cicero de Orat. Quæ sanare nequeunt, ex-
ulcerant.

NEQVIDEM. Cic. pro Deio. Deiotarus numquam succumbet ini-
micis, ne fortunæ quidem.

NEQVIDQVAM, [*Non inuano. Gal. Non, pour neant. Hisp. No.*] ?x, aduerb.
non. Vir. i. Ge. Nequidquam pinguis palea teretaria cilmos. Sed
hoc rarius: frequenter pro frustra. Cic. pro Quin. Et sero, & ne-
quidquam pudet.

NEQVID NIMIS, αὐδὲν, ἄγαν, sententia peruulgata, ut seruetur
modus. Ter. in And. Id arbitror apprime in uita utile, ut ne-
quid nimis.

NEQVINVM, Vmbriæ opidum, teste Plin. lib. 3. cap. 14. nunc Narnia.
A quo Nequinate.

NEQVINVT, [*Non possono.*] pro nequeunt, ueteres dixere. Fest.

NEQVITER, [*Maluamente. Gal. Mefchamment. Hisp. Mala y luxurio-
samente.*] ἐκλάσας, a nequam luxuriose prodigaliter. Cicero 3.
Tufcu. Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiat. Idem de
Finib. 2. Ille male, prauè, nequiter, turpiter cenabat. contrarium
est Frugaliter.

NEQVITIA, x, [*Maluagiti. Gal. Mefchanceté. Hisp. Maldad.*] ἀρεσότης,
nium est, quod cetera omnia complectitur. est enim frugalitati
opposita, quæ omnes in se continet uirtutes. Cic. 3. Tuf. Frugalita-
ri uideretur esse proprium, motus animi appetentis regere, & se-
dare, semperque aduersantem libidini moderatam in omni re ser-
uare constantiam. cui contrarium uitiu nequitia dicitur. frugali-
tas ut opinor, a fruge, qua nihil melius e terra oritur: nequitia
ab eo, quod nequidquam est in tali homine: ex quo nihil item di-
citur. Sæpe tamen nequitia pro luxu uitæ prodigo, atque effuso
accipitur. Vnde Africanus (referente Gelho) scripsit, probra, fla-
gitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus esse, malitia, & ne-
quitia. ubi nequitiam intelligi uult luxum uitæ prodigum, & effu-
sionem immodicam pecuniarum. Nequitia, inquit Doratus, prop-
rie libidiosa inertia dicta est, quod nihil queat, nullique rei ap-
ta sit. Ter. in Adel. Si potest, etiam cum ad nequitiam adducere.
Cic. pro Rosc. Ame. Officina nequitiæ, & diuersorium flagitiorum
omnium domus eius. Ouid. 1. Fast. Nequitia est, quæ te non sinit
esse senem. Cic. in Ver. Ex mulierum morsu uestigia libidinis. at-
que nequitia. Vide Gellium libro 7. ca. pitulo undecimo: Nequi-
ties, ei. Horat. 2. Serm. Sat. 2. Illam aut nequities, aut uasri inci-
tia iuris.

***NERABVS**, bi, Syriæ opidum. Steph.

NEREIDES, παρ corre. in ἠείας, maris nymphae, Nerei, & Doridis
filix humanam effigiem habentes, quarum nomina sunt Nelaæ,
& Cymothoe, & alia, quæ uide apud Hesiodum in Theogonia:
Nominatiuus singularis est Nereis παρ. indifferente Ouidius 13.
Meram. Nereis his contra. Idem 11. Meram. Sed memor ad-
miris Nereida colligit orbam. Cic. in Arat. Hanc illi tribuunt po-
nam Nereides almae.

***NERESSVS**, opidum est in Cea insula.

NEREVS, νηρῆς, Deus maris est, (ut docet Hesiod. in Theogonia) o-
ceani & Tethyos filius, qui ex Doride uxore, eademque sorore
maximam Nympharum turbam suscepit, quæ a nomine patris
Nereides appellantur. hunc Orpheus in Argo Deorum a ritiquif-
simum appellat. unde & grandæuus a Virgil. dicitur 4. Georg.
Figurate accipitur pro mari. Persius Sat. 1. Cæuleum di mebat
Nerea d. Iphin.

NERIO, enis, uel Neriene, es, & apud antiquos Neræ, νηριων, Mar-
tis uxor. Plaut. in Tru. Mars salutat Nerienem uxorem suam uide
Gell.

- Gellius libro 13. capitu. 21.
- NERIS**, dis, *νηϊς*, opidum Peloponnesi, in agro Messenico. Steph. Est idem Neris Dios. nardi montani genus.
- NERITAE**, *νηριται*, ex concharum genere, quæ per maria nauigant, præbentes concavum sibi partem, alteram flanti auri, instar uelii, opponentes. Pli. li. 9. c. 33.
- NERITVS**, *νηρις*, p. c. *νηριτος*, inons in Itacha insula: cuius meminerunt Strab. lib. 10. Pli. li. 4. ca. 12. Est item Neritus, siue (ut apud Plin. legitur) Neritis pænisula Acarnaniæ adhærens, alio nomine Leucadia appellata, opere accolarum olim a continenti abscissa, denuoque reddita uentorum flatu congeriem arenæ accumulanti. Vir. 3. Aen. Et Neritos ardua laxis. Neritus item, siue Neritum, neutri generis pænisulæ huius opidum est, quod recentiores Leucadem appellarunt. Pli. li. 4. c. 4.
- NERIVM**, *νηριον*, frutex est, folijs amygdalæ, sed maioribus, & pinguioribus. Rhododaphne alias dicitur, quod florem rosæ, folium Lauro simile habeat. Vulgo in officinis dicitur Oleander. Plin. lib. 24. cap. 11.
- NERO**, *νηρος*, teste Gell. lib. 12. cap. 21. verbum Sabinum est, quo significatur fortitudo. Itaque ex Claudijs, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia fortitudine, Nero appellatus. Sabini id nomen a Græcis accepisse uidentur, qui uincula membrorum *νηρος*, dicunt, nostri neruos. Ex hac familia fuit ille Nero, qui Hadrubalem Hannibali fratri suppeticas ferentem iunctis cum Liuijo collega copijs superauit. Fuit item cognomen sexti Romanorum Imperatoris omnium crudelissimæ.
- NERUIAE**, [Corde de stromenti. Gal. Cordes d'instrumens de musique. Hi. Cuerdas de neruio en la musica.] *νηριαι*, ab antiquis dictæ fides, siue chordæ musicorum instrumentorum. Varr. in Sat. quæ *νηρος* *νηριαι* *νηριαι*, inscribitur. In psalterio tendamus Neruias. & est Neruium neutr. gene. Varr. ibidem: Quæ eius Neruia tractare solebat. Nonius,
- NERVICVS**, *νηριος*, [Che patisce infermità di nerui. Gal. Qui a douleur de nerfs, qui a les nerfs debilitieux. Hi. El que padece el mal de los niervos.] *νηριος*, qui neruis laborat. Vitruuius li. 4. Aquæ neruicos & podagricos efficiunt. Neruicos tamen legamus, sit enim a *νηρος*, quæ uox neruum sonat.
- * **NERVII**, populi inter Belgas, Atrebaribus uicini. ad Scaldem flumen. Cæsar. 2. Bell. Gall. & 5.
- * **NERVLANI**, populi in Latio, iuxta Roman. Plin.
- * **NERVLVM**, opidum in Lucanis. Liu. li. 9.
- NERVOSE**, [Valorosamente.] pro audacter, ualide. Plan. ad Cic. li. 10. Ut uigilanter neruoseq. nos, qui stamus in acie, subornes. Cic. de Or. Dicitur non peripateticorum more, sed aliquanto neruosijs. Neruostas apud Pli. li. 19. c. 1.
- NERVOSVS**, *νηριος*, [Neruofo, nerbuto. Gal. Nerueux, plein de nerfs. Hisp. Cosa de muchos niervos.] *νηριος*, quod multos habet neruos. Plin. li. 11. ca. 37. Ideo nulla est ei caro, sed neruosa exsilitas. Per translationem Neruosus dicitur fortis, & uehemens, eo quod omne robur in neruis consistat. Sic Neruosus orator dicitur, qui magnam uim & efficaciam sermonis habet. Cic. de Cla. Or. Quis Aristotele neruosior?
- NERVLVS**, deminut. Cic. libro 10. ad Attic. Si neruulos tuos adhibueris,
- NERVVS**, *νηριος*, [Neruo. Gal. Nerf. Hisp. Nier.] *νηριος*, prima sunt in corpore animalis sensus motuque instrumenta, a cerebro & spinali medulla orta, totius corporis membris, mouendi sentiendique uim conferentia. Cic. 2. de Nat. Deo. Nec enim dii uenis, neruis, & ossibus continentur. Ponitur quandoque pro uiribus, in neruis enim robur existit. Horat. 2. Sermon. Saty. 11. Sine neruis altera quid quid composuit, pars esse putat. Terent. in Eunu. Digna adeo te res est, ubi tu neruos intendas tuos. Hoc est, ubi uniuersas ingenij tui uires expromas. sic & neruos contendere est, totis uiribus conari. Cicero 2. Ver. Magnum fortasse onus, uerum tamen dignum in quo omnes neruos ætatis, industriæque meæ contenderem. Accipitur etiam Neruus pro chorda arcus. Virgilius 5. Aeneid. Primaque per cælum, neruo stridente, f. gitta Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras. In neruum ire, prouerbiale est, ductum a sagittarijs, qui nimium contendendo arcum, aut arcus ipsum neruū, hoc est, chordam rumpunt, aut neruum sibi aliquem lædunt. Terent. in Phor. Nostra causa scilicet, in Neruum potius ibit, id est, decipiet, ait Donatus: Neruos reip. Cic. pro lege Man. appellat milites, classes, & uestigalia, quod in his consistat omnis reip. firmitas. Neruus etiam uinculi genus est, quo pedes, aut ceruices impediuntur. Ex quo illud Catonis: Fures priuatorum furtorum in neruo, atque in compedibus ætatem agunt, fures publici, in auro, atque in purpura. Plaut. in Aul. Neruos, catenas, numellas, pedicas, boias. Terent. In neruum potius ibit. Item Nerui dicuntur chordæ citharæ. Cic. 1. Tuscu. Summani eruditionem Græci sitam censabant in neruorum uocumque cantibus. Propert. Hæc carmina neruis aptat. Est & Neruus mēbrū uirile, Iuue.
- Mensura incognita nerui,
- NE SCIO**, *νησκειν*, [Non sapere. Gal. Ne scire, ignorer. Hisp. No saber.] *νησκειν*, ignoro, non cognosco: ex Ne, & Scio. Cic. 1. de Or. Nemo in eo, quod nesciat, dulcius esse potest. Terent. in Eunu. Tu si scis, quod scis, nescis. Donatus admonet esse prouerbium, Quod scis, nescis, sumptum a dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam serupi proponi solent, Facio & non facio; Sum amicus, & non sum amicus, Audio, & non audio. Hoc autem prouerbio summa taciturnitas significatur: dum quis, quod scit, perinde continet, quasi nesciat. Simile est in Hæcat. Tu nescis, quod scis, Dromo si sapiens. Nescio quid, dicimus, quoties rem aliquam nobis ignotam uolumus significare. Cic. pro Quintio: Posteaquam nescio quid impendit, mediocri quæstu contentus esse non poterat. Nescio quis. Cic. de Am. Si quis asperitate ea est, ut hominum congressus fugiat: qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus. Nescio quo modo. Cicero de Amic. Serpit nescio quo modo per omnem uitam amicitia: Nescio quo pacto. Idem de Amic. Nescire Latine. Idem de Clar. Orat. Nescitur, impersonale. Cicero de Act. libro 7. Vtrum consistere uspiam uelit, an mare transire, nescitur.
- NE SCIVS**, *νησκιος*, [Ignorante, che non sa. Gal. Qui ne fait ou ne cognoist point, ignorant. Hisp. No sabidor.] *νησκιος*, qui aliquid nescit. Cic. Fam. 5. ad Luceum: Neque eram nescius, quantis oneribus premerere. Idem pro Deiot. Iratum te regi Deiotaro fuisse, non erant nescij. Virgilius 1. Aeneid. Nescia mens hominum fati sortisque futuræ. Interdum passiuè accipitur pro ignoto, siue incognito. Plaut. in Rud. In locis nescijs. Nescia spe sumus. i. in locis incognitis, & incerta spe.
- * **NESEI**, populi Indiæ, Oceano proximi. Plinius libro sexto, capitulo 20.
- NESTVM**, *νηστιον*, insula in Campano litore inter Paustlypum & Puteolos, alio nomine Nesis, *νησις*, Luca. Tali spiramine Nesis. Obliquos producit. Papin. Siluaque, quæ fixam pelago Nefide coronat. Item Artius Eclog. 1. Piscosamque lego celeri Nefida phaselo.
- NESEVS**, *νησιος*, p. p. Ouid. in Epist. Deianiræ, Illita Nefeo mihi tibi texta ueneno.
- NESSOTROPHION**, p. pr. *νησοτροφειον*, locus ubi anates clausæ aluntur. Colum. libro 8. capitulo 15. Media parte nessotrophij lacus defoditur.
- * **NESSVS**, Centauri nomen, Ixionis & Nubis filij: qui ab Hercule Sagitta confixus est.
- NESTOR**, *νηστωρ*, filius Nelei, & Chloridis, teste Home. lib. Odyss. 11. qui adhuc adolescens bellum gessit, aduersum Epeos Peloponnesi populos: deinde cum Pirithoi nuptijs interesset aduersus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, strenue pugnauit. Postremo, iam senior, ut idem Hom. in 2. Iliad. scribit, cum reliquis Græcis principibus ad Troiam uenit, cum iam tertiam hominis ætatem uiueret: uel (ut ipse dicit apud Ouid. 12. Met.) cum 300. annum ageret: ubi tantam Græcorum rebus profuit, ut Agamemnon profiteri non dubitaret, breui se Ilium fuisse expugnaturum, si de cem sibi contigissent Nestores. nam præter summam prudentiã, ætatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquentia excelluit, ut ex eius ore melle dulcior fluere diceretur oratio. Hinc Nestorides, patro. Nestorius possessi.
- * **NESTVS**, *νησιος*, Thraciæ fluuius, in Hæmo monte nascens. Plin. lib. 4. capitulo 11.
- NEV**, [Che non.] *νητε*, pro Neue, abiecta ultima littera per apocopē. Vir. 2. Aen. Neu recipi portis, aut duci in mœnia possit. Cæsar lib. 1. Bel. Ciu. Flens milites appellat, neu se, neu Pompeium absentē aduersarijs tradant, obsecrat.
- NEVE**, [Onero, che non.] *νητε*, Ne aut: & interdum pro neque. Cic. Pe to a te. ne id a me, neue in hoc reo, neue in alijs quæras. Idem in Orat. Neue uastius syllabæ deducantur.
- NEVOLO**, *νησκειν*, neult, [Non uolere.] quasi non uolo. Plautus in Trin. Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu neuis.
- NEVRIS**, *νηρις*, herba, quam alij solanum, alij uescariam appellant. Dioscorides libro quarto, capitulo 74. & 75. & Hermolaus in eundem.
- * **NEVRI**, *νηριος*, populi Scythiæ Europææ, ad Borysthenem. Plin. lib. 4. cap. 12.
- NEVROATE**, pænultima correpta, *νηροαται*, qui ambulant super funes nerueos. Iulius Firmic. libro 7. Mathefeos erunt funambuli, neurobatæ.
- NEVROIDES**, *νηροειδης*, species siluestris laetucæ, alio nomine Limonium, multo minoribus folijs, quam Beta satiuæ. Plinius libro 20. capit. 8.
- NEVTER**, neutra, neutrum, [Ne l'uno, ne l'altro. Gal. Ne l'un ne l'autre. Hisp. Ni uno ni otro de dos.] *νησκειν*, in genitiuo Neutrius: olim etiam Neutri, Neutræ, ut Nullus, Solus & familia. Est autem

autem neuter Vtrique contrarium, significatque nec hic, nec ille. Cicerone Attic. Effeci ut neutri illorum quisquam esset me charior.

NEVTIQVAM, [Per niente, à niun modo. Gall. Nullement, en nulle maniere. Hisp. En ninguna manera.] μὴδὲ μὴδὲ, nullo modo. Ter. in Hec. Visum est Pamphilo neutiquam graue. Cic. At. Cui te socium ne utiquam puto esse oportere.

NEVTRALIS, & hoc rale, Neutralia uerba, quæ neque agunt aliquid, neque patiuntur, ut Sto. laceo. Sunt alia neutralia ab usu dicta, quæ habent actionem, sed passionem nullam: ut, Certo, habet actionem, sed non dicimus Certo. Alia quæ patiuntur, sed nõ agunt, ut Vapulo, Pendeo. Quinc. lib. 1. c. 4. Quæ feminea positione mares, neutrali feminas significant.

NEVTRO, [Ne l'uno, ne l'altro luogo. Gal. Ne uers un costé ne uers l'autre. Hisp. Ni à una parte, ni à otra.] μὴδὲ τίνος, aduerbium, nec ad unam partem, nec ad aliam. Lilius quincto: Neutro inclinata spe torpebat.

NEVTROBI, idem quod Neutro, sed neutrobi, in loco neutro, ad locum. Plau. in Au. Neutrobi habeam stabile stabulum.

NEX, necis, [Morte. Gal. Mort. Hisp. La muerte violenta.] νόσος, mors, quæ ferro fit, aut alia in Neci datus dicitur, qui quouis modo interfectus est. quamuis Festus Neci datum intelligi uelit, qui sine uulnere interfectus est, ut ueneno, aut fame. Auson. in Monosyllabis: Sera uenenato potu abstulit Hannibalem nex. Cic. pro Mil. Latroni, quæ potest afferri iniusta nex? In necem alterius aliquid facere, id est, in damnum & fortunarum euerfionem. Vlpian. de crim. stellionatus. Si quis imposturam fecerit in necem alterius. Cæf. Bell. Gall. Viri in uxores uitæ, necisq. habent potestatem. Artifices necis, qui nouum aliquot necis genus comminiscuntur. Quid. 1. de Arte: Neque enim lex iustior ulla est, quam necis artifices arte perire sua. Necem a Græco dici certum est, inquit Festus: νεκρῶν, enim mortuorum dicunt Græci.

NEXILIS, & hoc le, p. c. [Obse si aggroppa.] πλεκτόν, quod necitur. Lucr. l. 5. Nexilis ante fuit uestis, quam textile tegmen. Qui. 6. Met. Ultima pars telæ tenui circumdata limbo Nexilibus flores hederis habet intertextos. Coronis nexilibus redimita turba, Seneca Agam. Thorax nexilis, Stat. 4. Theb.

NEXO, as, & nexis, nexui, nexum, [Aggroppare.] προσαναπλέω, secundum Priscia. frequenta. a Necto. Virg. lib. 5. Nexantem nodis, seque in sua membra plicantem. Lucan. 2. Breuibus spatijs nexantur ab ictu.

NEXVS, nexa, nexum, partic. [Aggroppato.] εἰμένος, Vir. lib. 5. Vincula linea rupit, Quis innexa pedem malo pendeat ab alto. Cic. Tusculan. 3. Omnes uirtutes inter se nexæ, & iugatæ sunt. Nexi item dicebantur, qui cum soluendo non essent, corpus creditori obligauerant. Lilius lib. 8.

NEXVS, us, uel Nexum, xi, obligatio dicitur, qua corpus etiam, ut pi gnus efficitur, νεός, Cic. Curio. Cuius quando proprium te esse scribis mancipio, & nexu. Idem pro Mur. Is periculum iudicij p̄stare debet, qui se nexu obligauit. Hinc Inire nexum, pro lege nexus addici. Liu. lib. 7. Et si uincario fenore facto leuata usura erat: sorte ipsa obruebantur inopes, & nexumq. inibant. i. uincendi dabantur creditoribus. Nexu solutus, qui cum additus esset, creditori postea ære alieno dissoluto neci desijt. Idem l. 2. Nexi, uincti, solutiq. se undique in publicum proriperunt. nam (ut ex plerisq. Liu. locis colligi potest) mos erat Romæ, ut qui soluendo non fuissent, addicerentur feneratori, cui seruirent, quoad debitum persoluerent. Et hi Nexi appellabantur, ducebanturq. in ergastula. Varro: Nexi sunt liberi homines, qui operas suas in seruitute pro pecunia, quam debebant, domino præstabant.

N A N T E I

NI, [Senon. Cal. Si non, si ne. Hisp. Si nõ.] ἐν, pro nisi, per apocopen. i. si non, subiunctiuo iungitur. Teren. in Phorm. Ni hæc ita essent, cu in illo haud stares. Quandoque indicatio. Ter. in And. Mirum ni domi est. Vbi sciendum, quod Ni, Nisi, Quam, & Præterquam semper reperunt eisdem casus, qui præcesserunt: ut, Quid est animal, nisi (ὅτι μὴ,) corpus cum anima concretum? Quid aliud queris, quam uoluptatem? Nulli placet, præterquam mihi. Præter uero semper exigit accusatiuum: ut, Nulli placet, præter me. Pontic. interdum Ni, pro Ne. Vir. 3. Ae. Inter utratque uiam lethi discrimine paruo Ni teneant cursus: ubi uide Seruium. Plau. Ni stulta sis. Hæc particula nonnumquam usurpatur in sponfionibus. Cic. in Verr. Act. 4. Sponfio facta cum Arnonio de fortunis tuis omnibus, ni socium te sibi in decumis dicit. Idem Rabiarius Apronium sponfione lacessiuit, ni Apronius dicit te sibi in decumis esse socium. Interdum ponitur pro Sed. Cic. l. 1. 3. Fam. De re nihil possim iudicare: nisi illud mihi persuadeo te talem uirum nihil temere fecisse. Et alibi.

***NICATORIS**, Syriæ opidum, a Seleuco Nicatore conditore appellatum. Steph.

NICEAS, siue potius Nicæa per diphthongum (νίγαι, Stephano, &

Suidæ) multarum urbium nomen est, quarum una est Gallia, non procul a Varo fluuio, a Massiliensibus condita: altera Asiæ & Bithyniæ metropoli, quam primus Antigonus Philippi filius condidit, & Antigonam nominauit. Postea Lyfimachus a nomine uxoris Antipatri filia, Niceam appellauit. Habuit quattuor portas ad rectos angulos: quæ ex uno lapide, qui circa medium gymnasium positus erat, omnes cernebantur. Tertiam huius nominis urbem Stephanus apud Locros Epicnemidios constituit: quartam in Illyridæ: quintam in India: sextam in Corsica insula: septimam in Leuctris Bœotia: octauam in Thracia.

NICEÆRIA, Βικηθηρία, præmia relata ex uictoria, ut torques. Iuuen. Sat. 3. Fert niceteria collo. νικῶν, uinco. Niceteria, præterea sacrificia, & publica conuiuia, quæ uictores facere solent. Budæ. in Pandec.

NICOMACHVS, π. c. νικόμαχος, nomen patris Arist. Philosophi. Nicomachos quinque tradit Suidas. Primum ex Alexandria Troas Poetam tragicum, qui scripsit tragædias undecim. Secundum Atheniensem, item tragicum, qui uicit Euripidem & Theognim. Nicomachum item medicum, Machaonis filium, Aesculapij nepotem, qui scripsit de medicina libros sex, & in philosophia uinum. Reliquos duos, patrem & filium Arittotelis ponit, ambos medicos: quorum filius scripsit commentarios in Physica patris. Sextum Nicomachum pictorem, qui pinxit raptum Proserpinae, addit Plin. lib. 35. c. 2.

***NICOMEDES**, Bithyniæ rex, populi R. socius, & amicus. is in adolescentia, male audiuit, quod turpi obsequio Cæsarem sibi conciliaflet.

***NICOMEDIA**, Bithyniæ ciuitas.

***NICONIA**, Ponti urbs, ad Istru flu. ostia. Steph. & Strab.

***NICOPHANES**, nomen pictoris. Plin. lib. 35. c. 10.

***NICOPOLIS**, ciuitas Epiri. & item alia, in Bithynia.

NICTATIO, [Cenno. Gal. Clignement des yeux. Hisp. Obrar de haizer de dar señal con los ojos.] βῆσις, oculorum conclusio, & apertio. Plin. lib. 11. cap. 37.

NICTO, is, [Osmare. Gal. Taper, urler. Hisp. Gañir.] βύζω, ad canes pertinet, cum sentiunt odorem leporum, seu perdicum. Festus: Nictit canis in odorandis uestigijs ferarum leniter ganniens, ut Ennius lib. 10. Si forte ex nare sagaci sensit, uoce sua nictit, ululat.

NICTO, as, [Cennare, accennare. Gal. Cligner les yeux. Hisp. Haizer de dar señal con los ojos.] ὀθαλμῶν, σκοπεύειν, frequentatiuum uerbi Niteo, est oculis signum dare, claudendo, uel alterum, uel utrumque. Plin. lib. 11. Plerisq. naturale est, ut nictare non cessent. Pro eodem etiam legitur deponens. Ibid. c. 37. Eadem nictantur. Nictari, inquit Festus, est oculorum, & aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari. Lucr. lib. 4. Hic ubi nictari nequeunt. Hinc Anniæto, ὀθαλμῶν, nictu alicui quippiam significo. Festus: Anniæto, sæpe leuiter oculo annuit.

NICTVS, us, Cæci. in Pugil. palpebris percutere nictu.

NIDAMENTVM, locus ubi nidulantur aues, apud Pla. in Rud.

NIDEO, des, dui, [splendere. Gal. Resplendir, reluire. Hisp. Resplandescer.] εἶλεω, Renideo in frequentiori usu, pro loquendo. Hor. lib. 2. Car. Neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Modo redoleo, un de Nidor, oris, de quo infra.

NIDIFICO, ficas, nidum facio. Virgil. Si uos non uobis nidificatis aues.

NIDOR, doris, [Odeore di cosa arrestata. Gal. L'odeur de starr de quelque chose qui est au feu ou bruste. Hisp. Odor suauo del manjar.] κνίση, odor rei adustæ: ut apud Virg. Illi ingens barba reluxit, Nidoremq. am busta dedit. Proprie tamen de carnisbus assis, & ceteris epulis coctis dicitur, a nitore ignis. Mart. lib. 1. Paceris, & nigræ solo nido re culinæ. Dicitur & de stercore. Appul. lib. 4. Alios putore nidoris fetidi a meis scapulis abegissem. De fetore aliarum rerum. Cic. in Pis. Interdum pro risu. Hor. 2. Ser. Sat. 7. Nasum nidore fa pinor. sic enim Porphyrio interpretatur. Acron nero, Nasum, inquit, nidore supinor. qui nimium delectatur, & inclinatur, odoribus pulmentariorum. Nidor autem a nimio odore tractum.

NIDVLOX, aris, p. c. [Far nido.] νεοθησις, nidifico. Plin. l. 11. Paruos contra rigorem hiemis uermiculos nidulantur. Aliquando est ovis incubare. Varro: Halcyones in aqua nidulantur.

NIDVLS, demin. [Nidetto.] paruus nidus. Cic. de Or.

NIDVS, nidi, [Nido. Cal. Vn nid. Hisp. Nido.] νεοθησις, auium domicilium a nidore, (ut putatur) quod mali odoris sint auium cubilia. Cicero de Natura Deorum. Aues sibi nidos instruunt. Quandoque accipitur pro fetu auium, quasi conuincens pro contento. Virgilius 4. Georg. Ore ferunt dulcem nidis immitibus elcam. Quandoque pro quodam uasis genere, a nidorum similitudine. Varro: Lympha allata nidos implent. Et nidi dicuntur, in quibus merces in tabernis separatim tenentur. Mar. lib. 1. De primo dabit, altero ve nido.

NIGELLA, π, μελάριον, frutex pusillus, ramulis tenuib. altitudine p̄lmorum duorum, & folijs paruis, sebacionis herba similibus.

In officinis etiam hodie nomen feruat.
NIGELLVS, a, um, [Nigretto.] *ἰσομέλας*, subniger.
NIGER, [Nero, moro. Gall. Noir. Hisp. Negro, escuro.] *μέλας*, nigredine coloratus. Virg. 4. Geo. Et nigram mactabis ouem. Vna nigerima. Catullus epig. ad Coloniā. Per translationem quandoque pro mortuo. Iuu. Sat. 1. Nigros efferre maritos. Quandoque pro noxio. Virg. Ge. Et nigris exesa chelydtris Creta. Quandoque pro malo. Iuuen. Sat. 3. Nigrum in candida uertunt. Solebant enim prisca, quod bonum erat, creta, uel alba linea notare: quod turpe, carbone nigro. vnde Persius: Quæque sequenda forent, & quæ uitanda uicissim, Illa prius creta, mox hæc carbone notasti. Nigerrimus. Plin. lib. 15. c. 25.
NIGREDO, inis, & Nigrities, ei, & Nigritia, æ, [Nereζζα. Gall. Noir-cœur, noireté. Hisp. El negror.] *μελανία*, color niger. unde Plin. Capillorum nigritiam dixit. Idem libro 9. capit. 26. Nimirum que eius nigritia dat austeritatem. Celsus lib. 8. cap. 2. Si nigrities est, oportet excidi.
NIGREFACIO, is, [Farsi nero.] *μελαινω*, & Nigrefio, nota sunt.
NIGREO, es, [Effer nero farsi nero. Gall. Devenir noir, se noireir, estre noir. Hisp. Ennegreserse.] *μελαινομαι*, niger fum: a quo nigresco, niger fio. Claud. lib. 3. de rap. Proser. Nunc sibi mutatas liceat nigrescere uestes. Col. lib. 12. cap. 48. Oliuæ cum nigruerit. Plin. lib. 8. c. 32. Rostro eorum nigrescunt. Virg. 12. Aen. Et tenebris nigrescunt omnia circum. Aequora nigrescunt uentis, Ouid. 1. Trist. Eleg. 3. Cælum nigrescit ab Austris.
NIGRICO, cas, p. p. [Effermerito, ofcurire. Gall. Estre noir ou tirer sur le noir. Hisp. Negreguear por de fuerza.] *ἰσομελαινομαι*, aliquantum niger fum. Plinius libro 10. cap. 3. Colore nigricans, sola, aquilarum fetus suos alit. Idem lib. 9. c. 38. Color sanguinis concreti nigricans adfectu.
NIGRITUDO, inis, [Nereζζα.] *μελανότης*, nigredo. Plin. lib. 10. c. 36. Nulla ueris initio apparet nigritudine in rostro.
NIGRIS, *νίγρις*, flumini interioris Aethiopiæ, eiusdem cum Nilo naturæ. nam & calamus gignit, teste Plin. lib. 5. cap. 8. et Papyrus, eiusdemq. generis animantibus; quæ in Nilo giguuntur, iisdem etiam temporibus augetur. Dicitur Nigris propter solitudines nigri pulueris, eminentibus interdum uelut exultis cauitibus. Steph. Nigretum appellat, accolasque ipsos Nigretas, quorum meminit & Strabo lib. ult. Plin. lib. 5. capit. 8. Nigritas nominat. Item Nigris fons est in Aethiopia, quem nonnulli caput Nili putauerunt. Vide Plin. lib. 5. c. 9.
NIGRO, as, [Far nero. Gall. Noircir, faire noir. Hisp. Negreguear à otra cosa.] *μελαινω*, nigrum facio. Luc. lib. 2. Aut ea, quæ nigrant, nigro de semine nata. vnde Denigro, as. Hieronymus: Denigrata est facies. Interdum est nigrum esse. Col. lib. 7. Parandi sunt boues nouelli, quadrati, magnis membris, cornibus proceris, & nigricantibus. Plin. lib. 9. Rubens color nigrante deterior.
NIGROR, oris, [Nereζζα.] *μελαινω*, nigredo. Cic. 1. r. de Diu.
NIHIL, vidè Nihilum.
NIHILDVM, [Niente sin' hora.] *ἔδενπα*, nihil adhuc. Cic. Cassio. Nihil dum audieramus.
NIHILIFACIO, *μηδέν, τι θεμαι*, nihil æstimo. Plaut. in Mil. Nihilifacio, quod faciat ceteris.
NIHILIPENDO, pendis, pendere, [Non curio.] *ὅτι μηδένος ποιῶμαι*, nihili facio. Plautus in Most. Video te nihil pendere omnes homines.
NIHILOMINVS, [Non meno.] *ἔδεν τιῆπον*, non minus. Cic. Figulo: Nihil minus ijs conficior curis.
NIHILVM, [Niente. Gall. Rien. Hisp. Nada.] *ἔδεν*, ex Non, & hilum: quod auctore Festo, significat illud, quod grano fabæ adhæret. Cic. 1. Tusc. Nec proficit hilum. Inde Nihilum, & Nihil per apocopem, quæ significant quantitatis priuationem, ut Nihil uini habeo. Inuenitur etiam pro aduerbio negandi. Ter. in An. Nihil circuitione usus es, id est, non. Inuenitur etiam Nihili indeclinabile & trium generū, quasi qui ne hili quidem est, hoc est nullius pretij. Cic. 4. Tus. Nequitia ab eo, quod ne quidquam sit in tali nomine: ex quo idem nihili dicitur. Potest tamen non absurde nihili genitiuus ad nihilum existimari.
NIL, [Niente.] *ἔδεν*, per syncopem factum nihil. Et modo nomē est, ut Nil bonitatis: modo aduer. Ter. in An. Nil me fallis.
NILION, *νείλιον*, gemma colorem habens fumidæ topazij, aut aliquando mellex. Plin. lib. 37. c. 8.
NILIS, *νελῖς*, lacus inferioris Mauritaniæ, non procul ab Oceano, quem Nili aquæ stagnantes efficere creduntur. Plinius lib. 5. capit. 9.
NILOTICVS, a, um, *νελοῖος*, & Niliacus, a, um, p. cof. *νελοῖος*, Mart. Niliacis primum puer hic sit natus in oris. Nili quoque apud ueteres capiuntur pro fossis, quæ spectaculis circumdari solēt, aut quibus aqua ad priuata ædificia duci consueuit. Cic. 1. de Leg. Ductus aquarum, quos isti Euripos, & Nilos uocant. uide Euripus.
NILVS, *νείλιος*, Aegypti fluminis, a Nileo rege dicitur. unde Seruius

Nilum dici existimat, quasi *νείλιος*, id est, nouum trahentem Ictum, quo oblimet Aegyptum, & oppleat. Vnus est ex maioribus totius orbis fluminibus, habens septem ostia. Virgil. 6. Aeneid. Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. Nomina ostiorum hæc sunt: Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pharniticum, Mendeficum, Taniticum, & Pelusiaticum. Nascitur in monte inferiori Mauritaniæ, non longe ab Oceano, stagnante ibi lacu, quem uocant Nilidem: deinde condit se itinere aliquot dierum, rursusque erumpit alio lacu maiore in Mauritania Cæsariensi: iterumque arenis receptus per deserta uiginti dierum spatio fertur ad proximos Aethiopus, & denuo profilit fonte, qui Nigris dicitur: Inde Africam ab Aethiopia disternans, mox Aethiopus medios septem, plerasque insulas facit, quarum clarissima est Meroe, cuius metropolis etiam Meroe uocatur. Postremo exonerat se in mare Aegyptium, Aegypti inferiori partem, dextra, & uiaque diuisus, amplexu suo disternat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco: propter quod aliqui Aegyptum inter insulas poluere, ita se diuidente Nilo, ut triquetram terræ figuram faciat, idcirco multi Aegyptum a Δ Græcæ litteræ similitudine Delta uocauerunt. Auctur Nilus circa æstiuum solstitium mirum in modum, & per totam spatiosam Aegyptum, terram pluuiis omnibus destitutam aquis suis irrigat, secundissimo quoque limo obducit. Causas incrementi Nili, uide apud Luc. lib. 10.
NIMBATVS, a, um, unguento perfusus a nimbo uase. Plin. in P. Quæ magis adfecto, tam magis est nimbata.
NIMBIFER, *ἰμβροφόρος*, ferens nimbos.
NIMBOSVS, bosa, bosum, Virgil. 1. Aen. Nimbosus Orion, i. uentofus. Plin. lib. 18. c. 11. Montibus nimbofis. Virg. 3. Ae. Nimbofa cacumina montis.
NIMBUS, bi, [Pioggia subita, nembo. Gal. Vne gillée, une ondee de pluie froide qui uient tout à coup. Hispan. Nuada de lluvia, ò niento rebelto con agua.] *νέφος*, repentina & præceps pluuiæ. Virg. 3. Ae. Inuoluere diem nimbi. Cicero de Nat. Nimbi, niues, grandines. Ponitur & pro uento. Virgilius 1. Aeneid. Nimborum in patriam, loca fœta furentibus austris. Interdum pro nube. Lucilius. Cum nimbo cælitus descendit Iuppiter. Nimbus item, uasis genus, quo uina, unguenta, & alia funduntur. Mart. lib. 14. Largas fundere nimbus aquas.
NIMIS, aduerbium, [Troppo.] *ἄγαν*, nimis, interdum ualde. Plaut. in Mil. Vili mortali scio obtigisse hoc, Tam nimie ut amarentur.
NIMIETAS, atis, [Superfluitas.] *πελαγία*, nimia copia. Col. lib. 6. c. 24. Nimietae uerni pabuli pecudes lasciuunt. Plin. lib. 14. c. 6. Exoleuit hoc nimietate copia.
NIMIO, ablatiuus comparatiuus solet iungi. Cic. ad Att. lib. 10. Quia te nimio plus diligo.
NIMIOPERE, p. co. [Troppo.] *λίαν ἐκ πελαγῶς*, aduerb. eadem forma, qua magnopere. Cic. in Par. ad. Quos ædificia magnifica nimio perere delectant.
NIMIRVM, [Certamente. Gall. Certainement. Hisp. Ciertamente.] *δήπε*, aduerbium, confirmandi, certe, uidelicet, nempe, componitur ex particula Ne, qua ueteres utebantur pro non, & mirum: quasi dicas, mirum non est. Cicero Attic. Nimirum hoc illud est, quod Cesar scripsit. Aliquando ad responsum adhibetur. Quint. lib. 12. capit. 1. Vter melior dicitur orator? nimirum, qui homo melior.
NIMIUM, [Troppo.] *ἄγαν*, Cicero 4. Academ. De quo nimium diu disputo.
NIMIVS, a, um, [Troppo intemperato. Gall. Desmesuré, qui est trop excessif. Hisp. Demasiado.] *ὁ ἄγαν*, quod modum excedit. Terentius in Heaut. Nulla ex re istud fit, nisi ex nimio otio. Nimijs animi, nimium magnanimus. Liu. Manlius nimius animi, cum alios principes sperneret. Sermonis nimius. Tacit. lib. 19. Nimijs in decernendis honoribus. Cic. Brut. lib. 5. Ep. Nimum absolute, Cic. 4. Tus. seu. Aiunt nimia refecare oportere naturalia relinquere.
NIMIS, [Troppo.] *λίαν ἄγαν*, supra modum. Ter. in And. Ne quid nimis. Cic. 1. de Or. Non sumus nimis auidi.
NINGO, gis, uel Ninguo, is, xi, [Neuicere. Gall. Neiger. Hisp. Neuar.] *νίγος*, niue pluuios. Priscianus: Ninguo quoque nixi. unde & nix, ut a duxi dux, a rexi rex. Virg. libro 3. Geo. Toto non focius equore ninguit. Sunt qui Ninguo dictum uelint a ningue, cuius nomina tiuus erat Ninguis, quod antiqui pro niue usurpabant. Lucret. Albas effundere ningues. Appul. in 1. Herma. Omnia ningue canebant. nunc dicimus Nix.
NINGUIDVS, a, um, [Neuoso. Gall. Neigeux, plein de neiges. Hisp. Cosa neuada ò lleua de niue.] *νιγούεις*, niuiosus, niue abundans. Auf. ad Paulinum. Barcino me binaris iuga ninguida Pyrenæi. Et paullo post: Iam ninguida linquit opida Iberorum.
NINIUS, p. c. *νινυδης*, Suida, urbs Assyriorum ad Tigrim fluum, ita appellata a Niino conditore Beli filio, incolæ Niniuitæ, p. p. Pto. in descriptione Assyriæ urbem hanc Ninum appellat. Vide Plin. 6. cap.

6. cap. 26. & Strab. in principio lib. 16.

- * **NINOBE**, *νιόβη*, Cariae opidum, alias Aphrodisias uocatum. Stephanus.
- * **NINVS**, Beli filius, Semiramidis maritus, primus Assyriorum Rex.
- NIOME**, *νιόμη*, filia Tantali, soror Pelopis, uxor Amphionis, quae in saxum uersa est ex dolore, (ut poetae fingunt,) cum ex secundis lima matre ad orbitatem redacta, extinctos uideret filios, stiliisque omnes, quos Apollo & Diana sagittis confixerant. A Strabone in Siluis, Sipyleia mater dicta Niobe, quoniam facta saxo, turbine uenti in Sipylum patriam rapta est, ubi fixa cacumine motis, liquitur, & lacrymis etiam nunc marmora manant. Fuit & altera Niobe Phoronei filia, ex qua Iuppiter Osirim suscepit, qui & Serapis dictus est.
- NIPHATES**, *νιφάτης*, mons supra Assyriam, ad fines maioris Armeniae, Tauri pars, ex quo Tigris nascitur. Strab. l. 11. Vir. 3. Geo. Addam urbes Asiae domitas, pulsumque Niphatem. Dicitur Niphates a nauibus: *νιφάτης*, ἢ *νιφάτης*.
- * **NIPSA**, Thraciae opidum. Vnde Nipsai. Steph.
- * **NIPTRA**, Pacuuij tragodia, ut apud Cic. 2. Tusc.
- * **NIREVS**, *νιρέος*, Caropi, & Aglaiae filius: Graecorum omnium formosissimus.
- NIS**, [A noi.] pro Nobis ueteres scripsere, sicut Im, pro Eum. Festus.
- NISAEA**, *νισαία*, opidum in sinu Megarico, ubi Megarensum erant naualia, teste Thucyd. libro 2. Est item Nisaea Parthyenes regio, cuius caput fuit Alexandropolis, ab Alexandro conditore appellata. Vide Plinium libro 6. cap. 26. Haec regio praestantissimos alebat equos, qui ab ea Nisai appellabantur, teste Strab. lib. 11.
- NISI**, [se non.] *νῆ*, dicitio exceptiua. Cicero Attic. Nisi ergo infansio.
- NIXVS**, *νίος*, nomen regis Megarensum, qui, ut in fabulis fertur, a Scylla filia sua fatali capillo spoliatus, in auem sui nominis conuersus fuit. Virgilius 1. Georg. Apparet liquido sublimis in aere Nixus.
- NISVS**, a, um, part. *νισσῶν*, est a nitor eris.
- NISVS**, us, ui, [sforzò.] *νισσῶν*, conatus. Virg. 5. Aen. Nisusque immortis eodem. Cic. 2. Tul. Pedetentim ite, & sedato nisu.
- * **NISYROS**, insula in mari Carpathio apud Homer.
- NITEDULA**, a, muris exigui generis, ut docet Seruius. Cic. pro Sex. ut illa nitedula rem conaretur arrodere. Est & Nitedula, cicindela, quae noctu lucet.
- NITELA**, a, [Cura denti, netta denti.] *νιτέλα*, dicitur res quae laeuigat fordes, & expolit: unde Appuleius utitur pro dentifricio. Misi (inquit) ut petisti, tibi munditias dentium, nitelas oris, tenuae, candidum, nobilem puluisculum.
- NITEO**, tes, nitui, [Rilucere. Gal. Estre poli & net, reluire de netteté. Hisp. Resplandecer ser polido.] *νιτέω*, splendo. Plautus in Pseu. Tibi hoc praecipio, ut niteant aedes. Nitere unguentis, fulgere purpura. Cic. in Catil. Idem de Fin. Illorum uides, quam niteat oratio.
- NITESCO**, is, re, nitidum fieri. Cic. 1. Tusc. Caelum nitescere, arbores frondescere. Plin. lib. 37. c. 12. Omnes gemmae mellis decoctu nitescunt. Nitens, participium: ut, Equi nitentes. Vir. 6. Ae. Galea nitens. Idem 9. Aen. Oculi nitentes. Idem 1. Ae. Astra nitentia. Oui. 5. Fast. Hinc Eniteo, clare, seu ualde niteo. Per translationem significat celebrem esse. Lib. 4. ad Heren. Artis scriptores non putarunt unum potuisse in omnibus elocutionis partibus enitere. Enitesco, Inerniteo, in medio niteo.
- NITIDUS**, nitidus, nitidissime, aduerbia.
- NITIBUNDVS**, a, um, uehementer nitens. Gellius libro, & capit. 11. Achaei Homerus pugnam indipisci ait, conspiratu tacito nitibundos.
- NITIDIVSCYLE**, deminutiuum, a Nitidius comparatiuo. Plautus in Pseu.
- NITIDO**, as, [Rallustrare.] *νιτιδίζω*, nitidum facio. Colum. libro 12. capitulo tertio.
- NITIDITAS**, [Chiarezza.] Att. Formae nitiditate praecarus regi.
- NITIDVS**, a, um, [Splendido, rilucente. Gal. Resplendissant, net, bien poli. Hisp. Lucido, resplandiscente.] *νιτιδός*, splendidus, clarus, lucens. Plautus in Stich. Facite ut nitidae aedes meae sint. Idem in Mil. Nimmiam lepida, nimisque nitida femina. Cic. in Orat. In pituris alios nitida, laeta, collustrata delectant. Col. lib. 12. Far Clusinum candidioris & nitidi coloris.
- NITOR**, teris, nixus, & nifus, [sforzarsi. Gal. S'efforcer. Hisp. Estribar, esforzarse.] *νιτέω*, conari. Virgil. libro 3. Geo. Post ualido nitens sub pondere faginus axis. Interdum incumbere, sustentari. Idem 6. Aeneid. Ille uides pura iuuenis qui nititur hasta. Per metaphoram dicimus: Salutem & uitam nostram in aliquo niti, hoc est, fixam esse & repositam. Cic. pro Mil. Ei uiro mors putabatur,

cuius in uita nitebatur salus ciuitatis. Niti gradu, apud Pacuuium legitur pro Ambulare: Ardua per loca agresti, & trepidante gradu nititur. Niti alis, uolare. Virg. lib. 4. Paribus nitens Cyllenus alis Constitit. Interdum fulciri. Cic. lib. 1. Offic. Est adolescentis, deligere uiros optimos ac probatissimos, quorum consilio, atque auctoritate nitatur. Id est, gubernetur, insituatur. Quandoque Nitor significat dare operam, conari. Ter. in Adelp. Quapropter nitat, experiat. Cic. de Sen. Quantum qui que potest, nitatur. Hinc Annitor, Connitor, totis uiribus nitor. Enitor, pario. Plau. in Amp. Geminus Alcmena nititur. Var. l. 2. de reru. Facienda sapra secreta ab alijs, quo enitentes secludere possis. Vnde Enixae mulieres, quae partus dolore leuatae sunt. Item Enixi, est multo labore aliquid perficere. Sallust. in Iugur. Ab adolescentis ita se enixum, ut ab optimo quoque probaretur. Hinc Enixe, aduerb. Plaut. in Trin. Tibi relinqui expeto. Quod & Enixini dicitur. Cicero: Ego illos malos & audaces semper enixum contra fortunas, atque honores huius ordinis omnia fecisse sentio. Innitor, inhareo, firmor. Col. lib. 6. Arbores, quibus uitis applicata, & religata innititur, accipiant. Obnitor, contra nitor, obluator. Vir. li. 3. Geo. Versaque in obnixos urgentur cornua uasto: id est, contra obluantes. Cic. pro Mil. Non uistatis iam rebus obtrinentum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam. Hinc aduerbium Obnixae, cum conatu, quantum potest contra conantem. Ter. in And. Pedibus, manibusque obnixae omnia facturum. Peruitor, ualde nitor. Renitor, contra nitor, subnitor, suffulcior. Vir. l. 3. Parua Philoctetae subnixae Petilia muro. Aliquando est sursum nitor. Cae. in Hannib. Latini subnixo animo ex uictoria consilium ineunt. Habent autem omnia haec p. p.

NITOR, oris, [splendore, politezza. Gal. Netteté, beauté reluisante, lueur, resplendissent. Hisp. Limpieza ó resplandor.] *νιτόριος*, splendor in quacumque re dicitur. Cic. in Cato. Tum Lylandrum inuentum purpuram eius & nitorem corporis. Col. lib. 2. Pondere, & nitore praestat. Eloquij nitor. Oui. 2. de Pon. Ele. 2. Generis tui nitor, ibi dem Eleg. 9. Marmorum nitor. Plin. lib. 12. c. 1.

NITRARIA, *νιτρία*, locus ubi nitrum fit. Plin. lib. 3. c. 10.

NITRATVS, adiect. cui nitrum admixtum est. Mart. lib. 13. Nitratam uiridis Brassica fiat aqua. Colum. lib. 12. capitu. 55. Nitratam aquam suffundito.

* **NITRITES**, nomos, *νιτρίων*, Straboni, praefectura in Aegypto, supra Memphim. Plin.

NITROSVS, a, um, quod nitrum habet. Plin. lib. 3. c. 10. Aquae nitrosae reperiuntur. Nitrosus locus. Idem lib. 20. c. 19.

NITRVM, [Nitro. Gal. Nitre. Hisp. Salitre.] *νιτρον*, a Nitria Aegypti regione, in qua copiosissime prouenit. non multum distat a salis Hammoniaci specie, nonnullique existimant esse salis genus. sicut enim salem in litore maris feruor solis, durando in petram aquas marinas: ita in nitrariis, ubi aestate pluuiae prolixiores telluris infunduntur, ardor nimis aquas excoquit in petrasali simillimas, sed nihil gelidi rigoris, nihil salis saporis habent: quae tamen iuxta naturam salis durare in caliditate, & nubiloso aere fluere, ac liquefcere solet. Gignitur copiosissime in Nitrite Aegypti nomo, aqua Nili in nitrarias immittit: parcius apud Medos caescentibus siccitate conuallibus: praestantissimum autem in Citis Macedoniae.

NIVALIS, & hoc niuale, [Nevale, neuoso. Gal. De neige. Hispan. Cosa de nieve, ó cosa fria.] *νιβάεις*, quod ad niuem pertinet. Cic. de Diu. Tumulos albana in monte niales. Plin. lib. 26. c. 8. Nascitur in petrosiss, apricis, niualibus. Niuialis dies, quo plurimum niuis e caelo dilabitur. Liu. l. 2. Erat brumae tempus niualis dies. Niuialis aqua. Gel. Col. lib. 3. c. 1. Niuale caelum dixit, quod saepe niues inducit. Osculum niuale, metaphoricè pro frigido. Mar. lib. 7.

NIVARIVS, a, um, ut faccus niuarius. Plin. l. 25. Nitrofae aut amaræ aquae, polenta addita, mitigantur, ut intra duas horas bibi possint, qua de causa & in faccos niuarios additur polenta.

NIVATVS, a, um, *νιβάεις*, niue refrigeratum. Sue. in Ner.

NIVEO, es, xi, ctum, a quo Conniueo. Vide Nisto.

NIVEVS, a, um, [Che è di uene.] *νιυινός*, ex niue, Niueus liquor. Cic. 2. de Diu. Vir. 3. Geo. Aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu. Quandoque pro candido: ut, Niuei dentes. Mar. lib. 5. Niuei laerti. Virg. lib. 8. Ae. Ebur niueum. Oui. 10. Met.

NIVOSVS, salsum, [Che abonda di uene.] *νιυινός*, abundans in niue. Hisp. Cosa llena de nieve. *νιυινός*, niue abundans. Col. lib. 2. cap. 9. Locis praegelidis ac niuosis. Niuisa hiems, Liu. l. 5. Niuisa grando. Idem lib. 2. 1.

NIX, niuius, [Neue. Gal. Neige. Hisp. La nieve.] *νιξ*, Cic. de Natu. Aquam niue pruinaque concrefcere. Plin. lib. 17. capit. 2. Nix aquarum caelestium spuma est. Vir. 10. Ecl. Perque niues alium, perque horrida castra secuta. Niue candidiores equi, Ouid. 8. Meta. Elactari niues, Tac. l. 9. niues elactantibus patuit quantum discriminis adendum foret. Capitis niues, apud Hor. 3. Car. Ode 13. pro capillis canis.

EEB a NIXOR,

NIXOR, aris, mixatus, sum, nixari, [Sostentari.] ἐξείσομαι, sustento. Lucr. l. 4. Concellere tota Fundamenta, quib. nixatur uita, salusq. Idem lib. 3. Aduerso nixantem trudere monte Saxum.

NIXURIO, is, [Nixurii, niti uolo. Nigid. apud Nonii : Nixurit, qui niti nult, & conatu sepius aliqua re perpellitur.

NIXVS, a, um, partic. [Appoggiato, sostentato. Gal. Qui s' est appuyé. Hisp. Sostenido.] innixus, uel incumbens, fultus, sustentatus. Cicero 7. Verr. Prætor muliercula nixus in litore. Cicero de Diu. Stellanti nixus olympo.

NIXVS, parturientium labor. Virg. lius 4. Georg. haud fetus nixibus edant. Dicitur & de alio quouis conatu. Quin. libro secundo, capitulo 13.

NIXVS, huius xi, ἐξείσομαι, Sidus cæleste, quod Iulius Fir. Ingeniculum uocat. Ci. in Ara. Ille uagans uulgato nomine nixus. Ibidem: Exoritur conuersus corpore nixus. Hunc Higinus Herculem esse ait, qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis dr. conis dextrâ partem opprimere conatur.

N A N T E O

NO, nas, ui, natum, [Nuo. are. Gal. Nager. Hisp. Nadar.] νυχομαί, proprium est piscium. Ci. de Fi. Serpere anguiculos, nare anaticulas. Plin. lib. 9. c. 17. de accipensere: Contra aquam nando meat. Quâquam, & de alijs rebus dicatur in aqua fluitantibus. Ouid. 1. Met. Nat lupus inter oues. Virg. 1. Ae. Apparent rari nantes in gurgite uasto. Nare sine cortice, proverbialis metaphora, de iis, qui suo iam Marte sibi possunt consulere, nullo alieno egentes subfidio. Translatio sumpta ab iis, qui natandi iam fatis periti, cortice non egent.

* **NOA**, Syenitarum opidum ad Nilum flumen, teste Plin.

* **NOA**, ποταμός, Thraciæ fluiuius, ex Hæmo monte nascens, & in Danubium influens. Herod. lib. 2.

NOBILIS, le, [Nobile. Gal. Noble, excellent, far cognu. Hisp. Noble à notable.] δ' γένος, clarus, celebris, quasi noscibilis, a Nosco: unde & pro noto ponitur. Virg. 7. Aen. Est locus Italiæ medio, sub montibus altis, Nobilis. Et Nobilis in quacumque re ponitur, siue bona, siue mala. de bona, ut cum ad generis dignitatem refertur. Sallust. in Catil. Nobili genere natus. Cicero 1. de Diu. Nobili loco natus. De mala. Lilius: Nobilis ille clade Romana locus. Plau. in Rud. Qui se scelere nobiles fieri uolunt. Facinus nobile, insigne Cic. 4. Verr. Accipite nunc aliud eius facinus nobile. Homo omnium nobilissimus. Cic. Lentulo lib. 1. Epist. Inimicitia nobilissimæ. Liu. lib. 39.

NOBILITAS, aris, [Nobilitas. Gal. Noblesse, excellence, bruit & renommée. Hisp. Nobleza ò hidalgua.] δ' γένος, generis, uel alterius rei dignitas, uel, ut Nonius Cic. uerba recitans, cognita uirtus. Col. l. 4. Deprehendi potest nobilitas in gestu. Cic. pro Sen. Omnes boni nobilitati fauemus.

NOBILITER, [Nobilmente. Gal. Noblement. Hi. Notablement.] insigniter, & decore. Plin. lib. 34. cap. 8.

NOBILITAS, as, [Nobilitate, far nobile. Cal. Anoblix, mettre en bruit & credit. Hisp. Ennoblescer ò hazer notable.] δ' δ' οὐμιζέω, nobilem facio, dignitatem addo. Cic. de Senec. Neque enim ex te unquam es nobilitatus. Aliquando notum facio. Cic. lib. 2. Off. Phalaridis præter ceteros nobilitata crudelitas. Ter. Eu. Adolescentulum nobilitas flagitijs.

NOCENTER, aduerb. Col. lib. 8. cap. 2.

NOCENTIOR, & Nocentissimus. Oui. 1. Met. Jamq. nocens ferrum, ferroq. nocentius aurum Proderat. Cic. 2. Ver. Se satisfacere nocentissimæ uictoriæ non posse.

NOCERE, ces, cui, c t m, [Nocere. Cal. Nuire. Hisp. Empecer.] σίννομαι, obsum, damnum aut iniuriam alicui infero. Col. lib. 2. Non nocetur ei nocturnis rorib. Cic. 3. Off. Constitutum est, ut non liceret sui commodi causa nocere alteri. Virg. 10. Ecl. Nocent & frugibus Vmbra. Hor. 1. Ep. 2. Nocet empta dolore uoluptas. Plaut. in Mil. cum accusatio iunxit, Iura te non nociturnum esse hominẽ de hac re neminem. Nocere noxam. Liu. 9. Atque ob eam rem non xam nocuerunt. Nihil nocet, Cic. ad Att. lib. 12. Nocetur imperfonale. Cic. 4. Verr. Confirmat curaturum se, ne quid ei per filium suum noceretur. Vnde Nocentes dicuntur, qui iniuriam aut maleficium commiserunt, qui alteri nocuerunt. Cic. 2. Off. Habendû religioni, nocentem nefarium, inipiumq. defendere.

NOCTESCERE, [Farsi notte. Gall. Se faire nuit. Hisp. Anochescerse, hazerse nocte.] συσκοίω, est obtenebrari. Furius apud Nonium: Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.

NOCTIFER, epitheton stellæ uespertinæ, quam Hesperum, siue Vesperum appellamus. Cat. Nimirum Eos ostendit noctifer ignes.

NOCTIFUGA, νυκτολύγ, qui noctem fugit.

NOCTILUCA, pæn. pr. [Luna.] νυκτολαμπίς, Luna, quæ noctu lucet. Hor. 4. Car. Rite crescentem face Noctilucam. Noctilucam etiã quidam appellarunt, quæ alio nomine, Nitedula dicitur, lucens noctu, paruum animal.

NOCTIPYGA, Lucilius uocauit obscena, quod noctu pungant ex-

citentque Venerem.

NOCTIVAGVS, pæ. c. [Che uà uagando di notte. Gal. Errant & uagant de nuit. Hisp. Cosa que anda de noche.] νυκτοπόρος, qui nocte uagatur. Virg. 10. Ae. Almaq. curru Noctiuago Phœba medium pulsabat olymp. m. Strepitus noctiuagus Faunorum. Luc. lib. 4.

NOCTVS, [Di nocte. Gal. De nuit. Hisp. De noche.] pro ablatiuo Nocte, utebantur antiqui. Quadrigarius: senatum noctu multo domum dimitti. Cic. pro Mil. Inlidaretur noctu. Pla. in Men. Somnium noctu hac somniaui. Noctu uero aduerbium significat per noctem. Sall. Diu. noctuq. laborare. Al. quando Nox pro Noctu, ut in duo decim tabulis. Si nox furtum factum sit, iure cæsus esto. Macrobr. lib. 1. Sat. cap. 14.

NOCTVA, æ [Cmetta. Gal. Hibon, ou chatuant. Hisp. La lechuza.] γλαυξ, auis a nocte, qua uolat. Pl. lib. 10. c. 17. Noctuarum contra aues solers dimicatio. Noctuas Athenas ferre pro uerbio dicuntur iis, qui eo rem aliquam afferunt, ubi eius maxima est copia. noctuam enim maxima uis Athenis.

NOCTVRNVS, a, um, [Di nocte.] νυκτερινός, quod est noctis. Cicero 4. Verr. Fortunis hominum abutebatur ad nocturna uota cupiditatum suarum. Somnia nocturna, Horat. 4. Carm. Visus nocturni, Tacitus libro 20.

NOCVVS, [Che nuoce. Gal. Qui blesse & nuit, nuissant. Hisp. Cosa dañosa à impaciente.] βλαβερός, qui nocet. Cic. 3. de Leg. Nocuum ciuem uerberibus uinculifq. coercento.

NODATIO, pro nodofitate. Vitr. lib. 2. c. 6.

NODATA, herba (inquit Plin. lib. 24. c. 19.) coriariorum officinis nota, alio nomine Mularis, ex uino pota aduersus scorpiones uia habet.

NODO, as, [Legere, annodare. Gal. Nouer. Hisp. Atar, añudar, hazer nudo.] πλύνω, nodos facio, ligo in nodos. Virgil. libro quarto: Crines nodantur in aurum. Hinc Enodo, quod nodatum erat soluo. Per translationem declaro, expono. Gellius libro 2. Iulianus enodabat ueterum scriptorum sententias. Lib. 2. ad Heren. Contrariæ legis enodabimus uoluntatem. Interdum est arboris a nodis purgare. Colum. libro 5. capitulo 5. Summæ uirgæ falce debet enodari. Connodo, & Innodo, idem quod Nodo. Et habent p. p.

NODOVS, a, um, [Nodoso. Gal. Noueux, nouailleux, plein de nœuds. Hisp. Cosa llena de ñudos.] πομπύλορος, multos habens nodos. Luc. lib. 8. Nodofaq. frangit Ossa. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Adde Cicutæ nodosi tabulas centum. Acron: Nodosi, scrupulosi, diligentis.

NODVLVS, ἐμμάτιον, demin. Plin. lib. 2. r. cap. 5.

NODVS, [Nodo, grotto. Gal. Vn nœud. Hisp. El nudo.] ἀμύρα, ligatura, quæ non facile soluitur. Cic. de Vn. Omnia duo ad coherendum tertium aliquid requirunt, & quæ nodum uinculicula desiderant. Virg. 1. Aen. Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes. Nodus Hercules, pro uerbii speciem habet, pro uinculo artificio. Fertur enim Hercules nodi quoddam genus ostendisse, in quo necque principium, neque finis appareret: eoque necdenti genere uti solent in obligandis uulneribus. Plin. lib. 28. cap. 6. Vulnere nodo Herculis præligare, ocior medicina est. Huiusmodi etiam nodo, auctore Festo, nouæ nuptæ cingulum, boni ominis causa, uinciebatur, quem maritus deinde in lecto soluebat: quo eommento significare uolebant, indissolubile futurum earum nuptiarum uinculum. Vide plura in Adagijs. Dicitur præterea Nodus in arbore, & in digito, eminens ille callus, ubi ueluti colligati simul rami esse apparent. Col. lib. 3. Eius imam partem acutissima falce iuxta nodum amputato. Lilius primo: Baculum sine nodo ad iuncum tenens. Arundinei nodi, Claud. de torpedine: Corporum nodi, pro articulis. Plinius libro undecimo, capitulo 37. Crura sine modis. Cæsar 6. Bel. Gal. Articulorum nodi, Plinius libro 11. cap. 27. Accipitur & Nodus pro ænigmate, uel aliqua omnino re difficili. Cælius ad Cic. Fam. 8. Incideramus in difficilem nodum. Idem At. l. 5. Dum hic nodus expediatur. Hinc uetus illud proverbium, Nodum in scirpo quæris: quod dici solet in eos, qui etiam in re facillima scrupulum inueniunt. Tractum est proverbium a leuitate scirpi, quem constat omni prorsus carere nodo. Ter. in An. Nodum in scirpo quæris. Nodus item in exercitu dicitur densa peditum multitudo: quod non facile possit resolui. Cælestis nodus, sidus Piscium olim dicebatur. Cic. in Arrat. A nodus fiunt Enodis, Inenodabile, Internodium. diximus suis locis.

* **NOEGA**, opidum Hispaniæ Tarraconensis. Plin.

NOEGAËVM, amiculi genus, auctore Festo prætextum purpura, coloris candidi. unde pro candido quandoque ponitur. Liu. Andro. Lacrymas de ore noegæo detersit.

NOLA, πόλις, Ptol. Campaniæ urbs mediterranea, hanc prius Sidicinum fuisse dictum, scribit Plin. lib. 3. c. 5.

NOLA, [Non uolere. Gal. Ne point uouloir. Hi. Noquerer.] ἐθέλω, ex Non, & uolo. Ter. in Eu. Noui ingenium mulieris. Nolunt, ubi uelis: ubi uolis, cupiunt ultro. Cic. in Or. Libet copulatio uerba iungebat, ut Sodes;

ut fodes, pro si audes, nolle, pro non uelle. Cic. 4. Ver. Exempla licet
 terarum ipsi habere non nollent. Nolens, partic. Luc. lib. 1. Quam
 uis nolente senatu Traximus imperium.

NOMADES, dum, *νομάδες*, Africæ populi, inter Zeugitanam regio-
 nem & Mauritianam siti, qui postea, litteris aliquot mutatis, Numi-
 dæ appellati. Hos scribit Sallust. ex Persis ortum traxisse, qui
 Herculem in Hispaniam sunt comitati, eoque mortuo in Africam
 transiisse, locaque occupasse Oceanoproxima: postea propter
 multitudinem a parentibus digressos, possedisse ea loca, quæ pro-
 xime Carthaginem Numidia appellatur. Dicitur sunt autem No-
 mades, *ἄπο τῆς νόμης*, id est, a pascendo, quod pastionibus præci-
 pue uacarent. Sunt & alij Nomades in Scythia supra Mæotim.
 Plin. lib. 5. cap. 21.

NOMAE, ulcera, quæ depascunt serpendo corpus. Plinius libro 33.
 capitulo quarto.

NOMEN, inis, [*Nome. Gal. Nom. Hisp. Nombre.*] a Nosco, quod notitiam
 faciat: nam, per id, quidquid nominamus, agnoscitur. Vel nomen
 dicitur, quasi notamen. Aut a Græco *ὄνομα*, abiecto ο. Proprie
 autem nomen dicitur teste Nonio, proprium uocabulum singu-
 lorum, hoc est, quo singulæ res appellantur. Inde nomino, as, quod
 est, nomen alicui rei imponere. id autem fit dupliciter. aut enim
 uniuersò generi nomen imponimus, quod Grammatici nomen ap-
 pellatiuum uocant, ut cum animal rationale hominem dicimus
 nominari. aut singulis rebus peculiare nomen imponimus, quod
 illi cum alio non sit commune; hoc a Grammaticis nomen prop-
 rium appellatur, quod sic definitur a Cicerone. Nomen est, quod
 uniuersis personæ attribuitur, quo quæque suo proprio, & certo
 uocabulo appellatur. Hoc rursus diuiditur in quatuor membra,
 Prænomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen. Prænomen inter-
 dū una, interdum duabus, interdum tribus litteris notabatur: ut,
 C. Caius, Cn. Cneus, Sex. Sextus. Fuitque nonnulla ratio præno-
 minis. nam & Quintum ideo dixerunt, quod quinto fortassis lo-
 co natus esset: Lucium, quod initio lucis exortus: Cneum, a corpo-
 ris effigie. Cognomen maiorum est tractum ex familia, uel sangui-
 ne, ut Cornelius ex Cornelij. Nomen autem proprium personæ
 est, quod proprium gentiliū, hoc est, quod originem gentis, uel
 familiz declarat, ut Cic. Sci. Agnomen extrinsecus uenit, & hoc
 tribus modis. Aut ex animo, ut Superbus, Pius. Aut ex corpore,
 ut, Crassus, Pulcher. Aut ex fortuna, ut Africanus Gothicus, Asia-
 ticus, Numantinus, a deuictis gentibus, sed hoc raro usurpatur.
 Cognomen namque, siue Cognomentum potius, quam Agnomē
 dicitur. Cic. Scipio ille cui Africanus fuit cognomen. Idem ad Att.
 Teque non cognomen solum Athenis deportasse, sed humanita-
 tem & prudentiam intelligo. Romani plerumq. tribus uti solent
 nominibus, nonnulli etiam quatuor: ut, P. Cornelius Scipio Afri-
 canus: ubi Publius est prænomen, Cornelius nomen proprie di-
 ctum, Scipio cognomen, Africanus agnomen. Et nomen quidem,
 atque cognomen omnium eiusdem familiz commune erat, præ-
 nomen uero tantum singulorum. Prænomina itaq. illud erat, quo
 fratres, aut gentiles a se mutuo distinguebantur. Quidam etiam
 a uestimento cognomen sortiti sunt, ut Antonius Caracalla: qui-
 dam a pecore minori, ut Porcius, Scrofa: quidam a pecore maio-
 ri, ut Equitius, Taurus. quidam a piscibus, ut Sergius, Orata, Mu-
 ræna. Pilius autem cognomen inde tractum putatur, quod qui
 primus in ea familia hoc cognomine dictus est, pili usum inue-
 nerit. Et aliquando nomen pro decore, & dignitate ponitur.
 Virgilius 2. Aeneid. Auulsumque humeris caput, & sine nomine
 corpus. Interdum pro generositate. Idem lib. 2. Georg. Aut po-
 mis sua nomina seruat. Interdum pro nobilitate generis, fama.
 Virg. 2. Aen. Et nos aliquod nomenque, decusque Gessimus. Oui-
 10. Met. Magnum & memorabile. Nomen etiam accipitur pro
 gente: ut apud Virgil. Nostrumque in nomen ituras. Nomina
 præterea dicuntur capita, uel (ut hodie loquimur) articuli ratio-
 nis argentariæ, in quibus descripta sunt nomina debitorum, quib-
 us pecuniæ expensæ feruntur. Cic. 3. Verr. Satis te elapsurum
 omni suspicione arbitrabare, si, quibus pecuniam credebat, iis ex-
 pensum non ferres? neque in tuas tabulas ullum nomen refer-
 res? Nonnumquam nomen accipitur pro ipso debitore. Colum.
 lib. 1. cap. 6. Vel optima nomina appellando fieri mala, Alphium di-
 xisse uerissime fertur. Sæpe etiam nomen accipitur pro debito.
 Cic. ad Att. lib. 16. Nomina mea per deos expedi. Idem ad eun-
 dem lib. 6. Salaminius adduxi, ut totum nomen Scaptio uellent
 soluere. Ponitur etiam nomen aliquando pro causa. Cic. de Ami-
 ci. Ab amicitia Q. Pompeij meo nomine se remouerat Scipio.
 Nomen aliquando transit in aduerbium: ut, Toruumque tuetur,
 id est, torue. Item aduerbium in nomen; ut apud Persium: Iam
 cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras. Nomina tamen
 in aduerbium migrationis suam sæpe seruant quantitatem, ut apud
 Virg. 3. Ecl. Transuersa tuentibus hircis. nam Transuersa cum ad-
 uerbium sit, a, tamen breuis est, quia uenit ex nomine, cum scia-
 mus in a terminata aduerbia longa esse. Nomina per diuersos ca-

sis loco aduerbiorum ponuntur per nominatiuum, ut Fors pro
 Forte, Recens pro Recenter: per genitiuum, Militiæ pro in Militi-
 a: per datiuum, ut Velperi, Ruri, Sorti, per sortem: per accusa-
 tiuum, ut Toruum pro torue, Clarum pro clare: per ablatiuum,
 ut Rure, Domo.

NOMENCLATOR, tis, [*Colui che fa il nome d'ogniuno. Gall. Nommieur.*
celuy qui fait le noms d'une multitude. Hispan. El que llama a los otros, y
que tiene los nombres de todos.] *ὀνοματωτής*, a nomine calando. i.
 uocando, qui memoriter unumquemque nominatim uocare didi-
 cit: ut puta in foro reos, in conuiuio conuiuias. Cic. ad Att. lib. 14.
 Ad urbem ita ueni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori
 notus fuerit, qui mihi obuiam non uenerit. Horum opera uteban-
 tur potissimum candidati, ut sibi in præfando suffragatores nomi-
 na ciuium suggererent. Vnde laudatur Cato, quod legem serua-
 rit, quæ candidato nomenclatores adesse uetat, ut per se ipsi sine
 nomelatore nominatim salutare ciues Romanos. Hi & Far-
 tores quoque dicebantur, quod salutarum nomina (ut ait Fest.)
 uelut infarcirent petitorum auribus. Cic. pro Mur. Quid quod ha-
 bes nomenclatorem?

NOMENCLATIO, & Nomenclatura, *ἑνομασία*, nūcupatio, nomina-
 tio. Col. lib. 3. c. 2. Prudentis magistri est, eius nomenclationis au-
 cupio studiosos non demorari. Plin. lib. 2.

NOMENTVM, *νομήντος*, Stephano, opidum in Latio, non procul ab
 Roma. Mar. li. 13. Si uicina tibi Nomento rura coluntur. Hinc No-
 mentana uia Romæ, qua itur Nomentum, & Nomentani, qui No-
 mentum habitant. Dicitur Nomentum a Nomento conditore.

NOMINATIM, aduer. [*Nominatim, a nomen per nome. Gal. Nommé-
 ment par nom est surnom expressement. Hispan. Nombradamente.*] *ἑνο-
 μασι*, per singulorum nomina. Liu. lib. 2. Consules citant nomina-
 tim iuniores. Dicitur tamen & de uno: ut, Tenens cruentum pu-
 gionem Brutus, nominatim Ciceronem inelamauit. Aliquando
 etiam accipitur pro expresse. Cic. lib. Off. Quidquid est in prædio
 uitij, id statuerunt, si uenditor sciret, nisi nominatim dictum esset,
 præstari oportere. Nominatim & Generatim, contraria. Cic. At-
 lib. 9. Tanta erat in illis crudelitas, ut non nominatim, sed gene-
 ratim proscriptio esset informata.

NOMINATIO, nis. Plin. Ep. 35. qui me nominationis die per hos con-
 tinuos annos inter sacerdotes nominabat. Brutus ad Cic. Bibulus
 in Paulæ locum petere constituit: eam nominationem a te peti-
 mus. Nominatio figura rhetorum, de qua ad Heren. lib. 4.

NOMINATVS, [*Celebrato, nominato. Gal. Nommé, renomné. Hisp. Nombrado,
 bien affamado.*] *ἑνομασμένος*, nomen ex participio pro celebri. Ci-
 cero 6. Ver. Illa Attalica, tota Sicilia nominata. Plin. lib. 12. cap. 16.
 In Bactriana Bdellium nominatissimum.

NOMINO, as, [*Nominare. Gal. Nommer. Hisp. Nombrar à poner nombre.*] *ὀνομαζέω*, appello, nomen impono. Lat. lib. 4. A Deo diuinitas no-
 minatur. Cic. de Am. Amor ex quo amicitia est nominata. Inter-
 dum accipitur pro nominatim compellere. Pla. in Most. Quis me
 nominat? Nominare aliquando etiam ponitur pro exprunere.
 Cic. pro Lælio: Quorum profusa luxuries magnitudo æris alieni,
 sumptus, libidines nominarentur. Est etiam Nominare, cum ali-
 quem ad aliquem honorem deligimus. Cic. in 11. Phi. & Brutus in
 Ep. ad Cic. Vide Nominatio. Hinc Denomino, nomen alicui impo-
 no. Col. lib. 4. Vniuersæ regiones habent propria uirium genera,
 quæ consuetudine sua denominant.

NOMINITO, as, are, [*Nominare.*] freq. a Nomino. Lucr. lib. 3.

NOMISMA, [*Denaro, moneta, medaglia.*] *νόμισμα*, Vide Nummus, &
 Numisma.

* **NOMOPHYLACES**, *νομοφύλακες*, legum custodes: apud Athenien-
 ses erat magistratus hoc nomine. de his custodib. Colu. mentio-
 nem facit lib. 12.

* **NOMOTHETÆ**, legumlatores erant, ut Solon apud Athenienses,
 Lycurgus apud Lacedæmonios.

NON, [*Non. Gal. Non ne, non pas. Hisp. No.*] *ἄ, ἕκ*, negatiua dictio accom-
 modari pot omnib. modis, præterquam imperatiuo. Indicatiuo. Ter.
 in Eu. Non te dignum Chærea fecisti. Opto. Pla. in Men. Non ne-
 geni, si nouerim. Subiunctiuo. Vir. 1. Geo. Nō illa quisquā me na-
 ue per altum Ire, neque a terra moneat connellere funem. In fini-
 tino. Ter. in Phor. Non neglexisse, habeo gratiā. Non, si negatio
 ni præponatur, affirmat: ut, Non nihil tibi debeo. i. aliquid tibi
 debeo. cum postponitur, magis affirmat, quam si præponeretur:
 ut, Nihil non tibi debeo, significat, omnia tibi debeo. Ouid. lib. 3.
 Fast. Multa tibi memores, nil non debemus Elifæ.

NON AYTEM, *ἄ μὲντοι*, recte dicimus. at non dicimus, Non uero:
 ut Amicus Cæsaris sum, non autem assentator.

NON MODO, [*Non solamente.*] *μη ὄτι*, non solum: ut, Non modo te
 diligo, sed etiam amo. Quandoque ponitur pro nedum. Treb. Cic.
 Non nefcis, quam pro ueterrimo amore omnibus tuis etiam ni-
 nimis commodis, non modo tanto bono gaudeam.

NONNVLVS, [*Alcuno.*] *ἕσινος*, aliquis. Cic. pro Mur.

NONNUMQVAM, [*Alcune uolte.*] *ἐπίστα*, significat aliquando,

NON Tacendus, [*Dix effere laudato, laudemole.*] *ἴσθητος*, nominandus, laudandus, Marti. ad Licianum: Vir Celtiberis non tacende genibus.

NONA, *α*, una ex Parcis. Latini Nonam, Decimam, & Mortam, Parcas dixere: quod tempestiuum tempus partus sit nono & decimo mense: qui uero ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortui nascuntur, aut paullo post moriantur: Vide Morta, & Gellium li. 3. capitulo 16.

NONACRINVS, *να, νημ*. Qui Nonacrina Atalanta.

NONACRIVS, *κρια, κριμ*, *ἡνανκριδος*, Quidius in Fast. Nonacrius heros.

NONAE, *α, um, νωναι*, quasi nouæ, propter Initium obseruationis, uel quod ab eo die semper ad idus nouem dies putentur: siue ad imitationem Tuscorum, qui nonas uocabant nonum quæque diem, quo regem suum salutabant, & de proprijs negotijs confulebant. Erant autem Nonæ, in Martio, Maio, Iulio, & Octobri sex illi dies, qui Kalendas sequuntur: reliqui uero menses quattuor tantum habebant Nonas. Cicero pro Flacc. O nonæ illæ Decembres.

NONAGENI, *να, na*, tantum plural. *ἐννεήκοντα*, numerus distributiuus a nonaginta, nonagesimus, ma, mum. Cic. Seneca. nonagesimus annus.

NONAGES, [*Nonanta uolte.*] *ἑννεήκοντάκις*, a nonaginta aduer.

NONARIÆ, dictæ meretrices, quod hora nona cellas aperirent, eor poris prostri tuendi gratia. Persius Saty. 1. Si Cynico barbam petulans nonaria uellet.

NONINGENTI, [*Noncento.*] *ἑννακῆσιν*, uel per syncopen nongenti, *α, α*, nouies centum. dicimus & noningeni, & per syncopen nongeni.

NORBA Cæsarea, Lusitaniæ urbs. Prol. uulgo Alcantar.

NORICVM, *pen. corr.* *νορικῆς*, regio Germaniæ. habens ab Occasu Aeneum fluuium: a Septemtrione Danubium. ab Ortu solis mōtē Cęcium: a meridie montem Curuancam. eam nunc regionē bona ex parte Bauariam appellant.

NORICVS, *α, um*. Hor. libro 1. Carm. Quas Noricus Deterret ensis. Virgilius 3. Geor. Aerias Alpes, & Norica si quis Castella in tumulis.

NORMA, *α*, [*Norma, squadra, regula, ordine.* Gal. *Vne esquierre ou regle.* Hisp. *La esquadra de cantero, regla.*] *κατων, γνάμων*, fabricorum instrumentum, habens duo latera, quo omnia dirigunt, metiunturque, quæ & regula dicitur. Plin. lib. 36. ca. 22. Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendicularum respondere oportet. Nostrates Quadrantem uocant. unde quæ recta, dimensaque sunt, ad normam facta dicuntur. Per metaphoram accipitur pro lege, formula, & præscripto Cic. pro. Mur. M. Catoni, uitam ad rectam & omnis normam dirigenti, de officio meo respondebo. Norma loquendi, Hor. de ar. Si uolet usus, Quem penes arbitrium est, & uis, & norma loquendi. Hinc Abnorme, & Enorme.

NORMALIS, male, ad normam factum. Quint. libr. 11. Sinistrum brachium eo usque alleuandum, ut quasi normalem illum angulum faciat.

NORMATVS, *α, um*, ad normam factum, & directum. Colum libro 2. capitulo 13. Ut tamquam suppositio uasi ad perpendicularum normata insisteret.

NORMANNIA, regio Galliz ultra Sequanam flumen, quæ a Carolo Magno deuictam, fidem Christianam suscepit, ita dicta a Normanis Cimbricæ Cherronesi populis, qui eam regionem occuparunt. Normanniæ autem nomen, Germanorum procul dubio uocabulum est, qui Nort, Septemtrionem appellant, & Menziurum. a Cæsare, totus ille tractus inter Armoricas ciuitates numeratur.

NORVEGIA, regio in Europa, Septemtrionalis, uersus Oceanum Germanicum sita, sub Imperio regis Danorum.

NOS, nostrum, uel nostri, [*Nos.*] *ἡμεῖς*, plutale est ab Ego mei, uel mis. Nos inter nos. Cic. ad Pompe. lib. 5. Illud non dubito, quin respu. nos inter nos conciliatura, coniuncturaque sit. Teren. Adel. Quasi non norimus nos inter nos. Nosmet pro nos ipsi. Plautus Rud. Si non moneas, nosmet meminimus. Nosmet ipsi inter nos.

NOS ad Artic. libro 4. Sed ut nosmet ipsi inter nos coniunctio res sim. Noster, nostra, nostrum, pronomen possessiuum. Noster absolute, pro, noster filius familias. Teren. in Eunuc. Haud sim. his uirgo est uirginum nostrarum. Donatus: Nostrarum, ciuium scilicet. Virgilius 2. Georg. Non eadem arboribus pendet uindemia nostris. Nostrate culpa, Teren. in Phor. Nostras, nostratis, omnium generis. a Noster, significatq., e nostra gente, uel patria. Cic. Pato lib. 9. Mirifice capior facetijs, maxime nostratibus. Plin. lib. 15. c. 11. Quæ candidiora, Nostratia cognominata, odoris præstantissimi. Cic. Lælio.

NOSCITARVNVS, *α, um*. Gell. lib. 5. c. 14. de leone. atque placide rā quam noscitabundus, ad hominem accedit.

NOSEITO, *as, p. c.* *ἡνσιπίζω*, frequentatiuum a Nosco. Liu. lib. 3. Sena-

rorem raro usquam noscitare.

NOSCO, *scis, noui, notum*, [*Cognoscere. Gal. Cognoscere, sauoir. Hisp. Cognoscer.*] *γνωσκω*, quod gnotico olim dicebatur. unde Agnosco, & Cognosco, & Ignosco. ugnibcat autem noscere, cognoscere, notitiam alicuius rei habere. Cic. 1. Tusc. Præceptum Apollinis monet, ut se quisque noscat. cum igitur, nosce te, dicit, hoc dicit, Nosce animum tuum. Teren. And. Qui scire posses aut ingenium noscere, Dum ætas, metus, magister prohibebant. Est præterea, carum habere. Vir. li. 4. Geor. Et patriam solæ, & certos nouere penates. Hinc Dignosco, Internosco, Pernosco. Fit autem nosco a Græco. nam Græci, *γ γωσκω*, dicunt cognoscere. hinc Latini ueteres non nosco, sed gnosco dicebant, & gnotum cognitum, & gnoto pro scio.

***NOSCOPIVM**, Lyciæ urbs. Plin. lib. 5. c. 37.

***NOSORA**, insula est maris rubri. Steph.

NOTABILIS, [*Notabile. Gal. Notable. Hisp. Cosa que se puede à deuo fer conofcida.*] *γνωστός*, qui notari, i. dignosci potest. Plin. Iun. in Epist. Notabilem te futuris principib. fecisti. Col. lib. 3. c. 21. Maior pars putationis per id tempus administratur, quo uitis neque folium notabile gerit. i. per quod nosci possit. notabilis. Plin. lib. 36. c. 5. Notabilis feditas uultus Hipponacti. Cic. 5. ad Luceium. lib. Ep. Exitu notabili concludantur.

NOTABILITER, [*Notabilmente. Gal. Notablement, euidentment, Hisp. Notablemente.*] *γνωστός*, aduer. Plin. Ep. 5. Expallui notabiliter. Tacit. lib. 17. Quibusdam notabilibus turbantibus.

NOTA, *α*, [*Nota, segno, macchia. Gal. Note, marque. Hisp. Señal.*] *σημείον*, a Nosco, is, deriuatur. Fetus: Nota nunc significat signum, ut in pecoribus, tabulis, libris, litteræ singulæ, aut binæ. nunc ignominiam. Plin. lib. 11. c. 39. Mammæ homo solus e marib. habet, cetera animalia mammarum notas tantum. Cic. in Part. Litteratura constat ex litterarum notis. Vturpatur & pro scriptura. Curius Cic. Sulpicio successori nos de meliore nota commenda. Sunt et notæ, quibus compendio scribitur. Suet. de Cæsare. S. qua occultius profereda erant, per notas scripsit. Hoc est, sic structo litterarum ordine, ut nullum uerbum effici posset. quæ si quis inuestigare & persequi uellet, quartam elementorum litteram, id est, d. p. a, & perinde reliquas commutet. Gellius de notis Cæsaris sic scribit. In epistolis Cæsaris inueniuntur litteræ singularæ sine eoagmeutis syllabarum: ex quibus uerba confici nulla possunt. Notis scribere, est compendioso scribendi genere excipiendo uti. Modestinus: Eos, qui notis scribunt acta præsidum, reip. causa non ab esse certum est. Suet. de Tito: E pluribus comperit, notis quoque excipere uelocissime solitum. Nota etiam pro infamia, & ignominia sumitur. Lucil. lib. 30. Quem scis scire tuas omnes maculasque notasque. Suet. Varijs affectus notis. Cic. 3. Off. O turpem notam temporum. Eximere notæ, id est, remittere infamiã. Gell. lib. 4. cap. ult. Aliquando refertur ad laud. m. Ouid. lib. 1. Fausto. Ille Numantina traxit ab urbe notam. Est item nota signum quo aliquid notatur. Cic. Valerio, Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit. Liui. Instruit secretis notis, per quæ haud dubie cognoscerent sua madata esse, id est, dat signa, quibus fidem faceret. Notæ etiam accipiuntur pro indicijs. Cels. lib. 2. c. 6. In acutis morbis fallaces notæ, & salutis & mortis.

NOTARIVS, *ij*, [*Notaro, notario. Gal. Notaire, escriuañ sous un autre. Hisp. Notario, qui escribe lo que otro diz.*] *γραμματωδης*, qui a τ in iudicio, uel etiam extra iudicium notis, uel litteris excipit. Plin. in ep. Notarium uoco, & die admisso, quæ formaueram, dicto. Mar. lib. 10. nec calculator, nec notarius uelox.

NOTATIO, *onis, uerbale, a noto, as*, [*Annotatione. Gal. Note, notation, remarquement. Hisp. Nota, à notacion.*] *ἡσυνείροισ*, animaduersio, quæ & nota dicitur. Cic. 2. de Diu. Cæli distributio, & ceterarum rerum notatio docet unde fulmen uenerit. Ibidem: Chaldeis in prædictione, & notatione cuiusque uitæ ex natali die, minime credendum. Temporum notatio. Idem de Clar. Or.

NOTEO, *tes, tui, a quo notescio*, [*Essere fatto noto.*] *γνωσίζομαι*, notus fio. Prop. nostri notescet fama sepulcri. Hinc Innotesco. Lactantius libro quinto: A doctis, quibus scripta eius innotuerunt, irrideri solent.

NOTHVS, [*Bastardo. Cal. Bastard. Hisp. Bastardo à nò legitimo.*] *νόθος*, ex uxore non legitima natus. Latinum eius rei nomen non habemus, ideo utimur peregrino. Virg. l. 7. Supposita de matre nothos furata creauit. nothum Græci appellant, quidquid non legitimum, nec uerum, ut nothum Atticissimum dicunt, non uerum schema Atticum, sed adulterinum. Nothi pulli, Col. lib. 8. cap. 10. Nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt. Nothos etiam appellant Arabicos elephantas, In dicis minores: teste Plin. lib. 8. cap. 1.

NOTIA, *ε, notia*, gemma eum imbribus cadens, unde & Ombria alio nomine dicitur, eodem effectus habens, quos Brontia. Plin. lib. 37. cap. 10.

NOTIFICO, as, [*Far noto, manifestare. Gal. Donner à cognoître, notifier. Hisp. Hazer notorio y conosco.*] γνωπίζω, notum facio. Ovi. lib. 1. de Pon. Ecl. 2. Atque modum pœnæ notificare uelis. Gel. lib. 9. c. 3. Philippi arma, uimque toti Græciæ metuentiam, Demosthenis orationes notificant.

NOTIO, onis, [*Cognitione. Gall. Cognoissance, intelligence. Hisp. Obra de conoscer, conocimiento, demostracion.*] ἐγνοια, cognitio, demonstratio. Cic. li. 3. Off. Explicata intelligentiam tuam, ut uideas, quæ sit in ea species, & notio boni uiri. Boetius com. 3. Top. Notio intellectus est quidam, & simplex mentis conceptio ad res plures pertinens a se inuicem differentes. Notio pro cognitione causæ. Tac. li. 3. Tiberius, dilata notione de iure flaminis.

NOTITIA, e, [*Notitia, cognitione.*] γνώσις, cognitio, notio dicitur. Cic. de Sen. Qui sermo, quæ præcepta, quanta notitia æquitatis? Notities, et, notitia. Vitru. lib. 6. in proœ.

NOTIVM, νότιον, opidum Ionie prope Colophonem. Pli. li. 5. cap. 3. 1. Est item Calydnæ insule opidum. Pli. lib. 5. c. 3. 1.

* **NOTIVM** mare dicitur, quod inter Ligusticum & Siculum est.

NOTO, as, [*Notare. Gall. Noter, signer, marquer. Hisp. Notar señaland, señalar.*] frequenter uim a notico. Priscia. In quo similiter est notandum, quod cum a notu sit deriuatum, corripuit tamen notam mirum. Cic. Or. Facile est uerbum aliquod ardens (ut ita dicam) notare. Composita enim a notus mutant o, in i, ut agnitus, cognitus, cum ignotus seruauerit. Est autem notare, animaduertere: Lactan. libro 2. Cursus siderum & defectus notauerunt. Ouidius 2. Metam. Venientem prima notauit Mercurium. Notati ignominia senatores, ob flagitium aliquot senatu moti dicebantur: ut & equites, quibus equus adimebatur: & milites, qui aliquis flagitij causa exauctorabantur. Cic. Cæcinæ, ut eam in ciuitate boni uiri, nulla ignominia notati, non reuertantur, in quam tot scelorum condemnati reuerterent. Potest etiam dici a Nota deriuatum, ut sit Notare, signum, notamve apponere. Iuu. Sed, quæ Fabricius censor notet. Notarunt hoc annales, pro, Scriptum est in annalibus. Plin. lib. 8. c. 5. 1. Item ignominia afficere. Cic. de Sen. Notandam putauit libidinem nimiam. Hinc Annoto, Connoto, Denoto, Prænoto, Antenoto, Subnoto. Cic. 3. Tus. Verbis Latinis melius, quam Græcis hæc notata sunt. Idem pro Domo: Notissimus omnium scelorum maculis.

NOTORIVS, a, um, adiecti. [*Notus, manifesto. Gal. Notoire, manifeste. Hisp. Notario, mucho conosco, manifeste.*] δηλος, manifestus. Paullus in l. ab accusatione. ff. ad S. C. Turpil. qui notoria indicia produunt. et C. de accusat. l. ea lege.

NOTVS, a, um, [*Conosco, noto. Gal. Cognu. Hisp. Conosco.*] γνωριστος. Pli. li. 2. 6. cap. 18. Albina & hæc arbor, nec uulgo nota. Notus, qui nouit. Pla. Pseu. Noui: notis prædicas. Notus, notior, notissimus. nomen ex participio. Cic. pro Mur. Tua nobilitas hominibus litteratis & historicis est notior. Idem 4. Acad. Cui erant, quæ dixi, notissima. Notus, carus, dicitur. Virg. libro 7. Et notis compellat uocibus ultro. Idem 1. Ecl. Hic inter flumina nota, id est, cara, ut inquit Seruius.

NOTVS, ti, [*Austro.*] uentus meridionalis, quem Austrum uocamus, ἀπὸ τῆς νοτίδης, humiditate.

NOVACVLA, [*Rasore, rasorio. Gal. Vn rasoir. Hi. La nauja para raer pelo.*] ἔρως, culter rasorius, a Nano, nauas, quod faciem nouare & iunior rem facere uideatur. Cic. 1. de Diu. Cotem, inspectante populo, nouaculam discissam. Aliquando pro quouis cultro. Col. lib. ult. ca. 45. Raporum summam cutem nouacula decerpito.

NOVALIS, huius Noualis, νεωμια, νεωτὸς, gene. fem. & Nouale genere neutro, diuersis modis exponi solet. Paullus Iurif. dicit esse terrâ proficissam, quæ anno cessat. Sic Varro: Qui intermittitur, a nouan do noualis ager dicitur. Plin. Nouale est, quod alternis annis fertur. Idem sentire uidetur Festus, cum ait: Noualis ager nouæ reliæos sementi. Seruius uult Noualem esse aruum tuuc primum ad sementem proficissum. Alibi tamen noualem interpretatur terrâ, quæ per singulos annos femine renouatur. Vir. 1. Ecl. Impius hæc tam cula noualia miles habebit? Quinct. in Mil. Mariano: Segnem futuris noualibus eruere filuam. Virg. Alternis idem tonfas cessare nouales, Et segnem patiere situ durefcere campum.

* **NOVA Mœnia**, νεωτερος, Sarmatiæ urbs, in Europa. Ptol. hodie Album castrum dicitur.

* **NOVANVS** flu. in agro Pitinate, trans Apenninum. Pli.

* **NOVARIA**, ciuitas uetustissima Italiæ, in Infubribus, agri fertilitate, & hominum præstantia insignis. Pli. lib. 3. c. 17.

NOVATIO, nis, νεωτερισ, dicitio Iurif. consulti uisitata, qua utuntur pro prioris debiti in aliâ obligatione aut naturalé, aut ciuilem.

NOVATRIX, cis, Qui. 15. Met. Rerumque nouatrix.

NOVELLETVM, τὸ νεωτερον, uinea ex nouellis uitib. confita. Paul. in l. ueluti. ff. de imp. in reb. dot. Si nouelletum in fundo factum sit.

NOVE, [*Nouamente. Gal. Nouellement. Hisp. Nuenamente.*] ad Heren. Ne quid noue dicamus.

NOVELLO, as, are, νεωστα, νεωσται, nouas uites pangere. Suet. in Do.

Edixit ne quis in Italia nouellaret. Hinc Renouello, rursus nouellum facio. Col. lib. 3. Vine ita renouellatur.

NOVELVS, uella, uellum, [*Nouello.*] deminut. a nouus. Virgi. 3. Ecl. & Cic. de Fin.

NOVEM, [*Novæ.*] ἐννέα, Virg. 5. Aen. Iamque dies epulata nouem gcs omnis. Cl. ad Q. F. In nouem dies distributus sermo. A quo Nouenarius, 9, & Nouenarius, a, um, Var. Do, in hominibus posse nouenarium retinere numerum. Item Nouenus, a, um Li. li. 27. De creuere ut uirgines ter nouenæ carmen canerent. Terga nouena bouum. Ovi. 1. 1. Met.

* **NOVEM** uia, ἐννέα ὁδοί, ciuitas Thraciæ. Steph.

NOVEMDIALIS, le, Cic. Q. Fr. Nouemdiale ferias.

NOVENDIVM, dii, [*Spatio di noue giorni.*] ἐννέα ἡμέρας, nouem dierum spatium: a quo nouemdiale sacrificium, quod nouem diebus continuis fieri solet ad expiationem prodigiorum. Li. lib. 1. Romanis Nouemdiale sacrum publice susceptum est.

NOVERCA, e, [*Matrigna. Gal. Marastre. Hisp. Madrastra.*] μητρυνη, dicitur quam quis liberis sublatis nouam uxorem ducit, dicta quasi νεω ἀρχη, noua princeps. Virg. in Buc. Est mihi namque domi pater, est inuitta nouerca.

NOVERCALIS, & hoc nouercale, nouercæ proprium, ut, odium nouercale, quo nouerca priuignum prosequitur. Tacit. lib. 1. Manus nouercales. Senec. Herc. fur. Stimuli nouercales. Claud. libro 2. de rap. Proserp.

* **NOVIVM**, ciuitas Hispaniæ Tarracoënsis.

* **NOVIVS**, fluius Britannicæ, Ptol. lib. 2. cap. 3.

NOVISSIMVS, sima, simum, [*Vltimo. Gal. Le dernier. Hispan. Vltimo.*] ἔσχατος, ultimus: quia quæ recenter fiunt, ultimum locum possident. Cicero 1. de Orato. Duo sunt ad iudicandum nouissima. Idem pro Ros. Com. Qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comædos. Nouissime, postremo. Plancus Cic. lib. 10. Fam.

NOUITAS, tatis, [*Novitas. Gal. Noueauté, nouvelleté. Hispan. Nouedad ò innouacion.*] νεότης. Cicero de Amic. Nouitates non sunt repudiandæ. Virgilius 1. Aeneid. Regni nouitas me talia cogit Moliri. Nouitas pro generis ignobilitate. Sallustius in Iugur. Nouitatem meam contemnunt. Cicero ad Lentul. Nouitati putabam esse inuisum mex.

NOUITER, [*Nouamente.*] Plin. in Paneg.

NOUITIVS, a, um, [*Noviζος, nouo. Gal. Nouice, tout noueau. Hisp. Noueno.*] νεωπυτος, nouum, ut Nouitium opus nuperrime factum. Nouitia mancipia, teste Martiano. ff. de ædificio edicto. Intelliguntur, quæ nondum annum seruierunt: quibus opponuntur ueterana. Vlpia. eo. tit. Plerique solent mancipia, quæ nouitia non sunt, quæ si nouitia distrahere, ut pluris uendant. Plin. lib. 23. cap. 1. Nouitium uinum refinatum nulli conducit. Terent. in Eun. Paucæ manent nouitiæ puellæ. Cic. pro Domo: Syrum nescio quem de grege nouitiorum, factum esse consulem. Nouitium inuentum. Plin. lib. 27. cap. 2. 1. & lib. 23. cap. 1.

NOVO, as, [*Far nouello, mouellare. Gal. Innouer, faire quelque chose de noueau. Hisp. Nueno.*] νεω, nouum facio. Sallust. in Cat. Ne quid eo spatio nouaretur. Nouare pro immutare. Cicero 3. de Leg. Nihil habui, quod putarem nouandum in legibus. Hinc Innouo, & Renouo. Li. lib. 1. Fœdus renouatum est. Nouans, particip. Virg. 4. Aen. Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem Conspicit. Nouandus, a, um. Ouid. 8. Metam. Mihi sæpe nouandi Corporis, o iuuenes, numero finita potestas. Nouatus, a, um. Ovi. 2. de re. Vulcanusq. nouatum Scinditur.

NOVVMCOMVM, Galliæ Cisalpinæ opidum, ante Comum, post, deductis eo a diuo Liuio quinque colonorum millibus, Nouucomum appellatum, & opidani Nouocomenæ. Strab. li. 5.

NOVVMCIVM, pondus, uel mensura nouem unciarum.

NOVVS, a, um, [*Nouo. Gal. Noueau. Hi. Nueno.*] νεος, Qui. 1. Met. In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Ter. in Adel. Nouus maritus anno demum quinto, & sexagesimo ham. Accipitur quædoque pro mirando, & inopinato. Vir. 3. Ecl. Pollio, & ipse facit noua carmina. Idem: Quis furor iste nouus? Noui homines dicuntur, qui per se ipsos clari esse incipiunt, & magistratus in ciuitate assequi. Cic. Fab. li. 5. Ep. Adeptus es, quod non multi homines noui.

Nox, huius noctis, [*Noctæ. Gal. Nuit. Hisp. Noche.*] a noceo, quod oculis noceat, uel a Græco νύξ. vnde & Nyctelius dicitur Bacchus, quod eius sacra noctu celebrabantur. Est autem Nox terræ umbra, uel (ut Speusippus ait) umbra diei contraria, solis priuatio. Cic. 2. de Nat. Deor. Ipsa umbra terræ soli efficiens, noctem efficit. Virg. 2. Aen. Nox humida cælo, Præcipitat. Aequare nocti ludum, est ludere totam noctem. Virg. 9. Aene. Felix, si proptinus illum Aequasset nocti ludum. Supremam noctem a gere. Virgil. 6. Aeneid. Dare noctes alicui, de meretricibus dicitur. Horat. Epo. 15. Locare noctes, meretricum est. Ouid. 1. Am. Eleg. 19. Sola locat noctes, sola locanda uenit. Negare noctem, dicitur meretricibus, cum nolunt admittere amatores noctu. Ovi. 1. Am. El. 8.

Poscere noctem, rogare noctem, amatores sunt. Oni. 1. Am. El. 8. & 2. Am. Ele. 2. Vigilata conuiuio nox. Tacitus l. 13. Nox pro somno: ut Exturbare noctem. Stat. 10. Theb. Thalia uociferans noctem exturbabat. Nox eterna, pro morte. Vir. 10. Aen. In æternam clauduntur lumina noctem. Nox animi, est ignorantia, & cæcitas. Ouid. 6. Meta. Tantaque nox animi est. Noctes & dies, continue, semper. Plaut. Mer. Obiurgare præter me noctes & dies. Virgilius 6. Aen. Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. Noctis partes sunt Vespera, Crepusculum, Prima fax, Concubium, Nox intempesta, Ad mediam noctem, Media nox, De media nocte, Gallicinum, Conticinium, & Diluculum. Vide Censorium de die Natali Diuidunt & milites noctem in uigilias quattuor, singulas trium horarum spatio: quoniam seruant castra uicissim per uigilias. A Nox sunt Pernox, Noctua, Nocturnus, Noctescio, Pernoxto, Noctiuagus, Noctiluca, Binoctium, Trinoctium, Quadrinoctium.

NOXA, x, [Pena. Gal. Nuissance, dommage, faute. Hi. El pecado ò el daño.] τιμωρία, pœna, unde noxæ dedi dr mancipium uel pecus, cū traditur puniendum arbitrio eius, cui damnum intulit. Hinc Noxales actiones (ut inquit Caius in l. 1. ff. de noxalib. act.) appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxa, atque maleficio seruatorum aduersus nos instituantur. Ouid. 1. Fast. Noxæ deditus hostis Spargitur effuso cornua Bacche mero. Eximere noxæ, pœna liberare. Lilius 8. Non noxæ eximitur Fabius, sed noxæ damnatus, Donatur populo R. Aliquando noxa dicitur culpa. unde Caius l. Plebis. ff. de uerborum significat. scribit, Noxæ appellatione omne delictum contineri. Liu. 3. Alia omnis penes milites noxa erat. Cic. pro Sex. Rosc. In minimis noxis, & leuioribus peccatis. Aliquando noxa dicitur detrimentum, damnum. Ouid. libro 15. Met. Noctes nocent potæ, sine noxa luce bibuntur. Colum. libro 1. cap. 6. Ea res a noxa curculionum uidetur fruges defendere. Sueto. in Cæs. Spurinamque irridens, quod sine ulla noxa sua Idus Martiæ adessent.

NOXIA, [Culpa. Gal. Faute, offence, coulpe. Hisp. Culpa.] νημία, culpa. Teren. in Eun. Vnam hanc noxiam Mitte, si aliam admitero, occidito. Cic. de leg. Noxiæ pœna par esto. Noxiæ esse, hoc est, fraudi esse, aut uitio. Liu. Nihil eam rem noxiæ futuram, quod se hostibus iunxissent.

NOXITUDO, inis, [Pena.] Noxia. Attius in iudicio armorum, ut citat Nonius: Noxitude obliteretur Pelopidarum.

NOXIUS, a, um, [Nocevole, nocente. Gal. Dommageable, qui porte dommage. Hisp. Dañoso.] βλαβερός, quod nocet. Virg. 6. Aeneid. Quantum non noxia corpora tardant. Ouid. in Ibin: Noxia luminibus spicula condant apis. Cic. de leg. Nec obediens noxius ciuis. Innoxius culpa carens, innocens. Pla. in Aul. Inopem, atque innoxium me irrides.

N A N T V

NVBAE, populi Libyæ, ad sinistram Nili flexum. Strabo libro decimo septimo.

NVBECVLA, x, [Nimbleto.] νεφέλιον, deniunt. parua nubes. Plin. lib. 18. cap. 15. Nubecula uentum procellosum dabit. Per translationem accipitur pro aduersitate. Cicero in Piso. Neque tam fui timidus, ut qui in maximis turbinibus reipublicæ nauem gubernal sem, saluamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam pertimescerem.

NVBES, [Nimula, nebbia. Gal. Nue ou nuée. Hisp. La nuue.] νεφέλη, uapor humidus, in sublime elatus: siue aer in liquorem coactus, cuius de fitas haud dubie Solem obumbrat: unde etiam nomen accepisse creditur, a nubendo, scilicet, quod solem obnubat, id est tegat. Sunt tamen qui eius originem referant ad νεφος, quæ significat nubilum. Cic. 2. de Diuin. Si nubium confictu ardor expressus se emiserit, id est fulmen. Virg. 5. Aen. Figit sub nube columbam. Idem 3. Aen. Ingeminant abruptis nubibus ignes: Nubem peditum, pro multitudine. Lilius libro 35. Rex peditum equitumque nubes iactat. Armorum nubes, Stat. 4. Theb. Belli nubes, Vir. 10. Nubis in nominatio apud Pla. in Merc.

NVBIFER, pænul. corr. nubes ferens: unde nubiferi montes, tam editi, ut nubes sustinere uideantur. Ouidius 2. Meta. Aeriæque Alpes, & nubifer Apenninus. Nubifer Notus, qui nubes affert. Idem epist. 2.

NVBIFENGVS, adiectiuum, νεφελοάτης, qui nubes fugat. Columel. lib. decimo.

NVBIGENANÆ, [Generato de nimula.] νεφελογενής, ex nube genitus. Col. li. 10. Mox ubi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles. Nubi genæ dicuntur Centauri, quod ex nube nati. Stat. 5. The. Nubigenæ caluere mero. Feri nubigenæ, Oui. 12. Met. Bimembres nubigenæ. Vir. 8. Ae. Aranes nubigenæ. Sta. 1. Theb.

NVBILARIUM, rij, νεφέλιον, locus, quo propter nubes conferuntur frumenta semitrita. Colum. lib. 1. cap. 6. Aræ nubiliarium applicari debet, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitus imber accesserit. Dicitur & Nubilar. Idem libro 2. ca. 2. r. Seges in

nubilar congeritur.

NVBILIS, huius lis, [Da marito. Gal. Mariable, & se dit des filles. Hisp. Donzella casadera.] θυγατρὶς, quæ uiro in matrimonium iungi potest. Vir. 7. Ae. Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis. Cic. pro Cluen. Nubilis filia.

NVBILIO, as, are, [Nimulare. Gal. Couurir de nuées, vendre obscur & nubileux, obscurcir. Hisp. Anublar.] σκορδίζω, nubibus obscurari: unde, Nubilat aer. Varr. de re ru. Plj. lib. 37. cap. 7. Fulgorem carbunculi extremo uisu nubilantem. Pro eodem legimus Nubilor, aris, deponens. Cato de re rust. cap. 88. Vbi nubilabitur, noctu sub tecto ponito. Hinc Obnubilo.

NVBILOSVS, bilosa, bilosum, [Nimuloso.] νεφελώδης, nubibus plenum.

NVBILVM, [Nimulo.] substantiuum, ipsa nubes. Plin. lib. 9. cap. 82. Rhodi numquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora Sol cer natur. Virgilius 6. Aeneid. Omnipotens densa inter nubila telum contorsit.

NVBILVS, a, um, p. c. [Fosco, nubiloso. Gal. Nubileux, obscur. Hisp. Nubloso & amblado.] σμωρῶνς, nubibus tectum. Plin. lib. 16. cap. 26. Aultrinum cælum, atque nubilum. Nubilis color obscurus. Idem Plin. lib. 9. cap. 35.

NVBO, bis, pli, & nuptus sum, in supino nuptum, [Coprire, uelare, maritare. Gal. Couurir. Hisp. Cubrir.] καλύπτω, uelo, operio. Quoniam uero sponæ apud ueteres, cum uiro tradebantur, nubere, uelare capita solebant, factum est, ut Nubere usui petur pro uiro traditi. Teren. in And. Aiebant hodie filiam meam nubere tuo gnato. Neque uir, sed mulier proprie nubit. licet quandoque præpostere dicatur. Pompon. in Pannuceatis, ut citat Nonius: meus frater nupsit dotata uetula, uaricosa. Iuuen. Sat. 2. Quid quaris? nubite amicus. Sunt qui dicant uirum tum nubere, cum seruit uxori, tamquam illa potius uir sit quam ille. Vnde Mart. lib. 8. Vxori nubere nolo meæ. Constructur cum datiuo, & aliquando cum ablatiuo mediante præpositione. Cum: ut Mulier nupsit mihi, & mecum.

Cic. Catoni. Quo cum esset nupta regis Armeniorum sotor. Nubere in familia clara. Cic. pro Cælio. Nubere dicuntur etiam arbores uitibus, & uites arboribus, pro coniungi. Plin. lib. 14. cap. 1. In Campano agro populis nubunt. De uitibus. Nubitur impersonale passiuæ uocis. Plau. Perfa: Hic cum mala fama facile nubitur: Dare nuptum uiro, Plautus. Caf. Cafina ut detur nuptum nostro uillico. Hinc Connubo, simul nubō. Appuleius: Nuptentibus parentibus connupseramus. Hinc Connubium, ius legitimi matrimonij. Den. bo, Innubo: quod est ad domum uiri transire. unde & pro transire simpliciter sumitur. Lucan. lib. 6. Sat. Suam enim inuadere, atque innubere censent. Hinc Innubus, qui uxorem numquam ducit: & Innuba, quæ nunquam nupsit. Obnubo, tego Sta. Obnubique comas. Pronubo, nuptijs præsum: a quo Pronubus & pronuba, quæ duo penultimam corripiunt, ut Innubus, & Innuba, cetera producant.

NVCAMENTA, κάρυα, teste Plj. libro 16. capit. 10. dicuntur quædam quasi paniculæ dependentes ex ramis abietis & piceæ. Ruelius: uel, quod sint quasi quædam naturæ rudimenta, pineam nucem facere condiscens: uel, quod aperte in nucibus propendere cernantur.

NVCERIA, νεκέρια, urbs Campaniæ, populi Nucerini. Plinius libro 3. capitulo 5.

NVCES, [Noci.] κάρυα, a nocendo dictæ, quod satis noceant. Ouid. de Nucc. Quoniam sata lædere credor, Imus in extremo margine fundus habet. Siue quod linguæ noceant: aridiores enim factæ eam exulcerant. Alij a capitis noxa dictas existimant. constat, a nucis nucleum esse difficilem concocti, dolore capiti inferentem tussientibus inimicum: unde Græci κάρυον, uocant, a grauedine capitis. κάρυα, enim caput significat. Est autem nux generale omnibus, quæ rudo operimento teguntur, ut castanæ, amygdalæ, auellanae, & huiusmodi. Vir. 2. Eclo. Castanæque nuces, mea quas Amaryllis amabat. Pomum uero de ijs proprie dicitur, quæ mollem habent corticem, quamuis etiam pro nucibus aliquando accipiantur, ut apud Plin. lib. 15. cap. 22. Solum hoc pomum natura compactili operimento clausit: cum loquatur de nuce iuglandæ. Relinquere nuces est omisissis puerilibus ad maiora conuertitur, cum enim lusus soli pueritiae conueniens. Persius Saty. 1. Et nucibus facimus quæcumque relictis, Cum sapimus paruos. Nux Græcæ, eadem cum amygdala, quæ & Thasia dicitur. Colum. de Arboribus, capit. 22. Nucem Græcam ferito Arcturi signo. Plj. libro 15. capitulo 22. Cum de amygdala loquitur. Hæc arbor (inquit) an fuerit in Italia Catonis ætate, dubitatur, quoniam Græcæ nominat Nuces iuglandes, quæ & Regiæ dictæ. Plinius libro 15. cap. 22. Ab his locum amplitudine uindictarunt nuces iuglandes. Vide Iuglans.

NVCESVS, a, um, [Dinoco.] κάρυκός, ex nuce. Plinius libro decimo sexto, cap. 39.

NVCLEVS, nuclei, [Gariglio, garione, quel dentro della noce. Gal. Noyau cerné.]

- verneu de noix.* Hisp. *El moello de la nuez y fruta seca.* πυρωδ, quod tenerum in nucle includitur. Plaut. in *Curc.* Qui e nucle nucleum esse uult, frangat nucem, id est, qui commodum appetit, ne fugiat laborem. Inde Eucleo, as, declaro, quasi nucleum rei alicuius eruo. Nucleus ferri a Plinio libro 24. capitulo 14. Accipitur pro chalybe. In fornacibus, inquit, nucleus ferri excoquitur ad indurandum aciem. In acino etiam nuclei dicuntur minuta illa grana, quæ uulgo Vinacea uocant. Plin. l. 2. cap. 1. Vina passâ romachum tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent. Nucleum amisit, prouerbium. Plaut. *Cap.* Nucleum amisit, reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis, ubi rescuisset herum amissum pro seruo, seruum pro domino retentum. is enim, ex quo fructus expectabatur, aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumentum poterat capi.
- NUCIFRANGIBVLVM**, dens, dentibus enim nuces solent confringi. Plautus in *Bacch.* Ne nucifrangibula excusserit ex malis meis.
- NVCVLA**, nucula, [Nocella,] *καρυάριον*, deminutiuum, minuta nux.
- NVDITAS**, atis, [Nudezza. Gal. *Nuditè, poureté.* Hisp. *Defnudez.* γυμνότης, simplicitas, & quandoque pro inopia. *Quint. lib. 10. c. 2.* Tenuitas ac nuditas placuit.
- ***NVDITANVM**, ciuitas Hispaniæ Bæticæ. *Pli. 3. cap. 1.*
- NVSDIVERTIVS**, [L'alt'heri. Gal. *L'antrebier, denantbier.* Hisp. *Antier.* ἀπὸ γῆς, & nudius quartus composita, inquit Festus, a nunc, & die tertio, quarto: quasi dicas, nunc est tertius, nunc est dies quartus, semperque de præterito dicuntur. Dicitur & nudius quintus, & nudius sextus. *Plau. in Most. Heri, & nudius tertius, quartus, quintus, sextus.* Cic. 5. *Phi.* Recordamini, qui dies nudius tertius decimus fuerit.
- NVDATVS**, a, um, Cic. pro *Flac.*
- NVDO**, as, [Nudare, spogliare. Gal. *Defnner, mettre nud, descouvrir.* Hisp. *Defnudar.* γυμνῶν, nudum facio, detego. Cic. 7. *Verr.* Hominem in foro medio nudari, & uirgas expediti iubet. *Plinius libro 16. cap. 22.* Cum quædam arbores prunæ germinant & inter nouissimas nudentur. *Nudare uiscera.* *Vir. 1. Aen.* Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant. *Nudo gladios, pro distringere.* *Liu. lib. 28.* *Nudata castra, Cæsar 2. Bel. Gal.* *Nudatus defensoribus murus, ibi dem. Appul.* Tūm uulnus nudare iussus est. *Hinc Denudo, de quo suo loco.*
- NVDVS**, a, um, [Nudo, ignudo. Gal. *Nud.* Hisp. *Defnudo.* γυμνός, sine tegmine. *Virg. 1. Aen.* *Nuda genu.* Et quoniam paupertatis comes solet esse nuditas, factum est, ut nudus pro paupere ponatur. *Cic. pro Flacco:* Quoniam nudus te delectat, semper nudum esse uoluit. *Nudus ab amicis, qui nullos habet amicos.* *Cic. pro Domo:* Tam inops autem ego ab amicis, aut tam nuda resp. a magistratibus. *Sic, Nuda urbs præsidio.* *Cic. Att. lib. 7.* *Nudum in causa desistere, apud eundem.* *Nudo uestimenta detrahere:* est commodum sperare ab eo, qui nihil habet, quod auferri queat. *Plau. in Afsin.* *Nudo detrahere uestimenta me iubes.* *Nudus per metaphorā accipitur pro plano nullis coloribus uelato, ut cum, nudam ueritatem, dicimus.* *Inde fit Nude, simpliciter, non fucate.*
- NUGAE**, garum, [Ciancie, baie. Gal. *Baueries, bourdes, gaberies.* Hisp. *Los desuarios de uanas palabras.*] *ολυαρία*, a non, & ago, componi uidetur, quod nihil agant, sunt enim aut res nullius pretij, aut sermone lenium rerum, ac nullius ponderis. unde *Caullus, & Martia.* poemata sua uocant *nugas*, ut de inanibus, minimeque serijs rebus agentia. *Plaut. in Men.* *Nugæ sunt meræ.* *Idem in Trin.* *Nugas postulat.* *Cicero de Diuin.* *Huncine hominem tantis delectatum esse nugis?*
- NUGALIS**, & hoc les, [Pieno di ciancie.] *ολυαρίης*, nugis plenus. *Gellius lib. 1. cap. 2.*
- NUGAMENTA**, [Ciancie.] *ὀληματα*, *nugæ.* *Appul. li. 1.*
- NUGATOR**, [Cianciatore. Gal. *jafeur, bauer, causeur.* Hisp. *El que desuaria en uanas palabras.*] *σπερμολόγος*, *nugas loquens.* *Plautus in Capt.* *Nimius nugator fuit.* *Cicero pro Flaci.* *Neque in iustum nugator rem inuehat.*
- NUGATORIE**, nugaciter, & sine fructu. *ad Heren. li. 1.*
- NUGATORIVS**, a, um, [Pieno di ciancie. Gal. *Plein de bauerie & jaferie.* Hisp. *Lleno de desuarios.*] *Cic. de Nat.* *Tota res nugatoria est.* *Idem pro Cæci.* *Vtramque rem uideo ad probandum infirmam, nugatoriamque esse.*
- NUGAX**, cis, trium generum, [Cianciatore. Gall. *Vain.* Hisp. *Vano, que mecho desuaria.*] *ολυαρίης*, *nugas loquens.*
- NUGOR**, nugaris, [Cianciare. Gal. *Dire bourdes, bauer, resuer.* Hisp. *Desuariat en uanas palabras.*] *σπερμολογῶν*, *nugas loquor.* *Cicero 2. de Diu.*
- NUGIGERVLVS**, pænult. corr. [Che porta ciancie.] *ὀλογορός*, qui uana circumfert.
- NUGIENDVS**, di, [Che uende baie. Gall. *Vn uendeur de bourdes.* Hisp. *Joyera de joyas de mugeres.*] *λυκισθῶλης*, ab antiquis dicebatur, (inquit Nonius) qui aliquid mulieribus uenderet. nam omnia, quibus mulieres utuntur, pro rebus uanis habentur. *Plautus in Aul.*
- NVLLEIBI**, [In nium luogo. Gal. *En nul lieu.* Hisp. *En ningun lugar.*] *ἴδαμα*, in nullo loco.
- NVLVS**, a, um, [Nimo. Gal. *Nul.* Hisp. *Ninguno.*] *ἴδειε*, & *ἴτις*, compositum ab ullus, quasi non aliquis. *Cicero de Amic.* *Sic munitus, ut nullo egeat.* *Horatius 1. Epist. 1.* *Nullus additus iurare in uerba magistri.* *Nullus, pro nullius momenti.* *Cicero de Amic.* *Nulla hæc amicitia, cum alter uerum audire non uult, alter ad mentium paratus est.* *Nullus pro non.* *Terent. Hec.* *Nullus dixeris.* *Cicero At. libro 12.* *Philotimus nullus uenit.* *Plau. Trm.* *Nullus credas.* *Nulli consilij, pro nullius.* *Terent. And.* *Tam inners, tam nulli consilij sum.* *Nullis litteris, id est, illitteratus.* *Plinius Epist. 115.* *Video multos paruo ingenio, litteris nullis, ut bene agerent, agendo consecutos.* *Nullus sum, frequens apud comicos, pro perij.* *Et plus est, Nullus sum, quam perij.* nam qui perijt, corpus est reliquum: qui uero nullus est, ita est, ac si natus non sit. *Cicero de Sen.* *Nolite putare, me, cum a uobis discessero, nullum fore.*
- NVLVS DVM**, [Nimo fin' hora.] *ἴδειε*, nullus adhuc.
- NVM**, *μῶν, ἴτοις*, interrogatiua particula, quæ negatiuum innuit responsionem. est enim idem, quod *An, siue Numquid.* *Cic. 1. Acad.* *Quis est hic? num sophistes.* *Num ne, idem significat.* *Cic. de Som.* *Scipion.* *Num ne adspicis, quæ in templa ueneris?* *Pro eodem dici mus An num.* *Cicero 2. de Diuin.* *An num Imperatorum scientia nulla est?*
- NVMA POMPELLIVS**, *νυμῶν*, ex *Curibus Sabinorum* urbe ortus, secundus a *Romulo Romanorum* Rex, iustitia & pietate insignis, qui pacatis finitimorum odijs, quo truces effertatosque longa militia animos ad pacis artes trāsduceret, ad deorum cultum animū adiecit: primumque ad infimum *Argiletum Iani* templum condidit, quod apertum bellum, clausum pacem indicaret. deinde *Dialem, Martialem, & Quirinalem* *Flamines* creauit: *Salios* item duo decim *Marti* assignauit: *Virgines Vestales* sacrauit, pontificē maximum primus declarauit: dies festos, nefastosque condidit: annū in duodecim menses diuisit. Quæ omnia quo maiore apud imperitiam plebem in ueneratione essent, simulauit sibi cū *Aegeria* nymphæ nocturnos congressus esse, eiusque se monitu, quæ acceptissimi dijs essent, sacra instituire. postremo, cum quadraginta annis regnasset, diem obiit. *Vide Liu.*
- ***NVMANA**, opidum *Piceni*, a *Siculis* conditum. *Pli.*
- NVMANTIA**, *Stephano*, *Celtiberorum* insignis urbs, quæ a *Romanis* frustra obsessa per annos quattuordecim, tandem ab *Africano* minore fame potius, quam uiribus, est deleta. *Florus* libro secundo.
- NVMANTINVS**, *Stephano*, *Numantiæ* incola: & cognomen *Scipionis Aemiliani*, qui *Numantiam* euerit.
- NVMELLAE**, [Mello.] *νύμφες*, genus uinculi lignei, ad discutiandos reos: quo collum & pedes immittitur. *Plin. in Afi.* *Compedes, neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas.* *Festus Numellam uinculi genus esse asserit, quo cellas solent alligari.* *Var. lib. 2. de re rust. ca. 6.* *de canibus loquens:* *Consuefaciunt ut alligari primum possint lenibus numellis.* *Col. lib. 6. cap. 18.* *de bobus:* *Possunt numellæ fabricari, ut inserto capite uelcentibus per foramina regulis ceruix reueatur.* *Idem de ouibus & capris li. 7. c. 8.* *Nonnulli antequam pecus numellis inducant, &c.*
- NVMEMNIS**, [Diuinità uoluntà di Dio. Gal. *La uolontè & puissance de Dieu, diuinitè.* Hisp. *La uoluntad y poderio de Dios.*] *θεῶν ἐξῆς*, *nutus ac uoluntas Dei est, a Nuo, is, quod ueteres pro uolo usurpabant.* *Virgilius 2. Aen.* *Non hæc sine numine diuum Eueniunt.* *Aliquando pro diuina potestate.* *Virg. 4. Eclo.* *Concordes stabili fatorum numine Paræ.* *Vnde diuersa numina, id est diuersæ potestates in uno Deo esse possunt, ut de Iunone scribitur, quod fuerit dicta Cureris, quia uteretur curru & hasta: quia partibus præfesset, Lucreia: quia præfesset nuptijs, Pronuba.* *Aliquando Numen sumitur pro ipso Deo.* *Virg. 4. Aen.* *Spero equidem medijs (si quid pia numina possunt) Supplicia hausurum scopolis.* *Illud autem Virg. 2. Aeneid.* *Vadinius immisit Danais, haud numine nostro.* *Seruius sic exponit.* *Haud numine nostro, Aut dijs contrarijs, aut quia in scutis Graecorum Neptunus, in Troianorum fuerat Minerua depicta.* *Diuum numen.* *Cic. 4. Acad.* *Numen senatus, pro potestate.* *Cic. 6. Phil.* *Magna uis est, magnum numen unum & idem sentientis senatus.*
- ***NVMENIVS**, *Misenæ* regionis sub *Antiocho* præfectus: qui *Perfas* eodem die, nauali, & equestri certamine uicit.
- NVMERABILIS**, le, [Numerabile, che si può numerare. Gal. *Qui se peut nombrer.* Hisp. *Cosa que se puede contar.*] *ἀριθμητῶν*, quod numerari potest. *Horat. de Arte:* *Populus numerabilis.*
- NVMERALE**, *ἀριθμητικόν*, unde numeralis scientia, quæ tractat de numeris. *Et apud Grammaticos nomina numeralia, quibus utimur*

mis studiosa, & ob id lætiora pabula subinde magalia sua transferebat, licet & Hamaxobites, qui plaustris domos suas circumferere bant. Plin. libro 5. cap. 3. Numidæ uero, Nomades, a permutatis pabulis, mapalia sua, hoc est, domos, plaustris circumferentes. Hi a Virg. lib. 4. Aë. Infreni Numidæ appellantur: quod equos non freno, quemadmodum nos consueuimus, sed uirgula dumtaxat regerent. Hinc Numidicus, a, um, ut Lapis Numidicus, qui inter generosa marmora annumeratur. A Papinio Libycus filix appellatur. Et pauimenta punica a ueteribus dicebantur, quæ ex marmore Numidico strata erant. Vide supra Nomades.

NUMIDIANA PYRA, a patria nomen fortita. Plinius libro 15. capitulo 15.

NUMITOR, p. c. filius Proce Albanorum regis, & Amulij frater, Romuli & Remi auus maternus. Huius filiam Rheam Sylliam Amulius, pulso Numitore fratre, Vestalem Virginem fecit, ne tãden sobolem haberet, quæ patrum ulcisceretur. postea uero senex a Romulo, & Remo, occiso Amulio, in regnum restitutus est. Virg. lib. 6. Et Capis, & Numitor. Liu. lib. 1.

NUMISMA, uel Numisma, atis, [Danari, moneta, medaglia. Gal. Μονονογε. Hisp. El numo ò moneda.] νόμισμα, nûmus: τὸ τῶ νόμισ, id est a lege: unde & nûmus dictus. nam cum ante percussum numisma homines mutuo permutacionis commercio uterentur, postea lege inductus est usus nûmi. Habet autem hoc nomen primam syllabam correptam, quæ in nûmus producitur: unde Græcorum more nomisma per o, in carmine scribendum pleriq. arbitrantur, cû alioqui sæpius per u, scribamus. Hor. 2. ep. 1. Retulit acceptos regale nomisma Philippos. & Mar. lib. 1.

NUMMVS, nummi, [Denaro, moneta. Gal. Μοννογε. Hi. Dinero, moneda.] νόμισμα, τὸ τῶ νόμισ, hoc est a lege appellationem accepit, o, in u, commutato: quia, cum antea permutacione mercium homines uti solerent, lege usus nûmi introductus est. Scribitur tamen per duplex m, ex antiquis lapidibus, & nummis. Est aliquando generale nomen, & de qualibet pecunia, siue moneta dici potest, siue aurea sit, siue argentea, aut etiam ærea. Pla. in Pse. Nummum nusquam reperire argenti queo. Cic. 2. de Fin. Ne nummum quidem attigisset. Aliquando speciale nomen est pecuniæ æræ, quæ alio nomine seltertius, uel coniunctim nummus seltertius appellabatur, ualebatque æstimatione Gallicæ pecuniæ decem denariolos Turonenses & femissem, id est quartam partem denarij argentei. Cic. 4. Ver. Coegit Scandilius quinque millia nummû dare. Et rursus inferius: Cogit Scandilium H-S quinque millia dare. Vbi notandum est, Cic. quinque millia seltertium, & quinque millia nummum pro eodem dixisse. Nummus adulterinus, moneta falsa. Cicero libro 3. Offic. Si sapiens adulterinos nummos acceperit pro bonis. Hinc Nummarius, ut res nummaria, libro 3. Offic. Nummarij iudices, corrupti. ad Att. libro secundo: nummarij iudicium, pecunia contaminatum, in Ver. Et nummatio, nummorum copia. 2. Phil. Et nummatus, nummis abundans, in Rullum. Et nummulus, ad Att. lib. 1. Et nummularius, qui nummos permutat.

NUMQUAM, [Non mai. Gal. jamais. Hisp. En ningun tiempo.] μήποτε. Plau. in Mer. numquam quisquam illam habebit.

NUMQUAMNON, [Sempre. Gal. Tousjours. Hisp. Siempre.] διὰ παντός, semper. Suet. in Tib. Turbatiore cælo numquam non coronata lauream certuice gestauit.

NUMQUANDO, μήποτε, num aliquando. Cicero de Amic. Quæstio subdificilis, numquando auici noui ueteribus sint anteponendi.

NUMQUIS, numqua, numquod, uel numquid, μήτις, nû aliquis. Ter. in Eunu. Numquid uis? Ibidem: numquis hic est? Pro eodem aliquando legimus numquidnam, & in neu. ge. numquidnam, præsertim apud Comicos. Ter. in And. numquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine?

NUNC, [Hora, adesso. Gall. Maintenant, à cest'heure, à present. Hisp. Agora, luego.] νῦν, aduerbijs, quod tempus præsens denotata Græco νῦν, u in u, commutato, & addita c. Interdum ponitur protandem. Virgilius 8. Eclog. nunc scio, quid sit amor. Interdum pro sed. Cicero 1. de Diu. Quæ multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & uino confusa & perturbata cernimus. Dicitur & nunc nuper, pro non ita pridem. Ter. in Eu. Idem Menandri phasma nunc nuper dedit. Quo in loco, est iste Donato, nunc adiectum est tollendæ ambiguitatis causa. est enim nuper ex iis dictionibus, quas ueteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant.

NUNCIO, as, [Nonciare, significare. Gall. Dire ou porter nouvelle, annoncer. Hisp. Traber mensaje ò nueuas.] παραγγελλω, significo. Terentius in Hec. Illos dii perant, qui hæc libenter nunciant. Pla. Cat. Numquid aliud uis patri nunciari? Cic. ad Brutum: Ita Romam erat nunciatum, cum paucis inermibus fugisse Antonium. Hinc Annuncio, alicui nuncium porto. Denuncio, manifeste nuncio. Col. Si cæli status frigidus, hiemis uolentiam nunciat.

Euuncio, manifesto. Sallust. in Cat. Per Fuluiam dolum Ci. enunciat. Prænuncio, ante nuncio. Ter. in Phor. Prænuncia hanc uenturam. Pronuncio, profero: unde Pronunciatio, prolatio: de qua ad Her. lib. 1. Pronunciatio est, uocis, uultus, gestus moderatio, cum uenustate. Et Pronunciare, est decernere: a quo Pronunciatum, statutum: Obnuncio, contra aliorum uoluntatem nuncio. Teren. in Ad. Primus sentio mala nostra: primus obnuncio. Donat. Qui malam rem nunciat, obnunciat. obnunciare enim dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, sæuamque uiderint. Cicero pro Sextio: Cum auspicijs religionis parens, obnunciret, quod senserat. Suet. in Cæs. Obnunciantem collegam armis foro expulit.

NUNCIATIO, onis, [Annonciatione. Gal. Nonciation, announcement. Hisp. Obra de traber mensaje.] ἀγγελία, denunciandi actus. Cic. 2. Phil. nos nunciacionem solam habemus.

NUNCIVS, cii, [Messo, messaggiere, noncio, ambasciatore. Gal. Messager, ou message. Hisp. Mensajero ò mensaje.] ἀγγελος, ἀγγελία, qui nunciatur, & quod nunciatur. Virg. 2. Aen. Et Nuncius ibis Pelidæ genitori, nuncio prætoris arceritus. Cic. 6. Ver. Nuntium remittere uxori, pro, repudiare uxorem. Cic. ad Att. lib. 1. Nuntium remittere uirtuti, a uirtute deficere. Idem ad Cassium: Triennium est, cum uirtuti nuntium remisisti. Nuntius, quod nunciatur. Plaut. in Stich. Citus præcurri, ut nunciarem nuntium exoptabilem. Legitur etiam nuntium in neutro genere pro re, quæ nunciatur. Catul. de Berecynthia. Geminas deorum ad aures houa nuncia referens: & Tibull. libro 3. Eleg. 4. Diui uera monent, uenturæ nuncia fortis. Nuncia, æ, femin. gen. Plin. lib. 15. cap. 30. Romanis uictoriarum nuncia additur literis, & militum lanceis. Cic. 1. de leg. Nuncia uirgo Iouis miranda uisa figura. Ouidius Epist. 6. Cur mihi fama prior, quam nuntia littera uenit?

***NUNCIOREVS**, Sesostridis filius, qui Obeliscum, in Vaticano positum, curauit excidendum. Pli.

NUNCUPO, as, pæ. cor. [Nominare, appellare. Gal. Nommer, dire nommée ment & expressement. Hisp. Nombrar par nombre.] χηματιζω, nomi no. Liu. 1. 1. Quem Iulium Iulia gens nuncupat. Varro in Medo, Quis tu es mulier, quæ me in sueto nuncupasti nomine? Cic. 2. de Natu. Deo. Quod erat a Deo natum, nomine ipsius dei nuncupabantur cum fruges Cererem appellamus. Nuncupata uota dicuntur, quæ Consules & Prætores, quando in prouinciam proficiscuntur, faciunt. Cic. 3. Phil. Ea uota, quæ numquam solueret, nuncupauit. Nuncupare testamentum, est uiua uoce supremam uoluntatem declarare. Plin. lib. 14. c. 22. Alij testamenta sua nuncupant. Et nuncupatus heres, qui uoce testatoris heres pronunciat, est, differtq. ab herede scripto: de quo uide Iustinianum Instit. de testamentis.

NUNDINA, næ, Romana dea, a nono die nascentium dicta. Macrobi. 1. Satur. 16.

NUNDINAE, arum, pæ. c. [Fiere, mercati. Gal. Foire, marché public. Hi. Feria ò mercado.] πανηγυρίς, a nono die dictæ, quasi nouem dierum. Instituta autem eo consilio perhibentur, ut rustici octo diebus in agris essent, & nono die repeterent urbem ad mercatum, legum accipiendarum causa: & ut scita, atque consulta, trinundino proposita, singulis, atque uniuersis facile noscerentur. unde mos, ut leges trinundino die promulgarentur. Cic. in Rullum. Capuam, nundinas rusticorum, horreum Campani agri esse uoluerit. Col. lib. 1. c. 1. Villicus non ulla nundinas, nisi uendendæ, aut emendendæ rei necessariæ causa, frequentauerit.

NUNDINALIS, nale, [Che si appartiene à mercati. Gal. De foire. Hisp. Cosa pertenesciente à ferias.] pertinens ad nundinas. Plautus in Aul. Coquus ille nundinalis est, in nonum diem solet ire coctum.

NUNDINARIVS, a, um, πανηγυρικὸς, quod ad nundinas pertinet. Plinius lib. 12. capit. 17. Carras opidum aperuere, quod est illis nundinarium. Idem lib. 8. cap. 51. de subus: Forum nundinarium petere dicunt.

NUNDINATIO, nundinationis, καθήλεια, nundinandi actus. Cicero de lege Agrar. Quam nundinationem iuris & fortunarum fore putatis?

NUNDINATOR, καθήλεις, qui nundinas frequentat. Festus: Nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

NUNDINOR, aris, [Vendere in publico, uendere al mercato. Gal. Marchander, faire marchandise, negocier en foire. Hi. Negociar ò ueder en ferias.] καθήλω, palam uendo, ut in nundinis fit: Firm. Ji. 6. Matheosus: Quæstus & libidinis causa pudorem duobus fratribus nundinabit. Appuleius: Iudices sententias pretio nundinantur. Suet. in Tiro. Constabat in concionibus patris nundinari solitum. Cic. nundinati pro emptitare, dixit in Verr. Ab isto pueri senatorium ordinem nundinati sunt.

NUNDINVM, Cic. pro Domo: Accusatio trinum nundinum.

NVO, nūis, *νδω*, eum suis compositis, vidē in Abnuo.

NUPER, [*Poco fa, pur hora. Gal. Nagueres, il n'ya pas long temps. Hispa. Poco tiempo ha.*] *νεασι, ἀρτι*, aduerb. ante paucos dies, uel menses. Virg. 2. Ecl. Nuper me in litore uidi. Cic. 2. de Diu. Philosophia nuper inuenta est. Hinc Nuperrime, recentissime.

NUPERVS, a, um, [*Di nouo. Gal. Recent, nouveau. Hisp. Cosa de poco tiempo.*] *και νεωστος*, quod recens est, quod nuper fuit. Pla. Cap. Recens captum hominem, nuperum, nouitium.

NVPTA, a, sublt. [*Sposa. Gal. L'epouse, la nouvelle mariée. Hisp. Nouia à esposa.*] *γαμνη*, quæ nupsit. Catullus: Prodeas noua nupta. Teren. At noua nupta eadem hæc discet.

NVPTIAE, rum, [*Noxæ. Gal. Noces. Hisp. Casamiento à bodas.*] *γάμος*, coniunctio maris & feminæ, diuini, & humani iuris communicatio. Proprie tamen dicuntur cærimonix in ducendis uxoribus: a nubendo, quod significat tego. Sed quoniam noua nupta, dum uiro tradebatur, flameo præ pudore caput obuoluebat (ut testatur Luc. lib. 2. Nuptæ leuiter textura pudorem Lutea demissos uelantur flammea ualculis.) factum est, ut Nubere accipitur, pro tradi uiro, & Nuptiæ pro maris & feminæ cõiunctione. Cic. pro Clu. Nuptiæ plenæ dignitatis.

NVPTIALIS, & hoc le, [*Notiale. Gal. De nocces, nuptial. Hisp. Cosa de casamiento à bodas.*] *γαμικος*, quod ad nuptias pertinet: ut Nuptialis thalamus, nuptialis cena. Plau. in Cur. Tu hodie cenam des fororiam: Hic nuptialem cras dabit. Nuptialis uox, Liu. 1. Nuptiales faces, & nuptialia dona. Cic. pro Cluen.

NVPTVRIORIS, [*Desiderat di maritari. Gal. Desirer de se marier. Hisp. Auer gaña de se casar.*] nubere cupio. Ap. in Apo.

NVPTVS, a, um, partic. [*Maritato. Gal. Marié, épouse. Hisp. Desposado, casado.*] *μεγαμνημένος*. Cic. pro Sex. Ex qua hic est puer, & iam nupta filia. Idem 6. Ver. Mulier nupta uni, propofita omnibus. Nupta uerba, lasciuiora, qualia sunt, mulierum, quæ uiro traditæ ue recundiam didicerunt. Pla. in Dyscolo, referente Festo: Virgo sum: nondum didici uerba nupta dicere.

NVPTVS, pti, [*Sposo, marito. Gal. Effoux, le noueau marié. Hisp. Nouio, esposo.*] *δγάμος*, nuptæ maritus. Pla. in Cal. L'ubet Chalmum quid agat scire nouum nuptum.

NVPTVS, ptus, [*Il maritari, maritaggio. Gal. Mariement, mariage. Hisp. Obra de se casar la muger.*] *γαμνος*, nubendi aSus, Vnde Nuptui dare, Nuptui collocare. Cæf. 3. Bel. Gal. Sorores suas nuptui in alias ciuitates collocasse. Pli. de uiris Illust. Eo die Numantini sollemni nuptui filias locabant.

NVRSIA, urbs antiqua Sabinorum, ex qua Q. Sertorius, uir rei militaris scientissimus, ortus est. Vir. 7. Aen. Quos frigida misit Nursia. Vbi Sertius, Frigida Nursia, uel, quia reuera talis est: uel, quasi nocens. Gracchi namque ubique in concionibus suis Nursios sceleratos appellauere. scimus autem Virgilium amore historiarum nunc per transitum tangere. Incolæ Nursini, Plin. lib. 3. c. 12. Et Nursinus, a, um. Mar. lib. 13.

NVRSVS, [*Nuora. Gal. Bru, la femme de monsfrs. Hisp. La uer a muger del hijo.*] filij uxor. Cicero 2. Phi. Mater amicam impuri filij, tamquã nurum, sequebatur. Poetæ nurum sæpe pro sexu tantum ponunt. Ouidius 2. Metam. nuribus mittit gestanda Latinis, id est, feminis Latinis.

NVSQVAM, [*In niun luogo. Gal. En nul lieu, nulle part. Hisp. En nignun lugar.*] *εδαμει*, in nullo loco. Ter. in Eu. Ille nusquam apparet, Nusquam gentium, nusquam omnino. Ter. in Adel. Fratrem nusquam inuenio gentium. Cic. At. Noster dux nusquam est.

NVSQVAMNON, [*In ogni luogo. Gal. En tout lieu, par tout. Hi. Donde quiera.*] *πταταχς*, ubique.

NVTO, as, *νδωσας*, frequentat. est a Nuo, frequentati capitis inclinatione aliquid significo. Plau. in Af. nec illa ulli homini nutet, nister, annuat. Accipitur, & pro uacillare. Cic. 6. Verr. Illud signum nutabat. Transfertur & ad animum, ut idem fere sit, quod dubitare. Cicero de Natura Deo. Democritus nutare uidetur in natura deorum.

NVTRICATIO, onis, [*Nutricatione. Gal. Nourrissent. Hisp. Obra de criar, mantenimiento.*] *τιδνωσις*. Gellius libro 12. capitu. 1. Ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoque nutricationis accederet.

NVTRICATVS, us, iiii, [*Nutricatione.*] nutricario. Varr. 1. de re rust. cap. 47. Herba non modo non euellenda in nutrifu, sed etiam non calcanda.

NVTRICOSA, s, p. c. [*Nodrire. Gal. Nourrir, alimenter. Hisp. Criar.*] *τηρεω*, nutritio. Plautus in Merc. Pueros nutrire. nutritor, aris, deponens, idem significat. Cic. 1. de Natu. Deo. Mundus omnia, sicut membra sua, nutritur, & continet. Colu. lib. 8. protulit passue: Lactens porcus acere nutricandus. Var. 1. de re rust. c. 23. Ea Sole nutricantur.

NVTRICVLA, Iuena. Saty. VII. Gallia, uel potius nutricula caufidicorum.

NVTRICVLA, nutricula, Cicero in Vat. Gellius nutricula se-

ditioforum.

NVTRIMEN, minis, [*Nodrimento.*] τροφή, nutrimentum. Ouidius 15. Metamor.

NVTRIMENTVM, ti, [*Nodrimento. Gal. Nourrissent. Hisp. Mantenimiento.*] τροφή, limentum. Transumitur & ad res inanimatas. Cic. in Orat. Educata huius nutrimentis eloquentia, ipsa se postea colat, & roborat. Accipitur & pro ipsa nutritione. Suet. in Cal. Per hanc nutrimentoꝝ consuetudinem gratia ualuit. Id est, quod in castris educatus sit.

NVTRIO, tris, triui, uel trij, secundum Priscianum, [*Nodrire.*] *τρέφω*, educo, alo. Plin. lib. 11. c. 40. Balænz mammis nutriunt fetus. Cic. in Sallu. Multi priuatorum audacias nutriturunt. Colu. lib. 12. cap. 30. passue dixit: nutritum uinum operimus. Inuenitur etiam deponens. Virgilius lib. 2. Geor. Placidam paci nutritor oliuam, id est, nutrito.

NVTRITOR, ris, *τροφεις*, qui nutrit. Stat. 10. Theb. Volucrum nutritor equorum: Sue. de claris Gramm. Ingenius, in Gallia natus, sed expositus, & a nutritore suo manumissus.

NVTRITVS, tij, [*Bailo, colui che nodrisce. Gal. Apartenant à nourrir. Hisp. Pertenescente à criar.*] *τροφεις*, qui nutrit. Cæf. 3. Bel. Civil. Nutritius eius pueri Eunichus. Est & Nutritius, a, um. Colum. libro 3. capitulo 13. Ne incrementa duritia sua reuerberet, sed tenero uelut nutritio fini recipiat. Nutritia, orum, gen. neu. neu. plur. merces nutricis, ut in titulo de Varijs, & extraordinarijs cognitionibus, circa finem.

NVTRITVS, tritus, [*Nutrimento.*] nutrimentum. Plinius libro 22. capitulo 24.

NVTRIX, cis, [*Nodrice; baila. Gal. Nourrisse. Hisp. El ama que cria.*] *τηνη*, quæ nutrit. Cic. de Ami. nutrices iure uetustatis plurimum beneuolentix postulabant.

NVTVS, [*Cenno.*] *βωτη*. Cicero Tuscul. Grauiam suo opte nutu in terram feruntur.

NVX, cis, uide nuces. Cic. de Or. nucem frangere.

N A N T E Y

NYCTALOPS, *νυκταλω*, noctu cæcus, interdiu uidens. Plinius libro 8. stauo, capitu. 50. Restituit uespertinam aciem ijs, quos nyctalopas uocant.

NYCTERIS, *νυκτερις*, uespertilionis genus tam minutis pedibus, ut eis carere uideatur. Plin. 11. c. 47.

NYCTEVS, per duas syllabas, *νυκτες*, neptuni filius ex Celæne Aclanris filia, quæ ex Amalthea & Cretensi nympa Antiopam & Nyctimenem suscepisse ferunt, ipsumque ab hac posteriore turpi amore adamatum cum eadem nutricis opera ignarum concubuisse, sed scelere cognito, nyctimenem occidere uoluisse: illam uero fugientem miseratione Mineræ in auem sui nominis uersam esse, & in ipsius tutelam susceptam. *νυκτιμεση*, enim Græce noctuã sonat. Oui. 2. Met.

NYCTICORAX, p. c. coruus nocturnus.

NYCTILOPS, tilopis, herbe genus, alio nomine nyctegretum, ita dictum, quod noctu e longinquo fulgeat. Plinius lib. uigesimo primo, capitulo 12. Sunt qui putent eam esse, quam chymistæ Lunariam appellant.

NYMPHA, a, [*Sposa, ninfa. Gal. Nimphe, épousee. Hisp. Esposa, ninpha.*] *νυμφη*, Latine sponsa. sed putauerunt antiqui nymphas aquarum deas esse: quamuis & latius nymphæ nomen accipiat pro montium deabus, quas Oreades uocant: & pro ijs, quæ arboribus & filuis putabantur præsidere, quas Dryades uocabant, & Hamadryades, & Napæas. ueteres Græci nympham dicebant, quã nos mutatione unius litteræ lympham, id est, aquam. nymphæ Libethrides, musæ dicuntur a Libethro, Thraciæ monte, musis consecrato. Vir. 7. Ecl. nymphæ, noster amor, Libethrides. Dicuntur & nymphæ apes, eum primum formam cæperint habere. Pli. lib. 11. c. 16. de apibus loquens.

NYMPHA, *νιμφη*, caruncula in muliebribus pudendis, Colliculani Latini appellant. Gal. 1. 17. de usu par.

NYMPHAEA, *νυμφαία*, herbe genus in paludibus nascens, & aquis stagnantibus: unde & nomen accepit, atque etiam Diosco. lib. 3. cap. 149. quod scilicet aquosis locis gaudeat. Alio nomine Heraclæon appellatur, quod nympa quædam Herculis amore capta, in hanc herbam feratur commutata. Est & altera nymphæ species, cuius flos Blephara dicitur, radice alba, scara, flore luteo. Diosco. lib. 3. cap. 150.

NYMPHAEVM, phæi, [*Bagno. Gal. Vn bain. Hisp. El baño.*] *λαβα* crum, uel balneum. Plin. lib. 32. cap. 12. Opera Gordiani Romæ nulla exstant, præter quædam nymphæa, & balneas. Iosephus scribit Herodem apud Ascalonem constituisse nymphæa, id est, lacus, & balneas.

NYSA, *νύσα*, urbs in ea parte Arabiæ, quæ Aegypto contermina est. apud quam, ut Diodorus ait, Bacchus educatus est a nymphis, unde & Nyseus dictus est. Nysa etiam ciuitas in India est, a Libero patre (ut refert Stral. 1. 16.) condita, sub radicibus montis, quæ Meron in-

ron incolæ appellant. Alia est Nyfa in Caria apud Plinium libro quintico, capit. 29. Est item uicus in Helicone apud Stephanum, Baccho sacer. Item opidam Eubœæ, apud eundem. Ptolemæus, præter has, duas commemorat, quarum alteram in Lycia, alteram in Ionia collocat. Plinius lib. 8. capit. 39. Nyfam Indiæ montem esse tradit.

DE . LITTERA . O



VARIIS modis positum inuenitur. Aliquando aduerbium uocandi. Terentius in Adelphi. O Syre, Aeschinus ubi est? Virg. 1. Aen. O regina, nouam cui condere Iuppiter urbem. Nonnumquam interiectio est uariis feruens affectibus, est enim aliquando admirandi, sicut Iuuen. O qualis facies, & quali digna tabella? Aliquando indignandi, Cic. in Catil. O tempora, o mores.

Aliquando optati aduentus. Ter. O salue, o Pamphile. Vit. 4. Ae. Adlis, o placidusq. uent. Interdum est interiectio dolentis. Cic. O me miserum, o infelicem. Exprimit nonnumquam exultantis affectum. Ter. in And. O factum bene, beasti. Aliquando exclamantis. Ter. Phorm. O audaciam, etiam me ultro accusatum aduenit? Aliquando iridentis. Cic. de Am. O præclaram sapientiam, solè enim e mundo tollere uidentur, qui amicitiam e uita tollunt. Aliquando pro utinam. Virg. 2. Ecl. O tantum libeat metum tibi fordidam rura, Atque humiles habitare casus. Aliquando utrumque coniungimus: ita tamen, ut O præcedat, utinam sequatur. Ouid. in Epist. Penel. O utinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat, Obrutus infans esset adulter aquis. Iungitur quoque ei particula Si, & dicimus O si, & est desiderantis, idem ualens, quod Utinam. Virg. 1. Aen. Quamquam o solitæ quidquam uirtutis adesse. Tacetur quandoque o, cum accusatio iungitur, ut apud Plin. Hominem, ut patientem. Et, ut docet Donatus, maioris stuporis est hoc modo pronuntiatum, & quandoque melius sonat. Ter. in Eun. Hominem perditum, & illum sacrilegum.

O A N T E A

OAXIS, ὄαξις, fluius Crete insulæ, ab Oaxe Apollinis filio, unde & Oaxia tellus, Creta appellatur. Virg. 1. Ecl. Rapidum Crete uenicimus Oaxem.

*OAXYS, ciuitas Crete. Herod. lib. 4.

O A N T E B

OB, [Per. per cagione. Gal. Pour. à cause de. Hisp. Por.] ὄβ, ὄβ, præpositio separari, & componi potest. Separata causalis conjunctionis locum tenet, & significat propter. Vir. lib. 1. Cuius ob auspicium infaustum, moreque sinistros. Ter. in And. Ego pretium ob stultitiam fero. Plau. in Asin. Ob asinos relatum pretium Sauria? Pretium ob stultitiam, uel ob asinos, id est, pretium asinorum, uel stultitiam: ait Donatus. Apud ueteres etiam pro Ad ponebatur: Euius apud Festum: Ob Romam noctu legiones ducere cepit. Cic. Pæto: Cuius ob os Graij ora obuertebant sua. Sic dicebant Obire, pro adire: Obmoueo, pro admoueo: Obiacent, pro adiacent, & complura hoc genus. Aliquando ponitur pro ante. Plautus in Mil. Nunc demum experior, & ob oculos caliginem Prius mihi obtigisse. Composita quandoque significant contra, ut Oppugno, obijcio. Quandoque circum: ut, Obambulo, Obfideo. Quandoque super, siue coram, siue obuiam: ut, Obuenio. Quandoque Ad: ut Obceo. Dicimus enim, iste obimit mortem, hoc est, iuit ad mortem. Componitur autem cum uerbis incipientibus ab a, ut Obaudio: cum e, ut Occumbo: d, ut Obduco: e, ut Obceo: f, ut Offero: g, ut Oggannio: h, ut Obherbesco: i, ut Obuicio: l, ut Oblittero: m, ut Obmutesco: n, ut Obnitoro: ut Oborior: p, ut Oppugno: q, ut Obquinifcor: r, ut Obruo: s, ut Obfitor: t, ut Obrineo: u, ut Obumbro. Sed quoties uocalibus iungitur, uel d, l, n, r, seruat h, integra. Cum e, muratur b in c, præterquam in Obscurus, & obscenus, in quibus duobus b seruat, & f, additur post b. Cum aliis litteris mutatur b in sequentem litteram, ut Offero, Offendo, Opportunus, Oppono. Excipitur Omierio, quod abiicit b: nam perpetuo apud poetas corripitur. Horatius de Arte: Pleraque differat, & præsens in tempus omittat. Obmutesco seruat utramque compositionis partem integram. In Operio, & compositis Adoperio, & Cooperio abiicitur b. De r, littera ante diximus. In ijs, quæ a t, incipiunt, seruat h, ut Obrudo.

OBACERO, ras, est alterius sermoni obstrepere, ab acere frumenti purgamento. Festus.

OBACERBO, bas, ὄβασ, idem quod Exacerbo. Festus.

OBACERATVS, rata, ratum, [Indebitator, debitor. Gal. Endebté. Hisp. Obligado por deudas.] ὄβασ, ære accepto obligatus, quasi ære alieno adstrictus. Cæc. libro 1. Com. Omnes obratos eodem conduxit.

OBAMBVLATIO, nis, [Passeggiamento. Gal. Pourmenement. Hisp. Obra

de passearse.] ad Her. Obambulatio hominum.

OBAMBULO, as, [Passeggiare. Gal. Cheminer, conuoyer, aller à l'entour. Hisp. Passear, andar e uenderdor.] ὄβειπατώ, deambulo, siue huc illic ambulo. Ouid. 2. Tri. Cum solus obambulet ipse. Sæpe etiam idem, quod Circumambulo, & sic fere accusatio iungitur. Ouid. 14. Meta. Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam. datiuo: ut Virg. lib. 3. Geor. Nec gregibus nocturnus obambulat de lupo. Vbi Seruus exponit. Obambulat, pro insidiatur. Liu. 36. Obambulare muris cepit. Aliquando accipitur pro una ambulare. Suetonius in Tib. Dextram obambulantem contauit. Est item, interpretre Festo, aduersus alios ambulare, & quasi ambulanti se opponere.

*OBARENI, Armeniæ populi. Steph.

OBARESCO, ὄβειρανομαι, circumquaque arefco.

OBARO, obaras, [Bisarare.] ὄβειρανώ, circum aro. Linius libro 23. Cum hostes obarassent, quidquid herbi tereni extra murum erat.

OBARMO, as, are, [Armare. Gal. Armer. Hisp. Armar.] ὄβειραζώ, idem quod Armare. Horatius 4. Car. Ode 4. Amazonia securi Dextras obarmet.

OBATER, adiect. ὄβειρατος, quodammodo ater, subater. Plinius libro decimo octauo, capit. 35. Nascens Luna si cornu superiore obatro surget.

OBAUDIO, is, ὄβειρακός, olim pro obedio: quod & aperte docet Fes. qui obedio interpretatur pro obaudio. Nestor non contemnendus Grammaticus, obedio dictum ait obaudio.

OBBA, æ, poculi genus, auctore Nonio, ligneum, uel ex spartho, a uerbo Obbibio, ut quidam putant: uel, (ut alii malunt,) a Græco ὄββη, quod tribum siue turbam significat. Varro in Epistola ad Marullum: Verum meridie, an uesperis libentius ad obbam accedas. Persius Saty. quinta: Exhalet uapida læsum pice sessilis Obba.

OBIBEO, is, pæcul. corr. [Bevere.] Cicero 1. Tuscul. Cum uenenum obbibisset.

OBIBRUTO, obrutes, obstupeo: a Brutus, quod olim stupidum significabat. Afranius: Non possum uerbum facere, obrutui. Festus.

OBRYTESCO, is, ere, [Perder la ragione. Gal. S'abrutir, perdre sans raison. Hisp. Quedar sin sentido y rasnada.] ὄβρυτος, brutum fieri, rationem amittere. Lucr. lib. 3. An contracta suis e partibus obrutescat.

OBCECO, as, uel Occæco, [Acciecare. Gal. Aueugler. Hisp. Cegar à otro.] ὄβκετώ, cæco. Cic. ad Senatum: Quod ego negotium, non stultitia obcecat, sed uerecundia deterritis reculsauit. Accipitur & pro obscurare. Cicero 3. de Orat. Narratio obscura totam obcecat orationem. Obcecare fossas in agro, pro obtegere. Colum. lib. 2. cap. 7.

OBDO, obdis, [Opporre. Gal. Opposer. Hisp. Poner en contrario.] ὄβδομαι, ex ob, & do, oppono, ut ait Festus. Terentius in Eun. Pessulum ostio obdo. Ponitur & pro claudio. Plautus in Cas. Forem obdo.

ORDORMIO, [Dormire. Gal. Dormir. Hisp. Adormescerse.] ὄβδομαι, dormio. Cicero 1. Tuscul. Nescio quando in Latro obdormiuit: nondum opinor, experrectus est. Obdormire crapulam, dixit Plaut. in Most.

OBDORMISCO. Cicero 1. Tuscul. Quid melius, quam in medijs uitæ laboribus obdormiscere, & ita coniuuentem somno consopiri sempiterno? Suet. in Claudio: Non numquam in iure dicen do obdormiscebat.

OBDUCO, is, p. p. [Coprire. Gall. Couvrir. Hisp. Cubrir.] ὄβδύω, operio, tego. Virg. in Moreto. Et cinis obductæ celabat lumina prunæ. Cic. 2. de Nat. Deo. Obducuntur libro, aut cortice trunci stirpium, quo sint e frigidibus, & caloribus tutiores. Aliquando pro detego, aperio. Lucil. Aulam obducite, id est, aperite, ut interpretatur Nonius. Aliquando pro adduco: nam, ut supra docuimus, Ob, in compositione idem ualet, quod ad, Plau. in Pseu. Ad opidum exercitum obducam. Aliquando pro inducere. Cic. 4. Acad. Conatus est rebus tenebras obducere. Obducere frontem, est frontem contrahere. Quint. lib. 10. cap. 3. Interrogauit, quæ causa frontis tam obductæ. Obducere diem. Cic. ad Att. 1. 16. Obduxi postero diem. i. consumpsi, siue circum illa loca duxi. Obducere callum dolori, est ex perpetuo dolore aduersas res æquiore animo pati. Cic. 2. Tuscul. Ipse labor quasi callum obducit dolori. Metaphora ab iis, quorum manus pedesq. ex perpetuis laboribus callis obduerunt.

OBDUCTIO, obuolutio. Cic. pro C. Rab. Carnifex & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit.

OBDUCTAS, obductas. Plantus in Merc. Meas in ædes scorta obductarier.

OBDURO, res, rui, [Indurarsi.] ὄβδύρωμαι, a quo Obduresco, durior fio. Cic. Cor. Equidem iam obdurui, id est, quasi callum feci,

OBV-

- OBDRESCO**, scis, [*Indurare. Gal. S'endurcir. Hispan. Endurescense.*] *οκνηρωσικαι*, obdureo. Varr. 3. de re rust. capitulo 14. Earum semen diuturnitate obdurecit. Per translationem accipitur pro longa doloris consuetudine res aduersas æquiore animo ferre. Cicero ad Att. lib. 10. Exanimauit omnes, qui mecum erant: nam ipse obdurui. Iungitur aliquando accusatiuo cū Ad, Cic. ad Cælium lib. 2. Obduruit animus ad dolorem nouum. Et cum præpositione Contra. Cic. 3. Tus. Obduruisse sese contra fortunam arbitrantur. Ablatiuo cum in. Cic. 7. Ver. Cum in eiusmodi patientia turpidinis obduruisse.
- ORDURO**, as, [*Indurare. Gal. Endurcir. Hispan. Endurescer à otra cosa.*] *παρω*. Hor. 2. Ser. Sat. 5. Perfrata, atque obdura, Cic. de Fin. Quis contra studia naturæ tam uehementer obdurauit.
- OBEDIENTER**, *πειθωσιως*, Lilius libro xxv. Obedienter curatum est.
- OBEDIENTIA**, *υπακοη*, [*Vbbidire. Gal. Obeissance. Hispan. Obedientia.*] *υπακοη*, Cic. 1. Off. Abiucium obedientiam.
- OBEDIO**, dis, diui, ditum, [*Vbbidire. Gal. Obeir. Hispan. Obedescer à otro.*] *πειδομαι*, pareo. Cic. 3. de leg. Ut obtemperent, obediuntque magistratibus. Sumitur & in deteriorem partem. Idem: Dum dedecori ac turpitudini obediit. Incerdum præter datiuum habet & accusatiuum, cum Ad. Cic. pro Cæ. De feruulis nostris concesserimus, ut ad uerba nobis obediunt, obtemperent.
- OBEDIENS**, obediens, partic. [*Vbbidiente. Gal. Obeissant. Hispan. El que obediçe à otro.*] *υπακωσ*, Cic. 1. Off. Appetitum rationi obedientem præbeamus.
- OBEDIENTIOR**, Liu. lib. 25. Imperijs uirorum nemo obedientior me uno fuit. Obedientissimus, Plin. lib. 16. c. 43.
- OBELIAE**, *οβελιας*, panes Baccho sacri, dicti, uel, quod obolo Alexandriæ uenirent, uel, quod in ueru torrerentur. Cælius Rhod. lib. 9. cap. 16.
- OBEDO**, is, p. c. [*Rodere. Gal. Ronger. Hi. Comer à roer en derredor.*] *αειρωω*, consumo, quasi circumedo: a quo
- OBESVS**, a, um, quod proprie testibus Nonio, & Gell. accipitur pro gracili, & circumroso, macilentoque. Næuius: Corpore, pectoreque undique obeso. Aliquando tamen accipitur pro uberi & crasso, ut fit Obesius, quasi ob edendum factus. Vir. lib. 3. Geo. Breuis alius, obefaq. terga.
- OBESO**, as, [*Ingrasare. Gal. Engraisser. Hispan. Haizer grasso.*] *πιαλυα*, impingui. Col. lib. 8. c. 7. Obelant auem.
- OBESITAS**, atis, [*Grassezza. Gall. Grassure. Hispan. Grossura.*] *πιότης*, pinguedo. Col. 1. 6. c. 24. Ne eas steriles reddat nimia corporis obesitas. Plin. lib. 8. c. 32. In magna obesitate. Sue. in Dom. Caluitio deformis, & obesitate uentris.
- OBELISCVS**, sci, [*Aguilla. Gal. Vne aguille. Hispan. Aguja. à cosa que tiene forma de aguja.*] *οβελ σκος*, demin. ad obelus, magis nomine, quam re: non enim est paruus obelus, sed saxum ingens, in figuram metæ cuiusdam, sensum a præceteritate in excelsum consurgens, pauillatim gracilescens, specie quadrata, in uerticem productus angustum, manu læuigatus artificis. uiuantur & hodie Romæ aliquot obelisci. Plin. lib. 36. c. 8.
- OBELVS**, li, p. c. [*Spedo. schidone. Gal. Vne broche. Hispan. El assador.*] *οβελος*, Latine ueru. a cuius similitudine uirgula quædam, qua adulterina, aut etiam perperam scripta notamus, a Græcis *οβελος*, a nostris ueru dicitur. Hierony. ad Pau. Origenes editioni antiquæ translationem Theodotionis admisit, alterisco, & obelo opus omne distinguens. Sic dicitur, qui tanquam ueru superflua iugulat & confodit.
- OBEO**, obis, obii, obitum. [*Andare. Gall. Aller. Hi. Andar. ir.*] *εοδ δειν*, idem, quod adirenam ob, pro ad, quandoque ponitur. Vnde obire mortem, est adire mortem. Plautus in Aul. Vbi obiit mortem. Obire morte, quoque dicimus. Suetonius in Aug. Morte obiit repentina. Similiter obire diem dicimus, pro mori. Seru. Sul. Cic. Nunciatum est mihi, Marcellum diem suum obiisse. Pro eodem dicimus Obire, absolute. Iuuen. Sat. 6. Magnus ciuis obit. Obire uadimonium est ire ad uadimonium, id est ad diem se sistere. Cic. pro Quinctio: Vadimonium mihi non obiit. Ibidem: Qua tibi hora uadimonium non fit obitum. Aliquando diem obire, est ad statutum diem se sistere: Suetonius in Cæf. Tamisius adicit, Crassum diem cædi destinatum non obiisse. Aliquando exsequi, ut obeo legationem, id est exsequor minus legationis. Obeo prouinciam, suscipio officium prouinciale. Cic. de lege Agræ. Qui legationes liberas obueunt. Liu. 1. Eum obiturum aha regis munia esse. Aliquando pro peragere: siue perficere. Cic. ad Att. lib. 8. Id est erat deliberationis, tamen obire non potui. Quandoque pro circumdare. Virgil. 8. Aen. Quem sulua leonis Pellis obit totum. Aliquando est circuire. Virg. 6. Aeneid. Magnas obeuntia terras Tot maria intraui. Item obuiam se præbere. Terent. in Hec. Antiquam tuam uenustatem obtinens, ut uoluptati obitus, sermo, aduentus tuus Semper fiet. Donatus: Obitus, occurfus. Obiri, passus. Ouidius 1. Fast. Hic ubi uirginea cam
- pus obitur aqua.
- OBSEQVITO**, as, [*Canalcare intorno. Gal. Chaulcher autour. Hispan. Canalgar en derredor.*] *καριτωδω*, circumequito. Liu. lib. 2. Lacessere ad pugnam, obsequitando *κατα*, prouocandoque.
- OBERRO**, as, [*Errare intorno. Gal. Errer en tour, aller çà & là. Hispan. Errar en derredor.*] *αειρωσω*, circumerro. Plin. lib. 17. c. 19. In summa tellure oberrant. Oberrare eadem chorda dicuntur citharæ di, qui eodem cantu fastidium mouent auditoribus. Horat. in arte: Et citharæ dus Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem. Persius Obërro, pro Circumuolo posuit, cum dixit: Diues arat Curius quantum non miluus oberret.
- OBEX**, cis, [*Ostacolo. Gal. Empeche, obstacle. Hispan. El estornio à obstaculo.*] *εμπόδιον*, ab Obiicio, obiectione, obstaculum. Genitiuum facit obicis. Poetæ tamen, ut priorem, que natura breuis est, producant, scribunt obicis, geminato i. fuit olim hoc nomen dubii generis, hodie tantum mascul. Vir. lib. 10. fem. gene. usus est: Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Hinc pessulum seræ in ostio, obicem appellamus, auctore Felto. Plautus in Mer. Tibi iste lætitiæ pariet obex.
- OBFIRMATE**, [*Obstinamente. Gal. Fermeent, obstineement. Hispan. Contrafirmamente.*] aduer. pertinaciter. Suet. in Tib. c. 27.
- OBFIRMO**, as, are, [*Affermare obstinamente. Gal. Affermir ou tenir ferme. Hispan. Confirmar.*] *διαβεβαιωμαι*, obstinate in re aliqua persisto. Ter. Ne tam obfirmes te Chreme. Pla. in Mer. Animum obfirmo meum. Ter. in Hec. Certum obfirmare est uiam me, quam decreui, persequi. Vbi Donatus: Obfirmare uiam aduersus omnia obstinate agere. Obfirmatus. Cic. ad Att. lib. 1. Incredibile est, quæto mihi uideatur illius uoluntas obstinatio, & in iracundia obfirmatio.
- OBGANRIO**, *αβτιλεγω*, uide Gannio, & Oggannio.
- OBHARERE**, [*Attaccarsi. Gal. Tenir à ou contre quelque chose. Hispan. Allegarse.*] *αποσκολωμαι*, adhæreo. Suet. in Ner.
- OBHERBESCO**, scis, [*Coprisi d'herbe.*] herbis obducor, ex ob, & herbesco. herbescere uero, est herbam fieri. Cic. de Sen. Elicit herbescentem ex eo uiriditatem. Festus: Oberbescere, herbâ increfcere.
- OBIACEO**, ces, p. c. [*Giacere all'incontro. Gal. Gisir ou estre couché autour ou contre. Hispan. Estar echado en derredor à contra algo.*] *αβτικειμαι*, contraiaceo, siue obisto. Col. lib. 2. c. 4. Cespites conuellit, quibus obiacentibus impeditum aruum minus recte potest iterari. Liu. lib. 9. Septas angustias deiecit arborum, saxorumque ingentium, obiacente mole, inuenere, id est, contra iacente. Stat. 4. Theb. Quæque obiacet alto Isthmos.
ORION, ὄριων, quali Vriou, dicitur est filius Iouis, Neptuni, & Mercurij. Quidam tradunt Iouem, Neptunum, & Mercurium, cum terrâ peragrarent, superueniente nocte ad pauperem quemdam Hyr eû duertisse, qui eos hilari animo suscepit, cumque deos esse animaduertisset, occiso boue iisdem sacrificium obtulit. quo officio motus Iuppiter, iussit ut aliquid muneris a se peteret, statim uoti compos futurus, qui nihil sese magis cupere respondit, quam filium: coniugem tamen se non habere, neque uelle ducere, quod morienti uxori fidem dedisset, se aliam non ducturum. Iuppiter igitur & reliqui Dij corium immolati bouis sumpserunt, in quod cum urinam emisissent, iusserunt, ut terra obrutum completis maternis mensibus solueret, quod cum fecisset, inuenit puerum, quæ ab urina Orionem nominauit. Hic postea cum euasisset uenator maximus, extinctus istu scorpionis, a Diana in cælum iuxta sidus Tauri locatus est. Luca. uero a Diana scorpione immisso occisum dicit, & deorum miseratione in cælum sublatus. Hor. ab ipsâ Diua sagittis confossum tradit, eo quod ut uoluerit eam comprimere. Seruius autem hanc fabulam longe aliter tractat, dicens Oenopionis Siculi habitum esse filium, qui cum Candiopen (quam alij Meropem uocant) fororem uitiasset, a patre excæcatus est. Hæsius Neptuni, & Euryales filium facit, idque muneris a patre obtinuisse tradit, ut per summos fluctus posset incedere. Est autem signum cælestis, quo Oriente maximæ excitantur tempestates. Hinc Virg. lib. 1. Aen. Cum subito assurgens fluctu nimbofus Orion &c. Habet autem hoc nomen apud Poetas primam syllabam indifferentem: quod prima syllaba olim apud Græcos per & diphthongum scribebatur. Poterit tamen etiam corripri, si ab iicium ex prima syllaba uocalem subiunctiuam, more Græcorum, qui, ut breuem syllabam extendant, aliquando assumunt uocalem, & ut longam contrahant, abijciunt. Media autem syllaba semper producitur. pænultima obliquorum, rursus est indifferens. Luc. l. 9. Teste tulit cælo uicti decus Orionis. Versus est spondaiacus. Oui. 8. Met. Strictumq. Orionis ensem. Apud Catu. de coma Beren. legitur nominatiuus Orarion. Proximus Hydrochoo fulgeat Orarion. Cic. in Arat.

ORIOR, [Nascere, uenire a luce. Gal. Naistre. Hist. Nascier.] oreris, & oriris, olim tam per tertiam, quam per quartam coniugationem de clinabatur, hodie tantum per tertiam, excepto iusinitio Oriri, qui mansit a quarta coniugatione. Ouid. lib. 10. Met. Tu quoties oreris. Participium præteriti temporis est Orirts, futuri Oriturus, uel Oriturus: quorum posteriore usus est Hor. lib. 2. Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes. Est autem Orior, οὐριος, id est quod nascor. Cicero 2. de Legibus: Sum amior factus huic omni solo, in quo tu ortus es, & procreatus. Quandoque surgo, prodeco. unde, Oriri, Solem dicimus. Plaut. in Aul. Quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo. Ter. in Adelp. Tibi a me nulla est orta iniuria. Plin. ep. 45. Oritur fons in monte. Hinc Aborior, Ad orior, Coorior. Lilius: Coorto tumultu terga uertere. Oborior, & Suborior eiusdem significationis: ut, Obortæ sunt lacrymæ, Subortus est rumor. Exorior, enascor. Cic. lib. 3. Off. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte.

ORITES, ὀριτης, gemma globosa specie. Plin. lib. 37. c. 10.

ORITHYA, ὀριθυα, Homero filia Erichthei Athenarum Regis: quam a Borea raptam & in uentum conuersam, Poetæ fabulantur. Verum, ut Eusebius pro uera historia refert, Boreas hanc, sibi in coniugem antea denegatam, rapuit, raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zeten & Calain suscepit. qui cû Argonautis in Colchos nauigauerunt, & Harpiæ fugauerunt. Prop. lib. 2. Iam Pandionia cesseret genus Orithyæ.

ORIUNDVS, a, um, [Che ha origine da qualche luogo. Gal. Veni on descendu de la race ou lignée. Hi. Cosa que trae origen de alli.] ὀριωνος, qui originem ducit ex aliquo loco. Lilius. lib. 24. Nati Carthagine: fed oriundi a Syracusis. Inuenitur tamen Oriundus, pro orto. Cic. Top. Ab ingenuis, oriundi. Col. lib. 1. Si liberis parentibus est oriundus. Oriundus aliquando non solum locum, sed quando que personam denotat. Lilius. l. 34. Oriundus a Magno Alexandro.

ORMENION, Homero, iucis ad sinum Pegasæum.

ORNAMENTVM, tis, [Ornamento. Gal. Ornament. Hi. El atauio.] ὀρναμεντων, ornatus. Cato de re rust. c. 10. Ornamenta bubus sex. Sumitur aliquando pro honore, siue dignitate. Cic. Crasso. Suscepiq. propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. Pro beneficio honorifico. Cic. Cæl. Quæcumque a me ornata in te proficiuntur. Ornamento esse, idem est, quod ornare. Cic. 6. Domus erat non domino magis ornamento, quam ciuitati.

ORNATE, [Ornamente. Gall. Ornement. homestement. Hist. Con atauio, et miadamente.] elegantèr. Cic. 1. de Finib. Res bonas, graui-

ter ornateq. distas, quis non legat? Idem 4. Acad. Explicata uberior & ornatus.

ORNATVS, a, um, [Ornato. Gall. Orné. paré. Hist. Atauio, asfeytado.] κεκοσμημένος, part. ab Orno, as, ornamenti decoratus. Vir. 3. Ge. Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ. Fest. Ornatus dicitur, qui bonis artibus instructus est, siue, qui honores adeptus est a populo. Oui. 1. 1. Met. Ornata capillos. Pla. in Pæn. Bono ingenio me esse ornatum, quam auro, multo mauolo. Ter. Ad. Ornatus esset ex tuis uirtutibus. Cic. pro Fla. Ornatissimus ciuitatis suæ uir. Idè pro Quin. E fundo ornatissimo deiectus.

ORNATVS, us, [Ornamento. Gal. Ornement. sparement. Hi. Atauio.] ὀρνατός, cultus, quo quis ornatur. Plin. lib. 8. c. 42. Alexandrum regio infra eum ornatus recepit in sedem. Cic. 1. Off. Statuas uidemus ornatum militari. Idem in Or. Afferunt hæc magnum ornatum orationi. Ter. in And. Nihil ornati, nihil tumulti.

ORNEAE, ὀρνεαί, uicus ex agro Corynthio, in quo Priapi sacra celebrantur, unde Priapus ipse dicitur Orneates. Str. l. 8.

ORNITHIÆ, uenti Septemtrionalis quotannis sub initium ueris tringita fere continuis diebus spirantis, dicti, ab aduentu auium, quod id temporis hirundines, & ciconiæ ad nos transfuolent. Columel. lib. 1. 1. cap. 2. Decimo Kal. Mar. Ornithiæ per dies tringita esse solent.

ORNITOBOSCION, locus ad pascendum aues. Varro de re rustica lib. 3. cap. 9.

ORNITHON, Ornithonis, Latine auarium. Var. de re rust. c. 3.

ORNITHOTROPHVM, p. p. ὀρνιθότροφον, Var. 3. de re rust. c. 5.

ORNO, as, [Ornare, adornare. Gal. Orner, mettre à point, appareiller, accompagner. Hist. Atauio, asfeytar.] ὀρνεύω, decoro, honesto. Teren. in Eun. Orna me. Prop. lib. 4. eleg. Populus & longis ornabat frondibus ædem. Hor. 2. epist. 2. Donis ornatur honestis. Cic. 1. Tusc. Nocturnam cæli formam undique sideribus ornatum. Accipitur & pro præparare. Cic. in Cap. Dicam ut sibi penum aliud ornet. Item honorare. Cic. Cæsari: Neque impedio, quo minus hisce eum ornes gloriæ insignibus. Ornare fugam, parare fugam. Ter. in Eun. Iam ornabat fugam. Ornare munus uerbis apud Ter. in Eun. est laudare. Hinc Adorno, orno. Lilius. lib. 1. Flaminem insigni ueste, & curuli regia sella adornauit. Est etiam Adornare, bene apparere. Plaut. in Cas. Intro abi uxor, atq. adorna nuptias. Exorno, & suborno, uide alibi.

ORNVS, arbor procera, caudice tereti, leui cortice. Col. l. de arb. c. 16. Siluestrem fraxinum esse dicit.

ORO, as, [Pregare. Gal. Prier. Hist. Rogar, orar.] παρακαλώ, precor, uel peto: & sæpe habet duos accusatiuos. Teren. in Eun. Vnum uos oro, ut me in uestrum gregem recipiatis. Interdum ponitur absolute. Cic. pro Quint. Orat, atque obsecrat, ut multis iniuriis iactatam æquitatem in hoc tandem loco consistere patiamini. Cic. Cæl. in ep. ad Att. lib. 9. A te peto, uel potius omnibus precibus oro & obtestor, ut aliquid imperias temporis huic quoque cogitationi. Interdum est agere, dicere, & tunc solo accusatiuo contentum est. Plin. lib. 7. cap. 53. Legatus Rhodiorum causam in senatu magna cum admiratione orauerat. Hinc fit Orans. Virg. 9. Aen. Multa deos orans. Oratus, a, um. Hor. 1. ep. 13. Oratus multa precenitere porro. Hinc Adoro, Exoro, orando impetro. Vnde Orator dicitur dum orat; Exorator, cum impetrauerit. Ter. in Prol. Hec. Orator ad uos uenio: finite exorator ut siem. Deoro, & Peroro, uide suis locis.

***OROATIS**, fluius Carmaniæ, in confinio Persidis. Plin.

***OROBANCHÆ**, ὀροβανχῆ, cauliculus sine foliis, altitudine sesquipedali, subrubescens, flore subalbido in luteum uergente. Plin. libro 22. cap. 25.

***OROBATIS**, urbs Persidis mediterranea. Ptol. l. 9.

***OROBITIS**, ὀροβίτης, chrysolæ factitiæ genus. Plin. lib. 33. c. 5.

***ORODES**, Parthorum Rex, a quo Crassus captus, & cæsus est. Plin. in Crasso.

***ORONTES**, fluius Syriam ab Antiochia diuidens. Pomp. l. 2.

ORONTEVS, a, um, Propertius libro primo: Aut quod Orontea crines perfundere myrrha.

OROPVS, p. p. ὀροπος, Steph. opidum in Attica, in confinio Bœotia: Plin. lib. 4. c. 7. Est & alia ciuitas in Macedonia. Item alia in Eubœa, Apollinis templo clarissima. Rursus alia in Syria, non procul ab Amphipoli. Sunt & alia, quæ enumerantur a Steph.

ORPHEVS, Poeta, seu uates, genere Thrax, Calliopes & Apollinis filius, quem a Mercurio, siue, ut alii habent, a patre Apolline Iyram accepisse ferunt, eaque tantum ualuisse, ut illius cantu siluas & saxa mouerit, fluiorum cursum prohibuerit, feras mitiores reddiderit. Eurydicem uxorem habuit, quæ Aristæum uim sibi inferre uolentem fugiens a Serpente occisa est. ob cuius mortem Orpheus, accepta Iyra, ad inferos descendit, ubi suo cantu a Proserpina uxorem Eurydicem recepit. sed cum eandem, non seruata lege a Proserpina sibi imposita, rur-

sum amississet, ex libem uitam agere statuit. cumque etiam alios a mulierum consortio deterret, atque in puerorum anores pelliceret, a Mæandrio inter Bacchi sacrificia iuxta Hebrum fluium occisus, & discerpis est. Virg. Ecl. 4. Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus. Alij Orpheum Ciconum regem Oegri (a quo Oeagrius appellatur) & Polyhymniæ filium fuisse dicunt, at que cū Argonautis in Colchos nauigasse. Sunt qui duos Orpheos fuisse dicant, quorum alterum Colchos nauigasse perhibent.

ORPHICVS, a, um, Cic. de Nat. Sacra. orphica.

ORPHEVS, e, a, eum, p. p. *Ὀρφεός*, ab Orpheo. Mart. lib. 1. Quidquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro Dicitur.

ORPHEA, æ, opidum in Occidentali tractu Britannix. Ptolemæus lib. 2. cap. 3.

ORSVS, s, a, sum, [*Che hæ cominciatu*], qui incœpit. Virg. 2. Aë. Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto.

ORSVS, oris, [*Incominciamento*], uel pluraliter Orsa, forum, incœpta. Liu. in Præf. operis: Vt oris tanti operis successus prosperos darent. Virg. 1. Aen. Orsa refert. i. cœpta uerba, ut ait Seruius.

ORSVS, us, Cic. 2. de Diu. Vanos pectoris orsus.

ORTHVM GARMEN, quod Arionem cecinisse refert Herod. lib. 1. priusquam se in mare præcipitaret, dictū, quod eius carminis numeri quam altissima, & intentissima uoce ferrentur. *ὀρθιον*, enim arduum. Gel. lib. 6. c. 19. Scans in summa puppi, carmen, quod Orthium dicitur, sub altissima uoce cantauit.

ORTHOGONIUS, rectis angulis constans. Colum. lib. 5. c. 2. Orthogonius ager.

ORTHOGRAPHIA, Quin. l. 1. c. 7. Quod Græci Orthographiam uocant; nos recte scribendi scientiam nominamus.

ORTHOMASTICA, poma dicuntur, ab effigie mammarum. Plin. lib. 17. cap. 14.

ORTHOSTATAS, Vitr. lib. 2. c. 8. & lib. 10. c. 17. postes uocat ianux, quod attriti sent, non iaceant tranuersi.

ORTVS, us, nomen, [*Natiuité, nascimento. Gal. Natiuité, naissance. Hisp. Nacimiento.*]. *ὄρεος*, significat natiuitatem. Cic. 1. Offic. Ortus nostri partem patria uindicat, partem amici. Ouidius 13. Metam. Materno quod sum generosior ortu. Interdum primam illam corporis celestis apparitionem supra nostrum hemispherium, ortū uocamus. Virg. 1. Geo. Nec frustra signorum obitus speculantur & ortus. Quin ipsum cæli cardinem, n quo Sol oritur, Ortum appellamus. Plin. lib. 12. c. 14.

ORTYGA, *ὄρτυγία, ὄρτυξ*, insula in mari Aegeo, omnium cycladū clarissima, Apollinis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Ortygia, (Solino teste) quia in ea primo uisæ sunt coturnices, quas Græci *ὄρτυγες* uocant. Nicander ab Ortygia opido dictam putat. Virg. 3. Aë. Linqumus Ortygia portum. Hæc etiā dicta est Delos, (ut docet Aristoteles) quod, cū antea sub aquis mersa esset, subito apparuerit: nam *ὄρτυξ*, ostendo, significat. Ab aliquib. præterea Pyrpilæ nominatur, ab igne ibi primum reperto: ab alijs Cynthia, ab alijs Aleria, ab alijs Cynetius. De Delo terræ motu concussa, Thueyd. libro 2. Est & alia in Sicilia, Syracusarum pars reliquæ urbi ponte coniuncta, quæ fontem habet Arethusam. Virgilius libro 3. Aen. Sicani præterta sinu iacet insula contra Plemmyrium undosum, nomen dixere priores Ortygiam, &c.

ORTYX, tygis, [*Coturnice. Gal. Vne caille. Hisp. Coturnix.*]. *ὄρτυξ*, auis quæ Latine Coturnix, & uulgo Qualea dicitur. Vide Coturnix. Est præterea Ortyx herbæ nomen, quæ a nonnullis Plantago uocatur. Plin. lib. 2. c. 171.

O A N T E S

OS, oris, [*Bocca, facia. Gal. Bouche, le uiaire ou visage. Hisp. La boca, el rostro, la cara.*]. *ὄμα*, proprie concauum illud, intra quod lingua & dentes concluduntur. Plin. lib. 11. c. 37. Continui dentes, aut utraque parte oris sunt, ut equo; aut superiore primores non sunt, ut bobus, ouibus. Quandoque ponitur pro facie. Virgilius 1. Aeneid. Os humerosque deo similis. Nonnumquam etiam de brutis dicitur. Virgil. 12. Aeneid. Ora citatorum dextra detorsit equorum. Neque solum de facie dicitur, sed etiam de tota specie, quæ cernitur, & quidquid in aliqua re patet, Os dici potest. Idem 3. Georg. Quam si quis ferro potuit rescindere summum Vlcis os. In hac autem significatione Os producitur, cum Os, ossis corripitur. & habet omnes casus plurales præter genitiuum Orium. Virg. lib. 8. Componens manibusque manus, atque oribus ora. Aliquando pro impudentia. Cicero 6. Verr. Os hominis, insignem quæ impudentiam cognoscite. Nonnumquam pro conspectu. Tac. l. 18. In ore eius iugulantur. Sal. in Jug. Incedunt per ora uestra magnifice. Hinc Oscolor, Ostium, Osculum, Ora, Omen, Orificium.

OS, ossis, [*Osso. Gal. Vn os. Hisp. Hueso.*]. *ὄσση*, significat solidamentum corporis, quod neruis alligauit natura. Cic. 2. de Nat. Deo. Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori, mirabiles commissuras habent? Virg. 1. Geo. Graadaque effossis mirabitur ossa sepul-

cris. Ossa etiam uocantur lapilli illi, qui in primis dactylis, cerasis, similibusque fructibus mediū tenent locum. Suet. in Clau. Olearum, at palmularum ossibus incessabatur. Ab Os fit compositum Exos, *ἄσος*, quod ossibus caret. Lucil. Exos, & Exfanguis tumidos perfluctuat artus. Inde Exosso, ossibus exsuo, unde, Exossare pisces. Appul. Exsquamatus, atq. exossatus piscis uix palpitat amplius.

OS LEONIS, genus herbæ, flore purpureo. Col.

OSCA, *ὄσκα*, opidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Ilergetum. Auctor Ptol. lib. 2. c. 6.

OSCEDO, nis, p. p. [*Sbadigliamento. Gal. Baillement. Hisp. Bocoço.*]. *ὄσκησις*, uitium, quo quis tenetur, ut sapius oscitet. Gel. lib. 4. c. 20. Deliberatum de nota eius, qui ad censores ab amico aduocatus in iure stans clare nimis & sonore oscitauit. sed cum deierasset, teneri eo uitio, quod Oscedo appellatur, notæ iam destinatæ exemptus est.

OSCI, Italix populi, qui tractum maritimum Capaniæ tenuerunt, ab oris fetiditate ita dicti. unde Obscena uerba, quasi Oscena.

OSCI LIO, las, Oscillorum ludum exerceo, oscilla moueo, uel in altum proiicio. Dicta autem sunt Oscilla, teste Festo, quod os cellant, id est, inclinat, præcipitque. in os ferantur. Oscillantes ait Cornificius ab eo dictos, quod os celare soliti sint propter uerecundiam, qui eo lusus genere utebantur. Seruius putat esse compositum ab Os, & Cilleo, les: quod in hoc ludi genere cilleretur, id est, moueretur ora. nam cillere mouere est. Plaut. in Amphit. Hominem allegent, qui mihi os oscillet probe id est, os moueat, pugnis percutiendo.

OSCILLVM, li, [*Bocchina.*]. *ὄσκιλλον*, deminutiuum a deminutiuo, Osculum pro paruo ore. Col. l. 2. c. 10. Simulatq. oscilla lapillorū adederint, reliqua pars nasci nō potest. Oscilla item, sigilla sunt, & parue imaguncule, quæ arte fictili fingebantur, & uenales proponebantur. Macr. lib. 1. c. 5. Virg. l. 2. Geor.

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

OSCINES, ab ore, & canendo, aues sunt, teste Varr. auspiciū ore facientes. Hor. lib. 3. Carm.

Oscinem coruum prece suscitabo Solis ab ortu.

OSCINVM, augurium auium. Cic. 2. de Leg. Oscina piāto.

OSCITANTER, [*Pigramente. Gal. Negligement. Hi. Negligentement.*]. negligenter, *ὄσκιττος*, Cic. de Clar. Or.

OSCITATIO, oscitandi actus. Plinius libro 7. cap. 6. Oscitatio in enixu letalis.

OSCITO, as, p. c. [*Sbadigliare. Gal. Baille. Hisp. Bocoço.*]. *ὄσκιτω*, ex eo, & cito, os commoueo, os totum aperio, ut fit præ somno, aut tædio. Gell. libro 4. cap. 20. Clare nimis & sonore oscitauit. Lucr. lib. 3. Oscitat extemplo tetigit cum limina uillæ. Ponitur aliquando pro aperiri. Plinius libro 16. capitulo 24. Omnium folia quotidie ad Solem oscitant. Hinc Oscitans otiosus & negligens. Cicero 1. de Natura Deor. Quæ Epicurus oscitans alucinatus est. Idem 2. de Or. Ista oscitantem & dormientem sapientiam Scauolarum. Dicitur & Oscitor deponens. lib. 4. ad Heren. Sedetis, & oscitamini.

OSCVLATIO, onis, [*Bascio. Gal. Baisement. Hisp. Besamiento.*]. *ὄσκιλα*, Cic. pro Cælio & Catullus.

OSCVLOR, aris, [*Basciare. Gal. Baiser. Hisp. Besar.*]. *ὄσκιλω*, dare osculum. Cic. Appio lib. 3. Epistolam osculatus. Filium mater osculata est. Idem pro Murena.

OSCVLVM, li, [*Bocchina, bascio. Gal. Petite bouche, bouchette. Hi. Columpio d'ostro pequeño.*]. *ὄσκιλα*, paruum os, quod est contra Priscia. qui uult Osculum non tenere significatum primitiuū. Oui. 1. Met. Videt Oscula, quæ non Est uidisse satis. Ponitur & pro basio: quoniam basiano eos coartamus, & quasi ex ore osculum facimus. Donatus ita distinguit hæc tria, osculum, basium, & suauium: ut Osculū officii fit, ut cum e longinquo redeunt. salutamus, atq. osculamur: basium, pudicorum. ut patris & filii: suauium uoluptatis, a suauitate dictum. sed hæc differentia non obseruatur. nam & oscula & basia impudicorum dicuntur. & suauia pudicorum. Oui. de Art. Oscula qui sumpsit. Catull. ad Lesbiam: Da mi basia mille. Cic. ad Att. lib. 6. Atticæ suauium dato.

OSCVS, a, um, Cic. Mario l. 7. Non te puto Græcos, aut Oscos ludos desiderasse. Hor. 1. Ser. Sat. 5. Mellis clarum genus Oscis. Tellus Ofca. Propert. lib. 4. Eleg. 2.

OSI, aduer. optandi. Perf. Osi sub rastro crepet argenti mihi seria.

OSIRIS, p. p. *ὄσιρις*, Osiris, uel Osiridis, Iouis filius, ex Niobe Phoronei filia, successitque Phoroneo in regnum Argiurum. Postea tamen Aegialem fratrem præfecit regno Achæie, & ad Aegyptio: transfretauit gloriæ desiderio. Quos cum subegisset, Isis, (quæ & Io uocabatur) Inachi primi regis Argiuorum filiam, duxit uxorem. Vbi, cum illa litteras, Osiris uarias artes Aegyptios docuisset, ut erque diuinos honores meruerunt. Tandem a Sityphone Aegyptio, uel (ut Seruius ait) a Typhone fratre, clam occisus, ab Isis diu quesitus est. Tandem apud Phialam iuxta

Syem laceratus repertus est, curauitque eum Isis sepeliendam in Abato iusula eius paludis, quæ Memphis proxima est, quam etiam Stygem, id est, metiorem appellauit. nec nisi sacerdotes certis diebus eosque mitras eo accedere uoluit. Sed cum apparuisset Aegyptijs deinde bos quidam, Osirim putarunt, adorauerunt que ut Deum, & uocauerunt Apim, id est, bonum, eorum lingua. Deinde dictus est Serapis. Tibul. lib. 1. Eleg. Te canit, atque suum pubes miratur Osirim Barbara, Memphitem plangere docta bouem. De Osiride sic habet Euseb. lib. de Præp. Euan. Diodorum Siculum inducens: Aegyptios ferunt prius omnium motum, ordinemque celestium corporum admiratos, Solem & Lunam deos putasse, ac Solem quidem Osirim, Lunam Isim nuncupasse. Ferunt Osirim apud Aegyptios insitionem, & aratrum, uinique usum primum reperisse, aliaque nonnulla, quæ late persequitur Tibul. lib. 1. Eleg. Osiris item herba est ramulos ferens nigros, tennes, lentos, & in iis folia nigra, ceu lini, fememque in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubescens. Plin. lib. 17. cap. 12. Vulgus Herbariorum Linariam uocat.

OSIRITES, *ὀσίριτις*, ab Aegyptiis dicitur herba, quam Cynocephalam uocant, quod canino capiti sit similis. Plin. lib. 30. cap. 2. vide Cynocephalia.

* **OSISIMI**, populi Gallie Lugdunensis, quos Cæs. Osifinos uocat.

OSQVIDATES, populi Gallie Aquitanicæ. Plin. lib. 4. c. 19.

OSSA, *ὄσσω*, imons in finibus Theffalia, quem Seneca dicit Olympos olim fuisse coniunctum, Herculis autem opera abscissum ab ea parte, ubi per Tempe fluuit Peneus fluuius. Luc. lib. 1. Cum Thracis ossæ Rupibus incubuit. Hinc Ossæus, a *ὄσσω*, denotium. Idem lib. 6. Rupes Ossæa coeret.

OSSEVS, *ὄσσω*, seum, [D'osso. Gal. D'oss. Hisp. Cosa de materia d'huesso.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, sex ossibus, unde Plin. l. 36. c. 18. scribit inueniri lapides ossæos. Oui. in Ibin: Insequat & uultus ossæa forma tuos. Genitalia ossæa, Plin. lib. 11. c. 49. Lapis ossæus. Idem lib. 36. c. 18. Ossæum lignum. Idem lib. 13. c. 4.

OSSICVLVM, li, [Ossetto.] dem. ab Os, ossis. Plin. lib. 11. c. 37.

OSSICVLATIM, minutatim. Cæc. apud Nonium.

OSSIFRAGA, præ. pr. genus Aquilæ, ab ossibus frangendis. Plin. libro 10. capit. 3.

* **OSSIGENTANIA**, regio Hispaniæ, Bæticæ uicina. Plin.

* **OSSONABA**, Lusitanicæ ciuitas.

OSSARIA, [Luogo doue si ripongono l'ossa de' defonti. Gal. Charnier lieu ou met les os des morts. Hi. Lugar donde estan los huessos de los muertos.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, locus in quo defunctorum ossa reponuntur. Vlp. l. 2. de sepulcro uiolato.

OSTENDO, dis, di, sum, & ostentum, [Dimostrare. Gal. Monstrier. Hisp. Mostrar.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, ex os, & tendo. Os enim pro facie saepe ponitur, quæ pro toto corpore, & non solum hominis, sed etiam cuiuslibet rei specie sumitur, ut Donatus in illud Ter. in Eunu. O faciem pulchram. Faciem, inquit, modo non partem corporis, dicit, sed totam speciem, quæ apparet, & cernitur. Merito ergo ostendo significat demonstrare, quia ostendo est speciem sui faciem rei monstro, quia Tendere os, id est, faciem extendere solemus in id, quod uolumus demonstrare. Cic. pro Cæc. Viuius multis rebus ostendit, in morte testamentum declarauit. Ostendere se uirum. Teren. in Eu. Nunc te ostendes qui uir fies. Ostendere se optime optime se gerere. Cic. ad Q. Fr.

OSTENTATIO, [Vanto. Gal. Vanterie. Hisp. Vanagloria.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, iactantia. Cic. 4. de Fin. Gloriosa ostentatio.

OSTENTATOR, [Vantatore. Gal. Vanteur. Hisp. Vanaglorioso.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, iactor. Liu. 1. Ostentator facturum. Pla. in Cur. Ostentatoris meri. Ostentatus, a, um, Ter. in Eu. An ego occasionem mihi ostentatam amitterem? Cic. pro Rosc. Com.

OSTENTO, as, [Dimostrare spesso, uantarsi. Gal. Monstrier souuent. Hisp. Mostrar a menudo.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, frequentatiuum ab Ostentum supino formatum, quod significat saepe ostendo. Pla. in Aul. Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. Ostentare alicui periculum capitis, est minari mortem. Cic. pro Clu. Ostentare iugulum pro capite alterius, est exponere se periculo uitæ pro altero. Cic. ad Att. lib. 1. Aliquando idem est, quod cum iactantia. Ter. in Eun. Neque cicatrices suas ostentat.

OSTENTVM, ti, [Mostro, prodigio. Gal. Monstre qui aduient contre le cours naturel, chose prodigieuse. Hisp. Milagro que significa algun mal.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, ab Ostendo, dicitur res a iqua inuitata, quæ statim futurum aliquid ostendit cometæ, & tonitrua die sereno. Labeo, referente Vlpian. in l. Ostentum. ff. de uerborum significatio. definit Ostentum esse, contra naturam cuiuscumque rei genitum, factumque. Dico sunt genera ostentorum: unum, quoties quid contra naturam nascitur: alterum, cum prodigiosum uideatur. Suet. in Cæs. Cunctanti ostentum tale factum est, Quidam eximia magnitudine & forma repente apparuit. Accipiuntur etiam ostenta in bonam partem. Suet. in Vesp. Per hæc ostenta conceptam in spem imperii uenit. Legitur & Ostentus, a, um, part. Paquius: In ipso

tempore ostentum senem. i. demonstratum. Cato de re rust. c. 6. Ager soli ostentus. & Varro lib. 1. de re rust. c. 25. Qui locus optimus uino fit, & ostentus Soli.

OSTENTOSVS, *ὄσσω*, *ὄσσω*, quod ostentum facit.

OSTENTVS, *ὄσσω*, nomen, [Beffa, dileggiamento. Gal. Derrision, quand'on montre quelqu'un au doigt. Hisp. Escarniscimiento.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, irrifio. Sallustius in Iugurth. Eo natus sum, ut Iugurthæ scelus ostentui effem.

OSTIA, *ὄσσω*, [Le bouche de' fiumi. Gal. Les bouches d'une riuere, ou leurs entrees en la mer. Hisp. Los puertos donde el rio sale en la mar.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, fluuiorum patentes aditus, per quos in mare exonerantur. Virg. r. Aeneid. Tiberinaque longe equis. Nomi. singulari Ostium utitur Cicero secundo Philip. & pro l. Manil. & Plin. Ostia, pro portuum angustis faucibus. Virgilius r. Aen. Pleno subit ostia uelo.

OSTIA, urbs in ostiis Tiberis fluuii sita. Liu. lib. 1.

OSTIARIVS, [Portinaio. Gal. Portier, huisfier. Hisp. Portero.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, ostii custos. Plin. 12. cap. 14.

OSTIATIM, [A porta, a porta.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, per singula ostia. Cicero 6. Verr. posuit pro singulatim: Nolite expectare, dum ego hoc cernam agam ostiatim. Idem 6. Verr. Ostiatim totum opidum compilauit.

OSTIOLVM, li, [Vsciuolo, porticella.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, Plin. lib. 19. c. 8.

OSTIUM, ostii, [Vscio, porta. Gal. Huis, entree. Hisp. La puerta donde entra mos y salimos.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, ab ostendo, quod ex arcemur ingressu. Quidam ab Os oris, quod sit id, per quod ingredimur. Alii a Græco *ὄσσω*, repellere. Ter. in Eu. Ostium Obsera. Cic. de Or. Cum ei ab ostio quærenti ancilla dixisset, domi non esse.

OSTRACIAS, siue Ostracites, p. p. *ὄσσω*, *ὄσσω*, gemma testacea. Plinius libro ultimo capitulo 19. Nomen accepit ab ostrei similitudine. Est etiam lapidis genus, testæ similitudine, de quo Plin. lib. 36. cap. 19.

OSTRACISMVS, relegationis genus. nam ciuitates antiquitus, quæ populari statu regebantur, eos, qui excellere uidebantur, relegare solebant ad tempus, ut docet Aristot. lib. 3. Polit. non ad criminis improbitatem castigandam, sed ad potentiam moderandam. Erat autem definitum Ostracismi tempus apud Athenienses annorum decem. Dicitur Ostracismus, *ὄσσω*, *ὄσσω*, a testulis, in quibus suffragia scribi solebant.

OSTREVM, ostrei, [Ostrea,] *ὄσσω*, *ὄσσω*, generale nomen ad omnes eos pisces, qui asperam scabramque testam habent: qui autem leuem & planam habent, proprie conchæ dicuntur, quamuis generaliter ostrea quoque conchæ dicantur. Senec. Quid ostreum faciat, quid null us, optime nostri. Horat. lib. 1. Ser. Ostrea calebat primo deprehendere morsu. Iuuen. Sat. 6. Grandia quæ in mediis iam noctibus ostrea mordet. Dicitur ostrea *ὄσσω*, *ὄσσω*, a testis. Dicuntur etiam Ostreae feminino gen. Gell. libro 20. capitulo 9. Ostrea, senescente Luna, macræ sunt; crescente; pinguescunt. Spondylus, dicitur callosum illud rotundum albicans, quod inrus habent in medio, reliqua caro circumspersa Lacinia dicitur. Plin. lib. 32. c. 6.

OSTREARIVS, a, um, ut Ostrearius panis. Plin. l. 18. c. 11. Ostrearius autem panis est, quo ueteres cum ostreis uesci solebant. Ostrearius, arum, ubi ostrea uiuunt, & capiuntur. Plin. lib. 9. c. 51.

OSTREATVS, ra, tum, [Duro, aspro.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, pro duro, atque aspero. Pla. in Pœ. Iam quasi ostreatum tergum ulceribus gelito.

OSTRIFER, ra, rum, quod ostrum producit. Virg. 2. Geo.

OSTRINAE uestes, subrobe, teste Nonio. Turpil. Inspexit uirginem indutam ostrinam. Var. in Eumen. Ostrinam indutus supparum.

OSTRINVS, a, um, *ὄσσω*, *ὄσσω*, ostrum tinctum: uel ostri colorem habens.

OSTRVM, ostri, [Ostro, porpora. Gal. Pourpre ou escarlette. Hisp. La purpura.] *ὄσσω*, *ὄσσω*, sanies illa, & liquor, qui ex murice seu conchylio eximitur ad pretiosarum lanarum insecturam: unde pro ipso colore muriceo ponitur. Virgil. 4. Aen. Tyrioque ardebat murice læna. Idem 2. Geo. Ut gemma bibat, & Sarano dormiat ostro. Iuuen. Horum ego non fugiam conchyliam? i. uestimenta murice infecta. De ostri natura tradiderunt scriptores, non habere in omnibus locis unius generis colorem, sed Solis cursu naturaliter temperari: itaque quod legitur in Ponto, & Gallia, (quia hæc regiones sunt proximæ ad Septentrionem & Occidentem) inuenitur liuidum; quod autem ad æquinoctialem exortum, uiolaceo colore. Plin. lib. 9. c. 36. & 37. Videtur distinctas facere species, muricem, purpuram & conchylium. Similiter Nonius ostrinum colorem distinctum a murice, quod ostrinus color sit subrubeus, murex purpureus, sed hæc confunduntur.

OSTRYA, uel Ostrys. arbor solitaria circa faxa aquosa, similis fraxino, cortice, & ramis, folio pyri. Plin. lib. 12. c. 21.

OSTVS, uel potius Hostus a ueteribus appellabatur, quod ex uno facto olei putum purgatum que relinquuntur. factum uero dicebant, quod uno tempore conficerent: quem alii 160. modiorum, alii 120. facebant. Cato de re rust. c. 6. & Var. lib. 1. c. 24.

OSVS,

OSUS, *ὄσος*, [*Chelydion*.] Festus, Osus sum, præteritum esse putat a verbo *Osio*, quod tamen in usu non est. Plau. in Amph. Inimicos semper osia sum obtueri. i. odi. Osurus, Cic. in Læl. Ita amari oportere, ut aliquando esset osurus. Osor. Pla. in Asi. Osorem uxoris suæ, qui odit uxorem suam.

O A N T E T

***OTHRYS**, Theſſalię mons, non procul ab Oeta. Vir. 5. Descendit Centauri, Homolen, Othryng. nualem Linquentes.

OTIA, pisces marinus, ex genere ostrearum Plin. lib. 32. c. ult.

OTIS, idis, avis minor bubone, & maior noctua. Plin. lib. 10. c. 23.

O A N T E V

OVALIS, & hoc le: ut, Oualis corona, quæ ex myrto fiebat, qua donabantur Imperatores, qui orientes urbem introibant, neque iusti triumphi honore meriti uidebantur. Gell. lib. 5. c. 6.

O VANS, [*Triouſante*.] a uerbo *Ouo*, quod raro apud probatos auctores inuenies, cum *Ouans* nusquam non occurrat. Cic. 2. de Orat. Adscendit ouans in Capitolum Aquilius. Abusue pro lætabundo. Virg. 4. Aen. Naut. s. comitator ouantes. Vbi Seruius: Ouantes, lætantes, abusue. nam proprie ouatio est minor triumphus, qui enim ouationem meretur, & uno equo utitur, & a plebe, uel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de ouibus sacrificat: unde & ouatio dicta est. qui autem triumphat, albis equis utitur quattuor, & senatu præeunte in Capitolio de tauris sacrificat.

O VATIO, ouationis, *ὄσος* ὄσος, teste Seruio, dicebatur minor triumphus, cum belli duces, rebus quidem prospere gestis, non tamen ita magnis, ut iusto triumpho dignæ essent, ex S. C. pedites, uel (ut aliis placet) uno equo uecti urbem ingrediebantur, myream coronam (quam ob id oualem uocabant) in capite gestantes, uniuerso autem senatu subsequente. Ouandi autem, & non triumphandi, teste Gell. lib. 5. causæ erant, cum aut bella non rite erant indicta, neque cum iusto hoste gesta: qualia erant, quæ aduersus piratas, & seruos fugiuos aliquando suscepta leguntur: aut quoties, deditioe repente facta, uictoria citra magnam sanguinis effusionem contingerat. ob quam causam oualem coronam ex myrto, quæ arbor Veneti est sacra, conficiebant; quod in cruentas huiusmodi uictorias Venereas potius iudicarent, quam Martias. Ouandi uocabulum Seruius in illud Virg. 4. Aen. Nautas comitator ouantes, ostendit ab ouibus deductum, quod, cum ii, qui triumphabant, sicut in Capitolio taurum immolarent, ouantes quem tantum mactabant. Alii Ouationem dictam putant, quasi ouationem ab interiectione lætantis *Ohe* deducto etymo. Non nulli a uoce eorum, qui ouantem comitabantur, *Oue* uerbum deductum putant. Illi enim *oo*. geminatum, lætabundi solent acclamare. unde interposita u, consonante *Ouo* credunt deduci. Est etiam Ouatio, a nomine *Ouum*, tempus, quo gallinæ oua pariunt. Plin. lib. 29. cap. 3.

O V A T V S, us, ouatio. Flac. 6. Arg. Barbarici glomerantur ouatus.

O V A T V S, ta, tum, [*Ouato, fatto in forma d'ouo*. Gall. *Qui est de la forme de figure d'ou*.] *Hisp. Cosa hecha en figura de huevo*.] *ὄσος* ὄσος, in similitudinem ouis factum. Plin. lib. 15. c. 21. Ouatum marmor, diuersi coloris maculis uariatum, ouis speciem referentibus. Plin. l. 35. c. 1. Aliquando pro eo, quod ouo illitum est, unde Ouatum aurum, oue auratum: quoniam ouis albo antea illito, æta ac marmora auri & argenti bracteis integebantur. Perf. Sat. 2. Auro sacras quod ouato perducis facies. Ouatum autem primam corripit, quæ pro dicitur in dictione *Ouum*, non enim semper deriuata primitiuorum quantitatem obseruant.

O V I A R I A, rie, [*Greggia Gal. Bergerie, troupeau de brebis*.] *Hisp. Manada de ouejas*.] *ὄσος* ὄσος, omnium grex. Varr. in prol. 2. de re rust. Pecuaras habui grandes, in Apulia ouarias.

O V I A R I C V S, a, um. Col. lib. 7. c. 6. De ouiarico satis dictum.

O V I C V L A, *ὄσος* ὄσος, parua ouis.

O V I F E R A, *ὄσος* ὄσος, quæ fert oua, ut Ouifera gallina.

O V I L E, lis, [*Stalla da pecore Gal. Bergerie, establo à brebis*.] *Hisp. Aprisco de se acogen las ouejas*.] Ouid. 13. Met. Tepidis in ouilibus agni.

O V I L L V S, la, lum, *ὄσος* ὄσος, ouinus. Plin. lib. 19. Ouillo fimo uti.

O V I N V S, a, um, [*Pecorino*.] *ὄσος* ὄσος, quod ex oue est: ut pellis ouina.

O V I S, ouis, [*Pecora Gal. Brebis*.] *Hisp. Oueja*.] a Græco *ὄσος*, interposita u, propter hiatus, significat pecudem lanigeram. Cic. 2. de Nat. Deo. Ouium uillis homines uestiuntur. Ouem in af. gen. legi, admonent Festus, & Nonius. Varr. Rerum humanarum lib. 27. Qui oues duos, non duas dicunt. Idem: M. Terentio unum ouem multa dico. Gell. lib. 11. cap. 1. auctor est, in multis dicendis hoc semper obseruatum fuisse: ut Ouem uirili genere appellarent; alioqui multam iustam non uideri.

O V O, uas, [*Allegarsi, dimostrar allegrezza con la uoce Gal. s'esjmir*.] *Hisp. Alegarse*.] & *ὄσος*, lætitiæ uociferandum, seu canendum demonstratio. Liuius lib. 1. Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt. Est etiam Ouare, minorem triumphum, quem uocabant Ouationem, peragere.

O V V M, [*Ouo Gal. Vn' ouf*.] *Hisp. Hucuo*.] *ὄσος*, interposita u, euphoniae causa. Videllus, uel luteum ouis dicitur illud, quod in ouo crocei coloris est: Albumen, uel album ouis, liquor ille candidus, qui uittellum circumdat. Ouum ouo tam simile non est. prouerbialis est hyperbole, de rebus indilcretæ similitudinis dici solitis. Cicero 4. Acad. Videtne, ut in prouerbio sit ouorum inter se similitudo? Ouo prognatus eodem, prouerbialiter de illis dici potest, quorum ingenium moresq. ita conueniunt, ut iisdem parentibus nati uideri possint.

O A N T E X

O X A L I S, *ὄσος* ὄσος, lapathi genus, satiuo proximum. Plin. lib. 20. cap. 2. Latine Rumicem; uulgo Acetosam uocat.

***O X V S**, anis in lacu *Oxia*, apud Ptol.

***O X Y A C A N T H A**, spina est paruis foliis aculeatis.

***O X Y B A P H Y M**, acetabulum Latine dicitur. mensuræ genus.

O X Y C E D R O S, species cedri, ramosa, & nobis infesta. Plinius libro 13. cap. 5.

O X Y G A L A, n. g. lactis in açorem redacti pars coactior, quod a sero se paratum origano, cæpe, mentha, coryandro, thymo, & cunicula condiri solet. Plin. lib. 28. c. 9. & Coll. lib. 12. c. 8.

O X Y G A R V M, *ὄσος* ὄσος, garum acetosum. i. liquaminis genus ex minutioribus pisciculis confici solitum, cui acoris cõcilandi gratia non nihil aceti solet admisceri. Mart. l. 5. Oxygarumq. liber.

O X Y L A P A T H V M, prima lapathi species apud Diosc. Plin. lib. 20. c. 21. Est & alterum genus, satiuo idem similius. Officinæ Lâpathium acutum nominant.

O X Y M E L I, genus potionis, quod ex mellis libris decem, aceti ueteris heminis quinque, salis marini pondos, tymbræ quadratæ, aquæ marinæ sextariis quinque pariter decoctis fieri solebat. Plin. l. 14. c. 17. Aliter & facilius sit a Gal. 4. de uale. tuenda.

O X Y P O R O N, moreti genus, teste Gell. lib. 12. c. 57. ex caseo, sesamo, nucibus, & herbis constans, aceto piperato cõditis. Plin. l. 20. c. 22. Sunt & sua medicis oxypora, remedia celeriter iuuantia, a celeritate dicta penetrandi. Idem lib. 24. c. 8.

O X Y P O P O L A E, qui cibos uendunt aceto conditos. Plinius libro 20. capitulo 7.

O X Y R Y N C H V S, pisces Nilo peculiaris, quæ tota Aegyptus pro Deo colit. Str. l. 17. Capitur & in mari rubro, item in Caspio. Aelia. l. 12. c. 33. 34. & 35. Est etiam Aegypti ciuitas, ut ait Strab. l. 17.

O A N T E Z

O Z A E N A, *ὄσος* ὄσος, pisces ex Polyporum genere, caput habes grauissimi odoris. Plin. l. 9. c. 30. Est item *Ozæna*, narium morbus, affluxio ne acrim humorum plures crustas intra nares gignētē. quæ grauissimum expirant odorem. Plin. lib. 25. c. 12.

O Z A E N I T I S, herba ex genere gardi, ad Gangem Indiæ fluium nascens, odore uirus referens, unde & nomen accepit. Plinius l. & capitulo 12.

O Z I M V M, p. c. [*Basilico*.] ab *ὄσος*, redoleo. genus edulii redolentis ex intestinis confecti. Vide Cæl. Rhod. lib. 29. c. 24.

***O Z O L A E**, populi ex Locris, Aetoliæ oram incolentes. Strab. l. 9.

D E . L I T T E R A . P



LITTERA muta est, nec adspirationē post se admittit, nisi in dictionibus Græcis, ut Phaeton. Conuertitur quandoque in trāsferentis dictionibus. Græcis p in buq̄ apud Græcos *πὸσος*, apud nos buxus scribit. Interdū p, exsile, pro ph, adspirato poni solet, ut qd̄ a Græcis *παυκίτος*, cum ph, adspirata scribitur, a nostris Puniceus transfertur, sic *πορρῦπετος*, Purpureum dicimus.

P A N T E A

P A B V L A R I S, & hoc re, quod ad pabulum, pertinet. Col. lib. 11. c. 1. Uicia pabularis. Idem lib. 2. c. 14. de pabulari uicia. Plin. lib. 18. c. 16. Omnia hec pabularia.

P A B V L A T I O, nis, [*Paſto*. Gall. *Pasture ou fourrage, le fait d'aller ou fourrage*.] *Hisp. Obra de buscar tal paſto*.] *ὄσος* ὄσος, proprie militum, cum in agrum egrediuntur cum falcibus capiendi pabuli causa. Cæsar 7. Bell. Gall. Vt pabulatione & comæatu Romani prohibeantur. Aliquando pro ipso pabulo. Varro 3. de re rustica, capitulo 16. Si e bono loco transfuleris, ubi idonea pabulatio non est.

P A B V L A T O R I S, [*Paſcolatore*. Gall. *Fourrageur, qui ua à fourrage*.] *Hisp. El eruero que ua à buscar tal paſto*.] qui pabulatum uadit. Cæsar 5. Bel. Gall. Ad pabulatores aduolarunt. Liuius libro 29. Cum in pabulatores Romanos impetus factus esset. Hinc Pabulatorius adiectus. Pabulatoria corbis, in qua reponuntur pabula. Colum. lib. 6. cap. 2.

P A B V L I O R, [*Paſcolare*. Gall. *Fourrageur, paſtre, repaſtre*.] *Hisp. Jr à buscar tal paſto*.] *ὄσος* ὄσος, castræ uerbum. dñr. n. proprie Pabulari militi

res, cum eastris cum falcibus egressi pabulum in usum iumentorum ex agris capiunt. Valerius Maximus libro 5. cap. 6. Pabulantium hostium globo sese obicit. Interdum est pascere. Colum. lib. 7. cap. 6. de capellis loquens: Ne procurrat, sed placide, ac lente pabuletur.

PABULVM, li, [*Pasco, pascolo. Gal. Pasture, fourrage. Hisp. El pasto de bestias sin grano.*] τροφή, proprie pecudum & aliorum brutorum cibis herbaceus, feniceus, paleaceus, uel tramentitius est. Cæsar. 2. Bell. Gall. Cum pabuli copia esse inciperet. Virg. 1. Aeneid. Priusquam pabula gestassent Troia, Xanthumque bibissent. Per translationem dixit Cicero in Catone: Pabulum studij, pro oblectatione. Studium enim, animi pabulum est, quo animus pascitur, ut cibis corpus. Pabula amoris absterre. Lucr. lib. 4. Sed fugitare deceat simulacra, & pabula Amoris. Cic. 4. Acad. Est enim animo-tere mentem. Pabulum animorum. Cic. 4. Acad. Est enim animo-tere mentem. Pabulum ingenio, uel naturale quoddam quasi pabulum consideratio, contemplatioque. Ouid. 8. Metam. Dederatque graui non pabula morbo.

PACALIS, le, [*Pacifico, εἰρηνικός, pacificus. Ouid. 6. Met. Circuit extremas oleis pacalibus oras. Idem 2. Fast.*]

PACATE, [*Pacificamente. Gal. Pacifiquement. Hisp. Απαζῖγνamente, pacificamente.*] pacifice: ut, Pacate per prouinciam iter facere. Cæsar. 1. Bell. Gall.

PACATOR, ris, [*Pacificatore. Gal. Απαῖσευ. Hi. Απαῖσευ, que haçe paz.*] εἰρυσωπιός, pacis conciliator, turbarum compositor. Senec. Herc. Oetæo: Domitor ferarum, orbis pacator ades.

PACATVS, a, um, [*Pacificato, tranquillo. Gall. Απαῖσε, pacifié. Hisp. Pacificado, απαζῖγνado.*] pacificatus, tranquillus redditus. Cicero 3. Ver. Ciuitates pacata. Ouidius 1. de Pont. Si moriar, subeam pacatius aruum. Aequora pacata, Ouid. 10. Aeris pacati status. Lucretius lib. 3.

PACE TUA DIXERIM, [*Con tua licentia, μηδὲν ἀγανακτῆσεις, tua uenia. Cic. 3. de Leg. Cuius iudicium (pace tua dixerim) antepono tuo. Idem 3. de Or. Vix ullam ceteris orationibus (pace horum dixerim) laudem reliquisti.*]

PACHYNVS, pæ. n. pro. πᾶχυνον, promontorium Siciliæ, ab aeris crassitudine nomen habens. nam πᾶχυς, crassum. Virg. lib. 3. Triuacrii metas lustrare Pachyni. Priscianus in Perihesi mediam huius dictionis syllabam corripuit. Qui procul effulis Pachyni distenditur oris.

PACIFER, [*Ch' apport a pace. Gal. Qui porte paix. Hi. El que trae paz.*] εἰρυσωπος, pacem ferens: ut, Laurus pacifera. Plinius lib. 15. cap. 30. Virga pacifera Mercurij, Val. Flac. 4. Arg. Cylleus pacifer. Ouid. 14. Met.

PACIFICATIO, onis, [*Pacificatione. Gal. Pacification, apaisement. Hisp. Pacificamiento.*] διαλλαγή, pacis conciliatio. Cic. Att. libro nono: Respondit se non dubitare, quin gratiam meam ad pacificationem quereret.

PACIFICATOR, oris, [*Pacificatore. Gal. Qui fait la paix entre ennemis. Hisp. El que haçe paz.*] διαλλακτής, conciliator pacis. Cic. Att. lib. 10. Iam illum emptum pacificatorem perorasse puto. Liu. 7. l. 27. Pacificator Aminander.

PACIFICATORIVS, oria, orium, διαλλακτικός, quod ad pacificationem pertinet. Cicero 12. Philip. Pacificatoria legatione implicatos.

PACIFICOS, as, [*Pacificare. Gal. Pacifier faire paix, apaiser. Hisp. Pacificar, haçer paz.*] εἰρυσωμοί, Pacificans diuos, Sil. lib. 15.

PACIFICVS, a, um, [*Pacifico. Gall. Pacificque, paisible. Hisp. Pacifico.*] εἰρηνικός, paci studens. Cic. ad Att. l. 8. Pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia. Oui. 4. Fast. Perpetuam pacem, pacificumq. ducem. Luc. 1. 4. Duramq. uiri deflectere mentem Pacifico sermone parant.

PACINVS, unus ex nepotib. Volusii regis, qui relicto Illyrico in Italia consedit, ubi populos Pacinates de se nominauit. Fest.

PACISCOR, sceris, factus, deponens, [*Pattuire, patteggiare. Gal. Pactionner, contracter. Hisp. Pactar d haçer pacto.*] συμβάλλω, pactum facio, conuenio. Plaut. in Bacch. Pacifici cum illo paullula pecunia potes. Dicimus etiam Pactus sum hanc rem. Iustin. libro secundo: Cum Xerxe nuptias filia eius paciscitur. Sallust. in Jug. Adherbali suadent, ut sese & opidium Iugurthæ tradat, tantum ab eo uitam paciscatur. Virgilius 5. Aen. Vitamque uolunt pro laude pacisci. Aliquando pro promittere. Cicero Att. libro 5. Cuius filio pacta est Artauafdis filia. Hinc Depaciscor, de quo uide suo loco.

PACO, as, [*Placare, mitigare. Gal. Απαῖσευ, pacifier. Hisp. Απαζῖγνau, placar.*] ἰλάσσω, mitigatio, lenio, placo. Cæsar 1. Bel. Ciu. Galliam, Germaniamque pacauerint. Tib. lib. 4. Eleg. 1.

Paruaque cælestes pacauit mihi.

* **PACORVS**, p. c. Orodus regis Parthorum filius. Hor. 3. Car.

* **PACTIA**, insula mari. Aegæi, una Cycladum. Steph.

* **PACTIAS**, agri Ephesii mons. Str. lib. 14.

PACTILIS, & hoc **Pactile**, ὁμπικτός, ex pluribus partibus compactum est, & coniunctum, ut Corona pactilis. Plinius libro 21. capitulo tertio.

PACTIO, onis, [*Patto, conuentione. Gall. Paction, conuention. Hisp. Pacto obra de pactear.*] ἐμολογία, est (ut inquit Vlpian. l. j. ff. de Pact.) duorum pluriumue in idem placitum & consensus. Sall. in Catil. Collegam suam pactione prouincia perpulerat, ne contra rem dissentiret. Cic. 3. Off. Regulus non debuit pactiones bellicas & hostiles perturbare periurio.

PACTOR, oris, Cicero 7. Verr. Societatis pactores, religionis auctores.

PACTVM, [*Pattuito, patto. Gal. Pactione, accordé, conuenu. Hisp. Pacteado.*] τὸ διαικωχθέν, quandoque participium est a Pacificor, idem significans, quod pacto decretum. Plaut. in Alin. Has tibi non pactis legibus dare iussit, id est, sub conditione, de qua inter nos conuenit. Quandoque nomen est, pro consensu. Cic. 2. de Inuen. Pactum est, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, ut iure præstare dicatur. Vlp. de Pollicitat. l. Pactum est duorum consensus, atque consentio. Pollicitatio uero, offerentis solius promissum. In ablatiuo quandoque accipitur pro modo. Terent. in And. Eo pacto & gnati uitam, & consilium meum cognosces.

PACTITIVS, a, um, Gell. lib. 1. c. 25. Cessatio pugnae pacticia, Induitur dicuntur.

* **PACTOLVS**, p. p. fluius Lydiæ. Plin.

PACVIVS, πικύσιος, Brundisius Poeta, Tragicus illustris, Ennii Poetae ex forore nepos, Romæ picturam exercuit, ac fabulas uenditauit: deinde Tarentum transgressus, prope nonagenarius diē obiit. Ci. Or. Omnes apud hunc ornati sunt uersus. Hic (ut Quintilianus ait) grauitate sententiarum, pondere uerborum, auctoritate personarum clarissimus fuit. Eius epitaphium exstat apud Gell. lib. 1. cap. 24.

PADVA, [*Padoua.*] Venetorum urbs, a Padi uicinitate dicta, quæ & Patauium, πατάσιον, dicitur, quasi Patauium: uel ἄπο τῆς ἀετῆδος, i. a uolando, quod captato augurio dicitur conditum: Vel a petēdo, quod telo auem Antenor petisse dicitur, eoq. in loco urbem condidisse. Primo Antenorea dicta est: unde Antenoridæ postea Patauini & Paduani. Vulgus quidem ita existimat: Sed tamen planum est, Paduam non esse urbem, neque urbis nomen. Sed alterum ex ostijs Padi, cum alterum Volana dicatur, ut aperte declarat Polybius l. 2. in Italiæ descriptione. Et quod Catullus ait, Paduam morientur ad ipsam, ita loquitur, quia, cum illic magna uis piscium caperetur, futurum uidebat, ut annales Volusii Scorsbris saxas sæpe darent tunicas: atque ita morituri essent ad ipsam Paduam, hoc est, eo in loco, ubi piscium magna copia caperetur. Apud Patauium natus est Titus Lilius historicus celeberrimus, qui res Romanas summa facundia perscripsit. Similiter Stella, & Valerius Flaccus Poeta, & Paullus Iureconsultus. Fuit quoq. Volusius Poeta Patauinus, qui post Ennium, rerum gestarum pop. Ro. Annales carmine descripsit. Cat. de Cinna; At Volusii Annales Paduam morientur ad ipsam. Aconius quoq. Ped. rhetor insignis Patauinus fuisse memoratur.

PADVS, [Pò.] ὁ, η ἰδαυός, fluius gremio Vesuli montis celsissimū in cacumen elati, finibus Ligurum Gabienorum, uisendo fonte profluens, condensque sese cuniculo, & Forouibensium agro ite rum exoriens, nulli amniū claritate inferior. A Græcis dicitur Eridanus, ac pœna Phaetonis illustratus. Plinius libro tertio, capitulo 16. Metrodorus refert, quoniam circa fontem arbor sit multa picea, (quæ pades Gallice uocetur) Padum hoc nomen accepisse.

PADVSA, æ. pæn. pro. fossa est ex Pado Rauennam usque ducta. Plinius libro 3. capitulo 15. Claudianus, Eridani ripas, & rauca stagna Padusa.

PAEAN, παιάν, hymnus in laudem Apollinis, qui (ut Iul. Pollux inquit) non solum in auersione malorum decantabatur, sed etiam in uictoria. Interfecto enim Pythone, Apollo laudibus & carminibus laudatus, quæ Pæanas dixerunt. Virgilius 6. Aen. Latiumque choro Pæana canentes. Abusue tamen pro omni deorum laude ponitur. Unde opus suum Pindarus, de laudibus deorum omnium, Pæana inscripsit. Accipitur etiam aliquando Pæan pro ipso Apolline, ἄπο τῆς παῖτιν, hoc est, a mendando. Credebat enim antiquitas, medicinam Apollinis esse inuentum. Iuu. Sat. 6. Parce precor Pæan.

PAEDAGOGIVM, gij, [*Camera daragaζζι, da famiglia.*] παιδαγωγίον, locus in ædibus, in quo pueri, seruiq. commorantur, qui a Græcis παιδῆδες uocantur. Pl. lib. 7. ep. Puer in Pædagogio mistus pluribus dormiebat. Accipitur etiam Pædagogium apud Iureconsultos pro seruitio, i. pro seruorum & mancipiorum grege.

PAEDAGOVS, gi, p. p. [*Pedago, pedanté. Gal. Pedagogue, qui a la charge de mener un esclave. Hisp. Maestro da niños.*] παιδαγωγός, custos & institutor pueri. dicitur, quasi τὸ παιδός, ἄγωγός, pueri dux. Cic. de Amic.

de Amic. Nutrices, & pædagogî maxime erant deligendi.

PAEDICONES, Pædicatores, cubitores, & puerorum.

PAEDIGO, as, pæult. prod. præpõteram cum masculis libidinem exercet.

PAEDOR, pædoris, p. p. [*Παιδορ*. Gal. Crasse, ordure. Hi. Hedor y hediem de X.] αἰτι, μὲς, situs, squalor, illuuius, foetides, immanditia Luc. lib. 2. Longusq. in carcere pædor. Cic. 3. Tusc. Barba pædore horrida. Festus putat, ἄπο τῶν παιδῶν, hoc est, a pueris deduci, qui in illa ætate fordidî fere sunt.

PAEON, παιών, nomen uiri, medicinæ artis peritissimi, quem Hom. lib. 5. Iliad. scribit Platonem curasse, ab Hercule grauer uulneratum. Hic herbam illam insignem inuenisse traditur, quæ ab illo Pæonia dicta est. Est & Pæon genus pedis, qui a Diomede quadruplex esse traditur, quorum primus ex longa & tribus breuib. constat: ut obtinuit secundus, ex breui & longa & duabus breuib. ut; ut, facilius: tertius ex duabus breuib. & longa: ut docuerant. Cicero 3. de Orat. Duas tantum huius pedis facit species, cum scilicet syllabam unam longam sequuntur tres breues; ut, definite, comprimit: aut, cum tres breues sequitur una longa; ut domnerant, studuerant.

PAEONIA, παιωνία, herba insignis, in summo caule siliquis ferens amygdalis similes, quæ cum dehiscunt, grana multa & exigua ostendunt. Dicta Pæonia a Pæone inuente, qui ea Plutonem curasse dicitur ab Hercule uulneratum. Hom. 5. Iliad. Pæonia etiã regio est Macedoniæ, ita dicta a Pæone Endymionis filio, & Epei fratres, qui uictus curu ab Epeo (sicut inter eos conuenerat) Imperium paterni regni uictori fratri permisit, & ad Axium Macedoniæ amnem, sibi suisque sedes delegit. unde ea Macedoniæ pars, quæ antea a regis Emathionis nomine Emathia dicebatur, Pæonia appellata est, & populi ipsi Pæones. Stat. l. 2. Achil. Non me ulla ferri Mauortis imago Præterijt, didici, quo Pæones arma rotatu, Quo Macetæ sua gesta citent.

PAESTVM, opidum Lucaniæ, rosarum abundantissimum, ubi ob cæli clementiam bis in anno producebantur fructus, Maio & Septembri. Virg. lib. 4. Ge. Biferiq. rosaria Pæsti. Strab. lib. 5. auctor est, hanc urbem, primum a Sybaritis fuisse conditam, Posidoniãq. appellatam. Hinc Pæstanus, n. num, παιστικός, Ouid. 2. de Ponto: Calthaque pæstanas uincat odore rosas.

PAETVS, [Lofchetto], qui obliquis oculis adspicit. Hor. 1. Ser. Sat. 3. Strabonem appellat pætum pater. Vbi interpretes Porphyrio, Strabo, qui est detortis oculis dicitur, Pætus, leuiter declinat. Acron ibidem: Pæti proprie dicuntur, quorum huc, atque illuc oculi uelociter uertuntur. hinc Pætorum familia Romæ cognomen sumpfit.

PAGANALIA, orum, [Feste de milan]. κομνηνικὰ, rusticorum festa.

PAGANICVS, ca, cum, [Cosa da nulla], quod paganorum est, quod ad rusticos pertinet. unde Paganicum peculium, uel Paganicum absolute dicitur, quod ex prædiis, uel pastione, aliisue rusticis redditibus prouenit. Antonius in l. j. C. de testamento militari: Frater tuus miles, si te specialiter de bonis, quæ in Paganico habeat, heredem fecit, bona, quæ in castris reliquit, petere non potes. Paganica pila dicitur a pagis, id est, nullis, quod pagani ea uterentur.

PAGANVS, ni, [Rustico, willano. Gall. Villageois, rustico, paisan. Hisp. Cosa de aldeas, rustico.] κομνηνικὸς, a pago dictus est, rusticus, qui scilicet, ruri natus est, & educatus. Cic. pro Domo: Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani, qui non amplissime de dignitate decreuerint. Iuuen. Sat. 16. Citius falsum producere testem Contra paganum possis. Hinc Semipaganus, semirusticus. Persius: per translationem arrogantem uitans ait: Ipse semipaganus, ad sacra uatum carmen afferam nostrum. Interdum Pagani accipiuntur pro hominibus non militantibus, tamen urbani sunt. Et est uerbum peculiare iureconsultorum, a quibus hæc duo perinde ac contraria opponuntur, Miles & Paganus. Suet. in Aug. Pinarium cum, concionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere quædam animaduertisset, coram fodi imperauit. Marcel. l. quædam. ff. de Pœnis. Quædam delicta pagano, aut nullam aut leuiorem pœnam irrogant: militi uero grauiorê. Quare autem Pagani dicantur etiam ij, qui urbani sunt, hæc asfertur ratio. Romam olim diuisam fuisse in tribus quattuor, (sicut apud Dionysium l. 4. Antiq. legitur) quas Pagos uocabant, in quibus habitantes Pagani dicebantur, qui in nullam aliam habitationem transferri poterant.

PAGANVS, a, um, Ouidius 1. Fast. Pagum lustrare coloni. Et date paganis annua liba foci. Quin. de Pet. Collegium onanium Paganorum.

PAGASA, Thesaliæ opidum, postea Demetrius dictum, iuxta quod edificata fuit Argonautis Argonautarum: quæ ob id apud Ouidio libro septimo Metam. Puppis Pegasæa nuncupatur. Hinc sinus Pegasicus appellatur a Plinio libro quarto, capitulo 8. Stephan.

παλασθητικόν uocat.

PAGATIM, p r singulos pagos. Liu. lib. 32.

PAGELLA, diminutiuum. Cicero ad Brutum libro 11. Altera iam pagella procedit.

PAGINA, æ, [L'una & l'altra facciata della carta. Gal. Vne page. Hisp. Vna qualquiera hoja de libro.] οὐλί; , utraq. pars toly a pangendo, quod in paginis carmina panguntur. id est, hgu. ut. uelut enim pangi, uel hgi in ceris dicuntur. Vel quod in libris suam quæque obineat regionem, ut pagi. Cic. ad Ictonem lib. 15. Vane sum affectus tuis litteris, ualde priore pagina perturbationus. Plin. lib. 17. capitulo 22. Paginas in uerbis uocat areas, interscriptas inter duo iuga. Paginam utramque facere in aliqua dici ut, cuius tanta est auctoritas, ut nihil omnino sine iplo rerum geratur. Plinius libro 2. cap. 7.

PAGINULA, æ, παλιδιον, demin. a Pagina. Cic. Att. l. 4.

PAGO, gis, pepigi, patium, [Pattuire, far patto. Gal. Vire quelque marche, contract, ou accord. Hisp. Pactear, hazer pacto.] συμθησα, aucto re Quin. lib. 1. c. 10. antiquum uerbum est, quod utebantur pro paciscor. l. 2. ad Her. Pacta sunt, quæ legib. obseruanda sunt. hoc modo: Rem ubi pagunt, oratione pagunt. Ser. tamen dicit Pago (unde multi uolunt uenire Pepigi) nusquam lectum esse, uulq. Pepigi a Paciscor fieri, sicut & Pactus, quomodo a Placeo, placui, & placitus.

PAGRVS, παγρῆς, piscis ex genere cancrorum. Plin. l. 32. c. 10. Idem & Pagurus dicitur. Idem lib. 9. c. 31.

PAGVS, pagi, [Villa. Gal. Vn gros village ou bourg. Hisp. El barrio o aldeas.] κῆρυ, simul positæ uillæ, hoc est rusticæ domus in unum coagmentatæ, ἄπο τῶν κερῶν, hoc est, a fontibus, circa quos uiticæ gaudet habitare, ut facilis sit aquatio. Auctor Festus: Pagus præterea accipitur pro toto iurisd. citionis tractu. ut Cæsar libro 1. Bell. Gall. scribit, Heluetiam totam in quattuor fuisse diuisam pagos.

PALA, iæ, [Pala, badile. Gall. Vne pelle. Hisp. Pala, instrumento para trapalar.] σπενδόν, instrumentum rusticatum, uulgis notum, dicta a pagendo, mutata g, in l, inquit Varr. lib. 4. de lingua Latina. Pala uenduntur sibi, & mergas dadas, ut hortum fodiat. Est etiam Pala instrumentum, quo panis in furnum mittitur, & extrahitur. Cato cap. 11. de re rust. Item quoddam ignis receptaculum. Item Pala dicuntur doræ partes dextra, læuaq. eminentes. Item (ut inquit Str. lib. 3.) minores auri purgatoris mailulæ, & urique non maiores selibra, Pala dicuntur. Plinius lib. 34. capit. 13. Pala quoque anuli pars caua est & latior, in qua gemma inseritur. Cic. lib. 3. Offic. Cum palam eius anuli ad palmam conuerteret, a nullo uidebatur.

PALAMON, παλαίμων, Athamantis & Inus filius fuit, alio nomine Meliceres, qui patris forem fugiens, una cum matre in mare præcipitauit. amboq. dii marini facti sunt; mutatiq. nominibus. mater Leucothea, hoc est, alba dea, dicta est. crediturq. esse aurora, quæ & Maruta dicitur. ille uero a Græcis Palæmon, a nostris, quod portibus præesse putetur, Portunus est appellatus. In Palæmonis honorem Isthmia celebrantur, a Thesæo primum instituta, quorum præmia erant coronæ ex pinu confectæ, quæ a Palæmone dictæ sunt Palæmonicæ. Clau. 8. Pan. Cuncta Palæmonis manus explorata coronis Adhuc. Erat autem hoc unum ex quattuor certaminibus, quæ magno totius Græciæ concursu celebrantur: quorû duo dicata erant diis immortalib. Ioui Olympio, Apollini Pythia: duo itidem immortalib. is, Nemææ Archemorio, Palæmoni autem Isthmia. De qua re circumfertur Epigramma Græcum nomine Archæ Poetæ.

PALAPAPHVS, opidum Cypri insulæ, antiquum Veneris Aphabiæ templum habens, antea Paphus dicta. uerum postquam Agapenor alteram eiusdem nominis urbem condidisset, cœpra est hæc ad differentiam recentioris Palæpaphus appellari, quasi uertita Paphus. Strab. lib. 14.

PALÆPHATA Papyrus, prouerbialiter dicitur de libellis fabulosis, qui nisi meras fabulas, resq. incredibiles continent. Tractum a Palæphato, siue (ut alii malunt) Prieneo, qui τῶν ἀπίστων, hoc est rerum incredibilium multa conscripsit uolumina. Virgil. tamen in carmine ad Messallam Palæphatam papyrus, simpliciter dixit pro libris Palæphati, cum ait: Docta Palæphata testatur uoce papyrus.

PALÆSTINA, prouincia Syriæ, Iudææ, & Arabiæ contermina. Plinius libro 5. capitulo 12. & 13. Herodotus totam Syriam uocat Palæstinam.

PALÆSTRA, æ, [Palestra, lotra. Gal. La luitte, exercise à luitte. Hisp. La lucha.] παλαίστρα, luctatio, ἄπο τῆ πάλλεσθ τὸ σῶμα, hoc est, a corporis agitatione. Ter. in Eun. Fac periculum in litteris, fac in palæstra, in musicis. Virg. lib. 6. Pars in gramineis exercet membra palæstris. Accipitur etiam per translationem Palæstra, pro quouis re, a ut pro quouis etiam loco, in quo præcipue se quis exercet. Terent. in Phor. Ecce, sua palæstra exit foras, id est, e domo

domo lenonis, quæ est ueluti exercitiū ipsius amatoris. Accipitur etiam pro decenti motu, gestuque totius corporis. unde Palæstricæ uocantur, qui in hisce corporis decentibus gestibus insigniter sunt exercitati.

PALÆSTRICÆ, aduerbium, more palæstritarum. Cicero de Opt. gen. dic.

PALÆSTRICVS, ci, [Lottatore. Gal. Lucifleur. Hisp. Luchador.] substant. idem quod palæstrita. Afranius: Depellis mihi manum per palæstricos. Dicuntur etiam Palæstrici, qui palæstram docent, i. qui palæstricas exercent & instituunt. Aliquando etiam Palæstricos appellatos inuenimus, qui motus gestusq. corporis formant, docentq. quo pacto omnes corporis partes decenter debeamus mouere. Quinc. l. i. c. i. Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paullum etiam palæstris uacauerint.

PALÆSTRICVS, a, um, pænult. correp. [Cosa da lotta. Gal. Apartenante à lutte. Hisp. Cosa pertenesciente à lucha.] παλαστρικός, quod est ex usu palæstræ, siue quod ad palæstram pertinet. Plautus in Rud. Ex urbe ad mare huc prodinus pabulatum; pro exercitio palæstrico. Palæstricos motus dixit Cicero l. Offic. Nimis accuratos corporis gestus.

PALÆSTRITA, æ, pænult. prod. [Lottatore. Gal. Lucifleur. Hisp. Luchador.] qui se in palæstra exercet. Cicero 6. Verr. De Heraclii hereditate, quam palæstris concessit. Persius Sat. 4. Quinque palæstritæ.

PALAM, [Palesente. Gal. Publiquement. Hisp. Publicamente.] παλαίμας, aperte, in conspectu, atque oculis omniū. Cic. 4. Ac. Alterum, ut uidemus, palam; alterum, ut suspicamur, obscurius. Cæs. 3. Bel. Ciu. Exercitum educunt, Pompeius clam & noctu, Cæsar palam atque interdium. Coram ad personas certas tantum refertur: palam ad omnes. Ter. in Eun. Sin falsum aut fictum, continuo palam est. Palam quæstum facere dicitur, non tantum ea, quæ in lupanario se prostituit, sed etiam si qua in taberna, caupona, uel qua alia domo, pudori suo non parcat.

PALAMEDES, nomen Nauplij Eubœæ regis filij, qui Vlyssis fraude a Græcis interfectus fuit. nam cum omnes totius Græciæ Principes ad bellum Troianum conuocarentur, Vlysses ut domi maneret, insurre se finxit; & quo melius rei fidem faceret, iunctis diuersæ naturæ animalibus salem ferebat: Palamedes autem, ut uiri astutiam deprehenderet, Telemachum filium obiecit: quo uiso Vlysses aratrum subito suspendit, ne eum læderet. Quo argumento simulatione deprehensa, ad bellum ire coegit. Deinde cum in Thraciam frumentarium missus esset Vlysses, & nihil inde attulisset, neque quidquam sese inuenisse diceret, Palamedes eodē missus plurimum frumenti aduenit. Quamobrem Vlysses, inuidiæ stimulis agitarus, adulterinam Priami nomine epistolam scripsit, in qua agebat. Palamedis proditionis gratias, commemorabat que secretum auri pondus esse transmissum, quod ipse Vlysses pro corruptos seruos in tabernaculo eius infodi curarat. His igitur litteris in Græcorum consilio recitatis, Palamedes proditionis accusatur, ibi Vlysses reo se adesse simulās, hostilib. litteris nihil fidei habendum contendit: eaque re ipsa facile posse coargui, si Palamedis tabernaculum scrutarentur, in quo si aurum inueniretur, nullum illum supplicij genus recusare. Missi itaque, qui tabernaculum eius perscrutarentur, cum aurum inuenissent, Palamedes ueluti proditionis conuictus, lapidibus obrutus est. Quid. l. 13. Hic fert Troiano bello quattuor litteras inuenisse scilicet, θ, ε, χ, ο. Præterea calculorum ludum, & mensurarum, & ponderum rationem excogitasse. Astrologiæ insuper peritus fuisse dicitur, annumq. ad cursum Solis, & menses ad cursum Lunæ accommodasse: primusque in castris uisam, atque reformidatam Solis eclipsim naturalem, minimeque timentam esse docuit. Præterea ordinem aciei & tesseras, hoc est, symbolum bellicum, & uigilias inuenisse. Quæ omnia a gruib. fertur didicisse. Illæ enim non, nisi acie instructa, uolant, electo duce, quem sequantur, dispositique in extremo agmine, qui gregem uoce contineant: & qui noctu ceteris dormientibus excubias obeant. Inter uolādum etiam mutatis subinde ordinibus, litteras qualdam uidentur effingere, quas etiam ab eis primus obseruasse fertur Palamedes. Hinc a Poetis Palamedis aues, grues, dicuntur. Mar. lib. 13. Vnam perdidideris si Palamedis auem. Fuit & Palamedes Eleates Grammaticus. Suid.

PALANGÆ, Græci παλαγγας, dicūt, sunt lignea teretia, qualia sunt quæ nauigijs dum subducuntur ad litus, aut ad mare trahuntur, supponi solent. unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris, sustib. transuehunt. Varr. de uita pop. R. lib. 4. Pœnus de nostris quosdam capros crudelissime pro palangis carinis, subiecerat, quo metu debilitaret nostros. Cæs. 2. Bell. Ciu. Palangis subiectis aditrim hostium, admouent.

PALANGO, palangas, onus aliquod huiusmodi sustibus transueho. Afranius: Capream semilaceram quaterni simul palangabant. Nonius.

PALANTEVM, uel potius Pallanteum gemino l, urbs in Palatino monte, a Pallante Euandri proauo. Virg. lib. 8. Aen. Var. a balatu ouium per antisthæcon dictum uoluit, & sic per l, simplex scribi debet. uide Palatium.

PALANTIA, παλαγία, opidum Hispaniæ Tarraconensis, ut ait Ptolemaus libro 2. capitulo 6. Vacceorum colonia, a qua Palantini dicti. Alias Palentia est, & nomen fluminis in Valentino litore.

PALANTIVM, Arcadiæ opidum, Euandri regis patria: qui cum patrem imprudens occidisset, suadente matre in Latium se contulit, montemq. in quo primum confedit, a nomine relicte patriæ Palantion appellauit, qui postea Palatium appellatus est. Plinius lib. 4.

PALATIM, πεπλανημένος, passim. Liuius libro septimo: Palatim fugerunt.

PALATINA, æ, urbis Romæ quarta regio, circa Palatinum montem. unde nomen accepit. Sunt qui a Palantia Latini regis matre huic regioni nomen putent impositum. Alij a Palando, i. errado, quod Arcades duce Euandro Palantes ibi primum subsederint.

PALATINA OFFICIA, officiales aulici & imperatorij. Iulius Capitolin. in Galien.

PALATINA PALAESTRA, quæ in Palatino monte exercetur. Cicero ad Att. libro 2.

PALATINVS, a, um, unde Palatinus mons dictus est, super quo primo Roma ædificata fuit.

PALATIO, onis, [Palificata. Gal. Fichement de pieux, pilotis. Hisp. Fundamento de palos.] illud fundamenti genus, cum in solo uliginoso, aut sustinendo ædificio non satis firmo, fistuca, uel simili aliqua machina Palos depangimus, cui ædificium innitatur. Vitruuius libro secundo.

PALATIUM, tii, παλατιον ὄρος, unus ex septem urbis Romæ montibus, nomen habens ab eo, quod ante urbem conditam pecus in eo pascens balare consueuerit, sic enim uox eius animalis exprimitur, quasi Balatium; qua etiam uoce utitur Neuius: Vel a palo, las, siue quod ibi palare, i. errare pecudes soleant, siue quod Palantes Arcades cum Euandro ibi confederint. nam ante Romanam conditam possessum fuisse, atque habitatum hunc montem constat. Alij a Palantia Latini matre, quæ ibi habitauerit, Palatium dictum uolunt. Alii a Pallante Euandri auo. Alii a filia Euandri Palatia, ab Hercule uitiata, & postea illic sepulta. uel certe a Pallante eius filio illic sepulto. Plin. a Palantio Arcadiæ opido, & patria Euandri dictum existimat. Alii a Pale pastoralis dea nomen inditum. Palatium, παλαίον, etiam dicitur domus imperatoria superba. amplaque a Pallante gygante, qui primus palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur, siue (ut Corillus auctor Græcus refert) a Palatino monte. Suet. de Cla. gram. Ab Augusto nepotibus eius preceptor electus, transit in palatium. Huius nominis prima syllaba modo producitur, modo corripitur. Ouid. i. de Arte. Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Mar. lib. 5. Inde sacro ueneranda perent palatia cliui.

PALATVAL, sacrificium, quod fiebat in monte Palatino. Var. de ling. Lat. lib. 6.

PALATVALIS, Flamen, qui constitutus erat ad sacrificandū ei Deæ, in cuius tutela erat Palatium. Fest.

PALATVM, ti, [Palato. Gal. Le palais de la bouches. Hisp. El palador sentido del gusto.] παλαίον, oris calum, quod labijs dentibusq. quasi palis, munitum sit. Colum. lib. 7. Si palatum, atque lingua concolor lanæ est. Legitur etiam nominatiuus Palatus apud Cic. 2. de Finibus: Non sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus, nisi menda in pallo sit.

PALEA, æ, [Paglia. Gal. Paille. Hisp. La paja.] ἀχυρον, ut ait Varr. de re rust. lib. 1. cap. 50. Siue a nomine Pabulum dicitur. nam ea sola primum in pascendis animalibus præbatur. quo uocabulo, non proprie culmi, sed follicula ipsa granulorum comprehenduntur. Virg. lib. 1. Geor. Surgentem ad Zephyrum palæa iactantur inanes. Col. lib. 6. Minus commode tuemur armentum paleis. Notandum (ut Seruius sentit) Paleam singulari numero dici contra artem. nam quæ ex pluribus constant, sunt tantum numeri pluralis: ut cancelli, bigæ, scopæ: licet abutantur Poetæ. Virgil. 1. Geor. Nec quidquam pinguis palæa teret area culmos. Palea quoque dicitur cartilago deflua a collo galli gallinæ. Colum. libro 8. capitulo 2. de gallinæis loquens: Paleæ ex rubro albicantes, quæ uelut incanæ herbe dependent. Palea æris, pro ramento, & excremento. Plin. lib. 34. c. 13. Expuitur æris palea. Budæus Pala legit, non Palea.

PALEARIA, [Pagliuola. Gal. Le fanon d'un bœuf ou vache. Hisp. Los papos pellejas de buey.] τὰ ἐσθύνοντα, pelles dependentes ex gutture boum, quasi pellearia. Virg. 3. Geor. A mento palearia pendet. Colum. lib. 6. capit. 1. Palearibus amplis, & pene ad genua promissis. Nominatiuus singularis est Palear, quo usus est Seneca in Hippolyto.

PALEARIVM,

PALBARIVM, *iii*, [Paglizio. Gal. Vn pailler. Hisp. El pajax donde se guarda pajax.] ἀχυράν, locus in quo reconditur & asseruatur palea. Col. lib. 1. c. 6. Fenilia, paleariaq.

PALBATVS, *a, um*, [Fatto di paglia. Gal. Fait de paille. Hisp. Hecho de pajax.] ἀχυράτος, quod est factum ex paleis, uel quod paleas habet admixtas. Vide Lutum paleatum, cui, ut tenacius sit, admixtae sunt paleae. Col. lib. 1. de arbor. c. 8.

PALES, pastorum Dea. Fest. hanc quidam Vestam, quidam deorum matrem appellant. Hanc Virgil. gen. fem. uocat. Alii, inter quos Varro, mascul. gen. ut hic Pales. Huic sacra solentur, quae Palilia uocantur, de quibus infra. Haec Seru. ad illud Virg. Te quoque magna Pales.

* **PALICENVS**, παλικὴν κρήνη, fons in Sicilia, non procul a Catana. Steph.

PALICI, παλικοί, dicti gemini fratres, Iouis filii, & Thaliae nymphae, siue Aetnae: quae cum Iunonis iram metueret, orauit ut terra sibi desisteret: sed cum tempus maturitatis infantium, quos aluo gestabat, aduenisset, rursus terra hians, duos infantes ex puella aluo emisit, appellatiq. sunt Palici, ἀπὸ τῆς παλινίαν, quod in terram demersi, denouo sint reuersi. Ostendunt accolae duos lacus, ex quibus Palicos fratres putant emerisse, eorūq. Dellos appellant. vide Delli.

PALILICIVM SIDVS, ὀπίδες, ex septem constat stellis, quas Latini Sūculas appellant. Vide Plin. lib. 18. c. 26.

PALILIA, παλιλία, uel, Parilia, in r. mutata, Palis Dex festa; quae a pastoribus in agris fiebant. xj. Kalend. Maij, quo die Romulus urbem fundauit, ad morbos a pecore pellendos, seu pro partu pecoris. Propert. lib. 4.

Vrbi festus erat, dixere Palilia patres.

* **PALILLOGIA**, παλιλλογία, figura, cum aliqua dictio maioris uehementiae causa iteratur. Rufin. & Aquila.

PALIMBACCHIVS, pænultima producta, genus pedis, ex prima, & secunda longis & ultima breui: ut Augustus. Idem Antibacchius dicitur.

PALIMPISSA, pix liquida iterum decocta, & inspissata. Plinius lib. 25. capitulo 7.

PALIMPSESTVS, παλιμπεστος, membrana iterum abrasa. Cic. Treb. lib. 7. epist. Nani quod in palimpsesto, laudo parcimoniam. Quidam hoc loco legunt Palinxestum a παλιν iterum, & ἔξω, rado, qua uoce usus est Catul. ad Varum ep. 19. Puro (inquit) esse illi millia aut decem, aut plura Percripta, nec sic, ut sit, in palinxesto Relata. Bud. in lib. de Ase. Palimpsestum interpretatur chartam deletilem, qua calculatores utuntur.

* **PALINGENESIA**, παλιγενεσία, uox ad explicandam Pythagorae sententiam, id est, regeneratio: siquidem uolebat, animas e corpore egressas, in alia, atque alia corpora transmigrare, ac renasci.

PALINODIA, παλινοδία, recantatio, a Graeco παλινοδῆν, recantare, & quod semel dictum est reuocare, pro quo dicimus. Palinodiam canere.

PALINVRVS, Lucaniae promontorium, dictum a Palinuro nauis Aeneae gubernatore, qui somno oppressus una cum gubernaculo in mare delapsus, cum ad eam partem Lucaniae adnataisset, in qua postea Velia condita fuit, ab incolis praedae cupidus occisus est, spoliatus, cadauerq. eius in mare obiectum. uerum eum non ita multo post ora illa grauissima peste infestaretur, oraculo moniti, ut Palinuri manes placarent, lucum ei fecerunt, & coenotaphium posuere: ex quo Virg. lib. 6.

Nam tua finitimi longe, lateq. per urbes
Prodigijs acti caelestibus, ossa piabunt,
Et stant tumulum, & tumulo sollempnia mittent,
Aeternumq. nomen Palinuri nomen habebit.
Dicitur Palinurus quasi iterum meiens. παλιν, enim iterum, ἔρος, urina. ad quam etymologiam alludit Mart. lib. 3.

Minxisti Paulline semel currente carina,
Meiere uis iterum, sic Palinurus eris.

PALIVRVS, παλιυρος, frutex spinosus & asper. Pli. l. 13. c. 19. Vir. 5. ecl. Carduus & spinis surgit Paliurus acutis.

PALLA, ἄ, [Vesta dounefca. Gal. Vn palletor. Hisp. Capa o ropa uestidura de encina.] χλαῖνα, honestae mulieris uestimentum, hoc est palliū, quod palam & foris est ad neltigia usque demissum. Virg. 1. Aen. Pro longa tegmine pallē, Tigridis exsuuiae per dorsum a uertice pendent. Pla. in Men. Pallam ad Phrygionem fert confecto prandio. Palla etiam utebantur citharœdi. Ouid. 1. 1. Metamorp. Verit humum Tyrio saturata murice palla. Item tragœdi. Idem 3. Amor. Fronte comæ torua, palla iacebat humo. In Gallia etiam omnes passim uiri palla utebantur. & uidet it. inquit Bysius, Gallica palla accessisse ad formam nostri palletici manicati. unde Mart. l. 1. Dimidiaq. uates Gallica palla tegit. Strab. lib. 5. idem sentit: Tunicarum, inquit, uice pallas manicatas gestant, ad uentura usque, natesque medias pertingentes. Est etiam hoc no-

mine urbs, Ptol. teste, a latere Meridionali Corsicae.

PALLACANA, cæpe genus est, nullo fere capite, radice tantum oblonga, quod subinde refecatur, ut porrum. Plin. lib. 19. c. 6.

PALLACE, es, seu Pallaca, ἄ, [Concubina.] παλλακή, concubina. Suet. in Vesp. Accubante aliqua pallacarum.

PALLADIVM, παλαίδιον, Palladis simulacrum antiquissimum fuit in arce Troiana, quod eo tempore, quo arx templumq. Mineruae edificabatur, de caelo cecidisse fabulantur Poetæ, & in templo nondum tecto sibi locum cecidisse; quæ res cum omnib. maximo esset miraculo, ab Apolline responsum est; tam diu urbem incolumen fore, quam diu simulacrum illud intra moenia seruaretur. ita que tempore belli illius, quod communibus uiribus Graecia tota aduersus Troianos gessit, datum negotium est Vlyssi & Diomedidi, ut per cloacas, in urbem ascenderent, fataleq. Mineruae simulacrum auferrent: quo facto, urbem, tutelari Palladis numine spoliatam, facile postea ceperunt.

PALLADIVS, dia, dium, quod est Palladis. unde Palladium forum Romæ.

PALLANTIAS, παλλαντίας, palus in Africa, circa quam Palladem primum apparuisse ferunt: unde ex ea natam nonnulli putauerunt. Plin. lib. 5. c. 4.

PALLAS, is, [Pallade.] παλλὰς, sapientiae Dea, alio nomine Minerua ex Iouis cerebro sine matre prognata. quod ideo a Poetis fingitur, quia liberalibus artibus, & honestis disciplinis credatur praefidere, quæ non ex inuento humani ingenij, sed ex inexhausto diuinae sapientiae fonte creduntur dimanasse. Dicta Pallas (ut quibusdam placet) a Pallante gygante, ab illa interfecto, cum prius Tritonia uocaretur a Tritonide palude, ubi primum uisa est. uel ἀπὸ τῆς παλλῆν, a uibrando. solet enim ita pingi, ut hastam manu uibrare uideatur.

* **PALLAS**, antis, Euandri filius, qui cum Aenea missus, a Turno occisus est. Virgilius 10. Fuit alius Pandionis filius, de quo Ouidius 7. Metamorph.

PALLENES, es, pænult. prod. παλλών, opidum in sinibus Macedoniae, ab ea parte, qua Thraciam spectat. dictum a Pallene Sithonis filia, & Cliti uxore. Plinius libro 4. capitulo 10. Est item Pallene uicus Atticae regionis in tribu Antiochide. Hinc Pallenzus, *a, um*, Stat. lib. 4. Silu.

PALLEO, les, lui, [Effer pallido. Gal. Effer palle. Hisp. Amarille cerser.] ἐχρῖσθαι, pallidus sum. Cicero 2. Phil. Sudat, pallēt. Ouid. 1. de Arte: Palleat omnis amans, color hic est apertus amanti. Hinc Expalleo: a quo Expalleco, ualde pallidus fio. Plautus in Curc. Viden' ut expallui? Impalleo, a quo Impalleco, id est, ualde incumbo, ut pallor contrahatur. Persius:

At te nocturnis inuat impallescere chartis.

PALLESCO, [Pallidifc.] pallidus fio. Prop. lib. 1. Eleg. 12. Tardis pallescere curis.

PALLIDVVS, *a, um*, Catullus ad Ortalum.

PALLIDVS, *a, um*, [Pallido, smorto.] ὀχρῖας, Ouid. 4. Met. Oraq. buxo Pallidiora gerens.

PALLIATRVM, περιδώνιον, rude ac uile pallium. Appul.

PALLIATVS, *a, um*, περιδωνόφορος, pallio indutus. Cic. ad Q. F. lib. 3. Illi palliati topiariam facere uideantur. Idem pro Rab. Pos. Obiciat licet, palliatum fuisse.

PALLIOLATIM, aduerbium. Plautus in Pseud. Palliolatim amictus inaccessi.

PALLIOLATVS, palliolo indutus. Suet. de Cla. Palliolatus praesedit. Mart. l. 9. Hanc uolo, quæ facilis, quæ palliolata uagatur.

PALLIOLVM, *li*, [Cappetta, mantelero.] περιδώνιον, breuius, & uilius pallium. Cic. 3. Tusc. Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.

PALLIVM, *lii*, [Mantello, soprauèsta. Gal. Vn robe longue, manteau. Hisp. Mantax.] περιβών, uestimenti genus, quod tunicae superindui solet, dictum, quod palam gestaretur. proprie autem Graecorum habitus, ut Romanorum toga. Suetonius in Aug. Toga & pallia distribuit, unde Palliati Graeci dicti, & comœdiae palliatae, scriptæ secundum ritus, & habitus palliatorum, id est Graecorum, Donatus quo amictus, soccos quibus indutus esset, se manu sua confecisset. Pallium quoque philosophorum erat. Gell. lib. 9. Video barbam & pallium: philosophum nondum uideo. Pallia inter communia uestimenta annumerantur Vlpiano, quæ promiscua appellant Tacit. lib. 3.

PALLOR, loris, pænult. prod. [Pallore, pallidezza. Gall. Couleur palle & blefme. Hisp. Amarillez.] ὀχρῖας, color ille cum pellis sanguine destituta luescit. quod accidere solet in subito metu, sanguine se ad interiora recipiente. Ouidius 11. Metam. Buxo que simillimus ora Pallor abit. Cicero 4. Tusc. Vt pudorem rubor, sic terrorem pallor, & tremor consequitur. A quo Pallidus, *a, um*, & de mia Pallidulus.

* **PALMA**, πάλμα, ciuitas in maiore Baleari. Plinius libro tertio, capitulo 5.

PALMA,

PALMA, *α*, [Palma della mano, palma albero. Gall. Le palme de la main, le dans de la main. Hisp. La palma de la mano tendida.] *θέρων*, manus pars illa concaua, quæ est inter τὸν καρπὸν, & digitos intermedia, cuius pars exterior a Græcis *ὠσθένειος*, dicitur. quamquam etiam non raro pro tota manu palmam acceptam legimus. Cic. in Or. Cum manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Virg. 2. Aen. Teneras arcebant uincula palmas. Idem 1. Aen. Duplices tendens ad sidera palmas. Hinc arbor illa nobilis, quam Græci *ῥωμικὴ* appellant, a nostris quoque Palma dicitur, quod comam in cacumine habeat circum extensam, & ramos in digitorum modum protensos. unde & fructum eius dactylos, id est, digitos uocamus, quod digitorum manus similitudinē referant. uide Gell. lib. 3. c. 6. Ponitur pro uictoriæ signo. Plutarchus. In certaminibus palmam signum esse placuit uictoriæ; quoniam ingenii eiusmodi lignum est, ut urgentibus, opprimentibus, que non cedat. Item Palma caussa certaminis dicitur, ut annotauit Donatus in illud Ter. in Pro. Phor. In medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant nusicam. Item Palma (ut docet Seruius in lib. 11. Aen.) significat togam, quæ etiam Toga palmata dicebatur a palma in ea intexta: & proprie triumphantium fuit. Alii a latitudine clauorum dictam uolunt Palmatam, quæ nunc genere picturæ Picta appellatur. Mart. 1. 7. Palmatæq. duces, sed cito, redde togæ. De palma arbore, uide Plin. lib. 2. c. 5. & lib. 13. c. 4. & Diosc. lib. 1. c. 150. & Theoph. lib. 1. c. 2. & lib. 4. c. 5. Dicitur Latinæ, Palmam ferre, id est, uictorem esse: Palmam dare alicui, uictorem fateri.

* **PALMARIA**, *παλμυρία*, insula ultra Tiberina ostia, in mari Tyrreno. Var. 3. de re rust.

PALMARIS, & hoc re, ut palmaris statua, quæ alicui ob uictoriam ponitur. Cic. 6. phil. Illa statua palmaris.

PALMARIS, *τε*, [D'un palmo,] *ῥωμικῆς*, magnitudine unius palmi. Var. lib. 1. de re rust. cap. 35. Virgulas palmares. Col. lib. 9. Spatia palmaria.

PALMARIVS, *α*, um, [Degno di palma,] palma dignum. Ter. in Eun. Id mihi puto palmarium.

PALMES, *itis*, [Palmitre, tralcio. Gal. Le ferment on bois qu'on laisse en la uigne tous les ans quand on la taille. Hi. El sarmiento que esta en la uide el pampayo.] *καρμῆ*, uitis sarmentum, quod in modum palmæ humanæ, uirgulas quasi digitos edat. Plin. lib. 17. c. 22. Palmes & Pampinus pro eodem. Colum. lib. 4. cap. 17. Si oculi singuli sub iugobinos pampinos emiserint, detrahendi sunt eis singuli palmitres, quo lætior materia conflurgat. Palmes, pro flagello uitis. Id. lib. 4. cap. 21.

PALMETVM *meti*, [Luogo dove sono piantate molte palme,] *ῥωμικῶν*, locus palmis constitis. Plin. 1. 5. c. 1. Ponitur aliquando pro palmarum frequentia. Ibidem: Hiericuntem palmetis constitam, fontibus irriguam.

PALMEVS, *α*, um, [Di palma,] ex palma arbore. Col. 1. 5. c. 3. Palmeis tegentibus uineas adumbrabat. Plin. lib. 24. c. 17. Vinum palmeum capiti noxiū.

PALMI FER, *α*, um, [Che produce palme,] *ῥωμικῆς*, ferens palmas. Ouid. 1. Amo. Palmiferamque Pharon. Idem 10. Metamorp. Palmiferos Arabas.

PALMIPEDALIS, *is*, e, [Della grande *ῥα* d'un piede,] *ῥωμικῆς*, mensura unius pedis & palmi. Colum. lib. 3. cap. 9. Malleus palmipedalis.

PALMIPES, *dis*, τὸν *σεγαρόπυς*, planos ad palmæ similitudinem habens pedes. unde anseres, palmipedes dicuntur. Plinius libro 10. capit. 11.

PALMO, *mas*, materias alligo. Colum. lib. 11. cap. 2. Palmare, id est, materias alligare, hoc tempore non expedit. In alia significatione accepit Quint. in decla. Cæc. Cum, inquit, manus ex parte, qua palmare uestigium, potest, plicetur in capulo. Et paulo post: Qui palmatus est patius, uestigium eius partis ostendit. Hinc Depalmo, palma percussio. Gell. libro ult. cap. 1. Quemcumque depalmauerat, numerari statim, secundum duodecim tabulas, 25. asses iubebat.

PALMOSVS, [Pien di palma,] palmis abundans, Virg. lib. 3. A e. Palmosa Selinis.

PALMULA, *α*, extrema pars remi, quod in modum palmæ protensa est. Virg. lib. 5. Aen. Stringat sine palmula cautes. Sunt & Palmulæ, fructus palmæ, qui & dactyli, & caryote dicuntur. Varr. 1. de re rust. c. 67. Palmulam, & ficum Sabinam quanto citius promas, iucundiore utare.

PALMVS, *mi*, [Palmo. Gall. La mesure d'une paulme, quatre poulces. Hisp. Palmo.] *ῥωμικῆς*, mensuræ genus, & est duplex, maior, & minor: maior digitorum duodecim; minor digitorum quattuor.

PALMYRA, *ῥωμικῆς*, Steph. urbs Syriæ, situ loci, soli diuitiis, aquarum amenitate insignis. Plin. 1. 5. c. 25.

PALMIRENÆ, solitudines, dictæ, quæ ab hac urbe, usque ad Petram Arabiæ Petreæ metropolim, & ad fines Arabiæ felicis

pertingunt.

PALO, *las*, [Palficare,] fulcio, quasi palis munio. Col. lib. 11. cap. 2. Ut uitis paletur.

PALOR, *aris*, [Vagare. Gall. Aller auant par ci par là parmi les champs sans tenir ordre. Hisp. Vagar ó buyr los desbaracados.] *ῥωμικῆς*, passim uagor. Liu. 1. 1. Romæna legio palantes in agris oppressit. Idem libro 5. Vagi per agros palantur. Hoc uerbum a Palam quidam deducunt: alii a palis castrorum, modo huc, modo illuc translatis.

PALATVS, [Vagabondo,] participium, dispersus, Liu. 3.

PALPATOR, [Adulatore,] pro adulator. Plau. in Mer. Palpator nullus est blandior.

PALPATIO, palpandi actus. Pla. in Men. Ausfer hinc palpationes.

PALPEBRÆ, *præ*, cor. [Palpebre. Gall. Les paupieres des yeux, ou le poil qui y est les sourcils. Hisp. La parpados ó pestañas del ojo.] *ῥωμικῆς*, pili extremitatem genarum ambientes: a palpando, i. tremendo. Cic. Palpebras posuisse uiderur pro ipsis genis, i. folliculis oculum operientibus lib. 2. de Nat. De. Minutz, inquit, sint, palpebræ tam quam uillo pilorum.

PALPITATIO, proprie cordis est, & deinde partium singularum frequens motus. Plin. lib. 32. c. 5.

PALPITO, *as*, [Palpitare. Gal. Se remuer ou tressaillir continuellement & uittement, comme fait le cœur d'une bête fraîchement tuée tiré hors. Hi. Temblar la carne á un uino.] *ῥωμικῆς*, frequen. le uiter, frequenter moueor. Cic. 2. de Nat. De. Cum cor animalis alicuius euulsū ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. Iuu. Sat. 6. Super illa palpitet.

PALPO, *as*, & Palpor deponens, [Palpare. Gal. Toucher & manier doucement. pat elmer. Hisp. T alpar ó tratar ó halagar con las manos.] le uiter, blande, & quasi tentando tango. unde & pro adulari accipitur. Pla. in Amp. Blande mulieri palpabitur. Regit interdum accusatiuum, interdum datiuum. Hor. 2. Ser. Sat. 1. Cui male si palpere, recalcitrat. i. si aduleris. Iuu. aciuue posuit: Quem munere palpat Carus. Hinc Expalpo, elicio.

PALPVM, Pla. in Pseu. Mihi obtrudere non potes palpum, i. blandiri, & spem inanem uerbis iniicere.

PALUDAMENTA, *χαλίναι*, ornamenta militaria proprie Imperatorum: unde legimus, olim Romæ Imperatores, paludatos ad bellū solitos proficisci. Liu. lib. 1. Paludamentum posuit pro ueste militari, etiam eius, qui non esset Imperator, Cognito super humero fratris, paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, flebiliter nomine sponsū mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat unius Curatorum, quorum nemo, ut arbitror, Imperator in Albanis fuit. Omnia enim militaria ornamenta Paludamenta, dicitur, Festus ait. Dicta Paludamenta, quod, qui illa habent, sunt palam, (ut inquit Varro.) Inuenitur etiam Paludamentum dici de ueste muliebri. Plin. lib. 33. c. 3. Viduus Agrippinam indutam paludamento, auro textili.

* **PALUDARIVM**, *ῥωμικῆς*, apii species circa aquæ ductus, & in palustribus nascens. Theod.

PALUDATVS, qui uel imperatoriam chlamydem, uel alia eiusmodi ornamenta militaria gestat. Cæc. ad Cicer. lib. 8. Verentur, ne S. C. fiat, ut paludati exeant, id est, ueste imperatoria insigniti. Paludati in libris auguralibus significantur, ut ait Verannius, armati, ornati.

PALUMBES, palumbis, [Colombo saluatico. Gal. Coulon ou pigeon gamier. Hisp. La palma torcaza.] *ῥωμικῆς*, tam masculini, quam femini generis, siluestris Columba in arboribus sæpibusque nidificans, Virg. 2. eel. Raucæ tua cura palumbes. Dicitur & Palumbus, & Palumba: Horum duo sunt genera: unum torquatum, a torque, quo insignitur. Mart. lib. 13. Inguina torquati rardant, hebetantq. palumbi: Alterum genus, quod Latinorum nonnulli Vinaginem dicunt, ab esu labruscæ: de quo Plin. libro decimo, capitulo 35. A Palumbus, sit Palumbinus, a, um: Palumbina caro apud Plinium lib. 30, capitulo 2.

PALVS, *lis*, [Palo. Gal. Un pau ou pieu. Hisp. El palo de forma de pertiga.] *ῥωμικῆς*, secundæ declinationis, dicitur lignum acutum, quod solet in terram defigi, ad fulcienda ædificiorum fundamenta, aut castra munienda, aut claudendos hortos, aut sustinendas uites, aut: si miles usus. In hac significatione Palus producit priorem, cum Palus, udis, eandem corripit. Tib. lib. 1. El. Hic docuit teneram palis adiungere uitem. Hinc Palo, as.

PALVS, *udis*, [Palude. Gall. Un maret ou marefage. Hisp. La laguna de agua cogida.] aqua stagnans, quæ ætate plerumq. siccatur. in hoc disert a lacu, qui perpetuam habet aquam, neque ullo æstu exsiccatur. Cæs. 2. Bel. Gal. Quo propter paludes exercitui aditus non esset. Habet autem palus in hac declinatione priorem correptā, posteriorem fere semper producit. Virg. 4. Ge. Tarda q. palus inamabilis unda. Hor. in Arte Poetic. licenter corripuit: Sterilisque diu palus obruta remis. Inde fit Paludosus, a, um, ut, Humus paludosus, apud Ouid. 15. Met.

PALVSTRIS,

PALUSTRIS, & hoc palustre, [*Di palude. Gall. Merseage. n. Hiss. Cosa de laguna.*] ἐλατος, ex palude: ut, Iuncus palustris. Locus palustris, apud Cæsarem 7. Bell. Gall. Aqua palustris. Columel. lib. primo, cap. quinto.

PAMPHYLIA, regio in minori Asia, ab ortu Ciliciam, & partem Cappadociæ, ab occalu Lyciam habens, a Septentrione Galatiam, a Meridie mare, quod ab ea Pamphylum appellatur. dicta Pamphylia, ut quidam putant, ab arborum copia, quasi tota frondosa.

PAMPILVM, genus delicati currus. Lamprid.

PAMPINACEVS, a, um. Col. lib. 12. c. 20.

PAMPINARIVM, rii, [*Pampino.*] ὄνειρος, palmes, qui (ut inquit Plin. lib. 17. cap. 22.) e duro exit, materiamque in proximum annum promittit, siue congeries uirentium ramulculorum. Colum. lib. 3. capitulo 205.

PAMPINARIVS, a, um, [*Di pampino.*] quod est pampini. Colum. libro 4. capitulo 24.

PAMPINATVS, a, um, [*Che assomiglia a pampino.*] κληματαίνης, quod pampini similitudinem imitatur. Plin. lib. 16. c. 42.

PAMPINEVS, a, uni, Pampinarius. Virg. l. 2. Georg. Liber pampineas iuuidis collibus umbras. Pampineus odor, pro sapore uini. Propertius lib. 2.

PAMPINO, [*Spampinare. Gall. Esbourgeonner ou esfeuille la vigne. Hiss. Deshojar los pampanos.*] βλασολογέω, pampinos decerpo: uel (ut ait Varro de re rust. lib. 1. cap. 30.) a sarmento coles, qui nati sunt, de his qui plurimum ualent, primum ac secundum, nonnumquam etiam tertium relinquo, reliquos decerpo, ne relictis collibus sarmentum nequeat ministrare succum. Col. l. 3. Pampinatio. Col. l. 4. c. 27. Magna pampinatio, quam putatio uicibus consulit. Pampinator, oris. Idem lib. 4. c. 27.

PAMPINOSVS, a, um, κληματαίνης, pampinis abundans. Col.

PAMPINVS, [*Pampino. Gall. Pampre le jeune bois avec le sueille ou le bourgeon de la vigne. Hiss. El pampano de la vid.*] κλημα, dicitur in uite tener, frondosusque colliculus, fructum foueus, & ab æstus uindicans iniuria. Virg. lib. 1. Geo. Heu male tunc nites defendit pampinus tuas. Accipitur aliquando pro cirris ouorum polyipi piscis. Plinius libro 9. cap. 51. Polyipi pariunt uere oua tortili uibrata pampino. Hinc uerbum Pampino, & Pampinatio, de quibus suis locis.

PAN, Panos, [*Pan. Dio.*] παῦ, a Poetis pastorum, atque adeo totius naturæ Deus esse fingitur: unde etiam a Græca dictione πάν, totum, uel omne, nomen accepit, quod putabant uno Naturæ nomine omnia complecti. Caprinus pedes habet, ut ostendat terræ soliditatem: Hic Demogorgonis filius creditur fuisse, & titulum composuisse septem imparibus calamis simul coniunctis, propter harmoniam cæli. Virgil. 2. Eclog. Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit: Pan curat oues, ouiumque magistros.

PANACES, nacis, [*Panace.*] πᾶσι, co. & Panax, acis, herba, cuius succus Opopanax uocatur. πᾶσι πάντα κέρειν, a sanandis omnibus morbis. Hinc Panacea, idem significans. Virgil. 12. Aeneid. Odoriferam panaceam. Lucretius (inquit Seruius) Panacæ nomine ubique saltem intelligit: unde possumus in hoc loco Virgil. Salem intelligere, nam omnem pellit dolorem: sed melius herbam, quia ait, Odoriferam.

PANAETIUS, Rhodius, Stoicæ sectæ Philosophus, Diogenis familiaris, Scipionis Africani præceptor, quem Cic. se in Officiis imitari profitetur. Fuit & alter Panætius senior, & ipse Rhodius, cuius multa est mentio apud Philosophos. utriusque meminit Suid.

PANAETOLVM, mons Aetoliæ altissimus: ita dictus, quasi totam occupet Aetoliam. Pl. l. 4. c. 2. Hinc Panætolicus, a, um: ut, Panætolicum concilium, apud Liu. lib. 31.

PANARIVM, rii, [*Done si ripone il pane.*] ἀρτοςήκη, locus ubi panis seruatur. demin. Panariolum. Suet. in Calig. Panaria uiritum diuisit. Mart. l. 5. Cum panariolis tribus redisti.

PANATHENAEA, festa Athenis, a Theseo instituta in honore Mineræ. pueri & puella sese manibus complexi, Pyrrhicam in theatro saltabant. erant autem duplicia, maiora quinquæ quoque anno celebrati solita; & minora, quæ quocannis peragebantur. hinc Panathenæicus, παραθηναικός, liber Isocratis. De Panathenæis uide Alex. Neap. lib. 5. c. 8. & lib. 6. c. 49.

PANCARPIA, coronæ ex uariis florum generibus. Fest.

PANCHAEA, regio Arabiz, in qua arbores sponte natæ tus emittunt. Virgilius secundo Aeneid. Turiferis Panchaia pinguis arenis.

PANCHÆI, populi, qui (ut Pompon. lib. 3. refert) deserta Sabæ habitant, qui & Ophiophagi uocantur, quoniam serpentibus uescantur.

PANCHRESTVM, medicamentum nobile. Latine dici potest morbis omnibus conducibile. Plin. lib. 23. cap. 7. Fit ex pomo panchre-

stos. Cic. 6. Verr. Cum omnes eius comites iste sibi suo panchresto medicamento amicos redemisset. Quo in loco pecuniam per iocum medicamentum panchrestum appellat, quod ad uarios usus sit utilis.

PANCRATIASTES, certator, & uictor Pancratij. Gell. lib. 3. cap. 15. Vide Pancratium.

PANCRATIUM, tij, certamen gymnicum, ex quinque certandi generibus constans, cursu, disco, saltu, lucta, & pugilatu. hoc a Græcis, teste Festo, alio nomine dicitur Pentathlum eadem ratione, quia a Latinis Quinquertium. Hermolaus tamen in li. 34. Pli. c. 8. distinguit Pentathlos a Pancratiaistis, & hos rursus ab iis, quos Periodo uictores uocant. uult enim Pentathlum esse, qui quinque his certandi generibus lucta, saltu, cursu, disco, pugilatu certat, etiam si omnibus, aut quibusdam succumbat; Pancratiaistem, qui quinque his certandi generibus congressus, omnibus uicit. Periodo autem uictor is dicitur, teste Festo, qui quattuor illa sacra Græciæ certamina, Isthmia scilicet, Nemæa, Pythia, & Olympica obicit, & in omnibus uicit. itaque Pancratiaistem, secundum hanc Hermolai opinionem, dicuntur, ὑπο τῶ παύσει κρατείν, a uincendo omnia: ut, Pancratium sit certamen illud, quo quis quinque iam dictis certandi generibus congressus omnibus uincit. Budæ. uero in prioribus Pandec. Adno. uidetur Pancratij & Pancratiaistem uocabula deriuare ὑπο τῶ παύσει κρατείν ab omnibus uiribus, quas in hoc certaminis genere effundebat. Putatque Pancratium fuisse certaminis genus, quod omnium neruorum contentione transigebatur. nam & calcibus, & cubitis, non modo pugnis, Pancratiaistem utebantur. Quint. lib. 2. Ille exercendi corpora peritus, non, si docendum Pancratiaistem susceperit, pugno ferire, uel calcem tantum, aut nexus modo certos aliquos docebit, sed omnia, quæ sunt eius certaminis. Plin. lib. 35. cap. 11. Olympiæ pancratio circa pulueris iactura uicit. Hinc Pancratice, robuste, unde Pancratice ualere. Plaut. in Bacch. Bene usque ualuit? C. pancratice, atque athleticæ.

PANCRATIUS, apud Senecam libro 5. de Benefic. legitur pro pancratiale.

PANDANA, porta Romæ, quæ antea Saturnia dicebatur: a uerbo Pando, quod semper pateret ad res, quæ in urbem ferebantur. dicebatur & Libera, a libertate. Festus, & Varro libro quarto de lingua Latina.

PANDECTÆ, arum, πανδέκται, uolumina sunt, nihil non continentia. unde Pandectæ legum, quæ omne ius complectuntur: a παῦ, omne, & δέχομαι, capio. Gell. lib. 12. Tiro, Ciceronis libertus, liberos de uariis quæstionibus composuit, quos Græco uocabulo Pandectas, inscripsit, tamquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes.

PANDICVLARIS, dies, in quo omnibus Diis sacrificabatur. Festus.

PANDICVLATIO, corporis inter oscitandum extensio. Fest.

PANDICVLOR, aris, Pandiculantur, ait Festus, qui toto corpore oscitantes extenduntur, quod pandi fiant. Plautus in Men. Ego me affimilem insanire, ut illos a me absterream, ut pandicularis oscitator.

PANDION, proprium nomen Erichtei, Athenarum regis filij, qui patri successit in regno. huius filia fuerunt Progne, & Philomela. uide Progne. Hinc Pandionia, Attica, & Pandionius, a, um, Atticus. Lucanus de Pallade. Et Pandionias quæ cuspide protegit arces.

PANDO, is, passum, [*Aprire, manifestare. Gall. Ouvrir, manifester. Hiss. Abrir, descubrir.*] πατάω, patefacio, aperio. Virgilius 2. Aeneid. Panduntur portæ. Plaut. Bacch. Pandite, atque aperite ianuam hanc. Virg. 4. Georg. Et alas Pandere ad æstium Solem. Idem 3. Aen. Remque ordine pando. Pandens, part. Virg. 6. Aen. Ille sane rabida tria guttura pandens. Passus, a, um, apertus, extensus, de quo suo loco. Hinc Expando, extendo, a quo expassum, extensum. Cæcil. apud Gell. lib. 15. cap. 15. Flammeum expassum domi. Dispando, in diuersas partes extendo: unde Dispassus, distentus. Plautus tamen in Mil. Dispassis manibus dixit, pro Dispassis. Oppando, circum extendo. Propando, late extendo. Repando, quæ uide suo loco.

PANDO, as, [*Torcere, incuruare. Gall. Courber & affaiser. Hiss. Empandar & incuruar.*] κυρτώω, incuruo: unde Pandari trabs dicitur, quasi incuruari, cedereque ponderi. Pli. lib. 16. c. 42. At populus contra omnia inferiora pandatur. Et a Vitruu. arbores Pandæ dicuntur, quæ in edificijs curuantur. Nonnumquam Pando absolute pro incuruari. Quint. lib. 6. c. ult. Pandant enim posteriora. Pandatio, onis, Vitru. lib. 7. cap. 1.

PANDORA, æ, ab Hestodo fingitur fuisse prima mulier a Vulcano Iouis iussu fabricata, quam singuli dij donis suis ornauerunt. Palas enim sapientiæ donum ei contulit, Venus formæ, Apollo musices, Mercurius eloquentiæ. Inde dicta Pandora, quasi ab omnibus donata.

PANDOSIA,

PANDOSTIA, ἡ, ciuitas in Epiro non procul ab Acheronte amne. Item altera in Lucania Italiz regione, quæ & ipsa Acheronte quodam flumio irrigatur, circa quam Alexander Epirota occisus est.

PANDVS, a, um, [Aperto, largo, incuruo. Gal. Courbe, courbé contre bas. Hisp. Pandro, abierto, do coruo.] ἀεταρὺ μέγος, apertus, latus, incuruus. Virg. lib. 2. Georg. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Mart. libro 14. Panda rubor urceus anfa. Pandus afellus. Ouidius 1. Fast. Carinz pandæ. Virgilius 2. Georg. Delphines pandi. Ouid. 3. Trist.

PANEGRYS, nundinz, uel conuentus publicus, quales quinto quoque anno Athenis celebrari solitas, scribit Herodorus libro 6. a πᾶν ἀγείρω, conuenio: quasi dicas, Vniuersalem conuentum, unde Panegyrici sermones, qui in conuentu populi habentur: quales sunt, quibus imperatores laudantur. Et Panegyricon tertium dicendi genus, quod Latini demonst. ratiuum dicunt.

PANGEVVS, πᾶγγαλον, promontorium Thraciz, ad cuius radices Nestus amnis defluit. in singulari est gen. maf. in plurali ge. neut. Stat. Pangæa resultant. Hinc Pangæus, a, um.

PANGO, gis, pepigi, panxique, pactum, [Ficcare. Gal. Ficher. Hisp. Hincar, ayuntar, componer.] πηγυμι, figo, planto, iungo: unde Pactilis, compactus, & ex pluribus partibus coniunctus. Plin. lib. 2. c. 3. Summa auctoritas pactilis coronæ. Liu. pro figo posuit lib. 7. Prætor maximus clauum pangat. Fixus fuit lateri ædis Iouis Optimi Maximi. Pro planto, Colum. lib. 3. Quæ uetere sarmento panguntur, tardius conualescunt. Idem lib. 11. c. 2. Cic. Tir. lib. ult. ep. posuit pro compono. An (inquit) pangis aliquid Sophocleum. Pangere osculum, est osculari. Plaut. in Cur. Qui uult cubare, pangit saltem suuuium. Pangere indutias, est facere indutias. Liuius lib. 27. Ne antea quidem se indutias pepigisse dixit. Hinc Circumpango, unde Circumpactus, pro circumiunctus. Plin. lib. 17. Ramis terra circumpactis. Depango, defigo. Idem lib. 24. Oppango, Repango, suis locis. quædam mutant a, in i: ut Appingo, Compingo, Impingo. inter ipsa tamen tam in præterito, quam in supino conuenit.

PANICA, repenti iniqua terrores, & consternationes. Cic. l. 5. ad Att. Scis quædam πανικά dici. Pro eodem Panicus terror dicitur a Pane Deo, cui repentinorum terrorum causam tribuunt. uide Politia. in Miscella.

PANICVLA, ἀρδύλη, deminutium a Panus, significat comam illam in nilio, panico, arundine, & in omnibus fere arboribus piceæ generis, in qua semen dependet, quam Plin. lib. 16. cap. 10. uocat Panos, & Paniculas, & aliquando Nucamenta callo squamatim compactili. Plin. lib. 2. c. 4. Græcula rosa conuolutas habet foliorum paniculas.

PANICVM, ci, [Panico. Gal. Du panis semblante à millet. Hisp. El panizo.] ἔλυμος, genus frugis. Plin. lib. 18. c. 7. Panicum a paniculis dictum, cacumine languido. Cæf. 2. Bell. Ciu. Panico uetere, atque hordeo corrupto alebantur.

PANIFICIUM, cii, panis confectio. Celsus libro secundo, capitulo octauo: Scire oportet, quæ ex frumento panificia sunt, generis ualentissimi esse.

PANIS, nis, [Pane. Gal. Du pain. Hisp. El pan.] ἄρτος, a pascendo, inquit Nonius: siue a πᾶν, omne: quod omnibus pulnentiis adhiberi possit. Panis uariâ genera. Vide apud Plinium libro 18. capitulo undecimo.

PANNICVLVS, li, ὀλίγιον, deminutium a Panno. Iuuen. Sat. 6. Quorum panniculus bombycinus urit. Panniculos aliquando uocamus uiliores pannos. Gellius libro 7. Fascia eius rei caussa fit ex panniculis.

PANNISCI, Dij siluestres, quasi minutuli Panes, ut a Satyro Satyricus inclinatur. Scribit Plinius libro 35. Panniscum pictum a Taurisco pictore.

PANNEVS, a, um, [Di panno.] ῥάκινος, ex panno: ut, Vestis panneæ.

PANNICVLARIA, dicuntur ea, quæ in custodiam receptus secum attulit. Vide Vlp. in l. Diuus, de bon. dam.

PANNONI, πᾶννονιοι, appellantur a Romanis, quos Græci Pzonas, uilgus Hungaros uocitat. Hinc Pannonicus, a, um. Suet. in Aug. Harum regio Pannonia ab Oriente habet Mœsiam, quæ & Seruia & Bulgaria dicitur, ab Occidente Noricum, a Septemtrione Germaniam & Danubium. Diuiditur in superiorem, & inferiorem. superior ab occasu Norico, a Septemtrione Germania & Istro terminatur ab Oriente habet Pannoniam inferiorem, a meridie Illyrim. hodie hæc Pannoniæ pars Styria & Austria appellat, in qua Vienna urbs celeberrima. Inferior uero Pannonia, a Septemtrione Germaniam, Danubiumque, ab Occasu Pannoniæ superiorem, a Meridie Liburnâ, quâ hodie Croatiam appellant, prospicit ab Ortu uero lazyges Metanaitas: quem tractum hodie Septem castra uocant. Hæc Pannoniæ pars hodie fere uno nomine Hungaria dicitur.

PANNOSVS, [Vestito di panni rozli. Gal. Qui est pourement habillé. Hisp.

Embuelto ò uestido en panales, ò uestido de pano nil ò grosso.] ῥάκινος, fordida ueste, & crasso panno opertus. Iustin. l. 2. Permutato regis habitu, pannofus, castra hostium ingreditur. Cic. ad Att. l. 4. Pauci pannofus, sine lacerna.

PANNVLEIVM, ῥάκινον, a panno & uolendo filo: sudariolum significat, ut est apud Var. lib. 4. de lin. Lat.

PANNVS, nis, [Panno.] ῥάκος, quo uestimur. Ouid. in Ibin: Tincti ferrugine panni. Pannum, neutri generis, protulit Næuius in Tabellaria. Qui habet uxorem sine dote, pannum positum in purpura est. Ponitur aliquando pro lineamento, quod uulnere imponitur. Col. lib. 6. c. 12.

PANNVCVS, a, um, ῥακώδης, idem quod pannofus. Perf. Sat. 4. Dum ne deterius sapiat pannucea Baucis. Mart. lib. 11. Truditur & digitis pannucea mentula lascis. Vbi pannuceam mentulam uocat lãguidam, & mollitie pannum referentem.

PANOMPHAEVS, Iouis epitheton, ἀπαι & ὀμφη, uox, quod ab omni lingua colatur. Ouid. lib. 7. Met. Ara panomphæo uetus est sacrata tonanti.

PANORMVS, Latine statio, quo nomine dicta Sicilia insignis ciuitas ob multitudinem nauium, quæ undique illuc conueniunt. Hæc & in neutro genere effertur Panormum, ἀπὸ τῆς παντός, καὶ ὀρμῆς.

PANSA Ε, πατὺ πῶδες, quibus lati ac pansi sunt pedes. Plinius libro 11. capitulo 45.

PANTHAGIAS, fluuus, qui cum plenus incederet, totam Siciliam sonitu inplebat, post raptum Proserpinæ, cum Cereri filiam querenti obtreperet, tacere iussus, paruit numinis uoluntati. Hæc Seruius in illud Virg. 3. Aenci. Præteruehor ostia faxo Pantagiæ. Nomen uidetur accepisse ἀπὸ τῆς παντα ἄγειν, quod obuia quæque secum rapiat.

PANTHEON, πανθεον, templum Romæ, dictum, ut ait Dion historicus, quod in Martis, Venerisq. imaginibus, sub ipso templo constitutis, omnium deorum imagines effectæ erant. Siue quod templum ipsum rotundum sit, cælo perfimile, & sic omnium Deorum habitatio censeatur. Plin. libro 36. cap. 15. Pantheon Ioui uultori ab Agrippa factum. Hodie appellatur templum D. Mariz rotundum.

PANTHERA, æ, p. p. [Pantera.] πανθήρ, animal ferum & maculosum, quod & Pardalis dicitur a πᾶν totum, & θῆρ fera. Hor. in ep. Diuersum confusa genus panthera camelo.

PANTHERINVS, adiect. ut, Pantherina pellis. Plinius libro 15. capitulo 11. Pantherinæ mensæ, intorto discursu maculatæ. Idem libro 13. cap. 15.

PANTHERON, p. p. πανθηρον, siue Pantherum, ri, retis genus dictum, quod aues omnes includat, θῆρα, enim est aucupium. Est autem huiusmodi rete, quod nostri Saltabundum appellant, quod cum humi exporrectum est, & in oblongam tenuitatem contractum, tegitur quisquiliis, ne ab aibus proiuderi possit: deinde, cum opus est, adducto magna ui fune, repente expanditur, & auiculis uno ictu uniuersas contegit. Vlp. de act. emp. & uen. l. emptorem: Cum futurum iactum retis a piscatore emimus, aut indaginem a uenatore, uel panthera ab aucupe. Quo in loco Panthera accusatiuus est pluralis, a nominatiuo Pantheron: accipiturque pro præda, quam auceps panthero cepit.

PANTICES, fluxus uentris, inquit Festus, a Pandendo, quod uentri pendant. Pro uentris pinguedine uidetur posuisse Plau. in Plé. Eo uos uestros pantices madefacitis, cum ego siem hic siccus.

PANTOMIMVS, p. p. qui in scenis personas per singulorum actuum simulationes ostendebat, ἀπὸ τῆς παντα μιμῆδς. Plin. lib. 7. c. 53. Pantomimorum duo sunt genera, scenici, & mythici. Ponitur quando que pro ipso poemate. Plin. in Pan. Populus ille, scenici Imperatoris spectator, & applausor, nunc in pantomimis aduersatur & damnat effeminas artes.

PANVRGIA, [Astutia.] πανουργία, astutia. Plaut. Panurgia te in pistrinum dabit.

PANVS, pani, & apud Celsum Panis, is, tramæ inuolucrum teste Nonio, quo panni texuntur. Luci. lib. 9. Foris subtegninis panus. Ab huius similitudine innatus tumor sub faucibus, auribus, & inguibus Panus, ῥῶμα, appellatur. Plin. l. 20. c. 1. Laterum parotidas, & panos sanat. Panos Galenus in plures species diuisit. Panus, inquit Hermolaus, siue, Panis, a figuræ similitudine dictus, tumor non alto, sed lato, in quo quiddam pustulæ simile est, sitq. in uertice, alis, inguine cum dolore uehementi.

PAPAE, βαβαί, παπαί, admirantis interiectio. Don. Papæ interiectio est mira subito accipientis; habet enim in se affectum uerbi miror, ut, Papæ, quid uideo. Teren. in Eun. Papæ, hæc superat ipsam Thaidem.

PAPAEVS, nomen, quo apud Scythas Iuppiter uocatur. Her. lib. 4.

PAPAVERIS, [Papauero. Gal. Du pavot. Hisp. La dormidera.] μίκαν, genus herbæ somniferæ. Virg. 4. Aen. Soporiferumque papauer. Plin. lib. 18. c. 35. 19. Diosc. lib. 4. c. 67.

- ΠΑΡΑΥΕΡΑΤΑ** εογα, *μπαυερὰς γυτῶν*, a colore candido dicta. Plinius libro 8. capitu. 48. Crebræ papaueratæ antiquiorem habent originem.
- ΠΑΡΗΛΑΓΟΝΙΑ**, *παρηλαγονία*, regio minoris Asiæ, ad Septemtrionalem litus uersa, supra Galatiam, dicta, teste Steph. a Paphlagonie Phineo filio. incolæ dicti Paphlagones. Paphlagonia (ut Solinus scribit) a Cytoro monte confurgit, porrecta in spatium trium & 60. millium.
- ΠΑΡΙΑ**, ciuitas Infubrium, Ticinum, *πάριον*, Ptolem. appellata, olim Ostrogothorum & Longobardorum regum sedes, clara gymnasio, acris clementia, & præstantium uirorum uirtute.
- ΠΑΡΙΛΙΟ**, onis, [Farsalla. Gall. *Vu papillon*. Hist. *Mariposa*.] *πάρλιον*, inter uerniculis alatos numeratur. Col. lib. 9. cap. 14. Papiliones enecandi sunt.
- ΠΑΡΙΛΛΑ**, æ, [Mamella. Gall. *Le tetrin, le petit bout de la mamelle*. Hist. *El pezón de la teta, ò teta pequeña*.] *παρίλλη*, mammæ capitulum, unde lac fugitur: quamuis etiam pro mammæ ponatur. Virgil. libro 11. *Hausta sub exertani donec perlata papillam hæsit*. Dicitur tam de uiris, quam de mulieribus, & aliis animalibus. Dicitur Papillæ quasi paruz papulæ, quod papularum sint similes. Papillæ etiam in fontibus clauiculæ illæ dicuntur, quibus exertis aqua effluit. Varr. lib. 3. de re rust. c. 13.
- ΠΑΡΙΛΛΑΤΥΣ**, *παρίλλαντος*, papilla ornatus. Expapillatus, uide suo loco.
- ΠΑΡΙΝΙΑΝΥΣ**, Iuriconsultus, Seuero Principi gratissimus, Scæuolæ discipulus, is est, cui filios suos Seuerus moriens commendauit: deinde ab Antonino Caracalla securi percussus. Spartianus.
- ΠΑΡΙΝΙΥΣ ΣΤΑΤΙΥΣ**, Neapolitanus, inter Heroicos Poetas relatus, haud ignobili genere ortu. Composuit Thebaidem libris duodecim, opus Siluarum, postremo Achilleida aggressus morte præuentus, reliquit inchoatam. Ex Crinito.
- * **ΠΑΡΙΤΙΥΜ**, urbs est Paphlagoniæ. Steph.
- ΠΑΡΡΑ**, prima infanculorum uox, qua patrem compellant.
- ΠΑΡΡΑΡΕ**, est inuitus & blandiusculus uerbis patrè appellare. Iuuen. Sat. 3. Et similis regum pueris parrare minucum Poscis, & iratus mammæ, lallare recusas. Aliquando est cibum sumere. Pla. in Epi. Nouo liberto opus est, quod pappet.
- ΠΑΡΡΑΣ**, *πάππας*, accipitur pro patre, siue pro eo, qui puerum alit. Iuuen. Sat. 6. Timidus prægustet pocula pappas. Est autem nomen uenerationis a Syracusis tractum.
- ΠΑΡΡΥΣ**, pappi, [Apo.] *πάρρυς*, uisus. Antonius ad nepotem suum.
- ΠΑΡΡΥΣ**, carduorum flos, & lanuginosa quædam substantia in aerem se effundens. Luc. lib. 3. Nec plumas auium, papposq. uolantes. Plin. lib. 21. cap. 16. Pappum uocari ait, lanuginem helxines herbar. & lib. 25. c. 13. dicit esse herbam, quæ alias Senecio dicitur, quod in pappos abeat.
- * **ΠΑΡΡΥΣ**, Philolophus Alexandrinus. scripsit de Situ orbis, & alia plurima.
- * **ΠΑΡΡΙΜΙΣ**, Aegypti opidum. Steph.
- ΠΑΡΥΛΙΑ**, [Broggia.] *παρύλια*, pustula, qua cutis exasperatur, & rubet, leuiterque roditur. Virg. lib. 3. Geor. Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor Membra sequebatur. Vide Celsus lib. 5. ca. ult.
- ΠΑΡΥΡΑΚΕΥΣ**, æ, sum, ex papyro. Plin. lib. 28. c. 11.
- ΠΑΡΥΡΥΣ**, *παρύρυς*, ñ, arbuscula, præcipue in Aegypti palustribus nascens, habens radicem obliquam, triangulis lateribus, decem uo amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiata. Ex hoc frutice præparabantur chartæ acui diuise in prætenues & latissimas phylluras: quæ ab huius fruticis appellatione Papyri nomen acceperunt. uide Plin. lib. 13. c. 11. Ab huius fruticis nomine etiam hodie Chartas nostras, quæ ex contritis linteis sunt, Papyrum appellamus, quod eundem nobis præstent usum, quem olim Aegyptiis præstabat Papyrus. Dicimus & Papyrus in neu. ge. Plin. Ibidem: Papyrum nascitur in paludibus Aegypti.
- ΠΑΡΥΡΙΦΕΡ**, æ, sum, *παρύροφόρος*, ut Papyrifer Nilus. Ouidius 25. Metamorph.
- ΠΑΡΙΣ**, [Pares, simile, uerale. Gal. *Pair, pareil, semblable*. Hist. *Cosa y qual ò justa*.] *παρίς*, cum suis compositis, Compar, Dispar, Impar, Separ, sunt generis omnis, faciuntque ablatiuum in e, uel in i. Et licet Par, apud Poetas producatur, in obliquis tamen prima corripitur: & tam datiuo, quam genitiuo iungi potest. Ouidius lib. 3. Metam. Sunt quoque, par aliis ætas in ouilibus agnæ. Significat autem Par, quando adiectiuum est, idem quod parilis, æqualis. Cic. 3. de Orat. Iambus par chorei, sed spatio par, non syllabis. Idem in Lælio: In amicitia superior par est inferiori. Interdum Pares pro duobus accipitur: ut, Paribus equis utebantur Romani in prælio, ut, sudante altero, transflerent in siccam. Interdum accipitur pro decenti, æquæ. Quint. lib. 10. capitulo 11. Si propter matrimonia uiolata urbes euersæ sunt, quid fieri adu-
- terio par est? Parem esse, significat sufficere alicui rei. Cicero ad Att. libro 12. Pares non sumus. Adspicio par laboribus corpus. Paria facere, compensare. Quint. de decla. 6. Paria faciemus, tu illic eris uicarius meus, ego hic tuus. Par pari referre, est reddere quale accipimus. Ter. in Eu. Par pari referro, quod eam mordeat.
- ΠΑΡΙΣ**, aris, lib. [Coppia. Gal. *Vne paire, un couple*. Hist. *Vn par de dos cosas*.] *παρίς*, numerus duorum inter se æqualium. Cic. de Am. Ex omnibus sæculis uix tria numerantur amicorum paria. Idem de Opt. gen. dic. Gladiatorum par nobilissimum.
- ΠΑΡΙΜΠΑΡ**, [Pares, e disparo.] *παρίμων, ñ παρίμων*, genus ludi. Sueton. de Aug. Mihi tibi denarios 50. Quod singulis conuiuii dederam, si uellê post cenam, uel talis, uel par impar ludere. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Ludere par impar.
- ΠΑΡΙΒΙΛΙΣ**, & hoc le, [Che si può acquistare.] *παρίβιλος*, quod cito haberi potest. Cic. 3. Tus. Diuitias natura parables esse. Hor. 1. Ser. Sat. 2. Namque parabilem amo uenerem.
- ΠΑΡΑΒΟΛΑ**, (quam Cicero collationem uocat) longius res, quæ comparantur, repetere solet: ut, Tam fortiter apud Nipponê fecit Scipio, quam apud Vticam Cato.
- ΠΑΡΑΒΟΛΑΝΙ**, (ut interpretatur Alciat.) Latine dici possunt glebæ adscriptitiæ, quibus. si in omni uita ab agricultura recedere non licebat: a *παρά*, & *βάλλω*, quasi iuxta glebam. Per translationem dicuntur, tenuis conditionis homines. Iustinianus C. de Epis. & ele. 1. Parabolani, & Cæ. lib. 29. c. 11.
- ΠΑΡΑΚΛΕΥΣ**, ti, p. p. [Difensore, uocato.] *παράκλεις, τόγο*, & hortor, item pro alio preator interuenio.
- ΠΑΡΑΔΙΣΥΣ**, disti, [Paradiso.] *παράδεισος, ò*, uox deflexa, (ut quidam uolunt,) ab Hebræo Pardes, quod hortum domesticum significat, siue pomarium. Est & nomen opidi, in Syria Cœle ad Libani Orientalem latus situm. Plin. 1. 5. c. 23. Est item Paradisus, Siciliae fluiuius apud eundem lib. 5. c. 27. In sacris litteris Paradisus peculiari ter accipitur pro amœnissimo orto in Oriente, a primis nostri generis auctoribus habitato. Diuus Aug. ad Orosium, Paradisus, inquit, in Oriente situs est, interiecto Oceano, & a nostro orbe longe remotus, in altissimo loco constitutus, pertingens usque ad Lunarum circulum.
- ΠΑΡΑΔΟΞΑ**, orum, a Græcis uocantur admirabilia, præter opinionem omnium. Hinc Paradoxa Stoicorum, de quibus existat Ciceronis libellus. Paradoxon item schema est, de quo Rufinus, de figuris.
- ΠΑΡΑΕΤΟΝΙΥΣ**, æ, sum, Luc. libro tertio: Usque Parætonias Eoa ad litora Syrtis. Hinc Parætonium appellatum est coloris quoddam natiui genus; quod circa hanc urbem in litore solet inueniri, ex spuma maris, ut creditur, cum limo solidata. Plinius lib. 35. cap. 6.
- ΠΑΡΑΕΤΟΝΙΥΜ**, Lyciæ Marmaricæ opidum. Alio nomine Ammonide. Habet portum ingentem, quadraginta fere stadiorum. Strabo lib. 17.
- ΠΑΡΑΓΑΥΔΕΣ**, uel Paragaudi, teste Alciato, genus uestimenti uiriliter, ut plurimum linei, quod sub alia ueste gerebatur. Vopiscus in Aureliano: Paragaudas uestes primus militibus dedit.
- ΠΑΡΑΓΟΓΗ**, figura, qua littera, uel syllaba fini iungitur, ut, Dicies, pro Dici. Latine a nonnullis appellatur Adductio.
- ΠΑΡΑΓΡΑΦΗ**, *παράγραφος*, dicitur linea in longum protensa; uox est pro trita Iurisconsultis. Pro eodem etiam dicitur Paragraphe.
- ΠΑΡΑΛΛΗΛΙ**, præ. præ. dicuntur segmenta spheræ, ab Ortu in Occasum ducta, alterum ex Polis habentia pro centro, omni ex parte a se inuicem æqualiter distantia. Plinius libro 6. capitu. 23. Plura sunt hæc segmenta mundi, quæ nostri Circulos appellantur, Græci Parallelos. *παράλληλος*, inuicem comparatus, uel æqualiter distans. vnde paralleli circuli dicuntur æqualiter distantes: & Lineæ parallelæ, quæ æqualibus spatii ab inuicem dirimuntur.
- ΠΑΡΑΛΙΥΣ**, *παράλιος*, tertia species est thymali; dicta, quod loca maritima amet. Plin. lib. 26. c. 8.
- ΠΑΡΑΛΥΣΙΣ**, *παράλυσις*, resolutio neruorum, in altera tantum corporis parte, nam in omnibus, Apoplexia non inuitur.
- ΠΑΡΑΛΥΤΙΚΥΣ**, qui hoc morbi genere laborat. Plinius libro 20. capitulo nono.
- ΠΑΡΑΝΙΤΕΣ**, gemma ex amethystorum genere. Plinius libro 37. capitulo nono.
- ΠΑΡΑΡΗΡΑΣΙΣ**, *παράρηρσις*, eiusdem sententiæ per alium sermonem explicatio, cum quædam mutantes, aut addentes copiosius ac dilucidius explicamus; quod ab aliis dictum est, cuiusmodi est The mistij in Aristotelem. Quint. 1. 10. c. 5. Neque ego Paraphrasin esse interpretationem tantum uolo, sed circa eisdem sensus certamæ atque emulationem.
- ΠΑΡΑΡΗΡΑΣΤΗΣ**, [Interpreto.] *παράρηρσις*, interpres, latius explicans.

- PARARIUS**, *παρονομαστής*, qui stipulationibus, contractibus, nominibusque faciendis interuenit. Senec. lib. 3. de Benefic. Nec interponi pararios, nec signatores aduocari, nec chirographum dare. Pararium *πάρριον* appellabatur, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Fest.
- PARASANGAE**, apud Persas, auctore Festo, uiarum mensurae sunt, quas Budaeus Herodot. libro 2. testimonio probat fuisse triginta stadiorum.
- PARASITA**, *παρασίτης* [Parasito.] fem. gen. Hor. 1. Serm. Sat. 2. Cinthiones, parasitæ.
- PARASITASTER**, stri, [Che imita li parasiti.] parasitorum imitator. Ter. in Ad. Est alius quidam parasitaster paruolus.
- PARASITOR**, oris, parasitum agere. Plautus: Parasitando paucerrime uentres.
- PARASITVS**, *παρασίτης*, pro. [Parasito. Gal. Qui sicut les lopins. Hisp. Tribuan per cosa de comer.] *παρασίτης*, qui aliorum mensas & cibaria sequitur: quique eius, cuius contubernio est, omnia facta, simul ac dicta laudat. unde & nomen accepit, quod *παρα τὸ σίτην*, id est, a cibo tutus pendeat. Cic. de Amic. Nec parasitorum in comædiis assentatio nobis faceta uideretur, nisi essent milites gloriosi. Parasiti olim appellatio honesta fuit. nam parasiti uocabantur olim comites, sodalesque, pontificum, & magistratum, ut docet Athenæus lib. 6. Solon sic eos appellauit, qui in Prytaneo publico uictu epulabantur, auctore Plutarcho. postea dictus est, qui ad mensas diuitum oblectationis causa admittebatur. Producit autem hoc nomen *πάρσιον* syllabam Hor. lib. 2. ep. 1. Quantus sit Dorfenus edacibus iu Parasitis.
- PARASTADES**, lapides, qui utrumque latus ostij mununt. Vitruu. Hermo.
- PARASTATAE**, *παραστάται*, inquit Hermolaus, apud Vitru. & Pli. lapides sunt pilarum fere modo appositi columnis, a quorum similitudine alterum cruris os Parastates nominatur in iumentis a Vegetio. Apud eundem & meatus illi, per quos genitura ex epidymide in colem fertur, Parastatae appellantur. Sunt & in proelio Parastatae, nomen officij. Sed & tabulae quaedam cum insertis instrumentis, a Vitruuio Parastatae uocantur. Hæc Hermolaus, qui sic legit apud Plinium libro 33. capitulo 3. Columnæ, & parastatae. Idem apud Vitruuium lib. 5. In columna, aut parastata horæ describuntur. Budæus tamen legendum putat apud Plin. Columnæ parastaticæ, & apud Vitru. Columna parastatica, utrumque sine conuentione.
- PARATRAGÆDIO**, *πατραγῶδες*, uerborum magnitudine aliquid augeo. Plin. in Ple. Vide ut paratragediat carnifex.
- PARAZONIUM**, *παράζονιον*, genus gladij, quod ad zonam accingi solebat: de quo existat epigramma Mart. lib. 14.
- PARCAE**, *παρκαί*, *παρκαί*, dictæ sunt a Parco, per contractum, quod nemini parcant. Ideo tres esse Parcas arbitrantur, quoniam tria sunt tempora, in quibus omnia euoluuntur. Varro a Parco, unius litteræ mutatione deducti putat, quoniam (ut scribit Hesiodus) nascensibus hominibus bonum malumque conferre censeantur. Iuue. Sat. 9. At inæa Clotho, & Lachesis gaudet, si pascitur inguine uenter. Harum nomina erant Clotho, Lachesis, Atropos, quas Cicero Erebi & Noctis filias fuisse existimat. unde & illud Cleantis: Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt. Finguntur uitæ hominum præesse, & nendo eam ducere; quapropter Lanificæ sorores appellat Mart. l. 6. Si mihi lanificæ ducunt non pulia sorores Stamina. Appuleius: Tres parca tria fata sunt numero, cum ratione temporis facientia. nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem; quod torquetur in digitis, momenti præsentis indicat spatia; quod nondum ex colo tractum est, futuri, & consequentis seculi posteriora uidetur extendere. Lachesium dictam putant a *λαγχάνω*, fortior. Atropos, quia uerti, hoc est mutari non possit, ab *α*, priuatiua particula, & *τροπέω*, uerto: Clotho, quoniam contorta & conuoluta omnia tenet: *κλάδω*, neo, uel circumuoluo.
- PARCO**, *παρκεω*, uel *παρκεω*, [Perdonare, rimettere. Gal. Esparguer. Hisp. Guardar ser escasso.] *παρκεω*, proprie significat abstinere, quasi parum tango. Et fere cum datiuo constructur: ut, Parcere pecuniæ, pro ab expendenda pecunia abstinere. Parcere sumptui, a sumptu abstinere. Lamentis parcere, continere se a fleu. Liuius 6. Parcere lamentis Sutrinos iussit. Aliquando habet accusatiuum cum datiuo. Virg. 10. Aen. Argenti, atque auri memoras quæ multa talenta, Natis parce tuis. Accipitur & pro ignoscere. Cic. pro Quint. Boni uiri malunt commemorare, se, cum perdere possent, pepercisse, quam, cum parcere possent, perdidisse. Virg. 6. Aen. Parcere subiectis, & debellare superbos. Cæf. 7. Bel. Gal. Non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercunt. Donatus differentiam hanc facit inter præterita Parci, & Peperci, ut Parci idem sit quod abstinui, Peperci, idem quod ignoui. Seruius tamen negat, duo hæc præterita ex significationis diuersitate uenire, sed potius ex mutatione usus: ut quod uereres,
- Parci dixerunt, alij postea Peperci dicere cœperint. Aliquando etiam accipitur pro prohibere. Virgilius 3. ecl. Parcite oues procedere. Nonnumquam pro deponere. Virgilius 1. Aen. Parce metu Cytherea. Quandoque pro desinere. Idem 3. Aen. Parce pius scelerare manus. Hinc Comparco, eiusdem cum simpliciter significationis. Ter. in Phor. Suum defraudans genium, comparfit miser. Reparco, iterum parco. Plaut. Tru. Utinam reriterum parsissem meæ, ut nunc reparcis. Parciur imperfonale. Cic. Att. libro 21. Non parceretur labori. Plinius libro 16. capit. 12. Nec corpori ipsi parciur.
- PARCVS**, *παρκεω*, [Parco. scasso. Gal. Chiche. espargant. Hisp. Escasso.] *παρκεω*, qui frugi est, & sumptibus parci. Gell. lib. 3. cap. 19. Parcus neque ab arca, neque ab arcendo, sed ab eo, quod paruum & parum, denominatur. Hor. 2. Ode 8. Te senes parci. Cic. 2. de Orat. Cum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset. Parcus cum genitiuo. Hor. 2. Ser. Sat. 2. Veteris non parcus æcti. Plin. ep. 2. 26. Eiusmodi honorum parcissimus. Parcus ablatiuo iunctum. Pla. Rud. Opera hand fui parcus. Parcus comitatu, apud Plin. in Paneg. dicitur, qui paucos habet in comitatu. Hinc Parce, frugaliter, moderate. Ter. in And. Pudice uitam, parce, ac duriter agebat. Cic. 1. Off. Intelligemus quam sit honestum parce, continenter, seuerè, sobrie. Idem pro Mur. Parcius de eius laude dicerem. Col. lib. 9. c. 7. Nec potestas aquæ, nisi quam parcissime, facienda est. Hinc Parcitas, pro frugalitate. Præparcus, ualde parcus, Plin. l. 11. Deparcus, nimium parcus. Suet. in Ner. Sordidos putabat esse & deparcos. Appul. At accusastis unum seruum, ut deparci, tres liberos, ut profusi.
- PARDALIANCHES**, aconiti genus, dictum, quod carnes eo tactæ prætheras necant. Plin. lib. 8. c. 27.
- PARDALIOS**, *παρδαλιος*, genina maculis quibusdam uariiegata, a Pantherinæ pellis similitudine nomen habens. Plinius libro 37. capitulo 11.
- PARDALIS**, [Panthera.] animal ferum, Syriæ, Africæque peculiare, alio nomine Panthera, pellens habens candidam, breuius macularum oculis uariiegatam, præstantissimum spirans odorem, cuius suauitate feras illectas corripit, laceratque. Romani uarias appellarunt, & Africanas, quod ex Africa in ludorum usus mitterentur. Plin. lib. 8. c. 17.
- PARDALIVM**, *παρδαλιον*, unguentum, quod pardalis odorem reddat. Plin. lib. 13. c. 1.
- PARDVS**, [Leopardo.] *παρδαλιος*, o. mas Pantheræ. vide Pardalis.
- PARËCTATVS**, qui de pueritia uenit ab pubertatem: a *παρεκτείνω*, extendo. Luc. libro 8. Vnde parëctato chlamydes, ac barbula primum. Idem libro decimo: Ephebum quem uocant parëctatum. Nonius.
- PARENS**, *παρκεω*, priore cor. gen. com. [Padre, ouero madre. Gal. Pere cu mere. Hisp. Padre ò madre.] *παρκεω*, a Pario fit: quo nomine, quamuis proprie pater & mater significetur, apud Iuriscons. tamen teste Festo, etiam auus, & proauus, alijque superiores utriusque sexus, usque ad tritauos & tritauias intelliguntur. ultra hos, Maiores appellantur. Cic. post red. in Senat. Parentes carissimos habere debemus, quod ab ijs nobis uita, patrimonium, libertas, ciuitas, tradita est. Virg. 4. Aen. Quem subiisse humeris confectum ætate parentem. Caius de uerborum significat. l. Appellatione, scribit, appellatione parentum omnes in infinitum maiores utriusque sexus significari. Parentum etiam uocabulum ad quoslibet consanguineos extensum inuenimus. Lampridius de Alexandro Seuero: Amicos & parentes Alexander, si malos reperit, puniuit. Iulius Capitol. de M. Antonino: Omnibus parentibus suis tantam reuerentiam, quantam primatus, exhibuit. Plin. libro 18. cap. 1. Terram omnium parentem dixit, id est, altricem. Et Ouid. 1. Met. Magna parens terra est. Cic. 1. de Orat. Philosophia bonarum artium omnium procreatrix quædam, & quasi parens. Idem 2. de Fi. Socrates parens philosophiæ iure dici potest. Idem ad Attic. libro 9. Cum parentes non alere nefarium sit, nostri principes antiquissimam & sanctissimam patriam fame necandam putant. In arbore etiam Parens dicitur stirps ipsa, unde rami enascuntur. Plin. libro 12. cap. 5. Parentium, in genitiuo plurali pro Parentum, posuit. Hor. 3. Carm. Ode 24. Dos est magna parentium Virtus. Hinc Parenticida, qui patrem aut matrem occidit. Plau. in Epi.
- PARENTALIA**, *παρτερικα*, conuiuia, quæ in parentum aut propinquorum funeribus fieri consueuerunt. Dicta Parentalia, teste Hieron. in Hieremiam, quod hoc officij genus filijs parentibus præstarent. Cic. 1. Phi. An me censeatis decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur?
- PARENTALIS**, & hoc ale, adiecit, ut Umbre parentales. Ouid. 1. Trist. el. 9. Dies parentales, quibus sollempnes epulæ ad mortuorum sepulcra solent asserri: quæ consuetudo primum ab Acnea creditur manasse. Ouid. 2. Fast.
- PARENTHESIS**, *παρθεσις*, clausula orationis contextui interiecta, qua

qua remota sensus manet integer, a παρῆντιθμι, interpono.

PARENTEVM, παρῆντιος, Isthriae opidum. Ptol. lib. 3. c. 1. Steph.
PARENTO, as, κτερίζω, parentibus iusta cerebro, licet etiam ad alios transferatur. Plin. lib. 18. cap. 22. Fabacia parentando utique affumitur. Cic. 2. de Leg. Hostia maxima parentare pietati esse adiunctum putabat. Idem 1. Phil. Vt cuius sepulcrum nusquam extet, ubi parentetur. Qui. 1. Am. Eleg. 13. Sic Memnonis umbras Annua soll. mni caede parentet auis.

PARO, es, parui, paritum, unde Pariturus partic. [Obedire, apparere. Gal. Απαρῆσθαι, απαρῆσθαι. Hisp. Απαρῆσθαι.] αἰνοῦμαι, uideo; appareo. Mart. l. 12. Festinant trepidi subfringere carbasa nautae. Ad portum quoties paruit Hermogenes. Virg. 6. Ae. Cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent: id est, a quo fibrae & sidera cernuntur. Hinc Appareo, idem quod Pareo: id est uideo. Virg. 1. Aen. Apparent rari nantes in gurgite uasto.

Compareo, uide suo loco. Dispareo, a conspectu recedo. Transpareo, per aliquod corpus lucidum uideo. Interdum parere, est obedire. Virg. 1. Ae. Pareat Amor dictis carae genitricis. Iustini. l. 1. Vix patienter uni uiro, nedum feminae parturis. Cic. 7. Phil. Non ut pareret, & dicto audiens esset huic ordini. Promissis parere, est praestare promissa. O. 1. 5. Fas. Parent promissis, dissimulatq. deos. Paretur impersonale, Liu. 9. Dicto paretur. Habent autem haec omnia p, syllabam productam Parere intercessori, est, ut uulgo dicunt Iurisconsulti, parenti cedere. Cic. 3. de Leg. Parere iubet intercessori. Parere gulae, est seruire gulae. Hor. 2. Ser. Sat. 7. Nil seruire gulae parens habet.

* **PAREPHIPPIVS**, dicitur, qui praeter rationem equestris disciplinae, equos agit, apud Iuriscons. in l. Parephippium. C. de cur. pub.

PARERGO, παρέργογ, dicitur, quod alicui rei praeter propositum additur, ut si pictor imaginem pingens, arbutulas, & auiculas, & huiusmodi addiderit. Plin. lib. 35. c. 10. Protogenes, cum propylaeum pingeret, adiecit paruulas naues longas, in ijs, quae picture. Parerga appellant. Sunt etiam, inquit Budeus, Parerga, corollari a operis locati, quae fiunt ultra id, quod in stipulatione comprehensum est.

* **PARETACENI**, populi Mediae. Herod. 1. Str. 11. & 16.

* **PARIEDRVS**, pars Tauri montis. Ptol.

* **PARIENNA**, Germaniae urbs. Ptol.

PARIES, etis, [Parete, muro. Gal. Paroy ou mur. Hisp. Pared.] τοίχος, proprie, qui in utraque aedium latere domum unam ab altera dirimit; differtque a muro, qui proprie est lapideus urbis ambitus. Cic. 6. Verr. His tabulis templi interiores parietes uestiebantur. O. 4. Met. Paries domui communi utriusque. Intra parietes disceptare, uel experiri, est amicis domi & extra cancellos forenses controversiam componendam permittere. Ci. pro Quinctio: Si quid in controversiam ueniret, aut intra parietes, aut somno iure experiretur. Paries cratius, dicitur ab asseribus, qui arrecti, transuersique in modum cratis texuntur: unde Vitruuius Arrectarios parietes & transuersarios appellat.

PARIETARIA, x, [Parietaria,] παρθέν, ἐλξίνη, herba a parietibus, in quibus nascitur, dicta, uulgo Muralis herba. A Plinio appellatur Parthenion, & Perdicion, quoniam perdices ea uescantur, Diosc. Helxinem appellat.

PARIETINAE, τοίχοι, ὑψαισιμένοι, muri ueteres, ac semiruti. Plin. lib. 29. c. 8. Nascitur circa uetera monumenta, parietinasc.

PARILIS, & hoc le. [Pariglio, uguale.] ἴσος, aequale. Ouidius 1. Trist. Eleg. 8. Accipere, & parili reddere uoce uale. Inde Parilitas, aequalitas, Gellius libro 14. capitulo 5. Parilitas uirtutum inter se consimilium.

PARIO, is, peperi, partum, uel paritum, parere, [Partorire. Gal. Enfant. Hisp. Parir la muger.] τιτώ, hodie tantum est tertiae coniugationis, olim etiam quartae. Ennius: Oua parere solet genus pennis condecoratum. Est autem Parere, fetum emitte: quod proprie ad feminas pertinet. Luc. lib. 5. Femina quaeque Cum peperit, dulci repletur lacte. Cic. 3. de Orat. Dixisse dicitur, si quinctum pareret mater eius, asinum fuisse parituram. Accipitur aliquando pro generare: ut etiam de uiris dicitur, sed hoc apud uetustissimos. Caecilius: Hic uicinus noster peperisse se filium memorat. Partior, eris, passium. Plinius lib. 10. capitulo 52. Oua dum pariantur. Per translationem pro acquirere. Colum. libro 19. capitulo 1. Vel aere parta, uel gratuita contingunt. Virg. 11. Aen. Ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis Haec patriam peperere suo. Parere oua, dicuntur aues, pro ponere, & quod Var. de re ru. Facere oua dicit. Plin. lib. 10. c. 52. Oua pariantur struthiocha meli. Parere uerba, est noua fingere. Cic. 3. de Fin. Idque cum Graecis, tum magis nobis, quibus etiam uerba parienda sunt, imponendaque noua nomis rebus nomina. Partor, oris, qui peperit, & acquisiuit. Plau. Truc. Vnde ante parta demus post partoribus. Partio, nis, ui de suo loco. Hinc Aperio, a quo Adoperio, Comperio, Operio, a quo Cooperio, Reperio.

PARIS, idis, Priami Troianorum Regis, & Hecubae filius, alio nomi

ne Alexander, cuius matri, cum illa se facem ardentem parere somniasset, coniectores responderunt fore, ut filius, quem in utero gestabat, causa esset Troiani excidij. qua re cognita, Priamus puerum, ubi primum natus, Archelao seruo exponendam tradidit. contra Hecuba curauit, ut furtim nutrirecur a pastoribus in Ida monte. ubi cum adoleuisset, Oenonem uirgunculam amauit, & compressit, susceptiq. ex ea duos filios. Porro, cum in dirimendis controuersijs esset aequissimus, maximam iustitiae famam sibi comparauit, adeo ut, orta inter deas, Iunonem, Palladem, & Venerem, disceptatione de forma ob aureum pomum a Ioue celestus demissam, in quo scriptum erat: Detur pulcherrimae, iudex sit constitutus, quas cum uidisset nudas, sententiam tulit secundum Venerem, quae pulcherrimum feminarum sibi promissarat, neglecto regno, quod pollicebatur Iuno, & contempta, quam Pallas offerebat, sapientia. Praterea cum esset fortissimus in agnali certamine, quod ad Troiam agebatur, cum alios omnes superauit, tum ipsum etiam Hectorem, qui cum iratus, quod uinceretur, gladium in eum stringeret, pastorem putans; Paris illi aperuit, se eius fratrem esse germanum. Sic igitur cognitus, a patre receptus est. Deinde conlructis uiginti nauibus sub specie legationis ad repetendam Hesionam, in Graeciam missus est: ubi a Menelao hospitio esse susceptus. uerum cum ille necessaria de causa in Cretam nauigare cogeretur, Paris sibi occasionem rei bene gerendae oblatam ratus, Helenam, quam mutuo amore deperibat, rapuit, & in Asiam abduxit. Alij tamen dicunt in Graeciam uenisse absente Menelao, Helenaeque pulchritudine captum, Spartam expugnasse, illamque etiam renitentem, & omnes regios thesauros rapuisse, & ob id postea Helenam a uiro recipi meruisse, ex qua rapina deinde secutum est bellum Troianum. Postremo, Hectore, & Troilo fratribus occisis, cum ipse, sumpto arcu & sagittis, Achilles interfecisset, ipse quoque a Pyrrho, siue (ut aliorum est opinio) a Philoctete, occisus est.

PARISI, orum, populi inter Celtas, ad Sequanam fluium, inter Senones, & Bellouacos, quorum caput est Lutetia, olim in Sequanae insula sita, hodie, prolatis identidem pomerijs, tantopere aucta, ut nulli potentissimarum urbium debeat posthaberi. Caes. 6. Com. & Ptol. lib. 2. c. 8.

PARITER, [Parimente, ugnamente. Gall. Pareillement, semblablement. Hisp. Ygnal y semejantemente.] ἴσως, ex quo Nauius: Vt pariter dispartiantur bona patris. Aliquando continenter. Titin. Na tu istam inedia m extulisti pariter. Aliquando similiter. Plau. in Aul. Habet filium pariter moratum, ut pater, atq. auus eius fuit. item pro simul. Cic. 1. Tul. Pariter cum uita sensus amittitur.

PARITYDO, inis, parendi actus. Plaut. in Aul. Propinqua paritudo cui appetit.

PARTIVRA, x, [Parto, il partorire. Gal. Enfantement. Hisp. Parto.] γεννησι, pariendi actus. Var. lib. 1. de re rust. Dcmes, si uis duas res mulis, admitturam, & parituram.

* **PARIVM**, παρίον, Troadis opidum ad Propontidem. Strabo libro decimotertio.

PARIVS, ria, rium, παρίος, a Paro insula, unde Parius lapis, siue Parium marmor, quod candidum erat, & sculpturis aptissimum. Virg. 1. Aen.

PARMA, x, [Targa, brocciero. Gal. Targe, rondelle, bouclier. Hisp. El broquel.] πέδιον, Suidae, breue scutum, & rotundum, quo pedites utebantur, dictum, quod e medio in omnes partes esset par, ut inquit Varro. Virg. lib. 11. Parmaque inglorius alba. Liu. 8. Quem cuspede parmaque innixum, Manlius terrae affixit. Parmatus, a uni, parma tectus. Liuius libro 4. Parma etiam nomen est fluij, a quo urbs, inter Placentiam, & Cremonam sita; Parma appellata. haec patria fuit Cassij Poetae & Macrobij, uiri ingenio & doctrina praestantis: de Cassio Horat. Quod Cassij Parmensis opuscula uincat.

PARMENIDES, Eleata Philosophus, Xenophanis auditor, a cuius nomine Plato dialogum, quem de Ideis conscripsit, Parmenidem appellauit. hic carmine physiologiam expressit. Primus deprehendisse dicitur eundem Luciferum, & Hesperum. Suidas, & Laertius.

PARMYLARIVS, rij, πελασης, gladiator, qui parmula utebatur: item factor eius generis. Quinct. lib. 2. c. 11. Ego parmularius sum. Vbi interpret: Parmarum faber. Porro gladiatores parmularij etiam Thraces appellabantur, quod eius regionis homines peculiare parmulis utebantur. Fest.

PARNACIDES, uestes puellarum. Var. de liber. edu apud Nonnum.

PARNASVS, gemino snam apud Steph. & Suidam legitur παρνασός, mons est in Phociae, ut scribit Plin. lib. 4. c. 3. & Str. l. 8. & 9. duos uertices habens, quorum unum Tithorea uocari, alterum Hyanipeum, Herodotus in Vrania tradit. Citheron autem & Helicon, quos Seruius male putauit esse Parnassi iuga, montes ab hoc diuersi, & disuncti sunt, ita ut Helicon procul sit a Parnasso circiter quindecim passuum milia, Citheron uero triginta. Est uertur

HHH Parnassus

Parnassus sacer Baccho & Apollini. Ouid. i. Metam. Mons ibi uer-
ticibus petit arduus alira duobus Nomine Parnassus. Lucan. lib.
5. Parnassus gemino petit æthera colle. Hic est Apollinis Delphi
ci templum, hic fons Castalius, Musis sacer, hic habitauere Pie-
res, natio Thraciæ: unde Pierius mons, & Pierides Musæ. Sub
Parnasso habitauerunt Hiantes populi. unde aquam Parnassi
fontis, Hiantida dicunt. Hinc fontes Atticam uersus Hippocre-
ne, & Aganippe.

PARO, [Apparechiare. Gal. Appareiller, apprestier. Hisp. Aparejar.] παρα-
σκευάζω, instruo, apparo. Teren. And. Quæ opus fuisse ad nuptias
Gnatæ, parauit. Cæf. 5. Bel. Gal. Nerviis bellum Romanis parare.
Ita paratum est, inquit Plaut. in Pœn. id est ita delibetatum. Si-
gnificat etiam acquirere. Terent. in Eun. Cupio aliquot parare
amicos beneficio meo. Hinc Paratus. Terent. in And. Summum
bonum esse heræ putabam hunc Pamphilum, quoniam in loco pa-
ratum. Paratissimo animo sustinere. Cæf. 8. Bell. Gall. Ingitur
aliquando infinitiuo. Cæf. 3. Bell. Ciu. Paratus omnia perpeti.
Aliquando accusatiuo cum Ad. Cicero Toranio libro 6. Paratus
ad omnem euentum. Aliquando datiuo. Quint. libro 8. capit. 3.
Certamini parator. Paratus, us, substant. idem quod apparatus,
Quint. libro 10. capit. 1. Copiosus uerborum paratus, id est, ap-
paratus. Tacit. lib. 13. Prouiso ante funebri paratu. Opus impar
ueltris paratibus. Ouid. 3. de Pont. Eleg. 4. Inuenitur & Paratum,
in neutro gen. Ter. in Eun. Parati nihil est. Hinc Parate, prompte,
expedite. Plaut. in Epid. Ut parate eam præmeditatam meis dolis
mittam. Cic. de Clar. Orat. Ad dicendum ueniebat magis auda-
cter, quam parate. Idem 1. Offic. Dimicite paratius de honore,
& gloria, quam de ceteris commodis. Paratissime respondit,
promptissime. Plin. ep. 9. lib. 3. Hinc Parito, as. Plaut. in Mer. Cum
illuc, quo nunc ire paritas, ueneris. Hinc Apparo, Comparo, Re-
paro, Separo, Disparo, quod est, separo, Aequiparo, Præparo, quæ
habent pœn. cor.

PAROCHVS, chi, pœn. cor. παρὲς χερσίν, a præbendo. erant enim
Parochi, qui, legatis publice Romam missis, sale & ligna præ-
bebant: ut annotauit Acron in illud Horatij ex libro 1. Ser. Sat. 5.
Tum parochi, quæ debent ligna, saleque. Hi Latino uocabulo
copiarij dicti, teste Porphyrione, quod omnium rerum necessaria
rum copiam, regum, populorumq. legatis suppeditabant; nã quã-
uis Horat. loco iam citato salis tantum, & lignorum meminerit,
tamen, ut ibidem annotauit Acron, sub illarum specierum appel-
latione omnia hospitibus necessaria uoluit intelligi. In hac signi-
ficatione hoc nomine usus est Cic. lib. 13. ep. ad Att. Ariarathem
Sextius noster parochis publicis occupauit. Horat. lib. 2. Ser. Sat.
8. Parochum posuit pro conuiuatore. Vertere Pallor, Tum paro-
chi faciem, nil sic metuentis, ut acres Potores. Sunt qui Paro-
chon etiam accipi putent pro auspice nuptiarum, & uerbo παρα-
χρησῆς, quod in curtu nuptiali una cum sponso & sponsa uehere-
tur. Vide Cœlium.

PARODONTIDES, tubercula iuxta gingiuis. Cels. l. 6. c. 13.

PAROEMIA, definitore Donato, est accommodatum rebus, tempo-
ribusq. prouerb. Sic & Diamedes.

PARONOMASTIA, [Bisluζζα.] Latine agnominatio, eum aliquod no-
men ab alio, uoce quidem simili, uerum significatione diuersissi-
ma perimitur, Terentius in And. Inceptio est amentium, haud
amantium.

PAROPSIS, παραψις; uas escarium a rotunditate, flexuque dictum.
Martialis libro 1. Cui porcat gaudens ancilla paropside rubra Ha-
lecem. Suetonius in Calig. Paropsidem leguminis pro sedulitate
ac diligentia porrexit. Pollux lib. 10. tradit etiam iuris quod-
dam genus esse, uel obsonij uilis, quod suo tempore παραψιδά-
τιον dicebatur.

PAROS, una ex Cycladibus, ex quo Parus lapis aduehi solet, colo-
re candido, & statuis exculpendis aptissimus. Virgil. libro 3. Ni-
ueamq. Paron.

PAROTIS, dis, παρωτις, apostema secus aures. Celsus libro 6. capi-
tulo 16. Sub auribus oriri parotides solent. id abscissus est. Di-
cuntur & Parotides (inquit idem) arteriæ duæ, dextra, sinistraque
iuxta guttur sursum procedentes. Quin & ipsi aurium cincinnati,
apud Pollucem uocantur Parotides. Solent & iuxta dentes in gin-
guis oriri dolores, quos Græci παρωτιδας appellant. Plin. l. 20. c. 1.

PARRHÆ, genus auis inauspicatæ. Horatius libro 3. Carm. Parrhæ
recinentis omen, Plinius lib. 18. & 19. Auem Parrham Oriente Sy-
rio non apparere.

PARRHASIA, παρασία, regio in Peloponneso, alio nomine Arca-
dia. unde Parrhasius, a quo, pro Arcadico. Virg. 8. Aen.
Parrhasio dictum Panos de monte Lycæi.

In ea mons est Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuit, a quo
Lycæa ludicra illi sacrata, nobis Lupercalia dicta. Oul. 2. Fall.
Quid uetat Arcadio dictos a monte Lupercos?
Faunus in Arcadia templa Læcyus habet.

PARRHASIS, patronymicum fem. a Parrhasia; unde Parrhasis Vrsæ

apud Poetas pro Polo Arctico; quod Calisto, quam in hoc astru
fabulantur commutatam, fuerit Lycaonis Parrhasiæ. i. Arcadiæ re-
gis filia. Luc. l. 2. Parrhasis obliquos Helice cum uerteret axes.
PARRHASIUS, pictor Ephesus, qui cum Zeuxide in certamen pictu-
ræ descendit: & cum ille detulisset uuas pictas tanto successu, ut
in scenam aues aduolarent, ipse detulisset linteam traditur, ita ue-
ritate representata, ut Zeuxis, alitum iudicio tumens, flagicaret,
tandem remoto linteo, ostendi picturam, atque intellecto erro-
re, concederet palmam; quoniam ipse aues sefellisset, Parrhasius
autem se artificem. Plin. lib. 15. c. 10. Horat. lib. 4. Carm.
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas.

PARRICIDA, e, p. p. [Paricida. Gal. Qui à tuë son pere ou sa mere ou autre
parens. Hisp. El que mato padre ò madre.] παρακτόνος, a patre dedu-
citur, s, in r, commutato. Alii uolunt Parricidam per syncopam
dici, quasi parenticidam, proprie enim Parricide dicuntur paren-
tum interfectores, aut qui suæ patriæ, quæ cuique parentis est
loco, excidium aut uim attulerint. Cic. pro Rosc. Am. In sui in-
cileum parricidas uiuos, atque ita in flumen deijci uoluerunt. Idem
Parad. Patrem uita priuare, si per se scelus est, Saguntini, qui pa-
rentes suos liberos emori, quam seruos uiuere, maluerunt, par-
ricidæ fuerunt. Horat. 3. Carm. Ode 29. Telegoni iuga parricidæ.
Ponitur & pro eo, qui qualemcumque hominem occiderit. unde
exstat lex Numæ Pompilij: Si quis liberum hominem morti sciens
dedit, parricida esto.

PARRICIDIUM, di, [Paricidio. Gal. Paricide. Hisp. Matanza de padre
ò madre.] παρακτονωια, parentis, uel cognati occisio, quam uis
etiam pro eo accipiatur, qui impium aliquod nefas in patriæ perni-
ciam fuerit machinatus. Cic. l. 3. Off. Potest cuiquam esse utile fo-
dissimum parricidium patriæ: Idem pro Clu. In ipso fraterno par-
ricidio nullum scelus prætermissum uidetur.

PARS, huius partis, [Parte. Gal. Part, portion, partie. Hisp. La parte de al-
gun todo entero.] μέρος, a pari, quod partes simul iunctæ pares, id
est, æquales sunt toti. Alij malunt Partem dictam a Parum; quod
pars sit quid parum, respectu totius. Dicuntur uero partes, in
quas diuiditur totum. Item de hominibus. Cic. 1. Off. Quæ maiori
parti pulcherrima uidentur. Ter. in Prol. Hæc aut. Ni partem ma-
ximam exitimarem scire uestrum. Pla. in Most. Magna pars mor-
tam hanc sibi induxerunt. Pars Multa, plerique. Horatius 2. Ser.
Sat. 7. Pars multa natat non recta capeffens. Magna ex parte, ple-
rumque. Plin. lib. 8. cap. 54. Magna ex parte complectendo necant.
Alias significat ut sonat. Quint. lib. 10. c. 1. Ex magna parte Cice-
ronem, quantus est, fecit. Ex parte, & In parte, aliquando pro par-
tim, ponuntur. Quint. lib. 6. c. 4. Pisces ex parte adusti. Idem lib.
5. c. 7. Patronorum in parte difficilior interrogatio est. Partes ali-
quis tenere, est per illam regionem iter habere. Cic. ad Att. lib. 3.
Sine te autem non nobis illas partes tenendas. Ponitur interdum
pro factione, sed hoc sere in plurali num. Cic. pro Quint. Erat il-
larum partium, pro sua quisque parte, pro uirili. Parte ablatiuus
aliquando pro partim. Pla. in Rud. Id si parte curauit, ut cauerem.
Interdum geminatur. Plin. lib. 37. c. 11. Parte flauus, parte mellus.
Duabus partibus alicuius rei amplius habere, idem est, quod du-
plo plus. Cic. 5. Ver. Quid si duabus partibus doceo te amplius fru-
menti abstulisse quam P. R. misisse? Sic multis partibus, pro mul-
to plures. Cœl. Cic. l. 4. Fam. Turpe tibi erit, Patiscum Curionis
decem pantheras misisse, te non multis partibus plures. Pars ali-
quando pro initio. Virg. 7. Aen. Pars mihi pacis erit, dextram te-
tigisse tyranni. Ponitur quandoque pro partim Suet. Miles pars
uictoriæ Fiducia, pars ignominie dolore, ad omnem audaciã pro-
cesserunt. Aliquando pro uxore, Plau. Men. Loquitur de me & de
parte mea. Dicimus pulchre, Parte alicuius agere, pro fungi alicui
us munere, & officio. Similiter, Partes alicuius suscipere, Priores
partes alicui tribuere est eum pluris facere, & magis laudare. Prio-
res partes habere apud aliquem, est plus apud illum posse. Dici-
mus etiam, Facere partes. i. totum in partes diuidere. Cic. 3. de Or.
Quis Antonio permisit, ut partes faceret? Pars aduersa, aduersa-
rius. Quint. lib. 5. c. 1. Partis aduersæ patronus. Partes primas age-
re, dicitur in comædijs, qui sæpissime prodit in profcenium. Asco-
nius: Primarum partium actores sæpius in scenam progrediebantur,
secundarum, qui minus, minusq. Porphyrio in Horatium au-
stor est, primarum partium auctorem omnia clarius, secundarum
omnia submissius agere consueuisse. Quandoque partes pro offi-
cio: ut, Mex partes sunt, mearum partium est. Cic. 6. Ver. Non sunt
mex partes id facere. Et alicuius partes desiderare, est eius diligen-
tiam postulare. Cic. ad Att. lib. 7. Sin erit bellum, mex partes non
desiderabuntur. Hinc Experts, sine parte.

PARSIMONIA, æ, [Risparmio. Gal. Espargné, cicheté. Hisp. Escasseza enel
gasto.] φειδω, definitur a philosophis. Parsimonia, est qua cauemus,
ne quod dispendium ultra modum fiat, & res familiaris sine cui-
usquam iniuria conseruetur. Cic. in Par. O dij immortales, non
intelligunt homines, quam magnum uectigal sit parsimonia.

PARTHENIUM, παρθένιον, herba, uide Dios. lib. 3. c. 146. Est item Par-
thenion,

thenion, teste Plin. Aliud herbæ genus, quod & Perdicium, & Helxine, & Vreolaris herba appellatur, nomen habens a Minerua, quæ illam Pericli in fomnis traditur ostendisse. Mineruam enim Athenienses *παρθένον* appellant. Vulgus Parietariam appellat, quod circa parietes præcipue nascatur.

PARTHENIUS, *παρθένιος*, mons Arcadiæ, teste Plin. lib. 4. cap. 6. ita dictus a uirginibus, quæ in ea Veneri frequenter sacra facere solebant. Est & Parthenius fluuius Paphlagonum. Ouid. 4. de Ponto: Partheniusque rapax. Parthenius item Poeta Nicæus, ut ait Suidas, elegiarum, uariique carminis scriptor a Cinno in bello Mithridatico captus, deinde ob ingenium manumissus, uixit usque ad Titum Cæsarem, qui teste Tranquillo eius scriptis admodum delectabatur. huius Parthenij locos Virgil. quandoque mutabatur, cuiusmodi est illud, Glaucos, & Panopæa, & Inoo Meliceræ. Gellius.

PARTHENOPE, *παρθενόπη*, una fuit Sirenum, quæ præ dolore, quod prætereuntem Ulysses cum socijs in scopulis cantu pellicere non potuissent, in mare se præcipitauerint, harum alix alia in loca, Parthenope autem eo delata est, ubi postea condita fuit Neapolis, quæ ab eius nomine etiam Parthenope est appellata.

* **PARTHENOPEYS**, Martis, & Menalippes filius, qui in bello Troiano periit. Virg. 6.

* **PARTHENODOLIS**, urbs Thraciæ. Plin. l. 4. c. 11.

PARTHIA, *παρθία*, Step. regio Assyriæ, a qua Parthi. Fuit hæc olim gens Scythica, quæ postea ad Medos profugit: unde & nomen ac cepit. nam Parthi lingua Scythica exules dicuntur, ut refert Iust. l. 41. Horum regna duodeuiginti fuisse, testis est Plin. l. 6. c. 15. Ab ortu habet Arctos, a Meridie Carmaniam, ab Occasu Medos, a Septentrione Hircanos.

PARTIARIUS, rij, [*Μετ' ἄλλο, lauoratore à μετ' ἄλλο.*] *κοισυνοός*, colonus, siue alius quis. cum quo aliquid commune habemus, & partimur. Cato c. 144. Vineam curandam partiarius bene curet. Idem cap. 16. Calce. n. partiario coquendam qui dant.

PARTICEPS, participis, omnis generis, [*Particeps. Gall. Participant, qui à part. Hi. Partionero de parte.*] *μέτοχος*, qui partem capit. Ter. in Hea. Vbi ille huc saluos redierit meus particeps. Participem facere aliquem rei aliquid. Pla. in Epi. Fac particeps nos. Ter. in Hea. Cuius te participem cupis. Cæf. 3. Bel. Ciu. Quos sui consilij particeps habebant. Particeps sum tibi in laboribus. Curt. lib. 6. Quod fuisset illi in periculis particeps.

PARTICIPIVM, rij, *μετοχή* pars orationis apud Grammaticos, dicta, quod partem capit nominis, & uerbi. Hinc Participalia nomina dicta Gerundia, quæ similia participijs sunt, de quibus suo loco.

PARTICIPO, [*Participare. Gal. Participer, être participant. Hisp. Participar en parte.*] *μεταλαμβάνω*, participem facio, aut particeps fio. cum significat participem fieri, iungitur accusatiuo tantum. Gell. lib. 15. c. 2. Si forte ad participandas eiusmodi uoluptates, casus in duxerit. Cic. 2. Tus. ex Poetarum ueterum aliquo: Qui alteri exitium putat, Eum scire oportet, sibi paratum, pestem ut participet parem. Cum significat participem facere, iungitur interdum genitiuo cum accusatiuo. Pla. in Cist. Paternum seruum sui participat consilij. Interdum ablatiue cum accusatiuo. Plaut. in Mil. Aliquem familiarium participauit ex heri amica. Interdum accusatiue & ablatiue cum præpositione Cum. Liu. 2. Suas laudes participare cum Kæfone.

PARTICVLA, æ, [*Particella.*] *μέρις*, dem. parua pars. Cic. 3. Verr.

PARTICVLARE, *τὸ κατὰ μέρος*, quod particulatim fit.

PARTICVLATIM, [*A parte, à parte.*] *μερικῶς*, per particulas. lib. 1. ad Heren. Si summam, non particulatim narrabimus. Col. l. 7. c. 5. Particulatim facilius, quam uniuersus conualescit. & Lucan. l. 3.

PARTICVLONES, coheredes, & qui partem patrimonij sumunt. Pompon. in Præcone, ut citat Nonius: Particulones producam tibi.

PARTIM, [*Parte. Gal. En parte. Hisp. En alguna parte.*] *τῆ μὲν*, quando que ex parte: ut Partim subiciuit crimen, partim confessus est, & fere semper in oratione geminatur. Cic. Cælio lib. 2. ep. Ut eos partim scelerum suorum, partim ineptiarum pēneret. Aliquando non geminatur. Cicero de Amic. Nihil est, quod illi non persequantur suis argutijs, partim fugiendas esse nimias amicitias. Inuenitur & quatter repetitum. Cic. pro Clu. Aliquando Partim, teste Gellio libro 10. c. 13. idem est, quod pars; ut Partim hominum uenerunt. Partim autem hoc in loco aduerbiu est, neque in casus inclinatur, & genitiuum regit. Interdum etiam aduerbio Partim, atque eius genitiuo præponitur præpositio Cui, ut probat Gellius adducto Catonis exemplo ex oratione de re Flor. Ibi (inquit Cato) præ scorto fuit, cum partim illorum sæpe ad eundem modum erat. Cum partim eorum dixit, pro, cum quibusdam eorum. Nonnumquam partim non geminatum in ptiore orationis parte locatur, in posteriore ponitur Alius, alia, aliud. Sallust. in Jug. Ille probare partim, alia abnuere. Ibidem: Partim conscii

sibi, alij ex partium inuidia pericula metuentes.

PARTIO, onis, [*Parto.*] *τέξω*, partus, teste Nonio, a Partio. Pla. in Tr. Horrelo, mentio quoties fit partionis. Gell. lib. 10. c. 2.

PARTIOR, tiris, [*Partire, diuidere. Gal. Partir, de partir. Hisp. Partir en partes.*] *μερίζω*, & Partio partis, partitui, partitum, futuro Partiam, & Partiar, & apud antiquos Partibo, & Partibor. Est autem Partiri, diuidere, & quasi partes facere. Pla. in Afin. Prædam cum illis partiam. Cic. pro Sylla: Neque hoc partienda inuidia, sed cōianda laudis causa loquor. Idem in Or. Genus uniuersum in species certas partietur. Præter proprium accusatiuum habet aliquando ablatiuum cum præpositione Cui. Aliquando alij accusatiui cum In, aliquando cum Inter. Vir. 11. Aen. Qui cum partiri curas. Cæf. 3. Bel. Ciu. Cum Scipione honorem partitur. Vir. 1. Aen. Socios partitur in omnes. Sall. in Jug. Prouincias inter se partierant.

PARTITE, [*Distintamente. Gal. Par parties, distinctement. Hi. En alguna parte, partitamente.*] diuise. Cic. in Or. Partite, definite, distinte. Hinc Impertio a stium, & Impertior, tam passiuum, quam deprensus, a, in e, mutata, sicut in Expers: idem significat quod parteda re, & participē facere. Cic. in Top. Huic rei aliquid temporis impertias. Idem 2. Cat. Collegæ meo laus impertitur. Interdum habet post se ablatiui cū accusatiuo. Ter. in Eun. Plurima salute Parmenonē suum impertit Gnato. Dispertio, uel Dispertior, uarie partio. Pla. in Aul. Iniuria dispertuisti. Cic. 7. Ver. A quibus humanitatis exempli hominibus, & ciuitatibus data, ac dispertita dicuntur. Idem Metello l. 5. ep. Illud adiunxi, mihi tecum ita dispertitum officium fuisse in reip. salute retinēda. Bipertior, tripertior, quadripertior, quinque pertior, id est, in duas, tres, quattuor, aut quinque partes diuidi: a quibus bipertita, tripertita, & huiusmodi.

PARTITIO, onis, [*Diuisione. Gal. Departement, diuision. Hisp. Partimionto, obra de partir.*] *μερισμός*, diuisio totius in partes. Cic. 2. de Nat. Deo. Hæc partitio fuit. Idem pro Cæc. Cum pecunia ex partitio ne deberetur. Partitor, ris, diuisor. Cic. in Vat.

PARTVRO, is, p. c. [*Partorire.*] *ἀβλυω*, desideratiuum a Partio, in pariē do laboro, seu laboro ut partiam. Plin. l. 20. c. 1. Constat parturientes folijs substratis celerius parere. Var. l. 3. de re ru. c. 9. Cum parturirent, acus substernendum. Cic. 2. Phil. Vinam aliquando dolor populi Rom. pariat, quod iamdiu parturitur.

PARTVS, a, um, participium a Partio, [*Partorire, acquisitio.*] *τετεκευμένος*, in lucem editus. Vir. 6. Aen. Alius Latio iam partus Achilles. Lucr. l. 5. Semine partum. Aliquando dem quod comparatus, acquisitus. Cic. cōtra Rullum: Libertas plurimo sudore, & sanguine maiorum nostrorum parta, nobisq. tradita. Idem 2. de Or. Non partum per nos, sed diuinitus ad nos delatum. Et 2. Phi. Male parta male dilabuntur.

PARTVS, tus nomen, [*Parto. Gal. Enfantement. Hisp. Parto.*] *τόκος*, pariendi actus. Cicero 1. de Natu. Deor. Diana adhibetur ad partus. Virg. 1. Aen. Geminam partu dabit Iliam prolem. Translate & de arboribus dicitur. Plin. lib. 12. c. 5. Autumno legitur ex ætliuo partu. Aliquando accipitur pro fetu ipso. Mart. lib. 1. Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit. Plin. lib. 8. c. 32. Editos partus exercens cursu.

PARVM, [*Poco. Gal. Peu. Hisp. Poco.*] *μικρόν*, modicum. Plaut. in Trin. Duas dabo, una si parum est. Parum consulit, cum dicimus, intelligitur sibi. Ter. in Adel. Consulitis parum, subauditur, nobis. Parū prospicere, est: parum futura prospicere. Pla. in Cur. Prospicio parum. Ter. in An. Parum successit, quod ago. Hinc Paullulum, Paullillum, Pauxillum.

PARVMPER, [*Vn pochetto. Gal. Vn peu, quelque peu de temps. Hisp. Poco en tiempo.*] *πασα μικρόν*, quasi perparum, ualde parum. Cicero in Am. Tu uelim animum a me parumper auertas. Interdum paulatim. Virg. 5. Aen. Pulsusq. parumper Corde dolor tristi. Nonius tamen interpretatur, ubi parumper cito, & uelociter.

PARVVS, a, um, [*Picciole. Gal. Petit. Hisp. Pequeño.*] *μικρόν*, exiguus. Cicero 1. de Orat. In paruis, aut mediocribus rebus doctores assequi possunt. Ponitur & pro eo, quod est minimi pretij. Plinius in Paneg. Nihil tam paruum in senatu agebatur, ut non laudibus principum inuimaretur. In paruo ponitur pro fere. Plinius libro 8. capitulo 33. Eminet rostrum, ut in paruo sit haud ab simile suillo. Paruissimus protulit Lucan. libro 4. pro minimo. Hinc Paruitas, ratis. Cicero de Vniu. Hinc Paruulus. Ter. in Eun. Matri paruulam puellam dono mercator dedit. Paruula res, nullius momenti. Ter. in Ad. Tam ob paruulam pene ex patria. Paruula pecunia, & Immanis opponuntur. Cic. pro Rosc. Com. Ponitur & pro puerulo. Quint. libro 6. cap. 7. Excepta paruulorum iudicia. Hinc Paruulum, aduer. Plin. ep. 170. Paruulum differt, patiaris aduersa, an expectes. i. minimum. Hinc Paucus, a quo Pauxillus, & Pauxillum.

PASCALIS, *πασκάλος*, oues, & gallinæ dicuntur, quæ passim pascuntur. Luci. Pascalei pecore ac montano hirco. Nonius.

PASCOLVS, p. c. (ut inquit Nonius) facculus ex aluta factus. Plaut. in HH 2 Rud.

- Rud. Centum minæ in pasceolo.
- PASCHA**, æ, [Pascha.] ne. gen. τὸ πάσχα, Auf. Nos etenim primis sanctum post pascha diebus; quod nomen Hebræum esse, ac transitu signare, docet Hiero. sic inquit: Pascha, quod Hebraice dicitur Phasce, non a passione, (ut pleriq. arbitrantur) sed a transitu nominatur, quod exterminator uidentem sanguinem in foribus Israelitarum, pertransierit, nec percussit eos.
- PASCITO**, as, [Pascere.] Πάσχω, freq. a Pasco. Var. 4. de re rust. c. 1. Feras dico, quæ in siluestribus locis pascunt.
- PASCO**, pauis, pauit, pauitum, [Pascere, manciare. Gal. Paistre, repaistre. Hisp. Apascentar el ganado, comer.] vé μομας, uescor, comedo. Virg. 5. Eclog. Pascens seruauit Tityrus hædos. Quandoque construitur cum accusatiuo. Oni. 1. Fast. Pauit ovis pratium, uerbena improba carpit. Aliquando uerbum est actiuum, & significat, cibum alteri præbere, ut Pasco equum herba. Virg. 3. Geo. Acremq. molossum Pasce sero pingui. Cicero 1. de Diu. Qui cum propter paupertatem sues puer pasceret. Per translationem pro delectare. Virg. 1. Aen. Animum pictura pascit inani. Terent. in Phor. Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere. Interdum pro fouere, alere. Virg. 3. Geor. Amisit Mantua caprum Pascentem niueos herboso flumine cygnos. Hinc Compasco, Depasco, pascendo absumo, pro quo etiam dicimus Depascor. unde Depastus, quo modo actiue sumitur, cum. s. sit a deponente, Depascor. Sic dicimus Bouem depastum esse agrum, id est, pascendo omne agri gramen absumpsisse. Modo passiuæ: ut cum Agrum depastum dicimus, cuius herba pascendo est consumpta. Dispasco, Expasco, Depasco, Perpasco, quæ uide suis locis.
- PASCOR**, eris, deponens, [Mangiare. Gall. Estre repen, se repaistre, manger. Hisp. Comer, pascer el ganado.] vé μομας, comedo, uescor. Virg. 3. Geor. Pascuntur siluas, & summa Lycæi. Aliquando pro crescere. Ouid. lib. 1. Am. Pascutur in uiuis liuor, post fata quiescit. Impascor, intus pasco. Colum. lib. 2. Neque suem uelimus im pacisci pratium.
- PASCVVM**, pasctui, [Pascolo, pasco. Gal. Pasturage ou pastus, herbage. Hisp. Cosa que se pascie ó apascienta.] θρωμία, a quo plurale Pasctura, orum, in quibus pecudes pascentur, siue ager pasctus sit, siue pratium, siue mons, aut collis. Colum. libro 8. capitu. 14. Esuriens mittatur in pasctuum. Ibidem c. 3. Nec tamen ulla blanda sunt pabula, aut etiam pasctua. Herbosa pasctua, (inquit Plin. lib. 18. cap. 3.) in Censorijs tabulis dicebantur omnia, ex quibus populus reditus haberet.
- PASCVVS**, a, um, [Pascolatio. Gal. Qui fert de pasturage. Hisp. Campo ó cosa que se pascie.] νομαδωός, quod pastui aptum est: unde Paullus Siluam pasctuum appellat, quæ est pasctuis pecudum destinata. Plin. in Tru. Pasctuum est ager. Luc. lib. 5. Volebant Pandere agros pingues, & pasctua reddere tura.
- PASIPHAË**, per quattuor syllabas, πασιφία, filia Solis, & uxor Minois regis Cretæ, quam fabulæ ferunt Tauri amore captâ fuisse, Dædaliq. opera, qui lignæ eam uacæ inclusit, noti compotem factam, Minotaurum peperisse, media parte hominem, reliqua Taurum referentem; quod monstrum poëta in Cretensi labyrintho Theseus dicit interfecisse, Ariadnes ope adiutus. Seruius Minois scribam fuisse tradit nomine Taurum, cum quo Pasiphae, mutua eius amore capta, in Dædali ædibus concubuit: de hac Virg. 6. Ecl. Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent, Pasiphaen, niuei solatur amore iuueni.
- * **PASITETES**, insignis statuaris fuit. Plin. lib. 35. c. 12.
- * **PASITHEA**, una ex tribus gratijs, quam Euphrosynem alij uocant. Stat. Non hoc Pasitheæ blandatium prima fororum.
- * **PASITHOE**, nympa marina. Nerei & Doridis filia. Hesiod.
- * **PASITIGRIS**, nomen Tigris fluij. Plin. 6. 22.
- * **PASSALVS**, & Achemon filij fuerunt Sennonidis fatidicæ.
- PASSER**, eris, [Passere. Gal. Passere, au moineau. Hisp. El gorrino.] σπιδός, auis uulgo nota, quam nonnulli a patiendi dictam putant, quod morbum caducum patiat. Pli. l. 10. c. 36. Passeri minimum uitæ cui salacitas par. Cic. 1. de Diu. Chalcas ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est. Hor. 2. Ser. Sat. 8. Cum passeris, atque ingustata mihi porrexerit ilia rhombi. Et Passer, nomen piscis marini ex genere pelamidum, ut ait Pli. l. 32. c. 11. Est præter ea Passer loci nomen non procul a Tarracina. Mart. l. 6. Non mollis Sinuessa, feruidiq. Fructus Passeris, aut superbus Anxur. A Passer fit Passerculus. Plin. in Asi Dic me tuum passerculum. Cic. 2. de Diu. Cur de passerculis coniecturam facit.
- PASSER SOLITARIVS**, auis aliquanto grandior passere, ac subnigrior, solus per domorum culmina incedens, cantu suauis.
- PASSERNICES**, cores sunt, quæ trans Alpes inueniuntur aqua aciem trahentes. Plin. lib. 36. c. 12.
- PASSIM**, [Per tutto. Gal. Par tout, de tous costez. Hisp. De passo en passo.] Πασσισμός, a passu, significat sparsim, ueluti per singulos passus. Vbiq. uero dicitur de eo, ubi nullum est interuallum: ut, Herba est in prato ubiq. grex uero passim pasctur: quia ali-
- quid interualli est inter pecudem & pecudem, non inter herbam & herbam. Cic. pro Fonteio: Vagantur læti, atque erecti, passim toto foro. Sed hæc confunduntur quandoque. Ponitur interdum pro undique. Lact. bo passim confugerunt ex finitimis locis. Interdum pro quomodolibet. Virg. 3. Aen. Passim in litore sicco Corpora curamus. i. ut quisque uult. Aliquando pro ubique. Lact. Creditur ei passim, tamquam cognitæ ueritati.
- PASSIO**, onis, [Passione, perturbatio. Gall. Passion. Hisp. La passion.] animi perturbatio: cuiusmodi sunt amor, odium, iracundia, inuidia, Aug. 2. de Ciu. Sententiæ philosophorum de ijs animi motibus, quos Græci παθή, Cic. affectiones, uel affectus, quidam de Græco expressius Passiones uocant.
- PASSIUVS**, a, um, παθητικός, quod passionem denotat; unde Passiua uerba, apud Grammaticos, Passiua Venus, apud Iulium Firmicū, accipitur pro obscena pathicorum libidine.
- PASSVM**, is, [Sapa. Gall. Du vin cuit, vin doux. Hisp. Vino bastardo de uvas pasas.] γλυκύ, uini dulcis genus, ex uuis passis. Uua autem passâ ea dicitur, quæ ad Solem suspenditur, ut maiorem contrahat dulcedinem. Quomodo autem fiat passum, docet Colum. libro 12. cap. 39.
- PASSVS**, a, um, a. Parior, [Patito.] παθών, idem, quod perpassus. Virg. 1. Aen. O passi grauiora, dabit deus his quoque finem. Vnde Uua passa, quæ in siccando passa est Solem. Plin. 14. c. 1. Lac passum. Oui. 14. Met. Racemi passis. Virg. 4. Ge.
- PASSVS**, a, um, Pandō, [Sparsio, distesio, aperto.] ἀπέρωγος, patens, extensus. Plautus: In portum uento secundo, uelo passo perueniri, id est, ocyssimo cursu. Passa uela dicimus distenta, explicata, uento tumentia: Capillus passus, diductus, porrectus, dispersus. Ter. in Pho. Capillus passus, nudus pes. Quod & expassum aliquando dicimus, & dispallum, & mutatione a in e, Dispassum. Plaut. in Mil. Dispassis manibus. Vetus enim Passum dixisse, non Passum, & Expassum, non Expensum, Gellius. Scriuisq. testantur. Passis manibus, id est, diductis, atque distensis. Terullianus tamen Oppan-sum uelum dixit, pro Oppasso, & Extento.
- PASSVS**, sus, [Passo. Gal. Vn pas. Hisp. Passada tendida de cinco pies.] βήμα, extensus pedum in progrediendo. Virg. 2. Aen. Sequiturq. patrem non passibus æquis. Dicitur præterea Passus mensura duorum pedum, & semissis, id est, extensis pedibus. tantum enim ferre in progrediendo spatij est inter digitos prioris pedis & calcaneum posterioris. hic autem passus minor, uel passus simplex dicitur, a nonnullis etiam gressus. Passus autem maior, qui & passus Geometricus dicitur, quod eo peculiariter Geometria utantur, constat ex quinque pedibus, id est, ex passu minore geminato, & de hoc passu intelligendum est, cum dicimus, Millia singula constare ex mille passibus. et generaliter, quoties apud scriptores Passus occurrit mentio, Geometricum passum accipere debemus. Plin. lib. 11. c. 8. Apes operantur intra 60. passus. Vide Cosmographiam Apiani.
- PASTILLVM**, neut. gene. genus libi rotundi, quo utebantur in sacris. Festus.
- PASTILLVS**, is, [Pastello. Gal. Trochisque. Hisp. Pane Zillo, trochisco.] τροχιστός, est massula cuiuscumque materiæ in formam panis parui coacta. dem. uidetur a Pasta. Fest. autem a pane deduct. hinc Pastilli medicinales, & Pastilli odoratorij. Hor. 1. Ser. Sat. 2. Pastillos Rustillus olet. Pastilli (inquit Cell. lib. 5. c. 17.) medicis arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut uino, uel aceto in cocta, quæ concoctione rursus inaruerunt.
- PASTINACA**, æ, [Pastinaca. Gal. Des panets. Hisp. Zmahoria.] σαουλί-υος, genus radices uirtutis calidæ, cuius duæ species, agrestis, & hortensis. Pli. lib. 39. c. 5. & Dios. lib. 3. c. 57. 81. Item, Pastinaca, piscis uenenatus ex planorum genere. Plin. lib. 9. c. 43. Pastinaca latrocinator ex occulto.
- PASTINATIO**, onis, Καλοσπορία, Col. lib. 3. c. 12.
- PASTINO**, as, are, [Ziphare.] Καλοσπορίων, est agrum fodere. Col. l. 3. c. 12. & lib. 3. c. 12. & Cic. de Sen.
- PASTINATOR**, oris, [Zappatore. Gal. Honeur. Hisp. Caudor de uinas ó arboles.] Col. lib. 3. c. 13. Duas regulas eius latitudinis, quam pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ litteræ X decussabimus. Hinc Repastino, as. Repastinari dicebant ueteres, uineas, quæ refodiebantur. Nunc antiquitatis imprudens consuetudo, quidquid emoti soli uineis præparatur, repastinatum uocat. unde quidam repastinari agrum dicunt, cuius natura fodiendo mutatur. Plin. lib. 19. Præcipuus fit caulis sapore ac magnitudine, si in repastino repastinato seras. Hinc Repastinatio, pro renouatione quandoque capitur.
- PASTINATVM**, ti, [Campo Zappato.] solum fossione renouatum. Col. lib. 4. c. 4. Facta in pastinato scrobe. Idem lib. 3. c. 13.
- PASTINATVS**, tus, Καλοσπορία, ipsa pastinatio. Plin. lib. 17. c. 20.
- PASTINVM**, pastini, [Forcella di ferro. Gall. Vne boue de nigueron. Hisp. El azadón ó el azadon.] est, ut ait Colum. lib. 2. cap. 18. ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Palladius accipit pro terra pastina-

- pastinatione renouata. Mensura pastini hæc est, in sabula quadrata iugerali, ut centeni, octogeni pedes per singula latera dirigantur.
- PASTIO**, onis, [Pastura. Gal. Pasture. pasturage. Hisp. Apascentamiento.] νομή, uerbale est, a Pasco. significat ipsum pascendi actum. Varr. 2. de re ru. c. 10. Qui pascunt in saltibus oportet in pastione diem totum esse. Frequentissime accipitur pro ipso pecudum alimento. Cic. pro leg. Man. Alia ubertate agrorum, & uarietate fructuum, & magnitudine pastionis, facile omnibus terris antecellat.
- PASTOMIS**, idis, instrumentum ferreum, siue ligneum, quod ad cohibendos equos uariis imponitur. Lucilius: Pastomides de natiuis ingentes pendent.
- PASTOPHORIVM**, Hieron. in Esaiam: Pastophorium est thalamus, in quo habitat præpositus templi. Dicitur autem pastophorium παρά τὸ τῶν πᾶσον φέρειν. Pastos autem Græcis modo pallium sacerdotale significat, modo thalamum nuptialem, nonnumquam etiam conuiuij locum, in quo sacerdotes solent epulari.
- ***PASTOPHORI**, παστοφοροί, Sacerdotes sacrosancti Aegyptiorum, ceteris honoratioris. dicti, quod pallium Veneris, quæ πᾶσος dicitur, ferrent.
- PASTOR**, ris, [Pastore. Gal. Pasteur, berger. Hisp. Pastor.] ποιμῶν, qui curam habet pascendi. Cic. pro Fla. O pastores cupidos litterarum. Vir. 2. Geo. Desertaq. regna pastorum.
- PASTORALIS**, & hocle, [Pastorale. Gal. De pasteur. Hisp. Cosa pertene-siente a pastor.] ποιμαντικός, quod ad pastorem pertinet. Cicer. 1. de Div. Ille Romuli auguratus pastoralis. Virg. 7. Aen. Et pastorem præfixa cuspidem myrtum.
- PASTORALIS**, & frater, pastoralisq. iuuentus.
- PASTORIVS**, a, um, [Da pastore.] ποιμαντικός, pastoralis. Cic. ad At. lib. 1. Sine ulla pastoritia fitula. Varr. 1. 1.
- PASTVS**, a, um, 1. Pascor, [Pascento.] qui pabulum sumpsit. Cicero pro Clu. Bestiæ ad eum locum, ubi pastæ aliquando sint, reuertuntur. Virg. 5. eel. Pastos illis egere diebus Frigida Daphni boues ad flumina.
- PASTVS**, us, [Pastura.] σίτησις, νομή, pabulum. Virgilius 4. Georg. Vespere ubi a pastu nitulos ad tecta reducit. Cic. 1. Off. Generi animantium est a natura tributum, ut, quæ sint ad uiuendum necessaria, inquirat, & paret, ut pastum, latibula, alia eiusdem generis.
- PATAGIVM**, gij, πατάγιον, Patagiarius, a, um, Appul. Crines leniter emissos, senlimq. sinuato patagio residentes, summum uerticem nodus adtrinxerat. Festus: Patagium est, quod ad summam tunicam assui solet, quæ & Patagiata dicitur. Pla. Epid.
- PATALVS**, insula uicina Cariæ. Steph. Gentile Patalius.
- PATARA**, πάταρα, urbs Lyciæ, ubi Apollo dabat responsa sex hibernis mensibus. ut tradit Ser. a Pataro Apollinis filio ex Lycia Xanthi filia, uel ab alio Pataro Labeonis filio. Hinc Patareus, rea, reum. Ou. 1. Met. Et Claros, & Tenedos, Pataraeq. regia feruit.
- PATAVIVM**, πατάβιον, Ptol. lib. 5. c. 1. urbs est in Ponto, siue Bithynia, quæ hodie Polme dicitur. Est item urbs in Italia ab Antenore condita. uide Padua.
- PATEFACIO**, is, [Aprire, manifestare. Gal. Ouirir, manifestar. Hisp. Abrir, manifestar.] ἀνοίγω, aperio, patentem facio. Liu. 2. Ita induxisse se in animum, hostibus potius, quam regibus portas patefacere. Ou. 2. Met. Cælestiq. fores uirga patefecit. Ponitur aliquando pro declarare, detegere, palam facere. Ter. in Hec. Pertulit tot meas iniurias, quæ numquam ullo patefecit loco. Cic. ad Q. Fr. l. 2. Raci lius rem patefecit. Idem ad Att. l. 1. Neque hoc tempore patefecisset odium suum in me.
- PATEFACIO**, onis, [Manifestamento.] ἀνοίξις, Cic. 2. de Fi. Patefactio rerum operatarum.
- PATEFIO**, palam fio. Ter. in Pho. Si hoc celetur, in metu; sin patefit, in probo siem.
- PATELLA**, æ, [Piatello, padella. Gall. Vne paelle. Hisp. Plato.] πλάτη, a Patulo, uel πλάτην, fingo, uel ἡπὸ τῆς πλατέας, a latitudine: aut certe a nomine Patina, cuius uidetur esse deminutium, uas latum est condendis obsouij aptum, lanx, seu paropsis, siue uas escarium ad olera, & pulmenta ponenda. Hor. libro primo Epist. quinta: Nec modica cenare times olus omne patella. Ou. 2. Fas. Nutriat intiuctos missa patella cibos. Cic. 2. de Fin. Reperiemus afortos ita non religiosos, ut edant de patella. Sunt qui uelint Patellam eandem esse cum sartagine, sed Iuuenalis diuersa esse ostendit, cum inquit: Vrceoli, pelues, sarta go, patellæ. Est autem morbus arborum. Pl. lib. 17. c. 24. Olea clauum patitur, siue fungum placet dici, uel patellam. Patella ite dicitur commissura in cruribus, ubi coxarum capita media sinuantur, quo facilius excipia cruribus possint.
- PATELLARIVS**, a, um, ut Patellarij dij. Plaut. in Cist. Dij me omnes magni, minutique & patellarij Faxint, ne ego uiuo dem suauium Silenio.
- PATEN**TER, aduer. ἀπαρτεῖ, Cic. 1. de Inuen. Absoluta est, quæ paten-
- tius & expeditius recti, & non recti quæstionem continet.
- PATEO**, es, patui. absque supino: quamuis nonnulli putent supinum esse Passum, quod magis est a Pando, [Essere patente, aperto, manifesto. Gal. Estre ouvert, apparoir. Hisp. Ser manifesto y abierto.] Est autem pateo, ἀνοίγῶς εἶμι, apertus sum. Cæsar 6. Bell. Gall. Ijs omnium domus patent. Virg. 6.
- Noctes, atque dies patet atri ianua Ditis.
- Ponitur aliquando pro extendor. Cæsar 7. Bel. Gall. Planities millia passuum tria in longitudine patebat. Aliquando ponitur pro in potestate esse: ut, Omnia mea tibi patent. Aliquando pro obnoxium, siue opportunum esse. Cels. 1. c. 1. Lõgis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet. Aliquando pro manifestum esse, & hoc in tertijs personis, tam singularis, quàm pluralis. Pla. in Cap. Operta quæ fuere, aperta sunt: patent prestigij. Pl. 1. 10. c. 17. Pifces audii e palam esse, ut patet. Aliquid cum datio significat expositum esse. Liu. 1. 31. In patetem uulneri equum sagittas conijcere poterat. Hinc Patens, & patulū, quæ inter se differunt, quod patēs sit, quod ad tempus patet; Patulum, quod semper patet, ut arbor. Vir. 1. eel. Tyire tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Nares patulæ, Qui. 3. Met. Os patulum, Idem ep. 15. Vias patulas aperire, Sil. lib. 17. Campi patuli, Clau. de rap. Prof. Hinc Pla. Bonum patulum appellat, cuius cornua diuisa sunt, ac late patent. Virg. 9. Ae. Et portas præbere patentes. Inuenitur tamen, Patens positum pro eo, quod semper patet. Idem 4. Geo. Ver nocte sudum, camposq. patentes, Erumpunt portis. Liu. 7. Legiones uia patentiore ad hostem ducuntur. Col. lib. 12. c. 6. Dolium quam patentiſſimi oris.
- PATER**, tris, [Padre. Gall. Pere. Hisp. Padre.] πατήρ. Teren. in Adelph. Tuus & animo, & natura pater. Dicit uidetur a πατήρ, quamuis Varr. libro 4. de ling. Lat. Patrem a patefaciendo semine dictum uelit. Ouid. 9. Met. Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famæ impedit. Hor. 2. Epist. 1. Pueri, patresque leuere Fronde comas cincti cenant. Patris nomine, aui, abau, proau, atau continentur, non autem tritau. Valla. hinc cum patrum nostrorum memoria dicimus aliquid esse factum, de proxima ætate intelligimus, non de illa sexta. Cic. 1. de Orat. Quid quod uſu memoria patrū uenit, ut & C. Patres, maioresque nostri. Idem 1. Verr. Virg. 1. Geo. Sacra deum sanctique patres. Pater etiam nomen religionis est: unde dii omnes Patres uocabantur peculiariter tamen Bacchus hoc sibi nomen uindicauit. Virg. 2. Geo. Huc pater o Lenæe ueni. Vbi Seruius: Pater licet generale sit omnium deorum, tamen proprie Libero semper coheret. Virg. 1. Aen. Diuum pater, atque hominum rex, id est, Iuppiter. Oceanus pater rerum. Idem 4. Georg. Graduius pater, Mars. Idem 3. Aen. Pater absolute, pro Ioue. Vir. 1. Geo. Similiter, Pater nomen est reuerentiæ. ideo Romulus centum senatores, quos ad reip. curam elegit, Patres ab honore uocauit. Festus: Patres senatores ideo appellati sunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac fili liberis propriis.
- PATERFAMILIAS**, genitiui patrisfamilias, uel patrisfamilia, [Padre di famiglia.] ἀνοδεωσός τις, qui primus est in familia. Cic. de leg. Vt ne morte patrisfamilias sacrorum memoria occideret.
- PATER** patratus, Fetialium sacerdotum antistes, per quem & bella denunciabantur, & foedera percutiebantur: dictus, quod ad iusiu randum patrandum i. sciendum fieri soleat. Liu. 1. 1. Fetialis M. Valerius, patrem patratum Sp. Fulum fecit.
- PATER** patrimus, uide Patrimus.
- PATERA**, [Ταράρα, coppa. Gall. Vne coupe ou tasse à boire. Hisp. Copa.] κῆρυξ, poculi genus latum ac patens. Virgil. 1. Aen. Inpiger hausit spumantem pateram. Cicero 6. Verr. Patera, qua mulieres ad res diuinas uterentur.
- ***PATERNIANA**, opidum Carpetanorum. Ptol. lib. 2. c. 6.
- PATERNVS**, a, um, [paterno.] πατρῶος, Ter. in Ad. Pol. haud paternū istuc dedi. Vbi Donatus: Paternus, deest facinus. Cicero 1. de Orat. Egisset lege in hereditarem paternam testamento exheres filius. Amicus paternus. Cic. ad At. lib. 14. Animus paternus. Hor. 2. Carm. Ode 2. Inimicitia paternæ. Cic. 4. Acad. Opes paternæ. Ouid. 4. de Pont. Eleg. 1. Paternus, maternisque sanguis. Cic. pro Rosc. Amer.
- PATESCO**, [Essere aperto, esser fatto patente. Gal. Estre descouvert & manifeste. Hisp. Ser manifesto.] ἀνοίγω, aperio, patens fio. Plin. lib. 22. c. 22. Si pateſcentes adhaluerit. Liu. 1. 22. Paulo latior pateſcit campus. Quandoque pro primitiuo ponitur. Sal. Hinc late pateſcentibus campis, exercitum tuto emittit. Virg. 2. Aen. Danaumq. pateſcunt Inſidiæ apparent, patent. Atr a pateſcunt. Idem 2. Aen. Portus pateſcit iam propior. 3. Aen.
- PATIBVLVM**, li, [Stanga, crece. Gal. Vn gibbet. Hi. Lugar de los malhecores padescen shore cruç.] μογλός, modo seram ligneam, qua ostia clauduntur, significat: a Pateo, teste Nonio, quod hac remota ualuerat. Titin. Patibulo hoc ei caput defringant. Modo cruce, & sic a Patior fieri manifestum. Sallust. lib. 4. Hist. ut citat Nonius: Patibulo eminens affigebatur. Hinc patibulus, dicitur a Plaut. in

Moſt id eſt, patibulo affixus. Eſt præterea instrumentum uindictatorum, ſiue eorum, qui oliuas colligunt. Cato de re ruſc. c. 68. Patibulus apud antiquos ge. mal. lectum eſt, teſte Nonio. Lucr. Rerum humanarum lib. 2. i. Deligata ad patibulos. Cic. i. Ver. Tibi ſtatua pro patibulo.

PATHICVS, a *παθῆναι*, qui præpoſtera libidine ſe iniri patitur: unde Pathici pueri, qui ad præpoſteram libidinem pædiconibus oblectantur. Iuu. Sat. 7. Ille tenet ſpeculum pathici geſtamen Othonis. Per translationem dicitur de rebus inaninatis. unde pathiciffimos libellos, dixit Mart. i. laſciuus, & obſcenos.

***PATIOS**, a Cic. dicitur perturbatio, ſeu ægritudo animi. a Gellio affectus; a Laſtantijs, uitium.

PATIENTIA, [*Patientia. Gal. Patience. Hiſp. Paciencia & ſuffrimiento.*] *παθῆναι*, honeſtatis, aut utilitatis cauſa rerum arduarum, ac diſſicilium uoluntaria ac diuturna perfeſſio, inquit Cicero 2. de Inuen. Idem in Cat. Habes ubi oſtentes illam præclaram tuam patientiam famiſ, & frigoris, inopiæ rerum omnium. Idem i. Offic. Adoleſcentia exercenda in labore, patientiaque, & animi, & corporis.

PATENA, Col. l. 12. c. 34. Patruus meus lata uafa in modum patenarum fieri iubebat. Vnde, inquit Budæus, patet, patenam labra grandia habere.

PATINA, [*Piatina. λεκάνη, λοιπὸς*, uafaſ genus, quo ſapes in meſam feruntur. Ter. in Eun. Iam dudum animus eſt in patinis.]

PATINARIVS, a *πατῖναι*, in patina conditum, uel reſpoſitum. Plaut. in Afin. Vel patinarium, uel aſſum uerſes. Diſta Patina, quod pateat.

PATIOR, patieris, paſſus ſum, Paſſum, [*patire, ſoſtenere. Gall. Endurer, ſouffrir. Hiſp. padecer, ſuffrir.*] *πάσχω*, uerbum commune: ſuſtineo, tolero. Terent. in And. Patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo uſque adhuc. Cic. 7. Verr. Non feram, non patiar, non ſinam. Pati ægre. Plaut. in Afin. Ne ægre patiar, quod tecum accubabat. Cic. pro Roſ. Am. Facile patimur eſſe quam plurimos accuſatores. Hoc non patietur æuum. i. non durabit. Col. lib. 2. c. 10. Reſpoſitum in granario patitur æuum. Hoc patitur conſuetudo. i. conſuetum eſt. Cic. ad At. l. 12. Quem grauius accuſas, quam tua conſuetudo patitur. Patior te eſſe deſertum, id eſt deſtituo. Cic. i. Off. Ut eos, quos tutari debeant, deſertos eſſe patiantur. Hinc Paties patie. & aliquando nomen. Col. lib. 3. c. 29. Omnis incommodi patientes, præter caloris. Virg. 2. Ge. Et patiens operum, paruoque aſſueta iuuentus. Quinſ. lib. 1. c. 12. Patientior eſt laboris natura pueris, quam iuuenibus. Cæſ. 3. Bel. Ciu. Patientiſſimo exercitui Cæſaris luxuriam obiciebant. Cic. ad Q. Fl. 2. Me æ litere te patientiorem fecerunt. Aures patientiſſimæ. Cic. pro Lig. Saxo patientior. Prop. l. 1. El. 14. Tellus patiens uomeris. Virg. 2. Ge. Pulueris, atque ſolis patiens. Hor. 1. Car. Ode 8. Patienter, patientius, patientiſſime. Cic. de Amic. Et monere & moueri pro proprio eſt ueræ amicitia, & alterum libere facere, non aſpere, alterum patienter accipere, non repugnanter. Ouid. epiſt. 1. 8. Ferre tamen poſſum patientius omnia. Hinc Patibilis, & hoc Patibile, quod perferri poteſt. Cic. 4. Tuſc. Patibiles & labores, & dolores, putandi. Idem 3. de Nat. De. Cum omne animal patibile naturam habeat. Hinc Compatior, miſeror, & conſtruitur cum datiuo. Perpetior, uehementior patior.

***PATIOS**, inſula in mari Aegæo. Plin. 4. 12.

PATOR, patoris, p. p. [*Apertura. χαῖμα*, hiatus, & apertio, a patendo nomen deductum: ut uagor pro uagitu. Appul. l. 3.]

PATRAE, trarum, urbs in Achaia, quam Pausanias Aroen dici prius ſolitam aſſeruit, mox a Patraeo mœnibus ampliatis nomen accepiſſe. Plin. l. 4. c. 4. Oui. lib. 6. Met. Parre q. humileſq. Cleone.

PATRES CONSCRIPTI, [*Senatori.*] Feſt. Patres diſti ſunt, qui ſunt patricij generis: Conſcripti, qui in ſenatu patribus erant ſcriptis annotati. ab initio (ut ait Plutar. in Romulo) tantum patres diſti ſunt; poſtea, adſcriptis in eum ordinem pluribus, patres conſcripti uocati ſunt. Cicero 13. Phil. Afinius apertam curiam uicid poſt Cæſaris mortem: mutauit calceos, pater conſcriptus repente factus eſt.

PATRES ALLECTI, etiam dicebantur, auctore Feſto, qui propter inopiam ſenatorum ex equeſtri ordine in ſenatum ſunt aſſumpti. unde illud Tranquilli in Cæſ. Peregrinis in ſenatum allectis libellus propoſitus eſt, ne quis ſenatori nouo curiam monſtrare uelit.

PATRIA, [*Patria. Gall. Le pays, la uille, la patrie, on eſt ne quelqu'un.* Hiſp. La tierra natural de cada uno.] *ἡ πατρίς*, urbs, ſiue alius locus, in quo nati ſumus, ita diſta, quod communis omnium parens ſit. Virg. 1. Ecl. Nos patriæ fines, & dulcia liquimus arua. Cic. 1. Off. Cari ſunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares; ſed omnes omnium caritates patria una complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? Aliquando & pro uincia ipſa, ex qua orti ſumus, patria uocatur. unde Sal. Hiſpaniſi ſibi antiquam patriam dixit. Prouerbii ſpeciem habent: Quæuis terra patria: & Patria ibi, ubi bene uixeris.

PATRIARCHA, [*Patriarcha. πατριάρχης*, patrum princeps, pontificum primus: hi quattuor principio fuere, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus: poſtea, tranſlata Byzantium Imperij ſede, additus eſt & Conſtantinopolitanus.]

PATRICIE, [*Da gentiliuomo.*] more patricio, ac nobiliter. Plautus Caſin. Geſſo magnifice, patricieque, amiceque hero meo Ire aduerſum.

PATRICIDA, p. p. [*Vcciditor del padre.*] uide Parricida.

PATRICI, [*Patricy. Gal. patricer. Hi. Hyos de ſenadores.*] *δυναſτῆς*, ſenatorum progenies. Liu. lib. 1. Romulus centum creat ſenatores, qui patres ab honore: Patricij quoque progenies eorum appellati. Suidas patricios eſſe tradit, communis reip. patres, qui in ſuprema dignitate ſunt ſenatorij conſilij. Non tamen omnes ſenatores erant patricij: quod apertiffime oſtenditur ex his uerbis Taciti. Iſdem (inquit) diebus in numerum patriciorum adſciuit Cæſar uetuliſſimum quemque ex ſenatu, aut quibus clari parentes fuerant. Exire e patricijs, eſt fieri plebeium. Ci. pro domo. Hinc Patricius, a *πατρίων*, ut Patricius magiſtratus. Cic. ad Brut. Dum unus erit patricius magiſtratus, aſpiciam ad patres redire nõ poſſunt. Patricia familia, Cic. 2. de Leg. Indoles patricia. Stat. 3. Sil. Honos patricius. Cla. Hinc Patriciatuſ, pro ipſa dignitate. Suet. in Aug. A Ser. Tullio in patricias gentes tranſduſta, procedente tempore ad plebem ſe contulit, ac ruſſus magna ui per Diuum Iulium in patriciatum redijt.

PATRICIUS, uicus, Romæ, quod ibi patricij habitauerint, iubente Ser. Tullio, ut ſi quid molirentur e locis ſuperiorib. opprimi poſſent.

PATRIE, aduer. [*Da padre.*] affectu paterno. Quinc. l. 1. c. 1. Ut enim non inimice corripere, ſed patrie monere uideatur.

PATRIMONIUM, nij, [*Patrimonio. beni paterni. Gal. Patrimoine. ſucceſſion de pere a ſils. Hiſp. Patrimonio. hacienda patrimonial.*] *εἰς*, bona paterna, hereditas a patre relicta. Cic. pro domo: Liberis noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis, ac noſtra memorie relinquemus. Iuuen. Sat. 12. Non propter uitam faciunt patrimonium quidam, ſed uitio cæci propter patrimonium uiuunt. Patrimonium diſſipare, effundere, exhaurire, pro conſumere.

PATRIMVS, uel Patrima, qui, uel quæ patrem adhuc uiuentem habet. Liuius libro 37. Patrimi omnes, matrimique ad id ſacrificum adhibiti.

PATRIVS, a *πατρίων*, quod eſt patris, Cic. 1. Tuſc. Patritam illam, & uitam philoſophiam.

PATRIVS, a *πατρίων*, [*De pere. paterniel. natif. Hiſp. De padre de la tierra a natural de cada uno.*] *πατρίων*, quod eſt patriæ, uel patriſ. Cic. de Sen. Vigebat in ea domo moſ patrius. Virg. lib. 12. Patrio mucrone relicto. Ter. Eu. Patria qui abligurrierat bona. Res patriæ, & uitæ, Cic. 2. Ver. Moſ patrius. Idem 1. de Or. Hic eſt moſ patriæ Academicæ. Artes patriæ. Ouid. ep. 1. Metus patrius. Ouid. 2. Met. Amor patrius, Virg. 1. Aen.

PATRIZO, as, uel Patriſſo, as, [*Imitare il padre. Gal. Raſſembler à ſon pere, faire comme ſon pere. Hiſp. Remedar à ſe mejar à ſu padre.*] *πατρίων*, paternos mores imitor. Terent. in Adel. Laudo, o Cretiphio, patrizas.

PATRO, tras, *παδρῶν*, proprie ſignificat liberis operam do. Quin. libro 8. capitulo 3. Ducere exercitus, & patrare bellum, apud Sal. lu. diſta ſanſte & antique, ridetur a nobis. Ex quibus uerbis colligitur, priſcos Patrare poſuiſſe, pro perficere, non ſolum, cum opera liberis daretur, ſed etiam cum aliud quippiam iam incœptum ad finem perduceretur. Salluſtius in Catil. Si Romæ ſocij incepta patrauiſſent. Idem de repub. ord. ad Cæſarem: Ea magis ſortibus conſilij, quam bonis prælijs patrata ſunt. Plaut. Afin. Te quoque ipſum faciam haud magni, ſi hoc patro. Liu. libro 23. Dum facinus patratuſ. Tac. lib. 2. Si patrandæ neciuenum mitteretur.

PATRATVS, a *πατρίων*, partic. Tacitus lib. 1. Maluit patrati, quam incœpti facinoris reus eſſe. Bella patrata, Clau. 4. Pan. Cæde eius patrata. Tacitus 1. 4. Vnde & patres patrati dicebantur, quod ad patrandum, id eſt, peragendum iuramentum, ubi de foederibus conuenerat, mitterentur. Plut. in Prob. Fetialibus ſacerdotibus, qui foederibus faciendis præſunt, Paterpatratus præeſt: inde dictus, quod ipſe pater patrem haberet, ſicq. filijs prouideret, & patrem conſuleret. Hinc Impetro, obtimeo. Perpetro, perficio. Propetro, teſte Feſto, mando aliquid perfici. Attius: Propetro, quod cœpiſti. habent autem p. c.

PATROCINOR, aris, [*Defendere coſi in fatti, come in parola. Gal. Defendre aucun ſouſtenir ſon droit & querelle. Hiſp. Defender.*] *σωμνορία*, tantum uerb. quam factio imbecilliorum protego. Quinc. lib. 2. c. 4. Leno defenditur, ut non homini patrocinemur, ſed fidei. Pli. 2. c. 41. Patrocinaur uafitica cæli immenſa.

PATROCINIUM, [*Defesa. Gal. Defenſe, proteccion. ſauuegarde. Hiſp. Ayuda de deſenſa.*] *σωμνορία*, deſenſio. Salluſtius in Cat. Cuius patrociniio ciuitas plurimum utebatur. Feſtus: Patrocinia appellari cœpta, cum plebs eſſet diſtributa inter patres: ut eorū opibus tu-
ta eſſet

- ra effat. Arripere patrociniũ, tueri patrociniũ, suscipere patrociniũ, Latine dicta.
- PATROCIVS**, πατροκλος, Menœtij fuit filius, & Sthenes, qui occiso per ludum astragalorum Cleonymo, seu (ut aljs placet,) Aea-ne, Amphidamantũ filio, solum uertens in Phtiam uenit, ubi a Peleo p opt. r generis propinquitatem susceptus, & una cum Achille apud Chronem educatus, cum eodem artissima amicitia iunctus uixit. postea etiam cum Achille ad expeditionem Troia nam profectus est, ubi armis Achillis indutus, cum Hectore pugnans, ab eodem confossus occubuit, quod cum rescuisset Achilles, tamen propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseida bello abstinere omnino constituit. nihilominus ad bellum redijt, Hectoraque occidit, ut Patrocli mortem quam crudelissime uin dicaret.
- PATRONA**, Ter. in Eun. Te mihi patronam cupio Thais.
- PATRONYMICVM**, πατρωνυμικόν, Grammaticis appellatur nomen, quod formatum a nomine patris, filium significat, quamuis abusive etiam a nominibus a uorum, pro a uorum, si atrum, matrũ, sororum, & ipsarum etiam regionum deducantur patronymica. Inuenta sunt patronymica a Poetis carminis gratia, ne idem semper nomen inculcare cogrentur. quare in oratione soluta is non utimur. Dicitur Pat. onymicum πᾶν τῶν πατρῶν, ἢ ὀνομαστον, quod proprie ut diximus, fiant a nominibus patrum: ut, Priamides, Hector, uel alius quiuis ex filijs Priami.
- PATRONVS**, ni, [Tutore, defensor. Gal. Patron, aduocat, defenseur. Hi. Aquel que defende en cosa criminal.] παροδτης, qui aliquem in periculo defendit. Pedianus: Qui defendit aliquem in iudicio, aut Patronus dicitur, si orator est, aut aduocatus, si ius suggerit, a r presentiam suam commodat amico: aut procurator, si negotium suscipit: aut cognitor, si præsens causam nouit, & sic tuetur ut suam. Plaut. in Most. Qui pro me causam diceret, patronum liberat. Cic. pro Sex. Coanuenus Capuz me unum patronum adoptauit. Ouid. 1. de Arte: Qui modo patronus, iam cupit esse cliens.
- PATRUVELS**, [Fratelli, cugini. Gal. Cousins, germains. Hisp. Primo hijos de hermanos.] ἀδελφείο, patruorum filij, id est, ut ait Nonius, marium fratrum filij, quoniam, qui pater alteri est, alteri est patruus. Pla. in Pœn. Frater patru. lis meus. Sic Sorores patruels nuucupantur, ex duobus & ipse fratribus genitæ. Auctor Iurec. Sororum uero duarum aut plurium filij, inter se Sobrini dicuntur, quasi sororini. Cic. 5. de Fin. Frater noster, cognatione patruelis. Ouid. 13. Met. Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli. Patruelis, & hoc leut, Patruels fundi. Mart. l. 5. Cum sibi redite de patruelibus fundis Ducenta. Ouid. ep. 14.
- Quid meruere necem, patruelia regna tenendo?
- PATRVVS**, trui, [Zio.] θεϊος πατρός, πατὴρ δὲ ελεος, frater patris, quasi patris loco. Cic. 3. Verr. Patruo testimonium dicente. Patruus magnus, frater aui. Patruus maximus, frater proauis, & abauis. Patruissimus superlatiuum protulit Pla. in Pœn.
- PATRVVS**, a, um, a patruo deductum, quod pro seuero per translationem accipitur. Horatius 3. Carm. Metuentes patruæ uerbera linguæ.
- PATVVS**, a, um, [Aperto, patente. Gal. Ouvert. Hisp. Cosa que esta siempre abierta.] ανοικτός, apertus, latus. Differt a patenti, quod patula dicantur, quæ semper aperta sunt: patencia, quæ ad tempus patent. Vide Pateo.
- PATVLEIVS**, Ianus, quando tempore belli portæ templi eius patebant. Macr. lib. 1.
- PAVCIES**, [Rade uolte,] ueteres pro Raro urebantur, teste Nonio. Tintin. Vxorem meam paucies uidebo.
- PAVCITAS**, [Ποχὴ,] ὀλιγότης, Cicero 1. de Orac. Quanta oratorum fit paucitas.
- PAVCVLS**, Terentius in Heaut. Loquitur pauca. Cic. Att. lib. 5. Paucaulos dies.
- PAVCVS**, ca, cum, [Poco. Gal. Peu. Hi. Poco.] παυρος, Cic. de Amic. Pauca admodum familiares. Pauca, solum poni solet, ita ut in eo subaudiatur uerbis. Pauca apud antiquos pro bonis, ponebantur, ut, Multi pro malis, auctore Nonio. Cic. in Or. Nec paucorum iudicium pertinuit.
- PAVCILOQVIVM**, quij, ὀλιγολογία, paucitas sermonis. Pla. Mer.
- PAVENS**, [Pauσος,] περιφοβος, qui timet. Ouid. 2. Met. Colligit amens, & ad huc terrore pauentes Phœbus equos.
- PAVICYLA**, æ, instrumentum, quo coæquatur area a pauendo. Cat. de re rust. c. 129.
- PAVEO**, paves, pauis, [Hauer paura, temere. Gal. Avoir grand peur, & frajeur. Hisp. Hauer pauer à miedo.] περιεβόμαι, timeo. Pla. in Amph. Me pauer. Ter. An. Id paves, ne ducas illam. Ouid. 9. Met. Ne peccora uano Fida metu pauerant. Cic. 5. Phil. Pauer animus apud consiliam illud pro reo dicere. Hinc Pauendus, timidus. Plin. l. 8. c. 2. 3. Pauendas serpentes. Pauendo, timidus. Luc. lib. 1.
- PAVESCO**, icis, [Temere,] περιφρόμαι, timeo. Columella libro 6. capitulo 2.
- PAVEFIO**, timidus fio. Gell. lib. 19. c. 1. Videor paullum pavesctus. Ouid. 13. Met. Vicino pavesctus sub æquore mergor.
- PAVIDVS**, [Timido. Gal. Paoureux fort craintif. Hisp. Temeroso.] περιδαις, quij natura timidior est, inquit Seruius. Virg. 8. Aeneid. Stant pauidæ in muris matres. Ouid. ep. 3. Quod seclis ut pauidas miseræ mihi contigit aures. Virg. 9. Aen. Pauidam nolitans pennata per urbem Nuncia fama ruit. Silius lib. 10. Talin pauidissime dignum Me uita.
- PAVIDE**, [Timidamente. Gal. Paourensement, en grand crainte. Hisp. Temerosamente.] timide. Liu. 5. Ad Allium tuam pauide fugerat.
- PAVIMENTO**, as, [Fare paumento. Gal. Pauer, dresser le par terre. Hisp. Echar à baxer suelo.] ἐδάφιζω, paumentum facio: unde Pauimenta dicuntur, loca in quibus strata sunt paumenta. Cic. pro domo: Porticum paumenta. Plin. lib. 17. c. 4. Paumentandum, ubi lata sit, censent.
- PAVIMENTVM**, ti, [Battuto, terraccio. Gal. Le pavé d'une place, par terre, pavé. Hisp. Suelo de casa.] ἐδάσιος, domus solidamentum, siue incrustatio, quam gradiendo calcamus: pauidens, id est tendendo dictum, quod, dum sunt paumenta, plurius simul diebus tunduntur fistucis, seu marculis, ut solidiora sint, nec rimas faciant. Iuue. Sat. 14. Verre paumentum, & nitidas ostende columnas. Cat. 3. 18. de re ru. Paumenta ad hunc modum facito: De testa arida paumentum struito. vbi stratum est, pauito, siccatoque, oleoque perungito, ut paumentum bonum fiet. Multa autem paumentorum genera fuerunt apud uereres. Erant Lithostrata, paruulis coagmentata crustis. Subdiala a Græcis inuenta, quæ sub dio erant, pluuijs & tempestatibus exposita. Asarota, quæ quibus Papianis in Silius. Suberantque nouis asarota figuris. Dicta ab æ priuatiua, & σάρω, siue σάρω, purgo, uel uerro, siue, quod scopis non uerrentur, sed, collectis manu analæctis, (ita uocant enarum reliquias) ipsa spongia mundarentur: siue (ut ait Plin. l. 36. c. 2. 5.) quod in hoc paumentorum genere tam artificiose minutis quibusdam testulis expressæ erant enarum reliquias, quæ scopis solent euerri, ut semper uiderentur non esse purgata. Vide Asarotum. Fuerunt & Barbarica Subregulæ, Sculpturata, & Græcæ. Vide Plin. l. 36. c. 2. 5. Paumenta Pœnica, inquit Festus, marmore Numidico strata significat Cato. cum ait in ea oratione, quam habuit, ne quis iterum consul fieret, uillæ, atque ædes ædificatæ, atque expolitæ maximo opere, citro, atque ebore, atque paumentis Pœnicis.
- PAVIO**, uis, pauis, pauitum, [Percutere. Gal. Pauer, battre la terre pour l'affermir, dresser le par terre. Hisp. Herir, pisonear con pisones.] ἐδάφιζω, uerbum antiquum, Ferio, percutio, tundo. a παύω, percutere. Cicero 2. de Diuin. Quia cum pascunt, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauum primo, post terripidium dictum est. Cato cap. 18. De testa arida paumentum struito. ubi stratum est, pauito. Colum. libro 1. capitulo 6. Pauitum solum habet, ne humorem transmittant. Hinc Depuio, percutio. Lucilius apud Festum: Palmis missellam depuui me. Idem est, Oppuui: unde Oppuuius, uerbera. Afranius: Oppuuijs pueri coercentur.
- PAVITO**, tas, [Temere molto, hauer paura.] περιμυαι, frequentat. a Paveo, ualde timeo. Pla. Bacc Quis hic error est? quid pauitas? Ter. in Hec. Philomenam pauitare nescio quid dixerunt: id est, laborare ex frigidibus, ut explanat Donatus. Nam & frigis accipitur pro pauore, & pauor pro frigore: ut annotauit Seruius in illud Virg. 1. Aen. Exemplo Aeneæ soluuntur frigore membra. Lucr. l. 2. Quæ pueri in tenebris pauitant. Virg. 6. Aen. Vix adeo agnouit pauitantem.
- PAVLLATIM**, [A poco, à poco. Gal. Peu à peu. Hisp. Poco à poco.] ἡρόμα, sensim, leniter. Terentius in Hec. Paullatim elapsus Bacchidi, atque huic transtulit amorem. Virg. 6. Aen. Paullatim adnabam terræ. Cælius Cic. Cuius amicitia me paullatim in hanc perditam causam imposuit.
- PAVLLISPER**, [Poco tempo. Gal. Vn peu de temps. Hi. Vn poco en tiempo.] ὀλιγόχρονον, paullulum. Virg. 5. Aen. Paullisper pro te tua munera inibo. Cic. 1. de Diu. Petijle, ut sibi concederet paullisper in eius sella requiescere.
- PAVILLO**, [Vn poco,] paullum, sed Paullum positiuus, Paulo comparatiuis frequentius iungitur: ut paullo amplius, paullo magis, & præpositionib. Ante, & post. Cic. in Bruto: Verbis delectari uidetur paullo magis priscis. in nimium. Paulo minus, pro fere. Sue. in Tib. Cæf. Paulo minus utrumque euenit. paullo mox, statim. Plin. Paullo mox calefactum uulneri imponatur.
- PAVILLVM**, [Poco,] ὀλιγον, dem. a Parum: cuius sunt quattuor gradus deminutionis, Paullum, Paullulum; Pauxillum, & Pauxillulum. Ter. in Phor. Pauxillulum nummorum. Idem in And. Pro peccato magno paullum supplicij satis est patri. Cæf. 3. Bell. Ciu. Paullum portu progressus, litteras a Cæsare accepit. Cic. 4. Acad. Paullum cum ab eius uilla abessemus. Post paullum, pro paulo post, dixit Quint. lib. 9. c. 4.

- PAULLULUM**, [Pochetto. Gal. Fort. pen. Hisp. Pequillo.] δὲ λυγὰ, dem. a Paulum. Ter. in Ad. Agelli paullulum. Iungitur cum ante. Cic. 4. Acad. Paullulum ante dicendum est, quæ non mihi uidentur considerari se physici. Aliquando pro paulliper. Terent. in Eun. Paullulum oppertirer si uis.
- PAULLULVS**, la, lum, [Poco.] Liuius 8. Pro paullula uia magnam mercedem Romanis esse soluendam. Idem lib. 35. Exsequi, hominesque paulluli.
- PAULLVS**, li, modicus, cognomen græcis Acmilæ. Est & Paullus, paulus, paullum, a Parum, rarissime usitatum, nisi in ablatiuo. Plautus in Bacch. Pacisci cum illo paulla pecunia potes. Terentius in Andr. Dum in dubio est animus, paullo momento tuus, illic impellitur.
- PAUO**, onis, & Pauus, ui, [Pauone.] παῶς, auis nota, uario pennarum fulgore conspicua, quam Poetæ Iunonis tutelæ assignarunt. Gel. lib. 7. c. 16. Pauus e Samo præstantior est. Sat. 1. Et crudum pauonem in balnea portas. uide Plin. 10. c. 20. Eius femininum est Paua, quo uisus est Aufonius Sæctio. 1. Paua que de pauo constitit ante oculos. Col. tamen utrumque sexum Pauonem appellat: sed cū distinctione horum nominum, masculus, & femina. Vtriusque exemplum habes lib. 8. c. 11.
- PAUONINVS**, na, num, ex pauone. Pauoninum ouum, Columel. libro 8. capitulo 5. Muscarium pauoninum, ex pauonum carid confectum. Mart.
- PAUOR**, oris, [Paura. Gal. Frayeur, grand crainte, peur. Hisp. Pauor, miedo demasado.] ut ait Cic. 4. Tusc. Est timor loco mouens mentem. Ex quo illud Ennii: Pauor sapientiam omnem mihi ex animo expectorat. Liuius libro 25. Pauor cœperat milites, ne mortiferum uulnus esset. Virgilius 3. Geo.
- Exsultantiaq. haurit Corda pauor pulsans.
- PAUPER**, pauperis, [Pouero. Gall. Poure. Hisp. Pobre.] πένυς, gen. comm. uel secundum aliquos, omnis: habet enim neutrum genus, præcipue in obliquis, ut apud Stat. lib. 1. Theb. Lis est de paupere regno. Dicitur autem Pauper, (ut Varro putauit) a parua pecunia: siue (ut alii malunt) a paruo lare. Cic. in Par. Manlius pauper fuit. Hor. Ser. Sat. 1. Neque se maiori pauperiorum Turbæ comparat. Qui. 1. Falt. Dat centis honores, Censu auicietas, pauper ubique iacet. Pauper cum gentiuo. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Pauper Opimius argenti. Pauperrimus, superlat. Hor. 1. Ser. Sat. 1. Semper ego optarum pauperrimus esse bonorum. Apud antiquos etiam Paupera dicebatur in se. ge. Pla. Paupera hæc res est. Hinc Pauperculus, & Paupercula. Ter. in Hea. Anus paupercula. Var. l. 1. de re ru. c. 17. Pauperculi cum sua progenie.
- PAUPERES**, pauperici, [Pouertæ.] πένια, paupertas. Hor. lib. ep. Per mare pauperiem fugiens. Hor. 3. Car. Ode 24. Magnum pauperies opprobrium iubet, Quiduis & facere, & pati.
- PAUPELO**, as, [Impouerire. Gal. Faire poure à chetif. Hi. Empobrescerse.] πένυσα πῶς, pauperem facio. Pla. in Pse. Boni uiri me pauperant, improbi alunt. Hor. 2. Ser. Sat. 5. Contemptum cassa nuce pauperet. Hinc Depauper9. Varro.
- PAUPERITAS**, atis, [Pouertæ. Gal. Poureté. Hisp. Pobreza.] πένια, Varr. lib. 4. de ling. Lat. Pecunia quæ erat parua ab ea paupertas dicta est. Pla. Persa. Vbi ad paupertatem accessit infamia, Grauior paupertas fit. Iun. Sat. 3. Nil habet infelix paupertas durius in se, Quæ quod ridiculos homines facit. Paupertatem quidam ab Egestate ita distinguunt, ut Egestas, sit, quando ad uictum necessaria desunt: Paupertas, quando, licet non sint opes, tamen necessaria suppetunt. Cic. in Par. Istam paupertatem, uel potius egestatem, ac me dicatent tuam nunquam obscure uelisti.
- PAUPERITINVS**, [Pouero.] πεινητός, pauper. Var. de uita pop. R. lib. 1. Quod si paupertina sit elegantia. Sidonius: Paupertinus flagitatz cantilenæ culmus immurmuret. Nonius.
- PAUSA**, sæ, [Pausa. Gall. Pause, repos qu'on prend en faisant quelque chose. Hisp. Pausa.] παύση, requies alicuius rei. Lucr. l. 1. Sat. Pausam facit ore loquendi. Pla. Rud. Aliquando ofeulandum melius est uxor pausam fieri. Deducitur a παύω, cesso.
- PAUSANIAS**, Cleombroti filius, Lacedæmonius, qui una cum Arifide Atheniensis uicit Macedoniam Medum, Xerxis regis generum, apud Plateas, cum ducentis pedium millibus electis, & xx. equitum millibus, haud ita magna manu. & cum multum incrementi Lacedæmonis adiecisset, in mores Asiaticos labi se permisit. Deinde eouque processit res, ut cum Xerxe ita conueniret, se illi imperium Lacedæmoniorum proditurum esse, si filiam sibi in matrimonium dedisset. quo nomine in iudicium uocatus, in templum Mineræ confugit. ubi interfectus est, cadauerque eius in barathrum abiectum. Thucydides lib. 2. Fuit & Pausanias nomen auctoris Græci, qui floruit Hadriani, & Antonini temporibus. Scripsit Chronica, Laconica, de Amphyctionibus, & Lacedæmoniorum feris. Suidas.
- PAUSARIVS**, κλαδωνος, a Seneca uocatur, qui remigibus modos dat, & remigandi officium quadam quasi pausa moderatur.
- PAUSIA**, genus oliuæ, a pauendo, quod non, nisi pauendo, id est, tundendo, oleum emitat, seu, quod ante, quam mole subijciatur, tundatur. Virgilius 2. Geor. Et amara pauia bacca. Apud Colum. libro 12. capitu. 48. legitur Paufea per secundam uocalem in pa-nult. syllaba.
- PAUSILYPVIVM**, παυσίλυπυον, uilla Campaniæ, ἀπὸ τῆς παύσιος τῆς λύπης, id est, a curæ, merorūque cessatione. Plin. libro 9. capitu. 53. Pausilypium, uilla est Campaniæ, haud procul Neapoli. Idem lib. 3. capitu. 4.
- PAUSILIPVIVS**, παυσίλιπος, poculum erat in conuiujs tertium, Ioui feruatori dicatum, quod curas abigeret.
- PAUSO**, sas, [Cessare.] παύομαι, quietisco. Pla. in Trin.
- PAUXILLATIM**, [A poco, à poco.] κατὰ μικρὰ, paullulum, sensim, pederentim. Plautus in Epistola: Cœpi ad illas pauxillatim accedere.
- PAUXILLVIVS**, deminutiuum a Pauxillus. Plautus in Rud. Hoc colore capiuntur pauxilluli. Terentius Phorm. Pauxillulum nummorum.
- PAUXILLVM**, parum admodum. Pla. in Cap.
- PAUXILLVS**, [Pochino.] δλιγος, deminutiuum a paullum. Plautus in Aul. Verisimile non est, hominem pauperem pauxillum parui facere.
- PAX**, cis, [Pax. Gal. La paix. Hisp. La paz.] εἰρήνη, a pactione dicitur, quod nomen etiam pluraliter declinatum legitur. Horatius lib. 2. ep. Hoc paces habuere bonæ, uentique secundi. Varro: Animaduertendum, quibus de causis, & quemadmodum constituerunt paces. Est autem Pax proprie publica tranquillitas. Cic. de Sen. Cum sententia fenatus inclinaret ad pacem. Pax (inquit Cic. 2. Phil.) est tranquilla libertas. Aliquando accipitur pro uenia. Virg. 3. Ae. Sed uotis precibusq. iubent exposcere pacem. Nonnumquam pro propitiatione. Idem 4. Aen. Pacemq. per aras Expoſcunt. Habet autem hoc nomen uarios in oratione usus, dicimus enim, Conciliare pacem inter aliquos, Conficere pacē, Consulere paci, Cum pace aliquem dimittere, Cum pace aliquem agere, Eripere pacem. Pace tua, honestus reprehendendi modus, id est, tua uenia, te non irascente. Ter. in Eun. Pace quod fiat tua. Similiter, pace tua dixerim. Pax etiam aduerbium comicum est, & silentium quoddam impetrantis uim habet. Ter. in Hea. Dum argentum capio, pax.
- PAXILLVS**, [Palo. Gall. Vn pau, un pien. Hisp. Palo.] πάλλος, palus. Hoc nomen Priscianus credit per deminutionem a palo factum: quod tamen uel Cicerone teite falsum esse constat, qui palum contra eæ paxillo contractum esse asserit, fuga litteræ uastioris. sic enim scribit in Orat. Quo modo Axilla, Ala factus est, nisi fuga litteræ uastioris, quam litteram etiam e maxillis, e taxillis, & uexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermōnis euellit.

PECCATVM, [Peccato. Gal. Peché. Hisp. Pecado.] Terentius in Prol. Eu. Si id est peccatum, peccatum imprudentia est. Prius est nomen, secundum participium. Est autem Peccatum, quidquid sit contra officium. Cic. de Am. Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Idem Att. lib. 3. Scio nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse. Viu g. 10. Aen. Luant peccata, neque illos Iuueris auxilio.

PECCO, as, [Peccare. Gal. Pecher. Hisp. Pecar.] Ter. in And. Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor Id quoque. Cic. libro 1. Off. passiuo usus est, cum ait: Multa peccantur. Et imperfonaliter, lib. 1. Off. Cauendum est, nequid in eo genere peccetur. Constructur aliquando cum accusatiuo cum In. Ter. in Adel. In istam partem potius peccato. Aliquando cum ablatiuo, cum eadem præpositione. Cic. 5. Ver. Si uno aliquo in genere peccasset. Aliquando cum accusatiuo sine præpositione. Pla. in Bacch. Si unam peccauisses syllabam.

PECORARIVS, [Pecoraio. Gal. Gardien de bestail. Hisp. Cosa de mucho ganado.] qui pecora publica redimit, ut inquit Asconius. Est etiam qui pecorum curam habet. August. lib. 15. Ciu.

PECORINVS, a, um, ποβοζτινος, ex pecore, ut Pecorina caro.

PECOROSVS, a, um, [Ch'abonda di pecore. Gal. Abondant en bestail. Hisp. Cosa de mucho ganado.] ποβοζτινοδης, quod pecore abundat. Prop. l. 4. Venit ad inuictos pecorosa palantia montes.

PECTEN, nis, mas. gen. [Pettine. Gal. Vn peigne. Hisp. El peine.] κτείν, instrumentum textorum, quo subtegmen stamini immittitur. Virg. 1. Ge. Arguto coniuu percurrit pectine telas. A cuius similitudine & Pecten dictus, qui explicat capillos. Ouid. 4. Metam. Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines. Est quoque gratis dentata genus stylis ferreis, ad colendum terram. Item ferreum instrumentum, quo rariores segetes metebantur. Columella libro 2. capitu. 21. Alii pectinibus ipicam ipsam legunt. Item pubes, id est, locus, ubi pili ad uerenda nascuntur. Iuuen. Sat. 6. Inguina traduntur medicis iam pectine nigro. Dicitur Pecten, quia, ut barba

PETROSELINVM, quaſi apium petrinum, herba, ſemine nigro, guſtu amaro: ita dicta, quod optime in petris proueniat, præſertim in Macedonia: unde etiam Macedonicum a quibusdam cognominatur. Dioſc. lib. 3. c. 75. & Plin. lib. 20. c. 42.

PETVLANS, [Petulant eſt. ſcino. Gal. Qui toujours boule l'un frappe l'autre, effronté, petulant. Hiſp. Deſuergoçado, y pedigüeño.] ὑβρις, impudens, procax, cum alios per contumeliam petimus. Cicero 2. de Orator. Illud aſſequor, ut ſi quis mihi forte maledicat, petulans, aut plane inſanus mihi eſſe uideatur. Quandoque accipitur pro laſciuio. Cic. in Parad. Laſa eſt libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quam ſi petulans fuiſſet in aliqua nobili uirgine.

PETVLANTER, [Sfrenatamente. Gal. Effrontément, impudiquement. Hiſp. Deſuergoçamente.] Modo procaciter. Cicero Att. libro 2. Diſphilus tragædus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus eſt. Modo laſciuæ, Ouidius in Epistoſa Paridis ad Helenam:

Vt poſſem uerbis petulantius uti,
Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.

PETVLANTIA, æ, [Laſciuia. Gal. Malice effrontée, mannaſtie eſhontée, petulance. Hiſp. Aquel deſuergoçamiento, laſciuia demaſiada.] ὑβρις, laſciuia, ſiue eſſrenatio immodica ad quodlibet uitium. a petendo dicta. Cic. in Cat. Petulantia, & libido magis eſt adoleſcentum, quam ſenum. De peſudibus, Col. l. 7. c. 6. De arborum ramis, Pli. lib. 16. c. 30. De morbis, Gell. lib. 12. c. 3.

PETVLCVS, ci, [Laſciuio.] δόξασις, laſciuus. Virg. 4. Ge. Hædiqu. petulci. Vbi Seruius. i. laſciuus, exultantes. Col. lib. 7. c. 3. Capri petulci ſæuitiam paſtores hac aſtutia repellunt: Vnde meretrices quoque petulcas ueteres dixerunt, a petendo.

PETVSCVM, Palatij, dicta eſt ea regio urbis, quam Romulus obuerram poſuit ei parti, in qua plurimum erat agri Romam ad mare uerſus: quia molliffime inde adibatur urbs, cum Etruſcorum agrum a Romano Tiberis diſcluderet, ceteræ uicinæ ciuitates colles aliquos habentes oppoſitos. Feſtus.

*PEUCE, τῶς δῖος, parua inſula in uno oſtiorum Iſtri. Plin. 4. 12.

PEUCEDANVM, Plinio, ſiue Peucedanus, τῶς δῖος, Dioſc. herba, tenui caule, & oblongo, feniculo non diſſimili, iuxta terram folio ſonomen inuenit a pinu, cuius folia imitatur. unde, & Pinatellum non nulli ex recentioribus appellauerunt.

*PEVETIA, pæniſula in finibus Italiæ. Plin. 3. 5.

PEXAVS, a, um, qui pexa ueste eſt indutus. Pexæ autem uestes dicuntur, quæ uillos habent eminentes, & oblongos. Mart. l. 2.

Pexatus pulchre, rides mea zoile trita.

Eſt & Pexatus, participium a Pexo, as, quod eſt frequentatiuum uerbi Pexo.

PEZITE, fungi, ſine radice, aut pediculo, quaſi Pedestres. Plin. l. 19. cap. 3.

P A N T E H

*PHABIRANVM, Germaniæ urbs, hodie Bremen. Ptol.

*PHACION, Theſſaliæ opidum. Thuc.

PHAEACES, φαίακες, populi Corcyrae: unde & Corcyra Phæacia dicta eſt: quæ inſula in oſtio maris Adriatici. Hodie uocant Corphu. Nominatiuus ſingularis eſt Phæax. Horat. lib. 1. epist.

Pinguis ut inde domum poſſis Phæaxq. reuert. Vbi Phæacem poſuit figurate pro homine uentri ac gulæ dedito: quales in Phæacia, hoc eſt Corcyra eſſe ſolent: de quibus ſic ait Hor. ep. l. 1.

Quis pulchrum fuit in medios dormire dies,

Et ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.

Hinc Phæacius, a, um, & Phæacus, a, ſi, una ſyllaba minus. Prop. l. 3.

Nec mea Phæacas æquant pomaria ſiluas.

*PHAEACVM, ciuitas in planitie Phæaciæ inſulæ.

PHAECAſIVS, calcei genus, unde Phæcaſiatus ſacerdotes, & deos uocamus. Senec. ad Lucil. Si Phæcaſatum conſpexeris.

*PHÆDON, Athenienſis, in cõuiuiõ a triginta tyrannis interfecit.

PHEDRA, φαίδρα, Minois Cretæſium regis filia fuit, & uxor Theſei, quæ amore Hippolyti priuigni capta, cum ipſum adducere non potuiſſet, ut patrem thalamum conſpurcetet, apud patrem eum detulit, tamquam ſtuprum ſibi inferre uoluiffet.

*PHÆSTVM, urbs Crete.

*PHÆSTVS, mons Crete.

PHÆSTON, [Phæſton.] φαέθων, Solis filius ex Clymene, qui cum a patre impetraſſet, ut uno die curſus ſui habenas ſibi permitteret: au rigandiq. imperitus calum & terram combureret, a Ioue ſalmi-

ne e curſu

ne e curru excussus, in Padum fluvium decidit. Dicitur Phaeton, *ἄπὸ τῆς οὐρανίας*, luce, & *αἴθρῳ*, uro. Virg. 5. Aen.

Auroram Phaethontis equi iam luce uehebant.

PHAETHONTIADES, Clymenes, & Solis filia dicuntur, sorores Phaethontis, quæ dum extingentum fratrem flerent, conuersæ sunt in alnos arbores, ut ait Virg. 6. Ecl. ut uero 10. Aen. in populos.

* **PHAETHVS**, Solis filia ex Næra nympha. Ou. 2. Met.

PHALÆ, uel, (ut alij scribunt,) Falæ, dicitur sunt turres lignæ, teste Nonio, quæ spectaculorum gratia erigebantur. Festus: Phalæ lignæ turres sunt, ob altitudinem dicitur a falando, quod apud Etruscos significat cælum. Ennius: Malos diffidunt, sunt tabulata, phalæque.

PHALÆCIVM CARMEN, a Phalæco inuentore nomen accepit, alio nomine hendecasyllabum, a numero scilicet syllabarum. Constat spondeo, dactylo, & trochæis. In prima tamen sede pro spondeo modo trochæus legitur, modo iambus.

PHALANGÆ, [Stanghe. Gall. Rouleaux qu'on met sous les nauires, pour lester à l'eau ou à bord. Hisp. Las palancas.] *φάλαγγες*, sunt quibus baiuli ferendis oneribus utuntur. Plin. lib. 7. c. 56. Phalangæ fustes sunt nodis carentes, quibus Afri prælium contra Aegyptios primi fecerunt. Iulius Pollux: Phalanges, (inquit) siue Phalangæ dicuntur ligna, quibus subiectis naues trahi solent. Scribit Herodotus, Aethiops uicenos dentes elephantorum grandes, & e materia hebeni centenas phalanges, tertio quoque anno tributum uice regibus pendere solitos. Nonius abiecta adspiratione uocat Palangas. Palangæ (inquit) dicuntur fustes teretes, qui nauibus subijciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, uel cum ad litora subducuntur: unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transuehunt. Varr. de vita P. R. Cum Pœnus in fretum obuium uenisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissime pro palangis carnis subiecerat. Hinc Latini formauerunt uerbum Palango, as, onus aliquid huiusmodi fustibus transueho. Afranius: Capream uenam semilaceram quaterni simul palangabant.

PHALANGARII, appellati sunt milites, qui erant in Phalange.

PHALANGITES, herbe nomen, quæ alio nomine Phalangium, a nonnullis etiam Leucanthemon, teste Plin. lib. 27. c. 12.

* **PHALANTHVS**, Laco fuit, qui dux Laconum factus Tarentum uenit: urbemq. auxit. Seruius.

PHALANX, phalangis, [Squadra. Gall. Armée Macedonique de huit mille hommes de pie armée, Hisp. Gente de pie puesta en ordenança.] dicitur Macedonica, qua quadrata acies, & cuneus militaris intelligitur, quando scilicet pes pedi, clypeus clypeo, uir uero in acie conseruatur. continebat autem octo millia armatarum. Et hoc peculiare fuit Macedonum institutum, ut auctor Lilius libro 8. cum ait: quod antea Phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipularum structa acies coepit esse. Curtius de gest. Alex. Maced. Phalangem uocant peditum stabile agmen, ubi uir uero, armis arma conferta sunt. Cæs. 1. Bell. Gall. Milites nostri e loco superiore pilis missi, facile hostium Phalangem perforerunt. In quo Cæsaris exemplo procul dubio accipitur Phalanx pro armorum connexionem, atque testudine. Hinc per translationem a Satyrico Poeta dictum, lunæque umbone Phalanges. Item Phalaux, est regula continens lances, id est, libram. Phalangicæ, dicuntur milites ex phalange. Liu. 37.

* **PHALARA**, ciuitas in sinu Meleaco. Plin. 47. Est etiam in num. plur. portus Atheniensium.

PHALARICA, *φάλαρική*, genus teli ad modum hastæ, ualido præfixum ferro, quod in longitudine habet pedes tres: inter cuius tubam, & hastile sulphur, resina, bitumen, stupa conuoluuntur, infuso oleo, quod incendiarium uocant. deinde balistæ impetu emissa prærupto munimine ardens, figitur ligno, turritamq. machinam incendit. Est autem magna, & parua phalarica. Vnde Lucan. dixit phalaricam neruis mitti torilibus. Virg. uero l. 9. Turnum manu iaculari potuisse phalaricam ostendit. Sed magnum (inquit) stridens contorta phalarica uenit, Fulminis acta modo. Dicitur autem Phalarica, teste Seruio, quod ea uocantur Phalarum, id est, turrium propugnatores, siue (ut Vegetio placet) quod turritæ machinæ ea incenduntur.

PHALARIS, *φάλαρις*, nomen proprium Agragantinorum regis crudelissimi, qui præter cetera nouorum suppliciorum instrumenta taurum habuit æneum Perilli arte fabricatum, in quem immissi damnati, igneque subiecto bouis mugitus edebant, cuius muneris nomine cum artifex non leue munus speraret, iussu Tyranni in taurum coniectus, primus artis suæ specimen præbuit. Ipse quoque Phalaris, cum nimia eius atrocitas ulterius ferri non posset, factus in eum uniuersorum ciuium impetu, correptus, ei ipsi tauro, quo alios exusserat, inclusus, uiuus crematus est. Cic. l. 2. Off. Phalaris præter ceteros nobilitata crudelitas, qui non ex insidijs interijt, sed in eum uniuersum Agragantinorum multitudinem impetum fecit. Ou. in lb. Vtq. ferox Phalaris, lingua prius ense resecta, More bouis Phario clausus in ære gemas.

Est præterea Phalaris auis quædam ex genere amphibiorum. Var. 3. de re rust. c. 11. Apud Plin. tanien lib. 10. c. 48. & Col. lib. 8. c. 15. Legimus Phalarides per secundam uocalem in antepen.

PHALÆRÆ, arum, [Abigliamenti de cavalli. Gal. Bardes de cheuaux. Hisp. Los jaques de cavallo.] ornamenta equorum, *ἄπὸ τῆς φάλαι*, quod significat illustre. Virg. lib. 6. Aen.

Primus equum Phaleris insignem uictor habeto.

Nonnumquam etiam equitum, & uiroborum nobilium Phalæræ dicuntur: unde Liu. 9. tradit comitia ædilitia Cn. Flauij scribere tantum habuisse indignitatis, ut plerique nobilium aureos anulos & phalæras deponerent.

PHALÆRATVS, *τά*, tum, *φάλαρωτός*, phaleris ornatus. Suet. de Clar. Equo phalerato, & in ueste palmata. Translate Phalæratum appellamus, quod ueniatum est, & ad speciem ornatum; metaphora ducta ab equis uenialibus, qui, ut carius uendantur, phaleris solent exornari. Sic Terent. in Phor. Phalærata dicitur posuit pro ornatis & fucatis.

PHALÆRIDES, aues ex genere natantium, in Seleucia Parthorum & quodam Asia tractu præcipue nascentes. Plin. lib. 10. c. 48. Col. lib. 8. c. 15. Claustræ pascuntur anates, boscides, phalærides.

PHALÆREVS, *φάλαρῆς*, gentile nomen est, a Phaleris Atheniensium portu deductum, quo cognomēto dicitur Demetrius philosophus, Theophrasti auditor, de quo Str. lib. 9.

PHALÆRIVM, *φάλαρῖον*, urbs Etruriæ. Inde Phalerius, a, um, Step.

PHALISCVS; populi Etruriæ, quorum opidum Phalerij uocabatur. Sunt qui arbitrantur Phaliscos esse, qui eam Etruriæ partem inhabitant, ubi est opidum, quod hodie, Montem Flaconem uocant: cum potius Montem Phaliscum dicere debeamus.

PHANÆVS, *φαναῖος*, promontorium in Chio insula, optimo uino nobilissimum. Auctor Seru. in illud Virg. 2. Georg. Firmissima uina, Tmolus; & affurgit, quibus & rex ipsa Phænus.

PHANATICVS, [Spiritato. Gal. Furieux. Hisp. Loco furioso.] diuino spiritu afflatus, qualem insanientem Aiacem fuisse Poetæ ferunt, cum in pecora læuiret, Agamemnonem se, & Vlyssiem occidere ratum. Cic. pro domo: Quid tibi necesse fuit homo phanaticus, sacrificium, quod alienæ domi fieret, inuifere? Hunc morbum phanaticum errorem uocat Hor. de Arte.

PHANESII, populi in insulis Oceani Septemtrionalibus, qui (ut Solinus ait) habent aures adeo effusas, sicut reliqua uiscera contendant illis.

PHANVM, phani, [Tempio, chiesa. Gal. Temple. Hisp. Templo.] *φῆος*, templum, quia *φανερόν*, apertum significat: & omnibus aduentibus aperta sunt templa. Cic. 3. de Fin. Peccatum est patriam prodere, parentes uiolare, phana depeculari. Cæsar 1. Bell. Ciu. Pecuniæ & phanis tolluntur.

PHARAONES, *φαραῖνες*, appellantur Aegypti reges, quod cognomēto fuit dignitatis, ut scribit Eusebius. Aegyptiorum enim lingua Pharaon regem significat, ut docet Iosephus lib. 8. Antiq.

PHARETRA, *φάρετρα*, [Turcasso, faretra. Gall. Vne trouffe de fleches ou carquois. Hisp. Carcaz à java.] *φάρετρα*, sagittarum theca. Virg. 2. Aen. Succinctam pharetra, & maculosæ regmine lyncis.

Dicitur Pharetra, *τὰρὰ τὸ φῆρον τὰ πῶντα, ἢ γυνέλει*, i. quod ferat sagittas capax pharetra. Oui. 9. Met. Plenæ pharetræ. Ouid. 4. de Pont. Hinc Pharetratus, qui pharetram fert. Oui. 1.

Lege Pharetratæ uirginis arua coli.

Virg. 4. Ge.

Quaque pharetratæ uicinia Perfidis urget.

PHARIAS, *φάριος*, serpens est, sulcum, dum serpit, cauda in terra faciens. Luc. lib. 9. Et contentus iter cauda sulcare pharias.

PHARISÆVS, *φάρισῆος*, nomen sectæ Iudeorum religiosæ. Erant enim apud Iudeos tres sectæ, Phariseorum, Sadduceorum, & Esæeorum. Hieron. contra Vigilant. Quasi sepulcra pharisaica foris dealbata. Dicitur autem Phariseus, quasi separatus, ab Hebræo pharas; quod est diuidere, propterea quod qui hanc sectam colebant, a ceteris habitu moribusq. distinguerentur.

PHARMACEVTRIA, [Magistra, trega.] *φάρμακεία*, dicitur, quam nos sagam dicimus, uel ueneficam. Hoc nomine Vir. Ecl. quandam inscripsit, in qua Theocriti imitatione uenefica quædam inducitur, quæ magicis incantationibus animam uiri, a qua spernebat, ad suum anorem conatur reuocare.

PHARMACOPOLA, *φάρμακον*, [Profumiere. Gall. Vn apothecaire. Hisp. Botica-rio.] *φάρμακον*, pharmacorum uenditor: *ἄπὸ τῆς φαρμάκου τῆς φάρμακα*, Hor. lib. 1. Ser. Sat. 2. Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ. Cic. pro Clu.

PHARMACVM, *φάρμακον*, uocabulum medium, quod tam pro toxico, quam pro salutarifero medicamento accipi potest, quemadmodum Veneni appellatio apud Latinos. Caius l. qui uenenum, ff. de uerb. sign. Qui (inquit) uenenum dicit, adiciere debet, an malum, an bonum sit. et num medicamenta uenena sunt.

PHARMACVSA, *φάρμακον*, dux insulæ exiles, iuxta Atticam regionem in mari Salaminiaco, in quarum altera (ut inquit Str. lib. 9.) sepulcrum Circes uisitur. Pli. eiusdem nominis insulam inter Sporadas connumerat,

- numerat, lib. 4. c. 12. Hanc Stephanus supra Miletum collocat.
- * **PHARNACIA**, *ἡ φαρνακία*, regio, & urbs Pontica, Trapezunti proxima. Steph. & Plin. 4. 12.
- PHARNAX**, cis, p. co. Mithridatis filius, qui cum maiore ciuili bellis, quod inter Cæsarem, & Pompeium gerebatur, quam propriarum uirium fiducia, Cappadociam inuasisset, a Cæsare fulminis in morem est obrutus: unde etiam inter Põtici triumphis *fercula*, (teste Suet. in Cæs.) tria hæc uerba prærata, *Veni, uidi, uici*, non acta belli significantia, sed celeriter confectis notam.
- PHAROS**, *ῥαῖος*, olim insula, Canopico Nili ostio adiecta, dieique unius nauigatione (si Homero credimus) a continente dirempta. hodie uero Alexandriæ ponte coniuncta, cuius mutationis causam quidam Nilo assignant, cuius ostia magnam perpetuo limi uim ad proxima aggerunt uada. In ea turris est ingens, a cuius similitudine ceteræ quoque speculæ, similem in usum constructæ, Phari appellatæ sunt. Pap. Lumina noctuagæ tollit Pharus amula Luna. Scribit Ægeesi. lib. 4. Pharon a Græcis Latinisq. appellari ex ipsius rei usu, quod longe uideatur a nauigantibus, tamquam *ἄντ' τὸ φανῶ*, quod est lucidum, immutata littera, Pharos dicatur. Hinc Pharius, riarium, & Phariacus, riacia, riacum, ut Sinistra Phariaca. Est item Pharos, maris Hadriatici insula, Illyrico adiacens, antea Paros dicta. Plin. lib. 3. c. 21.
- * **PHARPHARIADES**, pars una est Tauri montis. Plin. 5. 17.
- PHARSALIA**, regio Thessaliæ, Pharsalo opido circumiacens, a quo & nomen accepit. Sunt tamen, qui uocatum fuisse existimant a Pharsalo duce, quæ primo Aemathia, ab Aemathio, postea Thessalia, a Thessalo, deinde a Macedone Macedonia diceretur.
- PHARSALICVS**, a, um, ut, campi Pharsalici, in quibus duorum maximorum bellorum ciuilium procellæ detonauerunt, primum inter Cæsarem & Pompeium: alterum inter Augustum, & percussores Cæsaris, Brutum & Cassium. hi & Philippici dicti sunt, siue a Philippo rege, siue a Philippis uicina urbe.
- PHARSALOS**, seu Pharsalum, *ῥαρσαλος*, Steph. Thessaliæ opidum, in ripa Enipei fluminis situm, de quo Luc. 1. 6. & Cæs. 1. 3. Com.
- PHARVS II**, Plin. lib. 5. cap. 8. & Pompo. lib. 1. populi sunt Africae ultra Mauritaniam. hi quondam Peris fuisse dicuntur, comites Herculis ad Hesperidas tendentis. Qui fabulosa narrant, Thebano hæc Herculi tribuunt. at qui historicam ueritatem persequuntur, Aegypto Herculi, qui Lybicus cognominatus est, potius adscribenda censent. Str. lib. 17.
- * **PHASE**, Hebraica uox, Latine transitus dicitur, quam uocem lxx. interpretes Pascha conuerterunt.
- PHASELIS**, Pamphylia urbs, in monte sita, pyratum olim persurgium. Cic. in Ver. act. 6. Messanam Siciliae opidum Verri prætori, prædoni & pyratæ Siciliensium, Phaselin quondam fuisse ait, quod omnes furtorum aceruus illuc deportasset.
- PHASELVS**, phaseli, *ῥασηλος*, Straboni, & Appiano, nauigii genus, mistam habens formam ex oneraria, & longa triremi, quod tam uelis, quam remis agi poterat. Carullus:
- Phaselus ille, quem uideris hospites,
Aiunt fuisse nauium celerissimus,
Neque ullius natantis trabis impetum
Nequisse præterire, siue palmulis
Opus foret uolare, sine linteo.
- Nonius Phaselum interpretatur nauigium Campanum. Baysius eundem existimat fuisse cum myoparone, aut certe ab illius figura non multum distantem. Nec defuerunt, qui in Pamphylia primum inuentum suspicari sint, & a Phas. lide opido nomen accepisse.
- PHASEOLVS**, per quattuor syllabas, [*Fagiolo. Gall. Phaseoles, une espece de pois. Hi. Frijoles.*] *ῥασιολος*, genus leguminis, siliquam ferens longiorem, quam fenogracum, quæ una cum femine manditur uiridis ex oleo & garo. Virg. 1. Ge. Viciamq. feres, uilemque phaselum.
- PHASIANARIVS**, qui phasianos pascit. Pau. Iureconsultus.
- PHASIANI**, [*Fagian. Gall. Vn fais. Hlsp. Faisan.*] *ῥασιανοί*, aues noctæ, a Phasi fluuio ita nominatæ; unde ab Argonautis primum in Græciam, atque inde ad nos putantur esse deportatæ. Mart. 1. 13.
- Argo primum sunt transportata carina.
Ante mihi notum nil nisi Pharis erat.
- In hanc auem Irym Terei filium mutatum mythici fabulantur. Phasiana, n. x. idem Plin. lib. 10. c. 84.
- PHASIAS**, adis, [*Medea.*] patronymicum fem. a Phaside fluuio, siue opido, quod Poetæ pro Medea fere usurpant, Phasidis alumna. Ouid. 3. de Arte: Matrim Barbara per natos Phasias ulta suos.
- PHASIS**, is, uel idis; *ῥάσις*, Colchorum prægrandis fluuius, de quo Luc. 1. 3. Colchorum qui rura facit ditissima Phasis. Plin. 1. 6. c. 4. Nauigatur Phasis quamlibet magnis nauigiis xxxix. m. d. pass. Fuit item opidum, ac fluuii huius ostium situm. Plin. lib. 6. c. 4.
- * **PHEGEA**, p. p. *ῥέγηα*, ciuitas Arcadiæ. Steph.
- * **PHEGEVS**, *ῥηγῆς*, pater Alpheisbæ, Ouid. 9. Met.
- PHELLANDRION**, herba, quæ in palustribus nascitur folio apii. Quidam existimant esse, quam officinæ Filipendulam uocant:
- alii eandem faciunt cum apio palustri, quod a Dioscoride *ἑλεοπέλανον* uocatum.
- PHEMONOE**, *ῥημορόν*, Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici uates dicitur fuisse, & carmen heroicum inuenisse, ut ait Pauf. Stat. 1. 2. Sil. Refertq. arcana pudicos Phemonoc fontes.
- * **PHENEVM**, opidum Arcadiæ. Steph.
- * **PHENEVS**, lacus Arcadiæ. Ouid. 1. 5. Met.
- PHENYON**, herba, quæ & Anemone dicitur, quasi herba uenti. sic enim uulgus appellat, quod eius flos uento spirante aperitur. Plin. lib. 21. c. 23.
- PHENGYTES**, *ῥεγγίτης*, lapis duritia marmoris, candidus, & translucent: unde & nomen habet. nam *ῥέγγος*, splendor. Plinius libro 37. capitulo 22.
- PHERAÆ**, rum, opidum Thessaliæ, ad Boebedem lacum. Est item opidum in Achaia proprie dicta. Phæreus, a, um, Ouid. in Epist. Oenones.
- * **PHERECRATES**, Atheniensis, Poeta Comicus. Suid.
- PHERECYDES**, p. p. *ῥερεκύδης*, Philosophus, & Poeta tragicus, ex Scyro insula, teste Strab. lib. 10. Floruit regnante Ser. Tullio apud Romanos, ut Cic. lib. 1. Tusc. refert. Hic primus dixit animos hominum esse sempiternos: primus scripsit soluta oratione (ut Appuleius in Floridis auctor est) repudiato uersu uerbi hunc Pythagoras magistrum coluit. Perit phthiritia, i. pediculari morbo, de quo Serenus: Sed quis non paueat Pherocydis fata tragædi, qui nimio sudore fluens animalia tætra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt. Hic, etiam si nullum magistrum habuerit, tamen per se multum eruditionis est consecutus, ut auctor est Suidas. Quamquam Diogenes Laertius eum Pittaci auditorem dicit existisse. Alius fuit Pherocydes, teste Laertio, antiquior etiam superiore, Atheniensis, & Philosophus, qui ab Orpheo multa didicit, scripsitque Theogoniam libris decem. item libellum De rerum principio. Pherocydem alium, Laertium genere, Historicum commemorat Suidas.
- * **PEREMICE**, p. p. mulier, quæ Olympia spectauit. hæc patrem, & tres fratres Olympicos habebat, & filium uictorem reduxit. Aelian. de uar. hist.
- PHIALA**, læ, *φιάλη*, poculi genus capacius: ita dictum, quasi *πιάλη*, κατ' ἀντιστοιχείαν, παρὰ τὸ πείν ἄλις παρέχειν, ab eo, quod affatum ad bibendum suppeditet. Solent autem phialæ ex auro fieri: quod ipsum non obscure inuit Iuu. Sat. 7.
- PHIDIAS**, *ῥοφίδης*, nobilis statuarius, qui in ebore scalpendo citra æmulum claruit, diis tamen (ut inquit Quint.) quam hominibus efficiendis melior. inter huius opera præcipue commendata est Mineræ statua, quam Athenis ex ebore fecit, xxv i. cubitorum altitudine, in cuius clypeo Amazonum pugna & Gygantomachia insculpsit, in soleis uero Centaurorum & Lapitharum certamen: proximam commendationem meruit Iuppiter Olympius, & ipse totus ex ebore. Calaur & Venerem, quæ postea Romæ sita fuit in porticu Octauia. Itē Nemesin Rhamnusiæ. A Phidias fit Phidias, a, um. Prop. 1. 4. Phidias signo se Iuppiter ornat eburno. Mart. lib. 6.
- * **PHIDIPPVS**, Herculis nepos ex Thessalo filio.
- PHIDITIA**, phiditiorum, cenationes Lacedæmonii seu conuiuia nominabant, siue quod *φιλίας*, i. amicitia causa instituta sint, siue potius a parcimonia: *φειδομαι*, enim parco; unde & Phiditia conuiuia parca, & frugi. Cicero 5. Tusc. Quid uictum Lacedæmoniorum in phiditiis conueniebant enim ad phiditia conferentes singuli farinæ modium, uini coros octo, casei quinque minas, ficuum quinque semiminas.
- * **PHILAE**, urbs Macedoniae, ad Peneum amnem. Sunt etiam eiusdem nominis quattuor insulæ in Nilo.
- * **PHILADELPHA**, ciuitas in Mysia.
- * **PHILAMNON**, Apollinis filius ex Chions nympha.
- * **PHILEMON**, Syracusius, comædiæ nouæ scriptor.
- * **PHILETAERVS**, *φιλῆταῖρος*, Atheniensis comicus, Aristophantis comici filius. Suid.
- * **PHILETVS**, Poeta, elegiarum scriptor, ex insula Co. qui Philippi, & Alexandri Magni ætate floruit. fuitque Ptolemæi Philadelphi præceptor.
- PHILADELPHVS**, Ptolemæi regis Aegypti cognomen, qui bibliothecam fecit Alexandriæ, fere quinquaginta millia librorum continentem.
- PHILAE**, philarum, *φίλαι*, insula aspera, & undique prærupta, adiacens Aegypto, duobus in unum coitibus amibus cincta, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Str. 1. 17. & Luc. 1. 10. Quæ dirimunt Arabum populis Aegyptia rura Regni claustra Philæ.
- PHILIPPI**, seu Philippi, *φιλίπποι*, aurei quidam nummi, a Philippo Macedone ita appellati: quorum apud Plaut. frequens mentio est, ut in Pænulo. Horatius libro 2.
- Retulit acceptos regale numisma Philippos.
- PHILIPPI**, ciuitas Thessaliæ, quæ Dathos antea dicebatur, quam Philippus

- Philippus Macedonum rex instauravit, & a nomine suo Philippos nominavit. Vir. 1. Ge. Romanas acies iterum uidere Philippi. Sunt & Philippi in Thracia. Plin. lib. 4. c. 11.
- PHILIPPEVS**, pica, picum, denominatum a Philippo, ut Campi Philippi, ciuitibus cladibus nobilitati, in quibus primum Cæsar Pompeium, postea Augustus Brutum & Cassium uicit.
- PHILIPPOLIS**, opidum Macedonia, a Philippo conditum, patre Alexandri. Steph. Plin. Philippopolim in Thracia constituit.
- PHILIPPVS**, φίλιππος, Amyntæ filius, & Alexandri Magni pater, Macedonum rex fuit, rei militaris peritissimus, rebusque gestis clarissimus, qui Macedonia regnum, quod antiquis antea finibus continebatur, adeo ampliavit, ut centum quinquaginta populi in Macedonia ditione numerarentur. Hic a Pausania quodam adulescente interfectus; qui cum de stupro sibi per uim ab Attalo ilato apud regem questus esset, & pro rei indignitate ultionem postulauisset, seque etiam a rege irrideri animaduertisset, iram in regem conuertit, & ultionem, quam ab inimico non poterat, ab iniquo iudice sumpsit. Iulianus. Alius fuit hoc nomine Romanorum Imperator, qui primus ex Rom. Imperatoribus Christianus fuisse perhibetur.
- PHILIPPVS**, Demetrii filius, &c.
- PHILO**, φιλω, Academicæ sectæ Philosophus insignis, Ciceronis in philosophia præceptor, ut ipse testatur in lib. de Clar. Or. Fuit etiam hoc nomine Iudæus Philosophus, Alexandria natus, disciplinis omnibus eruditus, & in nostra, & Græcorum philosophia bene uersatus. eloquentiæ autem Platonice tam diligens æmulator, ut illud uulgo de eo iactaretur, ἢ πλάτων φιλονίξει, ἢ φίλων πλατωνίξει, id est, aut Plato Philonissat, aut Philo Platonissat.
- PHILOCTETES**, κτετις, uel τε, p. pr. φιλοκτήτης, Præantis filius, & comes Herculis, cui idem mortens in Oeta monte mandauit, ne cui corporis sui reliquias indicaret, idque iurare eum adegit, deditque pro munere pharetram & sagittas Hydræ felle intinctas. Adueniente uero tempore, cum Delphico oraculo moniti essent Græci, ad euertendam Troiam sagittis Herculis opus esse, inuentus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negauit se primo aliquid de Hercule scire. tandem uero mortuum esse confessus est, & cum grauitur ad indicandum sepulcrum cogeretur, ne iurandū uiolaret, ictu pedis locum ostendit; cumque ad bellum Troianum deduceretur; quia ipse solus Lernæ sagittis uti poterat, unius sagittæ casu in pede, quo Hercules tumulum monstrauerat, uulnere perne immedicabili affectus est. tandem cum uulneris fetor a Græcis ferri non posset, in Lemno relictus est, sed, occiso Achille, Ulysses in Lemnum regressus ad Troiam illum reduxit, ut inquit Oul. lib. 3. Met. Deuicta autem Troia, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam uenit, ibique Petiliam condidit. Virg. l. 3. Aen. Hic illa ducis Melibœi Parua Philoctetæ subnixâ Petilia muro. Tandem opera Machaonis medici sanatus est, ProPERT. teste, qui inquit: Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon. Vide Præntiades.
- PHILOMELA**, φιλομήλη, nomen puellæ Pandionis Atheniensis regis filia, & sororis Prognæ, quæ cum a Tereo compressa fuisset, tandem (ut est in fabulis,) deorum miseratione in auem sui nominis conuersa fuit, quæ & Luscinia dicitur; quam etiam nunc deslere dicunt cantu dulcissimo iniuriam, quam passa est. Mart. l. 14. Flet Philomela nefas in celsi Tereos.
- PHILOPOEMENES**, siue Philopœmen, φιλοποίμενος, Suidæ, Megalopolitanus, dux Acheorum præstantissimus, Lacedæmonios & Mæsenios multis cladibus afflixit. Plut. in uita eius, & Liu. l. 35.
- PHILOSOPHIA**, φ, [Filosofia. Gall. Philosophie, amor de sagesse. Hisp. Amor de la sabiduria ó prudencia.] φιλοσοφία, amor, & studium sapientiæ. Cic. 2. Off. Nec quidquam aliud est philosophia, quam studium sapientiæ. Idem 1. de Leg. Ita fit, ut mater omnium bonarum rerum sit sapientia, a cuius amore, Græco uerbo, φιλοσοφία, nomen inuenit. Hæc scientia diuiditur in tres partes, in moralem, naturalem, rationalem. prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia bene differendi rationem docet.
- PHILOSOPHICVS**, φ, cum, [Filosofico. Gall. Appartenant à philosophe. Hisp. Pertenescente à philosopho.] Cic. 5. Tulc. A Bruto non modo impulsifumus ad philosophicas scriptiones, uerum etiam lasciuit.
- PHILOSOPHOR**, φ, φησι, [Filosofare, Studiar filosofia. Gall. Estudiar en philosophie, philosopher. Hisp. Estudiar en filosofia, filosofar.] φιλοσοφω, sapientiæ studeo, uel philosophorum more disputo. Cic. 1. de Nat. Deo. Cum minime uidebamur, tunc maxime philosophabamur. Idem 2. de Or. Decreui philosophari paucis, nam, omnino, haud placet. Pla. Pseu. Satis est philosophatum.
- PHILOSOPHVS**, φ, [Filosofus, amator della sapienza. Gall. Philosophe, amadeur de la prudencia. Hisp. Filosofo, amador de la prudencia, y sabiduria.] φιλόσοφος, amator sapientiæ: quod nomen a Pythagora primum dicitur esse profectum; qui sophistæ appellationem, tamquam arrogantiorem, refugiens, philosophum se nominari uoluit: post quem deinceps omnes sapientiæ professores hoc nomi-
- nis sibi uindicarunt. Cic. 1. de Or. Philosophi, qui de sapientia uisus omnia pene proficetur, est tamen quædam descriptio: ut is, qui studeat omnium rerum diuinarum, atque humanarum uim, naturam, causasque nosse, & omnem bene uiuendi rationem tenere & perfectum, nomine hoc appelletur. Genera Philosophorum describit Cic. 3. de Or.
- PHILOSTRATVS**, φιλώστρατος, Lemnius Philosophus, tempore Seueri Principis Romæ claruit. scripsit uitas Sophistarum ad Seuerum, & de uita Apollonij Tyanei libros octo, præterea heroica.
- PHILTRVM**, φιλτρον, tri, pharmacum amorem concilians. (Cic. amatorum poculum appellat.) i. quidquid eo animo cuiquam edendum bibendumue datus, ut eum ad nostri amorem inducamus.
- PHILYRA**, φιλύρα, a Græcis dicitur arbor, quam Latini Tiliã uocant. Plin. lib. 10. c. 14. Philyram uocare uidentur membranam tenuissimam inter corticem & lignum tiliæ arboris, ex qua coronarum legitimisci conficiebantur. Accipiuntur etiam Philyræ pro membranâ papyri, uel aliarum arborum, in quibus olim scribebatur. Mar. de Nu. Philolog. Libri in Philyra cortice subnotati. Plin. lib. 13. Preparantur ex eo chartæ diuisæ acu in prætenues, sed quam latissimas philyras. Est etiam Philyra proprium nomen filia Oceani, ex qua Saturnus in equum conuersus Chironem centaureum dicitur suscepisse; qui a matre Philyrides, & Philyreus dicitur.
- PHINEVS**, φυνεύς, Agenoris fuit filius, ut Hellenicus ait: ut Hesiodus, Phœnicis & Cassiopæ, Agenoris nepos, frater Cilicis, Dorycli, & Atamini. Hic igitur rex Arcadiæ, uel, ut alij, Thraciæ, uel, ut rursus alij, Paphlagoniæ, uxorem duxit Cleopatram, (quam quidam Stenobœam uocant) ex qua genuit Orythum, & Crambum, ut Sophocles; ut alij, Maryandinum & Thynam, uel, ut rursus alij Palæmonem & Phinea, quibus mortua priorē coniuge Cleopatra Harpalycen, Calais & Zethæ sororem, (quâuis Flaccus non Harpalycen, sed Cleopatram Boreædam sororem appellet) cui etiam Apollonij commentarius assentit, qui lib. 1. dicit: Phineum Cleopatram Boreæ & Orithyæ filiam uxorem duxisse, secundam uero Idæam Dardani filiam nouerçam superinduxit: cuius uasili filios suos ex Cleopatra susceptos excecauit. quapropter & ipse ex cæcatus est a dijs, & Harpyæ contra eum missæ, quæ cibos & mensam eius turpissime fædarunt. postea uero, aduenientibus ad eum Argonautis, a Calai & Zethæ fratribus alatis rursus ad Strophades insulas fugatæ sunt. postremo occisus est ab Hercule, cum is in solitudine liberos Phineii offenderet excecatos, comperiissetque eos calumniis nouerçæ eiectos fuisse.
- PHINEVS**, a, um, apud Sen. & Phineius, nazia, neium, apud Virg. l. 3. Aen. Quas dira Celæno, Harpizque colunt aliæ, Phineia postquam Clausa domus.
- PHLEGETHON**, φλεγέθων, fluius infernalis, flammis & stuantibus rapidus, a φλέγω, ardeo. Virg. 6. Aen. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon.
- PHLEGMA**, φ, [Flegma. Gal. Fleume. Hisp. Flegma.] φλόγμα, humor est in corpore animalis frigidus & humidus, quem Latine Pituitam uocamus.
- PHLEGONTIS**, φλεγόντις, gemmæ genus, quod flamma quadam intus ardere uidetur. Plin. lib. 37. c. 11.
- PHLEGRA**, φ, uel Phlegre, φ, φλέγρα, urbs Macedonia. Plin. l. 4. c. 10.
- PHLEGRAE**, φλέγραί, campi duo fuere, alter in Græcia, a Phlegra Thessaliæ ualle iuxta Pallenen, ubi gygantes cum dijs conflictasse traduntur: alter in Campania prope Cumas, in quo Hercules cū his prælium commisit. Str. lib. 5.
- PHLEGIAS**, φλεγιάς, Martis filius, rex Lapitharum in Thessalia, pater Ixionis, & Coronidis nymphæ: quam cum ab Apolline uitiatam sensisset, confestim ira percussus, templum eius Delphis incendit. quapropter Apollo iratus ipsum sagittis interfectum ad inferos detruxit, ubi hæc pœna afficitur, ut sub ingenti saxo ruinâ minitante sedens semper illum casurum suspicetur, & timeat. Phlegiæ item populi sunt insulari Thessaliæ, a Phlegea Ixionis patre cognominati. Virg. lib. 6.
- PHOCA**, φ, φώκη, bellua marina, corio, & pilis tecta, per somnum mugiens. unde & Vitulus marinus appellatur. Virg. lib. 4. Geo. Pascit sub gurgite phocas. Plin. lib. 9. c. 7. Vituli marini, quos uocant Phocas, spirant, & dormiunt in terra.
- PHOCAEA**, φ, φώκαι, urbs Ionie, Atheniensium colonia, teste Str. lib. 14. unde profecti sunt, qui Massiliam apud Gallos non procul a Rhodano condidere. Dicta Phocæa, quod uituli marini magno numero apparuissent urbem condentibus. Est etiam in Cariâ Phocæa, monti Mycalæ opposita. ab hac Phocæenses, ut a Græcorum Phocide, Phocenses. ab utraque Phocæicus, a, um.
- PHOCAE**, φ, φώκαι, Ionie populi, qui assiduis Persarum bellis exagitati, communi consensu patriam reliquerunt. uaria deinde fortuna us, tandem in Galliam delati, Massiliam condiderunt. Horatius: Nulla sic hac potior sententia, Phocæorum Velut profugit exsecrata ciuitas.
- PHOCIS**, φ, φωκίς, φ, φώκις, exigua Græciæ regio sinui Crissæo adiacens,

- cens, Delphico oraculo, & Helicone, Parnassoq. montibus inclinat. incolæ dicuntur Phœnices, *φωκῆς*; a quibus nonnulli putant protectos esse Massiliæ conditores, non (ut alii existimant) a Phœnibus. Ioniæ populis. Cui etiam sententiæ non obscure subscribit: Plin. l. 3. c. 4. vbi Massiliam Græcorum Phœnium coloniam appellat, ad discrimen, ut uidetur, Asiaticorum. Idem innuit & Luc. lib. 5. cum ait: Massiliæq. suæ donatur libera Phocis.
- PHŒBAS**, bādis, Phœbi sacerdos: dicta, teste Seruio, quod Phœbei numinis concepto afflatu fureret in bacchantis imaginem.
- PHŒBE**, [*Πηνελόπεια*, *Διώνη*], Phœbi soror, Diana, siue Luna. Virg. I. Geo. Vento semper rubet aurea Phœbe. Ouid. 2. Met. Quanto splendidior, quam cetera sidera fulget, Lucifer, & quanto quam Lucifer, aurea Phœbe. Iaculatrix Phœbe. Ovid. ep. 19. Innupta Phœbe. 1. Met. Nemoralis Phœbe, Stat. 1. Silu. Phœbeus, 2. um, Virg. 3. Aen.
- PHŒBUS**, [*Φέβος*, *Άπώλλων*], Apollo, Iouis & Latonæ filius, eodem partu, cum Diana redditus, diuinationis & sapientiæ deus a Poetis existimatus, & medicinæ repertor. Dicitur Phœbus, quasi *φῶς τῆς ψυχῆς*, lux uitæ.
- PHŒNICES**, populi Syriæ, Iudæis contermini, quorum præcipuæ urbes fuerunt Tyrus, & Sydon. Horum regio Phœnicæ, siue Phœnicia appellatur, a Phœnice Neptuni & Libyes filio, ut Steph. placet: cui opinioni aecedit Sil. lib. 1. cum inquit: Et qui longa dedit setris cognomina Phœnix. Phœnices ingenii acumine plurimum ualuerunt: quippe qui & literarum, & nauigandi artis primi inuentores existititæ putantur. Rufus ex Dionysio, & Luc. l. 3.
- PHŒNICE**, phœnicæ, p. *φωκική*, ora maritima Syriæ, Iudæis contermina, ita dicta a Phœnice quodam Neptuni, (ut Stephano placet) & Libyes filio, qui tractui huic imperauit. Plinius libro 5. capitulo 19.
- PHŒNICEA**, *φωκίξ*, Dioscorid. herba, quam Latini Hordeum maritimum appellant. Plin. lib. 22. c. ult. Quidam hodie sterilem uenam uocant.
- PHŒNICEVS**, 2. um, genus coloris, qui alio nomine Spadix appellatur, qualis in palmæ fructu apparet, Sole non admodum incocto. Quidam uoluerunt Phœnicium colorem eundem esse cum purpureo, a Phœnicibus populis dictum existimantes, apud quos præstantissima olim purpura tingebatur. Quorum opinioni quominus accedam, facit Plinii auctoritas, manifeste Phœnicium colorem a purpureo distinguentis. l. 2. c. 2. ubi sic habet: Aut Phœnicium habet florem, aut purpureum, aut lacteum.
- PHŒNICIA**, ciæ, regio maritima Syriæ, quam Plinius Phœnicem appellat.
- PHŒNICOBALANVS**, *φωκικόβαλανος*, palmæ Aegypti fructus, præ maturitate nigrescens, uescensq. inebrians. Qui uero adhuc uiridis ante maturitatem decerpitur, Adiposus appellatur. Plinius lib. 12. cap. 12.
- PHŒNICOPTERVS**, ti, p. c. auis a pennarum rubedine dicta. Græci enim rubrum, *φωκίκεον* appellant, alam *Πέτρον*. Iuu. Sat. 11. Et Scythiæ uolucres, & phœnicopterus ingens. Auis huius linguæ in præcipuis epularum deliciis erant olim apud Romanos. Plin. l. 10. c. 48. Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse, Apicius docuit. Mar. l. 3. Dat mihi penna rubens nomen: sed lingua gulosis Nostra placet: quid, si garrula lingua foret?
- PHŒNISSA**, 2. æ, mulier, ex Phœnice, Syriæ regione. Vir. 1. Ae. Hunc Phœnissa tenet Dido.
- PHŒNIX**, phœnicis, [*Φενίξ*], auis esse dicitur in Oriente, a Phœnice pennarum colore dicta, toto orbe celeberrima, in Arabia nascens, aquilæ magnitudine, quæ annis sexcentis & sexaginta uiuere dicitur. Plin. l. 10. c. 2. Aethiopes, atq. Indi discolors maxime & enarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabia Phœnicem, haud scio an fabulose unum in toto orbe, & c. Est item Phœnix Thessaliæ fluius, in Alopum influens. Plin. l. 4. c. 8. & Str. lib. 9. Phœnix præterea gentile nomen est, eum significans, qui e Phœnice maritima Syriæ regione ortum traxit.
- PHORCVS**, cis, uel Græco more Phorcys, aut etiam Phorcyn, cynos, filius Neptuni & Thoosæ nymphæ, rex Corsicæ, & Sardinie insularum: quem ab Atlante nauali proelio uictum, undaq. obrutum, postea focii superstites, in marinum deum conuersum dixere, eiq. diuinos honores exhibuere. Vir. 5. Ae. Phorciqu. exercitus omnis, & c. Hic pater fuit Medusæ, quæ ob id nomine patronymico Phorcyn dicitur. Ouid. 5. Me. In partem phorcynida transtulit illam. Hinc etiam deducitur aliquid patronym. fem. Phorcys, ydos, Prop. l. 3. Sectaq. Persea Phorcidos ora manu.
- PHOSPHORVS**, phosphori, [*Lucifero*], p. c. stella matutina, quam Latini uerbum ex uerbo reddentes Luciferum appellant. Mart. l. 8. Phosphore redde diem, quid gaudia nostra moraris?
- PHRENTIS**, phrenitidis, [*Phrenesia*, *Gal. Phrenesie*, *Hisp. Phrenesia*], *φρενίτις*, morbus lædens mentem & ad insaniam furoremque perducens, unde & nomen accepit. nam mentem Græci *φρενας* appellant. Est autem ex inflammatione membranularum, quas meninges
- gas uocant, ut docet Galenus lib. 3. de locis affectis. Alio nomine Phrenesis appellantur, p. p. Iuu. Sat. 14.
- Cum furor haud diuinus, cum sit manifesta phrenesis.
- Qui hunc morbum patitur Phreniticus appellatur. Plin. lib. 20. c. 2.
- PHRYGIA**, *φρυγία*, minoris Asiae regio, Carie, Lydiæ, Mytiæ, & Bithyniæ iunctura, quarum omnium fines ita coeant, ut difficulter possint distinguere, teste Str. l. 12. Dicta est a Phrygiis populis, e Thracia orundis, qui antea Bryges dicebantur. Quidam duplicem faciunt Phrygiam, Maiorem, in Galatiam uergentem; & Minorem, Epistemon cognominatam. In hac est Ida mons, & Tmolus, & Pactolus fluius. Ex Phrygia orta est Sibylla cognomento Phrygia.
- PHRYGIANVS**, 2. num, phrygionum operi confectum: ut, **PHRYGIANÆ**, uestes, id est, acupictæ. Plinius libro octauo, capitulo quadragesimo octauo.
- PHRYGIONES**, [*Ricamatori*], *φρυγιοί*, qui acu pingunt, uel, qui uestes auro intexunt. Phryges enim primi inuenere talem texturam. Plin. lib. 4. c. 48. Acu uestes facere Idæi Phryges inueniunt, ideoque Phrygiones appellantur.
- PHRYGIVS**, 2. um, e Phrygia. Cic. pro Rosc. Am.
- PHRYGIVS LAPIS**, gleba pumicosa, tingendis uestibus utilis. Plin. lib. 36. cap. 19.
- PHRYX**, ygis, qui est ex Phrygia. Cic. pro Flacc. Vtrum nostrum est, an uetrum hoc prouerbiū, Phrygem plagis fieri meliorem? Scro sapiunt Phryges, prouerbiū in eos dici solitum, quos stulte factorum sero penitet.
- PHRYXVS**, Athamantis ex Nephelæ filius, qui cum nouercales insidias ferre non posset, cum Helle sorore profugit, acceptoq. a patre arietem, cui uellus erat aureum, eoque conscenso, cum in Asiam transire uellent, Helle puellari timore exterrita, decidit in mare; quod ex eius nomine Hellepontum appellauit: Phryxus uero incolumis in Colchidem peruenit, ad regem Aetrem, (ut etiam docet Iustinus lib. 4.) Vbi arietem Ioui, uel, (ut alijs placet) Marti immolauit, uellusque illud aureum in templo suspendit, quod postea Iason, Medææ ope adiutus, abstulit. Ariet uero inter sidera locatus, pristinam effigiem tenuit, qui a Phryxo phryxeus appellatur, media longa. Ouid. lib. 7. Met.
- Dumq. adeunt regem, Phryxeaq. uellera possunt.
- PHTHIA**, ciuitas Thessaliæ, Achilles patria, a qua Pthios, & Pthiotæ. Ouid. in ep. Bril. Pthiis canescant æquora remis.
- PHTHIOTIS**, pthiotidis, *φθιώτις*, siue Pthiota, 2. una ex quatuor Thessaliæ partibus, in Austrum uergens, ut inquit Strabo libro nono.
- PHTHIRIASIS**, morbus pedicularis, *πῦν τῶν φθειρῶν*, quos & pedes & pediculos uocamus. Plin. lib. 20. c. 1.
- PHTHISIS**, *φθίσις*, morbus est totum corpus extenuans, proueniens ex ulcere pulmonis a pituita potissimum generato, quæ a capite delapsa, in pulmonibus computruit. Quæquam interdum & ex proprio pulmonis affectu originem trahit, maxime quidem ex uasis disruptione, post sputum sanguinis non conglutinata. Iuu. Sat. 13. Et pthisis, & uomicæ putres, & dimidium cruris.
- PHY**, interiectio mirantis. Terent. in Adelph. Phy, domi habuit, unde disceret.
- PHYLACA**, p. c. [*Prigione*], locus custodiæ. i. carcer. Pla. in Cas. Illine est abductus recta in phylacam. A *φύλαξ*, custodia.
- PHYLIS**, *φύλλης*, nomen Lycurgi Thracum regis filix, quæ Demophooni Thesei filium ex Troiano bello redeuntem, hospitio, lectoq. excepit. accepta prius ab eo fide, ut, domi compositis rebus illam uxorem duceret. Profectus itaq. Demophoon, cum ultra statutum tempus uariis districtis negotiis in patria detineret, Phyllis & amoris impatiencia, & doloris impulsu, quod se spretam esse crederet, laqueo uitam finiuit, & conuersa est in arborem amygdalum sine folijs. Postea reuersus Demophoos, cognita re, eius amplexus est truncum, qui (uelut sponsi sentiret aduentum) folia emisit. unde etiam Phylla sunt dicta a Phyllide, quæ ante Petala dicebantur. Est & Phyllis, annis Bithyniæ, teste Step. a quo Phyllis, Phylliensisq. dicuntur.
- PHYLITIS**, phyllitidis, *φύλλιτις*, herba folijs lapathi, longioribus tamen, aduictioribusq. modo senis, modo septenis, interius læuis, uersa parte quosdam quasi uermiculos appendentes referentibus. Dios. a quibusdam Lapathon agion, id est, rumicem agrestem uocari tradit.
- PHYLION**, *φύλλον*, spina est sine caule, sine flore, sine echino, folijs longis, aculeatis, & lactucæ similibus. aliis nominibus Polygonaton, & Leucacantha. Plinius libro uigesimo secundo, capitulo 16.
- PHYSEVS**, Cariæ opidum, & e regione Rhodi. Strab. lib. 14.
- PHYSETER**, physeteris, pæn. pro. bellua marina, admirabili magnitudine, quæ aquam faucibus hauritam tanta copia in alium afflat, ueluti densissimus quidam imber decidens conspectu circumquaque eripiat. unde & hyseter dicitur *παρα τὸ φυτὰ ταχύματα* ab euo-

ab euomendis, aut efflandis fluctibus. Plin. lib. 9. cap. 4. Maximum animal in Indico Oceano pistris & balena est; in Gallico Oceano physter.

PHYSICA, rû, [Filosofia naturalis.] φυσικῆ, ipsa naturalis philosophia, siue opus rerum naturam pertractans. Cic. 1. de Or. Oratorem ne physicon quidem expertem uolo. In eadem etiam significatione dicimus Physica Physicæ, præferim pro disciplina ipsa naturali. Ci. 1. Ac. Enitar ut Latine loquar, nisi in euicemodi uerbis, ut rhetoricam, aut physicam, aut dialecticam appellem.

PHYSICE, [Naturalmente. Gall. Naturellement. Hisp. Naturalmente.] φυσικῶς, naturaliter. Cic. 3. de Nat. De. 1. de Diu.

PHYSICVS, a, um, [Naturale, che s'appartiene alla natura.] φυσικός, naturalis, siue ad rerum naturam, uel physicam pertinens. Cic. 2. de Diu. Si uelim geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare. Ibidem: Physica disputandi subtilitas. Idem 2. de Nat. De. Rationibus physicis constituere aliquid.

PHYSICVS, ci, [Filosofia naturalis. Gall. Physicien, qui entent les choses naturelles. Hisp. Physico.] subit. qui rerum naturam rimatur. Cic. 1. de Nat. De. Sed tu physice non uides, quam blanda conciliatrix, & quam sui sit lena Natura. Idem 1. de Nat. De. Non pudet physicum, i. speculatorem, uenatoremq. naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium ueritatis.

PHYSIOGNOMVS, pē. p. uel Physiognomon, onis, qui hominum mores ex corpore uultuq. cognoscit. Cic. de Fato.

P A N T E I

PIABILIS, le, [Che si può purgare. Gall. Qu'on peut purger. Hisp. Lo que se puede purgar.] διαγυριστός, quod purgari potest, Fulmen piabile, apud Ouid. 3. Fast.

PIACULARIS, re, ζυγικῆ, quod uim habet expiandi. Plau. in Epid. Me ne piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam? id est, Oportet ne tuam stultitiam meis scapulis expiari? Piacularia auspicia dicebantur, teste Festo, quæ sacrificantibus tristitia portendebant, cum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum edidisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, cecidisset. Piacularis porta Romæ appellata, ob quædam piacula, quæ ibi fieri solebant, teste eodem Festo.

PIACVLVM, li, [Penitence, que se fa per gli peccati, & sacrificio. Gal. Sacrifice ou toute chose offerte pour le peché. Hisp. Sacrificio ò el pecado de purgar por sacrificio.] καθάρσις, sacrificium, cultus, & quidquid agitur, seu præbetur pro satisfactione peccati, aut pro fulminis, portentis expiatione. Virg. 6. Aen. Ea prima piacula sunt. Horatius lib. 1. Carm. Teque piacula nulla resoluunt, id est nullis hostiis te expiabis. Aliquando crimen, flagitium. Virg. lib. 6. Distulit in seram commissa piacula mortem.

Vbi Seru. Piacula commissa, propter quæ expiatio debetur.

* **PIALA**, opidum Thessaliæ. Steph.

PIAMEN, minis, seu Piamentum, sti, καθάρσις, expiatio, uel actus expiandi, uel id ipsum, quo ad expiationem utimur. Sunt autem, teste Festo, dictiones magis poeticæ, quam Oratoricæ. Ouid. 3. Fast. Februa Romani dixere piamina patres.

Plin. lib. 25. c. 4. Hac euulsa scrobem repleri uario genere frugum, religio est, & terræ piamentum.

PIARE, [Riuire, adorare.] αἰεθεῖν, pie colere. Plaut. in Asi. Vbi piem pietatem, si isto more moratam tibi postulem placere. Quandoque contaminare, polluere, quod & Impiare dicitur; sicuti Sacrum ponitur pro exsecrabili. Quandoque pie amare. Næuius apud Nonium: Nemo est, qui magis suos piet liberos. Aliquando purgo, expio. Virg. 2. Aen. Et culpam miserorum morte piabant.

PIATRIX, huius icis, ἀγνοῦσα, sacerdos, expiationes pergere solita, quæ & saga expiatrix dicebatur, teste Festo.

PICA, [Γαζζα. Gall. Vn'oiseau appelé pie. Hisp. La pica ò picaça.] κίττα, quæuis feminum uideatur a pietus, longe tamen diuersæ significationis est. nam auis est magnitudine palmæ, alis uario colore, & præsertim ceruleo depictis, humane imitans uerba. Mart. 1. 14. Pica loquax certa dominum te uoce saluto: Si me non uideas, esse negabis auem. In has aues fabulantur Poetæ, mutatas esse Pieridas, indeq. illis pristinam loquacitatem, humanæque linguæ studium remansisse. Ouid. 6. Metam. Plangere dumq. uolunt, per brachia mota leuatq. Aere pendebant nemorum conuicia picæ. Nunc quoque in altibus facundia prisca remansit, Raucaq. garrulitas, studiumq. immane loquendi. Est & alterum pice genus, quod Plin. testatur sua ætate ab Apennino Romam uersus cerni cœpisse, longa, insigne cauda, & a Romanis uariam appellatam fuisse. Pica etiam in grauidis dicitur peruerus absurdarum rerum appetitus.

PICATVS, ta, tum, [Impegolato. Gal. Poissé, enduit de noix. Hisp. Empegado.] πιλωτός, pice illitus: ut, Dolium picatum, nauis picata. Vinum uero picatum dicitur, quod pice conditum est. solet enim musto in primo seruare, (qui fere nouem diebus peragitur) pice

adspergi, ut odor uini concilietur, & quoddam saporis acumen. Plin. lib. 14. c. 20. Fuit & uini picati genus in agro Viennensi, sponte naturæ pice respiciens; quod & Plinius memorix prodidit lib. 14. c. 1. Inuenta uitis per se uino pice respiciens.

PICEA, picæ, arbor larici simillima, folio breui, tædæ proximo, immortalis uiror. Plinius lib. 16. cap. 10. Theophrast. lib. 3. cap. 10. Diosc. lib. 1. c. 86.

PICEASTER, stri, picea siluestris, Hispaniæ familiaris. Plinius libro 14. capitulo 20.

PICENTES, Picentium, qui & Piceni dicuntur, πικνῶν, populi sunt in quineta regione Italiæ, ad mare Adriaticum siti. Plin. lib. 3. c. 13. Dicit Picentes, teste Str. lib. 5. a Pici Martij omine, qui in uexillis eorum e Sabinis, (a quibus originem traxerunt) Asculum commigrantium, dicitur insedisse.

PICENTINI, populi ad mare Tyrrhenum, Lucanis proximi, inter Surrentinum promontorium & Silarum amnem incolentes, a Picentibus maris Adriatici accolis originem trahentes. Strab. 1. 5. & Plin. lib. 3. c. 5.

PICENVM, [Marca d'Ancona.] regio Italiæ trans Apenninum, ab ipsis montibus usque ad mare Adriaticum extensa, inter Aesim & Leastum fluuios, teste Str. lib. 5. hodie ab Ancona, celeberrimo emporio, Marchia Anconitana appellatur. Populi Picentes & Piceni appellantur diuersi a Picentinis, maris Tyrrheni accolis. Hinc Picenus, na, num.

PICEVS, a, um, ex pice, uel quod pice refert. Mart. 1. 2. Et tres sunt tibi Maxima dentes, Sed plane piceique, buxeiq.

PICO, cas, [Impegolare.] πιπία, pice obliuo. Plin. lib. 36.

* **PICIONES**, Gallia Aquitanica populi. Ptol. & Plin.

PICVRATVS, a, um, [Dipinto.] uaria pictura exornata: unde ager picturatus floribus dicitur. Stat. libro 6. Theb. Vestes picturata, quas & Phrygianas uocant, quæ acu pictæ sunt. Virg. 3. Aeneid. Opus picturatum metallis. Claud. 7. Paneg. Volucres picturata. Idem ad Serenam.

PICVMNVS, πικμνος, auis eadem cum pico Martio, teste Non. item deus quidam, qui sacris Romanis adhibebatur. Aemil. Macer in Theogonia: Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.

PICVS, [Pico, pizzo.] Gall. Vn'oiseau appelé piwert, ou pic, ou pieumart. Hisp. El pisco.] δρυκολαπιτης, auis est exigua, aduncis unguibus. Marti sacra existimata: unde & Martium cognominauerunt. Præterea picos Romani ueteres uocabant, quos Græci Gryphas belluas, quadrupes, auritasque, usu & forma terribiles, corpore leonino, rostro, alis, pedibus aquilæ similes habitare in Hyperboreis montibus, in Asiatica Scythia feruntur, ubi aurum nasci perhibetur. Plautus Aut. Picos diuitijs, qui aureos montes colunt, ego solus supero. Pli. tamen lib. 10. c. 49. fabulosa existimat, quæcumque de Gryphibus commemorantur. Fuit & Picus rex Latinorum, Fauni pater, Latini regis auus, auguriorum peritissimus, qui a Circe adamatus, cum eius coniugium sperneret, mutatus fertur in auem sui nominis; quod idcirco fingi creditur, quoniam primus hac aue usus est in auspicijs. Ouid. 1. 3. Met. Picus in Ausoniis proles Saturnia terris. Vide Seru. 7. Aen. in hunc Virg. locum: Picus equum domitor.

PIERES, p. c. περῆς, populi olim Macedoniæ finitimi inter Axium & Aliacmonem amnes. Plin. lib. 4. c. 10. & Str. lib. 10.

PIERIA, æ, regio in finibus Macedoniæ, inter Axium & Aliacmonem fluuios. Plinius lib. 4. c. 10. & Str. lib. 10. teste Plin. libro 4. c. 10. Hinc Pierides Musæ, quod in Pieria ex Ioue & Mnemosyne hæc sint. Strab. Pierius, a, um, ut Pierium carmen. Lucan. libro 1. Chorus Pierius, Ouid. ad Pif. Dies Pierij, quos impendimus litterarum studijs. Stat. 1. Sil. Via Pieria, Ouid. 2. de Ponto. Est item Pieria, Syriæ Antiochenæ urbs celeberrima, alio nomine Seleucia. Plin. lib. 5. c. 2. 1.

PIERVS, Pieri, p. c. mons Thessaliæ post Phæras, atque in Macedoniâ usque protensus, teste Plin. lib. 4. c. 8. In hoc monte quidam Musas natas uolunt, atque inde Pieridas appellatas.

PIETAS, tis, [Pietà. Gal. Piété, religion, le deuoir qu'on doit à Dieu premièrement, & apres à ses pere & mere & enfans autres prochains.] δικαιοσύνη, est debitus cultus deum, patriam, & parentes, eosque qui nobis parentum loco sunt. Cic. pro Domo. Nec est ulla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio: cum experti nihil ab ijs, quod sit iniustum, ac inhonestum arbitrerent. Sumitur etiam latius (ut diximus) nomen Pietatis, ut amorem complectatur filij erga parentes, & propinquos, & cuius erga patriam, quæ communis omnium ciuium est parens. Cic. in Somnio Scip. Cole pietatem, quæ cum sit magna in parentibus, & propinquis, tum in patriam maxima est. Pietas etiam a Romanis dea putata est; quæ ædem habuit Romæ, eo in loco, ubi postea Marcelli theatrum exstructum. Plin. lib. 7. c. 36.

PIGER, ra, rum, [Pigro. Gal. Pareçseux. Hisp. Pareçoso, oieiso.] ἀργός, tardus, segnis. Horatius 1. Ser. 4. Atque piger scribendi ferre laborem: Scribendi recte. nam multum, nil moror. Persius Satyra 5.

Mane piger stertis. Cic. *Treb. lib. 7.* Interdum piger, interdum timidus in re militari uidebare. Aliquando pro lento, & minime fluído. Colum. *lib. 2. cap. 1.* Nullum temere uideamus locum, qui modo pigrum teneat humorem. Iungitur aliquando cum Ad. Cœlius ad Cic. *lib. 8.* Ad litteras scribendas pigerrimo. Hinc Piger, pigrius, pigerrime. Plin. *lib. 10. c. 34.* Pigrius intrante femina ad pullos. Hinc Pigritia, ignauia, tarditas. Cic. *1. Off.* Efficiendum est, ut appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant, neque propter pigritiam, aut ignauiam deserant. Liu. *1.* Cum pigritia militandi oriretur. Pigrities, ei, Pigredo, inis, Pigritudo, & pigritas, idem.

PIGET, uerbum impersonale, piguit, & pigitum est, [*Rincrefcere, effer molesto. Gal. Estre paresseux de faire, estre marri & dolent d'auoir fait. Hisp. Hauer dolor o uerguenza.*] *μιασά*, idem fere quod dolet, siue molelitum est. Stat. *lib. 7.* Theb. Nec pigitum paruofq. lares, humilesq. Subire. Construitur autem fere cum accusatiuo, & genitiuo, nisi quid loco genitini ponatur, puta infinitiuus. Ouid. *l. 2. Met.* Pigetq. Actorum sine fine mihi, sine honore laborum. Cic. pro domo. Ut me non solum pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat. Pla. Non dedisse te, pudet me: quia non accepi, piget. Differt autem Piget, a Pudet, teste Donato, quod pudet de iis dicatur, quæ turpiter fiunt, piget de ijs, quæ cum damno, & malo. Pudere ad dedecus refertur: Pigere ad dolorem. Pigere interdum pro tardare, interdum pro penitere poni solet, inquit Festus. Legitur & Pigeo, es, Pla. Men., Adolefcens loquere mihi tantum nomen, nisi piget. Idem Pfe. Id quod pudet facilius fertur, quam id, quod piget. Ter. Phor. Obsecro, ne plus minusue faxit, quod nos postea pigeat. Inuenitur etiam Pigendus, quod est a Pigeor uerbo deponenti. Ouid. *ep. 7.* Adde fidem, nulla parte pigendus erit.

PIGMALION, siue Pygmalion, *πυγμαλίον*, Suidæ, Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum ardentissima auri cupiditate flagraret, animum ad Sichæi patruelis sui opes appulit, illumq. spe potiundi auri ante aras, clam, & dolo interemit, cuius sædis cum certior in somnis a marito Dido facta fuisset, sumptis pecuniam thesauris in Africam profugit; ubi & Carthaginem condidit.

PIGMENTVM, pigmenti, [*Beletto, liscio. Gal. Fard, peinture, colours, fardement. Hisp. Color para la pintura.*] *κόκκος*, quo utuntur puellæ ad uenustandam faciem, qualis est cerussa. Pla. in Mos. Non istanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere. Plin. *lib. 26. c. 43.* Nuper inuentum, ut pigmentis perderet se. Per translationem Pigmenta dicuntur mendacia & fraudes: quia eius, qui pingitur, non est naturalis color, sed artificialis. Cic. *lib. 2. de Or.* Integre sententiæ, ueræ, nouæ, sine pigmentis. Quandoque significat colores pictorum: de quibus Plin. *lib. 35. cap. 5.* Cic. *1. de Diu.* Adpersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta efficere possunt. Plaut. *Epid.* Quem Apelles, Zeuxisq. pingent pigmentis ulmeis. Accipitur etiam quandoque pro confectione ex diuersis speciebus, suauis & odorifera.

PIGMENTARIVS, rii, *οαρμακοποιος*, qui facit, uel uendit pigmenta. Iulius Firmicus: Quicumq. habuerit horoscopus in parte Libræ uigesima sexta, erit pigmentarius.

PIGMENTATVS, pigmentis ornatus. Hier. ad Pau. Formosum que sitis hinc inde odoribus pigmentatum.

PIGNERATICVS, a, um, *παιβολος*, ex supino uerbi Pignerō nomen deductum, significat, quod pignori datum est: ut, Res pigneraticia. Pigneraticius creditor, cui pignoris capiendi ius est. Vlp.

PIGNERO, pigneris, actiuum: aut Pigneror, pigneraris, deponens, [*Pagnorare, dare in pegno, tor in pegno. Gall. Bailier en gage, engager. Hisp. Empeñar alguna prenda.*] *σπονθημα*, rem pignori do, pignori oppono. Suet. de Vitel. Ut ex aure matris detractum unguem pigneratit ad itineris impensas. Accipitur nonnumquam pro pignora capere. Iuu. *Sat. 7.* Cuius, & alucolos, & lenam pignerat Atreus. Cic. *14. Phil.* In fuga se da mors, in uictoria gloriosa: etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet. Vbi Pignerari dixit, pro in pignus accipere, quasi sic debetum sibi capere. Hinc Pignerator, qui pignus accipit. Cic. *4. Verr.* Cum publicanus petitor, ac pignerator, non ereptor, neque possessor soleat esse.

PIGNVS, oris, & Pigneris, [*Pegno. Gal. Gage. Hisp. La prenda que se da.*] *σπονθημα*, quod creditori ad securitatem datur: ita dictum a pugno, ut Caius de verb. sign. inquit, in l. Plebs: quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur. Mart. *lib. 12.* Cum rogo te nūmos sine pignore, Non habeo, inquis. Aliquando pro eo accipitur, quod inter duos contententes sequestro ita deponitur, ut fiat uictoris. Virg. *3. eel.* Tu dic, mecum quo pignore certes. Plaut. *Cal.* Mecum pignus, si quis uult, dato in urnam multsi. Per translationē pignus esse amoris, beneuolentiæq. dicimus, id est, indicium, documentum, & argumentum certum. Virg. *3. Aen.*

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus,
Dat iuueni, atque animum præsentem pignore firmat.

Id est, securum facit, ut qui dat pignus. Liu. *39.* Hæc amoris pignora cum essent, nec quidquam secretum alter ab altero haberent.

Curt. *l. 9.* Nullum erga me beneuolentiæ pignus, atque indicium omittitis. Vlpianus inter pignus & hypothecam hoc interesse scribit, quod pignus dicitur, cum ad creditorem transit: hypotheca, cum nō transit. Budæus tamen inquit, pignus Latine id esse, quod Græce dicitur hypotheca, quasi obligationi suppositum, uel quasi ob fidem debiti depositum, quod Latini Pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili, quam de mobili dicitur. Ter. in Phor. Ager oppositus est pignori ob decem minas. Dicimus Latine, Auferre pignus, Ponere pignori, uel in pignus. Opponere pignori, Accipere pignori, Coercere pignorum capitibus, id est, Cogere per pignorum captionem. Cic. *3. de Or.* Philippus pignorum ablati Crassum inlittit coercere. Quoniam uero liberi uidentur tamquam pignora quædam inter coniuges perpetui amoris; factum est, ut pignora pro liberis capiantur. Ouid. *3. Fast.*

Dulcia sollicitæ gestabant pignora matres.

* **PIGRES**, etis, fluuij nomen apud Suid. & Poetæ: & Mæonis cuiusdam apud Herod. *lib. 5.*

PIGROR, aris, [*Impigrare, indugiare, tardare. Gal. Paresser, estre paresseux. Hisp. Empezar.*] *μέλλω*, morari, & ueluti per pigritiam cunctari. Cic. *Att. l. 14.* Quidquid erit noui, scribere ne pigrere. Luc. *lib. 1.* Quod si pigraris, paulum ne recesseris ab re.

PIGESCO, is, [*Diuener pigro.*] piger fio, & lentus. Plin. *lib. 18. c. 2.*

PIGRO, as, [*Tardare.*] *ἐπέγω*, antiqui dixerunt pro cohibere, uel tardare. Attius in Chry. Melius pigrasse, quam properasse est nefas. Nonius.

PILA, æs, [*Mortario, columna, molo, pala. Gall. Un mortier. Hisp. Mortero.*] *ἵδης*, a Pilo, uas concauum, quo antiqui siccata frumenta pinsebant, hoc est, concundebant. Plinius *lib. 18. cap. 11.* Tundatur granum eius in pila lignea. Similiter uasa illa concaua, medicorum usui apta, in quibus ptisanæ fieri solent, Pilæ dicuntur. Est item Pila, idem quod columba. Festus: Pila, quæ parietem sustentat, ab opponendo dicitur. Plin. *lib. 11.* Ruentes ceras fulciunt pilaram instar. Pilæ etiam sunt opera informia, quæ in aqua conuertuntur, cuiusmodi magnifica Genux uisitur. Molem uulgo appellant. Earum usus est ad tuendas a fluctibus naues intra portus & naualia, de quarum constructione uide Vitru. *lib. 5.* Huiusmodi Virg. *lib. 9.* describit his uerbis: Qualis in Euboico Baiarum litore quondam Saxea pila cadit. Et in his omnibus significationibus Pila producit penul. Quando uero pænul. corripit, accipitur pro rotunda illa sphaerula, qua luditur, a uerbo Græco *πῖλος*, æquo, quod forma sphaerica sit, quæ omni ex parte æqua est, uel a pilis, quibus impleri soleat. Plaut. in Bacch. Ibi cursu, luctando, hastâ, disco, pugilatu, pila saliendo se exercebant. Cic. *2. de Or.* Ad pilam se, aut ad talos, aut ad testeras conferunt. Seneca de Benefic. *lib. 2. c. 32.* In lusu est aliquid scite ac diligerent pilam excipere. Cels. *l. 2. c. 6.* Quem frequenter citata alius exercet, huic opus est pila superiores partes exercere. Quattuor autem sunt pilarum genera, Trigonalis, Paganica, Follis, & Harpatium, quæ omnia uide suis locis. Pilæ autem primus inuentor fuit Pythos, ut ait Plin. *l. 7. c. 56.* A pilæ lusoriae similitudine etiam Pila dicitur, quod quid est rotundum, instar pilæ. Plin. *l. 12. c. 10.* Cucurbitæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas.

PILANI, dicti sunt milites, qui pilis pugnabant, testibus Varrone, & Festo, alio nomine Ternarij appellati.

PILARII, præstigiatores, qui leui agitatione paruas pilas uidentur emittere, aut in uas injicere, cum secus faciunt. Quint. *l. 5. c. 7.*

PILATIM, per pilas, a pila pro columna. Vitruuius: Pilatim struuntur ædificia.

PILATVS, a, um, pilo armatus. Mart. *lib. 10.*

PILEATVS, a, um, pileo tectus. Liu. *24.* Pileati, aut lana alba uelatis capitibus uolones epulati sunt. Vnde ferui pileati, quod pileo imposito uendebantur. Gel. *lib. 7. c. 4.*

PILENTVM, pilenti, [*Carretta. Gal. Char, ou charrette, listiere. Hisp. Carro.*] *μέτεροιον, ἵχημα*, uehiculo genus, quo matronæ ferebantur. Horatius *lib. 2. ep.* Effeda festinant, pilenta, petorita, naues. Ex quo Hor. loco patet non omnino idem esse cum petorito, ut non nulli putauerunt, sed tamen fortassis illi non dissimile. Est enim Pilentum Hispanorum inuentum, Petoricum autem Gallorum. Varr. de lin. Lat. In consuetudinem sua ætate primum uenisse scribit. Virg. *8. Aen.* Castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in collibus, id est, pensilibus, ut interpretatur Seruius. Liu. *5.* Honorem ob eam munificentiam fertur matronis habitum, ut pilento ad sacra ueherentur.

PILEOLVS, & Pileolum, li, *πῖλιδιον*, cum accentu in antep. Hor. *lib. 1. ep.* Ut cum pileolo soleas conuiua tribulis. Ouid. *1. de Ar.* Nec turpe putaris Pileolum nitidis imposuisse comis.

PILEVS, pilei, [*Cappello, beretta. Gal. Un chapeau ou bonnet à couvrir la teste. Hisp. Sombrero.*] *πίλος, πῖλον*, tegmen capitis, quod & pileum dicitur. Plaut. in Amph. Ut ego hodie raso capite caluus accipiam pileum. Perlius *Sat. 5.* Hanc nobis pilea donant. Quauddoque pro libertate. unde legimus apud Historicos, Ad pileum

- leum seruos fuisse uocatos; quod significat ad libertatem, cuius insigne est pileus. Liuius libro 24. Postero die serui ad pileum uocati. Sueton. in Tib. Seruis ad pileum frustra uocatis, in Siciliam profugit. Accipiebant enim serui pileum raso capite, cum manu mittebantur.
- PILICREPVVS**, pilicrepi, pæ. c. apud Sen. lib. 8. ep. ad Lucil. Vbi notatur balnearum luxuria, intelligendus est is, qui pilas, id est, sphaeras, aut glomos picce illos in ignem balnearum, siue uaporarij conijceret, sicubi forte restringeretur. quod manifestat Papinius Sil. 1. in balneo Etrusci. Quid nunc strata solo referam tabulata, crepanteis Aedibus, & tenuem uoluunt hypocaustra uaporem? Meminit huiusmodi pilarem Vitr. lib. 5. c. 10.
- PILIO**, pilas, pæ. nult. corr. [Pelare. Gall. Produire du poil. Hisp. Pelechar.] *πυρρῖον*, a Pilus, significat pilos emitto. Attius: Tunc primum pilabant genæ. Afranius: Meum præterea corpus nunc pilare primum cepit. Interdum est pilos detrahere. Mart. Quod pectus, quod crura pilas.
- PILVLA**, lulæ, [Palletta, pilola. Gal. Petite pilote, pilule. Hisp. La pildora, pequeña pelotilla.] *σφαίριδον*, quasi parua pila, globulus ac sphaericum quiddam, & rotundum. Plin. lib. 16. c. 7. Nascuntur in eo pilulæ nucibus non absimiles. Idem lib. 30. c. 11. Scarabeus, qui pilulæ uoluit. Quinetiam uenena, siue pharmaca, quæ hac forma sumuntur, Pilulas nominamus. Idem l. 28. c. 9. Vetus axungia phtihis in pilulis sumpta sanat.
- PILVM**, *πίλος*, priore producta, telum Romanum, a perimendo dictum, quasi perillum, ut inquit Varr. Huius hastile, teste Vegetio, erat pedum quinque & semissis, & ferrum trigonali figura nouem unciarum. Erant autem Pila, (Varrone auctore) tela Romanorū; sicut Gesa Gallorum, & Sarissæ Macedonum. Luc. l. 1. Pila minantia pilis. Virg. 1. Geo. Exesa inueniet scabra rubigine pila. Præterea Pilum, a pinsendo, seu iuxta Seruium a Pilumno, instrumenti, quo quæpiam in mortario teritur. Plin. l. 18. c. 10. Primum pilum uocabatur prima centuria in exercitu apud Romanos, quod circa signa grauis armatura constituta esset, in qua inter cetera armorum genera hastile erat pedum quinque & semissis, quod pilum nominabant. Cæ. 5. Bell. Gall. Baluentio, qui superiore anno primum pilum duxerat, utrumque femur tragula transficitur.
- PILVMNVS**, qui pinsendi frumenti usum inuenit, Iouis (ut putant) filius, & Dauni pater. Seru. in l. 9. Ae. Pilumnus (inquit) & Pitumnus fratres fuerunt dij. Horum Pitumnus stercoreandi inuenit usum agrorum, unde & Sterquilinus dictus est. Pilumnus uero pinsendi frumenti, unde a pistoris colitur, & ab ipso Pilum dictum est. Ad hunc Danae Aerisij filia forte ad Apulum litus acta, & a pastore una cum Perseo paruulo delata esse; quam ipse cognito genere, uxorem duxit, ex qua Daunum filium suscepit. Virg. l. 10. Cui pilumnus auus, cui diua Venilia mater, &c.
- PILVS**, pili, priore corr. [Pelo. Gall. Poil. Hisp. Pelo.] *ὄπιξ*, generalius, quam capillus. proprie enim capillus de ijs tantum dicitur, qui caput uestiunt, cum pilus omnium partium corporis sit communis. Plin. lib. 11. c. 37. In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus. Cic. 2. de Na. De. Munitæ sunt palpebræ tamquam ualio pilorum. Iuuen. Sat. 9. Sed frutricante pilo neglecta, & squalida crura. Hor. 1. ep. 17. Caudæq. pilos ut equinæ paulatim uello. Hæc tamen differentia nonnumquam confunditur. capillus enim accipitur nonnumquam in eadem significatione, in qua pilus. Gel. libro 12. Si ouium lacte hædi, aut caprarum agni alerentur, constat fere in his lanam duriorē, in illis capillum gigni teneriorē. Pili longiores, proni in colla, atque armos uestientes, Iubæ dicuntur: Pili uero crassiores rigidi, quales habent sues, uocantur Setæ. Pili non facio, Nec pilo quidem melior: de re nullus momenti. Cic. ad Q. Fr. lib. 2. Ego ne pilo quidem minus me amabo. Catu. epig. 17. Ludere hanc finit, nec pili facit uni. Hinc Pilofus. i. pilis abundans. Varr. 2. de re rust. cap. 5. Oculis magnis, & nigris, pilosis auribus. Cic. in Pis. Non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt. Pilosiora folia, quæ in ipsa superficie ueluti adnatos quosdam pilos ostendere uidentur. Plin. lib. 20. c. 16.
- PIMPLA**, *πίμπλη*, Thraciæ mons, Musis facer. Str. lib. 10.
- PIMPLAIDES**, siue Pimpleæ: *πίμπλαϊδαι*, Musæ cognominatæ sunt, siue a Pimpla olim Thraciæ monte, quem postea Macedones sibi uindicarunt, siue a Pimplæo quodam fonte, ad radicem eius montis nascente: ubi & Pimplæum antrum nonnulli constituerunt. Mart. l. 12. Cuius Pimplæo lyra clarior exit ab antro.
- PINACOTHECA**, *πινακοθήκη*, locus est, in quo tabulæ pictæ, argentum calatum, stragula uestis, signa, & ornamenta reponuntur. Plin. l. 35. c. 2. uocat Tablinum. utrumque nomen dictum a tabulis, quæ in hoc loco præcipue asseruabantur. nam, quas Latini tabulas, Græci uocant *πίνακες*. Varr. 1. de re rust. c. 3. Plin. l. 35. c. 2.
- ***PINARA**, ciuitas est mediterranea Lyciæ. Ptol. Est etiam insula ante Aeoliam. Plin. 4. 12.
- PINARVS**, & Potitius, Arcades duo senes, quibus, qualiter coli uel-
- let, ostēdit Hercules, scilicet ut mane, & uesperī ei sacrificaretur. perfecto itaque matutino sacrificio, cum circa Solis Occasum essent sacra repetenda, Potitius prior aduenit, Pinarius postea, exitis iam redditus. unde iratus Hercules, statuit, ut Pinarioorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitijs, & complentibus sacra. unde & Pinarii dicti sunt, *ἄνδρες πινῆς*, id est, a fame. nam senem illum Pinarium constat alio nomine nuncupatū. Hæc Ser. explicans illud Virg. & Aen.
- Et domus Herculei custos Pinaria sacri.
- ***PINARVS**, fluuius Ciliæ, in Sinum Ilicum influens. Plin. 5. 27.
- PINASTER**, *πίπυς ἄγρια*, pinus siluestris, miræ altitudinis. Plin. libro 15. capit. 10.
- PINCERNA**, *πίνερνα*, [Pincerna, coppiero. Gall. Sommeiller, escuyer à coupe. Hisp. El escanciador, o copero.] *οἰνοχῆτος*, pocillator, qui uinum conuiuium mulcet: qui & a poculis dicitur.
- PINDARVS**, p. c. *πινδαρος*, Poeta Thebanus, Lyricorum apud Græcos princeps, floruit temporibus Aeschylī Poetæ, & Persarū expeditionis in Græciam. Scripsit lingua Dorica, Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia, quæ extant. Altissimus fertur, & uerbosus, & sententiarum copia, (ut ait Quin.) grauitate arduus, constructione ac ordine inmensus, ac prolixus; quæ etiam inimitabilem Hor. scribit 4. Car. Ode 1. Eius gratia Lacedæmonij, in reliquam Bœotiam fauentis, Thebis pepercerunt. Alexander etiam cum Thebas uerteret, & in omnes se uerteret sine discrimine, Pindari uatis penatibus, familiaq. parci iussit. Expirasse fertur in gremio pueri adamati, Valerio teste. Quinct. l. 10. Instit. Or.
- ***PINDARVS**, alter Ephesiorum tyrannus. Aelia.
- ***PINDASVS**, mons Asia.
- ***PINDENISSVM**, opidum in Cilicia. Cic. 15. ep. ad Catonem.
- PINDVS**, *πινδος*, Lapitharum sedes, mons Thessaliæ. Est & nomen urbis Thessaliæ, a Pindo monte appellatæ. Str. lib. 9.
- PINETVM**, [Luogo doue sono molti pini.] *πίπυς*, locus pinis confitas. Plinius libro 27. capitulo 8. In pineto nascitur. Succineta pineta, Ouid. 15. Met.
- PINEVS**, *πίνος*, [Di pino. Gal. De pin. Hisp. De materia de pino.] *πινωδός*, ex pino. Plin. l. 15. c. 10. Pineæ corona apud Isthmum uictores coronabantur. Virg. 9. Ae. Pineæ filia mihi multos dilecta per annos.
- PINEO**, pingis, pinxi, pictum, [Dipingere. Gal. Peindre. Hisp. Pintar.] *γράφω*, formam alicuius rei ductis lineis represento. Cat. Lucce. lib. 5. Alexander ab Apelle porcellinum pingi, a Lyssippo fingi uolebat. Idem 2. de Orat. Ut in pictura, qui hominis speciem pingere perdidicerit. Hinc Pictor, qui quid pingit. Hor. de Arte. Pictoribus, atque Poetis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Cic. 4. Ac. Multa uident pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non uidemus. Pictura, ars pingendi. Plin. lib. 35. c. 9. Certamen picturæ institutum est Corinthi. Dicuntur & picturæ, tabulæ, uel aliæ res pictæ. Cic. 6. Verr. Nego ullam picturam, neque in tabulis, neque textilibus fuisse, quin abstulerit. Pingere humum uarijs floribus est uersicoloreum florum uarietatem humi spargere. Plin. in Stic. Pingere humum, conspergere ante ædes. Aliquando pro describere. Cic. ad At. lib. 4. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione. Hinc Pictus, a, um, aliquando partic. Plin. in Men. Tabulam pictam in pariete. Aliquando nomen, idem significans, quod ornatus. Cic. de Clar. Orat. Quo nihil potest esse pictius. Picturatus, uaria pictura exornatus. In pictura olim floruerit Zeufis, Parnthasus, Apelles. Plin. lib. 35.
- PINGVEDO**, inis, & Pinguitudo, inis, [Grassezza. Gall. Graisse. Hisp. Grossura.] *λίπαυία*, licet Seruius Grammaticus Latina esse neget, a doctissimis usurpantur: ut plurimis exemplis docet Beroaldus in Seruium. Plinius libro 23. capitulo 8. Nuces auellanæ pinguedini corporis conferunt. Varr. 3. de re rustica, cap. 9. de gallinis loquens: Et lux pinguitudini inimica. Colum. lib. 2. cap. 14. Ea res admonet nos, inesse tali materiæ naturalem pinguitudinem. Quin. l. 1. c. 11. Quarundam uel exsilitate, uel pinguitudine nimia laboramus. Vide Adeps.
- PINGVEFACIO**, [Ingrassare.] *παχύνω*, pinguem facio. Plinius libro 15. capit. 44.
- PINGVEFESCO**, scis, [Ingrassarsi. Gal. S'engraisser, deuenir gras. Hisp. Engordarse.] *παχύνωμαι*, a pingueo, pinguis fio. Colum. lib. 2. capitulo 11. Emaciatur argumentum medica pinguescit. Mart. lib. 5. Pinguescit nimio madidus mihi etinis amomo. Virg. 1. Geo. Hemi pinguescere campos.
- PINGVIARIVS**, qui pinguia amat. Mart. lib. 11. Carnarius sum, pinguiarius non sum.
- PINGUIS**, & hoc pingue, [Grasso. Gall. Gras. Hisp. Grueso, o gordo.] *λίπαρός*, Plin. lib. 10. cap. 50. Feminæ non omnes ad saginam eliguntur, nec nisi in ceruice pingui cute. Virg. 2. Geo. Tunc agni pingues, & tunc mollissima uina. Aliquando pro secundo. Virg. 2. Ge. Et pingues hortos. Idem 3. eel. Heu heu quam pingui macer est mihi taurus in aruo. Aliquando pro impedito & inepto. Cicero libro 4. Acad. Quod

ipſi Antrocho pingue uidetur. Pingue, ſubſtantiuum neutri generis, proprie dicitur, quod inter carnem & cutem eſt, ſucco liquidum, diſtinctq. ab adipē, quod hic muſculorum extremitati membraniſque adhæreat, & ingreſſactus durus euadat, & fragilis; quæ de re uide plura in dictione Adeps. Virg. 3. Georg. Et omnes, impendunt curas denſo diſtendere pingui.

Pingui Minerua aliqui d. facere, id eſt, craſſe, & impolite. Colum. in præf. totius operis: Poſteſt enim nec ſubtiliſſima, nec pingui (quod aiunt) Minerua res agreſtis miniſtrari. Hinc Pinguiter, adue. Col. lib. 2. c. 2. Proximalis huic pinguiter denſum.

PINNA, næ, [*Penna, merlo di muro. Gal. Plume. Hiſp. Pluma.*] πτέρυξ, proprie penna eſt, quæ pluma, id eſt, mollior, & exigua penna non eſt. Nam Penna nomen generale eſt ad plumas, & pinnas. Var. lib. 3. de re ruſt. c. 7. de columbis: Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquantur illiſis curibus. Idem de gallinis: Eligat fecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pinnis. Col. lib. 8. c. 4. Aues his rebus plumam, pinnaſque emundant. Pinna etiam quiduis acutum ſignificat. unde & Pinnæ murorum, id eſt ſummities. Liu. 40. Muri pinnæ aliquot locis decuſſæ. Pinnas etiam geſtate gladiatores ſolebant. unde Pinnirapi Retiarij dicuntur, quod pinnas e gallis Mii millionum iacto rete exciperent. Sunt etiam Pinnæ, quibus innatant piſces, quarum adminiculis, ueluti remis in natando utuntur. Plin. lib. 9. c. 13. Pinnis, quibus in mari utuntur, humi quoque uice pedum ſerpant. Pinna præterea eſt conchæ genus. Plin. lib. 9. c. 42. Cic. 2. de Nat. De.

PINNACULVM, li, [*Cima. Gal. Le plus haut de cime d'un baſtiment. Hiſp. Lo mas alto del edificio, cima.*] ἑπταξίς, ſalutium ædificij in acumen tendentis: ſiue, quod ueteres pinnam dicebant, quidquid eſſet acutum, unde Bipennis, ſecuris, quæ utrinque aciem habet, ſiue, quod pinnaculis addi pinna conſueuit, quæ facili motu uentorum indicaret ſtatum.

PINNATUS, a, um, [*Pennuto,*] πτερωτός, quod pinnas haberet, Pinna tus Cupido, pro aligero, & pinnas habente. Cic. 3. de Nat. De. Pinna nata folia dicuntur, pinnarum modo aculeata. Plin. lib. 16. cap. 10. Pinnatus fulgor, idem Plin. lib. 37. c. 7.

PINNULA, uolens, deminut. a Pinna, & eſt ſumma pars auris, ab acuitate dicta. Aliquando parua pinna. i. penna. Colum. lib. 8. c. 5. Inhibetur cupiditas incubandi, pinnulla per nares tracta. Aliquando illud, quo ueluti remigio quodam natant piſces, Plin. libro 9. capitulo 57.

PINUS, as, p. c. a. u. d. ſ. u. o, freq. a Pinſo, ſis. Pla. in Aſi. Qui polentâ pinſcant, i. contundunt.

PINUS, ſis, ſui, ſitum, & Pinſum, apud Vitruu. ſapius, teſte Budæo, & Pinſitum, p. c. apud Col. [*Peſtare, frangere. Gall. Piller en un mortier, broyer. Hiſp. Matar en pila.*] eſt autem proprie Pinſere, in pilam contundere. antiqui enim ante molarum uſum frumenta igni torrebant, & in pilas miſſa piſtillis tundebant, te rebantque. Col. l. 2. c. 9. Panicum pinſitum, & euolutum. Pomp. Cum neque molis molui, neque palmis pinſui. Inde Pinſor dicebatur, qui frumenta in pilis comminabat: quamquam poſtea etiam de eo dicitur cepit, quâ farinam ſubigit, panemque conſicit: quem nunc piſtorem dicimus. Varto: Nec pinſorem ullum noſſent, niſi qui in piſtrino pinſeret farinam. Antiqui Pinſere, generaliter ſumpſerunt, pro quouis modo tundere, ſiue percutere; quare & aues pinſere dicuntur, cum roſtrum rei alij crebro impingunt. unde & Perſius metaphoram illam ſumpſiſſe uidetur, Sat. 1. O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinſit. i. roſtro tundit, & percutit: Ciconiam appellans digitos in formam roſtri ciconiæ contractos; quod genus olim erat irriſionis apud Italos. Hinc Piſtus, a, um, partic. contuſus. Plin. lib. 28. c. 10.

PINUS, ſas, [*Peſtare,*] in eodem ſenſu, quo Pinſo, ſis. Varro libro 1. de re ruſt. Promendo diem, ut piſtrino pinſetur, ac torreatur, id eſt, tundatur.

***PINTIA, πιντία,** opidum Gallæcorum, Lucenſium, in tractu Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptol. lib. 2. c. 6.

PINUS, arbor, [*Pino,*] πίνος, hodie tantum f. g. olim & m. & tam quæ tamquam ſecundæ declinationis, arbor eſt piceæ generis. nuceſ ferens omnium maximas. quas Latini Pineas, Græci κόπρος uocant. Vir. 7. eel. Pulcherrima Pinus in hortis. Legitur & Pineæ, pro hac ipſa arbore poſuit Col. lib. 5. c. 10.

***PION, mons** in Iopia. Plin. 5. c. 29.

***PIONIA, opidum** Teutranæ, quæ eſt regio Aſiæ. Plinius libro 5. capitulo 30.

PIPARE, πινπιζεν, dicuntur gallinæ, cum uocem emittunt. Varr. in Ori. Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Non.

PIPER, piperis, [*Pepe, peperero. Gall. Poivre. Hiſp. Pimienta, ò peure.*] πέπερος, Dioſcor. nomen arboris, cuius fructus condimentis aptus, & calidus ex India ad nos aſſertur. Perſius Sat. 5. Rugofumque piper. Piperis arboris, uel potius fruticis deſcriptionem uide apud Plin. libro 12. cap. 7. Theophr. lib. 9. cap. 22. Dioſcor. lib. 2. cap. 176. Hinc Piperatus, adieſt. ut, Piperatum uinum, pipere, & melle condi-

tum. Piperatum acetum apud Col. lib. 12. c. 42.

PIPERITIS, p. p. herba, quæ & Siliquarum dicitur. Plinius libro 20. capitulo 17.

PIPERILO, as, p. n. u. l. t. correp. ἑπιδίλω, uerbum eſt, quo paſſerum ſonus exprimitur. Cato de paſſere Leſbiæ: Ad ſolam domaniam uſque pipilabat.

PIPILO, pippis, [*Pippire. Gall. Pifer. Hiſp. Piar el pollo.*] πινίζεν, proprium eſt uocis pullorum. Colum. lib. 8. cap. 5. Auſcultet, ſi pulli pippiant.

PIPIONES, [*Pipioni. Gall. Petit pigeonnaux. Hiſp. Palominos.*] columbarum pulli. Lamp. in Alexandria uita.

PIPVLM, li, πιδόπια, conuicium, tractum a pipatu pullorum. Pla. in Aul. Pipulo hic diſſeram ante ædes. Non.

PIRATA, æ, [*Corſaro, corſale. Gal. Pirate, larron eſcumeur de mer, corſaire. Hiſp. Coſſario, ladron de la mar.*] πειρατής, prædo marinus, ἄνα πειρατής, quod eſt tranſire, uel peruagari; propterea, quod maria peruagantur piratæ, ut uel in nauigantes impetum faciunt, uel deprædentur inſulas. Cic. 7. Verr. Itum clam a piratis ob hunc ar chipiratam pecuniam accepſiſſe. Luc. libro 2. Omne fretum, metuens pelagi, pirata reliquit. Piratica, piraticæ, ſub. eſt ipſum piratarum exercitium. Cic. poſt reditum in ſenatu. Egeſtate, & improbitate coactus, piraticam ipſe focieſſet. Hinc Piraticus, a, um, ut, Piraticum bellum. Ibidem. Niſi rogationem de piratico bello tuſſiſſet. Idem 7. Verr. Myoparone piratico capto. Nauis piratica, Quint. lib. 2. c. 14.

PIRÆEVS, πειραιεύς, dictio triſyllaba, eu, diphthongum habens in ultima, portus Athenarum, quadringentarum capax nauium, muro duorum millium paſſuum urbi coniunctus. Stat. 12. Theb. Trepididæ ſtabilem Pirææ nauis. Cic. ad Art. lib. 7. Venio ad Pirææ, in quo magis reprehendendus ſum, quod homo Romanus Pyrææ ſcripſerim, non Piræum. Dicitur & Piræeus, πειραιεύς, Steph. Ter. An. Heri aliquot adoleſcentuli cõuenimus in Piræum. Ou. 4. Faſ. Pirææ, orum, pluraliter protulit, cum ait Pirææq. tuta reſeſſu linquit. Gell. lib. 2. c. 21. & Str. lib. 9.

PIRENE, es, per i, noſtrum, in prima ſyllaba, & p. p. πειρών, Strabo. & Suidæ, ſons eſt ad radicem Acrocorinthi, non copioſas ille quidem, attamen perſpicuas, potuq. ſuauiſſimas habens aquas. Strab. lib. 8. Plaut. Aul. Interbibere ſola, ſi uino ſcateat, Corinthienſem fontem Pireneu poteſt.

PIRATHOVS, πειραθός, Ixionis filius ſuit, non ex Nube, quæni admodum Centauri, ſed ex legitima uxore. Hic certiffimo amicitiaſe federe Theſeo coniunctus fuit, cuius etiam ope Centauros, qui ſibi Hippodamen ſponſam præripere conabantur, ſuperauit. Mortua autem Hippodame, ita illi cum Theſeo conuenit, ut uxorem, niſi ex Ioue natam, nullam ducerent, & cum iam Theſeus Helenam Iouis & Ledaſe filiam rapuiſſet, nec alia eo tempore noſcitur, quæ Iouis eſſet, præter Proſerpinam Plutonis coniugem, ad rapiendam illam ſimul profecti ſunt ad inferos, uerum Pirithous primo impetu a Cerbero interfectus eſt, quem Theſeus adiuuare uolens ipſe quoque in uitæ diſcrimine fuit, atque ad extremum captus, a Dite detentus eſt; ſed poſtea ab Hercule liberatus, ſuperſque reſtitutus. Ouid. Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus. Hor. lib. 3. Car. Amatorem trecentæ Pirithoum cohibet catenæ.

PISA, πίζα, ciuitas eſt in Elide, Peloponneſi regione, iuxta Alpheum fluuium, circa quam quinto quoque anno celebrabantur certamina Ioui ſacra, quæ Olympia dicebantur. Ex hac urbe ortum tra-

xerunt, qui Piſas in Tuſcia condiderunt. Hinc Piſæus, a, um, Ouid. 2. de Arte: Ac quam pene Pelops Piſæo incidit axe. Sunt qui & in Theſſalia aliam eiufdem nominis urbem colloent edito in colle inter Oſſan, & Olympum. Str. lib. 8.

PISAE, arum, [*Piſæ,*] πίζα, Tuſciæ opidum, inter Arnum & Auſerem, amnes, a Piſeis conditum Elidis populis, teſte Str. lib. 5. qui Neſtorem ad Ilium ſecuti, in reditu tempeſtate diſiecti, alij quidæ Metapoſtum, alij licus Tyrrhenum tenuerunt, ubi a nomine relictæ patriæ Piſas condiderunt, quo etiam alludit Virg. 10. Aen. Piſas Alpheas cognominans.

PISAVRVS, πίζαυρος, fluuius Vmbriæ, a quo uicinum opidum Piſaurum appellatum. Plin. l. 3. c. 14. Seru. exiſtimat Piſaurum dictum ab eo, quod aurum ab ijs, qui Romæ in Capitolio obſeſſi erant, perſolutum, ſibi a Camillo receptum fuerit & appenſum. Verum hoc nimis eſt nugatorium, cum ex Romana hiſtoria conſtet, aurum illud, cum appenderetur, interuentu Camilli in ipſa urbe fuiſſe receptum, Gallis ad interuentionem cæſis.

PISCARI, [*Peſcare. Gal. Peſcher. Hiſp. Peſcar.*] εἰδίδειν, eſt piſces uenari. Plin. lib. 19. c. 1. Retia in piſcando durantia. Cic. 3. Off. Ab ijs perituit, ut ante ſuos hortulos piſcarentur. Piſcari in aere, proverbium eſt, idem ſignificans, quod operam ludere. Pla. Aſi. Iubeas una opera me piſcari in aere.

PISCARIA, es, [*Peſcaria. Gal. Peſcherie. Hi. Peſcaderia.*] ἰχθυοπωλείος, locus ubi piſces uenduntur. Varr. Nullus in piſcaria piſcis erat.

PISCA-

PISCARIUS, *ria, rium*, [*De pescare*], ἀλιευτικός, piscatorius: ut, *Hammus piscarius*. Plaut. in *Strich*. Arundinem fert, & hamum piscarium. Piscarium forum, *Pla. Cur.* Piscaria copia, abundantium piscium. *Pla. Cal.*

PISCARIUS, piscarii, sub. [*Venditore di pesci. Gal. Vendeur de poisson. Hi. Vendedor de pesces.*] ἰχθυοπωλῆς, qui pisces uendit. Varro: Inter piscarios nemo uendebat. Cetarius, idem: quamuis Cetarii potius sint, qui marinos pisces maiores uendunt.

PISCATOR, [*Pescatore. Gal. pêcheur. Hisp. pescador.*] ἀλιεύς, qui piscatur. Cic. 3. *Off.* Piscatores ad se conuocat. Quid. 4. *Met.* Miles erat gladio, piscator arundine sumpta. Ter. in *Eun.* Coqui, factores, piscatores, aucupes. Piscatrix, fem. g. *Plin. l. 9. c. 42.*

PISCATORIVS, a, um, [*Da pescare. Gall. De pêcheur, appartenant à pêcheur. Hisp. Casa para pescador.*] ἀλιευτικός, ut, *Nauis piscatoria*, apud *Cæs. l. 3. Ci. Ci.* Piscatoria linea, *Plin. l. 24. c. 9.* Piscatorium forū, *Col. lib. 8. c. 17.*

PISCATORIVS, eius, [*Pescagione. Gal. pêcheement, pefcherie. Hisp. Obra de pescar.*] ὑπεριεξ, piscatio. *Plin.* Quos uenatus, aucupia, piscatus alebant. *Pla. in Rud.* Piscatum hamatilem, saxatilemque, aggredimur. *Plin. 6. c. 22.* Esse in piscatu uoluptatem.

PISCICVLVS, pisciculi. Cic. de *Nat.* Pisciculi parui. Pisces, scis.

PISCINAE, [*Peschiera, piscine. Gal. Viuiere ou estang ou boutique à poisson, piscine. Hisp. Estanque do se crian pesces, minar.*] ἰχθυοτροφεία, lacus & stagna ab initio dicta sunt, in quibus uiui pisces coercebantur. *Var. l. 3. de re rust. c. 3.* Piscinas uoco eas, quæ in aqua dulci aut salina inclusos habent pisces. *Martialis*: Piscina rhombum pascit, & lupos uernas. Alio nomine *Viuaria* uocantur. *Plin. lib. 9. c. 17.* Nec in piscinis, uiuariisque, crescut. Sed quoniam in piscinis natate etiam solebant, in ualuit consuetudo, ut omnes in hunc usum collectæ aquæ siue frigidae, siue calidæ, piscinæ dicantur, uidenturque a piscibus dici, quamuis in his nihil piscium sit: nisi quis inde distas malit, quod homines pisces natando similes fiant. Cic. *Latiore* (inquit) piscinam uoluissem, ubi iactata brachia non ostenderentur. *Plin. iun. ep. lib. 9.* Si natate latius, aut tepidius uelis, in area piscina est. Eadem & *Natationes* appellantur. *Piscinæ* pecorum, *Col. lib. l. c. 5.* Piscinæ pecoribus intruantur. Quin etiam uasa lignea ampliora ad tenendum aquam, *Piscinæ* uocantur. *Plin.* In piscinas ligneas funditur.

PISCINALIS, & hoc piscinale, quod est piscinæ. Vnde apud *Palladium*, *Piscinales* cellæ leguntur.

PISCINARIVS, ἰχθυοτροφεία, qui piscinas piscibus refertas habet, uel piscibus alendis delectatur. unde *Cicero* ad *Att. lib. 1.* *Lucullum* & *Hortensium* *Piscinarios* appellat. *Macr. lib. 3. Sat. & Varro. lib. 3. de re rust.*

PISCIS, huius piscis, [*Pesce. Gall. Poisson. Hisp. Pesce.*] ἰχθύς, animal, quod in aquis degit, proprie quod tegitur squamis, ut ex *Plinio* apparet *lib. 9. c. 12.* Omnia autem in aquis degentia generali nomine *Aquatilia* dicuntur. *Aquatilium* (inquit) tegumenta plura sunt, alia corio & pilis teguntur, ut uituli, *Hippopotami*: alia corio tantum, ut *delpkini*: cortice, ut testudines: silium duritia, ut *ostrea*, & *conchæ*: crustis, ut *locustæ*: crustis, & spinis, ut *echinis* squamis, ut pisces. *Virg. 5. ecl.* Dum iuga montis aper, fluuios dum pisces amabit. *Idem 4. Georg.* Magnum qui piscibus æquor. *Magis* nutus, quam piscis, hyperbole prouerbialis de uehementer infantibus, atque infancundis. Conuenit & in hominem immodice taciturnum. *Pisces* nequam est, nisi recens, prouerbio dicitur in hospitem, aut uulgarem amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus, ceterum ante triduum exactum putet. *Pla.* Quasi piscis isdem est amator lenæ. *Pisces* pro signo cælesti, frequentius plural. declinatur. *Col. lib. 1. cap. 2.* Inuenitur tamen & in singulari piscis, pro signo cælesti. *Virg. 4. Georg.*

Aut eadem sidus fugiens ubi piscis aqnosus
Tristior hibernæ cælo descendit in undas. *Col. l. 1. c. 2.*

PISCICVLVS, ἰχθυόλιον, *Terentius* in *And.* *Pisciculos* minutos ferre in cenam seni, *Varro 3. de re rust. cap. 5.* *Piscicali* ultro ac citro commeanat.

PISCOSVS, [*Che abonda di pesci. Gal. Plein de poissons. Hisp. Lleno de pesces.*] ἰχθυοδύς, piscibus abundans. *Mart. l. 1. 10.*

Illic piscoso modo uis educta profundo. *Ou. 3. Fast.*

Est prope pilcolos lapidosi *Cratidis* amnes, *Paruus* ager.

PISCULENTVS, ἰχθυοδύς, piscibus abundans: *Cato*: *Fluuium* pisculentum. *Pla. in Rud.* *Nepruno* qui locis incolit pisculentis.

***PISENOR**, centaurus, *Ixionis* & *Nubis* filius. *Ou. 12. Met.*

PISIDIA, *Pisidiæ, πιδία*, *Alix* regio, *Lycaoniæ*, *Isauriæ*, & *Pamphyliæ* finitima. populi *Pisidæ* appellantur, antea *Solymi* dicti. *Plin. l. 20. c. 27.* Prima & secunda dictionis huius syllabæ corripium *πιδ*. *Claud. 2. in Eutrop.* *Frisibus* obliquis *Lydi* *Pisidæ*q. feroces. *Priscianus* tamen in *Perihege*li utramque produxit, cum ait: Post hos *Pisidum* pinguisima rura coluntur.

PISISTRATVS, περυσος, *Hippocratis* filius, *Athenarum* tyrannus, clarus genere, eloquentia uero tanta, ut ea delentis *Athenien-*

ses, libertate, qua nihil carius habebant, se sponte exferent. *Artes liberales* maxime fouit, bibliothecam primus *Athenis* publicauit, quam *Xerxes*, urbe potius, ad *Persas* transtulit. eam deinde multis post annis *Seleucus Nicanor* restituendam curauit. *Homer.* eius iussu in eum ordinem, qui nunc est, redactus. Regnauit annos triginta tres, quo tempore *Seru. Tullius Romæ*, ut auctor est *Gell.* Plura de hoc uide apud *Iustinum* libro 1. & apud *Herodotum 1.* *Pisistratus* alter, *Larissæus* historicus, commemoratur a *Suida.*

PISO, is, si, sere, [*Mondare leuar la scorza. Gall. Purger, after le scorce. Hisp. Alimpiar, quitar la corteza.*] *Budæo* significare uidetur, quod *Græcis, πιασ*, purgare, decorticare, quod pisendo fit in herede, & aliis frugibus. *Plin. l. 18. c. 10.* Ut nisi intenti pisant, concidantur grana. *Var. de re rust.* *Alii* ficum & uiam passam cum pisentur, affundunt sapam. *Piso*, as, idem. *Var. 1. de re rust. c. 63.* *Far* in pistro pisetur, ac torreatur.

PISTACIVM, [*Pistacchio. Gall. Vne sorte de noix en Syrie, semblable à noix de pin. Hisp. Albocigo fruto.*] πιστακίον, nucis genus apud *Alexandriæ Aegypti* & *Berrhæam* *Syrie* copiosissime proueniens, parum quidem nutriens, ceteram ad hepar roborandum, & succos in uenis eius infarctos expurgandos in primis utile. *Galenus* libro 2. de *Aliment. facult.*

PISTILLVM, li, [*Pistello. Gal. Vn pilon à broyer ou piler en un mortier. Hisp. Majadero à majuello.*] πησίδιον, instrumentum, quo in mortario quippiam tunditur. *Pla. in Aul.* *Pistillum*, mortarium. *Colum. lib. 12. capitulo 55.*

PISTOR, pistoris, [*Pistore fornaiio. Gal. Pestifeur, boulangere. Hisp. Panadero à majador.*] a *Piso*, is, olim dicebatur, qui ante inuentum molarum usum, frumenta in pilis pinsebat, hoc est, contumdebat. Post ea tamen id nomen ad eos quoque translatum est, qui subacta farina panem conficiunt. *Plin. l. 18. c. 11.* *Pistores* Romæ non fuerunt ad *Pericum* usque bellum. *Suet. in Cæs.* *Domesticam* disciplinam diligenter adeo seuerique texit, ut pistorem alium, quam sibi, panem conuiuis subiicientem, compedibus uinxerit. *Varro* in *Satyræ* de *edulis*. Si quantum operæ sumpsisti, ut tuus pistor bonum faceret panem: *Ateius* *Capito*. *Pistores* tantum eos, qui far pinsebant, nominatus esse tradit.

PISTORIVS, a, um, [*Da pistore.*] στροποικίος, quod ad pistorem pertinet, ut, *Ars* *pistoria*: nomen generale ad omnia delicatoria panum genera. cuiusmodi erant, quas *placentas* & *mazas* appellabant. *Plin. l. 18. c. 11.* & *Suet. in Tib.*

PISTORIVM, πισορία, *Ptol.* ciuitas mediterranea *Tuscis*, inter *Florentiam* & *Lucam*. *Plin. l. 3. c. 5.* *Vulgo* *Pistoia*.

PISTRILLA, ἰστρίλλα, deminut. a *Pistrino*, secundum *Priscianum*, at *Donatus* a *pitrina* deducit. Est autem *Pistrilla*, mola trusculis, quæ manibus uersatur. *Terentius* in *Adelp.* Apud lacum est *pistrilla*.

PISTRINENSIS, & hoc se, quod ad pistrinum pertinet. *Suetonius* in *Calig.* *Meritoriis* uehementibus, & *pistrinensibus* iumentis. Et *Appuleius*.

PISTRINVM, ni, & *Pistrina*, næ, pæn. pr. [*Pistrino, molino. Gal. Moulin à bras ou le lieu ou on pestre le pain. Hisp. Atabóna, aceña o molino.*] μύλων, olim dicebatur locus, in quo farina molebatur, nomen habes a *pin*sendo, id est, contumendo, quod ante inuentum molarum usum, frumenta in pila comminuerunt, deinde quæuis mutata re, mansit tamen *pistrini* nomen etiam illi loco, in quo molis seruorum iumentorumue opera circumactis fruges comminuebantur. *pistrini* item nomine postea cepit intelligi, *oliscina*, in qua opera *Pistoria*. i. panes delicatorios fiebant, cuiusmodi erant, quas *placentas* & *mazas* appellabant. *Suet. in Aug.* Et modo unguentariam tabernam, modo *pistrinum* *Aritæ* exercuisse obicit. *Ter. in And.* *Verberibus* cæsum te in *pistrinum* *Dæue* dedam usque ad necem. *Cic. 1. de Orat.* *Oratorem* in iudicia, tamquam in aliquod *pistrinum*, detrudi, & compingi uidebam. *Legitur* & *Pistrina*, næ, fem. g. *Plin. l. 1. c. 9.* Et *siligine* lautissimum panis, *pistrinarum*que, opera laudatissima. *Per translationem* accipitur *pistrinum* pro loco, uel re aliqua fatigationis plena. *Cic. de Or.* *Tibi* mecum erit, *Crasse*, in eodem *pistrino* uiuendum.

PISTRIS, huius *pistris*, fem. g. nomen *nauis* apud *Virg. l. 5. Aen.* *Paro* tem rostro premit æmula *pistris*. *Sunt* qui scribant *Pistris*, quos *Seruius* errare innuit, sic inquit: *Si nauem* intelligas, hæc *Pistris*, huius *pistris* facit, si de *bellua*, hæc *Pistris*, *pistris*. Hæc *Seruius* in illud *Virg. 3. Aen.* *Immani* corpore *pistris*. *Germanicus* tamen in *Arte*, pro *sidere cælesti* (quod procul dubio a *bellua* mari nomen habet) *pistrim* dixit. *Diuerse* posita, & *Boreæ* uicina *legenti* *Auster* *pistris* agit duo *sidera*. *Non* desunt tamen, qui in omnibus hisce locis *Pistrim* legere malint, nimirum, πῆμα τῶ πῆμα τῶ πῆμα, i. a *secandis* fluctibus.

PISTRIS, *stris*, πῆμα τῶ πῆμα, [*Fornia. Gal. Boulangere. Hisp. Panadera.*] femininum a *Pistor*, que uel fruges molit, uel panem conficit. *Est* enim id apud *priscos Romanos* præcipue mulierum opus, K K K 4 teste

- est**: Plin. l. 18. c. 11. Est item *Pistrix*, icis, p. c. genitui pro bellua marina ingentis magnitudinis. Item sidus celeste, a quadam bellua huius similitudine dictum. Cic. in Arat. Et fera *pistrix* Labitur horribiles epulas funesta requirens.
- PISTURA**, *ars*, p. *ars* pinfendi, siue (ut alij loquuntur) pinfendi. i. frumenta tunicis suis exluendi. Plin. l. 18. c. 10.
- PIVSM**, *σι*, λέξις, genus leguminis, cuius caules sparguntur in terram, iussu habeant adminicula. Col. lib. 2. Pivsum facilem, & solutam terram desiderat.
- PITANE**, siue Pitana, *πιτάνη*, urbs Aeolidis in Asia, non procul a Caici fluminis ostio, quae portus duos habuit. Ab hac Pitana *ει*, & Pitanae, nominantur. In hac urbe Arcefilaus Academicus natus est, qui cum Zenone apud Polemonem philosophiae operam dedit. Plin. lib. 34. c. 4. auctor est, circa Pitana lateres fieri solitos, qui siccati in aqua non mergebantur, quod fierent ex terra quadam pumicola. Corripit hoc nomen p. syllabam. Ouid. l. 7. Met. Aeoliam Pitana a levia parte reliquit. Est & Pitane, Laconiae opidum. Plin. lib. 4. c. 5. Incolae Pitanae.
- PITHECVSA**, *πιθεκυσσα*, vel Pithecuſe, cusarum, *πιθεκυσσα*, Stephan. in insula est Campano litore adiacens, non procul a Neopoli, ab Homero Inarime dicta, a Latinis etiam Aenaria, a statione navium Aeneae. Dicta Pithecuſa, non a Simiarum copia, (ut poete fabulantur) sed a figlinis doliariorum, teste Plin. l. 3. c. 5. *πιθες* enim Graeci dolia uocant. Habet haec insula in uertice opidum eiusdem nominis. Ouid. l. 14. Steriliq. locatas Colle Pithecuſas.
- PITISSO**, *ασ*, [Affagizare il uino. Gall. *Gouster peu à peu buuoter*. Hispan. *Beuer poco a poco, gustar el uino.*] *πιθισσομαι*, parum uini paullatim, & quasi tentandi gratia gusto. Terentius Heaut. Pitissando quid uini absumpsit?
- PITTACIVM**, *ει*, apud Cels. lib. 3. c. 10. accipitur pro modico panno, qui aliquo medicamento illitus modo praecordij, modo capiti dolenti imponi solet ad mitigandum cruciatum.
- PITTACVS**, Philosophus Mitylenaeus, unus ex septem Graeciae sapientibus, qui ex Lesbo tyrannum Melanchrum depulit: & certantibus Atheniensibus, atque Mitylenais dux in bello factus, Phryonem Athenensium ducem singulari certamine interfecit. Fuit alter Pittacus legislator.
- PITUITA**, *πιτuita*, p. pr. [Flegma. Gall. *Flegme, ou fleume, catharre*. Hispan. *La flemax humor.*] unus ex quattuor humoribus corpus animalis constituentibus, qui a Graecis *χολημα* dicitur. Medici definiunt esse sanguinem imperfecte coctum. In quibus autem humor hic abundat, tardiusculi sunt, teste Aristotele, disciplinamque apprehendendae parum idonei. Producit hoc nomen p. syllabam. Hor. l. 2. Sat. 2. Dulcia se in bilem uertent, stomachoq. tumultum Lenta feret pituita. Pituita interdum accipitur pro morbo ex pituitae fluxu nato, quo etiam gallinae infestantur. Col. lib. 8. c. 5. In arboribus item pituita nominatur humor lentus ex ijs effluens. Plin. Desfluens pituita abstrahatur.
- PITUITOSVS**, *σα*, sum, [Flegmatico. Gall. *Flegmatique, catharreux*. Hispan. *Flematico.*] Cic. l. 1. de Fato: In alijs locis uidemus esse pituitosos, & quasi redundantes, in alijs excitas, atque aridos.
- PIVS**, *πιο*, pium, [Pio. Gal. *Deuotieux, religieus, qui rend le deuoir à Dieu, ses peres & mere & autres prochains*. Hispan. *Pio, catholico.*] *ελευς*, proprie dicitur de eo, qui Deum, patriam, & parentes, & eo, qui parentum loco sunt, iusto cultu prosequitur. Virg. 3. Geo. Dij meliora pijs. Cic. 3. de Off. Ipsi patriae conducit, pijs habere ciues in parentes. Accipitur nonnunquam Pius pro benigno, & misericordie. Ter. in Hec. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. In de Pie, religioſe. Plin. in Pan. Ciuitas religionibus dedita, semper deorum indulgentiam pie merita. Pro benigne, & clementer. Cicero ad Matium libro 11. epistol. Quae defendo a te pie fieri, & humane.
- PIX**, [Pece. Gall. *Poix*. Hispan. *La pez.*] *πις*, proprie est, quae differt a resina, quae sponte exsudat. Quo modo autem excoquatur pix, docet Plin. lib. 16. c. 11.

P A N T E L

- PLACENTA**, [Crescenzafocaccia. Gall. *Gasteau, torteau ou tarte*. Hispan. *La torta hecha en cierta manera.*] *πλακεις*, panis, siue libi genus, quod citra fermentum in furno coqui consuevit ex farina fere contans filiginea, caſeo & melle adiecto. nomen habet, *πλοτων πλακων*, quo nomine Graeci crustas appellat. nam, quo facilius possent percoqui, tenue admodum fiebat, & latum, crustarum imaginem duritiamq. referens. Plin. lib. 7. c. 53. Hor. 1. ep. 19. Pane ego, iam mellitis potiere placentis.
- PLACENTIA**, [Placenzia. Gall. *Placencia*, ciuitas Galliae togatae, ad Trebiam amnem.]
- PLACENTINVS**, *πλακεντινος*, possessiuum. Cic. in Pis.
- PLACEO**, *ces*, cui, citum, [Placere. Gall. *Plaire*. Hispan. *Aplazer.*] *αεισχω*, gratus sum, ardeco. Plaut. in Amph. Non placet me hoc noctis esse. Ouid. 4. Trist. Eleg. 3. Omni tibi doce placebam. Placet fere

- in tertijs personis ponitur pro uidetur. Cicero libro 1. ad Lentulum. Poitridie placuit, ut breuiter sententias diceremus. Idem 2. de Diuin. Et doctissimis placuit. Aliquando efferri gloriari: ut, Ille placet sibi. Quint. Placeas licet tibi opum tuarum fiducia. Ouid. 2. Met. Admam tibi namque figuram, Qua tibi, quaque places nostro importuna marito. Hinc Placito, *as*, freq. Plaut. in Bacc. Neque placitant mores. Placendus, adiect. Plaut. in Tri. Si illa tibi placet, Placenda dos quoque est, quam dat tibi, id est, debet placere tibi.
- * **PLACIA**, *πλακία*, Stephano, Mysiae opidum, a tergo habens Olympum montem, Plin. lib. 5. cap. ult.
- PLACIDVS**, *as*, um, [Placere. Gall. *Plaisible & quoy doux & amiable*. Hispan. *Plazentero, cosa que a plaza.*] *πλάζω*, mitis, sedatus, quod illa, quae quiescit sunt, omnibus placent. Ter. in Ad. Clemens, placidus, nulli laedere os. Donatus: Clemens est circa recte agentes, Placidus etiam circa delinquentes. Clemens animo: Placidus uultu. Ter. ibidem: Cum feruit maxime, tam placidum, quam ouem, reddo. Ouid. 1. Fas. Da mihi te placidum. Hor. in Arte: Ut placidis coeant immitta. Arbor placida, cui gluestris opponitur. Plin. lib. 16. c. 5. Caelum placidum, id est, sereneum, & tranquillum. Sil. libro 12. Placidus & sereneus dies. Plin. ep. 191. Lumen placidum, Hora. 4. Car. Ode 3. Mors placida. Virg. 6. Aen. Pax placida. 1. Aen. Placidissima pax in animo. Cic. 7. Tus. Placiditas atis, quam Varro in omnibus esse asserit, cum ait: Putant oues assumptas, & propter utilitatem, & propter placiditatem maxime enim quietas, & aptissimae ad uitam hominum. Hinc Placide, quiete, sine tumultu. Plaut. in Bacc. Placide uolo unumquodque aganus. Virg. 5. Aen. Amplexos placide ferendas arbitrabatur.
- PLACITVM**, *ti*, nomen, [Placere. Gall. *Ce qui a pleu, ordonnance, decret, arrest.* Hispan. *Plazo, decreto.*] *επιστοιμα*, *αρεστομα*, *δευμα*, decretum. Plinius lib. 19. cap. 1. Delentem cunctorum maiorum placita. Idem lib. 14. capit. 22. Medicorum placitis nouitate aliquid commendantium.
- PLACITVS**, *as*, um, part. quod placuit. Ter. in Prol. Hec. Vbi sunt cognitae placitae sunt. Ibidem: Quae uobis placita condicio est, datur. Ouid. ep. 16. Est uirtus placitis abstintuisse bonis.
- PLACO**, *as*, [Placare, pacificare. Gall. *Apaiser, doucir*. Hispan. *Amanzar, aplacar.*] *πλάζω*, mitem, placidum facio, sedo, tranquilliorum reddo. Cicero 2. in Cat. Quos non tam ulcisci studeo, quam sanare, & placare reip. Virgil. 1. Aen. Tumida aequora placat. Terent. in Heaut. Neque, quod principium inueniam ad placandum, scio. In de Placabilis, quod facile placatur. Cicero 4. Verr. Habuisset equiora omnia placabiliora, quam animum praetoris. Placabilis & irritabilis, contraria. Cicero Att. libro 1. Si statueris, & irritabiles animos esse optimorum saepe hominum, & eosdem placabiles. Terent. Phor. Id nosmet indicare, placabilium est. Hinc Placabilitas, Cicero 1. Offic. Nihil magno, & praeclearo uiro dignius placabilitate & clementia. Placamen, & Placamentum, quo quis placatur. Liuius 7. Ludi scenici inter alia caelestis irae placamina instituti dicuntur. Plinius libro 21. cap. 7. Hoc ueluti placamento terrae blandiuntur. Tac. lib. 15. Non largitionibus principis, aut deum placamentis decedebat infamia. Et Placatio, mitigatio. Cic. 4. Tus. Omnis eiusmodi perturbatio animi placatione abluatur. Placatus, *as*, um, aliquando participium, aliquando nomen. Plin. lib. 12. cap. 18. Erant placatiores. Placatissima quies, Cicero 2. Tus. Placate, Cic. ad Torquatum l. 6. Omnia humana placate feramus. Ad Ligarium lib. 6. Hoc ipsum intelligimus, eum quotidie & remissius, & placatus ferre.
- PLAGA**, *as*, [Percossa, piaga. Gall. *Plaga*. Hispan. *Herida ò llaga.*] *πληγή*, percussio, uulnus, ictus. Virgilius 4. Georg. Plagisq. peremptum Tutia per integram soluuntur uiscera pellem. Ouid. 2. Trist. Non habet in nobis iam noua plaga locum. Vnde Accipere plagam, Facere plagam, Infligere plagam, Imponere plagam, Inijcere plagam, Perferre plagas. Transfertur & ad arborum incisiones. Plinius libro duodecimo, capitulo quinto. Succus e plaga manat. Plaga, arum, priore correpta, retia dicuntur rariora, ad capiendas feras, quod plagis, id est, foraminibus plena sunt. Cicero libro tertio Offic. Sunt ne insidiae, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis? Virgilius 4. Aeneid. Retia rara plagae. Vbi Seruius scribit: Plagas proprie illos funes dici, qui bus retia tenduntur circa imam, & summam partem. Hac in significatione dicimus, Incidere in plagas, pro incidere in insidias. Cicero 2. Verr. In illas plagas incidendum est. Plaga item in caeli, terrae diuisione dicuntur spatiosiores quidam tractus, qui modo Climata, modo Zonae appellantur. Cic. 2. de Diuin. Quod ante oculos est, non uident, caeli scrutantur plagas. Virg. 7. Aen. Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui. Hoc item nomine ueteres appellabant, linteum lecti tegmen, am plum, & candidum, quod postea Lecticariae sindonem, & Torale appellauerunt.

appellatur. Varro de vita P.R. ut citat Nonius. Chlamydes, plaga, uela, uasa aurea. Idem: Eburneis lectis & plagis sigillatis. A Plaga fit dem. Plagula, quod pro uaria significatione primitiui diuersa itid. em. sortitur significata. modo etiam exiguum uulnus significat, modo minores caesses, modo etiam paruam sindonem, quae lecto infernitur. Liu. 39. Vestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia.

PLAGIARIUS, γιαρῖς, ἀδραποδιστής, qui hominem, quem scit liberum esse, emit, uendit, aut pro seruo tenet, uel qui seruo, aut seruae persuadet, ut a domino, dominaue fugiat, uel eum, eamue, inuito, uel insciente domino celat, uinctum habet, emit, uel uendit. Dicitur Plagiarius, quod qui criminis huius conuicti essent, lege Flauia plagis damnarentur. Lex ipsa, Plagiaria: crimen, Plagium uocatur. Mart. lib. 1. Imponens plagiario pudorem. Plagiarium uocat furem librorum suorum.

PLAGIGER, πλιγοφόρος, quasi genitus ad ferendas plagas. Plaut. in Pseu. Plagigera genera hominum.

PLAGOSVS, λαίλιον, [Impiagato, che percote molto. Gall. Plein de playes. Hisp. Llano de legas.] πλιγῖς, plenus plagis: ut, Plagosus crura, apud Appul. Aliquando Plagosus, qui multas plagas infert: unde ab Hor. 2. l. ep. ad Aug. Orbilius Grammaticus Plagosus dicitur, quod nimium seuiret in pueros.

PLAGVSA, genus piscis, dictum, quod non uersus caput, sed ἀπὸ ἀλάγης, id est, in latera natet. Plaut. in Rud. Musculos, plagusias striatas.

***PLANARIA**, est Ligustici maris insula. Plin. 3. 6.

***PLANASIA**, insula est in mari Tyrreno. Plin. ibidem.

PLANCAE, tabulae planae, interprete Festo, a planitie appellatae.

PLANCI, σεγαέπιδες, qui supra modum pedibus plani sunt: qui pedes imos graciles habent, planosq. aequaliter, quasi tabellas, quae Plancae uocantur: idem & Ploti, siue Plauti sunt, teste Festo, unde & M. Actius Sarsinas Poeta, a pedum planitie initio Plotus, deinde & Plautus, cognominatus est. Plin. 1. 11. c. 45. Hinc cognomina inuenta Plauti, Planci, Scauri.

PLANCTVS, planctus, [Pianto. Gall. Grand deuil, frappe ment contre la poitrine ou autre lieu. Hisp. Llanto con herida de manos.] κροτηδός, lamentatio cum pectoris percussione. Stat. 10. Theb. Vallantur planctibus arx. Femineo cum planctu mistus clamor. Sen. 8. Proprie tamen eam ipsam percussione, qua summo in luctu pectus nostrum, aliamue corporis partem caedim is, Planctum appellamus: a uerbo Plango, quod proprie significat percussio. Silius: Liuentia planctu Brachia. Luc. lib. 2.

Exigit ad seuos famularum brachia planctus.

PLANE, [Certamente, chiaramente, del tutto. Gal. Plainement, clairement, certainement. Hisp. Certamente, llanamente, claramente.] certo. Ter. in Heaur. Sed te miror, qui alia tam plane scias. Aliquando clare, aperte. Plautus in Men. Non potuit paucis plura plane perloqui. Quandoque omnino, penitus. Cic. Treb. Si plane a nobis deficiis, moleste fero. Planius, & planissime. Plaut. in Cap. Est ne inuocatum, an non? planissime. Verum uos parasici planius. Cic. 3. Verr. Non possum illa planius commemorare. Idem 2. de Diu. Demosthenem scribit Phalereus, cum, rho, dicere nequiret, exercitatione fecisse, ut planissime diceret.

PLANETAE, p. p. [Planeti.] πλανήται, dicuntur septem caelestia corpora terris proxima, praeter motum illum primi mobilis, quo ab Ortu in Occasum rapiuntur, peculiarem quandam, illiq. contrariam habentia conuersionem: unde & nomen acceperunt, ἀπὸ τῆς πλανάσαι, errare: quod a motu aliorum siderum aberrare uideantur. Latini Graecorum imitatione Errantia sidera, & Erraticas stellas, Nigidius etiam Errones appellat: Ex his Saturnus, summum locum obtinet: proximum Iuppiter, tertium Mars, quae deinde Sol ordine subsequitur, Solem Venus: Sub Venere Mercurius situs est: Luna ultimum terrisq. citimum, ideoque minimum orbem possidet.

PLANGO, plangis, planxi, planctum, [Percutere, piangere. Gall. Frapper. Hisp. Herir.] κόπωμα, tundo, uerbero. Lucilius: Plangunt litorea fluctus. Ouid. 4. Met.

Plangere nuda meis conabar pectora palmis.

Accipitur pro lamentari, & clara uoce, pectorisq. percussione, similibusq. signis animi dolorem testari. Hinc Planctus, & Plangor, Plangoris, quod modo uerberationem significat. Cat. Leuiterq. sonant plangore cachinni. Modo lamentationem, cum proprii corporis laceratione. Cic. 3. de Or. Plangore & lamentatione compleuimus forum. Idem 4. Phil. Tn diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plausu reiciebat.

PLANILOQVVS, a, um, qui plane, & aperte dicit, quod sentiat. Plaut. in Tru. Planiloqua est, paucis ut rem ipsam attingit.

PLANIPES, planipedis, σεγαρόπους, qui pedes planos habet. Diomedes scribit Planipedem, Γίγαιε μιμω, significare, unde comediae suae fabulae genus dicitur Planipeda, ubi nullo procedebatur cultu, quod actores pedibus planis, id est, nudis profcencia introi-

rent, non ut tragici actores, cum cothurnis, neque, ut comici, cum focis.

PLANTIES, planticie, [Pianura. Gall. Vne plaine, en lieu uni & equal. Hisp. El llano, llanura.] πειθίον, aequalitas, uel locus planus. Sallust. Cat. Planties erat inter sinistros montes, & dexteram rupem asperam. Liu. 7. Duum millium planties castra Romana ab Herennico dirimebat. C. 7. Bel. Gall. Legiones ut primum in planticiem attingerent, infestis contra hostes signis conuiterunt.

PLANTIVDNO, tudinis, [Pianura.] δμαλότης, plantities. Colum libro 4. capitulo 30.

PLANTA, plantae, [Pianta del piede, pianta a uolova. Gal. La plante des pieds. Hisp. La planta a baxo del pie.] πέλμα, tota pedis pars inferior, cui insistimus, quem & inum pedem uocant. Vir. in Moreto. Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta. Plin. 1. 2. c. 2. Eudoxus, in meridianis Indiae uiris plantas esse cubitales. Ouid. 2. Met. Ut terfiss niteant talaria plantis. Iuu. Sat. 14. Ancipiti figens uestigia planta. In stupidi gratia a matre rapti, uel stirpes, adhuc teneriores, qui cum radicibus de loco uno in alium transferri possunt. Virg. 2. Geo.

Hic plantas tenero abscondens de corpore matrum Deposuit fulcis. Cic. de Sen. Malleoli, plantae, sacenta.

PLANTAGONIS, [Piantagine.] ἀνόγλασος, herba nota: cuius duo sunt genera: quae minor est, angustiora habet folia, & nigriora, lingua pecorum simillima: maior folijs est laterum modo inclusa. Plin. lib. 25. c. 8.

PLANTARIA, orum, ονταρτήρια, ipsae plantae, teste Seruio, quae seamine ortae, cum radicibus & terra propria transferantur. Virg. 2. Ge. Et uina sua plantaria terra. Plantaria etiam dicuntur plantarii loca. Plin. 1. 13. c. 4. Plantaria instituntur. Idem 17. Quaedam in plantaria insita, eodem die transferuntur: Persius Sat. 4. uocem hanc ad obscenarum partium uermiculos transtulit. Quinque, inquit, palae fritae, licet haec plantaria uelant.

PLANTARIS, & hoc Plantare, a planta, cum inum pedem significat. Stat. libro 1. Theb.

Summe pedum prope plantaribus alligat alis.

PLANTARIVS, a, um, [Che si puo piantare. Gal. Qui se peut planter. Hisp. Cosa que se puede plantar.] ονταρτίπος, quod est aprum ut plantetur. Col. 1. 5. c. 9. Antequam plantarias arbusculas effodias solo, rubrica notato partem eius, quae meridiem spectet.

PLANTIGER, a, um, ονταρτοπός, plantas gerens: ut, Plantiger arbores, quae ex sese pullulando plantas emittunt. Plin. lib. 13. c. 8.

PLANTO, as, [Piantare.] ονταρω, Plin. 1. 17. c. 10. Hoc modo plantantur Punice. Hinc Plantatio, ονταρωσις, Plin. 1. 21. c. 4.

PLANVS, na, num, priore prod. [Piano, uguale. Gal. Equal. Hisp. Llano y yqual.] δμαλός, aequalis, in quo nihil eminent: ut, Planus solum, apud Plin. ep. 161. Cic. 2. de Nat. De. Dux formae praestans, ex se globus, ex planis circulus. Liu. 34. Et Romani simul a portu, unde aditus planior erat. Cic. pro Cae. Aeque quidem & plano loco. Ouid. 3. Trif. El. 4. Qui cadit in plano. De plano, uel e plano aliquid facere. Vlpian. 1. de const. princ. Vel cognoscens decreuit, (ait Vlp.) uel de plano interlocutus est. Quem locum Budaeus sic interpretatur. De plano, id est, a iudice non sedente. solent enim iudices in tribunalibus editoribus federe. Paulus de quaest. 1. Vnius. Custodiae non solum pro tribunali, sed & de plano auditio possunt, atque damnari. Suet. in Tib. Iudices aut e plano, aut e quaestoris tribunali adinonebat. i. e. folio, in quo populus stabat. Papinianus in l. miles, ad leg. fil. de adult. Libellus, inquit, de plano dari potest, i. iudice non sedente, uel diebus feriatis. Plani pices dicuntur, qui superficiem planam, non rotundam habent ut sunt rhombi, & raris. Plin. 1. 9. c. 14. Planus aliquando pro aperto & manifesto, quod, quae plana sunt, nullum impedimentum habent, quin undecumque uideri possint. Plaut. in Perf. Satin haec tibi sunt plana, & certa. Planum facere, est declarare. Cic. 2. Verr. Hoc planum factum est.

PLANVS, p. c. [Ingannatore. Gal. Un affronteur, ou abuseur, trompeur. Hisp. Engañador.] πλανος, a Gell. 1. 16. c. 17. commemoratur inter uoces iniustitatas, quibus usus sit Laberius mimus, quo nomine significari exultantem scophantam. Budaeus autem ait impostores a Graecis Planos dictos, sed certi cuiusdam generis impostores, insigni uerfucia praeditos: quo uocabulo potius, quam Latino, Cic. pro Clu. usus est: Hic ille planus, inquit, improbissimus, quae tu iudicario passus. Hor. quoque lib. 1. ep.

Nec semel irrisu triuuis attollere curat

Fraudo crute planum. Quo in loco Planus (ut Acron adnotauit) nomen est nocissimi sui temporis impostoris.

PLASMA, tis, [Fittione.] signum, ἀπὸ τῆς πλάσσειν, fingere, siue simulare. Perf. Plasma pro medicamento usurpauit, adiuuante uocis gratia facto, Sat. 1. Liquido cum plasmate guttur Mobile colluerit.

PLASTES, plaste, masc. gen. πλάστης, fictor, qui figlinam artem exercet, qui & Figulus dicitur: item qui ex argilla statuas conficit. Plinius libro 35. capitulo duodecimo: Plaste la idatissimi fuere Damophilus,

Damophilus, & Gorgafus.

PLATEA, *α*, Cic. 2. de Nat. De. appellatur auis, quam Plinius Plateam uocat. Aelianus eandem facit cum pelicato. Vide infra in dictione Platea.

*PLATAMODES, Peloponnesi opidum in tractu Occidentali.

*PLATANISTVS, promontorium Peloponnesi. Plin. lib. 4. c. 7.

PLATANVS, [Platano.] *πλάτανος*, arbor late spargens ramos, umbræ tantum gratia experta, *πρὸ τῆς πλατύος*, a latitudine nomen habens. Virg. 2. Ge. Et steriles platanus malos gessere ualentes. Cic. 2. de Or. Platanus, quæ ad opacandum locum patulis sit diffusa ramis. Plin. lib. 12. c. 1. Legitur & Platanus, us, quartæ inflexionis. Virg. in Cūlice: Aerei platanus.

PLATANINVS, *α*, um, ex platano: ut, Folia platanina. Columel. libro 12. capitulo 16.

PLATEA, *α*, [Via larga, borgo, piazza. Gal. Vue grand & large rue, place publique. Hisp. La plaza, aldea, & barrio.] p̄nūl. indifferente, quamuis secundum Græcam originem producenda uideatur. nam Græci *πλατεῖαν*, dicunt nos Plateam. Hor. tamen in ep. corripuit, cum ait: Puræ sunt plateæ, nihil ut properantibus obstat. Similiter & Catull. ad Aurelium: Istos qui in platea, modo huc, modo illic, In re prætereunt sua occupati. Sunt autem Plateæ, uix latiores in urbibus, qui & uici appellantur. Ter. in And. In hac habitasse platea dictum est Chrysidem. Quandoque etiam capitur pro area, in quam conuenire populus solet. Lamprid. in Heliogabalo: Plateas in palatio strauit. Est & nomen auis. Plin. lib. 10. c. 50. Cic. Plateolam uocat lib. 2. de Nat. De.

PLATAEAE, *α*, *πλαταια*, Stephan. ciuitas Bœotix, sub Cithærone monte, non longe a Thebis, dicta a latitudine remorum, ut inquit Strab. libro 9. nam *πλάτη*, Græcis est lator pars remi. Plataenses autem remigatione uictum quæritabant. Hinc Plataenses populi.

PLATO, Platonicus, [Platone.] *πλάτων*, Philosophus, ab humerorum latitudine ita cognominatus, cum antea, ex aui paterni nomine, Aristocles uocaretur. Fuit egregio corporis habitu, & in palestra se exercuit apud Aristonem palæstritum, a quo primum cognomen natus est Plato. Natus est Athenis eo die, quo apud Deion Apollo. Studuit picturæ, tragædias, poemataq. edidit. ad 20 autem in omni disciplinarum genere, & præsertim in philosophia excelluit, ut diuinus Plato, & Philosophorum Hom. uocatus sit. Cic. in lib. Tusc. quærit. Platonice maiestatis maximus est uincinator, adeo ut ipsum Deum appellet. Labeo etiam inter semideos commemorandum patuit. Ei defuncto magi, ut deo, immolauerunt. Fuit uariis, multiplex, & tantæ eloquentiæ, ut Iouem (si Græce loqui uoluisset) Platonice locuturum Philosophi dicerent. Athenis primum Socrati didicit operari. Deinde, dum licuit per ætatem, in Italiam profectus est, ut Pythagoreos audiret, ubi Philolai Crotoniatæ libros de secta Pythagoreæ centum minis etiam in difficultate rei familiaris mercatus est, ex quibus multa in suum Timæum transtulit. In Aegyptum deinde properans, ut audiret Gymnosophistas, oleum (ut ait Plut.) secum mercaturæ gratia uexit, ut uicini cum sibi inde suppeditaret: ubi & libros Moyses legisse creditur. Ter in Siciliam nauigauit, primum Aetnæ flagrantis uisendæ gratia, ut Appul. ait: Iterum, sub iunioris Dionysio, spe liberandi Siciliam: tertio ut Dionem tyranno reconciliaret. Dialogum primum illustrauit, licet prius inuentum a Zenone Eleate, ut Aristoteles tradit; ut Favorinus, ab Alexamene Teio. Decessit annos natus 81. morbo, uti fertur, pediculari. De hoc Quinct. Platonem quis dubitat esse Philosophorum præcipuum, siue acumine differendi, siue eloquendi facultate, diuina quadam & Homericæ: multum enim supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci uocant, surgit, ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico uideatur oraculo instructus. Vide plura apud Plut. in uita eius.

PLATO, Alter Atheniensis, Poeta prisæ comædix, tempore Aristophanis, & Eupolis, cuius fabulas Suidas commemorat, & Athenæus in Dipnosophistis. Tres item alios Diogenes Laertius commemorat: unum Rhodium Philosophum, discipulum Panætij: alium Peripateticum, ex Aristotelis ludo: tertium Praxiphani discipulum.

PLAUDO, dis, si, sum, [Applaudere, battre con le m. ni, far festa. Gall. Frapper les mains l'une contre l'autre, en signe que quelque chose plaît. Hi. Faworescer, haer palmas con las manos en señal de alegría & fauor.] *κροτῶ*, pro te bene gesta gratulor, ætiamque ostendo, manibus pulsando, strepitumque faciendo. Cic. ad Att. lib. 2. Qui Curioni stantes plauserant. Idem pro Sex. His in theatris plaudebatur. Virg. 6. Aen. Pars pedibus plaudunt choreas. Plaudere sibi, est sibi blandiri, & sua nimium amare. Plin. ep. 91. Nec in se tibi plaudis. Plaudite, uerbum addi solitum in fine comædiarum. Quinct. lib. 6. c. 2. Tunc est commouendum theatrum, cum uentum est ad ipsum illud, quo ueteres comædiæ tragædiæque clauduntur, Plaudite. Hor. in Art. Et usque Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat. Plaudi, passiuè. Cic. ad Att. Ne uictoriæ quidem plauditur. Ouid.

4. Trist. El. 2. Quiaq. ipsis, manibus circumplaudere tuorum. Plauditur, imperfonale. Ouid. 2. Trist. Plauditur, & magno palma fauore datur. Plaudens, tis, part. Virg. 5. Aen. Et alis Plaudentem nigra figit sub nube columbam. Plausus, *α*, um, aliud part. Virg. 3. Geo. Et plausæ sonitum ceruicis amare. Oui. 14. Met. Subuolat & remos plausis circumuolat alis. Plausor, oris, Hor. 2. ep. 2.

In uacuo lætus fessor, plausorq. theatro. Idem in Arte: Si plausoris eges aulæ mianentis.

PLAUSIBILIS, & hoc le, [Favorabile. Gal. Favorable, playfible. Hisp. Favorable y fauorescido.] *δευοτιξος*, populare, quod plausu populi excipi potest. Cic. 3. Tusc. Plausibilia hæc non sunt. Idem 1. Verr. Id populare, atque plausibile factum est. Sic Oratio plausibilis, quæ placet, & plausum populi meretur. Quin. 1. 4. c. 31. In lætum, atque plausibilem locum excurrere.

PLAUSTROS, *α*, s, frequentat. a Plaudo. Auctor Philomelæ:

Plausitat arborea clamans de fronte palumbes.

PLAUSTRVM, stri, [Carro. Gal. Chariot. Hisp. El carro ò carretta para cañgos.] *ἀμαξα*, carrus, quod ex omni parte sit palam, quod in eo uehitur, ut inquit Varro lib. 4. de ling. Lat. Pla. in Epid. Plaustrum percoli. Cic. 1. de Diu. Se interfectum in plaustrum a caupone esse coniectum. Ou. 2. Met. Quâuis tardus eras, & te tua plaustra tenebant. Virg. 1. Ge. Tarda q. Eleusinx matris uoluentia plaustra, Plaustrum item accipitur pro Septemtrionalibus duobus sideribus, quas & uisæ appellamus. constat enim utrumque ex quattuor stellis, in quadrangulum dispositis, quæ totidem rotarum speciei referunt, & alijs tribus, quæ tribus equis currum trahentibus assistunt. Ou. 10. Met. Flexerat obliquo plaustrum remone Bootes. Sen. Oedip. Quasq. despectat uertice summo Sidus Arcadium, geminumq. plaustrum.

PLAUSVS, plausus, [plauso. Gal. Frappement des mains en signe de joye on de faueur. Hisp. Aquel fauor.] *κροτῶ*, actus plaudendi. Cic. in Catone; Quibus a cuncto confessu plausus multiplex datus. Idem Att. 1. 2. Hinc Plausus maximi. Aliquando pro sonora percussione. Plin. de gallinaceis: Cantu plausu laterum nunciant.

PLAUSTI, *πλαστῖνοδες*, qui sunt planis pedibus, antea Ploti nominati. Festus: Ploti appellantur, qui sunt planis pedibus. unde & Poeta Attius, qui Vmber Sarsinas erat, a pedum planitie initio Plotus, postea Plautus est dictus. Soleas quoque dimidiatas, quibus utebantur uenando, quo planius pedem ponerent, Semplozia appellabant.

PLAUSTVS, nomen Poetæ comici, Latinorum omnium festiuissimi, cuius fabulæ etiam hodie omnium manibus teruntur, quas horis succisuis, quibus a uersanda mola otium erat, in pistrino ferur composuisse. De hoc exstat honorificum illud Varronis elogium, Musas, si Latine loqui uellent, non alio, quam Plautino sermone uturas.

PLEBECVLA, dein. a Plebs. Cic. Att. 1. 1. Misera & ieiuna plebecula. Ad eundem l. 16. Videtur plebeculam urbanam secum habiturus, Hor. 2. ep. 1. Plebecula gaudet.

PLEBEIVS, *α*, um, [plebeio. Gall. De menù peuple, vulgaire, de nulle estime. Hisp. Cofi de aquel pueblo menudo.] ex plebe: ut, Plebeij ædiles. Liu. 6. Alliciendo ad se plebeiam auram. Aliquando idem quod uulgaris, tenuis. Plin. lib. 13. c. 4. Ex reliquo genere plebeix uidentur. Mart. 1. 13. Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas.

PLEBICOLA, qui plebem colit, & plebi seruit. Cic. pro Sex. Vbi plebicola uideretur, liberinam duxit uxorem. Liu. 3. Plebicula repetite, atque omnis auræ popularis captator euasit.

PLEBISCITVM, ti, *ἰουρισμα, χειροτονια*, plebis statutum, sciscere enim statueret. scita uero plebis appellantur ea, quæ plebs suo suffragio sine patribus iussit, plebeio magistratu rogante, ut pote tribuno. in populo enim pars ciuitatis, & omnes ordines continetur in plebe neque equites sunt, neque patricij. Liu. 3. Cum ueluti in controuerso iure esset, tenerentur ne patres plebiscitis, legem centuriatis comitijs tulere, ut, quod tributum plebs iussisset, populum teneret. Est igitur plebiscitum, quod a plebe, nulla auctoritate patrum, constitutum est. Luc. lib. 1. Hinc leges & plebiscita coactæ. uide Gell. lib. 5. c. 27.

PLEBS, bis, uel Plebes, bei, [plebe. Gal. Le menù & comun peuple. Hisp. El pueblo de los menudos.] *τὸ πλεβος*, uilior pars populi. Cic. pro Mil. Cum plebem numeribus placarit. Luc. lib. 5. Nescit plebes ieiuna iurare. Hor. 1. Ser. Sat. 8. Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum. Gell. 1. 10. c. 20. Plebem Capito a populo diuisit, cum in populo omnis pars ciuitatis, omnes eius ordines continerentur: plebs uero, in qua gentes, ciuium patriciæ non insunt.

PLECTILIS, quod plexum est. Pla. in Bacc. Corolla plectilis.

PLECTOR, *α*, tis, xi, ctum, (secundum Prisc.) uel potius *α*, uis, xum, [punire, percutere. Gal. Punir, f. apper, battre. Hi. Herir ò punir.] *μετιρομα*, supplicio officio, punio, seruo, *πλοτῶ* *πλεδω*, Pla. in Men. Plecte illos pugnis. Passiuum est Plector. Ter. in Ph. Tu iam litæ audies, ego plectar pendens. Cl. de Am. Multis in reb. negligentia plectuntur. Idem 1. Off. Cauendum est, ne ipsæ de causis alij plectant, alij, ne appel-

ne appellentur quideſt. Hor. 1. epiſt. 2.
 Quidquid delirant reges, pleſcuntur Achivi.
PLECTIVM, *πλεκτρον*, [Plectro. Gall. L'archet d'un rech ou autre instrument à
 toucher ou faire sonner les instruments de musique. Hiſp. Instrumento pa-
 ra herir o raiar.] *πλήκτρον*, instrumentum citharæ di, quo fides pul-
 ſantur, *πλοτὸ πλῆκτρον*, percutere. Cic. 2. de Nat. De. Plectri simi-
 lem linguam noſtri ſolent dicere, chordarum dentes. Mart. l. 1. 4.
 Exornent doctilem garrula plectra lyram.
 Dicitur quandoque Pecten. Vir. 6. A. E. Jam pectine pulſat eburno.
PLEIADAS, teſte Seruio, ſeptem ſunt ſtellæ, ante genua Tauri, quæ
 ortu ſuo primæ navigationis tempus oſtendunt : unde Græce
 Pleiades dicuntur, *πλοτὸ πλεῖ*, nauigare. Latine Vergiliæ dicun-
 tur, a uerſu temporis ſignificatione, quo oriuntur. Higinus in A-
 ſtronom. Poet. Inter Tauri finitionem, & caudam Arietis ſtellæ
 ſunt, quas noſtri Vergiliæ, Græci *πλειάδας* dixere. Fuerunt Atlan-
 tis filia ſeptem, ex Pleione nymphæ, cum qua Iuppiter concubuit:
 unde & Pleiadas diſtas, quali *πλειόνες*, id eſt, plures, quod numquã
 ſingulæ appareant, ſed omnes ſimul, præter Meropen, quæ uix ap-
 pareat. Phereſides tradit ſeptem ſorores fuiſſe Lycurgi filias ex
 Naxo inſula, & quia Libetium patrem educauerunt, ab Ioue in-
 ter ſidera fuiſſe relatas. harum nomina putantur, Electra, Alcio-
 ne, Celæno, Maia, Aſterope, Taygete, Merope : quãrum ſep-
 tima uix cerni poteſt : cuius cauſam aſſerunt, quod, cum reli-
 quæ ſorores diſis, nupſiſſent, ſola Merope mortali uiro Siſypho
 nupſerit, quam ob cauſam, ueluti pũdibunda, latitat. Alij putant
 hanc eſſe Electram : & iccirco obſcuriorem uideri, quod excidium
 Troianum ſpectare non potuerit, ſed oculis manum oppoſuerit.
 Ouid. lib. 4. Faſt.
 Pleiades incipient humeros releuare paternos.
 Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.
 Fit autem quandoque hæc diſtio tetraſyllaba diuiſione diphthongi.
 Prop. Non hæc pleiades faciunt, nec aquoſus Orion. Poetæ
 interdum adiecta uocali præpoſitiua ex ei diphthongo, Pleiades
 efferunt. p. c. Stat. l. 1. Sil. Nec per & Aegæas Hyades, Pleiadamque
 niouſum Sidus.
PLEMMYRIVM, fluuius Siciliæ, qui per agrum Syracuſanum labi-
 tur. Steph. tamen ait eſſe arcem, non fluuium.
PLENIIVM, oppoſitio Solis & Lunæ: cum ſcilicet Luna Solis ex
 diametro oppoſita, tota ab illo illuminatur. Plin. lib. 18. c. 32.
PLENVS, plena, plenum, [Pleno. Gall. Plein. Hiſp. Complido. ueno.] *πλήν*
πνς, reſertus, perfectus, in quo nihil eſt uacui. Pla. in Stic. Propino
 tibi ſalutem plenis faucibus. Cic. 2. de Or. Orator plenus & per-
 fectus iſ eſt, qui de omnibus rebus uarie poteſt, & copioſe dice-
 re. Iungitur aliquando genitiuo. Pla. in Mer. Cum ſis iam ætatis
 plenus. Plena feſtinationis epiſtola. Cic. Att. l. 1. 5. Aliquando abla-
 tiuo. Plin. ep. 5. Plenus annis obiit. Aliquando pro diuitijs onu-
 ſto. Cic. 4. Verr. Verrem ipſum, qui plenus deceſſerat. Plena ma-
 nu dare, eſt copioſe dare. Pleno gradu ingredi dicuntur, qui mag-
 no ſtudio rem aliquam aggrediuntur : cui opponitur, Summo
 pede ingredi, id eſt, leuiter rem aliquam attingere. Hinc Plenej
 perfecte, cumulate, abundanter. Horat. l. epiſt. 1. 1. Balnea laudat.
 Vt fortunatam plene præſtantia uitam. Idem 2. ep. 2. Plenius æquor
 Laudat uenales, qui uult extrudere, merces.
 Cic. 4. de Fin. Cum ſuperiores, e quibus pleniffime Polemo, ſe-
 cundum naturam uiuere, ſummum bonum eſſe diſiſſet. Hinc Ple-
 nitudo, contraria uacuitati. ſumitur & pro corpulentia, ſue Cra-
 ſtitudine. Plin. lib. 11. c. 37. Homo creſcit in longitudinem ad annos
 uſque ter ſeptenos, tum deinde ad plenitudinem. Col. lib. 4. c. 3.
 Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis.
PLERIQUE, [La maggior parte.] *πλερίοι*, pleræque, pleraque, plures eſt
 uel maiore ex parte. Salluſt. In diuiſione orbis terræ plerique in
 æertia parte Africam poſuere : pauci tantummodo Aſiam & Eu-
 ropam. Idem de Inuent. Nec ratione animi quidquam, ſed pleraq-
 uiribus corporis adminiſtrabant. Hor. l. 2. ep. Si quædam nimis au-
 tiquæ, ſi pleraque dure. Ter. in An. Quod plerique omnes faciunt
 adoleſcentuli. Vbi Donatus: Plerique omnes *ὀρχαῖσμος*, eſt. nam
 errant, qui plerique paret con intelligunt, hoc enim pro una parte
 orationis dixerunt ueteres. Idem in Hea. Plus ſatis. Noue: ſed in-
 telligitur, Plus quam ſatis. Hoc quidam putant: at mihi de iis uide-
 tur eſſe, quæ a ueteribus geminabantur, ut Pleriq. omnes, id eſt,
 Omnes. Pleraque omnia, id eſt, Omnia. Sic & Plus ſatis, pro Satis.
 Ter. Phor. Ita plerique ingenio ſumus omnes. & Hea. Dixi plera-
 que omnia. Hinc Plerumq. quod etiam dupliciter ſumi poteſt: uno
 modo pro ſere ſemper. Ter. in And. Ipſum animum ægrotum ad
 deterioſiorem partem plerumque applicat. Alio modo, ſed rariffi-
 me, pro nonnunquam. Quinſt. Excuſſa ſunt plerumq. uitia uer-
 bibus. Dicimus quoque plerumq. omnes. Pla. in Tri. Plerumq. o-
 mnes iam ſunt intermortui. Inuenitur etiam Plerus ſine adiectio-
 re Pacui. Periere Danaï, plera pars peſſumdata eſt.
PLEURITIS, idis, inflammatio membranæ coſtas ſuccingentis. Hinc
 Pleuriticus. Plin. lib. 20. c. 17. Datur picuriticis.

* **PLEVRON**, *πλευρὸν*, Aæoliæ urbs, & Meleagri patria. Plin. lib. 4. c. 2.
PLICATILIS, plicatile, [Plegheole. Gall. Aise à plier. Hiſp. Cosa que ſe
 puede plegar.] *πλεκτόν*, quod plicatur, aut plicari poteſt : ut, Nauis
 plicatilis, quæ facta ex corio, complicata circumferunt ad tranſi-
 tiendos amnes. Plin. lib. 5. c. 9. Ibi Aethiopiæ conueniunt naues,
 namque eas placatiles humeris transferunt, quoties ad cataraclas
 uentum eſt. Plicatilis criſta. Idem lib. 10. cap. 19. Vpupa criſta: u-
 ſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigenſque per longitudi-
 nem capitis.
PLICOS, cas, caui, catum, & Plicui, plicutum, [Plegare. Gall. Plier. Hiſp.
 Plegar.] *πλωσ*, ſignificat plicare, neſtere, & ueluti rugas facere. a
πλεωω, neſtere. Virg. 5. Aen. Seq. in ſua membra plicantem.
PLINIVS, ſecundo Veronenſis temporibus Veſpaſiani uixit, cuius
 negotia adminiſtrabat : noſtibus uero & ſucceſſibus temporibus
 opus de Rerum natura conſcripſit. Perijt in montis Veſeui in-
 cendio, dum eius cauſam indagare cupit. Eius uitam diligentius
 narrat nepos eius ex ſore Plinius, cuius exiſtant lib. epiſt. &
 Panegyricus Traiano Cæſari dicatus, quo ille gratias agit, con-
 ſul ab eo factus. Quintiliani filiam dote iuniſſe, & Martialem
 Poetam ſecedentem uiatico proſecutum fuiſſe, teſtatur ipſe in
 epiſtolis.
PLISTARCHIA, *πλεῖσάρχεια*, ciuitas Cariæ, alias Heraclæa dicta.
 Steph. Byzan.
PLISTONICEVS, medicus egregius. Plin. & Celfus.
PLOROS, *πλωρος*, [Plangere, lagrimare. Gall. Pleurer ou plorer. Hiſp. Llorar pla-
 rar.] *πλέω*, lacrymor, fleo. Cic. pro domo: Senatù pro me non mo-
 do propugnare, ſed etiam plorare prohiberet. Hor. de Ar. Con-
 ducti plorant in funere. Idem 2. ep. 1. Plorauere ſuis non reſpon-
 dere fauorem Speratum meritis. Cic. Att. l. 1. 5. Feſſus ſum ploran-
 do. Ploratus, *πλωτος*, Statius: Quos Veneri plorata domus. Plora-
 tus Plorus, Ouid. 4. Faſt. Ploratus, ploratus, ploratu, ſtetus, lamen-
 tatio. Cic. 2. Tuſc. Ex Poeta quopiam uetulo: Heu uirginalem me-
 ore ploratum edere. Idem Att. l. 5. Ciuitatum gemitus, ploratus.
 Plorator, qui plorat. Mart. l. 14. Si quis plorator collo tibi uernu-
 la pendet. Plorabundus, ploranti ſimilis. Pla. Aul. Homo ad præ-
 torem plorabundus deuenit.
PLORVM, ploſtri, [Carro. Gall. Chariot. Hiſp. Carro o carreta para car-
 rar.] *πλωρα*, idem quod plauſtrum. nam au, in o, ſæpe conuertitur.
 Col. lib. 6. c. 2. Hinc Ploſtellum. Ploſtellum Pænicum quid ſit, de-
 clarat Varr. lib. 1. de re ruſt. c. 52.
PLOTAE, *πλωταί*, duæ inſulæ ad Occidentale Peloponneſiſ latus: ſi-
 re, non proſcal a Zacyntho: poſtea Strophades dictæ. Plin. 4. c. 12.
PLOTINVS, *πλωτίνος*, Academicæ ſectæ Philoſophus inſignis, Aeg-
 yptius patria Lycopolites. Galeni, & Taciti, & Probi temporibus
 floruit. Suet.
PLOTVS, Gallus, Lugdanenſis, rhetor egregius, Ciceronis tempo-
 re Romæ floruit, a quo Cicero ſe, & Q. Fr. Latinas litteras didi-
 ciſſe teſtatur, de Oratore.
PLOTOS, M. Atrij cognomen fuit, Latinorû comicorû facetiſſimi.
PLOTOS, inquit Feſtus, uocantur, qui ſunt planis pedibus : unde &
 Poeta Attius, qui Vmber Sarſinas erat, initio Plotus, poſtea di-
 ctus eſt Plaurus.
PLOTOS, etiam hodie Nouarienſes patricij ſunt, ſeruato a Romanis
 uſque ad hunc diem nomine; quorum omnium longe princeps
 eſt Io. Baptiſta, Iureconſultus cum alijs nominibus, cum uel ma-
 xime laudandus, quod in apertum protulit patriæ monumenta,
 quæ ſere in tenebris latebant, & in luce hominum, ſuis ſcriptis,
 collocauit.
PLUMA, plumæ, [Piuma. Gall. Plume, Hiſp. Pluma.] *πτερον*, mollior, & mi-
 nor penna. Pla. in Men. Pluma leuior. Mart. lib. 14.
 Laſſus Aniclea poteris requieſcere pluma. Virg. 10. Aen.
 Cauentem molli pluma duxiſſe ſeneſta. Cic. 2. de Nat. Deo.
 Animantium pluma alias, alias ſquam uidemus obductas. Hinc
 Plumæus, a um, ut Leſtus plumæus. Plumæa culitra, Cic. 3. Tuſc.
 Ou. 11. Met. Plumæus, unicolor, pullo uelamine teſtus.
PLUMARIVS, a um, [Di piuma.] *πτερόμοσ*, ex pluma : unde Plumaria
 culitra, pluma plena. Et Plumarium opus, acu factum.
PLUMARIVS, *πτερομοσ*, qui acu depingit aliquid in puluinaribus plagis.
 Cato de liberis edu. Nulla, quæ non didicit pingere, poteſt bene
 iudicare, quid ſit bene pictum plumario, aut textore in puluina-
 ribus plagis.
PLUMATILIS, le, [Di piuma.] ex plumis. Pla. in Epiſt. Plumatile, aut
 cerinum. Non. Clauatum interpretatur, aut ex pluma factum.
PLUMATVS, a um, [Coperto di piuma.] *πτερομοσ*, plumis teſtus. Cic. 3.
 de Nat. De. Nitens plumato corpore coxus. Plin. lib. 8. c. 30.
PLUMBAGO, inis, communis uena plumbi, Vide Plumbum. Eſt etiam
 Plumbago, herba in aruis naſcens, folio lapathi; qua commanda-
 cata, ſi oculus ſubinde liniatur, plumbum, quod eſt genus uitæ, ex
 oculo tollitur. Plin. lib. 2. 5. c. 13.
PLUMBARIVS, a um, quod ad plumbum pertinet, ut, Plumbaria offi-
 cina. Plin. l. 24. c. 18.

PLUMBATAE, pilæ plumbæ, quas ueteres peregrino uocabulo Martio barbulo uocabant. Veget. de re mil. l. i. c. 17.

PLUMBATURÆ, [Impiombatura,] *μολύβδασις*, modo ferruminationem significat, modo quacumque coniuncturam plumbio factam. Cassius apud Paullum in l. in rem actio. ff. de rei uindicatione.

PLUMBEVS, a, um, [Di piombo. Gal. De plomb. Hisp. De plomo.] ex plumbo. Pla. in Tri. Nummum ei numquam credam plumbeum. Plumbeo iugulare gladio, est leui argumento conuincere quempiam. Plumbeus homo a Plauto dicitur liuidus, a Terentio obtusus, & stupidus, in He. Plumbeum ingenium, quod cogitando penetrare non potest. Plumbeum esse in re aliqua. Cic. i. de Fin. Dubitare non possumus, nisi plane in Physicis plumbei simus, quin nihil sit animis admistum. Plumbeæ iræ, sunt grauissimæ. Plaut. Pœn. Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt. Plumbeus color, plûbum referens, qualis apparet in iis, qui ictero nigro laborant. Plin. lib. ii. c. 52.

PLUMBO, as, [Impiombare. Gall. Plomber, fowler de plomb. Hisp. Soldar con plomo.] *μολύβδασις*, ferrumino, uel plumbo conglutino. Plin. lib. 34. c. 17. Neque argentum ex stanno plumbatur. Hinc Applumbos, plumbo. Vlp. l. 2. de sepul. uiol. Si statua neque applumbata fuerit, neque affixa.

PLUMBUM, bi, [Piombo. Gal. Plomb. Hisp. Plomo.] duplex est, album, & nigrum: album, Stannum dicitur. Plin. lib. 34. c. 16. & 17. Est & Plumbum genus uitii in oculis. Plin. lib. 25. c. 13. Plumbofus, a, um, quod plurimum plumbi habet admistum. Plin. l. 34. c. 18. & lib. 33. c. 5.

PLUMESCO, is, scere, pennatus fio. Plin. lib. 10. c. 53.

PLUMO, mas, [Far plumæ. Gall. letter hors les plumes, commencer à en auoir. Hisp. Emplumar, echar à suera plumas.] *πτερομα*, plumam emittens. Gell. lib. 2. c. 29. Pullis iamiam plumantibus. Plumare item est acupingere. Flauius Vopiscus.

PLUMOSVS, a, um, [Coperto di piume,] plumis tectus, Ouid. ad Liuiam. Sic plumosa nouis plangentes pectora pennis Onidena subicæ concinistis aues. Prop. l. 4. el. 2. Faunus plumoso sum deus aucupio.

PLUMIPES, pedis, *πτεροπόδες*, qui pedes habet pennatos. Catull. in Cameriuia epig. 51. Adde huc Plumipedas, uolatilesq.

PLUMULA, æ, *πτερόνιον*, parua pluma. Col. l. 8. c. 5.

PLUO, pluus, pluui, uel pluuium, [Ploiere. Gall. Plouoir. Hisp. Lloer.] *βρέχειν*, uel soli Deo, uel naturæ tribuitur: ideo fere sine nominatiuo ponitur. Vir. 10. Ae. Dum pluit in terris. Cic. de Nat. Deo. Has Græci stellas Hyades uocitare ferunt, a pluendo, *πλουειν*, n. est pluere. Plin. lib. 16. c. 26. Etiam si non pluat. Aliquando tamen inuenitur habere nominatiuum eius rei, quæ pluendo decidit. Virg. 4. Geor. Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Tib. Multus & in terram deplueretq. lapis. Quandoque ablatiuum. Liu. l. 36. Nunciatum est, lapidibus pluuisse. Quandoque accusatiuum. Liu. l. 10. Terram pluuisse, auunciatum est. Hinc Appluo, Plin. lib. 9. c. 16. Nisi appluat, exanimantur. Compluo, Varro: Surfum, qua compluebat, compluuium dictum. Impluo, suo loco.

PLURIFARIAM, [A molti modi,] *πλurivαρχία*, aduerbium pluribus modis, siue pluribus locis. Suetonius in Tib. Cubicula plurifariam disposita.

PLURIMVS, ma, mum, [Assaisimo,] *πλurιστος*, superlatiuum a Multus. Pla. in Aul. Quod me sollicitat plurimis miserum modis. Quandoque pro longo. Virgilius 1. Aeneid. Collem, qui plurimus urbi imminet. Vnde apud eundem, Nux plurima, id est, longa, qua significatur amygdalum. Plurimum, cum genitiuo. Cic. In publicanorum causis, uel plurimum ætatis mea uersor. Idem 1. de Finibus: In iustitia incunditatis uel plurimum affert. Plurimi, genitiuus uerbis æstimandi iungitur. Cicero 3. de Finibus. Est illud quidem plurimi æstimandum: sed ea æstimatio genere ualet, non magnitudine. Plaut. Bacc. Illam plurimi pendit. Hinc Plurimum, aduerbium, permultum. Cic. de Am. Plurimum sibi confidit: Quodque pro, ut plurimum. Ter. in Phorm. Domum ire pergam, ibi plurimum est.

PLVS, pluris, [Plus,] *πλurος*, ge. ne. in obliquis uero, & numero plurali trinum generum, secundum Priscianum, comparatiuum est. significatione tantum, non uoce, ab eo, quod est Multum: quamuis Gell. lib. 7. c. ult. ex Capitonis auctoritate putauerit esse absolutum, id est, postiuum. Plus, nominatiuo aliquando iungitur. Liu. de Bello Mac. Plus quinquaginta hominum millia ceciderunt. Aliquando accusatiuo. Ter. in Eun. Non plus tridium. Vitru. lib. 7. Afferes directi disponantur inter se, nec plus spatium habentes pedes binos. Aliquando ablatiuo. Pla. in Men. Plus triginta annis natus sum, in quibus omnibus locutionibus intelligitur particula Quam, quæ plerumq. etiam exprimitur. Aliquando & genitiuo, communi more omnium substantiuorum: ut, Plus sapientiæ, apud Plaut. in Mil. Aliquando temporis aduerbium fit, idem significas, quod diutius. Ter. in Hec. Ut cum matre una plus esset. Plures, pro multi. Cic. 2.

de Fin. Plures dies manere non potest. Plin. l. 9. c. 12. Aquatiliu regmenta plura sunt. In plur. num. Plura dicimus, & Pluria. Dona. Antiqui hoc Complure, & hæc Compluria, quod nostri Cõplura dicunt. Cic. in Or. Confirmanda genera compluria. Credo, quia ueteres, hic & hæc pluris, & hoc plure, non hoc plus, dicebant. Hæc ille. Gellius uero refert Capitonem docuisse Pluria Latinu esse, plura uero barbarum. nunc autem, & Pluria, & Plura dicimus. unde & Compluria, & Complura. Ter. in Phorm. Noua hic compluria. Sed differunt ab inuicem Plura, & Complura, quod Plura de duobus dici possit, Complura non nisi de maiore numero. Et præterea illud comparatiuum, hoc minime, ideoque non regit casum. Complurimus non reperitur, sed tantum Plurimus. Est etiam Plus aduerbium. Plus satis, dicimus, pro eo, quod est abunde, & plus quam satis. Terent. in Eunuc. Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Plus, minus: Plus, minusue, Plusue, minusue: in eadem significatione usurpantur, pro Circiter: frequentius tamen inuenitur Plus minus: ut, Dies plus minus triginta, pro paulo plus, aut paulo minus. i. circiter. Dicimus etiam, Plus plus que, pro uehementius. Cic. Att. l. 6. Quem mehercle plus plusque in dies diligo. Hinc Perplures, idem quod permulti. Plin. lib. 13. c. 24. Spondetque iugero eius annuos perplures, uel mediocri solo reditus. Vnde Perplurimum, aduerbium: ut, Perplurimum refert, apud eundem lib. 2. c. 54. Item deriuatiua, Plurialis, & hoc plurales, & Pluratiuus, a, um, eiusdem significationis, ut apud Macrobi. Pluratiuus numerus.

PLVSCVLVS, a, um, [Vn ποιο πλιν,] *παραπολύς*, demin. a Plus, quamuis Plus masculinum, femininumue genus non habeat: idemq. significat, quod paulo, uel aliquanto plus. Ter. in Phor. Pluscula supella lectile opus est. Inde Complusculus. Idem in Hec. Dies complusculus. Plusculum, li, sublt. ne. ge. Cic. 2. de Or. Caussas eas, in quibus plusculum negotii est. Idem Luceio lib. 5. Plusculum, quam concedit ueritas, amori nostro largiare.

PLVTARCHVS, Cherronenfis Philosophus, floruit sub Traiano, & Hadriano Imperatoribus, uir eruditissimus. A Traiano in Illyricum missus est consulari potestate. Suidas.

PLUTEVS, plutei, masc. gen. Machina ad expugnandos muros ad similitudinem cassidis. Contextitur e uimine, & coriis protegitur, ternisque rotulis: quarum una in medio, duæ in captibus apponuntur, in quacumque partem uolueris, admoerit. Hos obidentes muris adiuuebant, applicabantque, sub usque latitantes sagittis, aut aliis missilibus defensores de propugnaculis exturbabant, ut interim scalis ascendendi præstaretur occasio, ut inquit Vegetius. Cæs. Hostibus spes uictoriæ redintegrabarur, quod deus flos pluteos turrim uidebant. Pla. in Mil. Ad eum uineas, pluteof que agant. id est, totis uiribus eum oppugnabo. Suet. in Calig. accipere uideatur pluteum pro fulcro tori discubitorii, cum inquit: Quosdam summis honoribus functos cenare modo ad pluteum, modo ad pedes stare succinctos linteo passus est. Mart. lib. 3.

Namq. puer pluteo uindice tutus erat. Librorum quoque, & tabularum, signo rumq. rep ositoria Plutei appellatur. Iuu. Sat. 2. Et iubet archetypos seruire Cleanthas. Hinc Plutealis, & hoc le. vnde a Cicerone ad Att. l. i. Sigilla plutealia, imaginiculæ pluteis inclusæ dicuntur. Tabula in super, qua utuntur ii, qui aliquid meditantur, conscribuntur, Pluteus dicitur. Perf. Sat. 1.

Nec pluteum cedit, nec demorsos sapit ungues.

PLVTO, [Plutone,] *πλurτων*, *αδουδης*, Saturni filius ex Ope coniuge, & frater Iouis, atque Neptuni; qui cum ad regni diuisionem uenissent, Plutoni, qui natu minimus erat, & Arcefilas uocabatur, pars Occidentis obtigit, secus inferum mare: Ioui plaga Orientalis: Neptuno insulæ. hinc datus est locus fabulæ, Ioui Imperium cæli, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigisse. Dicitur Pluto, *πλurτος* *πλurτος*, a diuitiis, quod opes omnes ab inferis, id est, ex intemis terræ uisceribus eruantur. Eandem etiam ob causam Latini Ditem appellantur. Cic. 2. de Nat. Deo. Terrena uis omnis, atque natura Diti patri dedicata est. Idem & Summanus dicitur, quasi summus deorum Manium. Item Orcus, quasi Vrcus, ab urgendo, quod omnes ad interitum urgeat. Dicitur & aliis multis nominibus, quæ uide apud Cælium Antiqu. lect. l. 10. c. 18. Huius uxorem Proserpinam esse uolunt, Cereris filiam, cuius raptum tribus lib. exsequitur Claudianus. Hinc Plutonium, a, um. Hor. lib. 1. Carm. Et domus ex filis Plutonia.

PLVVLIA, æ, [Pioggia. Gal. Pluye. Hi. El agua lluvia que viene del Cielo.] *πλurτος*, aqua cælestis ex cælo decidens. Virg. 1. Geo.

Et pluuia ingenti sacra læta, boumq. labores

Diluit. Idem 1. Ge. Ne tenues pluuiæ, rapidius potentia Solis.

PLVVLIALIS, pluuiialis, & Pluius, a, um, [Di pioggia. pionana. Gall. Pluuiens, de pluye. Hispan. Cosa de agua lluvia.] unde Aqua pluuiæ, uel pluuiialis dicitur, quæ de cælo decidit. Festus: Compluuium, quo de diuersis tectis aqua pluuiialis confluit. Virg. 3. Geo.

Verè madent uo terræ, ac pluuiialibus Austris. Colum. lib. 2. cap. 13.

PLVVIOSVS,

PLUVIOSVS, a, um, [*Pichoso*], ὑετῶδες, ut, Annii pluuiosus, in quo sunt frequentes pluuiæ. Plin. lib. 18. c. 23.

PLUVIVS, a, um, [*Di pioggia*], ὑετιος, Plinius: Teritur in mortarijs admixta aqua pluuiæ. Hor. lib. 1. Carm. Ventos pluuios uocat, id est pluuiam inducentes. Col. in præf. lib. 1. Ver pluuium nominat, in quo sæpe fit pluuiæ. Aufer pluuius, pluuiam inferens. Ouid. 1. Met. Cælum pluuium, Var. 1. de re ruf. c. 13. Frigus pluuium, Virg. 3. Geo. Hyades pluuiæ. 2. Aen.

* **PLYNEA**, Nili insula, cuius incolæ Plinxi dicuntur, & Plyneatæ. Steph.

PLYNTERIA, dies festi apud Athenienses, Cereri sacri. Cæl. Rhod.

P A N T E N

PNEUMATICVS, spiritalis, πνευματικός, a spiritu. unde Pneumatica organa, dicuntur spiritalia, hoc est, quæ ui flatus, uel spiritus, aquam ex puteo, uel flumine hauriunt, ad irrigandos hortos. Plin. lib. 19. c. 4. Pneumatica ratio pars musicæ, quæ fit inflatis uento fistulis. Plin. lib. 7. c. 37.

P A N T E O

POCILLATOR, oris, [*Coppiere*]. Gal. Qui uerse à boire, escuyer à coupe. Hi. Escanciator d' copero. αὐτῶς, uos, pincerna, qui est a poculis.

POCILLVM, li, paruum poculum. Plin. lib. 4. c. 13. Papirius, aduersus Samnites dimicaturus, uotum fecit, si uicisset, Ioui pocillum uini. Pla. in Asi. Tecum aquæ pocilla potiret. Cato c. 156. Per lintheum ex fugito succum in pocillum fistile. Liu. 10. Vouerat Ioui, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi.

POCULENTVS, ta, tum, [*Che si può bere*]. Gal. Qu'on peut boire. Hisp. Cosa que se puede beber, d' à quella benida. ποτῖμος, quidquid potari potest. Gell. lib. 4. c. 1. Penus est, inquit, quod esculentum, aut poculentum est. Cic. 1. de Nat. De. Esculentis, & poculentis, iter naturæ patefecit.

POCULVM, poculi, [*Coppa*]. Gal. Toute sorte de vase au à boire. Hisp. Vaso para beber, copa. κῆρυμα, ποτήριον, uas, quo bibitura potione dicitur. Cic. 6. Ver. Pocula Mentoris manu summo artificio facta. Vir. 11. Aen. Expectare dapes, & plenz pocula mensæ. Sumitur quandoque pro ipso potu, siue potione. Vir. 2. Ge. Pocula si quando sæuæ infecere noueræ.

Pocere maioribus poculis, est copiosius, & liberius potationi indulgere, inuitare. Cic. 3. Ver. Pofcent maioribus poculis.

PODAGER, gra, grum, [*Gottoso*], ποδῶγρος, podagricus. Claudianus epigr. 30.

PODAGRICVS, & Podagrosus, [*Gottoso*]. Gal. Cotteux és piés, podagre. Hisp. Gottoso de los piés. ποδῶγρον, qui podagra laborat. Plaut. in Mer. Si podagrosus pedibus Euthycus. Plin. lib. 20. cap. 8. Podagricis utiles.

PODAGRA, podagræ, pæ. co. [*Podagra*]. gotta. Gal. La goutte és piés. Hisp. Gota de los piés. ποδῶγρα, morbus est articularis, pedes præcipue infestans. Dicitur Podagra, quod pedice more, quam Græci ποδῶγρον appellant, pedum usum impediatur. Si manus infestet, chiragra dicitur. Mart. lib. 1. Litigat & podagra Diodorus, Flacce laborat: Et nil patrono porrigit: hæc chiragra est. Ouid. 2. de Pon. Soluere nodosam nescit medicina podagram. Podagra morbus peregrinus est. nam si Italiæ fuisset, antiquitus Latinum nomen inuenisset. non enim Roma, cum sudando, & laborando uiuebat, hoc malum cognouit. Plin. lib. 26. c. 10.

* **PODALEA**, p. p. urbs Lyciæ. Plin.

PODALIPIVS, Aesculapii filius, ob insignem medicinæ artis peritiâ una cum fratre Machaone ad bellum Troianum euocatus.

* **PODARGI**, populi Thraciæ. Steph.

PODEX, cis, ἀρχῆς, posterior pars corporis pudenda. Iuuen. Sat. 2. Et podice leui Caduntur tumide medico ridente mariscæ. Hor. Hietq. turpis inter aridas nates Podex.

PODIVM, podij, [*Poggio*]. poggio. ποδῶν, locus ad spectandum habilis, a pede nomen habens; quia pedis modo proiectura illa, quæ podium facit, procedat, uel quod in eo pedibus hæremus. Iolier enim fieri extra domus parietem locus porrectus instar pulpiti, murtulis et marmore suppositis. Iuuen. Sat. 2. Omnibus ad podium spectantibus. Suet. de Nerone: Toto podio ad aperto spectare consueuerat.

POEMA, tis, [*Poema*]. poesia. Gall. Poesies poemece qu'on poete à composé. Hisp. Obra de poeta. ποιμα, & Poematum, ti, & Poesis, huius poetis, ποιητής, Poetarum opus, hoc est, signentum, siue factio. Plaut. in Afin. Nam nec fictum umquam, nec pictum, in poematis. Plinius libro 7. cap. 36. De poematum origine magna quaestio est. Cicero 4. Tusc. Anacreontis tota poesis amatoria est. Nonius ita distinguit inter Poema, & Poesim, quod illud fit inuentio parua, quæ paucis uerbis exprimitur, hæc uero contextus ipse scriptorum, & opus totum. Sic tota Ilias Poesis appellabitur. armorum autem Achillis descriptio, poema. Verum hæc differentia non obseruatur.

POENA, pœnæ, [*Pena*]. supplicio. Gal. Peine. punishment. Hisp. La pena. τιμωμῆ, supplicium, quo quis ob delictum afficitur, a Græco ποινῆ,

quamuis Varro a pendendo deriuari putet. Habet autem hoc nomen uarios in oratione usus. Dicimus enim, Petere pœnas, pro exigere: Luere pœnas, id est, puniri. Afficere pœna. Constituere pœnam alicui, aut in aliquem: Confergere in pœnam: id est, Vi pœnam ab aliquo exigere: Dare pœnas: Pendere pœnas: Exigere pœnam: Expetere pœnam: Effugere pœnam: Expendere pœnas alicui: Ferre pœnam: Habere pœnas: Perfoluere pœnas sceleris: Perferre pœnam: Persequi pœnas alicui, pro ulcisci. Pendere pœnas, puniri, supplicio affici, multam soluere: Repetere pœnas ab aliquo: Sustinere pœnam: Sufferre pœnam: Sumere pœnas: Subire pœnam: Suscipere pœnam. Pœnarum uero octo genera Cicero commemorat. damnum, uincula, uerbera, rationem, ignominiam, exilium, seruitutem, mortem.

POENALIS, & hoc le, quod ad pœnam pertinet: ut, Pœnalis opera. Plin. lib. 18. c. 11.

POENARIVS, pœnalis, ut Pœnaria adio. Quinct. 1. 4. c. 3. Si pœnarias actiones inferemus. Idem lib. 7. c. 5.

POENICVS, cæ, cum, antiqui dicebant, quod nos Punicus, æ diphthongo in u, transmutata. unde Pœnica pauimenta ex lapide Numidico strata. Sic Pœnio dicebant, pro Punio.

POENITENTIA, [*Penitentia*]. Gal. Repentance, penitence. Hisp. Arrepentimiento. μετανοια, dolor ob factum aliquid nostrum, occasio nisue prætermissionem. Plin. epist. 130. Superest, ut agat penitentiam penitentia suæ. Plin. libro 27 cap. 12. Nihil se dius agricolis, quam gestæ rei penitentia. Aliquando pro contemptu. Idem lib. 5. capitulo 17.

POENITET, penitebat, penituit, uerbum impersonale, [*Penitenti*]. Gal. Se repentir. Hisp. Arrepentirse. Cic. pro Cælio: Quod obiectum est de impudicitia, id nunquam tam acerbè feret Cælius, ut eum peniteat non deformem esse natum. Aliquando pro tædet, seu dolet accipitur. Liuius lib. 1. Nec me eorum sententia esse penitet. Cic. in Catone: Num igitur, si ad centesimum uixisset annum, senectutis eum suæ peniteret? Accipitur interdum pro, exiguum uideretur. Ter. Heaut. Me quantum hic operis fiat, penitet. i. exiguum uideretur, quod a seruis fit. Cic. lib. 1. Off. Tam diu uelle debebis, quoad te, quantum proficias, non penitebit. Penitet me hominis: non magni facio hominem. Cic. 4. Acad. Quid eum Mnesarchi penitebat? Hinc Penitens, Peniturus, Penitendum. Attius, Neque te, neque quemquam arbitror penititum tuæ laudis. Quinct. lib. 9. c. 3. Eo usque processum est, ut, non penititum, pro non acturum penitentiam, & uisuros, ad uidentium missos, Sallust. dixerit. Col. lib. 2. c. 2. Hic ager colono est penitendus, ac tamquam pestilentis refugiendus. Penitendum enim idem est, quod parui æstimandum. Liu. 2. Sub haud penitendo magistro. Penitens uero interdum iungitur genitiuo. Suet. in Vitell. Penitens facti. Interdum ablatiuo cum De. Idem in Claud. Penitentis de matrimonio Agrippinæ. Penitendum, gerundium legitur. Sallust. in Jug. Num eorum penitendum sit.

POENVLVS, demi. est a Pœnus, unde Plautina fabula nomen sumpsit, in qua Pœnus Hanno Punice loquens introducit.

POENVS, [*Carthaginense*]. Carthaginiensis, a nomine Phœnix; de tracta adspiratione. Seruius in illud Virgil. 1. Aeneid. Ponuntque ferocia Pœni Corda. Pœni, inquit, ἀφρισον, est, quasi Phœni; quia a Phœnicibus orti. Hinc Punicus, cæ, cum, commutata æ in u.

POETA, poetæ, [*Poeta*]. Gal. Poetes, faiseur de vers. Hisp. Poeta. ποιητής, carminum insignium scriptor. Hor. in Art. Pictoribus, atq. poetis, Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Virg. 9. Ecl. Et me fecere Poetam Pierides. Cic. 2. de Or. Bonus Poeta nemo sine inflammatione animorum existere potest, & siue quodam afflatu quasi furoris.

POETICE, ces, aut Poetica, cæ, [*Poetica*]. ars conscribendorum uersuum. Cic. 1. Tusc. O præclaram emendatricem uitæ poeticam.

POETICVS, a, um, [*Di Poeta*]. Gal. Poétique. Hisp. Cosa perteneciente à poeta. quod ad Poetam pertinet. Cic. 3. de Or. Habet in oratione Poeticum uerbum dignitatem. Quinct. 1. 1. In eadem uitij geminatione poetico iure defenditur. Licentia poetica. Quinct. lib. 2. c. 4. Poetici dij, Cic. 3. de Nat. De. Mella poetica manare, Hor. 3. ep. 20. Hinc Poetice, more poetarum. Cic. 5. de Fin.

POETIFICVS, adiect. Ennius: Caballinum fontem poetificum dixit.

POETOR, aris, [*Poetare*]. in Poetica me exerceo. Ennius: Numquam poetor, nisi podager.

POETRIA, cæ, [*Poetessa*]. Gal. Femme que sait faire & composer vers. Hisp. La mujer poeta. ποιητρια, mulier poetices perita. Persius in præf. Poetrias picas Cantare credas Pegæicum melos. Cic. pro Cæl. Veteris & plurimarum fabularum Poetrix.

POL, [*Per Dio*]. per Pollucem, iuramenti genus tam uiris, quam mulieribus erat commune. Pla. in Amp. Neque Pol dedi, neque dixi.

POLIA, [*Pola*]. πόλις, Ptolem. Istriz urbs, a Colchis condita, postea a Julio Cæsare colonia deducta, Iulia Pietas appellata. Plin. lib. 3. capitulo 19.

POLENTA,

- POLENTA**, α, αριτον, hordeum madefactum, deinde siccatum & totum. Est autem Polenta tantum feminini ge. Cato de re ru. c. 118. Polentam adycito. Varr. de re rust. lib. 4. c. 9. Polenta multa cum naturtij semine. Pla. in Asin. Polentam pransitant.
- POLENTARIUS**, α, um, quod pertinet ad polentam, seu quod est ex polenta. Pla. in Curc. Eijciam polentarium crepitum.
- POLII**, lorum, [Polii] πόλοι, Martiano, duo sunt puncta immobilia in caelo, circa quæ tamquam circa cardines quosdam, totum caelum uolui uidetur: unde etiam nomen acceperunt, εἰς τὴν πόλιν, a uertendo. Horum alter, qui Borealis appellatur, in nostro hæmiphærio perpetuo apparet, cui alter, quem Australem dicimus, ex diametro opponitur, neque ex nostro Horizonte umquam cõspicitur. Ab horum uno ad alterum imaginaria quædam linea ducitur, quam Axem appellant, cuius extrema occupant ipsi. Plin. lib. 2. cap. 15.
- PULIMENTA**, teste Festo, dicuntur testiculi porcorum, cum castrantur, quod ad similitudinem uestium poliantur. Pla. in Men.
- POLIO**, polis, poliui, uel polij, politum, [Polire, ornare. Gal. Polir, orner. Hisp. Polir, ornar, acicalar.] ζῆω, orno, complano. Plaut. in Pæn. Poliri, expoliri, pingi, fingi. Virg. 8. Aen. Aegidaq; horrificam, turbatæ Palladis armâ, Certatim squamis serpentum, auroq; polibant. Ou. 1. de Pon. El. 6. Cur ego sollicita poliam mea carmina cura. Cic. 1. de Nat. De. Orationis faciendæ & poliendæ ignarus. Hinc Politum, cultum, ornatum. Varr. 1. de re rust. c. 2. Virum omnibus uirtutibus politum. Cic. 3. de Fin. Agricultura abhorret ab omni politiore elegantia. Idem 4. Acad. Politissimus & acutissimus nostræ memoriæ Philosophus. Ibidem: Nihil acutius, nihil politius Aristotele. Idem Lentulo: Apelles Veneris caput & summa pectõris politissima arte perfecit. Hinc Polite, adue. Cic. 1. Tusc. Fieri potest, ut recte quis sentiat, & id, quod sentit, polite eloqui non possit. Politulus, dem. Cic. ad Volumnum 1. 7. ep. Opus est huc limatulo, & politulo tuo iudicio. Politura, ræ, poliendi actus. Plin. lib. 36. c. 6. Thebaica polituris accommodatur. Repolio, rursus polio. Coll. lib. 2. de frumentis loquens: Nihil attinet repoliri, satis est umbra refrigerari. Reliqua composita, uide suis locis.
- POLIO**, onis, qui arma polit. Firmicus lib. 2. Mars, & Mercurius in decimo poliones faciunt. Vtitur hac uoce & Callistratus lib. 50. Digest.
- POLITIA**, æ, p. p. [Republica. Gal. Gouvernement de uille ò republique. Hisp. Republica.] πολιτεία, status ciuitatis, quo nomine etiam Plato opus suum de rep. inscripsit. Cic. 1. de Diuin. Vide quid Socrates in Platonis Politia loquatur. Politia iuxta Aristotelem in rhet. est principatus, & consuetudo rerum, secundum quam uiuere unum quemque, & conuersari decet. Tres autem sunt, quia aut unus regnat, aut plures, aut omnes. si unus, & bonus, regnum constituit; si malus, tyrannidem; si plures & boni, aristocratiam; si mali, ochlocratiam faciunt; si omnes, & boni, democratiam.
- POLITIVS**, a, um, [Ciuille. Gal. politique, ciuil. Hisp. Ciuil, cosa de ciuidad.] πολιτιός, ciuilis, quod ad ciues pertinet, quos Græci πολιτας uocant. Cic. Att. 9.
- POLLENTIA**, lentia, [Potentia. Gal. δύναμις, potentia. Plaut. in Rud. Ne impiorum potior sit pollutia. Idem Casin. Vt uiro tuo sis superstes, atque ut potior pollutia. Dea Pollentia, dea potentia, quæ a Romanis colebatur.
- POLLENTIA**, Plinio auctore, opidum in maiore Balearium insula, fuit & altera Pollentia iuxta Alpes, in clyra lanarum nobilitate: de qua Silius lib. 8. Fuscique ferax Pollentia uilli. Fuerunt & Pollentini in Pæno. Plin. lib. 3.
- POLLEO**, [potere, ualere. Gal. pououir, auoir puissance & autorité. Hisp. poder.] ἰσχύω, possum, ualeo. Cic. in Par. Nec est ulla res, quæ plus apud eum polleat, quam ipsius uoluntas, atque iudicium. Liu. lib. 21. Multum illi terra, plurimum mari pollut. Accipitur etiã pro prestare, uel melius esse, uel utilius. Plin. lib. 36. Ex oleo & aqua Ciliciæ cotes pollut.
- POLLEX**, pollicis, [Deto grosso. Gal. La pouce de le main ou de pié. Hisp. El pulgar, dedo grueso de la mano.] μέγας δακτυλός, digitus primus in pede, & manu, quod ui, & potestatis inter ceteros digitos polleat, unde & apud Græcos ἀριστερ uocatur, quasi altera manus uideatur. Plin. libro 11. cap. 43. Hominis pollex articulos habet tres. Premere pollicem prouerbialiter dicitur pro fauere. Plinius libro 28. capitulo 2. Pollices, cum faueamus, premere prouerbio tubemur.
- POLLICARIS**, & hoc re, ἀριστερῶς, quod pollicis latitudinem, siue crassitudinem habet. Plin. lib. 15. c. 24.
- POLLICEOR**, ceris, [Promettere. Gal. Promettre. Hisp. prometer.] ἀπαγγέλλομαι, uerbum commune, secundum Priscianum. nam in significatione passiuæ legitur apud Ouid. in epist. Cydippes. Exige polliciti debita iura tori. Est autem Polliceri, ultro, seu ex pacto, ne aliqui promittere. Plaut. in Aul. Credo Illi mercedem gallo pollicitos coquos. Aliquando pro affirmare, Cic. ad Curionem
- libro 2. epist. De ipso Tito Annio tantum tibi polliceor, ut maioris animi, &c.
- POLLICITATIO**, onis, [Promessa.] a Pollicitor. Plin. 1. 7. c. 37. Spretis legatis, & pollicitationibus Mithridatis regis.
- POLLICITOR**, aris, a Polliceor. Plaut. in Mil. Tibi meam operam pollicitari.
- POLLICITVM**, ti, [Promessa. Gal. Promesse. Hisp. Promettimiento.] subst. id est, promissio. Col. lib. 11. c. 3. Memores polliciti nostri. Ouid. de Arte: Pollicitis diues quilibet esse potest.
- POLLINARIUS**, a, um, γυροπόδης, ut, Cribrum pollinarium, quod a lino, non e feris equorum fit ad pollinem purgandum; nam cribra, quæ ad excutiendam farinam fiunt, Excussoria dicuntur. Plin. lib. 18. cap. 11.
- POLLINCERE**, p. p. est farinam in pistrino lucrifactam diuidere.
- POLLINCTVRA**, a Pollinctio, cadauerum unctio, & curatio. Plaut. in Stich.
- POLLINCIO**, pollincis, pollincire, pæ. c. [Governare i corpi morti. Gal. Oindre & enseuelir un mort. Hisp. Curar la sepultura de los muertos.] κηδόνος, corpus mortuum curare. Pollinctus, ctus, ipsa curatio. Pla. in prol. Pæn. Eorum alter uiuit, alter est mortuus. mihi pollinctor dixit, qui eum pollinixerat.
- POLLINCTOR**, oris, [Pisicæ morti. Gal. Enseuelisseur de morts. Hisp. El que cura la sepultura de los muertos.] σοοσπυγός, curator funerum, cuius officium erat, abluere cadauera, & ungere, ab antiquo uerbo Pollincio; quod est lauare, ungere, & curare cadauera. Pla. in Asi. Et quis currit pollinctorem accerere: Appul. Pollinctor eius, funeri dum unctiõnem parat.
- POLLINTOR**, oris, qui farinam facit, & pollinem, quique pollinatio cribro pollinem purgat; a Polline farinæ deductum nomen. Cato de re rust. c. 5.
- POLLINTIO**, onis, a Pollinceo, quod est farinam in pistrino diuidere. Cato capitulo 136. Pollintionem in agro Casinate sic dare oportet.
- POLLIS**, inis, & Pollen, inis. [Fior di farina. Gal. Fleur de farine, la farine la plus deliée. Hisp. Harina de trigo muy apurada, harina sotil.] γόβυς, flos farinæ, a Polleo, quod farinæ portio præstantissima sit. Plin. lib. 18. c. 10. Pollinis sextarios quinque. Marcellus Dioscoridis in terpres dicit Pollinem esse subtiliorem farinæ partem, qualis circa molas plerumque, & loca in quibus panis pinfitur, parietibus herens inuenitur.
- POLLUBRVM**, [Catino. Gal. Un bassin à lauer les mains. Hisp. Fuente para lauar las manos.] χέρι, χέρις, uas lacum, quod & Peluum uocamus: a Polluendo, quod eo aqua ex manuum ablutione polluta, excipitur. antiqui etiam ad pedes abluendos pollubro utebantur. Liuius Andron. apud Non. Argenteo pollubro, & aureo gutto. Fabius Pict. Pollubrum sinistra manu teneto, dextra uas cum aqua.
- POLLUCEO**, ces, xi, ἀποδύω, ue: bum ad sacra pertinet, significans de dicare, uel uouere, uel (ut alij uolunt) libamenta Herculi in aram porrigere. unde Sacrificium polluctum dicebatur, quo Herculi de cumæ solent sacrificari. Pla. in Stich. Vt decimam partem Herculi polluceam: id est, splendide dedicem. Hoc uerbo usi sunt auctores quoties opiparas dapes, ueluti in sacrificium Dei, & in primis Herculis, facturi erant, cui decimas omnium rerum Romani uero reddebant. unde Macrobius Catillones eos proprie dicit, qui ad polluctum Herculis ultimi cum uenirent, catillos ligurriebant. nam Polluctum, sti, cenæ est pollucibilis, & opipara. Plaut. in Rud.
- POLLUCIBILIS CENÆ**, a Macrobio dicta opulenta, opipara, & splendida. Hinc Pollucibiliter, splendide & laute. Plaut. in Most. Obsonate pollucibiliter.
- POLLUCEO**, luis, lui, lutum, [Macchiare, imbrattare. Gal. Souiller & polluer. Hisp. Ensuçar.] μόλιω, inquino, se do, contamino. Cic. pro Rosc. Am. Cum omnia diuina, atque humana iura scelere nefario polluisset. Ouid. 1. Met. Afflatuque suo populos, arbefque, domosque Polluit. Cic. pro domo: Incesto flagitio, & stupro polluit ceremonias. Hor. 4. Car. Od. 5. Nullis polluit Castra domus stupris. Virg. 3. Aen. Polluit ore dapes. Pollurus, ta, tum, partic. Virg. 3. Ac. Linquere pollutum hospitium.
- POLLVX**, Iouis ex Leda filius, frater Castoris. hunc fabulantur Poetæ fuisse immortalẽ, & immortalitatem suam cum fratre mortali diuifisse. Virg. 6. Aen. Si fratrem Pollux alterna morte redemit.
- POLLVLVS**, adie. [Pochino,] pro paullulus, uel paruulus: antiqu. Cato de re rust. c. 10. Vrceos tres, labellum pollulum.
- POLYBIUS**, insignis historicus ex Megalopoli Arcadiæ ciuitate, Scipionis Africani præceptor, qui Romanani historiam libris quadraginta conscripsit. Suidas.
- POLYCLETVS**, statuarius eximius. Aelianus de uar. hist. Plin. & alij.
- POLYCRATES**, pæ. co. tyrannus, qui regnauit in Samo insula. Huic, quoad uixit, nihil aduersi contigisse ferunt; sed mors ærumosa docuit,

docuit, neminem ante obitum merito dici posse felicem. Fuit enim ab Oronte Satrapa Persarum captus, suspensusque. Str. l. 14. Cic. lib. 5. de Fin. Floruit eodem tempore, quo Pythagoras.

POLYDAMAS,antis, Pancratiaſtes nobilis, qui æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus ſuperavit: aurum ingentem apprehenſis extremis pedibus retro tenebat: curru agitatum ſeſe opponendo altera manu apprehenſum ex curſu retrahebat, in quoſque inſliebat deiecto auriga. Poſtremo poſt cenam in caverna, cum ſaxum a vertice ruinam minaretur diffugientibus conuiuiſ, conſuſ ipſe uiribus, ac manibus poſſe illud ſuſtinere, oppreſſus eſt. Panſanias.

POLYDORVS, p. r. πολύδορος, filius Priami ex Hecuba, quem pater initio belli Troiani, communis Martis exitum ueritus, cum magno auri pondere educandum tradidit Polymneſtori Thraciæ regi, antiquo hoſpiti, amico & genero ſuo: ſed ille, deleta Troia, auri cupiditate adduſus, Polydorum in litore ſpatiantem, telis aggreditur, & fruſtra fidem deorum, hominumque implorantem, occidit. uide Seruium in locum illum 3. Aen. Fuge litus auarum Nam Polydorus ego.

POLYMNIA, ſive Polymnia, πολύμνια, una Muſarum, a memoriæ magnitudine dicta. nam μνείαν, Græci memoriã uocant. Producit autem hæc dictio pænul. ſyllabam, cum apud Græcos, in diphthongo ſcribatur. Polyhymnia, per quinque ſyllabas, dixit Hor. lib. 1. Car. Euterpe cohibet, nec Polyhymnia.

POLYNICES, & Eteocles, Oedipi, Thebanorum regis, filij fuerunt, qui de regni hereditate diſſidentes, ſingulari certamine congreſſi mutuis uulneribus ceciderunt. Stat. in Theb.

***POLYPOETES**, Pirithoi, & Hippodamiæ filius. Hom. Iliad. 12.

POLYPHEMVS, p. r. πολύφημος, Cyclops, Neptuni filius, ex Thoa Phorci filia, ingenti corpore, qui unum tantum oculum, eumque in fronte habuit. Hic Galathea nympham fertur adamafſe, Acti que puerum, quem ſibi illa præſerebat, ſaxo interemiſſe. Vlyſſem quoque in tempeſtatis in Siciliam delatum antro ſuo incluſit, quattuorq. ex comitibus ſiculis denorauit, reliquos eodem morſi genere perempturus, niſi præterente Vlyſſes uino nigro inebriaſſet, atque ſopore obruto, aduſto ſtipite oculum eruiſſet. Vi de Homerum 10. Od. Seruius in illud Virg. lib. 3. Ae.

Nam qualis, quantuſq. cauo Polyphemus in antro

Lanigeras claudit pecudes: Multi, inquit, Polyphemum dicunt unum habuiſſe oculum, alij duos, alij tres: ſed totum fabuloſum eſt: nam hic uir prudentiſſimus fuit, & ob hoc oculum in fronte habuiſſe dicitur, id eſt, iuxta cerebrum, quia prudentia plus uidebat. uerum Vlyſſes eum prudentia ſuperauit, & ob hoc eum excæcaſſe fingitur. Hæc Seruius.

POLYPVS, p. n. u. ſ. correpta, [Polpo. Gal. Pompe ou pompe. Hiſp. El pulpo peſcado conocido.] πολύπους, mafc. gen. genitiuo Polypſi, & Polypodis: piſcis eſt ex genere των μαλακοδέρων, id eſt, eorum, qui molli cute teguntur, a multis pedibus appellatus; cuius deſcriptionem, naturam, & genera uide apud Plinium libro 9. cap. 26. Per metaphoram Polypus accipitur pro homine rapace; quod a Polypo piſce translatum eſt, qui quidquid brachiorum flagellis naſtus fuerit, artiſſime retinet. Nonnumquam Polypum dicimus omnium horarum hominem, qui ſe omnium ingenij, omnique tempore nouit accomodare. ea quoque metaphora a polypſi piſcis natura ſumpta, qui ad ſimilitudinem loci, cui adhæret, colorem inmutat, maxime in metu. Eſt etiam polypus, narium morbus, cum caro interiora naſi occupat, intumefcens maxime ſtante Euro, uel Auſtro. Dicitur Polypus a multiſida incifione, qua polypſi piſcis pedes imitari uidentur. Morbi huius deſcriptionem, & remedia, uide latius apud Celſum libro 6. capit. 8. Cato de re ruſt. Et ſi polypus in naſo introierit, braſſicam erraticam aridam, tritam in malum conijcito, & ad naſum admoeto. Polypofus, qui eo morbo laborat. Mart. lib. 12. Naſutum uolo, nolo polypofum.

POLYXENA, p. c. [Poliffena.] πολίξενον, Priami filia formoſiſſima, ex Hecuba coniuge, quam Pyrrhus Achillis filius, Troia capta, ad patris ſui tumulum iugulauit. Ferunt enim Achillem cum ad Troiam bellum gereret, Polyxenam forte in mœnibus conſpectam adamafſe, eamque ſibi uxorem poſtulafſe. quod cum Priamus annuiſſet, placuit ut in Tymbræi Apollinis templum conuenirent, pacis, nuptiarumque federa inicitur. quod cum reſciuiſſet Paris, poſt Apollinis ſimulacrum ſeſe occultant, Achillemque nihil tale opinantem ſagitta interfecit. Capta deinde Troia, cum & Polyxena uiua in hoſtium manus perueniſſet, Achillis umbra Græcorum proceribus in ſomnis apparuit, præcipiens ut Polyxena, cuius nuptiarum prætextu erat interfectus, inferias ſibi mitteretur: cuius crudelitatis Pyrrhus ſeſe miniſtrum præbuit. Ouid.

Placet Achilleos maſtata Polyxena manes.

Ab ea fit Polyxenus, a. um, apud Catullum:

Alta Polyxenia madefcent œede ſepulcra.

POMARIVM, r. ij. [L'uoço dome ſono molte piante di pomi. Gal. Jardin planté

de pommes. Hiſp. Huerto plantado de arboles como manzanos.] μανάρων, locus arboribus pomiferis conſitus. Prop. lib. 3. Nec ma phecacas æquant pomaria ſiluas. Ouid. lib. 4. Met. Solidis pomaria claueſerat Atlas Mœnibus. Aliquando pomarium, locus ubi reponuntur poma. uide Pl. lib. 15. c. 16. docet pomaria contabulata faciendã in loco ſiccò, & frigido.

POMARIVS, r. ij. πόροπαλις, pomorum uenditor. Hor. 2. Ser. Sat. 3.

POMERIDIANVS, a. um, [Dopo mezo giorno.] μεταμεσσημβρινος, a Poſt, & Meridies, quod poſt meridiem fit: ſicut Antemeridianus, quod fit ante meridiem. Cic. 3. de Or. Dicitur & Poſtmeridianus. Quint. lib. 3. c. 1.

POMERIUM, pomerij, locus erat tam intra, quam extra murum, quẽ antiqui in condendis urbibus inaugurato conſecrabant, neque patiebantur ullum in eo fieri ædificium. Dicitur Pomerium teſte Varrone, quaſi poſtmerium. Nam antiqui Merum dicebant, quem nos murum dicimus. unde ita legunt nonnulli apud Virg. 10. Aen. Atque ipſis prælia miſcent Aggeribus mærorum. Liu. lib. 1. Aggere, & foſſis, & muro circumdat urbem, pomerium profert. Idẽ: Pomerium eſt circa murum, locus, quem in condendis urbibus quondam Etrufci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato conſecrabant. Et hoc ſpatium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis, quod poſt murum eſſet, quam, quod murus poſt id, pomerium Romani appellarunt, & in urbis incremento, quam mœnia proceſſura erant, tantum termini hi conſecrati proferebantur. Feſtus: Pomerium quaſi pomerium, id eſt, proximum muro. Gell. lib. 13. c. 14. Pomerium quid eſſet, augures populi R. qui libros de auſpicijs ſcripſerunt, iſtiusmodi ſententia deſinierunt. Pomerium eſt locus intra agrum eſſatum per totius urbis circuitum, pone muros, regionibus certis determinatus, qui facit ſinem urbani auſpicij. Antiſſimum autem Pomerium, quod ab Romulo inſtitutum eſt, Palatini montis radicibus terminabatur: ſed id pomerium pro incremento reip. aliquoties prolatum, & multos editoſq. colles circumplexum eſt.

POMIFERA, r. a. rum, υλοφόρος, ferens poma, ut Arbor pomifera. Colum. lib. 5. c. 9. Autumnus pomifer, Ouid. ad Piſ. Annus pomifer, Hor. 3. Car.

POMILIONES, ſive Pomilij, [Nani. Gal. Nains ou naintres. Hiſp. Enanos.] νάνοι, breuis ſtaturę homines, paululum ſupra terram exiſtantes, qui Græco uocabulo Nani uocantur: qualem deſcribit Mart. l. 14. hoc ditico. Si tantum ſpectare hominis caput, Hectora credas: Si ſtantem uideas, Aſtynaecta pures. Ibidem: Parma tibi ſcutum pomilionis erit. Legitur & Pomilius, adiect. ut, Mulæ Pomiliæ, apud eundem, in titulo huius epig.

His tibi de mulis non eſt metuenda ruina,

Altius in terra pene federe ſoles.

POMONA, æ, pomorum Dea, apud Romanos, adamata a Vertumno, ut fabulatur Ouid. 14. Met.

POMPA, æ, [Pompa. Gal. Pompe, monſtre, appareie ſolemnel. Hiſp. Pompa y aparato.] πομπή, omne ſpectaculum dicitur, teſte Valla lib. 4. & apparatus ſolemnis, cum oſtentione, & ſpecie quadam triumphi, tam in aduerſis, quam in proſperis, & lætis, a Græco πέωωω, initio, dicitur enim pompa triumphi, pompa nuptiarum, pompa ſacrorum, pompa funerum. Cic. 1. Offic. Vt pomparum ferulis ſi miles eſſe uideamur. Idem 4. Tuſc. Socrates, in pompa cum mulæa uis auri argentique ferretur, tam multa non deſidero, inquit. Terent. in Heaut. prolixum meretricis comitatum Pompam appellauit. Tranſeundum (inquit) eſt nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa eo traducenda eſt. Denique ſplendor omnis & magnificentia per translationem Pompa appellatur. Q. Cic. de petitione conſ. Tota petitio, cura, ut pompa plena ſit, ut illuſtris, ut ſplendida.

POMPEII. populi, quos Sarnus amnis abluit, incolentes opidum euſdem nominis. inde Pompeianum; prædium circa Pompeios. Pompeianæ ficus, ad ſiccandum optimæ. Pompeiana uitis, Coli. lib. 3. c. 2.

POMPEIOPOLIS, πομπηίοπολις, ἢ πομπηίοπολις, Steph. Ciliciæ urbs. Mela libro 1. in deſcriptione Ciliciæ: Hæc (Solino teſte) poſtea Traianopolis eſt appellata, mutato nomine, poſtquam in ea perijt Traianus.

POMPEIORVM, Romæ illuſtris familia fuit, ex qua in primis commemoratur Q. Pompeius, qui contra Numantinos miſſus, ab eiſque ſuperatus, turpem & ignominioſam pacem fecerit. Florus lib. 2. Huius filius, ſive nepos Cn. Pompeius Strabo, Magni Pompeij pater, Nouocomum coloniam deduxit in bello ſociali imperator creatus, de Picentibus triumphauit. Cn. Pompeius, huius filius, Syllæ partes ſecutus, ab eoque ad uolucendos inimicos in Africam miſſus, Donnicum primum expugnauit, deinde & Iarbã regem cepit, de quo triumphauit ante legitimam ætatem; atque ab exercitu Syllæ Magnus eſt ſalutatus. Inde contra Sertorium in Hispaniam proſectus, Metelli copijs ſeſe coniungens, eum cum tota ſactione ſuſtulit. Mox delectus Imperator ad bellum piraticum,

eum, tribus mensibus id confecit. Dein successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphauit. Tigranem Armeniæ regem, ei ad genua procumbentem, in regnum restituit. Inde Iberos, Albanos, Iudæos debellauit, capto eorum rege Aristobulo. Exstitit uxore Iulia, Cæsaris filia, Cornelianæ, Scipionis filiam, uxorem duxit. Neapoli demum acutissima febre correptus, parum abfuit a morte; quæ hic contigisset, melius cum eo actum fuisset, ob insequentis belli ciuilibus calamitatem. nam Pharsalica pugna a Cæsare copijs longe inferiore superatus, & in Aegyptum fugiens, regis perfidia ab Achilla præfecto interfectus est. Triumphum, cum ex Oriente uictor rediisset biduo egit, prænotatis gentium titulis uictarum, quæ a Plinio lib. 7. & a Plut. in uita eius ordine exponuntur. Filios reliquit Cn. & Sextum Pompeios; quorum ille apud Mundam Hispaniæ urbem; hic apud Siciliam nauali prælio superatus.

POMPONTIANA, pyra, dicebantur ab insitore. Plinius libro, & capitulo 15.

POMPONIUS ATTICUS, *πομπόνιος*, nobilis eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit. unde Atticus Ciceronis est appellatus. qui postquam uidit Cinnæ tumultu remp. esse turbatam, secessit Athenas: ubi longo tempore moratus, & publicæ ciuitatis, & priuatæ omnium gratiam moribus elegantissimis promeruit: linguam ita probe didicit, ut Attici nomen assequeretur, uide eius uitam apud Corn. Nepotem.

POMUM, pomi, [*Pomo. Gal. Pomme & autre fruit bon à manger. Hisp. Todo fructo que tiene la corteza tierna.*] *μύλον, δ' πώρα*, generale omnium fructuum, qui ex arboribus esui apti proueniunt. Nuces uero ea dumtaxat poma uocantur, quæ duro operimento sunt. Plin. lib. 15. c. 22. Nuces pomorum genere comprehendit 24. Sic & Oul. lib. de Nucæ. Annuæ cultori poma referre suo. Quod autem uulgus Galorum pomum uocat, id Latini malum appellant. Dicitur Pomum (ut docet Varr. l. 1. de re rust. c. 31.) quasi Potomum, quod eius insitio potu, id est, aquatione indiget. Pomofus, *σα, sum*: ut, Pomofa corona. Propert. lib. 3. El. 2.

POMVS, pomis, *sem. g. μανδύς*, arbor pomifera. Tibul. lib. 2. Eleg. Tunc uictus abiere feri: tunc confita pomus.

PONDERO, ponderas, [*Ponderare. pefare. Gal. Pefar. Hisp. Pefar con peso.*] *ἰσημι, pendo*, libro. Pla. Dum annularius ponderat argentum, Plin. lib. 18. c. 7. Si quis granum ipsum ponderet. Per translationem est examinare, considerare. Cic. 2. Offic. Graui homini, & ea, quæ sunt, iudicio certo ponderanti, probari posse nullo modo. Idem 1. Off. In primis quo quisque animo, studio, beneuolentia fecerit, ponderandum est. Hinc Præpondero, prius pondero, seu prius examino. Stat. 8. The. Quem uiciffe uelit, tacite præponderat exsul. Per translationem accipitur pro uincere, & quasi pondere superare. Cic. libro 3. Off. Neque ea uolunt præponderari honestate.

PONDO, [*Libra. Gal. Le pois d'une livre. Hisp. Libra.*] *μυζ, λίτρα*, nomen indeclinabile, & neutri g. idem significans, quod libra, id est, pondus duodecim unciarum. Quin. lib. 6. c. 4. Torquem aureum centum pondo Plin. lib. 9. c. 30. Reliquiæ afferuatæ pependunt, pondus d. c. c. Accipitur nonnumquam Pondo pro nomine Pondus: unde Liu. l. 4. scribit, coronam auream libræ pondo Ioui dicatâ fuisse. Pla. in Rud. Neque piscium ullam unciam pondo hodie cepi.

PONDVS, ponderis, [*Peso, carico. Gall. Pois, charge. Hisp. Peso à el cargo.*] *εζοος*, rei alicuius grauitas. Plaut. in Amph. Haud malum pondus est huic pugno. Item Pondus, quod librando ad stateram ponderatur. Cicero in Catone: Magnum auri pondus. Interdum ponitur pro multitudine. Varro de uita populi Romani: E Grecia comportasse magnum pondus, omnium artificum. Interdum pro auctoritate. Cicero Appio: Scribit meas litteras maximum apud te pondus habituras. Aliquando pro onere. Virg. 6. Aen. Gemuit sub pondere cymba. Hinc Ponderosus, rosa, rosum, quod est graue. Varro 2. de re rustica, capitulo undecimo: Ex sudore eius lana fit mollior, & ponderosior. Ponderosam epistolam, dixit Cicero pro multa continente, ad Attic. lib. 2. Da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum. Pondusculum, demin. Colum. libro 12. cap. 61.

PONES, [*Appresso. Gal. Par derriere. Hisp. Detras.*] *ὀπίσκει*, post, siue retro, aut a tergo. Virg. 2. Aen. Pone subit coniuix. Val. Max. lib. 1. Pone respiciens animaduertit immensæ magnitudinis serpentem. Quandoque præpositio est, & significat post. Liu. 40. Pone castra utriusq. pabulatum & signatum ibant.

PONO, ponis, posui, positum, [*Ponere, mettere. Gall. Mettre, poser. Hisp. Poner, meter.*] *τίθεμαι*, colloco, constituo. Plin. lib. 9. c. 35. Ex præcepto magiltri unum tantum uas ante eam posuere aceti. Cic. 7. Ver. Recte collocata, & iudicio populi digno in loco posita. Idem Lentulo: Amplitudo ac dignitas omnis in uirtute posita est. Aliquando desinere; quoniam cum cessamus ab opere, quod antinodo reponere uidemur id, quod agebamus. Virg. lib. 7.

Cum uenti posuere, omnisq. repente refedit

Flatus. Aliquando erigere, ædificare. Ibidem: Posuitq. immania templa. Unde in antiquis marmoribus legimus, Bene merenti posuit. Aliquando deponere. Idem 1. Aen. Ponuntque ferocia Pœni Corda. Aliquando apponere. Mart. Nolo mihi ponas rhombum. Hinc Poetæ fabulas, & scripta sua ponere dicebantur, cum in scena hæc spectatoribus quasi in conuiuio; & apponebant. Iuu. Sat. 1. Pone Tigillinum, id est, affer in scenam aliquid de Tigillino scriptum. Aliquando pingere, siue sculpsere. Horat. Solers nunc hominem ponere, nunc deum. nam de sculpsore, & pictore loquitur. Positor, toris, conditor. Ouid. 9. Met. Mœnia constituis, positoris habentia nomen. Temporum positor. Idem 2. Fastor. Appono, iuxta pono, addo. Cic. in Pis. Aristarchus, qui notam apponebat ad malum uersum. Idem 2. de Inuen. Campo gladium prope appositum e uagina eduxit. Saepè etiam idem, quod cibum ante conuiuas pono. Plin. Nihil ei præter secundarium panem apposuit.

PONS, tis, [*Ponte.*] *πέφυρα*, a Pendeo, quod ueluti in aere pendeat. Et significat omne, per quod super aquas transimus. Plin. lib. 8. cap. 3. Territos spatio procul pontis a continente porrecti. Accipitur & pro scalis nauticis. Virg. lib. 10. Aen.

Interea Aeneas socios de puppibus altis Pontibus exponit. Per pontem olim ferebantur suffragia: unde Sexagenarios de ponte deicere, prouerbialiter dicitur pro suffragio priuare.

PONTICVLVS, [*Ponticello.*] *πέφυρα*, paruus pons. Cic. 5. Tusc. **PONTIFEX**, ficis, [*Pontifice. Papa. Gal. Ministre des choses diuines. Pontife. Hisp. Perlado en las cosas sagras.*] *ἱεράρχης, ἀρχιερέως*, sacer magistratus (ut inquit Scæuola) a posse & facere dictus, uel (ut inquit Varro) quia Sublucius pons, a Pontificibus factus est primum, & restitutus sæpè. Cic. A. t. l. 4. Habetur senatus, adhibentur omnes Pontifices, qui erant senatores. Libri pontificum. Hor. 2. ep. 1. Cens pontificum. Idem 2. Car. Religio pontificum. Cic. pro domo: Senctures pontificum. Hor. 3. Carm. Erant autem maiores & minores pontifices, inter quos summus pontifex maximus dictus est, quod maximarum rerum, quæ ad sacra & religionem pertinent, iudex esset. Numa. n. pontificem fecit, eiq. sacra omnia attribuit, eiusq. scitis sacra omnia priuata, & publica subiecit: instituitque ut idem Pontifex non caelestes modo caerimonias, sed iusta quoque funebria, placandosq. manes edoceret. Liu. lib. 1.

PONTIFICALS, & hoc pontificale, [*Pontificalis. Gal. Pontifiel. Hisp. Cosa pertenesciente à perlado.*] *ἱεραρχικός*, quod ad Pontificem pertinet: ut, Pontificalis auctoritas, apud Cic. 2. de Leg. Pontificalis honor. Oul. 3. Fast. Ius pontificale. Cic. 2. de Leg. Sacrum Pontificale. Oul. 1. Fast. Pontificalis cena, dicebatur opipara sumptuosa & exquisitis epulis instructa. Macr. 3. Sat. Pontificales libri, in quibus sacra caerimonia continentur.

PONTIFICATVS, [*Pontificali. Gal. De pontife & prelat. Hisp. Cosa de perlado.*] *ἀρχιεπισκοπία*, Pontificis dignitas. Cic. de harusp. resp. Sollemnes caerimonias Pontificatu contineri putauerunt.

PONTIFICIVS, aum, [*Da Pontifice.*] *ἱεραρχικός*, quod est Pontificis: ut, Ius Pontificium a Pontificibus constitutum. Cic. 3. de Nat. De. Docebo meliora me didicisse de colendis dijs immortalibus iure Pontificio, & more maiorum. Pontificia uero, orum, plurali n. libri Pontificij. Cic. 1. de Nat. De. Nominum non magnus numerus ne in Pontificijs quidem nostris. Inuenitur & Pontificium, subst. pro cognitione & auctoritate pontificis. Gell. lib. 1. c. 13. Re deliberata ab eo, cuius negotium id, pontificiumq. esset.

PONTINASPALVS, Volcorum palus iuxta Forum Appij, haud longe a Tarracina. hæc a Cornelio Cethego consule exsiccata est. Plinius libro 4. capitulo 7. Lucret. lib. 1. Pontinas uia diuitt uadapaludes.

PONTONES, naues, quibus in transiendis amnibus loco pontium utimur. Appuleius: Si uado non poterunt, pontonibus transibunt. Cæs. 3. Bell. Ciu. Pontones, quod est genus nauium Gallicarum, Lyssi relinquit, Papinianus.

PONTVS, [*Mare. Gal. Mer. Hisp. La mar.*] *πόντος*, gen. masc. proprie dicitur mare illud, quod a palude Mæotide, usque in Tenedum protenditur, sed ubi primum se artat, a Tenedo incipiens, a casu Helles uocatur Hellepontus: ubi se expandit Propontis: ubi iterum artatur, Thracius Bosphorus: ubi autem latissime diffunditur, Pontus Euxinus, qui curuatus in figuram Scythici arcus comittitur ostio Mæotidis paludis, idque ostium Cimmerius Bosphorus uocatur. Figurate autem pro quouis mari ponitur, ut apud Virgilium lib. 1. Aeneid. Ingens a uertice pontus In puppim ferit. Est præterea Pontus, Scythiæ fluius, in quo Thracius lapis inuenitur, qui aqua accenditur & restinguitur oleo. Dioscon lib. 5. cap. 93.

PONTVS, pontis, femin. gener. prouincia Asiæ minoris, a Ponto rege sic cognominata, crudelitate Medæ, & maleficarum herbarum prouentu nobilitata. Vir. Ecl. 8. Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta

hi lecta uenena Ipse ded't Mæris: nascuntur plurima Pôto. Claudicatur autem Pontus (ut Stra. refert. li. 1. 8. 9. 1. 1.) ab Occidente, Halys flumine: ab Oriente, Colchidæ Meridie, minori Armenia: a Septemtrione, mari Euxino. Ptolemæus uero lib. 5. paullo aliter: Pontus, inquit, ab Occalu, ore Ponti, & Thracio Bosphoro: a meridie regione, quæ proprie Asia dicitur, a Septemtrione parte Euxini maris terminatur. eius ciuitates insignes sunt, Calcedon, Nicomedia, Nicea.

POPA, dicebatur, qui uictimas uenales habebat, & qui ligabat eas ad altare, feriebatque. Prop. lib. 4. Succinctique calent ad noua sacra popæ. Spartianus in uita Getæ: Percussit hostiam popa. Suet. in Calig. Adnota altaribus uictima succinctus poparum habitu, cultarium mastrauit. Accipitur nonnumquam pro gulofo. Persius Sat. 6. Tremat ornamento popa uenter.

POPANVM, ni, p. c. placenta lata, tenuis, rotunda, quam dijs ueteres offerebant, sed, & pro quocumque libo capitur. Iuu. Sat. 6. Tenui popano corruptus Osiris. Iulius autem Pollux ait, Placentam esse, qua in sacrificijs antiqui utebantur.

POPELVS, li, demin. a populus, idem quod plebecula. Hor. l. 1. epi. 7. Vilia uendentem tunicato scuta popello. Et Persi. Sat. 4.

POPINA, ne, ἀπὸ τῆν, a popa locus, ubi publice obsonia, caroq. cotta, ac delicate confecta uenditur, comedique. Pla. in Amph. In popinam diuortundum est mihi. Accipitur nonnumquam pro delicatioribus cibus, qui in ganea uendi consueuerunt. Cicer. 3. Phil. Vino, & epulis retentus est, si epulæ potius, quam popinæ, dicendæ sunt.

POPINARIUS, & hoc le, quod ad popinam spectat. Col. lib. 8. Deliciæ popinales.

POPINATIO, onis, [Crapula. Gal. Yurognerie, gourmandise. Hisp. Obra de golosar.] uocatur Gellio, quæ alio nomine dicitur helluatio. Fit autem Popinatio, a Popinor, aris, quod est helluari & indulgere popinis. Iulius Capi. dum Galienus popinatur.

POPINONES, [Leccardi. Gal. Humeurs de cauernos & cabarets, frians, gourmans, yurognens. Hisp. Golosos, que usan las golosinas.] ἀπὸ τῶν, helluones, gulones, popinis dediti. Hor. 2. Ser. Imbecillus, iners: sim ad uis: adde, popino. Suet. de Clar. Gra. Lurconem, nebulonē, popinone appellans.

POPLESITIS, ἰγνύς, ἰγνύς, pars composita genu, quæ curuatur, dicta, quod post plicetur. Colum. l. 6. ca. 12. Oleo & fale genua, poplitesque, & crura confricanda. Liu. lib. 2. Succis femoribus poplitisque.

POPPYMATA, [Vexxi. Gal. Un Son de bouche, ou en frappant les mains paulme sur paulme pour flatter un chenal ferouche. Hisp. Silno à sonido de la boca a manos.] ποπύματα, proprie dicuntur ea uocis blandimenta, quæ sunt equis in donutis cum tractatione manuum. Iuu. Sat. 6. præbebit uari crebrum poppyfina roganti, id est crebram manuum tractationem, cum quadam uocis adulatione. nam sit a ποπύζω, quod est sibilo, uel adolor, quare & pro sibilo quandoque ponitur, qui in re obscena fieri consueuit. Mart. l. 7. Quis redire potest fatui poppyfina cūni? Est & ποπύζω, (ut quidam exponunt) idem quod Plaudere. i. manibus plausum edere. & in eadem significatione Poppyfimus. Plin. lib. 18. Fulgetras poppyfimis adorare, consensus gentium est.

POPULABYLIS, le, [Da poter ruinare.] quod populari potest. Ouid. 9. Metamorph. Quodcumque fuit populabile flamma, Mulciber abstulerat.

POPULABVNDVS, a populando, qui populatur. Liu. 3. In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quam iusti more belli.

POPULARIA, dicebantur loca ubi plebs sedebat. Sue. in Dom. Pars maior intra popularia deciderat. Vide Equeftria. Item populatoria, nugatoria, puerilia. Laberius apud Nonium.

POPULARIS, & hoc re, [Popolare, del popolo. Gal. Populaire, du peuple. Hisp. Pueblo menudo.] ἰδωτικὸς, Hora. de Arte. Et populares Vincenstem strepitus. Interdum carus, & gratus populo, qui sibi populi fauorem conciliat. Cic. Nil tam populare, quam bonitas. Liuius: Et quo nihil popularius est, quibus artibus perierat magistratus, iisdam gerebat. Interdum plebeius, uilis. Plautus: Præstat diutem esse ac popularem, quam nobilem & mendicum. Item qui est eiusdem conditionis, generis, fortis, & fortunæ. Ter. in Phor. Amicus meus, & popularis Gera. Item ciuis. Teren. in Ad. Obsecro populares ferre misero auxilium.

POPULARITAS, tatis, [Humanità del popolo. Gal. Popularité, amitié & humanité enuers le peuple. Hisp. Humanidad y halagos en amor y uoluntad del pueblo.] ἰδνωγωγία, studium populi. id est, humanitas, blanditiæ, quibus populi fauorem aucupamur. Plin. epi. 1. 17. Homo munificus, & innoxie popularitatis. Aliquando pro coniunctione, quæ debet esse inter populares. Plaut. in Pœ. Si quid opus est, imperia popularitatis causa.

POPULARITYS, [Con gratia del popolo, all'usanza del popolo,] δυμοτικὸς, cum gratia populi. Iuue. Sat. 3. Quemlibet occidunt populariter. Aliquando more populi. Cic. in Som. Scip. Homines po-

pulariter annuum solis reditum metiuntur. Hinc Populariter agere, Populariter loqui, more populi.

POPULATIM, κατὰ δῆμους, modo significat per populos. Appuleius: Populatim ab omni prouincia reuocatus. Modo cateruatim, & in uniuersum. Gæcil. Omnes seruos prodo populatim.

POPULATVS, ta, tum, [Rubato. Gal. Pillé desfruit. Hisp. Robado y destruydo.] particip. actiue, qui diripuit. Virgil. 12. Aeneid. Quisque suum populatus iter. Cicer. 5. Verr. Populatam, uexatamque prouinciam.

POPULATVS, us, ui, [Rubare.] δειροποταμῆν, populatio. Lucil. lib. 3. Ardenti Hesperij sæuis populatibus agri.

POPULETVM, ti, λδύκων, locus populis confitus. Plin. lib. 14. c. 5.

POPVLVS, a, um, [Di pioppa.] λδύκων, ex populo arbore, aut quod ad eam arborem pertinet. Virg. 2. Georg. Populea mœrens philomela sub umbra Frondes populeæ. 8. Aeneid. Umbra populea. 4. Georg.

POPVLNVS, na, num, [Di pioppa.] λδύκων, populeus. Plau. in casin. Non isthæc aut populna fors, at c abiegna est tua? Dicitur & Populneus, a, um. Col. lib. 6. ca. 3. Populnea frons, Idem lib. 12. capit. 2.

POPVLO, las, & lor, pularis, [Depredare, saccheggiare. Gal. Oster & piller toutes champs, destruire & perdre. Hisp. Robar y destruir el campo.] δειροποταμῆν, deprædari, diripere. Cæf. 2. Bell. Gal. Heduarum agros populabantur. Virg. 1. Georg. Populatque ingentem farris acerrimum. Populatio, onis, Liu. 3. Aequos populationibus incurfionibusque meliores esse. Columel. lib. 2. cap. 20. Ea res a populatione murum formicarumque frumenta defendit. Populatio. Ouid. 12. Metamorph. Operis nostri populator Achilles. 13. Me. Troiæ populator Atrides. populatrix, cis Mar. lib. 3. Hic depulpor, passim diripio.

POPVLONTA, siue Populonium, nij, ποπυλώνιον, Ptolemæo opidum in litore maris Tusci, non procul a Pisis. Plin. lib. 3. capit. 5. & 6. Ptol. lib. 3. Mela. lib. 2. Virg. Aen. Populonia mater. Hodie Plumbinum uocant.

POPVLVS, li, [Popolo. Gal. Puelle. Hisp. Pueblo.] λαῖς, unius ciuitatis multitudo, concordia communionis sociata. Virg. 1. Aen. Hinc populum late regem, belloque superbum Venturum excidio Libyæ. Populi uero, diuersarum ciuitatum. Ibidem: Littoraque & latos populos, populus a Colu. de apibus dicitur lib. 9. ca. 13. Duo populi coniungi debent.

POPVLVS, [Pioppa. albero.] arbor cerro similis, caudice procero & erecto, cortice læui. Duo eius sunt genera, alba, & nigra. Vir. 9. ecl. Hic candida populus antro Imminet, Col. lib. 5. Cui rei uidetur idonea populus.

PORCA, æ, [Porca. Gal. Vne truye. Hisp. Puerca.] ὄρσις, sus femina Cat. dere ru c. 134. Feminam porcam immolabis. In agro uero Porca est terra elata inter duos sulcos, a porrigendo (ut inquit Var. l. 1. c. 29. de re rust.) quod ea seges porrigat frumentum. Vel a porcedo. i. prohibendo, ut Nonio placet, quod ultra se iaci semina prohibeat. Porcæ (inquit Festus) appellantur rari sulci, qui ducuntur aque deriuandæ gratia: ita dictæ, quod porceant. i. prohibeant aquam frumento nocere. Crebriores autem sulci Limi uocantur. Hec ille. Col. lib. 2. ca. 4. Liras rustici uocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos, medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. Sed & triginta pedum latitudinem c l x x x. longitudinem Porcam uocabant eodem auctore. lib. 5. cap. 1. Campani, inquit Herinolaus, hodie Porcas, uocant puluinos, siue hortulos, in quibus ueluti sulcatim sua cuiusque generis olera feruntur. id genus Arce dicuntur, apud Columel.

PORCARIVS, a, um, ex porca. unde porcariam uulua dicebant, qua edito partu, uefcebantur. Plin. lib. 11. c. 37.

PORCEO, ces, [Impedire.] ἀνύρω, uerbum obsoletum, quo antiqui, teste Festo, utebantur pro prohibeo. Luc. lib. 6. Non te porto procedere porcent. Componitur ex Porro, & Arceo, quasi procul arceo.

PORCETRA, æ, porca, quæ semel tantum peperit: Scropha, quæ sæpius.

PORCIVS, Catonum familiæ cognomen a porcis tractum. Var. lib. 2. de re rust. c. 1. Cognominata multa habemus ab utroque pecore; Porcius, Quinius, Caprilius: a maiore, Equitius, Taurus.

PORCINARIVS, qui carnes porcinas uendit. Pla. in Cap.

PORCINVS, a, um, [Di porco.] χοιρινός, ex porco: ut, Caro porcina. Plau. Capt.

PORCVLATIONEM, χοιροβοζίαν, antiqui porcorum nutritum uocauerunt. Varro lib. 2. de re rust. ca. 4.

PORCVLATOR, oris, χοιροβοδάχος, qui porcos nutrit. Columel. lib. 7. cap. 9.

PORCVLETVM, ti, Hermolau ait, idem esse quod porcam, id est terram editorem inter duos sulcos. Plin. lib. 27. cap. 22. Umbri, & Marsi ad uicenos pedes intermittunt arationis gratia, in

ijs quæ uocant porculeta.

PORCVLYS, li, dem. a porco: aquo rursus aliud dem. Porcellus. Porculus item machinæ genus, apud Cat. de re ru. ca. 19.

PORCVS, ci, [Porco. Gal. Vn porci. Hisp. Puerco.] χοῖρος, proprie dicitur sus domesticus, quemadmodum aper ferus. Suis autem appellatio utriusque generi est communis. Mar. li. 14. Iste tibi faciat bona Saturnalia porcus, Inter spumantes ilice patus apros. Dicitur Porcus, quod porrecto rictu pascitur, & terram, dam herbarum radices rimatur, latius porrigat. Hinc demi. Porculus & Porcellus. Suet. in Ner. Iterum ac sæpius recoctum porcello obiecit. Porculus legitur apud Pla. in Men.

PORDOSELENE πορδοσελένη, insula est ante Ephesum. Steph.

PORPHYRIO, phyrionis, auis collum habens oblongum, & angustū, crura prælonga, rubentia, ut & rostrum. Plin. libr. 10. cap. 46. Ael. 14. cap. 35.

PORPHYRIUS, philosophus patria Tyrius, nobili genere ortus, qui Romæ Aureliani Cæsaris temporibus claruit, cum Origene & Amelio condiscipulis Plotinum audiuit. Pertinacissimus Christiani nominis hostis fuit, quindecim aduersus nostram religionem editis uoluminibus: cui postea Methodius, Eusebius, & Apollinaris triginta apologeticis libris responderunt. Dicitur Porphyrius, ob uisum purpuream, qua propter nobilitate utebatur, cū prius Malchus diceretur. Suidas.

PORRICO, πορρῖκος, παρρητικῶν, quasi porro iaceo, inquit Festus, id est ualde porrigo, quod uerbum, follemne sacrificantibus. erat. nam exta porrici dicuntur quando porriguntur dijs: Plaut. Pseud. Si sacrificem summo Ioui, atque in manibus exta teneam, ut porriciam. Virg. 5. Aene. Extaque falsos Porriciam in fluctus. Macro. lib. 3. Sat.

PORRIGO, is, xi, ctum [Porgere. Gal. Estendre, tendre & bailler. Hisp. Estender. Ἐπεργασθῆναι, extendo, dilato, a porro & rego, ut præteritum indicat, non ab ago, ut quidam male putauerunt. Cic. pro Cælio: Licinium cum iam manum ad tradendam pyxi dem porrexisset. Plinius. Facilius quippe radices porrigunt solo subactio. Quandoque extensa manu ostere. Cic. 2. de Na. De. Stultitia est, a quibus bona precamur, ab iisdem porrigentibus & dantibus nolle sumere. Item profertur, Mart. Et uoluerem longo porrexat uulnere pardum. A Porrigor passiuo fit parti. porrectus, id est extensus. Horat. libro 4. Carm. Famaque & imperi porrecta maiestas ad ortum. Aliquando Porrectus nomen est, idem fere significans, quod hilaris, ut, Frontis porrecta, id est, alacris. In rebus enim lætis eutem frontis extendere solemus, & contra in tristibus corrugare. Plaut. in Cas. Primum ego te porrectiore fronte uolo mecum loqui, id est, hilariore. Hinc & Porrectio, Ci. 2. de Na. De. Digitorum contractio facilius, faciliusque porrecto propter molles commissuras. Porrigere herbam, est uictum se fateri. Pl. 1. 2. c. 4. Summum apud antiquos signum uictoriae erat, herbam porrigere uictos.

PORRIGO, ginis, pen. nominatiui pr. [Forsore. Gal. La teigne. Hisp. Caspa de la cabeza.] κριπυλαίσι, capitis affectus, cum tenues, & surfuraceæ squammulæ ex capite de idunt. Porrigo est (inquit Cels. li. 6. ca. 2. ubi inter pilos quædam quasi squammulæ surgunt, exque cute resoluuntur, & interdum madent, multo sæpius sicæ sunt, idque euenit modo sine ulcere, modo exulcerato loco. Hæc Celsus. Lucilius. l. 30. Triflem & corruptum scabie & porrigine plenum. Hora. 2. Ser. Sat. 3. Impexa fœdum porrigine.

PORRO, [Certa mente, nel uero, di uero. Gal. Certainement. Hisp. Ciertamente.] γερῶν, γερῶν, uarios in oratione habet usus: Modo enim affirmandi aduerbium est, idem significans quod sane, certe, profecto. Cic. pro Plancio: Nihil porro tam inhumanum quam committere, ut beneficio, non dicam indignus, sed uictus esse uideare. Quandoque temporis, aduerbium est, idem significans, quod longe post. Virg. 5. Aeneid. maxima porro Accepit Roma, & patrium seruauit honorem. Vbi Seruius: porro post longum inter uallum. Sic dicimus, Lycurgus non porro ab Homeri temporibus fuit, Nonnumquam idem quod in posterum, Terent. in Prol. And. Deinde ut quiescant porro moneo. Aliquando loci aduerbium est, modo idem significans quod ultra, siue ulterius. Liu. 8. Eadem uita reperenda: aut si ire porro pergas, per alium saltum, euadendum. Modo idem quod longe, siue procul, Virg. 6. Aen. Quæ sint ea flumina porro. Sæpissime autem coniunctio est, idē ualens quod Autem, Quin. in Apol. Paup. Porro qui confessum defendit, nõ ab solutionem sceleris petit, sed licentiam, quandoque expletiva particula est, ornatus tantum gratia. Ter. in An. Adeon' me ignauum putas, Adeon' porro ingratus, aut inhumanus, Ut &c. Aliquando hortantis est, Virg. 9. Aen. Percipe porro, Quid dubitem. Cic. 4. de Fin. Perge porro: nam de isto magna dissenso est. Porro autem, idem ualeat quod præterea uero, Ci. 3. Ver. hominibus & natura, & disciplina leuissimis: porro autem populi R. conditione socijs, fortuna seruis. Neque porro, idem quod neque etiam, Ci. ibidem. Neque perfacete dicta, neque porro hac seueritate

digna. Porro minima. Ci. 5. de Fi. Pro longe minima. Enjquit, nos mala dicimus sed exigua, & porro minima. Aliquando pro ualde. Cic. in Catone. Sæpe a maioribus natu audiui, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant. Aliquando est aduerbium ordinis. Terent. in And. Moue ocyus te ut, quidnam agam porro intelligas.

PORRYM, ri, plurali Porri, rum, [Porro. Gal. Porreau. Hisp. Puerro.] ἄραρον, genus oleris notissimi. Pl. li. 19. c. 12. Desinunt sentire iniurias ut gethyrum, porrum, raphani, apium. Mar. lib. 13. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros. Vide Plin. libr. 19. cap. 6. A porrum fit Porraceus, a, um. Pl. li. 37. ca. 10. Heliotropium nascitur in Aethiopia porracei coloris. Legitur & Porus generis masculi. aquo manit pluralis numerus eiusdem generis. Celsus lib. 4. ca. 6. In quo porrus cum pullo gallinaceo decoctus fit. Eodem genere ulus est & Pl. li. 19. c. 6.

PORSENA, rex Hetruscorum, qui pro restitutione Tarquinij Superbi aduersus Romanos bellum suscepit. Liu. libro 2. Mart. li. 1. Hanc spectare manum Porsena non potuit. Vir. produxit positione duplicis non: Tarquinium eiectum Porsena inebat Accipere.

PORTA, æ, [Porta. Gal. La porte. Hisp. Puerta.] πύλην, proprie aditus ciuitatis alterius uel loci uallo fossa uel munitus, a portando nomen habens, siue quod per eam omnia & imporentur, & exportentur: siue ab aratri portatione ut (inquit Dona) quia in designatione urbis subiunctis uacca & taurus qui urbem designabat, aratum manu suspendebat, ne sulcum quem primogenium dicitur, faceret, ubi aditus ciuitatis erant relinquendi. Cæf. 6. Bel. Gal. Capit. arma a proximis, atque in porta consistit. Virg. 7. Aen. Et cruxæ capitum, & portarum ingentia claustra. Ci. 4. de Fini. Si Annibal ad portas uenisset, murique iaculo traiecisset. Porta prætoria, in castris dicebatur, quæ erat in fronte ualli, qua miles ad prælium educebatur, antiqui enim prætorem appellabant, qui toto præerat exercitui, qui deinde imperator appellatus est. Porta decumana, quæ in postica parte castrorum erat, qua annonæ, cetera que exercitui necessaria importabantur, ita dicta a magnitudine, quoniam enim ita fere usu uenire solet, ut decima quæque omnibus propemodum in rebus maxima sint, ueteres Decumanum pro magno & amplo accipiebant. Portæ item similitudinem quandam montium fauces dicuntur, in maximas angustias coarctata: cuiusmodi pleræque in diuersis Tauri montis partibus a cosmographis commemorantur, ut Caspiæ portæ.

PORTA Augusta, urbs Vaccæorum in tractu Tarraconensi. Proletæus.

PORTENDO, dis, [Significare, monstrare. Gal. Porter signification de quelque chose à uenir, prédire. Hisp. Significar mal futuro.] πορρηναι, ostendo, uel præmonstro, a porro, quod est prorsum siue antorsum, & tendo. Virg. 7. Aen. Hunc illum satis extrema, ab sede profectum portendi generum. Pla. in Ag. Nobis periculum magnum portenditur. Cicer. 1. de Diuina. Populo commutatione rerum portandit fore.

PORRENTOSUS, tosa, tosum, [Monstruosus, miraculosus.] τερατόδης, portento similis. Ci. 2. de Diu. Pl. lib. 22. c. 8.

PORRENTVM, portenti, [Prodigio, monstro. Gal. Prodige, chose terrible & esmeruelle. Hisp. Milagro que significa mal futuro.] τερας, ostentum & prodigium, quod portendit aliquid futurum, ut cum insolita corpora in aere apparent: uel cometæ, turbines, & serena cælo tonitrua. Portentorum autem significatio, teste Ci. li. 2. de Nat. Deo. sumpta est ex auspicijs & augurijs. Varro, in cælo memorabile existit portentum. Ci. de Arusp. resp. Explanationes portentorum Hetruscorum disciplina continentur. Aliquando fisiones, & mendacia rerum naturæ repugnantia. Cic. 2. Tus. Quid negotij est hæc poetarum, & pictorum portenta conuincere? Vir. 1. 8. Pro bono omine posuit cum ait: Ne quare profecto, quem casum portenta ferant.

PORTICVLA, æ, soī, demin. a porticu. Cic. lib. 4. epist.

PORTICVS, huius porticus, [Portico. Gal. Porche, pourmenoir ou gderie, ou on se retire pour le soleil ou pour la pluie. Hisp. Portal publico para passarse.] fe. ge. saæ, locus amplus & spatiosus tecto inclusus, ob repentinos imbres, & umbrarum, ac degambulationis gratia ædificatus. Cicer. Art. libro 4. Ea cingemus excelsa porticu. Virg. 3. Aeneid. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Multæ Romæ insignes fuere porticus: omnium tamen magnificentissima fuit, quam quod a Pompeio ædificata esset, Pompeianam uocabant. Ouid. lib. 1. de Arte: Tu modo Pompeia lentus spatia sub umbra.

PORRIO, portionis, [Parte, portione. Gal. Port, portion. Hisp. Parte ó ración de lo entero.] μέρος, quasi partio significat partem. Plin. libro 9. capit. 35. Quota hæc portio est? Deminutiuum Portiuncula. Appuleius: Qui cum a me portiuicula posceret.

PORRISCVLVS, li, qui eam perticam, quæ & ipsa portisculus dicitur, in manu

- in manu tenens, horratur remiges, & cuncta pro libito moderatur. Pla. in Asi. Tuque habes portisculum. Ennius in annal. Portisculus cum signum dare cepisset. Ex Nonio.
- PORTITOR, TORIS**, [*Passatore. Gal. Garde cen fermier d'un port, passeur. Hi. El barquero que passa estrecho.*] πορτιδης, qui homines in ulteriorem fluij ripam, uel de litore ad nauim, uel de nauis ad litus transijcit. Dicitur Portitor a portando, ut uestor a uehendo. Virg. 6. Aen. Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat Terribili squallore Charon. Dicitur etiam Portitor, qui portorium, idest, fructus pecuniarios ex portu cond. cit., quique nomine portorij stipem a uenientibus exigit. Cic. ad Q. F. Qui nuper in portorij Italix tollendis non tam de portorio, quam de nonnullis iniurijs portitorum, querebantur. Accipitur etiam Portitor pro eo, qui aliquid portat. Stat. l. 1. Theb.
- PORTO**, portas, [*Portare. Gal. Porter. Hisp. Lleuar à traher.*] κομιζω, fero, affero, gero, non tantum corpore, sed etiam animo, & tam bona, quam mala. Ter. in And. Dij boni, quid porto? Plin. l. 11. ca. 17. Apes fessum regem humeris subleuant, ualidius fatigatum ex toto portant. Virg. 9. Aen. Multa patri portanda dabat mandata. Portare item dicimus, cum nauibus aut iumentis aliquid nobilicium uehimus. Virg. l. 1. Aeneid. Gens inimica mihi Tyrrenum nauigat equo. Lium in Italiam portans. Ibidem: Portantur auari Pygmalionis opes pelago. Portare auxilium pro adiuuare, Sallust. in Cat. Socijs atque amicis auxilium portabant. Hinc Portito, tas, frequenta. Gell. lib. 20. cap. 1. Crumenam plenam assiam portitans. Portatus, tus, actus portandi. Plin. lib. 9. cap. 35. Tædia exquisita perditore portata.
- PORTORIUM, RIJ**, [*Nolo. Gal. Le peage ou impost qui se paye aux ports. Hisp. El flete que se paga al barquero.*] πορτιδιον, nauium, & meices, quæ datur portitoribus. i. ijs qui nos cymba, uel pontone trans fluuium, uel fretum transijciunt. Item uectigal, quod portitori soluitur. idest, illi, qui redemit prouentum portuum, uel fluminum, uel lacuum, uel stagnorum. Lucil. libro 12. Et portu exportant clanculum, ne portorium dent. Plaut. in Asin. Iam ego hunc portitorem priuabo portorio. Cicero. l. de Inuent. Nam si Rhodius turpe non est portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe est conducere.
- PORTULACA**, [*Porcellana.*] ἀσπράγγιον, herba, frigida, & humida quæ dentium tollit stuporem. Plin. lib. 25. ca. 23. & l. 20. ca. 20. & Diosc. l. 2. ca. 138.
- PORTUNALIA**, inter quattuor Græciæ celeberrima certamina numerantur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum uocant, instituta.
- PORTVNVS**, deus maris habitus ab antiquis: dicitur a portibus, quibus præesse credebatur. Vide Palæmon.
- PORTVS, TUS**, [*Porto. Gal. Vn port. Hisp. Puerto.*] λιμὴν, in datiuo, & ablatiuo plurali. Portus, locus in litore, naues ab hyemis, tempestatumque iniuria uindicans. Cic. in Verr. Statim sine ullo metu in portum ipsum penetrare ceperunt. Metaphoricè accipitur pro loco tuto. Cicero ad Brutum: Fugæ portus erat in tuis castris, & perfugium salutis in tuo exercitu. Inde, Rem in portu esse, dicimus, pro, in tuto, & extra omne periculum. Plaut. in Merc. In portu res est. Item in portu nauigare, pro securum esse metaphora a nauigantibus, qui cum in medio nauigant, undarum & uentorum arbitrio iactantur contra cum se in portum receperint, nihil habent negotij cum undis & uentis. Im pingere in portu, est in ipso statim operis initio peccare. Hinc Portuosus multos portus habens. Sallu. in Jug. Portuosior, & edificijs magis exornata erat.
- PORTVS, RI**, Indiæ rex, ab Alexandro superatus, deinde suorum dolo interemptus. Clau. Tradita captiuo spatiosior India.
- PORVS**, pori, [*Poro.*] priore producta, a medicis appellatur callus prædurus, ossium & cartilaginis fracturam ferruminans. ossa enim & cartilago, quod partes spermaticæ sint, semel fracta, numquam renascuntur. Ex uiscosiore tamen alimenti parte callus qui dam gignitur, quo ueluti glutino coniunguntur. Auctor Galen. 6. Therapeuti. Porus item quem esse lapidis, Pario marmor candore & duritia similis: quem Plinius inter eos annuerat, quicadaueribus afferuandis sunt idonei, lib. 36. capit. 17. In articulis item Pori dicuntur tumores ex crasso, terrestrique humore in eos ingruente collecti: qui nonnumquam etiam contrahuntur ex medicamentorum quorundam usu, quæ multam discutiendi, siccandique, nullam autem molliendi uim habeant. Pori autem, p. ca. medicis, proprie appellantur meatus cutis, per quos sudor erumpit, & pili.
- POSCA**, posca, εὐμακτορ, potio ex aquæ acetique mistura temperata. Plin. libro 30. Tormina sanat palumbus ferus, ex posca decoctus. Celsus Puscam appellat: Aetius, & Aegineta Phuscam.
- POSCO**, poscis, poposci, [*Demandare. Gal. Demander. Hisp. Demandar.*] αἰτέω, proprie rem debitam & honestam peto. Varro. poscere
- est quoties aliquid pro merito nostro deposcimus. Donatus: Poscimus imperiose: Postulamus iure. Aliquando protocare. Virg. 8. Aeneid. Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum. Cicer. 3. Verr. Poscant maioribus poculis. i. prouocant se in iudicio ad largius potandam. Aliquando iudicare rem uenalem, & pretium eius taxare. Plaut. Merc. Tanti, quanti poscit, uia tanti emam illam? Aliquando requirere, exigere. Cæs. 4. Bel. Gal. Ad quos se celeriter, cum usus poscit, recipiunt. Appoico, i. uise posco, exigo. Ter. in Heau. Hæ talenta dotis apposcent duo. Exposco, multum posco. Liu. lib. 1. Pacem precibus exposcunt. Virg. lib. 3. Sed uotis precibusque iubent exposcere pacem. Reposco, quod meum est, repeto. Virgil. Parthosque reposcere signa. Plaut. in Curc. Quam tu uirginem me reposcis.
- * **POSIDÈVM**, siue Posidium, opidum in finibus Macedoniæ, non procul a Strymone amne.
- * **POSIDIPPVS**, comicus Cassandrus.
- * **POSIDONIA**, opidum Lucaniæ.
- POSIDONIVS**, philosophus, discipulus & successor Panætij, ex Apamia Syriæ, (ut Str. l. 14. auctor est) sed Rhodius existimatus, quia Rhodi uixit, ut & Apollonius Molo dicitur est Rhodius, cum esset Alabandenſis, utrumque audiuit Cicero.
- POSITIO**, [*Sito. Gal. Situation, assiette. Hisp. Positura.*] situs. Quint. lib. 3. cap. 7. Quæ ex loci positione, aut munitione sunt. Columel. lib. 1. cap. 6. Cæli positio maxime frigida. Cice. pro Flac. De quorum urbis positione, propter pulchritudinem, etiam inter deos certamen esse proditum est. A dialecticis & rhetoribus Positiones appellantur, ipsa ueluti fundamenta, quibus argumenta, innuntur. Quint. lib. 2. cap. 10. Argumenta ex ipsis positionum inijs ducimus.
- POSITIVVS**, a, um, quod primo positum est, nec aliunde deriuatum. unde grammatici positiuum a comparatio & superlatiuo distinguunt, quod illud sit quasi fundamentum istorum.
- POSITURA**, æ, [*Sito, positione.*] positio. Gel. lib. 4. c. 1. Quo habitu, qua forma, qua positura stelarum aliqui nasceretur.
- POSITVS**, us, [*Positione, sito.*] θισος, positio, situs. Ouid. 4. Fast. Trinacris a positu nomen adepta loci. Tacit. lib. 5. ille positus siderum ac spatia dimensus. Celsus in principio l. 7. Positus ossium, figuratque indicabo.
- POSITVS**, [*Posso, collocato. Gal. Posé, mis. Hisp. Puesto.*] parti. sui uerbi significationem retinens, idem quod situs, locatus. Cic. de leg. agr. Roma in montibus posita. Idem pro Pompeio. Inſula Delos in Aægeo mari posita. Nonnumquam pro depositus, Liu. 7. positus omnium aliarum rerum curis. Pro examinato, sic enim interpretatur Seruius locum. Virg. 4. Aen. Sic te ut posita crudelis abesse? Positus super armamentarium. Præfectus armamentario. Cur. lib. 6. Nobili iuueni, super armamentarium positus, quod scelus pararetur, indicat.
- POSSESSIO**, onis, [*Posseſso, possessione, podere. Gal. Possession. Hisp. Posseſſion.*] κτισις, γουη, in Pandect. est actus, siue ipsum ius possidendi. Cic. 2. Offi. quinquaginta annorum possessione mouere, iniquum putabat. Posseſſio fiducia, quæ ea conditione nobis traditur, ut eam alteri postea restituamus. Liu. 22. Nabidi eam tyranno fiduciariam (subaudi ex superiorib. Posseſſionem) dare optimum uisum. Interdum Posseſſionis nomine intelligimus fundum, siue agrum, aliam ue quamuis rem immobilem. Cic. in Cat. Qui magno ære alieno, maiores etiam possessiones habent. Idem in Parad. Prata, & areas magno æstimant, quod ei generi possessionum nemo nocere potest. Cicero ad Valerium: Is habet in Volaterrano possessionem. Hinc posseſſiuncula, deminu. Cic. Att. libro 13.
- POSSESSIVVS**, a, um, κτητικός, ut Nomen posseſſiuum, quo res posseſſa significatur: ut Euandrius enſis, qui ab Euandro posseſſetur.
- POSSESSOR**, oris, [*Posseſſore. Gal. Posseſſeur. Hisp. Posseedor, que posse.*] ο κηκτημένος, qui posseſidet. Liu. 3. Sine querelis posseſſorum plebem in agros ituram. Virg. 9. ecl. Posseſſor agelli Diceret, hæc mea sunt. Fæmminum posseſſetrix. ut, Posseſſetrix monilis, apud Afranium referente Nonio.
- POSSIBILIS**, le, [*Possibile. Gal. Possible. Hisp. Cosa que puede ser.*] δυνατός, Pla. in Stich. possibile est suauium dare amicum amice? Quint. l. 3. c. 8. Possibile, durum aut esse uocabulum, sed necessarium, cum aliud non habeamus.
- POSSEDEO**, es, [*Posseſdere. Gal. Posseſder. Hisp. Posseer.*] κτάσθαι, in Pandect. in dominio seu potestate ea habeo, ex antiquo nomine Pos, quod potentem significabat, & uerbo Sedeo. Ter. in And. Quæ illius fuerunt, posseſidet. Cic. pro Quin. Omnia bona posseſſa non esse conſtitui, quod bonorum posseſſio spectetur non in aliqua parte, sed in uniuersis, quæ teneri ac posseſſideri possint. Posseſſus, a, um, participium. Oui. l. 1. Am. el. 2. Et posseſſa ferus pectora uersat amor. Posseſſidere bona ex edicto, est per aduicationem, siue per decretum.

POSSVM, potes, potui. [*Potere. Gal. Pounoir, avoir puissance. Hisp. Poder.*] *δύναμις*, ex Pos, & sum: quasi potens sum. constituitur quandoque cum ablatiuo. Liu. lib. 10. Pecunia, qua multum poterant, freti. Habet aliquando post se accusatiuum. Virg. 9. ecl. Non omnia postsumus omnes. Sæpius ponitur sine casu. Plaut. Non hic ut possit, editis posse cupit, ut edat. Pro ualere. Cic. 1. Tusc. Post sunt oculi, potest caput. Potesse, apud Plaut. in Aul. Pro posse. Cic. ad Lentulum: Poterat ac utrumque præclare, si esset fides. Iungitur interdum accusatiuum cum apud, & ualeo significat: ut, Hic apud principum plurimum potest. Cic. 3. Ver. Is, qui apud istum plurimum poterat.

POST, [*Dapoi, dopo. Gal. Apres. Hisp. Después.*] *μετά*, præpositio, quæ & composita, & separata inuenitur. Separata ordinem demonstrat siue loci, siue temporis, siue alicuius alterius rei, & deferuit accusatiuo. Virg. 1. ecl. Post aliquot mea regna uidens mirabor aristas. Hor. 1. 1. epist. O ciues, ciues, quærenda pecunia primum est, Virtus post nummos. Quandoque tamen ponitur loco aduerbij Postea, & hoc quando nulli casui seruit, aut quando iungitur ablatiuo. Virg. 1. Aen. Post mihi nõ simili pœna commissa lucetis. Sallust. Vbi periculum aduenit, inuidia atque superbia post fuerit. Cum ablatiuo. Virg. lib. 6. Venerabile donum Fatalis uirgæ, longo post tempore uisum. In compositione etiam eandem fere habet significationem, quam separata: ut Postpono, post habeo, Postea.

POSTEA, [*Dapoi, nell'auenire.*] *ἐπείτα*, ex Post & Ea, idem significat, quod Exinde. Sal. in Catil. Postea Piso in citeriorem Hispaniam missus est. hinc posteaquam, sicut & Post, Postquam, quæ ab hæ connexionæ particulæ sunt, quibus prædictis sequentia connectuntur. Cic. Plancio: Posteaquam de meo cursu reipusum uoce reuocatus. Aliquando inter Postea & Quam interponitur uero, & significat Sed posteaquam. Idem Appio. Postea uero, quam ita cepi.

POSTERIOR, & hoc posterius, *ὑστερος*, comparatiuum a Posterus. unde Posteriora in animalibus dicuntur, quæ a tergo sunt. Cic. 12. Phil. Posteriores cogitationes, sapientiores solent esse. Interdum idem est quod uilior, abiectionis. Idem Att. 1. 10. Quorum utriusque semper patriæ salus posterior sua dominatione fuit. Terent. in Ad. Non posteriores feram. Vbi Donatus: Non posteriores feram: subauditur Partes.

POSTERITAS, atis, [*Difcendenti. Gal. Posterité. Hisp. La generacion uenidera. Los descendientes.*] *οἱ μεταγενεσθῆσιν ἀπογονοί*, ipsi posterit. Cicer. in Lælio. Separare uideo, Scipionis & Lælij amicitiam notam posteritati fore. Quid. 1. de Pont. el. 5. Quam laudem a fera posteritate ferat.

POSTERUS, [*Nell'auenire.*] aduerbium, postea. Plaut. in Amphi. Ne tu posterus in me culpam transferas. Cic. 6. Ver. Iubet iste posterius ad se reuerti.

POSTERVS, a, um, [*Sequente. Gal. Qui fuit apres, suiuant. Hisp. Cosa siguiente despues de otra.*] *ὑστερος*, temporis ordine subsequentes: ut, postera dies. i. sequens. Virg. 1. 4. Postera Phæbæo lustrabat lumine terras. Cic. 4. Ver. Postero anno Metellius mentionem tui census fieri uetat. Hinc posterit dicuntur, quicumque ex nobis & post nos etiam ex alijs nascuntur. Cicero. 3. de Natu. Deo. Exparentur hæ penæ a liberis, a nepotibus, ac posteris. Plin. libro 12. cap. 1. Tam digna miraculo, ut Licinius Mutianus prodendum etiam posteris putarit. Cum dicitur, In posterum differre, subauditur, tempus. Cicer. pro Mur. Sapiens, ac multa in posterum prospiciens. Cicer. in Catil. Magna tempestas inuidiæ, si minus in præsens, at in posterum impendet. Postero, absolute, pro postero die. Taci. lib. 4. Cum postero ad quæstionem traheretur. Hinc Præposterus, qui rerum ordinem perturbat. Cic. Cass. Præposteros habes tabellarios. Præpostera libido nefandum masculæ libidinis flagitium, in quo naturæ ordo peruertitur.

POSTPERUO, [*Postporre.*] *ὑστερον τιθεμαι*, postpono. Plin. 1. 3. c. 4.

POSTHABEO, es, [*Postponere. Gal. Postposer, estimer moins. Hisp. Post poner.*] *ὑστερον τιθεμαι*, postpono. Teren. in Phor. Omnes Posthabui mihi res. Virg. 7. ecl. Posthabui tamen illorum mea serua ludo. Cic. 5. Tusc. Ut omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo uitæ statu exquirendo collocarent.

POSTHAC, [*Nell'auenire. Gal. Dorefnauant, ci apres, alauenir. Hisp. De qui adelant.*] *μετά ταύτα*, in futurum, quasi post hoc tempus. Teren. in And. Posthac quas faciet de integro comædias.

POSTICVLA, æ, ὀπίθῃ δόμου, dimin. a Postica pro posteriore domus parte. Appu. Per quandam breuem posticulum intro uocat me.

POSTICVLM, li, aliud dimi. idem significans. Plin. in Trin.

POSTICVM, ci, [*L'uscio di dietro della casa. Gal. Le derrere, ou l'huis de derrière d'une maison. Hisp. El postico detras de la casa.*] *πλάγια θύρα*, a postulando, ostium est in posteriore parte ædium. Plaut. in Stich. Aliud posticum ostium intrarum harum ædium. Horat. lib. 1. epist. Atria seruientem postico falle clientem. Pro nodem postica fœmi-

gener. Ammianus. Per posticam ingressus. Postica etiam augures appellabant Plagam Septentrionalem: quod qui inauerantur, hanc cæli partem a tergo habebant. Item posticalinea est in agris diuidendis, quæ ab Oriente in Occidentem spectat. Omnia denique, quæ post nos sunt, postica dicuntur. Proprie autem Posticus, a, um, est illud, quod post nos est. Quando uero Anticam, & Posticam dicimus subauditur nomen pars, uel aliud simile. Persius Sat. 1. Posticæ occurrit sannæ id est, arrifioni factæ a parte posteriore. Auso. Postico uulnere fessor.

POSTIDEA, post id, deinde, [*Dipoi.*] Plaut. in Stich. Aequius, est, nos potiorum habere te, postideam uiros nostros.

POSTILENA, æ, penulti. pro. *ὑπερῖς*, incurium lignum, siue crassum lorum, quod sub iumentum cauda ponitur: a post stando dictum, quod posteriore iumentorum partem exornet. Plaut. in Call.

POSTILLA, [*Particella.*] duæ dictiones in unam coniunctæ per subunionem, idem significantes quod Postea, auctore Donato. Teren. in Eunu.

POSTIS, [*Le balestrate delle porte. Gal. Le posteau d'un huis, auquel il est attaché & ferme. Hisp. Las puertas para cerrar, o el bastidor de la puerta.*] *παρυσίδες*, in ædificijs dicuntur latera ostiorum, ex lapide ligato ue, quorum aliter fores sustinet cardinibus affixis, alter feram recipit & repagula, cum ostium clauditur. Virgilius secundo Aeneid. Hærent parietibus scalz postesque sub ipsos Nituntur gradibus. Cic. pro domo. Tectis, & postibus meis bellum intulisti.

POSTLIMINIVM, nij, *ἀναπόμυμιον*, ex post, & Limen componitur: quæcumque enim a nobis alienata ad hostem perueniunt, cum a nostro limine exierint, si post ad diem limen reuertantur, postliminio redeunt. Festus: Postliminio receptus est, si qui extra limina, hoc est, terminos provincie captus fuerat, rursus ad propria reuertitur. Paulus Iureconsult. de Cap. 1. Postliminium. Postliminium est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituentis, moribus ac legibus constitutum. nam quod bello amissum, aut etiam circa bellum, hoc si rursus recipiamus dicimus postliminio recipere. Ser. Sulpitius, referente Cicerone in Topicis, in dictione Postliminium, nihil notandum putauit, nisi particulam Post, reliquam uocabuli partem solum additamentum putabat: tamquam Liminium nihil significaret: ut Tullium, supplementum est in Meditullio. Scæuola autem putauit Postliminium ex duabus dictionibus post, & Limen, esse compositum. Postliminio quietis, apud Appuleium, significat post quietem, nam reuersio quædam postliminij uocabulo significatur.

POSTMITTO, is, [*Postporre.*] posthabeo. Cic. pro Cael. Quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus insidij doctissimi hominis dissimulandum putaret.

POSTMODVM, [*Dipoi, dopo. Gal. Apres ce, puis. Hisp. Después.*] postea, quasi post modo, Liu. lib. 1. Sæpe ex iniuria post modum exortam gratiam. Dicitur & Postmodo. Idem lib. 4. Fore ut postmodo gaudeant se ire moderatos.

POSTOMIS, dis, *επισομῖς*, ferrum est, teste Nonio, quod ad cohibendam equorum tenaciam, naribus, uel morsui imponitur. Lucilius. Postomides huic ingentes de naribus pendunt.

POSTPONO, nis, sui, situm, [*Postponere. Gal. Postposer, estimer moins. Hisp. Postponer.*] *ὀπί ἑλλεπόνως, ποίω*, retro pono, posthabeo, Plin. lib. 13. cap. 19. Cyrenaica regio loton suæ postposuit paliuro. Quid. 6. Metam. Voxque est postponere natis Ausa suis. Hor. 1. epist. 18. Scorto postponere honestum officium. Aliquando pro onittere. Cic. Fr. ad Tironem. Omnia postposui, dummodo præceptis patris parcerem, Cæf. 6. Bel. Gal. Ut omnia postponere uideretur.

POSTPRINCIPIA, dictio composita, qua Varro apud Gel. utitur lib. 16. c. 18. Pro progressu rei alicuius, qui principia subsequitur. Voluptas (inquit) uel utilitas talium disciplinarum in postprincipijs existit.

POSTQVAM, [*poi che. Gal. Apres que, depuis que. Hisp. Después que.*] connexionæ particula, qua dicta sequentibus connectuntur. Virg. 2. Aen. postquam altos tetigit fluitus.

POSTREMO, [*Vltimamente, finalmente.*] *τὰ ὑστατα, λεγεται*, aduerbium ordinis, denique, ultimo loco, tandem. Sal. Postremo omnibus modis pecuniâ trahunt. Pro eodem etiam dicimus. Ad posterum. Postremum pro Vltimum. Teren. in And. Si id facis, hodie Postremum me uides.

POSTREMVS, superlat. [*Vltimo.*] *ὑστατος*, ultimus. Teren. in Phorm. Hæc eius fuit postrema oratio. Postremos homines, pro sceleratissimis, dixit Brutus ad C. Quod si Romanos nos esse meministis, non audacius dominati cuperent postremi homines quam id nos prohiberemus. Pro Rôcio Amer. Sin id (ad id est) ut homines postremi pecunijs alienis locupletarentur.

POSTRIDIE, [Il giorno seguente. Gal. Lendemain. Hisp. Un dia despues.] τῆ ὑστεραίᾳ, idem est, quod postero, uel sequenti die. Gell. lib. 1. 9. cap. 2. Die pristinā eodem modo dicebatur, quod significabat, die pristino, id est, priore, quod uulgo Prīdie dicitur, conuerso compositionis ordine, quasi pristino die. Festus uero (cui magis accedendum puto) compositionem Prīdie antiquam esse inuuit, cum ait: Prīgnus dictus est, quod ante quam mater secundo nuberet, est progenitus. Pri enim antiqui pro præ dixerunt. Prīdie igitur, ex Præ, & Die compositum, priori, siue præcedenti die, siue die uno ante significat. Postridie uero, postero die. Laët. lib. 5. de utroque exemplum posuit loquens de Carneade. Is (inquit) disputauit de iustitia copiose; sed disputationem, quam postridie contraria disputatione subuertit, & iustitiam, quam prīdie laudauerat, sustulit. Plaut. in Stic. Quotidie prīdie caueat, ne faciat, quod pigeat postridie. Prīdie igitur priori die, siue præcedenti die significat, ut etiam apud Catonem lib. de re rust. Si ueni purgare uoles, prīdie ne cener. Postridie uero, postero die. Nec post tres dies ullo modo significat, ut hoc Catonis exemplum apertissime demonstrat, ex lib. de re rust. c. 65. Oleam a foliis & itercore purgato: postridie, aut post tertium diem, quam lecta erit, facito. Non enim adieciſſet diem tertium, si Postridie post tres dies significare. Habent autem Prīdie, & Postridie aliquando post se hos genitiuos Eius diei. Cic. Lentulo: Sententiam Bibuli de tribus legatis prīdie eius diei fregeramus. Cæſ. lib. 1. Bel. Gal. Postridie eius diei Cæſar præſidii utriusque caſtri, quod satis esse uisum est reliquit. Aliquando etiam alius eius genitiuus iungitur: ut, Prīdie, siue postridie Kalendarum, Nonarum, Iduum. Nonnumquam & accusatiuum habent. Cicero Appio: Prīdie Nonas Iunias cum esse uis Brundisii, hoc est, die ante Nonas. Liuius: Postridie Idus rebus diuinis superfederi iustum. Quo item modo, Postridie Kalendarum dicitur, id est, die post Kalendarum. Cic. Att. Prīdie compitalia uenit. Interdum Prīdie & Postridie sequitur Quam: ut, Prīdie quam intres patriam, sacrificium facito. Liu. lib. 2. Cum prīdie quam legatis ad Tarquinius proficiscerentur, cenatum apud Virrellios esset. A Prīdie fit Prīdianus, na, num, Sueton. in Calig. Marcellent: adhuc stomacho prīdiani cibi onere. Pla. in Mil. Postriduo dixit pro postridie.

POSTULO, itulas, [Demandare. Gall. Demander, re querir. Hisp. Demandar como en juyzio.] αἰτῶμαι, meo quodammodo iare aliquid peto: in qua significatione præter accusatiuum habet & ablatiuum mediante præpositione A, uel Ab. Cicero libro 2. epist. Omnia uolo a me postules, & expectes. Interdum est requirere, uel exigere: ut cum dicimus, Res, locus, persona, tempus, causa, hoc uel illud postulat. Idem pro Ligario: Longiorem orationem causa forsitan postulat, tua certe natura breuiorem. Idem 2. de Orat. Ut causa natura, & temporis ratio postulat. Nonnumquam accusare in iudicio. Sueton. in Cæſ. Dolabellam repetundarum postulauit. Idem in Augusto: Postulabat in iuriarum. Interdum est cupere, uelle. Terent. in Adelph. Per oppressionem, ut hanc mihi eripere postulet. Idem (sicuti docet Vlpianus. l. j. ff. de Postu.) est desiderium suum, uel amici in iure apud eum, qui iurisdictioni præſert, exponere, uel alterius desiderio contradicere. Postulare questionem: eius est, qui iniuriam sibi factam queritur: aut alteri, quam uindicare ad eum pertineat. Liuius 2. Item Postulatio, querella. Plautus in Bacch. Acris postulatio hæc est, cum huius dicta intelligo. Proprie tamen postulatio, idem fere est, quod petitio. Cicero Att. libro 3. Est illa impudens postulatio. Idem pro Mur. Concessit senatus postulationi tuæ. Postulata fulgura, inquit Festus, quæ uotorum, aut sacrificiorum spretam religionem designant: Postulatum, ti, ipsa postulatio. Cæſar 4. Bell. Gall. Conueniunt, ut de eorum postulatis cognosceret. Cicero 4. Verr. Hoc commoti dolore, postulata consilibus.

POSTVORTA, dea Romanorum, quod futura prospiceret. Macrobi. libro 1. Saturn.

***POTAMVS**, opidum Atticæ, apud Plin.

POTENS, tis, [Potente, che uale assai. Gal. Qui pent. puiffant. Hisp. Poderoso, o feñor.] δυνατός, tam participium, quam nomen inuenitur, a Possum. Sed quando participium est, tempus significat, & accusatiuum iungitur nominum, uel uerbo infinito, nec comparisonem accipit: ut, Multa potens, potens pugnare. Quando uero nomen caret tempore, & genitiuum iungitur, & comparisonem accipit. Liuius 26. Dum liber, dum mei potens sum, effugere mortem. Cic. Att. lib. 2. Potentissimorum hominum contumaciam numquam tuli. Duo reges potentissimi, apud eundem pro Man. Potens imperii, qui imperium obtinet. Potens regni, id est, regno maturus. Liu. Iuuenem iam esse dictitans ac regni potentem. Idem 8. Inter sarcinas obiacentes, neque pugnae, neque fuga, satis potenter caduntur. Potens uiri uirgo, id est, nubilis, & uiro matura. Diua potens uteri, Ouid. 9. Met. Potens cum ablatiuo, Virg. 1. Aen.

Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ,

Quid. epist. 13. Claſſe uirique potens, Potens, substant. Luc. lib. 1. Ausus & arnatos plebi miscere potentes.

*Cicero pro Domo; Cum tu florens & potens per medium forum uolitates.

POTENTATVS, us, [Potentia.] δυνασία, potētia. Cæſ. 1. Bell. Gall. Cum de potentatu inter se contenderent, Liu. 26. Aemulo potentatus inimicus.

POTENTIA, æ, [Potentia, potēstā. Gal. Puiffance, force, autorité. Hisp. Potencia, señoría.] δυναμις, potēstas. Virg. 1. Georg. Rapidie potentia Solis. Aliquando pro auctoritate, & opibus ciuilibus. Cicero 2. de Inuent. Potentia est, ad sua conseruanda, & alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. Differunt secundum Priscianum Potentia & Potēstas, quod potēstas magis pro ui accipitur, Potentia, pro dominatione. Cicero 3. Offic. Omnia certa & honesta negligunt, dum potentiam consequantur. Plinius epist. 3. libro tertio: Fuit inter principes ciuitatis sine potentia, siue inuidia. Potenter, Horatius in Arte: Cui lecta potenter Erret res.

POTENTIA, ποτεντία, Ptolemæo opidum est Piceni. Cic. de harusp. resp. Factus in agro Piceno Potentiæ nunciatur terræ motus.

POTESVM, [Poffo.] ueteres dicebant, quod nos dicimus Possum. Ter. in Eu. Amatores audieram mulierum esse maximos: Sed nihil potesse. Plaut. in Aul. Censent talentum magnum exorari potesse Ab isto sene?

POTESTAM, [Potēstā,] pro potestate ueteres usurparunt. Pla. Neque desidiæ in otio operam dedisse, neque potestam sibi fuisse.

POTESTVR, pro potest, apud antiquos, Nonio teste. Pacuinus: Si qua potestur inuestigari uia. Luc. libro 3. Expleri nulla ratione potestur.

POTESTAS, potestatis, [Potēstā. Gall. Puiffance, seigneurie. Hisp. Potencia, señoría.] δυναμις, a uerbo Possum deducitur, & multa significat, ut Paullus inquit in l. potestatis, de uerborum signific. nam in persona magistratum, imperium significat; in persona liberorum, patriam auctoritatem; in persona seruorum, dominium. At cum agimus de noxæ deditio, cum eo, qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam, & facultatem. Potestas etiam principes ipsi dicuntur, qui in potestate constituti sunt, quos Græci δυναστας uocant, & ita, qui magistratus gerunt, & habent eorum imperium, hoc est, gladii potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, & iudicium præſunt. Sueton. de Clar. Iurisdictionem de fideicommissis, Potestatibus demandauit. Pro consilio & ratione; unde Exire aliquem de potestate dicimus, mentis impotem fieri, ut apud Ciceronem 4. Tusc. iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est, de mente. Dicimus, Dare potestatem alicuius rei cuiquam: Deferre alicui alicuius rei potestatem: Facere potestatem alicuius uiri, est dare aditum ad illum: Habere potestatem alicuius rei: Habere aliquem in sua potestate: In potestate alicuius esse. Aliquando tamen exponitur pro ex eius consilio pendere, ei obtemperare. Permittere potestatem alicui alicuius rei: Peruenire in potestatem alicuius: Redigere aliquem in suam potestatem: Dimittere ex potestate: Tenere aliquem in sua potestate: Tradere potestatem alicui alicuius rei: Venire in potestatem alicuius. Quæ tum erat potestas, dixit Cic. pro Clu. pro, Quod tum poterat fieri. Orationes in quibus uerbum possum ponitur, efferri possunt eleganter per nomen Potestas. Terent. in And. Cuius tibi potestas summa seruandi datur: id est, potes seruare illum. Ibidem: Potestas fuit liberius uiuendi, id est, potuit liberius uiuere. Cic. pro Quinct. Potestas tibi fuit quotidie hominem admonendi. Plaut. in Stic. Malefacendi est mihi potestas.

***POTIDAEA**, urbs Macedoniæ, Cassandria dicta. Plin.

***POTEDAMIA**, urbs Aetoliæ.

POTINA, teste Nonio, deæ nomen apud Romanos, quæ puerorum potui præſidere putabatur, ut Edusa eorundem alimentis.

POTI, nis, [Benanda, beueraggio. Gall. Bruuage. Hisp. Benida.] ποτίς, potus. Pla. in Stic. Potione uinacea onerabo gulam. Cic. de Finib. Cibo, potioneq. fames, sitisq. depulsa.

POTIONO, as, [Dar da beuere.] ποτιζω, potionem præbeo. passiuum Potior. Suet. in Calig. Creditus potionatus a Cæſonia uxore.

POTIOR, & Potius, [Megliore, meglio. Gall. Milleur. Hisp. El mejor.] κρείττω, βέλτερον, comparatiuum ab antiquo nomine Potis, idem significans, quod melior & melius. Cicero 4. Tuscul. Filius plus pollet, potiorque est patre. Potissimum superlatiuum, id est, optimum, præcipuum. Plinius epitola 79. Si hoc opusculum nostrum, aut potissimum esset, aut solum. Sic potissima ratio, potissima nobilitas. Hinc Potius, Potissimum, uel Potissime aduerbia, quæ significant magis, & maxime. Differunt autem Potius, & potissimum, seu potissime; quod Potius ad duo tantum, Potissimum ad plura refertur: ut, Quem potius instituam heredem? Fabium, an Lucium? aut, Quam naturam potissimum erudiam? si multæ sint. Ad Her. l. 1. Ex comparatione, in qua per contentionem

nem utrum potius, aut quid potissimum sit, quaeritur. Idem ibidem: Cum quaerit orator, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potissimum dicat. Cicero in Laelio: Haecenus mihi uideor, de amicitia quid sentirem, potissime dixisse. Plaut. in Pleud. Hunc diem sumptissimum potissime. Inuenitur tamen quandoque incolumitati referri ad duo. Cicer. quamquam praestat honestas incolumitati, tamen utri potissimum consulendum sit, de liberetur.

POTIOR, potioris, [Godere, Gal. jouir de quelque chose. Hisp. Alcanzar y gozar lo deseado.] $\kappa\rho\upsilon\tau\acute{\epsilon}\omega$, a Potis deducitur, hodie magis quartae coniugationis est. olim etiam tertiae. Virgil. 3. Aeneid. Fas omne abrumpit & auro Vi potitur. Ovidius. 3. Meta. Tuque tuis armis, nos te potiremur Achille. In infinitiuis, & participijs praeteriti & futuri temporis semper quartam coniugationem sequitur, numquam tertiam. Est autem Potiri, uori sui in re aliqua desiderata comotem fieri. habetque modo genitiuum, modo ablatiuum. Cicero Lent. lib. 1. epist. Si tibi exploratum sit, eius regni potiri posse. ad Herenn. lib. 1. Atheniensium potiti sunt Spartiatæ. Cicero. 1. Offic. Omni Macedonia gaza potius est Paulus. Idem 2. de Inuentio. Si eo portu potiti essent. Nonnumquam idem est quod fruo, & sic ablatiuo potissimum iungitur. Cicer. de Senec. Si his uoluptatibus bona aetas fruitur libentius: primum paruulis fruitur rebus: deinde ijs, quibus senectus etiam si non abunde potitur, non omnino caret. Nonnumquam etiam accusatiuis, sed rarius. Terentius in Adel. Patria potitur commoda. aliquando etiam cum genitiuo. & praecipue Rerum. Cic. ad Lent. lib. 1. Otium ijs, qui potiuntur rerum, praestatur uidentur.

POTIS, & Pote, [Potente.] $\delta\upsilon\upsilon\alpha\tau\acute{\iota}\varsigma$, adiect. potior, potissimus, idem quod potens, potentior, potentissimus, uel bonus, melior, optimus. Virg. 3. Aeneid. Nec potis Ionios fluctus superare sequendo. Cic. 2. Tulc. ex antiquo aliquo poeta: Neque sanguis ullo potis est pacto profluens consistere. Ter. in Phor. Potior sit, qui prior ad dandum est. Ut potior sit inquit, id est melior. Superlatiuum Potissimus fere exponitur, per praecipuus. Quint. lib. 10. cap. 3. Ut semel, quod est potissimum, dicam. Pote apud ueteres aliquando pro possibile. Plaut. in Casi. Nec pote quidquam commemorari.

POTITIVS, senis nomen, quem cum Pinario altero sene sacris suis praeficit Hercules. Seruius explicans illud Virg. 8. Aen. Primusque Potitius auctor. & Liu. lib. 5.

POTIRO, tas, freq. a Poto, consuetudinem potandi habeo. Plaut. in Amph. Hac patera Pterela rex potitauit. Idem Asin.

***POTNIAE**, $\rho\omicron\tau\upsilon\iota\alpha$, Magnesia opidum fuit Pli.

PORO, tas, tauri tatum, & Potum, [Bere. Gal. Boire. Hisp. Beuer.] $\rho\iota\upsilon\omega$. bibo. Cicero de Clar. Orat. Si potare uelis, de dolio tibi hauriendum est. Idem 2. Phil. Totos dies potabatur. Idem 2. de Fin. ipsum cum uigilijs, & fame cruciaretur, clamat beatiorem fuisse, quam potantem in rosa Thorium. Aquam potare galea. Tibul. l. 2. Ecl. 7. Acetum acre potare. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Virg. 3. Georg. Ex lac concreatum cum sanguine potat equino. Arbores quoque potare dicuntur, cum liquor radicibus affunditur. Plin. libro 12. capitulo 1. Docuimus etiam arbores uina potare. Lanæ etiam colores potare dicuntur. Plinius libro 9. cap. 38. Potandus, a, um. Ouidius 2. Fast. Dumque parant epulas, potandaque uina ministri. Potatus, a, um, ut, potata aqua. Plin. lib. 2. capitulo 103. Potator, qui potationibus indulget. Plaut. in Men. Potatio, actus potandi. Cic. 1. de Diu. Si, modicisque potationibus ita est affectus, ut sopito corpore ipse uigilet. Plaut. in Sri. Quot potationes nulli, quot prandia. Poturus, a, um, ut Terra potura cruores, Stat. 12. Theb. Oues poturæ, Prop. l. 4. el. 4. Potor, oris, Potator. Horat. 1. ep. 20. Nulla placere diu, nec uiuere carmina possunt, Quæ scribuntur aequè potoribus.

POTORIUM, rii, [Bichiero.] $\rho\omicron\tau\upsilon\iota\omega\upsilon$, uias ad potum deputatum.

POTORIUS, a, um, quod ad potandum pertinet. Plinius lib. 33. capitulo 10. Ptolemæum Var. tradit, mille conuiuias totidem aureis potorijs tantam uasam cum ferulis saginasse. Ampulla potoria, Martial. lib. 14.

POTULENTIS, a, um, [Ebricato. Gal. Yurogne. Hisp. Embriago, horrachio.] $\mu\epsilon\theta\upsilon\sigma$, potus, ebrius. Sueton. in Othone: Fertur & noctibus uagari solitus, atque inualidum quemque obuiorum, aut potulentum carpere. Interdum potij idoneus. Gel. lib. 4. cap. 1. Penus est, quod esculentum, aut potulentum est. Sic enim nonnulli maluit legere, quam Potulentum.

POTUS, ta, tum, partic. $\sigma\iota\upsilon\mu\acute{\epsilon}\nu\omega\varsigma$, in utraque significatione sumitur: in actiua pro eo qui abunde potauit. Ouid. lib. 3. Fast. Visa est mihi digna relatu pompa, senem potum pota trahebat anus. Cicero. Treb. l. 7. Domum bene potus redi ram. In significatione passiuæ. Oui. loco iam citato. Tanto est albula pota deo. Ouid. lib. 15. Met. Noctæ nocent potæ.

POTYS, tus, [Benahda, baueraggio. Gal. Benaage, Hisp. Bewida.] $\rho\omicron\tau\iota\varsigma$, pot-

tio. Cic. 4. Tul. Ne mente quidem recte uti possumus, multo cibo, & potionis repleti. Et in Catone: Santum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur uires, non opprimantur. Pl. lib. 10. c. 72. Serpentes exiguo indigent potu.

P A N T E R

PRÆ, [Auant, in $\alpha\upsilon\tau\acute{\iota}$. Gal. Deuant. Hisp. Ante, delznte.] $\pi\rho\omicron$, praepositio idem significans, quod ante, & modo absolute ponitur: ut apud Ter. in An. I praë, lequar. Modo cum ablatiuo: ut, praë oculis. ante oculos, praë cunctis. ante cunctos, uel plus quam cuncti. Nonnumquam causam denotat, accipiturque pro ob. Terent. in And. praë studio dum efficias quod cupis. 1. ob. studio. Idem in Eunu. Misera praë amore. Item idem ualer quod Praeter. Gel. lib. 1. Praë se uno, & ceteros omnes rudes esse, atque agrestes praëdicabit. i. praeter unam ancillam. Aliquando respectum importat siue comparisonem. Terent. Eun. Illum contempni praë me. Plaut. in Persa. Res omnes relictas habeo; praë quod tu uelis. In eadem significatione dicimus praë quam. Plin. in Amph. Parua res est uoluptatem in uita, atque in ætate Agenda, praë quam, quod molestum est. Composita significat ante, uel prius. ut, Praëpono, Praëfero. Aliquando super: ut praëfectus, Praëfideo. Aliquando ualde, ut Praëclarus. Magis autem auget, quam Praëiungiturque cum aliquibus dictionibus, cum quibus illud nõ iungitur: ut, Praëpotens, Praëcellus, Praëclarus, Praëfulgens, Praëdiues, Praëdulcis, Praëdurus, Praëlargus, Praëlongus. Significat quancumque etiam ante tempus, siue praeter morem aliorum: ut Praëcæuus, Praëcox ingenium. Aliquando superuacue ponitur, ut Praëmior, praëingo, quæ significant quod eorum simplicia. A. Praë, sit, Praëut, quod collocationem significat. Plautus. Modestior nunc quidem est de uerbis, praëut dudum fuit, id est si pristinis eius mores respicias. Hinc & praeter, ut a sub subter, in Inter, pro Propter.

PRÆACUO, $\pi\rho\omicron\theta\eta\omega$, ante acuo. Cato de re rust. Vitem teneram praëcuiuo.

PRÆACUTVS, [Molto acuto.] ualde acutus. Pli. li. 11. ca. 27. Asperitas praëacuta in dorso. Cæf. 2. Bel. Gal. Praëacutas trabes in muro collocabat, Cuspis praëacuta, Ouid. 7. Met.

PRÆALTVS, [Molto alto.] ualde altus. Liu. 10. Ostium fluminis praëalti. Praëaltus alueus, idem. 5. Praëalta rupes, idem 10.

PRÆBERE, o, praëbes, [Dare.] $\pi\rho\alpha\rho\epsilon\chi\omega$, ex praë, & habeo, abiectis a, & h, significat de, exhibeo. nam qui aliquid praëbet, id praëhabere dicitur. Cic. 2. de Nat. De. Aer salutare, & uitalem spiritum praëbet animantibus. Hor. in Ser. Sunt qui conuiuias salibus conpergere gaudent, Praëter eum, qui praëbet aquam. Aliquando ostendo. Terent. in Ad. Seruum haud illiberalem praëbes te. Dicimus autem Praëbere aures. i. audire, Praëbere auxilium, honorem alicui, iter ad aliquid, ludos, locum peccandi. Praëterea lumen praëbere dicitur fenestra: Praëbere materiam igni merum miraculum praëbere operam. i. ponere: Praëbere prandium alicui: Praëbere se strenuum hominem. i. ostendere: Praëbere se æquabilem, attentum auditorem, docilem, acrem iudicem, uirum superbum, durum: Praëbere se facilem, id est acquiescere, siue obsequi alicui, in re aliqua: Praëbere sponsalia, id est conuiuium sponsaliorum, & similia. Hinc Praëbitus, particip. & praëbita substantiue pro rebus necessarijs, quæ seruis, operis praëbentur. Colum. lib. 1. cap. 8. Praëbitor, datur. Cicero. 2. de Offic. An tua id agis, ut Macedones te non regem suum, sed ministrum, & praëbitorem putent?

PRÆBENDA, orū, plu. nu. n. ge. dñr ligna & sal, quæ parochi legatis publice missis exhibere debent. Ho. 1. Ser. Sa. 5. Villula testu Praëbuit, & parochi, quæ debent, ligna, sal eq. Gel. l. 15. c. 4. Qui sortiti prouincias forent, praëbenda, publice conduxisse. Vide Parochus. Erant autem in exercitu Copiarj, quibus erat praëceptum ut praëbenda. i. salis & ligna publice missis exhiberent.

PRÆBIA, $\mu\lambda\epsilon\chi\eta\tau\acute{\iota}\mu\iota\alpha$, a ueteribus appellabantur remedia, teste Festo, praëcipueque ea (ut. l. 6. de lin. Lat. Innuit Varro) quæ amuleti uim habebant, cuiusmodi erant lora, quæ de puero sum collo suspendebantur: dicta a praëbendo ut testatur, idem.

PRÆBITERE, pro perimere, usurpauit Plautus in Pse. Idem in Pse. Praëbitere dixit pro praëterire: Ne inter uias Praëbiteram, eas, metuo.

PRÆCALVVS, caluus in interiore parte capitis. Suet. de Galba: Fuit capite praëcaluo.

PRÆCANTATIO, nis, [Incanto.] incantatio. Quint. 14. Decl. Diris carminibus, & feralium praëcantationum terrore permittum. Praëcantrix, saga, incantatrix. Var. de lib. edu. Ut adhibeant Praëcantrices.

PRÆCANVS, p. p. qui ante iustos annos canus est. Ho. l. 1. ep.

PRÆCAUEO, ues, p. p. [Prouedere.] $\pi\rho\omicron\upsilon\alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}\rho\omicron\mu\alpha\iota$, ante caueo, praëuideo. Plin. in Amph. An id praëcauisse oportuit? Cæf. 1. Bel. Gall. Id ne accideret, praëcauendum sibi Cæsar existimabat. Cic. Att. l. 2. quod a me praëcautum, atque propium est.

PRÆCEDO,



PRÆCEDO, dis, [*Trāpassare.*] antecedo. Plin. lib. 12. c. 37. Multa præcedente iniuria. Virg. 9. Aen.

Turnus, ut anteuolans, tardum præcesserat agmen. Translate significat præcellere. Pla. Af. Vestræ fortunæ meis præcedunt longe. Præcedere auctoritate, Plin. lib. 29. c. 1.

PRÆCELLIO, lis, præcellui, præcellsum, [*Superare, avançare.*] *διασπασω*, præire, præcedere, superare. Plin. lib. 12. c. 3. Malus Assyria odore præcellit foliorum. Robore mentis præcellere. Sil. lib. 3. Præcellens, tis, adiecit. Plin. lib. 11. c. 1. Deo præcellentem arborem dicant. Ibidem dicit. Suauitate præcellentior. Idem in proo. l. 6. Virgilium præcellentissimum uatem. Præcellus, a, um, ualde cellus. Cic. 6. Verr. Loco præcellso, atque edito. Virg. 3. Aen.

Vna in præcellso confedit rupe Celæno.

PRÆCENATIO, onis, [*Ricercata.*] *προσμουρον*, modulatio illa uocum, quæ ante initium cantus fieri solet, quasi præludium. Cicero de harusp. resp. Tui sacerdotij sunt tensæ, curricula, præcentio ludi, libationes. Gell. l. 1. c. 11. Tibicines canere inceperant. ea præcentione tranquilla, & uenerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam, uis & impetus militum cohibebatur. Quare & ex cantum quidam præludium, alij præcentrationem uocauerunt, ut & quasi *προμουρον*, nominant. quod *οἶνον*, cantus est.

PRÆCEPS, præcipitis, [*Precipite uole.*] *περὶ ἀκρον*, cum de loco dicitur, idem est, quod altus & præruptus, unde quis facile in præceps dari potest. Cic. pro Plan. Vita præceps & lubrica. Vir. 2. Aen. Turrim in præcipiti stantem, summisq. sub actu Deductam tectis. Præcepsitem dicitur, qui ex loco sublimi de quibus decidit. Virg. in Pharmaceutria:

Præceps aerigis specula de montis in undas

Deserat. Dicitur autem uidetur Præceps a capite; sicut & Anceps, Biceps, Triceps. proprie enim præcipitem dari dicimus, qui ita ex editiore loco deturbatur, ut deorsum decidat in caput. Per metaphoram autem Præceps dicitur, qui sine consideratione, aut modo, quid agit. Cic. de harusp. resp. Ille demens, & iam pridem ad pœnam exitiumque præceps. Virg. 3. Aen. Mox se ad litora præceps. Cum fletu, præcibusque tulit. Pro nimis festino. Virg. 2. Aen.

Præcipites atra ceu tempestate columbæ.

Præcipites palmites, apud Col. qui de hornotimis uirgis enati, in duro alligantur. Dare aliquem præcipitem, est præcipitare, & per translationem pro festinanter eijcere, siue expellere. Præcipitem in terram dare: Præcipitem agere: Præcipitem ferri: Præcipitem trahere i. secum deorsum rapere. In præcipiti esse. i. in summo discrimine. Præceps senectus. i. decrepita. Præceps dies, cum Sol Occasui propinquus est, noxque appetit. Liu. 4. Præcipiti iam die curare corpora milites iubet.

PRÆCENATIO, antiqui dixerunt pro frequenter præcipio, quod uerbum in Saliari carmine usurpatum fuisse, auctor est Festus.

PRÆCEPTUM, pti, [*Ordinatione. Gall. Commandement. en enseignement. Hisp. Doctrina. precepto.*] *παραγγελία*, mandatum, iussio. Cic. Luc. c. 1. lib. 4. epist. Tuis monitis, præceptisque omnis est abijciendus dolor. Aliquando pro disciplina, siue documento. Cicero 1. Offic. Neque ulla officij præcepta firma & stabilia, coniuncta naturæ, tradi possunt, nisi aut ab ijs, qui solam uirtutem, aut ab ijs, qui maxime honestatem propter se dicant expetendam. De Clar. Or. Hermagoræ disciplina dat rationes certas, & præcepta dicendi. Præceptus, ta, tum, particip. modo significat ante captum. Linius libro 1. Tempore illi præcepto. Cicero 3. Tusc. Hæc cogitantem fore beatum, præsertim si ante præceptis bonis contentus.

PRÆCERPO, is, ante carpo. Plinius libro 18. capitulo 19. Ne germinum tenera præcerpant. Cicero 6. Ver. Non præcerpo fructum officij tui.

PRÆCERTATIO, onis, quoddam futuræ pugnæ quasi præcellum. Ad Her. lib. 4. Mihi tecum præcertatio non est.

PRÆCIDANEVS, a, um, *τὸ πρόβιον*, ut Præcidanea agna, quæ ante alias cædebatur. Præcidaneæ feriæ, quæ sollempnes legitimæ feriæ præcedebant. Præcidaneæ hostiæ, quæ ante sacrificia sollempnia, pridie cæduntur. Præcidanea porca ea dicebatur, teste Festo quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, i. glebam non obiecisset; quia mos erat id facere, priusquam nouas fruges gustarent. Hæc ille. Præcidaneus, inquit Nonius, idem quod præcidens. Varro de uita populi R. Quod humatus non fit, heredi porca præcidanea suscipienda Telluri, & Cereri, aliter familia pura non est.

PRÆCIDIOS, *συγκόπτης*, dicitur, cum bene pulsatur. Senec. lib. 4. Nat. quæst. Qui me usque ad mendacia hæc leuiores, in quibus os præcidi, non oculi erui solent, credulum præsto.

PRÆCIDO, dis, penult. produc. [*Tagliare. Gal. Coupler pres ou rognier. Hisp. Cortar antes.*] *σπασίμω*, ex Præ & Cædo, significat ante cædo, id est, ante immolo, ut interpretatur Festus; unde Præcidaneæ hostiæ sunt, quæ ante sollempnia sacrificia pridie mactabantur. Aliquando est amputare, obtruncare. Cicero 5. Tusc. Cinna

collegæ sui consulis Octauij præcidi caput iussit. Præcidere spem alicuius rei est auferre, præcludere, apud Cicer. 2. Verr. Aliquando pro dure negare. Cic. Att. lib. 10. Quod quia plane præciderat, aperiens ad te de eo scribere solebam. Idem Att. l. 3. Numquam reo cuiquam tam humili, tam nocenti, tam præcise negaui, quam hic mihi sine ulla exceptione præcidit. Hinc Præcisus, ut, Præcisum caput apud Plin. lib. 11. c. 37. Ponitur quandoque pro abrupto, & abscisso. Quint. 10. Qui præcisus conclusionibus obscuri. Hinc Præcise dicere, id est, cum compendio sermonis, & aliquid subintelligendo. Cicero 2. de Nat. Deor. Sed id præcise dicitur, ut si quis dicat Atheniensium temp. consilio regi, desit illud Areopagi. Hinc Præcisio. Cicero 3. de Orat. Huic contrarium Præcisio est, & plus ad intelligendum, quam dixeris significatio. Item Præcido de re obscena dicitur pro prædicare. Mart. lib. 7.

Præcidi gaudes: præcisus Papile ploras.

PRÆCINGO, [*Cingere. Gal. Cendre. Hisp. Ceñir.*] *διαζώνω*, cingo. Plautus Bacch. Cincticulo præcinctus. Ouid. 2. Trist. Præcingitur ense uiator. Castris præcingere fluuium. Claud. de Bell. Get. Litora muro præcingere. Sil. libro 3. Præcinctus, particip. Horat. 2. Serm. Sat. 8.

Præcincti recte pueri, comptiq. ministrent.

PRÆCINO, nis, p. c. [*Cantare inançis, dire.*] *προβόω*, præcinnui, præcinctum, ante cano. Cic. 4. Tusc. Deorum puluinaribus, & epulis magistratum fides præcinnunt. Tibul. lib. 1. eleg. 5.

Carmine idem magico præcinnuisset anus.

Interdum idem quod prædico, Prædiuino. Plin. lib. 18. c. 46.

PRÆCIPIO, is, [*Pigliare inançis, preoccupare.*] *προλαμβάνω*, a Præ & Capiō, significat ante capio, præuenio, præoccupo. Virg. 3. eclog. Si lac præceperit estus, Vt nuper, frustra pressabimus ubera palmis. Cic. lib. 2. Off. Præcipiant ratione benigna multitudinis animos. Nonnumquam idem quod præuidere. Virg. 6. Aen.

Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.

Item iubere. hinc Præcepta, pro iussis. Sallust. in Jug. Micipsa pater meus mihi præcepit. Item docere, Plin. lib. 18. c. 24. Hælio. princeps omnium de agricultura præcepit. Vnde Præceptores, artium magistri, doctores. Cicero 3. de Or. Idem erant uiuendi præceptores, atque dicendi, Ouid. 1. de Arte:

Aeacide Chiron, ego sum præceptor Amoris.

Præceptores, Cic. 3. Offic. Propria est ea præceptio Stoicorum præceptrix. Cicero de Fin. Sapientia præceptrice in tranquillitate uiui potest.

PRÆCIPITIVUM, tij, [*Precipitio.*] *ἀποκρημνον*, locus præruptus, unde præcipitari facile quis potest. Quint. 1.

PRÆCIPITO, tas, in præceps deijcio. [*Precipitare, rouinare. Gal. Precipiter, ruer ou jeter du haut en bas. Hisp. Derribar, o despenar.*] *κατακρημνίζω*, Cicero pro Cæc. Præcipitatus ex locis superioribus. Præcipitare se de turri. Linius 23. Præcipitare se in flumen. Cæf. 4. Bell. Gall. Præcipitare palmitem, pro deorsum reflectere. Col. lib. 5. cap. 7. Præcipitare ad mortem, est ad mortem præcipitem agere. Præcipitare moras, festinanter abiicere. Aliquando est neutrum absolutum, idem significans, quod in præceps ire. Cic. pro Sylla: Reip. præcipitanti subueni. Præcipitat hieme, ingruit, & repente aduenit. Præcipitat Nilus, præceps ruit, & ex alto delabitur. Aliquando pro temere aliquid aggredi. Plaut. in Trin. Qui in amorem præcipitauit, peius perit, quam si de saxo saliat. Hinc Præcipitans, modo a tergo accusatum habens, ut Celsa præcipitans sese de Leucade Sappho. Modo absolute positum. Cicero pro Cluen. Præcipitantem impellamus. Sic Solem præcipitantem dicimus, occasui uicinum: Aetatem præcipitantem, ad interitum properantem. Præcipitatio, & præcipitancia, apud Gellium libro 6. capitulo 2. a Præcipitans fit Præcipitanter, inconsiderate. Luc. libro 2. Currit agens mannos ad uillum hinc præcipitanter.

PRÆCIPVVS, a, um, [*Ottimo. singolare. Gall. Principal. singulier souverain. Hisp. Señalado y principal.*] *ὁ πρῶτος, κύριος*, a Præcipio, pro ante capio, dicitur magnum, potissimum, optimum. Plin. lib. 8. c. 27. Est ad serpentis ictus præcipua. Pla. in Tri. Hic homo est omnium hominum præcipuus. Hinc Præcipue, ante alia. C. Curio. In salute præcipue sum ab illo adiutus.

PRÆCISVM, (inquit Nonius) dicitur pars carnis & uiscerum. i. circa quod uiscera inuoluta sunt, quod pars circumcisus habeat. Luc. lib. 20. Illi præcisio, atque epulis capiuntur opimis.

PRÆCLAMO, as, [*Gridare inançis. Gal. Auanturier. Hisp. Gritar y llamar delante.*] *προβοάω*, ante clamo: unde Præclamito, ex quo Præclamitatores dicebantur, qui flaminem Diale. i. sacerdotem Iouis antecedeabant clamantes, ut homines ab operibus abstinerent; quia ei opus facientem uidere, irreligiosum, uidebatur.

PRÆCLARVS, a, um, [*Molto chiaro. Gal. Fort clair, fort renommé, excellent. Hisp. Muy esclarecido y luzido noble.*] *σπασίμω*, ualde clarus. Lucr. lib. 5. Præclarum uelut cæli restinguere Solem. Translate accipitur pro celebri, & illustri; ut & simplex Clarus. Cic. de

- Cic. de Or. Præclari in philosophia, & nobiles. Nonnumquam in eadem significatione accipitur, qua bonum, siue bellum dicimus. Cic. 3. Phil. O præclarum custodem otium, ut aiunt, lupum. Idem 6. Verr. O dii immortales, præclaram conscientiam. Magnificum, & præclarum genus dicendi. Cic. 2. de Or. Præclare, aduerbium. Cic. 4. Acad. Præclare secum agi putet.
- PRÆCLAVVM, teste Nonio, pars uestis erat, quæ ante clauum tangebatur. Afran. Torum diem præclauum unum tangebere.
- PRÆCLVDVS, is, si, sum, [serrare, chiudere. Gall. Serrer, fermer le passage. Hisp. Cerrar.] διακλείω, claudo, intercludo, præcido. Cicero pro Planc. Maritimos cursus præcludebat, hiemis magnitudo. Cæf. 2. Bel. Gal. Portas præclufit. Ou. 1. Met. Præclufaque ianua leti.
- PRÆCOGNITVS, προγνωστικός, ante cognitus. Planc. ad Cic. 10. Præcognito nostro aduentu.
- PRÆCOLO, is, p. c. ante colo. Cic. Partit. Perfecti animi, habitus, ad uirtutem quasi præculti, & præparati rectis studijs & artibus.
- PRÆCOMPOSITVS, [Preparato,] præparatus. Ou. 6. Fast. Præcomposito nunciis ore uenit.
- PRÆCONCEPTVS, a, um, ante conceptus. Plin. lib. 2. c. 82.
- PRÆCONSUMO, ante consumo. Ou. posuit pro consumo, lib. 7. Met. Ut illic bellum putat esse maris, Quam gerere, atque suas ibi præconsumere uires. Præconsumptus, a, um, Ouid. 4. Trist. El. 5.
- PRÆCONIS, Præcones, [Trombetti, banditori. Gall. Crieurs publiques, trompettes jurez, qui font les cris publics. Hisp. Pregoneros à mensajeros.] κήρυκες, a præcinendo dicti sunt, quasi præcanes, quod ante canant & nunciant, quod est faciendum; uel (ut inquit Prif.) a Præ, id est, ualde canendo, sunt enim, qui iussu magistratus publice aliquid ore denunciant. Plaut. in Pæn. Exsurge præco, fac populo audientiam. Virg. lib. 5. Victorem Aeneas præconis uoce Cloanthum Declarat. Præcones erant in iudicijs, qui senatusconsulta prædicabant, posteaquam decreta erant, qui iudices & candidatos suis nominiibus appellabant, qui litteras in senatu publice legebant, qui bona, quæ proscribebantur, publicæ auctioni proponebant, ac proclamabant, & pretia, ut inquit Cic. conficiebant. Præcones laudum nostrarum dicuntur, qui res a nobis gestas laudando diuulgant. Cic. pro Arch. O fortunate adolefcens, qui tuæ uirtutis Homerum præconem inuenieris.
- PRÆCONIUM, præconij, ipsa uox, uel officium præconis, κήρυγμα, Cicero Leptæ lib. 6. Eos, qui aliquando præconium fecissent, in municipijs decuriones esse non licere. Sueton. in Ner. Præconio ubique contendit. Plaut. Men. Præconium ut mihi detis. Sed quoniam a præcone res gestæ etiam pronunciari solent; ideo quandoque pro laude, fama, & gloria sumitur. Ouidius epist. 15. Magna quidem de te rumor præconia fecit. Aliquando est præconis officium.
- PRÆCONTRECTARE, ante contrectare. Ouid. 6. Met.
- PRÆCOQUO, quis, præco. προτιήσας, πεπαινω, ante tempus suum, uel præmaturo coquo. Col. lib. 5. Vux commodi in solate præco quuntur, id est, ante tempus aliorum fructuum maturantur. Nonnumquam ualde uel nimis coquere. Plin. lib. 18. c. 19. Acini præco quuntur in callum. Aliquando prius coquere. Medici iubent porrum, antequam ptisanæ admisceatur, in aqua præcoqui.
- PRÆCORDIA, orum, [Parti uicine al core. Gall. Le parties autour du cœur. Hisp. Las telas del corazón de lugares y cosas propinquas del corazón.] proprie partes laterales dicuntur, nothis costis subiectæ hepatici, & lieni superiacentes, quæ quod ἀπὸ τῆς καρδίας, id est, sub cartilagine sitæ sint, a Græcis καρδία appellatur. Celsus lib. 4. cap. 8. Dextra parte sub præcordijs, uehemens dolor est. Idem alibi: Periculofum est, si præcordia in dextra parte dura manserint. Pl. lib. 1. c. 37. Præcordia accipere uidetur pro diaphragmate, siue sæpro transuerso, quod uitalia uiscera a naturalibus separant. Idem lib. 30. c. 5. Exta ipsa Præcordiorum nomine significari tradit. Quandoque etiam generalius hoc nomen positum inuenitur pro quibuscumque partibus interioribus, cordi uicinis. Cic. 5. de Fin. Is ipse anulus in præcordijs piscis inuentus est. Virtus redit in præcordia nota. Virg. 1. Aen.
- PRÆCORRUMPO, pis, [Corrompere inanti,] προθέρω, ante corrumpo. Ou. 14. Met. Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumperet donis Me cupit. Præcorruptus, a, um, Ouid. 9. Met.
- PRÆCOX, cis, p. c. gen. om. [Cio che è innanzi tempo. Gall. Mieux, avant la saison, trop tost mieux. Hi. Cosa temprana antes que las otras cosas.] προίμω, quod ante cetera coctum & maturum factum est: ut, Præcoqua uua. Præcocia poma, ex perficorum genere, quæ primo maturæ sunt. Pl. lib. 15. c. 12. Persica Duracina post autumnum mature scunt æstate præcocia. Eadem & Præcoqua dicuntur. Mart. lib. 13. Vilia maternis fueramus Præcoqua ramis. Translate Præcox in genio, quod nimis cito maturitatem est consecutum. Quinc. l. c. 3. Illud ingeniorum uelut præcox genus, non temere umquam peruenit ad frugem. Præcox fuga, Var. Synephr. Præcox pugna, apud Ennium l. 8. An. Præcox risus, Plin. lib. 7. in præf. Legitur, & hic &
- hec Præcoquis, & hoc Præcoque. Col. lib. 3. c. 2. Præcoques, duracina, purpureæ bumasti, &c. Eodem l. c. 9. Duo genera uinearum intra tempus biennij ex una præcoque uite.
- PRÆCRASSVS, a, um, ualde crassus. Plin. lib. 16. c. 8.
- PRÆCVRSVS, is, [Correre innanzi] προτρέχω, ante curro. Ter. Et. Præcurre, ut sint domi parata omnia. Cæf. 6. Bel. Gal. Præcurrunt equites; quanto res sit in periculo, cognoscunt. Ci. 1. de Div. Ita a principio inchoatum esse mūdium, ut certis rebus certa signa præcurrerent. Idem in Or. Horum uterque. Socratem ætate signa præcurrerent. Cic. in Part. Primordia rerum, & quasi præcurrentia. Præcursus, us, Plin. lib. 16. c. 25.
- PRÆCVRSIO, Cic. de Fato: Confitentis non fieri assensiones sine præcursione uisorum. Præcursio, pro eo, quod Boetius præcursionem causam uocat. Cic. in Top. Alia præcursionem quandam adhibent ad efficiendum.
- PRÆCVRSOR, πρόδρομος, Cic. 7. Verr. Quem iste in decumis præcurrem habere solebat & emissarium.
- PRÆDA, dæ, [Preda, bottino. Gall. Proye, pillage, butin. Hisp. Presa, el robo ó hurto.] λείλασια, λεία, a pariendo (ut inquit Var.) quasi parida, quod in manu parata sit, & est (ut Gel. lib. 13. c. 23. inquit) proprie corpora ipsa rerum, quæ capta sunt. Manubix uero pecunia ex uenditione prædæ redacta. Virg. 1. Aen. Illi se prædæ accingunt. Ouid. 1. 1. Met. Ut matutina ceruus periturus arena Præda canum est. Cic. 7. Verr. Cum ea res prædæ esse posset.
- PRÆDABUNDVS, [Depredando.] λαθραγωγόν, prædas agens. Sall. in Jug. Dat fidem se prædabundum eodem uenturum.
- PRÆDACEVS, a, um, [Di preda,] ληλατικός, ex præda. Gellius libro 4. capitulo 17.
- PRÆDATICVS, a, um, [Di preda.] ληλατικός, prædaceus. Gell. libro 13. capitulo 23.
- PRÆDATOR, [Saccheggiatore, predatore. Gall. Pilleur, qui ôte par force. Hisp. Robador ó ladron.] λαθραγωγός, prædo, populator, spoliator. Cic. 2. Cat. Quos ego in eodem genere prædatorum, directorum que pono. Ioui uero deprædatori templum fuisse legitimus, non quod prædæ præesset, sed quod ei aliquid ex præda in partem debebatur. Prædatrix, cis, Stat. 1. Sil.
- PRÆDATORIVS, ληλατικός, qui prædatur, ut Prædatorix naues. Liuius libro 30.
- PRÆDAMNO, nas, est præiudicio suo aliquem condemnare. Suet. in Aug. Destituere, ac prædamnare amicum existimaretur. Nonnumquam idem est, quod ante damnare. Liu. 5. Totam culpam in prædamnatum collegam transferentem.
- PRÆDELESSO, as, ante delasso. Ouidius 12. Metamorp. Facta manu moles; quæ primas æquoris undas Frangit, & incurfus quæ prædelasset aequatum.
- PRÆDENSVS, [Molto denso.] ὑσπύκνος, ualde densus. Pl. l. 18. c. 18.
- PRÆDENSATVS, prædensus factus. Plin. lib. 9. c. 33.
- PRÆDIATOR, ληλατικός, periti iuris ad prædia pertinentis. Cic. Att. lib. 12. Appuleius prædiator liberalis.
- PRÆDIATORIVS, a, um, ληλατικός, quod ad prædium pertinet: ut, Ius prædiatorium. Cic. pro Balbo: Cum de iure prædiatorio confuleretur, consultores suos ad Turium & Caselium prædiatores reijciebat.
- PRÆDIATVS, prædiis munitus. Appul. lib. Flor.
- PRÆDICABILIS, & hoc bile, [Degno di laude,] prædicatione dignum. Cic. 5. Tusc. Nec in misera uita quidquam est prædicabile, aut gloriandum.
- PRÆDICATIO, [Laude, commemoratione,] commemoratio, laudatio. Plin. lib. 35. c. 3. & lib. 20. c. 10. Prædicatione, ut palam est.
- PRÆDICAMENTA, [Predicamento.] κατηγορίας, in dialecticis dicuntur: quæ Quint. lib. 3. c. 7. Elementa decem uocat.
- PRÆDIATOR, laudator, diuulgator. Cic. pro Balb. Qui sui iudicij, sui beneficij uoluit me esse prædiatorem.
- PRÆDICATVM, [Predicatio.] τὸ κατηγοροῦμενον, dialectici dicunt, quod Grammatici Appositum uocant, quod prædicatur, id est, subicitur de subiecto.
- PRÆDICO, cas, [Predicare. Gall. Dir par tout. Hisp. Publicar y alabar.] ἀπαγορεύω, publice dico, celebro, laudo. Ter. An. Actum est, siquidem hæc uera prædicat. Cic. Att. l. 9. Prædicat palam, se largitione superiorem, quam hunc, fore. Cæf. 2. Bell. Ciu. Sæpe ex tribu-nali prædicauit, aduersa Cæsarem prælia fecisse. Cic. Lucce. Ignoscet mihi de me ipso aliquid prædicanti. Sallust. Ipsum Crassum ego postea prædicantem audiui, tantam illam contumeliam sibi a Cicerone impostam. Prædicat item præco, dum aliquid palam pronuntiat. Cic. pro Quinct. De quo homine præconis uox prædicat, & pretium conficit.
- PRÆDICO, pæ. p. [Predire. Gall. Predire, annoncer. Hisp. Dezir deantes.] προλέγω, ante dico. Ter. in And. Ne temere facias, neque tu haud dicas tibi non prædictum, caue.
- PRÆDICTIO, [Indominatione. Gall. Prediction, profetie. Hisp. Orbra de dezir deantes.] προγνώσις, quod prædicitur, siue prænunciatur.

nunciatur. Cic. lib. 1. de Div. Vatum furibundas prædictiones audiendas putauerunt.

PRAEDICTVS, a, um, [Predetto.] ante dictum. Cic. 4. Acad.

PRAEDICTVM, cti, [Indominatione, pronostico.] Cic. de Div. Panætius astrologorum prædicta reiecit.

PRAEDIOLV, li, [Poderetto.] γήσιον, paruum prædium. Cic. Cael. Mea prædiola tibi nota sunt. Idem Attic. lib. 16. Aedificata belle prædiola.

PRAEDISCO, is, [πομαρτίνος, ante disco.] Virg. 1. Geo.

PRAEDITVS, a, um, [Ornato.] participium est sine uerbi origine latinissimum in oratione ulum habens, uariamque significationem pro ratione rei per ablatium, quem post se habet, significatam. nam cum dicimus, Præditus uirtute, Præditus ingenio, idem est, quod ornatus. Rursus cum aliquem prauis moribus, oris scditate præditum dicimus, idem est, quod pollutus, contaminatus. Interdum idem est, quod affectus, ut, cum morbo, merore uel quempiam affectum dicimus. Cic. pro Archia. Gloria ingenij summi præditus. Idem 2. Verr. Homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus. Pro Rabirio Post. Senectute affectus, morbo præditus. Idem pro Mur. Lacrymis ac merore præditus.

PRAEDIVES, tis, [Molto ricco.] πολυπλόσιος, ualde diues. Sueton. de Clar. Gram. Equite Romano prædiuite. Ouidius 6. Met. Totumque tulit prædiuite cornu Autumnum. Aula prædiues, Claud. 2. in Rufinum.

PRAEDIUVINO, as, [Indominare.] πομαρτίνουμα, rem euenturam diuino. Plin. lib. 1. cap. 11. Prædiuinat apes imbres. Prædiuinatio, Plin. lib. 8. c. 25.

PRAEDIUVINVS, a, um, ualde diuinus. Plin. lib. 37. c. 10.

PRAEDIVM, dij, [Possessione, podere.] Gal. Vn heritage. Hi. Heredad de bienes rayzes. γήσιον, nomen est tam rusticis, quam urbanis possessio nib. commune, a Præstando (si Varron lib. 4. de lin. Lat. credimus) deductum; quod pignori data mancipijs fidem præstent. Cic. 3. Of. De iure prædiorum sancitum est apud nos iure civili, ut in ijs uen dendis uitia dicerentur, quæ nota essent. Idem pro Rosc. Am. Fru ctuosa prædia colenda pater filio tradiderat. Hor. 2. Ser. Sat. 3.

Seruius Opidius Canuli duo prædia diues, Antiquo censu, natis dedisse duobus Fertur. Prædiorum itaque nomine ueniunt tam urbanæ possessiones, quam rusticæ, & suburbanæ, hoc est, urbi proximæ. Vnde exstant tituli aliquot apud Iniconsullos, de Seruitutibus urbanorum prædiorum, & rusticorum, utrisque communibus. Ager autem proprie dicitur locus in rure, quem colimus. Aruum, ea pars agri, quæ sementi datur. Fundus etiam pars agri est. singulari enim præda, uinæ, horti, oliuetæ, pomaria, piscatoria loca, siue uillam, atque ædificium, siue piscinam, siue uiuaria habeant, siue non habeant, singuli fundi sunt, & hoc in agro dumtaxat. nam in urbe, opido, uico, castello, quidquid tale est, Prædium uocatur. Est itaque Fundus rustica possessio, Prædium & urbana & rustica: Possessio generale nomen est, nam & tabernæ, & hospitia, & horrea in urbe possessiones dicuntur, & generaliter omnia immobilia.

PRAEDO, donis, [Corsale, ladro.] Gal. Pilleur escumeur da mer. Hisp. Robador à ladron. περατεις, qui iter facientes terra mariue spoliat. Plin. lib. 16. cap. 4. Germaniæ prædones singulis arboribus cauatis nauigant. Hor. 1. Ser. Sat. 2. Fugiens hic decidit æcrem prædonum in turbam. Prædonulus a Catone usurpatur.

PRAEDOR, prædaris, [Dipredare, rubbare.] Gall. Piller. Hisp. Robar à hurtar. Amico, diripio, ui aufero. Cic. 3. Verr. Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur. Idem 3. Verr. Cum esset apertissime prædatus. Ou. 1. Am. El. 3. Quæ me super prædata puella est, Aut amet, aut faciat, cur ego semper amem.

PRAEDOMO, mas, p. c. ante domo. Senec. 1. 14.

PRAEDUCO, is, ante duco. Plin. lib. 35. cap. 16. Si æta præducantur, uiolaceum reddunt colorem. Tac. lib. 14. Neque fossam, neque uallum prædixerunt. Præducere fossam homini obfesso, pro circumuallare. Senec. lib. 2. de Ira.

PRAEDVLICIS, & hoc prædulce, [Molto dolce.] ualde dulcis. Plin. lib. 12. c. 5. Fructus per folia solibus coctus prædulci sapore. Clau. Paneg. 2. Luxuries prædulce malum. Stat. 5. Sil.

Tyrhenæ uolucres nautis prædulce micantur. Virg. 11. Aë. Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis, Et prædulce decus primo certamine possit.

PRAEDURO, as, [δυσκλήρωσος, ualde durum facio.] Coll. lib. 3. de rubrica. Neque humentem fodere possis, quod sit glutinosissima: nec nimium siccam, quia nimium præduratur.

PRAEDURVS, a, um, [Molto duro.] ualde durus. Col. lib. 6. c. 2. Illa ætas adhuc tenera est, hæc iam prædura. Virg. 2. Geo. Corporaq. agresti nudat prædura palæstra. Idem 10. Aen. Prædurum uiribus Orfen.

PRAEEO, præis, [Andare innanzi.] Gall. Aller deuant, montrer le chemin. Hisp. Preceder yendo delante, à andar delante. Ouid. 2. Li. 2.

Præferat Aruus Tarquinius filius regis. Præire uerba, est, certam uerborum formulam alicui dicitare, quam ille totidem referat uerbis. solebant. n. ueteres ad execrationes, uel depositiones hostilis exercitus, & ad fœdera percutienda similesque publicos ritus peragendos, certam uerborum formulam habere conceptam, quod carmen uocabant. a qua neminima quidem syllaba recedere licebat. Itaque ne Imperatores, qui fœ, hostilemque exercitum erant execraturi, aut ij, per quos fœdera sanciebantur, in proferendis formulis laborerent, adhibebatur Pontifex, aut sacerdos, qui uerba præiret, i. conceptam uerborum formulam dicitaret, quam alter totidem uerbis repeteret. Sic Præire uerba iusiurandi, dicitur qui iusiurandi uerba concipit, & iuraturò dicitur. Budæus: Præire, est uerba præfari, & Sublequi est dictata uerba pronuntiare. Li. 8. Pontifex publicus pop. Rom. præi uerba, quibus me pro legionibus deuocem. Gell. lib. 13. cap. 2. Si de omni officio iudicis præire tibi me uis. Id est, pronuntiare, quod sequaris. Præire uerba de scripto, quid sit, declarat Budæus his uerbis: Præire hodie uerba damnationis actuarij, aut eorum iuarii carnifici solent, cû dånati facinorosi ad supplicia trahuntur, sed de scripto id faciunt. Præiens, præeuntis. Ouid. 8. Met. Et diis præeuntibus, ambo Membra leuant baculis.

PRAEFACILIS, le, [Molto facile.] ualde facilis. Pla. in Epid. De præfacili exora.

PRAEFARI, [Parlar innanzi, say proemio.] Gal. Auant parler. Hisp. Hablar antes. απομιμαζω, ante fari, proloqui. Col. in præfat. lib. 1. Quæ ordine suo persequar, cum præfatus fuero, quæ reor ad uniuersam disciplinam pertinere, Cic. ad Vn. Quæ de deorum natura præfati sumus. Præfari diuos. Virg. 11. Aen. Vbi Seruius: Præfatus diuos more antiquo, nam maiores nullam orationem, nisi inuocatis numinibus, inchoabant. Catu. Arg. Talia præfantes quondam felicia Pelei Carmina. Præfari honorem dicimus, cum rem non satis honestam dicturi, aliquot uerbis præmissis mollimus. Cic. Peto 1. 9. Si dicimus, Ille patrem strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfundus.

PRAEFATIO, [Prafatione, proemio.] Gall. Preface, prologue. Hisp. Aquella habla que se habla antes, prologo. απολογος, απομιμον, a præfando deducitur, & significat id, quod præloquimur, ante, quam ad rem ueniamus. Plin. lib. 25. c. 2. Inchoata præfatione religiosa. Mart. 1. 3. Perfrixisse tuas quæstæ est præfatio fauces.

Cic. 5. Verr. Quæ præfatio tuæ donationis fuit?

PRAEFECTORIVS, prefectura perfunctus. Vlp. de senatorib. l. 1.

PRAEFECTVRA, æ, ἐπαρχια, officium, uel dignitas præfecti. Cic. de Nat. Deo. Ex præfectura Reatina Romam ueniunt. Idem Attic. lib. 5. Præfecturam petiuit. Dicuntur etiam præfecturæ tractus quidam regionum singulis parentes Præfectis. Festus: Præfecturæ ex appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, quarumque quædam erat resp. neque tamen magistratus suos habebant, sed quotannis ad eas Præfecti mittebantur, qui eis ius dicerent.

PRAEFECTVS, cti, sub. [Prefetto, Capitano, Proweditore.] Gal. Prouost, commis sur quelque affaire. Hispan. Antepuesto en algun officio, prefecto. ἐπαρχος, qui rei alicui præficitur: ut, Præfectus moribus dicit, qui est ad componendos mores constitutus. Cic. ad Pap. 1. 9. Quamdiu erit noster hic præfectus moribus. Idem pro Clu. Tu es præfectus, moribus. Præfectus uigilum, cui disponendorum per urbis regiones uigilum cura incumbit. Præfectus urbi, Gell. lib. 3. c. 16. Præfecti regij, Liu. 36. Præfectus annonæ, Liu. 4. Præfectus classis, Cic. 7. Verr. Præfectus libidinum, post red. in senat.

PRAEFECTVS prætorio, τῶν βασιλείων ἐπαρχος, talis apud Cæsares erat, qualis olim apud reges Tribunus celerum, & apud dictatores Magister equitum. Gerebat enim secundas partes post Cæsarem, præeratque disciplinæ publicæ emendandæ. Castiodorus epist. lib. 6. Potestati Præfecti Prætorio nulla dignitas est æqualis. Vice sacra iudicari, Nullus ei miles fori auctoritate præscribit, excepto Officiali Magistri militum. Curiales etiam uerberat. In officio suo ius retinet singulare; & talibus tantisq. noscitur iubere, quos provinciarum non auderent iudices in qualibet parte contemnere.

PRAEFERICVLVM, a Præfero, has æneum sine ansa, patens uelut peluis, quod præferre in sacrificijs solebant. Festus.

PRAEFERO, præfers, [Preponere, anteposere.] Gal. Estimer plus, preferer. Hispan. Anteposere, preferir. ante fero. Plinius epist. 11. 2. Lumen, quod sibi maiores sui prætulissent, posteris præferret. Cicero 6. Verr. Sinistra manu retinebat arcum, dextra ardentem facem præferbat. Aliquando præpono, Cicero pro lege Manil. Salutem reip. suis commodis præferre. Item dicto, facto, aut gestu animi affectum ostendo. Linius: Vultus tuus nescio quod ingens malum præfert. Curtius: Vultu & oculis motum præferens animi.

PRAEFEROX, cis, [Molto feroce.] ualde ferox. Linius 5. Præferoces legatos.

PRAEFERRATVS, a, um, [Ferratō in cima. Gal. Ferrē par le bout. Hisp. Coja herrada en la cima.] quod in cacumine habet ferrum: ut, Hasta præferrata, quæ cuspidem habet ferream: Pilum præferratum, quod ferrum habet in summitate. Plin. 18. c. 10.

PRAEFERVIDVS, ualde feruidus: ut, Ira præferuida, Liu. 9. Trux & præferuida ira, Col. lib. 3. c. 1.

PRAEFESTINO, as, προεστικός, ante tempus festino. Plaut. Rud. L. iu. 3. Bel. Pun. Col. lib. 11. c. 2. Hinc Præfessine, celeriter, Pla. in Rud. Et præfessinatim, idem Sifenna hist. lib. 4.

PRAEFICA, æ, p. c. mulier in funere conducta ad lamentabilem cantum, quæ defuncti facta laudat. ita dicta, quasi in hoc ipsum præfecta. Neuius: Præfica hic mortuum laudat.

PRAEFICIO, is, [Preporre. Gal. Commettre aucun sur quelque affaire, luy en bailler la charge & superintendance. Hisp. Anteponer en alguiñ oficio.] εφιστάμενος, Præ, & Facio, præpono. Ter. Eun. Cheream ei rei præfecimus. Liu. 4. Quos pro centurionibus sibi præfecerat. Ou. 1. de Ar. Me Venus artificem tenero præfecit Amori. Cic. 4. Ver. An aliquem curatorem præficere, qui itatuis faciundis præfisset. Præfecti, qui alicui rei agendæ præpositi sunt: ut, Præfecti urbium. Magistratus eorum præfectura dicitur. Pla. in Amp. Præfectus Thebanis legionibus.

PRAEFIDO, is, ere, [Fidarsi molto,] ualde fidere. Cic. 1. Off. Homines secundis rebus effrenatos, sibiq. præfidentes.

PRAEFIGO, figis, p. p. [Ficcare innanti.] προήγγυμι, ante figo. Pli. lib. 33. c. 4. Lineas itineri præfigunt. Liu. 26. Iaculo quaternos longa pedes, præfixo ferro. Nonnumquam pro præcludo. Virg. 3. Ge. Primaq. ferratis præfigunt ora capistris.

PRAEFIGVRO, [Rappresentare.] αναπυνώω, represento. Lact. lib. 6.

PRAEFINIO, finis, [Prefinire, determinare. Gal. Prefinir, limiter deuant. Hisp. Determinar de antes.] προορίζω, antep. p. præscribo determino, uel limites præfigo. Cic. Mario: Sed eo uidisti multum, quod præfinisti, quo ne plus emerem. Idem pro Ros. Quæ dies in lege præfinita est. Hinc aduerb. Præfinito. Ter. in Hec. Illi haud licebat, nisi præfinito loqui, id est, quæ ille præfinitisset.

PRAEFLOREO, es, προοιθίζω, ante floreo. Plin. lib. 16. c. 29.

PRAEFLORO, ras, προοιθαρίζω, prælibo. Gell.

PRAEFLOVO, ante fluo, προοιρέω, uel præterfluo. Plin. lib. 4. c. 5. Præterfluente Alpheo amne.

PRAEFOCO, cas, [Affocare, amegare. Gal. Estranglier, estouffer. Hisp. Abogar de antes.] p. p. εγγύω, αποπνίγω, spiritum obstructis faucibus intercludo. Ouid. in Ibin: Præfocent animæ Gnossia mella uiam. Hinc Præfocatione uulx, uteri affectus dicuntur, sensum pulsumq. per interualla interceptantes; ita ut iis laborantes immobiles iaceant, mortuis simillimæ, nisi quod circa mediam corporis partem caloris non nihil retineant.

PRAEFODIO, præfodis, p. c. προορύσσω, ante fodio. Virg. 10. Ae. Præfodiunt alij portas. Vbi Seruius: Præfodiunt, id est, ante portas fossas faciunt. Ou. 13. Met. Ostendit, quod iam præfoderat, aurum: id est, quod antea defoderat.

PRAEFOCVNDVS, a, um, πολύφορος, ualde fecundus. Plin. libro 16. capitulo 17.

PRAEFORMIDO, as, ualde formido. Quint. lib. 4. c. 5.

PRAEFORMO, as, προτυπώνω, ante, uel prius formo. Quint. lib. 2. c. 7. Incipientibus danda erit uel præformata materia secundum cuiusque uires. Idem Silius lib. 7. Atque his præformat dictis, fingitque monendo.

PRAEFRACTVS, a, um, [Rotto prima, ostinato.] διαρρηκτός, idem quod fractus; siue ante, uel prius fractus. Ou. 12. Met. Præfractum misit in hostem. Col. lib. 2. Et præfractas stirpes refodiat, ac prosequatur. Cels. lib. 5. Surculus corpori infixus si præfractus est, euocandus est. Præfractus, durus, & inflexibilis. Val. Max. lib. 6. Charondæ Tyrii præfractior & abscessior iustitia. Cic. in Or. Thucydides præfractior, nec satis, ut ita dicam, rotundus. Inde Præfractæ, obstinate. Cic. libro 3. Offic. Cato nimis præfractæ uidebatur ærarium defendere.

PRAEFRIGIDVS, εψίλυτος, ualde frigidus. Pli. lib. 17. Præfrigido fitu. Ou. 4. de Pont. Præfrigidus Auster.

PRAEFRINGO, is, [Romperre.] προκαταρήγγυμι, partem anteriorem frango. Plautus Mil. Pugno præfregisti brachium. Liu. 8. Hastas præfregissent.

PRAEFVLICIO, is, [Sostentare. Gal. Soutenir, appuyer, premunir. Hisp. Sostentar, fortalecer.] υποσπνίζω, præmunio, sustento. Pla. Pse. Vel ego omnibus paruis, magnisq. miserijs præfulcior. Cic. Att. 1. 5. Illud præfulci, atque, præmuni, ut simus annui.

PRAEFVLGVRO, as, Val. Flac. Arg. 3. Strictoq. uias præfulgurat ense. Hoc est, uibrando ense uias coruscare facit.

PRAEFVLGEO, es, εψίσλα, præter modum fulgeo. Lib. 3. ad Heren. Ne aut obæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeat. Virg. 8. Ae. Quem fulua leonis Pellis obit totum præfulgens unguibus aureis. Interdum ante fulgeo, præluceo.

PRAEFVRNVM, nij, os patens furni, quo ligna in fornacem induuntur, & deinde obstruuntur. Cato cap. 38. Ventus ad præfurnium cauetō ne accedat.

PRAEGLIDVS, a, um, περιγερός, nimis frigidus. Colum. lib. 2. Locis prægelidis ac uiuolis recte committitur.

PRAEGERMINO, as, περιελασέω, ante germino. Plin. lib. 16. c. 29.

PRAEGESTIO, is, [Desiderar molto.] εσπρονδυμύμαι, ualde gestio, percuspio. Cic. pro Caelio: Prægestit animus uidere lautos iuuenes. Catul. Argo. Dum aliquid cupiens animus prægestit apisci, Nil metuunt iurare.

PRAEIGNO, εσθεινώω, ante gigno. Plau. in Pseud. Nolebam ex me morem prægigni malum.

PRAEIGNANS, is, [Pregnar, grauida. Gal. Preings, grosse d'enfant, enceinte. Hisp. Cosa preñada.] έγγυος, proprie dicitur, quæ grauida est, quæque iam occupata est in generando, quod conceperit. Cic. 1. de Diuin. Cum prægnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret. Vxor prægnans, Cic. pro Clu. Dicitur etiam de Brutis. Varr. lib. 2. de re rust. c. 4. de subus loquens: Quattuor menses est prægnans. Canis prægnans, Hor. 3. Car. Item de arboribus. Plin. lib. 12. cap. 14. Prægnans autem arbor, uel etiam Feta tunc dicitur, cum humorem, & succum sibi familiarem exfluxit, necdum in folia, aut flores propagauit. Hinc Prægnatio, Varr. de re rust.

PRAEGRANDIS, de, [Molto grande.] περιλανθής, ualde grandis. Cic. 6. Ver. Vas uinariū ex una gemma prægrandi. Plin. lib. 4. c. 13. Prægrandes aures.

PRAEGRAVIS, & hoc prægrauē, p. c. [Molto graue.] εσβαρπυς, ualde grauis. Plin. lib. 8. cap. 21.

PRAEGRAVO, uas, [Grauare sopra modo. Gal. Fort peser, grauer fort. Hisp. Mucho apesgar.] εσβαρύνω, supra modum grauo, siue grauem ad modum facio, & molestus sum. Pli. lib. 17. c. 22. Ne prægrauet fructus parte aliqua. Accipitur pro pondero. Sue. in Cæs. Prægrauant cetera facta, dictaq. eius.

PRAEGREDIOR, eris, [Andare inanti. Gall. Aller deuant, passer deuant, aller outre. Hisp. Andar adelante.] εσπεργυαω, ante eo. Liu. 10. Qui lictores prægredi uiderunt. Ponitur aliquando pro prætergredior. Plin. lib. 28. cap. 8. Declinant ad dextram, ut prægressi hominis uestigium occupent. Prægredi alios, est antecellere. Sallust. ad Cæs. rep. ord. Qui tantum alios prægressus es, ut prius defessi sint homines laudando facta tua, quam tu laude digna faciendo. Prægrediens, tis, præcedens. Suet. in Tibul. Drusum in Germania amittit, cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam usque peruenit. Prægressio, Cic. de Fato: Ut nihil fieret, nisi prægressione caussæ.

PRAEGVSTO, as, [Far la credèzza. Gal. Gonster deuant, faire l'essay des uian des on bruuage. Hisp. Hazer la selua gustando.] εσγδομαω, ante gulto. Pli. lib. 2. i. c. 3. Nec nisi prægustatos cibos fumente. Prægustator, qui cibos principis prægustat. Suet. in Claud. Prægustator libidinum. Cic. pro domo.

PRAEGRVTII, Italiae populi, magis Orientales Maris, Ptolemæo auctore. hodie Abruzos uocant.

PREHENDO, dis, si, sum, & per syncopem Prendo, [Prendere, pigliare. Gal. Prendre, mettre le main sun quelque chose. Hisp. Prender oi asir.] λαμβάνω, capio. Cic. pro Quin. Seruulum unum, quem iste prehenderat, abducit. Ouid. de Medicamine faciei: Arentisq. rosæ, quantum manus una prehendat. Virg. 6. Aen. Italiae fingentis prendimus oras. Cato de re rust. cap. 16. Arundinem prende tibi uiridem. Hinc Prehensus & Prentus. Gell. Noct. Att. lib. 11. Seruos item furti manifesti prehensos uerberibus affici. Sen. in Troa. Sic ille dextra prentus hostili pueri ferox. Item duo frequentatiua Prehensio, & Prentio, quæ proprie de supplicibus dicuntur, & candidatis, cum magistratum aliquem ambientes, suffragatorum manus prehendant. Liu. libro 3. Cum multa indignitate prehensabat singulos. Cic. Att. lib. 11. Prentat unus P. Galba sine fuco, ac fallacijs. Virg. 2. Aen. Prentant fastigia dextris. Prentare consilium, idem quod capere consilium. Liu. 22. Ad consilium prentandum tempus opus esse. Prentatio, Cic. Att. lib. 1. Fuit illius hæc præpropera prentatio.

PRAEIACEO, præ. co. [Giacere innanzi.] εσόκειμαι, ante iaceo. Pli. lib. 3. cap. 4. Præiacentibus stagnis. Tacit. lib. 12. Campo, qui castris præiacet.

PRAEIAICIO, is, [Gettare innanzi, opporre.] εσβάλλω, ante iacio, oppono. Col. lib. 9. Præiaciuntur in gyrum moles.

PRAEIVDICIVM, ci, [Preiudicio. Gal. Preiudice. Hisp. La sentencia primero dada.] προκαταγνώσις, ut inquit Asconius, dicitur res, quæ cum statuta fuerit, asserti iudicaturis exemplum, quod sequantur, in eadem causa, uel paribus causis. iudicium autem res, quæ causam, litemque determinat. Cic. pro Clu. Diobus præiudicijs iam damnatus. Idem 5. Verr. De quo non præiudicium, sed plane iudicium iam factum putatur.

PRAEIVDICO, [Preiudicare. Gal. Preiudicier, auant iuger. Hisp. Juzgar de antes.] προκαταγνώσκω, ante tempus iudico. Brutus ad Ciceronem:

ronam: Quod nondum senatus censuit, nec populus iussit, id arroganter non præiudico. Interdum est præiudicium facere. Cic. 3. de leg. exponat, quid in magistratu gesserint, deque iis censores præiudicent. Præiudicatus, a, tum, partic. ut Euentus belli præiudicatus, apud Liu. lib. 4. 3. Cic. pro. Clu. Cognoscite iam, ita reum citatum esse illum, ut, re semel atque iterum præiudicata condemnatus in iudicium uenerit. Præiudicatio. Quinct. lib. 4. ca. 2. Præiudicatione senatus damnatus esset Milo.

PRÆIUVO, as, p, c. ante iuuo. Tacit. lib. 12. Et credebatur affectam eius fidem præiuisse, domo agrisque pignori acceptis.

PRÆILABOR, p, p. Prælaberis, [Trafcorrere. Ga. Cheoir & tomber petit à petit. glisser ou couler deuant. Hisp. Correr. desli zarfe.] παρὰ πρῶ, ante labor, præterfluo. Col. lib. 11. c. 1. Prælabentis temporis fuga quâ fit irreparabilis, quis dubitet? Cic. de Na. De. Pisces quorum alter paullo prælabitur ante. Luc. lib. 6. Quoque modo Romæ prolapsus mœnia Tybris.

PRÆILAMBO, προλέγω, ante lambo, prægusto. Hor. 2. Ser. Sat. 6. Præilambens omne, quod affert.

PRÆILEGO, gis, p, c. [Leggere innanzi ad alcuno.] προαναγιγνώσκω, ante lego, ut solent præceptores suis discipulis. Quin. & lib. 1. ca. 14. Pueris quæ maxime ingenium alant, prælegenda. Hinc Prælectio. Quinct. lib. 1. cap. 2. Et Prælector, Gel. lib. 18. cap. 5. Prælego, præterehor. Tacit. 5. Campaniam prælegebat, ambiguus an urbem intraret.

PRÆILIARIS, & hoc præliare, [Cosa da guerra. Ga. De combat, de bataille. Hisp. Cosa perteneciente a pelea.] μαχηρός, quod ad prælium pertinet. Plau. Curc. Mex. pugna præliarès obricitæ iacent. Præliarès dies, quibus fas est hostè bello laceffere, nel ablata repetere. solebant enim Romani, quoties ipsi bellum inferrent, certum diem ad conferendum prælium delectum habere.

PRÆILIBO, as; p, p. προλέβω, ante libo, & degusto. Stat. Syl. Care puer, superis qui prælibare uerendum Nectar. Vultum, & pectora alicuius prælibare uisui. Stat. 2. Achil.

PRÆILICENTER, nimis licenter. Verba finxit prælicenter.

PRÆILIGANEVM VINVM, apud Catonem a prælegendo dicitur: quod uel præmaturum est, uel præ omnibus legitur. Cato de re rust. ca. 2. 3. Uuas miscellas ad uinum præliganeum legito.

PRÆILIGO, gas, p, c. ab interiori parte ligo. Liu. 23. Arida farramenta præligantur cornibus bouum. Cic. 2. Anuent. Os obuolutum folliculo, & præligatum.

PRÆILIOR, aris, [Combattre. Gal. Batailler. combattre. Hisp. Pelear.] μάχομαι, dimico. Cæf. lib. 2. Bel. Gal. in fluminis ripis præliabantur. Translate, pro contendere uerbis. Cic. Att. lib. 2. Acriter, & uehementer præliatus sum. Prælians, tis. Cic. 2. Diu. Eudemus prælians ad Syraeusas occidit.

PRÆILIVM, lii, [Conflitto. fatto d'arme. Gal. Guerre ouuerte, bataille, combat. Hisp. Pelea, ò batalla.] μάχη, conflictus, dimicatio, certamen, pugna: a premendo, ut quidam putant, dictum quod in dimicando hostes, inuicem premant: quamquam non desunt, qui a prælo deduci malint, quod in dimicationibus et corporibus sanguis profuât, non secus atque mustum et prælis. Virg. 6. Ecl. Cum canerem reges, & prælia, Cynthius autem Vellit. Audere in prælia. 2. Aen. Quos ubi confertos audere in prælia uidi. Cic. 2. Orat. Cum prælia præclara fecisset. Idem 2. de Nat. Deo. Cum A. Postumum cum Octauio Mamilio prælio dunicaret. Vir. 3. Geo. Prælii appellationem honesta metaphora ad coitum transfudit. Si quando ad prælia uentum est, Vt quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis Incaustum furit.

PRÆILONGVS, ga, gum [Molto lunga.] ὑπέρμακρὸς, ualde longus. Liu. 22. Prælogi ac sine mucronibus. Quin. lib. 6. c. 4. Quale refert Ci. de homine prælongo. Prælongo, as, prælongum facio. Pli. lib. 11. cap. 2.

PRÆILOQVOR, [Fæ proemio.] προλέγω, ante loquor. Pl. epi. 173.

PRÆILUCEO, ces, [Lucere innanzi.] προοράνω, ante luceo. Mar. lib. 12. præluxerè faces. Plin. 1. 32. c. 10. Ardere uidetur adeo, ut baculum ita præluceat. Præluxerè alicui, est perferre facem. Sue. in Augu. Cum fulgur seruum prælucente examinasset. Pli. de uiris illust. Duillio concessum est, ut prælucente funali, & præcinentè tibicine, a cœna publice rediret. Per metaphoram luce. i. claritate & nobilitate superare. In Sallust. Ego maioribus meis uirtute mea præluxi. Horat. 1. Epist. 1. Nullus in orbe locus Baijs præluceat amœnis. hoc est amœnior est. Præluceus, ualde lucidus. Plin. lib. 37. cap. 6.

PRÆILVDIVM, dii, [Ricercata. Gal. L'essay à iouer, un, essay de combat. Hisp. A quella leuada enel iuego, prologo.] προίμιον, proprie est præcentio illa quæ ante cantum legitimum fauoris emerendi gratia a citharædis solet præmitti. generalius accipitur pro quouis initio rei seriæ præmissio. Præliudium & portentum, metaphoricè in malam partem. Cic. 4. Phil. Præliudium illud & portentum L. Antonius, infigne odium hominum, &

PRÆILVDO, is, προπαίζω, ante ludo, leue quiddam, seu maioris rei

initium præmitto, Virg. 1. 3. Ge. Et sparsa ad pugnam præludit arena. Senec. Epist. 103. Illi meliori uitæ præluditur. Huic Præliudium, Præliudium. Pli. ep. 99.

PRÆILVUM, præli, [Torchio, torcolo. Gal. Vu pressoir, ou presse. Hisp. La prensa ò husfibo ò la uiga del lagar.] λινός, trabs illa in torculari, qua uua calcata premitur. Torcular autem dicitur tota illa structura, qua ad liquorem exprimendum utitur. Lacus autè ut illud, in quod mustum de torculari influit. Dicitur Prælium (ut quibusdam placet) a præluendo, quod humore profuente præluatur, idest, mudefiat. Alij potius a premendo deduci uolunt, unde & sine diphthongo scribere malunt. Quæ quidem deriuatio uerisimilior uideretur, nisi reclamaret primæ syllabæ quantitas, quæ in dictione Prælium productiua, cum in uerbo Premo corripitur. sed hoc omnino insolitum non est, deriuatiuum a primogenij quantitate discrepare. Virg. 2. Ge. Cola. prælorum fumosis deripe testis. Cato ca. 32. Prælium de sapino atra potissimum facito.

PRÆILVMBOS, bas, προσούζω, lumbos præfringo. Næuius: Vindemiatoribus, ut citat Nonius, cœpit uniuersamque prælumbare fultibus.

PRÆILVSTRIS, stre, [Molto illustre.] ὑπερδοκιμῶν, ualde illustris. Ouid. 3. Trist. Viue tibi, quantumque potes, præluistria uita.

PRÆIMANDO, das, προεπιτάσσω, ante mando. Vatinius Cic. lib. 5. Vt conquiretetur, præmandauit.

PRÆIMANIBVS, [In pronto, alle mani.] μετὰ χεῖρας, in promptu, ad manum. Gel. quod præ manibus est, ponemus. Appul.

PRÆIMATURVS, ra, rum, πρόωρος, ante tēpus maturus, præcox: proprie de fructibus dicitur, qui ante alios maturefcunt. Col. 1. 11. c. 3. Qui præmaturum fructum cucumeris habere uolet. Transferretur & ad alia, ut, Præmatura senectus, idest præcipitata, legitimumque tempus præuertens. Præmatura mors, immatura, & quæ ante tempus uenit. Plin. lib. 7. ca. 51. Senilem iuuentam Præmaturæ mortis esse signum. Hinc Præmature, immature, & ante tempus legitimum. Plaut. in Moët. Præmature uita careo, idest, mortuus sum ante tempus.

PRÆIMEDICATVS, ta, tum, pharmacis aut incantatione præmunitus. Ouid. ep. 12. Iffet anhelatos non præmedicatus in ignes.

PRÆIMEDITOR, aris, [Antiuedere, considerare innanti. Gal. Premediter, penser ce qu'on uent dire ou faire. Hisp. Pensar antes.] προμελετώ, prius meditor, præcogito. Cic. Att. lib. 6. Ex qua me fingere possim, & præmeditari, quo animo accedam ad urbem. Idem 11. Philip. Est enim sapientis, quidquid homini accidere possit, id præmeditari. ad Herenn. libro 2. Si reus nihil horum fecerit, accusator dicet eum usque præmeditatum fuisse, quid sibi esset usui uenturum. Plaut. Epid. Vt parate eam præmeditatam meis dolis, astutijsque onustam mittam.

PRÆIMEDITATIO, [Auedimento.] προμελέτησις, est meditatio, & cognitio rei futuræ. Cic. 3. Tusc. Hæc præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ uenientia longe ante uideris.

PRÆIMERCOR, aris, προωνύμαι, prius emo. Pla. in Epi. Istam gnatio tuo sumus præmercati. Plin. 1. 31. ca. 2.

PRÆIMESSVM, ssi, ἀπειρηχῆ, quod prælibationis causa præmetitur: ut spicæ, quas primo demessas sacrificabant Cereri. Festus.

PRÆIMETIOR, iris, προμετρέω, ante metior. Vnde Præmensus parti. Tibull. 1. 3. El. 3. Præmensæ defunctus tempora lucis.

PRÆIMETVO, προοβέμας, ante metuo, Lucr. 1. 3.

PRÆIMIGRO, προπετακίζω, ante migro. Plin. lib. 8. cap. 28.

PRÆIMITTO, tis, προπέτω, ante mitto. Cic. 2. Offi. Præmittebat de stipatoribus suis. Virg. 1. Aen. Rapidum ad naues præmittit Achaetum. Præmissus, a, um, 9. Aen. Præmissi equites ex urbe Latina.

PRÆIMIUM, mij, [Premio. Gal. Loyer, remuneration. Hisp. El qualardon de la buena obra.] γέρας, quod pro recte factis datur. Cic. At. Solon temp. duabus rebus contineri dixit, præmio, & pœna. Idem de Or. Legibus & præmia propofita sunt uirtutibus & supplicia uitijs. In ludis quoque, & certaminibus, præmia dicuntur, quæ proponuntur uictoribus. Virg. 5. Aen. Protinus Aeneas celeri certare sagitta Inuitat, qui forte uelint, & præmia ponit. Accipitur aliquando in deteriori partem pro sceleris mercede. Cicer. de Prou. conf. Prouinciæ, quas pestiferi illi consules pro euerfere rei præmij occupauerunt. Idem in Pis. Totam remp. prouinciæ præmio uendidisti. Aliquando præmium pro pecunia. Næuius, Præmiosum marsupium reliqui dōmi. Hinc Præmiosus, pecuniosus. Attius Diuitem ac præmiosum auum.

PRÆMIOR, aris, [Premiare.] Sue. in Tito. Vespas.

PRÆMODEROR, απορρῶθμιζω, ante moderor. Gel. lib. 7. cap. 9.

PRÆMODVM, [Sopramodo, somnamente,] aduer. supra modum. Gel. lib. 7. cap. 7.

PRÆMOLESTIA, e, molestia ex malo, quod imminere putamus, anticipata. Cicero 4. Tuscul. Alij metum præmolestiam appellabant.

PRÆMOLIOR, ris, [Preparare.] προκατασπιδάζω, ante molior, uel præparo. Liu. 28. Præmoliendas ratus iam res.

PRÆMOLLIO,

- PRAEMOLLIO**, is, προμαλξίς, ante mollio: unde Praemollitus, part. Quinct. lib. 2. c. 9. Frustra sperferis semina, nisi illa praemollitus fuerit sulcus. Idem lib. 6. c. 5.
- PRAEMOLLIS**, le, ualde mollis. Plin. lib. 11. c. 37. Cor palpitat, praemolli operum membranæ inuolucro. Idem lib. 9. c. 51. Parit oua praemollia.
- PRAEMONEO**, nes, p. c. [Ammonire innanxi. Gall. Amonester & aduertir parant. Hisp. Amonestar antes.] προμνηστικο, ante moneo. Columel. lib. 1. Ideo praemoneo, ne nillicum ex eo genere seruorum, qui corpore placuerunt, institueamus. Lilius 21. Cum haruspices ad imperatorem id pertinet, ut prodigium praemonuissent. Cic. 2. Verr. Animo sane beneuolo, ut magno opere canerem, praemonebat. Praemonitus, a, um, Plin. lib. 16. c. 39. Arbor fatalis excidio urbis praemonitus oraculo. Praemonitus, us, pro praedictione. Valer. Max. lib. 1. c. 6. Deorum spreti praemonitus excandescunt. Ouid. 15. Met. Non tamen insidias, uenturaque uincere fata Praemonitus potuere deuni.
- PRAEMONSTRO**, as, [Insegnare, dimostrare prima. Gal. Monstrer deuant, enseigner. Hisp. Monstrar de antes.] προδεικνύω, ante monstro, doceo. Plin. in Mil. Hoc ei praemonstra & praecipue, ut teneat consilia nostra. Cic. 2. de Diuin. Ventos praemonstrat saepe futuros Inflatum mare. Hinc Praemonstrator, qui docet, quod faciendum sit in te periculum. Ter. in Heaut. A diutor meus, & monitor, & praemonstrator Chremes.
- PRAEMORDEO**, es, [Mordere.] κατὰ δάκτυλον, morsu dilacero. Plaut. in Tri. Nisi fugissem, medium credo, praemorisset.
- PRAEMORIOR**, eris, ante morior. Plin. lib. 7. c. 50. Praemoritur uisus, auditus, in celsus. Ouid. ep. 8. Aut ego praemoriari, primoque extinguar in quo. Praemortuus. Liu. 1. Scaptium credo, etsi praemortui iam sit pudoris, non facturum.
- PRAEMUNIO**, is, [Fornire innanxi. Gal. Premunir fortifier une place auant que les ennemis y uient. Hisp. Fortalecer antes.] προασφαλίζ, prius munio. Caes. 3. Bell. Ciu. Isthmum praemunire instituit. Translate etiam de incorpore dicitur. Cic. pro Caelio: Illa quæ ex accusatorum oratione praemuniri iam, & fingi intelligebam, non pertimesco. Praemunitio, Cicero 3. de Or. Praemunitio est ad id, quod aggrediare.
- PRAENARRO**, προσηγμαι, ante narro. Ter. Eun.
- PRAENATO**, as, p. c. προνήχομαι, ante nato. Plin. lib. 9. c. 45. Praenatante pisciculus frontem suam spargit. Ponitur aliquando pro praeterfluere. Virg. 6. Aen. Letumque domos placidas, qui praenatat, amnem. Vbi Seruius: Praenat t, praeterfluit.
- PRAENAVIGO**, as, παραπλέω, praeteruauigo. Plinius libro sexto, capitulo 23.
- PRAENESTE**, ge. ne. & hæc Praenestis, πραινεστος, Steph. opidum Latij edito in loco naturaque munito situm, ita dictum (si Stephano credimus) a Praenesto conditore, Latini filio, Ulyssis, & Circes nepote. Alij δὲ τῶν πρίων, ab ilicibus, quæ illic abundant, nomen accepisse existimant. Pompeius Festus nomen huius originem ad loci situm refert, quod montibus praeter. unde & Altum Praeneste, a Virg. dicitur 7. Aen. fuerunt, qui a Cæculo Vulcani filio conditum putarint; quorum sententiæ Virg. quoque subscribit: Nec Praenestine fundator defuit arcis, Vulcano genitum pecora inter inertia, regem, Inuentumque focus, omnis quem credit ætas, Cæculus. Str. lib. 5. Græcam urbem esse tradit, cuius rei argumentum hoc affert, quod olim Polystephanos dicta fuerit. Habuit hoc opidum nobile Fortune templum, cuius pavementum lithostrotis strauit L. Sylla, teste Plin. 1. 36. c. 25. Feminino genere uisus est Virg. 8. Aen. Qualis eram cum primam aciem Praeneste sub ipsa Straui. Praenestini, p. p. habitatores Praenestis. Cic. 2. de Diu. Praenestinarum monumenta declarant. Praenestinus, a, um, ut, Dea Praenestina, Ouid. 6. Fast. Sortes Praenestinae, Cic. de Diu. Fortuna Praenestina, Luc. lib. 2.
- PRAENIMIS**, [Troppo.] ἄγαν, nimis multum. Gell. lib. 19. c. 10.
- PRAENITEO**, ualde niteos; unde Praenitidus, ualde nitidus. Plin. 1. 2. c. 9.
- PRAENOSCO**, is, [Conoscere innanxi.] προγινώσκω, ante nosco, praediuino. Cic. 1. de Diu. Possunt futura praenoscerere. Praenotio, Cic. 1. de Nat. De. Fateamur, hanc nos habere praenotionem deorum.
- PRAENVBILVS**, la, lum. [Ofuro.] ὑψιβυλίος, ualde nubilis, & obscurus. Ouid. 3. Am. Densa praenubilus arbore lucus.
- PRAENVNICIO**, as, προαγγέλλω, ante nuncio. Ter. in Phor. Praenuncia hanc uenturam. Cic. 1. de Diu. Est uis, & natura quædani, quæ futura praenunciat.
- PRAENVNICIVS**, adiect. Cic. 8. de Nat. De. Magnarum calamitatum praenunciæ. Ouid. 3. Trif. El. 5. Hoc utinam nitidi Solis praenunciis ortus afferat. Idem 3. Met. Cladis praenuncia uerba futuræ. Idem 2. Fast. An ueris praenuncia uenit hirundo?
- PRAEOCCIDO**, dis, p. c. ante occido. Plin. lib. 18. c. 29.
- PRAEOCCVPATIO**, προκατάλημι, apud rhetores schema quoddam, cum id, quod ab aduersario nobis objici posset, ipsi praeripimus, di-
- luimusque; ut apud Virg. 2. Aen. Neque me Argolica de gente negabo. Et lib. 3. Scio me Danais de classibus unum.
- PRAEOCCVPO**, as, [Preoccupare, anticipare. Gall. Preoccuper, anticiper, preuenir. Hisp. Tomar de primero, preuenir.] προκαταλαμβάνω, praenio, anticipo. Liu. 4. Vbi uident collegas gratiam omnem ad plebem preoccupauisse. Caes. 8. Bell. Gall. Preoccupauit animos timor. Cic. 10. Phi. Quas partes ipse mihi sumptferam, cas preoccupauit oratio tua.
- PRAEOPTO**, as, προαιρώμαι, potius opto. Ter. in Hec. Adeon peruicaci es animo, ut perierum praepoptares perire? Liu. 23. Punicam Romanis societatem, atque amicitiam praepoptandam esse. Idem 28. Mortem in certamine praepoptantes.
- PRAEPANDO**, ante aperio. Luc. 1. Clara tuæ possim praepandere lumina menti. Aliquando pro praetendere. Plin. lib. 11. c. 24.
- PRAEPARCVS**, ualde parcus. Plin. lib. 11. c. 19.
- PRAEPARATO**, [Studiosamente, consideratamente.] aduer. Quinc. lib. 4. c. 42. Nihil praeparato uidetur fecisse Milo.
- PRAEPARO**, as, [Preparare, apparecchiare. Gall. Preparer, appareiller. Hisp. Aparejar antes.] προοδοποιώ, ante paro, quæ mihi utilia fore credo. Cic. lib. 1. Offic. Ad degendam praeparat res necessarias. Praeparatus, a, um, Cic. de Inuent. Pœnæ apud infetos sunt impijs praeparatæ. Idem 1. de Diu. Animo reb. ad tranquillitatem accommodatis praeparato.
- PRAEPARATIO**, nis, [Apparecchio.] Cic. 1. Off.
- PRAEPARATVS**, us, [Apparecchio.] Gell. 1. 9. In praeparatu rei rusticæ pro tempestates, pluuiasq. maturari potest.
- PRAEPEDIMENTVM**, ti, [Impedimento.] impedimentum. Plaut. Non fallaciæ praepedimentum obijciatur.
- PRAEPEDIO**, dis, secunda syllaba corr. [Impedire. Gall. Empecher. Hisp. Impedir.] κελύω, impedio, quasi pedes uincio. Videtur autem compositum esse ab antiquo uerbo Pedio. Plin. in Cas. Timor praepedit dicta linguæ. Teren. Heaut. Gaudio praepediti nimio. Lilius 8. Sine modo leie præda praepedian. Morbo praepeditus, Cicero pro Rab.
- PRAEPENDEO**, es, προαιώμα, ante pendeo. Mart. lib. 9.
- PRAEPENISSVS**, opidum mediterraneum maioris Myfiæ. Ptol. 1. 5.
- PRAEPES**, petis, [Veloce. Gall. Qui uole sondain, legier à ueler. Hisp. Cosa ligera à que buela.] ἄκρος, generis omnis, uelox. Virg. 6. Aen. Praepetibus pennis aulus se credere celo. Volunt plerique hoc nomen significare uelocitatem in altum uolantis. Dicebantur & Praepetes ab auguribus aues, quæ opportune praepulabant, aut idoneas sedes capiebant, ut inquit Higinius.
- PRAEPESINTHVS**, insula maris Aegæi, una Cycladum. Plinius libro 4 capitulo 12.
- PRAEPETO**, is, [Andare auanti.] p. c. προπορεύω, ante uel prius peto, i. uado. Felt. Praepetere dicebant antiqui pro antere. Hinc Praepes.
- PRAEPILATAE** HASTAE, ῥαπα σιμνωσται, sunt, quæ ferreas habent cuspides, quæ si praeferratæ. Praepilatum etiam dicitur ubi non est ferrum, si modo in mucronem acutum sit. Plin. lib. 8. c. 6. Ab operarijs hastas praepilatas habentibus per circum totum actos. Cornelia praepilata. Idem 1. 9. c. 30. de Locustis. Quin. 1. 5. c. 12. Declamationes, quibus ad pugnam forensis uelut praepilatis exerceri solebamus, iam ab illa uera imagine orandi r. cesserunt.
- PRAEPINGUIS**, [Molto grasso.] ὑπεραχυσ, ualde pinguis. Columel. lib. 3. Praepinguis, & uuida terra. Virg. 3. Aeneid. Praepingue solum stagnans Elori.
- PRAEPOLLEO**, [Potere molto.] ὑπερέγω, plurimum polleo. Liu. 1. Gess diuitijs praepollens. Idem lib. 5. Virtute, fortunaque praepollens.
- PRAEPONO**, is, [Preporre, anteporre. Gall. Mettre deuant, preferer & plus estimer. Hisp. Poner adelante, preponer una cosa à otra.] προΐστωμαι, antepono, Praefero. Plautus in Rud. Luccum praeposui sopori. Interdum est prius ponere, tempore praepcepto. Sallustius in Jugur. Vbi cumque res postulabat, praesidium est praepositum. Aliquando praeficere. Cic. pro lege Manil. Dixit praepositum bello Imperatorem.
- PRAEPORTO**, as, ante se ferre, uel portare. Luc. lib. 2. Telaque praeportant. Interdum praese ferre, id est, signo aliquo exteriori animi affectum ostendere. Catul. Arg. Frontis exspirantis praeportat pectoris iras.
- PRAEPOSSVM**, praepualeo. Tac. lib. 21. Macedones praepotuerunt.
- PRAEPOTENS**, [Molto potente.] ὑπεροχος, ualde potens. Cic. de Amic. Opes praepotentium excludunt amicitias fideles.
- PRAEPTETE**, [Confusamente.] peruersa, & ordine conturbato. Cicero i. Acad.
- PRAEPOSTERVS**, ra, rum, [Confuso, suor d'ordine. Gall. Fait, dit, mis, ou autrement estant au rebours. Hisp. Lo detras delante, hecho al reves, à muda do el orden.] προούτελο, peruersus, qui rerum ordinem conturbat. Cic. Cassio: Praeposteros habes tabellarios.
- PRAEPROPERVS**, [Frettoloso. Gall. Fort hastif & soudain. Hisp. Muy pressuroso y abincado.] ualde celer. Cicero Trebatio: Ex tuis litteris cognoui, praeproperam festinationem tuam. Lilius 17. Cum

Cum toto eo bello damnoſo, præpropera ac feruida ingenia imperatorum fuiſſent. Præpropere, nimium celeriter. Liu. 37. Felitatus ipſe præpropere cum quinque ſolis nauibus Annibali occurrir.

PRÆPVITVM, ti, *ἀκρόβυτία*, pellis, quæ glandem, ideſt, ſummam colis partem tegit: a præputando, nomen habēs, quod a Iudæis præputatur, ideſt præcinderetur. Iuu. Saty. 14. de Iudæis loquens. Præputia ponunt. Sat. 6. Præputia ducit.

PRÆRADIO, as, ſ, *πρόραδος*, præluceo. Qui. 16. ep. Præradiant ſtellis ſigna minora ſuis.

PRÆRADO, abrado. Cato c. 41. Si uitis uitem contingat, utriuſque latus præradio.

PRÆRANCIDVS, da, dum, ualde rancidus, trās late pro exoleto, & iam ingrato. Gel. l. 13. cap. 19. Finitiones illas prærancidas.

PRÆRAPIDVS, ualde rapidus, ut, Prærapida fuga apud Sil. l. 16.

PRÆRIPIS, is, [*Rapire innanti. Gal. Ranir & offer denant. Hiſp. Arrobatar antes.*] *προραπίδιον*, antecapio, præoccupo. Plaut. in Caſ. Huc ueniſti ſponſam præreptum meam? Cic. l. Off. Inſidiari, præripere hoſtium conſilia, ideſt, præuenire. Pli. Iunior, de uiris ill. Immatura morte præreptus. Cic. pro Gallo. Demoſthenes tibi præripuit, ne eſſes primus orator.

PRÆRODO, is, [*Rodere.*] p. p. *ῥητρωγός*, rodo. Col. l. 2. Cacumina manu præfracta, aut a pecore præroſa. Idem de arboribus c. 15. Volucra prærodit teneros pampinos.

PRÆROGO, præter notam ſignificationem, aliquando eſt, ante diē ſoluere. Vlp. l. ſed addes. ff. locat. & conduſt.

PRÆROGATIVA, ue, [*Maggioranza. Gal. Prerogative, amantage. Hiſp. Grande excellentia.*] eminentia, qua quis præfertur alteri. Pau. iure conſ. Veteranorum priuilegium etiam in delictis habuit prærogatiuum, ut ſuperentur a ceteris in pœnis, ideſt ceteris præferantur. Dicitur & prærogatiuum, Cic. pro Mur. Tanta illis comitijs religio eſt, ut adhuc ſuper omne ualuerit prærogatiuum.

PRÆROGATIVA, trib. uel Prærogatiua centuria, quæ primo loco ad ſuffragium ferendum uocatur: uel cuius ſententia tantum momenti habebat, & auctoritatis ut quaſi præiudicium aſſerret, in euentum comitorum. Liu. 26. Auctoritatem prærogatiuæ omnes ſecuti ſunt.

PRÆRŪMPO, is, [*Romperre, eſt rompere. Gal. Deſtrompre. Hiſp. Mucho romper.*] *προκαταρπύνη*, abrumpo, auello. unde Præruptus, 2. uir, auulſus, arduus. Virg. 3. Geo. Præruptis opida ſaxis. Cic. 7. Utr. Aut prærupta ſaxa tenuiſſe dicuntur. Prærupta absolute. Plin. lib. 8. capit. 23. Ad prærupta ducunt. Hinc Prærupte, in præceps, & ſine cliuo. Plin. lib. 34. cap. 14. Mons prærupte altus totus ex ea materia eſt.

PRÆRÆDES, is, [*Πρόξος, mallenadore. Gal. Pleige, caution, respondent. Hiſp. Fiador por alguno.*] *ἑγγυνητης*, ſponſor, qui ſe pro alio obligat, promittens, ſi quid incommodi fiat, plene ſatisfactorum. a præſtando dictus, quia tam debet præſtare, quod promiſit, quam is, pro quo præfactus eſt. Alcon. Prædes dicuntur ſatisfactores locupletēs, pro re, de qua lis eſt apud iudicem. Differunt autem Prædes a Vadibus: quoniam Vas appellatur, qui pro alio uadimonium promittit, & proprie datur in re capitali: Prædes uero in lice nūmaria. Auſ. Quis ſubit in pœnam capitalis ſupplicio? Vas. Quis cum lis fuerit nummaria, quis dabitur? Præ. Prædes hodie ſunt, inquit Budæus, qui ſponſores rei. uel principi facti ſunt, pro ijs qui pecuniam publicam diſpenſant, quos Receptores uocant. Ijs etiam qui publicanos in locationibus ueſtigalium, aut eorum fideiuſſores locupletes affirmant (quod idoneos eſſe, & ſufficientes teſtificari uocant) prædes dici propterea poſſunt, quod locupletes eos eſſe præſtare debent. Prædes etiam pro bonis ipſius prædis in terdum accipiuntur. Cic. 2. Phi. Ne Planeus Prædes tuos uenderet, ideſt bona tua ſponſione obnoxia. Poſſumus etiam hic prædes pro ſponſoribus accipere; ſit, prædes uendere, ſponſorum bona & prædia auctioni addicere. Budæus.
uerbo. ſigni.) ex eo dictum, quod paratum ſit ad fructum capien-
dum. Col. lib. 2. ca. 17. Prato ueteres Romani primas in agricola-
tione tribuerunt partes, nomen quoque indiderunt ab eo, quod
protinus eſſet paratum, nec magnum laborem deſideraret. Quid
primo Metamorph. Figitur in uiridi, ſi fors tulit, anchora pra-
to. Prata item d'cebantur, quæ nunc Viridaria, ut plurimum bu-
xo & lauro frequentata. Hinc Pratenſis, & hoc pratense, ex
prato. Columel. libro ſexto capit. tertio Pratenſe ſœnum. Pra-
tenſes, flores. Plin. libro 21. capit. octauo. Pratenſes fungi,
qui in patris naſcuntur. Horat. libro ſecundo Satyr. quarto Pra-
tenſibus optima fungis. Hinc pratulum demin. Cicer. Attic. lib.
12. Quo tu abuſus es in noſtro pratulo. Idem. de Cla. Ora. In pra-
tulo conſedimus.
- PRAVVS**, a, uum, [*Cattivo, maluagio. Gal. Tortu. Hiſ. Torcido.*] διάſπο-
πος, diſtortum, peruerſum. Cic. 1. Ac. Quid rectum in oratione pra-
uume. Horat. 1. Serm. Sat. 3. Pravis ſultum male talis. Luc. lib. 4.
Ut in fabrica ſi praua eſt regula prima. Omnia mendose fieri, at-
que obſtipa neceſſum eſt. Translate accipitur pro malo & uitioſo.
Ter. in Ad. Prauum, ineptum, abuſum, alienum a uita mea.
Cicer. pro Roſcio Com. Nihil ab hoc prauum & peruerſum pro-
duci poſſe arbitrabantur. Cic. 2. de Fin. Quamuis beſtie depraua-
tæ non ſint, prauæ tamen eſſe poſſunt. Tenax prau: Virgil. 4.
Aen. Obnoxius prauis. Hora. 2. Ser. Sat. 7. Stultitia praua. Horat.
2. Ser. Sat. 3. Ambitio praua, Horat. 1. Ser. Sat. 6. Prauo naſo uiue-
re, Hor. in Arte. Hinc Prauitas, obliquitas, mala & peruerſa ali-
cuius rei conſtitutio, Cic. 4. Tuſcul. Cum partes corporis inter ſe
diſſident, ex quo prauitas membrorum, diſtortio deformitas. Ali-
quando pro malitia, Cic. 4. Acad. Tamen ne in iſta prauitate per-
ſtabitis? Cicer. in Para. Animi prauitates recte uitia dicuntur. Hinc
Præue, aduer. cui opponitur recte. Cicer. 2. de Finib. Male, præue,
turpiter cœnabat.
- * **PRAXAPES**, nobilis Perſa, qui Smerdim Cambyſæ fratrem, iuſſu re-
gis, occidit. Herod. lib. 3.
- * **PRAXAGORAS**, nobilis medicus fuit. de quo Pli. & Celfus.
- PRAXITELES**, ſtatuarius, marmore nobilitatus, & præcipue dupli-
ci Venere, Gnidia, & Coa. Plin. l. 34. c. 8. & l. 37. c. 5.
- PRECIS**, ci, cem, [*Preghiera. Gal. Priere. Hiſp. Ruego.*] δέημα, obliqui
ſunt ab inſtituto nominatio Prex, idem quod præcatio. Ter. in
Phor. Ut nullus locus relinquatur preci. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Ne eum talium præcum pudeat. Terent. in An. Nihil eſt preci lo-
ci relicum. Hor. 2. epiſt. 1. Cæleſtes implorat a quas docta præ-
ciblandus.
- PRECARIVS**, a, um, adiect. [*Suppliehe uole. Gal. Enprunté à la charge de
le rendre. Hiſp. Coſa de ruego.*] δειτικόν, quod precibus petenti uten-
dum conceditur tamdiu quamdiu is, qui conceſſit, patitur. In
hanc ſententiam dictum eſt a Seneca, hominem eſſe precarij ſpi-
ritus. Et apud Curtium ait Alexander. Mori præſtar quam præca-
tio Imperatorem eſſe. Idem: Sed precarium ſpernebatur Impera-
rium, ubi precarium Imperium dicitur id, quod tamdiu obtinetur,
quamdiu, qui conceſſere permittunt. Anima precaria. Tacit.
lib. 1. Meque precariam animam inter inſenſos trahere. Preca-
rium auxilium, non iuſtum ferre, Liu. 8. Ius precarium, Tacitus
de Germaniſ. Salus precario, Brutus Ciceroni. Precario nomen,
ipſa terminatione datui pro aduerbio accipitur. Terent. in
Eu. Seu ui, ſeu clam, ſeu precario, Paul. Iuriſ. Precario habere uide-
tur, qui poſſeſſionem corporis uel iuris adeptus eſt ex hac ſolum
modo cauſa, quod adhibuit preces. Cicer. pro Cæc. Ita ſe poſſe-
diſſe, ut nec ui, nec clam, nec precario poſſederit.
- PRÆCIÆ**, uux, teſte Seruio, dicuntur, quæ ante alias matureſcunt,
quaſi præcoquæ. Vir. 2. Ge. Purpureæ præciæque.
- PRÆCIVS**, lacus nomen eſt, apud Cic. in Or. pro Milone.
- PRÆCOR**, aris, [*Preghere. G. il. Priere. Hiſpan. Rogar generalmente.*] δέημαι, cum accuſatio ſignificat oro. Cic. 1. de Natu. De. Quid
peneramus

veneramur, quid precamur deos? Iunctum uero cum datiuo, idem est, quod opto alicui bonam uel malam fortunam. Quintil. Et oram soluentibus bene precemur. Horat. 2. Seru. Sa. 7. Miluius & scurræ tibi non referenda precari discunt. Diræ precari alicui. Tib. lib. 2. El. 7. Male precari alicui. Cicer. in Pis. Omnes execrantur, mala precarentur. Dicimus autem precor deos, precor ad deos. Liu. 38. Ad quos precemur, & supplicent. Precor deos bonas preces. Cato. ca. 34. Hinc precator, qui pro alio postulat. Terent. in Heaut. Nec tu aram tibi, neque precatorum pararis. Precatio. Cicer. pro Mur. Illa sollempnis comitorum precatio.

PREHENDO, Vide supra Præhendo.

PREMO, is, pressi, pressum, [Premere, calcare. Gal. presserfer, foler, ferrer, affraindre. Hisp. Gargar à apretar.] πρέω, proprie calco, & innitor alicui rei cum pondere. Vir. 4. Geo. Spumantia cogere pressis Mel la fauis. Quandoque aduersari, uexare. Virgil. 10. Aeneid. Numina nulla premunt, Plaut. Amph. Fata istæ me premunt. Quandoque effodere. Idem 10. Aeneid. Sulcumque sibi premar ipsa carina. Quandoque insequi, insistere. Virgil. 1. Aeneid. Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus. Quandoque urgere, ut, ingen tem clamore premes ad retia ceruum. Quandoque occultare. Virgil. 1. Aeneid. Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem. Quandoque expellere, Varro, Inuitamque pressit ab edibus. Quandoque cohibere. Virg. 1. Aeneid. Imperio premit, ac uinculis & carcere frenat. Quandoque claudere. Idem 9. Aen. Pressiue oculos, ac uulnera laui. Quandoque uitare. Varro, qui toties uillici tui uxorem absente pressisti uiro. Quandoque remouere, excitare, Virgil. 1. Georg. Et ruris opaci Falce premes umbram. Quandoque uastare. Virgil. 1. Aeneid. Pelago premit arua sonanti. Quandoque occidere. Virgil. 9. Aeneid. Armigerumque Rhemi premit. Quandoque demergere, infodere. Idem 2. Georg. Que cumque premes; uirgulta per agros, Sparge simo pingui. Quandoque insistere, & dicendo immorari. Plin. epit. 9. lib. 3. Cum Cascam accusarem, nihil magis pressi, quam quod aculeator eius &c. Quandoque reprehendere. Quintil. lib. 12. de Cicerone: Præcipue presserunt, eum, qui uideri Atticorum imitatores concupiebant. Aere alieno premi, Cicer. in Catil. Fausta premunt annos, id est, superant. Ouid. 7. Meta. Angustijs premi. Cæf. 3. Bell. Gal.

PRESBITER, eri, [Prete. Gal. Ancien, prestre. Hisp. Anciano, uiejo, presbitero.] πρεσβύτερος, Latine senior dicitur.

PRESSORIVS, a, um, ut, Pressorium uas, in quo quid premitur. Col. lib. 12. cap. 18.

PRESSO, sas, καταπίεσις, frequen. a premo. Virg. 3. Eclo. Pressabimus ubera palmis. Inuenitur & Pressor, aris, deponens. Plaut. in Persa, Vomica est, pressar e parte. Pressatus, part. Pla. Afin. Quin. tradis hac crumena pressatum herum?

PRESSURA, æ, [Strettura. Gal. Presseirement, pressurage. Hisp. Apretamiento.] θλίψις, actus premendi. Plin. lib. 18. cap. 31. Pressura una culeos xx. implere debet. Col. lib. 2. cap. 39. Post primam pressuram uinaceorum.

PRESSVS, a, um, [Calcato, breue, caricato. Gal. Pressé, espraint, ferré. Hisp. Apresado, cargado.] τεβλυμένον, modo participium est: ut, pressus manu caseus, Colum. lib. 8. ca. 8. Illa notissima est ratio faciendi casei, quem dicimus manu pressum. Virg. 12. Eclo. Pressi copia lactis. Idem 3. Georg. Læta magis pressis manabant flumina mammis. Modo nomen, idem significans quod suptilis ac breuis. Cic. in Horten. Quis te est, aut, fuit umquam in partiundis rebus, in definiendis & explicandis sententijs pressior? Aliquando onustum. Virg. lib. 2. Georg. Ceu pressis cum iam portum tetigere carinæ. Presso gradu incedere, id est, firmo, nec celeris, sed quo cautos incedere uidemus. Liu. uiginti octauo. Hispanos presso gradu incedere iubet. Pressum uocat Ouid. quod est quasi impressa nota signatum lib. 6. Falto. Hinc Presse, aduerb. Cicer. 1. Offi. Imitatio presse loquentium, & leniter: Idem 4. de Fin. Pressius agamus, quæ dixisti, cum his conferamus, quæ tuis antepono.

PRESSVS, us, ipsa pressio. Cicer. lib. 1. de Orat. Nemo est, quin Valerium Soranum lenitate uocis, atque ipso oris pressu & sono facile uincat.

PRÆSTER, ris, pen. genitiui pro serpentis genus, quem alio nomine uocant Disapedem, Luc. lib. 9. Oraque distendens auidus spumantia prester. Plin. lib. 20. ca. 20. Venæ serpentium hæmorrhoidum, & præsterum restringi. Est etiam Prester cælestis flammæ genus, quæ quicquid attingit, amburit & proterit. Plin. lib. 1. cap. 48.

PRETIUM, tij, [PreZZo, pregio, Gal. Pris. Hisp. Precio, estimacion de cada cosa.] τιμῆς, quod datur pro re emptæ. Plaut. in Pœna. Ito preti tuas nos facile feceris. Virgil. 4. Aen. Fœmina, quæ nostris errans in finibus, urbem Exiguum pretio posuit. Terent. in Heaut. Agrum in his regionibus Meliorem, neque pretij maioris, nemo habet. Auellere pretium, antè quam mercem ostendere. Horat.

1. Seru. Sat. 2. Capi pretio. Tibul. lib. 3. el. 1. Aliquando accipitur pro mercede siue premio, idque interdum in meliorem partem. Terent. And. Quod habui summum pretium, persolui tibi. Virg. 5. Aen. Et palmæ pretium uictoribus. Interdum in deteriorem, ut idem fere sit quod pœna. Ouid. 10. Metam. Mors pretium tardis. Terent. And. Ego pretium ob stultitiam fero. Legitur etiam Pretium aliquando pro composito opere pretium. Tac. lib. 2. Res eo anno prolatas haud referem, ni pretium foret Pisonis, & Afini Galli diuersas sententias noscere. Pretium operæ, & Pretium caræ, locutiones notatu dignæ. Plin. Id uero audire pretium operæ sit. Plin. ep. 159. Postea mihi uisum est pretium curæ, ipsum senatui con. quærere. Hinc Pretiosus, a, um, multi pretij. Plaut. in Bac. Ac. nimium pretiosa operaria est. Cicer. tertio Offic. Equi ne pretiosi potius iacturam faciant, an serui uilis. Emptor pretiosus, qui magno pretio aliquid emit. Hor. 3. Car. Ode. 6. Seu natus Hispaniæ magister. Dedecorum pretiosus empton. Ouid. tertio Am. Ingenium quondam fuerat pretiosius auro. Pretiose aduerbium. Cicero se cundo de Inuent. Vasa magnifica, & pretiose cæzata. Gell. libro quincto capit. 5. Pretiose armatum exercitum.

PRIAMVS, πριάμος, Laomedontis Troianorum regis filius, ὄνομα πριάμας, quod est emere, auctore Seruio. nam puer ab Hercule, qui patrem Laomedontem interfecerat, captus cum Hesiōna sorore, solus pecunia redimi potuit: uel secundum alios, qui Hercules eum a uicinis hostibus redemptum in paterno regno locauit. Eum a Ioue originè traxisse ferunt. Dardanus enim filius fuit Iouis ex Electra, cuius filius fuit Brichthionius. Hic filium habuit Troem, qui regionem quæ a Dardano Dardania dicebatur, Troiam a se dixit. huius filij fuerunt Assaracus, & Illus, qui urbem totius regionis caput, Ilion a se uocauit. hic filium habuit Laomedontem, qui pater fuit Priami. Priamus ipse, patre ab Hercule in pesto, auro redemptus, Ilion inlaurauit simul & exornauit: regni que limites, usque adeo protulit, ut non solum Troiæ, sed totius fere Asiæ rex uideretur. Hecubam, filiam Cisse regis Thraciæ, uxorem duxit, habuitque, teste Cic. Tuscul. 1. filios quinquaginta, quorum decem & septem ex iusta uxore sunt nati: ex quibus fuit & Paris, qui repetiturus Hesiōnam sororem, in Græciam profectus, Menelao Helenam uxorem rapuit, unde motum est bellum decennale a Græcis in Troianos, in quo uidit filios suos fere omnes ab hostibus interfectos. Tandem, capto Illo, & ipse a Pyrrho Achillis filio occisus est. A Priamo fit Priamides patronymia. prima longa, & Priameius, a, um, prima breui.

PRIAPEIA, πριαπία, carmen obscœnum. quod nonnulli Virgilio, alij Ouidio adscribunt. quamquam uerisimilius est, multorum id opus esse, ob argumenti similitudinem unum in uolument congestum.

* **PRIAPONNESVS,** πριαπώνητος, Insula in Sinu Cirenaico. Plin. lib. 5. cap. 32.

PRIAPVS, πριαπός, pen. pro. Liberi patris & Veneris filius, quem superstitiosa antiquitas, hortorum præsidem credidit. Hor. 1. Seru. mo. Sat. 3. Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum, Cum faber addubitans scamnum faceret ne Priapum, Maluit esse deum, deus hinc ego, furum auiumque Maxima formido. Idem & Lamplacenus dicebatur, a Lamplaco, non ignobili Troadis urbe, in qua & natus creditur. Ouid. 1. Fast. Higinus. Vir. 4. Geo. Et cætos furum atque auium, cum falce saligna, Hellepontiaci seruet tutela Priapi. Est & Priapus Helleponti urbs. Plin. cap. 32. lib. 5. & Stra. lib. 13.

PRIDEM, [Già tempa, già buona pezza di tempo. Gal. jlye lang tempo. Hisp. dias ha ya, luengo tiempo.] temporis aduerbium quod modo de exiguo tempore dicitur, idemque ualeat quod paulo ante. Plin. 1. 7. c. 16. Pridem uidimus ea omnia præter pubertatem in filio Cornelij Taciti. Modo de longiore tempore, idemque ualeat, quod multo ante. Appu. Quod pridem Plato affirmauerat. Quod si cum pridem addamus uon, uel quam, uel ita, significant, multo tempore ante. Cicer. pro Roscio: Quam pridem Fannij nomen in aduersaria retulisti. Terent. in Eun. Huc enasit, quam pridem pater mihi & mater mortui essent. Cicer. in Bruto. Nostra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata, id est, non multo ante.

PRIDIE, & Pridianus, na, num, uide Postridie.

PRINE, πρινή, urbs maritima (ut inquit Stra. lib. 12. 13. & 14) quæ inuestu Meandri fluminis inter ipsam, Miletumque labentis, mediterranea facta est, Biante alumnò nobilis.

PRIMÆ, arum, [Le prime parti,] τὰ πρῶτα, τὰ πρώτα, pluralis tantum numeri, idem ualeat quod primæ partes, uel primus in re aliqua locus; unde Primas ferre, uel tenere dicitur, qui primus in re aliqua locum obtinet. Cicero in Bruto. Ex his Cotta & Sulpitius cum meo iudicio, omnium facile primas tulerunt. Et iterum, Erat excellens iudicio uulgi, & facile primas tenebat. Idem de Clar. Ora. Primas in causis agebat Horat.

renfius. Dicimus in eadem fignificatione, Dare primas alicui. 2. de Or. Non poffum non ingenio primas, cōcedere. Idem. 8. Phil. Pater tuus primas omnium ciuium P. Naficæ dare folebat. Deferre primas alicui, pro, primum locum alicui tribuere. Cic. 1. de Na. Deo. Ad quem Epicurei primas ex noiftris hominibus deferebant. Ad Attic. lib. 1. Amoris erga me, cum a fraterno amore difceffi, tibi primas defero. In Orator. Cui primæ fine controuerfia deferebantur.

PRIMÆVVS, a, um, [*Gionane. Gal. De la premiere aage ou plus uieil. Hifp. Cosa de la primera edad.*] ἀρχικός, ὁ ἀρχαίων, τῆ ἡλικία, in primo ætatis flore conftitutus. Virg. 9. Aeneid. Quorum primæuus Helenor. 10. Aeneid. Primæuo corpore Laufus. 7. Aeneid. Primæuo flore iuuentus.

PRIMANI, primæ legionis milites dicebantur, ut Secundarij, secundæ, Tertiani tertiz. Tacitus lib. 1. Primani, ſtratis una & uiceſimanorum principibus, aquilam abſtulere. Primanus Tribunus, is dicebatur, qui primæ legioni tributum ſcribebat: ut tradit Feſtus, citans Catonis orationem, quam de ſuis uirtutibus contra Thermum habuit.

PRIMARIUS, a, um, [*Primiero. Gal. Premier, qui eſt un des premiers. Hifpan. Cosa primera en dignidad.*] ἀρχικός, quod aliunde non habet originem. Primarius, lapis, qui primus in aliquo ædificij fundamento ponitur. Primarij ciues, qui primi ſunt in ciuitate. Primarius uir. Cic. in Catone, Cic. 5. Verr. Hæc omnia deo ceo ciuitatum, & priuatis primariorum uirorum teſtimonijs. Plin. lib. 7. ca. 43. Primarium bellatorem, optimum oratorem, fortiffimum imperatorem. Terent. in Phor. Neque huius ſis ueritus ſemina primariæ loco eſſe, Cic. 3. de Fin.

PRIMATVS, ipſa primatus auctoritas. Plin. l. 13. c. 12. Primatum mutauit Cæſar. Idem lib. 8. c. 5. Ob id phaleris argenteis, & reliquo omni primatu donauit. Primatum dare alicui rei. Varro. 1. de re ruſt. c. 7. Alij dant primatum bonis pratis.

PRIMICERIVS, a cera (ut auctor eſt Hieronymus in Chronicis, & Caſſiodorus in epiſt.) dicebatur notarius principis, qui ceteris honore antecedebat. antiqui enim in ceratis tabulis ſcribebant.

PRIMIGENIVS, a, um, primitiuus. Vnde Primigenia ſemina dicuntur, quæ a natura nobis inſita ſunt, quæ Cic. prima nature appellat. In his numerant in columitate, conſeruationemque omnium partium, ualitudinē, ſenſus integros, doloris uacuitatem, uires, pulchritudinem. Varro. 1. de re ruſt. ca. 40. in his intus primigenia ſemina dedit natura. Primigenia pecuaria. Idem lib. 2. cap. 2. Dicam de primigenia pecuaria. Ideſt, de ouibus quales ſint ad ſæturam utiles. Verba item uocantur Primigenia, ut lego, ſcribo, quæ non ſunt profecta ab alio uerbo, ſed ſuas habent radices. Itē Primigenius ſulcus dicitur, teſte Feſto, qui in condenda noua urbe iunctis tauro, & uacca designationis cauſa imprimitur. Et Primigenia, iura primi & maximi natu filij. Primigenia fortuna, a gignendo. Cic. 2. de Leg. Lu. 34. ædem fortunæ Primigeniæ dedicauit Martius Ralla.

PRIMIPARÆ, [*Di primo parto*] πρωτοτοκοια, ſemina in quouis animalium genere, quæ primo pepererunt. Plin. lib. 8. capitu. 40. De canibus.

PRIMIPILVS, li, centurio primæ cohortis. Liu. l. 7. ſcribit. Ordo patres tres habebat, quarum unamquamque primum pilum uocabant. Ibidem: Primus centurio erat, quem nunc primipilum appellant. Cæſ. 2. Bel. Gal. Primipilo P. Sextio, fortiffimo uiro, multis uulneribus confectio. Primipilus (ut ait Veget. l. 2.) 400. milites ducebat in prima acie, eratque caput legionis. Hinc Primipilaris diſci uidetur, non tam uiles qui fuerat ſub centurione primipili, quæ ipſe centurio, qui olim præditus fuerat hæc dignitate. Et ea forma dicitur primipilaris, qua conſularis. Quinct. l. 6. c. 3.

PRIMITER, & Primitus [*Primieramente. Gal. Premierement. Hifp. Primieramente.*] aduerbia a primum, idem quod primo, teſte Nonio. Lucil. lib. 5. Cum primiter ficos populare ſentis. Var. 2. de re ruſt. ca. 2. Primitus oritur herba imbribus primoribus euocata: Luc. lib. 4. Tum quibus ætatis fretam primitus inſinuatur. A Primitus eſt Apprimitus, idem quod apprime, ſuæ ualde. Luc. apud Nonium: Ingenti pretio apprimitus paucos.

PRIMITIABVS, a, um, [*Primitie. Gal. Primites, Les premiers fruites de l'annee qu'on offre à Dieu. Hifp. Las primicias de cada cosa.*] κατώφυματα, primi fructus ex agro percepti, qui deo offeruntur. Priſci enim Romani, teſte Plin. lib. 18. cap. 2. non guſtabant uina, aut nouas fruges priuſquam ſacerdotes primitias libaſſent. Primitias uitis reſecare conſueuerunt, inquit Col. lib. 4. c. 10. ideſt prima flagella. Primitiæ operis. Sat. 2. Theb. Tn bellis, tu pace ferres de more frequentes Primitias operum. Primitiæ armorum idem. 1. Theb. Primitiæ lacrymarum, idem 6. Theb. 5.

PRIMITIUS, a, um, quod in aliqua re primum eſt. Oui. 12. Met. Primitium torrem.

PRIMITIUVS, a, um, aliunde non habens originem, unde Primitiua uerba, per ſe inuenta, & non aliunde deriuata.

PRIMO, [*Principalmente.*] principio, uel ante omnia. Ter. in Phorm. Cæpi aduerſari primo.

PRIMODVM, [*Primieramente.*] primo. Plau. in Cap. Primodum opus eſt Piſtorienſibus, ante quem nullus eſt genitus.

PRIMORDIA, [*Principij. Gal. Commencemens. Hifp. Commienços.*] τὰ πρῶτα, quæ primo ordinantur, id eſt, initia. Cicer. in part. Vt primordia rerum, & quaſi præcurrentia. Belli primordia, Sta. z. Achil. Dicendi primordia. Quinct. lib. 1. ca. 9. Gentis primordia, Oui. 5. Met. Plin. l. 12. c. 1.

PRIMORES, [*La ſommità d'ogni cosa, punta. Gal. Les premiers. Hifp. Los primeros.*] aliquando adiectiuum eſt, idem ſignificans quod ſummus uel extremus: ut, Primores ungues, Primores digiti, Primores nares, Primoribus labris, nam in neutro genere reliquos caſus non habet. Primores (inquit Nonius) dicuntur ſummæ quæque res. Luc. l. 8. Stat. Gallinaceus cum uictor fe gallus honeſte ſuſtulit in digitos primoresque erigit ungues. Plaut. in Bac. Sic hos digitulis duobus ſumebat primoribus. Idem Tri. Atque etiam modo uerſabatur mihi in labris primoribus. Primoribus labris guſtare, eſt leuiter quippiam labris attingere. Cic. pro Cæl. Multos uidi qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc uitæ. Primores uiri, primi, ſiue optimates. Sueton. Scripta famoſa, quibus primores uiri notabantur. Accuſatiuum ſingularem protulit Gel. lib. 16. capit. 5. Animaduerti, quosdam, inquit, opinari, ueſtibus eſſe partem domus primorem. Et Cato capit. 8. r. Extollito primorem partem. Aliquando pro optimatibus. Liu. 1. ad primores Romanus iuuenitque ſenumque Proſequitur uotis. Vbi Seruius Primorum, genitiuus hic uenit ab eo quod eſt, hi Primores, ſicut hi Proceres, quorum nominum noniuatiuus ſingularis non inuenitur, licet dicamus, huius primoris. Horat. primo Serm. Satyr. 1. Primores populi arripuit. Nonnumquam pro dentibus anterioribus, qui primi in ridendo reteguntur. Plin. lib. 11. capit. 37.

PRIMVLS, deminut. a primus. Plaut. in Amph. Primulo diluculo abiſſi ad legiones. Hinc Primulum aduerbium. Ter. in Ad. Plebem primulum facio meam. Plaut. in Men. Tum dentes mihi cædebant primulum.

PRIMUM, [*Primieramente.*] πρῶτον, aduerbium. Ponitur aliquando in oratione nulla alia ſequente clauſula. Plaut. in Aſin. Cenſent u illum hodie primum ire aſuetum in ganeum? Aliquando alia ſequente clauſula, cui præponitur Præterea, uel Deinde. Terent. in Ad. Primum fratrem nuſquam inuenio gentium: Præterea, dum illum quæro, a uilla intercenarium uidi. Idem in Prol. Heaut. Id primum dicam, deinde, quod ueni, eloquar. Nonnumquam ſequitur tertia clauſula, cui præponitur poſtremo, aliquando pro poſtremo, cui ſubiungitur deinde.

PRIMVS, a, um, [*Primo. Gal. Premier. Hifp. Cosa primera en orden.*] πρῶτος, quandoque ad numerum ſeu ordinem refertur. Terent. in Ad. Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia. Virg. 2. Aeneid. Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua, Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. Cic. Appio: lib. 3. primo duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt. Planc. Ciceroni. l. 10. Primæ tuæ ſententiæ infinitis cum muneribus, poſteriores ad tempus compoſitiæ. Horat. ſecundo epiſt. 2. Extremi primorum extremis uſque priores. Iungitur autem frequenter apud bonos auctores cum quiſque: ut, Primo quoque tempore, primo quoque die. Liuus Sexto. Decreuerunt, ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur. Cæſ. 6. Bel. Gal. Cupiebat Cæſar primo quoque tempore de bello decernere. Pompeius ad L. Domitium. Vt primo quoque die Luceriam aduenies. Quandoque idem quod Princeps, ut emientiam dicat, non ordinem. Virg. 1. Aeneid. prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis. Quandoque pro optimo. Idem 9. Aeneid. Primus iuuenem tot miſerit Orco, quandoque præcipuo. Idem 12. Aeneid: Quantos ptimus patiare labores: Quandoque pro eo, ante quem nullus eſt. Idem 1. Eclo. Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti. Prima, plur. num. pro principia. Liu. libro 8. Quod bellum, ſi prima ſatis proſpera fuiſſent, haud dubie perueniſſet ad Romanos. Tacit. libro 18. prima conſiliorum fruſtra ceciderunt. Primis labris guſtare, Cicer. primo de Natur. Deor.

PRINCEPS, ipis, [*Principe, primo. Gal. Prince. Hifp. Principe d'Varos. principale.*] idem quod primus. Cicer. 3. Verr. Sicilia princeps ſe ad amicitiam pop. Rom. applicuit. Virg. 9. Aeneid. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Sic Ianuarium Columella Principem menſem appellat, libro 11. capit. ſecundo, principem locum, uel gradum obtinere, Suet. de Clar. gram. Cicer. pro domo: Locum principem auctoritatemque in ſalute mea tenuiſtis. Cicer. pro domo, Ciuitatis longe princeps Pompeius. Idem 8. Philipp. Quam magnum eſt, in ciuitate locum tueri principis. Dearum princeps Iuno. Ouidius ſexto Faſto. in militia

militia item Romana principes dicebantur secundæ aciei milites, ex robustiore fere ætate collecti, & armis maxime insignes. Liu. lib. 8. Octauum principem ducere, teste Budæo, est octauum ordinem ducere inter principes. Cic. ad Brutum: Cretenſi bello octauum principem duxit.

PRINCIPALIS, le, [Principale. Gal. Principal. Hisp. Principale.] *ὑψίως*, quod primum & præcipuum est. Quitt. lib. 9. ca. 1. Est igitur Tropus, sermo a naturali, & principali significatione translatus ad aliam, ornandæ orationis gratia. Id est præcipua. Idem lib. 3. cap. 13. Ad quæstionem ueluti principalis, uocant, Plin. lib. 18. c. 3. de Cultura agri præcipere, principale fuit & apud externos. Cicer. de Fato: Omnia causis sunt antepositis, uerum non principalibus, & perfectis, sed adiuuantibus, & proximis. Principalis apparatus, & res principales, quæ sunt principis, uel principe dignæ. Tacit. lib. 8. Nullo principali apparatu, sed uetere egestate conspicuus. Plin. in Paneg. Tanta benignitas principis, tanta securitas temporum est, ut ille nos principalibus rebus existimet dignos. Principalis porta castrorum, inquit Festus, nominatur, quod in eo loco est in quo principes ordines tendunt. Liuius 34. Duæ legiones duabus principalibus portis signa efferre iussit. Hinc principaliter, aduerbium, præcipue uel ut decet principem. Plin. in paneg. Quid uitam, quid mores iuuentutis, quam principaliter formas? Seneca: Ille qui non magis dolere, quam gaudere principaliter posset.

PRINCIPIA, orum, [Primi luoghi del campo.] locus in castris a principibus militibus sic appellatus. inde, post principia esse; est esse in toto. Sumptum a bellis, in quibus tutissimus locus est post principia. Liuius lib. 8. Nullus in acie locus tutior, quam post principia. Terentia Eun. Ego ero post principia. Principia in acie pro principibus, sæpe apud Liu. Cic. ad Brutum: Spes libertatis nulloquam nisi in uestrorum castrorum principijs est. Suet. In Othone, Inter strictos gladios ad principia deuenit.

PRINCIPIVM, pij, [Principio. Gal. Commencement. Hisp. Comienço.] ἀρχή, initium cuiusuis rei, Cic. 3. de Leg. Omnium rerum principia parua. Idem 1. de Natur. Deor. Cuius Principium aliquod est, eius necesse est esse extremum. Principium dicendi pro orationis exordio: ut, Exalbescere in principijs dicendi. apud Cic. de Or. Ibidem: In utroque dicendi genere principia tarda sunt. Interdum pro fundamento artis uel scientiæ, Cic. 3. de Leg. Bene prouisa, & diligenter explorata principia ponantur. Interdum pro primo illo rerum omnium fonte, unde cetera omnia fluxerunt. Idem tertio. Tusculano. Principij nulla est origo: nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem ex re nulla alia nasci potest.

PRINCIPIO, [Primeramente. Gal. Premierement, en premier lieu, au commencement. Hisp. Primeramente.] aduerb. idem quod primum. Terent. in Eun. Principio ego uos credere ambos hoc mihi uehementer uelim. Cicer. 1. Offic. Principio generi animantium est a natura tributum.

PRIOR, oris, [Primo di due.] πρότερος, nomen comparatiuum, quod proprie de duobus dicitur. Cic. in Pis. Me quæstorem in primis, ædilem priorem, Prætorum primum populum. R. fecit. Idem de Cl. Orat. Et si utrique primas, priores tamen deserunt Lælio. Sic Priore loco causam dicere, idem pro Quintio. Nonnumquam tamen Priorem de pluribus dici legimus, ut idem sit quod Primus. Gel. lib. 14. Quoties usu uenisset, ut omnes isti magistratus eodẽ tempore Romæ essent; qui eorum prior alij esset, ei potissimum senatus consulendi ius fuisset. Appul. 1. 2. Flor. Hippias e numero Sophistarum artium multitudine prior omnibus. Priores nostros, pro maioribus nostris dixit Plin. epist. lib. 3. Et Virg. 3. Aen. nomen dixere priores Ortygiam.

PRISCIANVS, grammaticus Cæsariensis fuit, qui tempore Iustiani principis floruit. Scripsit de Arte Grammatica ad Iulianum Consulem: ad Cosroen uero Persarum regem librum de Natur. quæstionibus: Dionysiumque de Situ orbis Latinitate donauit.

PRISCVS, 2, um, [Antico. Gal. Du uieil temps, du temps jadis. Hisp. Cosa antigua, de otro siglo.] ἀρχαῖος, quod superiori ætate fuit: ut, Prisci Latini, qui fuere antequam Roma conderetur. Cicer. tertio de Orat. Quod loquitur priscum uisum iri putat, si plane fuerit rusticum um. Virgil. 9. Aen. Prisca fides facta, sed fama perennis. Mar. lib. primo. Prisca fides taceat Gens Priscæ mortalium. Hora. Ep. 2. More Prisco. Ouid. 2. Fas. Flamen ad hæc prisco more Dialis erat. Religio prisca, Ouid. 10. Met. Seueritas prisca. Cicer. de harusp. resp. Cuius prisca illam seueritatem sacrificij, mirifica tua soror extimatur imitata. Hinc Priscæ, aduerbium. Cicer. pro M. Cælio, & Seueræ, & grauitæ, & prisce agere, an remisse, leniter, urbane.

PRISTINVS, 2, um, pen. cor. [Primo, solito. Gal. Ancien, qui estoit pardeuant ou parauant. Hisp. Primero, antiguo.] παλαιός, quod superioribus annis, mensibus, diebus, & nostra memoria fuit: ut, Pristina-

nostra beneuolentia. Dicitur Pristinum, teste Prisciano, quali primitinum. Cicer. quinto de Fin. Necessè est & illa pristina remanere. Idem secundo de Diuinat. Quod cum accidisset nostræ reipub. tum pristinis orbatu muneribus, hæc studia reuocare cœpimus. Cæs. 7. Bel. Gal. Tanta uniuersæ Galliæ consensio fuit libertatis uindictandæ, & pristinæ belli laudis recuperandæ. Gloria pristina. Virgil. decimo Aeneid. Dignitas pristina, Cic. Lentulo, lib. primo. Aetas pristina. Clau. 3. Paneg. Aliquando Pristinus idem est quod prior. Curtius. Dies pristino procellosior.

PRISTIS, πρίστis, genus piscis marini longissimi, atque angusti corporis. Plin. lib. 9. cap. tertio, scribit Pristes in mari Indico ducentum cubitorum esse, balænas quaternum iugerum. In hunc piscem fabulantur poetæ Scyllæ marini monstrum extrema definire. Virg. tertio. Aeneid. Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo Pube tenuis, postrema immuni corpore Pristis. Ab huius similitudine, nauis oblonga dicta est Pristis. Idem quinto Aeneid. Veloce Mnetheus agit acri remige Pristin. Vbi Seruius, Si, nauem, inquit, intelligas, hæc Pristis huius pristis facit: si de bellua, hæc Pristix, pristicis. Etymi tamen ratio Pristin, & Pristicem potius scribendum ostendit. Videntur enim deduci, ἀπὸ τῆς πρίστου τὰ κύματα, id est a secundis fluctibus.

PRIUATVS, 2, um, 2, Priuus, [Priuato, particolare. Gal. Priuè, appartenant à un particulier. Hisp. Cosa propia de cada uno.] ιδίος, quod uniuersumque proprium est, nec est commune cum alijs. Cicer. de Amic. Cum Scipione mihi coniuncta cura de re publica & de priuata fuit. Idem de Sene. In uita etiam priuata & quieta. Idem prima Offic. Communibus utatur pro communibus, priuatis ut suis. Sunt autem priuata natura nulla, sed aut uetere occupatione, ut qui quondam in uacua uenerunt, &c. Censur priuatus, Horat. secundo Car. Ode. 25. Domus priuata, Cic. pro Quintio. Vita priuata, Lucan. lib. 7. Odium priuatum, Brutus ad Cicer. Priuata feræ etiam dicebantur factorum propriorum, uelut, dies natales, ut ait Festus, fulgurum procuratornes, & huiusmodi priuata, quæ fiebant pro familijs singulis, & hominibus. Priuati, qui non sunt constituti in aliqua dignitate. Cicer. lib. primo Offic. Priuatum oportet æquo & pari cuius iure uiuere. Cic. primo de Inuen. In fortuna quæritur, seruus sit, an liber: pecuniosus, an tenuis; priuatus, an cum potestate.

PRIUATIM, [Priuatamente, specialmente, particolarmente. Gal. En priuè, apart, en particulier, particulièrement. Hisp. Especialmente, sin officio público.] ιδία, aduerbium cui, opponitur Publice. Sallust. in Catilin. Existimans publice priuatimque alieno ære oppressus. Cic. 1. de Finibus. Priuatim aliquid gerere malunt. Aliquando pro Particulariter. Plinius libro 6. capit. 17. De ijs priuatim condidit uolumen.

PRIUERNVM, νι, πριουερνος, Stephano, urbs Volscorum. Virgil. 11. Aen. Pulsus ob inuidiam regno uiresque superbas, Priuerni anti qua. Incolæ Priuernates. Plin. lib. 3. capit. 5. Hinc Priuernatus, 2, um: ut, Priuernatum uinum: quod inter generosa Italiæ uina numeratur a Plin. lib. 14. cap. 16.

PRUIGNVS, ni, [Figliastro. Cal. Vn beaufrère, le fils d'un marié, engendré en un autre mariage au parauant. Hisp. Antenado.] πρόγονος, filius mariti, uxorisue, cuius prior coniux decessit. Dicitur, Pruiignus, quod prius quam mater secundo nuberet, sit genitus. Pri, enim antiqui pro præ, dixerunt, teste Festo. Brutus ad Cic. Qui priuigno minus tribuerit, quam, Cicer. qui alieno tribuat. Propert. lib. 2. el. primo. Pocula priuigno non nocitura suo. Pruiigna. Cicer. Att. lib. 13.

PRUILEGIVM, gij, [Prinilegio. Gal. Prinilege. Hisp. Prinilegio.] προνομίον, προτερησια, lex ad priuatos homines, singulosque pertinens. Cic. pro domo: Leges priuatis in hominibus irrogari. id est enim priuilegium. Gel. lib. 1. cap. 20. Neque de imperio Cn. Pompeij, neque de exitu Ciceronis, neque de cæde P. Clodij quæstio, neque alia id genus populi plebisue iussa leges uocari possunt: non sunt enim generalia iussa, neque de uniuersis ciuibus, sed de singulis concepta: quo circa Priuilegia potius uocari debent: quia ueteres Priua dixerunt, quæ nos singula dicimus. Priuilegarius dicitur, cui aliquod priuilegium concessum est: uulgo ab indoctis priuilegiatus nuncupatur. Vnde Milites priuilegarij dicti, qui uacabant officio. Vlpian. in leg. sed an hic. ff. quodcum eo qui in al. por.

PRUO, as, [Priuare. Gal. Priuer, ôter à quelqu'un. Hispan. Priuar, despojar à otro.] ἀρπάζειν, adimo, spolio. Plaut. in Afin. Iustum portitorem priuabo portorio. Cicer. 4. Acad. spoliat nos iudicio, priuat approbatione omni, orbat sensibus. Idem in Top. Præpositio enim In, priuat uerbum ea ui, quam haberet; si In præpositum non fuisset, ut dignitas, indignitas. Priuare oculis. Cicer. 4. Acad. Priuare uita. Idem in Parad. Priuare commu-

ni luce, occidere, Idem pro Quint. Patriâ priuare aspectu suo, Ci. Marcel. 1. 4. Priuans, tis, part. Cic. in Top. Sunt alia contraria, quæ priuatiâ licet appellemus Latine, Græce appellantur *σπειριμα*. Priuatus, a, um, a Priuor, aris, spoliatus. Ouid. 1. de Ponto. Alter ob huius similem priuatus lumine culpam Clamabat. media se meruisse uia. Plaut. in Truc. Donis priuatus sum. Plin. de Viris ill. Priuatus stipendio. Priuatio, Cic. 2. de Fin. Dolori non uoluptas contraria est, sed doloris priuatio. Idem 1. de Finib. Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam uoluptatem.

PRIUS, [Primiero, Gal. Plus tost, deuant. Hiss. Ante, mas presto.] *σποτερος*, comparat. ne. ge. Hor. 1. Ser. Sary. 4. Et quod prius ordine uerbum est, Postterius facias. Terent. in Eunuc. Nil prius, neque fortius, Hoc est, nihil melius, aut præstantius. Prius, aduerbium, idem quod citius. Plaut. in Amph. Prius tua opinione hic adero. Terent. in Heau. Si semel tuum animum intellexerit, Prius proditurum te tuam uitam, quam abs te amittas filium. Virgil. primo Georg. Ac prius, ignotum ferro quam scindimus æquor. Cic. Attic. libro. 4. Nihil prius mihi faciendum putauit, quam ut tibi gratularer.

PRIUSQVAM, [Prima che, Gal. Premier que deuant ou auant que. Hiss. Antes que.] Iungitur quandoque indicatiuo. Cic. 1. Philip. Priusquàm de re publica dicere incipio, pauca querar de hosterna M. Antonii iniuria. Terent. in Hec. Prius quam hanc uxorem duxi. Quandoque subiunctiuo. Sallust. in Catil. Prius quam incipias, consulto opus est. Virg. 3. Geo. Culpam compefce, prius quam Dira per incautum serpent contagia uulgus.

PRIUSQVAM, a, um, [Particulare, proprio, Gal. Prius, propre & particulier. Hiss. Cosa propria de cadauno.] *ιδιος*, idem quod priuatus, siue proprius. Nonius: Priuum, est proprium uniuersumque. Horat. lib. 1. epist. Quem ducit priua triremis. Antiqui Priua dixerunt pro singulis, teste Gell. lib. 10. cap. 20. De singulis (inquit) concepta, Priuilegia potius uocari debent: quia ueteres Priua dixerunt, quæ nos singula dicimus. Liu. lib. 3. Senatusconsult. in hæc uerba factum est, ut priuos lapides, priuaque uerberas secum ferrent. i. singulos filices, & singulas uerbenas.

PRO, Præpositio est ablatiuo casu seruienti, uarios in oratione usus habens, uariasque significaciones. Aliquando enim significat autem, Pro curia, pro mœnibus. Sallust. Ni maturasset pro curia socijs signum dare. Interdum pro In, ut, Pro, rostris, pro censu, pro tribunali. Plin. lib. 30. 1. Postulauit, ut cognoscerem pro tribunali. Interdum pro iuxta, siue secundum, ut; Pro Platonis sententia, pro hominum iudicio. Sedulo moneo, quæ possum, pro mea sapientia. Pro meis uirib. idest, iuxta meas uires. Pro se quisque uiri: idest, quisque pro uirili. Interdum pro causa, siue propter, ut dicimus, Pro mutuo animo, pro reconciliata gratia: idest, causa mutui animi, & causa reconciliatæ gratiæ. Plin. epist. 189. Hæc tibi, admonitus immodicæ scueritatis exemplo, pro amore mutuo scripsi. Terent. in Eun. Ego pol te pro istis dictis & factis scelus ulciscar. Interdum pro loco, ut, Pecuniam in ei dedi pro prædio: & Sum pro prætore, id est, loco prædij, loco prætoris. Terent. in And. Pro illo te dicam. Plin. lib. 2. ca. 7. Pro dijs habent obscœna. Item ponitur pro autoritate: ut, Tribuni plebis pro potestate intercesserunt: hoc est autoritate potestatis suæ. Item pro defensione. Terent. Nisi hæc ita essent, pro illo haud stares. Virg. lib. 9. Pro turribus adstant. Pro tamquam, Plaut. in Truc. Me quasi pro derelicta sis habiturus. Cæf. 7. Bel. Gal. Non uidetur pro certo esse ponendum, Pro eo ac, uel Pro eo atque, legitur, pro Ita ut, uel perinde ut, Sulpitius ad Cicer. Sane quam pro eo ac debui, grauitur, molesteque tuli. Vlp. Pro eo habendum, atque si nullo iure factum esset. Est & interiectio admirantis, O, Terent. in Adelph. Pro Dij immortales, facinus indignum quod narras? Item interiectio dolentis, seu indignantis. Terent. in Heau. Pro Deum atque hominum fide in. Plaut. Pro sancte Iuppiter: quid uideo? Sed his duobus modis circumflectitur, & nominatiuo, accusatiuo, uocatiuoque iungitur, ut patet ex superioribus exemplis.

* **PROANA**, orum, *πρόανα*, *πρόανα*, opidum Thessaliæ. Plin.

PROAVCTOR, ris, [Origine, padre.] *πρόγονος*, pro progenitore legitur apud Suet. in Clau. Appium Cæcum generis sui proauctorem, id est auctorem, & principem. Budæus.

PROAVVS, ui, p. c. [Bisuelo, Gal. Bisfayent, le pere du pere grand. Hiss. El bisuelo padre del abuelo.] *πρόπαππος*, aui paterni, uel materni pater. Plaut. in Mil. Auos, Proauos, Abauos. Cic. de Cla. Ora. Relatiuum est Pronepos, a quo femininum, Proneptis. A proauo femininum Proauia auiæ mater.

PROBABILIS, le, [Probabile.] *πιθανόν*, dicitur, quod licet fortassis non sit uerum, uidetur tamen rationibus probari posse. Pli. epist. 137. Cur minus probabilis sit causa recitandi, quam edendi? Cic. 1. de Inuent. Probabile autem est id, quod fere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hoc quan-

dam similitudinem, siue id falsum est, siue uerum. Idem in Para. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. Hinc Probabiliter, aduer. Cic. 1. de Diui. Et probabiliter. 4. Acad.

PROBALINTVS, *πρόβαλιντος*, opidum fuit Atticæ. Plin.

PROBI, [Buoni, da bene,] *χρησι*, boni, dicuntur, quasi prohibi: quod se a delinquendo prohibeant. Plaut. in Trin. Amico mea commendauit bona proba, & fideli, & fido. Cic. pro Clu. Neque hoc nomine sanctior, neque probior, neque in omnibus officijs recitandis diligentior esse quisquam potest. Per metaphoram Argæum probum non adulteratum. Liu. 32. Argentum id probum nõ esse, Quæstores renunciauerunt. Color probus. Col. lib. 8. ca. 2. Merx proba. Plaut. in Pæ. Probi nummi, Plaut. in Persa. Sapote probus. Col. de Arb. cap. 3. Hinc Probe, bene, recte. Pla. in Most. Probe uiximus. Omnibus autem fere uerbis iungi potest: ut, Probe decipere, Probe curare, Probe monere, Probe meminere, Probe ornatus. Probe percutere, dixit Plaut. in Amph. id est, fortiter. Probis contrarij sunt Improbi. Improbi (ut inquit Asconius) contra leges sunt: sicut Inofficiosus, contra merita: Inhumanus, contra pietatem.

PROBLEMA, atis, & Problematum, [Questione.] præpositio, interrogationem habens. Philosophi proprie Problemata appellant, rerum abditarum perquisitiones: cuiusmodi sunt apud Aristotelem & Plutarchum.

PROBO, as, [Laudare, prouare. Gal. Prouer, approuer, louer. Hiss. Prouar, louer, & alabar.] *δοκιμαζω*, laudo, commendo, approbo. Cic. Attic. Audio a bonis uiris hanc cunctationem nostram non probari. Idem in Catone: Mihi & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa, & tam perdita libido. Cic. in Para. Cato ea sentit, quæ non probantur in uulgus. idest, quæ ne ipsium quidem uulgus probat. Contra frigere ad populum, est improbari. Plus autem est probare, quam laudare. Cic. ad Mariū 1. 7. Istam rationem orij tui & laudo uehementer, & proba. Quandoque probare est argumentis demonstrare. Plaut. in Rud. non probare pernegando mihi potest, nisi pars datur. Quinct. libro 1. capit. 10. Dialectice probare. Lucre. lib. 2. Huic satis illud erat planum facere atque probare. Ponitur aliquando pro persuadere, ut Probare se eunuchum, est persuadere se esse eunuchum. Terent. in Eunuc. Præterea forma, ætas ipsa est, facile pro eunuchos probes. subaudi, te, inquit Don. Quandoque tentare, ut cum dicimus, Amicos probato: & apud Columel. probare boues. Ouid. in epist. Phyllidis, Exitus acta probat. Aliquando Probare, est efficere, ut probum rectumque iudicetur id quod quis facit, uel dicit. Cic. 2. Ver. Si in hac causa nostrum officium, ac diligentiam probare rimus. Quandoque permittere. Horat. lib. 1. Car. Vagus sinistra Lætor ripa Ioue non probante. Probandus, a, um. Cæf. Bel. Gal. Quem locum probandæ uirtutis tuæ expectas: Probatus, a, um, part. modo nomen, Cic. in Top. Nam & ingeniosos & ætatis spatio probatos, dignus quibus credatur, putant. Ouid. 16. Metam. Crimenque patens, sine teste probatum. Liu. 7. Bel. Pun. Ita repente exiit antiquos mores, ut nemo tota iuuentute haberetur prior, nec probator. Probatissimus homo. Cic. 4. Ver. Probatissima femina. Cic. pro Cæci. Probator, qui probat. Cic. 2. Philip. Quid interest inter suaforem facti, & probatorem? Probatio, Cic. 3. Verr. Ne uitiosum opus fieret? at erat probatio tua. Artificialis probatio, Firma probatio. Lineares probationes, Inexpugnabiles probationes, Potentissimæ probationes, leguntur apud Quinct.

PROBOSCIS, idis, *πρόσκις*, rostrum elephantis, uel muscæ, ita dictum quod ante depascat. Latini in elephanto manum appellant, quod ea ueluti manu utatur. Plin. lib. 8. capit. 12. Resoluunt elephantis nodos manu. Nonius Marcellus: Proboscis inquit, Græcum nomen est, dictum, quod ante depascat. Est autem porrecta corporis pars inhaerens naribus, quæ excepto homine in alijs animalibus inuenitur. Var. Inuenisse se factum hericium cum proboscide.

PROBOSVS, a, um, adie. [Viruperoso, Gal. Plein d'injures, de deshonnété, et uilenie. Hiss. Denostado y feo.] *επειδελος*, ignominiosum, Gel. lib. 1. Compellationibus probrosis iactatus est. Cic. 5. Verr. Ut illam eius uocem probrosam agnoscat. Hor. 3. Car. Ode. 5. O magna Carthago probrosis Altior Italix ruinis.

PROBRVM, probri, [Viruperio, uilania. Gal. Cas reprovable, uilenie, injure. Hiss. Denuesto, uit uferio, iniuria.] *σβος*, stuprum, flagitium. Suet. in Cæsare digressam a marito post biduum statim duxerat, qui uis sine probri suspicione. Vnde lex fuit apud Romanos, ut probum uirginis Vestalis capite puniretur. Alias significat maledictum, contumeliam, dedecus, quæ scelera sequi solent: ut Datum est probro, idest ignominia adscriptum. Liu. lib. 2. Ingerunt probra, ægre abstinent, quin castra oppugnent. Epistolæ plenæ probrorum. Cic. Att. lib. 4.

PROCAPIS, p. c. progenies quæ ab uno capite procedit. Festus.

PROCAS,

PROAS, *ῥοῦασις*, Rex Albanorum fuit, pater Amulij, & Numitoris, & aulus Romuli & Remi. Liu. lib. 1. Vir. lib. 6.

PROCA, *αἰς*, p. geni. p. [*Lasciuo, maluagio.*] *ἀσλαγῆς*, lasciuus, petulans, improbus, proteruus: quod nomen a procando, id est poscendo dictum esse, docet Nonius Marcellus, ex sententia Cic. l. 4. de rep. Cuius hæc citat uerba. A procando, id est poscendo Procacitas nominata est. Alij tamen a Prociendo, id est prouocando, siue laceffendo dictum malunt. Cic. Pro Cael. Temeraria & procax mulier. ibidem: Vt non solum meretrix, sed etiam procax uideatur. Idem lib. 3. epist. Scio te non esse procacem in laceffendo. Terent. in Hec. Magis procax illico facta est. Transfertur etiam ad inanimata: quod & Nonius annotauit. Vir. 1. Aen. Penitusque procacibus Austris: Hinc procacitas, petulantia, improbitas. In Sal. Non enim Procacitate linguæ uitæ fordes eluuntur. Procaciter, proterue, petulanter, unde Procacius, & procacissime, Liu. 28. Flagitatum stipendium procacius, quam ex more & modestia militari.

PROCEO, *ἰς*, p. p. [*Procedere, andare innanzi.* Gal. *Marcher, outre passer auant.* Hist. *Yr adelante o proceder.*] *προβαίνω*, progredior. Cic. 1. de Diui. Cum purpurea ueste processit. Cæf. 1. Bel. Ciu. Len te, ac paulatim proceditur. Cic. pro Sext. Huic ad urbem uenienti tota obuiam ciuitas cum lacrymis processerat. Sal. in Jug. Vbi plerumque noctis processit, id est: præterijt. Aliquando est bene, uel male cadere. Plaut. in Cap. Neque magis effractum fame uidi, nec cui minus procedat, quicquid facere ceperit. Liu. 1. tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset: ubi id parum processit, obsidione cæpti premi hostes: Procedere in pedes, & pedib. gigni, idem significant, hoc est, factum ita nasci, ut pedes ex utero primo res emergant. Plin. lib. 7. cap. 8. In pedes procedere nascentem, contra naturam est. Procedere in philosophia, est proficere. Cic. 3. de Fin. Qui tum in Philosophia tum in optimo genere philosophiæ, tantum processerit. Procedunt stipendia, militibus, quod uulgo dicitur, currunt. Liu. 25. Tribuni plebis ad populum ferrent, ut qui minores septem & decem annis sacramento dixissent, ijs, perinde stipendia procederent, si septem & uiginti annorum milites facti essent. Procedens, tis. Cicero 3. Tuscul. Dies procedens ita mitigat, ut ijsdem malis manentibus non modo leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. Tempore procedente, pro; Successu temporis. Plin. lib. 11. capit. 16. Tempore procedente instillant cibos. Plin. Iuni. epist. 64. Vereor, ne procedente tempore ex ipso remedio uitia nascantur.

PROCELLEVS, *ματικὸς*, pes ex quattuor syllabis breuib. cõstans: dictus quod ob celeritatem, breuiumque syllabarum concursum celestmati, id est, nauticæ cohortationi esset aptissimus, siue quo in sacris Mineræ carmen quoddam hoc pede constans primo loco cani solebat.

PROCELLA, *αἰς*, [*Procella, tempesta.* Gal. *Tourment, & tēpeste de uentre.* Hist. *Grande tempestad.*] *θύελλα*, est uis uenti cum pluuia, nec durans, & in mari potius, quam in terra dicta ab eo, quod omnia procellat, id est moueat, & concutiat. Virg. l. 1. Aen. Creberq. procellis Africus. Ouid. 1. 1. Mer. impediunt aduersæ iussa procellæ. Hora. Ode. 9. Aut mare Caspium Vexant inæquales procellæ. Virg. 1. Aeneid. Stridens Aquilone procella Velum aduersa sentit. Translate accipitur pro molestia. Cic. pro Clu. Vitam tranquillam & quietam remotam a procellis inuidiarum. Irarum procellæ, Silius. lib. 11. Hinc Procellosus, a, um, procellis plenus. Liu. 40. Verr. Procellosum eo anno fuit. Plin. lib. 18. cap. 35. Nubecula uentum procellosum dabit.

PROCELLO, *ἰς*, [*Percutere.* Gal. *Abatre, ruer ius, renuerfer.* Hist. *Reboluer, trastornar, sabuertir.*] concutio, euerto: unde Procella. Plin. in Pa2 neg. Erant sub oculis naufragia multorum, quos improuifus turbo protulerat.

PROCE, *ραστis*, *ῥοκεραστis*, opidum Bithyniæ, Plin. lib. 5. cap. ult.

PROCE, *res*, pen. cor. *ῥοβολαι*, capita trabium, hoc est, mutuli quidam in parietibus extantes. Hinc principes ciuitatis Proceres, appellati sunt, quod ij ita in ciuitate eminent, sicut illi in ædificijs. Virg. 1. Aeneid. post alij proceres. Castrorum proceres. Luc. lib. 7. Rerum proceres Paulus & Flaminius, Sil. libro. 11. Proceres gulæ, pro principibus helluonum, apud Plin. lib. 9. cap. 17. Huius nominis accusatiuo singulari usus est Iuuen. Saty. 8. Agnosco procerem.

PROCE, *ritas*, proceritatis, [*Longe, ἄλξι.* Gal. *Longeur, & sauteur.* Hist. *Longura.*] *μαῖνος*, prolixitas, itaturæ altitudo. Plin. Paneg. Tu sola corporis proceritate clarior alijs. Cic. de Sen. Cum autem miraretur Lyfander & proceritates arborum, & directos in quincunem ordines.

PROCE, *rvs*, ra, rum, [*Longo, alto.* Gal. *Fort long, fort haut.* Hist. *Cosa alta, o luenga en su especie.*] *μαῖνις*, prolixus, & in longitudinem productus. quod nomen quidam a cera deriuant, quasi ad similitudinem ceræ protensum ob facilitatem. Alij a crescendo quasi pro-

cretum. Horat. 2. Serm. Saty. 2. Quo pertinet ergo Proceros odifepus. Virg. 7. eclo. Proceras erigit alnos. Horat. 3. Carm. Ode 15. Proceras manibus uertere fraxinos. Improcerus. Gell. lib. 5. Procere, aduerbium. Cic. 3. de Orat. Brachium procerius proiectum.

PROCE, *ssus*, [*Processo, progresso, profitto.* Gal. *Marchement plus outre, auancement.* Hist. *Ora de yr adelante.*] *ῥοβολαις*, progressus. Cicer. pro Lege Man. Vt ex ijs locis a militibus nostris, reditus magis inaturus, quam processus longior, quæreretur. Transfertur ad literas. Suet. de Cla. Gram. ad Lælium Herman scriptis, se in Græcis litteris magnum processum habere. Aliquando pro euentu. Sen. epist. 116. Queruntur & de consilijs, & de processibus suis.

PROCH, *yta*, prochyte, p. c. *ῥοχύτην*, & Prochyte, prochytes, insula in Puteolano sinu. dicta quasi profusa, *ἄπο τῆς ῥοχύτης*, profunderent enim Inarimes iucine insulæ montem terremotu concussum, insulam hanc fudisse. At Dyoniol. lib. 1. scribit Prochytam dictam esse a nutrice Aenæ eiuſdem nominis. Virg. lib. 9. Tum sonitu prochyta alta tremuit. Prochyte uero maf. ge. ualis genus erat. quo in sacris utebantur.

PROCI, [*Proci, rivali.* Gal. *Pouſuinans femme à mariage, corruaux.* Hist. *Los que demandan muger para se casar.*] *λυσιπτες*, qui uirginis, mulierisue nuptias ambiunt. a procando, id est, pascendo. Oui. epist. 1. Turba ruunt in me luxuriosa proci. Cicer. de Cla. Ora. Et hos ignotos & impudentes procos repudiemus. Virg. 4. Aen. Rurſusve procos irrisa priores Experiat?

PROCI, *do*, *dis*, [*Gittarsi a terra.* Gal. *Cheoir & tomber.* Hist. *Caer, echar se à los pies.*] *προκίρω*, di, procasum: pronus cado, humi me proſterno. Liu. lib. 35. Saxum ingens ex Capitolio procidit, & multos oppressit. Ibidem l. 1. Muri pars, ariete incusso subruta, multis in locis prociderat. Hinc Procientia, actus procidendi. Plin. lib. 34. ca. 18. Vfus in oculorum medicamentis & maxime contra procientiam eorum. Procientiam sedis, Plin. lib. 24. cap. 11. Prociuus, qui procidit, Plin. l. 20. ca. 20. Infantium cerebro imponitur umbilicoque prociduo. Idem lib. 16. ca. 12. Falce procidua atque detruncata. Idem lib. 21. & cap. 20. Testes & sedem prociduam, quæque illi sunt uitia.

PROCE, *es*, ciui, citum. [*Comandare.*] penult. corr. peto. Liu. Matrem procitum plurimi uenerunt: id est petitum, ut interpretatur Festus.

PROCI, *ngo*, *gis*, [*Apparecchiare.*] apparo. Hinc Procinctus, a, um, paratus, expeditus. Vnde.

PROCI, *nta*, classis, teste Festo, dicebatur Exercitus ad pugnam paratus, quod pugnatuſu ritu prius cingerentur, & quod Classem uetustius fuerit hominum dici, quæ nauium multitudinem. Gell. lib. 1. cap. 11. Cum procinctæ classes erant, & instructa acies.

PROCI, *ntus*, [*Procincto, apparecchio.* Gal. *L'apprest, & appareil de Varmee quand elle uent donner depans.* Hist. *Apercebimiento para pelear.*] *ῥοβολη*, apparatus bellicus, siue ipsa præparatio, quæ fit ab ijs, qui aut in expeditionem profecturi sunt, aut ad prælium exituri. Cicero. 2. de Natur. Deor. In procinctu testamenta perierunt. Plin. lib. 22. cap. 1. Curas, uigoremque animi impedit ad procinctum tendentibus in procinctu facere expedite, & celeriter. Ouid. 2. de Pont. eleg. 9. Hæc in procinctu carmina facta puta. In procinctu stare, est accinctum esse. Quint. lib. 12. cap. 9. Quem armatum semper, ac uelut in procinctu stantem, in causis oratio nunquam deficiet. in procinctu habere. Gell. lib. 1. capit. 11.

PROCI, *o*, *is*, iui, itum. [*Annullare.*] pen. prod. rumpo, irritum facio, Hinc iureconsultus, irritum & ruptum testamentum, procitum dicit. Festus.

PROCI, *o*, *tas*, prouocito, citare enim uocitare est.

PROCL, *amo*, *as*, [*Proclamare.* Gal. *Crier deuant tous tan qu'on peut.* Hist. *Mucho de lenos llamar.*] *ἀσβοῖω*, palam & ualde clamo. Liu. lib. 1. Patre proclamante, se filiam iure cæsum iudicare. Cic. 7. Verr. Adiunt, descendunt, fidem tuam, quæ nusquam erat, nec umquam fuit, proclamant. Proclamator. Cic. 1. de Ora. non enim cauidicum nescio quem, neque proclamatoré, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus.

PROCL, *ino*, *nas*, [*Chinare.*] *ἐγκλίω*, inclino. Columel. lib. 7. cap. 10. Earum notanda sunt capita, quam in partem proclinentur. Proclinatus, a, um. Ouid. 2. Trist. 1. Partes In proclinatas omne recumbit onus.

PROCL, *ivis*, *ue*, [*Chinato, chino.* Gal. *Enclin, penesant.* Hist. *Inclinado, o a costado.*] *δπιπροον, δπιππέες, & δπιπροον*, quod pronum inclinatumque est, ut Donatus. Liu. 5. Quo successerit magis in arduum, eo pelli posse per procline facilius rati, Columell. lib. 9. capit. 5. de Apibus: Cum onere per procliuia non ægre deuolent. Imperus procliuis undarum. Luc. l. 7. Per translationem secundum Cic. lib. 4. Tuscul. Dicitur proprie in malis, de ijs scilicet, qui ad aliquod nitium prout, inclinatique sunt. Terent. in And. Ita ut ingenium est omnium hominum a labore procline ad

libidinem. Cic. in Partit. Adolescentiam procliuiorem esse ad libidinem. Sil. lib. 13. Sceleris procliuis egestas. Procliue etiam dicitur, quod facile factum est. Vnde In procliui esse, est facile, & in promptu esse. Plaut. in Capt. Tam hoc quidem tibi in procliui, quam imber est, quando pluit. Cic. 2. Offic. Cum in hominibus iuuandis, aut mures spectari, aut fortuna soleat, dictum quidem est procliue. Hinc Procliuiter, & procliuius, procliuissime. Cic. 5. de Finib. Qui sperant, facilius, & procliuius, ad laudem nobilitatis peruenient.

PROCLIVITAS, tatis, [Inclinatione. Gal. Inclination, facilitè decheoir. Hisp. A quella inclinacion.] *καταφάρα*, est naturalis inclinatio in rem aliquam, præsertim uitiosam. nam in rebus bonis & laudabilibus, proprie Facilitas dicitur. Cic. 4. Tuscula. Hæc aliorum ad alios morbos procliuitas late patet. Ibidem: Procliuitas ad ægrotandum, sed hæc in bonis rebus, quod alij ad alia bona sunt aptiores, Facilitas nominetur: in malis Procliuitas, ut significet lapsionem.

PROCLIVS, Lycius, discipulus Syriani, Philosophus Platonicus. Scripsit plura in grammatica, & Philosophia. Commentarios in totum Homerum, in Hesiodi *ἔργα καὶ ἡμέρας*, in rempu. Platonis, præterea contra Christianos Epicheremata xvij. Hic est Proclus, qui post Porphyrium secundus contra nos latrauit: aduersus quem Ioannes cognomento Grammaticus scripsit apologiam distans eum, quamquam in rebus Græcicis magnum, stultum tamen esse, & in hac parte indoctum: Suidas. Is etiam est, cuius hodie commentarios in Platonem habemus. Præceptor fuit M. Antonini, a quo ad consulatum usque prouectus est, ut scribit Spartianus.

PROCO, as, are, teste Festo, antiqui dicebantur pro, imprudenter petere, unde & Procacitas dicta: quod & Nonius annotauit, citâs illud Cic. ex lib. 4. de repu. A procando, id est, poscendo Procacitas nominata.

PROCONNESVS, insula Propontidis, ante Cyzicum. Plinius libro 5. cap.ulti.

PROCONSVL, qui cum potestate consulari extraordinaria ad aliquam prouinciam administrandam mittitur. Cicer. 5. de Diui. Quam multi sunt anni, cum bella a proconsulibus administrantur. Proconsulatus, us, dignitas proconsulis. Plin. lib. 14. cap. 22. Ad proconsulatum usque e Prætura honoribus gestis. Plin. Ian. epist. 12. Summotum a proconsulatu, quia se in legatione turpiter gesserat. Proconsularis, re, ad proconsulem pertinens. Gel. lib. 5. cap. 14. Cum prouinciam Africam proconsulari imperio obtineret.

PROCOPIVS, e Cæsarea Palestina, orator, & sophista, scripsit res Iustiniani, quas in Oriente, aut Occidente, aut Africa per Belisariû patricium gesserat. item alia, Suidas.

PROCRASTINO, stinas, [Prolongare di giorno in giorno. Gal. Delayer, differer de jour en jour. Hisp. Dilatar de dia en dia.] *αἰεθάλλομαι*, diem de die traho, differo. Cic. pro Rosc. Am. Rem differre quotidie, ac procrastinare ceperunt. Hinc Procrastinatio, dilatio. Idem 6. Phi. Tarditas, & procrastinatio odiosa est.

PROCREO, as, are, [Generare. Gal. Procreer, creer, engendrer. Hisp. Engendrar, criar.] *γεννάω*, liberos generare. Plaut. in Mil. Procreare liberos, lepidum est onus. Cic. 1. de Fin. Vxorem adiungere, & uelle ex ea liberos procreare. Hinc Procreator. Procreatrix, & Procreatio. Cic. de Vniuer. Procreator mundi Deus. Idem 1. de Orat. Neque enim te fugit, laudandatum artium omnium procreatrici esse eam, quam *φιλοσοφίαν*, Græci uocant. Idem Tusc. Quid procreatio liberorum?

***PROCRIS**, Erechthei Atheniensium regis filia. eius fabulam uide 7. Met. apud Ouid.

PROCRVSTES, latro insignis in Attica regione, qui hospites interimere solitus, tandem a Theseo interfectus. Oui. 7. Met.

PROCRESCO, is, [Crescere.] *αυζάνω*, cresco, augeo. Luc. 1. 2.

PROCVBITOR, ris, [Guardia.] *ορηπος*, qui noctu custodiæ causa excubat, cum castra hostium in proximo sunt. Festus.

PROCVBO, bas, p. c. procubui, bitum, idem quod procumbo. Interdum idem quod uigilo, sui excubias ago, unde Procubitores dicti, id est, excubitores, siue uigiles. Nonnumquam idem quod de mitti, uel inclinari. Virg. 3. Georg. Speluncæque tegant, & saxea procubet umbra.

PROCVDO, is, p. p. [Assottigliar, aguzzare battendo. Gal. Attemurir en forgeant, & auissant forger. Hisp. Labrar de martillo.] *παρτείνω*, prolato, cudendo extenuo, seu probe cudo, exacuoe. Virg. 1. 1. Georg. Dudum procidit arator Vomere obtusi dentem. Ita procidit enses, Hora. 4. Car. Ode. 15. Procidere dolos, Pla. in Pse. Lingua procidere. Cic. 3. de Ora. Non enim solum acuenda nobis, neque procidenda lingua est.

PROCVL, [Di lontano, da lungi. Gal. De loing, loing. Hisp. De lexos.] *πρό-φω*, longe, quasi procul ab oculis. Dicitur & de loco minus longinquo. Virg. 5. Aen. Est procul in pelago saxum. Idem in Sileno: Ser

ta procul tantum capiti delapsa iacebant. Vbi Seruius, Procul, modo prope: nam intulit, tantum capiti delapsa, ut ostenderet non longius proolutum esse coronam. Procul hinc, id est, longe ab hoc loco. Terent. in Hecy. Quem cum istos fermonem haberis, procul hinc itans accipi. Item procul alicunde. Cice. 4. Verr. Quia non posset negare ab illis pecuniam datam, non quæsiuit procul alicunde. Procul, Pro longe, habet aliquando sequentem A, præpositionem cum ablatiuo. Terent. in Adel. Conficia mihi sum, a me culpam esse hanc procul. Aliquando & Procul, & Longe, simul in eadem oratione ponuntur. Plaut. in Curcu. Hac noctu in fornix uisus sum uiderier procul cedere longe a me Aesculapium. Procul aliquando præpositio est, deserviens quandoque ablatiuo, ut Procul dubio. perinde est ac si dicas, certe. Sueton. in Claudia. Reliqui filium omnibus gentis suæ procul dubio præferendum. Procul uero, pro eo quod est a ueritate abhorrens. Colum. in præfal. 1. Illud procul uero est, facillimam esse, &c.

PROCVLCO, as, [Atterrare.] *καταπατέω*, protero. Col. lib. 2. c. 20. A pecudibus legumina proculcantur. Liu. 10. Eques sua ipse subsidia terrius equis proculcauit. Ouid. 8. Meta. Crescentes segetes proculcat in herba.

PROCVLVNT, promittunt, ait significat Antistius de iure pontificali. lib. 9. Festus.

PROCVMBO, bis, [Giacere in terra. Gal. Estre couché, s'encliner, & pencher. Hisp. Abaxarse, inclinarsse.] *κατακνίμαι*, proflernor, humi iaceo. Iu. lib. 2. Ipsum fessum uia procubuisse. Columell. lib. 1. Lata bubilia esse oportebit pedes decem, quæ mensura ad procumbendum pecori laxa ministeria præbeat. Virgil. 1. Georg. Ne grauidis procumbat culmus aristas. Idem 8. Aeneid. Mauortis in antro Procubuisse lupam. Significat interdum demitti. Plin. 16. c. 36. de arundinibus. Folia Procumbunt, id est, in terram inclinantur. Luc. lib. 3. Et procumbentes iterum confertur taxos.

PROCVRO, ras, [Procurare, amministrare cose d'altri. Gal. Procurer, avoir la charge des affaires d'autrui. Hisp. Procurar negocios.] *πρότροπέω*, administrationem rerum alienarum gero. Cic. si Cornifi. Is procurator rationes Dionysij. Hinc Procurator, dispensator, & negotiorum gestor. Vlpianus de Procuratoribus & Defens. lib. 1. Procurator est, qui aliena negotia mandato domini administrat: actores uero causarum, causidici dicuntur. Procuratorius, a, um, quod ad procuratorem pertinet: ut procuratoris litteræ. Procuratorium munus. Procuratrix, Cic. 4. de Fin. Sapientiam totius hominis custodem & procuratricem. Procuratio, ipsa administratio. Cic. lib. 1. de Natur. Deor. Philosophi fuerunt, qui omnino nullam habere senserunt rerum humanarum procuratorem deos. Aliquando Procurare, est studiose curare. Appul. Hunc equulum suum curiose nimis procurantem inueni. Aliquando sustentare, adiuuare, Cato de re rustica. Eodem modo ceteras arbores procurato. Plaut. in Cur. Tibi opus est, hoc quo te procures. Aliquando est expiare, Suet. in Col. Auo eius, fugit procuranti, exa manibus aquila rupit. Hinc procuratio, expiatio. Cic. 1. de Diu. Scriptum est, cum terræ motus factus esset, ut ne plena procuratio fieret.

PROCVRRO, ris, ri, sum, [Andare iuanzi uelocemente. Gal. Courir de uant, s'avancer de courie. Hisp. Andar adelante, correr a lexos.] *προάγω*, uelociter procedo. Col. lib. 6. Ex domitis bubus ualentissimum, cundemque placidissimum, cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Cæsar. 7. Bel Gall. Quoties quæque cohors procurrenter, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat. Virg. 9. Aeneid. Et conferre manum, & procurrere longius audent. Procurrens, tis. Virgil. 5. Aeneid. Infelix saxis in procurrentibus hæsit, id est prominentibus, & uelut obtinam uenientibus inquit Ser. Procursus, sus, a ctus procurrendi. Liu. 2. 1. Procursu magis militum, quam ex præparato, aut iussu imperatorum orto prælio. Virg. 12. Aeneid. Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis Impulit. Procursio, excursio, uel digressio a causa. Quinct. lib. 4. cap. 3. Non semper est necessaria post narrationem illa procursio. Procursio, as, frequ. Liu. lib. 27. Cum ab itationibus procursaretur. Idem 3. Modo procurfant pauci recurrentesque. Procursatio. Liu. 28. Per procurratione commissa pugna.

PROCVRVVS, [Molto torto.] *κάμπυλος*, ualde curuus. Virg. 2. Georg. Nec illæ Procuruam expectant falcem. Littora procurua. Idem 5. Aeneid.

PROCVON, p. c. Procyonis, *προκύων*, sidus æstiuum, Canis ortum præuertens, unde etiam a Latinis uerbum ex uerbo exprimentibus, Antecanis appellatur. Cic. 2. de Nat. De. Geminis est ille sub ipsis Antecanis, Procyon Graio qui nomine fertur. Antecanis tamen nomen uidetur mi nus istatum fuisse, & a Cicerone primum confictum: unde etiam Plin. lib. 18. cap. 28. Sidus hoc nomen Latinum habere negat. Nisi quis (inquit) Caniculam uelit appellare. Col.

- tamen. lib. 11. cap. 2. Canicula manifeste distinguit a Procyone. huius ortum Iduus Iulij illius. vij. Kal. Augusti assignans: Canicula nimirum appellans, quem nos Canem dicimus.
- PRODEAMBULO**, as, foras deambulo. Terent. in Ad.
- PRODEO**, dis, diui, uel prodij, proditum, [*Vsire suori, comparare. Gal. sortir. Hisp. Yr à suera ò salir à plasi.*] *παρῖναι*, ex Pro, & Eo, d, interposita, significat prode, ultra eo, quasi porro. Cic. Appio: An ego obuiam tibi non prodire? Idem. lib. 1. Offic. Vt in scena sine subligaculo prodeat nemo. Cæf. 5. Bel. Gal. Conclamauerunt, uti aliqui ex nostris ad colloquium prodirent. Proditur. p. p. Impersonale. Cic. pro Muræ. Ecce non proditur reuerenti? Subaudi, obuiam.
- PRODICVS**, philosophus, patria Cous, de quo Philostratus, & Suid.
- PRODIGAE HOSTIÆ**, a ueteribus dicebantur, quæ totæ consumebantur igni: Vnde & homines luxuriosi Prodigidiæ sunt. Fest.
- PRODIGENTIA**, tiæ, a prodigo, digis, idem quod profusio. Tacitus lib. 13.
- PRODIGIALIS**, & hoc le, [*Miraculosus*], nonnumquam prodigiosum, aliquando prodigium auertens: unde prodigialis Iuppiter, cui expiandorum prodigiorum gratia sacra fiebant. Plautus in Amph. Prodigiali Ioui precatum oportuit. Hinc Prodigialiter prodigiöse. Columel. lib. 3. cap. 3. Illa uidentur prodigialiter accidisse. Horat. in Arte: Qui uariare cupit rem prodigialiter unam.
- PRODIGIATOR**, qui ex prodigio futura prænunciat. Festus.
- PRODIGIOSVS**, a, um, [*Prodigioso, monstruoso, miraculoso. Gal. Prodigiosæ, monstruæ. Hisp. Cosa de a quel milagro.*] *τεπετώδης*, quod prodigium facit, uel quod præter naturam est, & consuetudinem. Plin. lib. 10. ca. 63. Hinc prodigiöse præter morem, uel naturam. Plin. lib. 11. ca. 37.
- PRODIGIUM**, gij, [*Prodigio, miracolo. Gal. Prodigie, monstre. Hisp. Milagro que significa mal.*] *τέρας*, portentum, ostentum, quasi Prodigium, quod porro dicat, porro significet, & aliquid futurum esse portendat. Festus. Prodigia, quod prædicunt futura, per mutationem G, litteræ, nam quæ nunc C, appellatur, ab antiquis G, uocabatur. Nonius: Prodigia deorum minæ, uel iræ. Virg. 3. Aene. Solanouum, dictæque nefas Harpya Celæno Prodigium canit. Cic. 6. Ver. Prodigia uim eius, nomenque declarant. Virg. 6. Aen. Prodigijs acti celestibus ossa piabunt. Ouid. 6. Meta. Stagnantque locumque Prodigijs notum.
- PRODIGOS**, gis, penul. c. [*Consumare prodigamente. Gal. Consumer & despendre tout. Hisp. Gastar demasadamente.*] *διαφρασ*, prodegi, supinum non legi. ex Pro, & Ago, d, euphonia causa interposita, con sumo, profundo, liberalitatis limites egredior. Plaut. in Aul. Festo die si quid prodegeris. Aliquando appellere, producere, quasi procul agere. Var. 2. de re rust. c. 4. de subis. aduissuras cum faciunt, prodigunt in lutosos limites. Idem. lib. 3. cap. 9. Prodigendi in solem & sterquilium ut se uolutare possint.
- PRODIGVS**, gi, [*Prodigo, liberale, troppo. Gal. Prodigie. Hisp. Prodigio ò gastado.*] *ἀσπρος*, profusus, effusus, nepos, dissolutus, nimius, supra modum liberalis. Cic. lib. 3. Offic. Prodigii, qui epulis, & uiscerationibus, & gladiatorum muneribus ludorum, uenationumque apparatus, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut omnino nullam sunt relicturi. Idem Catil. Homo largitor, & prodigus. Auri prodigus, Cla. 2. Pane. Sanguinis, atque animæ prodigus, Ouid. 2. Am. el. 8. Acris prodigus. Hora. in Arte: Cic. ad Brutum: Quod honoribus decernendis esse nimius, & tamquam prodigus. Prodigus animæ, qui uitæ suæ non parcit. Hora. 1. Car. Ode. 12. Oui. 3. Am. el. 8. Sanguinis atque animæ prodigæ Galle uitæ. Hinc Prodigie profuse, abundanter. Cic. 11. Phi. Sed non possunt non prodigie uiuere, qui nostra bona sperant, cum effundunt sua.
- PRODIGITAS**, gitatis, [*prodigialità*], antiquis idē erat, quod profusio. Lucilius lib. 6. Satyr.
- PRODINUNT**, antiqui pro prodeunt dixere. Ennius Ann. lib. 3. Prodinunt famuli, cum candida lumina lucent.
- PRODIVS**, antiqui dixerunt pro interius, longius, inquit Nonius. a prodendo quasi porro eundo. Varro in Virgula diuina: primum uenit in urbem, atque intra muros, deinde accedit prodius.
- PRODO**, dis, di, [*Gettar uia, manifestare, tradire. Gal. Jetter loing. Hisp. Echar a lexos.*] *ποδῖς*, porro, idest, longe proiicio, defero, excludo, propello. Virg. 1. Aen. Nauib. (infandum) amissis uinibus ob iram Prodimur, atque Italis longe disiungimur oris. Aliquando idem est quod deferre, ostendere, patefacere. Idem 2. Aen. prodere uoce sua quemquam, aut opponere morti. Item differre, Protrahere. Terent. in And. Credo, impetrabo, ut aliquot saltem nuptijs prodatur dies. Item propagare. Virg. lib. 4. Aeneid. Sed fore, qui grauidam imperijs, belloque fremuentem Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri Proderet. Item tradere, Sal. Ante
- quam arcem proderent hostibus. Prodere patriam, est clamculum cum hoste aduersus patriam sentire, ut qui, uel patriæ consilia hosti enunciant, uel urbes, arces, aut propugnacula eidem tradunt. Cicer. 3. de Fin. Peccatum est patriam prodere, parentes uiolare. Prodere posteris, est posteris tradere. Cic. de Senect. Non accipere modo hæc a maioribus uoluerunt, sed etiam posteris prodere. Prodere memoriæ, est litteris mandare. Idem Appio. Cuni tuum studium consumas in uirorum fortium factis memoriæ prodendis. Pro eodem etiam legitur Prodere memoria. Cæsar. 5. Bel. Gal. Quos natos in insula, ipsi memoria proditum dicunt. Cic. de Orat. Quia memoria sic esset, proditum. Item, Prodere memoriam, idest, propagare, & ad posteros transferre. Cæf. 1. Bel. Gal. Ne committeret, ut is locus, ubi constitissent, ex calamitate populi Romani, & exercitus internecone memoriam proderet. Interdum supprimitur datus Memoria. Plin. lib. 6. cap. 23. Regnabat ibi, cum hæc prodorem, Celebrotas. Cic. lib. 3. Officio. uile uidebatur Vlyssi, ut quidam tragici poetæ prodiderunt. Plin. lib. 2. Diuus Augustus læuum sibi prodidit calceum præpostere indutum, quo die seditione militari prope afflicus est, id est, significauit. Sic dicimus Fama prodit. idest, refert. Celsus: Quosdam, fama prodidit, in ipsis funeribus reuixisse. Prodere, auctore Donato, aliquando est decipere, deserere. Terent. in Adolph. Prodidisti te, & illam miseram. Prodere exemplum, est tradere, Cicero pro Flacco: in hoc reo ne quod perniciosum exemplum prodatur, pertimesco. Ibidem: Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. Prodere fidem est iurciurandum non stare. Sallust. in Catil. Ea sepe ante hac fidem prodiderat. Prodere officium, est officium suum non facere, aut contra officium facere. Cic. 4. Acad. Qui statuit omnem cruciatum perferre potius, quam aut officium prodatur, aut fidem. Prodere diem, est proferre. ad Q. Fr. lib. 2. Terent. & Festus. Prodere uitam, est, se uitæ periculo exponere. Prodere legem, destituere. Vlpianus ad legem Iuliam de Adulte. Prodere interregem, est nominare, renunciare. Liu. 6. Sed nos quoque ipsi sine suffragio populi, auspicio interregem prodamus. Sic prodere flaminem, apud Cic. pro Mil. Hinc Proditus, pro decepto. Cic. Att. lib. 3. Proditus, inductus, coniectus in fraudem. Ouid. 13. Met. Proditus a socio est. Proditor. Plaut. in Rud. Urbis proditor, Cicer. 3. de Fini. Nec magis uituperandus est proditor patriæ, quam communis utilitatis aut salutis defensor. Proditio. Cicer. 4. Aca. Amicitiarum & proditioes & rerum. Ouid. 8. Metam. Nam pereant potius sperata cubilia, quam sim Proditioe potens. Lucr. lib. 4. Mercesque nefandæ Proditionis erit.
- PRODROMVS**, mi, latine præcursor. Cicer. Attic. lib. 1. Pompeiani prodromi nunciant, aperte Pompeium acturum. Vnde prodromi dicuntur a Græcis sic præcoces, quasi præcursoriæ, reliquarum maturitatem præuertentes. Plin. lib. 16. c. 26. Ficus præcoces habet. quas Athenis prodromos uocant. Prodromi item dicuntur Aquilones, qui octo ferme dieb. exortum Caniculæ antecedunt. Col. lib. 11. c. 2.
- PRODUVO**, cis, [*Prolongare, menar fuori, produrre. Gal. Produire, prolonger, mettre hors. Hisp. Lleuar lexos guando, estender on luengo.*] *παρὰ τὴν*, profero, protraho, in longum duco. Virgil. 2. Aeneid. Abnegat excisa uitam producere Troia. Cicero in Catone. Conuiuium ad multam noctem uario sermone producimus. Terent. in And. Per translationem, dixit: Nonne tibi esse satis hoc solidum uisum est gaudium, nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? Idest, deluderes, detineres. Aliquando idem est quod foras educere, ultra, siue in medium adducere, uel præsentem sistere. Plaut. Cap. Vbi sunt isti, quos antea ædes iussi huc produci foras? Sic Producere testes, pro, ad dicendum testimonium in iudicium adducere. Cicero 6. Verr. Harum omnium rerum auctores, testesque produco. Producere copias in aciem, est extra castra ad pugnam educere. Galba Ciceroni. Antonius, in aciem suas copias de uico producit. Aliquando est uenalem exponere. Terent. in Eunu. Pretium sperans, illico producit, & uendit. Vbi Donatus: proprie uenales produci dicuntur. Plautus pro prostituere posuit. Audientem dicto mater produxisti filiam. Interdum pro gignere. Plaut. in Cap. Quasi in orbitatem filios produxerint? Cicer. pro Q. Roscio: Nihil ab hoc paruum & peruersum produci posse putant. Terent. Ad. Seni. animam prius extinguem ipsi, qui illud produxit scelus. Producere moram rei alicui, est moram interponere, siue (ut Donatus ait) differre, protendere. Terent. in And. Vt huic malo aliquam producā moram. Interdum prosequi. Virgil. 9. Aeneid. Nec te tua funera mater Produxi. Interdum consumere. Terent. in Adolph. Cyathos sorbillans, paullatim hunc producā diem. Producere in iudicium, est uocare. Cicer. 7. Verr. Diuio

rem apud sapientes iudices se fore ab inferis testem, quam si unus in iudicium produceretur. Aliquando pro detinere, & uerbis remorari. Cic. pro Quint. Conditionibus hunc, quoad potest, producit. Aliquando est promouere hominem, & in medium honorifice proferre. Cic. pro domo: Quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. Hinc Productus, a, um. Cicer. pro reditu. Cum a tribunis pl. Consul in concionem productus esset. Idem in Or. Inclutus dicimus, breui media littera: Infans, producta. Idem 2. de Orator. Et principia tarda sunt, & exitus tamen spissi & producti esse debent. Hinc Productior, & Productissimus. Col. l. 7. c. 12. Status eius longior, productiorque ad hos casus magis habilis est, quam breuis. Idem l. 3. c. 10. Vltimum & productissimum in flagellum. Producte ad uerbum, cui opponitur, Breuit. r. Cic. in Ora. Litteræ, quæ in sapiente atque felice, producte dicuntur, in ceteris omnibus breuiter. Productio. Cicer. 3. de Fin. Opportunitas non fit maior productione.

PROETIDES, Præti Argiuorum regis, & Antiæ filii fuerunt: quæ cum forma essent præstantissima, se Iunoni auæ sunt præferre. quare irata dea talem eis immisit furorem, ut uaccas se esse arbitrantur, & in siluas confugerent. uide Plin. lib. 2. 5. cap. 5. & Virg. in Sileno.

PROETVS, Atlantis regis argiuorum filius: cui successit in regno. uxorem habuit Antiæ, ex qua quattuor filias genuit, quæ a patris nomine dictæ sunt Prætides, poetarum fabulis celebrerrimæ.

PROFANATIO, [Disfractio.] Plin. l. 16. c. 4. Civilium bellorum profanatione meritum cœpit uideri, ciuem non occidere. Profanatus part. flagitio pollutus. Stat. 9. The. ergo profanatam Menalippi funis acerbo Vulnere. Manus profanatæ. Ouidius secundo Metam.

PROFANO, as, [Disfractio.] Gal. Profaner. souiller, & gaster. Hisp. Ensuñzier la cosa sagrada.] ἑβρόω, ex facto humanis uibus promiscuum facio. Liu. 31. Sacra, sacerdotes, omnia profanarent.

PROFANVS, a, um, [Profano.] Gal. Profane, tollu, laique, lay. Hisp. No consagrado.] ἑβρόω, irreligiosum, & a religione remotum: habet antitela sacrum, & religiosum. Plaut. Sacrum an profanum habeas, parumpenditur. Cicer. pro domo. Si ista consecratio legitima est, quid est, quod profanum in tuis bonis esse possit? Pro scelerato, & impio. Stat. in principio The. Fraternalis acies, alternaque bella profanis Decertata odijs. Profanus etiam dicitur quod ex religio so, uel sacro in hominum usum conuersum est. Virg. 12. Ae. Colui uelutros si semper honores, Quos cōtra Aeneade bello fecere profanos. Profani item dicebantur sacris non initiati, qui a fano & facris arcebantur. Idem 6. Aen. Procul o procul esse profani. Profanos etiam dicimus imperitos, qui Musarum sacris non sunt initiati. Hor. lib. 2. Car. Odi profanum uulgus. profanus usus, dicitur communis, & uulgaris. non sanctus. Plin. l. 15. c. 30. In profanis uibus pollui laurum & oleam fas non est.

PROFARI, [Parlare, dire, pronunziare.] Gal. Parler, prononcer, dire. Hisp. Hablar, parler de çir.] εἰπεῖν, eloqui, dicere, pronunziare. Virg. 1. Aen. Tum breuiter Dido uultum demissa profatur. Sil. l. 11. Magno clamore profatur. Proprie profari est quod Græci dicunt πορνῆσεν. id est futura prædicere. Vlp. de ædil. æd. l. 1. §. exempli. Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus uideretur. Hinc fit nomen quartæ inflexionis, Profatus, tus, tui. ipse profandi actus. Gel. lib. 18. cap. 11. Neque dictu, profatu ue ipso terræ, aut insuaues esse. Sta. 5. Syl. Seu uoce soluta Spargere, & effræno nimbo æqua re profatu.

PROFECTO, [Certamente.] Gal. Certs, Certainement, pour uray. Hisp. Ciertamente.] ὑπερὸς πῶ, aduertibum confirmantis est: dictum quasi profacto, & significat certe. Terent. in And. Profecto sic est. Cic. Quis hæc renunciat dis profecto, qui interfuit.

PROFECTVS, us, [Profitto.] Gal. Prouffit, auantage. Hisp. Prouecho.] promotio, siue progressus in re aliqua, siue fructus, qui ex rei alicuius tractatione provenit. Quint. l. 10. c. 2. Ut terra altius effossa generandis, & alendisque seminibus fecundior fit: sic profectus non a summo petitus, studiorum fructus effundit uberius. Idem. lib. 1. c. 2. Firmiores in litteris profectus alit æmulatio.

PROFERO, [Manifestare, palestre.] Gal. Proferer, manifestar. Hisp. Sachar à fuerà, manifestar, pronunziar.] ποσέπω, palam facio. prodo. Cic. pro Coel. Domus, in qua nihil fiat, quod foras proferendum sit. Ter. in Hec. Haud propterea te rogo, ut hoc proferam. Seneca: Ante quam sententiam, proferam. Aliquando protendo, prolato. Plin. Cum lineam protulisset longissimam, atque rectissimam: Iustinus. libro 1. Fines imperij tueri magis, quam proferre, mos erat. Terent. in And. Saltem aliquot dies profer. Quandoque est in luccm afferre. Cicer. pro Sex. Roscio. T. H. S. 1111. x. arca profetas. Plaut. Amph. Tu. Theffala intus pateram proferto foras. Cic. de Inu. Cæteros proferre oportebit, quibus

miora delicta concessa sunt.

PROFESTVS, ita, tum, [Di di lauoro.] Gal. Hon festable, non festé comme Jour ouuier. Hisp. Cosa no fiesta.] quod contrarium est festo. unde Dies profesti dicuntur, teste Nonio, qui uacui sunt a festiuitate. Pla. in Aul. Festo die si quid prodegeris, profesto agere liceat, nili peperceris. Plin. lib. 18. cap. 6. Peiorem qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Qui uicentranum festis potare diebus Campana solitus trulla uappamque profestis.

PROFICIO, [Fare profitto.] Gal. Prouffiter. Hisp. Aprouecho, haçer prouecho.] ὀρῖσθαι, procedo, & promoueo. quod & profectum facere dicimus. Plin. Nec minorem suo præceptore profectum fecit. Cic. Toranio. lib. 6. cum consilio profici nihil possit, una ratio uideatur, quicquid euenerit, moderate. Cæsa. 2. Bel. Cic. Apud quos cū proficere nihil posset. Aliquando pro prodesse. Vlp. de Iureiurando: Matris igitur iniurandum patri non proficiet nec nocerit, si mater detulerit.

PROFICISCOR, eris, profectus, [Andare, partirsi.] Gal. Partir pour aller, aller, uenir. Hisp. Yr camino, andar.] πορῖσθαι, eundi, ueniendi, aut discedendi significationem habet secundum eos casus, cum quibus iungitur: ut si accusatiuo iungatur, Proficiscor Romam, hoc est Eo: si uero ablatiuo, ut Proficiscor Roma, significat Venio, uel discedo. Cic. de Senec. Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam. Prop. lib. 3. el. 21. Magnum inter ad doctas proficisci cogor Athenas. Cic. ad Q. Fra. lib. 3. Saluius ostiam uesperu nau profectus erat. Idem Att. l. 2. de Formiano proficiscemur. Proficisci in exilium. Cicer. de Fin. Proficisci obuiam. Cef. 7. Bell. Gal. Proficisci ad reliqua, pro pergere. Cicero. 5. Verr. Proficisci, pro originem habere. Cicero. 4. Acad. Pythagoræ ex humeris proficisci uolunt omnia. Profectio. Cic. 1. Phil. Exponam uobis consilium & profectionis, & reuersionis meæ. Profectus, a, um, Virgil. 1. Aeneid. Hunc lætum Tyrijsque diem, Troiaque profectis.

PROFINDO, dis, fidi, fimum, [Fendere.] profincido. Sta. 10. The. Profindunt inarata diu Pangæa iuueni.

PROFITEOR, teris, [Fare professione.] Gal. Dire franchement, & deuant le monde, faire profession, dire, & enseigner publiquement. Hisp. Confessar abierta y claramente, haçer profesion.] ἐπαγγέλλομαι, aperte polliceor. Cic. 1. Acad. Qui philosophiam iam professus sum populo nostro exhibiturum. Liu. Palam professi, nusquam inde uisi in patriam uelutium esse moturos. Cicero. 5. Ver. Me omnium prouinciarum defensorum esse profitebor. Idem pro Rab. post. Fateor, atque etiam profiteor, & præme fero, te ex illa crudeli actione meo consilio esse depulsum. Vnde constat, plus esse, profiteri, quam fateri, fatemur enim coacti, teste Seruio: sponte autem & publice profiteremur. unde profectio confessio palam facta. Cicer. pro Plan. Non me præteribat fructuosissimum esse professionem bonæ uoluntatis. Professor. Plin. lib. 3. cap. 53. Diodorus dialecticæ sapientiæ professor. Sue. de Cla. gra. Grammaticum professorem. Magni nominis professores. Quint. lib. 2. cap. 11. Consummati professores, idem lib. 1. cap. 9. Profiteri, pro artem aliquam, aut scientiam publice docere. Cic. de Amic. Quæ disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis, qui ista profiterentur. Hinc professores artium liberalium. Profiteri uero apud prætorem, est, nomen dare, aut, ut uulgus loquitur, ponere nomen in scriptis. Cic. pro Archia. Professus est apud prætorem. Q. Metellum. Liu. 26. Expectauerant, ut qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Profiteri æs alienum, est sua debita testari. Curtius. l. 10. Edixit, ut omnes milites æs alienum profiterentur. Profiteri possessiones suas, uel Pecunias, est modum possessionum siue pecuniæ prescribendum curare. Cicero. 5. Ver. Edixerat, ut aratores iugera sationum suarum profiterentur. Liu. ab V. C. Profiteri cogendo frumentum, & uendere. Idem de Bel. Mac. Ut qui socij ciuibus R. credidissent, pecunias profiterentur. Professorius, a, um: ut Lingua professoria, quæ meritoriam exercet eloquentiam. Tac. lib. 13.

PROFLIGO, as, p. p. [Gettare a terra, uincere, ruinare.] Gal. Ruer par terra, destruire, gaster. Hisp. E char a tierra, desbarar batalla.] κατεργάζομαι, deijcio, lterno, ad perniciem deduco. Plaut. in Mil. Confidentia est, nos inimicos profligare posse. Cicero pro Rab. Post. Expugnare urbes, aciem hostium profligare. Cæsa. 2. Bell. Ciui. Quod classum hostium primo impetu profligauerim. Hinc Profligatus, a, um, afflictus, perditus. Cicero. 2. in Cat. Quanto tandem illum mærore afflictum esse, & profligatum putaris? Vnde Profligatum exercitum dicimus, id est, prostratum, afflictum, & perditum: & Profligatas res id est perditas, ad perniciem redactas. Cic. pro Ros. Am. Omnia ad perniciem profligata, atq. perdit. Hinc Profligatos homines, uocamus perditos, & in quibus est nihil sani. Cic. pro Archia. Numquam me pro salute uestra in hos profligatos hominum quotidianos impetus obiecissem. Idem. 5. Verr. Profligatissimus: omni in mortalium, ac perditissimus.

- Profligare bellum, pene absolvere, Tac.** Profligauerat bellum cū Iudæis Vespasianus. Hinc Profligata, prope absoluta, Cic. lib. 7. Tusc. Profligata iam hæc, & pene ad exitum deducta quæstio est. Idem ad Corn. lib. 12. Profligato bello, ac pene sublato renouatum bellum gerere conamur. Tac. Non ganeo, & profligator, sed eruditio luxu.
- PROFLO, profus, [Soffiare nia,] γαυδίζων, flando resolu.** Plin. lib. 34. cap. 9. Massa profatur in primis mox in profatum redditur tertia portio æris collectancæ. Est etiam idem fere quod efflare. Vale. 6. Arg. Noctem tartaream proflantes pectore tauri. id est fumum ingentem, tenebris, & flammis tartareis non absumilem. Idem 7. Arg. Taurus & immani proflauit turbine flammæ. Proflare Pectore somnum, est inter dormiendum sonoro flatu uti. Virgil. 9. Aeneid. Toto Proflabat pectore somnum. Proflare iras, est flatu iram testari, ut solent feræ. Plin. lib. 8. cap. 4. Circumspicere. iras proflare. Profatus, us, actus profandi. Colum. lib. quinto cap. 9. Aestiuo profatu refringentur.
- PROFLUENS, tis, [Che scorre, torrente, corrente. Gal. Coulant, decoulant. Hisp. Corrente.]** modo participium est; ἀπορρέων. Liu. 1. 10. Pueros in profluentem aquam mitti iubet. Cic. ad Q. Fr. lib. 3. Aquam profluentem, & uberem. Idem 2. de Orat. Genus orationis liquidum, fufum, ac profuens. Modo substantiuum, & genit. masc. poniturque pro flumine, seu fluente. ad Her. lib. 1. Qui parentem necesse iudicatus erit, is obuolutus & ligatus culco, deuehitur in profluentem, id est, fluminis procursum. Hinc Profuenter, abundanter. Cic. 5. Tusc. Ergo omnia profuenter, absolute, prope.
- PROFLUENTIA, tis, [Copia, abundanza,] copia.** Cic. in Partit. Inanis profluentia loquendi.
- PROFLUO, is, [Discorrere,] ἀπορρέω, abundanter effluo, promano, & proprie de liquidis. Columel. lib. 6. Profluere lacrymas ab oculis. dixit Cicero. 1. de Diu. Si lacus emissus lapsu, & cursu ad mare profuisset. Virgil. 4. Georg. Seu flabit iners, seu profluet humor. Plin. lib. 8. cap. 16. Profluit sanguis ex uulnere. Profluere ad hominum famam, per translationem pro delabi. Cic. pro Cælio. ab his fontib. profluxi ad hominum famam. Ouid. ad Pis. Facilis Romano profluit ore Græcia. Cuius ore sermo melle dulcior profuebat. Ad Her. lib. 4.**
- PROFLUVIUM, iij, [Corfo,] ὄμις, fluxio: ut Profluuium sanguinis, αἰμορραγία, Pl. 1. 26. Profluuium alui, idem. l. 9. c. 13.**
- PROFLUUS, a, um, [Che scorre,] ἀπορρέων, quod profluit: ut Profuus amnis, qui perpetuo fluit. Pl. 1. 19. c. 4. Col. l. 8. c. 17. Piscina deprimatur in ea parte litoris, quæ profuo recessu nunquam destituit. Ouid. 2. de Pon. Ele. 1. Et in altis profua siluæ.**
- PROFORE, a, Fore, idem quod profuturum esse. Hor. lib. 1. epist. Que nocuere, sequar: fugiam quæ profore credam.**
- PROFUGIO, gis, [Fuggire longi. Gal. s'ensuir loing, escaper. Hisp. Huyr dexes.] ἀποφύγω, procul fugio. Plaut. in Cal. domo profugiam. Cic. in Lel. in Agam profugit. Terent. in Ad. Profugiet aliquo militatum. Cum accusatiuo, pro fugiendo relinquo. Curtius lib. 10. Serui profugiunt dominos.**
- PROFUGIUM, fugij, [Refugio. Gal. lieu de refuge, refuge. Hisp. Guarda del que huye.] ἀταφύγιον, illud, quo quis in periculis u elut ad portum quem confugit. Cic. lib. 1. Tusc. Portum paratum nobis & profugium patemus. Idem pro Cæci. Exsilium non supplicium est, sed profugium portusque supplicij.**
- PROFUGVS, [Vago, errante. Gal. Fuitif, qui s'en est fuy de son pais bien loing. Hisp. Fugitiuo que mucho à lexos huye.]** qui a patria suis ve finibus profugit. Sic Horatius profugos Scythas appellat, quod crebro domicilia mutant. Sal. Troiani Aenea duce profugi. Liu. 34. Annibal patria profugus peruenerat ad Antiochum. Ouid. 13. Met. Profugaque per æquora classe Fertur ab Antandro.
- PROFVNDVS, dis, [Spargere largamente. Gal. espandre en abondance. Hisp. Mucho derramar.] ἀποχύω, l. rge, & copiose effundo. Plaut. in Aul. Aquam plorat, cum lauat, profundere. Idem Cur. Profundis uinum: Virg. 12. Aeneid. Lacrymas oculis Iturna profudit. Cicero pro Fonteio: uim lacrymarum profudi. Sanguinem pro patria profundere. Cic. 2. de Fin. Verba profundere uentis, Luca. lib. 4. Vitam profundere. Aliquando idem est quod prodigere, inutiliter consumere. tractum ab aqua, quæ profunditur ex uasis. Terent. in Adelph. profundat, perdat, pereat. Cic. 5. Ver. Dare, profundere, opponere, si uelit uincere. Idem in Caril. Patrimonia profuderunt. Profundere uota, & Preces est multum & instanter precari. Profundere uires animi, est omnes neruos intendere. Cic. Artic. lib. 1. Omnes profudi uires animi, atque ingenij mei.**
- PROFVNDVS, a, um, [Profundo. Gal. Profond, creux. Hisp. Alto, ò fondo.] βυθός, quod deorsum magnam habet altitudinem, dictum quod porro, id est longe habeat fundum. Virgil. 5. Aeneid. Cunctæque profundum, Pontum adspectabant. Quid. ad Liuiam: Effugerent aliqua stagna profunda uia. Luc. l. 2. Corpora soluentes abeat per inane profundum. Quandoque pro alto. Virgil. 1. Aeneid. Cælumque profundum. Quippe ferant secum. Hinc profunditas. Profundus sæpe per translationem capitur pro ingenti, siue immenso. Hinc profunda auaritia dicitur a Sal. in Jug. Romanos inuitos profunda auaritia communes omnium hoies esse. Sic profunda cupido, apud eundem loco iam citato. Cupido profunda imperij, & diuitiarum. Profunda libido: Idem de rep. ordinanda. Nox profunda. Virg. 4. Aen.**
- PROFVNDVM, [Mare,] idem est quod mare, Ouid. 17. ep. Frigora ne possim gelidi sentire profundi: Rubrum profundum, apud Luca. lib. 8. Pro mari Erythreo. Indomito profundo iactari. Ouid. 1. Trist. el. 10. Pater profundi, Neptunus. Valer. Flac. secundo Arg.**
- PROFVSVS, a, um, [Sparsus, fontuoso, abundante. Gal. Abondant, fontuoux. Hisp. Abondante, largo, gastador.]** large fufus. Plin. l. 11. cap. 4. 1. Mulieri ante septimum mensem profulum lac inutile. Ouid. 1. 1. Met. Fletus super ora profusus. Plin. lib. 5. cap. 9. ex hoc lacu profusus, indignatur fluere per arenosa. Profusus, nomen, supra modum sumptuosus. Sal. in Catil. Alieni appetens, sui profusus. Cic. pro Mur. Populus R. non amat profusas epulas Id. in 1. Offic. Iolum genus iocandi non profusum, neque immoderatum, sed ingenuum & facetum. Pro abiecto. Plaut. Profusus, fualens, sordidas. Hinc Profuse, effuse. Liu. l. 10. Obiitit profuse tendentibus in castra.
- PROGEMMO, as, [Germogliare,] ὀρθομιζω, gemmas emitto. Columel. lib. 4. cap. 27.**
- PROGENERATIO, [Generazione,]]** progenerandi actus. Plin. lib. 8. cap. 43.
- PROGENERO, as, [Generare.]** Plin. lib. 11. cap. 16. Fœtus quoniam modo progenerarent, magna inter eruditos, & subtilis fuit quæstio. Horat. 4. Cat. Ode. 4. Nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.
- PROGENER, neri, ἀπογονέω, neptis mææ maritus. Sue. Progenerum uidetur accepisse, pro generi patre, in Aug.**
- PROGENIES, eis, [Stirpe. Gal. Generation, lignée, race. Hisp. la generation desde lexos.] γενεά, genus, stirps, a progignendo. Cic. 9. Phil. Statua quæ multos per annos progeniem eius honestate. Virg. 7. Aen. Progeniem uirtute futuram egregiam.**
- PROGERMINO, as, [Germogliare,] βλαστάνω, germen produco. Col. lib. 4. cap. 10.**
- PROGERO, ris, progressi, progestum, [Portar fuori,] ἐκπέρω, extra gero, effero. Col. l. 12. c. 50. Vrcei, quibus oleum progeritur. Plin. l. 11. c. 18. Cum defunctas progerunt.**
- PROIGNO, is, progenui, progenitum, [Generare. Gal. Engendrer. Hisp. engendrar.] γεννώω, generationem produco. Plaut. in Truc. Neque natus est, neque progignetur. Cic. 3. Offic. Hic, qui illud lumen progeniuit, ex filio est nominandus. Virg. 4. Aen. Illam terra parens, ira irritata deorum, Progeniuit, inde Progenitor, auus. Ouid. 11. Metamorph. Et forti genitore, & progignitore Tonante Esse satam.**
- PROGNARE, [Apertamente,] aduer. id est aperte, auctore Festo.**
- PROGNARITER, [Ardamente,] audacter, strenue. Plaut. in Pœn. Indica prognariter. Ennius. 6. Ann. Prognariter armis Certando.**
- PROGNATVS, [Figliuolo.] γεννητός, natus. Terent. in Phorm. Bonam bonis prognatam. Liu. l. 1. Romulus Deo prognatus. Hor. 2. Ser. Saty. 1. Ono prognatus eodem. Proprie tamen non filium a patre, sed nepotem ab auo, aut proauo, aut aliquo maiorum prognatum dicimus. Cic. 3. Tusc. Thyestes Tantalus prognatus, Peliopæ natus, prognati, ipsi nati, uel liberti. Pla. Amph. Parentes, patris, & prognati.**
- PROGNE, [Progne.] Pandionis Atheniensium regis filia fuit, & soror Philomelæ, quæ Téreo Tracuni regi matrimonio iuncta est, ex qua filium Itym suscepit. Hæc cum desiderio uidendæ sororis teneretur, exorauit uirum, ut Athenas profectus, Philomelam ad se duceret. qui mandata peragens, aduentum Philomelæ a Pandione impetrauit. uerū cum in itinere essent, in libidinē mulieris exardeas, quamuis repugnantē, compressit: & ne facti obscenitate exprimeret, linguā ei abscidit, & seruo in uinculis custodiendam tradidit. reuersusq. ad uxore maris nausea perijsse sinu lauit. Philomela interim tædio carceris affecta rem omnē, uti gesta fuerat, acu in tenuissima tela depinxit, hanc ancillæ Progenes clam deferendā tradidit. Progne, re intellecta, ac dissimulato ad tempus dolore, postquam Orgiorum dies aduenit, thyrsis & pelibus pro more instructa forem a carcere eripit, eodemq. induta habitu ad regiam ducit, ibiq. furij exagitata arreptum Itym filium interfecit, uiroq. domum redeunti epulandū apponit. Qui tandē, re cognita ex pueri capite, quod Progne sub sinem cænx per forem efferendum curauit, dum fugientem uxore furibundus persequitur, mutatā deorum commilatione in hirundinem uidit. Ipse in upupam conuersus est, ideoq. militare crita adhuc in capite**

in capite gerit, & quasi adhuc filium queritans clamat, πῶ, πῶ, quod significat, ubi, ubi, Irys autem in Phasianum, quæ avis ferens quens est iuxta Phasim fluuium in Colchis. at Philomela in aue sui nominis, quæ ne nunc quidem cessat desistere cantu dulcissimo iniuriam. Ouid. lib. 6. Met.

PROGREDIOR, ris, sus, [*Andare inauzj, procedere. Gal. Aller auant, marcher auant, sortir. Hisp. Yr adelante.*] προεγω, ultra procedo. Plau. in Pseud. Si hoc quo progredietur, pariter progredimini. Cæsar. 4. Bel. Gal. Paululum in aquam progressi. Cicer. 1. Offi. Vt regredi, quam progredi, mallent. Cæsar. 1. Bel. Cic. Magnis itineribus progreditur. Progredi obuiam. Liu. 7. Romani ab statione obuiam militi suo progressi. Progredi longius, per translationem est, sermonem extendere. Cicer. 5. Ver. Non dubito quin uobis satisfecerim iudices: ueruntamen progrediar longius. Digitum non progredi, prouerbialis quædam formula, pro Ne minimum quidem. Cicer. 4. Acad. Quibus concessis, digitum progredi non possunt. Hinc progressus, sus, id est, processus. Progressio. Cicer. Att. lib. Progressum præcipitem, in constantem reditum uidet, Accipitur & pro fructu, quem rei alicui operam dantes facimus. Cicer. 3. Tusculan. philosophi nunquam in studijs suis tantos progressus facere potuissent.

PROHIBEO, bes, [*Vietare. Gal. Engarder, prohiber. Hisp. Vedar.*] κωλυω, ex pro, & habeo, significat ueto, auerto, impedio ne quid fiat, Virgil. 1. Aeneid. Prohibe infandos a nauibus ignes. Virg. 1. Aen. Hospitio prohibemur arenæ.

PROICTA, in ædificijs dicuntur, quæ ita extenduntur, ut nusquam quiescant, qualia sunt Moeniana & suggrundia. Immissa autem dicuntur, quæ ex nostro ædificio protensa in alieno recumbunt: cuiusmodi sunt tigna & trabes. Dicta Proiecta, a Projicio, id est, por rigo, suo extendo.

PROIECTVS, puer, & proiectitijs, dicitur expositus. Plau. in Cist.

PROICIO, is, [*Tirare a lungi, gittare via. Gal. letter hors, mettre hors. Hisp. Echar lexos.*] προεπιτω, obijcio, quasi porro iacio. Virg. 6. Aeneid. Projici tela manu. Ouid. episto. 20. Projicit ipse suas ducta fronte cotonas. Virgil. 5. Aeneid. Galeam ante pedes proiecit inane. Cæsar. 3. Bell. Ciu. Ex in superioribus locis in planitiem descendere, atque arma projicere iussit. Transfertur & ad incorporea. Cæsar. 2. Bell. Gal. Increpitare Belgas, quo se populo R. dedissent, & patriam uirtutem proiecissent. Aliquando pro extendo, portigo, Cicer. in Top. Scxuola id solû esse ambitus adiuu dixerit, quantum parietis communis tegendi causa tectum projiceretur. Hinc proiectus, ctus, pro extensione Luc. lib. 3. Quamlibet immani proiectu corporis extret. Interdum est eijcere. Cicero. Quid si eum ex urbe proieceris? Projicere se ad pedes, est se humi ad pedes alicuius prosternere. Cæsar. 1. Bell. Gall. Projicere se, est despondere animum. Cicer. Att. lib. 9. Epistolæ tuæ rogant, ne me projiciam. Proiectus, a, um, 2. de Diuina. Simonides ignotum quendam proiectum mortuum cum uidisset, humauit. Virgil. 11. Aeneid. Sternitur & toto proiectus corpore terræ. Proiectus, extensus. Cic. 1. de Orat. Brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis. Virgil. 10. Aeneid. Proiecto dum pede lauo Aptat se pugna. Idem 3. Aeneid. Proiecta que saxa Pachyni. Sisenna: ingens arbor, quæ circum proiectis ramis, maiorem partem loci summi tegebat, Virg. 1. eclog. Viridi proiectus in antro. Proiectus, contemptus, & uilis. Tacit. lib. 1. Proiectio, oni, extensio. Cic. in Orat. Brachij proiectio in contentionibus, contractio in remissis. Hinc Proiectio, as, freq. Plaut. in Bacch. Etiâ ne ultero me proiectas probris. Agitas.

PROINDE, [*Et percio, per la qual cosa.*] proinde. Terent. in Eunuc. Proin, tu, dum est tempus cogita.

PROINDE, [*Per laqual cosa, & percio. Gal. Partonoy, partant. Hisp. Por esto, à esta causa.*] προινδεν, ex Pro, & Inde, significat ideo, propterea, qua propter. Liu. libro primo. Proinde ne grauaentur. Ponitur quandoque pro Perinde. Terent. in Phorm. Proinde expiscare, quasi non nostes. Sallust. Ignauissimi homines omnia socijs ademere, quæ fortissimi uiri uictores reliquerant, proinde quasi uictoria iniuriam facere, demum id esse imperio uti.

PROLABOR, laberis, prolapsus, [*Sdruciolare, trascorrere. Gal. Griller, gliffer, tomber. Hisp. Caer desli zandose.*] leuiter, lenisimque prouehor. Cicer. 2. de Natur. Deo. At canis ad caudam serpens prolabitur Argo. Sic prolabi longius in oratione, pro, longius prouehi. Cic. pro Cæc. Longius prolapsus sum, quam ratio uestri iudicij postulabat. Prolabi ad orationem aliquam, est sensim ad eâ accedere. Idem. 1. de Leg. Libenter ad istam orationem tecum prolaberer. Prolabi item dicuntur, qui uestigio in loco lubrico posito lapsantur, prociduntq. aut ægre sese sustinent. Liu. 5. Traditur memoriz, prolapsus cecidisse, idq. omen pertinuisset. Prolapsus, a, um. Vir. 2. Aen. Troiam incensam, & prolapsa uidentem Pergama. Equus prolapsus. Proper. lib. 4. El. 1. Prolapsus. Cic. pro

Cæl. Vias adolescentiz lubricas, quibus insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione uix posse.

PROLATVS, a, um, [*Prolungato, dilatato.*] a uerbo Proferor, modo idem est quod dilatus, ut cum diem iudicij prolatum esse dicimus. Modo in conspectum allatus uel productus, Lucil. 4. Non deest prolato ieiunus uenditor auro. Aliquando ulterius translatus, ut cum terminum prolatum, uel fines imperij prolatos dicimus. Inde Prolatio actus proferendi. Cicer. in Orat. Commemoratio antiquitatis, exemplorûque prolatio. Prolatio, protensio. Liu. 31. Prolationem finium, uictoriam portendi. Iudicij prolatio. Cic. pro Rab. perduel.

PROLATVS, tas, [*Dilatate, ampliare. Gal. Eslargir & faire estendre. Hisp. Dilatar, estender, ensanchar.*] προεξετεω, dilato, extendo. Colum. in Præfat. lib. 1. Quibus diuturna permittente pace, prolatate licuit rem rusticam. Interdum est differre, protrahere. Liu. 2. Prolatandis comitijs cum magistratu dictator abijisse, res ad interregnum redijt. Vitam prolatate. Tacit. lib. 11. Messalina Lucullianis in hortis prolatate uitam. Idem lib. 5. Diem ex die prolatabant. Prolatatus, ta, tum, Bellum prolatatum, Tacit. lib. 13. Prolatatum inter Parthos Romanosq. bellum acriter sumitur. Prolatio. Tacit. lib. 19. Omnem prolationem suspectabant.

PROLECTIBLE, [*Lusinghe uole.*] quod alliciendi uim habet. Sidorius ad Vitionem.

PROLECTO, ctas, ctare, [*Lusingare.*] illectare. Cic. pro Flac. Egentes priuata benignitate prolectat.

PROLES, huius proles, fem. gen. [*Prole, Stirpe. Gal. Generation, lignée, race. Hisp. La generacion de hijò hyja.*] γενεα, soboles, progenies, neque hominum solum uerum etiam brutorum. Col. lib. 8. de caprino pecore. Parit, si est generosa proles, frequenter duos, nonnumquam trigeminos. Cic. 1. de Nat. Deo. Ferrea tum uero proles ex orta repente est. Vir. 1. Aen. Et pulchra faciat te prole parentem. Duellica proles equorum. Lucr. lib. 2. Per translationem etiam de plantis dicitur: ut, Oliuæ proles. Virg. 2. Geo.

PROLETARIJ, qui in plebe Romana pauperissimi erant, neque amplius quam mille quingentum æris in censum deferebant: dicti, quod raro ad militiam conscriberentur, & fere procreanda prolis gratia in urbe relinquerentur. Gel. l. 16. c. 10. Nonius: Proletarij dicti plebij, qui nihil reip. exhibeant, sed tantum prolem sufficiant. Proletarius sermo, plebeius, & uilis. Pla. in Mil.

PROLIPO, as, p. p. [*Pregustare.*] προλειπω, ante libo. Pl. l. 28. c. 4.

PROLICIO, is, [*Indurre, menare.*] προλεγω, induco, allicio. Pla. in Cur. Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicio.

PROLIXE, [*Liberalmente, largamente. Gal. Longuement, amplement. Hisp. Copiosamente, abundantemente, liberalmente.*] εὐπρωας, admodum liberaliter, large. Cic. ad Cæsar. lib. 7. Neq. minus ei prolixè de tua uoluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri. Terent. in Eun. accipit hominem nemo melius prorsus, neq. prolixius. Aliquando significat longe lateq. Terent. in Ad. Prolixe Mitio. i. nimis multis uerbis.

PROLIXITUDO, [*Lunghezza.*] μήκος, longitudo. Pæuuius: In me neglectas fandi prolixitudinem.

PROLIXVS, xa, xum, [*Lungo, largo, liberale. Gal. Long. Hisp. Luengo.*] ἐκτενός, longum, latum, liberale, quasi porro laxum. Ter. in Heau. Capillus passus, prolixus, circum caput negligenter reiectus. Barba prolixa, Virg. 8. ecl. Comæ prolixa. Qui. 4. Trist. el. 1. Prolixas abietes, Var. de re rust. l. 1. c. 6. & c. 9. Prolixus autem accipitur pro beneuolo, & liberali. Cic. 2. epist. Prolixa & benefica natura. Idem Att. lib. 2. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, quam per me in Brutum. Cic. Att. l. 16. Intereft nostris Placum hoc animo libenti, prolixoq. facere.

PROLOGVS, [*Prologo, prefatione. Gal. Prologue, preface. Hisp. El prologo de libro, ò otra cosa, prefacion.*] προλογος, præfatio fabulæ, in qua aut poeta excusatur, aut fabula comendatur, aut aliquid lucem ei afferens præmittitur. Ter. in Prol. Phor. Verus poeta non laceffisset prior, Nullum inuenire prologum potuisset nouus. Ponitur aliquando pro ipso homine prologum referente. Terent. ibidem: Orator ad uos uenio ornatu prologi.

PROLONGO, as, [*Prolungare. Gal. Prolonger, dilayer. Hisp. Prolongar, diferir.*] παραβέλλω, protraho, profero: quasi longius facio. Plin. l. 13. cap. 3. Vestes prolongant tempus. Sen. de Benef. Vt prolonget tibi dies mortis, nihil proficiet ad felicitatem.

PROLOQVTVM, quijs, [*Effordio, prefatione.*] προλογιον, præfatio, exordium. Accipitur pro oratione ueri, uel falsi significatiua. Gel. l. 5. cap. 11.

PROLOQVOR, eris, [*Parlar liberamente. Gal. Dire ce qu'on à sur le cœur. Hisp. Hablar, parlar claramente.*] ἀποδοσκα, animi sensa claris, aper tisque uerbis effero. Varr. sexto. de ling. Latin. Proloquitur is, qui, in animo quod habet, loquendo effert. Terent. And. Cen sen' me ullum potuisse uerbum proloqui? Nonnumquam, prologo uxor, præfatiuncula, quod dicturus sum, præmolio, Pla. Epi.

Quid

Quid ego te apud te parem perloqui?

PROLVBIUM, ij, [*Cupiditas, uoluntà*], cupiditas, & uoluptas. Gell. lib. 16. cap. 19.

PROLVDIUM, iusti, legitimi que certaminis quoddam ueluti exordium, cuiusmodi est illud, quod a citharædis iusto carmini solet præcini. Translate accipitur pro leniore rei cuiusvis initio. Gell. libro. 5. capit. 10. Maius mihi in ista uictoria proliudium est.

PROLVDO, dis, [*Promerfi*], *προλαυδοί*, exercedarum uirium causa, confirmandique animi, ueluti simulacrum quoddam certaminis in eo. Virg. l. 3. Geo. Sparfa ad pugnam proliudit arena. Iurgia proliudere. Inue. Stat. 5. Cic. 2. de Orat. Ut ipsis sententijs, quibus proliuferint, uel pugnare possint. In armis leuibus proliudit, Qui. ad Pis. Seneca Medea: Dolor proliudit per scelera. Hinc Prolusio. Cic. 2. de Or. Eiusmodi illa prolusio debet esse. Cic. Diuinationem suam Prolusionem Verrinæ accusationis uocat, in ea enim de constituendo accusatore Verris agebatur.

PROLVGEO, solito diutius lugeo. Festus.

PROLVIO, [*Lauare. Gal. Fort. Luser. Hisp. Lauar, purgar, alimpiar, moiar*]. *προλαύω*, ex Pro, & Lauo: Idem fere quod abluo, purgo. Persius: Nec fonte labra proliu Caballino. Vir. 1. Aen. Er pleno se proliuit auro. Stat. 8. Theb. Cruor saucia proliuit pectora. Hor. 2. Ser. Sat. 4. Leni præcordia multo Prolueris melius. Proluere cloacam, est aquam in cloacam infundere, quæ secum rapiat sordes. Plaut. in Cur. Effunde hoc cito in barathrum, Prolue cloacam. Proluere terram, dicuntur aquæ. Colum. l. 2. c. 18. Impetus aquarum proliuit terram. Vir. 1. Ge. Proliuit infano contorquens uortice siluas Fluuiorum rex Eridanus. Prolutus, a, um, Hor. 1. Ser. Sat. 5. multa prolutus uappa nauata.

PROLVVIES, uici, [*Bruttura. Gal. L'immondice, & ordure qui s'en ua en l'eau. Lauage. Hisp. Las lauazas, suzjedad*]. *προλαύω*, immunditia cuiuscumque rei sordidæ, Vir. 3. Aen. Fædissima uentis Proluuius, Col. lib. 12. cap. 38.

PROLVVIVM, iij, [*Prodigalitâ*], translate, pro prodigalitate, eû quis more aque opes profundit. Ter. in Ad. Quod proliuuium? quæ ista subita est largitas?

PROMELLERE, [*Litigare*], litem promouere. Festus.

PROMERCAIA, [*Merci da uendere. Gal. Qui est a uendre, mis en uente. Hisp. Lo que se compra para uender*]. *προμαρκαία*, mercimonia sunt uenditionis exposita. Promercalia dicuntur, ait Budæus, quæ pater familiaris uenalia habet extra ea, quæ usui suo seruat. Quidam aiunt Promercalia proprie dici merces, quæ primo minoris emuntur, ut postea pluris distraherent. Suet. in Cæs. Aurum promerciale, uocat, id quod Cæsar uendidit, superans sibi, reueruata tanta auri copia quanta suo usui satis esset. Promerciales uestes, quæ super uacant patrifamilias. Sue. de Clar. gram. Cum officinas promercalium uestium exerceret. Coll. l. 2. c. 8. Pecuniam domini neq. in animalibus aut alijs rebus promercalibus occupet.

PROMEREO, ris, deponens, & Promereo, es, [*Far beneficio, meritare, beneficere. Gal. Meriter & deservir. Hisp. Mucho merecer*]. *προμαρκαία*, bene ago, beneficium præsto, profum. Virg. l. 4. Aen. Ego te, quæ plurima fando Enumerare uales, numquam regina negabo Promeritam. Ter. Ita me uelim ames promerentem pater: ideo bene merentem. Plautus tamen in Amph. in malam partem sumptit: Quid mali sum Promeritus? Aliquando mereo. Pla. in Trin. Retineri nequeo, quin dicani ea, quæ promeres. Bene promereri de aliquo, est conferre in aliquem beneficium. Hinc Promeritum, ti. Cic. ad Quir. post reditum. Hoc maius est in uos uestrum promeritum, & c.

PROMETHEVS, [*Prometheos*], *προμηθεύς*, filius Iapeti, & pater Deucalionis, qui & hominem ex luto dicitur formasse, ex cælesti igne animasse. Promethei fabulam sic refert Seruius, enarrans illud Virg. Furtumque Promethei. Prometheus, inquit, post factos a se homines, dicitur auxilio Mineræ cælum ascendisse, & adhibita facula ad rotam Solis ignem furatus, quem hominibus indicauit. Ob quam causam irati dii, duo mala immiserunt terris fœlēs, & morbos, sicut & Sapho & Hesiodus memorant. Quod tan git, & Horatius, dicens: Post ignem ætherea domo Subduntamacies, & noua febrium Terris incubuit cohors. Ipsum etiâ Prometheus in monte Caucaſo per Mercurium religauerunt ad saxum, & adhibita aquila est, quæ eius cor exederet. Hæc autem omnia non sine ratione finguntur. nam Prometheus uir prudentissimus fuit, unde etiam Prometheus dictus est, *προμηθεύς*, a prudentia. Hic primus Astrologiam Assyrijs indicauit: quam residens in monte altissimo Caucaſo, nimia cura & solitudine deprehenderat. hic autem mons positus est circa Assyrios uicinus pene sideribus. Vnde etiam maiora astra demonstrat, & diligenter eorum ortus occasusque significat. Dicitur autem aquila cor eius exedere, quod *αίτης*, est sollicitudo, qua ille affectus, siderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiâ fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus est, ad saxum,

dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum & hominibus iudicauit, unde cælestem ignem dicitur esse furatus. nam quadam arte ab eodem monstrata supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo bene usi sunt. nam postea malo hominum usu in perniciem eorum uersus est. Hinc est quod igne rapto mortalibus morbi ab iratis numinibus dicuntur immitti.

PROMICO, as, p. c. [*Gettare da lungi*], inquit Nonius, est extendere. Næuius. Longe promicanda oratio est.

PROMINEO, nes, p. c. [*Sopraſtare. Gal. Se fort monſtrer ſailir hors & sortir, apparoir. Hisp. Sobrepasar, est. u mucho en cima*]. *προμινεω*, ex Pro, & naneo, significat exto, emineo. Plin. l. 11. c. 37. Dentis, qui prominent. Hor. Epo. 5. cum Promineret ore. Ouid. 3. Meta. Coma plurima toruos prominet in uultus. Prominere in memoriam ad posteritatem, pro extendi. Liu. 28. Maxima pars gloriæ in memoriam ac posteritatem promineat. Promineus, tis. Liu. 27. Gallos prominens collis tenebat. Prominens, nomen substantiuum. Tacit. lib. 1. Inuenerunt in litoris prominenti nihil.

PROMISCVVS, a, um, [*Meschio, confuso. Gal. Mesle, mis pesle mesle, commun à plusieurs. Hisp. Mucho mezclado*]. *προμίσκω*, miltum, confusum. Sal. Diuina, atque humana habere promiscua, unde græmatici promiscuum genus appellant, quasi incertum siue confusum. Quint. lib. 1. c. 4. Nec statim diligentem putabo, qui promiscua ostenderit. Conauba promiscua, Liu. 4. Idem 39. Supra promiscua ingeniorum, femininarumque erant. Operam promiscuam dare, est mutam operam tradere. Plaut. Rud. Operam promiscuam damus. A quo promiscue, misce, confuse: pro quo ueteres etiam Promiscam dixerunt, inquit Festus. Liu. 3. Placet pecudum, ferarumque ritum promiscue in concubitus ruere.

PROMITTO, tis, *προμίσκω*, polliceor. Teren. Ad. Tu promitte huic. Cic. de Diuin. Quæ instantia deorum in primis mimentur extis, bene promittant secundis. Quandoque est producere, & in longitudinem demittere, quasi porro mittere: [*Far lungo distendere. Gall. Promettre. Hisp. Prometer*]. Plaut. in Rud. Capillum promittam. Plin. lib. 26. ca. 26. Nec ulla arborum auidius se promittit. Promittere barbam, Liu. 6. Coniecto in carcere Manlio, satis constat, multos mortales capillum ac barbam promississe. Virg. 8. Ecl. Hirsutumque supercilium, promissa barba: Quandoque minari. Virgil. 2. Aeneid. Promissu uictorem, & uerbis odia aspera moui. Promittere ad cœnam, est promittere se iturum ad cœnam. Plaut. in Men. Sic promittere ad fratrem, est promittere se iturum ad fratrem. Cic. 2. de Orat. Cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat. Promittere, & in se recipere, pulchre iunxit Cic. ad Brut. libro 13. Separatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi, & uoluptati, & usui. Hinc Promissum, si, substant. quod promittitur. Vnde dicimus, Consequi promissa: Efficere promissum alicui: Exigere promissa: Flagitare promissa: Implere promissum: Expectere promissa: Stare promissis: Seruare promissa: Satisfacere promisso: Repetere promissum: Soluere promissa: manere promissis. Promissio. Cic. 8. Phil.

PROMO, mis, pli, ptum, [*Dar fuori. Gal. Mettre hors, tirer hors. Hisp. sacar lo guardado*]. *προμίσκω*, profero, in medium affero. Plaut. in Cist. Si quid tibi opus erit promptu, promitto. Virg. 2. Aen. Latine cauo se robore promunt. Pecuniam ex ærario promere, Cic. 5. Ver. Idem. 3. de Fin. Veni in eius uillam, ut eos libros inde promerem. Plin. in Paneg. Iubes, quæ sentimus, promere in medium. Promere consilia est aperire. Cic. Att. lib. 9. Nunc certe promenda tibi sunt consilia. Hinc Promptio, as, freq. Plaut. in Bacch. Malum si promptet, in dies faciat minus.

PROMONTORIUM, rij, *ἀκρον*, mons in mari prominens. unde & nomen accipit. Cæf. 2. Bel. Cic. Duobus eminentibus promontorijs. Cic. 6. Ver. In promontorio fanum est Iononis antiquum.

PROMPTVARIUM, rij, [*Dispensa. Gal. Guardemanger, despensa. Hisp. La despensa a la mano*]. *ταμείον*, locus in quo res ad usum necessariz ita repositæ sunt, ut statim promi possint. Cato cap. 11.

PROMPTVARIVS, a, um, *ταμειωτικός*, ex quo aliquid depromitur. Pla. in Amph. E promptuaria cella depromat flagrum. Promptuariam cellam pro carcere, posuit, quia e carcere ad supplicium promuntur noxij.

PROMPTVS, pta, ptum, [*Pronto, apparechiato. Gal. Tiré hors, mis hors, prompt, appareille. Hisp. Aparciado, o apercebido*]. *προπορευτικός*, qui iam paratus est ad agendum, & in quo nulla mora est. Sal. Natura ferax, uehemens, manu promptus erat. Iungitur sæpius accusatiuo cum Ad. Cicero 1. Offi. Promptiores debemus esse ad nostra pericula, quam ad crimina. Interdum genitiuo. Gell. libro. 10. cap. 22. Plato ueritatis omnibus exhibendæ promptissimus. Per translationem pro manifesto, eum res a lecretorio loco educitur, ut parata nobis & ad manum sit: unde dicimus, Res est in promptu. Cic. lib. 1. Off. Ita sunt in promptu, ut res disputatione non egeat. Sal. Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promittunt

- ptum habere. Promptum esse, aliquando pro facile esse. Quintil. lib. 9. cap. 1. Neque enim me mouent nomina illa, quæ fingere Græcis promptissimum est: Prompte, alacriter, sine cunctatione. unde Promptissime. Plin. epistol. 82. Corellie adero promptissime.
- PROMONSTRAS**, [Miracoli] prodigia, inquit Festus.
- PROMOUEO**, [Promouere. Gal. Auancer, promouvoir. Hisp. Mouer à lexos.] προάγω, proueho, quasi ulterius moueo. Terent. Eun. Moue ocyus te nutritrix. S. Moueo. C. uideo: at nihil promoues. Producere tempus. Terent. in And. Quantum huic promoueo nuptias. Pro proficere. Terent. in Hec. Præsens promoueo parum. Promotus, prouectus. Stat. 1. Achi. Suasque hyemes classis promotæ, suosque Attollit fluctus. Promotus ad dignitatem. Plin. epist. 151.
- PROMVLGO**, gas, [Publicare. Gal. Publier. Hisp. Publicar.] ἐξαγορεύω, publico, palam pronuncio, quasi prouulgo. Fest. leges promulgari dicuntur, cum primum in uulgus eduntur, legendæ proponuntur: ut si cui uideatur, possit intercedere. Cicer. ad Q. Fr. libro 2. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Idem pro Sextio: De meo reditu octo tribuni promulgauerunt. Promulgatus, ta, tum. Cicer. pro Mure. Prælijs promulgatis, tollitur e medio ipsa illa domina rerum prudentia. Promulgator, Promulgatrix, promulgatio. idest diuulgator, diuulgatrix, diuulgatio. Cic. ad Len. lib. 1. Exorta est nefaria Catonis promulgatio.
- PROMVLISIS**, dis, genus cibi dulcoris, mulso conditum. Cic. Pappio. Quem tu es solitus promulsidie conficere. Hinc promulsidaria uasa, quibus promulsus continetur. Scribit Pomponius iurecõsul. legatis uasis, scutellas, & promulsidaria contineri.
- PROMVRALE**, murus circum ciuitatis murum ductus.
- PROMVS**, condus, [Dispensera. Gal. Despensier. Hisp. Despensero para sachar de la despenza.] τρωίς, apud ueteres pro cellario sumebatur. Plaut. in Afin. Ego sum promus, condus, procurator peni. Promus dictus, quod præfesset peni promendo: Condus, quod eundem in cellam reconderet. Duo enim hæc officia ab eodem fere administrabantur: licet in potentiorum ædibus aliquando fuerint distincta: unde & nomina ipsa aliquando separatim collocantur. Plaut. Pæn. Fecisti Prodigum promum tibi. Columel. libro 12. capit. 13. Promis & cellarijs aliquid interuenire. Per translationem dixit Plaut. in Trin. Ego meo sum promus pectori, Appul. in Apologia: Promum librorum appellat, qui libris promendis præfesset.
- PROMVSCIS**, femin. gene. manus, siue proboscis elephantotum dicitur. Plin. lib. 8. cap. 7. Promuscidem elephantorum facillime amputari.
- PROMECTO**, tis, ere, Sta. 4. Syl. Vidi quam feriem morantis xui Pronectant tibi candidæ sorores. idest in longum tempus nectant, producant.
- PROMEPOS**, & Proneptis, nepotis filius, & filia. Cic. 3. Tuscu. Iouis iste quidem pronepos. Ouid. 13. Metamorph.
- PROMNOMEN**, nis, ἀντωνυμία, una est ex octo orationis partibus, ita dicta, quod uice nominis fungatur.
- PROMVBA**, æ, προμνήστει, quæ nuptijs præest celebrandis, & ea ex parte uxoris, ut Auspex ex parte uiri. Inde Iuno Pronuba, quia nuptijs præfesset. Virg. 4. Aen. Prima & Tellus, & pronuba Iuno. Dant signum. Flamma pronuba, Claud. 1. de raptu Prof. idest ardor quidam qui ætate matura uirginis ad nuptias prouocat. Pronubæ, ait Donatus, dicuntur, quæ nubentes domum mariti deducunt.
- PROMVNCIO**, as, [Pronunciare. Gal. Prononcer, dire par ceur. Hisp. Pronunciar con voz clara.] προσηγορία, clara uoce aliquid profero. Plin. epist. 114. Pronunciat acriter, sapienter, apte, decenter. Ponitur aliquando pro expresse, & nominatim prædicere, præfarique ex bona fide in rebus contrahendis. Vlp. in l. j. de ædil. ed. sepe in ea significatione usus est: & in l. quod si nolit. Qui mancia uendunt, inquit, nationem cuiusque in uenditione pronunciare debent. Cicer. 3. Offic. Cum in uendendo eam rem scisset, & non pronunciaffet, emptori damnum præfari oportere. Aliquando pro nominare. Liu. 24. Victi consensu, pronunciant eos Prætores. Aliquando pro iudicare, dicere, Plin. Epistol. 5. At ego ne interrogare quidem fas puto, de quo pronunciatum est. Cicer. 2. de Finib. Aequam igitur pronunciat sententiam ratio, &c. Nonnunquam pro palam nunciare. Curr. Imminens Dario iter ad Euphratem pronunciauit. Aliquando pro palam promittere, Litiui secundo. Fertur pronunciasse militi præmia, qui primus, qui secundus castra hostium intrasset. Pronunciatus, a, um, Cicer. in Part. Versus pronuciatus syllaba una breuior, aut longior. Pronunciatum, ti, substanti. propositio ueri uel falsi significatiua, Græce, ἐξίωμα. Cic. primo Tuscul. Omne pronunciatum est, sic enim mihi in præsentia occurrit, ut appellarem ἐξίωμα, quod est uerum, aut falsum.
- Pronunciatus, us, ui, pronuciatio. Gell. libro quarto, capit. 17. Ratio in pronuciatu manet. Pronuciatio, est uocis, uultus & gestus moderatio cum uenustate, inquit auctor ad Heren. libro primo. Cicer. 1. de Inuent. Pronuciatio est ex rerum & uerborum dignitate uocis & corporis moderatio. Idem 1. de Orato. Quis cantus moderatæ orationis pronuciacione, dulcior inueniri potest? Pronuciator, qui pronuciat. Cicero de Clar. Orat. Thucydides rerum gestarum pronuciator sincerus, & grandis.
- PROMVPER**, από ἀλίγης, ualde nuper. Pla. in Trin.
- PROMVRS**, huius pronurus, p. c. uxor nepotis. Oui. Ep. 16. Pronurus & magni Laomedontis ero.
- PROMVRS**, ni, [Chmato. chino. Gal. Penchant sur le deuant, courbé in deuant. enclin. Hisp. Cosa inclinada cuesta a uiso.] κατωφειής, proprie dicitur in anteriorem partem flexus. Ouid. lib. 2. Metamorph. Pronaque cum spectent animalia cætera terram. Os homini sublimè dedit. per translationem uero quis dicitur pronus, idest inclinatus ad uirtutes, uel ad uitia, quaquam usitatus in malam partem accipitur: ut docuimus in dictione procliuis. Plin. in Pane. Nihil est tam pronum ad similitudines, quam æmulatione. Item pronus dicitur, qui est contrarius supino, Plin. lib. 28. Supini cubitus oculis conducunt, ac proni tussibus. Pronum mare, littori uicinum dicitur. Virg. 4. Æ. Ventisque uocatis Prona petit maria, idest littori uicina. Dicitur & Pronis in tertia declinatione, ut apud Varronem: Alia trabs pronis in hūmum accedens proxime frangit ramos cadentes. Et dicimus Pronis rei. Col. lib. 3. ca. 2. Aquiloni pronæ, & Pronus ad hanc rem. Idem lib. 2. cap. 9. Campo patente, & ad solem pronæ. Pronitas. Sen. in Præf. Decla. Nescio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia se retroulerit.
- PROEMIVM**, mij, [Proemio, essordio. Gal. Proefme, preface, commencement d'oraison. Hisp. El principio del razonamiento.] προοίμιον, Latine initium, uel exordium, siue præfatio dicitur, ex πρό & ὄμιον, quod præcipuum legitimumque carmen soleat præcedere. proprie enim Proæmium dicebatur, quod a citharœdis certamen in iuris præcini solebat. quamquam deinde etiam orationum exordia hoc nomine dici cœperunt, nam sicut citharœdi pauca quædam, ante quam legitimum carmen inchoent, emendi fauoris gratia canunt: sic oratores nonnulla prius, quam causam exordiantur, ad conciliandos iudicum animos præloquuntur: quæ illorum imitatione, proæmia appellauerunt. Cic. 2. de Leg. Habes legis proæmium. Ad Att. lib. 16. De gloria librum ad te misi, & in eo proæmium, id est, quod in Academico tertio. Quint. lib. 3. cap. 8. In demonstratiuis proæmia esse maxime libera existimat Aristoteles. Per translationem accipitur pro quouis principio; Iuuen. Satyr. 3. Misere cognosce proæmia rixæ. A proæmium fit proemior, ris, exordium. Plin. epist. 27. Proæmiatur a te, narrat aperte.
- PROPAGO**, ginis, & Propages, gis, p. p. [Prouana, propagine. Gai. Prouigner, & peupler une uigne. Hisp. Eflendar la uid so la tierra, prouanar.] παραγαίς, uitis uetula & supressa. ut ex una plures fiat, dicta quod porro pangatur. i. longe figurat. Virg. 2. Ge. Pressus propaginis arcus. Vbi prima producitur, unde & geminato p, quidam ibi scribendum existimant, more ueterum poetarum, qui quoties primam dictionis huius syllabam producebat, duplicabant p. Vitatus corripitur, ut ex sequentibus exemplis manifestum est. Cic. de Sen. Maleoli, plantæ, sarmenta, propagines. Pl. 14. c. 1. Vis Vitium omnis euocatur in palmites, aut deprimitur in propagines. Hor. 2. Epo. Ergo adulta uitium propagine Altas maritat populos. Aliquando significat uerum, stirpem, progeniem. Virg. 12. Aen. Si Romana potens Itala uirtute propago. Ouid. 13. Fast. Tanreq. propaginis auctor. Luc. 1. 4. At consueta domi catulorum blanda propago. Propages, inquit Nonius, est series, & affixio continua, uel longe ducta. Pages enim compagio: unde Compages, & propagare genus, idest longe mittere. Pacui. Saluete gemina mea propages sanguinis. Propago liberorum. Plin. lib. 7. cap. 14.
- PROPAGO**, gas, [Prouanare, innestare. Gal. Vn prouiente uigne. Hisp. La prouana de la uid.] προαγωγή, uitem uetulam supprimo, ut ex una plures fiant. Cic. in Catone. Propagatio uitium. sarmentorumque ea, quam dixi. Cato. cap. 32. Vites propages in sulcos. Per translationem ponitur pro extendendo, protrahendo, profero. Sucto. in Catil. Prætorium uirum, ex successu Anticyræ, quam ualitudinis causa petierat propagari sibi commeatum læpius desiderantem, cum mandasset interim. Id est, produci, proferri sibi commeatum. Cicer. 7. Verr. Cum ipse sui generis iuxitium ac nominis ab se gigni, & propagari uellet. Idem pro Sextio. Hæc monumentis annalium mandatur, posteritati propagantur. Idem. 2. Of. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Propagatus, a, um, Cic. 4. in Catil. Memoria consulatus mei propagata. Propagatio. Cic. 1. Of. Quæ propagatio & soboles origo est rerum publicarum. Idem Lucio. lib. 5. Vita, in qua nihil inest, inest propagatio

- gatio miserrimi temporis. Propagator, ad Att. lib. 8. Ille prouinciz propagator.
- PROPALAM**, [In palese, apertamente. Gal. Deuand tout le moude, manifestement. Hisp. Publica y plazeramente.] *ἰσοῦσασαίεως*, clare, aperte. Cic. lib. 1. de Ora.
- PROPATVLVS**, la, lum, [Manifesto, uicino. Gal. Fort ouuert & deffouert. Hisp. Cosa publica.] *προπαρῆς*, late patens, apertum, quasi portu patulum. Cicer. 6. Verr. Ante ædem Cæreris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt. In propatulo pro palam, Sallust. Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.
- PROPE**, [Presso, appresso, uicino.] *ἔγγυς*, idem ualeat, quod iuxta. Curtius: Cum prope id opidum copiaz constitissent. Interdum, Ex propinquo. Mart. lib. 1. Hic ubi sidereus propius uidet astra colossus. Terent. in And. Prope adest, cum alieno more uiuendum est tibi, subaudi, tempus. Aliquando pro aduerbio fere, seu quasi. Plaut. in foribus templi prope collapsus expauit. Hic Propior, & hoc Propius, propinquior. Cic. pro Quintio: Tibi me propior nemo est. Ouid. ep. 3. Ille gradu propior sanguinis. Horat. 3. Car. Ode. 13. Maturo propior desine funeri. Inter ludere uirgines, Cic. pro Sext. Sua sibi propiora esse pericula, quam aliena. Virg. 9. Aeneid. Mea quem spatij propioribus ætas insequitur. Propius uero, uerisimilius. Liu. 4. Capuam ab duce eorum Capuz, uel quod propius uero est, a campestri agro appellatam. Propius, comparatiuum aduerbium. Plaut. Bacch. Subsequere Propius me ad fores. Lilius: Castra propius hostem mouit. Ut propius uentum est, Quid. 4. de Pon. eleg. 7. Nihil propius factum est: parum abfuit, quin hoc, aut illud factum fuerit; Cic. in Verr. Nec quicquam factum est, propius, quam ut uiuus combureretur. Superlatiuum Proximus, propinquissimus, maxime uicinus. Oui. 1. de Arte. Proximus huic labor est, placidam exorare puellam. Terent. in Hecy. Despondent ei gnatum huius uicini proximi. Cic. Attic. lib. 2. Arrius proximus est uicinus. Terent. in Eun. His mensibus sex uel septem proximis. Terent. in Ad. Proximus mihi genere. Veteres tamen non solum propinquum, Proximum dicebant, uerum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium extitisse. Virg. 5. Aeneid. Proximus huic, longo sed proximus interuallo. Aliquando pro maxime propitio, Terent. Graduum testor, qui deus est nobis omnium proximus. Interdum non habet uim superlatiui, & propinquum significat, quæ propter comparatiuum facit, proximior, quod propinquiorem significat. Veget. Proximior, & dextra sit, quæ plagam possit inferre. Vlpian. ad edictum ædilit. Si quis proximior nasceretur cognatus. Proximitas, atis, Quid. de Arte: Et lateat uitium proximitati boni. Quint. lib. 3. cap. 8. Sed eam plures petant, uel eodem iure, uel proximitatis. Proxime, aduerbium. Cicer. Luceio. lib. 5. Litteræ, quas a te proxime accepi. Idem 11. de Natur. Deo. Is quem proxime nominauit. Nonnumquam habet & accusatiuum. Idem Attic. lib. 6. Habere exercitum quam proxime hostem. Idem Attic. lib. 3. Quam proxime Italiam esse. Cic. Attic. lib. 1. Proximus Pompeium sedebam. Sal. Proxime Hispaniam Mauri sunt.
- PROPECTO**, is, xui, xum, [Pettinare. Gal. Pignèen long. Hisp. Peinado en lungo.] in longum pectus, unde propexus, a, um, ut Barba propexa, Oui. 1. Fast. Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam. Virg. 10. Aen. Propexam in pectore barbam.
- PROPEDIEM**, [In bricue. Gal. De brief, en brief, bien soft. Hisp. Desdè à qui à poco dias.] breui, post paucos dies. Terent. in Heau. Illum saluuum affuturum esse hic confido propediem, idem Att. 1. 6. Propediem te uidebo.
- PROPELLO**, is, puli, pulsum, [Cacciare lontano, rimouere. Gal. Bouter, pulser loing, chasser, rebouter. Hisp. Empuxar à lexos.] *ἀνέπυος*, longe pello, procul amoueo. Cæsa. 5. Bel. Gal. Varenus, uno interfecto, reliquos paulum propellit. Lucan. lib. 3. Propulit ut classem, uelis cedentibus, Auster. Liu. lib. 40. Periculum uitæ propellere a me potes. Orationem remis propellere, per translationē, Cic. 4. Tusc. Propulsus, a, um, Lucan. lib. 7. Cernit propulsa cruore Flumina. Propulsus, as, frequentatiuum.
- PROPEMODVM**, [Quasi. Gal. Presque. Hisp. Quasi, dè poco mas, dè menos.] pene, fere, ferme, quasi prope mensuram. Plaut. in Tru. Propemodum experta estis, quam ego sim tranquillus usque homo.
- PROPENDEO**, es, [Pendre. Gal. Pencher deuant ou en auant, estre enclin. Hisp. Mucho inclinarse.] *πέπρω*, inclinor, deorsum uergor, proprieque dicitur de lance in statera præponderante. Cic. 5. Tusc. Qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa: tantum propendere illam lancem putet, ut terram, & maria deprimat. Propendere in aliquem inelinatione uoluntatis. Cic. 2. de Orat. Propendens, demissus, Columel. lib. 7. cap. 12. Propensio animi, inelination. Cicer. 4. de Finib. Qui nulla in re, nisi in uirtute aut uitio, propensionem, ne minimi quidem momenti ad sumantur bonum adipiscendum esse dicere.
- Propendere uero, penult: cor. est diligenter ponderare, aut examinare. Quintilianus. Diligentius repetitas tamquam propendere.
- PROPENSVS**, a, um, [Inclinato molto. Gal. Fort enclin. Hisp. Cosa muy acostada, y inclinada.] *ἄκρῶστος*, uehementer inclinatus, Cic. 3. de Fin. Non solum ad dicendum propensius sumus, uerum etiam ad docendum. Idem 1. Off. si quis est paullo ad uoluptatem propensior: Aliquando idem est quod propendens, siue extensus. Perf. Cum tibi Clauæ Pinguis aqualiculus propensio sesquipede extet. Vbi Cornutus interpres: Cum uentrem habeas ultra sex pedes extensum. Inde Propensa munera, multa, ac magna. Plaut. in Truc. Miles aduenit, natiq. causs. 1. dat propensa munera. Hinc Propensē, ex animo. Lent. ad senatum. lib. 12. Ut hanc conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propensē non credere esse factam.
- PROPERANTIA**, æ, [Affrettazione.] *ἄροσθῆ*, festinatio. Sallust. in Jug. **PROPERATIM**, [Prestamente.] celeriter. Cæcil. Properatim confectum opus. Non.
- PROPERANTER**, [Subitamente. Gal. Hastinements. Hisp. Apresuradamente.] a Properans, *ἄροσθῆ* festinanter. Artius: Remis uixi properanter nauim in fugam trahunt. Lucr. lib. 5.
- PROPERATIO**, [Sollicitudine. Gal. Hastē, auancement, hastinētē. Hisp. prisa.] festinatio. Cic. lib. 2. epist. Ad proparationem meam non nihil interest. Cic. Tironi. lib. 16. ep. Quæ parcius frater perscripserat, uerecundia uidelicet; & proparatione.
- PROPERATO**, [Prestamentē.] festinanter. Tacit. lib. 23. Neque nimis properato Narcissus, ad mortem agitur. Properato opus est; pro Properatē, Cicer. pro Mil. Primum erat nihil; cur properato opus esset.
- PROPERE**, [Subitamente.] celeriter. Sal. Propere consul ducit exercitum. Virg. 6. Aen. Propere exequitur præcepta Sybillæ.
- PROPERITER**, [Subitamente.] Catul. Animula miserrima properiter abiit. Pacuuius Teucro: mihi classem imperat in altum ut properiter deducere. Attius Thelepho, Properiter nauim in fugam trahunt. Nonius.
- PROPERO**, as, [Affrettare, sollicitare. Gal. se haster d'aller ou de faire quel que chose. Hisp. Apresurarsi.] *ἄροσθῆ*, festino, accelero, celeritate uitor. Cic. Cornifi. lib. 10. In patriam omni festinatione properaui. Qui. 10. Met. Sedem properamus ad unam. Virg. 7. Aen. Quem regia coniux Adiungi generum miro properabat amore. Properare item dicitur, qui festinanter aliquid agit, uel dicit. Virg. 1. Geo. Multaq. forent quæ mox cælo properanda sereno, Maturare datur. Nonius: Festinare, & properare ueteres diuiserunt. Cato: Qui unum quid mature transigit, properat, qui multa simul incipit, nec perficit, festinat. Significantia proxima est ueritati, ut sit sæpe animi. Properare studiose. Virgil. lib. 4. Aeneid. Et medijs properas Aquilonibus ire per altum. Et libr. 2. Festinate uiri. Hæc Nonius. Hinc Appropero, iuxta propero. Cic. pro Mil. Qui iter illud ad eandem faciendam appropèrasset. Depropero, uale de propero. Horat. lib. 2. Carm. Impropero, in teo propero, festinanter ingredior. Plin. lib. 16.
- PROPERTIUS**, elegiarum poeta, ex Meuania opido Vmbriz oriundus. Sunt qui scribant eius patrem equestri dignitate ornatum, ac triumphali potestate fuisse: tum inter eos connumeratum, qui L. Antonium secuti, Perusia capta ex Octauij Cæsaris auctoritate, ad aram Diui Iulij perducti, ibidem occisi sunt. Illud omnino constat, hunc Propertium magna ex parte amissis bonis, Româ se recepisse. Aspice me; cui parua domus fortuna relicta est, Nullus & antiquo Martè triumphus aui.
- PROPERVS**, ra, rum, [Veloce, in fretta. Gal. Hastif, sonbdain, leger. Hisp. presuroso, ligero.] celer. Plaut. Properam uideo ancillam uenientē. Itæ properus. Tacit. lib. 11. Ut infidijs incautum, ita itæ properum. Cursus properus, Quid. ep. 16. Gressus properus. Val. Fla. 4. Arg. Pede propero sequuntur duces. Catullus.
- PROPETRO**, as, p. c. est mandare ut aliquid perficiatur, teste Fest. A. etius, Age uero, prope tra, quod cœpisti, fieri.
- PROPHETA**, æ, Prophetes, e, m. g. [Profeta.] *προφήτης*, qui futura pronunciant, a se primum intellecta. Veteres (ut inquit Festus) antistites sanorum, oraculorumque interpretes, prophetas dicebant.
- PROPINO**, nas, *προπινω*, præbibo, poculum prægusto, deinde alteri trado. Plaut. in Curc. Propino magnum poculum, ille bibit. Cic. 1. Tusc. Propino, inquit, hoc pulchro. Criticæ. Mar. lib. 7. Nemo propinat Calliodore tibi. Fun. Satyr. 5. Quando propinat Varro tibi? Propinare salutem, Plaut. Schic. Demosthenes eos, qui patriam produunt, *προπίνων*, τοῖς ἑσπῶις, idest, propinare hostibus, dicebat. Interdum est simpliciter portigere, Terent. in fine Eun. Hunc comedendum, & deridendum uobis propino. Plin. lib. 20. Quidam ad uulæ dolorem cum uino dulci propinant. Propinatio, actus propinandi. Sen. de Benefi. c. 21. Ego ab eo beneficiū accipiam, a quo propinationem accepturus non sum? Propinator: Quid. 1. de Arte.

PROPINQUITAS, *Parintado*. Gal. *Prochaineté, uorsneté*. Hisp. *Cercanidad de parentesco, ò de lugar*.] modo sanguinis coniunctio. Cic. de Ami. Aliscant sibi quasi propinquitare coniunctos. Modo loci uicinitas, Idem 3. Of. Niuis imminebat propter propinquitatem Aegina Piræo.

PROPINQUVS, a, um, [*Propinquo, uicino*. Gal. *Prochain, uoifin*. Hisp. *Cercano como quera*.] *πλάσις*, quod prope est. Teren. in Eunu. Ex meo propinquo ture hoc capio commodi. Nonnumquam, consanguineus, uel sanguine coniunctus. Cicer. ad Cæl. lib. 2. epist. Virginius, propinquus tuus. Hinc propinque. Plaut. in Truc. Adest propinque.

PROPINQVO, as, [*Auicinarfi*. Gal. *Aprocher*. Hisp. *Acercar algo*.] *ἐγγύς*, propinquus sio, prope accedo. Virgil. 2. Aeneid. Iamque propinquam portis. Idem. 6. Aeneid. Nam lux inimica propinquat.

PROPTIABILIS, [*Fauoreuole*.] inquit Nonius, pronus ad propitiandum. Ennius. Animus huic est propitiabilis. Propitiabilis hostia apta propitiationi.

PROPTIIO, as, siue propitiator, aris, [*Fauoreuole*. Gal. *Apaiser*. Hisp. *Azer*.] *προσφορεύω*, propitium reddo, placo. Plaut. in Pœn. Illud faciet, nisi te propinquo. Suet. in Otho. Manes Galbæ, propitiare tentasse. Propitiare aliquid, pro conciliare, seu dare, Curtius lib. 4. Ioue Mineræque uictoriam propitiante. Propitiare animi sollicitudinem, est lenire. Plin. l. 28. cap. 2.

PROPTIUS, a, um, [*Fauoreuole*. Gal. *Propice, favorable, apuis*. Hisp. *Favorable*.] *πλάσις*, placidus, fauensque a Prope, & Ito, itas, ut quidam aiunt. nam qui nobis fauent, prope nos ire consueuerunt. Vel dicitur Propitius, quasi priorus pius, aut porro, idest ualde pius, auctore Nonio. Plaut. in Merc. Tam propitiā reddam, quam cum propitia est Iuoa Ioui. Cicero pro Cælio: Hinc homini ego fortasse deos propitios, plerique autem iratos putabant.

PROPLASTICE, stices, ars faciendi typos argilla, cretave. Ponitur & figurate pro ipsis typis. Plin. lib. 35. capit. 12. Arcefilai proplastice pluris uenire solitam conitar, quam aliorum opera.

***PROPOETIDES**, puellæ Cypriæ ex Amathunte urbe. Ouid. 10. Metamorph.

PROPOLA, x, [*Riuenditore*.] *προπόλις*, qui merces præemit minoris, ut postea pluris uendat, *προ* enim ante *πολίω*, uendo. Cic. in Piso. Paris, & uinum a propola, atque de cupa.

PROPOLIS, huius propopolis, p. c. *προπόλις*, in apum operib, dicitur tertium ceræ fundamentum, ex crassiore, tenacioreque constans materia, frigoris iniuriæque omnes aditus obstruens, fauorsq. stabiliens. Plin. l. 11. c. 7. Prima fundamenta operis Comosis uocant periti, secunda Piffoceron, tertia Propolin, &c.

PROPONO, nis, suis, situm, [*Proporre, proponere*. Gal. *Propofer, mettre au demant*. Hisp. *Anteponer*.] *προτιθημι*, interdum idem est quod ad comedendum appono. Pl. 10. ca. 50. Cœnarum interditiis exceptum inuenio, ne quid uolucrum proponeretur, præter unam gallinam. Aliquando in publico ponere, Plin. lib. 35. Perfecta opera proponēbat in pergula transeuntibus. Aliquando ante oculos ponere, Cicer. de Inuen. Qui leges scribunt, utilitatem reip. proponere sibi debent. Idem lib. 1. epist. Omnibus propositum esse debet cum dignitate ocium. Interdum exponere, & abijcere. Cicer. Titio lib. 5. epist. Homines nos esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit uita nostra. Proponere præmium, est in medio ponere, Cicer. Quis est, qui tantis propositis præmijs non excitetur? Proponere item oratores dicuntur, cum ea, de quibus dicturi sunt, paucis ante enumerant. Idem de Cla. Oratio. Curio, 2. cum tria proposuerat, ut quartum addebat, aut tertium quærebat. Proponere animo, est constituere & deliberare, Seneca: id in primis animo proponendum, ut recte uiuamus.

PROPONTIS, idis, uno nomine dicitur totum illud mare, quod ab Helleponti angustijs ad Thracium usque Bosphorum protenditur. A Propontis sic Propontiacus, a, um, Ouid. lib. 1. Fast.

PROPORTIO, [*Proportione*. Gal. *Proportion, mesure, pareille*. Hisp. *Proporción*.] duarum rerum inuicem facta comparatio. Cicer. de Vniuers. Quæ Græcè *ἀναλογία*, Latine proportio dici potest. Idem 6. Ver.

PROPOSITIO, [*Propositione*. Gal. *Proposition*. Hisp. *Proposición*.] a Rhetoribus appellatur, ad cuius probationem omnia dirigitur argumenta. Ad Her. lib. 2. Propositio dicitur, per quam ostendimus summam, quid sit, quod probare uolumus. Cic. de Inu. Propositio est, per quam breuiter locus is exponitur, quo omnis uis opotet emanet ratiocinationis.

PROPOSITVM, ti, [*Proposito, intentione*. Gal. *Propos, deliberacion, intention*. Hisp. *El proposito que se auerpone*.] *προσπειρεσις, σκοπος, ἐπὶ δεσιν*, dicitur quod mente itatum est, & intentio hominis. Plin. Hoc ei propositum erat, uel superare, uel cedere. Ouid. 10. Met. Propo

sique tenax, quodcumque est, orat, ut Ipsi Indicet. Venuste autem dicimus, quempiam auerti a proposito. Declinare a proposito. Egredi a proposito: Nulla re a proposito deterreri posse.

PROPORRO, [*Oltre à cid*.] præterea. Lucr. lib. 2.

PROPRÆTOR, ris, loco prætoris in prouincia, Cic. 2. de Diu. Bellæ. Proprætoribus administrantur.

PROPRIVS, a, um, [*Proprio, particulare*. Gal. *Propre, & particulier à chacun*. Hisp. *Proprio*.] *ιδιος*, a proprie fit, & dicitur quod peculiare est uniuscuiusque. Hoc enim maxime prope est, quod proprium est. Virg. 7. Aeneid. Hunc mihi da proprium uirgo lata Nocte laborem. Hinc proprietas. Cicer. in Acad. Singularium rerum singulari proprietate sunt. Proprie peculiariter, Cicer. de Orat. Quam proprie de unoquoque dixit. Aliquando pro stabili, diuturno, Sisen. Atqui metu, & suspicionem propriam habere quietem non poterat. Plaut. Atque illum amatorem tibi proprium futurum uita. Idest, perpetuum. Virgil. in 6. Aeneid. Propria hæc si dona fuissent. Dicitur eleganter. Aliquid proprium esse oratori, uel epistolæ, idest, quod maxime obseruari debet, & conuenit oratori, aut epistolæ. Cicer. Qu. Frat. Hoc est epistolæ proprium, ut, is, ad quem scribitur, &c. Idem de Orat. Ornate dicere, proprium ne sit oratoris. Dicitur quoque aliquid esse proprium alicuius, idest, illi adscribi, per translationem. Cic. pro Ros. Amer. Quicquid maleficii, sceleris, cædis, erit proprium id Rosciorum esse debet. Construitur & cum datiuo, Quinct. lib. 2. Propria est nobis mentis agitatio, atque solertia.

PROPRITIVS, [*Propriamente*.] p. p. antiqui dicebant pro proprie, teste Non. Lucr. lib. 2.

PROPTER, [*per*. Gal. *A cause, apres*. Hisp. *Por, ceria*.] *διὰ*, præpositio causam significans. Virg. 4. Aen. Te propter Libyæ gentes, Numidumque tyranni Oderi. tui causa. Aliquando significat prope, Terent. in Ad. Hic propter hunc assistit. Quid. Propter humum uolitat. Sine casu positum, migrat in aduerbium. Cic. 6. Ver. Propter est spelunca quædam.

PROPTEREA, [*Percio*. Gal. *A ceste cause, pour tant, pour ce*. Hisp. *Por ende*.] *διὰ τὸ το*, ob eam causam. Ter. in And. Vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror. Propterea quod idem ualeat, quod ideo quia. Cic. 1. Aca. Si notionem ueri & falsi, propterea quia non possunt internosci, nullam habemus.

PROPVDIVM, *ἀργός*, rem pudendam significat, teste Budæo, quasi porro, idest ualde pudendum, uel a quo pudor & pudicitia procul sint. Propudia uirorum, apud Plin. l. 28. ca. 8. Pla. quoque meretriculam propudium uocat. Hinc propudiosus, a, um, cuius nos meriti pudeat. Sidonius: Abrupto contubernio ancillæ propudiosissimæ, idest impudicissimæ. Gel. lib. 2. cap. 7. Vxorem ducere infamem, propudiosam, criminolam.

PROPUGNACVLVM, [*Rocca, forte, ἄσβεστον, forte*. Gal. *Vn boulenent, & fortresse*. Hisp. *La torre para defender*.] *προβοιά*, est arx, aut alius locus munitus, propugnandæ, idest, defendendæ urbi, uel castris idoneus. Virg. lib. 4. Aenei. Et propugnacula bello Tutā parant. Cic. pro. Font. Propugnaculum istis nationibus oppositum & obiectum.

PROPUGNATIO, [*Difesa*.] Cic. Licinio l. 5. Suscepi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis.

PROPUGNATOR, [*Defensore*. Gal. *Defenseur*. Hisp. *Defendedor*.] *προβόλος*, Liu. l. 4. Reipub. propugnatoribus datis. Cæf. 7. Bell. Gall. A propugnatoribus uacuis relictus locus. Liu. lib. 4.

PROPUGNO, as, [*Defendere con l'arme*. Gal. *Defendre, combattre a Vmcontre*. Hisp. *Defender peleando*.] *προσάχχομαι*, pugnam defendo. Plin. l. 12. c. 19. Propugnantis uingnibus diro uespertilionum genere. Cic. pro Rab. Testor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus ac pro patrijs fanis atque delubris, propugnandum putare. Idem 1. de Iuu. Qui ita se armat eloquētia, ut non oppugnare commoda patriæ, uerum propugnare possis.

PROPYLŒ, sas, [*Cacciare*.] *πρόσχο*, frequen. a Propello, significat arceo, depello, quasi procul pulso. Liu. lib. 1. Cum mœnibus, bellum propulsare posset, in aciem copias educit. Terent. And. quod tu speras, propulsabo facile. Cicer. pro Cluent. Legum præsidio a capite periculum propulsare. Propulsatio. Cicero pro Sylla: Cum huius periculi propulsatione coniungam detentionem officij mei. Propulsator, Valer. Maxi. libro 7. cap. 9.

PROPYLÆVM, xi, Latine uestibulū, uel porticus ante domum. Cic. lib. 2. Offi. Phalerzus Demetrius Perielem, principem Græciæ, uisuperabat, quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa profudisset. Plin. lib. 35. cap. 10. Protogenes cum Athenis propylæum pingeret, &c.

PROPYLÆSTOR, qui questuram extraordinariā gerit, siue qui Questoris auctoritate accepta mittitur in aliquam regionem. Cic. 4. Aca. Cum Alexandria proquestor esset.

PROBA,

PRORA, *prora*, [*Prora, prua. Gal. Le deuant d'un nauire, la proue. Hisp. La prora de la naue.*] *πρῶρα*, interior pars nauis. Liu. 24. Ferrea manus cum iniecta *prora* esset. Virg. 5. Aen. Illisa *prora* pependit. *Prora & puppis*, Prouerbiali metaphora dicitur, de eo, in quo negocij totius cardo uertitur. Cic. ad Tironem. lib. 16. Mihi *prora & puppis* (ut Græcorum prouerbiū est) fuit a me tui dimittēdi, ut rationes meas explicares.

PROREPO, *pis*, p. p. *εἰς πρῶτα*, ultra repo, uel sensim in lucem prodeo. Col. li. 3. ca. 10. Fertiles ac firmæ, quia è tenero prorepunt. Hor. 1. Ser. Sat. 3. Cum proreperunt primis animalia terris.

PRORETA, gubernator in nauis *prora*. Pla. in Rud.

PRORIPPIO, *is*, [*Fugere, sotragersi. Gal. Enir, sen soustaire. Hisp. Huyr, arrebarerse.*] subducit me, uel subtrahit, *ὑπεξήλυθον, ἔπαυτον*, Li. 22. E manibus sacrificantium cum sese proripuisse. Sal. in Catil. Donnum se ex curia proripuit. Virg. 3. Eclo. Quod nunc se proripit ille. Idem 6. Aen. Tandem proripuit sese, atque inimica refugit. In *manibus* uerberiferum. Aliquando pro rapere, Cic. 7. Verr. Iubet unidique uocem hominem proripi.

PRORITIO, *tas*, p. p. [*Inuitare. Gal. Prouoquer, inciter. Hisp. Prouocar, ὁ assomar.*] *πρὸξύνω*, prouoco. Col. lib. 10. Vt pelusiaci proriteti pocula zythi. Aliquando pro allicere, inuitare. Col. lib. 2. c. 10. Lini semen, nisi precium proritat, serendum non est.

PROROGO, *as*, p. c. [*Prolongare. Gal. Prolonguer proroger. Hisp. Estender, ὁ dilatar el tiempo.*] *παρατένω*, protrahō, prolongo. Cic. Appio. li. 3. Illud pugna, & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. Clau. 7. Pane. Prorogat æternam feritas tibi punica famam. Imperium prorogare, est noua rogatione longius proferre. Cic. ad Q. Fr. lib. 1. Si tibi, bellum aliquod periculosum administranti, prorogatum imperium uiderem, timerem animo. Prorogatio, Liu. 8. Prorogatio imperij, & actio honore triumphus. Cic. pro Mur. Confusionem suffragiorum flagitasti, prorogationem legis Manilia.

PRORSVS, & *Prorsum*, [*Affatto, in tutto. Gal. Du tout, tout allement, tout outre. Hisp. Del todo.*] *πρὸνυξ, μέλει, παντελῶς*, omnino. Cice. in Tus. Prorsus hæc diuina sunt. Teren. Eunu. Nescio quorsum eam. Ita prorsum oblitus sum mei. Interdum pro recte, & uere, ut ait Donatus. Ter. in Ad. Prorsus illic alligaueris filium. Quando uero nomen est, significat rectum, unde Prorsu limites dicuntur, in agrorum mensuris, qui ad Orientem directi sunt, ut ait Festus. Aliquando pro Recta ad locum aliquem, Plau. in Mil. Prorsum Athenas protinus abibo tecum. Teren. in Hecy. Trepidari sentio, cursari rursus prorsum. Vbi Donatus, Rursus, proprie retro: prorsum, ante significat.

PRORUMPPIO, *pis*, [*Rompere, ruinare con impeto. Gal. Rompre. Hisp. Romper.*] *διεξελεύω*, effringo. Cæsar lib. 4. Munitionibus proruptis, prius in hostium castris constiterunt, quam plane ab iis uideri possent. Virg. lib. 1. Geor. Rursus in obliquum uerso prorumpit aratro. Ponitur & absolute pro uere, id est cum impetu progredi: Cic. pro Mur. Catilina prorumpet: qua minatur, in agros suburbanos repente aduolabit. Quandoque est euomere, unde prorumpit, effusum. Virg. 1. Aen. Vnde per ora nouem, ualto cum murmure montis It mare prorumpit. Et lib. 3. Interdumque arā prorumpit ad æthera nubē. Quod Seruius exponit pro enomit. Hoc modo Ter. in Eu. usus est Erumpo. Iam ne erumpere licet hoc mihi gaudium.

PRORUO, *is*, [*Far cadere con impeto. Gal. Getter par terre, abatre. Hisp. Mucho derribir, caer con impeto.*] *καταπέσω*, ruere facio, proiicio. Liu. Mare fluminibus inuexit, montes lapsu ingenti proruit. Idem lib. 9. Dolabræ calonibus diuiduntur ad uallum prouendum. Ponitur, & absolute, pro, cum impetu decidere. Val. Flac. 7. Arg. ipsa ui molis, & iræ proruit. Prorure se, prorumpere. Ter. Eu. Foras simul omnes prouunt se. Prorutus, a, um. Liu. 4. Dictator, prorupto gallo, iam in castra praelium intulerat.

PROSA, *is*, [*Prosa. Gal. Prose, oraison coulante. Hisp. Prosa, oracion.*] *πρὸς λόγος*, oratio soluta, quasi profusa. Gel. lib. 10. cap. 18. Extat Theodori tragœdia, in qua eum magis, quam in prosa, placuisse, Higinus refert. Quint. lib. 1. cap. 10. In prosa quædam recepta immutatio. Colum. in Præf. lib. 10. Profam orationē dixit: Prosa (inquit) oratione prioribus subnectitur exordijs. In de Profaius, a, um. Plin. lib. 7. cap. 56. Profaicam orationem condere primus Pherecydes instituit. Est etiam Prosa dez nomen, quæ ad impetrandum facilem partum Romæ colebatur. Gell. lib. 16. cap. 16.

PROSAPIA, *is*, [*Stirpe, prole. Gal. Generation, lignee. Hisp. La generacion, stirpe, linaje.*] *γένος*, siue Prosapies, ei, generis series siue progenies: a Prospando, ut Nonio placet, id est proferendo. Festus, a prospando, id est spargendo & disseminando deductum mauult, quod liberorum procreatione progenies propagetur. Pla. in Cur. De Coclitum prosapia te esse arbitror. Cic. de Vniu. uetus uerbū esse dicit, quod & Quin. asserit lib. 8. cap. 3.

***PROSAPODESIS**, figura, quam Aquila Redditionem uocat. Cum

duabus, aut pluribus propositis sententijs, ratio cuique subiicitur.

PROSCENIUM, *nij*, *προσκήνιον*, locus ante scenam porrectus, ubi pulpitum excitatum erat, quod actores fabularum prodirent. ita ut scena altior eider pulpito. pulpitum altius orcheltra, qui locus erat saltantium. Plau. in Amph. Histriones Nannico in Proscenio hic Iouem inuocarunt. Liu. 40. Theatrum & proscenium ad Apollinis ædem. Virg. 2. Geo. ueteres inuent proscenia ludi.

PROSCINDO, *dis*, [*Fendere. Gal. Couper & inciser auant. Hisp. Alçar barnecho, hunder.*] *ατάνισθω*, sciñdendo aperio, unde dicimus Terram proscindi, (inquit Var. lib. 1. de re ru. ca. 29.) cum primum aratur, quod prima aratione glebæ grandes solent excitari cū iteratur, offringere uocant. Col. 2. c. 17. Quam uelut legem in proscindendis agris sequantur agricolæ. Vir. 2. Ge. Et ualidis terram proscinde iuuenis. Luc. lib. 3. Aeriam ferro proscindere quercū. Proscindere aliquē, per translationē, pro contumelijs lacessere. Plin. lib. 36. c. 6. Mamurta Catulli carminib. proscissus. Idem lib. 33. c. 1. Aurum proscissum conuicijs ab optimis quibusque. Quid. 4. de Pon. el. 16. Summotum patria proscindere luor. Define. Proscissus, s, a, sum, ut, Proscissa terra. Virg. 1. Geo.

PROSCISSO. Col. lib. 2. cap. 13. & lib. 6. cap. 2.

PROSCISSVM, *ssi*, [*Fessura, pertugio.*] subst. pro terra proscissa. Col. 1. 2. c. 2. Bulbulcum per proscissum ingredi oportet.

PROSCRIBO, *pis*, [*Porre a uendere. Gal. Proscrire, mettre en criel, & en uente. Hisp. Dar, ὁ poner para uender.*] *ἐπιγράφω*, aliquid per scripturam uenale propono, & publico, unde Proscriptus, uenale expositum: quia quæ erant uendenda, publice scribantur. Cic. lib. 3. Of. Calpurnius cum cognouisset Claudium ædes postea proscriptisse. Item in exilium mittere, Cic. pro domo. Hinc uos Pontifices tribuno plebis potestatem dabit, ut proscribere possit, quos uelit. Idem pro Ros. Am. Cum proscriberentur homines. Proscriptus, p, a, ptum. Cic. Attic. lib. 16. Ille iocare incipit non proscripta, neque edicta die. Idem ad eundem. lib. 12. Horti quæ in diem proscripti sunt, ad me scribas. Proscriptus, re, egatus. Cic. Verr. Lex Cornelia proscriptum inuare uetat, Hor. 1. Ser. Sat. 7. Proscripti regis Rutuli pus, atque uenenum. Proscriptio, publicatio. Cic. pro Flacco. Emprionces falsas, prædiorum proscriptiones fecisti. Idem pro Roscio Ani. Caueate, ne multo crudelior per uos proscriptio instaurata esse uideatur. Proscriptor. Plin. lib. 7. cap. 12. Ille proscriptor animus, mero & contumelia furens. Proscripturio, *ris*, p. c. Cic. Attic. lib. 9. Syllaturit animus eius, & proscripturit iandū.

PROSECO, *cas*, cui, ctum, [*Tagliare. Gal. Couper, trancher. Hisp. Cortar.*] *διατένω*, seco. Liu. 5. Qui eius hostiæ exta profecuisse. Vale. Flacc. Argon. profecta que partim Pectora. Plaut. Pæn. Venu exta profecarier.

PROSECTA, *storum*, dicta ab antiquis uiscera, quæ in sacrificijs profecuisse. Luca. lib. 6. Laui calido profecta cerebro. Quid. 7. Met. Ambigui profecta lupi. Nonius: Profecta exta, quæ aris datur, ex fibris pecudum dissecta. Inuenitur & in fœm. ge. Lucil. 14. Neque diuo profectam ullam.

PROSEDAE, [*Puteane.*] p. p. dicuntur meretrices, quod ante stabula sedent. Pla. in Pæn. An uis inter istas uersarier Prosedas.

PROSEMINO, *as*, [*Seminare. Gal. Semer. Hisp. Sembrar.*] *διασπείρω*, quasi propago, dissemino, Manilius. lib. 1. Semper enim ex alijs alios, profeminat usus. Cic. 3. de Ora. Profeminatæ sunt quasi familiaræ dissentientes inter se.

PROSEQVOR, *is*, [*Seguir, andar dietro. Gal. Poursuivre, accompagner. Hisp. Seguir de lexos.*] *ἠκολουθέω*, sequor, uel a longe sequor. Plau. Cist. Prosequar hac. Aliquando est cum affectu animi sequi, ut, Prosequor te amore, odio, laude, honore, Cicero in Verr. 4. Ilte iratus hominem uerbis uehementioribus prosequitur, id est, insectatur. Interdum est quasi deducere & comitari. Liu. 2. Decedentem domum cum fauore ac laudibus prosecuti sunt. Cic. pro Clu. Mater exequias illius funeris profecuta. Diuersis alijs modis usurpatur, Plin. epist. 8. Medici, salubres, ac uoluptate carentes cibos blandioribus alloquijs prosequuntur, id est condiunt. Colum. lib. 1. cap. 8. Præmio prosequamur eos, qui strenue, atque industrie se gesserunt.

PROSERPO, *is*, *ere*, [*Rompere, strisciare. Gal. Couler, glisser, se trainer. Hisp. Gatear, ὁ cundir.*] *καθέσπεν*, propero, & proprie proserpere dicuntur serpentes, qui nullis pedibus innixi, per terram deuoluuntur. Plau. in Asin. Fac me proserpentem bestiam. Idem Pæn. Huc aduenisti quasi proserpens bestia.

PROSERPINA, [*Proserpina.*] p. c. *προσεφόνη*, Iouis, & Cereris filia, quæ cum in campis Enneis flores legeret, a Plurone rapta est. Quam cum Ceres diu frustra toto terrarum orbe inuestigasset, tandem a Cyane Nympha rem omnem edocta, petiit a Ioue, ut communem filiam ab inferis sibi reducere liceret, quod ea duntaxat lege impetrauit, si nihil illa cibi apud inferos gustasset,

NNN quare

- quare cum Aſcalaphi indicio palam factum eſſet, aliquot mali punici grana illam guſtaſſe, omnis reditus ſpes illi fuit intercluſa. quod ægre fetens Proſerpina, Aſcalaphum commutauit in bubonem, noctis auem, & tritium ſemper rerum nunciam. Poſtea tamen Ceres a Ioue dicitur impetraſſe, ut Proſerpinae ſenis quotannis menſibus ſecum apud ſuperos, & totidem apud inferos cum marito eſſe liceret. Quod Poetarum commentum Mythologici ad Lunæ naturam referunt, (quam Proſerpinae nomine intelligunt) quæ æquali temporis ſpatio ſuperius & inferius hæmiſphærium illuſtrat. Hæc fere Seruius in illud Virg. 1. Geor. Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem.
- PROSEFEROR**, impetror, Nonius, uerbum antiquum. Luc. 1. 26. Nec minimo proſtertur pax.
- PROSILIO**, ſis, proſilui, proſultum, [*Saltaſt fuori. Gal. Saillir hors. Hiſp. saltar à fuera.*] *ſιάηω*, cum ſaltu & feſtinatione prode. Virg. 9. Aen. Fimbis omnes, Haud mota, proſiluere ſuis. Liu. 2. Prope ac tonitus miraculo rex, cum a ſede proſiluiflet. Hor. lib. 1. Epito. ad Mecænatem. Ennius ipſe pater nunquã, niſi potus, ad arma proſiluit dicenda. Vbi proſiluit, dixit, pro impetu & furore poetico incitatus ſe contulit.
- PROSIMVIVM**, rij, pontificale pomærium, ubi Pont. auſpicabantur. Feſt.
- PROSIVM**, ueteres dixere pro propoſitum quaſi ante ſitum. Feſt.
- PROSTIVM**, dicitur in ſacris, quod proſectum proiicitur. Feſt.
- PROSOCER**, p. c. profoceri maſ. gen. *πρόσχυρος*, qui & Socer magnus dicitur, eſt uxoris mæx auus, ego uero illius ſum progener. Ouid. epi. 3. Cuique ſenex Nereus profocer eſſe uelit. Plin. epiſto. 10. Eram cum profocero meo.
- * **PROSDPON**, *πρόσπον*, inſula non longe a Carthagine. Stepha.
- * **PROSOPOPTIS**, inſula in Delta Nili. Herod. lib. 2.
- PROSPECTVS**, ſus, [*Proſpecto, ueduta, niſta.*] *πρόσψις*, ipſe proſpiciendi actus. Virg. lib. 2. Georg. non animum modo uti paſcat proſpectus inanem. Docet Paul. Iureconf. proſpectum ex inferioribus, & ex ſuperioribus locis eſſe, lumen ex inferiore loco non eſſe. Liu. 10. Non proſpectu modo extra uallum adempto, ſed propinquo etiam inter ſe congregientium conſpectu. Impedire proſpectum, eſt quod vulgo dicunt. Viſum auferre. Cæſ. 4. Bell. Gall. Sepibus denſiſſimis interiectis proſpectus impediretur. In proſpectum populi producere, Cicero 3. Ver. cum eum, quem uirgis ite ceciderat, in proſpectum populi R. produxit. Capere proſpectum, pro conſiderando proſpicere. Liu. 1. Proſpectu in urbem agrumque capto.
- PROSPECTO**, as, freq. a Proſpicio, *πρόσποιμαι*, Virg. 7. Aen. Turbaque miratur, matrum, & proſpectat euntem. Liu. 7.
- PROSPER**, ra, rum, [*Proſpero, felice. Gal. Proſpere, qui donne proſperité, & porte bon heur. Hiſp. Cosa que da proſperidad.*] *σπέρσιος*, & *ἀίμερος*, ſecundus, qui dat felicitatem, & ſpem noſtram implet. Vnde Proſperos deos dicimus, & Proſpera ſydera, quaſi felicitatem imperitentia. hominem autem ipſum, cui omnia ex uoto ſuccedunt, Felicem potius, quam proſperum dicimus. Contra, Fortunam proſperam reſtius dixeris, quam felicem: quem admodum & proſperam ualetudinem, & Proſperos exitus, uel ſucceſſus. Liuius 1. Ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. Cic. Attic. lib. 9. Ego enim non iam id ago, ut proſperos exitus conſequar, Cic. 3. de Nat. Deo. Ad proſperam aduerſamue fortunam, qualis ſis, aut quem admodum uixeris, nihil interſit. Sic proſpera ualetudo, apud Suet. in Cæſa. Proſpera fama id eſt, integra, uel inuiolata. Et Felix aliquando ponitur pro proſpero. Virg. 1. Aen. Sis felix, noſtrumque leues quemcunq; laborem. Dicitur & proſperus, rarium. Cic. lib. 2. de repu. Hominum generi proſperus & ſalutaris. Hinc Proſpere, aduerbium, feliciter, quaſi pro ſpe. Cic. 2. de Nat. Deo. Magnis uiris proſpere eueniunt ſemper omnes res. Proſperitas, felicitas, & ad uotum ſucceſſus. Cic. 3. de Fin. Ariſtoceles, qui uirtutis uſum cum uitæ perfectæ proſperitate coniunxit. Idem 3. de Nat. Deo. Commoditatem, proſperitatemq; uitæ a dijs habemus.
- PROSPERO**, [*Proſperare, felicitare. Gal. Donner proſperité, faire proſperer. Hiſp. Dar proſperidad.*] & *πρωίλω*, ſecundo, proſperum efficiens. Liuius 6. Dij manes populo R. Quiritum uim, uictoriamque proſperetis. Pla. Perſa. Nunc amico meo Proſperabo.
- PROSPERGO**, gis, [*Spargere.*] *ἰατρίω*, aſpergo. Tac. lib. 15.
- PROSPICIENTER**, [*Riguardenolmente.*] prouide. Gel. lib. 2. c. 29.
- PROSPICIO**, cis, [*Proouidere. Gal. Regarder de loing, pour uoir. Hiſp. Proouer, mirar de lexos.*] *πρόσποιμαι*, uideo & longinquo. Virg. 3. Aen. Vaſtoſque ab rupe Cyclopas Proſpicio. Trãſfertur & ad animũ. Cic. pro Mur. Sapiens, ac multum in poſterum proſpiciens uir. Cum datiuo coniunctum ſignificat prouideo, & commodis alicuius conſulo. Ter. in Adel. Ego iam proſpiciam mihi.
- PROSTERNO**, nis, [*Gettaſt a terra, attterrare. Gal. Ruer ju, mettre par terre, abatre. Hiſp. Derribar, echar à tierra.*] *καταβάλλω*, in terram deiicio, proſiigo. Col. lib. 11. cap. 3. Onnem uiridem ſuperficiẽ in ter-
- ram proſternere conueniet. Liu. 9. Omnium egeña corpora humi proſtrauerunt. Saluſt. Proſtratis que militibus fugæ ſe dedit. Abijcere ſe atque proſternere, id eſt, animum deſpondere. Cic. in Parad. Sic te abicies, atque proſternes, ut nihil inter te & Proſtrata religiones.
- PROSTRATVS**, ta, tum, Cic. de Ora. Afflicta & proſtrata uirtus.
- PROSTIBVLVM**, proſtibili, [*Bordello. Gal. Bordean. Hiſp. La puterie, & bordel.*] *πορνείον*, modo locus eſt, in quo proſtrati pudoris meretricis corpore quaeritum faciunt, inde dictum, quod in eo prottent ſcorta. Modo ſcorti abiectiſſimi genus, quod omni pudore poſito proſtabilis, hoc eſt, ante diuerſoria ſedere ſolebat, ut ex aſſiſu aduenarum copioſiorem caperet quaſtum. Plautus in Aul. Bellum & pudicum uero proſtibus populũ. Dicitur & proſtibus, bulæ, Idem in Perſa. Feſtus: Alicariæ meretrices appellabantur in campis ſolitæ ante piſtrina alicariorum uerſari, quaſtus gratia: ſicut ex, quæ ante ſtabula ſedebant, Proſtibus dicitur.
- PROSTITVO**, proſtituis, *ποίσημι*, pudicitiam uenalem habeo, corpus quaſtui expono: proprieque ſcortorum eſt, quæ mercede ſui copiam faciunt, & uiroꝝ libidini obſequuntur. Ouid. 1. Amo. eleg. 20. Turpe tori reditu cenſus augere paternos, Et faciem lucro poſtitiſſe ſuam. Proſtituere pudicitiam, eſt pudicitia ſua nullo pacto parcere, nihilque ſibi turpe putare, quod alterius libidini collibuiflet. Suet. de Ner. capit. 29. Suam pudicitiam uſque adeo proſtituit, ut contaminatis pene omnibus membris, uiroꝝ ac fæminarum inguina inuaderet. Trãſfertur, & ad alia, ut Proſtituere uocem foro, i. ex cauſarum actione lucrum aucupari. Ouid. el. 15. Ingrato uoces proſtituiſſe foro. Proſtitutus, a, um, partici. Plin. lib. 30. cap. 2.
- PROSTO**, proſtas, proſtiti, proſtatum, *ποίσημαι*, pudicitiam uenalem habeo, corpore quaeritum facio. Plaut. in Curcu. Hæ ſaltem in occultis locis proſtant, uos in foro ipſo. Iuena. Saty. 1. Quinãti. Iubet proſtare gladio cinctum Anguli proſtantes, i. prominentes. Lucr. lib. 2.
- PROSVBIGO**, gis, *ὑπεβύτω*, ſuffodio: ut, Proſubigere terram pedibus, Virg. lib. 3. Geo.
- PROSVM**, prodes, proſui, [*Giuare. Gal. Arider, & ſeruir, proſſiter à uicum. Hiſp. Aprovechar, ajudar.*] *ὠφέλεω*, utilitati ſum, quaſi pro aliquo ſum. Teren. in Hecy. Quicquid eſt id quod reliquit, proſuit. Conſtruitur aliquando cum accuſatiuo cum Ad. Liui. 2. Id proſuit ad concordiam ciuitatis. Aliquando cum datiuo. Cicero 4. Academic.
- PROSVMIA**, proſumia, *κατασκόπιον*, genus nauigij leuis ſpeculatoꝝ rij, Plautus: De nocte ad portũ prouectus ſum proſumia. Cæcili. Qui pro gubernatore ſe gerens, prope uertit proſumiam.
- PROTAGORAS**, philoſophus Abderites fuit, aut, ut alij malunt, Teius, uide Philoſtratum, & Laertium.
- * **PROTE**, *πρωτη*, inſula in mari Ionio contra Aetoliam ſita. una ex Stechadibus. Plin.
- PROTEGO**, is, pen. c. protexi, protectum, [*Coprire, & defendere. Gal. Garder, defendre, couvrir. Hiſp. Cubrir eſtendiendo, defender.*] *προσκαλομαι*, tegendo defendo. Cic. pro Sylla. Ego iacentem & ſpoliatum defendo & protego. Ouid. 8. Metam. Ipſa ſuis licet hunc Lætonia protegat armis. Protectus, a, um, Ouid. 2. Metam. Ecce uenit uentis humeros protecta capillis Filia Centauri. Hoc eſt, humeros habens teſtos capillis. Cic. 5. Phil. Sapiencia eſt omni ratione protector.
- PROTELO**, as, p. p. [*Cacciare lontano. Gal. Chaffer loing, regetter loing. Hiſp. Empear a lexos.*] *ἀπέρωγω*, longe arceo, abigo, propello, a Græco aduerbio *τηλότη*, teſte Feſto, quod ſignificat procul. Siffenna lib. 2. Hiſto. ut citat Nonius. Duæ cohortes de ſubſidio procedunt, atque equites protelant. Turpilius Lemnijs, apud eundẽ. Patria protelatum ſæuitia patris, protelare dictis eſt perturbare. Ter. in Pho. Neu te iratus ſuis ſæuis dictis proteler.
- PROTELVM**, ſi antiqui dixerunt, pro iugi quippiam agendi tenore. Lucilius Sa. 6. ut citat Nonius. Quem neque Lucanis oriũdi montibus tauri ducere protelo ualidis ceruicibus poſſunt. Idem libr. 11. Hunc iuga protelo malorum ducere centum Non poſſunt. Lucr. Vndique protelo plagarum continuato.
- PROTENDO**, dis, [*Porgere immanzi, diſtendere. Gal. Eſtendre & alonger. Hiſp. Eſtender antes.*] *πρωβάλλωμαι*, ultra tendo. Ouid. ad Pul. Tu nati protende manum. Virg. 12. Aen. Dextramque precantẽ Pro tendens. Protentus, a, um, Virg. 1. Geor. Hinc a ſtirpe pedes temo protentus in octo. Tac. lib. 14. Eques protentis haſtis perfringit, quod obuium erat.
- PROTERMINO**, as, propago. Apul. lib. 9. Fines proterminaueris.
- PROTERO**, teris, protriui, protritũ, [*Calcare con i piedi. Gal. Forler aux pieds, eſchacher. Hiſp. Hollar con los pies.*] *καταπατεω*, pedibus conculco. Plau. Ego hic te mulier pedibus proteram. Cæſ. 2. Bel. Ciuil. Equitatus hoſtium ab utroque cornu circuire aciem noſtram, & auerſos proterere incipit. Idem 8. Bell. Gall. In fuga pro-

- proteruntur. Ovi. 1. Met. Quacumque ingreditur, florentia proteritur. arua. Protritum, a, um, Liu. 34. Quod maturerat, ne hostes haberent, protritum, & corruptum.
- PROTERREO**, [Spaventare, *ὑπορρέω*, a longe terreo. Virg. 12. Aen. Aduerso proterret equo.
- PROTERVIA**, a, [Lascivia. Gal. Fieret, & arrogante. Hiss. Desuergonça, soberuia.] *ἀκολασία*, petulantia, lasciuia. Luc. Capripedes agitat cum læta proteruia Panas. Quo etiam nomine significatur sacrificium quoddam (ut testatur Macrob.) in quo mos fuit, ut si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur.
- PROTERVITAS**, [Lascivia, superbia,] proteruia. Ter. in Heaut. Quam pene tua me perdidit proteruitas. Cic. pro Cœl. De corruptelis, de proteruitate, de sumptibus, inmensa oratio est. Hor. 1. Carm. Vrit grata proteruitas.
- PROTERVVS**, a, um, [Tristo superbo, maluagio. Gal. Fier & arrogant. Hiss. Desuergonçado.] *ἀσέβης*, petulans, procax, improbus. Includit enim hoc nomen lasciuiam quandam, & libidinem cum superbia coniunctam, animique incontinentiam pronam ad quemuis laceffendum. Cic. pro Cœl. Si uidua libere, propterea petulant ter, diues effuse, libidinosa meretricio more uiueret. Terent. Heaut. Ne ineptus, ne proteruus uidear. Cic. 5. de Finib. Motus, quales proteruorum hominum, aut mollium esse solent. Ouid. 6. Damaret nati facta proterua pater. Ouid. in Ibia. Oculi proterui, Ouid. epist. 16. Manus proterux, Ouid. 12. Venti proterui, Hor. 1. Car. Hinc Proterue, petulanter, procaciter, superbe. Ouid. 1. Amo. ele. 4. Multa miser timeo, quia feci multa proterue. Ter. in Hecy. Proterue iracundus es. Legitur & Proteruiter, Ennius. Pancratiaste, ut citat Noni. Quis est, qui noctis foribus tam proteruiter insultat?
- PROTESILAVS**, unus ex Græciæ principibus, qui ad bellum Troianum profecti sunt. nam quamuis audiuisset auatibus, se primum omnium in bello Troiano periturum, si eo proficisceretur, contemptis nihilominus uaticinijs, una cum cæteris ducibus profectus est. cumque omnium primus & nauis terram exisset, & in Hectorem incidisset, primus Græcorum omnium ab illo est interfectus: unde non sine omine quodam, & futuræ mortis prælagio Protesilaus uidetur appellatus. Ausonius. Protesilæ tibi nomen sic fata dederunt, Victimam quod Troiæ prima futurus eras.
- PROTEVS**, [Proteo.] per duas syllabas, *πρωτοῦς*, deus marinus fuit, ut poetæ fabulantur, Oceani & Tethyos filius, Neptuni phocas in mari pascens, idemque uaticiniorum peritissimus, & in quamlibet formam sese transmutans, quem sic describit Virg. 4. Geo. Est in Carpathio Neptuni Gurgite uates Cæruleus Proteus, magnū qui piscibus æquor. Et iuncto bipedum curru meritur equorum. Hic nunc Emathia portus, patriamque reuifit Pallenem, hunc & nymphæ uen eramur, & ipse Grandæus Nereus nouit namque omnia uates, Quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox uetura trahuntur: Fuit item Proteus Aegypti rex, patria Memphis, qui Pheroni in regnum successit, regnauitque belli Troiani temporibus. Herod. 1. 2. Quæ uero de Protei mutabilitate poetæ sunt commæti, ab Aegyptiorum regum consuetudine uidentur emanasse, illis. n. teste Diodoro, mos erat aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus, quandoque uero arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput unguentum. Hæctum ad decorem spectabant, atque ornatum: tum stuporem ac superstitionem quandam adspicientibus iniiciebant. unde factus locus fabulæ, Proteum in ea omnia, quæcumque capite gerabat, solere transformari.
- PROTINVS**, [Dis subito. Gal. Soudainement, subit, incontinent, tout desuite. Hiss. Lægo.] *ἰωτικα*, statim. Virgil. 4. Aeneid. Protinus ad regem cursu detorquet Iarbam. Quandoque pro deinceps, Idem lib. 3. Georg. protinus aeris mellis coelestia dona Exequar. Quandoque iugiter, continuo, Idem. Traiecto missa lacerto, Protinus hasta fugit. Plin. 1. 5. cap. 9. Originem habet in monte inferioris Mauritanie, lacu protinus stagnante. Quandoque omnino, ut, Cum protinus utraque tellus una foret. Seruius exponit, continua. Ponitur aliquando pro simul: Virgil. 6. Aen. Quin protinus omnia Perlegerent oculis. Aliquando pro statim, Vlpianus. Parui refert, protinus patrono libertus cogatur dare, an per interpositam fideiussoris uel rei personam. Aliquando pro a principio, Celsus. Aliquæ febres protinus a calore incipiunt. Aliquando pro uno eodemque tempore. Virgil. 8. Aeneid. Protinus Arcadia gelidos inuisere fines. Cum autem additur negatio significat non ideo. Quint. Non, & quicquid præcipuum necessario est, sic ad efficiendum oratore maximi protinus erit momenti. Protinam ueteres, dicebant, in eadem significatione: quod & Festus annotauit. Terent. in Phor. Hinc me conijcerem protinam in pedes. Vbi Donatus: Protinam, fuit, & sic Nigidus legit. Protenus uero, per secundam uocalem in penultima, ex Porro, & Tenus compositum, idem ualet quod procul, siue usque in locum longe distitum. Virgil.
- eclog. 1. En ipse capellas Protenus æger ago. Sic enim legit Caper quamuis in uulgatis quibusdam exemplaribus Protinus legatur.
- PROTOCOLVM**, quod breuiter & succincte a tabellione notatur, ut postea per orium, quoties opus sit, latius possit extendi.
- PROTOGENES**, pictor nobilis, patria Caunius. Plin. lib. 35. c. 10.
- ***PROTOGENIA**, Deucalionis, & Pyrrha filia. Et item una ex Erichthæi filiabus.
- PROTOLLOIS**, [Differire, prolongare. Gal. Differer, prolonger. Hiss. Estender en luengo, differir.] *ἀπαλλάω*, differo. Gel. lib. 3. cap. 16. Neque ultra decimum mensem fœtura mulierum protolli potest. Plautus in Caf. Protollo mortem mihi. Ponitur & pro extendo. Idem in Pseud. Magnum protollet.
- PROTRAHO**, [Tirar fuera, prolongare. Gal. Mettre & tirer en auant par force. Hiss. Retraher, traher a fuera.] *ὑποσπῶ*, in lucem, seu in conspectum traho. Liu. 28. Nudi in medium protrahabantur. Cicer. 6. Verr. in conuiuium Sext. Cominium protrahi iussit. Protrahere ad iudicium, Liu. 33. Verum protrahere alicunde. Lucre. libro primo, Protrahere, augere. Val. lib. 1. capitu. 5. Ut rapacissimi uictoris insolentiam dicti timore protraheret. Protrahere, differre. Suet. in Ner. Ut stipendia militum, protrahi ac differre necesse esset. Sen. in Herc. fur. Et longa fame Mors Protrahatur lenta.
- PROTRIMENTA**, rum, dicuntur edulia minutim trita.
- PROTRIPPVM**, pi, p. c. Plin. lib. 14. c. 9. Inter genera potuum ponere de beo protropum. ita appellatur a quibusdam mustum sponte defluens ante, quam calcetur uinx. Col. lib. 12. cap. 27.
- PROTRVDO**, dis, [Spingere. Gal. Pousser en auant. Hiss. Empuxar, reboluer.] impello, quasi porro trudo. Cic. de Fato: Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, uolubilitatem non dedit. Luc. lib. 4. Moles protruditur, atque mouetur.
- PROTRVBO**, as, [Cacciare. Gal. Chasser, getter hors par force, repousser. Hiss. Empuxar.] *ἀπειδῶ*, propello, abigo, arceo. Plin. lib. 11. cap. 16. Apes pigras & ignaues proturbat. Colu. lib. 6. cap. 37. Admissilium calcibus proturbat. Virg. 10. Aene. Telaque conijciunt proturbantque eminus hostem. Liu. 5. Missilibusque saxis proturbare hostes.
- ***PROTRVVS**, uiri Phocensis illustis nomen: qui Massiliam condidit. Plutarchus in Solone auctor.
- PROTRVVM**, pi, in typi uicem formatum. Plin. 1. 35. cap. 12.
- PROUEHO**, is, [Menar longi, menar oltra. Gal. Porter auant, pousser en auant, auancer. Hiss. Lleuar a lexos.] *ὑποσπῶ*, ulterius ueho. Plaut. in Rud. Prouehi: a uelut non quiui miser. Liu. 30. Naues prouectas in altum incendi iussit. Cic. 8. Phil. Agrestes homines inani spe ad aquas usque Puteolanas prouehuntur. Virg. 7. Ae. Cum prouectus equo. Ratem prouehere per freta, Val. 4. Arg. Virg. 3. Ae. Prouehimur pelago uicina Cæraunia iuxta. Prouehi longius in scribendo, uel orando 3. de Fin. Sentio me esse longius prouectum, quam proposita ratio postulat. Paulo longius oratio mea prouecta est: pro Rosc. Com. Virg. 3. Aeneid. Quid ultra Prouehor, & fando surgentes demoror Austris? Cicer. ad Brutum. Sed prouehor amore. Prouectus natus, uergens ad senium. Cicer. in Cato. Colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen ætate prouectum.
- PROUENIO**, [Comparis, uscir fuori. Gal. Venir en auant, apparoir. Fre. Hiss. Acaeser, salir a fuera.] *ὑποσπῶ*, prodeo. Plaut. in Pseu. Qui in scenam prouenit nouo modo, aliquod nouum inuentum afferre addecer. Interdum gigni, nasci. Plin. lib. 9. c. 10. Neque ibi aliud animal prouenit. Aliquando crescere, & felicitate cumulari, Plaut. in Tru. Recte prouenisti. Vnde Prouentus, reditus, & non tantum bonarum rerum, sed etiam malarum. Plaut. Calamitatum, & miseriarum tot prouentus. Prouentus, pro successu. Cæsar. lib. 2. Bel. Ciu. Multum ad hanc rem adiuuat adolescentia superio ris temporis prouentus.
- PROUERBIVM**, bij, [Prouerbio. Gal. Prouerbe, an dit comun. Hiss. El refran.] *ὑποσπῶ*, accommodatum rebus temporibusque adagium, omnium in ore uersans. Et modo est simplex, ut, Obsequium amicos, ueritas odium parit. Modo obscura, & aliud significans, quam uerba exprimere uideantur. ut Equus Seianus. Cicer. 4. Academ. Videtur, ut in prouerbio sit ouorum inter se similitudo? Idem de Senæ. Pares cum paribus, ueteri prouerbio, facillime congregantur.
- PROUIDE**, [Conprudenza. Gal. Auee prouoyance. Hiss. Proueidamente.] *ἐν ὑπονοίας*, caute, prudenter, Plinius libro 10. capit. 33.
- PROUIDEO**, des, secunda syllaba corr. [Antiuedere, prouedere. Gal. Pre uoir de loing quelque chose a uenir. Hiss. Mirar de lexos.] *ὑποσπῶ*, ante, uel a longe aliquid uideo ante, quam sit factum. Plin. Hoc sapientis est, omnia quæ uentura sunt, prouidere. Cicer. lib. 2. de Diuinati. Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet, tempestates gubernator. Quoniam uero ea, quæ prouidemus, si

- mala sunt, aut uitamur, aut emendamus, factum est, ut prouidere, modo uitare significat, siue cauere, ut apud Ter. in An. quæ si nō actu prouidentur, me, aut herum pessumdabunt. Modo prospicere, considerare. Cic. Satis iam omnibus, quæ necessaria erant, prouisum putabant. Prouidere rebus necessarijs, est res necessarias cōparare. Cic. prouidere rei frumentariæ, Cæs. 5. Bel. Gal. prouidere rem frumentariam. Idem 6. Bel. Gal. Prouidere in hyemes pabulum. Plin. l. 8. c. 38. prouisum hoc legibus, id est cautum. Prouisum a dijs immortalibus. Cicer. 2. de Nat. Deo. Prouisus, a, um, Colum. 9. cap. 8. Quibus prouisus, sequitur ut examina delideremus. Prouisus, us, Tacit. lib. 18. Dispositu prouisusque ciuiliu rerum peritus. Prouisio, Cic. 3. Tusc. Multum potest prouisio animi & præparatio ad minuendum dolorem. Prouisor, Horat. in arte: Ut ilium tardus prouisor, prodigus eris. Prouidens, tis, prouidentior, prouidentissimus, prudens, qui præuidet futura, & cauet. Cic. 7. Verr. Obsignat signis amicorum prouidens homo. Idem App. Pulchro lib. 3. Id mihi & ad breuitatem est aptius, & ad reliquas res prouidentius. Plin. ep. 82. Hanc de me fiduciam, prouidentissimi uiri. Hinc prouidentia, prudentia. Cic. Id sapientis est, prouidere: ex quo sapientia appellata prouidentia. Idem 2. de Nat. Deo. Talis mens mundi cum prudentia, uel prouidentia appellari recte possit. Quidam Prudentiam a prouidentia distinguunt, ut Prudentiam dicant in rebus humanis, Prouidentiam in diuinis. Alij prudentiam definiunt, rerum bonarum, & malarum, & utrarumque scientiam: Prouidentia uero per quam futurum aliquid uidetur ante, quam factum sit. Cic. 1. de Legib. Quæ uirtus ex prouidendo est appellata prouidentia. Prouidenter, Cic. de Natu. Deo. Sanctissime & prouidentissime constituta.
- PROUIDVS**, [Prudente. Gal. Diligent. Hisp. Proueido.] *πρόνοος*, prudens, solers, qui non modo præsentia, & quæ ante pedes sunt, sed etiã futura prospicit. Cic. pro Roscio Am. Parum putantur cauti, prouidique fuisse.
- PROUINCIA**, *π*, [Prouincia. Gal. province. Hisp. Prouincia.] *ἐπαρχία*, proprie dicitur regio extra Italiam bello acquisita. Scribit enim Hegesippus, Romanos cum in ius suum uincendo redigerent procul positas regiones, appellauisse Prouincias. Primo omnium Sicilia prouincia est appellata, ut docet Cic. 4. Ver. Ouid. 1. Fast. Redditaque est omnis populo prouincia nostro. Prouinciarum alix consulares, alix prætorix. Redigere autem regiones in prouinciæ formam, nihil aliud est, quam regionem subijcere imperio Romano, & ad eam gubernandam mittere Præfectum. Cic. pro Flacco: Cum prouinciam Asiæ consulari imperio obtineres. Deponere prouinciam, in Pisonem. Translate prouincis munere siue onere. Terent. Phormio. Prouinciam cepisti dutam. Idem Heaut. Huic nostro tradita est prouincia. Cic. 6. Verr. Ferebat grauius illam sibi ab isto prouinciam datam.
- PROUINCIALIS**, & hoc le, [Della prouincia. Gal. De prouince. prouincial. Hisp. Cosa pertenescente a prouincia.] *ἐπαρχικός*, quod ad prouincias attinet: ut Scientia prouincialis, quæ de prouinciarum administratione est. Cic. ad Q. Frat. lib. 1. Negocia prouincialia, ad Attie. lib. 2. Viri prouinciales, Idem ad Q. Fra. lib. 1. Hospitia prouincialia. 4. in Catil. Prouinciales qui ex prouincijs sunt, siue (ut Vlpianus inquit) qui in prouincijs domicilium habent. Prouincialium nomine omnes populo Romano subditi, præter Italicos appellabantur. unde Colum. lib. 5. cap. 4. Caput facit de agri cultura prouincialium uinearum, cum alibi de Agricultura Italicarum scribat.
- PROUINCIALITIM**, per singulas prouincias. Suet. in August.
- PROUIO**, is, duo significat, ait Donat. Ad uidentum ire, & procedere. Terent. in Andr. Prouiso, quid agat Pamphilus. Idem in Eunuchi.
- PROUIVO**, [Viueret.] uitam protraho. Tacit. lib. 5.
- PROUOCO**, as, p. c. [Prouocare, inuitare. Gal. Hucher de loing. Hisp. Llamar de lexos.] *ἐκκαλέω*, ex ædibus, uel ex loco interiori foras uoco. Plaut. in Pseud. Herus si domi est tuus, quin prouocas? Aliquando est in aliquod certamen uocare, siue ludendi, siue lædendi gratia. Hinc prouocare ad pugnam, Prouocare ad certamen, Prouocare in aleam, Prouocare minimo. Hor. 2. Ser. Sary. 3. Crispinus minimo me prouocat, digito scilicet. Solemus enim dicere, nos tantum digito ualere, quantum alius brachio. Liu. lib. 7. Gallus prouocat unum ex Romanis, qui secum ferro decernat. Prouocare aliquem litteris. Cic. Mario tuis amantissimis litteris sum prouocatus. Prouocare aliquem iniurijs. Plin. Iunior in epist. Multis prouocatus iniurijs, numquam tamen ab amicitia recessi. Aliquando prouocare, est maioris iudicis, potestatis uel opem implorare. quod & Appellare dicimus: habetque accusatiuum cum Ad. Cic. Acti. Cum alter senatum prouocasset, alter appellasset tribunos. Aliquando sine Ad. Liu. lib. 3. Ait se prouocare populum, implorare leges de prouocatione. Quint. in 10. elegia. Græcos prouo-
- camus. i. quasi certi de uictoria, in contentionem uocamus. Hinc prouocator, qui alterum ad certamen prouocat. Cic. pro Sextio: Cum alios Samnites, alios prouocatores fecerit. A quo Prouocatorius. adiec. ut Prouocatoria dona militaria, quæ meruit prouocatus. Gel. lib. 2. ca. 11. Populi militaria bona habuit multiuuga in his prouocatoria pleraque. Appellatio autem prouocatioque. inuenit pro remedio aduerfus iniurias magistratum.
- PROUOLO**, as, [Volare, correre uelocemente. Gal. S'enouler, s'enaller hastivement. Hisp. Valar à lexos, correr ligeramente.] *σπορτάω*, auolo, ulterius uolo. Plin. l. 10. Vniuersæ prouolant. Liu. l. 2. Per translationem pro procuro posuit, Inensis hastis prouolant duo Fabij. Idem lib. 3. In locum uicem que consulis prouolat.
- PROUOLVO**, uis, [Rouolgere. Gal. Rouler auant soy. Hisp. Reboluer.] *προκυλάω*, uolueho protrudo. Liu. Ingentia laxa in subeuntes prouoluentibus barbaris. Ter. An. Iam ego hunc in mediam uiam prouolam. Prouoluere se ad genua alicuius, est sese humi supplicem prosternere. Liu. 34. Legati flentes ad genua consulis prouoluntur.
- PROUOLVO**, [Secundo obe. Gal. Selon que, ainsi que. Hisp. Como.] perinde ut, uel ut. Cic. Att. Tuas litteras, pro ut res postulat, expecto. Idem Verr. Pro Thermitani hominis opes se rebant.
- PROXENETA**, *π*, licitator, conciliator, siue interpres duorum inter se stipulantium, aut spondentium, aliumve quemuis contractum, conuentumque inuentum a *προξενέω*, quod est conciliatorem contractuum ago. Martial. lib. 10. Vatiniorum proxeneta fractorum.
- PROXIMO**, [Auicinare.] appropinquo. Cic. de Nat. Deo. Capiti equi proximat Aquarij dextra.
- PROXIMVS**, [Vicino.] superlatiuum sine positiuo, quod modo de loci propinquitate dicitur. Cic. Attic. Proxima est huic municipio Antiacium ciuitas. Et alibi ad eundem: Proximus est uicinus, modo de temporis propinquitate: tam de præterito, quam de futuro. Cic. Furnio; Scilicet id agatur, utrū hac petitione, an proxima Prætor fiat: id est proxima futura. Cic. pro Pōpeio: Qui anno proximo legari fuerunt: id est anno superiore. Modo uicinitatem sanguinis denotat. Idem de Inuen. Quinque tyrannos proximos cognatione necato. Idem in Verr. Cum hæc omnia tuis proximis plana fecero.
- PRUDENS**, [Prudente, saputo. Gal. Prudent, & sage. Hisp. Prudente, sabio.] *πρόβλος*, sagax, prouidus, multarum rerum peritus. Cic. de Ora. Vir natura peracutus, & prudens. Idem de Cla. Ora. L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens. Interdum prudens idem est quod sciens, & data opera aliquid faciens. Plautus Capt. Plus insciens fecit, quam prudens boni. Cic. Att. Ne prudens & sciens eo te demittas, unde exitum uides nullum esse. Differunt autem hæc duo, Prudens, & Sciens, secundum Donatum: quod prudens est, qui intelligentia sua aliquid cognoscit, Sciens, qui alterius iudicio rem percipit: id est prudens per se, sciens per alios. Terent. in Eun. Et prudens sciens, uiuus indensque pereō. Omitto prudens, id est sciens, & de industria. Plin. lib. 10. cap. 29. Multa similia, quæ prudens subinde omitto. Prudens pro sciens, cum infinitiuo. Plin. l. 8. c. 31. Euomit fel suum, ad multam medicamenta utile, ite coagula ad comitiales morbos: ob ea se peti prudens. Interdum accipitur pro genaro, perito, docto, unde iuris prudentes dicimus, id est, consultos & peritos iuris. Cic. de Amic. Acilius prudens esse in iure ciuili purabatur. Prudens adulandi. Iuuen. Sat. 3. Cic. de Clar. Orato. Stoici prudentissimi in differendo.
- PRUDENTIA**, *π*, [Prudentia. Gal. Prudence, sageffe. Hisp. Prudentia, sabiduria.] *πρόνοια*, est rerum expetendarum (ut inquit Cic. 1. Officio. fugiendarum uel scientia. idem de Finib. Vt medicina ualeitudinis, sic uiuendi ars est prudentia. Idem de Sen. Temeritas est florētis ætatis, prudentia Senectutis. Prudentiæ insunt ratio, intellectus, circumspectio, prouidentia, docilitas, cautio.
- PRUDENTER**, [Prudentemente. Gal. Prudentement, sagement. Hisp. Prudentemente.] Cic. 5. de Finib. Facit prudenter, qui audire de summo bono uelit.
- PRUINA**, *π*, [Brina, rugiada. Gal. Gelee. Hisp. La elada, o yelo que que ma.] *πράχνη*, a perurendo: quod fruges & uirgulta perurat. Cic. 1. de Natu. Deor. Pars obrigit niue, pruinæ. Virgil. 2. Georgi. id uenti curant, gelidæque pruinæ. Idem lib. 3. Georgi. Stant circumfusa pruinis Corpora magna bouum. Cic. in Catil. Quo pacto Apenninum, atque illas pruinæ, ac niues perferrent.
- PRUNÆ**, [Braxia. Gal. Braise de feu, brasier. Hisp. La brasa, carbon.] *αἰθρακία*, a carboue ita distinguitur, quod illa ardens sit, & uiua, carbo autem extinctus. dicta pruna a perurendo. Vir. 5. Aen. Subijciunt ueribus prunæ, Hor. 1. Ser. Sat. 5. Latum clauum, prunæque bacillum.
- PRUNVS**, ni, [Pruno, fusino.] *κοκκύμυλος*, arbor quæ pruna prouoducit, Collumell. libro 2. capitu. 2. Multa sunt, quæ & dulcem terram

terram, & frumentis habilem significant, ut, ebulum, rubi, pruni siluetres. Virgil. 2. Georg. Prunus lapidosa rubescere corna. Huius arboris fructus Prunum dicitur. Martia. lib. 13. Pruna peregrinae carie rugosa senectae Summe: solent duri soluere uentris onus. Virgil. 4. Georg. Eduramque pyrum, & spinos iam pruna ferentes.

PRURIO, is, [Prurire. Gal. Se demanger. Hisp. Tener comezon.] κνιθουαι, quasi peruror. Est enim prurire proprie libidine scilicet ardere, excrementis spirituosus, sibi per poros exitum quaerentibus. Pla. Pœn. An dentes pruriunt? Idem Mil. Dorsum totum prurit. Prurire item interdum foedae significationis uerbum est, idem significans quod genitalium partium pruritus excitare, & rei uenerae appetitum gignere. Mart. lib. 14. de Puella Gaditana. Tam tremulum crissat, tam blandum prurit, ut ipsum Mastupratorem fecerit Hypolytum: Catul. in Gelliam, Epigram. 83. Quid facit is Gelli, qui cum matre, atque sorore, Prurit & abiectis peruigilat tunicis?

PRURITVS, us, [Prurito. Gal. Demangement. Hispanice. La comezon.] κνιθουαι, sensus leuis mortificationis circa cutem, ad scilicet pendum nos inuitans. Plin. libro nono, capit. 45. Vis pruritus mordax.

PRURIGO, [Prurito,] pruritus. Columel. lib. 7. cap. 5. Plin. lib. 20. cap. 8.

PRUSA, opidum Bithyniae, a Prusa rege, qui cum Cypro bellum gessit ad radices Olympi montis conditum. Str. lib. 12. Quamuis Pl. lib. 5. cap. 32. ab Annibale conditum uelut.

PRUSTAS, adis, urbs Bithyniae, olim Caius dicta, a Prusa rege condita.

PRUSTAS, rex Bithyniae, apud quem Annibal exulauit, postquam uictus a Romanis, tamquam rupti foederis auctor, deposcebatur ad penas. Fuit ante hunc & alter Prusias Bithyniae rex, qui cum Cypro bellum gessit, & Prusam urbem ad Olympum Myrium condidit. Str. lib. 12.

* **PRYMNESIA**, πρυμνησια, urbs Mæoniae in finibus Lydiae, Phrygiae ac Mysiae. Ptol. lib. 5. c. 2.

* **PRYMNOS**, us, πρυμνω, nympha marina, Oceani, & Tethyos filia. Hesiod. in Theogonia.

PRYTANEVM, πρυτανειον, locus erat Athenis in arce, ubi iudices & magistratus habere consilium solebant. In Prytaneo item aedificium publice bene meriti de rep. qui honos Athenis maximus habebatur. Cic. lib. 1. de Orat. Et ut ei uictus quotidianus in Prytaneo publice praebetur.

* **PRYTANIS**, πρυτανις, summus Athenis magistratus erat, qui reipub. administrabat.

P A N T E S

PSALLO, lis, [Cantare. Gal. Canter. Hisp. Cantar.] uerbum est mere Graecum, idem significans quod cano, siue id ore fiat, siue instrumento musico. Vnde Budæus illud Gell. lib. 19. cap. 9. Qui cauerent uoce & qui psallent, interpretatur, citharam pulsarent. Horat. 2. epist. 1. Pinguis, atq. Psallimus, & luctamur Achuis doctus unctis. Idem 4. Carm. Ode 14. Ille uirentis, & Doctæ psallere Chiae: Pulchris excubat in genis. Cic. in Catil. Qui non solum amare, & amari, neque cantare, psallere, sed etiam sicas uibrare, & spargere uenena didicerunt.

PSALMVS, mi, [Salmo,] Latine canticum a ψαλλω, canto.

PSALTERIUM, rij, Latine Organum laudatorium. & est, (ut Hieronymus scribit) in modum quadrati clypei cum decem chordis, sicut scriptum est: In psalterio decem chordarum psallite illi. Idem in expositione Psalmorum sic ait: Psalterium proprie genus organi musici, melius sonans, quam cithara similitudinem habet citharae, sed non est cithara. Inter Psalterium, & Citharam hoc interest, quod cithara deorsum percutitur: Psalterium uero sursum. Et alio in loco: Cithara deorsum habet cauam. Augustinus: Psalterium est organum, quod quidem manibus portatur percipientis, & chordas distinctas habet, sed illum locum, unde sonum accipiunt chordae, illud concavum lignum, quod pendet, & tactum resonat, quia accipit aerem, Psalterium in superiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni cauum & resonans in inferiore parte habet. Cicer. de Harusp. resp. P. Clodius a muliebribus soleis, a strophio, a psalterio, a stupro factus est repente popularis. Quint. lib. 1. cap. 10. Nec psalteria, etiam uirginibus probis recusanda.

PSALTRIA, e, cantrix, quae scilicet instrumento aliquo musico canit: a Latinis Fidicina dicitur, quasi fidibus canens. Terent. in Adel. Isthæc iam penes uos psaltria est: Cic. 3. Tul. Qui in coetum mulierum pro psaltria adducitur.

* **PSAMATHE**, fons apud Thebas. Val. Flac. 1. Argon.

* **PSAMMATHVS**, Laconiae opidum. Steph.

* **PSAMMICHVS**, nomen regis Aegypti. Herod.

PSEÇAS, cadis, [Gocciola. Gal. Vne goutte. Hisp. Gota.] ψευδης, gutta siue stilla dici potest. Appul. de Mundo ex Aristotele, psecaes interpretatur stillicidia. Micæ auri inter arenas lucentes. Psecaes

dicuntur ancillæ quoque quæ delicatarum matronarum capillos medicamento suo conspergunt, a Graecis hoc nomine appellatae sunt.

PSEGMATA, [Fior di rame,] ψευγμα, flos æris, Plin. lib. 34. cap. 13. In æriis officinis & psegmata fit.

* **PSEVDARTACE**, collis Scythiae, post montem sacrum. Steph.

* **PSEVDOCORASIVM**, litus magnum inter Corycium, & Seleucam Isauricam. Steph.

PSEVDOTHIRVM, [Porta segreta,] quasi falsum ostium, Cic. in Ver. & Orosius.

PSEVDORVANA, ædificia, dicuntur a Vitruuio ædificia rustica, urbana elegantia extructa.

PSEVDVLYS, falsus seruus. unde & Plautinae fabulae nomen inditum.

PSILOTHRVM, ψιλοθρον, unguentum depilatorium, quo mulieres uiriq. molliores utebantur, ut corpus glabrum, & laene redderent, a ψιλοω, nudo. Mar. lib. 6. Psilothro nitet, aut arida latet oblita creta. Psilothrum praeterea dicitur uitis alba, quod eius semen & uua uitia cutis in facie detergat, & quasi faciem depilet. Plin. lib. 23. cap. 1.

PSIMMITHIVM, [Cerussa,] quam nos cerussam nominamus. Plin. lib. 22. cap. 18.

PSITTACVS, ci, [Papagallo. Gal. Un papageay, un parroquet. Hisp. Papagaio.] ψιττακος, ψιττακη, auis ex India, aut occidui Oceani insulis, uocem humanam miro naturae artificio exprimens. M. lib. 14. Psittacus a uobis aliorum nomina disco, Hoc per me didici dicere, Caesar aue. De hac aue Appuleius. lib. 2. ad disciplinam humani sermonis facilius est psittacus, glande qui uescitur, & cuius in pedibus, ut hominis, quini digituli numerantur. Non enim omnibus psittacis id insigne, sed illud omnibus proprium, quod eis lingua latior, quam ceteris auibus, eo facilius uerba hominis articulantur, patentiore plectro, & palato. Plin. lib. 10. ca. 42. & Var. 3. de re rust. c. 9.

* **PSOPHIS**, ψωφισ, Arcadiae ciuitas. Oui. 5. Met.

PSYLLI, ψυλλοι, populi Libyae prope Garamantes, a Psyllo rege dicti (ut inquit Plin. lib. 7. cap. 2.) quorum corpori ingens fuit uirus exitiale serpentibus. Scribit Plutarchus, Catonem iter per deserta Libyae facientem, secum Psyllos duxisse, qui morsibus serpentum mederentur, partim ore trahentes uenenum, partim serpentes cantibus medicantes. Meminit horum & Hero. lib. 4. Silius item lib. 1. & Luc. 1. 9. Gel. 1. 16. cap. 11.

P A N T E T

PTERYGIUM, in oculis uocatur neruosa quaedam adnatae membranae ex crescentia, a maiori angulo ut plurimum orta, ad oculi coronam ita procedens, ut interim & pupillam operiat. Plin. l. 34. c. 10. At. Celsus l. 7. Pterygium dixit esse, cum recedit ab ungue caruncula cum magno dolore.

PTISANUM, πτισανον, hordeum decorticatum, uel hordei cremor, siue pultis genus ex farina hordeacea, in quo est maxima uis restaurandi uires, & nutriendi. Plin. l. 18. c. 7. & lib. 2. cap. 25. Latini uocis huius primam syllabam corripunt, altero. f. ex Graeca uoce abiecto. Mart. l. 12. Frumentum milium, ptisanam, fabanq. solebas Venderi.

PTISANARIUM, uas, in quo coquitur, uel tunditur ptisana. Hora. lib. 2. Ser. Sat. 3. Tu cessas agedum sume hoc ptisanarium oryze.

PROLEMAEVS, πολεμαιος, nomen proprium Lagi gregarij militis filij, qui maximæ auctoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem. Post cuius mortem Aegypto, & Africa, & magna Arabiae parte potitus, regnauit annis quadraginta. A quo deinceps Aegyptij reges, Ptol. appellati sunt.

PROLEMAIS, maidis, uel maidos, opidum in ora Rubri maris, ad primos elephantorum uenatus, a Ptolemaeo Philadelpho conditum in regione Troglodytarum. Plin. l. 2. c. 73. Est & Prolemais urbs Aegypti apud Strabonem. lib. 17. Item Phoeniciae urbs, Colonia Claudij Caesaris. Plin. l. 5. cap. 19. Harum quinque urbium meminit Hieronymus ad Eustoichium.

P A N T E V

PVBEO, bes, [Esser giouane, cominciar a mandar fuora li primi peli. Gal. Estre en fleur d'age, de douze à quinze ans, commencer auoir barbe. Hisp. Gomenzar a barbas, ser en edad de puberdad.] ψιβω, pubes sum: proprie ad adolecentulos dicitur, qui primam circa pudenda lanuginem emiserunt: quamuis etiam ad alia transferatur: ut, Pubentes herbae, apud Vir. 4. Aen. Vbi Seruius: Pubentes, quia alix sic cae, alix uiridiores leguntur. Idem 3. Geor. Pubentesq. secant herbas. Vbi rursus Seruius, Pubentes, adultas.

PVBESCO, cis, a Pubeo, lanuginem emitto. Virg. 3. Aen. Et nunc aequali tecum pubesceret æuo. Cic. 1. Offi. Herculem Prodicus dicit cum primam pubesceret, exisse in solitudinem. Interdum proficere. Cic. lib. 1. de Nat. Deo. Quibus omnia quæ terra gignat, maturata pubescant. Virg. l. 2. Gc. Hinc omnis largo pubescit uinea foetu, id est exuberat.

- animum reprimat, ne turpiter quid peragat. Cur autem erubescant, quos puduit, causam tradunt Philosophi, quoniam pudofactis sanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur, ita ut superficiem occupet. Pudor a uerecundia sic separatur a quibusdam, ut pudor sit rei turpiter acta: uerecundia etiam recte facti, atque honesti. quæ tamen differentia uera non est. Cicer. pro Clu. Ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor, non pudicitia non pietas reuocaret. Plin. lib. 11. cap. 37. Pudoris in malis sedes. Ouid. 1. de Arte. Este procul uitæ renes, insigne pudoris. Erant enim uitæ matronarum ornatus. Hor. 1. Serm. Saty. 6. Infans neque pudor prohibebat plura profari. Ouid. epist. 16. Fines transire pudoris. Pudor etiam pro scelere & probro, uel dedecore sumitur. Ouid. epist. 11. Irruit, & nostrum uulgar clamore pudorem.
- PUELLARIS**, & hoc lare, [Fanciullesco. Gal. De filetté. Hisp. Cosa perteneſciente à moça.] a puella deductum, ut a puero puerilis. Quinct. Tum ætate puellari. Plin. lib. 10. cap. 55. Livia Augusta hoc uſa est puellari augurio. Ouid. Faſto. Præda puellares animos oblectat inanis. Puellariter. Plin. epist. 163. Dum se prægnantem puellariter nescit.
- PUELLASCERE**, effæminari. Pacuuius: Puellascunt lasciuia adolescentens. Aliquando reuireſcere, & quasi ad puellarem ætatem re dire. Varro apud Nonium. Veres puellascunt.
- PUELLULA**, æ, dem. a puella. Catul. in epith. Iuliaz. Floridâ ipse puellulam Matris e gremio suæ Dedit. Idem in Mamur.
- PUELLVS**, li, [Fanciullino. Gal. Petit enfant. Hisp. Pequeño moço.] παιδίων, dem. a Puer, paruus puer. Luca. Hic tam formosus tibi, ac te dignus puellus. Sic puella, læ, a puera per diminutionem. Cic. ad Attic. De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usu capi potest. Virg. 4. Georg. Hidrum moritura puella Seruantem ripas alta non uidit in herba. Ouid. 2. Am. ele. 16. Verba puellarum folijs leuiora caducis.
- PUER**, pueri, [Fanciullo. Gal. Enfant, petit garçon, seruiteur. Hisp. moço, à mochacho de edad.] παῖς, tribus modis dicitur, ut ait Paulus de uerbo. signific. 1. puer. Primo cum seruum significamus. Terent. in And. Puerum conueni Chremi. Cicer. ad Qu. Fr. lib. 1. Tu ne id ueritus es, ne ego iracundia aliqua adductus, pueros ad te sine litteris miserim? Secundo, cum puerum contrario nomine puellæ dicimus, marem denotantes. Ouid. 9. Met. Cultus erat pueri, facies, quam siue puellæ, siue dares puero, feret formosus uterque. Et paulo post: Vota puer soluit, cui fœmina uouerat, Iphis. Tertio, cum ætatem puerilem intelligimus. Cic. Bruto. Cæsar is pueri marisifica indoles uirtutis. Virg. 2. ecl. O formose puer nimium ne crede colori. Regij pueri, apud Macedonas uocabantur principum liberi ad ministerium regis electi, ut est uidere apud Liuium 45. Apud antiquissimos erat communis generis: quod & Prisc. annotauit, citans illud ex Liuij Andronici Odyſſ. Sacta puer, Saturni filia. Declinatur & hic Puerus, & hæc Puera: ut Puellus, & Puella. Plaut. in Merc. Tu puere abi hinc intro ocyus. Varro de philoſophia, ut citat Nonius: Properate uiuere pueræ, quas finit ætata ludere, & amare, Veneris tenere leges. Sue. in Calig. Antiqui etiam puellas pueras, ut & pueros puellos diciturunt. Puerulus, li, dem. a puer. Cic. pro Ros. Am. Inter suos omnium delicia rum, atque omnium artium puerulos.
- PUERASCERE**, *πυριάζειν*, dicuntur qui exacta infantia pueritiam inchoant. A quo Repuerascere, in puerilem ætatem reuerti. Cic. in Catohe: Ex hac ætate repuerascam, & in cunis uagiam. Translate accipitur pro delirare, Plaut. in Mer. Aiunt solere eum rursum repuerascere.
- PUERILIS**, & hoc le, [Fanciullesco, puerile. Gal. Puerila, du enfant. Hisp. Cosa pertineſciente à moço.] παιδία, quod est pueri: ut ætas puerilis, apud Cic. pro Archia. Idem ad Att. lib. 14. Acta illa res est animo uirili, consilio puerili. Virg. 5. Aen. Si iam puerile paratum Agmen habet secum. Idem 11. Aen. Tela manu iam tum tenera puerilia torſit. Hinc pueriliter, motu puerorū, sicut Pueriliter blandiri, Liu. 21. Cic. 1. de Fi. Quæ cum res tota ficta sit pueriliter tum nec efficit quod uult.
- PUERILITAS**, atis, [Fanciullezza.] παιδία, inconsiderantia puerilis. Sen. Qui pueritiam eius, siue potius puerilitatem ludibrio habuit. Aliquando pro ipsa pueritia. Varro de liberis educ. Velim usu magno puerilitatis formulam audire.
- PUERITIA**, iæ, [Pueritia, fanciullezza.] Gal. Enfance. Hisp. Edad del moço, mocedad.] *πυριεία*, ætas puerilis. Cicer. Licinio lib. 5. Qui me a pueritia sua semper obseruauit. Quandoque pro puritate, siue castitate, quod & Nonius annotauit, citans illud Varronis ex lib. 1. Rer. hum. Quæ pueritia est infrequens polluta. Vide tamen, num potius ibi puritia legendum sit.
- PUPERERA**, peræ, [Donna di parto. Gal. Vne acouchee femme qui a enfant. Hisp. La parida mujer que pario.] *πυριερα*, mulier quæ recens peperit. Terent. in Ad. Multo rectius est, Quem illam pupereram nunc duci huc per uiam ægrotam. Pupererus, ra, rum, ut uerba
- puerpera. Ouid. 18. Meta morph. Admonitque manus, & uerba puerpera dixit.
- PUPERERIVM**, perij, [Dolore del partorire. Gal. Enfantement ou le temps d'enfanter, accouchement. Hisp. El parto, d dolor de mujer parida.] *πυριερα*, uilius, & dolor parientis, uel etiam tempus ipsum, quo parit mulier, quæ uel post partum ex dolore decumbit. Plin. libro 28. capit. 8. Lingua adalligata pericula puerperij tolli. Aliquando proles ipsa. Gell. Scriptum fuisse constat numerum puerperij, id est puerozum. Sueton. de Calig. Cum qualiscumque partus, sine ullo sexu discrimine pupererium uocitetur. Plin. lib. 18. capit. 29. In lacte puerperium necat. Idem lib. 7. capit. 11.
- PUGIL**, pugilis, *πυγίλης*, qui pugilatu decertat: nomen a pugna siue a pugnis deductum. Cic. de Cla. Orat. Pugiles in exercitiis, Solem ferre non possunt. Idem 2. Tus. Pugiles castibus contusi, ne ingemiscunt quidem. Hor. lib. 2. epist. 1. Media inter carmina poscunt Aut ursum, aut pugiles. Pugilatus, us, pugilum certamen. Plaut. in Capt. Hic homo pugilatum incipit. Plin. 8. c. 21. Eundem certasse in pugilatu. Pugilatio, Idem Cic. 2. de leg. Corporum certationes cursu, & pugilatione, luctatione.
- PUGILICE**, pugilum more. Plaut. in Epid. Valet pugilice, atque athleticæ. Summam enim tam athleticæ, quam pugiles corporis roborem coram impendebant.
- PUGILLARES**, rium, masc. ge. uel Pugillaria, rium, neut. gene. *πυγίλων, πυγίλων*, tabellæ cereæ, uel lignæ, siue alterius materis, in quibus stylo scribimus: dicitur quod pugno comprehendantur, uel a pungendo, quod stylo in his pungendo scribatur. Plin. lib. 13. cap. 11. Pugillarum usum fuisse etiam ante Troiana tempora, inuenimus apud Hom. Catul. de Aeme. En negat mihi uera reddituram Pugillaria. Legitur & Pugillar. in singulari num. Aufon. Bipatens pugillar expedit. Varijs autem nominibus dicebantur pugillares apud ueteres, Duplices, Triplices, Quintuplices. Erant, & Citrei, Eboris, Membranei dicti, ex citro, ebore, membranis confecti.
- PUGILLARIS**, & hoc re, quod pugillum, siue pugnum implere potest. Iuuen. Saty. 12. Nec pugillares defert in balnea raucus Testiculos.
- PUGILLATORIVS**, a, um, [Da pugno,] quod pugno percutitur: ut Follis pugillatorius, maximum pilæ genus, quod spiritu inflatur, & pugno percutitur. Plaut. in Aul. Ego te follem pugillatorium faciam.
- PUGIO**, nis, [Pugnale. Gal. Vn poignard. Hisp. Pñal.] *πυγιον*, breuioris gladij genus est, recte Nonio, ita dictum, quod pugno facile apprehendatur, uel quod eo punctum pugnetur, ut inquit Festus. Frontinus lib. 2. Stratag. Sertorius barbarum pugione traiecit. Pugionem plumbeum uocat Cicer. Inualidum argumentum lib. 4. de Finib.
- PUGIUNCVLVS**, li, [Pugnaletto,] paruus pugio. Cicer. Hispaniensem pugiunculum Cn. Pisonem appellat. Idem in Orator. In ijs quibus ut Pugiunculis uti oportet, breuitas facit liberioris pedes.
- PUGNA**, pugna, [Pugna, battaglia. Gal. Combat. Hisp. Pelea, d batalla.] μάχη, prælium, dimicatio, certamen. quod nomen a pugno deductum existimat Donatus. Nam ueteres, inquit, ante usum serri, & armorum, pugnis, de calcibus, & mortibus certabant. Virg. 3. Geo. Ardentes accingar dicere pugnas. Idem lib. 8. Ae. Quem, si fortuna sequatur, Euentum pugna cupiat. Idem 12. Aen. Ille ubi se nullo iam cursu euadere pugna posse. Cic. pro Muræ. Ex omnibus pugnis, acerrima uidetur illa, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata. Cicer. 3. in Cati. Interuentu Pontini atque Flacci pugna, quæ erat commissa sedatur. Quandoque apud poetas pro itupro ponitur. Terent. Eunuc. Dabit hic aliquam pugnam.
- PUGNAX**, pugnacis, [Bellicoso, guerriero. Gal. Aspre au combat, aspre à combattre. Hisp. Hombre que mucho pelea.] *μάχιμος*, bellicosus. Cicer. in Anto. Centurio pugnax, & lacertosus. Interdum uehemens & pertinax, Cicero 1. de Orato. Carneades dicere solebat, me sibi perfacilem in dicendo, te perpugnacem in disputando esse uisum. A quo Pugnator, Pugnacissimus. Plin. lib. 22. capit. 21. Gallinaceos pugnaciores fieri putant. Cicero de Cla. Or. Huius oratio pugnator uidetur. Pugnax exordium dicendi efficit & uehemens. 2. de Orat. Hinc pugnacitas, pugnandi uicinitas. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdices capiuntur pugnacitate eiusdem libidinis. Pugnaciter, constanter. Cicero 4. Aca. Certare cum alijs pugnaciter. Quinc. lib. 9. c. 4. Acriter erit, pugnaciterque dicendum. Hinc perpugnax. unde apud Cic. 1.1. de Orato. Perpugnacem in disputando.
- PUGNACVLVM**, li, [Forte, fortezza. Gal. Bouleuers, Hispanice. La torre para defender.] propugnaculum, locus munitus, ex quo hostilis uis arceatur. Plaut. in Mil. Deturbabo illum de propugnaculis.

- PUGNO**, pugnas, [Combatter, guerreggiare. Gal. *Combatre*. Hisp. *Pelear*.] μάχη, dimico, pugnam committo: referturq. ad animata: ut Pugno cum hoste. Plaut. in Amph. Cum pugnant illi maxime, ego fugiebam maxime. Cicer. pro Balbo: Qui cum hoste nostro conserui in acie sæpe pugnant. Pugnare pugnam, id est manus conferere. Cicer. pro Muræ. Interdum pugnare accipitur pro contendere, certare. Cicer. 2. de Natur. Deor. Videatur Epicurus de Dijs immortalibus non magnopere pugnare, id est, de Dijs non ualde laborare. Terent. in Prol. Hecy. Pugnare de locò. Pugnare secum, uel inter se ea dicuntur, quæ inter se sunt contraria, Qui in libro 3. cap. 10. Hæc quæ tantum inter se pugnant, plerumque nominibus deflecti solent. Horat. in Ser. Quid mea cum pugnat sententia secum? Pugnare, pro conari. Ouid. 1. de remed. Pugnare in aduersas ire natator aquas, in qua significatione accusariuum admittit Cic. App. Pulchro: Illud pugna, atque enitere, nequid mihi temporis prorogetur. Idem 1. de Nat. Deor. Illud uide pugnat te. Pugnaueris ueteres dicebant, pro strenue te gesseris. Terent. in Adolph. Istam pugnaueris una illuc mecum hinc abstraham. M. Pugnaueris. Vbi Donatus: Pugnaueris, id est magnam rem gesseris. Habet autem hoc uerbum uarias constructiones. Dicimus enim pugno in hostem, aduersus hostem, cum hoste, & apud poetas, Pugno hosti. Pugnare, impersonale. Cæsar. 4. Bell. Gall. Cum ab hora fere quarta usque ad solis occasum pugnaretur. Cicer. 2. Off. Cum male pugnatum apud Caudium esset. Item pugnatur, Passiuum: ut, Hoc pugnatur, pro hoc conceditur. Cicer. pro Rosc. Ame. Hoc solum hoc tempore pugnatur, ut ad illam optimam prædam damnatio Sext. Roscij uelut cumulus accedat. Pugnans Ouid. 13. Meta. Ego Telephon hasta Pugnante domui. Interdum migrat in nomen, idemque significat quod 1. de Finib. Pugnantius & contrarius, siue repugnans, ut, Pugnanti studia. Cicer. 1. de Fin. Pugnantius & contrarijs studiis consilijs que semper utens, nihil quieti uidere, nihil tranquilli potest. 1. Tusc. Pugnantiæ te loqui non uides? Pugnatus, a, um. Sallust. in Iugur. Quæ negotia multo magis, quam prælio male pugnatum a suis, regem terrebant. Hora. 3. Carin. Ode 19. & pugnata sacro bella sub Ilio. Vir. 8. Aen. Pugnataque uis, pugne bella.
- PUGNVS**, purni, [Pugno. Gal. *Le poing*. Hisp. *El puño de la mano cerrada*.] ῥοπή, manus clausa, & in condylo contracta. Terent. in Adolph. Ctesiphonæ pugnibus miserum usque occidit. Vbi Donatus: Aut pugnis, a pugna est dictus: aut ab illo pugna. Quidam a Græco ῥοπή, deducunt, quod et inter cætera pugnum significat. Cic. in Ora. Cum prefferat digitos, pugnamque fecerat, dialecticæ aiebat eiusmodi esse. Cato c. 82. Sphæras pugnum altas facito. Hoc est ad crassitudinem unius pugni. Cic. in Para. Verbis contentum inter nos, non pugnis. Vir. lib. 11. Aen. pectora nunc sedans pugnis, nunc unguibus ora.
- PULCHER**, chra, chrum, [Bello. Gall. *Beau, honneste*. Hisp. *Bello d'hermoso*.] κάλλος, formosus, uenustus. Cic. 5. Tusc. nec pulchros administratores aspiciat, nec plenum artis argentum. Ibidem: Suum cuique pulchrum est. Sunt qui pulchrum a pollendo dictum putent, quasi poltrum, quod forma pollent pulchri. Illud certe uel Ciceronis testimonio constat, nomen hoc antiquius sine adspiratione scribi solere, quamuis perpetuo deinde usu effectum sit, ut eam receperit. Eius deminutiuum est Pulchellus, a, lum. Cic. Att. lib. 10. Surgit pulchellus puer. Interdum pulcher sumitur pro bono, ut Bonum pro pulchro. Gell. lib. 19. cap. 8. Ni quid contra ea dicis poetarum pulcherrime, quo & te purges, & non esse id iudicium demonstras: id est, optime. E conuerso bonam formam pro pulchra dicimus, quemadmodum & Malam, pro deformi. Terent. And. 5. Bona fortassis. Interdum pro fortè. Virgil. lib. 7. Aen. Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus. ubi uide Seruium. A pulchro fit comparatiuum Pulchrior, & superlatiuum Pulcherrimus. Virg. lib. 9. Aen. Quo pulchrior alter Non fuit Aeneadum. Cic. de Senect. Vna quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius? Virg. 6. Aen. Teucris pulcherrima proles. Cic. fam. lib. 1. ep. Cum in senatu pulcherrime, staremus, pro, honestissime.
- PULCHRALIS**, [Bello,] antiqui dixerunt pro pulchro, teste Festo. Ennius: Pulchralibus Indis.
- PULCHRE**, [Ortalimentis. Gal. *Gentement, bien, & honnestement*. Hisp. *Hermosamente*.] κάλλος, præclare. Plaut. Amph. Optime optimum optimam operari das, datam pulchre locas. Cic. lib. 10. Epist. Lepidum pulchre noram. Pla. in Merc. Pulchre ædificatas arbitror. Aliquando pro sapienter, interprete Donato. Terent. in Eun. Dixi pulchre, numquam uidi melius consilium dari. Aliquando pro ualde, fortiter, nimis, inquit Donatus. Ter. in Eun. At dum accubabam, quam uidebar mihi esse pulchre sobrius.
- PULCHRITAS**, [Bellezza] antiqui dixerunt pro pulchritudine, ut annotauit Nonius, citans illud Cæcilij, Dij boni quid illud est pulchritatis?
- PULCHRITUDO**, nis, [Bellezza. Gal. *Beauté*. Hisp. *Hermosura*.] κάλλος, species, uenustas, decor, elegantia: & ut Cic. lib. 3. Tus. inquit, quædam apta figura membrorum cum coloris quadam suauitate. Cic. 1. Offic. Pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes quodam lepore consentiunt.
- PULEGIUM**, gij, [Puleio. Gal. *Polio*. Hisp. *Poleo*.] γλήκων, herba hortensis est nota. Col. 1. 2. ca. 5. Pulegij surculis fumigetur: ea res uidetur prohibere pituitam legitur & Puleium. Cic. lib. 1. de Diu. Puleium aridum florescere ipso brumali die. Accipitur per translationem pro suauitate sermonis. Cic. ad Tironem lib. 6. Cras expecto Leptam, etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est.
- PULLEX**, cis, [Pulice. Gal. *Vne pulce*. Hisp. *La pulga*.] ψύλλα, uermiculus notus, inde dictus, quod ex puluere generetur. Plin. lib. 30. ca. 10. Aliud est cuculo miraculum non gigni pulices ubicunque spargatur.
- PULVICOSVS**, a, um, [Pleno di pulci,] pulicibus plenus. Columell. lib. 7. cap. 3.
- PULLARIVS**, [πυλδαρός,] qui e pastu pullorum captat auspicia. Liu. lib. 10. Pullarius auspicium mentiri ausus, tripodium soligitium nunciari iussit Consuli. Cic. 2. de Diu. Attulit in cauea pullos, qui ex eo nominatur Pullarius.
- PULLASTER**, [Pollo, pollastro. Gal. *Poulin, poulain*. Hisp. *Pollo, d'pollino*.] ὀρνιθάριον, & pullastra, significant gallum, siue gallinam adulescentem. Var. lib. 3. de Re rust. cap. 9.
- PULLIATIO**, τόκος, τῶν ὀρνιθῶν, accipitur pro fœtura pullorum, quæ & Pullio dicitur. Col. lib. 8. cap. 5.
- PULLATVS**, [Vestito di nero,] μελανέμων, pulla ueste indutus, hoc est lugubrem habitum ferens ex parentum morte, uel alia quauis ratione, qui & Atratus dicitur. Qui mos a Lydis cœptus est. Cic. in Vatinium. Quis umquam cœnauit atratus cum ipse epuli dominus Quintus Arrius albatuisset? Quandoque pullatus accipitur pro uiliori persona siue rudi, & imperita, translatione sumpta a spectaculorum consuetudine, in quibus lautiores candidis togis spectabant (ut non uno in loco indicat Martial.) tenuiores, sanxibus mutandæ togæ copia non erant, nigris. Suet. in An. Sanxitque ne quis pullatorum media cauea federet.
- PULLICENVS**, [pollicino, pulcino,] a quibusdam usurpatum est pro pullo gallinaceo. Aelius Spartianus de Alexandro Seuero: Seruos habuit uectigales, qui eos ex ouis & pullicenis, & pipionibus alerent.
- PULLICTES**, ei, ipsa pullatio. Col. lib. 8. ca. 10. de uirtute.
- PULLIGO**, pulliginis, pulvis color. Plin. lib. 8. c. 48. Fuluas lanas Tarentum habet, & alias suæ pulliginis.
- PULLINVS**, pullina, pullinum, πωλιως, quod est pulli, unde pullini dentes, quos primum equi iaciunt. Plin. lib. 8. cap. 44.
- PULLULASCO**, scis, [Germogliare,] βλαστῶ, germen emitto. Col. lib. 4. cap. 21.
- PULLVLVS**, [Germogli. Gal. *Surgeons despiants*. Hisp. *Pimpellos*.] βλάστη, stolones sunt, (ut quibusdam placet) ex arborum radicibus enascentes. unde & Pullulare dictum putant pro stolones, siue germen emittere. Plin. lib. 17. cap. 10.
- PULLVLIO**, las, [pullulare, germogliare. Gall. *Pulluler*. Hisp. *Nascer y crecer*.] fœtifico, quasi pullo, id est stolones emitto. nam Pullulare, dicitur arbores, cum a radice nouæ plantæ surgunt. Virg. 2. Geo. Pullulat ab radice alijs densissima silua. Plin. 1. 17. cap. 10. Natura & plantaria demonstrat, multarum radicibus pullulante sobole densa & pariente matre quos enecet. Hinc expullulo, extra pullulo. Col. lib. 3.
- PULLVS**, pulli, [Parto. Gal. *Vn jeune coq, cochet*. Hisp. *Pollo grande*.] a Puellus, per syncopen. significantur autem hoc nomine quorum libet animalium fœtus, ut, Pullus equinus. Virg. lib. 3. Geo. Continuo pecoris generosi pullus in aruis, Altius ingreditur. Iuue. Sat. 13. Nos uiles pulli, nati infelicibus ouis. Pullus ranæ. Horat. lib. 2. Serm. Quinetiam prisca pullos dicebant suos catamitos, unde Qu. Fabius, cui Eburno cognomen fuit ob candorem, quod eius naris ita esset fulmine, pullus Iouis appellatus.
- PULLVS**, [Fusco. Gal. *Gris enfusca*. Hisp. *Negro*.] φαιός, fuscus, in nigrum uergens, cuiusmodi est color terræ, qui & Bæticus dicitur, siue Hispanus. Virg. lib. 3. Geo. Ne maculis, infuscent uellera pullis, id est, nigris, inquit Seru. Tib. lib. 1. eleg. 2. Concidit ad magicos hostia pulla deos. Hoc colore olim in luctu utebantur. Cic. in Vatinium. Id a te scire cupio, quo consilio feceris, aut in pulpo Q. Arabij cum toga pulla accumberes. Putre solum, & pullum, Columella in præfat. lib. 1.
- PULMENTARIS**, & hoc care, quod pertinet ad pulmentum. Plin. lib. 18. cap. 12.
- PULMENTARIVM**, rij, proprie puls, uel cibus in modum latis factus:

- Puls**: quamquam & generalius pro quouis obsonio sumitur. ait enim Plin. lib. 18. cap. 8. primum in Latio cibum pultem fuisse, non panem, argumento id esse, quod pulmentaria pro cibis sua etiam aetate dicerentur. Col. l. 1. cap. 3. Satureia inutilis ad pulmentaria condenda. Hor. 2. Ser. Sa. 2. Tu pulmentaria quaere Sudando. Vnde pulmentaria. Perfrus Sat. 3.
- PULMENTVM**, *ἄρτομα*, puls, uel aliud cibarium ad modum pulvis factum. Plau. in Cur. Pulmentum ei eripuit miluius. Hor. 1. epist. 29. Pulmentum laboribus empta.
- PULMO**, onis, [*Palmone*. Gal. *Le poumon*. Hist. *El pulman*, *liniano*.] *πυλωμων*, uiscus spongiosus, corporis totius secundum cor nobilissimum, ad ungulae bubulae similitudinem dissectum, foliis modo spiritum attrahens eundemque reddens, caloremque nativum leniter refrigerans. Perfrus Sat. 1. Grande aliquid, quod pulmo animae praeparat largus anhelet. Apud ueteres saepius pluraliter Pulmones dicebantur. Plaut. in Cur. Pulmones distrahuntur, cruciatur cor. Cic. 2. Tuscul. Virgens grauer pulmonum haurit spiritus. Pulmo item piscis genus sensu carens. Plin. lib. 9. cap. 47. & lib. 17. cap. ultimum.
- PULMONARIVS**, 2, um, [*Chilba inflammato il pulmone*. Gal. *Mal au poumon*. Hist. *Trese de linianos*.] *ἄσπερ μοινοσ*, pulmonis inflammatione laborans, quam & febris acuta, & difficultas anhelitus solent comitari. Col. 7. ca. 5. Quem pulmonariam similiter ut suem curari oportet. Pulmonaria item herba est, quam nonnulli Peppanum appellant, buglossi folio, sed promisso magis, atque leuiore, colore quoque diluore, albicantibus maculis notato, ad similitudinem p. monis unde & nomen accepit.
- PULMONEA**, poma quaedam pulmonis instar tumentia. Plin. lib. 15. cap. 14.
- PULPA**, [*Palpa*. Gal. *Poulpe*, *chair sans os*. Hist. *La pulpa*, *carne sin hueso*.] *μῦς*, pars carnosa in corpore animalis, quam & musculum appellant. Mart. lib. 3. Et pulpam dubio de Pecafone uoras. In arborum quoque carne pulpae dicuntur, meatuum quidam discursus uenis similes, nisi quod uenae altiores, candidioresque sparguntur: pulpae fissilibus insunt. Plin. lib. 16. c. 38.
- PULPAMENTVM**, *τι, προσάσπιον*, a pulpa deductum: carnes deliciores, alia uel lautiora obsonia. Terent. in Eun. Tu te lepus es, & pulpamentum quaeris. Vide Lepus.
- PULPITVM**, [*Pulpito*. Gal. *Pulpitre ou chaire*. Hist. *El pulpito*, *ò predicatorio*.] *λυγρον*, locus editor in orchestra, in quo chorus tragaediarum, & Comediarum, quod ad Comediae chorum habuerunt, caeterique personam non habentes, fabulae subscriuebant, histrionibus in scenam, abditis, populum gesticulatione retinebant. Pli. epist. 90. Ludibria scena & pulpito digna. Ponitur etiam pro soggetto, id est pro quocumque edito loco, huc cathedra. Suet. de Cla. gram. Repeto quendam post meridiem remotò pulpito declamare solitum.
- PULS**, *τις, πάτος*, cibi antiquissimi genus ex farina, & aqua constans, additis interdum ouis, melle, uel caseo. Plin. lib. 18. c. 8. Pulte, non pane, longo tempore uixisse Romanos manifestum est, quoniam inde Pulmentaria hodie quoque dicuntur. Porro quod ad uocis huius etymon attinet, Festus uidetur inuere, a Pullis Pultem appellari, quod pullarum, ut tripudium solitimum facerent, hoc potissimum cibi genere pullos pascerent.
- PULSO**, [*Sbattere*, *percuotere*. Gal. *Poulsen*, *benrter*. Hist. *Herir*.] *κόπια*, frequen. a pello significat saepe percussio, uerberatio. Cic. 6. Ver. Li. & ores ad pulsandos uerberandosque homines exercitissimi. Terent. in Adolph. Ouid. hoc ostium pulsauit? Virg. 4. Aeneid. Cui nubibus atris Pini ferum caput & uento pulsatur & inbri. Transfertur & ad animum, Plaut. in Epid. In unum multa confluunt, quae meum pectus pulsant. Interdum uiolare, ledere, Virgil. lib. 12. Aeneid. Pulsatos referens infecto foedere diuos. Pulsari item, dicuntur fides, uel instrumenta musica, cum chordae digitis, uel pleatro atrectantur, ut sonum edant. Virgil. 6. Aeneid. Iam pectine pulsat eburno. Campana quoque pulsari dicitur, cum aut restibus, aut pedibus impulsa, aut malleo ista sonitum reddit. Pulsans, *tis*, Iuuen. Sat. 9. Et cum iusore catello Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virgil. lib. 3. Georg. corda pauor pulsans. Pulsatus, *ta*, tum. Plin. lib. 12. cap. 9. Pulsare fluctibus arbores. Aequor pulsatum remige, Ouid. 3. de Pon. Saxa pulsata. Virgil. 3. Aeneid. Pulsandus, *a*, um, ut Area pulsanda equis. Ouid. 3. Am. eleg. 14. Pulsatio. Liu. 31. Pulsator, Valer. Flacc. 5. Argo. citharæ pulsator Apollo.
- PULSUS**, huius pulsus, [*Pulso*, *battimento*. Gal. *Poulsment*, *batement*, *chassement*. Hist. *Empuon*.] *δωσις*, ictus impulsio. Cic. 1. Tuscul. Inanimatum est omne, quod pulsus agitur externo. Idem 1. de Or. Impetus, pulsusque remorum. Virg. 12. Aen. Pullusque pedum tremmit excita tellus. Pulsus item a medicis appellatur motus arteriarum ex spiritus reciprocatione, & ex systole diastoleque cordis proficiens. Plin. li. 11. ca. 37.
- PULTARIVS**, *rij*, uasculum culinarium, in quo puls decoquebatur. Celsus: Si cetera defecerint, pultarius oris compressioris ei rei commode aptatur. Plin. l. 7. c. 53. Edita coena calidam potionem in pultario poposcit, Col. lib. 2. cap. 43. Vix sic in pultarios condi debent, ne quae partes uasa contingant.
- PULVICULA**, *la*, deminutiuum a pulve. Columel. lib. 8. cap. 11. Plin. lib. 26. cap. 8.
- PULTO**, as, [*Percuotere*.] *κόπια*, pulso, fit a supino pultum, quo antiqui utebantur. Terent. Cesso iam pultare ostium.
- PULVEREVS**, 2, um, [*Pulueroso*, *di puluere*. Gal. *Pouidremx*, *de pouldre*. Hist. *Pa. Cosa de puluo*.] *κονισαλεως*, ex puluere: ut, Nubes pulucrea, id est ex puluere moto excitata. Virg. 8. Aen. Stant pauidæ in muris matres, ocularis sequuntur Puluerem nubem. Nonnumquam idena quod puluerulentus, puluere plenus. Ouid. 7. Met. Pulueramque trahens per summa cacumina palam. Aequor puluereum. pro arena, in qua pugnatur. Stat. 11. The.
- PULVERULENTVS**, 2, tum, [*Pulueroso*.] *κονιροπόδης*, puluere plenus. Cic. Att. l. 5. Iter conficiebamus aestiuola & puluerulenta uia. Virg. 12. Aen. Versique uicissim puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros. Mart. lib. 3. Est illic coniunx, quae te, manibusque sinuque Excipiet, uel si puluerulentus eas. Varro lib. 3. de re rust. c. 16. Pilo lae, & horridae, aut puluerulentae.
- PULVERO**, *ras*, [*Rasur in puluere*, *puluerizare*. Gal. *Pouluerizer*, *pouldrir*, *mettre en pouldre*. Hist. *Haer puluo*, *en puluerar con puluo*.] *βωλοιοπέω*, idem quod occo, id est, glebas maiores comminuo; & in puluere rem soluo. Col. lib. 11. cap. 2. Priuquam uineae puluerentur, si perexilis est, uel rata ipsa uitis, lupini modij tres, uel quatuor in singula iugera sparguntur. Hinc Pulueratio quae est genus culturae (ut inquit Seruius in 2. Geo.) Quo imminuta glebae uitiibus applicantur. Colum. lib. 11. cap. 2. Pulueret, Plau. dixit pro puluere plenum sit, ait enim, Venus uentura est nostro, nolohic pulueret.
- PULVINAR**, *natis*, [*Gnanciale*.] *προσκεφάλαιον*, quo dormientium capita suffulciuntur, dictum, quasi pluminar, eo quod ex plumis soleat confici. Utebantur autem puluinariis potissimum laucissimi quique, praesertim in lecto coniugali, quo factum, ut puluinari figurate pro eiusmodi toris accipiatur. Iuu. Sat. 6. Fumoque lucerna Foeda lupanaris tulit ad puluinari odor. Oui. lib. 2. de Pto, el. 2. Incolumis coniu sua puluinaria seruat. Sedentibus quoque puluinaria subijci solent. Oui. li. 1. de Arte: Fuit utile multis Puluinari facili composuisse manu. Loquitur autem de ijs officijs quae in circo spectantibus mulieribus ab amatoribus praestari confueuerunt. Puluinaria item in templis dicebantur lectuli dijs dicati in quibus illorum simulacra solent reclinari. Cic. pro domo: Aram, & aediculam, & puluinari saxo sacro dedicauit. Ouid. 14. Metam. Et puluinariibus altis Dignior est. Sternebantur autem hi lectuli quoties decreta erat supplicatio: unde & Lectisterium nuncupatur. Liuius: Curatum lectisterium, & per triduum habitum, & puluinaria in conspectu fuere Ioui & Iunoni, alterum Neptuno & Mineruae, tertium Marti & Veneri. Abusue tamen Puluinaria pro templis ipsis dicuntur. Inde apud Liuium legitur ad omnia puluinaria sacrificatum fuisse. Cic. in Cat. Ad omnia puluinaria supplicatio decreta est.
- PULVINARIVM**, *rij*, puluinari, quod capiti substerni, aut sessuro subijci solet: item lectus, qui in templis sterni consueuit. Liu. 2. Coruum in aedem Iunonis deuolasse, atque in ipso puluinario confedisit.
- PULVINATVS**, *ta*, tum, ad similitudinem puluini. Plin. libro 15. cap. 22. Proctis operimento puluinati primum calcis, mox ligni putaminis. Idem libro 17. cap. 22. Puluinatis a deuxitate labris.
- PULVINVS**, *ni*, [*Gnanciale*, *letto*. Gal. *Petit oreiller*, *petit clouer*. Hist. *Perqueña almohada*.] *προσκεφάλαιον*, idem quod puluinari. Quandoque accipitur pro lecto. Cic. in Ver. act. 7. Lectica hexaphoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus. Appuleius. Quattuor eunuchis puluinis compluribus, uento tumentibus, pluma delicata, terrestrem nobis cubitum perfstrunt. Puluini item dicuntur, qui fellis, scamnisue imponuntur, quo mollior sit sessio, plumis, lana, uel tomento facti. Cic. Trebatio: Sella tibi erit in ludo, eam puluinus sequetur. Iuuen. Sat. 3. De puluino surgat equestris. Puluinus item in hortis dicitur terra eminentis, seu protuberans inter duos sulcos. Plin. lib. 19. cap. 14. Col. lib. 11. cap. 3. & lib. 5. c. 10. Puluilus, *li*, demi. ut Serici puluilli, serico panno obduti. Hora. Epod. 8.
- PULVINVLVS**, *li*, [*Biuma*, *zetta*.] *προσκεφάλαιον*, demi. a Puluinus, uaria habens significata, ut suum primitiuum. nam modo id significat, quo dormientium capita fulciuntur, modo id, quod scamnis, fellisue imponitur, quo commodior sit sessio, nonnumquam etiam pro areola in hortis in medio duorum sulcorum eminentem. Col. de arb. cap. 10.
- PULVIS**, pulueris, tam masculi, quam foemi. gene. [*Puluere*. Gal. *Pouidre*.]

dre. Hisp. Poluo.] *αὐῖς*, terra minuta, & arida. Prop. lib. 1. ele. Sit mihi perpetuo puluis Hetrusca dolor. Virgil. lib. 4. Georg. Ceu puluere ab alto Cum uenit, & terram sicco spuit ore uiator Aridus. Hor. 4. Car. Puluis & umbra fumus. Colum. lib. 8. cap. 4. Siccus etiam puluis, iuxta parietes reponendus est, ut sit quo aues se perfundant. Dicitur autem puluis (ut quidam existimant) a pellendo, quod nentorum impetu pellatur. Accipitur aliquando pro loco certaminis. Cicer. 3. de Legi. Doctrinam ex umbraculis eruditorum, non modo in solem, atq. puluerem, sed in ipsum discrimen, aciemque perduxit. Virgil. lib. 7. Aeneid. Exercentur equis domitantque in puluere currus. & in 1. de Orat. In suo puluere currere, idest, ea in re uersari, in qua quis plurimum ualeat. Ouid. Fasto. Inque suo noster puluere currat equus. Citra puluerem, contingere dicitur, quo quis facile, & citra negocium potitur, quæ translatio sumpta est a palæstritis, qui certamen inuiri se mutuo puluere solent adspargere, ut corpora ceromate, & sudore lubrica, mutua prehensione non frustarentur. Gel. lib. 5. Quando causa est, cum deditione repente facta, sine puluere, ut dici solet, incruentaque uictoria obuenerit. Apud antiquos etiam puluer dicebatur. Sed ab eo quod est Puluis, genitiuus erat puluis: ut apud Catul. in Epithalamio Iulix. Ille puluis Erithræi, Siderumque micantium Subducatur numerum prius. Puluer uero, pulueris uerum hodie tantum in usu est Puluis in recto, Pulueris in obliquis.

PULVISCVLVS, li, demin. a puluis: quod quamuis generaliter pro omni fumatur puluere, proprie tamen de eo dicitur, quo mulierculæ utuntur, ut uel cutis colorem commendent, uel dentib. candorem inducant. Appul. Misi munditias dentium, ex Arabicis frugibus tenuem, candidum, nobilem puluisculum. Cum puluisculo, aliquid conuerri dicimus, quoties omnia sic tolluntur, ut nihil sit reliqui, ne puluis quidem. Plaut. Rud. Conuerret iam hic me totum cum puluisculo.

PUMEX, pumicis, maf. gen. [Pumice, pomica. Gal. Pierre ponce. Hisp. La piedra esponja.] *κωνίσις*, cauernosus, aquis innatans, ad scabra leuiganda laudatissimus. Vir. lib. 12. Aen. Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor Vestigauit apes. Idem 4. Georg. Postquam est in thalami pendentia pumice tecta Peruentum. Ouid. 8. Metam. Pumice multicauo, nec leuibus atria tophis Structa subit. Læuis pumice, pro molli, & effœminato. Iuue. Satyr. 9. Ouid. lib. 3. Trist. Plin. lib. 36. cap. 21. Pumices, qui sunt in usu corporum læuigandorum foeminis iam quidem & uiris, atque libris, laudatissimi sunt Melo, Scyro, Aeolijs insulis. Vis eius in medicina est extenuare, ficcare, & abstergere. A pumice aquam querere, a Plauto dictum. pro frustra ab alio petere, cuius ipse, quo petas, maxime sit indignus: nihil enim pumice lapide ficcius. Plaut. Persa. Aquam a pumice nunc postulas. Pumex etiam fœ. g. reperitur. Catul. ad Cornelium: Cui dono lepidum nouum libellum, Arida modo pumice expolitum.

PUMICO, cas, [Polire, lisciare. Gal. Ponce, nettoyer & polir. Hisp. Polir, esponjar.] *λεξις*, pumice polio, læuigo. Tibul. 1. el. 1. Pumicer, & canas tondeat ante comas. Hinc Pumicatus a, um, Pumice politus. Mart. lib. 1.

PUMICOSVS, a, um, [Simile à pomice. Gal. Qui ressemble aux pierres poncees. Hisp. Cosa esponjosa.] *κωνιόσος*, quod pumicis similitudinem habet: idest, rarum, & cauernosum. Plin. lib. 17. c. 5. Pumicosâ terra, Idem lib. 32. cap. 8.

PUMICEVS, ex pumice, uel ad similitudinem pumicis. Plaut. in Pse. Pumiceos oculos habeo.

PUMILIO, nis, [Nano. Gal. Nain ou nainstre. Hisp. Enano, hombre pequeño.] homo parux & humilis staturæ. Gel. lib. 19. ca. 13. Quos Pumiliones dicimus, Græci *πυμῖλιος*, appellant. Mart. lib. 14. Parma tibi, scutum pumilionis erit. Transferitur ad aues, aliaque cuiusuis generis animalia humilis staturæ. Col. lib. 8. cap. 2.

PUMILVS, [Nano, pigmeo.] pēn. cor. a Statio ponitur pro pumilione lib. 1. Sil. Casuræ uagis græces rapinis Mirantur pumilos ferociores. Legitur & Pumilo, in eadem significatione, ut ibidem apud Stat. Hic audax, subit ordo pumilonum. Item Pumilius, apud Suet. in Aug.

PUNETIM, [Di punta, di stoccata. Gal. de pointe, d'estoc, en piquant. Hisp. Hiriendo a stocadas.] *ἐνδιαιλῶ*, pungendo, ut cæsum, cædendo. Liu. 22. Hispano punctum magis, quam cæsum, affueto petere hostem.

PUNCVS, maf. gene. & Punctum neutri generis, [Punto. Gal. Point ou pique. Hisp. Pungado.] *ἄτομος, πρῆμα*, minima indiuiduaque lineæ pars, nullam neque longitudinem habens, neque latitudinem, neque profunditatem. Senec. Punctum, & adhuc puncto minus nundum quod incolimus. Plin. lib. 2. Non aliud est terra uniuersa, quam mundi punctus. Quandoque Punctum sumitur pro temporis, uel horæ momento. Cicer. Cecin. lib. 6. Ne punctum quidem temporis in ista fortuna fuisses. Idem pro Cluent. Neque postea Larini punctum est temporis commoratus. Cæsar

libro 2. Bel. Ciu. Multorum mensium labor hostium ui tempestatis puncto temporis interijt. Pro suffragijs. Cicer. pro Planc. Quæstus es plures testes te habere, quam quot in ea tribu puncta tuleris. Horat. in Arte: Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

PUNCO, gis, pungi, uel punxi, punctum, [Pungere. Gal. Poindre, piquer. Hisp. Pungar.] *γύψω*, culpide uel aculeo istum infero. Varr. Admota aspis cum pupugerit. Plaut. Truc. Stimulum habet, quæ cor pungit meum. Cic. pro Sext. Gladus, qui per se pungere non potest. Per translationem de animo dicitur, cum is ægritudine aliqua afficitur. Idem 3. Tuscul. Si ignominia pupugit. Idem ad Trebat. Pungit me rursus, quod scribis, esse te istic libenter. Pungens. Plin. lib. 6. cap. 24. Pungentia folia pino. Punctus, a, um, Cicer. pro Mil. Vulnus acu punctum. Punctio, Plin. lib. 25. cap. 13. Punctum, cti, neu. ge. idem quod punctio. Plin. lib. 8. cap. 50. punctus, idem, actus, uidelicet pungendi. Plin. lib. 29. cap. 6. Punctiuncula, æ, dem. Sen. 3. de Ira.

PUNICVS, a, um, a Pœnus deductum, quasi Pœnicus, idem ualens quod Carthaginensis. Pœnorum autem nomen a Phœnicibus deriuatur detracta adspiratione. Punica mala, granata, quæ hoc cognomen sibi circa Carthaginem uendicauerunt, ubi & multa & insignia nasci perhibentur. Granata dicuntur a granis, quibus sunt referta. Mart. lib. 1. Aut imitata breues punica mala rosas. Poma punica. Ouid. 4. Fast. Punica quæ in lento cortice poma tegunt. Punica grana. Ouid. 4. de Ponto. el. 15. Punica sub lento cortice grana rubent. Punica fides, leuissima. Pœnorum enim perfidia in proverbium abiit, quod ea gens peculiariter perituri nota sit. Liu. 22. Quæ Punica religione seruata fides ab Annibale est. Sallust. in Jug. Comperio Bocchum magis punica fide, quam ob ea quæ prædicabat, simul Romanos, & Numidam spe pacis detinuisse. Punicum sagum. Hor. Epod. 9. Virg. 9. Aen.

PUNICANVS, a, um, quod est Pœnorum, uel quod ex regione punica affertur. Cicer. pro Mur. Strauit pelliculis hædinis lectos punicanos.

PUNICEVS, cea, ceum, *ποινικός*, quod uiolæ flammæ colorem refert, quod genus coloris & rutilum, & spadicem appellari, auctor est Gel. lib. 3. cap. 9. Virg. lib. 5. Aen. Puniceis ibant euincti tempora tennis. Idem 5. ecl. Puniceis humilis. Colore puniceo matura arbuta. Luc. lib. 5.

PUNIO, nis, niui, nitum, [Punire, castigare. Gal. Punir, chastier. Hisp. Punir, & castigar.] *τιμωρῆμα*, pœna afficio, quod & pœnio dixerunt antiqui. Cicer. pro domo: tu eum supplicio puniendum putasti. Idem 1. Officio. Prohibenda est maxime ira in puniendo. Punior, iris, passium. Ouid. 9. Metamorph. Quod uidet hæc lucem, quod non ego punior ipsa. Inuenitur & Punior deponens apud Cicer. pro domo: Cuius tu inimicissimum, multo crudelius etiam punitus es, quam erat humanitatis mæ postulare. Puniendus. Cic. lib. 1. de Ora. Punitor. Cic. pro Mil. Fuit ultor iniuriæ; punitor doloris sui.

PUPAPÆ, [Pupina, samilla. Gal. Filette ou poupee. Hisp. Muchacha pequeña & muneça.] *παρθένιον*, puella paruula, & tenella. Mar. lib. 4. Pupam fe dicit Gellia, cum sit anus. Aufonius: Barbara quæ Latias uincis alumna pupas. Pupas item appellabant, imagunculas quasdam puellares, quibus uirgines in prima pueritia lustrare solebant, donec iam pubertati uicinæ, eas Veneri offerrebant. Varro in Orig. In desiderium puparum, & sigillorum ueniebat. Pefius Satyr. 2. Veneri donatæ a uirgine pupæ.

PUPILLA, læ, [Pupilla. Gal. La prunelle de l'oeil. Hisp. La niña del ojo.] *κόρη*, niger in cornea tunica, atque adeo in medio oculi circulus, tunica, quæ *επιχειρῆσις*, a Græcis dicitur, foramini respondens. Pl. lib. 1. c. 37. Media oculorum cornea fenestruit pupilla: cuius angustiam non sinunt uagari in certam aciem, & ueluti canali dirigunt, obiterq. inciduntia facile declinant. Cic. 1. de na. deo. Acies ipsa qua cernimus, quæ pupilla uocatur, ita parua est, ut ea, quæ nocere possunt, facile uideat.

PUPILLARIS, re, quod est pupilli: ut Pupillaris pecunia. Liu. lib. 24.

PUPILLVS, li, [Pupillo. Gal. Pupille, de douze ou quatorze ans. Hisp. El menor debaxo del tutor.] *ὄρπαγός*, impubes, qui in patris potestate esse desijt, morte, uel emancipatione: ut docet Pomponius. l. Pupillus. ff. de uerbo. significa. Hieronymus: pupillus dicitur, qui non habet patrem: orphanus, qui nec patrem habet, nec matrem. Cicer. 3. Verr. Is mortuus est: reliquit pupillum paruum filium. Hora. 1. epist. 1. Ut piger annus Pupillis quos dura premit custodia matrum, Cicer. 3. Verr. Ille infanti pupillæ fortunam patriam ademit.

PUPPIS, huius puppis, foemi. gener. [Poppa della nave. Gal. La poupe, le derriere de nauire. Hisp. La popa parte postera della nave, & toda la nave.] *πρῆμα*, posterior pars nauis. Liu. 22. religatas puppibus in altum extraxere. Accipitur & pro tota nauis. Virgil. 10. Aeneid. Aeneas

qui nocturno non litigat.

PVITVLA, æ, [*Brofida. Gal. Vne ampouille ou uestie. Hipp. Postila de sero* *na à huna.*] nomen generale est tubercula, omnia, præter naturam in cute efflorescentia: a pure (ut quidam uolunt) quod in se continet, quamquam etiam latius pustularum nomen ad ea extenditur, quæ pure carent. Mar. lib. 14. Feruida detrito tibi pollice pustula surgat. Quo in loco pustulam appellare uidetur, ampullæ genus, in manibus, pedibus ex nimio labore proueniens. Cels. libro 7. cap. 18. Pustularum nomen ad quatuor contraxit genera, in Phlictenas maiores pustulas. In exanthemata, quæ Plin. modo eruptiones pituitæ, modo Papulas appellat: in Psudra cia paullo duriora, subalbida, & acuta: & in Epinyctidas, quæ sunt subliuidæ, modice tumefcentes, & plenæ sanguinis.

PVSTVLATVM, argentum, a pustulis dicitur, quæ in argento cælatum in aspidem quandam excisæ uisuntur. ut pustulæ in corpore ex igni, frigore, uel labore nascuntur. Martial. libro 7. Nulla uenit a me Argenti tibi libra pustulati. Tranquil. in Nerone. Pustulatum argentum posuit pro purgatissimo, & excellentissimo.

PVSULA, æ, pen. cor. *έρσιπelas*, morbi genus a fluabile, uel tenui sanguine: uel ab utroque proficiscens: quam & Ignem sacrum appellant. Col. lib. 7. cap. 5. Hinc Pusulosus, qui eo morbo laborat. Idem ibidem.

PVTAMEN, inis, *καυρος*, rerum quarumlibet purgamentum, a putando. Plaut. in Cap. Nucleum amis; reliqui pignori putamina. Cicer. 5. Tuscul. Inlicitur, ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi, & capillum adurerent. Putamina ouorum. Plin. lib. 7. cap. 2. Testudinum putamina secare in laminas, idem libro 9. cap. 11.

PVTEAL, lis, quid sit uideo uel inter grammaticos parum constare. Acron locum fuisse putat, ad quem conuenire solent fœneratores. Porphyrio sedem fuisse tradit prætoris, prope arcum Fabianum, in quo primum tribunal & sub sella a Libone quodam fuerunt collocata: unde & Libonis puteal ab Horatio ait appellatum. Forum, putealque Libonis Mandabo siccis. P. Victor in regione urbis octaua puteal constituit Libonis: & Ianos duos, totumque eum locum mercatoribus frequentem fuisse ait. Verum omissis horum opinionibus, illud certe constat, Puteal locum fuisse in Comitio, in gradibus ipsius ab Ixum Curie, in quo olim Artij Næuij statua posita fuit, quod eo in loco is cotem nouacula diceretur discidisse, sub cuius statua locus erat subterraneus, quem Puteum appellabant, aram habens, & Artij nouaculam, ibidem defossam. Supra autem umbella imposita erat, siue petasus puteum tegens: unde & locus nomen accepit. Putealis enim puteorum opercula dicuntur. Cic. 1. de Diu. Coem autem illam & nouaculam defossam in Comitio, supraque impositum puteal accepimus. Fuisse autem hunc locum iuri dicundo destinatum, satis aperte docet Hor. 2. Ser. Sat. 6. Ante secundam Roscius orabat, sibi adesse ad puteal cras.

PVTEALIS, & hoc le. [*Di ποτχχο.*] ex puteo. Ouid. in Ibin: Vt quos dux Pænus merfit putealibus undis. Col. lib. 1. c. 3. Fonte puteali possit irrigari.

PVTEANVS, a, um, [*Di ποτχχο.*] idem: ut Aqua puteana. Plin. 1. 16. Col. lib. 11. cap. 26.

PVTEARIVS, rij, [*Chi cana ποτχχι.*] *φρατορύνης*, qui puteos fodit. Plin. lib. 31. cap. 3.

PVTEO, putēs, putui, prima pro. [*Πυτχχε. Gal. Puir, estre puant, sentir mal. Hipp. Heder.*] *μυδάσφατεο*. Hor. 2. Ser. Sat. 2. Putet aper rhombusque recens. Quint. lib. 6. c. 4. Aliquando desinet putere. Diurno mero putere. Hor. 1. epist. 20.

PVTEOLI orum, *ποτχχοι*. Steph. opidum maritimum Campaniæ, octauo lapide distans a Neapoli, non procul ab Auerno lacu, a Samijs constitutum, teste Eusebio, sub idem fere tempus, quo Tarquinij Roma sunt exacti. Dicti Puteoli, siue a copia puteorum aquis calidis scatentium, siue a putore, id est graueolentia aquæ sulphurata. Puteolanus, Cic. Thermo. Cluius Puteolanus ualde me obseruat.

PVTEVS, tei, [*Ποτχχο. Gal. Vn puis. Hipp. El ποτχχο.*] *σείαρ*, qui perpetuas habet aquas ex terræ uenis manantes, non tamen fontium more foras prorumpentes, dictus quod puteat ex alunine, & sulphure sæpe, dum cauat: aut certe, ut Varroni placet lib. 4. de Ling. Lat. a *πότος*, quod potum significat. Virg. 3. Geor. Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto Currentem lignis potare canalibus. undam. Cicer. de prouin. conf. Virgines se in puteos abiecerunt. Differt a cisterna, quod illæ suas habeat aquas ex terræ uenis manantes, Cisterna aduentitias. i. pluuias colo perpurgatas. Legitur & Puteum ne. ge. ut annotauit Nonius, citans locum Var. ad Fundanium, stagna, putea, maria.

PVTIBVLI, locus publicus Romæ ultra exquilias, commune sepulcrum, miseræ plebita dictus, siue quod ibi cadauera putrescerent, teste Festo, siue quod putrefacta cadauera summum ibi pu-

tozem gignerent, siue a puteis ipsis. i. fossis in quibus cadauera sepeliebantur. antiquissimum enim sepulturae genus fuit, teste Festo, ut facto puteo cadauer humo obrueretur. nam cremandum corpus consuetudo a L. Sylla initium sumpsit.

PVTIDVS, a, um, [*Πυτχχylene. Gal. Puant. Hipp. Cofa hedi uida.*] *μυτχχα* *λέος*, mali odoris. Plin. in Bacch. Tanti est, quanti est fungus putridus. Cic. in Pis. Istius peccadis & putida carnis consilio niti uolebam. Transfertur & ad orationem quæ putida dicitur, cum est insuauis, rancida, humilis, & abiecta, aurium iudicio non satisfacit. Nonius: Putidum non solum ab ore foetido, & graui, quod naribus præbetur; sed etiam quod auribus triste, insuaue, austerum, rancidum, putidum dici posse auctoritas uetustatis admittit. Cicer. Attic. lib. 1. Vereor ne putidum sit scribere ad te, quam sibi occupatus. Idem in Orat. Quoniam modo audiretur Mythus, aut Piryx Athenis, cum Demosthenes exagitetur, ut Putidus. Hinc Putidiusculus. Cicer. Cæsar. libro 7. Sumus putidiusculi, quam per te uix licet. Idem Putidulus, aliud dicitur. Martial. libro 4. Altera ridicula est, altera putidula. Hinc Putide, insuauiter, austere, rancide. Cicer. de Clar. Orato. Si quis eos, qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide. Attice putat dicere.

PVTITVS, pro stulto a Plauto usurpatur, teste Festo.

PVTO, putis, [*Potare, bruscare, pensare. Gal. Couper les choses superflues, esmonder, tailler. Hipp. Podar uides à arbres.*] *δυνατχχα*, inutilia, & superflua ex arboribus, fruticibus uel resedo. Colum. lib. 2. Neque uitem, aut arborem putent. Ad animum transfertur, pro cogitare, considerare, cogitando enim rescamus mente, quæ falsa, aut inutilia sunt. Terent. in Eun. Dum hæc puto, præterij imprudens uillam. Aliquando pro æstimare. Cicer. in Verr. Si denarijs quadringentis Cupidinem illum. Terent. Ad. Mirto maledicta rem ipsam putamus. Putare rationem, est calculum subducere. Plaut. in Aul. Putatur ratio cum argentario. Aliquando pro cogitare. Plaut. in Cas. Cum eam mecum rationem puto. Interdum aptare, Titinnius Follonibus, ut citat Nonius: lanam qui non reddet tempore putatam, facito ut multetur malo. Interdum exitimare. Terent. An. recte putas. Cicero de Amic. Attilius prudens esse in iure ciuili putatur, id est, exitimatur. Putator, qui nites, alias uel arbores, aut frutices, sarmentis, ramisque inutilibus repurgat. Plin. lib. 27. cap. 8. Virg. 2. Georg. putatio. Cic. de Orat.

PVTOR, [*Πυτχχο. Gal. Puantew. Hipp. Hedor y hediode.*] *χέτορ*. Cat. c. 157. Ea omnem putorem adimet. Luc. lib. 2. Intempetuos cum putor cœpit ab iambres.

PVTRADO, nis, [*Putrefactione. Gal. Pourriture. Hipp. Podre à podricion.*] *αυδω*, corruptio, Onid. 3. de Ponto.

PVTRFACIO, [*Putrefare. Gal. Pourrir, corrompre, & gaster. Hipp. Podrir se.*] *πύθω*, corrompo, putre aliquid facit. Col. 1. 3. Fomicæ putrefaciunt crura uitium. Plaut. in Most. Venit imber, putrefacit opera fabri. Liu. 21. Saxa infuso aceto putrefaciunt.

PVTRFEO, [*Marcare.*] *αυθω*, marceo. Pacuius: Annis, & atate hoc corpus putret. Pla. Most. Tigna humida putrent.

PVTRFESCO, is, [*Putrefarsi. Gal. Se pourrir, corrompre & gaster. Hipp. Podrir se.*] *καταπόθω*, putridus fio. Colum. lib. 2. Vt herbarum culmis immitta putrescant. Idem in eodem: Totum sterquilinum ratis perniciter oportet, quo facilius putrescat, & fit aruis idoneum. Hor. 2. Ser. Sat. Vestis putrescit in arca.

PVTRIDVS, a, um, [*Putrefatto, marcio.*] putris, putrefactus. Cicer. in Piso. non enim nos pilosæ genæ, non dentes putridi de ceperunt.

PVTRIS, & hoc putre, [*Corrotto, putrefatto. Gal. Pourrir, gaste & corrompu. Hispan. Podrido, corrompido.*] *σαπρός*, corruptum, in putredinem resolutum. Virgil. 11. Aeneid. Quadrupedum putrem curtu quatit ungula campum. Idem 1. Georg. Et Zephyro putris se gleba resoluit. Vbi Seruius: Putris gleba, id est solubilis. Col. lib. 2.

PVTRIS, a, tum, [*Puro, purgato. Gal. Pur, purgè sans mistion. Hipp. Puro, alimpiado.*] *καταρός*, idem quod purus: unde Purum argentum, id est purgatum. Iuuen. Saty. 10. Pauca licet portes argenti uacula puti. Interdum Purus in oratione legitur coniunctum cum adiectiuo purus, unde, Argentum, purum putum dicitur, quod ita ex coctum est, itaque purgatum, ut nihil alterius materiæ habeat admixtum. Gel. lib. 6. cap. 5. Cautum fuisse, ut Carthaginenses quotannis populo R. darent certum pondus argenti puri puri. Plaut. Pfe. ad hominem transfuit, cum ait: Polyma cheroplacides Purus putus est ipse. Quasi dicat, ipse omnino est, & non alius profus. Fest. Putum antiqui pro puro dicebant: unde Putum aurum putatum dici solet, id est expurgatum. Orationes putissimæ. Cicer. Att. lib. 2.

P A N T E Y

PYCTA, *πυκτη*, uel *Pyctes*, Latine pugil. Lampridius in Helio. Gladiatores ante conuiuium pugnantes sibi, & Pyctas frequenter exhibuit.

hibuit. Hinc Col. 1.8.c.2. Gallinaceum in certaminibus gallorū pugnacem Pisten uocat. Plin. lib. 7. cap. 47. Euthymus pyta, semper Olympiæ uictor.

PYSTACIUM, *pyctacij, πυστακίου*, apud Lampridium in Alexandri uita, dicitur album, hoc est tabella dealbata, in qua nomina iudicum selectorum describebantur.

***PYNDO**, opidum Macedoniæ, ad Sinum Thermaicum. Plin. lib. 4. cap. 10.

PYGÆRVS, *πυγαίρος*, caprea siluestris, non dissimilis damis. Plin. 1. 8. c. 53. Sunt & *damæ*, & *pygargi*. Iuue. Sat. 11. Sumine cum magno lepus, atque aper, atque *pygargus*. Est item *Pygargus* auis ex genere aquilarum. Plin. lib. 10. cap. 3.

***PYGELA**, Vrbs Ioniz, non procul ab Epheso. Theopompus.

***PYGMALION**, Beli Tyrriorum regis filius, frater Didoni.

***PYGMÆI**, [*Pigmei, nani*], ut lib. 7. scribit Pl. c. 2. Populi in extrema parte montium Indiæ habitantes, salubri cælo, semperq. uernante, qui teruos dodrantes non excedunt: unde *Pygmæi* dicti sunt. Πύγμας, enim cubitum significat. Horum mulieres quinto anno pariunt, senescunt octauo. Aristo. in cauernis uiuere *pygmæos* eos tradit Plin. quoque lib. 4. cap. 11. in Thracia *Pygmæos* fuisse scribit, Urbemque Geraneam tenuisse, donec a gruibus fugati nouas sibi sedes quærere sunt coacti. ad quod etiam spectare uideatur illud Iuue. ex Sat. 13.

Ad subitas Thracum uolucres urbemque sonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis.

PYLADES, *dx*, uel *dis*, Strophij Phocensis filius indissolubili amicitiz uinculo cum Oreste coniunctus. nam cum Clitemnestra, ab Aegystho adultero adiuta, Agamemnonem occidisset, Strophius Orestem adhuc puerum certissimæ neci subduxit, & regno suum cum Pylade educauit. Postea cum Orestes, gratia uindicandæ paternæ mortis, matrem peremisset, eamque ob rem in furorem conuersus esset, Pyladem perpetuum omnium suarum profectioum comitem habuit, & socium periculorum: tamque se mutuo amoris uehementia sunt profecti, ut alter pro altero mori non recusaret. Cic. de Ami.

***PYLENE**, *πυλένη*, opidum Aetoliæ. Hom. in Catalogo.

***PYLVS**, opidum agri Messeniaci, in tractu occidentali Peloponnesi. unde Pylus Nestor.

PYRA, [*Monte de legno. Gal. Vn mouceau de bois pour mettre au feu. Hisp. Hoguera.*] *πυρ*, lignorum congeries, cuiusmodi olim cremandorum corporum causa extruissent. Virgil. 4. Aeneid. At regina pyra penetrali in sede sub auras Erecta ingenti. Idem 11. Aeneid.

PYRAMIS, *dis*, [*Pyramide*], *πυραμίδς*, moles maxima quadrata, ita constructa, ut elato in acutum tendat, in formam flammæ, quæ imasui parte latior, in acuminata definit fastigium maximæ huius generis in Aegypto fuisse memorantur circa Memphim, structuræ ex quadratis lapidibus admirandæ, fastigiatæ ultra omnem excelsum, quæ manu fieri posset, (ut scribit Soli.) sub quibus sepeliebantur reges. excogitatæ primû a regib. Aegypti, ne plebs esset otiosa, uel ne pecuniam successoribus relinqueret. Plin. lib. 35. c. 12. Hinc *Pyramidis*, in pyramidis relinam. Cic. 1. de Nat. Deo. Quædam pyramidata, curuata quædam.

PYRAMVS, [*Piramo*], adolescens Babylonius, qui Tisbes uicinæ puellæ nuptio amore captus, amicæ persuasit, ut, deceptis cultodibus, in solitudinem quandam extra urbem ad se conueniret. quo cum puella prior uenisset, conspecto leone, trepida profugit ad filias, relicto præ festinatione amiculo, quod inuentum leo dilacerauit. ueniens deinde in locum constitutum Pyramus, cum Tisbes amiculum a fera dilaceratum agnouisset, arbitratus ipsam a leone esse deuoratum, doloris impatentia, quo accinctus erat, gladio seipsum interemit: Tisbe quoque cum, posito timore, ex filia rediisset, Pyramumque ex uulnere adhuc palpitantem agnouisset, exempto ex uulnere gladio sibi etiam mortem consciiuit. Hoc nomine etiam dictus est fluuius Asiæ, Nili modo limû deferens, qui magnam Ciliciz partem adiecit, utroque oris sul latere magna limini congesta. Stra. lib. 1.

PYRENE, [*Pyrene*], p. *πυρην*, nomen puellæ, Berycis filiz, in pyrenæo monte ab Hercule compressæ, atque a feris laniatæ, & ibi sepultæ. qui mons quoque a Poetis *Pyrene* nuncupatur. Silius lib. 3. *Pyrene* celsa nimbosi uerticis arce Diuisos Celtis late prospectat Iberos. & Tibul. lib. 1. non sine me est tibi partus homos tua bella *Pyrene* Testis, & Oceani litora Santonici. Hic mons Galliam ab Hispania diuidit, ab exortu æquinoctiali in occasum brumalem portectus, ita dictus *πυρ* τὸ *πυρός*, ab igne: siue quod crebris fulminum ignibus feriatûr, siue quod *Pyrenæi* montis siluæ (ut auctor est Diodorus lib. 6.) iniecto a pastorib. igne olim uniuersæ conflagrauerint. Silius a *Pyrene* puella *Pyrenæum* saltum dici antumat. Dicitur autem mons ipse *Pyrene*, & *Pyrenæus* mons. *Pyrene* autem per i. nostrum, siue *Pyrene* (*πυρην*, Suidæ) est fontis nomen (ut inquit Probus) in Helicone Musis consecra-

ti. Scрабо autem *Pyrenem* fontem sub *Acrocorintho* monte nominauit, cuius meminit, & *Perûs*, & *Pla.* in *Aul. Stat. lib. 1. Syl.* in posteriore hac significatione primam syllabam semper producit, quia apud Græcos scribitur per æ diphthongum: in priore eandem habet indifferentem, ut facile est uidere ex testimonijs *Catulli*, & *Silij* paullo ante citatis.

PYRETHRVM, [*Pyrethro*], herba quam Romani *Saliuarem* appellat. Folia & caulem emittit, dauco siluestri, & fœniculo similem. Oui. de Ar. Tritaque in anno flaua *pyrethra*, mero. Plin. lib. 28. c. 6. Diof. lib. 3. cap. 48.

PYRGOTÆLES, gemmarum sculptor nobilissimus. Plin.

***PYRGY**, opidum in ora Tusciæ, *Prolemæo*.

PYRGVS, [*Torre. Gal. Vne tour. Hisp. Torre.*] *πυργός*, Latine turris, quod fulgureis ignibus feriri turres consueuerunt. A cuius similitudine *Pyrgus* etiam uasis genus dicitur cauitate fessili, quo coniecti tali, agitantur antequam in aluolum emittantur. Horat. 2. Ser. Sat. 7. Mitteret in *pyrgum* talos. *Martia*. *Turriculam* Latino uocabulo appellauit. *Perûs* *Orcam* dixit. Scire erat in uoco dannosa *Caucula* quantum raderet, angustæ collo non fallier *Orcæ*. *Porphyrio* *pyrgum* idem esse docet cum *scitillo*, uasculum scilicet, in quo coniectæ tessellæ, agitate que mittuntur. *Iuuenalis*: *Paruoque* in eadem mouet arina *scitillo*. quibus uerbis clarum fit, *scitillum* terriculam esse, non tabulam lusoriam, quæ lata, & spatiosa esse consueuit, & quæ *Alueus* siue *Alueolus*, siue *latrum cularia* tabula dicitur.

PYRITES, pen. pro. *πυρίτης*, silicis genus, quod in metallis, & fluminibus quibusdam inuenitur. Plin. lib. 36. cap. 19. Dicitur *Pyrites*, quod ægerrime quidem ignem accipiat, semel tamen acceptum diutissime conferuet. *Georgius* *Agricola* de Re metall. qui multo plura enumerat *pyritarum* genera, *Pyrites*, item dicitur *silex* ille, qui ferro illusus ignem emittit. Plin. libro 36. capit. 19.

PYROPS, *pi*, quoddam metalli genus, flammæ colore referens, unde & nomen habet. *Ouid.* *Metamorph.* *Flammæ* imitante *pyropo*.

PYRRHA, *πύρρα*, *Deucalionis* uxor, quæ post diluuium, una cum marito, iactis post terga lapidibus humanum genus fertur reparasse. *Ouid.* 1. *Met.* Est & *Gariz* ciuitas. Plin. lib. 1. ca. 19. Est & opidum in *Lycia*. idem. lib. 5. c. 27. Item aliud in *Bubœa* insula. lib. 4. c. 12. Aliud præterea in *Magnesia*. idem lib. 4. cap. 9. Item aliud ad *Pontum Euxinum*, non procul a *Mæoni* de. *niaris* impeu hauitum. lib. 2. ca. 92. Aliud in *Lesbo* insula, *Ptol.* lib. 5. c. 2. & *Plin.* 1. 5. ca. 31. Est item *Pyrrha*, siue *Pyrrhe*, insula *Cariz* adiacens in *sina* *Ceramico*. idem lib. 5. cap. 31.

PYRRHICHA, siue *pyrrhiche*, *es*, *πύρριχον*. genus fuit saltationis enopliæ, hoc est quam armati peragebant, quæ *Lacedæmoniorum* iuuentutis loco bellici progymnasticæ erat, teste *Aristoxeno*, apud quos a quinto statim ætatis anno pueri incipiebant, *πύρριχον*, accinente interim aliquo carmen hyporchematicum, ad cuius numeros motus componebant. Plin. 1. 7. c. 57. a *Pyrrho* quodam *Cretensi* primum institutum tradit in *Crete*. *Aristoxenus* originem eius ad *Pyrrhicum* quendam *Laconem* refert. *Aristoteles* contra ad *Pyrrhum* *Achillis* filium, quem primum omnium *Pyrrhica* ait saltasse ad *Patrocli* rogam. *Suet.* in *Cæs.* *Pyrrhichæ* saltauerunt *Asiæ* principum liberi.

PYRRHICARIJ, *πύρριχαί*, siue *pyrrhicharij*, ut scribebant ueteres nullam peregrinam litteram recipientes, qui *pyrrhica* saltabant armati. *Vlp.* ad *Dammum*. *Digest.* de *Pœnis*.

PYRRHICHS, *πύρριχος*, pes metricus, constans ex duabus syllabis breuibus: dictus a *Pyrrho*, qui primus uictoria potitus frequentibus *Pyrrhichis* est laudatus.

PYRRHO, *πύρρων*, philosophus *Elidenis*, primo pictor, deinde *Anaxarchi* discipulus, a quo philosophi *Pyrrhonij* dicti, quos Græco cognomêto *σκηπτικὸς*, id est, consideratores appellant. nihil enim decernunt, sed in quærendo semper, considerandoq. sunt. ac ne uideat quidem plane quicquam, neque audire se putant, aiuntque ueritatem incomprehensibilem uideri.

PYRRHVS, [*Pyrrho*], *πύρρος*, *Achillis* filius, ex *Deidamia* *Lycomedis* filia, ita dictus a *fuluo* colore capillorū, teste *Ser. Hic* & *Neopolemus* appellatus: quod admodum adulescentulus, ad belli *Troiani* reliquias fuerit perductus, erat. n. in fatis, sine illo *Troiam* capi non posse. In *Ilij* autē expugnatione primum *Politem* *Priami* filium, deinde & patrem ipsum interfecit, *Polyxenum* *Achillis* patris sui manibus inferias misit, *Andromachen* uero, quæ in prædam sibi cesserat, aliquandiu iustæ uxoris loco habuit: quam deinde, *Hermionem* *Menelai* & *Helenes* filiam ducturus, *Heleno* uxorem tradidit: demum ab *Oreste*, uxorem sibi eripi inique ferente (nam ei antea fuerat *Hermione* desponsata) cæsus est. Fuit & alter *Pyrrhus* *Epyrotarum* rex, materno genere ab *Achille*, paterno ab *Hercule oriundus*: qui cum a suis ob odium paternæ crudelitatis, ad nocem quæreretur, clam a matre subdu-

subductus est, & Illyricorum reginæ traditus nutriendus: apud quam cum ad summam spem adoleuisset, reuocatus a suis regni administrationem suscepit. Postea a Tarentinis accitus, aduersus Romanos uario euentu pugnavit. Perijt ita tegulæ percussus, cû Thebas cepisset. Plutarchus.

PYRVS, priore cor. [Pera, arbore. Gal. Vn poirier. Hiss. Peral arbol.] ἄπιος, arbor nota. Virg. 4. Geo. Eduramque pyræni & spinos iam pruna ferentes. Idem 1. ecl. Inferre nunc Melibœæ pyros. Pyrum, fructus, dictum, quod ad similitudinem pyramidis e lato tendat in acutum, flammæ similitudinem reddens. Pli. lib. 15. cap. 15. Ca. 10 ca. 7. Col. lib. 2. cap. 10. Hor. 1. epist. 7.

PYTHAGOREI, & Pythagorici præceptis Pythagoræ insistentes.

PYTHAGORAS, [Pitagora.] philosophus fuit Samius, Mnesarchi annulorum sculptoris filius, & Italicæ philosophiæ princeps, de quo extat celebre illud elogium, apud Oui. 15. Met. Mente deos adiit & quæ natura negauit Visib. humanis, oculis ea pectoris hausit. in Aegyptum nauigauit, ut theologiam cognosceret. Deinde astrologiæ Chaldaicæque disciplinæ cupidus, Babylonem sese cõstulit, ubi syderum cursus, eorumque in genituris hominum effectus est edoctus. Spartam quoque adiit, & in Cretam nauigauit; ut Minois, & Lycurgi inclytas eo tempore leges cognosceret. Post hæc in patriam rediens, cum eam a Polycrate tyranno occupatam uidisset, in eam partem Italiæ fecessit, quæ magna Græcia dicta est, delectaque sede apud Crotoniatis, magno auditorum affluxu philosophiâ professus est, quo tempore Romæ regnabat Seruius Tullus, ut docet Liu. lib. 1. Crotoniatis & Metapontinis leges conscripsit: populosque luxuria dissiuentes auctoritate, & doctrina ad frugalem cultum reuocauit, adeo, ut & mulieres integritate eius, uitæque seueritate, adductæ, auratas uestes, ornamentoque lasciuiora in templo Iunonis consecrarent. Postremo, cum multos annos Crotone egisset, Metapontum commigrauit: ubi & supremum diem obiit. Ab animalium carnisibus, & a fabis religiosissime abstinebat: quod & tangit Iuuen. Sat. 15.

PYTHIA, thiorum, πύθια, ludi Apollinares, qui in Apollinis honorem sunt instituti, ob eandem Pythonis serpentis nocentissimi: aut ut Strab. l. 9. scribit, hominis sceleratissimi, cognomento Draconis. Oui. l. 1. Met. Instituit sacros celebri certamine ludos, Pythia perdomicæ serpentis nomine dictos. Victores huius certaminis, teste Luciano, lauro coronabantur.

***PYTHIA**, πύθια, sacerdos Apollinis, apud Delphos.

PYTHIUS, Apollinis cognomen, a Pythone serpente inditum, quem iaculis suis adhuc puer fertur interemisse, uel ἄντ' τὸ πύθια ἄρας, hoc est, a consulendi & interrogandi usu, unde & Phœbades ipsæ Pythiæ dicuntur, teste Strab. lib. 9.

***PYTHODORVS**, Sculptoris nomen. Plin. lib. 36. c. 5.

PYTHON, πύθων, serpentis nomen a πύθω, quod est putredo, quod ex putredine terræ post diluuiû Deucalionis natus dicitur. Hunc ab Apolline sagittis interfectum fuisse fabulantur poetæ, quod terræ putredo Solis calore absumatur. Clau. 7. Pane. Cæruleus tali prostratus Apolline python.

***PYTHOPOLIS**, ciuitas Asiæ. Plin.

***PYXACANTHVM**, frutex spinosus, cubitalib. ramis, folijs buxi, unde nomen accepit. πύξος, enim buxum significat.

PYXIS, idis, πύξις, proprie uasculum e buxo, quod Græci πύξιν, appellant: ex quo ligno primum fieri cœpit: quâquam & ex alia materia fieri possit. nam (ut docet Quin. l. 8. c. 6.) Pyxides cuiuscunque materie sunt, quarum uocis uarijs rebus est accomodatus. Cic. pro Coel. Eodem Licinium esse uenturum, atque ijs ueneni pyxidem traditurum. Mart. l. 9. Et lateas centum coudita pyxidibus. Plin. l. 18. c. 11. Primori inest pyxis ferrea. Pyxides item in ofibus per similitudinem quandam appellantur acetabula, pyxidû more excauata, quæ rotunda ossium capita excipiunt. Deminutiuum est Pyxidicula, πύξιδισ, in qua aromata continentur. Cels. l. 6. Liquidum collyrium pyxidicula seruatur. Pyxidatus, quod pyxidid similitudinem refert. Plin. lib. 31. c. 6.

***PYXVS**, Pyxuntis, πύξυς, opidium Lucaniæ a Lætinijs Puxentum appellatum. Plin.

DE LITTE R A Q



LITTE R A, u, uocalem post se sequentem, in eadem syllaba cum altera uocali, coniungit, quæ alioqui in eadem syllaba coniungi non posset. Quin. lib. 12. ca. 10. Duras & illa syllabas facit, quæ ad coniungendas demum subiectas sibi uocales est utilis, alias superuacua: ut cum Equum, ac Equos scribimus, cum ipsæ etiam uocales duæ efficiunt sonum, qualis apud Græcos nullus est,

ideoque scribi illorum litteris non potest. Quod sane terminatio ipsius q, & necessaria consequentia alterius u, post illud, & ante alteram uocalem indicare potest. Numquam enim in eadem syl-

- RATIONALIS, 2, um,** [Rationale. Gal. Raisonné, qui use de raison. Hisp. Cosa de razón.] λογικός, cui a natura insitum ut ratione uti possit. Quin. lib. 7. capit. 4. Falsa est finitio, si dicas, Equus est animal rationale: nam equus animal, sed irracionale. ad Heren. libro secundo. In causa rationali queritur. Rationales, & procuratores Cæsaris idem erant, ut ait Lampridius in Alexandro.
- RATIONARIVM, 2, um,** [Libro di conto. Gal. Livre de comptes, registre. Hisp. Libro de cuentas.] λογισµός, liber rationum. Sueton. in Aug. Tædio diuitiarum ualerudinis, magistratibus ac Senatu domum accitis rationarium imperij tradidit. Rationarius, ria, rium, λογισµός, ut Rationarius apparitor. Marcel. iurif. con.
- RATIO, 2, um,** consistere dicitur, cum iusta apparet. Plin. Iunior: Mirum quam singulis diebus in urbe ratio consistet. Pro eodem dicimus. Ratio apparet, cum scilicet accepta cum datis collata, paria inueniuntur. Plaut. in Trin. Ratio apparet, argentum οὐχ ἔχεται.
- RATIS, 2, um,** siue Rates, tis, si Probo credimus, [Zeta, naue. Gal. Vn raseau, une uasselle, barc ou basteau. Hisp. Balsa de maderos trauados, naue.] ἄρδία, conuexarum trahium compages, quæ antequam nauigia essent inuenta, nauium usum præbebat. Plin. lib. 7. c. 56. Naueum primus ex Aegypto in Græciam Danaus aduexit: ante ratiibus nauigabatur. Cic. 7. Verr. Cum nauibus aut ratiibus conarentur accedere. καταχρηστικός, a poetis pro nauī accipitur. Virg. lib. Aen. Disceitque rates. Qui. lib. 14. Met. Fertque rates pronas, me dioque sub æquore mergit.
- RATIVVS, 2, um,** quadrans, & Ratiuis triens, ab antiquis appellati sunt, quod in iis ratis fuerit effigies, ut nauis in asse. Nonius.
- RATIUNCULA, 2, um,** [λογάριον, dem. a ratio. quod modo accipitur pro leui & facili ratione, Cic. 2. Tuf. Concludunt ratiunculis Stoici, cur non sit malum, quasi de uerbo, non de re laboratur. Suggere ratiunculas, idem 3. de Natu. Deo. Modo pro supputatiuncula, non magnæ pecuniæ. Terent. in Phor. Erat ei de ratiuncula apud me reliquum pauillulum nummorum. Plaut. in Cap. Subducam ratiunculam.]
- RATUMENA, 2, um,** auriga fuit, qui cum in ludis Circensibus excussus fuisset, equi eius cum corona, & palma in Capitolium peruenerunt, sedemque ter lustrarunt. Ex quo factum, ut porta, per quam intrauerat, Ratumena diceretur. Plin. lib. 8. c. 42.
- RATVS, 2, um,** ratum, [Fermo, stabile, constante.] γύρις, βίβατος, firmus, fixus, constans, immobilis. Ter. in Hecy. Ne quod egissit, esset ratum. Cic. 2. de Nat. Deo. Qui cum tam certos cæli motus, tam ratos astrorum ordines uideret. Ibidem. Astrorum in omni æternitate rati, & immutabiles cura, Ratum habere aliquid, est approbare, confirmare, Cic. pro Rosc. Com. Quis hoc frater fratris, tribuit, ut quodcumque retulisset, id ratum haberet? Ratum facere, est confirmare, Cic. 1. de Diuin. Quid habet augur, cur a dextra coruus, a sinistra cornix faciat ratum subaudi augurium. Ratum mihi est, approbo. Cic. ad Gall. lib. 7.

- Quæ te emisse scribis, non solum rata mihi erunt, sed etiam grata. Pro rata parte, idest, habita ratione proportionis. Cel. 1. Bel. Gal. Quadraginta iugera in singulos proponit, & pro rata parte centurionibus, euocatisque. Liu. 45. Tantum perditum datum fuisse credunt, & pro rata alius. Cic. 1. Tul. Ut cuique data sunt pro rata parte, ita longa aut breuia dicuntur. Pro rata portione, Plin. lib. 11. cap. 15. Rata preces, exaudiat. Ouid. in Fast. Efficiatque ratas utraque diua preces. Est & Ratus, participium a uerbo Reor, idem quod arbitratus. Pla. in Añ. Ego præter alios meum uirum fui rata siccum, continentem, amantem uxoris maxime. Idem in Amph. Victis hostibus, quos nemo superari posse ratum est.
- RAVCAE**, uermes terreni, radices arborum lædentes. Plinius libro 17. cap. 18.
- RAVCITAS**, [Rauçitâ], raucedo, ῥαυχότης, uocis obtusitas. Plin. lib. 11. cap. 51.
- RAVCISONVS**, Lucret. Rauçifonoq. minantur cornua cantu.
- RAVCVS**, a, um, [Rauco, roco. Gal. Erroué. Hisp. Ronco.] ῥαυχῶδης, qui uocem obtusam habet, compressam, & impeditam. Vir. 11. Aen. Dant sonitum rauci per saxa silentia cycni. Vbi Rauços cynos uocat, non quidem canoros, aut optimam uocem habentes, sed alarum concussione inter uolandum raucum per aera sonum efficiunt. Ponitur & pro fesso, ut, Rauca fama, Cicer. ad Var. lib. 9. Tenolo, nisi rumor tam raucus erit factus, ab Baias uenire. nisi ipse rumor defecerit.
- RAVDVS**, uel Rodus, uel etiam Rudus, [Roço, imperfecto. Gal. Rude, mal poli. Hisp. No Labrado.] ἀῤῥῶρον, teste Festo significat rem rudem, & imperfectam. nam & saxum quoque Raudū appellat poetæ. Attius Menalippe: Manib. capere Rodus saxum grande & graue. Aer quoque rude & impolitum Raudus, Rodus, siue Rudus dicebatur. Cincius de priscis uocabulis apud Festum: Omnis materia ferrea non deformata, rudis appellatur, & uestimentum rude, non perpolitum. Ad eadem Apollinis æs confectum iacebat: Id Rudus appellabant. In æstimatione censoria tamen æs infectum Rudus dicebatur.
- RAVDVSCLIA**, porta Romæ, a raudo, idest, ære, quod æratia esset. Var. 4. de Ling. Lat.
- RAVDVSCLVM**, culi, siue Rudusculum, demin. a Raudus, siue Rudus. proprie æs rude & infectum, quamquam nonnumquam etiam pro ære signato accipitur, ut ex Cincio annotauit Festus. Vnde in uentionibus mancipi. scriptum erat. Raudusculo librari ferito.
- RAVENNA**, [Rauenna.] ῥαβέννα, urbs in octaua regione Italix, Sabinorum colonia, teste Plin. lib. 3. cap. 15. In ora littoris Adriatici. Hanc quidam a Theffalis conditam perhibent. Alij post excisam Troiam, alij post confusas hominum linguas in Babylone, constructam fabulantur. Liu. auctor est, ab Augusto muris cinctam fuisse.
- RAUIDVS**, ῥαυιδός, quod ex fuluo colore nonnihil ad nigredinem declinat, ut, Rauidi oculi. Col. lib. 8. cap. 2.
- RAUIDIAE**, dicuntur qui rauos oculos habent. Festus.
- RAUIS**, huius Ratis, [Rauita. Gal. Errouement, errouenne. Hisp. Ronquedat.] raucedo, uocis obtusitas. Plaut. in Aul. Si quid poscamus, ad rauim poscamus, prius, quam quicquam detur? idest, clamose adeo, ut uox etiam toties uociferanti raucescat. Appul. lib. 3. Boando purgant rauim.
- RAVISCILLVS**, dem. Pla. Quis hæc mulier, & ille rauiscellus qui uenit? Festus: Rauis colores appellatur, qui sunt inter flavos & cæcios, quos Plaut. appellat Rauiscellos.
- RAVRCI**, Gallix Belgicæ populi non procul a Rheno: quorum caput fuit Rauicium, siue, ut apud Ptolemaum legitur, Augusta Rauicorum. Vide Althamerum in Tacitum.
- RAVVS**, ua, um, medium habens colorem inter flavum & cæsiuum ut ait Festus: siue quod ex fuluo definit in nigredinem. Cic. 1. 4. Aca. Quia nobis tum cæruleum, tum rauum uidetur. Sic ab Horatio Raua lupa dicitur a colore oculorum, lib. 3. Car. Ode. 27. Varr. 2. de re rust. 2. Rauis oculis.
- R A N T E E
- RE**, ad 2. præpositio quandoque perfectionem denotat, ut recognosco. Quandoque reciprocaione in, ut Redamo. Quandoque contra, siue aduersus, ut Reluctor, idest, repugno. Quandoque iterum, atque iterum, ut Reputo. Quandoque reditum ad pristinum statum, ut Repuerasco. Quandoque ualde, ut Redundo. Quandoque longe. Virg. lib. 3. Italiam petere, & terras tettare repositas. Seruius, Repostas: idest, longe positas. Sic Remoueo, longe moueo. Quandoque denotat contrarietatem suorum simplicium: ut Retegeo, quod est te sum, denudo: Refigno, signatum aperio: Recludo, clausum patefacio. Quandoque habet diuersam a suis simplicibus significationem: ut, Rescisco, nam cum Scire sit cognoscere, Rescire tamen, siue resciscere, nõ est rursus cognoscere, sed factum aliquod occultius cognoscere. Aliquando nihil omnino addit significationi sui simplicis. nam Recaleo, nihil aliud est, quam caleo.
- REÆDIFICO**, ficas, [Redificare, risar di nuouo. Gal. Redifier, rebastir, bastir de rechef. Hisp. Edificar de nuouo.] ἀνασῃδῆσαι, in itauro, ædificium collapsum restituo. Reædificare meritum pro resarcire. Cic. ad Attic. lib. 6. Cæsarem in merito reædificando diligentiore fore.
- REAPSE**, [In effetto, per opera,] τῷ ἑντι, significat re ipsa. Pacunius: Si non est ingratum reapse quod feci. Cic. 1. de Diui. Formæ quæ reapse nullæ sunt, speciem autem offerunt. Idem 5. de Finib. Quod idem reapse primum est.
- REATE**, reatis, ῥέατιον, Stephano ciuitas in Umbria, Italiæ umbilicus, teste Plin. lib. 3. ca. 12. Hinc Reatinus gentile. Var. 2. de rustic. cap. 6.
- REATVS**, rus, [L'essere reo, la conditione del reo. Gal. La condition de l'estat de ceuz qui sont accusez. Hisp. Culpa, obligacion à la pena.] itatus & conditio reorum. Iurisconsultus: Si ductino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius subleuanda erit, idest, in eum mitius anuaduertendum, id quod euenire solet aut iudicium consilio, in diem longiorem iudicium reijcitur: aut pro re nata, si qua de causa plane non liquebat, reus sapius ampliatu est. pars enim pœnæ uisa est, longa temporis intercapedo in calamitate & miseria. Iust. lib. 4. Reuocato igitur ad reatum Alci biade, duo prælia secunda Niceas & Malachus faciunt. Ad reatum id est, ad causam dicendam, inquit Budæus. Errore autem nimio (inquit idem Budæus) hæc opinio inter nostræ ætatis iurisperitos inualuit, ut Reatus pro crimine capiatur. Est autem reatus uocabulum nouum, Ciceronis ætati incognitum: proximo tamen sæculo, imperante Augusto, a Messalla primum usurpatum. Quint. lib. 8. c. 3. Messalla primum Reatum, Munerarium Augustus primus, dixerunt. Mar. lib. 2. Si det iniqua tibi tristitem fortuna reatum.
- REBELLO**, las, [Ribellare. Gal. Rebeler, se reuancher. Hisp. Rebelar.] ἀπίσῃν, proprie de ijs dicitur, qui in fide, quam principi, aut reipublicæ obligant, non permanent: aut qui aliquando uicti, & in deditionem recepti, bellum redintegrant. Cæf. 8. Bel. Gal. Si tali ratione plures rebellare cœpissent. Liu. 8. Quia cum Latinis rebellare nolissent. Rebellare dicuntur uulnera, seu alia uicia, cum semel curata repullulant. Plin. 2. 5. ca. 13. Rebellat humor, idem lib. 13. cap. 12.
- REBELLATOR**, [Ribello. Gal. Celuy qui rebelle. Hisp. El que rebella.] ἀδωλιαστῆς, qui semel uictus, & in deditionem receptus, bellum instaurat, quive in fide principi aut ciuitati obstricta non permanet. Rebellatrix. Liu. lib. 40. Prouinciam ingenio ferocem, & rebellatricem. Quid. 3. Trist. el. 12. Teque rebellatrix tandem Germania.
- REBELLIO**, [Rebellion. Gal. Rebellion. Hisp. Rebeldia, obra de rebelar.] ἀδωλιασις, defectio. Cæf. 3. Bel. Gal. Rebellio facta. Tac. lib. 3. Rebellionem cœptauerunt.
- REBELLIS**, le, [Ribello,] ἀδωλιαστῆς, qui semel uictus, & in deditionem receptus bellum instaurat, quive principis aut reipublicæ suæ imperium detrectat. Virgilius sexto Aeneid. Gallumque rebellem.
- REBELLIVM**, lij, [Rebellion.] ἀδωλιασις, Rebellio. Liu. Deca. lib. 2. Qui pacatos ad bellum incitasset.
- REBITO**, as, [Ritornare. Gal. Retourner, aller de rechef. Hisp. Tornar de alí can lugar.] ἐπανῃσαι, a Re, & Ito, as, frequenta. Verbi Eo, is, quod antiqui uocabantur pro reuertor, redeo. Plaut. in Capt. Si non rebitas huc.
- REBOO**, reboas, [Mugire. Gal. Remugir, retenir contre. Hisp. Dar noç, resonar.] ἀπικῳάω, ex Re, & Boo, rémugio, & per translationem resono. Virgil. libro 3. Georg. Reboant siluæque & magnus Olympus. Vbi Seruius: Reboo Græcum est: nam apud Latinos nullum uerbum est quod ante o, finale habeat o, excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter scribebant, adspirationem interponentes duabus uocalibus, & dicebant Inchoo.
- RECALCITRO**, as, [Percuotere co' calci. Gal. Regimber. Hisp. Tirar coces atras.] λακτιζῳ, calce ferio. Proprie de equis dicitur: quamuis & ad homines transfertur. Horat. 2. Ser. Sat. 1. Cui male sic palpere; recalcitrat, undique tutus.
- RECALCO**, ἀναπατέω, rursus calco. Col. lib. 2. cap. 2. Si uelis humum recalcare.
- RECALEO**, les, [Scaldarsi.] π. c. ῥομαυ, caleo. Virg. 12. Aen. Recalent nostro Tyberina fluenta sanguine.
- RECALESCO**, [Riscaldarsi. Gal. S'eschauffer de rechef. Hisp. Calentar se otra ueç.] ἀναθεομαινωμαυ, rursus caleſco. Cicero libro tertio, de Natur. Deor. Cum motu atque agitatione corpora nostra recallescunt. Quid. 2. de Re. Quid iuuat admonitu tepidam recallescere mentem?
- RECALFACTO**, cis, [Riscaldare. Gal. Reschauffer. Hisp. Calentar otra ueç.]

- ueX.*] penultim. corre. *αὐταπεινάω*, rursus calidum facio. Ouid. 8. Metam. Calidumque prioris Cæde recalcificat consorti sanguine telum.
- RECALYASTER**, stri, demi. a Recalvus, qui fronte subcalva est, non toto capite.
- RECALVVS**, ua, uum, cui non totum caput, sed sinciput caluus est. Plaut. in Rud. e quem Recaluum senem?
- RECANDESCO**, scis, [*Riscaldarsi, di noua affocarsi. Gal. Estre reblanchi par force de feu. Hisp. Tornarse a encender.*] ἀνεπιεῖμαι, a Recandeo, denuo candens, siue ignitus fio. Aliquando pro recalescere. Ouid. lib. 1. Met. Vbi diluio tellus lutulenta recenti, Solibus æthereis, altoque recanduit æstu. Translate quoque ira recandescere dicitur, cum semel propellita, rursus exasperatur, Idem libro 3. Metamorph. Audito clamore recanduit ira. Interdum est candidum fieri. Idem lib. 4. Met. Percussa recanduit unda, id est, candida facta est e spuma, quam mare concitatum solum emittere.
- RECANO**, recanis, recinui, recentum, ἀνακαλέω, cantu reuoco, Plin. lib. 10. c. 33. de perdice loquens: Cum sensit foeminam aucupis accedentem ad mare, recanat, reuocetque.
- RECANTO**, as, are, [*Cantare al contrario di prima. Gal. Rechanter, chanter au contraire. Hisp. Descantare al cantar otra ueX.*] παλινὸν εἶναι, diuersa superioribus canere. Inde recantatus, a, um, parti. ut Opprobria recantata, mutatio carmine in laudem conuersa. Horat. 1. Carm. Mitibus Mutare quæro tristia, dum mihi Fias recantatis amica Opprobrijs. Curæ recantatus, Ouid. 1. de Reme. Interdum est sonum cantati carminis reflectere. Martial. lib. 2. Nusquam Græcula quod recantet Echo. Plin. lib. 28. capit. 2. pro incantare, uideretur usurpasse. Non pauci serpentes ipsos recantari credunt.
- RECEDO**, dis, [*Partirsi, farsi indietro. Gal. Se tires arrier e se retirer, s' eslogner. Hisp. Partirse de algun lugar.*] ἀπέχουμαι, abeo. Cicer. Attic. lib. 2. Aduola in Formianum: unde nos pridie Non. Maij recedere cogitamus. Plaut. in Cap. Ab istoc procul recedat. Aliquando pro diminui. Plin. episto. 6. lib. 3. Recessit uenter. Pro disungi Celsus, Sepe fragmentum a fragmento recedit. Recedere ab officio, est deserere officium. Cicer. 3. Offic. Recedere ab armis, est desistere. Cicer. pro Rose. Am. Recedere a uita, est mori, Cicer. 4. Tusc. Recedere ab oculis, est e conspectu abire: accipitur pro mori. Plin. 15. Recedere a conditione, persona, statu, est immutare personam, conditionem, statum. Cicer. Attic. lib. 1. Neque de statu nobis nostræ dignitatis recedendum.
- RECELLO**, lis, [*Ridurre, inchinare. Gal. Abaisser, souler & presser vers en bas. Hisp. Inclinar, tanar a tras otra cosa.*] Appul. 1. 10. Met. uidetur accipere pro eo quod est reducere, retrahere. Illa (inquit) quoties ei parens, naves recellebam accedens, toties uisu rabido & spina præhendens. Liu. autem lib. 24. uideretur usurpasse pro deprimeret, Ferrea manus, inquit, cum iniecta proræ esset, grauique libramento plumbi recelleret ad solum suspensæ, prora, id est deprimeret.
- RECENS**, [*Fresco, nuovo, di poco recente. Gal. Nouveau, frais, recent. Hisp. Cosa reciente o menuda fresca.*] νεωπῆς, uerecōs, nouus, notitius, qui nuper fuit. Cic. 6. Memorare non solum ueterum, sed horum etiam recentium uel ducum, uel comitum tuorum grauissimos casus. Virg. 3. Geo. Iubet scindenda capris Arbuta sufficere, & fluuios præbere recentes. Recens & Lassus contraria. Cur. lib. 3. Timere ne non uirtute hostium, sed lassitudine sua uincerentur. Perfas recentes inde successuros, si laxius stare potuissent. Ouid. 2. Metamor. Ardua prima iua est, & qua uix mane recentes Enituntur equi. Inuenitur etiam Recens aduerb. [*Di nuovo. Gal. Nouuellement, di noue, il n'ya agueres. Hisp. Reciente o frescante.*] Virg. 3. Geo. Sole recens orto, id est receter, Sue. in Tib. Romam, recens conditam, migravit. Plin. 1. 18. cap. 22. Quam recentissime sterperato solo.
- RECNESCO**, [*Riconoscere, ricommemorare. Gal. Faire une reuene, faire une monstre puerile de gens de guerre, nombres, raconter. Hisp. Remembrar halgo, haer alarde de gentes.*] καταλέγουμαι, ἐξέταλον, recognosco, & summam totius multitudinis per numeros colligo, Lilius. Inter hæc recenset exercitum, militem instruit. Idem 26. Recensuit captiuos, quot cuiusque populi essent. Virgil. 4. Georg. Confed t scopulo medius, numerumque recenset. Recensere, narrare, Cicer. Attic. lib. Recenses multa, quæ uelam; Ouid. epi. 9. Fortia facta recenset. Stat. 4. Syl. Diuenera factos, nec parua exempla recenset.
- RECENSVS**, ō, ūm, recognitus, Sue. in Vespa. Amplissimos ordines & exaltatos ad evaria, suppleuit; recenso senatu, & equite. Legitur & recensens, ta, tum, parua uerbo antiquo Recensio, recessus, quartæ coniugationis, idam significans quod recensus. Sue. in Cæsa. Inuenit ut quotannis in demortuorum locum ex ijs, qui recensiti non essent, subscritto a pratore fieret, Clau. in Eutro.
- lib. 2. Prisca recensitis euoluice læcna fastis.
- RECENSVS**, ūs, ūi, [*Recognitione, mostra.*] recognitio exercitus, alteriusue multitudinis. Sueto. in Cæsa. Recensam populū uicam per dominos insularum egit.
- RECENSIO**, [*Mostra, discriptione. Gal. Reuene examen du compte & du nombre. Hisp. El alarde.*] multitudinis ciuilius recognitio, ut, Recensio copiarum siue exercitus. Interdum pro censu ciuiliu eorumque facultatum qui Romæ quinto quoque anno a censoribus fieri solet. Cicer. pro Mil. Qui nympharum ædem incendit, uti memoria publicam recensiois, tabulis publicis impressam extingueret.
- RECENTARI**, [*rinouarsi.*] ἀνανεωθῆναι, renouari. Attius. Albica scit Phœbus, & recentatur commune lumen hominibus & uoluptas. Non.
- RECEPTACVLVM**, li, [*Albergo, ricetto. Gal. Le lieu ou on retire quelque chose, retraite. Hisp. El lugar ado nos retiramos.*] ἐκδοχῆον, quicquid rem aliquam in se recipit, Cic. 2. de Nat. De. Aluis tibi potionisque est receptaculum. Idem 1. Tusc. Corpus est quasi uas, aut aliud quod animi receptaculum. Idem 7. Verr. Illud tibi opidum receptaculum grauidæ fuit. Interdum idem est quod perfugium, id est locus in quem quis se recipit, ut a uisâ iniuria tutius sit. Cæsa. 7. Bel. Gal. Opida incendi oportere, ne suis sint ad detestandam militiam receptacula. Cicer. in Pis. Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum ueterum Catilinæ militum.
- RECEPTIVVS**, a, um, ἐξαιρητός, exceptitiuus, quicquid in uenditione aut quauis alia alienatione excipimus. Receptitiuus seruus. appellatus est nuptæ mulieris proprius, quem seruauit, eum dote marito daret. Quoties enim mulier in danda uro dote, a quo ex suis bonis retinet, nec ea ad uirum transmittit. Recipere e. dicitur. Gel. lib. 17. cap. 6.
- RECEPTO**, ptas, [*Ricenero spesso.*] ἐπιένυμαι, frequat. a Recipio. Teren. in Hec. Meum receptas filium. Idem Heaut. Vicit is, uicitus, quo in tectum te receptes. Luc. lib. 7. Placido natura recepta Cuncta sinu.
- RECEPTVM**, pti, [*Promessa. Gal. Promesse. Hisp. Prometimiento, promessa.*] (sub. ἐπιένυμαι, pollicitum, promissum. Cicer. 2. Philipp. Promissum & receptum interuertit, ad seque transtulit. Idem 7. Verr. Satis est factum Siculis, satis promisso nostro ac recepto.
- RECEPTVS**, ta, tum, partic. Recipio: ut Receptus mos, quem sponte (ut inquit Nonius) ciuitas alienum asciuit Recipit in ciuitatem cum suffragio ciues effecti. Receptus cælo. Quin. 1. 3. c. 7. Quod ipsum cælo receptum, temporis eius homines non dabitauerunt. Ouid. 3. de Pon. Tunc me (si qua fide) cælesti sede receptum, Cum fortunatis suspicor esse deis. Virg. 1. Aen. Frugisq. receptas Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
- RECEPTVS**, ūs, ūi, [*Uitarsi, Gal. Recu. Hisp. Recibido.*] ἀναχρησις, ὑπαγωγή, ipse actus recipiendi, siue subducendi se e pugna. Liu. 8. Breuitate ipsa loci, faciliq. receptu in tam propinqua castrâ. Receptui signum dare, est tubæ signo copias a pugna reuocare. Liu. 2. Canere receptui. Cicero 12. Philipp. Quis reuocante, & receptui canente senatu, properet dimicare? Nonnumquam per translationem accipitur pro recedere. Cic. 3. Tusc. Ratio abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miserias contemplandas, a quibus cum recinit receptui, impellit rursus, & incitat ad conspiciendas, totaque mente conuertendas uarias uoluptates. Receptus præterea, significat locum ipsum, in quem tuto se recipit exercitus, Virg. 11. Aen. Planities ignota iacet, tutique receptus. Cic. Att. lib. 8. Neque ex omnibus opidibus contrahere copias expedire, ne receptum anitram. Plancus Cicer. lib. 10. Animaduerti nullum alium receptum Antonium habere, nisi in his partibus.
- RECESSVS** [*Uitarsi adietro, ritorno. Gal. Recedement, eslognement, retraite. Hisp. Partida de lugar atras.*] ἀναχρησις, ἀνοδος, actus recedendi, discessus. Cicer. de Ora. Luna accessu, & recessu suo Solis lumen accipit. Interdum idem quod secessus: id est locus secretior, turba & tumultu uacuus, Cicer. Att. Mihi solitudo, & recessus prouincia est. Recessus oculi, est ipsa concavitas, in qua oculus reconditur. Plin. lib. 8. c. 33. Oculi in recessu caui, tenui discrimine. Recessus animi per translationem dicuntur cogitationes recondite. Cic. pro Marcello: Cum in animis hominum tante latebræ sint tanti recessus.
- RECIDIPNA**, orum, plura nume. & neut. gene. hecimenta sunt, quæ Cenatoria appellancur. Iuuen. Saty. 3. Rasticus ille tuus summi recidipna Quirine. Distio forte composita ex nomine Latino Recimium, quo significatur uestis quadrata, & ex Græco ἀναπέπνησ, cæcia.
- RECIDIVS**, a, um, [*Esfatto, & rinouato un'altra uolta. Gal. Qui après estre eueu, uient sus. Hæca que onyo y se leuio, y des pues torno a caer.*] ἀναπέπνησ, quod denuo concidit a Re, præpositione, actus iterationem

rationem significantem, & nomine Cadius: unde Cadius mala legimus apud Plin. lib. 15. c. 16. Proprie itaque reciduum quid dicitur, quod iterato cecidit. Virg. lib. 4. Et recidua manu posuissent Pergama uictis, id est, quæ reciderunt, Idem lib. 7. Fœnestaque iterum recidua in Pergama cædæ. Vbi Seruius interpretatur, Recidua, post casum restituta, respiciens, opinor, ad oppidulum illud quod Aeneas, cum primum nauibus egressus esset, non procul a Laurento condidit: quod & ipsum a nomine relictæ patriæ Troiam appellauit: auctor est Liu. lib. 1. Melius tamen, in ea quidem sententia, Recidua Pergama intelligere possumus, quæ iterum ceciderunt, id est bis euerfa sunt, constat enim Troiam bis captam, semel ab Hercule tempore Laomedontis regis, cum Hesionem scopulo alligatam, occiso marino monstro, liberasset: quo nomine cum pactam sibi mercedem Laomedon soluere recusasset, Hercules contracto exercitu urbem expugnauit, Laomedontem occidit, Hesionemque, & Priamum captiuos in Græciam abduxit. redemptus postea a uicinis Priamus, Troiam instaurauit, multoque splendidiore reddidit: quæ a Græcis duce Agamemnone secundo fuit euerfa. Febres recidua dicuntur, in quas secundo recidimus, cum scilicet morbo liberati, denuo in eundem relabimur.

RECIDIO, dis, p. c. recidi recasum, [*Ricadere. Gal. Rechoir, retomber. Hisp. Tornar à caer, recaer.*] ἀπαπίπτω, retrorsum, siue iterum cados. Exigit accusatiuum cum Ad, uel In. Cic. ad Brutum: Nonne hoc est in eadem tenebras recidisse? Plaut. in Men. Omnes in te iste recident contumeliæ. Ter. in prol. Hec. Nolite finire artem mulicam recidere ad paucos. Cic. Att. lib. 4. Id ego puto nihil recasum. Inuenitur aliquando apud poetam Recido, c, littera geminata, ut prima syllaba natura breuis, producatur. Luc. lib. 1. At neque recidere ad nihilum res posse. Propert. lib. 4. Recidit inq. suos mensa supina pedes.

RECIDO, dis, di, p. p. [*Taglizre, recidere. Gal. Couper, rogner. Hisp. Cortar, tornar à cortar.*] ἀποκόπτω, abscindo, rescotex Re, & Cædo. Cato cap. 2. Viam publicam muniri, ne pres recidi. Martia. l. 1. Quam primum longas Phœbe recide comas. Hora. de Arte: Ambitiosa recidet Ornamenta, Ouid. 1. Meta. Immedicabile uulnus Ense recidendum est. Recisus, a, um, partici. Cic. de Prou. conf. Nationes eas, quæ poterant in prouinciis nostras redundare, ab eo partim recisas, partim repressas. Ouid. 3. Fast. Idque ancile uocat quod ab omni parte recisum est. Recisio, Plin. libro 5. cap. 4.

RECINGO, gis, [*Slegare, scignere. Gal. Descendre. Hisp. Descenir.*] quod cinctum erat, soluo. Ouid. libro 4. Metam. Sumptumque recingitur anguem, id est, deponit anguem, quo se antea uelut cingulo præcinxerat. Virg. 4. Aene. In ueste recincta testatur moritura deo.

RECINIUM, nij, uestis quadratæ genus, distæ, ut Seruius placet, quod laciniam eius retrorsum reiciebant. Recinium (inquit Festus) omne uestimentum quadratum. Qui xxi. Tabulas interpretati sunt, esse dixerunt uirilem togam, prætextam clauo purpureo. unde mimi planipedes Reciniani dicuntur.

RECINO, nis, [*Ricantare. Gal. Rechanter, retentir. Hisp. Cantar otra vez.*] iterum uel frequenter cano. Cic. de Cl. Or. In uocibus nostrorum recinat quiddam, & sonat urbanus. Hor. 1. epist. Hæc recinunt iuuenes dictata, senesque.

RECIPIO, pis, ex Re, & Capiro, [*Ricere. Gal. Recevoir. Hisp. Recibir.*] ἀλαμβίω, rem semel depositam, traditamue, rursus assumo. Liu. l. 9. Recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt. Quandoque pro admittere, accipere, & honoris, uel beneficij, uel humanitatis causa suscipere. Cic. l. 2. Offi. Cyrillusum quemdam, suadentem ut Xerxem reciperent, lapidibus obruerunt. Quandoque pro reuocare, Vir. 2. Aen. Sic ore effata recepit Ad sese. Quandoque in tutum reducere, liberare. Idem 6. Aeneid. Illum ego per flammam & mille sequentia tela Eripui his humeris, medioque ex nocte recepi. Recipere seruum ut in l. j. de ser. corrupt. Vlpia. dicit, est refugium abscondendi causa seruo præstare uel in suo agro, uel in alieno loco ædificio. Quandoque proficisci, Plaut. in Cap. Inde me continuo recipiam rursus donum. Quandoque recuperare. Cic. in Cætil. Tarentum qua uigilantia, quo consilio recepit? Quandoque excipere ad usum suum, & reservare. Plaut. in Trin. Posticulum recepit, cum ædes uenderet. Hinc Receptitius seruus, de quo paullo ante. Recipere ensem, est e uulnere educere. Sic enim interpretatur Seruius illud Virgil. 9. Aeneid. Totum qui comminus ensem Condidit assurgenti, & multa morte recepit. Interdum pro promittere, nisi quod recipere amplius quiddam significat, quam Promittere: quasi rei euentum & periculum in se suscipere, Cic. Crasso. Quæ tibi promitto ac recipio sanctissime esse obseruaturum. Cæc. ad Cic. Filio dixeram, librum ea conditione daret, si reciperes te correcturum. In qua significatione etiam dicimus Recipere in se. Cic. Bruto. lib. 13. Fam. Separatum in me recipio, fo-

re eum tibi & uoluptati, & usui. Aliquando pro approbare. Plin. lib. 25. capit. 4. Quarum genus molle, lanuginotum, pinguis cæteris: hoc recepere medici. Quint. l. 8. Vnus recepit bene moratas urbes. Aliquando pro nominatim cauere. Iurisconsultus in l. emptorem. de act. empt. Recipitur, ut nummos uenditor accipiat. Budæus. Aliquando pro accipere. Plaut. in Rud. In custodiam nos ut tuam recipias, & tueare. Recipere se, & animum, ac uires resumere. Cic. in somno Scip. Quæ cum intuerer stupens, ut me recepi. Recipere mandatum, est totum mandati onus in se transferre. Cic. pro Sex. Rosc. Quid recipis mandatum, si neglecturus es? Differunt Recipere, & Suscipere, ut ait Asconius in Diuini. quod recipimus partem, suscipimus totum. Cic. 2. d. Or. Magna effensio, uel negligentia, susceptis rebus, uel perfidia, receptis. Hinc receptor, & receptrix. Cic. 6. Ver. Receptrix furtorum Messana.

RECEPTOR, [*Riceitore. Gal. Receleur. Hisp. Encubridor de hurtos.*] a recepto, ptas. Metius Iurisconsultus titulo de receptat. Peffimum, inquit, genus est receptorum, sine quibus latere nemo diu potest. Cic. pro Mil. Occultator ille, & receptorator latronum locus.

RECEPTIO, onis, [*Riceunta, ricetto. Gal. Retirement, & reclement. Hisp. Ricibimiento.*] Pla. in Afin. Quid tibi huc receptio ad te est meum uirum? Quare recipis ad te uirum meum?

RECIPROCO, cas, [*Ritornare, rimettere. Gal. Retourneur d'ouen est sorti ou uennu. Hisp. Reboluar otra cosa.*] ἀντιστρέφω, in contrariam partem reflecto. Liu. 22. Cum iam spiritum includeret uentus, nec reciprocare animam sineret. Gel. In eam fistulam, per quam spiritus reciprocatur. Interdum idem est quod mutua quadam consequentia a se inuicem dependere. Cic. lib. 1. de Diui. Si quidem ista sic reciprocantur, ut si diuinitio sit, dii sint, & si dii sint diuinitio sit. Reciprocatio, eiusdem uitæ retrograda repetitio, & accessus & recessus. Plin. l. 9. c. 8. Innumera uis mugilum statim tempore angustis faucibus stagni in mare erumpit, obseruata æstus reciprocatione.

RECIPROCVS, ca, cum ἀντιστροφος, quod alicunde profectum, redit eo, unde profectum est: a recipiendo dictum, ut docet Var. lib. 6. de Ling. Lat. Reciprocus amnis, fluius. Plin. lib. 9. capitulo 57.

RECASAMENTVM, ti, ἀπόκομμα, frustum exiguum, & ueluti ramentum, are quapiam recisum. Plin. lib. 33. cap. 11.

RECITATIO, [*Recitatione. Gal. Lecture, recit a haute voix. Hisp. Obra de leer ó pronunciar.*] ἀναγνώσις, de scripto pronuntiatio. Cic. pro Cluen.

RECITATOR, [*Recitatore. Gal. Qui lit a haute voix, lecteur. Hisp. El que lee a alta voz, legidor.*] ἀναγνώστης, qui aliquid de scripto pronunciat. Cic. 2. de Inuen.

RECITOTAS, [*Recitare, narrare. Gal. Reciter, lire haut & clair. Hisp. Leer, pronunciar.*] clare de scripto pronuncio. unde poetæ, & alij scriptores recitabant publice opera sua, & nonnulli aliena. Cic. ad Plan. l. 10. Caue putes ulla litteras umquam grauiores quam tuas in senatu esse recitatas. Aliquando non legendo, sed memoriter referendo fit recitatio. Quinct. At ista legem recitat.

RECLAMATIO, [*Contraditione. Gal. Contredit, criement contre, repugnance. Hisp. Obra de reclamar y resistir a menudo.*] contradictio, & proprie cum clamore. Cic. 4. Phil.

RECLAMITO, as, freq. Cic. pro Rosc. Am. Reclamat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.

RECLAMO, [*Contradire. Gal. Crier à l'encontre, contredire. Hisp. Reclamar, resistir.*] ἀντιβόω, clamore aduersor. Cic. pro Pont. Istis reclamantibus unum elegistis. Idem Lent. Eius orationi uehementer reclamatum est.

RECLINO, as, [*Inclinari. Gal. Encliner, pencher. Hisp. Recostarfe.*] ἀνακλίω, inclino ad iacendum, uel quiescendum. Cæsa. 6. Bel. Gall. Reclinatus, a, um, Hor. 2. Car. Per dies Festos reclinatum.

RECLIUIS, & hoc ue, [*Chino, chinato. Gal. Encliner, renuerse. Hisp. Reclafado.*] ἀνακλίω, reclinatus, siue procumbens. Mar. l. 9. Sic in gramine floreo recluis. Ouid. 10. Met. Inque sinu iuuenis posita ceruice recluis.

RECLUDO, is, si, sum, [*Aprire. Gal. Ouvrir. Hisp. Abrir.*] ἀνοίγω, quod clausum erat aperio. Pla. in Cap. Cellas refregit omnes, reclusit armarium. Virg. 8. Aen. Infernas referat sedes, & regna recludat Pallida. Ouid. 7. Met. Stricto Medea recludit Ense senis iugulum. Hor. 3. Car. Ode. Virtus recludens immeritis mori Cælum, negata tentat iter uia. Reclusus, a, um, apertus. Ouid. 7. Met. Foribusque reclusis.

RECOGITO, [*Ripensare. Gal. Penser & repenser à quelque chose. Hisp. Mucho pensar.*] iterum, atque iterum cogito. Cic. Qu. Er. lib. 2. Mihi uideris de nominibus Pompeianis in otio recogitasse. Colum. 1. in Præf. Sæpe mecum retractans, ac recogitans.

RECOGNITIO, [*Ricognitione. Gal. Reconnaissance. Hisp. Reconoscimiento.*] modo idem quod agnitio, ἀναγνώσις, id est, corum, quæ alias

- alias nobis nota fuerunt, iterata ex interuallo cognitio. Modo idem quod commemoratio, uel recordatio, Cicer. 6. Ver. Illius animus est nunc in recognitiones scelerum suorum. interdum inspectio, Col. 1. 1. c. 1. Frequens recognitio nec impunitatis spē, peccandi locum prebet.
- RECOGNOSCO**, is, [*Riconoscere. Gal. Reconoistre. Hisp. Reconocer.*] ἀναγνωρίζω, agnoscō, ad memoriam reuoco, & rem olim cognitam denuo cognosco. Cicer. 2. Ver. Non uidetur hæc multitudo cognoscere ex me causam uoluisse, sed ea, quæ scit mecum recognoscere. Interdum est, inspicere. Colum. lib. 1. Vettem, manicas, pedumque tegmina, recognoscat. Interdum corrigo, emendo, Cic. in Vatiniū. Is codicem non recitandi causa legit, sed recognoscendi. Idem 4. Verr. Hæc omnia summa cura & diligentia recognita. Recognoscere equitum turmas, pro recentere. Sue. in Aug.
- RECOLO**, is, [*Rihabitare. Gal. Recoler. cultiver de rechef. Hisp. Labrar la tierra otra uez.*] ἀναμνήσκω, denuo colo. Quid. 5. Met. Post tempora longa recultæ. Per translationem accipitur pro exercere, quod & excolere dicimus, Plin. epistol. 129. Ingenia nostra nunc hæc, nunc illa meditatione recoluntur. Liu. lib. 39. Metalla uetera intermissa recoluit, Tac. lib. 3. Quo tum exemplo Lepidus auitum decus recoluit. Interdum meditari, pendere, Cicer. 9. Phil. Quæ si tecum ipse recolis, æquo animo moriere. Idem pro Arch. Ad hæc studia recolenda.
- RECOLLIGO** [*Adunare, raccogliere, mettere insieme. Gal. Recueillir. Hisp. Recoger.*] ἀνακατασκευάζω, in unum colligo. Col. 1. 8. ca. 5. Circumire oportebit cubilia, ut, quæ mota sunt, oua recolligantur. Plin. epistol. 190. Actionem meam recollegi. Quid. 7. Met. Renouata senectus in florem redeat, primosque recolligat annos. Recolligere animum alicuius, reuocare ab ira. Cicer. Attic. libro. 1. Quod scribis, etiam si cuius animus in te esset offensior, a me recolligi oportere. Recolligere se ab ægritudine, est uires recipere, Plin. lib. 23. c. 7.
- RECOMMINISCOR**, [*Recordarsi.*] ἀναμνήσκωμαι, reminiscor. Plaut. Trin.
- RECOMPOSITVS**, [*Ricomposto.*] rursus compositus. Quid. 1. Amorum.
- RECONCILIATIO**, [*Pace. Gal. Reconciliement, reconciliation. Hisp. Reconciliamiento.*] Cicer. Att. lib. 9. Et in Orat. pro Clu.
- RECONCILIATOR**, [*Che mette pace. Gal. Reconciliateur. Hisp. Reconciliador.*] διαλλάκτις, pacificator. Liu. 35.
- RECONCILIO**, as, [*Reconciliare, ritornare in gratia, pacificare, far amico. Gal. Reconcilier, remettre en paix, apoincter. Hisp. Tornar otra uez a la amistad, reconciliar, soldar la amistad que brada.*] καταλλάσσειν, in concordiam reducere. Cic. Attic. Quintus filius plane currentem animum patris sorori tuæ reconciliauit. Liu. 2. Vt alio munere tibi reconciliaret diuini animos. Reconciliare existimationem, est eam recuperare. Cicer. 2. Ver. In quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam possidet. Reconciliare filium, frequens est apud Plaut. in Cap. pro efficere, ut reducat filium domum. Reconciliatus, a, um, Cic. Lent. lib. 1. Reconciliata nobis uoluntas senatus.
- RECONCINNO**, [*Risare. Gal. Rabiller, raoustret proprement. Hisp. Rehaçer, renovar.*] ἀνασάδω, in sauto, reparo. Cic. ad Qu. Frat. lib. 2. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. Cæ. 2. Bel. Ciu. Diurni laboris detrimentum uirtute militum reconcinnauit.
- RECONDO**, dis, [*Coprire. Gal. Cacher, serrer, mettre dedans. Hisp. Escondar, guardar.*] κατακρύπτω, occulto, tegeo, repono, Cic. de Inuen. Gladium eruentem in uaginam recondidit, Virg. 5. Aeneid. Quos fama obscura recondit. Quid. 11. Meta. Deposuitque caput, stratoque recondidit alto. Reconditus, a, um, occultus, abstrusus. Cic. 6. Verr. Stauerunt sese nihil tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum esset. Idem Quin. Natura tristis ac recondita fuit. Idem 4. Acad. A me, quæ in promptu erant, dicta sunt: a Lucullo reconditoria desidero. Brutus. Cic. lib. 11. Si quid reconditum magis erit.
- RECONFLO**, as, ἀνακατασκευάζω, denuo conflo, & per translationem regigno, Lucr. lib. 4. Vnde reconfliari sensus per membrâ repente Possit.
- RECOQUO**, p. c. [*Ricuocere. Gal. Recuire. Hisp. Coçer otra uez.*] διαρεῖω, rursus coquo. Mar. lib. 11. Et Velabrensi massâ recocta foco. Cic. de Sen. Quo quidem me proficentem haud sane qui facile retraxerit, neve tamquam Peliam retraxerit. Translate pro rursus polio, & formo, tamquam aurum & similia, quæ iterum coquantur, ut meliora fiant, Quint. lib. 12. cap. 6. Apollonio Moloni se reformandum, ac uelut recoquendum dedit. Lucr. lib. 7. Spiculaque extenso Pæan Pythone recoxit. Recoctus, a, um, ut passum recoctum, Sta. 4. Syl. Senex recoctus, Catu. Ep. 50. Scriba recoctus, inquit Acron, dicitur, qui sæpius cum pro consule ad protiniam missus, exercitior est factus ex ipsa frequentia, & usu. Horat. 2. Ser. Sat. 5. Plerumque recoctus Scriba.
- RECORDATIO**, [*Ricordatione, memoria. Gal. Souvenance, recordation. Hisp. Obra de recordar se.*] Cic. de Sen. Benefactorum recordatio iucundissima. Idem At. lib. 12. Recordatione dolorem efficiunt.
- RECORDOR**, aris, [*Ricordarsi. Gal. Se souvenir, se recorder. Hisp. Reco, acordarse, tornar algo a la memoria.*] ἐμνήσκω, in memoriam, siue in mentem reuoco: quasi iterum cordi do. ueteres enim Cor pro mente dixerunt. Cic. 1. Tusc. Ex quo effici uult Socrates, ut discere nihil aliud sit, quam recordari. Virg. 3. Aen. Si rite audita recordor. Dicitur autem Recordor huius rei, & hæc rem. Cic. in Caro. Ut bella a se gesta, recordentur. Idem pro Planc. Huius meriti in me recordor. Recordans. Cic. Att. lib. 4. Nauigationem timebam, recordans superioris tuæ transmissionis.
- RECRASINO**, as, [*Differire di giorno ingiorno. Gal. Differer, ou delayer au Vendemayn. Hisp. Dilatar de dia en dias, prolongare el tiempo.*] differo, quasi in crastinum reicio. Plin. lib. 17. c. 14. Recrastinare minime utile. Col. lib. 4. cap. 21. Non debet recrastinari.
- RECREMENTVM**, [*Purgamento.*] purgamentum rei cuiuslibet. Cel. libro 4.
- RECREO**, as, [*Recreate. Gal. Recreer. Hisp. Recrear d renovar.*] ἀναψύσσω, reficio, instauro, refoueo. Plin. Defecta longis ægritudinibus corpora recreantur. Cic. pro Ros. Am. In isto bello non recreatus, sed oppressus populus R. est. Idem post reditum ad Quiri. E graui morbo recreati.
- RECREPO**, as, [*Risonare. Gal. Retentir, rendre son au contraire. Hisp. Resonar, hazer ruido y estruendo.*] ἀναχέω, crepitum reddo, resono. Catul. Epigr. 58. Caua cymbala recrepant.
- RECRESCO**, [*Crescere in alia sua. Gal. Rursus cresco.*] Plin. 1. c. 37. Nec præcisa ossa recrescunt. Liu. 26. Fauere nominis Scipionum, sobolis imperatorum uestrorum, ueluti accitis trecenti stirpibus. Quid. Epistol. 1. Luna quater latuit, toto quater orbe recreat.
- RECRUDESCO**, is, [*Rinrudelire. Gal. Se rengreger, s'empirer se renoueler. Hisp. Encrudescerse, renovar se.*] ἐκρυδύω, ad pristinam cruditatem redeo, translate accipitur pro exasperari. Tractum a uulnibus quæ interdum recrudescunt, idest cruda & noua sunt. Cic. ad Sulp. 4. Hoc uulnere etiam illa, quæ consueuissent uidebantur, recrudescunt. Recrudescit seditio, Liu. 6. Recruduit pugna, Liu. 10.
- RECTA**, cœna, uel recta absolute, a ueterib. dicebatur cœna, quam clientibus, & conuictoribus, & recto ordine discumbentibus laute Principes dabant. Sue. de Aug. Conuiuabatur assidue, nec unquam nisi recta. Idem in Domit. Reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Mart. lib. 8. Promissa est nobis sportula, recta data est. Liberaliores enim diuites, ciuilioresque saluatoribus suis legitimum conuiuium exhibebant, quæ recta cœna uocabatur: sordidi autem rectæ cœnæ loco sportulæ tantum prebebant. Sportula speciem erat pusilli. parcique hominis. Suet. in Nerone. Publicæ cœnæ ad sportulas redactæ. Interdum nummi sportulæ loco cedebant. Iuuen. Saty. 1. Sportula quid referat, quantum, rationibus addat.
- RECTA**, aduer. [*Al dritto. Gal. Tout drit. Hisp. Por camino derecho.*] εὐθὺς, recta uia. Ter. in Eun. Cur non recta introibas? Cic. ad Att. lib. 6. E nauis recta ad me uenit.
- RECTA TYNICA**, ἐπισημόσθη, ita contexta, ut ueluti rigens staret. hac tyrones & nouæ nuptæ induebantur, hanc patres liberis suis consociendam curabant, omnis causa. Fest. lib. 16.
- RECTANGVLVS**, λαλὺν, ὀρθογώνιος, habens lineas in rectum productas, itaque coeuntes, ut nulla magis promineat, quam altera.
- RECTE**, [*Bene, drittamente, giustamente, ragionevolmente. Gal. Bien, proprement, droitement, a droit. Hisp. Bien y derechamente y iustamente.*] καλῶς, bene, Cic. 4. Acad. Recte conclusit, teneo; in uitiose, minam Diogenes reddet. Idem Att. 1. 9. Recte auguraris de me, bene enim tibi cognitus sum. Aliquando pro iuste. Terent. in And. Pater non recte uinctus est. Pro non oblique, Cicer. 1. de Fin. Siue alix declinabunt, alix suo nutu recte ferentur. Ponitur aliquando in responsione, cum sine iniuria interrogantis aliquod reticemus, ait Donat. Terent. in Hæc. Quid est tam tristis? PA. recte mater, Terent. in Ad. Quid agitur? S. recte. Aliquando pro sic, uel etiam, Ibidem: Turis hinc abis? D. recte. Non recte dicere alicui, est illi maledicere, Plaut. in Pseud. Aliquando pro tuto. Cic. ad Terentiam lib. 14. Recte in præsentia domi esse potestis. Cic. ad Lent. lib. 1. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte deum, non prætermittam. idest quibus tuto dare possim litteras. Recte esse alicui, est illum recte ualere. Cic. ad Attic. de Attica pergratum mihi fecisti, quod crastini ante scirem sine recte esse, quam non belle fuisset. Recte esse alicubi, est illic sine reprehensione manere. Cic. ad Attic. Qui minus ego istic recte esse possim, quam Marcellus? Aliquando pro patienter, Terent. in Eunuch. Quas amor molestias habet, recte feras. Recte otia ponere, dixit Horat. 2. Ser. pro, utiliter dispensare. Recte parere, est non monstrum parere, inquit Dona. Ter. in Hec. Recte, & tempore suo

suo peperit . Recte dicere , est & apte & composite loqui . Different autem recte dicere , & uere dicere : quod recte dicere , ad uerba , uera dicere , ad sententiam referatur . nam possumus recte , & fallum dicere , dummodo nullo uitio uerborum dicatur . Ter . in Ad . Et recte , & uere dicis . Recte atque ordine . i . nihil praeostere agendo . Cicer . 6 . Phil . Recte atque ordine , exque reprob . fecisse uideri .

RECTOR, [Gouernatore . Gal . Gouverneur . Hisp . Regidor à endereçador .] ἐπίστατης , gubernator . Cic . de Som . Ciuitatum rectores & conseruatores . Idem de Ora . rector reip . & publici consilij auctor . Rector nauis , apud eundem 2 . de Diuin .

RECTVM, [Honesto , giustitia ,] neu . gene . officium perfectum , omnes uirtutis numeros complens . Cicer . 2 . Off . Perfectum officium , rectum , opinor , uocemus . Idem 2 . de Fin . Quae nos recta , aut recte facta dicimus , illi uocant κατὰ φύσιν , Virg . 1 . Aeneid , Et mens sibi conscia recti . Ouid . 1 . Metamor . Fidem rectumque colebat .

RECTVS, [Dritto , giusto . Gal . Droit . juste . Hisp . Derecho . justo .] ὀρθός , quod nullam in partem flectitur . Plin . lib . 12 . c . 19 . Hi recto cursu per sinus impellunt . Translate pro bono , & laudabili , Cicer . 1 . Ac . Tertia in disserendo , & quid uerum , quid fallum , quid rectum in oratione , prauumue , iudicando . Cicer . At . Saufeuim sine meis litteris ad te uenire , uix rectum erat . Idem pro Mur . Negat Cato rectum esse , idest æquum , iustum . Conscientia recta , Cicer . Att . libr . 13 . Ter . in Andr . Omnes cum ualemus , recta consilia ægrotis damus . Via recta ren . narrare : est narrare rem , ut est , nulla circuitione . Terent . in Hea . Recta uia rem narrent ordine .

RECTRIX, [Gouernatrice . Gal . Gouvernereffe . Hisp . Regidora à endereçadora .] ἐπίστατης , gubernatrix . Col . lib . 3 . c . 10 . Rectricem membrorum animam . Plin . lib . 37 . c . 13 . Italia rectrix .

RECVBITVS, [Reposare . Gal . Estre couche , tout plat . gesir tout estendu . Hisp . Acostarse , reposarse .] ἀνάψυμα , iterum cubo , denuo ad quiescendum me compono , Cic . 1 . de Diui . Cum id uisum pro nihilo habendum esse dixisset , recubuisse . Interdum idem , quod cubo , quiesco . Virgil . 1 . eccl . Tytire tu paulatim recubans sub tegmine fagi . Cicer . 1 . de Ora . ubi recubans molliter & delicate . Pla . Curc . Anus hic recubare solet custos ,

RECVDO, [Ristampare . Gal . Re orger . Hisp . Rebatir .] p . p . denuo quoda , Varro , qui uetera metalla recudunt .

RECVMBO, [Sedere alla mensa . Gal . S'asseoir a table . Hisp . Assentarse a la mesa .] ἀνακλινομαι , mensa accumbo . Mart . lib . 2 . Coniua recumbere cliuo . Plin . epi . 200 . Recumbebat mecum Rufinus . Interdum pro recumbere , & exporrectum iacere , Cicer . 2 . de Or . Lepidus cum in herba recubisset . Interdum , inclinari , Virgil . 9 . Aeneid . Inque humeros ceruix collapsa recumbit . Ouid . 2 . Tr . Partes in proclinas omne recumbit onus .

RECVPERATIO, [Recuperatione . Gal . Recourement , reconusse . Hisp . Recobramiento .] ἀνασπισιν , recuperandi actus . Cic . 10 . Phil . Præclara est recuperatio libertatis . Festus : Recuperatio est , ut ait Gallus , cum inter populum & regem , nationesque & ciuitates peregrinas lex conuenit , quomodo per recuperationem reddantur res , recuperenturque .

RECVPERATOR, dicebatur ille , cui prætor iurisdictionem mandabat priuatarum causarum , qui Delegati iudices postea appellari coepti sunt a recentioribus . ut ait Bud . Pla . in Bac . Prætor recuperatores dedit . Cicer . 5 . Ver . De conuentu nullum umquam iudicem , neque recuperatorem dedit . De recuperatorio iudicio sic Cic . in Frumentaria . Iudicio recuperatorio persequantur ? Iudiciu recuperatorum dici , per quod tem nobis per iniuriam ereptam repetimus , & Recuperatores , iudices , apud quos possessionem rei per iniuriam extortæ reposcimus .

RECVPERO, [Recuperare , racquistare . Gal . Recouurer , rescouurre . Hisp . Recobrar lo perdido .] ἀνακλινομαι , rem amissam recipio . Cicer . ad Sulpicium . lib . 13 . Si hominem per te recuperaro . Veterem belli gloriam recuperare . Cæf . 7 . Bel . Gal . Liu . lib . 5 . Ferro , non auro recuperare patriam iubet .

RECVPIO, [Desiderare molto ,] ἐπιθυμῶ , ualde cupio . Pla . Cap .

RECVRO, [Recurrare ,] magna cura reficio . Plin . lib . 13 . cap . 12 . Quae non esset ita recurata . Interdum pristinae ualitudini restituere , Catul . Epist . 41 . Et me recurari ocymoque & urtica .

RECVRSVS, [Recurrere ,] iterum uel retrosum curro . Cicer . ad Ter . lib . 14 . Desippo imperaui , statim ut recurreret . Terent . Ad . Iam hic recurreret . Ouid . 2 . Fast . Versa recurrat hyems . Cicer . 2 . de Nat . De . Lunæ species mutatur tum crescendo , tum defectionibus ad initia recurrendo . Virgil . 7 . Aeneid . Qua sol utrinque recurrens aspicit Oceanum . Hor . 2 . epi . 1 . Libertasque recurrentes accæpta per annos .

RECVRSVS, [Recurrere ,] iterum uel retrosum curro . Cicer . ad Ter . lib . 14 . Desippo imperaui , statim ut recurreret . Terent . Ad . Iam hic recurreret . Ouid . 2 . Fast . Versa recurrat hyems . Cicer . 2 . de Nat . De . Lunæ species mutatur tum crescendo , tum defectionibus ad initia recurrendo . Virgil . 7 . Aeneid . Qua sol utrinque recurrens aspicit Oceanum . Hor . 2 . epi . 1 . Libertasque recurrentes accæpta per annos .

RECVRSVS, [Recurrere ,] iterum uel retrosum curro . Cicer . ad Ter . lib . 14 . Desippo imperaui , statim ut recurreret . Terent . Ad . Iam hic recurreret . Ouid . 2 . Fast . Versa recurrat hyems . Cicer . 2 . de Nat . De . Lunæ species mutatur tum crescendo , tum defectionibus ad initia recurrendo . Virgil . 7 . Aeneid . Qua sol utrinque recurrens aspicit Oceanum . Hor . 2 . epi . 1 . Libertasque recurrentes accæpta per annos .

RECVRSVS, [Recurrere ,] iterum uel retrosum curro . Cicer . ad Ter . lib . 14 . Desippo imperaui , statim ut recurreret . Terent . Ad . Iam hic recurreret . Ouid . 2 . Fast . Versa recurrat hyems . Cicer . 2 . de Nat . De . Lunæ species mutatur tum crescendo , tum defectionibus ad initia recurrendo . Virgil . 7 . Aeneid . Qua sol utrinque recurrens aspicit Oceanum . Hor . 2 . epi . 1 . Libertasque recurrentes accæpta per annos .

RECVRSVS, [Recurrere ,] iterum uel retrosum curro . Cicer . ad Ter . lib . 14 . Desippo imperaui , statim ut recurreret . Terent . Ad . Iam hic recurreret . Ouid . 2 . Fast . Versa recurrat hyems . Cicer . 2 . de Nat . De . Lunæ species mutatur tum crescendo , tum defectionibus ad initia recurrendo . Virgil . 7 . Aeneid . Qua sol utrinque recurrens aspicit Oceanum . Hor . 2 . epi . 1 . Libertasque recurrentes accæpta per annos .

RECVRSVS, [Recurrere ,] iterum uel retrosum curro . Cicer . ad Ter . lib . 14 . Desippo imperaui , statim ut recurreret . Terent . Ad . Iam hic recurreret . Ouid . 2 . Fast . Versa recurrat hyems . Cicer . 2 . de Nat . De . Lunæ species mutatur tum crescendo , tum defectionibus ad initia recurrendo . Virgil . 7 . Aeneid . Qua sol utrinque recurrens aspicit Oceanum . Hor . 2 . epi . 1 . Libertasque recurrentes accæpta per annos .

RECVRSVS, [Recurrere ,] iterum uel retrosum curro . Cicer . ad Ter . lib . 14 . Desippo imperaui , statim ut recurreret . Terent . Ad . Iam hic recurreret . Ouid . 2 . Fast . Versa recurrat hyems . Cicer . 2 . de Nat . De . Lunæ species mutatur tum crescendo , tum defectionibus ad initia recurrendo . Virgil . 7 . Aeneid . Qua sol utrinque recurrens aspicit Oceanum . Hor . 2 . epi . 1 . Libertasque recurrentes accæpta per annos .

RECVRSVS, [Recurrere ,] iterum uel retrosum curro . Cicer . ad Ter . lib . 14 . Desippo imperaui , statim ut recurreret . Terent . Ad . Iam hic recurreret . Ouid . 2 . Fast . Versa recurrat hyems . Cicer . 2 . de Nat . De . Lunæ species mutatur tum crescendo , tum defectionibus ad initia recurrendo . Virgil . 7 . Aeneid . Qua sol utrinque recurrens aspicit Oceanum . Hor . 2 . epi . 1 . Libertasque recurrentes accæpta per annos .

RECVRSVS, [Recurrere ,] iterum uel retrosum curro . Cicer . ad Ter . lib . 14 . Desippo imperaui , statim ut recurreret . Terent . Ad . Iam hic recurreret . Ouid . 2 . Fast . Versa recurrat hyems . Cicer . 2 . de Nat . De . Lunæ species mutatur tum crescendo , tum defectionibus ad initia recurrendo . Virgil . 7 . Aeneid . Qua sol utrinque recurrens aspicit Oceanum . Hor . 2 . epi . 1 . Libertasque recurrentes accæpta per annos .

RECVRSVS, [Recurrere ,] iterum uel retrosum curro . Cicer . ad Ter . lib . 14 . Desippo imperaui , statim ut recurreret . Terent . Ad . Iam hic recurreret . Ouid . 2 . Fast . Versa recurrat hyems . Cicer . 2 . de Nat . De . Lunæ species mutatur tum crescendo , tum defectionibus ad initia recurrendo . Virgil . 7 . Aeneid . Qua sol utrinque recurrens aspicit Oceanum . Hor . 2 . epi . 1 . Libertasque recurrentes accæpta per annos .

non absurde: quia sicut rosa breui niget, ita & Venerea uoluptas. Quo pacto autem rosa, quæ prius candida fuit, cruore Veneris interda purpureum colorem traxerit, ex Aphthonij fabella cognosces. De rosis plura apud Plin. lib. 2. inuenies. & Theophr. lib. 6. c. 6. & 7. Diosc. lib. 32. cap. 13. Cic. 5. Tus. An tu me in uiola putas, aut in rosa dicere? Vir. 4. Geo. Primus uere rosam, atque autumnno carpere poma. Rosa, pro oleo rosaceo. apud Cel. lib. 8. c. 4. Infundenda erit rosa tepida.

ROSACEVS, a, um, [Cosa fatta di rose.] ῥοσάειος, ex rosa factum: unde Rosaceum oleum, ex rosis. Plin. lib. 20. cap. 3.

ROSARIUM, rii, copiam fructum significat, uno loco rosas gignentium. Plin. lib. 21. c. 11. Rosaria a Fauonio fossa oportet esse.

ROSCIA, lex, a Roscio Othone Trib. ple. nomen accepit, qua equites primum a plebe distincti sunt, assignatis equestri ordini in theatro quatuordecim gradibus in quos neminem recipere liceret, nisi quadringentorum millium sestertiorum censum expleret. Hora. 1. epist. Roscia die odes melior lex, an puerorum Nænia? Et paulo ante. Si quadringentis sex septem millia desint, Plebs eris. Eodem spectat & illud Iuuen. Sic placuit uano, qui nos distinguit, Othoni.

ROSCIDVS, a, um, [Inrugiatore.] ῥοσάειος, rore perfusum, unde Nox roscaida rore humecta. Pli. lib. 18. Vbi sunt rigua, noctibus roscaida sicari melius. Similiter Mala roscaida, matutino rore humecta. Vir. 8. Ec. Aurora roscaida, Oui. ad Liuian. Gramina roscaida. Cla. 2. de Rap. Prof. Mella roscaida, Vir. 4. ecl. Pruina roscaida folijs excussa. Ouid. 7. Fast.

ROSCIUS, histrio insignis Cic. ætate in arte sua usq. adeo absolutus, ut, si quem significare uelimus æteris sui generis hominib. præcellere, Rosciū appellemus. Roscij (inquit Fest.) dicebatur in omnib. perfecti artib. quod Ros. quidam perfectus unus in comædia iudicatus est. Cic. de Or. Roscius hoc iadiu est affectus, ut, in quo quisq. artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceret. Ora. 2. epist. 1. Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Ros. egit. Hic primū in scena persona usus ferunt, quod & Str. efficit, & aspectu foedus; tantum tamē pronuciandi suauitate ualuit, ut populo sine persona gratior esset: quod & Cic. testatur lib. 2. de Or. Librum conscripsit, in quo histrionicam cum eloquentia comparare conatur. cū Cicerone quoque aliquando certasse dicitur, num ille eandem rem sapius oratione, an ipse gestu uariaret.

ROSEA, campus in agro Reatino, quod in eo arma rore humida semper ferantur. Var. 1. de re rust. c. 7. Cæsar Vopiscus campos Rosæ Italiae dixit esse humen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.

ROSETVM, ῥοσάειος, locus rosis confitus. Vir. 5. ecl. Quantum saluica rosetis, iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

ROSEVS, a, um, [Di rose uermigilio.] ῥοσάειος, qui rosæ colorem imitatur. Vir. 12. Aen. Et roseas lauiata genas. 2. Aen. Rosæoque hæc in super addidit ore.

ROSMARINVS, siue (ut apud Plin. legitur) Rosmarinum, [Rosmarino.] ῥοσάειος, frutex odoriferus, qui & Rosmarinus dicitur, Ouid. 3. de Arte. Rosmaris, & laurus, nigraq. myrtus olent.

ROSTELLVM, ῥοσάειος, paruum rostrum. Plin. lib. 30. cap. 11. Muris rostellum. Colu. lib. 8. cap. 5. Animaduertat, an pulli rostellis oua percuderint.

ROSTRA, orum, templum Romæ in foro, ante curiam Hostiliam pulpitem habens nauium Antiatium rostris adornatum, ex quo ad populum concio haberi solebat, Liu. 1. 8. E rostrisq. earum nauium suggestum in foro extructum adornari placuit: Rostraq. id templum appellatum.

ROSTRATVS, a, um, rostro armatus: ut, Naues rostratæ, αἱ καλλήμεσολοι, quæ in prætoræo munice erant rostro, quo in hostium naues, cum impetu impacto, sæpe eas dissoluebant. Liu. 4. Decad. lib. 6. Vna & octoginta nostratis nauibus, multis præterea minorib. Idem lib. 28. Prouinciae, ita decretæ, alteri consuli Sicilia & triginta rostratæ naues. Eadem & æratæ dicebantur. Cæsar. 2. Bel. Ciu. Cum classe nauium sedecim, in quibus pauca erant æratæ. Corona rostrata, idest, naualis, quod exiguis quibusdam ueluti nauiam rostris exornaretur. Plin. 16. c. 4. Ciuias cedunt rostratæ. Tempora rostrata, idest, naualis, siue rostrata corona exornata. Virg. 8. Aen. Tempora naualis fulgent rostrata corona. Rostratus impetus, qui sit rostro impacto. Plin. lib. 10. cap. 1.

ROSTRVM, stris, [Becco, muso, μοῦσα, ῥοσάειος, sperone della nave. Ga. Bec. musseam. Hisp. El pico, como de aue: ò bocico, como de puero. ῥοσάειος, quo aues cibum capiunt. Cic. 1. de Nat. De. Procerō, corneoque rostro aues. Ouid. 6. Fast. Rostra apta rapinæ. Nec solum de auib. sed de reliquis quoque animalibus, & de ipso homine, dicitur. Plaut. Men. Apud mensam plenam homini rostrum deliges. Pli. Et mugilis rostrum. Caprarum rostra. Var. 2. de re ru. c. 3. Canum, Plin. lib. 8. c. 4. Suum, Cic. 1. de Diui. A similitudine autem rostri auium, pars nauis esporrecta, & acuminata, ex ære ferrove, in prætoræ emine,

Rostrū appellatur. Hircius de Bell. Al. Nauib. actuarijs rostra impoluit. Hinc Rostratæ naues, rostris armatæ. Cic. 2. de Inu. Lex est apud Rhodios, ut, si qua in portu rostrata nauis deprehensa sit, publicetur.

ROSTRO, as, [Porger il becco dentro. Gal. Becquer, piquer & donner du bec. Hisp. Poner el pico dentro alguna cosa.] rostrum impingo, rostro penetro. Plin. lib. 18. c. 19. In inferiora rostrante, uomere, idest rostrū impingente, ait Bud.

ROTA, æ, [Rota, ruota. Gal. Vne roue. Hisp. La rueda de carro ò de ollero.] ῥοτῶν, cuius conuersione currus procedit: a rotunditate, seu a ruendo: ruit enim facile in suos orbes. Plautus in Capt. Pro rota me uti licet. Vel ego huc, uel illuc uortar, quo imperabitur. Plin. lib. 16. cap. 40. Liguum ad radios rotarum utile. Hor. 1. epist. 18. Puluis strepitusque rotarum. Figurate accipitur pro toto curru, Virgil. 12. Aeneid. Eque rotis magnam respexit ad urbem. Cic. in Ara. Hunc tangit rota feruida Solis. Rota Fortunæ, i. inconstantia, & uolubilitas. Idem in Piso. In quo ne tum quidem Fortunæ rotam extimescebat. Rota, tormenti genus. Cic. 5. Tus. In Rotam beatam etiam non ascendere. Rotæ etiam a latinis dicuntur capræ quædam feræ, quarum magna est copia in Samothrace insula. Var. lib. 2. c. 1. Est & Rota, piscis, a rotæ similitudine. Plin. lib. 9. cap. 4. Rota item in figulis dicitur, qua fictilia tornantur. Hor. de Arte. Amphora cœpit Inlittui, currente rota cur urceus exit? De-min. Rotula. Plin. lib. 18. cap. 18.

ROTOR, as, [Rotare, rotare. Gal. Faire la roue, rouer, ponler. Hisp. Rodar ò traber òa derredor, hazer buelta en derredor.] ῥοτῶν, κολῶν, uerto, in modum rotæ uerso, circumago. Mer. 1. 1. Præceps sanguinea dum se rotat urfæ arena. Luc. lib. 6. Rotantque cauis flamma fornacibus. Rotare item patuones, dicuntur, cum ueluti pulchritudinem suam admirantes, gemmantes caudæ pinnas in orbem explicant, rotæque orbem imitantur. Rotantis. Hor. 4. Car. Ode. 11. Sordidum flammæ trepidant rotantes. Vertice fumum. Rotarus, a, um, Ouid. ad Pis. Ceruice rotata. Iuu. Sat. 6. Sermonem rotato Torqueat entymema.

ROTVNDVS, a, um, [Rotondo. Gal. Rond. Hisp. Redondo.] ῥοτῶν, quod globi, siue sphaeræ figuram habet, unica superficie contentum, & in medio fuit punctum habens, a quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ, sunt æquales. dictum Rotundum, (ut quidam uolunt) a retundendo, quod omnis undique retusa sit angulorum a peritas. Plin. lib. 10. cap. 52. Aquatiliū oua rotunda. Ibidem: Oua exeunt a rotundissima sui parte, dum pariuntur. Cic. 1. de Na. De. Mundum esse uolunt, rotundum, quod ea forma neget uel lam pulchriorem esse Plato. Hor. 3. Epo. Rotundioribus Onusta bacchis. Cic. de Vniu. Idq. ita tornauit, ut nihil effici possit rotundius. Rotundo ore loqui, est uolubili, & cōcinno oronis genere uti. Hor. in Arte. Grauis dedit ore rotundo Musa loqui. Gel. Crispū agmē orationis rotundumque. Cic. in Or. Thucydides præfractor, nec satis (ut ita dicam) rotundus. Hinc Rotunditas, atis, Plin. lib. 1. cap. 3. Cornua rotunditate præpilata. Ibidem cap. 36. Rotunditas oris. Rotunde. Cic. 4. de Fin. Ita ipsa, a te quidem apte, ad rotunde, &c.

ROTVNDOS, as, [Far rotondo. Gal. Arroindir, faire rond. Hisp. Redondear por todas partes, hazer redondo.] ῥοτῶν, rotundum facio. Cic. de Vniu. Cum similem uniuersitatis natura efficere uellet, ad uolubilitatem rotundauit. Vitru. lib. 10. cap. 11. Id ad cyrcinum rotundatur. Translate pro exple, siue perficere, quod rotunda forma nulla sit perfectior. Hor. 1. epist. 6. Mille talenta rotundentur. Hinc Rotundatio. Vitru. 1. 10. cap. 11. In rotundatione & longitudine æqualia spatia sent.

✱ **ROXICVM**, apud Ptol. lib. 3. ciuitas est Corficæ insulæ, quæ hodie uulgo Rogela dicitur.

R A N T E V

RUBEFACIO, cis, p. c. [Far rosso. Gal. Rougir, faire rouge. Hisp. Enbermejar ò otra cosa.] ῥοτῶν, rubro colore tingo. Sili. 1. 16. Vix Atlantiadum rubefecerat ora sororum. Rubefactus, a, um, Ouid. 3. Met. Rubefactaque languine tellus.

RUBELLVS, a, um, [Rossetto.] ῥοτῶν, subrubrum: ut Vinum rubellum, siue Rubellium, absolute dicitur, quod modice, & dilute rubet. Mart. lib. 1. Et Veietani bibitur fæx crassa rubelli. Rubellæ uites, idest Numentanæ, a rubedine cognominatæ. Plin. lib. 14. cap. 2. Proxima dignitas Nomentanis, rubente materia: quapropter quidam Rubellas appellauerunt. Eadem & Rubellianas uocat Colum. lib. 3. cap. 2.

RUBELLIO, onis, piscis prægrandi capite, ex genere mullorum, a coloris rubedine nomen habens. Plin. lib. 32. cap. 10. In uino necatur rubellio, ijs, qui inde biberint, uini tædium affert.

RUBEO, rubes, rubui, [Esser rosso, arrossire. Gal. Estre rouge, denanir rouge. Hisp. Emberrmeiecerse.] ῥοτῶν, rubens sum. Virgil. 2. Georg. Sanguineis incultra rubent auitariae baccis. Idem quarto Georgico. Ante nouis rubeant quam prata coloribus. Cicero Attic. libr. 25. Rubeo, mihi crede: sed iam scripseram, delere nolui. Idem

- Ver. Herere homo, auerfari, rubere. Mart. lib. 1. Pæstantis rubeant æmula labra roſis. Ouid. 2. Faſt. Tulco ſanguine terra rubet. Rubens, idem quod rubrum. Virg. 1. Georg. Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni. Ouid. 3. Faſt. Vina rubentia.
- RUBER**, bra, brum, [Roſſo. Gal. Rouge. Hiſp. Bermejo.] ἐρυθρός, rubentis coloris. Hora. in Serm. Obſcenoque ruber porrectus ab inguine palus. Ouid. Faſt. At ruber hortorum deus, & tutela Priapus. 11. Metam. Fulmineus rubra ſuffuſus lumina flamma. Horat. 3. Carm. Ode 12. Inſciet tibi Rubro ſanguine riuos. Rubrum mare. Cic. 1. de Natur. De. Genera beluarum, quæ in rubro mari gignantur. Rubrior, comparatiuus. Plin. lib. 10. 63. Colorem mutant rubiore pilo.
- RUBESCO**, is, [Dinenir roſſo. Gal. Dedenir rouge. Hiſp. Embermejeſeſe.] ἐρυθροποιός, rubens ſio. Virg. 2. Aen. Iamque rubeſcebat ſtellis Aurora fugatis. Ouid. 2. Met. Ut terras, mundumque rubeſcere uidit. Plin. lib. 9. cap. 35. Miror eas ſole rubeſcere coloremque perdere eut corpus humanum.
- RUBETA**, tæ, [Rana ſammartina.] ρυβήτης, ranæ genus uenenoſum, a rubis nomen trahens, in quibus uiſcitatur. Iuu. Saty. 1. Porrectura uiro miſcer ſitiente rubeſtam. Plin. lib. 8. c. 31. Auxiliantur contrarānam rubeſtam. Idem lib. 32. cap. 5.
- RUBETVM**, ti, [Macchione.] βετῶν, locus, in quo rubi copioſe proueniunt. Ouid. 1. Met. In duris hærentia mora rubeſtis.
- RUBI**, orum, opidum Campaniæ, a ruborum frequentia. Hora. in Ser. Inde Rubos feſſi peruenimus. Inde Rubeus, a, una, Virg. 1. Geo. Rubea textatur fiſcina uirga.
- RUBIA**, [Grana, rubia. Gal. Garance. Hiſp. La rubia de los tintores.] ἐρυθρόδαιον, herba, radicem habens rubram, tingendis lanis, ac coriis idoneam. Plin. lib. 24. cap. 11. & lib. 35. cap. 6. & 1. 19. c. 3. Pharmacopolæ Rubiam tinctorum nominant.
- RUBICONS**, p. c. conis, [ῥυβικόν], fluuius diſterminans Italiam a Gallia citiore. Luc. lib. 1. Ut uentum eſt parui Rubiconis ad undas. Suet. in Cæſ. Conſecutus cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouincię eius finis erat, paullulum conſtitit.
- RUBICUNDVS**, a, um, [Roſſeſſigante.] ἐρυθρίαις, abunde rubeus. Ter. in Hec. Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius. Pla. Pſeu. Magno capite, acutus oculis, ore rubicundo. Plin. 1. 18. c. 35. de luna loquens: Si rubicunda, uentos portendere creditur. Mart. lib. 14. Cumano rubicundam puluere teſtam. Rubicundulus, dem. Subrubēs. Iuue. Sat. 6. Tandem illa uenit rubicundula.
- RUBIDVS**, a, um, [Roſſo.] colore ruſo, atrore multo miſtum, cuiuſmodi ſere eſt color ferri multa rubigine obducti. Gel. lib. 2. cap. 26. Fuluus, ſlauus, rubidus, phæniceus, rutilus, luteus, ſpadix, appellationes ſunt ruſi coloris. Aliquando Rubidus, pro ſcabro & aſpero accipitur. Plaut. in Stic. Rubiginofam ſtrigilem, ampullamque rubidam. Hinc & panis biſcoctus, a ſcabritie Rubidus dicitur. Plaut. Exiguum bucellam rubidi panis. Quo tamen in loco Feſtus Rubidum panem interpretatur, pauera parum coctum.
- RUBIGINOR**, ris, [Arruginiſi.] ῥυβίγιον, rubiginem contraho. Appul. lib. 3. Florid. Gladius uſu ſplendefcit, ſitu rubiginatur.
- RUBIGO**, giniſ, [Ruggine. Gal. Rouille, ou rouille, rouillure. Hiſp. Herrumbre de hierro.] uitiū metalli, & proprie id quod in ferro contrahi uidemus, aridum, & rubrum, metallum paullatim erodens. Diſta Rubigo, a rubro, ſiue rubido colore: unde & antiquis Robigo dicebatur. nam illi Robum dicebant, teſte Feſto, quod nos Rubrum. Plin. 1. 17. c. 3. Ferro arg. illa omnis rubiginem obducit. Virg. 1. Geo. Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila. Catu. Arg. Squallida, deſertis rubigo inferetur aratriſ, Ouid. 2. Metam. Liuent rubigine dentes. Rubigo uitiū in ſegete, ſpicæ corrumpens, Hor. 1. 1. Car. Nec peſtilentem ſentiet Africam Fœcunda uicis, nec ſterilem ſeges rubiginem. A rubigine Rubigalia, feſti dies, amolienſis rubigini inſtituti ab antiquis. Plin. 1. 18. cap. 29. Inde Rubiginofus, a, um, Mar. lib. 7. Vide Robigo.
- RUBOR**, oris, [Roſſore.] ἐρυθρότης, color rubeus, qui & Rubedo dicitur. Plin. 1. 12. c. 37. In malis oſtenditur rubor. Ouid. 3. Met. Pectora traxerunt tenuem percuffa ruborem. Luc. lib. 5. Rubor igneus inſcit ora. Tyrij rubores, pro purpura, Virg. 3. Geor. Virgineus rubor, pro pudore. 1. Geo.
- RUBRICA**, x, μίλιτος, terra rubri coloris, qua fabri materiarij lineas ducunt. Col. lib. 2. Arbuſculas rubrica notare conuenit. Hac legū tituli notabantur. Perſ. Sat. 2. Si quid Maſuri rubrica notauit.
- ***RUBRICATVM**, Plinio, & Rubricatus Ptol. fluuius eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis.
- RUBRICETA**, color quo mulieres genis ruborem inducunt. Plau. in Truc. Buccas rubriceta intinxit tibi. Alio nomine Purpurifſum: unde Plaut. ibidem Buccas purpurifſatas, & Rubriceta tinctas, in eadem efferit ſignificatione.
- RUBRICOSVS**, a, um, rubrica abundans. Colum. lib. 4. cap. 33. Solum rubricolum.
- RUBRVM**, mare, [Mar roſſo.] ἐρυθρὰ θάλασσα, pars Oceani, Arabiam
- a Meridie alluens, ad Occidentem Arabiæ, ab Ortu Perſico ſua terminata. Plin. 1. 5. c. 23. Irrumpit geminum mare in terras, quod Rubrum dixere noſtri. Græci Erythrazum, a rege Erythra, aut, ut alij, ſolis repercuſu talem reddi colorem exiſtimantes.
- RUBVS**, bi, [Raggia. Gal. Vne ronce. Hiſp. çarça.] βάρτος, frutex notiſſimus paſſim in dumis proueniens: Florem habet candidam, & fructum moris non abſimilem. Vir. 3. Ferat & rubus aſper amomum.
- RVBVS**, caninus, κύνος ζυγός, frutex arbuſculæ inſtar, rubo longe maior, folia ferens multo latiora myrto, firmis circa ramos ſpinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ ſimili.
- RUCTO**, ructas, [Ruttare.] ἐρύγω, eſt ructus emittere. Cic. ad Cornificium. lib. 12. Quæ ego ructantem, & nauſcantem conieci in Oſta uiani Plagas, Pia. Pſeu. Pergin ructare tu mihi: Ructatus, a, um, pro, ructando eiectus. Silius. 1. 15. Ructatos ore cruores. Ructator & ructatrix. Mar. lib. 10. Nec deſt ructatrix menta. Ructuoſus, ſa, ſum: ut Spiritus ructuoſi, apud Quint. lib. 4. cap. 2.
- RUCTOR**, ructaris, deponens, [Ruttare, rutteggiare. Gal. Router. Hiſp. Regoldar.] ἐρύγω, ructo. Var. 3. de re ruſt. cap. 2. Cuius aues hoſpitales etiam nunc ructor. Hor. in Arte. Hic dum ſublimeis uerſus ructatur, & errat.
- RUCTVS**, us, ui, [Rutto. Gal. route. Hiſp. Regueldo.] ἐρύγω, cibi, & potus in ſtomacho male concocti uentofa per os aſſatio. Mart. lib. 1. Extremo ructus cum uenit a barathro. Cic. Pæto libr. 9. Stoici crepitus aiunt æque liberos ac ructus eſſe oportere. Colum. lib. 6. cap. 6. Cruditatis ſigna ſunt crebri ructus, uentris ſonitus, fatidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi. Plin. 1. 2. cap. 18. Anethum ructus mouet.
- RVDENS**, tis, [Corda, ſine, ſpago, ſarta. Gal. Chable, ou groſſe corde de nauire. Hiſp. La cuerda de la nauie.] ῥυδίωνος, ſub. tam maſc. quam ſcem. gen. funem nauticum maiorem ſignificans, malo ad puppim religatum, quamquam etiam pro eo Pli. accepiffe uideatur, quo naues continentis alligantur. Vir. 3. Aen. Excuffosq. iubet laxare rudentes, Pla. Rud. Dum hanc rudetem complico. Catullus: Candida inſorti ſuſtollant uela rudentes. Cic. 5. Tuſ. Non oportabilis eſt rudentibus. apta fortuna. Idem 1. de Diu. Quasi rudentis explicatio.
- RVDIARIVM**, cribrum, ab Apuleio appellatur, cribrum genus maius ex membrana minutis foraminibus perſuſa, quo rudeta, ideſt lapilli conſimilesque ſordes, e frumento expurgantur.
- RVDERO**, as, κερτερπύω, eſt rudus induco. Vitruu. lib. 7. cap. 1. Vnde Ruderatus ager, qui ueterum ædificiorum materia ſcatet. Plin. lib. 21. cap. 4. Roſam conſtat ruderatum agrum amare. Erudera re uero, eſt rudus eiecere. Var. de re ruſt. & cap. 2. Solum oportet eſſe erudatum, & proclium. ut euerti facile queat. Ruderatio. Vitruu. lib. 7. cap. 1. Incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expolitionum.
- RVDETVM**, ti, locus plenus rudere, ideſt lapidum fragmentis. Cato: Lentem in rudero, ſerito.
- RVDIARIJ**, qui impetrarunt miſſionē artis gladiatorię, donati rudere. Suet. in Tib. Rudiarijs quibuſdam reuocatis. Idem Rudiarij, qui ſaga rudia, & noua poliunt. Hermolaus ex Feſto.
- RVDICVLA**, ræ, αῖθρα, deminu. parua uirga, impolita, uti ad mouenda, & agitando ea, quæ ſuper ignem decoquantur. Cato: Igni bene coquito, rudicula agitato crebro, Plin. lib. 20. Lanæ rudiculis curatas.
- ***RVDIÆ**, ærum, opidum Pediculorum, ſiue Salentiorum, non Procul a Brundifio. Plin. Rhudiam uocat.
- RVDIMENTVM**, ti, [Primo amaſtamento. Gal. Le premiers, commencement de quelqu'art, apprentiſſage. Hiſp. Lo principio o comienço de alguna arte.] ῥυδία, prima diſciplina, qua rudes imbuuntur: unde Ponere rudimenta dicimus pro, arriſ alicuius principijs operam dare. figurate accipitur pro rem quamlibet incipere. In Sal. Ne incipiens quidem peccare minimis rebus poſuit rudimentum, ſed ita ingreſſus eſt, ut neque ab alio uinci poſſit, &c. Liu. 31. Reſponſum, eum ipſum rudimenta adoleſcentiæ bello laceſſentem Romanos poſuiſſe. Iuſtinus. lib. 9. Alexandrum filium. xvij. annos natum, ut ſub militia patria tyrocinij rudimenta deponeret, ad ſe accerſit. Rudimenta uirtutis, id eſt, initia. in Sal. An ulla alia putas eſſe rudimenta & incunabula uirtutis? Rudimentum lucis, pro uitæ initio. Plin. in Proœ. lib. 7.
- RVDIS**, ſubſt. f. g. ῥυδία, uirga rudis, & impolita, ſiue ea lignea ſit, ſiue ferrea, quæ uarijs olim uſibus ac comodabatur. nam & rudibus agitabantur ea, quæ ad ignem coquebantur, aut alia ratione miſcebantur. Pli. lib. 34. Vritur in patinis per laminas minutas cum ſulphure, uerſatū rudib. ferreis, aut ferulaceis. Cato de re ru. c. 104. Hæc rude miſceto ter in die. Rudibus item depugnabat gladiatores teſte Lampridio, qui reſert Commodū in arena rudibus inter gladiatores depugnari. Hinc ad Rudem cōpellere eſt cogere depugnare. Cic. Oſtauius: Qui ueteres gladiatores, reliquias ludi Cæſaris, ad rudem compulſi. Idem quoties aut atate emeriti, aut multis iam relatis palmis, libertate digni uidebantur, tunc a prætore donabantur. Cic. 5. Phil. Tam bonus gladiator, tam cito rudē accipi-

accepisti Hor. i. epi. Spectatū satis, & donatum iam rude quæris
 Mœcenas iterum antiquo me includere ludo. Vbi Donatus rude,
 per translationem dixit, pro ætate emeritū. gladiatores enim
 accepta rude, ab omni depugnandi necessitate eximebantur, quo
 fit, ut Rude pro libertate, & optato rei cuiusvis sine accipiamus.
 Iuue. Ergo sibi dabit ipse rudem.

RVDVS, uero, & hoc Rude. adi. [Roz, a pro. Gal. Rude, noumeau, rusteur.
 Hi. Cosa nò labrada, d' nò enfeñada.] αὐλοσκόπος, impolitus: ut Rude
 marmor, Ebur rude, Rude argentū in quod neque lignatum est, ne
 que alium in usum laboratum. Cic. de Or. Quæ pueris nobis in-
 choata & rudia exciderunt. Transfertur ad animum: rudes quæ di-
 cuntur qui adhuc animi non expoliuere disciplinis. Cic. de nat.
 Rudem me discipulum, integrumque accipe. Plin. l. 2. cap. 7. Pa-
 riter & eruditum uirgus, & rude in eam sententiam cursu uadit.
 Rude genitiuo aliquando iungitur. Cic. pro Flac. Homines imperiti,
 rerum omnium rudes. Idem lib. 1. Off. Rudes Græcarum
 literarum. Aliquando accusatiuo cum ad. Liu. 24. Rudem ad pe-
 destria bella Numidarum gentem. Aliquando ablatiuo cum In.
 Cicer. lib. 1. de Ora. Rudem in iure civili. Aliquando pro rustico,
 Iuuen. Satyr. 11. Tunc rudis, & Graias mirari nescius artes. Pro
 duro & inclementi, Terent. Phorm. Adeon'te esse ingenio rudi,
 & inexorabili?

RUDO, rudis, rudit, [Roghire. Gal. xecaner, rugir, braire comme un as-
 ne ou lion. Hisp. Rebuñnar, proprio del asno.] ὀκαιομας, proprie ad a-
 sinus pertinet: qui ruderē dicuntur, cum uocem emittunt. Ouid.
 3. de Arte: Ut rudit a cebra turpis asella mola. Abusue & de
 leonibus, & de hominibus dicitur. Virg. 7. Aeneid. Sera sub no-
 cte rudentum. Idem 8. Aeneid. Inlueta rudentem. Persius primam
 uerbi huius syllabam produxit, cum in exemplis iam citatis cor-
 ripiatur. Rudens, ris. Ouid. 1. Fast. Ecce rudens rauco Sileni ue-
 ctor asellus.

RVDVS, eris, [Scaglia. Gal. Tonte rude matiere, soit uielle soit neuue, mo-
 illons, plâstras, & semblables. Hisp. Lau asfura.] πέτρας, lapidum fru-
 sta, & ruinarum materies. est autem duplex, nouum scilicet & ue-
 tus. nouum rudus, est materia pauimentū, idest, saxa recens con-
 tusa, seu testæ contractæ cum calce ad pauimentum faciendum.
 Virg. 1. 7. Ruderū nouo tertia pars tuse admisceatur. Verus rudus
 est materia ueterum pauimentorum & dirutorum ædificiorum,
 quæ lapidibus & testis contractis, calceque arena commissa con-
 stat. Plin. Complanatæ ueteri rudere erant uix. Antiqui Raudus
 dicebant, teste Festo.

***RUFAS**, opidu n Campaniæ, cuius meminit Vir. lib. 7. Aen. Quiq.
 Rufas, Batulumque tenent.

RUFEO, es, [Arrosifis. Gal. Deuenir roux. Hisp. Enruuiarse, enrouxarse.]
 εὐροδός, εὐροδός, rufas sum. unde Rufesco, rufus fio. Plin. lib. 10. cap. 19.
 Merula ex nigra rufescit.

RUFOS, fas, [Farroso. Gal. Roussir, faire roux. Hisp. Enruuiar d' enrouxar
 otra cosa.] εὐροδός, rufum facio. Plin. l. 15. cap. 22. Rufatur capillus
 nucleis. Et lib. 33. cap. 2. Rufat capillum.

RUFULI, tribuni militum, a consule facti, quod de eorum iure Ru-
 tilius Rufus legem tulerit. postea mutatione unius litteræ Rutuli
 dicti. Festus.

RUFVS, a, um, [Rosso. Gal. Roux. Hisp. Ruuio, roxo d' bermejo.] εὐροδός,
 color non plene ruber, sed ad flauum non nihil declinans. Mart.
 lib. 14. Roma magis fuscis uestitur, Gallia Rufis. Ter. Hea. Rufam
 ne illam uirginem. Plin. l. 12. cap. 12. Syncerum deprehenditur co-
 lore rufo. Rufior, comparatiuus. Plin. lib. 16. capit. 14. Materies
 maris dura, rufior, ac nodosa. Hinc Rufulus, deminutiuum.
 Pla. in Amph. Coniit cicatrix rufula.

RUGA, æ, [Rappa, falda, crespna, grinza. Gal. Ride, plis. Hisp. La ruga.]
 ρυτίς, contractio cutis in plicas: cuiusmodi in senibus conspici
 solent. Cic. de Sen. Non cani, non rugæ repente auctoritatem ar-
 ripere possunt, sed honeste acta superior ætas. Ouid. 14. Metam.
 Et rugis perarauit anilibus ora. Plicæ quoque in uestibus eminen-
 tes Rugæ dicuntur: ut contra, cauitates inter plicas sinus appel-
 lamus. Plin. lib. 35. c. 8. Præter quæ in ueste rugas & sinus inuenit.
 In arborum quoque fructibus, qui ante maturitatem sunt decer-
 pti, asperitates quædam, & corticis contractiones oriuntur, quæ
 a similitudine rugarum anilium ueniunt & ipsæ in nominis huius
 communioem. Plin. lib. 12. cap. 7.

RUGO, gis, rugiui, & rugij, [Rugire. Gal. Ruair, bruire, bugler. Hisp. Bra-
 mar el leon.] εὐροδός, unde Rugitus, qui proprie leonis est, cum
 uocem emittit, Auctor Philoniæ. Tigrides indomitæ raucant,
 rugiuntque leones.

RUGO, gas, [Insaldare, increstare. Gal. Faire ride. se rider d' plier en plis
 comme une robe se plie.] ρυτίδα, rugas contraho. Pla. in Caf. Vi-
 de palliolum ut rugat. Rugata testa, apud Plin. lib. 9. cap. 33.

RUGOSVS, a, um, [Pien di cresse. Gal. Plein de rides, plein de plis, ride. Hisp.
 Casa llena de rugas.] ρυτίδωδης, rugis plenum. Col. lib. 12. cap. 43.
 Hec ratio facit rugosa acina: Idem lib. 16. cap. 31. Cortex omni-
 bus in senectute rugosior. Martia. lib. 3. Rugosiorum stola cum

geras frontem.

RUIDVS, a, um, [Ruido,] a ruendo, idest, cadendo, ut quidam uolunt,
 deductum: ut Pilum ruidum, cum crebro casu frumenta pinsuntur,
 siue eualuantur. Plin. lib. 18. cap. 10. Maior pars Italiæ ruidio
 utitur pilo, rotis etiam, quas aqua uerfet obiter. Quem tamen
 Plinij locum explicans Hermolaus, Ruidum pilum dictum in-
 uenit, non a ruendo, sed ab asperitate. quasi ruuidum, siue, ut alij
 scribunt, rubidum, quod nomen antiquis asperum, & impolium
 significabat.

RUINA, næ, [Ruina, caso. Gal. Ruine, cheutte. Hisp. Caída.] ῥῦσις, ῥῦσι-
 μα, casus, siue lapsus, a ruendo, idest, cadendo. Cic. de Or. Ea ruina
 oppressus Scopas. Idem de Diui. Dij habitantes inter duos munda-
 dos metu ruinarum. Ruinas item accipimus pro ipsis ædificijs
 dirutis. Cic. lib. 3. Tus. Magis me mouerunt Corinthi subito asper-
 ctæ parietum ruinæ, quam ipsos Corinthios. Cæli ruina, pro
 tonitru, Virgil. 1. Aeneid. Fluctibus oppressos Troas, cælique
 ruina. Vbi Seruius Cæli ruina, idest tonitribus, quorum sonus
 similis est ruinis. Transfertur & longius, ut, pro quauis cala-
 mitate accipitur, Cicer. 1. in Cat. prætermitto ruinas fortuna-
 rum mearum. Subdere caput ruinæ, est exponere se periculo. Cur-
 tius lib. 5. Ruinæ rerum illos subdere capita, in perniciem trahi.
 Ponitur aliquando pro morte, Plin. lib. 17. cap. 25. Prodigiū
 in nostro æuo Neronis principis ruina factum. Hinc Ruinosus,
 nosa, nosum, caducus, ruinam minans, ut Aedes malæ maturatæ,
 ruinosæ, apud Cic. 3. Offi.

RULIA, rullæ, instrumentum ferreum, stimulo rusticorum addi-
 tum ad uomerem detergendum. Plin. lib. 18. cap. 19. Purget uo-
 merem subinde stimulus cuspidatus rulla. Est autem demiau. a
 Runa, quod est teli genus. unde Runatum dixit Ennius, pro runa
 armato, siue (ut Festus interpretatur) pro pilato, idest, pilo
 instructo.

RUMA, rumæ, [Mammella. Gal. Mammelle. Hisp. Teta.] μαστός, θηλή, a ue-
 teribus dicebatur Mamma. ut annotauit Non. citans locum Cato-
 nis ex opere de li. educ. Rumam (inquit Cato) prisco uocabulo
 mammam appellarunt: a qua Subrumi etiam nunc dicuntur agni.
 Hinc Irrumare dicebant antiqui pro lactare, quasi rumam
 in os inferere, quod uerbum postea ad sædæ libidinis significatio-
 nem est translatum. Rumani præterea Seru. interpretatur, emi-
 nentiorum colli partem. quod & ipsum Festus innuere uidetur, cū
 Rumare antiquos dixisse ait pro Ruminare.

RUMENTVM, inquit Festus, idem quod abruptio.

RUMEN, ruminis, proprie in animalibus quibusdam dicitur quidam
 quasi uentriculus, quo illa pabulum ad tempus demittunt, indeq.
 rursus ad os reuocant, unde & Ruminatio nomen accepit. Rumen
 (inquit Nonius) locus est in uentre, quo cibus sumitur, & unde
 redditur. Per translationem tamen pro ipso etiam sumitur uen-
 triculus, cibi, & potus receptaculo. Pom. pro sibilulo, ut citat idem
 Nonius: Ego rumorem parui facio, dum sit, rumé qui impleam.
 Fest. rumen interpretatur, partem colli, qua efca deuoratur. Ru-
 men item antiqui pro ruma accipiebant, idest pro ubere, siue
 mamma. Plin. lib. 15. cap. 18. Inuenta est lupa infantibus præbens
 rumen: ita enim uocabant mammam.

RUMEX, icis, [Romice. Gal. Oxelle, pareille, patience. Hisp. La romaça yer-
 ma conocida.] λάπαθον, herba siluestris ex lapathi generibus a qui-
 busdam Oxalis appellata satiuo proxima, folijs acutis, colore bo-
 tæ candidæ, radice minima. Vir. in Moreto: Fœcundus quæ rumex,
 maluz, niolæque uirebant.

RUMINA, siue Rumina (ut alij malūt) dicta est Dea, quæ rumis, idest,
 mammis, hoc est, pueris lactentibus præsidebat. Augustinus lib. 4.
 de ciui. Dei. Var. l. 2. de re rust. cap. 11. Non negarim ideo apud di-
 uæ Rumiæ sacellum a pastoribus, satam fieri. Ibi enim solent
 sacrificare lacte pro uino, & pro lactentibus. Cato de li. educ. ut
 citat Nonius. Hisc lacte fit, non uino: Cuminæ propter canas: Ru-
 minæ, propter rumam, sic, prisco uocabulo mammam appella-
 bant, a quo Subrumi etiam nunc dicuntur agni.

RUMIFERO, famam spargo. Pla. in Amph.

RUMIGARE, [Ruminare.] μινυλάμα, Apul. lib. 4. de Asin. Vfus est
 pro ruminare.

RUMINALIS, ficus, Romæ fuit in Comitio, fulgoribus sub ea con-
 ditis sacra, a ruminando (ut quidam uolunt) dicta, quod sub ea
 pecudes ætatis tempore frigora captantes, herbas ruminare cō-
 fluenerint. Aut certe ut Plin. lib. 15. cap. 18. quod sub ea inuenta
 sit lupa, Romulo & Remo rumen, id est, mammam præbens. Li-
 ui. libro 1. primum Romularem ficum a Romulo dictam putat,
 quæ deinde uoce paullatim deprauata, Ruminialis cœpit ap-
 pellari.

RUMINALES, hostiæ, animalium, quæ ruminant. Plin. libro 8.
 capit. 51.

RUMINO, p. c. & Ruminor, aris, deponens, [Ruminare, masticar bene.
 Gal. ruminer, remascher ce qu'on a mangé. Hisp. Ruminar los animales.
 θρῦμιαι.] ἀναμυρικόμα, idem quod remandere, & cibi a rumine

ad os reuocare: proprie de ijs dicitur animantibus quæ in superiore mandibula dentes primores non habent. Col. lib. 7. Bos neque ruminat, neque lingua se detergit. Vir. 6. ecl. Illice sub nigra pallentes ruminat herbas. Plin. lib. 10. c. 7. 3. Ruminant cerui, cum a nobis aluntur. Translate pro in memoria reuocare, & diligenter perpendo, Varro Bimargo, ut citat Nonius: Odyfseam Homeri ruminari incipies. Idem Tanaquile, apud eundem Nonium Varro. Non modo absens de te sapius cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem tuam. Ruminatio. Plin. lib. 1. r. cap. 37. Quibus neque dentes utrinque, neque ruminatio. Ruminatio, rei cuiuspiam in memoriam reuocatio. Cic. Atti. lib. 2. Quid ageretur, de ruminatio quotidiana.

RUMIS, ruina, [Mammelle. Gal. Mamel. Hisp. La teta.] id est, mamma. Rumis (inquit Festus) mamma dicitur, unde & ruitici appellant hædos Subrumos, qui ad huc sub mammis habentur. Varro 2. de re ru. cap. 1. 1. Mamma rumis, siue ruma, ut ante dicebant, inde Sumbrumi, agni lactentes.

RUMOSAS, [Metter la mammella in bocca. Gal. Donner la mammelle, allaiter. Hisp. Der a mamma la leche.] antiquis idem erat quod lacto, quasi rumam in os infero, unde Irrumare, quod olim nihil aliud erat, quam rumam, i. mammam in os pueri inferere. postea ad fœdæ libidinis significationem translatum. Rumare item antiqui dixerunt pro ruminare, teste Festo. nam & Rumâ, si Seruius credimus, iidem pro rumine dixerunt, id est, pro eminate sub collo parte.

RUMORIS, [Rumore, fama, novella. Gal. Renomme, bruit de uille. Hisp. La fama de nuuas inciertas.] φήμη, sermo in populo, sine certo auctore, de recenti dispersus re. Cic. in Phi. Improbissimis rumoribus diffipatis. Ter. in An. Menum gnatum rumor est amare. Cic. ad Calpurn. l. 1. 2. epist. Nihil perferitur ad nos, præter rumores de opprefsum Dolabella. Idem Att. l. 16. Rumoris nescio quid afflauerat. Hor. 2. Ser. Sa. 6. Frigidus a rostris manet per compita rumor. Virg. 1. Aen. Rumoresq. ferit uarios. Aliquando pro studio, Virgil. 8. Aen. Iter inceptum peragunt rumore secundo.

RUMPOS, pis, rupi, ruptum, [Romper, spezzare. Gal. Rompre, mettre en pieces. Hisp. Romper, quebrar.] ἐπιρροή, frango, scindo. Vir. lib. 5. Aen. Nodos, & linea uincula rupit. Rumpere uincula, carcere sese, alium, ue custodia eximere. Cic. in Cat. Adiungit grauem poenam municipibus si quis eorum uincula ruperit. Interdum pro defatigatæ, Terent. in Hec. Ut me ambulando rumperet. Rumpere silentium, & Rumpere uocem, est rem silentio aliquandiu suppressam eloqui, 10. Aeneid. Quid me alta silentia cogis rumpere? Idem 2. Aeneid. Composito tumpit uocem & me destinat aræ. Rumpere moras, est auferre moras, festinare, Virgil. lib. 3. Geor. En age segenis Rumpere moras. Rumpere fidem, est fidem uiolare. Ouid. epi. 2. 3. Rupi quam ruptam sumi mihi quæta, fidem. Rumpi item dicuntur, qui ex nimia tensione dissiliunt. Cic. in Vari. Ut aliquando ista, quæ sunt inflata, rumpantur, inflatas rumpere uesiculas, apud eundem 2. Di. Hor. 2. Se. Sa. 4. Si re ruperis, inquit, Par eris. Hinc, Rumpi inuidia & Rumpi malis, pro grauitate discruciatæ, & uix ferre posse, Virgil. 7. ecl. Inuidia rumpantur ut ilia Codro. Cic. Q. Br. lib. 3. His malis reip. quibus antea rumpebar, nunc ne moueor; quidem, Rumpo, pro rumpi facio. Mar. lib. 10. Grandis ut exigentiam bos tanam ruperat olim. Sic puto, Torquatus rumpet Otaciliu. Ruptus, a, um, Virg. 1. Ge. Vicinæ ruptis, inter se legibus, urbes Arma ferunt. Ruptor, oris. Liu. 4. Hic cine est, inquit, ruptor fœderis humani, uiolatorq. gentium iuris?

RUMPI, porum, [Rampoli, rasoli. Gal. Auantins de uigne. Hisp. Sarmientos de la para.] qui & Traduces dicuntur, brachia sunt uitium, quibus ex arboribus in arbores traducuntur, & sibi mutuo connectuntur. Var. lib. 2. de re ru. ca. 8. Ex arboribus in arbores traductis uinea fit: quos traduces, quidam rumpos appellant. Quibus ex uerbis Varr. manifestum est, eosdem esse Rumpos, qui alio nomine traduces dicuntur. hisce autem nominibus non arbores ipsas significari, (ut quidam putauerunt) neque rursus uites ipsis, sed quædam uitium ueluti brachia, a sua utrinque matre porrecta, & circa medium arborum interuallum sibi occurrentia, ibidemq. connexa, planum fit. Col. testimonio. lib. 5. cap. 6.

RUMPOTINVM, arbutum, genus arbuti Gallici, a rumpis, id est traducibus nomen habens, qui utrinq. a matre exporrecti, & crura medium arborum duarum interuallum sibi occurrentes, connectuntur. Col. lib. 5. cap. 6.

RUMPOTINERVVM, locus rumpotino arbutis confitus, uel ipsum arbutum rumpotinum. Col. lib. 5. cap. 6.

RUMVS, cylus, paruus rumor. Cic. Attic. libro 2. Hominum rumusculos.

RUNA, teli genus latiorē habēs cuspidem: a quo Runatus, i. runa armatus. Ennius. Runata recedit: id est pilata, ut exponit Festus.

RUNCINA, næ, fabril instrumentum esse constat: id tamen quale sit, uideo non satis conuenire inter eruditos. Nos Runcinam putamus, quæ uulgis hodie Planula uocat, qua fabri affamentam radunt & leuant. idque ut ita censeamus, adducimur Plinij testimonio

lib. 16. c. 42. ubi sic habet: Abies ualuarum repagulis, & ad intestina opera aptissima ramentorum crinibus pampinato semper orbe sese uoluens ad incitatos runcinarum raptus. Runcina item a Romanis dea credita est, quæ runcationi præfesset. Augustinus libro 4. de Ciui. Cum runcantur segetes, deam Runcinam præfecerunt.

RUNCOSAS, [Estirpare l'herbe cattive. Gal. Sarcles, ôter les meschantes herbes. Hisp. Rosar.] βοτανίζω, herbas inutiles, fruticesve noxios euellere: ut, Runcare spinas, apud Catonem de re ru. cap. 2. Runcare segetem, est herbis noxijs expurgare. Plin. l. 18. c. 21. Siliginæ far, triticij, semen, hordeum occato, sarrito, runcato. Hinc Runcatio. Col. lib. 2. c. 9. Frequentem exigunt sarritionem & runcationē, ut herbis liberentur. Runcator. Col. l. 1. c. 3. Quæ præteriero, intelligi oportebit nullam operam postulare runcatoris.

RUI, is, rui, ruitum, & ruitum, [Ruinare, cadere, precipitare. Gal. Cheoir, de haut en bas, tomber, aller en ruine. Hisp. Derribar, caer.] ἐρείω, cado, concido. Vir. 2. Ae. Ruit alto a culmine Troia. Ter. Heaut. Quid si nunc cælum ruat. Translate pro effundi. Virg. lib. 6. Vnde ruunt totidem uoces responsa Sibyllæ. Pro decipi. Cic. lib. 3. Offic. Emptorem pati ruere. & per errorem in maximam fraudem incurrere. Pro euertere, seu disijcere. Et sic habet accusatiuum, cum alibi absolutum sit. Virg. lib. 1. Geor. Cumulosque iuit mala pinguis arenæ. Idem 1. Aeneid. Spumas salis ære ruebant. Pro festinanter ire, seu in præceps ferri. Idem lib. 10. Quo moritur ruis. Pro impellere, Terent. in Ad. Ceteros ruerem, agerem, raperem. Pro eruo, siue eximo. Virg. lib. 1. 1. Confusa ruebant Offa focis. Pro crepare, & graui sonitu quodammodo ruinam minari. Idem l. 1. Geor. Ruit arduus æther, id est tonitru percipat. Ad eundem modum cæli ruinam, idem l. 1. Aen. Pro tonitru posuit, Fluctibus (inquit) oppreissos Troas cælique ruma. Ver tuit, id est ad finem properat. Idem 1. Geo. Vcl cum ruit imbriferum uer. Nox ruit, idem 6. Aen. Ruere nubem est emittere. Virg. 2. Ge. Et ruit atram Ad cælum picea crassus caligine nubem.

RUPES, is, [Ripa. Gal. Vne roche, un rocher. Hisp. La peña.] ἄσπερος, mons præruptus: a rumpendo. Cæf. 2. Bel. Gal.

RUPICAPRA, capra siluestris, quasi rupium capra. Plin. lib. 12. c. 37.

RUPTVS, a, uni, [Ratto, spezzato. Gal. Rompi, creue. Hisp. Quebrantado.] ῥαπτύς, fractus. Vir. 2. Geo. Qua uii maria alta tumescant Obijcibus ruptis. Testamentum, ruptum, cui opponitur Ratum. Cic. de Ora. Testamentum ruptum, ratum. Aliquando Ruptum dicimus, membris fractum ex diutino labore, Apul. Quouique ruptum istum asellum, nunc etiam claudum, frustra pasceamus. Aliquando pro eo sumitur, qui uestib. est laceris & pannosus. Mar. Qui sanet ruptos dic mihi Galle quis est?

RURALIS, & hoc stre, [Della uilla. Gal. Campestre, de uillage. Hisp. C. sa de campo que se labra, d. de aldeia.] ἀγροίος, quod ad rus pertinet, unde Rurales dij, Merc. Panque, quibus sacrificabant placentas, & uinū. qua de re extat non inueniuntur Leonidæ Græci poetæ epi gramma.

RURESTRIS, & hoc stre, [Della uilla.] ἀγροίος, quod est ruris. Apul. Rurestri uocabulo uulgis indoctum rosas laures appellat.

RURICOLA, æ, [Contadino. Gal. Labourneur des camps, uillageois. Hisp. Aldeano.] γεωργός, qui rus colit. Col. lib. 10. cap. 31. Hæc ne ruricolas paterentur monstra. Ouid. 5. Met. Ruriculasque boues leto dedit. Aratrum ruricola. Ouid. 4. Trist.

RURO, [Viuere in uilla. Gal. Se tenir ou demourer aux champs. Hisp. Estar en el aldeia.] ἀγροίος, rusticor, ruri ago. Pla. in Cap. Dum ruri rurant homines. Ruror, aris, deponens. Varro Serrano, ut annotauit Nonius, Dum in agro studiosius ruror.

RURVS, & Rursum, [Di nouo. Gal. Derechef, d'auantage. Hisp. De nuevo, otra uex.] ἀπ' αὐτοῦ, iterum, denuo. Cic. pro Mur. Facis, ut rursus plebs in Auentinum seu ocanda uideatur. Ter. Eun. Inimicitia, in duciæ, bellum, pax rursum. Rursus, & Denuo coniuncta. Plaut. in Pæn. Reuertor, rursus, denuo Carthaginem. Ter. in Hecy. Trepidanti sentio, & cursari rursum prorsum. Donat. Rursum, proprie retro, prorsum ante significat: & est prouerbiale: sicut dicimus, Rursum, deorsum intro, foras: hac, illac. Quandoque pro econtrario. Virg. Haud rursum enodes trunci rescantur.

RVS, ruris, [Villa, possessione, contado. Gal. Un lieu es champs, un uillage, les champs. Hisp. El campo que se labra d. ara, aldeia.] χωρίον, ἀγρός, prædium rusticum, ita dictum, teste Var. lib. 4. de Lin. Lat. quod in eo quotannis rursum eadem fiant, ut capiatur fructus. Cic. pro Rosc. Am. Habet animi relaxandi causa rus amœnum. Vir. 3. Geor. Luciferi primo cum sidere frigida rura Carpatum.

***RVSCINO**, onis, opidum in extremis Galliaë finibus, non procul a montibus Pyreneis. Plin. lib. 4. cap. 4.

***RVSINA**, opidum Africae, proprie dictæ, non procul ab Adrumeto. Plin.

RVS, por, rusparis, [Inuestigare.] μεταλλεο, antiquis in usu fuit pro scrutari, seu diligenter inquirere. Accius Nycteresia, ut citat Nonius. Vagant ruspantes siluas. Sic Ruspari, iarebas, apud Festum. Translatio

- Translatio sumpta a gallinis, quæ rufari proprie dicuntur cum eicam querentes terram scalpunt. Hinc Corruspor, conquir. Pla. Corruspare tua consilia in pectore.
- RYSVS**, & **Rufus**, nomina coloris, ad rufum inclinantis, dilutius tamen rubentis. unde in factionibus aurigantium Russati dicebantur, qui hoc colore erant exornati. Vide Thylesium in libello de coloribus.
- RUSTICA**, uinalia, *ῥῦστικὰ*, XI III. Cal. Septe. celebrabantur, quo die primum in urbem unum deferabant. Festus auctor est, a Latinis primum diem hunc fuisse institutum, qui aduersus Mezentium pugnaturi, uinum Ioui eo die libarunt. i. xiiij. Kalend. Septembris.
- RUSTICANVS**, na, num. [Di uilla.] *ῥῦστικῶς*, rusticus. Cic. 3. de Orat. Quod loquitur, priscum uisum iri putat, si plane fuerit rusticanum. Idem pro Rosc. Am. Vita rusticana.
- RUSTICARIVS**, a, um, *ῥῦστικῶς*, quod ad rus, aut rusticum pertinet. Vnde, Falces rusticarias dixit Var. 1. de re rust. cap. 22.
- RUSTICATIM**, [Villanamente. Gal. *Rustiquement, ruralem.* Hisp. *Rusticamente.*] *ῥῦστικῶς*, pro rustice. Pomp. Ego rusticatim tangam, urbanitatem nescio.
- RUSTICATIO**, actus rusticandi. Cic. de Amic. Rusticationes communes. Col. lib. 1. cap. 1.
- RUSTICITAS**, atis, [Rusticità, *uigliaccaria.* Gal. *Rusticité, lourdisse.* Hisp. *Simplicidad, mureza, o sin doctrina.*] *ῥῦστικῆς*, urbanitati contraria. Martial. lib. 7. Hirsutum, & dura uisitice cruce. Quandoque pro inepta & timida uerecundia. Ouid. in arte. Et, si rusticitas non uetat, ipsa rogat. Ibidem: Rusticitas, non pudor illi fuit.
- RUSTICOR**, aris, [Viver in uilla. Gal. *Se tenir ou demourer aux champs.* Hisp. *Estar o morar en el campo o aldeia.*] *ῥῦστικῶς*, ruri dego. Cicero Tironi, Liceat modo rusticari. Idem Att. Si rusticatur, quid scribat ad te, ut sciam.
- RUSTICULA**, auis pernici similis, nisi quod rostrum longius habet. Plin. lib. 10. cap. 38. Mart. lib. 13. Rustica sum per dix.
- RUSTICVLVS**, a, um, [ῥῦστικῶς] dimin. subrusticus. i. qui moribus non nisi rustici est præditus. Cic. pro Sext. Sensit rusticulus non incautus, suum sanguinem queri. Mart. lib. 10. Rusticulum nimis bellum.
- RUSTICVS**, a, um, [Cosa pertinente a uilla. Gal. *Rustique, rural.* Hisp. *Cosa de aldeia.*] *ῥῦστικῶς*, ut, Domus rustica. Cic. pro Quint. Erat ei pecuaria res ampla, & rustica sane bene culta, & fructuosa. Pro Rosc. Amer. Vita hæc rustica, quam tu agrestem uocas, parsimoniz, diligentiz, iustitiz magistra est. Quandoque Rusticus dicitur, moribus, & uita incultus. Virg. 2. Ecl. Rusticus es Corydon. Quint. lib. 2. cap. 11. Manus indoctæ ac rusticæ. Vnde ueteres Rustice pro barbare usurpabant, siue imperite, ut solet rusticus, Cic. 3. Offic. Virgine sane rusticæ, negant enim posse, & in eo persitant. Rusticus, ci, subit agricolæ, siue ruri habitans. Plaut. in Merc. urbani sunt rustici. Virg. 2. Georg. Curas uenientem extendit in animum Rusticus. Cic. in Orator. Sermo non modo urbanorum, sed etiam rusticorum.
- RUTA**, orum, apud iureconsultos, quasi eruta dicuntur, ut arena, creta & his similia, nondum in opus conuersa. Festus. Ruta creta, dicuntur quæ uenditor possessionis, sui usus gratia conciderat, erue daq. contraxerat. Vlp. in l. fundi de act. empr. & uend. Si ruta creta excipiantur in uenditione, ea placuit esse ruta, quæ eruta sunt, ut arena, creta & similia: Cæsa ea esse, ut arbores cæsas, & carbones, & his similia. Mutius l. In rutis. de uerborum significationibus. In rutis, & cæsis ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere struili tectorio non continentur. Ne in rutis quidem & cæsis pro uerbali locutio est, qua usus est Cic. 2. de Orat. pro. Nulla parte. Sed dicit te (inquit Cic.) cum ædes uenderes, ne in rutis quidem & cæsis solum tibi paternum recepisse.
- RUTA**, [Ruta.] *ῥῦστικῶς*, herba nulli non nota, etiam hodie nomen uel apud uulgum retinens, luminibus claritatem afferens, sed uenerem coercens. dictam uolunt, quod una ex omnibus herbis, ob multiplicem eius usum, maxime cruatur. Ouid. 2. de Remp. Ut ilius sumas acuentes lumina ruras. Hinc Rutaceus, a, um, sex ruta contum. Rutatus, a, tum, ruta conditum, ut, Mustum rutatum. Plin. In uenio mustum rutatum populo datum. Rutati lacerti, ruta conditi. Mart. lib. 10. Secta coronabant rutatos oua lacertos.
- RUTABVLVM**, li, auctor Festo, instrumentum, quo rustici utuntur in proluendo igne, panis coquendi gratia. Col. lib. 12. c. 18.
- RUTILESCO**, [Resplendere.] *ῥῦστικῶς*, rutilus fio. Pl. lib. 8. cap. 55. In alpinis candidi lepores, niue liquecente rutilescunt.
- RUTILO**, as, [Far rissplendere, *rissplendere.* Gal. *Reluire & getter lueur comme or.* Hisp. *Enruia, escer, enroscar.*] *ῥῦστικῶς*, aliquando actiuum, idem quod rutilum facio. Plin. lib. 28. cap. 1. Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis. Comæ promissæ, & rutilatæ. Liu. lib. 8. cap. 12. Crin's rutilatis. Tacit. lib. 20. Interdum neutrum est ablutum, significans, rutilo colore resplendere. Virg. 8. Aen. Armæ
- inter nubem cæli in regione ferena Per sudum rutilare uident.
- RUTILVS**, la, lum, [Resplendente. Gal. *De couleur jaune comme or, reluisant, resplandissant.* Hisp. *Cofa rutila.*] *ῥῦστικῶς*, color ex flauo rubescens, cum quadam splendoris exuberantia. Plin. lib. 8. cap. 18. Albis maculis colorem rutilum distinguuntibus. Cic. in Somn. Scip. Rutilus fulgor, quem Martem dicitis.
- * **RUTHENI**, populi Galliz Aquitanicæ, Narbonensis prouinciz, uulgo Rhodoz. Alij sunt in Sarmatia Europæa.
- RUTRVM**, rutri, *ῥῦστικῶς*, quo quid eruitur: a ruendo: nam ut aratum Aratrium, sic rutum Rutrum facit. Fessus: rutrum tenentis iuuenis effigies in Capitolio ephēbi fuit. Plin. lib. 36. cap. 23. Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohæreat. Cat. cap. 11. Oportet habere uillicum palas sex, rutra quatuor. Deminutium est Rutellum. Luc. lib. 9. Sat. ut citat Nonius: Rutellum unum affert.
- RUTVBAM**, ueteres turbationem appellabant, teste Nonio. Varro Sexages. Nunc sumus in rutuba. Est etiam Rutuba Liguriæ fluius. Plin. lib. 3. cap. 5.
- RUTVLVS**, *ῥῦστικῶς*, antiquissimi Italiz populi, qui Latij partem tenuerunt, Ardez proximam. hi duce Turno aduersus Aeneam bella gesserunt, ut late describit Virg. sex posterioribus Aen. scæ libris. Plin. lib. 3. cap. 5.
- * **RUTVPINÆ**, Britanniz in sulæ portus. Ptol. lib. 2. cap. 3.
- * **RUTVPINVM**, p. p. Promontorium Britanniz. Luc. lib. 6. Rutupina ue littora feruent, &c.

DE LITTERA S



LITTERA semiocalis, ut quæ sonum a uocali auspicietur, & in se ipsam terminet.

S A N T E A

SABA, *σαβαί*, Steph. ciuitas regia Aethiopiæ, inquit Iosephus, quam postea Cambyses a fororis suæ maxime natione, Meceon denominauit. hanc Nilus circumdans, inexpugnabilem reddebat. Dicta Sabæa, *ἡ ὁρὴ ὁρῶν*, colere & uenerari: quia thurs mittit, quo in sacrificijs utuntur. Sunt qui dicant Sabæa, Arabum lingua mysterium significari. Hieronymus uero conuersionem sonare autumat.

SABÆI, *σαβαί*, populi felices Arabiz, ditissimi siluarum fertilitate odorifera, quorum metropolis est Sabæa, quam Strab. lib. 16. Meriabam uocat. His proxima est (inquit) felicissima Sabæorum terra, quæ maxima natio est. Apud hos thus, & myrrha, & cinamomum nascitur, in ora etiam balsamum: Ioseph. 1. a Sabæa Cusi filio, qui a Cham ortus fuit, dictos Sabæos affirmat. Seruius putat *ἡ ὁρὴ ὁρῶν*, uenerari, quod deos ipsorum thure ueneramur. Virgilius primo Georgicorum. India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

SABÆVS, a, um, *σαβαί*, Col. lib. 10.

SABÆOTH, Hebraicum nomen, pluralis. n. & f. g. exercitum sonans, uel militiam. unde dominus Sabæoth, aliquoties in sacris litteris occurrit, pro, Dominus exercituum.

SABATIA, Pomponio, Plinio, Vadum Sabatium, oppidum Liguriæ maritimæ, olim nobili portu insigne. Hodie Sauona.

SABBATARI, dicti Iudæi a Romanis, quod Sabbata superstitiose colerent. Mart. lib. 4. Quod ieiunia Sabbatariorum.

SABATIVS, Bacchi cognomen, *ἡ ὁρὴ ὁρῶν*, quod uerbum Phrygijs, alijsque nonnullis barbaris ualet bacchari. Val. Max. Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 15.

SABBATVM, ti, [Sabbato. Gal. *Le sabbath, le samedi, qui est le jour du repos aux iuis.* Hisp. *El sabado fiesta de los Hebreos.*] *σαββατόν*, Hebræi septimum quemque hebdomadz uniuersumque diem appellabant, quem ethnici Saturni diem nominant, quo die Iudæi ab opere omni feriabantur. Deum mundi architectum imitari, quem sacre litteræ tradunt, confecta sex dieb. mundi machina, eaque exornata, septima die quiescisse. unde & Sabbatum uocauerunt: quæ uox Hebræis diem quietis significat. Apud Hebræos quoque Sabbatum teste Iosepho, pro septimana accipitur, unde illud in Euangelio. Ieiunio bis in Sabbato.

SABÆ, Syrorum lingua, mensis Februarius dicitur.

* **SABELICVS**, ca, cum. Virgilius 3. Georg. Dentesque Sabellicus exauit fus.

SABELLI, populi a Sabinis orti, qui incolunt montes, qui sunt inter Sabinos & Marfos, olim Samnites dicti, teste Plin. libro 3. cap. 12. Hinc Sabellicus, a, um. Virgil. 2. Georg. Marfos pubemque Sabellicam.

SABINAM, p. c. Illirij appellabant telum uenabuli simile: Ennius, Illirii restant ficis, sabinisque fidentes. Hæc Festus.

SABINI, populi in quarta Italiz regione, non procul a Roma, a religione & cultu deorum cognominati, quasi Sabinis, *ἡ ὁρὴ ὁρῶν*. Silius uero, a Sabo auctore gentis, Sabinos dici putant. qui lib. 8.

ait. Pars laudes ore ferebant Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus. Dixit populos magna ditione Sabinos. Hos Plin. Apenni ni iugis uallatos utrinque scribit Strab. Sabinos, ait, angustum incolere agrum in longitudinem protensum, a Tiberi usque Nomētum oppidum, stad. mille usque ad Vestinos.

* **SABIS**, fluius Carmaniz, in sinu Persicum illabens. Plin.

* **SATERINA**, fluius Britanniz insule.

SABULETUM, τὸ ἀμαθῶν, locus in quo fabulum abundat. Plin. lib. 27. cap. 8.

SABULO, onis, [Sabbia, arena. Gal. Sable, sablon. Hisp. Tierra arenisca.] ἄμμος, Sabulum, Col. lib. 4. cap. 33. & Var. 1. de re rust. cap. 9. Rudus, arena, fabulo, argilla.

SABULOSVS, sa, sum, [Pien di sabbione.] ἄμμοδὺς, plenum fabulo. Plin. lib. 13. cap. 4.

SABVLM, li, [Sabbione.] ἄρμος, arena crassior, ponderosiorque. Plin. lib. 17. cap. 34.

SABYRA, urtæ, [sabbione, belletta, saorna. Gal. Grosse arena eu grauiere de quoy on charge les navires pour estre plus fermes contre la tempeste, la saorne. Hisp. El lastro para assentar la naue.] ἔρμα, proprie fabulum uilius, & crassius, quo naues onerari solent, usque ad certam mensuram, quo stabiliores sint. Plin. L. 10. cap. 2. Angustias petere, mox faburra stabiliiri. Lii. 27. Onerarias ducere multa faburra grauitas, Priscianus præcipit in hac uoce b, litteram esse geminandam quod an uerum sit, ipse uiderit. Virg. certe primam syllabam corripit, lib. 4. Georg. Fluctu iactante faburram.

SABVRO, ἔρμαζεν, faburra onero, & stabilio aduersus uim uentorum. Plinius libro 28. capitul. 35. Echini fese arena faburrantes rempeltatis signa sunt. Solinus; Grues sublatis lapillis faburrantur.

SABYRRATVS, a, um, faburra oneratus, translate quouis modo expletus. Plaut. Cist. Vbi faburratæ sumus, largiloquæ sumus.

* **SACAE**, arum, Scythiz Asiaticæ populi, Iaxarti fluuii uicini. Ptol. tab. Asia. 7.

SACCARIA, ἄσκατοπωλιῆς, saccorum mercatura. Appul. lib. 1. de Asia.

SACCARIVS, qui saccis gestandis uictum queritat. Paul. 1. Qui fundum de contrah. empt. Si quid ex sacco facerij cecidisset.

SACCHARVM, τὸ ζάχαρον, [Zucchero. Gal. Du sucre. Hisp. Açúcar de canas.] ζάχαρον, nascitur in Arabia, India, Creta, Italia, & Sicilia. Plin. lib. 12. cap. 8. Saccharum & Arabia fert, sed laudatius India. est autem mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, dentibus fragile: amplissimum nucis tantum auellanzæ magnitudine, ad medicinæ tantum usum. Hæc Plin. Hodie præstantissimum aduehitur saccharum ex fortunatis insulis, quas Canarias uocant, in metæ formæ redactum nascitur & in Aegypto, Cypro, Rhodo. Galeni sæculo saccharum uix notum erat.

* **SACCIAZA**, oppidum Africa.

SACCIPERIVM, rij, e sacco & perama: maior crumena, & minoris maris supij receptaculum. Plaut. in Rud. Marsupium plenum argenti fuit in sacciperio.

SACCVLARIIVM, orum, apud iureconsultos accipiuntur pro fraudulentis impostoribus, qui uctitas in sacco artes exercent, & partem subducunt, partem subtrahunt, quos Vlpianus ait plusquam fures puniendos, de extraordinar. criminalib. lege Saccularij.

SACCVLVS, & Saccellus, [Sachetto. Gal. Sacher. Hisp. Pequeno sacco.] σακκίον, marsupia. Ascon. Sacci, unde saccelli. Saccus frumentarius, quo frumentum geritur. Saccus niuarius, idest eorum ex lapide spongioso, ad colandas aquas ex niuib. resolutas.

SACCVS, ci, [Sacco. Gal. Say. Hisp. Sacco.] nota res: quippe quæ non modo apud Græcos & Latinos, uerum & apud Italos, Hispanos, Flandros, Germanos, Gallos, multarumque aliarum linguarum homines eodem nomine dicatur. Hor. 1. Ser. Congestis undique saccis Indormis inhians. Cic. 3. Ver. Cum ciuitatibus frumentum, cilicia, sacco imperaret.

SACCELLVM, li, ἱερὸν, locus paruus Deo sacratu cū ara. Cic. de Leg. agr. Sunt loca publica urbis, sunt sacella.

SACER, era, crum, [Sacro. Gal. Sacre, saint, de die à Dieu. Hisp. Cosa sacra. da.] ἱερὸς, uenerabile, & consecratum. Virg. lib. 8. Aen. Extulit os sacrum celo, tenebraque resoluuit. Plaut. Men. Ego te sacrum coronam surripuisse Ioui scio. Miscere sacra profanis, Hor. 1. 1. epist. 17. Aedes sacra, Cic. Brut. lib. 13. Arces sacre, Virg. 1. 3. Georg. Capitur nonnumquam pro execranda, scelesto, Hor. lib. 2. Germ. Sat. 6. Intestabilis, & Sacer esto. Idem lib. 3. Aen. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Antiquitus homo sacer, dicebatur, qui post diras execrationes, pestis alteriusve calamitatis expiandæ gratia, alicui deorum immolabatur. Macrobi. libro 3. Satyr.

SACER IGNIS, ἑρσιπέλας, morbus cuius multa sunt genera, quæ apud Plin. habentur lib. 26. c. 11. Celsus 1. 5. Sacer quoque ignis malis ulceribus annumerari debet. Hæc Cels. in pecudibus (nam & eas infestat) Pusula appellatur. Col. 1. 7. c. 5. Est etiam insanabilis.

facer ignis, quam Pusulam uocant pastores. Inter sacri ignis species, numeratur, quem uulgo ignem S. Antonij uocat. a Plinio, ni fallor, Zoster appellatur, medium hominem cingens, & ubi cinxerit necans.

SACER MONS, ἑρὸν ὄρος, trans Anienem fluuium ultra tertium miliarium appellatur, quæ plebs Romana post expulsos reges, cum nexu potentiorum premeretur, secessione facta a patribus, urbeque relicta, occupauit: neque nisi imperatris suis sacrosanctis magistratibus, cum patribus redijt in gratiam. Liu. lib. 2.

SACER MORBUS, [Mal caduco.] ἱερὸν σὸς, ὀμπλησία, idem qui & comitialis, quod comitia dissolueret; & Hercules, quod Hercules eo laborasse dicatur. sacer autem idcirco dici putatur, quod sanctissimam hominis partem, idest animæ rationalis domicilium infestet.

SACER SERPENS, ἱερὸν, serpetis genus admodum exiguum, adeo tamē pestilens, ut uel maximi angues uenenum eius reformident, eoque adueniente diffugiant. Magnitudo huic ad cubitum species hirsuta.

SACERDOS, tis, [Sacerdote, prete. Gal. Sacrificateur, prestre. Hisp. El sacerdote, presbitero.] ἱερὸς, qui Deo dicatus est ad sacrificia faciendâ. Cic. 4. Acad. Sacerdotes deorum, uacationem habent. Apud Romanos uaria erant sacerdotum genera, Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salij, pontifices minores, pontifices maximi, reges sacrorum, sacrificuli, & Galli, qui Cybeles sacra faciebant. Quid. 3. Am. eleg. 7. Ille ego Musarum purus, Phœbique sacerdos. Virg. 6. Aen. Quinque sacerdotes casti, dum uita manebat, Quique pij uates. Sacerdos, tis, genere scem. Virg. 6. Aen. Næ sæui magna sacerdos. Idem 3. Cursusque dabit uenerata sacerdos.

SACERDOTALIS, le, [Sacerdotale. Gal. Apartenant à prestre. Hisp. Perte nescente à sacerdote, presbitero.] ἱεροσταντικός, quod ad sacerdotem pertinet. Liu. 5.

SACERDOTISSA, æ, [Sacerdotessa. Gal. Femme dediee à quelle religion, non ain. Hisp. Sacerdotissa, monia.] scæ, ge. dixit Gel. quamuis Sacerdos communi gen. sit, lib. 7. c. 15. Caremoniaz, quas Flamincas sacerdotissas Diales seorsum aiunt obseruisse.

SACERDOTIVM, tij, [Sacerdotio, beneficio. Gal. Prebstrifecure, benefice. Hisp. Dignidad de sacerdote.] ἱερὸν ὄν, modo sacerdotis dignitatem significat: ut est illud: Fungi sacerdotio. Cic. pro domo. Licinia, uirgo uestalis: sanctissimo sacerdotio prædita. Modo sacerdotis prouentum, nam apud Gentiles sacerdotia fuerunt qualia nos Christiani minus Latino in hac significatione uocabulo Beneficia appellamus. unde Liu. lib. 9. Gens Potitia, cuius ad aram Hercules familiare sacerdotium erat, idest ex Pinariorum familia sacerdotes erant Hercules. Nec alio sensu Tacitus de Othone: Adolescentes auitis, & paternis sacerdotijs in solatium repositi. L. 30. In eius locum pontifex (nam duo sacerdotia habuit) Sulpicius Galba.

SACOMA, p. p. genitiuo, tis, ὀκωμα, æquipondium: i. quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum. Vitru. lib. 9. c. 3. de Archimed: Aurum ad sacoma appendit redemptori.

SACRA VIA, ἱερὸς ὁδός, in urbe Romana uocitata est, quod in eam ædificatus fuit inter Romulum & Tatium: siue quod continuo ea utebantur sacerdotes Idulium sacrorum conficiendorum causa. Extendebatur autem a domo regis sacrificuli usque ad sacellum Sireniz, & rursus a regia usque in arcem. Cic. pro Planc. Si quando iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa Sacra uia: Hanc Hora. Sacrum cliuuium uocauit.

SACRAMENTVM, [Sagrimento. Gal. Serment bien & religieusement fait. Hisp. El juramento por que se interpone cosa sacra.] quid proprie fuit ueterib. explicat Var. lib. 4. de Lin. La. his uerbis: Sacramenti a sacro: & qui petebat & qui inficiebatur, uterque quingenta æris ad pontificem deponebat. qui iudicio uicerat, suum sacramentum a sacro aufererat: uicti ad ærarium redibant. Ex quibus uerbis constat, Sacramentum antiquis aliud non fuisse, quam pecuniam ipsam a duobus contendentibus apud pontificem ea lege depositam, ut qui sponsione uicisset, suam integram auferret, uicti pecunia ærario iudicaretur. Cic. de Or. Agerent tecum Pythagorei: quibus cum tibi iusto sacramento contendere non liceret. Iniustis uindictis & sacramentis fundos alienos petere. idem pro Mil. Sacramentum item, interprete Festo, dicitur quicquid iusurandi sacratione interposita geritur. Hinc sacramentum militare, quo milites in uerba imperatoris sui iurabant, quod nisi præstitissent, iusti milites non uidebantur, eoque soluti, in hostem legitime pugnare non poterant. Legitima (inquit Seru.) militia erat eorum, qui singuli iurabant pro rep. se esse facturos, nec discedebant nisi completis stipendijs, & Sacramentum uocabatur, Vegetius de re militari lib. 2. Milites iurare solent, & ideo militiæ sacramenta dicuntur. Iurant autem se omnia strenue facturos, quæ præceperit imperator, numquam deserturos militiam pro Roma na rep. Itue. Sat. 16. Sacramenta figurate pro ipsis militibus posuit: Præmia nunc alia atque emolumenta notemus Sacramento rum:

rum. id est militum iuramento rogatorum. Sive. in Caf. Sanxit ne quis citius maior viginti annis minorve decem, qui sacramento non teneretur plus triennio continuo Italia abesset. teneri sacramento, est obligari per sacramentum. Sacramento contendere, quid sit, iam ex Varrone docuimus. Sacramento rogari, iure iuran do adigi. Quint. lib. 12. cap. 2. Qui uelut sacramento rogati, uel etiam superstitione constricti, nefas dicunt a suscepta semel perfusione discedere.

SACRANF, populi Italiae, Romae uicini, qui a Corybantē quodam. Magnae matris sacerdotē, ea loca tenente initium duxerunt. A sacrificando dicti. Corybantium enim erat, Matrī deum sacra facere. Seruius tamen Ardeates intelligi putat, propter uer sacrum, quod apud eos immolationis genus erat, quo grauibus periculis adducti, uouebant, quaeumque proximo uere apud se animalia nata essent se immolaturus. Vide Seruium in illud Vir 7. Aen. Et Sacrae acies.

SACRARIUM, sacrarij, [Sacraria. Gal. Le lieu on met & ferre les choses sacrees, sacrifie. Hisp. El lugar donde se guarda lo sagrado.] ἱεροφυλακείον, ἱερὸν, locus sacer in templo, in quo sacra reponuntur. unde a Cic. Sacrarium bonae deae nominatur. Sene. lib. 5. Quae. Arca illa rerum naturae sacra interiori sunt clausa sacrariis. Aegesi. lib. 5. scribit, sacrarium templi Hierosolymorum fuisse profanatum a gentibus, quo solus semel in anno princeps sacerdotum solebat intrare. Quid inter sit inter sacrum locum & Sacrarium, ostendit Vlp. in l. Sacrar. de Diuis. re. inquit: Sacer locus est consecratus: Sacrarium, in quo sacra reponuntur. Suet. ramos de Augusto, non tam pro sacrorum reposito, quam pro sacello, loquor: sacro sumpsit. Natus est, inquit, ad capita bubula, ubi nunc sacrarium habet. Ponitur & Sacrarium pro larario in aedibus priuatis. Cic. ad Memmium lib. 15. Euandro, qui habitat in tuo sacrario, multum uitor.

SACRATAE, leges ἱεροὶ νόμοι, quibus sancitum erat, ut si quis aduersus eas fecisset, sacer alicui deorum cum familia, pecuniaq. esset. Liu. lib. 2.

SACRES, porci, appellabantur qui puri essent ad sacrificium, qui immolabantur, cum primum depulsi essent ab ubere. Sacres dicti, quod tum primum ad sacrificia essent idonei. Pla. in Men.

SACRICOLAE, [Sacerdoti.] p. p. ἱεροδραμοί, ministri sacrorum. Tacit. lib. 19. Domitianus turbae sacricolarum immixtus.

SACRIFERA, rum, sacra ferens. Quid. 4. Falorum: Est dea sacrificas pene secuta rates.

SACRIFICALIS, le, ἱερῶν, ut Apparatus sacrificialis. Tacit. lib. 2.

SACRIFICATIO, onis, [Sacrificio.] Cic. 1. de Na. Deo.

SACRIFICIUS, cas, [Sacrificare. Gal. Sacrifier. Hisp. Hazer sacrificio, sacrificar.] καθάρια, sacrum facio. Pla. in Cap. Quando sacrificat, ad rem diuinam, Samijs uasis, utitur. Interdum per Sacrificia uentiam peto. Pla. in Poen. Si hercle istuc unquam factum est, tum me Iupiter faciat, ut semper sacrificem, neque unquam litem. Nam litere, est impetrare. Confunduntur tamen.

SACRIFICVLVS, [Sacerdote. Gal. Sacrificatur. Hisp. El que haze sacrificio.] ἱεροποιός, sacerdos: a sacris faciendis. Sueton. in Domit. Ifiaci celatus habitu, inter sacrificulos uanæ superstitionis. Rex sacrificulus, Romae post exactos reges primum creatus est, quod quaedam sacra ita instituta essent, ut necesse esset, ea per regem obiri. Liu. lib. 2. Gel. lib. 10. cap. 17. Super flaminem Diabem conuincio, nisi rex sacrificulus, haud quisquam alius accumbit. lib. 26. Vulgo pontifices, augures, sacrificuli, reges creentur.

SACRIFICVS, [Sacerdote.] subst. ἱεροποιός, qui sacra facit. Quid. 6. Fa. Martia sacrificio deductum nomen ab Anco. Sacrificus uero adiectiuum, quod ad sacra attinet: ut, Sacrificæ tibiz, quibus utebantur in sacrificijs. Plin. l. 16. c. 36. Dies sacrificæ, Quid. 13. Met. Ritus sacrificij, 15. Met. Vestis sacrificæ. Silius. lib. 3.

SACRIFICIUM, cij, [Sacrificio. Gal. Sacrifico. Hisp. Sacrificio.] θυσια, sacrum seu res diuina. Cic. de Aruf. resp. De illo sacrificio, quod pro salute populi. R. Liu. lib. 24. Sacrificio rite perpetrato.

SACRILEGIUM, [Furto delle cose sacre. Gal. Sacrilege, larcin des choses sacrees. Hisp. Hurto de lo sagrado, sacrilegio.] ἱεροπυλας, sacrarum rerum furtum. Quint. lib. 5. cap. 10. Si quis sacrilegium faciet, faciet & furtum. in Sal. Abijt in sodaliticium sacrilegij Nigidiani. Reum esse sacrilegij. Quint. lib. 4. cap. 2. Admittere sacrilegium, Quint. lib. 4. cap. 2.

SACRILEGVS, gi, [Sacrilego. Gal. Sacrilege, Larron des choses saintes. Hisp. El que hurta lo sagrado, sacrilego.] ἱεροπυλας, qui rem sacraam, aut profanam de loco sacro legit, i. furatur. Ter. in Ad. Vbi est ille sacrilegus? Cic. 2. de Legib. Sacrilego poena est, neque ei soli, qui a sacro abstulerit, sed etiam qui sacro commendatum.

SACRILEGVS, a, um, [Scommunicato, scelerato.] adiect. ut ars sacrilega, Manus sacrilegae. Qui. 1. de Art. Sacrilegas meretricum ut persequar artes. Cic. 7. Verr. Deorum tempus & regionibus iste bellum sacrilegum semper, impiumque habuit inditum. Ignes sacrilegos admouere templis, Tibul. lib. 3. el. 5.

SACRIMA, (inquit Festus) antiqui appellabant mustum, quod Libero patri sacrificabant pro uinea, & uasis, & tunc conseruandis.

SACRO, [Sacrare. Gal. Sacrer, consacrer, dedier à Dieu. Hisp. Consecrar.] ἱερώω, καὶ δίοω, Deo dedico, & sacrum facio. Plin. lib. 36.

Quem, post cecitatem, usu reddito, Soli facram. Sacrare uotum dijs, est uoto sese astringere, Virgil. 8. Aeneid. Dijs Italys uotum immortale sacrabar. Aliquando pro deuouere, & ita morti addicere, ut impune occidi, & uiolari possit. Liu. 2. Legem tulit sacrando cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia inisset. Sacror, sacraris, passiuum. Onid. 3. Falto. Perpetuis olim sacrificator in aris. Sacratu, a, um, ut, Caput sacratum. Vir. 3. Aeneid. Vitaeque resoluit Sacratu capitis. Idem 2. Aen. Fas mihi Graiozum sacra resoluere iura. Opus alicui sacratum. Quid. 2. Trist. Sacratior, Sacratius, Sacratissimus, Plin. l. 16. c. 44. Nihil habent Druidae uisco, & arbore, in qua gignatur, sacratius. Idem l. 3. c. 4. Numine illis gentibus sacratissimo.

SACROSANCTVM, ἑτεροσάμενον, quod iureiurando interposito erat institutum, ut, qui uiolasset, morte poenas penderet. Cicer. pro Balbo: Quid fuit in ea rogatione sacrosanctum? Idem ibidem: Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod per populū plebemve sanctum uideretur. Sacrosanctus tribunus pl. dicebatur, qui sine capitali piaculo, attingi uiolenter non poterat, ideo principes Romanos legimus tribuniciam potestatem assumere sibi solitos, ut angustiores se, & sacrosanctos facerent: quod in numismatis quoque eorum extat. Tranquil. in Aug. Tribuniciam potestatem perpetuam recepit. Tac. l. 12. Decernitur Othoni Tribunitia potestas, & nomen Augusti. Hinc sacrosanctae ecclesiae, e quibus quēpiam per uim extrahi nefas putatur.

SACRYM, sacri, subst. [Sacramento, sacro, consecrato.] θυσια, sacrificium. Cic. de Legib. Sacra priuata perpetuo manento. Vir. 3. Aen. Sacra Dionae matri, diuisque ferebam. Nonnunquam idem quod templum, Paullus Iureconsultus: Sacrilegi, qui publica sacra compariat, at qui priuata sacra uel aedicularum incultoditas tentauerint, amplius quam fures, minus quam sacrilegi merentur. Inter sacrum & saxum, pro uerbis locutus est, qua utimur quoties nos in summo discrimine constitutos uolumus significare.

SACRYM PROMONTORIUM, ἱερὸν, ἀκρωτήριο, a Pēbl. appellatur extremum Lusitaniae promontorium inter Anam & Chalybeu fluuios, quod nunc appellant Caput Sancti Vincentii.

SÆPÆ, [Spesso, fonte. Gal. Souuente, fontaines fois, plusieurs fois. Hisp. Muchis vezes.] πολλάκις, frequenter. Ter. in Heau. non licet hominē esse sæpe ita ut uult, si res non finit. Aliquando ornatus caussa iungitur nomen Numero, & fit una dictio Sæpenumero, Cicer. Silius ad Tironem lib. 16. epist. Sum totos dies cum eo, noctisque sæpenumero partem.

SÆPIVSCVLE, de min. a Sæpius. Appul. Lacrymæ sæpiuscule de gaudio prodeunt. Pla. in Caf. Sepiucule peccas.

SÆPINVM, p. p. σαπίνον, Prol. opidum Samnitum, incolæ Sæpinares: quos Plin. collocat in quarta regione Italiae.

SÆVTO, uis, uiui, & sæuij, tum, [Crueliter. Gal. Estre cruel, usar de cruaulté. Hisp. Encruelcerse.] κατακρήνω, crudeliter in aliquem agere. Pacuuius: Quid commerui? Quid in me sæuis pater? Liu. 7. In Tarquinienfes acerbæ sæuitum. Idem Alibi. Cum post uictoriam in holtem sæuiret. Aliquando est fortiter, & strenue sese gerere. Mar. Belliger inuictis quod Mars tibi sæuit in armis. Sæuire animis, pro uehementer irasci, Virgil. 5. Aeneid. Procedere longius iras, Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis. Et lib. 6. Næ sæui magna sacerdos.

SÆVITER, [Cruelmente. Gal. Cruellement. Hisp. Cruelmente.] Plaut. in Pseu. Cogito sæuiret, blanditer ne alloquar.

SÆVITIÆ, æ, [Cruelitas. Gal. Cruaulté. Hisp. Crueldad.] ἀσέβεια, crudelitas. Cic. 1. Off. adhibenda sæuitia in famulos, si aliter teneri non possunt. Plin. l. 6. cap. 17. proxima inculta, sæuitia gentium. Quid. epist. 7. Da breue sæuitiz spatium. Tacit. l. 5. Quantum sæuitia gli sceret, miseratio arcebat.

SÆVVS, a, um, [Cruel. Gal. Cruel, furieux, rigoureux. Hisp. Cruel, astero duro.] ἀσέβης, durus, horridus, crudelis. Vir. 5. Aen. Cum sæue scopulo multa uix arte reuulsus. Idem 1. Aen. Sæue memorera Iunonis ob iram. Quandoque pro forti. 1. Aen. Sæuus ubi Aeaci de talo iacet Hector. Pro irato Vir. 1. Aeneid. Et sæuum ambobus Achillem. Pro magno, 12. Aeneid. Maternis sæuus in armis. Pro potenti. 1. Aeneid. Non illi imperium pelagi, sæuumque tridentem Sæuior. Quid. 12. Met. Tna fulmine sæuior ira est. Sæuissimus, Quid. 12. Meta. Liu. lib. 34. Sæuissimo & uiolentissimo in suos tyranno. Vir. 2. Aen. Hic Iuno Scæas sæuissima portas Prima tenet,

SÆA, sagæ, Saga, incantatrice. Gal. Sorciere, diuineresse, enchanteresse. Hisp. Muger que aduina lo mendidero, encantadora de palabras.] οὐρανοκόσμητα, uenefica, quæ malis artibus cuiusq. boni aliquid mali conciliat: ita dicta a sagiendo, quod multa scire uelit; ut ait Cic. de

de Diu. Horat. 2. Carm. Que saga, quis te solvere Theffalis Magus uenenis, quis poterit deus? Vbi Acron. Saga dicta est uenefica, quod satis agat, & ea est quæ carminibus, & herbis mala hominibus dicebatur uel arcere uel impellere.

SAGACITAS, tis, [Sagacità. Gal. Excellence de sentiment, bon flairement. Hisp. Obra de bien sacar el rastro por olor.] *βυνλασία*, acuta illa sentiendi uis in canibus, & odoratu aliquid deprehendendi. Cic. 3. Tuscul. Canum incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium. Translate pro astutia, seu calliditate, Cic. 4. Verr. Qua est ille sagacitate in his rebus. Sagæ, Seythiæ populi, ijdem, qui Sacæ. Me la lib. 3.

SAGACITER, [Astutamente. Ga. Sagement, & finement. Hisp. Astuta y prudentemente.] pro astute, prudenter, callide. Liu. 27.

SAGANA, p. c. uas in quo aliquid teritur.

SAGARIA, riæ, exercitium uendendi saga, ut Lintearia, linteorum mercatura. Vlp. de trib. act. Exercebat sagaria, & linteariam.

* SAGARVS, fluius Afie. Ptol.

SAGAPENVM, p. p. *σαγάπιων*, succus herbæ ferulaceæ, gultu acri. Officina uocant Serapinum.

SAGATVS, *γαλιδωτός*, saga indutus. Site. in Cæl. Duobus triclinijs, uno quo sagati, palliati ue, altero quo togati discumberent. Mart. lib. 6. Vis te purpureum Marce sagatus amem?

SAGAX, cis, [Sagace. Gal. Sagac, qui flaire bien le trac. Hisp. V entor d' saboso.] *θημλάτις*, a sagiendo, id est acute sentiendo. Cic. 2. de Diuin. Sagire, acute sentire est: ex quo sagaces canes. Translate accipitur pro callido, & solerti, Cic. 3. de Leg. Homo animal prouidum, sagax, multiplex. Mart. lib. 12. Excogitauit homo sagax, & acutus.

SAGDA, gemma porracei coloris. Plin. lib. ult. cap. 10.

SAGENA, næ, p. p. *σαγάνη*, genus retis piscatorij. Latini Verriculû appellat. Manil. lib. 5. Vasta circumuallata sagena.

SAGINA, næ, p. p. *σιτισμός*, cibus quo quis pinguis efficitur: Iuuen. Sat. 4. Propera stomachum laxare saginis. Sagina dicendi, apud Quint. lib. 10. c. 5. est dicendi uertitas. Quandoque pinguedo superuacua. Iustinus lib. 20. Saginam corporis ex nimia luxuria contraxit.

SAGINARIVM, rij, *σιτιστήριο*, locus, ubi saginantur altilia. Varr. lib. 3. cap. 10. de re rust. Pullos anserum includunt saginario.

SAGINATIO, Plin. lib. 8. cap. 51.

SAGINO, ginas, p. p. [Ingraisire. Gal. Engraisser uno beste. Hisp. Ceuar d' engordar animal.] *σιτισία*, pinguefacio. Col. lib. 3. cap. 8. Herbis fræni uice saginantur. Interdum ablatiuo iungitur: ut apud eundem lib. 5. Formantur offæ, quibus auis saginatur. Et lib. 6. cap. 27. Hordeo saginandus equus. Saginatus, 2. num. Prop. l. 4. eleg. 1. Parca saginati lustrabant compita porci.

SAGIO, gis, iui, tum, *θημλασία*, proprie de canib. qui odoris ductu ferarum uestigia peruestigant, quamuis etiam per translationem accipitur, pro aliquid acute & callide præsentificare, Cic. 1. de Diu. Sagire enim sentire acute est, ex quo Sagæ auis, quia multa scire uolunt; & Sagaces canes.

SAGITTA, [Saetta. fræcia. Gal. Vne fleche, un trait à tirer. Hisp. Saeta d' uita fresca.] *τόξόμοις*, genus teli, quod arcu emittitur. Virg. 12. Aen. Neruo per nubem impulsa sagitta. Cic. Acad. Configet et aliquid quem sagittis. Ouid. Trist. Longæque uolante sagitta. Hor. 3. Ca. Dum tu celeres sagittas promiss. Sagitta etiam a rei rusticæ scriptoribus sumitur pro nouissima furculi parte. quia cacumine attenuata sagittæ speciem gerit. Col. lib. 3. cap. 17. Est & Sagitta herba, ex uluz generibus. Plin. 2. r. cap. 17. Est & signum cæleste. Plin. lib. 18. cap. 26.

SAGITTARIVS, 2. num, *τοξόμοις*, quod ad sagittas pertinet. Plin. lib. 16. cap. 26.

SAGITTARIVS, rij, [Sagittario, balestriere, arciera. Gal. Archer. Hisp. Frechero, ballestero, archero.] *τοξότης*, qui sagittas ex arcu emittit. Cicero Attic. lib. 5. Magna tormentorum copia, multis sagittarijs, magna labore, negotium confecimus. Est & Sagittarium, signum cæleste, quem alij centaurum Chironem arbitrantur, alij Crocum filium Euphenius nutritis Musarum, post mortem precibus Musarum, a Ioue inter astra relatum. Idibus Februarij uespere occidit, ac uehementer hyemat, inquit Columella.

SAGITTIFER, ra, rum, *οἰς ὀφός*, qui fert sagittas. Virg. 8. Aene. Hic Legas, Caralque sagittiferoque Gelones Finxerat. Sagittifera pharetra, Stat. 1. Achil. Pecus sagittifera, Claud. de hystrice.

SAGITTIPOTENS, pro signo cælesti, quem & sagittarium dicimus. Cic. in Arato: Mense Sagittipotens solis eum sustinet orbem.

SAGMINA, Romani herbam appellauerunt, quam Græci *ἰεροβοτάνην*, & *φελιστρούνη*, nominant, nobri etiam Verbenam, siue Verbenacam. Festo Sagmina uocantur uerbena, i. herba puræ, quia ex loco sancto secabantur a consule, prætoribus, legatis ad indicendum bellum, aut scdus faciendum proficiscentibus. Plin. lib. 22. cap. 2. Non aliunde sagmina in remediis publicis fuere, & in sacris legislationibus, quam uerbena. Certe utroque nomina idem significat.

tur, hoc est, gramen ex ara cum sua terra euulsium. Hac semper & legati, cum ad hostes, clarigatumque mitterentur, uili sunt. Liu. lib. 1. & lib. 30.

SAGRA, fluius, est in ora magnæ Græciæ olim inter Crotoniatas & Locros, limes apud quem centum triginta millia Crotoniatæ à decem Locrorum millibus, signis collatis, maximo prælio fuere uicti, ut autor est lib. 6. Strabo. Narrat & hanc admirandam pugnam, lib. 20. Iustinus: licet à Strabone discrepet. Hanc (inquit) admirationem auxit incredibilis famæ uelocitas. nam ea die, qua in Italia pugnatum est, & Corintho, & Athenis, & Lacedemone nunciata uictoria est. quamuis Strabo, & 2. de Nat. Deor. Cic. Olimpijs tantum enunciatum euentura belli memorent, & tanta celeritate, inquit Strabo, nunciata pugna ueritas comperta est, ut aduersus incredulos ortum sit prouerbium: uolentes enim sua dicta ueriora reddere, certiora dicunt esse, quæ apud Sagram. quo pertinent illa Cic. uerba 3. de Nat. Deor. De Sagra Græcorum, est uulgare prouerbium, qui quæ affirmant, certiora dicunt quam quæ apud Sagram. Celebre reddidere flumens, tum ea ipsa ibi commissa pugna, tum etiam honorificissimum, ac celeberrimum ea tempestate Castoris, & Pollucis templum, iuxta ipsius ripas erectum. Omitto quod 3. de Nat. Hist. Pl. cap. 20. inter alia memoratu digna, ea in ora flumina Sagram receñter. A quo dein fluuius Sagra, aut Sacra, nomen habuit oppidum SAGRANVM, aut SACRIANVM, quod hodie corrupto nomine dicitur SATRIANO. In quo etiam & multi in qualibet facultate, clarere uiri. Inter quos nostra memoria extat FABIVS HERMOGIDA, tum Philosophus, tum Medicus excellens. qui olim nõ sine sui maxima laude Neapoli Gymnasticam egit, publicæ semper utilitati intendens, nullo unquam sumptu, neque labore deterritus.

SAGRVS, Italiæ fluius, Peliguos diuidens a Ferentanis. Strab. lib. 5. Est & Agæ mons. Plin. lib. 6. cap. 27.

SAGVLVM, uestis genus, quod armis superindui solet. Virg. lib. 8. Vir gatis lucent sagulis. Liu. lib. 21. Multi sæpe militari sagulo operum humi iacentem, inter custodias militum conspexerunt. Cic. in Pis. Lictores, togulis acceptis, sagula reiecerunt.

SAGVM, gi, [Sagio. Gal. Vn sage ou sayon. Hisp. El sayal o aborno.] genus Sagriæ breuioris, qua tempore belli omnes Romani utebantur, exceptis uiris consularibus. Cic. 8. Phil. Est & Sagum uestis stragulae genus, non dissimilis cilicio. Suet. in Othone. Ferebatur uagari noctibus solitus, atque inualidum quemque obuiorum uel potulentum corripere, ac distento sago impositum, in sublime iactare.

SAGVNTINVS, Mart. Sume Saguntino pocula facta luto.

SAGVNTVS, *σαγυντος*, Hispaniæ ciuitas ultra Iberum fluuium, a Zanthiis condita. Str. lib. 3. Huius urbis situm describit. l. 1. Silius. Linius. lib. 21. Meminit cladis.

* SAIS, *σαίς*, Vrbs Aegypti, prope unum ex Nili ostijs.

SAITES, Cic. de Nat. Deor. Mineruam ortam Nilo Aegyptij Saitæ colunt.

SAL, salis, [Sale. Gal. Du sel. Hisp. Sal.] per metathesim a Græco *ἅλας*, est que illud, quo utimur in condiendis cibis, declinatur utroque numero. in plurali tamen tantum masculini est generis, est in singulari etiam neutrum admittat. Caro: Ex sale, qui apud Carthaginienses fit. Sal. in Iug. Neque sale, neque alia gula irritamenta. Colum. Carnem salibus asperfam. Paul. iureconf. Hostibus uenditari ferrum, frumentum, sales, non sine capitis periculo licet. Colum. lib. 12. cap. 53. In seriam substernitur sal coctum. Dicitur etiam Sale neutro genere, secundum Priscianum pro mari, Enn. lib. 14. Ann. Cæruleum spumat sale conferta rate pullum. Aliquando pro sapientia, in qua significatione masculino tantum genere profertur consuevit Terent. in Eunuc. Qui habet sale, qui in te est. Vbi Donatus: Sal neutraliter, condimentum masculinum, pro sapientia. Aliquando pro dictis adrisum, uel delectationem compositis, idque tam singulari, quam plurali numer. Catullus Epist. 81. de Quintia. Nulla est in toto corpore mica salis. Hoc est nihil uentum, nihil factum. Cic. de Clar. Orat. P. Scipio omnes sale & facietijs superabat. Lucanus: Non soliti lufere sales. Quint. lib. 6. Salsum in consuetudine pro ridiculo tantum accipiuntur: nam sicut sal suauitatem quâdam cum mordacitate habet, ita etiam urbanorum ioca. Sales enim pro Cicero sententia sunt ipsa ridicula, quæ necessario falsa oporteat esse. nam salsum erit, quod non erit insulsum, uelut quoddam oris condimentum, quod sentitur latente iudicio, & ueluti palatum excitat. Quandoque Sal pro mari ponitur, ut & ἅλας, foemininum apud Græcos: quia salsum est, & ex ipsius aqua sal elicitor. Virg. 1. Aen. Et spumas salis ære ruebant.

SALACIA, inquit Festus, antiqui dicebant Deam aquæ, quam putabant salum ciere id est mare mouere. quo uocabulo poetæ pro aqua uili sunt. Pacuuius: Hinc fauitiam Salaciæ fugimus. Hæc Festus SALACONES, [Vastatori.] *σαλακωνες*, dicuntur homines iactabundi.

- qui cum pro pauperiores sint, Crofos tamen quosdam se esse simulant: cumque Sardanapalo sint effeminiores, & fortitudinis tamen opinionem captant. Cicer. Gallo: Cognosti meam causam, & itius Salaconis iniquitatem. Stuidas hanc significationem fluxisse existimat, a Salacone quodam, eiusmodi quales iam depinximus moribus prädito.
- SALAMANDRA**, [*Salamandra*], σαλαμάνδρα, animal lacerti figura, stellarum, numquam nisi magnis imbribus proueniens, & ætate deficiens. Plin. lib. 10. cap. 67.
- SALAMIS**, siue Salamina, genitio Salaminis. pen. pro. uel Salamina, Salaminæ, insula est in sinu Saronico, contra Atticam urbem habens eiusdem nominis, in qua Telamon regnauit, Aiaci & Teucri pater. Verum cum Teucer capta iam Troia, in patriam rediret, indignatus Telamon, quod Aiaci mortem, qui inimicorum iniurijs exagitatus, & in furorē conuersus, sibi necem intulerat non uendicasset, eum Salamine expulit, exclusus itaque e patria Teucer, in Cyprum nauigauit, ubi nouam urbem condidit: quam & ipsam relicta urbis desiderio, Salaminem appellauit. hanc hodie Constantiam appellant.
- SALAMINIUS**, nomen gentile, a Salamine urbe. Cic. pro Archia, Homerus Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chii suum uendicāt, Salaminij repetunt. Salaminus, a, um, ut Salaminum trophæum apud Cic. r. Tusc.
- SALAMINIACVS**, aliud possessiuum. Luc. lib. 5.
- SALAPIA**, urbs Apuliæ Dauniorum. Plin. lib. 3. cap. 11.
- SALARIA**, uia, ex urbe per Anienis pontem ducebat in Sabinos. Per eam Sabini sal a mari deferebant. Plin. lib. 3. cap. 7. Ut apparet ex nomine salariæ uia, quoniam illa sal in Sabinos portari consueuerat. Varr. lib. 3. de re rust. cap. 2. Matertera mea fundus in Sabinis est, ad quartum & uigesimum lapidem, uia Salaria, a Roma.
- SALARIVM**, rij, sub. [*Salario, paga. Gal. Salaire, loyer qu'on reçoit de son labeur. Hisp. El salario è acostamiento del Señor.*] μισθός, stipendium, uel merces, quam quis pro opera perfoluit. Plin. lib. 3. cap. 7. Sal honoribus etiam militiæque interponitur, salarijs inde dictis: quod ita Salarium necessarium sit, ut homini sal.
- SALARIVS**, rij, sub. qui sal, uel salsamenta uendit. Mart. lib. 1.
- SALARIVS**, a, um, adiect. τὸ ἐξ ἀλάς, quod ad sal pertinet, Liul. lib. 29. Vestigal nouum ex salaria annona statuerunt.
- SALAX**, cis, [*Lyssurioso. Gal. Fort enclin à saillir & paillarder, luxurieux. Hisp. Lunxurioso. à opprobriuzis*], propensio in Venerem, a saliendo, ut quidam uolunt. i. arrigendo: aut certe, quod ex humore salso citatur libido. unde uenus flagitur e mari orta. Col. lib. 7. cap. 9. Salacissimos oportet esse mares, & annicula ætate commode progenerant. Galli salaces, Varr. 3. de re rust. Nymphæ salaces. Ouid. 4. Fast. Salaces cibi, Venerem citantes, ut Bruca, & Bulbi. Ouid. 2. de rem. Nec minus erucas, aptum est uitare salaces. Salacitas, lasciuia, & propensio in Venerem. Plin. lib. 10. cap. 36. Passeri minimum uitæ, cui salacitas par.
- SALEBRÆ**, [*Luoghi aspri, ruinosi. Gal. Lienx mal unis haut & bas, qu'a grand peine on peut passer sans saulter. Hisp. Camino pedregoso y aspero.*] βροχια, loca in æqualia, & aspera, & prærupta dicta, quod uix sine saltu præteriri possunt. Proper. lib. 3. eleg. 16. Luna ministrat iter: demonstrant astra salebras. Translate accipitur pro quauis asperitate, Cicer. de Orat. Alter quasi sedatus amnis, sine ullis salebris fuit. Idem 2. de Finib. Hinc definire, si diuidere potuisset, numquam in tantas salebras incidisset. Tristitiæ salebra, singulari num. dixit Val. Max. lib. 6. Legitur & apud Cic. 5. de Fin. Salebra, numero singulari.
- SALEBROSVS**, sa, sum, quod multas habet salebras: ut, salebrosa oratio, abrupta, & quibusdam ueluti salebris remorans impetum auditoris. Quint. lib. 11. cap. 11. Interruptus actionis impetus, & resistens, ac salebrosa oratio. Salebrosus scriptor, difficilis, & in cuius lectione sæpius sit restitandum. Mart. lib. 11. Scriptores tetrici salebrosam edificite Sanctram.
- SALENTINI**, σαλευτινοι, populi in finibus Italiæ, proximam Apuliæ peninsulam incolentes, dicti a Salentino promontorio, in extremis eius peninsulæ finibus sita: uel, ut ait Festus, a salo fortassis, quod pene circumquaque mari ambiantur, tenui tantum Isthmo continenti annexi: Ortos autem putat a Cretenfibus, & Illyricis, qui societate cum Locrenfibus inita, ijs in locis confederunt.
- SALGAMA**, p. c. appellabatur a prisca quæcunque conditanea ad uitam nostrum in uasis seruabantur, ut puta mala, pyra, fici, uua, rapæ. Col. lib. 10. Tempore non alio uili quoque salgama merce, Capparis & tristes inulæ, ferulæque minaces Plantantur. Idem l. 12. cap. 4. Vasa idonea salgami præparari iubent. Inde Salgamarij, qui salgama uendunt. Col. lib. 12. cap. 44. & cap. 54.
- SALIARIS**, & hoc re, quod ad Salios pertinet. unde Saliares cœnæ, quas Salij faciebant amplissimo apparatu. Ex quo opiparæ, ac copiosæ cœnæ, Saliares dicuntur. Dapes saliares. Hor. 1. Carm. Nun
- salariibus Ornare pilularum deorum, Tempus erat dapibus fodales. Carmen saliare Numæ, idem 2. epist. 1.
- SALICASTRVM**, genus labruscæ in salictis nascens. Plin. lib. 23. cap. 10.
- SALICETVM**, ti, per syncopen Salictum, locus salicibus confitus. Varr. Idoneus locus eligendus, ubi facias salictum. Cic. pro leg. Agra. Accedent salicta ad Minturnas. Virg. 1. Ecl. Florem depasta salicti.
- SALIENTES**, fistularum capita, atque etiam ipsæ tubulorum, fistularumque scaturigines, quæ & Siphunculi dicuntur, & Siphunculi, ab aquæ expressione, tanquam ex siphone salientis. Vitruv. lib. 8. Cic. ad Q. Fr. lib. 3. Piscina & salientibus additis.
- SALIGNEVS**, a, um, [*Di salice*], i τάλινος, salice materiatur. Virg. Est turgenti cultos armatus falce saligna. Virg. 4. Georg. Cum falce saligna Hellepontiaci seruet turela Priapi. Col. lib. 7. cap. 1. Vel folijs, uel peticis salignis alitur. Hor. 1. Serm. Sat. 5. Celebrosus pro salit unus, Ac mulæ, nauæque caput, lumbosque saligno Fuste dolat.
- SALIGNEVS**, a, um, idem Colum. lib. 7. cap. 10. Oportet tumentem uenam detracto sanguine, colligari saligineo libro. Saliginea claua, idem lib. 6. cap. 2.
- SALII**, orum, Germaniæ populi, qui & Franci dicuntur, eius regionis incolæ, quæ uulgo Franconia uocatur. Ammian. Marcell. lib. 17. de Cont. scribens, Quibus, inquit, paratis, petit primos omnium Francos, eos uidelicet, quos consuetudo Salios appellauit. Hi Gallis expulsi, eorum sedes occuparunt, Franciamque de suo nomine appellarunt.
- SALII**, τάλιοι, sacerdotes Martis: sic dicti, quod in portandis ancilibus saltare eos mos esset. Virg. 8. Aen. Hic exultantes Salios nudosque Lupercos. Liul. lib. 1. Numa Salios duodecim Marti Gradino legit, tunicæque pictæ insigne dedit, & super tunicâ xneum pectori tegmen, cœlestiaque arma, quæ Ancilia, appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudijs solemnibus saltatu iussit. Cic. 3. de Orat. Ut epularum solennium fides, ac tibiæ, Saliorumque uersus indicant. Vocantur etiam Salisubuli a Catullo epig. 17. ad Coloniam. In quo uel Salisubuli sacra suscipiunt.
- SALILLVM**, lilli, [*salinetto*], paruum salinum. Plau. in Trin. Verum nos homunculi, Salillum animæ.
- SALINA**, [*Salina. Gal. Saline. Hisp. Las salinas donde se hace la sal.*] locus in quo sal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur. Plin. lib. 31. cap. 7. Fit sal uulgaris, plurimusque in salinis affuso mari. Cicer. Attic. lib. 5. De strue salinarum plane rogo. Idem pro. l. Manil. Familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portibus.
- SALINÆ**, arum, urbs Siciliæ iuxta Lilybæum, palmis abundans. Sunt & aliæ non pauca eiusdem nominis urbes, a falsis fontibus nomen sortitæ, inter quas minime conuenit præteriri, quæ apud Sequanos uisuntur, & structuræ genere, & salis prouentu adeo admirandæ, ut non immerito octauum sibi locum inter orbis miranda possint uendicare.
- SALINVM**, ni, [*Salino saliera. Gal. Vne petite saliere. Hisp. de queño salevo.*] ἀλάδοχος, uasculum, in quo sal reponitur, tum ad mensæ usum, tum ad sacrificia paratum. in eo. n. cum sale dijs primitiæ offerebantur. Persi. Sat. 5. Digno terebrare salinum. Ponitur pro quocumque uase fictili mensæ pauperis. Hor. lib. 2. Carm. Cui patrum Splendet in mensa tenui salinum.
- SALIO**, salis, [*Salare. Gal. Salar. Hisp. Salar.*] ἀλλέω, quartæ coniugationis, sale condio. Tibul. Farre pio placet, & saliente sale. Præteritū Salii facit, & supinum Salitum, unde Salitus, & saliturus. Gel. lib. 2. c. 18. Pisces, qui solidi saliantur. Legitur etiam pro eodem Salio duplici. 1. Corn. Seuerus: Ad quem falliti pomiliones afferbantur.
- SALIO**, lis, ui, uel, lij, uel ui, diuisis syllabis, supinum saltum, [*salare. Gal. saulter. Hisp. saltar.*] πηδῶω, idem quod salto. Vir. 2. Ge. Molibus in pratis, unctos saliere per utres. Hor. epist. 14. Nec meretricis tibi, cuius ad strepitum salias terræ grauis. Plau. in Bacc. Cursu, luctando, hasta, disco, saliendo se exercebant magis, quam scorto, aut suauis. Salire e terra, pro prodire. Luc. lib. 1. E terra, que exorta repente arbuta salirent. Virg. 1. Georg. in tectis crepitans salis horrida grando. Salit mihi cor, per translationem, Plaut. Mil. Dico docte & cordate, ut ei cor saliat, subaudi prægaudio. Salire dicuntur animalia carentia ratione, quando mares ineunt foeminas. nam saliendo ascendunt. Ouid. 2. de Arte. Lata salitur ouis. Varr. 2. de re rust. cap. 7. Cum equus, matrem ut saliret, adduci non posset. Idem 3. de re rust. cap. 10. Saliant fere in aqua de anferibus. A Salio fit frequent. salto. Composita mutant, a, in uel Afulto, Confulto, Exulto, Profulso, Præfulso, Refulto, & Subfulso. Plaut. in Cal. Ut festinabat miser, ut subfulsabat. Transfulso. Idem in Cap. Tu transfulsitas, ego miser uix adsto præformidine.

- SALITVRA**, *[Salaturæ]* ἄλις, actus sale condendi. Col. lib. 12. cap. 21.
- SALIVARIUS**, *a*, um, quod ad salivam pertinet. Plin. lib. 9. cap. 11.
- SALIVCA**, herba, Plin. lib. 21. cap. 7. Saliunca foliosa quædam est, sed brevis, & quæ neci non possit. Virg. Ecl. 5. Quantum saliuca rosetis, iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
- * **SALIVCANVS**, portus, maritimum Galliarum Celticarum oppidum in ea parte, qua Britanniam spectat. Prol. lib. 2. cap. 8.
- SALIVUAS**, salivam facio. Plin. lib. 6. cap. 36. Mutuo attritu lentorem cuiusdam ceræ salivant. Aliquando illino, siue perungo, Colum. libr. 6. capit. 5. Eo medicamine salivandum ægrotum pecus.
- SALIVUM**, *ui*, & **Saliua**, *x*, [*Salina*, *sputo*. Gal. *Saliva*. Hisp. *La saliva de la boca*.] ἄλις, spiritum, quod fere salis saporem habeat. Plin. lib. 23. cap. 27. Sua cuique ieiuno saliva innocentissima. Aliquando pro guttu, Perf. Satyr. 6. Nec tenuem folers turdorum nosse salivam. Hinc **Saliuosus**, quod salivæ similitudinem habet. Plin. lib. 16. capit. 38.
- SALIX**, *cis*, [*Salice*. Gal. *Saulx*. Hisp. *Sauze*.] ἰτέα, arbor nota, a saliendo, id est crescendi celeritate. Virg. lib. 10. Ecl. Mecum inter salices lenta sub uite iaceret. Ouid. 10. Metam. Amnicolæque simul salices.
- SALLO**, *lis*, per duplex l, tertie coniugationis, salli, salsum, [*Salare*.] ἄλζω, sale condire. Lucil. lib. 4. Salere, murenas. Participio passivi uignificationis in dus, usus est Col. lib. 7. cap. 7. cum inquit: Pecora ferro necanda, fallendaque.
- SALMACIS**, ἰαμακίς, fons in Caria, iuxta Helicarnassum, quo veteres crediderunt lauantium corpora effeminari. Ouid. 15. Metam. Cui non audita est obscenæ Salmacis unda. Strab. lib. 14. Salmacis fons nescio quam ob rem calumniatus, tanquam emolliens eos, qui inde bibant.
- * **SALMAN TIC A**, Ptol. lib. 2. cap. 5. oppidum est in orientali tractu Lusitanie.
- SALMONEVS**, σαλμων, Æoli filius, & Rex Elidis, qui cum diuos sibi honores petulantius quæreret, Ionemque structo æneo ponte, tonando, & iaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus ad inferos detrusus est. Seruius in illud Virg. 6. Aen. Vidi & crudelibus dantem Salmonea pernas.
- SALNITRUM**, [*Salnitra*], ut dicitur, factitium est, & ad tormenta ignium missilia repertum, ueteribus incognitum. Corrupta tamen dictio est, nam legitur apud Plin. Sal, & nitrum sulphuri concoctum in lapidem uertitur. Vide Nitrum.
- * **SALO**, *onis*, Fluuius apud Celtiberos, non procul a Bilbili oppido. Mart. lib. 10. patriumque Salonem.
- SALOMON**, sapientissimus Iudæorum rex filius Davidis ex Bersabea, qui patri in regnum successit, Deoque optimo maximum templum primis ædificauit. hoc nomen fonat, pacificus.
- * **SALON**, regio Bithyniæ. Strab. libr. 12. Salone, Steph. urbs Dalmatiæ.
- SALSAMENTARIVS**, [*Luganeparo*.] τειροπόωνς, qui salsamenta facit uel uendit, qui & Salarius. ad Her. lib. 4.
- * **SALPIA**, Apulorum urbs in Ionio pelago. Ptol.
- * **SALPINA**, palus in Apulia, iuxta Salpinam ciuitatem.
- SALSAMENTARIVS**, *a*, um, quod ad salsamenta pertinet. Plin. Testis cadi salsamentarij cuss, mirum in modum prodest. Col. lib. 2. cap. 10. Recondantur, si maior est modus, in horreo, si minor, in uasis salsamentarijs.
- SALSAMENTVM**, *ti*, [*Salame*. Gal. *Toute saline, ou chose salée, soit chair, soit poisson*. Hisp. *Salsa de cosas saladas*.] τειροπος, sale compositum, siue sale conditum. Terent. in Adelph. Salsamenta hæc fac macerentur pulchre.
- SALSE**, [*Piacenolmente, con riso*. Gal. *En piacquant, en mordant, en rencontrant*. Hisp. *Donosamente, con donayres*.] facete, urbane; cum quadam salium mordacitate. Cic. de Orat. 2. Ridentur, quæ sub absurde, sal seque dicuntur. Idem eodem li. difficillimum, ea quæ occurrant salissimum dici possent, tenere. Quinct. lib. 6. cap. 4. Species infinitæ tam false dicendi, quam seueræ locus, tempus, casus denique qui est maxime uarius.
- SALSEDO**, *nis*, [*Salsugine*.] ἄλις, ipse salis sapor.
- SALSILAGO**, *ginis*, [*Salsugine*.] ἄλις, salfugo. Plin. lib. 20. cap. 14.
- SALSYVDO**, *nis*, humor saporem salis referens. Plin. lib. 20. cap. 14.
- SALSYGO**, *nis*, [*Salsugine*. Gal. *Liquueur salée, s'aulinure*. Hisp. *Sudor de la cosa salada, salmuera*.] ἄλις, quiuis humor salus. Plin. libr. 31. cap. 7. Appellatur in salinis salfugo, ab alijs salisilago, marina aqua salior.
- SALSVRA**, *x*, [*Salame*.] τειροπος, salsamentum. Colum. lib. 8. cap. 17.
- SALSVS**, *a*, um, [*Salato*, *salso*. Gal. *Salé*. Hisp. *salado*.] ἄλυπος, salis saporem habens, siue sale conditus. Horat. Epod. 16. Ametque salsa leuis hircus æquora. Virg. lib. 2. Aen. Salsusque per artus Sudor ijt. Idem 5. Aeneid. Et falsos rident reuoluentem pectore fluctus. Quinct. lib. 6. cap. 3. Ridelicium dictum salsum est. Cic. ad Pap. lib. 9. Salfiores quam illi Atticorum, Romani ueteres atque urbani salia.
- SALATIO**, [*Ballo*. Gal. *Danfement, saultement, danse*. Hisp. *Danzar à baylo*.] χορηγία, hominum iactatio, quam uulgus tripudium uocat. Cic. pro Mur. Deliciarum comes est extrema saltatio. Idem de Clar. Orator. Titius, homo satis acutus, sed tam mollis in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset.
- SALTATORES**, [*Ballarini*. Gal. *Danferr*. Hisp. *Danzador à baylador*.] ἄλταιροι, qui tripudijs, staculifque dandis sunt elegantiores. Cic. lib. 1. Offic. Adde saltatores, totumque ludum talarium. Quinct. lib. 1. capit. 12. Non saltatorem gestu facio. Saltatrix, Cic. in Pis. Cum illa saltatrice tonfa. Hinc saltatrixcula. demin. Gel. libr. 1.
- SALTATORIVS**, *a*, um, [*Da ballare*. Gal. *Ecole pour apprendre à danser, le bal*. Hisp. *Escuela de danzar à baylar*.] χορηγικός, ut Ludus saltatorius, in quo saltare docetur, Macr. lib. 3. Sat. Filij senatorum in ludum saltatorium commeabant. Cic. in Pis. Cum illum suum saltatorium uersaret orbem.
- SALTATVS**, [*Ballo*.] χορηγίς, saltatio. Liu. lib. 1.
- SALTEM**, [*Almeno, pure*. Gal. *Au moins, à tout le moins*. Hisp. *Alomenos, à si alque no*.] γέ, γέν, coniunctio per defectionem dicta, quasi si aliter non potest: uel (ut inquit Gellius) uel littera abiecta, nam a principio saltem dicebant, quos non saltem dicimus. nam cum alia quædam petita, & non impetrata sunt, hic solemus, quasi ad extremum aliquid petitori, quod negari minime debeat, dicere hoc saltem fieri, aut dari oportere: tanquam saltem postremo petentes, quam impetrari sit æquissimum. Seruius: Saltem tractum a captiuis, qui cum tenerentur ab hostibus, dicebant s. blatis manibus, Saltem concede. Hinc per syneresin natus est sermo, ut in conceptu rerum multarum petitori aliquid, Saltem dicamus. Virgil. lib. 1. Aen. Sicaniæ saltem sedes paratas, Vnde huc adnecti, regemque petamus Acestem. Idem lib. 6. Aen. Tecum me tolle per undas, Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. Cic. Att. l. 9. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem.
- * **SALTIAE**, populi iuxta pontum Euxinum.
- * **SALTVARES**, insulæ, in Nyphæo sitæ sunt. Plin. 2. cap. 95.
- SALTIM**, apud antiquos, siue Saltuatum, [*A salto, à salto*. Gal. *De sault en sault, en saultillant*. Hisp. *Salto à salto*.] πεινητικός, per saltus. Gell. 9. cap. 4. Homines singulis cruribus saltuatim currentes. Saltuatim scribere, est captum scribere, non suo ordine, sed ut sese offert. Sise. lib. 3. Hist. Ne uellicatim, aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus.
- SALTO**, *as*, [*Saltare*. Gal. *Sauter, danser*. Hisp. *Danzar à baylar*.] χορηγία, tripudio, Sal. in Catil. Litteris Græcis atque Latinis docta, psallere, & saltare, & cantare elegantius, quam necesse est probe. Cic. in Catil. Hi pueri non solum cantare & saltare, sed etiam spar gere uenenæ didicerunt. Idem pro Mur. Nemo saltat sobrius, Carmina saltantur theatro, Ouid. 5. Trist. eleg. 8. Saltata poemata populo, Idem 2. Trist. Saltare laudes alicuius, est saltationibus immittere, ait Budæus. Plin. in Paneg. Cum laudes imperatorum saltarentur. Hinc Saltura, saltatio. Plau. in Cur. Saltura sat bona est. Saltito, frequ. a salto.
- SALTARIVS**, *rij*, [*Camparo*.] δρυμοράξ, siluarum, seu saltus custos. Pomponius. l. si ita. ff. de Vsu & habitat.
- SALTIVOS**, *a*, um, [*Boscato*.] δρυαγός, saltibus passim oblitus. Liu. uius 27.
- SALTVS**, *tus*, [*Bosco, selua*. Gal. *Vne foreste, un bois espois*. Hisp. *Bosque espesoso*.] ὄρητος, τόπος, locus incultus, crebris siluis passim oppletus, in quo pasci etiam & æstiuare pecora possunt. Virg. lib. 3. Geor. Saltibus in uacuis pascentur plena secundum Flumina. Festus: Saltum C. Aelius lib. 2. Significationum, quæ ad ius civile pertinent, ita definiuit: Saltus est, ubi siluæ & pastiones sunt, quarum causa casæ quoque: si qua particula in eo saltu pastorum, aut custodum causa aratur, ea res non perimit nomen saltui, non magis quam fundi, qui est in agro cultus, & eius causa habet ædificium, si qua particula in eo habet siluam. Cæ. 6. Bell. Gal. Siluis, aut saltibus se eriperet, & noctu occultaret. Idem 1. Bel. Ciu. Pyreneos saltus occupari iubet. Virg. 1. Geor. Canibus circundare saltus. Vide Vallam Elegan. lib. 4. c. 106. & lib. 4. cap. 57. Est item Saltus, salien di actus. Virg. 9. Aene. Saltu præceps sese omnibus armis in fluuium dedit.
- SALVBER**, *p*, *ma*, *gen*. Salubris, scem. Salubre neu. & hic, & hæc. salubris, & hoc salubre, [*Salubre, saluifero*. Gal. *Salutaire, qui donne salut, sain*. Hisp. *Cosa saludable*.] ὑγιεινός, σωτήριος, quod præbet sanitatem, unde aer, cibus, locus, salubres dicuntur. Col. l. 1. c. 4. Soli insalubris. Cic. 1. de Diui. Salubris ne, an pestilens annus futurus sit. Aquæ salubres, Hora. in Carm. secul. Fluius saluber. Virg. 1. Geo. Salubre alicui rei, Plin. lib. 8. cap. 7. Chelidonium uisui saluberrimam in hirundines monstrare consilium salubre, Cic. Att. lib. 8. Aliquando salubris accipitur pro sano. Sallu. in Jug. Genus hominum salubri corpore. Liu. 3. Defuncta morbis corpora

corpora salubriora esse cœpere. Hinc Salubritas, tis, sanitas. Plin. lib. 37. cap. 13. Situ ac salubritate cœli, atque temperie. Cæsar. 8. Bell. Gal. Tantum itinerum faciebat, quantum satis esse ad nutritionem locorum propter salubritatem existimabat. Salubriter. Liu. 3. Trahi bellum salubriter & mature perfici potest. Cicer. de Sen. Vbi potest illa ætas umbris aquisque refrigerari salubrius?

SALVE, [Dioti salui. Gal. Dien te gart bien, se soit. Hisp. Sey saluo.] χαιρει, uerbum salutantis: idem ualeus quod saluus sis: solumque declinatur per secundas personas imperatiui utriusque numeri, & præsens infiniti. Ter. in Phor. Here salue, saluum te aduenisse gaudeo. D. Oh bone custos, salue. Tubeo te saluere. i. precor tibi salutem. Hor. lib. 2. epist. 10. Urbis amatorem Fuscum saluere iubemus Ruris amatores. Cic. ad Att. lib. 4. Dionysium, uelim saluere iubeas. Virg. 5. Aen. Salue Sancte parens, iterum saluere recepti Nequiquam cineres, animæque, umbræque paternæ. Salueo dixit Plaut. in Truc. pro saluus, & sanus sum. Saluebis in futuro, dixit Cic. ad Att. l. 6. Saluebis a Cicerone meo: id est, Cic. meus te salutatur. Vide in dictione Valeo.

SALVIA, æ, [Saluia.] ἑλενισσαρον, frutex est nulli non notus, uirgas habens quadrangulas, foliaque aspera, crassa, & incana, odore, gratia quidem, cæterum non ingrato. Dicta Salvia, ut putatur, quod multis incommodis medeatur, ægrosque saluos præstet. Prodest enim paralyticis, & contra serpentium morsus remedium exhibet. Plin. lib. 22. cap. 25. Diosc. lib. 3. cap. 38. Fuit & Salvia mater Appuleij. Est & Salvia, Triacensium opidum, in quinta regione Italiæ, de quo Plin. lib. 3. cap. 13.

SALIATVM, ti, [Bewanda di salua.] genus medicamenti est, quo ueterinarij, & mulomedici utuntur in ægrotantium animalium curatione. Col. lib. 6. cap. 9. Recens tussis optime saluati farinæ hordeaceæ discutitur. Col. lib. 6. cap. 24. Lupini semicrudi conteruntur, & offæ saluati more faucibus ingeruntur. Et paulo post. Potest etiam cum arido fico, & eruo conteri herba fantonica, & formata in offam, sicut saluiatum demitti. Quibus tamen in locis Saliuatum potius legendum crediderim: quod & eruditioribus placere uideo: qui Saliuatum interpretantur medicamenti genus, quod pecori ægrotato datur deglutendum.

SALIATO, as, saluiato medeor, uel saluiatum deglutendum præbeo. Col. lib. 6. cap. 24. Vel tenero oleris commisso, torrido, mollitoque millio, & per unam noctem lacte macerato, saluiatur. Quo tamen in loco doctioribus quibusdam Saliuatur, legendum uidetur: quorum iudicio nos quoque libenter subscribimus, alio Columele loco adducti, qui est eiusdem libri cap. 5. ubi sic habet: Euincendi sunt quauis pestiferi morbi, & exquisiti remedijs propulsandi. Tunc panacis & eringij radices, fœniculi seminibus miscendæ, & cum defrutis, ac molliti tritici farina, candentique aqua conspergendæ, eoque medicamine saluiandum ægrotum pecus. Vbi saluiandum pecus dixit, pro eo quod est, saluiato per os immisso curandum.

SALVM, sali, [Mare.] ἕλας, mare, a sapore salis: uel a uerbo Græco, σαλευειν, quod significat mouere, fluctuare. Virg. 1. Aen. Perque undas superante salo. Cic. pro Cec. Ut, a quo loco depulsus esset; in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbem, quæ peribat. Idem 3. Tusc. Nec tam ærumoso nauigassem salo. Virg. 2. Aen. Fit sonitus spumante salo.

SALVS, tis, [Salute, sania. Ga. Salut, saluement, sante. Hisp. Salud, sanid. ad.] σωτηρια, incolumitas. Cic. ad Att. Saluti, si me amas, consule. Ter. in Ad. Quod cum salute eius fiat. Cic. lib. 3. de Leg. Cui ne reditus quidem a bonis, potuit afferre. Pla. in Merc. Spem teneo, salutem amittere deat, an non, nescio. Ouid. lib. 3. Met. Te. si omnis in uo Nostra salus posita est. Salutem dicere alicui rei. i. uale dicere, & iubere ualere, relinquere. Cic. ad Volu. lib. 6. Quas si, ut uolumus, exceperimus, ego uero multam salutem, & foro dicam, & curiæ: niuamque tecum, & cum communibus nostris amatoribus. Hoc est, iubebo ualere curiam: nihil mihi amplius cum curia erit commune. Accipitur aliquando Salus pro remedio. Virgil. 2. Aeneid. Vna salus uictis, nullam sperare salutem. Salus item dea Salutis credita est: unde Salutaria porta Romæ appellata, ab eius deæ æde, quæ ei proxima fuit. Terent. in Adelph. Ipsa si cupiat Salus, seruare profus non potest hanc familiam. Dicimus Latine, Nunciare salutem, Adscribere salutem, Dicere salutem. i. salutare. Cic. ad Attic. lib. 4. Miste ad me statim, qui salutem nunciaret. Et lib. 6. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandauit, ut mihi salutem adscriberes. Pla. in Cap. Omnium primum salutem dico patri & matri. Mittere salutem, Remittere salutem, id est salutare, & resalutare. Ouid. epist. 15. Hanc tibi Priamides mitto Ledeæ salutem. Cic. ad Attic. lib. 19. Atticam nostram cupio suauari: ita mihi dulcis salus uisa est per te ab illa, referes igitur ei plurimam salutem.

SALVTARIS, re, [Salutare salubre, salutifero. Gal. Salutare, sain qui donne sante. Hisp. Cosa saludable.] σωτηριος, idem quod salubre, hoc est, sa-

nitatem præbens, uel ad sanitatem præbendam idoneum. Cic. ad Octa. Nulla enim remedia, quæ uulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ sunt saluaria. Salutare litteræ dicuntur, quæ consolationem afferunt. Cicer. ad Att. lib. 7. Sic ergo habeto salutare te mihi litteras misisse &c. Salutaris littera a Cicerone dicitur A, quæ absolutionis nota erat, ut, Tristis C, quæ condemnationis. Cicer. pro Mil. Nec nobis tam salutarem hanc in iudicando litteram, quam illam tristem dedidit. Budæus. Inuenitur, & Salutare, Substantiuum. Plin. lib. 12. cap. 5. In præsentia, externa prosequemur, a saluari maxime orsi.

SALVTARIS DIGITVS, [Indice.] δαχτυλος, qui pollicis est proximus, qui & Index dicitur. Suet. de Aug. c. 80. Dextræque manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem, cōtractumque frigore, uix cornei circuli supplemento scripturæ ad moueret. Martian. de Nup. Verum quidam redimitus puer ad os compresso digito saluari, silentium comonebat. Dicitur autem salutaris, uel quia non salutamur, nisi uisa, & indicata. Vir. Italiæ læto focij clamore salutant, Vel quia eo comprimimus os ad silentium, quod salutare est præceptum.

SALVTARITER, aduerbi. [Salutarmente. Gal. Salutairement, sainement, Hisp. saludablemente.] σωτηριος, salutis ergo, sine discrimine salutis, tuendæ salutis gratia. Planc. Cicer. Quadraginta millium passuum spatio relicto consedi eo consilio, ut uel celeriter accederem, uel salutariter recipere me possem. Cicero de Cla. Orat. Tum arma sunt ea sumpta, quibus illi ipsi, qui didicerant eis uti gloriose, quemadmodum salutariter uterentur, non reperiebant.

SALVTIFER, a, um, [Salutifero. Gal. Qui donne sante, sain. Hisp. Cosa que trae à tiene salud.] σωτηριος, idem quod salutaris. Ouid. 2. Metam. Aspiciet infantem, totoque salutiferi orbi. Martia. lib. 5. Seu placet Aeneæ nutrix, seu filia Solis, siue salutiferis candidus Anxur aquis.

SALVTIGER, ri, δατασμοσος, quo nomine utitur Apuleius, uideatur esse non qui suo nomine alicui dicit salutem, sed qui nunciat, tanquam interpres, & administrator eius, a quo uincitur. Salutigerulus, idem. Vnde Plaut. in Aul. Salutigerulos pueros, uocat seruos qui iussu dominæ hunc, illum salutant, suntque nuncij, renuncij.

SALVTO, as, [Salutare. Gal. Saluer, donner le bon iour. Hisp. Saludar de unciando saludes.] σωσωσ γορδωσ, salutem dico, inuiso. Cic. Atti. Cum Philogenes libertus tuus ad me salutandi causa uenisset. Terent. in Ad. Opperiar hominem hic, ut salutem, & colloquar. Neque uero accedentes tantum salutare dicimur, uerum etiam recedentes. Sta. 4. Theb. Sant tamen & nota puppim de rupe salutant. Salutare item est uenerari. Terent. in Phor. At ego deos Penates hinc Salutatam domum diuortar. Mar. lib. 12. Multis dum precibus Iouem salutat, Ouid. 15. Met. Lætoque deum clamore salutant. Vnde mortuos, & res inanimatas uenerantes salutare solemus, non salutem imprecantes (quæ nulla in his esse potest) sed uenerationem exhibentes. Hinc Saluator, ris, qui salutat. Q. Cic. de Petit. Consul Deductorum officium, quod maius est quam saluatorum. Salutatio, nis, salutandi actus. Cicer. in Piso. Quis enim te aditu, quis ullo honore, quis denique communi salutatione dignum putet? Saluatorius, a, uni, adiect. Plin. lib. 15. cap. 11. Omnia iam & uitorum saluatorijs cubilibus inclusa. Composita. Consaluto, & Resaluto, de quibus suis locis.

SALVTO, as, [Saluare. Gal. Sauluer, rendre sain & saulue. Hisp. Haçer saluo, saluar.] σωζω, saluum facio, seruo. Cicer. in Pis. Me posse iterum tempus saluare si cessissem, infinitam cædem fore, si restituissem. Hinc Saluator, ris, uox in sacris litteris usquam non occurrens: quam tamen eruditiores, tamquam parum probam religiose fugiunt, quemadmodum & uerbum Saluo, quod nec ipsum satis Latinum iudicant: putantque locum Ciceronis, quem iam citauimus, menda non uacare, præsertim cum id uerbum non temere apud quempiam ueterum, apud Ciceronem certe alibi nusquam, liceat inuenire.

SALVVS, a, um, [Sano, e saluo. Ga. Sain, saulue, eschape, hors de danger. Hisp. Cosa salua de peligro.] σωος, sanus, incolumis. Terent. in Phor. Saluum te aduenisse gaudeo. Idem in And. Saluus sum, si hæc uera sunt: hoc est, in tuto, & sine periculo sum. Transfertur & ad inanimata. Plau. in Rud. Heu heu scelustus galeam in nauis perdidit. Nunc mihi oportuna hic esset, salua si foret. Cicer. 2. de Fin. Simulatque ipse graui uulnere exanimari uideret se, ut primum dispexit, quæsiuit, saluus ne esset clypeus, &c. Terent. in Adel. Salua res est, id est recte se habet.

SAMARIA, σαμαρια, Steph. Palæstinæ regio est, Galileæ & Iudææ contermina, opida habens Neapolim, antea Mamortham, Sebasten, & Gamalam. Vide Plin. lib. 5. cap. 6. Stephano item Samaria regionis huius urbs est eadem cum ea, quæ postea Neapolis est appellata. Gentilia sunt Samarita, & Samaritanus.

SAMAROBRINI, σαμαροβρινοι, fuerunt populi in Gallia inter Belgas, apud quos Cæsar Gallorum concilium indixit. Horum ciuitas est

est Samarobrina a Samara anane nomen habens. Hanc Camera-
ent Samos esse urbem nonnulli autumant, quam Scaldis fluiuis in-
terfluit. Constantior tamen opinio est, urbem esse Nouioduno
uicinam, quam uulgo sancti Quintiani dicunt. Hanc enim præter
fluit Samara fluiuis.

SAMBUCA, *æ*, siue Sambyx, eis [*Sambuca*] *σαμβύκη*, instrumenti mu-
sici generis trianguli, teste Porphyrus in Ptolemæi Harmonica,
quod ex neruis tum longitudine, tum crassitudine inæqualibus
constabat: soletque leuiori carminum generi adhiberi. Vnde Sam-
bucam cothurno aptare, prouerbij schema habet, pro eo, quod
est, res leuissimas, pleneque nugatorias, negotijs grauius, feris-
que admissere. Perf. Sat. 5. Sambucam citius coloni aptaueris al-
to. Nomen habet, ut Diomedes existimat, a Sambyce inuentore,
quamquam Athæneus ad Ibycum Rhegium poetam eius origi-
nem referre malit. Est & genus machinæ militaris, qua urbes ex-
pugnare consueuerunt. in qua sic funes intendebantur, sicut in or-
gano musico chordæ.

SAMBUCINA, *æ*, p. c. *σαμβυκίσινα*, quæ sambuca canit: sicut, Fidici-
na, quæ fidibus. Pla. in Stich. Sambucinas aduehit secum.

SAMBUCISTRIA, *æ*, *σαμβυκίστρια*, mulier sambuca canens, quæ &
Sambucina dicitur. Liu. lib. 39. Tunc psalteriæ, sambucistræque.

SAMEVCVS, *ci*, [*Sambuco* - Gal. *Sureau*, ou *suseau*, ou *sus*. Hisp. *Sauce arbol*.]
κατή. Vide Plin.

SAMERA, *æ*, [*Semen* *ζα* d'olmo. Gal. *Semen* *ζε* ou *grain* d'un olme. Hisp. *Si*
miente de olmo.] semen est ulmi. Coll. 5. c. 6. Atineam ulmum Tre-
melli Scrofa non ferre sameram (quod est semen eius arboris)
falso est opinatus. Apud Plin. lib. 17. c. 11. & 16. c. 17. legitur Sa-
mara, per primam uocalem in media syllaba.

SAMIUS, *æ*, *σαμῖος*, quod est e Samo insula: ut, Pythagoras Sa-
mius, Vas Samium. Plaut. Cap. Samijs uasis utitur. Cic. pro Mur.
Atque ille strauit lectulos sameram (quod est semen eius arboris)
Athocle: Fictilibus cœnasse ferunt Agatoclea regem, Atque abacû
Samio sæpe onerasse luto. Pro eodem dicimus & Samium absolu-
te. Cic. 6. de rep. ut citat Nonius. Munera Pontificum diis im-
mortalibus grata sine Samio. Auctor ad Heren. lib. 4. Non Samijs
delectabimur. Hinc Samiolus, *æ*, *σαμιόλος*, demin. ut Samiolum pote-
rium. Plaut. Stich. Bathycis bibunt, non nostro Samiolo poterio,
& tamen uiuimus.

SAMNITES, *p*. *σαμνῖται*, populi in Samnio, quod nunc Aprutium
uocamus: quæ regio est Italiæ inter Picenum, Campaniam, & Ap-
uliam. Vrbes in ea sunt Adria, Aquila, Amyternum, Sulmo, Or-
tona, Arpinum, Aquinum, Athina, Beneuentum, Corfinium. Ij dē
& Sabelli dicuntur, nomine per deminationem a Sabinis dedu-
cto teste Strab. lib. 5. Ferunt enim Sabinos, cum aduersus Umbros
bellum gererent, Marti uotum fecisse, si uictoria potirentur se il-
li consecratos, quicquid eo anno apud ipsos nasceretur. Quare
cum re bene gesta in patriam rediissent, cum reliquum anni to-
tius prouentum, tum etiam filios eo anno natos Marti consecra-
se. Quos deinde cum adoleuissent, duce Tauro in Campaniam
ad sedes nouas quærendas miserunt, ubi nullo propemodum ne-
gocio electis Opicis, sedes suas collocarunt, originis que suæ me-
mores, Sabellos se se, quasi Sabinorum sobolem appellarunt. Hi
grauissima olim bella cum Romanis uario uentum gesserunt. Sp.
Postumium consulem, cum collega, totoque exercitu ad Furcas
Caudinas locorum angustia circumuentos, ex fœdere sub iugum
miserunt. quam tamen ignominiam Romani non ita multo post
magna illorum clade deleuerunt: Samnitibus uicissim sub iugum
missis. Postea cum sæpius rebellassent, tandem a L. Sylla dictato-
re, multis prælijs fracti, cum ne sic quidem iugum ferre possent,
funditus sunt deleti.

SAMOS, *σαμῖος*, nomen duarum insularum: quarum altera Ionix ad-
iacet a regione Ephesi, ambitu lxxxvij. m. pass. Iononi dicatissima,
quod in ea nata fuerit, & educata, & Ioui nupta. Scribit Varro, Sa-
mon prius Partheniam nominatam, ibique antiquissimum fuisse
Iononis templum, & simulacrum in habitu nubentis figuratum:
ubi & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrabantur. In
ea Pythagoras quoque philosophus ortum habuit, nec non & una
ex Sibyllis, quæ inde Samia dicta est, quam ferunt de Christo
prædixisse. Tu. n. stulta Iudæa Deum tuum non cognouisti, luden-
tem mortalium mentibus, sed & spinis coronasti: horridumque
fel miscuisti. Fiebant etiam in ea uasa fictilia egregie ex creta effi-
cta, quæ Samia uocabantur. Altera sita est e regione Epiri non
procul a sinu Ambracis, quæ & Cephalenia dicitur. De hac intel-
ligendum est illud Suetonij in Augusto, ab Actio cum in Samum
insulam se in hyberna recepisset. Est enim hæc insula breuissimo
maris spatio ab Actio dirempta. Eodem spectat & illud Home-
ri Odyss. lib. 14. *Ἐν πορθμῷ τ' Ἰθάκης, σάμοιο τε Σαμιοῖο τε, παλαι-
λῶέσσης*, Eadem & Same (*σάμη*), aliquando appellatur, per pri-
mam nomen declinationem. Homerus loco iam citato. *Ὅσως
γὰρ νόσοισιν ἐπιχθὼ τέσπιν, ἀριστοὶ, Διλήχιδε τέ, σαμῖτε, καὶ ὕψι
Ζακύνθοιο*. Virgil. 3. Aeneid. Iam medio apparet fluctu Nemorosa

Zacynthos, Dulichiumque Sameque, & Neritos ardua faxis. Fuit
& Samos, siue Same, oppidi nomen in eadem insula, a Romanis
dirutum. Strab. lib. 10. Quoniam cum insula sit tetrapolis, id est,
quatuor habeat urbes, ex ijs una est, quæ Samus, siue Same dici-
tur, utroque uisitato uocabulo, ipsi etiam insulæ communi. Et paulo
post. De Cephalenia uero, quæ est tetrapolis, id est, ciuitates
habet quaternas, neque huius temporis nomine dixit, neque ula
de ciuitate, una tantum excepta Same, siue Samo, quod oppi-
dum hodie deletum prorsus est. Plin. lib. 4. cap. 12. Cephalenia
quondam Melæna dicta, x. m. pass. abest: circuitu patet *χ λ ι ι ι ι ι*.
Same diruta a Romanis, adhuc tamen oppida tria habet. Ex his sa-
tis constat, uanam esse eorum differentiam, qui insulam Samon,
urbem uero Samen dicendam contendunt. Ab hac Same deduci-
tur gentile Samæus, *σαμῖος*, cum a Samo Ionix insula Samius de-
ducatur. Est & Samus, cognomento Threijcia, quæ & Samothra-
cia dicitur, de qua uide paulo post loco.

SAMOSATA, *æ*, *σαμόσατα*, urbs Comagenes ad Euphratem, Lucii
Sophistæ patria: stagnum habens limum quendam gignens,
quam Maltham illi appellant, cuius tam admirabilis est natura,
ut aqua accendatur, nec nisi terra restinguatur. Hoc limo Samo-
sathæi urbem suam, Lucullo oppugnante, defenderunt, hostes u-
na cum armis exurentes: ut est auctor Plin. lib. 2. cap. 17.

SAMOTHRACIA, siue Samothrace, *σαμοθράκη*, Stephan. insula est ma-
ris Aegæi, Thraciæ adiacens, ea in parte, qua Hebrus in mare in-
fluit. Olim Dardania dicta, a Dardano quodam Troiano, qui Pal-
ladium secum ferens, eo traditur confisigisse. Gentilia sunt Samo-
thrax, & Samothracius. Virg. 3. Aen. Threijciamque Samum, quæ
nunc Samothracia fertur.

SAMPŒ, siue Samsa, ut ex Gregorij Tiferni sententia tradit Georg.
Alexandrinus in suis ad Columellam Annotationib. nucleus est
oliuæ, quem Græci *πύλωα*, uocant. Quorum sententiæ subscribit
& Cælius Rhod. & Ruel. alijque nonnulli, eruditione non con-
temnenda uiri. Locus autem, cui primi sententiæ huius auctores
sunt innixi, est apud Colum. lib. 12. cap. 50. Vbi sic habet. Cum pri-
mum baccæ uariæ coeperint, resolutis corticulis, emolliri debe-
bunt, adiectis binis sextarijs integri salis in singulos modios: &
aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe nouis fiscinis
sampsæ exprimi. Quo in loco Columellæ, Sampsas exprimere,
idem esse putant quod sampsas, hoc est, ossa ex oliuis premere, si-
ue oliuas ossibus liberare. Quorum sententiæ quo minus subscri-
bam, facit alter eiuſdem Columellæ locus, qui est lib. 10. cap. 49.
ubi sic legitur: Item si qui adhæserant pediculi, adimuntur, foliaq;
& surculi, quicumque sunt intermixti, eximuntur. Postero die inji-
citur quam mundissimis molis suspensus, ne nucleus frangatur.
Et cum est in sampsam redacta, tunc sal coctus, tritusque manu
permiscetur cum cæteris aridis condimentis. Quo certe in loco
Sampsas nulla ratione pro oliuarum ossibus accipere possumus.
Neque enim ullo pacto fieri potest, ut oliua in nucleos suos redi-
gatur. Quin etiam is ipse locus, quo illi præcipue nituntur, inter-
pretationi, quam adducunt, prorsus reclamant, ut non magno ne-
gocio deprehenderet, qui locum eum paulo penficulatus examina-
rit. Quid autem ea uoce significetur, non facile fuerit pronuncia-
re, præsertim cum præter unum Columellam, quod quidē sciam,
nemo ea fuerit usus. Si tamen coniecturæ locus sit, quantum par-
tim ex iam citatis Columellæ locis, partim ex uarijs Catonis, Var-
ronis, & Palladij locis colligere licuit, crediderim Sampsas dici
ipsas oliuarum carnes mola inspersa leuiter communitas, & ossi-
bus liberatas, quæ deinde exprimuntur, oleumque fundunt, aut
aridis quibusdam herbis seminibusve conditæ, in usum cibarij
condimenti uere ponuntur.

SAMVS, *ni*, Cic. in Verr. Iuno Sami colebatur.

SANABILIS, *le*, [*Cosa atta a sanarsi*. Gal. *Facile & aisé à guérir*. Hisp. *Cosa que se puede bien sanar*.] *ἰασίμος*, qui sanari potest. Plin. lib. 29.
cap. 4. Alpides percussos torpore, & somno necant, omnium ser-
pentum minime sanabiles. Ouid. 1. de Rem. amor. Vidi ego, quod
primo fuerat sanabile uulnus, Dilatum longæ damna tulisse mo-
ræ. Cic. 4. Tusc. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut immiseri
cordes, aut inuidi, aut tale quid, ij sunt eiusmodi constituti: quasi
mala ualetudine animi, sanabiles tamen.

SANATIO, *nis*, [*Il restituire la sanità*. Gal. *Guarison*. Hisp. *Obra de sanar*.]
ἰασις, ualetudinis restitutio. Cic. 3. Tusc. Cumque ad corporum
sanationem multum ipsa corpora, & natura ualeant, &c. Et paulo
post. Eorum igitur malorum in una uirtute posita sanatio est.

SANATES, dicti sunt, qui infra, supraque Romam habitauerunt: quod
nomen ijs fuit, quia cum defecissent a Romanis, breui post redie-
re in amicitiam, quasi post sanata mente. Itaque in *χ ι ι* tabulis
cautum est, ut idem iuris esset Sanatibus, quod fortibus, id est bo-
nis, & qui nunquam defecerant a pop. Roma. Hæc Festus.

SANCIO, *cis*, ciui, citum, uel *xi*, *atum*, [*Consecrare, ordinare*. Gal. *Ordonner
& decerner*, *establi* & *confermer surpeine grande au transgresser*.
Hisp. *Establar, ordenar, consagrar*.] *κύρω*, Ratum, Rabilio, ratum fa-

rio, firmo: a sanguine, ut putatur, dictum, eo quod mactatæ hostiæ sanguine fœdera soleant confirmari, ut est uidere apud Liu. lib. 1. ab urb. cond. ubi uetustissimum fœdus inter Romanos Albanosque initum porcæ immolatione docet sancitum fuisse. Hinc etiam Seruius, explicans illud Virg. 12. Aeneid. Audiat hæc Genitor, qui fœdera fulmine sancit: Sanctum, inquit dicitur, quasi sanguine consecratum. Vnde & Sanctio uocatur lex cum terrore pœnæ. Sed de hoc suo loco. Est itaque Sancire, sancte aliquid & inuolubiler constituit. Cic. de Antic. Hæc igitur prima lex in amicitia sancitur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogari. Idem 1. de Leg. Populariter interdum loqui necesse erit, & eam legem, quæ scripto sanciat quod iust, aut iubendo, aut uerando, ut uulgus appellat. Cæsar. 1. Bel. 1. Ciu. Hæc quo facilius certisque conditionibus sancitur, aut, &c. Horat. 1. Seru. Saty. 3. Eheu, quam temere in nosmet legem sancimus iniquam. Cic. ad Attic. lib. 10. Ego uero Solonis popularis tui, ut puto etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis fuisset, id est, legibus suis capitis pœnam statuit. Idem de Arusp. resp. Hoc si minus iure ciuili perscriptum est, legamen naturæ, communi iure gentium sancitum est, id est, receptum, & corroboratum. Legitur & Sanctus, a, um, partic. a supino Sanctum. Liu. 10. De prouocatione legem diligentius sanctam. Hinc deducitur & Sanctus, a, um, nomen: & Sanctio, onis, de quibus paulo post suo loco.

SANCTE, aduer. [*santamente. Gal. saintement. Hisp. sanctamente.*] *o' of as*, idem quod religiose. Cic. pro Fon. Ab his quicquam sancte, aut moderate dictum putabitur: Plaut. Cap. An tu dubium habebis, etiam sancte cum ego iurem tibi? Aliquando idem quod firmiter & constanter. Cic. Licin. lib. 5. epist. Meque ea quæ tibi promitto, ac recipio, sanctissime esse obseruandum, diligentissimeque esse facturum. Hinc compositum *Per sancte*. Terent. Hec. Thais per sancte deierat. Pla. per sancte iurauit te facturum.

SANCTIFICATIO, as, [*santificatio.*] *ἀγίασις*, consecro, diuinis honoribus prosequor, quasi sanctum facio. A quo Sanctificator, Sanctificatrix, Sanctificatio. quæ apud Ecclesiasticos scriptores nusquam non occurrunt, classicis tamen linguæ Latinæ auctoribus, parum recepta.

SANCTIMONIA, æ, [*santità.*] *ἀγιότης*, idem quod sanctitas. Cic. pro Quinct. Quid mihi inquit, cum ista sanctimonia summa, ac diligentia? Idem pro Rabir. Mentis, quæ ex hominum uita ad Deorum immortalium religionem, sanctimoniamque demigrarunt.

SANCTIO, nis, [*Confirmatione, ratificatione. Gal. Ordinance, ratification, confirmation. Hisp. Establecimiento.*] *βεβαιωσις*, modo idem quod confirmatio, seu ratificatio: ut Sanctio fœderis, apud Ciceronem pro Corn. Balb. Modo idem quod constitutio, promulgatio, decretum. Idem ibidem. Sanctiones sacratæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione, & consecratione legis, aut pœna cum caput eius, qui contra facit, consecratur. Sanctio (inquit Seruius) laico legis est, cum terrore pœnæ. Cic. 6. Verr. Nisi uehementius homini minatus essem, nisi legum sanctionem, pœnamque recital sem, tabularum mihi potestas facta non esset. Idem ad Attic. lib. 3. Sed uides numquam esse obseruatas sanctiones earum legum, quæ abrogantur.

SANCTITAS, itatis, [*santità. Gal. sainteté. Hisp. santidad.*] est quædã (ut ita dicam) uenerabilitas, quæ proprie est Deorum immortalium, eorum, uel qui uix continentia quam proxime ad Deos immortales accedunt. Cic. 1. Off. Deos placatos pietas efficit, & sanctitas. Idem pro Cælio. Si matresfamilias secus, quam matronarum sanctitas postulat, nominamus. Idem. 2. de Fin. Iam si pudor, si modestia, si pudicitia, si uno uerbo temperantia, pœnæ aut infamiz metu coarctebuntur, non sanctitate sua se tuebuntur.

SANCTITUDO, nis, [*santità.*] *ἀγιότης*, idem quod sanctitas. Cic. 4. de rep. ut citat Nonius: Eodem terminis hominum curæ atque uitz sic Pontificio iure sanctitudo sepulturæ. Accius in Tereo, apud eundem. Alia hic sanctitudo est, alius & nomen & numen Iouis.

SANCTOR, oris, idem quod sancitor: ut, Sancto legis. Tacit. lib. 3. Ser. Tullius sancitor legum fuit.

SANCTUARIUM, rij, [*santuuario.*] *ἀδύτων*, abditissimus templi locus, sacrarium. Sanctuaria quoque Mithridatis appellauit. Plin. lib. 23. c. 8. quæ alio loco uocat Arcana, Plutarchus *ἀρκοίητα*. In sanctuarijs, inquit, Mithridatis maximi regis deuicti Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti.

SANCTVS, a, um, [*santo. Gal. saint & sans tache de vice. Hisp. Santo, dedicado a Dios.*] *ἅγιος*, interdum idem quod pius & religiosus, angustus: proprieque de dijs rebus diuinis dicitur, iijue qui quadam maiestate, uitzque innocentia ad deorum immortalium uirtutem quam proxime accedunt. Cic. post reditum. Numenque uestrum æque mihi graue & sanctum, ac Deorum immortalium, erit. Cic. 2. de Nat. Deor. Astypalæa insula Achillem sanctissimum colit. Idem de Arusp. resp. Id omnibus; semper sanctum, augustum, & re-

ligiosum esse uisum est. Sancta loca, dicuntur quæ aduersus iniuriam & uim religione quadam mununtur, & ut inquit Donatus, quæ omni obseruatione inuolata sunt. Sanctum (inquit Martianus de rerum diuisione) proprie dicitur, quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. Interdum Sanctum idem est, quod Sanctio subnixum: ut, Sanctæ leges, quibus pœna statuitur in uiolutores. Sanctum inquit Vlp. de uerb. sign. dicitur, quod neque sacrum est, neque profanum, sed sanctione aliqua firmatum. Interdum idem quod purum & impollutum. Virg. 12. Aen. Sancta ad uos anima, atque istius inscia culpæ Descendam. Idem. 11. Aen. Tuque o sanctissima coniux Felix morte tua: id est, castissima coniux.

SANDALOTIS, Sardinia, insula denominata est. ab effigie sandalij, hoc est, soleæ: unde & nonnulli Ichnusam uocant, a similitudine uestigij, quod Græce *ἰχθυος*, dicitur. Plin. lib. 3. cap. 7.

SANDALIVM, *σάνδαλον*, Luciano, muliebris calcamenti genus. Ter. in Eunuch. Vtinam tibi committigari uideam sandalio caput. Hinc Sandalarius Apollo dictus est, a uico, cuius meminit Gel. lib. 17. In Sandalario forte apud librarios fuit. Item Sandaligerula, *σάνδαλιος*, quæ sandalij utitur. Plaut. Trin. Ducitur familia tota, Vestispicij unctor, auri custos, flabelliferæ, sandaligerulæ, Cantrices, cistellatrices, nunciij, renunciij, raptores panis & pœni.

SANDALVM, dali, farris Gallici genus, plus alio quouis farre panis reddens. Plin. lib. 18. capit. 7. Galliz quoque suum genus farris dederit, quod illic Brance uocant, apud nos sandalum, nitidissimi grani.

SANDALIDES, *σάνδαλιδες*, palmæ genus, a similitudine sandalij dictum. Plin. lib. 13. cap. 4.

SANDAPILA, æ, [*Catalecto.*] genus feretri, quo tenuiorum cadauera efferebantur. Mart. lib. 8. Grandis in angusta sarcina sandapila. Hinc Sandapilarij, qui pauperum cadauera in sandapila efferebant.

SANDYX, *σάνδυξ*, coloris rubri genus, quod fieri solet ex cerussa uehementius adusta, teste Galeno ad finem lib. 9. Simplicium. Plin. & ex sandaracha fieri tradit, æqua parte rubricæ admista. Quo in loco & Virgilium tacitæ imperitiz uidetur reprehendere. quod sandycem herbam esse crederit cum ait, Sponte sua Sandyx parcentes uestiet agnos. Verum (quod uiri totius memoriz doctissimi bona cum uenia dictum uelim) eo ex uersu colligi non potest, Virgilium Sandycem pro herbæ genere posuisse. quod & ante nos annotauit Vir. Mar. eo capite, quo de Sâdaraca agit Diof.

SANE, [*Certamente, ueramente. Ga. Certes, uerayement. Hisp. Ciertamente.*] *μέντοι*, aduer. quandoque affirmatiue ponitur, pro eo, quod est, certe: ut, Ita sane, Sane uero. Cic. ad Lent. lib. 1. Sane moleste Pompeium id ferre constabat. Quandoque permissiue, quando aliquid aduerfario tribuimus: ut Sic sane, ut uis, pro esto ut uis. Cic. Quid enim habet commodi? quid non potius laboris? sed habeat sane. Quinct. Tulerit sane filius noster merito pœnas, dederit spiritum supplicio, nihil de præteritis loquimur: quasi dicat, Esto ita, ut uis. Quandoque ponitur pro ualde, quoniam qui sanus est, ualidus est. Suet. Bellum sane difficile gessit. Iungitur nonnumquam cum &, affirmatiuaque est. Quinct. Et sane quis concipiat uel declamantis habitum, uel orantis uocem, incestum, pronunciationem, illum denique animi, & corporis motum? Item cum quam. Gellius: Sane quam utile est. Non sane, pro non admodum. Cic. 2. de Finib. Post enim Chrypsippum non sane est disputatum. B. idæus. Sane bene, id est bene quidem. Cic. pro Quinct. Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sane bene culta & fructuosa. Ponitur aliquando in principio, Cicer. 3. de Nat. Deor. Sane restat; ut qualis eorum natura sit, consideremus. Ponitur aliquando profatis. Cic. Sopater, cum hoc illi inprouisum accidisset, commotus est sane. Aliquando pro multum. Terent. in And. Sane pol illa temulenta est mulier.

SANESCO, is, [*sansari.*] *ὑγιαίνω*, sanus fio. Col. lib. 6. cap. 7. Vulnera dum sanescunt. Hinc Consanesco. Idem lib. 4.

SANGVICVLVS, *αιματιον*, sanguis hædi, siue suis, in cibum formatus, Plin. lib. 28. cap. 14.

SANGVINO, guinas, guinare, [*Insanguinare. Gal. saigner, getter sang. Hisp. Ensangrentar haciendo sangre.*] *αιμαίνω*, est sanguine manare. Quinct. in Decla. 10. tum repetitis sanguinantes plantibus iam conualescentes lacerti. Et iterum: Mulier, quæ sanguinantes porrigit ad iudicem lacertos. Tacitus in Dialogo de Oratoribus: Nam lucrosa huius & sanguinantis eloquentiz usus recens, & malis moribus natus.

SANGVINARIA, herba est quam Græci a multitudine geniculorum *πολύγονοι*, appellant. Sanguinaria dicta, propterea quod succus eius infusus naribus supprimit sanguinem. Col. lib. 8. cap. 5.

SANGVINARIVS, naria, narium, [*Crudele, sanguinario. Gal. Sanguinari, cruel. Hisp. Ensangrentador, cruel.*] *ὀϊκαίματος*, sæuus, & crudelis. Cic. Itaque grauem illam, ac sanguinariam uocem audiuius. Sic Sanguinarius homo, dicitur a Seneca, qui gaudet humano sanguine,

ae, & crudelis est. Cic. At. lib. 2. Megabrotus, & hæc sanguinaria iuuentus inimicissima est. Plin. lib. 15. c. 4. Tarquinius nuncium særum arque sanguinarium filio remisit ex horto.

SANGVINEVS, a, um, [*Sanguigno, pieno di sangue. Gal. Sanguin, de sang. Hisp. Llano de sangre.*] αἷματάδης, αἷματῖνος, modo ad corporis temperamentum refertur. Medicis enim sanguineus dicitur, cui plurimum insit boni sanguinis, hoc est, qui temperamento calido sit & humido: Modo de eo dicitur, quod ex sanguine constat: ut Imber sanguineus apud Cic. 1. de Div. Plin. 11. cap. 37. Costæ nullæ, nisi sanguineum pulmonem habenti. Ouid. 2. Met. At in Sanguineæ manant tāquam de uulnere guttæ. Interdum idem quod sanguinolentus, Idem 3. Trist. ele. 8. Pallentesque manus, sanguineumque caput. Modo ad animum refertur, & significat crudelē, cruentumque. Ouid. 13. Met. Hunc, ego sanguineæ successu cædis ouentem Eminus ingenti resupinum pondere fudi. Hor. 1. Car. O de. 27. Tollite barbarum Morem, ut recundumque Bacchum Sanguineis prohibete rixis.

SANGVINEVS, frutex a corticis sanguineo colore nomen accepit, uimina ferens lenta, uitibus, uincula suppeditantia, teste Plin. lib. 16. cap. 37. Virgæ sanguineæ ex sanguineo frutice detractæ. Plin. lib. 19. capit. 10. Sunt qui uirgis sanguineis tangant ea, quæ erucis nolint esse obnoxia. Idem. lib. 24. cap. 10. Nec uirga sanguinea felicior habetur. Cortex eius cicatrices, quæ persanauerit, aperit.

SANGVINOLENTVS, a, um, [*Sanguinolento, pien di sangue, tutto sangue.*] αἷματάδης, plenus sanguine, & sanguine conspersus. Varro de Vita pop. Rom. Itaque propter amorem imperiū magistratus gradatim seditionibus sanguinolentis urbem perturbauerit. Ouid. epi. 3. Vidi, quantus erat, fuscum tellure cruenta Pectora iactantem sanguinolenta uirum. Idem 1. Amor. ele. 12. Ille color uere sanguinolentus erat. Littera sanguinolenta, pro inuestiua, seu famoso libello. Idem in Ibin. Nullaque, quæ possit, tot scriptis millibus extat Littera Nafonis sanguinolenta legi.

SANGVIS, sanguinis, [*Sanguis. Gal. Sang. Hisp. Sangre.*] αἷμα, quod & Sanguen, neutri generis ab antiquis dicebatur. Lucr. Visceribus uiscus gigni, sanguenque creati. Dicitur autem proprie Sanguis, qui est intra uenas: Cruor uero, qui est extra uasa effusus. Cic. 2. de Na. Deo. In quem sanguis a iecore per uenam illam cauam influit, eoque modo ex his partibus & sanguis per uenas in omnem corpus diffunditur, & spiritus per arterias. Idem 2. de Ora. Reliquæ duæ, sicut sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fuscæ esse debent. Vir. 2. Aen. Nec soli pœnas dant sanguine Teucris. Detractio sanguinis, & Sanguinis missio, & Sanguinem mittere, & sanguinem detrahere, apud Cels. lib. 2. cap. 8. & 9. sæpius leguntur: Quia lib. 2. cap. 10. Impleat se declamator aliquando, dum sciat, ut quadrupedes, cum uiridi pabulo distentæ sunt, sanguinis detractione curantur. Sanguis ærarij, pro substantia in ærario contenta. Cic. 5. Ver. Quæ cum de populi Rom. uictu, de uestigalium neruis, de sanguine detraxisset ærarij, Tertiz mimæ condonauit. Plenus sanguinis, pro sanguinario. Plin. Bacc. Magistron' quemquam discipulum ministrarit? Nil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis. Sanguis, pro uigore ac ui, Cic. ad Atti. lib. 4. Amisimus, mi Pomponi, omnem succum & sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam ciuitatis: nulla est Res, quæ delectet, in qua acquiescam. Sanguis, pro prole, Virgil. 1. Aeneid. Troiano a sanguine duci Audierat. Idem 4. Aeneid. Sed fore, quæ grauidam imperijs, belloque frementi Italiam receret, genus alto a sanguine Teucris Proderet Idem 2. Aeneid. Hortatur fati, quo sanguine cretus. Cic. pro Ros. Ame. Magnam uim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. A sanguis fit compositum. Exanguis. Item denominatiuum Sanguineus eiuusque compositum Consanguineus: de quo suo loco.

SANGVISUGA, p. p. [*Sanguetta, sanguisuga. Gal. Vne Sangsue. Hisp. Sanguisuela.*] βδέλλα, uermis in aqua degēs, sanguinemque sepe lauitum exuens: qui & Hirudo dicitur. Plin. lib. 32. cap. 7.

SANIES, huius Saniei, [*Marcia. Gal. Sang meurtri ou uenant à corruption. Hisp. Sanguaça de la sangre.*] Ἰχθυή, sanguis corruptus, necdum ad puris albedinem, crassitudinemque coactus. Cic. in Pison. Saxa spargens, tabo, sanie, sanguine atro. Vir. 8. Aen. Et sanie, taboque fluentes. Celsus. 1. 5. Sanguis omnibus notus est. Sanies est tenuior hoc, uarie crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimum albidissimumque, glutinosius, & sanguine & sanie. Exit autem sanguis e uulnere recenti, aut iam sanescente: sanies inter utrumque tempus est: pus ex ulcere iam ad sanitatem spectante. Ponitur aliquando Sanies pro lanæ infectura. Plin. lib. 9. cap. 39. Rursusque carminata mergitur, donec omnem ebibat saniem. Sanies oleæ, est ipsa amurca, hoc est, sæx olei. Plin. lib. 15. c. 3. Oliuæ constant oleo, oleo, carne, amurca: sanies est hæc eius amara.

SANIOSVS, adiect. [*Marcio. Gal. saigneux, plein de sang meurtri. Hisp. Lleno de la sangre.*] Ἰχθυή, sanie, & impuro sanguine conspersus,

Plin. 7. cap. 15. Aut non uitales partus eduntur, aut saniosus, ut auator est Nigidius.

SANITAS, tis, [*sanitas, υἰγια, bona ualētudo, hoc est, status corporis actiones omnes suas probe obeuntis. Cic. 5. Tul. Corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, e quibus constat, sanitas est. Per translationem quoque de animo dicitur, cum ille functiones suas probe obit. Vnde Redire ad sanitatem dicimus, pro eo quod est respicere, Cicero Cass. lib. 20. 11. episto. Quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Cal. Septim. potestas facta est.*]

SANNA, æ, [*Irriessione, dileggiamento. Gal. Mocerrie. Hisp. Ronquido de escarrio.*] γλαδῆν, per duplex n, irrisio, quæ (ut inquit Hier.) ab occipitatione, quo uocabulo usus est Iuue. Sat. 6. In nunc, & dubita, qua sorbeat acra fanna Tullia. Et Pers. Sat. 1. Vos o patricius sanguis, quos uiuere fas est, Occipiti cæco, posticæ occurrere sanne. Hinc Sanniones & Sannij, ut inquit Prob. de quibus paulo post. Item Defanno, annas, quod est, per fastidium derideo. Subfanno, de quo alibi. Similiter Sannatores, γλαδῆσαι, qui eo modo irrident.

SANNIO, sannionis, [*Buffone. Gal. Mocerrie, le fol en un ieu ou en une farce. Hisp. El mofador de escarnidor, bono.*] γλαδῆσαι, Aristot. qui soluto risu, & contortis corporis rotius partibus quæpiam irridet, morsque aliorum tam inepto gestu exprimit, ut cum alios irrideat, ipse omnibus sit ridiculus. Cic. 2. de Ora. Quid potest esse tam ridiculum, quam sannio? Idem ad Papyrium, lib. 9. Salis enim fatias est sannionum parum.

SANO, as, [*sanare, guarire. Gal. Guérir. Hisp. sanar de otra cosa.*] ἰσῦσαι, sanum facio, redintegro, & incolumitati restituo. Cic. 4. Tul. Citiusque oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. Idem 3. de Natu. Deo. Nec enim Herculi nocere Deianira uoluit, cum ei tunicam sanguine Centauri tinctam dedit: nec prodesse Pheræo Iasoni is, qui gladio uomicam eius aperuit, quam sanare medici non potuerunt. Ouid. 10. Met. Habeo quod carmine sanet & his herbis. Vulnere reip. sanare, per translationem. Cic. 4. de Fin. Quæ hic reip. uulnere imponeret, eadem ille sanabat. Idem 2. in Cati. Quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, non tam ulcisci ludeo, quam sanare, & ipsos placare reip. Tibul. lib. 2. ele. 3. Nec potuit curas sanare salubribus herbis. Hinc sunt Con sano, & Refano, composita, quorum significationes supra explicantur suis locis.

SANVS, a, um, [*Sano. Gal. sain. Hisp. sano.*] υἰγις, integer, incorruptus, bene habens, prospera utens ualētudine, cuiusque partes omnes probe suas obeunt functiones, Cic. in Phi. Quasi medicus ille re sanum fecisset. Cato cap. 157. Cum plurimum ederit, tum citissime sanus fiet ex eo morbo. Propert. lib. 2. eleg. 13. Nec quisquam ex illo uulnere sanus abit. Cic. 3. Offi. Si quis medicamentum cui piæ dederit ad aquam inter cutem, eo medicamento sanus factus fuerit. Transferretur & ad animum. Vnde dicimus hominem sano mente, sanoque consilio, Terent. in Hea. Satis sanus es, aut sobrius? Cic. 2. de Na. Deo. Esse igitur deos, ita perspicuum est, ut id qui neget eum sanæ mentis non existimem. Hinc insanus, dicitur, cum mentis sanitas deest, hoc est, qui instrumentum principum animæ facultatum habet uitiatum. Vnde Insania, pro dementia; & Insano, pro deliro, desipio, mentis compos non sum: de quibus copiosius egimus suis locis.

SAPA, æ, [*Sapa, uinum cotto. Gal. Du uin cuit. Hi. La meloxa de arropo.*] σίποιος, a sapiditate, uinum est ex musto ad tertias decocto confectum. Græce σάπων, ab ἐπί, quod decoquere dicitur. Plin. lib. 23. c. 2. Vino cognata res sapa est, multo decocto, donec tertia pars superfit. Idem lib. 14. c. 9. Siræum, quod alij hepsēma, nostri Sapam appellant, ingenii non naturæ opus est, multo usque ad tertiā partem mensuræ decocto. Mar. Et Laletanæ nigra lagena sapa. Oui. 4. Fast. Lac niueum potes, purpureamque sapa.

SAPIENS, tis, [*Sapiente, saggio, saputo. Gal. Sage, prudent, bien auisé. Hisp. Sabio de prudente.*] σοφός, qui sapit. Cic. 4. in Caril. Misera mors sapienti non potest accidere. Hor. 1. epi. 7. Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratum. Tac. lib. 3. Cæteri ad sapientiora conuertere. Sapiens tribus modis dicitur: Primo, qui scientiam aliquam optime tenet: ut Arist. in philosophia, Acilius in iure ciuili. Secundo, qui per longam ætatem, rerum multarum cognitionem adeptus est: ut Cato. Tertio, qui circa præcepta bene uiuendi, & cognitionem uersatur; qualis fuit Lælius. Cic. de Ami. Vnum acceptum Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. Hinc Sapienter, aduer. Terent. in Andr. Sapienter uitam instituit. Cic. pro domo sua: Quia ius maioribus nostris, qui non fide & fallaciter populares, sed uere & sapienter fuerunt, ita comparatum est, &c. Idem Curioni lib. 2. Nemo est, qui tibi suadere sapientius possit te ipso. Ouid. 13. Met. Per siquid superest, quod sit sapienter agendum &c.

SAPIENTIA, æ, [*Sapientia. Gal. Sageffe. Hisp. Sabiduria o prudentia.*] σοφία, est, ut ait Cic. 4. Tul. rerum diuinarum, atque humanarum scientia,

scientia, cognitioque, quæ cuiusque rei causa fit. Idem 2. Offi. Sapientia est, (ut à uerbis philosophis definitum est) rerum diuinarum & humanarum, causarumque, quibus hæ res continentur, scientia. Idem 1. Offi. Princepsque omnium uirtutum est illa sapientia, quam σοφία, Græci uocant, & qui eam profiteretur, Sapiēs, appellatur. Vnde qui nunc philosophi dicuntur, primum σοφοί, à Græcis, à nostris Sapientes dicebantur, Neque quemlibet eo nomine olim dignabantur. Vix enim septem eodem tempore inuenit Græcia, quibus id nominis deferret: quorum nomina & patria sic se habent, Thales Milefius, Solon Salaminus, seu atheniensis, Chilon Lacædemonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Pryenæus. Cleobolus Lydius, Periander Corinthius. Sed postea Pythagoras primus non Solum se, sed philosophum appellauit: hoc est, non sapientem, sed sapientiæ amatorem. & scientiam ipsam, non Sophiam, sed philosophiam nuncupandam existimauit, quod hominum neminem, sed solum Deum sapientem iudicaret.

SAPIENTIPOTENS, tis, pen. cor. qui sapientia multum ualet, quem admodum Bellipotens, qui plurimum potest bello. Est autem uox Enniana: satis dure composita. Cicer. 2. de Diuin. Postremo quamquam semper fuit, ut apud Ennium est, stolidum genus Aecidarum, bellipotens magis, quam sapientipotens, tamen hanc uersus amphibologiam intelligere potuisset.

SAPINVS, pen. pro. ἐλάτη, pars est abietis inferior, quæ enodis est, sicut superior, quæ nodosa est, Sufterna. Hodie tamen uulgo Gallorum totam arborem sua lingua Sapinum uocat. Vide Plin. libro decimosexto capit. 39. Sapineus, a, um, ἐλατίνος, quod ex Pino est. Columel. libro 12. capit. 5. Alii nucibus ardentibus sapineis efficiunt.

SAPIO, pis, piui, uel sapii, sapitum, p. p. [Hauer sapore, esser sanio, Gal. sentir, auoir saueur & goust. Hispan. Tener sabor.] χυμίζω, uel sapui, sapitum, p. c. proprie pertinet ad sensum gustus, proprieque res ipsa sapere dicitur, quæ habet in se aliquem saporem. Iuu. Satyr. 11. Qui meminit, calidè sapiat quid uulua popinæ. Cic. 2. de Fin. Non enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Col. lib. 7. cap. 8. Nec dubium, quin sic ramulis glaciatus caseus iucundissime sapiat. Hinc Sapor, & Sapidus: quorum significationes uide suis locis. Transfertur & ad animum, pro sapientem esse, seu rectam sententiam uel opinionem habere, Terent. in Eun. Si sapii, neque præterquam quas ipse amor molestias, habet, addas & illas, quas habet, rectè feris. Mar. Nubere uis Prisco? non miror, Paulia sapisti. Cic. 2. Offi. Quem qui audiunt, intelligere etiam & sapere plus quam ceteros, arbitrantur. Quandoque datio iungitur. Plaut. in Trin. Habent tu amicum, aut familiarem, cui pectus sapiat? Hic sapit rem suam, idest, scit quid sibi agendum sit. Sapit ad genium idest, nouit currare cuticulam, & indulgere genio. Accipitur etiam Sapiro pro refero, ut illud apud Persium, Cum sapiamus patruos: hoc est, cum sapientiam patruorum referimus, ad hunc modum dicimus: Liber hic sapit hæresim: Phralis sapit Græcanismum: hoc est refert hæresim, uel Græcanismum. Huius composita sunt, Desipio, & Resipio, quorum significata explicantur in uerbo Desipio.

SAPOR, oris, [Sapore. Gal. saueur, goust. Hisp. Sapor de lo que se gusta.] χυμός, est qualitas illa, quam gustu dignoscimus. Saporum uero decem sunt genera, ut docet Plin. lib. 15. cap. 27. scilicet dulcis, sua uis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, & salus. Cicer. 3. de Fin. ut enim mel, & si dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis non comparatione cum alijs dulce esse sentitur. Plin. lib. 15. cap. 28. Quæ odorata, non eadem in gustu tenera: quia non sunt pariter odor & sapor. Quamobrem citre is odor acerrimus, sapor asperissimus, quadamtenus & cotoneis: nullusque odor ficis. Virg. libro quarto Geor. Asper in ore sapor. Quinct. libro primo capit. 1. Vt sapor, quo noua imbuas, durat, &c. Ponitur aliquando Sapor per translationem pro iucunditate sermonis. Cicer. de Cla. Ora. Grauius obruebat nescio quosapote uernaculo.

SAPHIRATVS, σαφειρωτής, saphiris intertextis uariatus. Sidon. ac si sub uersicoloribus figuris uernaas herbida crustas saphiratos.

SAPHIRVS, pen. cor. [Saffiro.] σαφειρος, lapis pretiosus, coloris aeris, aureis punctis collucens: de quo uide plura apud Plin. libro 37. cap. nono.

SAPHO, σαφώ, insignis Poetria fuit, carminis inuentrix, quod ab ea Sapphicum appellatur. Ferunt nonnulli fuisse duas hoc nomine, quarum una Eresia, quæ & antiquior Lyrica: qua tempestate Alecus claruit, Terpichorus, & Pittacus, tempore Tarquini Prisci. Ea plectrum prima inuenit. Scripsit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Altera Mitylenæa, longe iunior, cuius pulcherrimum opus ad amicum Phæonē extat. Scripsit & alia multa apud Græcos, ut merito nona inter Lyricos poetas annumeretur, Antipater autem Sidon. sic de ea scribit: τιμω-

ὄντω, ἐλεδάμβος, ὅττις ἐκλυε τῆς μυσθόνων, σαφούς, μιδεκάταν μύσαν ἐχρ σιβροτι, idest Mnemosynem matrem Musarum cepit stupor, quando audiuit d. al. c. f. onam Sappho, Nunquid decimam Musam habent mortales?

SAPRYM, σαπρύν, Plin. lib. 28. c. 9. appellat casei quoddam genus putridum quod cum sale & forbis liccis e uino tritum epotumque medetur cœlitacis, Græci σαπρύν, uocant putridum: uide & σαπρῶδες, dicitur, qui putridis uestuntur: & uerbum σαπρῶδες, quod est putridis uesti. Quo quidem uerbo etiam Mar. utitur l. 3. Nescio quod stomachi uitium secretius esse Suspicer: ut quid enim Bætica σαπρῶδες?

SAPSA, a ueteribus dictum est pro ipsa, uel seipsa, Ennius. Quæ res lapsam loco sese ostendat.

SARCIMEN, σαρκί, satura. Apul. Tunc tenui sarcimine summas oras eius adæquauimus, & iuncturæ rimam setæ densitate sephimus.

SARCINA, æ, p. c. [Carica, peso. Gal. Charge, sardean, paquet qui non porte. Hisp. La carga ó sarca, ó sarda.] σακίον, proprie utensilium est, & eorum quæ ad cultum & ad similem usum pertinet, ueluti fascis, quem quis in itinere faciendo comportare possit. Plau. in Molt. Hinc specularior procul, Vnde aduenient larcinam imponam leui. Hinc milites, cum castra mouere uolunt, Sarcinas, colligere dicuntur. Et qui in aliam domum immigrant, Sarcinas suas componere solent. Cœl. 2. Bel. Gal. Cum prima legio in castra uenisset, reliquæque legiones magnum spatium abessent, hanc sub sarcinis adoriri. Oui. Epist. 3. Non sum classi sarcina magna tuæ. Res etiam nostras domi cistis capsisque compositas, Sarcinas, uocamus. Quin. Iacent relicta sine hærede sarcinæ. Per translationem quandoque Sarcina ponitur pro inutili onere. Sarcinula, æ, dim. Iuu. Sat. 3. Quis gener hic placuit censu minor, atque puellæ Sarcinulis impar?

SARCINATRIX, cis, [Sarcinatrix. Gal. r. uandense, radoubense. Hisp. La sacra de uestiduras.] σαρκίς, mulier quæ uestes luit, & reficit. Caius in l. & ancillarum de Pecul. Maxime si qua sarcinatrix, aut coctrix erit, aut aliquod artificium uulgare exerceat.

SARCINO, as, [Ripezare.] σαρκίς, sarcinas conficio. Interdum Sarcinare capitur pro suere, Hinc Sarcinator qui luit, & uestes reficit. Luci. Sarcinatore esse summum, suere centonem optime. Plau. in Aul. Petunt fullones, sarcinatos petunt. Paullus in l. fal. fo. ff. de furtis. Fullo, uel sarcinator, polienda, & facienda uestimenta accepit ex contractione eorum furtum facit. Sarcinatus, adiect. sarcinis onustus. Plau. in Pœn. Vident homines sarcinatos consequi? Huius compositum est, Con sarcino, quod est sarcinas colligo. Gel. libro primo. Versus hi sunt Cæcilij trunca quædam ex Menandro dicentis, & con sarcinantis uerba tragici tumoris.

SARCINARIVS, a, um, adiect. quod ad sarcinas pertinet: ut, Sarcinariu iumentum, quo sarcinæ uehuntur. Cæf. 1. Bel. Ciu. I li & inopia pabuli adducti, & quo essent ad id expeditores, omnia sarcinaria iumenta interficere iubent.

SARCIO, cis, sarcis, sartum, [Cusire ueste. Gal. racoutrer, refaire, reparer. Hisp. Coser ó zarzar.] σαρκίον, uestes conluo. Vnde Sartores dicti, qui uestes sarciant, uel resarciant. Accipitur & pro restituere, instaurare, Vnde Sarta tecta opera publica, quæ locantur ut integra præstentur. Dicimus autem Exigere sarta tecta, Locare sarta tecta, Conducere sarta tecta, Tradere sarta tecta, Habere sarta tecta, Præstare sarta tecta. Locabant sarta tecta Censores, exigebant ipsi quoque Censores, interdum Aediles, aliquando et Prætores, nec nisi cum senatus decreuerat: tradebat, habebat, præstabant, conducebant sarta tecta redemptores. Dicimus interdum cum coniunctione Sarta tecta que, & Sartum & tectum. Utuntur antiqui hac locutione per translationem. Cic. ad Arsitium lib. 13. epist. Hoc mihi da, atque largire, ut M. Curium sartum & tectum, ut aiunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia syncerum, integrumque conferues. Plau. in Trin. Sarta tecta tua præcepta pater usque habui mea modestia, hoc est, exacta, & constanti undique obedientia, præceptis tuis parui. Per translationem ponitur pro damnum soluere, reparare, Pacui Tu damni nostri causa fuiti, tu nobis sarcio, ut debes. Col. lib. 9. cap. 15. Quæ cum fuci aliquam partem cibatorum absumunt, sarciendo, damna fiunt agiliores. Dicimus quoque Sarcire detrimentum, pro reparare. Cæf. primo Bel. Cicer. Dum sarcire acceptum detrimentum uolunt, temere infecuti fugientes, in locum iniquum progrediuntur. Sarcire infamiam. Cæf. 3. Bel. Cicero Exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor, tantumque studium infamiz sarcierendæ, ut nemo aut Tribuni, aut centurionis imperium desideraret. Generis lapsi sarcire ruinas. Virgil. 4. Georg. de Apibus: Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes Incumbent generis lapsi sarcire ruinas. Sartus, a, um, parti. Hor. 1. epistol. An male sarta Gratia nequiquam coit, & rescinditur? Hinc componitur Resarcio pro instauro, & quasi nouam formam induco.

SARCOPHAGUS, p.c. *σαρκοφάγος*, lapidis siue marmoris genus, quod circa Aflum Troadis exardit, in quo corpora defunctorum condita, absumi intra quadragiesimum diem constat exceptis de tribus. ut tradit Pl. l. 36. c. 17. Unde, & nomen habet, a Carne edenda. *σάρξ σαρκός*, enim caro est *φαγω*, comedo. Unde conuenienter pro sepulchro poni consuevit. Iuu. Sat. 10. Sarcophago conuētus erit. Aug. lib. 18. Ciu. Quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes iam sarcophagum uocant, *σορός*, Græce dicitur, a nostris pro sepulchro usurpatur.

SARCULO, las, [*Αραγε, & Σαρρατο. Gal. Sarcler. Hisp. Escardar los panes.*] *σακλιζο*, sarculo abscindo. Columel. libro quinto. Primo plantæ sarculari debent, ita ut simplex stylus altitudinem maxime serobis excedat. Sarculario, sarculationis, uerbale, idem quod sarritio: Plinius libro decimo octauo capit. primo. Sarculario iudicatum hyberno rigore solis trititiam laxat temporibus uernis.

SARCULVM [*Σαρρα, αρραγε, sarchiello. Gal. Sarcloir, ou sarcler. Hisp. Escardillo para escardar.*] *σακλις*, genus ratri, hoc est, cratis illa dentata, quia segetes herbis purgantur: a sarritendo, ut inquit Var. Car. cap. 10. sarcula octo, palas quattuor. Alij putant esse ligonem aut simile ali quod inritumentum ferratum, quo terra foditur. Hor. lib. primo Car. Gaudentem patrios sarrere sarculos Agros. Ouid. di. 1. Fat. Sarcula cessabant, uerisque in pila ligones. Plin. lib. 18. cap. 18. Certe sine hoc animal (bonem intelligit) montanæ gentes sarculis arant.

SARDANAPALVS, p.p. *σαρδανάπαλος*, ultimus Assyriorum rex & tritimum s a Niuo, omni libidinis mollietieque genere effœminatissimus adeo, ut non erubuerit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes lasciuia anteire. Quamobrem indignati Assyrij tali fœminæ parere, duæ Arbace deiciscentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui uictus, in regiam se recepit, & extructa pyra, se atque diuitias in incendium misit. Ouid. in Ibin. Inque pyram tecum charissima corpora mittas, quam si nem uita Sardanapalus habet. Eius epitaphium refert Cic. lib. quinto Tus. quærit. Hæc habeo, quæ edi, quæ exaturata libido. Haurit: illa iacent nulta & præ clara relicta. Quid aliud, inquit Ari. in bouis, non in regis sepulchro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit, quæ ne uiuus quid diutius habebat, quæ fruebat. Suidas refert in Niuo, monumentum habuisse, cui hæc fuerint inscripta, Sardanapalus Anacyndaraxi filius, Anchialon, & Tarfos uno die extitit. Tu autem o hospes, ede, bibe lude, cum quibus reliqua mortalium omnia non sunt conferenda. Vide plura de hoc apud Iustinum, libro nouo, & Diodorum Siculum Bibliothecæ, libro octauo.

SARDI, orum, *σαρδός, σαρδῶσι*, Sardinia incolæ, qui ob insignem utilitatem, nequitiamq. in proverbium abierunt. Cic. l. 4. epi. Habes Sardos uanales, alium alio nequiores.

SARDIANI BALANI, *βαλανοί σαρδιανοί*, a Græcis dictæ sunt castanæ, quod circa Sardis primum fuerint inuentæ. Plin. lib. 15. cap. 13.

SARDINIA, [*Sardigna.*] *σαρδῶς*: Ste. insula est, teste Sal. in Mari Libyco ita dicta a Sardo, Hercules filio (sicut Strab. & Soli. scribunt) qui e Libya ueniens, cum multitudine colonorum, insulam occupauit, cum antea Sandaliois appellaretur, ab effigie soleæ, quam Græci *σανδάλιον*, uocant. & Inchinusa, a similitudine uestigij, quod Græce dicitur *ἰχθυος*, Huius latitudo est millium passuum nonaginta octo, longitudo ducentorum uiginti: quamquam alij stadia multa adijciant. Habet hæc insula a Septentrione montes editissimos, qui prohibent quo minus a Borea possit perflari, quo fit ut aeris pestilentia maxime sit obnoxia. Quo nomine etiam olim tam male audiuit, ut M. Cic. Q. Fr. noneat etiam tunc cum optime ualeret, meminisse cum debere; in Sardinia ipsum esse: & alibi, Tigellium quendam Sardum hominem esse ait patria sua pestilentiotem. Mart. quoque Sardiniam Tyburi, tamquam saluberrimo loco pestilentissimum opponit. Nullo (inquit) fata loco possis excludere: cum mors uenerit, in medio Tybure Sardinia est. Mirum in ea insula neque lupum gigni, neque serpentem reperiri. Habet ciuitates multas, sed omnium preclarissima Calaris est, ubi coraliorum piscatio est. In qua diu Augustini ossa tandiu conuiuere, quo ab Heliprando rege Papiam translata sunt. Hæc ciuitas Isolea prisca appellabatur, ab Iole illa, quam Hercules perditissime amauit. Insulam Pœni occupauere, sed a Romanis expulsi primo bello Puni. eandem amiserunt. A Sardinia Sardus, Sardo, & Sardinienfis adiectiua sunt. Est & Sardinia piscis genus, ad condimenta, & salituras utilis, apud Italos plurimus. Col. lib. 8. cap. 17. Tabentes haleculas, & salibus exesam chalcidem putreque Sardiniam.

SARDO, as, [*Intendere.*] *σάρδι*, uerbum est obsoletum, quo antiqui utebantur pro intelligere. Neuius apud Festum. Quod bruti nec fates sardat e queunt.

SARDONYCHATUS, *σαρδονυχάτος*, sardonyche ornatus, Mart. lib. 2.

Cuius & hinc lucet sardonychata manus.
SARDOVS, a, um, *σαρδός*, possessiuum a Sardinia. Ouid. l. 4. Fast. Sardoque regna hinc tris respicit a remis. Herba Sardo. Virg. 7. celo. Imo ego Sardois uidear ubi amator herois.

SARI, *σαρίς*, ne. ge. genus fruticis proueniens in aqua, radice dura, in tortaque ferrarijs officinis utilis. Pl. lib. 13. cap. 23.

SARISSA, [*Λαμία, λαιζαρίσσα.*] *σαρίσσα*, halita prælonga, qua Macedones in bello utebantur. Liu. l. 7. Bel. Mac. Prælongas hanc Macedones sarillas uocant. Aelia. docet, Sarillam esse lanceam, qua utitur phalanx Macedonica longitudine quattuordecim cubitorum, quorum duo manus continent, reliqua a duodecim prominēt. Inde *σαρίσσος*, qui sarillas gerant. Ouid. l. 2. Met. Qui clypeo, gladioque Macedonicaque sarilla. Luc. lib. 8. Primi Peilæas arcu fregere sarillas.

SARMATÆ, *σαρμάται*, St. pha. populi Scythiæ iuxta Canubium, in Mæoticam paludem uergentes, qui & Sauromatæ dicuntur, & regio eorum Sarmatia dicitur. Pl. lib. 4. Sauromatæ gentes Scytharum Græci uocant, quas Sarmatas Romani dicunt. Dicit Sauromatæ, ab oculis lacertarum, *σαίρες*, enim lacerta est, *ἄμμα*, oculus. Nomina diuersa habent. Sarmatæ, habitant montes, & salutes, utantur plaustris pro domibus, pascunturque lacte equino: unde quidem eos *ἰππογαγυς*, hoc est, equarum mulfores: alij *γαλακτοπόγυς*, hoc est, lacte uescentes appellant. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui sanguinem equinum lacte mistum potant, quos uocat Geonon, Virg. l. 1. Geo. Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus, Cum fugii in Rhodopæan, atque in deserta Getarum: Et lac concretum cum sanguine potat equino. Item Sarmatæ alij sunt, qui equino sanguine e cruribus detracto, farinaque commisto aluntur. Alij etiam qui pro uictimis homines immolant. Alii bellorum & cadis amatorum, quibus bellicibus mos est cruorem eius, quem primum interemerunt. ex ipsius uulneribus bibere, & ut qui, que plures interemerit, ita apud eos eximius habetur. Sunt & in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina uescuntur. alij qui humanæ carnis, alimento uitam ducunt, propter quod uocantur Antropophagi, *ἀπὸ τῶ φαγῶν τῶς ἀνθρώπων*, hoc est, ab hominibus edendis. Quid ab usu Plaustrorum Hamaxobitæ Pomponio, Hamaxobii Ptolemæo uocantur. Auri & argentæ, maximarum pestium ignari, permutatione rerum commercia exercent, atque ob seuitiam hyemis demersis in humum sedibus. Specus aut suffosia habitant: totum brachia corpus, & nisi qui uident, etiam ora uestiti. Horum meminerunt Plin. cap. 12. lib. 4. & Strab. lib. 11. A Sarmatia fit Sarmatis, tidis. Ouidius. Terreat haud maues Sarmatis umbra meos. Sunt autem duæ Sarmatiæ (secundum Prok) quarum una est in Europa, quæ ut (libro tertio scribit) a Septentrione Oceano terminatur, ab Occasu parte Getmanis, a Meridie Iazigibus Metanitis. In ea est Olbia, quam nunc Rusciam & Tartariam esse credunt. Altera Sarmatia est in Asia ut idem lib. 5. refert, quæ a Septentrione terra incognita terminatur, ab occasu Sarmatia Europæ, & Tanai fluuio. In ea sunt Cau. alij montes.

SARMENTA, orum, [*Sarmentii, gli tagli di uite bristati. Gal. Sarments de uigne. His. Sarmientos de la uid.*] *ἀμάρτις ἐσθνοπίδες, οὐρύανα*, uirgula superuacua, (inquit Festus) a uite abscissa. Virg. 2. Geo. Primis humum fodito, primus deuecta cremato Sarmenta, & uallos primus sub tecta referto. Cic. 3. Verr. Ligna & Sarmenta circunda re, ignem supplicere cœperunt. Frequentissime tamen etiam Sarmentum accipitur pro flagello adhuc in uite hærente, siue id frugiferum sit, siue sterile. Col. lib. 3. c. 10. Numerus uuarum, qui plerunque conspiciuntur in productissimo sarmento. Var. Rei ruit. lib. 1. cap. 31. Emucidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile fit. Inde Sarmentitius, a, um, quod est ex materia sarmentorum. Col. lib. 6. c. 26. Verum uulnera eius sarmentitio cinere linienda sunt. Hinc sarmentosus, adie. *σαρυνάδης*, quod plurimum habet sarmenti. Plin. l. 2. 5. cap. 11. Radice tenui, superuacua, sarmentorum.

SARPEDON, p.p. gen. Sarpedonis, p.c. *σαρπηδών*, teste Hom. l. Ili. 16. Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia, aut, ut Herodotus tradit in Polymneia eiusdem Iouis filius ex Europa, & frater Minois. Hic cum Lyciæ rex esset, & in armis strenuus, Priamo supplicia tulit aduersus Græcos, ubi cum multa edidisset uirtutis suæ documenta, tandem a Patroclo est interfectus. Corpus autem eius Iouis iussu ab Apolline e medio pugnantium sublatum est, & flumine ablutum, ambrosioque respersum liquore, ac indutum ueste, ad exequendum funus suis relictum. Vir. l. 7. Aen. S uous ubi Aecæidæ telo iacet Hector ubi ingens Sarpedon, ubi tot Simois, &c. Est & Sarpedon, Cilicia promontorium, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam a Pamphylia distinguit. Pöponius Mela. l. 1. in descriptione Ciliciæ.

SARACENI, [*Saracini.*] *σαρρακηνῶν*, populi post Nabathæos, a Saracæa (ut Stephanus inquit) quæ est pars Arabiæ. Pl. l. 7. cap. 28. Nabathæis, Thimauæos iuxerunt ueteres: nunc sunt Taueni, Sueleni, Sarraceni, Arrateni.

SARRACVM, p. p. [*Carro da nettura. Gal. Chariot à porter bois ou pierres. Hispan. Carreta de carga. Μαξα*, plautrum, siue uehiculari genus, quo ligna, & lapides uehi confueuerunt. Iuu. Saty. 3. Lunga cornicat Sarraco ueniente abies. Idem Sat. 5. Frigida eircum agunt pigri farraca Bootæ. Quint. lib. 8. c. 3. An cum dicit in Pisonem Cicero, cum tibi tota cognatio in farraco aduehatur: incidisse uidetur in fordium nomen.

SARRIO, ris, riu, ritum, [*Zappare, sarchiare. Gal. sarder les blez, ou biner les vignes. Hispan. Escardar. σκαλωω*, significat sarculis fodio, purgo: quod fit, cum segetes leuiter scalpendo rattris, a noxijs herbis purgamus. Pla. in Cap. Semper occant, priusquam sarrunt ruitici. Pl. lib. 18. Qui sarrunt, caueat ne frumenti radices effodiat. Hinc componitur Resarrio, quod est rursus sarrio. Idem cum hyeme prægelida captæ segetes essent, reseuerunt, resarrientes campos.

SARRITOR, p. p. [*Zappatore. Gal. sareleur, biner. Hispan. Escardador. σκαλωτης*, qui sarrit. Col. lib. 2. c. 13. Tritici modij quatuor, uel quin que bubulcorum: operas occupant quattuor, occatoris unam, sarritoris duas.

SARRITYRA, [*Zappamento. Gal. sarclurre, binure. Hispan. Obra de escardar. σκαλωτης*, purgatura, siue ipse sarrienti actus. Colu. libro II. capit. secundo.

SARTAGO, nis, [*padella. Gal. Poille à frire. Hispan. sarten para freir. τήγανον*, patella, in qua caro frigitur ἀπὸ τῆς σαρκός, hoc est, a carne nomen habens. Plin. l. 16. c. 11. Item terebinthinam in sartagine referuenti. Sartago loquendi. Per. Saty. 1. Hos pueris monitus patres infundere hippos Cum uideas, quæritne unde hæc sartago loquendi Venerit in buccas?

SARTOR, oris, [*Zappatore. σκαλωτης*, a sarrio, idem quod Sarritor, id est purgator. Pla. in Cap. Sator, satorq. scelorum, & mesosor, optime. SYN. Non occatore dicere debebas prius? Nam semper occant, prius quam sarrunt, ruitici. Est & Sartor, a Sarcio de quo supra egimus. Sartor inquit Nonius Marcellus, non solum a sarriendo, sed etiam a sarriendo deducitur, & tam eum qui sarrit, quam qui sarrit, significat.

SARTYRA, æ, idem quod sarritura. [*Zappamento. σκαλωτης*, hoc est frugum uinearum uel a noxijs herbis purgatio. Plin. lib. 18. c. 17. Sarritura nocere & uineæ, & segeti existimatur.

SAS, ueteres pro suas dixere, & Saum, pro eam. Enni. libro. 2. Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas. Idem li. quarto. Nec quisquam Philosophiam in somnis uidit, priusquam sam dicere cepit.

SATAGO, is, p. c. [*Astigare. Gal. Estre fart aspre à faire quelque chose, soigner et diligente à la faire. Hispan. Estar solcito ó congoxoso. διαπονημα*, ex Sat, & Ago, compositum uidetur: unde Sategi præteritum, Satactum supinum facit. Est autem Satagere, anxium esse, & distorqueri difficultate rei alicuius conficiendæ. Ter. in Hea. Nam hic Clinia, & si is quoque rerum suarum satagit, attamen Habet bene, & pudice eductam, ignaram artis meretriciæ. Aliquando significat diligenter esse, seu festinare, Pla. in Asi. Nunc satagit, adducit domum ei ultro, & scribit nummos. Quint. lib. 6. cap. 4. Afer, uenit Manlius Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, totum deicientem, & imponentem, non agere dixit, sed satagere.

SATANAS, [*Satanasso. σατανᾶς*, interpretatur aduersarius. Quo nomine appellatus est Diabolus, quod Christi aduersarius sit. Quicquid enim animæ ad Deum tendenti resistit, & aduersatur, & quicquid paci contrarium est, hoc Satanas esse nominatur. Sicut legitur in Regum libris: Quia suscitauit Deus Salamoni Satanã, aduersus eum qui erat pacificus.

SATELLES, satellitis, [*satellite, birro, Zaffo. Ga. satellite, gade de corps, sergent, ministre. Hispan. El que armado acompaña à otro. δουροφορος*, miles mercede conductus, ut ab Imperatoris latere non discedat. Lini. 2. ab Urb. Cum concursu ad clamorem facto comprehensum regii satellites retraxissent ad tribunal regis. Ouid. 5. Fast. Ille deæ cultos, ille satellites erat. Ci. contra Rull. Ianitores ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, eosdem ministros, & satellites potestatis. Satelles Iouis Aquila. Cic. 2. Tus. Ministri & satellites cupiditatum alicuius. Cic. 5. Ver. Qui primus certos intrueret, nomine decumanos, re uera ministros ac satellites cupiditatum tuarum. Satelles irem dicitur, qui fontibus capiendis præest, qui & Apparitor, & Viator dicitur.

SATIABILIS, satiabile, [*satiabile, che si satia. Gal. Aisé à saouler, et assouvir. Hispan. Cosa que facilmente se puede hartar. χηρσο*, qui satiari potest facile: cuius contrarium est Insatiabilis, inexplibilis. Salustius: Auaricia insatiabilis est.

SATIETAS, atis, [*satieta, sstidio, pienezza, abundanza. Gal. saoulement, repletion, assouissement. Hispan. hartura ó haffio. νόπος*, proprie idem est quod saturitas. licet frequentius accipiat pro fastidioso, quæ ex rei alicuius assiduo usu nobis ingignitur. Cicero. in Catonem, Omnino quidem, ut mihi uidetur studiorem omnium satietas facit uix satietatem. Quin. libro quinto. cap. 14. Et odium ex qua

dam seruitute, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium tulerit. Liu. lib. 4. Bel. Puni. Pluribus uos milites hortarer, si cum armatis dimicatio futura esset: inermes, incautos, ad satietatem trucidabit. pro eodem legitur & satis, tis, Terent. in Eunu. Vbi satias cœpit fieri, commuto locum. Sal. Hi saltibus occupatis externorum agros inuasere, frumentique ex inopia graui satis facta. Item Saties, ei, Sili. lib. 4. Nec finis, saties uel, noui: sed sanguinis ardor Gliscere.

SATIN, pro satine Ter. in And. Satin sanus es?

SATIO, as, [*Satiare, fastidiare. Gal. saouler, assouoir. Hispan. hartar hasta el haffio. νόπος*, Sat, deduci uidetur, & saturo seu expleo significat: pertinereque ad omnes sensus, & frequentem ad animû. Cic. in Catonem: satiari delectatione non possum, ut meæ senectutis requiem, oblectamentumque nocatis. Cic. in Paradoxis. Numquã expletur, nec satiatur cupiditas sitis. Ouid. 3. Trist. Elegia. 8. Fortitan hoc olim, cum iam satiauerit iram. Verum hæc translaticia sunt: proprie enim ad famis sitisque expletionem pertinet. Colum. libro nono. Satiatque semodius cibi in diebus singulis uicinos, centenos turtures. Ouid. octauo Metamor. Utque factum recipit de toto flumine terra, Nec satiatur aquis peregrinoque ebibit amnes. Satiatus, a, um, parti. Lini. secundo ab Urb. ubi illuxit: Romanus integer satiatusque somno, productus in aciem festum stando, & uigiliis primo impetu Volscum percussit. Iuu. Satyra. sexta. Et lassata uiris, nondum satiata recessit. Hinc componitur Exsatio, de quo supra suo loco.

SATIS, [*Affai, abundantemente, a bastanza. Gal. Asses, suffisamment. Hispan. Asses. εἰς, ἰκανῶς*, quantitatis aduerbium, idem fere significans quod abunde, uel quantum opus est. Cic. de Inu. Longum est quod pluribus sententijs ultra quam satis est, producit. Aliquando ponitur loco nominis: ut Satis eloquentiæ habeo. Hinc Satius comparatiuum, id est melius. Nam quamuis Satis significet quantitatem, Satius tamen comparatiuum qualitatem denotat, quia de riuationum non semper seruat sensum primitiui. Vir. 2. Ecl. Nonne fuit satius tristite Amarylloidis iras, Atque superba pati fallidia? Dicimus pulchre, Non satis est æstimare, pro eo quod est non posset quis satis æstimare, Plin. lib. 7. in præfat. Vt non sit satis æstimare, parens melior homini, an tristior nouerca fuit. Non satis habeat semel circuire dixit Cato. c. 1. id est, Non satis sit tibi, non sufficiat tibi, siue non sis contentus semel circuire. Iungitur Satis cum Super, & dicimus, Satis superque, id est satis, & plusquam satis, Cicero. 2. de na. de. Nam contra Epicurum satis superque dictum est.

SATISACCIPIO, [*μεσηνιάομαι*, accepto fideiussore caueo. Cic. p. Ros. Com. Qua de causa Flavius cum de tota lite faceret pactiorem, neque latilacciperet a Ros. neque absolueretur a Fannio, & c. Nam satis accedere dicitur creditor, cum accipit fideiussore a debitore. Contra debitor Satisfare dicitur, cum interposito fideiussore securum reddit creditorem. Cic. pro Q. Si ueretur, ut res iudicio facta parata sit, iudicatum solui satisfaccipiat: quib. a me uerbis satisfaccipiet, idem ego quod peto, satisfidet. Vnde & Satisfaccipio, quæ est (ut Pomponius inquit) stipulatio, quæ ita obligat promissorem, ut & promissores quoque ab eo accipiant, id est qui idem promittant.

SATISDO, das, are, [*sicurare, far la scurti à. Gal. Donner ou bailler caution. Hispan. Dar a otro caution y fianzas. εγγυητῶν καταστασαι*, est dato si deussore creditorem securum reddere. Cic. Sulpicio: Primum ut si quid tibi satisfidandum erit amplius eo nomine non peti, cures ut satisfidetur fide mea. Caius: Satisfidatio eodem modo appellata est, quo satisfactio. Nam ut Satisfacere dicitur ei, cuius desiderium implemus: ita Satisfidare dicitur aduersario nostro, cum aliquem damus, qui pro eo, quod a nobis petitur, ita caueat, ut eum hoc nomine securum faciamus. Satisfidatû, ti, ut Satisfidato aliquid debere. Cic. Att. l. 16. Sed & illi turpi arbitror, eo nomine, quod satisfidato debeat, procuratores eius non dissoluere. Satisfidatio, onis, Cic. ad Att. De satisfidando uero te rogo, quod eris Romæ, tu ut satisfides: & sunt aliquot satisfidationes secundum mancipium in his & Menianorum prædiorum, uel Atilianorum.

SATISFACCIO, is, [*scusare. Gal. satisfaire, contenter, faire son deuoir. Hispan. satisfazer de fianzas y dedenda. internum idem est, quod exoluo, exstivo, Cicero. pro Flac. Hermippus. Fufis satisfaccit, & fidem suam liberat. Interdum idem est, quod placeo, & efficio, nequid habeat quod de me quærat. Cic. ad Att. libro 7. Cui nos ualde satisfaccere multi ad me scripserunt. Aliquando idem fere quod purgo me, siue excuso. Cicero. Phil. 2. Acciperam iam enim ante Cesaris litteras, ut mihi satisficere pater a te, id est ut acciperem tuam purgationem & excusationem. Hinc satisfactio, pro purgatione, & excusatione, Cicero ad Treba. libro 7. Hic tu me etiam infimulas, nec satisfactionem meam accipis. Satisfactio, præter datiuum aliquando ablatiuum habet cum præpositione. De Caf. 5. Bel. Gal. Seseque paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de*

- bus de iniurijs satisfacere. Satisfieri. Cic. Accilio, l. 13. quamquam a te quidem cumulate facisti, & mihi & omnibus.
- SATISPRÆSTO**, ἰσχυριστὴν καταθήσει, idem quod satisfacere, hoc est, pro re, quæ petitur, fidei iussorem dare.
- SATIUS**, [Meglio.] *ἑλαττόνως*, comparatiuum uidet esse ab aduerbio Satis, licet a positium significatione non nihil recedat. Idem enim significat quod melius, siue potius. Virg. 4. Ecl. Nonne fuit satius, tristes Amariydis iras, Atque superba pati fastidia?
- SATIUS**, a, um, [Buon da seminare.] ἡμερος, σάββατος, quod seminatur, uel quod idoneum est, ut seminetur: cui contrarium est Agrestis. Pl. l. 15. c. 7. eadem ratio & in satiuo myrto. Gel. Sed hi plebsque naues loris suebant: Græci magis cannabe & stupa, cæterisque satiuis rebus.
- SATRAPA**, uel Satrapes, p. c. [Prefetto, preside, Gal. satrape, gouverneur d'une province & pais. Hisp. Perlado, perfecto.] σατραπεία, dictio Persica, apud nos significat præfectum provinciarum. Ter. in Hea. Satrapes si fiet amator numquam suscipere eius sumptus queat. Hinc Satrapia, piæ, idem quod præfectura, quam Græci γέμον, appellant, hoc est, regio, quæ ab uno administratur præfecto. Suidas: σατραπεία, ἐπαρχία, σατραπεία, δὲ σατραπία, εἶδος, σαξίωματος, Pl. l. 6. c. 20. Etenim plerumque ab Occidente, non Indo determinant, sed adiungunt quattuor Satrapias, Gedroso, &c.
- SATYR**, a, um, [satollare.] χορτάζω, antiqui dicebant pro saturo. Var. Neque in puluere mihi coquam carnes, quibus satullem corpora & famem uentris. Nonius.
- SATYR**, ra, tum, [satollo, satio, pieno, Gal. saoul, plein. Hisp. Harto.] ἔμπλαλεως κορεθείς, quod est cibo plenum. Ter. in Hecy. Sed tu quum saturo atq. ebria eris, puer ut sit satur facito. Cic. 1. de Diuo. Præclara uero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit saturis nihil geritur. Ter. in Adel. Sed postquam intus sum omnium rerum satur, Prodeambulare huc lubitum est. Virg. Eclog. 10. Itæ domus saturæ, uenit hesperus, ite capellæ. Sumitur interdum pro fecundo, & abundante. Persius Satyr. 1. Nec rus saturum laudate. Virgil. libro 2. Geor. Satus & saturi petito longinqua Tarenti. Vbi Ser. Saturi, aut fecundi; aut quod iuxta opidum Saturnum. Tarentum enim, & Saturnum uicinæ sunt Calabriae ciuitates. Satus color, id est plenus, uehemens, cui opponitur dilutus. Pl. libr. 37. capit. 10. Ion apud Indos, uioleacea est, sed raro saturo colore luget.
- SATURITAS**, tatis, [Saturitâ. Gal. saouleté, repletion. Hisp. Hartura, haffio.] ἄριστος, cibi, & potus plenitudo. Plaut. Capt. Proinde tu deum hunc saturitate tranquillum facias tibi. Aliquando accipitur pro fecunditate, seu fertilitate, Cicero in Catone, Neque solum officio, quod hominum generi uniuerso cultura agrorum, est, salutaris, sed etiam delectatione, quam dixi, & saturitate, copiaque rerum omnium, quæ ad uitium hominum & ad cultum etiam deorum pertinent.
- SATURNALIA**, Saturnaliorum, κρόνια, festa septem, seu quinque dierum mense Decembri Saturno dicata, quibus Romani synthesin uestem sumebant, seruisq. discubentibus inseruiebant, munera que uero citroq. mitti, remittiq. solebant. Sue. in August. Saturnalibus & si quando alias libuisset, modo munera diuidebat, modo nummos omnis notæ.
- SATURNALITIVS**, saturnalitiuum, saturnalitiuum, κρόνιος, quod ad Saturnalia pertinet. Mar. lib. 5. Saturnalitiæ ligulam misisse se libræ. Saturnalitiæ nuces, apud eundem lib. 6.
- SATURNVS**, [Saturno.] κρόνος, a poetis fingitur fuisse antiquissimus deorum, qui ex Ope coniuge genuit Iouea quo postea cælo pulsus est. A Græcis dicitur κρόνος quasi ἕρνος, hoc est, tempus. A Latinis autè Saturnus quod annus latretur, ut ait Cic. de na. de. uel quia se in deuorandis filiis saturauit. Ex se enim natos comedisse fingitur, quia consumit ætas temporum spatia, annisq. præteritis insaturabiliter expletur. Oui. Tempus edax rerum, tuque inuidiosa uetustas, Omnia destruitis, uitiatq. dentibus xui Paullatim læta consumitis omnia morte. Sunt qui Saturnum a saturo deducant, quoniam peritiam ruris, & satorum omnium primus edocuisse fertur. Quidam ab eo quod Græci κρόνιον membrum uirile nominant propterea, quod partes pudendas abscidisse, atq. in mare proiecisse dicitur: unde Veneris procreatâ ferunt, quæ a spuma, unde coaluit, Aphrodites nomen accepit. Fratrem habuit Titanem maiorem natu, qui cum parenti succedere uellet, tamen animaduertens matrem sororesq. Saturno magis fauere, regnum ipsi concessit, ea tamen lege, ne Saturnus prole masculâ tolleretur, ut regnum ad suâ prole rediret. Saturnus igitur cû plures liberos deuorasset, nati sunt gemini Iuppiter & Iuno. tû mater Iunonè Saturno ostendit. Iouem uero clâ nutriendum ablegauit, adhibitis interim Corybantibus, qui cymbalorum, tympanorumq. pulsus obstrepabant, ne pueri uagitus audiretur. Saturno aut, cum ille puerum deposceret, ut & ipsum deuoraret, Opis lapidem ei ostendit pannis in aolutum, eumq. partu illo, a se editum simulabat: què ille acceptû, sine mora deuorauit. Neptunû quoq. clâ Saturno Opis peperit,

què similiter clâ educari curauit. Tertio rursus geminos enixa est Plutonè & Glaucam: ibi rursus Glaucam Saturno ostendit, Plutonè abscondit. Verum detecta tandè fraude, cum Titâ rescuisset, fratri prole masculâ suosq. ea rone regni successione pulsos esse, cum filijs, qui Titani a patre cognominabantur, bellum aduersus Saturnum suscepit, illumq. & Opè sororem captos, muro inclusit: sed a Ioue filio deuictis Titam liberati sunt. Porro Saturnus ex oraculo edoctus, fore ut a filijs regno pelleretur, cum ob id Ioui insidias strueret, ab eo regno pulsus, in Italiâ profugit, ubi diu apud Ianum regem latitauit: unde ea pars Italiæ Latium dictum est. Hoc regnate ætate auream fuisse fabulantur, terramque sua sponte expertem uomeris & aratri peperisset fruges, communes & nullis designatas limitibus agrorum possessiones fuisse. Hinc Saturnius, a, um, ut, Pater Saturnius, κρονίδης, id est, Iuppiter Saturni filius. Iuno Saturniæ est, filia Saturni. Versus quoque quos olim Fauni, uatesque canebant, Saturnios antiqui nominabant, ait Varro.

- SATURO**, as, [satollare, satiare, Gal. saouler. Hisp. Hert. tr.] χορτάζω, saturum reddo, satio, cibo potuq. expleo. Cic. 2. de na. de. Nuper nati mammas appetunt: earumq. ubertate saturatur. Transfertur & ad animi cupiditates: ut, saturare odium, apud Cic. in Vati. Saturare se sanguine, apud eundem. 4. Phil. Habet autem saturandi uerbum uim maiorem, quâ explendi. Cic. pro Domo sua. Expleui animos inuidorû: placui odia imperitorum: saturari etiâ perfidiâ, & scelus ciuium. Expleri, inquit Nonius, & saturari hanc habent differentiam. Expleri est tantummodo plenum esse, saturari supra modum. Cic. l. 6. de Repub. Graues enim domine cognitionum libidines, infinita quædam cogunt, atque imperant, quæ expleri, atque saturari nullo modo possunt. Composita sunt Exaturo, & Obsaturo, de quibus alibi.
- SATVS**, a, um, [seminato, piantato.] ἐσπαρμένως, participium a sero, ris, idem quod seminatus. Virg. 3. Georg. Sed frumenta manu carpes sata. Idem. 8. Ecl. Atque satas alio uidi traducere messes. Per translationem etiam accipitur pro participio natus, siue genitus, Virgil. 2. Aeneid. At non ille, satum quo te mentiris, Achilles Falis in hoste fuit Priamo. Liu. octauo. Bel. Mace. Ut fidem fecerit, non sanguine humano, sed stirpe diuina satum se esse.
- SATVS**, us, satio, nis, [semenza, seminata, piantazione.] σπόδι, ipsum serendi aedum siue plantationem denotant. Pl. l. 17. Quapropter de palearum saturo nunc dicendum: id est, plantatione. Cic. de Senectute. Quid ego uitium ortus, satus incrementa commemorè? Idem. 1. de Diu. Ob eandem causam multa inuitata, partim e cælo, alia ex terra oriebantur: quædam etiam hominum pecudemue conceptu & saturo. Quandoque etiam satus, pro ipso accipitur semine siue sementi, Cic. 2. Tus. Cultura autem animi philosophia est, quæ extrahit uitia radicibus, & præparat animos ad satus accipientes.
- SATYRA**, a, p. c. [Satira.] σατύρα, quasi saturo dici uideretur, ob carminis uarietatem, seu propter copiam rerum, quæ ibi tractantur. Est enim Satyra carmen inaledicum, & ad carpenda uitia compositum, quale scripserunt Luci. Hor. Iuu. Persius. Accepit, & id carminis hunc titulum, quod personis, factisq. satiatum abundare uideat. Quidam a satyra lance quæ referta multis, uariisq. primitiis in sacrificijs dijs offerebatur. Alii a lege satyra dictam existimant, quæ uero rogatu multa simul comprobant. De qua lege Sal. in Jug. Deinde quasi per satyram sententiis exquisitis in ditionem accipitur. Varro a quodam farciminis genere, quod multis rebus referebatur, dictam satyram esse scribit. Vnde in 2. l. Plautinarum quæst. habetur. Satyra est uua pasta, & polenta, & nuclei pinei ex multo conspersi. Sunt qui a Satyris deriuent, quod in hoc genere carminis res ridiculæ, pudendæq. scribuntur: quæ admodum proferri a Satyris solent. Dona. in Ter. Deinde aliud genus fabulæ, i. Satyra sumpit exordium, quæ a Satyris, quos illosos semper, ac perulantes esse legimus, uocata est. Potest etiam dici, Satyram ideo uocatâ, quod in antiqua satyra introducebantur Satyrorum personæ, aut si quæ erant ridiculæ, similes satyris. Duo quippe Satyrarum genera fuisse constat. Alterum antiquius, quod sola carminum uarietate constabat. Alterum recentius, apertam hominum reprehensionem continens, & acrem uitiorum obiurgationem. Hinc Satyricus, σατυρικός, quod ad satyram pertinet, aut poeta ipse, qui satyram scripsit.
- SATYRAAVIS**, [Corno.] a L. Floro pro cornu accipitur. Verba eius sunt hæc: Cû singulari certamine Manlius aureû torquè barbaro detraxisset, inde Torquati. Iterum in Pórtino agro, cum in simili pugna. L. Valerius insidete galeæ satyra alite adiutus Gallû uicisset, inde Coruini. Quo in loco illud quidè constat, Satyra autè pro cornu accipi: cur tamen ita dicatur, uideo a plerisq. omnibus ignorari. Quidâ ad naturâ eius auis id referunt, quod sola sit Satyrorum more ad libidinè pleniior. Quinetiâ Anaxagora ore coire credidit: quod tamen negat Arist. Olim tamè uulgò ita persuasum fuisse.

fuisse satis constat ex hoc Martialis distico: Corue saluator, quare fellator habebis? In caput intravit mentula nulla tuum. Veritabilius tamen est, Satyram auem, dictam a loco, in quo res gesta est. Constat enim non modo Flori, uerum etiam Lini & Gellij testimonio singulare hanc Valerij cum Gallo pugnam in agro Pontino factam fuisse: quem agrum palus alluebat, quam Plin. Pontinam, Virgilius Saturæ, siue Satyræ paludem appellat. Satyra itaque auis dicta uidetur, quasi auis Satyræ paludis: Coruus enim locis aquosis delectari auctor est Theon apud Aratum, propterea quod corpora eorum uehementius aruerint. Vide Cæ. Rhod. lib. 19. cap. 25.

SATYRI, [*Satiri*, σατυρις, diæsi sunt, quod in libidem semper pronisunt: a uirili membro, quod ueteres Græce σαβλω, appellabant. Hi sunt (ut Plin. lib. 7. c. 2. ait) animalia quadrupedia in subsolanis Indorum montibus perniciosissima, humana effigie, recte currentia. Veteres huiusmodi monstra pro filuestrib. diis coluerunt: cuiusmodi a D. Antonio uisum fuisse in eremis Aegypti, auctor est Hieron. in uita Antonij. Vidit humunculum (inquit) aduncis naribus, & fronte cornibus aspera, cui extrema corporis in caprarum pedes desinebant. Et præmissio signo crucis, cum quissimam elisset, interrogasset Antonius, respōdit: fertur: Mortalis ego sum, unus ex accolis eremi: quos uano errore delusa gentilitas, Faunos, Satyrosq. & Incubos appellat.

SATYRICVM SIGNVM, σατυρικὸν ἀγαλλμα, idest Priapi effigies, quæ in hortis constitit solet, ueretro arrecto, unde & nomen accepit, nā σατυρίζειν, arrigere est. Plin. 19. c. 4. Quam rē cōitata est & religio quædam, hortosq. & fores tantū contra inuidentium fascinoles dicari uidemus. In remedio Satyrica signa: quamquam hortos tutelæ Veneris assignante Plauto.

SATYRVS, fluiui nomen in Aquitania, cuius meminit Luc. lib. 1. Tunc rura Nemetis Qui tenet, & ripas Satyri qua littore curuo, &c.

SATYRYCÆ, [*Satiricamentæ*], σατυρικῆς, aduer. significat acriter, cum conuicio, mordaciter, & (ut semel dicam) Satyricorum more, qui uel quoslibet nihil discrimine solent allatrare, omnesq. adunco (ut ille ait) naso suspendere.

SAVCIO, as, are, [*Ferire, Gal. Blesser, nauer. His. Herir, lagar.*] καταπαυματιζω, uulnero. Cic. 3. Ver. Setui nonnulli uulnerantur. ipse Rubrius in turba sauciatur. Col. lib. 6. c. 14. Ferro palatū opus est sauciare, ut sanguis profluat. Idē lib. 4. c. 24. Saucianda ferro est atq. exulceranda uitis, in ea parte, qua pampinum studemus elicere. Ouid. 3. de Arte. Tenuis a pectore uestes Rumpit, & indignas sauciat ungue genas. Hinc Sauciatus, a, um, partic. Col. lib. 1. c. 1. Siue quis (quod plerunq. accidit) sauciatus in opere noxam ceperit, &c. Sauciatio, onis, uerbale, uulneratio. Cicer. pro Ceci. Et sauciatio quæreretur, cum fugam factam esse constabit? Hinc fit compositum Confaucio, de quo suo loco.

SAVCIVS, a, um, [*Ferito, impiagato. Gal. Blesse, nauer. His. Herido, conlagar.*] τραυματίας, idem quod uulneratus, unde Sauciare: idest, uulnerare. Vir. 2. Ae. Quales mugitus, fugit cum saucius aram Taurus. Cef. 3. Bel. Ciu. Sauciorum modo, & ægorum habita ratio. ne. Cic. pro Cec. Nemo, inquit, occisus est, neq. saucius. Transmigratur & ad animum: ut, Amore faucius. Cic. pro Cef. ex uerbo quo piam poeta: Medea amore seuo faucia. Saucius fatigatiois: idest, fessus, seu fatigatus, Apul. 1. 2. de Asino: Mihi uero fatigationis hesternæ etiam nunc faucio da ueniam.

SAVIOR, siue Suauior, [*Basciare, com allegrezza, & amore.*] φιλῶ, cura uoluptate, aut præ gaudio ofensor. Catullus ad Veranium: Lucidum os, oculosq. lauiabor. Donatus ita distinguit inter Osculari, Sauari, & Basciare, quod Osculari pudicorum sit affectum, Basciare impudicorum, Sauari, uoluptatis, & amoris. Quam differentiam non usquequaq. uerā esse, ostendimus supra in dictione Osculū, præferimus ea in parte, qua Oscula a basijs distinguit. nā Sauia, siue Suauia uoluptatis esse & amoris, uerum est, si uoluptatis & Amoris uocabula late accipiamus, ut tam honesta, quam inhonestia iis intelligamus. Constat enim Suuari, siue Sauari, etiam de honestis affectibus dici. Cic. Att. Atticam cupio sauari, ita mihi dulcis uisa est salus per te missa ab illa.

SAYROMATAE, p. c. σαυρομάται, populi Septentrionales, qui & Sarmatæ dicuntur: quorum alij Asiatici sunt, alij Europæi, Tanaide fluiui discreti. de quibus uide supra in dictione Sarmata.

SAXATILIS, & hoc le, pe. co. [*Ogni cosa che sta fra gli sassi, Gal. Qui est parmis pierres, pierreux. His. Cosa que está entre las piedras toscas.*] πετραῖος, quod saxa incolit, ut Piscis saxatilis. Col. lib. 8. c. 16. Rursum optime saxosum mare nominis sui pisces nutrit, qui scilicet, qd in petris stabulantur, saxatiles dicti sunt: ut merula, turdiq. nec minus melanuri. Saxatiles aues, quæ saxa incolunt. Varr. 3. de re rusti. c. 7. Vnum agreste, ut alij dicunt, saxatile, quod habetur in turribus, ac culminibus uillæ, a quo appellatæ columbæ. Piscatus saxatilis, qui fit inter saxa. Plaut. in Rhod. Piscatum hamatidem, saxatilem q. aggredimur.

SAXEVM, ti, [*Luceo saffoso, pietroso, Ga. Vn lien pierrene. His. Lugar podro*

fo.] πετρώδης, τὸ πῶς, locus saxosus & petricosus. Cic. de Leg. Ag. quod est tam asperum, aut saxetum in quo agricolarum cultus non elaboraret? Hinc Saxetanus, adie. quod inter saxa habitat. Mar. lib. 7. Cum saxetani ponatur cauda lacerti.

SAXIFRVS, a, um, ut, Os saxificum, idest, uultus aspicientes in saxa uertēs. Senec. in Her. Furen. Tere laborum sociæ, & adiutrix, precor Belligera Pallas, cuius in læna ciet Aegis feroces ore saxifico minas. Ouid. 5. Met. uincis, ait, Perseu, remoue tua monstra: tuæque Saxifico uultus, quæcumque ea, tolle Medusæ.

SAXONES, σάξονες, illustres Germaniarum populi, qui Angelæ reginæ auspicio Angliam deuicerunt. Hos. Ptol. non longe a Cimbris in Oceani Septentrionalis littoribus & paludibus inuis constituit. lib. 3. cap. 11.

SAXOSVS, a, um, [*Saffoso, pien di pietre.*] πετρώδης, saxorum copiam habens: ut Saxosa uia, quæ saxis abundat. Col. lib. 5. c. 10. Loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. & Saxosus frutex in saxis cretens, uel saxosis locis. Plin. lib. 15. c. 7. Simillimum inest huic & chamelex, frutici saxoso. Vir. 5. Ecl. Nec quæ Saxofas inter decurrunt flumina ualles.

SAXVLVM, [*Saffetto*], λίθος, deminutium a saxo. Cice. lib. 1. de Orato. ut Ithacam illam in asperrimus saxulis tamquam nidulum affixam.

SAXVM, saxi, [*Saffo, pietra, quadrello, Gal. Caillon, pierre, roche ou rocher. His. Piedra tosca y no labrada.*] λίθος, maius, asperius, duriusque quam lapis: licet quandoque saxum pro lapide ponatur. Cic. pro Cecin. Qui saxa iaceret. Vir. 1. Aen. Iamq. faces & saxa uolant, furor arma ministrat. Idem 2. Ge. Adde tot egregias urbesque operumque laborem, Tot congesta manu præruptis opida saxis. Voluere saxum dicuntur, qui in exhausto quopiam atque inutili labore fatigantur. Ter. Eunū. Satis diu iam hoc saxum uoluo. Donatus admonet prouerbium fuisse dictum in eos, qui inextricabili sudore affligerentur, tractumque putat a notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsum uoluentis. ad quem respexit, & Virgil. 6. Aen. Saxum ingens uoluunt alij, radijque rotarum Districti pendent, &c. Ponitur aliquando pro scopulo, seu monte saxoso, Plaut. in Mostel. Iterum iam ad unum saxum me fluctus efferunt. Virgil. 1. Aeneid. Perque undas, superante salos perque inuia saxa Dispulit. Hinc Saxeus, a, um, quod è saxo est. Luc. lib. 1. Strataque iam uulgi pedibus detrita uiarum Saxeæ conspiciamus. Luc. lib. 4. Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu.

SAXIFRAGVM, gi, uel saxifraga, ge, uel saxifragia, σαξίφραγον, Dioscori herba, a frangendis in corpore calculis appellata, uel quod in locis saxosis cum enascatur, saxa ipsa frangat. Vulgus Saluian uitam appellant.

S A N T E C

SCABELLYM, [*Banchetta, scabello, deschetto, Gal. scabeau, Scabelle, ou petit bauc. His. Escañ chico, banquilla.*] ὑποπόδιος, scammum exiguum, quod sedentium pedibus subijcitur. Cicer. pro Cel. Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Scabellum item, teste Varro ne, dicitur illud, quo simplici icsatione in lectum conscendimus. quod si duos habeat gradus, iam non scabellum, sed scammum dicitur, a scandendo. Vide paullo post in dictione Scammum.

SCABER, bras, brum, [*Aspro, scabroso. Gal. Rude & aspre a manier. His. Aspero, barrancoso.*] ἄσπρατος, proprie idem quod scabrosus. Col. lib. 7. c. 4. Hoc modo curatum pecus toto anno scabrum fieri non potest. Var. de re rust. cap. 2. Non enim solum ea uligo lanā corumpit ouium, sed etiam ungulas, ac scabras fieri cogit. Quoniā uero quæ scabrosa sunt, cutem asperam habet, factum est, ut scabrum pro aspero ponamus, & impolito, Virgil. 1. Geo. Exesa inueniet scabra rubigine pila. Cic. 4. Tusc. Pectus illuue scabrum. Celsus. lib. 7. At ubi scabri unguis sunt, circumaperiri debent, quæ corpus contingunt. Scabrosus, a, um, plenus scabritia. Plin. lib. 20. cap. 2. Hippolapathi radices priuatim unguis scabrosos, detrahunt. Scabrum, bri, substantium neu. ge. idem quod scabrities. Plin. lib. 37. cap. 2. Infestantur plurimis uitibus, scabro, ferrugine, maculosa nube, &c. de crystallis.

SCABIES, bie, [*Rogna, scabia. Gal. La rogne. His. La sarna ò semejan te.*] ἄσπρα, asperitas cutis, cum pruritu, natura corporis interiora expurgante, noxiosque humores foras expellente. Iuu. Sat. 2. Sicut grex totus in agris Vnius scabie cadit & portigine porci, Virgil. 2. Geor. Turpis oues tentat scabies, Hor. de Arte. Ut mala quem scabies, aut morbus regius urget. Quoniam uero scabiem comitatur pruritus, pruritus autem scabendi cupiditas, & exfricatione quædam uoluptas, factum est, ut Scabies pro uoluptatis illecebris accipiatur. Cicer. 3. de Leg. Nos uoluptatis blanditijs corrupti, quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carere, non cernimus satis. Scabiosus, a, um, qui scabie laborat. Perfrust. Saty. 2. Namque est scabiosus, & acri bile tumet. Col. lib. 1. c. 2. Nam si paucioribus diebus detur, ut ait Higinus, per uer scabiosi boues sunt,

- SCABILE**, *lis, neu. ge. ὀσπία*, idem quod scabellum. Cato cap. 10. Scannum in cubiculo unum, scabilia tria, fellas quatuor.
- SCABO**, *is, scabi, scabium*, [*Grattare, fregare, Gal. Galler, grater. Hisp. Rascaer la farna à comoçou.*] *κνίζω*, frico, scalpo. Plin. lib. 8. cap. 27. Si uero squamæ obtorpuere, spinis iuniperi se scabit: Horat. prim. Ser. Saty. 10. Et in uersu faciendo sæpe caput scaberet, uiuos & roderet ungues.
- SCABREDO**, *inis*, [*Asperità, ἄσπερος*], idem quod scabrities: hoc est asperitas, & inæqualitas. quo uocabulo usus est Hieronym. in diu. Hyl. uita.
- SCABRITIA**, *æ, & Scabrities*, ei, [*Asperità, ἄσπερος*]. Gal. *Aspreté & dureté au touchear. Hisp. Aspereçça.* *ἄσπερος*, alperitas: unde Plinius Vnguium scabritiam dixit. Nonnumquam accipitur pro scabie, Col. lib. 7. cap. 5. Potest etiam scabritiem tollere succus uiridis cicuræ.
- SCABRO**, *as, are, ἄσπερος*, scabrum & asperum efficio: unde Scabritus, a, um, participium. Col. lib. 4. cap. 4. Quo plerunque fit, ut quod præcidi debeat, perfringatur, & sic uitis laniata scabrataque putrescat humoribus.
- SCAEA**, *porta, πύλη, πύλην*, urbis Troianæ porta fuit, fatali Laomedontis sepulchro nobilitata: ita dicta (ut grammaticis placet) quæ ad sinistrum, hoc est, occidentalibus urbis latus sita esset. in Angurum enim disciplina, quæ ortum spectant dextra: quæ occalum, sinistra dicuntur, Stra. tamen. lib. 1. 3. uidetur sentire Scææ portæ nomen a Scæis Thraciæ populis sumptum fuisse, cum quibus Troianos multa nomina communia habuisse ostendit. Virg. 3. Aene. Et arentem Xanthi cognomine riuum Agnosco, Scææque amplector limina portæ.
- SCALA**, *æ, Scalæ, arum*, [*Scala, Gal. Eschelle. Hisp. La eschaleira.*] *κλίμαξ*, utroque modo dicitur, a scandendo, quæ his altiora scandamus. nam proprie scalæ sunt. quæ ex pluribus gradibus constant. Distinguntur quidam sic: Scala est, quæ ex teretibus lignis, aut funibus, aliave materia simili huc atque illuc transferri potest: scalæ quæ latiores habent gradus, & immobiles permanent. De hac Plin. lib. 14. c. 1. Etiamnum scalis rectum ephesiæ Dianæ scanditur. De illa Caius Iurifconsultus: Vel scalam sciens accommodauerit ad ascendendum. Sed sæpe confunduntur. & scalam magis in usu esse quam scalam dicimus. Salustius in Jug. Vnæ, atque alteræ scalam comminutæ sunt: qui superfluerant, afflicti sunt. Non dicitur. Vna atque altera, singularem numerum tamquam parum, uisitatæ refugiens. Cic. pro. Mil. Cum se ille fugiens scalarum tenebris abdidisset. Scalæ, quibus per gyrum ascendimus, a cochleæ forma chochides, & cochleæ dicuntur. Quæ uero ex lignis teretibus constant, siue cannabinis funibus, a Capaneo inuentæ primum fuerunt, ut est apud Vegetium de re militari.
- SCALMVS**, [*Palaschermo. Gal. La chemille d'une nauire, à laquelle on attache l'auiron. Hisp. El escalmo en que se ata el remo.*] *σκωλοῦς*, lignum teres, cui nauæ remos loro quodam alligant: siue lignum crenatum, ac fenestratum in apsidem, capiens remum, ut facilius, & solidius impellatur. Cicer. 1. de Ora. Nauicula duorum scalmorum. Idem tertio Offic. Venit ipse mature: scalmum nullum uidet, hoc est, nullam non modo uidet scapham, sed ne scaphæ quidem scalmum. Hinc interscalmum, & Decemscalmus: de quibus suis locis.
- SCALPELLVM**, *scalpellis*, [*Rasfoio. Gal. ῥαβδὸς τριμοῦς*], deminutiuum a scalpro, significans instrumentum Chirurgorum, quo uenam aperitur. Celsus. 1. 2. c. 9. Pottero die, auerso medio digito, non autem scapello ueua ferianda, ut recens coitus eius resoluatur. Accipitur & pro alio ferramento, quo putridam carnem excindit. Col. lib. 6. Etiam sæpe scapello usque ad imum refecare, & amputare scabiem, sæpe profuit. Cicer. in Orato. pro Sextio: Non inquit ea medicina, cum sanæ parti corporis scapellum adhibetur, atque integre: carnificina est ista, & crudelitas.
- SCALPER**, *pri*, [*Rasfoio. Gal. Instrument ou serrement à tailler, graver, & rader, une lancette, un trenchant, ou trencher. Hisp. El buril à trincher à raspa.*] *ἐγχοπέδης*, idem quod scalprum, hoc est, chirurgicum instrumentum, quo caro putrefacta, aut os utiosum excinditur: unde & Excisorius scalper dicitur. Celsus. lib. 8. c. 3. Tunc excisorius scalper ab altero foramine ad alterum malleo adactus, id quod inter utrumque medium est, excidit.
- SCALPO**, *scalpis, scalpsi, scalptus*, [*Grattare. Gal. Gratter, galler, graver, tailler. Hisp. Escarnar, rascaer, à raspar.*] *κνίζω, κνίζω*, idem quod scabo, siue frico. Plin. lib. 9. Arcticique petreæ scalpentes pisces pruritus in uadit. Iuu. Sat. 9. Qui digito scalpunt uno caput. Col. lib. 7. cap. 5. Vtiosum loci pecudes, aut mortuæ scalpunt, aut cornu, aut ungula tidunt. Scalpere item gallinæ cæteræque id genus aues dicuntur, cum escam humi quærentes, pedibus dissipant quisquillas. Scalpere item gemmam, aut aliquid aliud, inquit Diomedes, dicimus, non Sculpere: quod si uerum est, innumeri fere libri mendosi erunt, in quibus Sculpo, Sculptor &c. sepiissime occurrunt.
- SCALPRVM**, *pri*, [*Scarpellus, κολῶπις*], ferramentum, quo quid inciditur, alijs atque alijs artificibus alios atque alios præbens usus. Interdum chirurgorum est instrumentum, quo illi carnem putrefactam, uel ossa uitiosa excidunt. Celsus. lib. 8. cap. 7. Tum demum ad manum scalprumque ueniendum. Scalprum librarium, quo ij utuntur, qui libros describunt, ad eradendas lituras. Sue. de Vitellio: Scalpro librario uenas sibi incidit. Scalpra sutoria. Hora. 2. Ser. Saty. 3. Si scalpra, & formas non sunt, nautica uela Aduersus mercaturis, deliris, & amens Undiq. dicatur. Fabrice Scalprum Luius appellat quo magistri elephatos interimebant, inter aures beluæ adactis, in ipsa compage, qua coniungitur capiti ceruix. In falce quoque putatoria Scalprum dicitur ea pars, quæ a flexu procurrit. Col. lib. 4. c. 25. Quæ pars uinitoriæ falcis a flexu procurrit, scalprum quod deinde aduncum est, rostrum appellatur. Cato de Re rust. Ficos & oleas altero modo, quod genus aut ficum aut oleum esse uoles: inde librum scalpro excimito. Scalpratus, adiectiuum. Col. lib. 9. c. 15. ferramentum scalpratum dicitur ad similitudinem scalpri formatum, quo ait opus esse ad crustandos apum alueos.
- SCALPTOR**, *oris*, [*Taglia pietra. Gal. Tailleur ou graveur. Hisp. Escarnador, esculpidor, à entallador.*] *κολλήπις*, qui scalpit: ut, Scalptor gemmarum. Plin. lib. 37. Experuntur a scalptoribus, ferroque includuntur, nullam non duritiam ex facili cauantes.
- SCALPTYRA**, *æ*, [*Scoltura. Gal. Tailleure ou grature. Hisp. Escarnador, esculpidor, à entallador.*] *γλυψίς*, scalpendi actio. Plin. lib. 37. c. 7. Omnia autem hæc genera, scalpturæ contumaciter resistunt. Diomedes grammaticus scalpturam dici probat non Sculpturam: Scalpta (inquit) gemma dicendum est, non sculpta, quoniam adiecta præpositione facit Insculpta.
- SCALPTYRATVS**, adiectiuum, Pauimentum scalpturatum, *διωποικίλον*, genus pauimentæ, quod & Vermiculatum dicitur, quod Romæ primum fieri cepit post tertium Punicum bellum ex tessellis minutis, diuersicoloribus, ut in templis antiquis. nos Musaicum opus dicere solemus. In his pauimentis picturæ radendo fiebant, quomodo nunc scalpturata albaria in exteriori parte parietum, æ murorum sunt. Alij uolunt Scalpturatum pauimento esse, quod scalpturis uariorum lapidum, & quibusdam ueluti imbricibus compositum, est adornatum. Plin. lib. 37. capit. 25. Romæ scalpturatum pauimentum in Iouis Capitolini æde primum factum est.
- SCALPTYRITO**, *scalpturis, scalpturini, scalpturitus*, [*Raspre. Gal. Grater. Hisp. Rascaer, à hauer grana de rascaer.*] *κνιθόμας, κατακνήκομας*, proprie desideratum uerbum est, idem fere significans quod prurio, uel ob prurium scalpendi desiderio teneor. Plautus tamen in Aul. pro simplici Scalpo posuit. Vbi erat hæc desposita occipit ibi sculpturire unguibus.
- SCAMANDER**, *σκάμανδρος*, fluius Troiæ ex Ida monte descendens. antea Xanthus dicebatur. quod & Homerus innuit, cum eum ab hominibus quidem Scamandrum, a Dijs uero Xanthum uocari ait, suo more uetustiore appellationem Dijs, recentiorē hominibus. assignans. In hoc fluuio sponsæ iam nupturæ sese abluibat.
- SCAMANDRVM**, nominatim his uerbis inuocantes, *λάθερα σκίμυρε πτωπαθενίαν*, Qua occasione usus Cimon quidam Atheniensis, cum Callirhoes generosæ puellæ amore teneretur, quæ iam uiro desponsata erat, in Scamandri uirgultis sese occultauit, caputque arundine coronauit: cumque illa ex more lauaretur, carmenque solenne caneret, Scamandrum, ut uirginitatem suam acciperet, inuocans, Cimon e uirgultis profiliens. Ego uero (inquit) accipio. lubeus: uirginemque in ripam sustulit: ubi & uitium ei obtulit. Vide hæc de re plura in Epist. Aeschini.
- SCAMNVM**, *scamni*, [*scamno, banche. Gal. Vn banc, un marche pie. Hisp. Escano à banco para se assentar.*] *βάννον*, est quod lecto ueluti gradus apponitur, ut per id in lectum facilius ascendatur. Varro scribit scamnum esse, quo duplici gradu in lectum altiore ascendebant: Scabellum, quo simplici scansione in lectum non altum scendebant. Interdum tamen & scamna dicuntur, quæ pedibus sedentium subijci solent, quæ Græci *ὑποπόδια*, uocant. Quid in Arte. Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem. Item Scamnum dicitur terra illa altior, quæ inter duos sulcos in colendo relinquuntur. Plin. Scana inter duos sulcos relinquunt. Ci. de Di. Auspicio regi stabilita scamni solumque Col. lib. 2. c. 2. uocat Scamnum crudum, solum immotum, minimeque aratro proficissum. Idem. lib. 3. Duab. gemmis supra terram eminere, passim reposita humo cætera coæquant: quæ faciunt in eadem linea, intermissis totidem pedum scamnis, dum peragant ordinem. Quandoque etiam scamna accipiuntur pro ipsi sedilibus, in quibus sedere consueuimus. Quid lib. 1. Fast. Ante Focos olim scamnis considere longis Mos erat. Scamna etiam in arboribus dicuntur rami & brachia sedilium usum præbentia. Plin. lib. 12. Aliud exemplum Cui principis in ueluterno rure mirati platani unius tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna parata, & in ea epulari, &c.

SCANDALVM, scandalum, [Scandolo, offensioe. Gal. Escandale, eslandie, offense, Hisp. Trompe & adero, estropie, ὄσ, scandalo.] ἄκαδ' ἄλλον, Græca uox est, quam nos offendiculum, uel ruinam, uel impactionem possumus dicere, quādo ergo legimus, Quicumq. ex minimis scādalizauerit quempiam: intelligimus qui dicto factove occasionem ruinae, siue cadendi cuiquam dederit. Hinc Scandalizo, scandalizas, quod est alicui scandalum præbeo, aliqui in offendo.

SCANDO, scandere, scamum. [Ascendere, andare in su, andare all'alta. Gal. Monter amont. Hisp. Subir arriba.] σάυω, idem quod ascendere. Cic. in Catone. Ut si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, cum alij scandant malos, alij per foros cursent. Virg. 2. Aene. Scandit fatalis machina muros. Liu. 3. ab Vrbe: Exquiliis quidem ab hoste prope captas, & scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submouit. Scandor, scandentis, passiuum. Plin. l. 1. 4. cap. 1. Etiam nunc scalis tectum Ephesæ Dianæ scanditur uice una Cypria. Hinc Scaltæ dictæ sunt, per quæ in altum ascendimus. Scandere in subrectum, dixit Plin. lib. 10. cap. 17. pro eo quod est, felium modo ascendere. Huius composita sunt, Ascendo, Conscendo, Inscendo, Superfcando, & Transcendo: quorum significata uide suis locis.

SCANSILIS, scansile, p. c. [Che si può ascendere facilmente. Gal. Aisé à monter. Hisp. Cosa que se puede subir.] αἰσάτων, ad quod facile ascenditur, Plin. lib. 17. cap. 11. Ficumque sic etiam scansile fieri. Scansilis annorum lex a Plin. lib. 17. cap. 49. dicitur: per quam ad ætatem ueluti quibusdam annorum gradibus ascendimus.

SCAPHÆ, scaphæ, [Barchetta, batello. Gal. Naffelle, barchot. Hisp. Esquife, pequeña barca.] σκάφη, nauicula parua, quæ in maiori naui circumuehitur, uel eam pone allequitur. Cic. 2. de Inuen. Po. ita aiquāto ipso quoque tempestas uehementius iactare cœpit, usque ad eam, ut dominus nauis, cum idem gubernator esset, in scapham cōfugeret. Iustinus libro. 2. scapham pro piscatoria nauicula posuit. Vbi (inquit) solum pontem hybernis tempestatibus offendisset, piscatoria scapha trauexit trepidus. Liu. 5. Bell. Puni. cum merisissent eas in alto, exceptus in præpiratas scaphas nauis, multiplices fuisse m. res ementiebatur. Dicta est aut scapha, ἀπὸ τῆς σκάφης, hoc est, ab excauando, propterea quod primum ex prægrandi arbore cœptæ sint excuari.

SCAPHIVM, phii, σκαφίον, uasis genus, quo excrementa tam liquida quam sicca excipiuntur: a quadam scaphæ similitudine nomen habens. Proprie aut mulierum erat, quæ admodum Lasanum uirorum: ut annotauit Iulius Pollux Onomastici sui l. 10. cap. 9. Vlp. l. Q. Mutius. ff. de Auro & argen. leg. Legato argento, puto, habita uentris causa, scaphia non contineri. Erat item Scaphium feramentum genus, quo athletæ exercendarum uirium gratia terram effodiebant: ἀπὸ τῆς σκάφης, hoc est, a fodiendo dictum: Latini Ligonem uocant. Vnde Plutarchus in Arato, athleticam ei speciem fuisse tradit, a pugilum uictu & scaphio non abhorrente. in qua item significatione a Iuuenale positum existimant Sat. 6. Vbi uiriles mulierum exercitationes infectatur, ne a pugilum quidem & palestrarum armis abstinentium

Alpice (inquit) quo fremitu monstratos perferat ictus,

Et quanto galæa curuetur pondere, quanta

Poplitibus sedeat, quam densa fascia libro:

Et ride, scaphium positus cum sumperit armis. Erat & Scaphium uas æneum, in quo styli in medio siti proceritas horarum ductus discriminabat. Vitruuius Scaphen, & Hemispherium appellatur. Plutarchus in Numa, Scaphium appellat, quo ignis sacer extinctus, Solis tantum radiis accendebatur. Suidas præterea Scaphion, εἶδος κωρας, hoc est, tonsuræ quoddam genus interpretatur: citatq. Aristophanem in Vespis: Tu uero Copsicho similis es, cui reuulsus est scaphium. Athæneus quoque lib. 4. Scaphium inter uasa potoria enumerat. In qua significatione uideatur Plau accepisse in Stich. Quibus diuitiæ domi sunt, scaphio, cantharis, bathyocis utuntur. Cic. in Ver. Scaphia cum emblematis Lilybæi empta.

SCAPULÆ, scapularum, [Spalle, homeri.] ἀμοπλάται, proprie dicuntur ossa duo posteriore corporis parte, figura triquetra, externa facie tumefcente, interiore reducta, extrema sui parte in acetabula quedam definentia, quæ humerorū capita excipiunt. Celsus et Scapula opera nominat libro. 8. cap. 1. Passim tamen apud scriptores Scapulas acceptas inuenies pro tota illa regione, quæ pectori obiecta est. Plau. in Asin. Mirabar, quid dudum scapulæ gestibant mihi, haviolariq. hoc cœperunt sibi esse in mundo malum. Claud. 1. in Eutro. Quamiferi scapulas tutabimur arte? Hinc deducitur adiectiuum Scapularis, scapulare, ut Scapularis seruis, cuius scapulæ ad flagra denudant, quiq. tergū habet assiduus ueberibus liuidum. Scapularis uestis, qua scapulæ teguntur.

SCAPVS, scapi, σκάψος, ab architecturæ pericis dicitur ipsum columnæ corpus, quod est inter basim & epistylum. Scapus (inquit Bædæus) corpus colūnae: nam quod super colūnam imponitur, Capitellum uel Epistylum uocatur: infra scapum Spira, quæ Bas

isæpe appellari solet: infraq. spiram Stylobates. Vitru. lib. 3. cap. 3. Scapis columnarum itatura, capitulorum ratio, &c. Et paulo post: In summis columnarum capis. Et c. 4. Quæ crassitudine fecerunt basim scapi. Scapus item in herbis dicitur caulis simplex styli in modum surrectus. Ruell. l. 1. c. 2. Radix est, id quo alimentū allicitur, & terræ cohæret. Caulis uero, in quod idem defertur nutrimentum, simplexque super terram asurgit: is in styli modū sursum prorepat, ut in altum feratur. Scapus Latinis nominari consuevit, ducta a columnaribus scapis similitudine. Varro de reru. lib. primo. c. 3. r. ad finem: Vicia dicta a uinciendo, quod item capreolos habet ut uitis, quibus eam sursum uersum serpit, ad scapum lupini, aliumue quæ uenit, ut hæreat, solet uinciri. Plin. l. 18. c. 10. Inuentus est iam & scapus unus centum fabis onustus. His constat, classis auctoribus scapum pro caule frequenter usurpatum. Idem quoque quod in uirgulæ modum, uel teli rectitudine confurgat, thyr si nomen sibi uendicat. Hactenus Ruellius. Scapus cardinalis, rectum illud, & paulo crassius lignum in ualuis, quo fores ipsæ sustinentur, & reguntur, præcipue: & cuius capitibus, seu ambabus extremitatibus in superiori & inferiori cardine inseritis, ualuis ipsæ uoluntur, aut aperiendæ aut claudendæ. Vitruu. l. 4. c. 6. Fores ita compingantur, uti scapi cardinales sint ex altitudine liminis totius duodecima parte: inter duos scapos tympana ex duodecim partibus, &c. Scapo item nonnulli appellant, tenues illos, lignososq. ramusculos, e quibus uuarum acini dependent. Var. l. 1. Rei rust. cap. 54. Quæ calcatræ uærunt, eorum scapi cum folliculis subiecti sunt sub prælum. Quo tamen in loco alij Scopis, legendum existimant.

SCARABEVS, pe. pr. [Scarafagio, scaraua & ζο, Gal. Escarbot. Hisp. Escarabajo.] κάρβας, insecti genus, teneras habens pennas, & ob id crusta superueniente tectas, stercore potissimum sese alens. Variæ eius sunt genera, quæ uide apud Plin. lib. 11. c. 28.

SCARIFICO, scarificas, [Salassare, Gal. Scarifier, faire petites incisions & ouvertures afin que le sang ou autre humeur sorte. Hisp. j'assir parz sacar sangre.] σκαρῖς, scalpello apertio, leuio, uulnere, quod aliquid facilius exeat. Plin. lib. 32. c. 7. Dentium dolores sedantur olibis draconis marini scarificatis gingiuis. Scarificare dolorem: id est, scarificando dolorem expellere. Idem l. 28. c. 11. Præterea in corde equorum inuenitur os dentibus caninis maxime simile, hoc scarificati dolore putant. Hinc Scarificatio, dicitur leuis uulneratio: cum autem arborum cortex, aut animalis cutis leui incisione aperitur. Plin. lib. 17. cap. 27. Interim est & scarificatio quædam in remedijs, cum macie corticis ex ægitudine alstringente, se iusto quæ plus uitalia arborum cōprimente exacta falcis acie utraque manu imprimentes perpetuis incisuris diducunt, ac uelutitatem laxant. Col. lib. 6. cap. 12. Si sanguis adhuc supra ungulas in cruribus est, assidua scarificatione discutitur.

SCARVS, scari, σκαρῖος, piscis nobilissimus genus, mari Carpathio maxime frequens, qui solus piscium ruminare dicit, & herbis, nō alijs piscibus, uelci: Lectō Troadis promontorium sponte non excedit. Hunc optatus Elipertius clasis sub Claudio præfectus, a mariusque Carpathio petiit nauibusq. aduectum, inter Otientensē & Capaniæ oram disseminauit: adhibita etiā cura, ut proximo quinquennio capti remi redderentur. ut refert Plin. lib. 9. cap. 17. Opipianus: Hic scarus saxa frequerat. Qui mites inter pisces clamore tremendo intonat & solus pallentes ruminat herbas. Hor. 2. Ser. Sat. 2. Pinguem uittilis, albumque nec ostrea, Nec scarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.

SCATEBRA, scatebræ, p. c. [Canale di mare, onda, fontana, surgente, riuo, Gal. Vne source. Hisp. A quell'obra de bullir para manar, bullidura.] βλυτῶδ', ebullitio aquæ e terra exulantis. Vir. lib. 1. Ge. Scatebrisque arentia temperat aqua. Plin. lib. 31. c. 10. Mirum est & illud, scatebra fonticuli semper emittit, lacu nec augeri, nec effluere. Idem l. 5. c. 1. Eundem opacum, nemorosūq. & fratribus fontium, qua spectat Africā frustibus omnium generum sponte ita lubnalescentibus, ut numquam satietas uoluptatibus desit.

SCATEO, scate, scate, [Vscire, saltar fuora, Gal. Bowillonner, getter sources, abonder. Hisp. Bullir lo que mana.] ἐλλυζεν, emanare, etumpere, eb illire, & ita plenum esse, ut exiliat quod continetur: propterea de fontibus dicitur, cum uena aquæ copiam non capiens foras eam expellit. Cic. 1. Tusc. Fontes scate, prata herbis conuectitur. Ablatiuo aliquando iungitur. Plautus in Aulul. Quæ mihi interbibere sola, si uino scateat, Corinthientem fontem Pyrenem potest. Per translationem accipitur pro abundare, Hor. 2. Carm. Ode uigesima septima: Scatentem Belluis pontum. Colu. lib. 6. c. 16. Solent etiam neglecta ulcera scate, uernibus. Aliquando etiam pro exagitari, siue æstare: id quo aliquando cum genitino. Gel. l. 1. cap. 17. Irarumq. & molestiarum muliebrium per diem, perq. noctem scatebat. Nōnumquam etiam accusatiuo, de pudente a præpositione Ob, uel Propter subaudita. Pla. Perf. Potin'ne moneas: memini & scio. Et calleo, commemini: anas pol' misera, id tuus scateat animus.

SCATINÆ, lex, qua præpostera Veneris usus coerceretur: Scatinio latore. Iuven. Sati. 2.

SCATVRIGO, scaturiginis, penultima producta, genit. scaturiginis, *δυσκαταρσις*, idem quod Scatebra. Colu. lib. 3. cap. 13. Nam præstat non conferere quam summa terra suspendere, nisi tamen scaturi go palustris obuia, sicut in agro Rauennate, plus quam sesquipedè prohibet infodere. Plin. l. 3. c. 3. In nigra scaturiginis nõ fere sunt perennes. Hinc scaturiginosus adiectiuum, in quo abundant scaturigines. Col. lib. 5. c. 8. Creta ex toto repudianda est, magis etiam scaturiginosa, & in qua semper uligo consistit.

SCATVRIO, scaturis, [*Salutare fuori sorgere. Gal. Cett er sources sourdre. Hisp. Bullir lo que mana, salir ha za arriba.*] *σκαυρις*, pro suo primitiuo Scateo ponitur, quod proprie fontium est, quamuis etiã per trãslationem accipiatur pro quouis modo abundare. Col. l. 3. c. 1. Modice tamen roscidum solum quod fontibus non in summo, non in profundo terræ scaturiat, sed ut uicinum radicibus humorem subministrat. Cic. Epist. Totus ut nuuc est. hoc scaturit.

SCAVRI, *σκαυροι*, dicti sunt, qui talos pedum tumentes, ac porrectos habent, uel quib. pedes inflexo talo tardigradi sunt. Hor. l. 1. Ser. Illum Balbutit Scaurum prauis fultum male talis. Ab humilimodi pedum uitio cognomen traxit, qui primus in Aemilia gente Scaurus dictus est.

SCELERATVS, tata, tum, [*Scelerato, s'baldo. Gal. Meschant, meffaisant. Hisp. Scelerado, corrupto, lleno de grandes pecados.*] *καταρατος*, sceleratus & nefarius. Cic. ad Atti. Ego illum male sanum semper putauit: nunc etiam in purum, & sceleratum puto. Ouid. lib. 3. Meta. Fausto pius, & sceleratus eodem. Idem undecimo Meta. A me caussa data est, ego sum scelerator illo. Veteres etiam Sceleratum accipiebant pro contaminato, & scelere aliquo polluto. Vnde Sceleratam portam dixerunt, qua egressi Fabij, ad Cremeram amnem ad unum omnes a Veientibus sunt interempti. & Sceleratum campum, proxime portam Collinam, in quo uirgines Vestales, quæ incestum fecerant, defodiabantur. Et sceleratum uicum, in quo, cum Tarquinius superbus interficiendum curasset Seruium regem procerum suum, corpus eius iacens filia carpento superuecta est, soperans in possessionem domus paternæ. Transfertur & ad inanimata, ut idem sit quod noxius. Vir. 2. Geo. At sceleratum exquirere frigus Difficile est. hoc est, nocens, omnia exurens.

SCELERO, as, [*Maculare. Gal. Faire, meschancetè, souiller et polluer. Hisp. Ensuñar con tal pecado.*] *μαλίζω*, Polluo, scelere coinquino. Virg. 3. Aen. Parce pius scelerare manus.

SCELEROSVS, a, um, [*Scelerato, μαλοθυπες*, idem quod sceleratus. Terent. in Eu. Vbi ego illum scelerosum, misera, atque impium inueniam? Facta scelerosa, atque impia. Luc. lib. 1.

SCELEROSVS, scelestus, scelestus, [*Pien di scelerità, scelerato.*] *ἀνοστος*, sceleratus, impius, flagitiosus. Cic. pro Sex. Roscio. Res scelestas, atrox, nefaria. Plau. Milite: Atqui improbi & scelesti ijs animam adimerent cito. Lilius libro ab Vrbe condita. Ibi scelesto facinori scelestiorem sermonem addidit. Sceleste, aduerbium: id est, scelestè, flagitiosè, impie, Cic. Atti. lib. 15. Clodium nihil arbitror, malitiosè, quamquam scelestè quidem egerit. Lili. lib. 4. belli Puni.

SCELVS, huius sceleris, [*Glotttoneria, misfatto, sceleraggine. Gal. Meschancetè, meschaceacte, meffait. Hisp. El grande y deforme pecado.*] *καταρατος*, a, grane aliquod peccatum, seu atrox facinus. Pl. in Stic. Aduorsari sine dedecore, & scelere summo haud possumus. Quin. l. 6. cap. 1. Vettis tamen illa sanguine madens, ita representauit imaginem sceleris, ut non occulus esse Cæsar, sed tum maxime occidi uideretur. Vir. 6. Aen. Hortator scelerum Aeolides. Dicitur autem facere scelus, Edere scelus in aliquem, Astringi scelere, Perficere scelus, Suscipere scelus, quorum exempla nusquam non occurrunt. Ponitur aliquando scelus, pro scelerato, Plau. in Amph. Ego tibi istam scelestam scelus linguam abscondam.

SCENA, æ, sine diph. [*Scena. Gal. Un ramée, un eschaffant conuert. Hisp. Morada sombría, cabana zela, tienda, pavelon.*] *σκηνή*, proprie significat tabernaculum ex frondibus inumbrationis causa compositum: *ἀπό τῆς σκηνῆς*, hoc est, ab Umbra deducto nomine. Vnde & Scenopægia dicta sunt festa quædam Hebræorum, quibus agentem *σκη* huiusmodi tabernaculis ex ramis frondibusque compositis, memoriam renouabant eius temporis, quo Aegyptiorum seruitutem liberati, in solitudine sub tentorijs agitauerant. Ad hanc uocis huius originem, respexit Vir. lib. 1. Aen. Africæ portum quandam his uerbis deseribens: Hinc atque hinc ualtæ rupes, geminique minantur in cælum scopuli, quorum sub uertice late Aequora tu ta silent, tum siluis scena coruscis Desuper, horrentis atrum nemus imminet umbra: Quãquam ibi scenæ uocabulum, non pro tabernaculo, arte, manu facta acceperit, sed pro loco, situ, naturaque umbrato. Et quoniam in eiusmodi tabernaculis Attica iuuentus, cum adhuc uicam geret, carmina quædam incondita decantabat, fabulasque quãsdam suo more agebat: factum est, ut postea in urbem redactis Atheniensibus, nomen idem ibi manserit

rit contulatio, quæ inter utrumque theatri cornu erat protèsa, in qua ab hiltionibus fabulæ agebantur. quod etiam nomen Romani una cum re ipsa ab Athenensibus acceptum, assiduo usufu ueluti suam effecerunt. Latius tamen Scenæ uocabulum interpretatur Labeo, referente Vlp. in l. 2. ff. de his qui not. inf. cuius uerba sunt hæc: Scena est (ut Labeo definit) quæ ludorum faciendorum caussa quolibet loco ubi quis consistat moueturque spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico, priuatoque, uel in uico, quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittebantur. Scenarum olim uaria fuerunt genera. ex quibus, quæ Tragica dicebatur, columnis, fastigijs, palatijs, & signis, cæteroque apparatu prorsus regali intruebatur. Comica, priuatorum ædificiorum, & Menianorum, medio crisque cultus speciem habebat. Satyrica arboribus, montibus, speluncis, opereque topiario exornabatur. Erat & Scena uersatilis, quæ subito tota machinis quibusdam uertebatur, & aliam picturæ faciem offendebat. Item alia Ductilis, quæ contractis tabulatis hac arte illac, interiorum picturæ speciem denudabat. Prodi in scenam dicebantur hiltionnes, mimive, cum ab eo, qui ludos edebat, mercede, auctoritate, aut gratia adducebantur, ut in scenam ad agendum prodirent. Reduci autem in scenam dicebatur, qui aliquando interuallo, postquam primum sui spectaculum præbuerunt, ad agendum reuertebantur. Plin. l. 7. c. 48. Valeria Copiola Emboliaria reducta est in scenam, a Pompeio magno, quæ producta fuerat a M. Pompeio ædili plebis. Seruire scenæ, id est, seruire temporis & rebus præsentibus se accommodare. Cic. ad Brutum. Tibi nunc populo & scenæ, ut dicitur seruiendū est. Scena totius rei hæc est, dixit Cælius ad Cic. l. 8. pro eo quod est, hæc est totius rei actio: in hoc rei totius cardo uertitur: Scena minore aliquid agere, id est minore apparatu, & ostentatione.

SCENALIS, le, adiecti. [*Da scena.*] idem quod scenicas, *σκηνικός*, ut Species scenalis. Lucre. lib. 4. Namque ibi concessum cauat subter, & omnem Scenalem speciem patrum, matrumque deorumq. Inficiunt.

SCENICVS, a, um, [*Da scena.*] *σκηνικός*, quod ad scenam pertinet, ut Scenici ludi. Cic. de Orat. Quis unquam res præter hunc tragicas pene comice, tristes remisit, seueras hilare, forenses scenica prope uenustate tractauit? Scenicus uero absoluto uocabulo, hiltion dicitur, qui in scena agit. Suet. in Neron. Ac spectaculis theatri clam illatus, cuidam scenico placenti nuncium misit. Cic. pro Archia poeta. Quod scenicus artificibus largiri solebat, id huic summa ingenij prædico gloria noluisse? Scenice aduerbium: ut, Face re aliquid scenice. Quint. lib. 6. cap. 11.

SCPTICA, cæ, *σκηπτική*, philosophica quædam secta nihil astruens, nihil definiens, aliorum tantum decreta oppugnans, & in ueritatibus inquisitione perpetuo uersans: unde & Sceptica dicta est, quasi consideratrix, *ἀπό τῆς σκηπτικῆς*, quod est considerare. Primus sectæ huius auctor Pyrrho Eleus fuisse existimatur, unde & Pyrrhonianus quidam appellatur, eiusque sectatores Pyrrhonianus. Gel. l. 1. c. 5. Quos nos Pyrrhonianos philosophos, ij Græco cognomente, *σκηπτικοί*, appellantur. Id ferme significat quasi quæsitores, & consideratores. Nihil enim decernunt, nihil constituunt: sed in quærendo semper considerandoque sunt &c.

SCPTVM, ptri, [*Scetto, bacchetta regale. Ga. Sceptre, baston royal. Hisp. El Sceptro insignia real.*] *σκηπτρον*, baculus regni insignis, quo reges maiestatis gratia utebantur: Proprie autem sceptrum Iouis erat ab eo ad reges, & principes, & magistratus translatus. Ouid. lib. 3. Amo. ele. 1. Læua manus sceptrum late regale tenebat. Hinc ad fœdera faciendâ semper adhiberi sceptrum consuevit: quando uerteres in hoc Iouis simulacrum adhibere solebat cum scepro. Quod cum difficile esset aliquando, præsertim quando fœdera cum remotissimis fiebant inuentum est, ut sceptrum, quasi imaginem Iouis tenentes fœdes percuterent. Sceptifer, fera, ferum, Ouid. 6. Fast. Sceptriferas serui templa dedisse manus.

SCHEDA, æ, [*Carta, cartella, tavoletta. Gal. Vne feuille de papier ou de parchemin ou autre chose à écrire, tablette. Hisp. La carta o hoia.*] *σχεδῆ*, tabella, siue pagella phylaræa, hoc est tiliæa, qua pro chartis prisca uti solitos Eusta. & Aelianus afferunt, hodieque Græcum uulgus *σχεδῆς*, uocant tabulas eas, quibus supputatores numeris scribendis utuntur, ut mox liru spongiæ leuiter aboleri possint. Accipitur aliquando scheda pro charta, seu libello extemporaneo, non satis expolito. eiusmodi sunt, quas, tamquam relecturi, reponimus. Quin. Nam qui omnes etiam indignas lectione schedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare sese potest. Mart. lib. 4. Ohe iam satis est, ohe libelle, Tu procedere adhuc & ire quæris, Nec summa potes in scheda teneri.

SCHEDVLA, æ, [*Carticella, polizetta, breue.*] *σχεδῆς*, deminutiuum a scheda. Cic. ad Cass. l. 15. Hæc tercia iam epistola ante oppressit, quam tu schedulam, aut litteram.

SCHEMA, atis, [*Forma, figura, ornamento. Gal. Figure, forme, ornement. Hisp. El habito o modo o forma o figura.*] *σχημα*, uox Græca est idem significans,

significans, quod figura, ornatus, habitus, modus. Nævius Licurgo, ut citat Nonius: Pergite thyrsigeræ Bacchæ modo Bacchico cum schemate. Lucii. 24. apud eundem. In gymnasio, ut schema antiquo est, spectatorem retinerem. Schema item dicitur quædam tam uerborum quam sententiarum lumina, quibus tamquàm insigniori ornatus, tota oratio distinguitur. Cic. de Cla. Ora. Schema enim quæ uocant Græci, ea maxime ornant orationem, eaque non tam uerbis pingendis habent pondus, quam illuminandis sententijs. Quin. lib. 9. c. 1. Schema proprie dicitur, quod est a simplici ac in promptu posito dicendi modo poetice, uel oratorie mutatum. Legitur & Schema feminino genere apud antiquos. Plaut. in Prol. Amph. Quod ego huc processi sic cum seruii schema id est, seruii habitu.

SCHIDIA, [Scheggia. Gal. Fragments, petites pieces. Hist. Pedagos de mader.] σχιδία, sunt assulæ, siue fragmenta, quæ fabri materiarij ex ligno deiciunt, a uerbo Græco σχίζω, quod est findo, siue seco. Vnde σχιδος, siue σχιδάξ & per deminutionem, σκιδιον, siue σκιδάχιον, pro minutionibus illis fragmentis, quæ a lignis, cum finduntur, dolantur, & dissiunt. Vir. lib. 2. cap. 1. Interualla que relinquuntur propter crassitudinē materiæ, schidijs, & luto obstruunt. Hinc ipsi etiam cunei, quibus ligna finduntur, a Græcis σκιδία, appellatur. Cœl. lib. 4. cap. 13.

SCHOENOBATES, p. c. [Colui che giuochu esaminando su la corda. Gal. Qui marche sur une corde, b. isfeleur qui danse sur une corde. Hist. El trepador.] χοινοβάτης, qui super funem ludendo graditur, χοίνος, funis dicitur, & βάτης, ascendo. Iuu. Sat. 3. Augur, schœnobates, medicus, magus, omnia nouit. Hi a Firmico dicuntur Neurobatæ, Funerepi ab Apul. Fanambuli ab omniibus. Hinc Schœnobatica, ars ipsa, siue exercitium fanambulorum. Cœl. ad Cic. lib. 8. Ego qui scirem Q. Pompeiam Banti schœnobaticam facere, & usque eo, ut ego miseretur eius esurire.

SCHOLA, læ, [Schola. Gal. Vn' eschola ou college. Hist. Escuela.] σχολή, litterarium ludum significat, a uerbo Græco σχολάζω, quod est uacare, quia cæteris rebus omissis uacare liberalio. Studijs pueri debent. Auf. tamen σὺν τῆς σχολῆς, deduci mauult id est, ab uacatione, & laxamento, quod pueris interdum dandum esse præscribit. Sic enim ait: Graio schola nomine dicta est, Iusta laboriferis tribuantur ut otia Musis. Plura. au. scholæ apud F. tam. Cic. 2. Offi. Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de utendi, commodius a quibusdam optimis uiris ad sanum medium sedentibus, quam ab ullis philosophis ulla in schola disputatur. Quin. lib. 3. c. 3. Hæc uel ad scholarum exercitationes pertinere creduntur. Idem in proœ. lib. 2. Qui si fuisset aliquando perfectus, a philosophorum scholis uirtutis præcepta peterentur. Eligere scholas. Quin. lib. 1. cap. 2. Sed ut fugiendæ sunt magna scholæ, (cui ne ipse quidem rei assentior, si ad aliquem merito concurratur) non tamen hoc eo ualet, ut fugiendæ sint omnino scholæ. aliud est enim uitare eas, aliud eligere. Explicare scholam: est, præcepta doctrinæ exponere. Cic. 2. de Fi. Primum in quâ deprecor, ne me tamquam philosophum putetis scholam uobis aliquam explicaturum: quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere unquam probaui. Erat & in balneis apud Vitr. hoc est, pars labri, siue aluei, a præstolando (ut quidam arbitrantur) dicta, ut occupato ab his, qui priores uenissent, labro, in schola cæteri circumspicientes recte stare possent. Erat & in porticibus auctore Plinio: Alexandrum (inquit) & Philippum cum Minerua, qui sunt in schola in Ostia: & porticibus & Philippi. Cic. lib. 1. Tulc. posuit Scholas pro disputationibus & controuersijs, quæ in scholis inter ductorem & discipulum ociose agitari solent, cum inquit, Hanc perfectam philosophiam semper iudicauit, quæ de maximis quæstionibus copiose posset, ornateque dicere, in quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, ut iam etiam Scholas Græcorum more habere auderemus.

SCHOLASTICVS, ca, cum, [Dischola.] σχολαστικός, quod ad scholam pertinet. Vnde Scholastica disciplina, & Scholasticos uocamus discipulos, qui discendi gratia scholas frequentant, Pli. epist. 24. Scholasticis porro, dominis; ut hic est, sufficit abunde tantum solui, ut releuare caput, reficere oculos, reptare per limitem, unamque semitam terere, &c. Ponitur quandoque Scholasticus pro de clamatore solum in fictis causis, & ociosis uersato, non in ueris litibus. Pli. epist. 12. Scholasticus tantum est, quo genere hominum nihil aut simplicius, aut sincerius, aut melius: nos enim qui in foro, uerisq. litibus, teritur, multum malitiæ, quamuis nolimus, addiscimus.

SCHOLIUM, li, [Breue commentum. Gal. Vn' glofe, une briene interpretation. Hist. La postilla o glosa.] σχολιον, interpretatio breuior, breue scriptum, excusatio, siue purgatio. Cic. Att. lib. 16.

SCIENTIS, scientis, [Sciente intendente,] participium, a Scio, siue nomine ex participio: Aliquando idem est, quod non nescius. Ter. Andr. Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, ut scis sciens. Aliquando idem quod prudens & data opera; Terent. in He. Sciens

non faciam. Cic. 7. Verr. Num mihi uideor de omnibus iam rebus eius geitis dixisse, quæ quidem ad belli fugitiorum pertinere suspicionem, certe nihil sciens præterit. Idem pro Sylla: nullum a me sciens facinus occultatur. Sciens cum genitio, pronominus, siue peritus, Gell. lib. 18. cap. 5. Lucilius adeo uir apprime lingue Latine sciens equum equitare dicit. Hora. 3. Carna. Ode. 9. Me nunc Threïssa Chloë regit Dulceis docta modos, & citharæ sciens. Scientior, comparatiuus. Cicer. pro Lege Man. Quis igitur hoc homine scientior unquam aut fuit, aut esse debuit? Scientissimus superlatiuus, Cicer. 1. de Inuen. Nam nauis optime cursum conficit ea, quæ scientissimo gubernatore utitur, Scienter, aduerbium, id est, prudenter, & data opera, Plin. in Paneg. Explanauitque uerba, quibus caput suum, domum suam, si scienter fessellisset, deorum iræ consecraret. Aliquando scite, perite, Cicer. in Bruto: Quam omnino multa de iure ciuili, quæ quidem perite, & scienter, tum ita breuiter, & satis ornate & pereleganter diceret. Scientius, Scientissime, Cicer. in Ora. Nam neminem in eo genere scientius uersatum Iocrate confitendum est. Idem lib. 1. de Diuin. Hetruria autem cælo tacta scientissime animaduertitur, ea lemque interpretatur, quid, quibusque ostendatur monitis atque portentis.

SCIENTIA, æ, [Scienza, dottrina, sapienza. Ga. Science, connoissance. Hist. Sciencia propriamente dicha.] εἰσῆσις, certa rei alicuius per causam cognitionis. Philosophi definiunt esse habitum, una uel pluribus demonstrationibus acquisitum; quo certo scimus rem aliter se non posse habere. Cic. de Offi. Modestia est sciëntia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Idem 3. de Or. Omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis sciëntiæ cupiditatem. Dicimus autem Consequi scientiam, Dare scientiam, Habere scientiam, Proferri scientiam, Tenere scientiam alicuius rei. quæ locutiones uiris doctis familiares sunt. Contrarium est Insiciëntia. Col. lib. 3. Quærunturque non respondere sibi uineta, quæ per auaritiam, uel insiciëntiam, uel negligentiam perdidit. Hæc etiam insiciëntia dicitur: ut apud eundem. Nam plurimus per hanc insiciëntiam uastare uineta comperi.

SCILICET, [Certo, certamente. Gal. Pensez que uoïre, certes, Dieu sait que uoïre, pour certain. Hist. Conuient a s'aber, o certamente.] σίησις, idem quod uidelicet, nempe, nimirum, certe, profecto. Cic. 6. Verr. Respondit id, quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prætoris. Idem pro Cælio: Cum scires quantum ad scelus aurum hoc quæreretur, ad necem scilicet legati. Cic. lib. 9. epist. Quid eos interpretari putas, cum hoc faciunt? ad hostem scilicet portari. Quid in epi. Canaces: Scilicet est aliquid, cum scuis uiuere uentis: id est multum profecto ad rem facit. Venustissime autem ponitur ironice, præsertim cum rem aliquam absurdam esse, & minime credibile uolumus significare. Ter. Andr. Meum gnatum rumor est amare. Dav. Id populus curat scilicet. Vir. 4. Aeneid. Scilicet is superis labor est.

SCILLA, [Scilla.] σκίλλα, siue ut apud Varronem legitur squilla, herba est, ex genere bulborum, radicem habens ceparum modo multipliciter tunicatam. Officinæ cum Varrone Squillam nominant. Arist. lib. 1. de Plant. Hinc Scilliticus adiect. quod ex scilla factum est. Pl. lib. 24. cap. 8. At cum aceto acrimagique scillitico &c. Scillinus, aliud adiect. idem Plin. lib. 23. c. 2. Acetum scillinum in ueterum magis probatur, &c. Scillites acetum, dicitur in quo scillarum bulbi ad medicamentum macerati sunt. Pl. 1. 32. c. 10. Vrtica marina trita ex aceto scillite, &c.

SCIMPODION, dii, σκιμπόδιον, grabatum, siue humilior lectulus, diuturnæ quieti accommodatus. Gel. 18. Offendimus eum cubantem in scimpodio Græciensi.

SCINCYS, σκίνκος, genus crocodili terrestris, ab aquatico distans tum candore, & tenuitate cutis, tum squamarum situ, quas habet ad caput uersas. Vide Pli. lib. 28. cap. 8.

SCINDO, dis, di, ssum, per duplex l, [Schiappare, fendere. Gal. Trencher, couper, déchirer. Hist. Cortar o tair o hender.] τεμνω, significat findo, frango, diuido, Vir. 6. Aen. Procumbunt picæ, sonat ita securibus ilex, Fraxinæque trabes, cuneis & fissile robur scinditur. Quid. 3. Tri. el. 10. Nec poterit rigidas scindere remus aquas. Cic. 3. Tulc. Scindens dolore identidem in tonfando comam. Scindere dolorem suum, est patefacere commemorando. Cic. ad Att. tib. 3. Nolo commemorare quibus rebus sim spoliatus, non solum quia non ignoras: sed etiam ne scindam ipse dolorem meum. Penulam scindere, pro inpenitus retinere hospitem, atque inuitare prolixius: hodie tritissimum est. Quod qui faciunt manu in penulam iniecta, quasi ui conantur remorari. Cic. ad Att. lib. 13. Venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus esset: sed ego ita egi ut non scinderem penulam. Et paullo post: Horum ego uix atrigi penulam, tamen remanserunt. Scindere sententiam, est mutare, Cic. ad Att. lib. 13. Non licet scindere sententiam suam: sed tamen quæ tum acta sunt, non possum non probare: & tamen non curare pulchre possum sicuti facio.

Virg.

- Virg.** 2. Aen. Scinditur incertum studia in contraria uulgi, Id est diuiditur, & in diuersas sententias, ueluti partes quaedam it. Scindo, Scindidi, olim in praetico habuit. Plaut. in Pseud. Nam ego cicilendum quando in patina scindidi. Scissus, ssa, um, & partu. Virgil. 12. Aeneid. It scissa ueste Latinus Coniugis artonicus factis, urbisque ruina. Scissus, sus, sui, pro ipsa scissura. Varro Scissu materix fatigatus, quiescebat lectulo. Scissilis, le, p. c. quod scindipotest, uel quod scissum est: ut, Sciscite alumen, apud Cel. lib. 6. Insuperque ulcera debent alumen scissili. Scissura, lux, & ipsa scissio. Plin. lib. 11. cap. 28. Pennæ infectis omnibus sine scissura. Idem lib. 5. cap. 9. Vnde ad Ammonis oraculum duodecim dierum iter est, ad scissuram autem Nili, quod appellamus Delta quindecim. M. P. Huius uerbi composita sunt, Abscindo, Conscindo, Discindo, Interfscindo, Proscindo, & Rescindo, de quibus alibi.
- SCINTILLA**, illæ, [scintilla. Gal. Esfincelle. Hisp. Centella de fuego.] *scintilla* proprie est, quæ e silice, cum cæditur, exilire solet. Virg. 1. Aen. At primum silicis scintillam excudit Achates. Ouid. 4. Fasto. Par quoque cum faxis pastores saxa feribant Scintillam subito profuississe ferunt. Per translationem accipitur pro minima lucis, aliterius rei portuicula. Cic. 4. Ac. Ibi autem, quos tu probas, tantis offusis tenebris, ne scintillam quidem ullam nobis ad aspiciendum reliquerunt. Scintilla belli, pro reliquijs, Cicero ad Plancium libro 10. In illam igitur curam incumbere, mi Plance, ut ne qua scintilla tærrini belli relinquatur. Hinc Scintillula, deminutiuum. Cicero. lib. 5. de Finib. Virtutum quasi scintillulas uideamus.
- SCINTILLO**, as, [splendere, risplendere. Gal. Esfinceller. Hisp. Centellar, be char centellas, resplandescer.] *scintillo*, splendo, mico, & ueluti scintillas quaedam emitto. Plau. in Menæc. ut oculi scintillant, uide. Vir. 1. Geo. Scintillare oleum, & putres concresecere fungos. Plin. lib. 20. c. 1. Hoc enim ueri experimentum est, si admotum prius, quam extinguit, scintillare fursum ac deorsum cogat. Scintillatio, onis, actus scintillandi. Plin. lib. 20. cap. 9. Prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini scintillationibusque.
- SCIO**, scis, iui, itum, [sapere, esse docto. Gal. saouir, entendre. Hisp. Saber, ser docto.] *scio*, futuro, sciam, & scibo. Ter. in Adel. Hinc scibo iam ubi fiet. Et proprie scire, est rem per causam cognoscere. Pla. Epid. Quia ego hanc, quæ fiet, Neque scio, neque noui. Cic. 1. de Ora. Nihil certum sciri, nihil plane recognosci, & percipi possit. Liu. 5. Bel. Pun. Iam tumultus erat clamorque quails esse in capta urbe solet. sed qui fiet esset nemo satis pro certo scire. Scire linguas. hoc est, nosse, siue callere. Plaut. Pæn. Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire. Scire fidibus. Ter. Eun. Is ubi hæc forma uidit honesta uirginem, Et fidibus scire, pretium sperans illico producit. Scire Latine, uel Græce. Cicero. de Cla. Ora. Non enim tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire. Idem 2. de Finib. Cum Græce, ut uideor, luculenter sciam. Sciri passiuum. Cic. 5. Ver. Id adeo sciri facillime potest ex litteris publicis. Idem 2. de Ora. Ars enim earum rerum est, quæ sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. Huius composita sunt, A scio, Ab scio, Conscio, Descio, Nescio, Præscio, & Rescío a quibus A scisco, Conscisco, & Rescisco, de quibus alibi.
- SCIOLEVS**, p. c. id est, semidoctus, litteris leniter tinctus, qui cum in Musarum ædem uix a limine inspexit, nihil tamen non audeat, falsaque eruditionis opinione intumescit.
- SCIPIO**, onis, *scipio*, proprie dicitur baculus ille, cui senes innitentes gradum stabiliunt. Liu. 6. ab urb. Scipione eburneo in caput incusso, iram mouisse. Scipio in uincis, quo ipsa uia ue uti baculo sustinetur: scapum Varro, nostri caudam appellant, alij pedem uix. Colum. lib. 12. cap. 39. Vbi satis erunt corrugata acina, demittito, & sine scipionibus in dolium conijcito, pedibusque bene calcato.
- SCIPIONVM**, familia Romæ in primis illustis, a P. Cornelio cognomen traxit, qui quod patrem luminibus orbem uice Scipionis reget, primus id cognominis est sortitus, & deinceps ad postereros transmisit.
- SCIRPEVS**, a, um, ex scirpis confectum: ut Scirpea raris, Pla. in Ag. Scirpea simulacra, Ouid. 5. Fast.
- SCIRPI**, *scirpi*, iunci fragiles, palustresque sunt, non in fruticum ue priumve, non in caulium, siue herbarum genere numerati. Ex his teguntur domus & tegetes sunt, quibus uelificat in Pado nautici, & in mari Africo piscatores, Donat. Scirpus sine nodo est, & læuis iunci species, palustris res. Hinc factum est prouerbium, No dum in scirpo queris, de his, qui in rebus claris atque apertis scrupulum querunt. Hoc adagium refertur apud Plau. in Men. & uerbis ipsidem apud Ter. in And. Quidam etiam Scirpos accipi putarunt pro nodosis & implicatis enigmatibus, citantes locum Gel. lib. 1. ubi sic legitur, Quæ Græci *scirpota*, Latini Scirpos appellant, lauerunt, tales etiam Græcis itidem *scirpota*, uocantur. Quo tamen in loco Scirpos legendum est, non Scirpos.
- SCIRPICVLAE**, [Corteletti, falcette. Gal. serpette, serpillon. Hisp. La hoz podadera.] falces, quibus in scirpandis, hoc est, in præcidendis uincis utimur, ad amputanda superflua ligamentorum. Var. lib. 1. c. 22. Falces dicuntur uincaticæ opus esse sex, scirpiculæ quinque. Hæ etiam dicuntur Scirpariæ falces.
- SCIRPICVLVM**, scirpiculi, [Canestro, cistello, cistella. Gal. Un petit panier de iouc, d'osier ou telles choses. Hisp. Canastillo, caxuela texida de iuncos.] canistrum, uel quod de scirpis seu lento uimine confectum est: uel quod uerius uidetur, a scirpando, hoc est, a ligando, siue uinciendo. Col. rei rust. l. 10. Cano iam uimine textum Scirpiculum ferrugineis cinnulate hyacinthis.
- SCISCO**, sciscis, [Cercare d'informarsi, inuestigare, spiare. Gal. Entendre, saouir, enquerer. Hisp. Entender, buscar para saber. Μαυράδω, intelli-go, uel operando, ut sciam. Plau. in Amph. Ocyus accorro ut scisciam, quid uelit. Aliquando etiam ponitur pro statueret, decerneret, sancire, edicere, Idem in Curc. Rogationes plurimas propter uos populus sciuir, quas uos rogatas rumpitis. Cicero pro Flac. Quæ scilicet plebs, aut quæ populus iuberet summora concione, distributis partibus. Idem 3. Offi. Durius etiam Athenienses, qui sciuerunt, ut Aeginetis, qui classe ualebant, pollices præciderunt. Idem pro Plancio, Plancius primus legem sciuir de publicanis.
- SCISITOR**, taris, deponens, [Interrogare, cercare d'intendere, inuestigare. Gal. S'enquerer, s'enquerir, interroguer. Hisp. Preguntar para saber.] *scisitor*, idem quod, scitor, siue inquitro. Plaut. Amph. Ibo aduersum, ut, si quid habent, scisciter. Cic. 1. de Nat. Deo. Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam. Pla. Cap. Secede huc: nam sunt, quæ ex te solo sciscitari uolo. Legitur & Sciscito, in eadem significatione. Idem in Merc. Imo mane, paucula etiam prius sciscitare uolo.
- SCISILE**, p. [Che si puo fendere.] *scisile*, quod scindi potest, ut, scisile alumen, apud Celsum. lib. 6. cap. 11. Vide Scindo.
- SCISSIO**, scissura, & scissus, ssus, [Fessura.] *scissio*, idem significant. Varro Scissu materix fatigatus quiescebat lectulo. Plin. lib. 11. c. 28. Pennæ infectis omnibus sine scissura.
- SCITAMENTA**, mentorum, *scitamenta*, sunt edulia, ex eo dicta, quod sciti saporis sint: hoc est, egregij, & præcellentis. Macr. li. ult. Saturnianum: Apud Popinatores pleraque scitamentorum cernimus proposita ampliora specie, quam corpore, id est, iucundiora pulmenta. Gel. lib. 18. c. 8. Per translationem posuit pro exornationibus orationis, quæ in collocandis uerbis (si immodice usurpentur) nonarent reprehensione *κακοζήναια*. Cæteraque, inquit, hu iusmodi scitamenta, id est scite, & argutule, ut ipsis uidentur, & ex cogitata orationis ornamenta.
- SCITE**, aduer. [saput amente, dottamente, leggiadramente. Ga. Lentement, fort bien, mignouement. Hisp. Hermosa y scientemente.] *scite*, docte, pulchre, bene. Cic. ad Brut. l. 1. Satis scite, & commode tempus ad te cœpit adeundi. Gel. l. 1. c. 1. Scite, subtiliterque ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit. Huius contrarium est Inscite id est indocte, imperite, eleganter, Col. lib. 4. Nam id plurimum refert in scite non facere.
- SCITOR**, scitaris, deponens, [Inuestigare. Gal. S'enquerir de quelque chose, interroguer. Hisp. Preguntar para saber.] *scitor*, interrogatio, seu inuestigo, quæ occulta magis ac secreta sunt. Vir. lib. 2. Ae. Suspensis Eurypilum scitatum oracula Phœbi Mittimus. Cicero. de Ora. Sentiebam non te id scitari, qualem, & c.
- SCITVM**, tis, subst. [Decreto. Gal. Decret, ordonnance. Hisp. Statuto, decreto.] *scitvm*, significat decretum, siue iussum. Liu. l. 1. Cetera quoque omnia publica, priuataque sacra pontificis scitis subiecit. Hinc Plebiscitum plebis statutum. Auctor ad Heren. lib. 1. In rem conferuntur, ut si quis ex testamento, quod facere iussus est, plebi scito uetetur.
- SCITVS**, ta, tum, [Dotto, saputo, accorto. Gal. Sage & sauant, fin, accort, bien aprins. Hisp. Sabio, científico.] *scitvs*, uenustus, elegans, argutus, ornatus. Ter. in Eun. Scitum hercle hominem, hic proflus ex stultis iufanos facit. Cic. in Læl. Scitum est illud Catonis, Multo melius de quibusdam acerbos inimicos mæreret, quam eos amicos, qui dulces uideantur. Interdum accipitur pro formoso, Terent. in Andr. Scitus puer natus est Pamphilo. Huic contrarium est Inscitus, p. p. de quo supra suo loco. Item Scitulus, demt. Pla. in Rud. Atque ambas forma scitula, atque ætacula.
- SCLOPPVS**, pi, [schippo, strepito.] *scloppvs*, est, qui ex inflatione buccarum erumpit. Pers. Sat. 5. Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas.
- SCOBINA**, æ, p. c. [Limatura, raschiatura. Gal. Vne rape ou une lime. Hisp. La escolina para limar maderas.] *scobina*, limatura, quæ etiam Scobis dicitur. Plin. l. 1. c. 37. Nouissima asperitas, ut scobina ferri. Vnde Descobinatus, teste Nonio, id est, defectus, saucius, abrasus. Varro Meleagro, ut citat id est Nonius: Sin autem delectationis causa ueniamini, quanto facius id saluis cruribus in circo expectare, quam ijs descobinatis in silua curare?

SCONS, bis, sœm. gene. secundum Prif. uel hic Scobs secundum Phocam. [R]ecatur. s. segatura. Gal. Science ou limeure. Hisp. Las afferraduras de la lima o de la maderá.] ὀψινομα, quod ab aliqua materia minutissimum decidit, dam uel fera secatur, uel terebra perforatur, uel lima politæ. Hor. 2. Serm. Sat. 4. Vilibus in scopis, in mappis, in scobe, quantus Consistit sumptus? Plin. lib. 34. Alij elimatam scobem in fictili cado coquunt, in caminis, donec percoquatur figillum. Inuen. Sat. 14. Et tamen uno Semodio scobis hæc emendat feruulus unus.

SCOMMA. [Motto. Gal. Vn brocard & lardon. Hisp. Donayre moteiando.] σκόμμα, Latine cauillum uerti potest. Nam ut Macrobi. inquit li. 7. Satur. cap. 3. est morsus figuratus, qui sæpe fraude, uel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intelligatur, nec tamen semper ad amaritudinem pergit. Eiusmodi est, illud in falsamentarij filium, Tace tu, cuius pater se cubito solet emungere. Item illud Cicero nis in Caninium unius diei Consulæ: Olim Flamines, nunc consules sunt Diales. Lædoria uero, eodem Macrobio teste, apertum est conuicium, & manifesta contumelia, nullo festiuitatis, ambiguitatis uel amantia adumbrata.

SCOPAE, arum, pluraliter, [Scopa granata. Gal. Vn balay ou uerger à nettoyer. Hisp. Escoba.] κόρημα, instrumentum quo pauimenta uerrunt. Plau. in Stich. Munditias uolo fieri: hic ferte huc scopas, simulque arundinem. Dicitæ scopæ, quasi scobæ, quod his purgamenta ueluti scobem educimus. Hoc instrumentum plectuntur Ionæes ob uoxam, cum cæduntur scoparum fasciculo manuali, circumducti per fora, ut uibices rubentes existant in tergo. Scopæ dissolutæ, prouerbiali metaphora dicuntur homines nihili, nulliusque profus consilij, Cicero ad Att. lib. 7. Cæsarem uidi Minturni ad VII. Calend. Febr. mane, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, ut id ipsum mihi uideatur irridendi causa fecisse. Idem in Orat. Scopas dissoluere dixit, pro eo quod est, rem profus inutilem facere. Isti (inquit) cum dissoluant orationem, in qua nec res nec uerbum ullum est, nisi abiectum, non clypeum, sed, ut in prouerbio est, scopas mihi uidentur dissoluere. scopæ manuales herbarum, dicuntur, quas medici uocant manipulos, hoc est, fasciculi, quos una manu pōssumus apprehendere. Plin. lib. 24. cap. 15. Incipientibus hydropicis efficax, manualibus scopis eius in trib. heminis aquæ decoctis usque ad tertias. Huius demin. est Scopula. Coll. lib. 12. cap. 38. Scopulis aridæ myrti, seria suffriatur.

SCOPARI, orum, [Scopatore, σκαζατορε.] οὐ σαρκῶντες, dicuntur serui, quorum ministerium est, ut scopis deuerant pauimenta sordetia. Vlpia. tit. de Fundo instruct. Si uilla cultior sit, accedere instrumentum fundi atrienfes, & scoparios.

SCOPTULA OPERTA, quæ medicis dicitur docet his uerbis Celsus lib. 8. cap. 1. A ceruice duo lata sunt ossa utrinque ad scapulas tendunt: nostri scoptula aperta, ὀμοπλάτας, Græci nominant. Ea in summis uerticibus sinuata, ab his triangula, paulatimque latefcentia ad spinam tendunt, & quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Hæc Celsus. Latos humeros quidam uocant, alij ossa humeraria.

SCOPYLVS, li, [Scoglio. Gal. Vn rocher. Hisp. Roca o peña.] σκόπελος, est saxum eminens, a uerbo Græco σκωπέω, ut Seruio placet, hoc est a speculando, quod inde in mare pateat prospectus: uel ab eo, quod Græci pro eodem dicunt σκόπελον, quamuis etiam hoc ἄπο τῆς σκοπέω, dictum sit. Plin. lib. 12. c. 14. Saba regio a dextra maris, scopulis inaccessa. Est etiam scopulus interdū partus scopus: hoc est, illud, ad quod sagittas dirigimus. Suet. in Domitia. c. 19. Non numquam in pueri procul stantis, præbentisque pro scopulo dispersam dextræ manus palmam, sagittas tâta arte direxit, ut omnes per interualla digitorum innocuæ euaderent. Cicero de Or. Syrtium patrimonij scopulum libentius dixerim.

SCOPYVS, pi, [Mira segno intentione bersaglio. Gal. Scope, but à quoy on vise. Hi. Mirada, senal.] σκοπός, est illud, ad quod sagittas dirigimus. Inde manarunt prouerbiales locutiones, Artingere scopum, Aber rare a scopo, & similes. Per metaphoram scopus accipitur pro fine illo, quo mentem & propositum nostrum dirigimus: Cicero. At lib. 15. Scopus enim hic est, huic nostro, nihil præbere. Scopus etiam in uua dicitur ramosum illud, ex quo dependent acini. Var. 1. de re ru. cap. 45. Quæ calcatæ uuæ erunt, earum scopi cum folliculis subiiciendi sub prelum, ut si quid reliqui habeant musti, exprimitur in eundem lacum.

SCOPYLOSVS, adiectiuum, [Pieno di scogli. Gal. Plein de rochers. Hisp. Leno de rochas o peñas.] scopulis plenus Plin. lib. 6. c. 18. Deiectumque per scopulosa & abrupta, &c. Per translationem ponitur pro difficili, Cicero. 1. Ver. Intelligo quam scopuloso difficilique loco uerser.

SCORIA, σκωρία, spurcicia, siue sordes, quæ ex metallo, intercoquendum, ueluti spuma quædam expurgatur. Celsus Recrementum, nominat. Sic enim habet lib. 5. cap. 18. Plumbi recrementum σκωρίων μαλκός, Græci uocant. Plin. lib. 33. c. 4. Spurcicia in om-

ni metallo Scoria uocatur. Ponitur interdum pro cura & passione, propterea quod qui in luctu constituti sunt, omni profus cultu neglecto, sordidati conspiciantur. Virgil. ad Messal. Et scoria patiar tabescere tali.

SCORPIVS, pii, & Scorpio, onis, [Scorpione. Gal. Scorpion. Hisp. Escorpion o alacran.] σκορπίος, animal uenenosum, cauda feriens, de cuius natura uide Plin. lib. 11. c. 15. Scorpium etiam, siue Scorpio, celeste signum. Colingreditur Scorpium XI III. Calend. Nouembr. Item militare instrumentum, ita dictum quod paruis, ac septilibus spiculis intertumentum, siue quod scorpionis similitudinem habeat, cum arcus hinc atque hinc chelarum similitudine præferant spiculum caudæ. Vulgus Arcubalitam appellat. Quidam etiam accipiunt Scorpium pro genere tormenti, ut sunt rubi aculeati, uel flagellum uirgarum, ut scutica habens in summitate glâdes plumbeas. Quo quidem tormenti genere sæpe legitimus martyres afflictos fuisse. Plin. 1. 7. c. 56. Et in tormentis scorpioné, Cretas inuenisse ferunt. Præterea Scorpium herba est, semen habens ad similitudinem scorpionis, quæ ualet aduersus animal sui nominis: de qua Plin. lib. 22. c. 15. Et & Scorpium piscis, apud eundem Plin. lib. 32. c. 11. Cicero in Arat. Scorpium iafesta præportans, hebile acumen.

SCORTEVS, aum, [Di pelle. Gal. Fait de cuir ou de peaux. Hisp. Cosa hecha de cuero o pelliza.] τανυσς, coriaceus, pelliceus, Quid. 1. Fait. Scortea non illis fas est inferre facello. Scortei nummi, σκότινα νομίσματα, qui fiebant ex corio. Donatus quoque in Com. Virgilij pecuniam autumat ex corio bubulo prisca temporibus fuisse, & inde dictam pecuniam, quod ex pecore feret. scortea bullata, qua libertini pueri utuntur nominat Pedianus. scorteos autem nummos Donatus in Virgilium pecuniam ait ex corio bubulo prisca temporibus fuisse.

SCORTATOR, oris, uerbale, [Puttaniere. Gal. Futier, puillard. Hisp. Putañero, que anda y tras putas.] meretricum sectator. Cicero in Cat. O bellum magnopere pertimescendum, cum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem prætoriam.

SCORTOR, aris, [Andare a meretrici. Gal. Parlardre. Hisp. Andar tras putas a en puteria.] πορνέω, meretricor. Terent. Hea. Scortari crebro nolunt.

SCORTVM, ti, [Meretrici, puttana. Gal. Putain de bordeau. Hisp. La puta.] πόρνη, id est meretrix inde dicta, teste Festo, quod tamquam pellis subigatur: Omnia namque pellibus facta, antiqui Scortea appellabant. Cicero pro Mi. o. Clodius sæper scorta, semper lupas ducebat. Idem de Arusp. resp. Quis unquam nepos tam libere est cum scortis, quam hic cum fororibus uoluitatus? Dicitur aliquando, & de maribus, præposterè uirorum libidini obsequentibus. Cicero pro Sext. Nec mihi res erat cum Saturnino, sed cum scurrarum locupletum scorto, cum fororis adultero, &c. Quo in loco Clodium intelligit. Hinc fit deminutiuum Scortillum. Catul. Scortillum mihi cum repente uisum est, Non sane illepidum, nec inueniuntum.

SCOTOMA, [Caligine de gli occhi, uertigine.] σκότωμα, uertigo capitis, cum omnia, quæ foris oculis occurrunt, in gyrum circummagi uidentur, quam & uisus obtenebratio, nonnumquam & casus solet comitari. Dicitur Scotoma, quasi obscuratio. Σκότος, enim Græcis tenebras significat. unde σκοτός, obtenebro, obscuro. A cuius præterito passiuo deducitur uerbale σκότωμα, Latini hoc mali genus uertiginem appellant.

SCREABILE, χρεμίδον, quod screari potest. Vnde compositum Excreabilis. Plin. libro. 20. Pulmonum uitia excreabilia facit.

SCREATVS, tus, [Rascamento. Gal. Crachement. Hi. Obra de escupir tosiendo.] χρέμψις, ipsa screatio. Terent. in Heau. Gemitus, screatus, tulsis.

SCREO, as, [Sputare per farza. Gal. Cracher. Hisp. Escupir tosiendo o gargalear.] χρέμψις, cum conatu quodam de pectore sputum eicio. Plin. lib. 23. capit. 1. Eadem in iumento, homineque phlegma, aut sanguinem qui screat, talo circumligata sanat. Screator, oris, qui screat. Plau. in Mil. Screator sum itidem minime succidus. compositum Excreo, cuius significationem supra explicuimus suo loco.

SCRIBABZ, [Scrivano, cancelliere, notaio. Gal. Ecrivain, scribe, greffier. Hisp. Ecrivano, notario.] γραμματέας, cuius munus est litteras, uel acta, aliudve quiduis, Principis, uel ciuitatis, uel etiam magistratus cuiuspiam nomine seu mandato scribere. Liu. lib. 2. de Cneo Mucio loquens. Ibi cum militibus stipendium sorte daretur & scriba cum rege sedens, pari fere ornatu, multa ageret. Et paulo post. Scribam pro rege obruncat. Cicero Rufo. Ad ea, quæ scripsisti, commo diu equidem possem de singulis ad te reb. scribere, si M. Tullius scriba meus adesset.

SCRIBELLO, las, [scriuere.] ueteres usi sunt pro scribo: a quo compositum fit Conscribellor: de quo supra suo loco.

SCRIBITA, genus cibi appellatum, quod in circuitu ad restis modum

dum torqueretur. Hoc solum differens a placenta, quod sine melle coquebatur, & feruentissima edi solebat. Mart. lib. 3. Circumlata diu mensis scriblita fecundis Vrebat nimio sæua calore manus. Plaut. in Pœn. Dum ludi fiunt, in popinam pedissequi irruptionem facite: nunc dum occasio est, nunc dum scriblitæ æstuant, occurrite.

SCRIBO, scribis, scripsi, scriptum, [*Scriuere, segnare, mettere a libro. Gal. Escriuere. Hisp. Escriuir.*] λογγραφεω, eorum propriè est, qui operis aliquid componunt. Cic. Cornificio. Sed proxime scripsi de Optimo genere dicendi, in quo, &c. Plin. lib. 12. cap. 14. Tuba rex ijs uo luminibus quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium. Hor. 2. epist. 2. Præter cetera Romæ me ne poemata censes Scribere posse, inter tot curas, totq. labores? Vnde Scriptores, dicuntur ipsi librorum auctores. Nam qui ab exemplaribus aliquid exscribunt sumunt, non proprie Scriptores, sed Librarij dicuntur: nec scribunt, sed describunt, aut exscribunt transcribuntve. Interdum tamen scribere accipitur pro manu propria litteras fingere. Plaut. in Pse. Quasi in libro cum scribuntur litteræ calamo. Aduertendum tamen apud bonos auctores non reperiri, Scripsi propria manu: sed mea, aut tua, aut sua manu, Cic. Att. Neque semper mea manu litteras expectabis. Sic alibi persæpe. Quandoque pingere, Plin. de Nicomacho pictore: Scripsit & Apollinem, & Dianam, Deumque Martem in leone sedentem. Vnde & picturas legere dicimus. Vir. 6. Aeneid. Quin prociuis omnia Perlegerent oculis. Scribere notis est, celeriter excipere, dictionibus decurtatis aliquid scribere, quemadmodum olim faciebant notarij, quibus etiam nomen a notis huiusmodi remansit. Quin. lib. 11. cap. 2. Habemus sane, ut qui notis scribunt certas imagines omnium &c. Scribere leges, quod & condere, dicere, & facere dicitur. Cic. pro Ros. Amer. Eius porro ciuitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripserit. Scribere hæredem, est instituire, facere, Martia. lib. 10. Hæredem scripsit me Numa, conualuit. Scriptum facere, est scribendo uictum quarere. Gel. lib. 6. cap. 9. Cn. Plancus patre libertino natus scriptum faciebat. Huius composita sunt, Adscribo, Conscribo, Circumscribo, Describo, Exscribo, Inscribo, Perscribo, Præscribo, Proscribo, Rescribo, Subscribo, Superscribo (unde & Supercriptio) Transcribo, quæ habent, p. p.

SCRINIUM, [*Scrigno. Gal. Coffret ou cabinet. Hisp. La caixa en que se guardan las cosas preciosas. Xpovτιν*] a secernendo, arca dicitur, qua seruantur preciosa secreta. Plin. l. 3. c. 1. Alexander cepit scrinia uigentorum. Hor. 2. epist. 1. Et prius orto Sole uigil calamum, & chartas, scrinia posco. Idem 1. Ser. Sat. 1. Iam satis est, ne me Crispini scrinia Lippi Compilasse putes. Huius deminutium est Scriuolum.

SCRIPTIO, onis, [*Scrittione. Gal. Escriiture. Hisp. Escriitura, obra para escriuir.*] συγγραφή, actus quippiam litteris mandandi, siue id ipsum opus, quod circumscribitur, Cic. 5. Tuscul. A quo non modo impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, uerum etiam lacessiti. Idè Dolabellæ, quam uelim sic legas, ut rem tenuem, & inopem, nec scriptione magnopere dignam, id est, non magnopere dignam, quæ litteris mandetur. Ponitur etiam pro quacumque scriptura, aut ipso scribendi actu. Cic. ad Attic. libro 10. Crebro reficit lippitudo, non illa quidem prodigiosa, sed tamen quæ impediatur scriptionem meam, Var. Auarus, fœnerator, spe lucri scriptionem duplicarat.

SCRIPTITIO, scriptitas, [*Scriuere spesso*] frequentatiuum est a uerbo minus usitato, Scripto, as, quod & ipsum frequen. est a uerbo Scribo. Cic. Att. l. 7. Et hæc, & si quid aliud, ad me scribas uelim, uel potius scriptites.

SCRIPTOR, oris, [*Scrittore, compositor. Gal. Escriuain. Hisp. El que scriue componiendo libros.*] συγγραφεως, operis alicuius auctor, qui quippiam litteris mandat. Ho. in Art. Scriptor honoratum si forte reponis Achillem. Liu. lib. 1. Et si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro est. Donatus in Prol. Ter. indifferenter, inquit, omnibus, qui aliquid scripserunt, scriptor a ueteribus dicebatur. Scriptor legum, legum lator, Cic. ad Brut. Neque solum ut Solonis dictum usurpem, qui & sapiens unus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem.

SCRIPTORIUS, ria, rium, [*Cosa da scrittore. Gal. Sernant à escrire ou a escriuain. Hisp. Cosa para escriuir à para escriuano.*] γραφικος, quod aptum est, ut ex eo scribatur, seu quod ad scriptorem pertinet: ut, Atramentum scriptorium μέλαν γραφικόν, apud Celsum lib. 6. c. 4. Id autem quod subinde raditur, silliniri atramento scriptorio satis est. Idem lib. 5. Sed eadem medicamenta in calamum scriptorium coniungenda sunt.

SCRIPTUM, pti, [*Poliça scritto, scrittura.*] συγγραμματα, idè quod scriptura, hoc est, id ipsum quod litteris mandatum est. Cic. Luceio: Ardeo cupiditate incredi..., nomen ut nostrum scriptis illustretur, & celebre ur tuis.

SCRIPTVS, ptus, ptui, [*Scrittura.*] γραφή, idem quod scriptura.

Gel. lib. 6. cap. 9. Dicitur tabulas posuisse, scriptu se se abdicasse. De Flauio.

SCRIPTURA, æ, [*Scrittura. Gal. Escri, escriiture. His. Escriitura.*] γραφή, idem quod scriptio, stylus, uel ipse actus aliquid litteris mandandi. Auctor ad Her. lib. 3. Non sum nescius quantum susceperim negocij, qui motus corporis exprimere uerbis, & imitari scriptura conatus sum uoces. Scriptura inquit, id est scribendo, uel (ut Cic. loquitur) scriptioe lib. 4. Reliquum scripturæ consumetur in exemplis: id est reliquum eius quod scribendum est. Aliquando accipitur pro stylo, quo quis utitur in scribendo. Cic. ad Treb. lib. 5. Cum ea, quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non poteris. Scriptura ponitur aliquando pro uestigiali, quod præcipitur et portorijs, seu pascuis uel ipsa ratio eorum, qui præstant huiusmodi uestigialibus: & ii qui portus, aut portoria curabant uestigialia describentes, aut colligentes, Magistri scripturæ, & portus dicebantur. Cic. Attic. lib. 11. & ad Silium lib. 13. in Ver.

SCRIPTURARUM Magister, [*Scrittore da dati.*] διαγραφεως, qui uestigialia describebat in portu, eorumque rationes conficiebat. Cic. Magister scripturæ, & portus quidam Lucius Carpinatius.

SCRIPTURARIJ, διαγραφεις, olim dicebantur, teste Nonio, qui postea Tabularij dicti sunt, qui scripturis & commentarijs unnes, aut ciuitatum, aut prouinciarum res complecterentur. Luc. lib. 26. Publicarum rerum affuehã, ut scripturarij. Scripturarius ager, teste Felto, is dicitur, qui publicus est, in quo ut pecora pascantur, necesse est, ut certum æs pascitor pendat publicano.

SCROBS, bis, [*Fossa, buca, foro, casa de plantar uigna, d arbori. Gal. Vne fosse. Hisp. El hoyo para plantar.*] σφυμας generis tam masculini, quam fœminini. Seruius tamen ait magis masculinum esse, quam fœmininũ, & citat Plaut. qui dixit, Sexagenos scrobes. Quod uero Lucanus ait, Exigua posuit scrobe, id uult esse contra artem. Sunt autem Scrobes, fossiones, ut putei uel foueæ intra terram nãnu factæ, ad uinea, uel arbores conferendas, uel ad metalla, & quæcumque alia fodienda. Col. Ante annum, quam poma dispone re uoles, scrobes fodito. Huius deminut. est Scrobiculus. Plin. lib. 21. capit. quinto. Atque ita in scrobiculis seruntur, heminis facia circumfusis. Colum. lib. 15. Scrobiculo facto ad inum solum præciditur.

SCROFÆ, fæ, [*Porca uechia. Gal. Vne truye uieille. Hisp. Puerca ya uieia d parida.*] σκρ, siue fœmina, quæ fœtus causa alitur. Varro: Propterea matrem scrofam sua quæque hora suos alat oportet, quæ alios aspexerit. Plaut. Capt. Eorum si cuiusdam scrofam, in publico conspexerit, ex ipsis dominis, meis pugnis exculcabo surfures. Colum. lib. 7. cap. 9. Scrofæ probantur longissimè staturæ, & ut sint reliquis membris similes descriptis uerribus. Hinc Scrofi pascus, qui pascit scrofas. Plaut. in Capt. Dum pascitores scrofi pasci, qui alunt surfures suos.

SCROFYLÆ, [*Scrofile. Gal. Escroneles. Hisp. La parones.*] γροιδες, proprie dicuntur indurati adenes in collo præcipue, & in alis, & in inguinibus consistentes, ita dictæ a suis, qui peculiariter hoc morbo infestantur, Latini Scrumas appellant. Vide Cels. lib. 5. c. 28. & infra in dictione Struma.

SCROPHA, Tremellius, uir prætorius fuit, Varronis æqualis, quem de familia suæ cognomine ita inducit loquentem lib. 2. cap. 4. Reirust. Auus (inquit) meus primũ appellatus est Scrophæ: qui Quæstor cum esset, a Licinio Nerua Prætor in Macedonia prouincia relictus, qui præfesset exercitui, dum prætor rediret, hostes arbitrari occasione se habere uictoriæ, impressionem facere cœperunt in castra. Auus cum hortaretur milites, ut caperent arma, ac exirent contra: dixit celeriter se illos, ut scrophæ porcos, disiecturum: idque fecit. Nam eo prælio hostes ita fudit, ac fugauit, ut eo Nerua prætor, imperator sit appellatus, & auus cognomè inueniret, ut diceretur Scrophæ. Itaque proauus & superiores, de Tremellius nemo appellatus Scrophæ. Nec minus septimus sum deinceps prætorius in gente nostra. Hactenus Varro.

SCROTYM, [*Borsa de testicoli. Gal. La peau en la quelle sont contenus les gemitores. Hisp. La bolsa de los cojones.*] σκροτον, rugulosus ille testicularum sacculus, quem nonnulli etiam Scrotum appellant, quod quondam coriacei sacculi similitudinem referat. Scortea enim ueteres appellabant, quæcumque ex aluta aut pelle constabant.

SCRUPVLVS, puli, [*Scrupolo, piedra picciola, pietrella, pietricella. Gal. Vne petite pierre ou grauois. Hisp. China d pedre Xita.*] ληπος, denti a Scrupus, proprie lapillus breuis, & asper, qui in calceo latens, plerumque nos lædit, pressusque dolorem creat. Vnde pro sollicitudine & difficultate ponitur, Cic. pro Sex. Ros. Hunc mihi ex animo scrupulos euelle, qui me dies noctesque stimulat, ac pungit. Hinc fit scrupulosus, a, um, quod scrupulis abundat. Plaut. Cap. Nam meus scrupulosam uictus comæpate uiam. Cic. 4. Tulse. Equinus, tamquam ex scrupulosis cotibus, enauigauit oratio Per translationem tamen frequentius pro anxio, tristi, & sollicito accipitur. Val. Max. libro 1. Qui tam scrupulosa cura parauit

tula quæque momenta religionis examinare uideatur. Hinc Scrupulose aduerbium idest anxie, difficulter, religiose, Col. lib. 8. cap. 8. At quæ dono, uel aucupio contingunt, minus scrupulose probantur: id est, difficulter. Et scrupulositas, anxietas, difficultas. Col. lib. 11. cap. 1. In hac autem ruris disciplina non delideratur eiusmodi scrupulositas. Scrupulosus etiam, uel Scrupulum genus est exigui ponderis pendentis tertiam partem drachmæ, hoc est obolos duos. A Græcis dicitur *ρρόμμος*, hoc est, littera, quod alphabeti apud Græcos quattuor & uiginti litteras habet, in quot scrupula diuiditur uncia Fannius apud Priscianum. In scrupulis trinis drachmam, Valer. Maxim. lib. 4. de Paup. Eadem gens nullum ante scrupulum auri habuit. Ouid. de Remo. Quinque parant marathi, scrupula myrra nouem. Cicer. Attic. illud cognitum est nullum esse argenti scrupulum in illa insula. Scrupulum etiam mē sura est in metiendis terris continens pedes quadratos centum. Col. lib. 5. c. 1. Igitur iugerum, ut diximus, habet quadratorum pedum millia, xxviii. & dccc. qui pedes efficiunt scrupula cclxxviii.

SCRUPULARIS, & hoc re, quod ad scrupulum pertinet. Pli. lib. 33. c. 8. Protinus dicant, quantum auri sit in ea, quantum argenti, uel æris scrupulari differentia.

SCRUPULOSVS, [*Scropolofo*, *maligno*,] & Scrupulositas. uide Scrupulus.

SCRUPVS, pi, [*Pietrella*, *pietricella*,] λιθαξ, *ἰηρις*, calculus, seu lapillus exiguus, pedes ambulantium offendens. Festus, Scrupi dicuntur aspera saxa & difficilia atrectatu. Hinc Scrupeus, pea, peū, quod est lapillosum. Virgil. 6. Spelunca alta fuit, uatioque immanis hiatu, Scrupea tuta lacu nigro. Scruposus, idem: Lucan. Scrapolisque angusta uocant ubi littora saxis Impositi terræ. Scrupus etiā accipitur pro ænigmati, seu pro nodoso quæ opiam argumento. Gellius lib. 21. Quæ Græci *ἀινιγματι*, Latini scrupos appellauerunt, tales etiam Græcis idem *γρίφοι*, appellantur. Ea enim est genuina lectio, quamquam in uulgatis exenplaribus Scirpos perperam legamus.

SCRUTA, orum, [*Stracci*, *Gal. Vieils fers ou meils drapeaux*,] *γυρταρι*, attrita uel uestes, dimidiata strigiles & iumentorum soleæ, re-fixi clauī, idque genus alia, quæ uulsiſſimi proxene: æ uenalia habent. quos antiqui Scrutarios *γυρταρι*, appellabant. Hora. lib. 1. epi. Vultcrium mane Philipus uia uendentem tunicato scruta popello Occupat. Lucil. apud Gel. Noct. Attic. libro 3. Quid ni? scruta quidem ut uendat scrutarius laudat. Cæc. libro Anti. 10. capit. 56. Verbo Scruta, ueteramenra significari puto omnifaria, quæ cum usu iam detrita sint, pretio item diminuta censentur.

SCRUTARIA, *εργυραπωλια*, scrutatorum uenditio: ut sagaria, cœnacularia, liatearia. Apul. lib. 4. Scrutariam factis.

SCRUTINARI, nij, [*Cerco*, *cerca*, *cercamento*, *Gal. Cerchoment*, *inquisitione*, *Hisp. Obra de escudrinar*, *buscamiento*,] *ἐξερδυναις*, inuestigatio, inquisitio, a Scrutor. Apul. lib. 9. Postremum magistratibus placuit obstinate denegantem scrutinio detegere.

SCRUTOR, aris, [*Cercare*, *inuestigare*, *Gal. Fouiller*, *chercher songneuse ment*, *Hisp. Buscar*, *de escudrinar*,] *μαρταρι*, inquirō, inuestigo, Cic. pro Ros. Am. non excutio te, si quid forte ferri habuisti, non scrutator, nihil ad me pertinere arbitror. Plin. lib. 5. cap. 1. Polybius animalium conditor ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circumuectus prodidit, &c. Hor. 1. epi. 18. Arcanum nequæ scrutaberis ullius umquam. Pli. lib. 8. cap. 40. de canibus. Sed in uenatu solertia & sagacitas præcipua est: Scrutatur uestigia, atque persequitur, &c. Scrutator, oris inuestigator: ut, Pallidus scrutator auri, Lucan. lib. 4. Sat. 3. Sil. Quoque legit meritis pelagi scrutator Eoi. Legitur & Scruto, apud antiquos, actiua uoce quod & Nonius annotauit. Vnde compositum Perscruto, quo usus est Pla. in Aul. Postremo hunc iam perscrutauī.

SCYLLAM, ueteres pro sequestro usurparunt, quasi sequulnam. quo uerbo usus est Varro.

SCYLPO, pis, pſi, ptum, [*Scolpire*, *Gal. Tailler*, *grauer*, *Hisp. Esculpir*, *de entallar*,] *γλυφειν*, cædendo imaginem aliquam efficio, seu formam materię induco. Et proprie in marmore, & alijs lapidibus sculprura fieri dicitur. Conflatura in Metallis, quæ solui possunt, atque conſtari, ut auro & argento, & cæteris. Cic. Acad. B saxo sculprus, aut ebore dolatus. Pli. lib. 36. c. 4. Marmore sculpendum primum omnium inclaruerunt Dipenus, & Scyllis. Oui. 10. Met. in terea niueum mira feliciter arte Sculpsit ebur. Hinc Sculptura, *γλυφειν*, quæ auro, argento, ære, ferro, ligno, ebore, marmore, nitro, gemma, opera nostra efficit. Plin. lib. 16. cap. 40. Habent in sculpruris facilitatem. Et Sculptor, qui sculpsit. Plin. lib. 20. cap. 13. Sculptores, & pictores utuntur. Diomedes tamen contendit Sculpo Latinum non esse, eiusque loco Scalpo dicendum esse. Quod si uerum est, codices fere omnes mendosus esse oportet, in quibus Sculpere, frequenter occurrit.

SCYLPONEA, earum, [*Scarpe di lana*, *Gal. Solier fait de laine*, *Hisp. Capa*

to de fieltro,] calcei ex lana confecti: Pla. in Caf. Næuius: Sculponeis batuenda sunt latera.

SCYLPONEATVS, dicitur qui est sculponeis indutus. Varro. Aspicio sculponeatam, bigas sequi cornutas. Scribit Cato Sculponeas bonas alternis annis dari oportere familiæ rusticanae.

SCYLPTELE, *γλυπτελον*, quod sculprum est: ut, Sculprule simulacrum. Ouid. 4. de Ponto Signa quoque in sella nossem formata curgi, Et totus Numidæ sculprile dentis opus. Numidam dentem uel ebur dente elephanti Numidici.

SCYRRA, scurræ, [*Buffone*, *Gal. Vn plaisanteur*, *un bouffon*, *Hisp. El truhan de uano*,] *γελωτοποιος*, qui risum ab audientibus captat, non habita ratione uerecundiae, aut dignitatis. Dicitur Scurra (ut quidam uolunt) a sequendo, quod id genus homines sequi soleant opulentiores aliquid promerēdi causa. Cic. pro Quin. Memini, uetus est, de scurra multo facilius diuitem, quam patrem familias fieri posse. Iuu. Sat. 13. Urbani fugitiuus scurra Catulli. Inde Scurrilitas turpis, & procax dicacitas, neque temporis, neque loci, neque personarum respectum habens. Et scurrile, p. p. ridiculum cum turpitudine. Cic. 2. de Ora. Ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus. Hinc Scurriliter, aduer. procaciter. Plin. epi. 90. Quid hunc putamus domi facere, qui tanta re, tam serio tempore, tam scurriliter ludat?

SCYRROR, aris, [*Far il buffone*, *buffoneggiare*, *Gal. Plaisanter*, *de dire mots pour rire*, *Hisp. Trubanear*,] *γελωτοποιος*, scurrā ago. Hora. 1. epi. 10. Scurror ego ipse mihi, populo tu. Idem 1. epi. 19. Scurr. ntis ipseciem præbere professus amicum. Hoc est turpiter adulantis.

SCUTARIVS, [*Scudiero*, *Gal. Faiseurs de boucliers*, *de escus*, *Hisp. El que haze escudo de paues*,] *ἀσπιδοποιος*, qui scuta facit. Plau. in. Epid. Id modo uidentem, ut materia luppeter scutarijs.

SCUTARIVS, aium, *ἀσπιδοποιος*, quod ad scuta pertinet. Vnde Veget. lib. 2. In Romana militia habebant fabricas scutarias, & loricatorias, quibus armorum genera formabantur.

SCUTATVS, aium, *ἀσπιδοποιος*, scuto armatus. Cic. 2. Phi. Agmine quodrato cum gladijs sequuntur scutati milites. &c. Vit. 9. Aene. Tercentum scutati omnes Volſcente magistro.

SCUTELLA, læ, [*Scodella*, *Gal. Escuelle*, *Hisp. Escudella*,] *πυρδινον*, uasis genus rotundum, concaui, quo minutal ex carne, uel oleribus in mensas exhibetur. Est autem demina scuta, ut certe a mitra mitella, aut a scutula. Cic. 3. Tus. Eripiamus huic ægritudine inem. Quomodo? Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, cedrum incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis, aliquid prouideamus & cibi.

SCUTICA, æ, p. c. [*Scoreggiata*, *stafilo*, *bacchetta*, *αφερζα*, *Gal. Escourgeé*, *un fouet de lanieres de cuir*, *Hisp. Αζοτε limiano como para niño*,] *σκυδακίς*, genus uerberis e loris facti, a Græco *σκυτος*, quod corium significat, uel pellem. Martial. lib. 10. Scuticaque loris horridis Scythæ pellis, Quæ uapulauit Marfyas Celenæus. Huius deminuti est Scuticula. Iuuenal. Satyr. 6. Hic frangitur ferulas, rubet ille flagellis, Hic scutica. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. Adſit Regula peccatis, quæ poenas iri oget æquas, Ne scutica dignum horribili secte re flagello.

SCUTIGERVLVS, *ἀσπιδοφόρος*, a Plauto sumitur pro armigero, qui scutum domini gerit, qui scutifer dicitur.

SCUTRISCVM, uasis genus apud Catonem de reru. c. 10. & uidetur ex figura Græca deriuari a Scutra. Est enim Scutra uasis genus, quod & Scutula dicitur.

SCUTULA, læ, forma rotunda, quales aranea context. Inde Scutulata figura dicitur, quæ telæ aranearum similitudinem habet. Plin. 1. 11. c. 23. Quanta arte cælant pedicas, scutulato rete graffantes. Est & Scutula uasculi genus. unde deminutium deducimus Scutella. Mar. lib. 8. Bessalem ad Scutulam sexto peruenimus anno. Idem. 1. 11. Sic implet gabatas, paropidesque, Et leues scutulas, caualique lances.

SCUTVLATA, Vestis dicitur, quæ quibusdam orbibus, seu circulis, quasi scutulis est distincta ad aranearum similitudinem accedentibus. Iuu. Sat. 2. Cærulea indutus, scutulata & galbana rafa. Hoc autem texturæ genere olim præcipue commēdabatur Lusitania. Id autem sere erat eiusmodi, quale cernimus in aranearum telis: quorum retia etiam scutulata dicuntur a Plin. lib. 11. cap. 23. Est & Scutulatus color, in equis præcipue commendatus: que uulgo ab exiguorum pomorum specie (Pomolato) appellat. Meminit eius coloris & Palladius in Mense Martio. cap. 13.

SCUTVLVM, scutuli, [*Scudetto*,] *ἀσπιδάκιον*, paruum scutum. Cic. 1. 2. de Nat. Deo. Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis.

SCUTVM, scuti, [*Scudo*, *Gal. Bouclier*, *rondelle*, *escu*, *Hisp. Escudo*, *de paues*,] *δπλον*, armorum genus, quo pugnantis corpus tegunt *δπλον* *το σκυτος*, hoc est, corio sue pelle, qua obtinebatur: uel a lectura (ut inquit Varro) quod e minutis confectum sit tabulis. Plin. lib. 33. cap. 3. Scutis enim qualibus apud Troiā pugnatum est, continuebantur

bantur imagine. Cæsar. 5. Bel. Gal. Quo percusso & exanimato, tunc scutis proteguntur hostes, & in illum uniuersi tela conijciunt. Cic. 2. Tusc. Ignauus miles ac timidus simul ac uiderit hostem, abiecto scuto fugiat, quantum possit. Virg. 8. Aeneid. Scutis protecti corpora longis. Ouid. 6. Fast. Iacta super galeas scutaque longa sonant.

SCYLLA, *σκύλλα*, filia fuit Nisi, regis Megarensum, quæ Minois, patris hostis, amore capta, ut illum sine beneficio aliquo demereret, patre purpureo capillo, in quo situm erat regni totius fatum spoliavit, eumque hosti obtrulit, tamquam futuri coniugij dotem. Verum cum se ab illo sperni uideret, doloris impatiëntia in Ciriam auem commutata est: Nisus autem in aliam auem sui nominis: quæ ueluti târæ adhuc impietatis pœnas a Scylla repetens, etiam nunc eam ubique infectatur. Vide latius hanc fabulam apud Ouid. l. 8. Met. Fuit & altera Scylla, Phorcii filia, quæ cum mutuo Pici amore teneretur, indignata Circe, quæ Picum misere deperibat, Scyllam sibi ab illo præferri, fontem in quo illa lauare sese solebat, noxiis herbis ueneficijque infecit. Cuius rei illa ignara, cum lauandi gratia fontem ingressa esset, uidit inferiorem corporis partem in caninos rictus esse commutatam: quam deformitatem tantopere exhorruit: ut sese statim in uicinum præcipitauerit fretum: ubi & in saxum mutata fingitur, Charybdi ex aduerso obiectum, præternauigantibus uehementer periculofum. Vide latius hanc fabulam apud Ouid. l. 4. Metam. Est item Scylla, genus piscis, quo maxime abundat Liris Campaniæ amnis. Hor. Affertur scyllas inter muræna natantes. Mart. Cæruleus uos Liris amat, quem silua Mariscæ Protegit: hinc scyllæ maxima turba fumus. Cicer. in Verr. Non Charibdim tam infestam, neque Scyllam nauis fuisse.

SCYLLACÆVM, *σκυλλάκειον*, opidum fuit in finibus Calabriae, cuius meminit Stra. lib. 6. Geo. Vir. 3. Aen. Abiecto altero, primam syllabam corripuit, cum ait: naufragum Scyllacæum.

SCYLLETÆ, loca in quibus scyllæ pisces capiuntur. Cic. de Lege agr. contra Rullum, Hac lege tribunicia decemuiri uendent agrum Campanum, accedet ei mons Caurus, & accedent scylletas ad Minturnas.

SCYLLVRVS, ri, siue potius Scillurus, per i, nostrum, p. p. *σκύλλυρος*, nomen uiri proprium, qui (ut Plutar. auctor est) cum relictis maribus filiis octoginta, diem esset obiturus, haitilium fascem cuique obtendens ut illum confringeret, iubebat. Id autem singulis se posse negantibus, ipse singillatim educta haitilia omnia facile confregit. Ita docens illos, ubi una esse perseverarent, firmos, ac potentes foro, imbecillos autem, si separarentur ac diffiderent.

SCYMNVS, *σκύμνος*, significat leonis catulum, ut aliarum ferarum scyllata, Iulio Polluce auctore. Lucr. lib. 5. Scymnique leonem.

SCYPHVS, scyphi, [*Κορρα, ταχχα, bicchiero, gatto. Gal. Vn hapap, ou tasse à boire. Hist. Certo uaso para beber.*] *σκυφος*, uasis potorii genus, quod proprie Herculi attribuitur, teste Macrobio Satur. libro 5. c. 21. sicut Cantharus Libero patri. Hoc ueteres in sacris nisi sunt & in conuiuijs. Virg. 8. Aen. Et sacer impleuit dextram scyphus. Ho. Epod. 9. Capaciores affer huc puer scyphos. Cic. epi. Illuieras heri inter scyphos.

SCYRIA, ria, rium, prima syllaba producta. Ouid. Epi. 2. Ignara tetigi Scyria membra manu.

SCYROS, *σκύρος*, insula est contra Magnesium, in mari Aegeo, una ex Cycladibus, Lycomedis regis patria: ubi Achilles puellari habitu educatus Deidamiæ eius regis filiam uitauit, & ex ea Pyrrhū suscepit, quæ ab hac insula & ipsa scyrias est appellata. Ouid. l. de Arte am. Scyrias Aemonio uicta puella uiro. In ea est urbs eiusdem nominis. Patet hæc insula, Plin. teste, longitudine uiginti quinque millium passuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt eundem comminutum mergi.

SCYTALA, læ, uel Scytale, *λες, σκυτάλη*, mus araneus Latine dicitur. Col. lib. 6. c. 17. Musque araneus, quem Græci *σκυτάλη*, appellant, quamuis exiguus, dentibus non exiguam pestem molitur. Plin. lib. 32. c. 5. Eadem uis contra uenenatorum morsus, priuatim scytalen, & angues. Est etiam scytale genus secretioris epistolæ, quo ad res arcaniores utebantur Lacedæmonij: unde & scytale Laconica appellata est. Id autem erat huiusmodi. Imperatori ad bellū proficiscenti Lacedæmonij surculum dabant teretem, alterumque omnino similem penes se retinebant. Deinde siquid secretioris rei incidisset, in loco quodam tenui prius ad surculum adaptato, quod uisum esset, præscribebant. illudque minutim concisum ad imperatorem mittebant, qui loro illo per surculum suum circumplicato, litterisq. coeuntibus commode quod scriptum erat, perlegebat. Vide Gel. lib. 17. cap. 9.

SCYTHA, æ, uel Scythes, *σκύθης*, qui ex Scythia est. ut, Anacharsis Scythes, apud Cic. 3. Tusc. Sunt autem Scytharum alij Europæi, alij Asiatici, de quibus uide latius in dictione Scythia.

SCYTHIA, *σκυθία*, regio Septentrionalis latissima in duas diuisa par-

tes, Europæam, & Asiaticam, quarum Europæa Tanaidis ripis per Mæotidis, & Ponti Euxini littora, usque ad Istri ostia expanditur, Asiatica a limitibus oppositorum littorum in Orientē procurrat, Oceano a Septentrione, a Meridie Tauro terminata. Vtriusque uariæ ac prope innumeræ sunt gentes, ad bella magis quam ad illum humanitatis studium idoneæ. Hominibus inter se finces nulli: neque enim agrum exercēt, nec domus illis ulla, aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberosque secum in palustris uehant, quib. coriis, imbrium, hyemisque causa, tectis pro domibus utuntur. Iustitia gentis ingenijs culta, non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius. Quippe sine tecto, & munimento pecora, & armenta habentibus quid saluum esset, si furari liceret? Aurum & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt, Lactē & melle uescuntur. Lanæ ijs usus, ac uefium ignotus. Et quamquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis, aut murinis uestiuntur. Hæc contentia illis morum quoque iustitiam dedit, nec alienum concupiscentibus, quippe diuitiarum cupido ibi est, ubi & usus. Scythæ ab alieno inperio aut intacti, aut inuicti manserunt. Darium regem Perfarum turpi a Scythia submouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem cum copijs uniuersis deleuerunt. Romanorum audiuere, non sensere arma. Gens & laboribus, & bellis aspera. Vires corporum immensæ. Dicta est autem Scythia, (ut placet Herod. l. 4.) a Scyte quodam Herculis ex muliere Semiuipera filio, fratre Geloni, & Agathyrii. Hinc Scythicus, a, um, *σκυθικός*, ut Arcus Scythicus, Sagittæ Scythicæ, Mores Scythici, Scythicum tegumen. Cic. 5. Tusc.

SCYTHIVS, a, um, *σκυθικός*, adiect. a Scythia deductum. Virg. lib. 3. Geo. At non qua Scythiæ gentes, Mæoticaque unda.

S A N T E E

SE, *σεία*, præpositio est, ex earum numero, quæ quod extra compositionem non inueniantur, inseparabiles a Grammaticis dicuntur. Cōposita uero diuisionem siue separationem fere significat, quæ admodum *σεία*, apud Græcos, ut Separo, Seduco. Nonnumquam & priuationem, seu negationem, ut, Securus, quasi sine cura. Componitur autem cum dictione incipiente à c, ut Secedo: d, ut Seduco: g, ut Segregoi, ut Seiungo: l, ut Seligio: p, ut Separo: u, ut Seuo: c. Est & *σε, ὠτόν*, pronomen reciproco cum accusatiui casus, a genitio Sui: quod etiam cum seipso componitur. Vir. 3. ecl. At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.

SEBETHOS, p. p. *σεβηθος*, fons apud Neapolim, cuius aqua uicatim decurrens, amnis ferre usum Neapolitanis præstat. Papin. l. 1. Silua. Et pulchra tumeat Sebethos alumna huius. Vir. Statius, Col. meminerunt: quod quidem nomē sine r, littera procul dubio scribendum est, & si sciam esse qui Sebethrus per r, legant. Tectis est ut alia omittam, tabella marmorea uetustissima Neapoli in murorum fundamentis reperta, quæ habet, P. Meuius Eutyclus ædiculam restituit Sebethro.

SEBUM, sebi, [*seuo. Gal. hispan. seuo.*] *σέβω*, idem quod seuum. Vnde Sebaceus, a, um, *σεβάτινος*, quod ex sebo, siue seuo confectum est: ut, Candela sebacea. Inde Sebare uerbum *σεβάσσω*, id est, seuo obducere. Colum. lib. 2. capit. 22. Ferijs autem ritus maiorum etiam illa permittit far pinsere, faces incidere, candelas sebare. Quid autem proprie sit sebum siue seuum, & quomodo differat ab adipe & pingui, abunde supra explicauimus in dictione Adeps.

SECALE, neu, pen. prod. [*segale, segala.*] frugis genus, tantum ad arcedam famem tenuiorum utile, fœcunda, sed gracili stipula. Huic milium in Italia nascitur, panisque fit melior. Galli, inquit Ruellius, una littera de trita Seclam uocant: de quo uide Plin. lib. 8. cap. 16.

SECAMENTVM, ti, lignum sectile, aut quippiam ex ligno sectili confectum. Plin. libro 16. cap. 10. E diuerso materia abieti pulcherrima, piceæ ad fissiles scandulas, cupasque, & pauca alia secamenta.

SECEDO, edis, penul. pro. secessi, secessum, [*partirsi, andar uia, uenir uia. Gal. se retirer à part, & à l'escart. Hist. retraher se à partir se.*] *ἀναχωρέω*, seorsum ab hominum frequentia recedo. Cicer. in Cat. Quare secedant improbi, secernant se a bonis. Plautus in Amph. Secede huc tu Sosia. Idem in Curcul. Fugite omnes, abite, & de uia secedite. Liu. 10. Bel. Maced. Posteaquam uenisse eos nunciatum est, secessit in partem interiorē cum duobus amicis, totidem custodibus corporis. Ouid. l. 4. Trist. ele. Sed modo, quos habui, uacuos secedere in hortos. Hinc secessus, & Secessio: de quibus infra suo loco.

SE CERNO, secernis, secreui, secretum, [*spartire, diuidere, separare. Gal. separer, mettre à part. Hist. Diuidirò a partar.*] *σποτάσσω*, diuido, separo, discerno, segrego. Cic. Lucio: Si a continentibus tuis scriptis secernas hanc quasi fabulam rerum euentorumque nostrorum. Idem de Ani. Secerni autem blandus amicus a uero, & interosci

renosci tam potest adhibita diligentia, quam omnia fucata, & simulata a lyceris, atque ueris. Horat. in Arte. Fuit hæc sapientia quondam, Publica priuatis fecernere, sacra profanis. Secretus, tantum, participium, seiunctus, separatus. Cicer. 1. de Nat. Deo. habent igitur suam spheram: stellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretant, & liberant. Virg. 8. Aeneid. Secretosque pios, id est ab impijs separatos. Interdum idem est quod selectus. Quin. lib. 9. cap. 3. Secretæ, & extra uulgarem usum positæ, ideoque magis nobiles, ut nouitate autem excitant, ita copia satiant. Migrat interdum in nomen, & admittit comparationem. Columell. lib. 9. cap. 4. Probatis abibus destinari debent pabulationes, exque sint secretissimæ, ut noster Maro præcipit, uiduz pecudibus, aprico, & minime procelloso cæli statu. Secretum, ti, pro secessu. Plin. epist. 1. lib. 3. Quam pulchrum illud, quam dulce secretum, quantum ibi antiquitatis? aliquando secretum, accipitur pro re arcana, quæ iam nulli temere communicamus, sed apud nos tacitam seruamus: ut, Secreta animi. Quinct. lib. 11. cap. 1. Profert enim mores plerumque oratio, & animi secreta detegit. Ouid. 2. Metam. Et legem dederat sua ne secreta uiderent. Secretum locum dicimus, solum, & quasi a ceteris separatum. Cicer. 2. de Legibus: Loco publico, priuatoque, celebri ac secreto, aliena ciuitate, an tua, in castris, an foro dicas, interest plurimum. Secretio, nis, uerbale, separatio, diuisio. Cicer. 1. Tul. Est enim interitus quasi discessus, & secretio, ac dirruptus earum partium, quæ ante interitum in iunctione aliqua tenebantur.

SECESSITA, interpetete Felto, culter est ferreus, oblongus, manubrio eburneo, rotundo, solido, iuncto ad capulum argento, auroque fixo, clauis æneis, ære Cyprioc quo Flamines, Flamini uirgines, Pontificesque ad sacrificia utebantur: secundo dicta, τρωαίς, Sueton. in Tib. Num & inter pontificis sacrificanti simul pro secesspita plumbeum cultrum subijciendum curant. Idem alibi secesspita alii fecerim, alij dolabram æneam, alii cultellum putant.

SECESSIO, onis, [Partimento, commixto, partita, luoco secreto, diuisione. Gal. Retirement, a parte, separatio. Hisp. Partida a lugar secreto.] ἀναχώρησις, idem quod recessus, idest recessio in locum secretiorem aut minus frequentem. Hinc Secessionem scriptorum dixit Cic. pro Muræ. pro secreta collocatio, quæ fit sine arbitris, non sine suspitione conspirationis. Brenim (inquit) seductiones restium, secessionem scriptorum animaduerti. In ciuitate item Secessio dicitur, populi diuisio in duas pluresue partes. Idem pro Ligario, Secessionem tu nullam existimasti Cæsar, non bellum.

SECESSVS, sus, [Luogo solitario. Gal. Le lieu ou on se retire a part. Hisp. Retrahimiento, lugar secreto do nos recogemos, apartamiento.] ἀναχώρησις, discessus in locum solitariu minus frequentem. Horat. Carmina secessum scribentis, & ocia quærent. Nonnumquam locus ipse secretior, & ab hominum turba, aspectuque remotus. Virg. 1. Aeneid. Est in secessu longo locus. Plin. epist. 13. lib. 2. Ille meus in urbe, ille in secessu contubernalis, idest in uilla. Secessus auium. Plin. lib. 10. cap. 29. Sed in secessu auium & noctuz paucis diebus latere traduntur.

SECIVM, inquit Festus, a uererbis dicebatur libum, quod in sacrificio secesspita secabatur.

SECIVS, a uerb. [Altramente, maneo, hinc tardamente. Gal. Moins, autrement. Hisp. menos, en otra manera.] ἠΐρον, quidam a secus deriuat, quidam a sero, unde quandoque sumitur pro positio, quandoque positus uel tardus. Vir. Nec secius omnis in unguem Arboribus positus secus uia limite quadret. Accius in Amphitryone, ut citat Festus: Si forte paullo quam dixi ueniam secius. Cic. ad Her. Impedimento est, quo secius lex feratur.

SECLVDO, dis, p. p. [Serrare, chiudere. Gal. Enfermer a part. Hisp. Cerrar, apartar.] συγκλείω, seorsum claudio. Cic. 1. Tul. Nam qui se humanis inijs contaminassent, & se totos libidinibus dedissent, ijs denium quoddam iter esse seclusum a consilio deorum. Quandoque excludo. Virgilius 1. Aeneid: Soluite corde metum Teucri, secludite curas. Secludere uitam corpore, dixit Plaut. pro occidere.

SECLVM, seclis, [secolo.] Cicer. de Clar. Or. Ut Atheniensium secla numerantur.

SECLVSA, Sacra, [Segni, mystery.] a prisicis dicebantur, quæ Græci, μυστήρια, appellant ab eo, quod separata, ac seorsum clausa a nobis propter sanctitatem aliquam esse debeant. Id genus sacra Plinius appellat Opertanea, quod in operto occulta sunt, ne oculis profanorum obuia polluantur.

SECLVSORIVM, secluforium, συγκλείσιμα, in quo aliquid seorsum concluditur. Var. 3. de re rust. cap. 5. Cum opus, sunt, ex hoc auario, ut sumantur idoneæ, excluduntur in minusculum auarium, quod est coniunctum cum maiori ostio, & lumine illustriore: quod Secluforium appellant.

SECO, secas, secui, sectum, [Tagliare, segare, spartire, diuidere. Gal. Couper, trancher, édifier, scier. Hisp. Cortar, partir.] τέμνω, proprie excido. Col. lib. 3. Cum secueris autem herbam medicam, sapius eam ri-

gato. Plau. Mer. Vel, ut scias me amare, cape cultrum, seca Digtum, uel aurem. Cic. de Orat. Atque isti quidem causas in plura genera secure. Vir. 1. Aeneid. Pars in fracta secant, ueruasque tremantia figunt. Secare uiam, est celeriter proficisci, transiitione sumpta ab aibus, quæ aerem inter uolandum diuidunt. Virgil. lib. 9. Ille uiam secat ad naues. Seruius exponit idest, tenet. Accipitur item secare pro sequi, Idem lib. 10. Quæcunque est fortuna hodie, quam quisque secat spem: idest sequitur, tenet, habet. Sectus, a, um, part. Cicer. 2. Tul. At uero C. Marius rusticanus uir, sed plane uir, cum secaretur, principio ueruit se alligari: nec quisquam ante Marium solutus dicitur sectus. Legitur tamen participium futuri temporis Secaturus, pro secturus, apud Col. lib. 5. cap. 9. Huius uerbi composita sunt Confeco, Circumfeco, Defeco, Diffeco, Execo, Infeco, Interfeco, Prefeco, Profeco, Refeco, & Subfeco, quorum significata uide suis locis.

SECODITER, siue Socoditer, [Pigramente. Gal. Lourdement, & negligentement. Hisp. Descoraxadoamente.] ἀδύμνος, ignauiter. Inde Socordius, comparatiuum. Liu. 1. ab urb. Ab Albanis socordius res acta.

SECORS, & Socors, [Pigro, tardo, negligente, poltrone. Gal. Esourd, lourd, paresseux, negligent. Hisp. Descoraxado, perezo, negligente.] ἐκουαλῆς, ignauus, segnis, tardus uel negligens in consulendo, meditando, prospiciendo uel quid opus sit factu, quasi sine corde. Ter. in Adel. Nolum ceterarum rerum te locordem eodem modo. Cicer. 1. de Nat. Deo. Contra quos Carneades ita multa disseruit, ut excitaret homines non socordes ad ueri inuestigandi cupiditatem. Colum. lib. 1. cap. 1. Itaque istam uitam socordem prosequitur uelutido. Unde Secordia, & socordia, ignauia, inertia, segnitates. Secordiam, inquit Festus, quidam pro ignauia posuerunt: Cato pro stulticia. Plaut. in Pœtu. Nimia nos secordia hodie tenuit. Terent. in Andr. Enim uero Daue nihil loci est segnitiei, neque socordia.

SECRETO, [Secretamente.] ἀποδύτης, clam, occulto, sine arbitris. Plaut. Amph. Mirum, quid solus secam secreto ille agat. Cicer. Atti. lib. 7. Vna Formas uenimus, & ab hora octaua ad uesperam secreto collocati sumus. Interdum idem ualeat quod seorsum, siue separatim, Col. lib. 11. cap. 2. His diebus commode instruuntur horti, de quibus suo loco dicam secretius, ne inter haec quasi turbam negligentius olitoria onicia descripsisse uidear.

SECTA, æ, [Setta,] proprie est ratio illa dogmatum, quam quis sibi in Philosophia imitandam proposuit, & tuendam suscepit: a sectando (ut uolunt) dicta, quod plures primum opinionis cuiuspiam auctorem sequantur, uel a sectione (ut alij placet) quod cum omnes philosophi dicantur, scriptorum tamen diuersitate a se inuicem sunt diuisi. Aliud enim de summo bono sentiunt Stoici: aliud Academicum, aliud Peripateticum, aliud Epicureum. Cicer. 1. de Orato. Est autem secta disciplina, seu certa quædam disciplina formula, factio, studium, ratio uitæ. Colum. lib. 6. Quare antiquissimum est formam huius operis conscribere, quam uelut se factam legemque in proficindendis agris sequantur agricolæ. Cicer. pro Cælo. Qui hanc sectam, rationemque uitæ re magis, quam uerbis secuti sumus. Item 2. de Natu. Deo. Omnis natura artificiosa est, quod habet quasi uiam quandam, & sectam, quam sequatur. Hinc Consectaneus, qui eiusdem sectæ est. Augu. lib. 10. Ciui. Quanto humanius & tolerabilius consectaneus tuus Platonius Apuleius errauit.

SECTARIVS, uerue, qui gregem ouium præcedens, ducem se illis præbet. Plaut. in Capt. Qui Petroni nomen induunt uerueci sectario.

SECTILE, p. c. τριών, quod sectum est, siue secari solet, aut sectu facile est. Sectile porrum idem quod sectium, cuius folia identidem solo tenuis secantur. Iuu. Sat. 3. Quis tecum sectile porrum Sutor & elixi ueruecis labra comedit? Medulla sectilis. Plin. 16. cap. 39. Ebur sectile, Orid de Medicam. faciei.

SECTIO, onis, [Diuisione, parte, bottino. Gal. Tailleure, coupeure, rogneure. Hisp. Cortadura.] οὐλῆ, actus ipse secandi. Plin. lib. 25. cap. 13. Bitur & contra serpentes, & ante sectiones, punctionesque, ne sentiantur. Aliquando accipitur pro bonis damnatorum, aut eriam pro præda hostium, quæ sub hasta uenditur. Cæsar Com. 3. Postridie eius diei refractis portis, cum iam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris, sectionem eius opidi Vniuersam Cæsar uendidit, id est, bona opidi uendidit sub hasta. Tæitus: & Reliquias sectionum Neronianarum nondum in fiscum conuersas reuocatis ab exilio concessit. Hoc est, reliquias eorum bonorum, quæ Nero, dominis in exilium actis, fisco uendicauerat.

SECTIVS, a, um, pen. p. τριών, quod sectum est, aut secari solet: ut, Porrum sectium, quod folia eius sapius secantur, ut profundius crescat. Duo enim sunt porri genera: unum capitatum, alterum sectium.

sectium . Columel. libro 11. cap. 3 . Porrum si sectium facere velis , densius satum præceperunt priores reliqui , & ita , cum in- creuerit , sectari .

SECTOR, ARIS, [*Seguitare, andar dietro, Gal. Suiure souent . Hisp. Mucho seguir , andar tras otro.*] παρακολουθεω , nultum & continue sequor . Plau. in Cist. Anum sectatus sum clamore per uias . Cicer. 4. Verr. Prætozem per omnia foras sectabatur . Proprie autem hoc uerbum (quod & Donat . annotauit) ad philosophorum discipulos pertinet , qui præceptorem assidue comitantur , ut colloquio eius , & usu eruditiores , eique per omnia similes euadant . Huc respexit Gnato ille Ter. in Eun . Ibi homo cœpit me obsecrare , ut sibi liceret discere id de me , sectari iussi , Tamquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis uocabula , parastri ita ut Gnatonum ci uocentur . Sectari beluas , apros , ceruos , est uenando consectari , persequi , inuestigare , perquirere , sequi . Vir. in Bucol. 3. Ecl. Si dum tu sectaris apros , ego retia seruo . Hor. 1. Ser. Saty. 2. Leporem sectatus equo ue Lassus ab indomito . Hinc Sectator, oris , uerbale , qui assidue aliquem affectatur . Cicer. pro Muræ . Quid opus est sectatoribus ? Sectatores philosophorum idest , discipuli , qui ut aliquid ab ijs addi cant , ab eorum latere numquam discedunt . Gell. lib. 2 . capit. 2. Taurus sectatoribus commodum dimissis , sedebat pro cubiculo sui foribus . Huius composita sunt , Affector , Consector , & Insector , de quibus supra suis locis .

SECTOR, ORIS [*Taglia legne, ò altra cosa, compratori del bottino, Gal. Coupeur, rogneur . Hisp. Cortador.*] φασίς , uerbale est a secando deductum , eum significans , qui aliquid incidit , aut diuidit : ut Sector zonarius , qui alterius zonam , aut marsupium incidit . Plaut. Trin. Mira sunt , nillic homo est aut dormitator , aut sector zonarius . Sectors item dicuntur , qui spem sui lucri secuti , bona damnatorum emebant in auctionibus , ac postea pro compendio uenditabant : quod empta sua prosequantur , disti. Inde a Cicer. 2. Phil. Marcus Antonius sector Pompeij appellatur , quoniã in subhastatione bona Cn. Pompeij redemerat . Cic. pro Roscio N. scimus per ista tempora eosdem fere sectores fuisse bonorum , & collorum item Sectors , teste Valla. lib. 1. Eleg. sunt accusatores , qui ex damnatione accusati , dimidium bonorum expectant , aut certam aliquam partem , & id persequuntur . Budæus eos proprie dicit Sectors appellari posse , qui delationibus faciendis con- sificatione a principibus impetrant , ut homines interdum inson- tes fortunis omnibus euerant . Seditrix , uerbale , sceminini generis eiusdem significationis . Pli. lib. 36. cap. 17. Vnde enim uitricus Sylla , & Metella mater , proscriptionum seditrix ?

SECTURA, RÆ, [*Tagliatura . Cal. Coupeure, regneure . Hisp. Cortadura.*] τομή , ipsa sectio , siue secandi actio . Plin. lib. 37. cap. 8. Et uenatis quidem Callidis tali sectura formantur , alias fragiles . Sectura item dicuntur fodinæ , siue cuniculi subterranei : in quibus metalla excinduntur . Cæsar Commen. 4 . Quibus fortiter resistentibus , uineas , turrestque subegit : illi alias eruptione tentata , alias cuniculis ad aggerem , uineasque actis , cuius rei sunt lōge peritissimi Aquitani , propterea quod multis locis ærarizæ secturæ sunt .

SECUBO, SECUBAS, P. C. [*Sederse da un canto solo, Gal. Coucher à part . Hisp. Assentar se ò dormir à parte.*] σκουμπο , scorsum , siue solus cubo . Liui. 4. Decad. lib. 9. Per iocum adolescens uetat eam mirari , si per aliquot noctes secubisset religionis causa ut uoto pro ualitudine sua facto liberaretur . Secubitus , us ipse secubandi actus . Ouid. 3. Am. El. 9. Qui tibi secubitis tristes dea flaua fuissent . Cat. Argon. Anxia nec mater discordis mœsta puellæ Secubitu .

SECVLA, FALCÆ, [*Falce, Cal. Faucille, Hisp. Hoce para segar.*] δρεπαίνω , p. c. falx , a secando dicta , ut ait Varr. l. de Ling. Lat. 5 .

SECVLVM, SECVLI, [*Secolo, età, Gal. Siecla, l'espace de cent ans . Hisp. Siglo, edad.*] αἰών, γένεσις , siue a secando , ut quibusdam placet : siue , ut alij malunt , a sequēdo deducatur , absque diph. melius scribitur : productique antepenultimam contra primiciui rationem . Est autem seculum , idem fere , quod hominis unius ætas . Feil . interpretatur spatium centum annorum . Vnde carmen Horatij seculare dicitur , quo describuntur sacrificia , quæ centesimo quoque anno fiebant . Id etiam colligi potest ex lib. 2. Cic. de Ora. cum ait : Numã Pompilium duobus seculis Pythagoram præcessisse , quem ex Liuij auctoritate constat ducentis annis fuisse ante Pythagorã . Sunt qui spatium triginta annorum seculum putent : Alij uero mille annos seculum haberet existimant . Cic. Bruto , lib. 11. In multa secula uidebamus temp. liberatam , hoc est , in multum tempus , siue in multas ætates . Idem 6. Verr. Parietes , quorum ornatus tot secula manserat . Seclum siue seclum , per syncopem , Lucret. pro genere usurpat . ut . Serpentina secla , lib. 6. Naribus alipedes ut cerui sæpe putantur Ducere de latebris serpentina secla ferarum . Idem libro 3 . D siperent homines , saperent fera secla ferarum . Sæpe etiam Seclum accipitur pro tempore . Cicer. in Parad. Etiam ipse fortassis huius seculi errore uersor , Aurea secula ,

Vir. 6. Aene . Augustus Cæsar Diuum genus aurea condet secula . Aspera secula . Vir. 1. Aen. Aspera tum positis mitescent secula bel- lis . Impia secula . Vir. 1. Geor. Impiaque æternam timerunt se- cula noctem .

SECVLARI S, & hoc RE, [*Di seculo . Gal. Qui se fait de cent en cent ans, de cycle, Hisp. De ciento años, de siglo*] quod centesimo quoque anno in- stauratur : ut , Ludi seculares , qui ita instituti erant , ut non nisi centesimo quoque anno fierent : quamquam postea principum ambitione , minore spatio interiecto sæpius fuerint instaurati . In his ludis præco pronunciare solet , populum Romanum eos uisurum esse ludos , quos nemo eius ætatis unquam uideret , aut uisurum esse posthac . Plin . lib. 7 . cap. 48 . Minus miror Stephanionem , qui primus togatus saltare instituit , utrisque seculari- bus ludis saltasse .

SECVMS, [*Conseco, seco.*] συνέαυτῶ , dictio composita ex ablatiuo Se , & præpositione Cum : notæ est significationis . Cic. Atti. l. 8. Quis autem est tanta quidem de re , quin uarie secū ipse dispuret ? Vir. 4. Aen. Ille meos , primus qui me sibi iunxit amores , Abstulit : ille habeat secum , seruetque sepulchro .

SECVNDA CLASSIS, δὲ δεύτερον τιμημα , in censu Seruij Tulli Ro- manorum regis dicebatur ea pars populi , quæ æris LXXV. M. aut eo amplius , intra tantum centum milia , in censum deferebat , ijsdem que armis utebantur , quibus prima classis , præter lorica , & cly- peum , cuius loco scuto utebantur . Vide Liui . libro primo ab urb. condita .

SECVNDAE, MENSA, παραγνήματα , dicuntur fructus , cætera que bella- ria , quæ sublatiis carnibus secundo loco apponuntur . Quæ nomi- nis ratio inde ducta , quod antiqui mensas appellabant ipsos di- scos , siue quadras , quibus epulæ in conuiuium inferebantur . Vir. 2. Geor. Non ego te dijs & mensis accepta secundis Transferam Rhodia . Hor. 2. Ser. Sat. 2. Tum pensilis uua secundas , Et nux ornata mensas , cum duplici ficu . Legitur & Secunda mensa , in sin- gulari num. Cic. Att. l. 14. Hæc ad te scripsi apposita secunda men- sa . Plin. lib. 9. cap. 35. Inferri mensam secundam iussit .

SECVNDAE, ARUM, [*Secundine . Gal. Le peau de quoy est enuvelope l'enfant au ventre de sa mere, l'arriere faix . Hisp. Las pares de la mujer de pnes del parto.*] τὸ γόπιον, δὲ σπῆρα , memb. ana illa , qua partus obuoluitus ex utero prædit : dictæ quod nascentem infantem sequantur . Pl. Brassicæ succus contra ardorem febrium facit & stomachi uitia , & ad secundas .

SECVNDANI, SĪ EN ΤΗΣ, ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΤῆΣ ΕΠΙΣΤΡΑΤΗΣ, ΣΦΡΑΤΙΩΤΑΙ , dicebantur se- cundæ legionis milites , sicut Primani , primæ legionis . Liui. 4. Bell. Macedon . Dum repetunt enix signum , priores secundani se porta eiecere . Et paullo post : Secundani terga hostium cæ- dunt , cæteri caltra diripiunt . Plin . lib. 3. cap. 4 . In mediterraneo colonie Arelatæ sextanorum , Bliteræ septimanorum , Araulio secundanorum .

SECVNDARIVS, A, UM, [*Secor, dario, la seconda uolta . Gal. second, apres le premier . Hisp. Lo segundo que se hace.*] δὲ δεύτερος , quasi secundi ordinis ut , Panis secundarius , id est , uulgaris & sordidus . ut qui con- secus sit ex farina , ex qua Pollinis pars ante sit excussa : Suet. in Augu. Cibi minimi erat , atque uulgaris fere . secundarium panem , & piciculos minutos maxime appetebat . Hic etiam secundus dicitur , Hora . Pasti filiquis , & pane secundo . Legimus & Secunda- rium n. pro ea parte farinæ , ex qua cõficitur panis secundarius . Plin . l. 18. c. 9. Præterea floris semodium , & cibarij (quod secunda- rium uocat) sextarios quattuor , surfuris sextarios totidem . Ponitur aliquando pro proximo , & secundo . Cicer. 2 . de Inuen . In hoc autem loco caput illud erit accusatoris , si demonstrare poterit alij nemini causam fuisse faciendi , secundarium si tantam aut tam idoneam nemini . Idem de Clar. Orat . Q. Arrium M. Crassi secundarium appellat , hoc est , secundum a M. Crasso eloquentiæ locum obtinentem . Idem (inquit) faciebat Q. Arrius , qui fuit M. Crassi quasi secundarius .

SECVNDO, ADUERB. [*Secundamente, secundariamente . Gal. Secondement, pour la seconde fois . Hispan. Segundamente, segunda vez.*] δὲ δεύτερον , secundo loco , secunda uice , iterum , rursus . Cicero Attic. Semel hominem allocutus fueram : an secundo mihi redeundum esset , ignorabam .

SECVNDE, [*Alla seconda felicemente.*] Cic. de Nat. Nauigare ac secun- distime cursum tenere .

SECVNDO, AS, [*Prosperare, andar à secula . Gal. Donner prosperité, faire prosperer . Hisp. Prosperar ò fortunar.*] ἀπορίζω , prospero , pro- sperum reddo . Proper . Iam liquidum nauitis aura secundat iter . Virgil. 7. Aeneid . Dij nostra incepta secundent . Ouid. Episto. 13. Blanda que compositas aura secundet aquas . Hinc Obsecundo , as , de quo alibi .

SECVNDVM, [*Secundo, appresso . Gal. Pres, auprès, apres, selon . Hisp. Segun ò cerca.*] κατά , præpositio accusatiuo casui seruans , idem que significans quod iuxta . Cicer. 6. Verr . Secundum arbitrium tuum testes dabo , Interdum idem ualet quod Post . Servius Sul- picius

picus ad Cicer. lib. 4. Duo uulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem. Quint. Nam quod unum mihi secundum patrem, fortuna uidebatur parasse prælidium: id ego sperare in alia forte non poteram. Cic. 1. Offi. Proxime autem & secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. Interdum idem ualet quod pro, ut, Prætor secundum me decreuit: id est, pro me. Cic. pro Q. Roscio: Secundum nos iudicari uolumus. Item Att. Quisque eorum secundum causam nostram iudicauit. Aliquando In, ut, Secundum quietem, id est, in quiete. Sueton. in August. Affirmabat ipsum esse, cuius imago secundum quietem sibi obseruata sit. Aliquando Super, siue De, Sal. in Iugur. Secundum ea, ut deliberetis, &c.

- SERPO**, pis, pti, ptum, [Rampegare, andar serpendo. Gal. se trainer, se com ler, se glisser. Hisp. Gabeat por el suelo.] ἔρπω, serpo, uentre ingredior, more serpentis incedo. Cic. 5. de Finib. Deinde suo quaque appetitu mouentur: serpere anguiculus, nare anaticulas, euolare ineurulas, cornibus uti uidemus boues, uespas aculeis: suam denique cuique naturam esse ad uiuendum ducem. Plin. lib. 9. & 13. Pinnis, qui bus mari utantur, humi quoque uice pedum serpunt. Ouid. 3. de Pon. ele. 3. Liur iners uitium, mores non exit in istos: Ut que latens in a uipera serpit humo. Serpere quoque dicuntur Plantæ, quæ cum ob caulis infirmitatem stare non possint, humi procumbunt. Plin. lib. 21. cap. 16. Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut eius quam coronopum uocant. Virgil. 8. eclo. Atque hanc siue tempora circum inter uictrices hederam tibi serpere lauros. Serpere item humi dicuntur scriptores, qui nimis humili utuntur genere dicendi. Hora. de Arte: Serpit humi, tutus nimium, timidusque procellæ. Transfertur & ad inanimata, ut idem sit quod spargi, crescere, seu dilari. Cic. in Lælio: Serpit enim nescio quomodo per omnium uitas amicitia. Idem pro Rab. Poithumo: Serpet hoc malum, mihi credite, longius, quam putatis. Composita sunt, Inserpo, & Proserpo: de quibus egimus suis locis.
- SERBULA**, æ, a ueteribus dicebatur, quam nos serpentem dicimus. Festus.
- SERRA**, æ, [Saca, sega. Gal. Vne scie. Hisp. La sierra de hierro.] ἄρριον, per duplex r, instrumentum dentatum, quo ligna & lapides leantur: a Dædalo primum inuentum, teste Plin. lib. 56. Colu. lib. quinto. Vno icu arborem præcidi: si minus serra defecari. Mar. Et pingues tunicas serra secare potest. Est & genus piscis marini, apud Plin. lib. 32. cap. 11.
- SERRATUS**, ta, tum, [simile a sega. Gal. Fait en saizon de scie, qui a des dents comme une scie.] ἄρριον, quod serræ in modum est denticulatum, unde Serrati dentes dicuntur, qui ad similitudinem denticulorum serræ pectinatim sunt stipati. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentium tria genera, serrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coeunt ne contrario occurfu atterantur, ut serpentibus, piscibus, canibus: Continui, ut homini, equo. Exerti, ut apro, elephanto. Serrati item nummi quidam dicebantur apud Romanos, ab impressa serræ nota. Tacitus de Moribus Germanorum.
- SERTA**, orum, [Ghirlanda. Gal. Vn chapeau de fleurs. Hisp. Guirnalda.] ἄρριον, corollæ ex herbarum frondibus floribusque confertæ, hoc est conexæ. unde & nomen acceperunt. Virg. lib. 1. Aene. Sertisque recentibus halant.
- SERTVS**, a, um, [Ghirlandato. Gal. Compose. Hisp. Compuesto.] σιυπερπλεγματός, idem quod confertus, uel compositus. Lucan. libro decimo. Accipiunt fertas nardo florente coronas, Et numquam fugiente rosa.
- SERVA**, æ, [Serua, massara, ancilla. Gal. Seruante, chambriere. Hisp. sierna de esclaua.] ἄρριον, id est, ancilla, que seruitutem feruit: cui opponitur Libera. Virg. quinto Aeneid. Olli serua datur operum haud ignara Mineræ.
- SERVIA**, uiæ, ἄρριον, ἄρριον, sertum quod ex floribus fiebat. Plin. lib. 21. cap. 2.
- SERVILIS**, le, [Seruile, da seruo. Gal. seruile, appartenant à seruiteur. Hisp. Cosa perteneciente a seruo.] ἄρριον, quod seruorum est, uel quod ad seruos pertinet: ut, seruilis conditio, & seruile officium. Indoles seruilis. Liu. 1. ab Urb. Comparando eorum ætatem & ipsam minime seruilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum. Iugum seruile. Cic. 1. Philip. patriæ liberatores urbe carebant ea, cuius a ceruicibus iugum seruiliter debebant. Hinc Seruiliter, aduerbium, seruorum more. Cicero 2. Tusc. Ne quid seruiliter muliebriterve faciamus.
- SERUI**, illustris Romæ familia fuit: ex qua ortum traxit P. ille Seruilius, uir triumphalis, qui a deuictis Iliaris, Atiæ populis, Isaurici cognomen accepit. de quo uide Stral. 14. Item P. Seruilius Rullus qui primus Romæ solidam aprum in conuiuium apposuit, teste Plin. lib. octauo cap. 51. Huius filius fuit Seruilius ille Rullus, legis Agrariæ promulgator, quam Cicero in Consulatu suo subuertit: cuius meminit idem Plin. loco citato.
- SERUIO**, uis, uiui, uitum, [Seruire. Gal. Seruire. Hisp. Seruire.] in seruitute sum, domino ministerium exhibeo. Plaut. in Menæ. Propterea heri imperium exequor bene, & Sedulo Seruio. Proper. lib. 3. Ele. 24. Quinque tibi potui seruire fideliter annos. Ouid. 2. Amor. Ele. 17. Si quis erit, qui turpe putet seruire puellæ, & c. Interdum idem quod obtemperare, seu morem gerere. Cicero. in Catil. Qui aliorum amori flagitiosissime seruebat. Seruire rei est rei augendæ incumbere. Terent. Hecyra, Rus habitatum abi, concedens uobis, & rei seruiens. Cicero. pro Sex. Roscio. Rei familiari maxime seruire, & in prædiis operæ plurimum studijque consumere. Seruire item prædia dicuntur, in quibus uenditor aliquam sibi seruitutem referuauit. Cicero de Leg. Agr. contra Rul. Capite hoc prædia omnia, quæ seruebant, non seruiant. Seruire potest, ualitudini, honori, dignitati, uel commodis, est eorum rationem habere. Cicero. 3. Tusc. Optimus quisque posteritati seruit. Idem Tironi, libro. 16. Epist. Sed iatellige ualitudini tuæ, cui quidē tu, dum mihi deseres, seruisti nō satis. Seruire tempori, est sese tempori accommodare. Cicero pro Sextio: Sed agam moderate, & huic tempori seruiam potius quam dolori meo. Seruire scenæ idem quod seruire tempori, & se presentibus hominum moribus accommodare, quæ metaphora tracta est ab ijs, qui in orchestra cantu, uel gestu, iustrius in scena fabulam agentibus subseruebant. Cicero. Bruto: Ac mihi tum, Brute, officio solum erat, & naturæ, tibi nunc populo, & ut dicitur, scenæ seruiendum est. Seruitur impersonale. Cicero. 1. off. Primum, ut ne cui noceatur, deinde ut communi utilitati seruiatur. Mart. lib. 2. Non bene (crede mihi) seruo seruitur amico. Seruibo, in futuro. Pla. Men. Tanquam si emeris me argento, liber seruibo tibi. Huius composita sunt Aseruio, Deseruio, Inseruio, Referuio, & Subseruio, quorum significata explicantur suis locis.
- SERUITIVM**, tii, [Seruigio, seruiti.] ἄρριον, idem quod seruitus: Terent. in Andr. Ego Pamphile, hoc tibi pro seruitio debeo. Vir. 1. Eclog. Quid facerem? neque seruitio me exire licebat: Idem 1. Aen. Cum domus Affrici Phthiam, claraque Mycenæ Seruitio præmet, ac uictis dominabitur Argis. In plurali uero Seruitia, non raro pro ipsis seruis accipiuntur. Sal. Cat. Interea seruitia repudiabat, quorum in initio magnæ copiæ ad deum concurrebant. Cicero. 4. in Catil. Hic ad evertenda fundamenta reip. Gallos accersuit, seruitia concitauit. In qua significatione aliquando etiam legitur Seruitium singulari numero. Cicero de Aruf. ref. Omne seruitium in alteram scenam immisissum.
- SERUITVS**, tutis, secunda syllaba cor. [Seruiti. Gal. Seruit de seruaço. Hisp. Seruidumbre.] ἄρριον, ipsa seruiendi necessitas, aut seruorum conditio. Cicero. Phil. Pax est tranquilla libertas: seruitus postremum malorum omnium, non modo bello, sed morte etiam repellendum. Tac. lib. 17. Sed imperaturus es hominibus, qui nec totam seruitutem pati possint, nec totam libertatem. Terent. in Andr. Ut semper tibi apud me iusta & clemens fuerit seruitus Scis. 1. quam iusta & elementis dominatione in te fuerim usus.
- SERUIVS**, tullius, sextus Romanorum rex, ex ferua natus, Tanquilis astu post Tarquinii Prisci necem ad imperium prouectus, Hercules ingenti prælio fudit: primus lustrum condidit, populumque omnem ex censu in quinque classes diuinxit. Urbis potestatem protulit, Quirinali & Viminali collibus muro inclusit. Tandem in ætate prouectior, a Tarquinio genero occisus est, & insepultus in uiam abiectus: idque inflictu Tullie filie suæ, quæ etiam conspectu patris cadauere, aurigam eius reuerentia lora retorquentem compulsi, ut per medium patris corpus carpentum ageret: a quo tam immani scelere ei uico, in quo hæc gesta sunt scelerati nomen mansit. Vide plura de hoc apud Liu. libro 1. ab Urbe.
- SERVO**, [Seruare, saluare, custodire, obseruare, tenere. Gal. Sarder, sauuer la nie à quelqu'un, deliurer, contregarder. Hisp. Guardar, saluar.] ἄρριον, libero, incolumen præsto. Virgil. 3. Aene. Seruatum ex nudis Strophadam de littore primum accipiunt. Item custodia, uel uoc. Virgil. 2. Aeneid. Dij patrii seruate domum, seruate nepotem. Item sollicite, ac diligenter obseruo. Plautus in Afin. Tuus seruus seruet, Veneri ne eas det, an uiro. Item inhabito, possideo. Virgil. lib. 4. Geor. Centum quæ filias, centum quæ flumina seruant. Item teneo. Idem lib. 7. Curuam seruans sub imagine falcem. Ponitur aliquando pro recuperare. Iulianus: S mandato meo decem Titio credideris, si cum Titio egeris, ego non liberabor: sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod a Titio seruare non poteris. Cicero ad Q. Fr. Calurs aiebat, aqua dempta

dempra, & seruitute fundo imposta, tamen nos pretium seruare posse, si uendere uellemus. Qui modus loquendi frequens est apud Iurifconsultos. Budæus: Seruare de cælo, est nunciare aut pluisse, aut inonuisse, & ideo disruptum esse auspiciu, qua obnuntiatione facta, si quis tamen in re cœpta peristeret, id contra auspicia fieri dicebatur. Cicer. pro domo sua. Negant fas esse agi cum populo, cum de cælo seruatum sit. Seruare fidem, est præstare promissum. Terent. Hecy. Pollicitus sum, & seruare in eo certum est, quod dixi, fidem. Seruare in uictu, est aliquo in loco reponere, ut diu, siue in aliquot annos integrum, incorruptumque duret. Colum. lib. 12. cap. 28. Si in uetustatem seruare uoles, in cado duarum urnarum quam optimi uini sextarium, aut fœcis generosæ recentis sextarios tres addito. Dicimus quoque Seruare modum, ordinem, officium, iustitutum, promissum, temperamontum, & gloriam. Exempla studiosissimam occurrent. Seruans, tis, participium seu nomen ex participio. Virgil. 2. Aeneid. Cadit & Ripheus iustissimus unus, Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui. Seruatus, a, um, Ouid. 3. Trist. Eleg. 2. Causa superpositæ scripto testata coronæ Seruatus ciues indicat huius ope. Seruator oris, qui seruat & liberat. Liu. 4. Bel. Maced. Quorum agmen imperator secutus, perfectumque cunctis, seruatoem, liberatoremque acclamantib. salutatis dimissisque eis eadem qua uenerat, uia, Ellariam redit. Ouid. 4. de Ponto. Bleg. 15. Teque meæ causam seruatoemque salutis. Seruatricis, tris. Cicer. 5. de Finibus. Non dubitemque dicere, omnem naturam esse seruatricem sui. Terent. Hec. O Bacchis, o mea Bacchis seruatrix mea. Seruabilis, le, quod seruari potest. Ouid. 4. Tri. Ele. 5. Et tutare caput nulli seruabile. Huius composita sunt Asseruo, Conferuo, Obseruo, Præseruo, Reseruo, quorum significata uide suis locis.

SERVM, substantiuum, p. c. [Sera. Gal. L. soir. Hisp. La tarde.] Σέρα, significat extremam partem diei. Lini. Erat iam diei serum, οὐδὲν ἔτι τῆς ἡμέρας. Suet. in August. Nec multo post, natali prælio apud Actiu uicit in serum dimicatione protracta, ut in naui uictor pernoctauerit, idest in horam uespertinam. Liu. 1. ro. ab Urb. Extrahebatur que in quam maxime seruo diei certamen.

SERVM, ti, p. c. [Siero. Gal. Lait clair mesgne. Hisp. El suero agua de la leche.] ὀρός, pars lactis, aqua a caseola parte separata. Vir. 3. Geor. Acremque molosum Palce sero pingui. Ouid. 4. Fat. Dentque uiam liquido uimina rara sero.

SERVS, a, um. [Tardo. Gal. Tardif. Hisp. Tardio.] ἄργυρος, modo tardum significat. Mar. lib. 1. Sera nimis uita est cratina, uiue hodie. Hinc Col. 1. comparatiuum formauit. Sationes (inquit) eius duas seruamus, alteram maturam per mediam sementem, seris rem alteram mense Februario. Plin. lib. 15. cap. 15. Patriæ cognomina habent serissima omnium A merina. Modo significat grauem, magnum tristem. Sallustius Serum bellum in angustijs futurum. Vir. 5. Aene. Seraque terrifici cecinerunt omnia uates. Serus coniuua Tonantis, qui sero moritur. Mar. lib. 8. Esse uelis, oro serus coniuua Tonantis. Serum lumen est nocti uicinum. Virg. primo Geor. Illic sera rubens accendit lumina Vesper. Seræ frondes, dicuntur sero cadentes. Idem 2. Geor. Et iam olim seras posuit cum uinea frondes.

SERVVS, uis, [Seruo. seruadore. Gal. Seruant de condicion seruire. Hisp. Sieruo.] ἄλλος, proprie is dicitur, qui sui iuris non est, sed alieno domino subicitur: cui opponitur Liber. Cic. pro Corn. Balb. Serui quorum ius fortunæ conditio infima est. Idem 6. Ver. Neque tam serui illi dominorum, quam tu libidinum. Idem. 1. Offic. Vlysses contumelias seruorum ancillarumque pertulit. August. lib. 19. Ciui. Origo uocabuli seruorum inde creditur dicta, quod ijs, qui iure belli possent occidi, a uictoribus conseruabantur, & serui fiebant, a seruando appellati. Huius deminutiuum est Seruulus. Terent. in And. Obseruabam mane illorum serulos uenientes & cætera.

SERVVS, a, um, [Di seruo] adiect. a seruo deductum. Σερικός, ut Serua prædia, quæ seruituti alicui obstricta sunt. Cicer. contra Legem Agra. Libera prædia meliore iure sunt, quam serua. Luc. lib. 6. Ofamuli turpes, seruum pecus. Oui. 1. Amor. Ele. 6. Nec tibi perpetuo serua bibatur aqua.

SESCVNIA, cis, & Sescuncia, ciæ, [Una oncia. & μεζα.] ἡμισυ, unam eiam significat, & uncia dimidium, ut ait Budæus. Col. lib. 12. c. 57. Laferis radices quod σισυριον, Græci uocant sescunciam. Hinc Sescuncialis, & hoc, ale, quod pòdus aut mensuram habet sescuncie. Tota crassitudine sescuncialis.

SESCVPLVM, siue Sescuplum, ἡμιόλιον, quod numerum, pondus, aut mensuram totam in se continet, & præterea eius dimidium. Sic Senarium, dicimus esse sescuplum quaternarij, & semissem quadrantis.

SESELIS, sœ. ge. siue Sefeli neutro, σέσλι, herba est folio feniculi, sed crassiore, semine quoque non assimili, sed callosiore & habiuiore capite anethi, in quo granum habet oblongum & angulo-

sum, & cum estur, cre, radice autem longa, & odore non ingrato. Vulgus herbariorum Saxifragiam maiorem appellat. Cicer. 2. de Nat. Deo. Paulo ante partum ceruæ se purgant quadam herbulâ, quæ Sefelis dicitur.

SESVI, [Altre tanto, & la metà. Gal. Autant & moitié d'auantage. Hisp. Orrotanto, y la meytade.] τριπλις, idem quod tantumdeus, & eius dimidium: qua uoce non modo in compositione utimur, ut Sefqui altera, Sefquimodius, uerum etiam extra compositionem. Cic. de Perfe. Or. Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sefqui esse maiore: ita fit æqualis dactylus, duplus iam bus, sefquipleus pæon.

SESVIALTERA, proportio, [Proportione, sefquialtera. Gal. Contenant une fois & demie autant. Hisp. Una uez y media.] μιόλιος, quæ quantitatem aliquam in se continet, & eius dimidium. Cic. de Vniuer. Sefquialteris autem interuallis, & sefquitertijs, & sefquioctauis sumptis ex his, &c.

SESVI CVI EARE, dolium, quod culei mensuram continet, & dimidij. Col. lib. 12. cap. 18. Sunt autem fates sefquiculearibus dolijs picis dura pondo uicenaquina.

SESVI THORA, [Vn hora e meza.] τριμωρίον, una hora cum dimidia. Pli. epit. septuagesimaquarta: Igeram horis tribus, & dimidia. superat sefquihora.

SESVI LIBRA, [Una libra e meza.] τριμωρίον, una libra cum dimidia alterius. Col. lib. 32. cap. 36. Sat. erit autem rosmarini sefquilibrium in duas urnas multi adijcere.

SESVI MENSIS, [Un mese e meza.] τριμηνιον, unus mensis cum dimidia parte alterius. Var. lib. 1. de re rust. cap. uigesimoseptimo. Annus est diuisus in quattuor partes totus, & idem subulius in sefquienties octo.

SESVI MODIVS, [Un moggio e meza.] τριμυμέθηνος, qui continet unum modium cum dimidia parte alterius. Varr. lib. 1. de re rust. cap. 42. Ut nuces integras, quas uno modo comprehendere possis, quod putamina suo quæque loco natura composita, cum eadem sit freris, uix sefquimodio concipere possis. Cic. in Verr.

SESVI OBOLVS, τριμωρίον, obolus cum dimidio. Pli. lib. 26. cap. 8. Deiectoque quod supernat, reliquus succus purgat, unaque parte sefquiboli in aqua mulla.

SESVI OCTAVVS, octauam rei alicuius partem in se continens & eius dimidium. Cic. de Vniuer. In primis interuallis, sefquioctauis interuallo sefquitertia omnia explebat.

SESVI OPERA, id est opera diei unius, & dimidiati. Columel. libro secundo capit. decimotertio. Fabæ occantur sefquiopera, sarruntur sefquiopera.

SESVI PIES, pen. cor. [Un pie e meza. Gal. Un pie & demi. Hisp. Un pie y medio de medida.] τριμωρίον, mensura unius pedis & semissis. Col. lib. 3. cap. 12. Nisi tamen si scaturigo palustris obuia (sicut in Agro Rauennate) plus quam sefquipedem prohibeat infodere. Mar. lib. 8 Summa palatini poteras æquare Colossi, si fieres breuior Claudia sefquipede. Hinc sefquipedalis, & hoc le, Cato cap. 10. Sefquipedalis paries. Plin. lib. 7. cap. 16. Sefquipedales quoddam gigni longiores, in trimatu implentes uitæ cuscum, haud ignotum est. Sefquipedalia uerba id est, grauias, & turgida, qualia Tragicis poetis solent esse familiaria. Hor. de Artè. Projicit ampullas & sefquipedalia uerba.

SESVI PLVM, siue sefquipleus, ἡμιόλιον, idem significat quod sefqui alterum. Ut cum dicimus senarium esse sefquiplum quaternarij, continet enim eum totum, & insuper dimidiam eius partem. Budæ. Cicer. in Ora. Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, sefquipleus pæon. Et paullo post. Modus aut dupleus, aut sefquipleus, aut par.

SESSLIS, le, p. c. ἄλλος, quod sedet, uel sedere uidetur. Plin. lib. 15. cap. 15. Incerta nominum causa est barbaricis, ueneris que, quæ colorata dicunt, regijsque quæ minimo pediculo sessilia, &c. Hinc, sessiles lactucæ dicuntur, quasi sedentes: hoc est, quæ ita humi prosectæ sunt, ut sedere uideantur, neque sursum uectæ esse. aut in sublime ascendere. Mar. lib. 5. Illic uideres frutici nobili caules, Et utrunque porrum, sessilesque lactucas. Tergum sessile, in quo quis possit sedere. Ouid. 11. Met. Sic tergium sessile, sic sunt pectora celsa toris.

SESSIVLVM, li, super quod sedemus, & quiescimus. Plaut. in Pæn. Quæ tibi oleant stabulum, statum, sellam, & sessibulum merum.

SESSITO, as, frequentat. Cic. de Clar. Ora. Quam deâ in Periclis labris scriptis Eupolis sessita uisidest, sæpius sedisse.

SESSIO, onis, [Da sedere, sedias.] ἔδρασις, modo ipsum sedendi actum significat. Cic. 2. de Nat. Deo. Accubatio, inclinatio, sessio. Modo ipsum sedile. Cic. 2. de Ora. Num tandem aut locus hic non idoneus uidetur, in quo porticus hæc ipsa, ubi inambulamus, & palestra, & tot locis sessiones, gymnasiorum & Græcarum disputationum memoriam quod admodum commouent: idest, tot sessilia.

SEXTANS, tis, siue **Sextans**, *ἡκτημόριον*, sexta pars assis : hoc est, unciæ duæ. *Plin. lib. 26. c. 11.* Prodest & uno mlytco fouere, menthæ sextans, uini sulphuris uncia. Est item Sextans nummulus æreus, tertia parte minor quadrante. *Liui. lib. 2. ab Vrbe* : Extulit eum plebs sextantibus collatis in capita. Nonnumquam etiam mensura continens sextam partem iugeri, *Var. 1. de re ruc. 10.* Ab hoc principio mentores nonnumquam dicunt in succisium esse unciam agri, aut sextantem, aut quid aliud : cum ad iugerum peruenerunt, id habet scrupula ducenta octoginta octo. Hinc sextantarius, *2, um*, quod habet pondus aut mensuram sextantis. *Pli. libro tertio cap. quinto* Constitutum est, ut asses sextantario pondere ferirentur.

SESTERTIUS, sestertij, masc. ge. *σεσέρτιος*, apud Romanos moneta erat argentea, ualens quartam partem denarij argentei, hoc est, ut ad Gallicæ pecuniæ ætimationem redigamus, decem denarios Turonicos & semissem. Hic alio nomine, Nummus dicebatur. Interdum utrumque coniungentes, Nummum sestertium uocabant. Dicitur est autem sestertius, quasi semis tertium, eo quod in se continebat asses duos & tertium dimidiarum. Notabaturque apud ueteres per geminum II, & litteram S, quæ prima est in dictione Semis, interueniente linea transversa tres ex litteræ coniungebantur, ad hunc modum H. S. Veteris consuetudinis fuit, ut Semis in compositione ante poneretur Semisquartus, Semisquintus, Semis tertius, unde sublatis duabus litteris, dicitur est sestertius. Est autem compositio Attico more facta. Illi enim *ἑπτά μισθῶν, τετρακτα*, hoc est, septem femitalenta dicebant. Sestertius autem in neutro genere, & in plurali numero Sestertia, singula ualebant mille nummos sestertios. Habetque Sestertium in neutro genere eandem proportionem ad libram Romanam, quæ & Minna, & Pondo dicitur, quam nummus sestertius ad assen, hoc est ad libram æris grauis. Continent enim singula sestertia in se duas libras Romanas & semissem. Singulæ autem libræ drachmas, uel denarios centum, hoc est, sestertios quadringentos. Duæ itaque libræ & dimidia, ut clarum est, ualebant sestertios nummos mille : idque uno nomine Sestertium dicebant in neutro genere. Decem ergo sestertia ualebant decem milia nummorum sestertiorum. Quod si hunc numerum per aduerbium extuleris, ad hunc modum, Decies sestertium, iam reddideris hanc summam centuplo maiorem. Idem enim est dicere Decies sestertium, quod Decies centena milia nummorum sestertiorum. Vide Budæum de asse, diffusius hac de re tractantem. Est etiam Sestertium, genus uel triplici licio texti, ut tertium mium duobus impar sit. *Sue. in August.* Ita ut in extremis spatijs subsulcum discurreret, sestertio uel lodicula inuolutus. Hinc deminutiua est Sestertiolum, uel Sestertiolum, cum accentu in antepenultima. *Mar. 1. 1.* Sed sestertiolum donauit mentula Phæbo bis decies &c.

SESTIANA, mala, a Sestio cognominata, apud Columel. lib. 12. c. 45. Ita possunt alia genera malorum, sicuti orbiculata, sestiana melimela, Mariana, hoc liquore custodiri. *Sestiana pyra*, apud Columel. 5. cap. 10.

SETÆ, arum, [sete.] *ἄγριος*, dicuntur pili crassiores, rigidique atque erecti quales sues habent. Unde dicitur sunt Setæ, quasi suctæ, a quo & Sues, suis, deducitur. Dicitur tamen & de durioribus aliorum animalium pilis. *Cicer. 5. Tusculana in hoc medio* apparat fulgentem gladium et lacunari seta equina appensum demitti iussit, ut impenderet illius beati ceruicibus. *Ouidius octauo Metam.* Protinus exuiuis rigidis horrentia setis Terga dat. *Setæ leonis.* *Cicer. 3. de Ora.* Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni setas, caudam, aures & motus animorum declarandos dedit.

SETIGER, ra, rum, [Porta sete.] quod setas gerit. *Mart. libro 13.* Qui Diomedes metuendus setiger agris, Aetola cecidit culpi de, talis erat. *Ouid. libro octauo Metamor.* Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas, Nec iaculis esset, nec equo peruia siluas. *Virgil. 12. Aeneid.* Setigeræ fortum suis, in tonantemque tridentem Attulit.

SETOVS, sa, sum, [setosa, pieno di sete.] *Gal. Qui à force soye.* *Hisp. Llano de sedas.* *λασίσιος*, quod est setis pienum ut, setosum animal. *Pli. lib. 8. cap. 45.* Torua fronte, auribus setosis. *Virg. 7. Eclog.* Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus, *Propert. 1. 4. Eleg. 1.* Verbera pellit setosa mouebat arator.

SEV, [Quero. *Gal. Ou, ou bien, soit que.* *Hisp. d.*] *ñ*, disunctiua particula, qua iungimus ea, quæ utrumque alterum, non utrumque affirmamus. *Plin. in Trin.* Hæc sunt, seu recte, seu peruersè facta sunt, egomet fecisse confiteor.

SEVERITAS, tis, [Seueritas, grauitas, crudelitas. *Gal. Rigueur, rudesse, seuerité.* *Hisp. Graneza y rigor.*] *ἀποταμία*, grauitas, facilitati, & misericordie contraria, quæ est pars iustitiæ, qua iudex nihil omnino de supplicio remittit, neque a uero discedit. *Cicer. 7. Verr.* Cum iste uestra seueritate permotus multa signa dederat quamobrem his responsum non uideretur. *Quintilianus extra iudicium dicitur*

de morum grauitate, & quadam naturæ, toruitate, quæ Seueritudo dicitur. *Plin. in Epid.* Quid illud est, quod illi caperat fons seueritudine?

SEVERVS, ra, rum, pe. pro. [Seuere, graue, crudele. *Gal. seuer, rigoureux, rude.* *Hisp. Grave y riguroso.*] *σεμύος*, modo idem est, quod grauis, tereticus, tristicus, Seueri agricolæ, apud Lucretium lib. 5. Seuerus auctor, *Plin. lib. 11. cap. 5.* pro graui & cui maxime sit fiderdam. *Virgil. 8. Aeneid.* Romulidis, Tatioque seni, Caribisque seueris. *Terent.* Heaut. Sed ipse egreditur, quam seuerus, rem cum uideas censeas. *Cicer. 1. Verr. L.* Cassius ex familia tum ad ceteras res, tum ad iudicandum seuerissima. Modo crudelis & asper. *Cicer. 3. Offic.* Magnus uir in primis, & qui perindulgeus in patrem idem acerbe seuerus in filium. Modo actiue accipitur pro eo quod horrorem aspecta incutit. *Virgil. 3. Georg.* Inuidia infelix Furias, amnemque seuerum Cocyti metuet. Seuerus, aduerbium, grauitate, asperitate. *Cicer. 2. de Finib.* Ita grauitate & se uere uoluptatem secernit a bono. Idem pro Rosc. *Comæ.* Nihil mihi dectrahā, cum illis exactæ ætatis seuerissime fructum quem meruerunt, retribuam. Seueriter, pe. cor. idem quod Seuere. *Titinius* : Seueriter hodie sermonem amica mecum contulit.

SEVOCO, cas, pen. cor. [Chiamare da banda, separatamente. *Gal. Appeler à part, retirer.* *Hisp. Llamar à otro apartandolo.*] *ἀποκαλέω*. *Seotum*, seu in alteram partem uoco, duco uo. *Cicer. 2. Philli.* Et ob eius consilij societatem cum interficeretur Cæsar, tum te a Trebonio uidimus seuocari. *Ouid. 2. Meta.* Seuocat hunc genitor, &c. Seuocare ad se de communi, est de eo, quod multis commune est furari. *Cicero pro Quintio* : Itaque hercule huius modio-criter de communi, quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat. Seuocare animum ab omni negotio, est animum laxare, nulli rei intendere. *Cicer. 1. Tusculana.* Cum a re familiari, quæ est ministra & familia corporis, cum a rep. cum a negotio omni seuocamus animum.

SEVVM, iui, [Seuo. *Gal. Suif.* *Hisp. Seu.*] quod & Seuum, & Sepum dicitur, *scilicet ap. unctuosum* illud, quod in animalibus quibusdam musculorum extremitatibus membranifve accrescit, est frigida portione, sanguinis, quæ è uenis excidens, exangibus, ideoque frigidis membranis adhæret. *Ibidem* iue non secus atque oleum frigore cōcreuit. Differt autem ab adipe, quod seu in proprie est cornigerorum duntaxat, quæ in una parte dentata sunt, & quæ in pedibus talos habent. Bisulca uero, & quæ pedes scissos in digitos habent, & erent cornibus, non Seuum, sed Adipem habent. Vterque autem concretus est & cum refrigit, facile frangitur, semper que est in fine carnis, sine sensu, quia nec arterias habet, nec uenas. Contra pingue inter carnem, cutemque est, succo liquidum, quod etiam in aliquibus sine sensu esse manifestum est. *Virg.* sues uiuentes a m tribus legimus aliquando fuisse erosas, nido etiam in ijs constructo. Hinc Seuosus sa, sum, quod in ias seu unctuosum est. *Plin. lib. 11. c. 37.* Seuosia cornigeris medulla. Hinc Seuo, uas, seu Sepo, pas, quod est seuum impono, seu candelas ex seuo facio. *Col. lib. 2. cap. 22.* Ferijs autem ritus maiorum etiam illa permittit, sar pinsere, faces incidere, candelas seu ire, seu (ut quidam legunt.) sebare, aut separe. A nomine Sebum fit Sebaceus, sebacea, sebaceum, quod ex sebo, siue seuo confectum est : ut Candela sebacea.

SEX, [Sei. *Gal. Six.* *Hisp. Seys en numero.*] *ἕξ*, numeri nomen notæ significationis, a Græco deductum mutatione aspirationis in S, litteram. Hinc multa deducuntur tum composita, tum deriuata, quæ suo ordine explicabimus.

SEXAGENARIVS, ex Quint. lib. 6. cap. de risu. *Cic.* Obiurgatus, quod Publiliam cum sexagenarius uirginem duxisset, cras, inquit, mulier erit.

SEXAGENVS, a, um, [Disessantia. *Gal. Soixante.* *Hisp. Sesenta.*] *ἑξήκοντα*, quamuis proprie sit numeri distributiui nomen, sæpe tamen idem est quod sexaginta. *Liui. 8. ab Vrbe* : Ordo sexagenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habebat, sexaginta millia modiorum. *Cicer. 7. Verr.*

SEXAGIES, aduerb. *ἑξήκωτα*, *Cicer. 2. Phil.*

SEXANGVLVS, a, um, [Che ha sei cantoni. *Gal. Qui a six angles.* *Hisp. Figura de seis angulos.*] *ἑξάγωνος*, quod habet sex angulos. *Plin. libro 37. capit. secundo.* Quare sexangulus nascatur lateribus, non facile ratio intuenti potest. Idem libro 11. capit. 11. Apum sexangulus omnes cellæ. *Ouidius. 15. Metamor.* Nonne uides quos terra regit sexangula fetus Melliferarum apium sine membris corpora nasci?

SEXCENTVS, a, um, numeri distributiui nomen. idem significans quod sexcentus. *Cic. 7. Ver.* sexcentos nummos nauatarum missioni constitueret. *Col. lib. 3.*

SEXCENTENVS, a, um, numeri distributiui nomen. *Columel. libro 3. capit. quinto.* *Sueton. in Clau.* sexcenteni plerique simul discubuerunt.

SEXCENTI, τα, τὰ, ἐξῆκοσιοι, pluraliter tantum. Cic. 2. de Div. Sexcenta licet eiusmodi proferre. Terent. in Phor. Sexcentas scribito dicas. Vbi Dona. Apud nos sexcenta dicere pro infinito numero fere usitatum est. Cic. pro Roscio Am. Sexcenti sunt, qui interficarios accusabant.

SEXCENTESIMVS, a, um, pen. cor. ἐξῆκοστος, ultimus siue unus ex sexcentis. Plin. lib. 8. cap. 7.

SEXCENTIES, [seicento volte,] aduerbium numerum significans sexcentis uicibus. Cic. Att. lib. 4. contempimus sexcenties H. S. Plin. epist. ult. lib. 2.

SEXDECIES, [sedeci volte,] aduerbium sedecim uicibus. Plin. lib. 6. capitu. 29.

SEXDECIM, Cic. pro Cluent.

SEXIES, [sei volte. Gal. six fois. Hisp. seis ues.] ἑξάκις, sex uicibus. Liu. 4. ab urb. Venientem hostem sexies uictum. Col. lib. 5. cap. 2. Hoc sexies dicendum est.

SEXTVS, a, um, [sesto. Gal. sixieme. Hisp. Cosa sexta en orden.] ἕκτος, ultimus siue unus ex sex. ut, Sexta ætas.

SEXCENTOPLAGVS, fictum a Plauto nomen est in Cap. pro eo, qui sexcentas plagas accepit.

SEXTARIVS, dicitur, quod sit sexta pars congi, quæ mensura apud antiquos tam liquidis, quam aridis seruiebat. Capit autem sextarius cotulas binas, quæ & Hemina dicuntur. Sextarius uini. Liu. 7. ab Urb. Iisdem militibus legiones libras farris, & sextarios uini contulerunt. Ducere sextarium, est ebibere. Iuue. Saty. 7. De quo sextarius alter, Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim. Sextarius aquæ. Cic. lib. 2. Offi. Si emere sextarium aquæ mina cogereur.

SEXTILIS, [Agosto,] mensis qui nunc Augustus. Sic autem dicebatur, quod sextus esset in ordine mensium a Martio: a quo Romani annum auspiciabantur. Horat. 1. episto. 11. Sextili mense camino.

SEXTVLA, æ, uncia pars sexta quattuor continens scrupula, hoc est assis partem LXXI. Cic. pro Cecinna: Facit hæredem ex duabus sextulis M. Fulcinium Aebutio sextulam aspergit. hoc est, hæreditatis potius partem. LXXI. Col. lib. 5. cap. 1.

SEXVS, us. mal. ge. [sesto natura. Gal. Sexe. Hisp. Sexo, miembro por do se disierne qui en es hembra a macho.] φύσις, discretio uiri a foemina, a Græco, ἕξις, ut Festus existimat, quod habitum significat. Plin. de Vir. Illustribus: Ad quos cum utriusque sexus multitudo uenisset, dato sui signo, uirgines raptæ sunt. Columel. l. 6. c. 24. Certis signis comprehendere licet quem sexum generauerit. Cic. 1. de Inuen. Hominum genus in sexu consideratur, an uirile, an muliebre sit Mentiri sexum. Columel. in Præfat. lib. 1. Attonitque miramur ætus effœminatorum, quod natura sexum uiris denegatum muliebri motu mentiantur, decipiantq. oculos festantium. Antiqui sexus, neutro genere efferebant: quod post Nonium etiam Priscianus annotauit. Plaut. Rudente. Virile sexum nunquam habui ullum. Var. lib. 1. de Analog. Sexus utrum uirile, an muliebre an neutrum sit. Sallust. lib. 2. Histor. ut citat Nonius. At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus magna gloria concurrentium undique uirile ac muliebre sexus per uias, & tecta omnium uisebatur.

S A N T E I

SI, [Se. Gal. si, quis que ia soit que. Hisp. se, si.] εἰ, εἴ, ἂν, coniuñctio est conditionalis. Cic. Att. libro 6. Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Ponitur interdum pro utinam. Virgil. lib. 6. c. 6. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat. Interdum pro Postquam, Terentius in Phorm. Herus si redierit, molendum usque in pitrino. Nonnumquam pro Quia, seu Siquidem, ut sit confirmantis. Plaut. in Amph. Si similem rem ipse in legem iussit esse Impiter. Virgil. lib. 1. Georg. Vestro si munere telus Chaoniam pingui glandem mutauit arista. Vbi Seruius, Si, exponit pro siquidem in qua significatione fere indicatiuum existit, cum alioqui subiunctiuo sepius iungatur: quem tamen modum etiam tunc inuenitur habere cum meram conditionem importat. Terent. in Andr. Si illum relinquas, eius uitæ timeo. Ibidem: Si id facias, hodie postremum me uides. Ponitur Si, aliquando, pro Quamuis, etsi, siue etiamsi: idque indifferenter cum indicatiuo, aut subiunctiuo. Terent. in Eunu. Nam si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus quid faceres tamen? Plaut. in Mercaro. Decem uocasset si ad cœnam summos uiros, nimum obsonauit. Aliquando pro An, Terent. Heaut. Visam, si domi est Cic. De Div. Dicitur, si pascuntur aues. Aliquando subauditur, Si. Plin. Iunior: Dedisset huic animo par corpus, fecisset quod optabas. Cic. 1. de Nat. De. Roges me quid sentiam, nihil respondeam, id est, si roges. Si est, ut admisit, id est si admisit, apud Terentium.

SIBILO, ojas, [Zuffolare, sibilare, sifchiare. Gal. Siffler, sibil. Hisp. siluar.] σιπιλω, sibilum edo, Cic. ad Att. l. 2. Populares isti iam etiam modesto homines sibilare docuerunt. Ouid. 4. Meta. Quotiesque ali-

quot parat edere questus, Sibilat. Virgil. 1. 1. Aeneid. Arreñisque horret squamis & sibilat ore. Horat. 1. Sermo. Satyr. 1. Populus me sibilat: mihi plaudo Ipse domi. Huius composita sunt, Assibilo, & Exibilo: quorum significata suis locis explicauimus.

SIBILVS, li, p. c. [sibilo, subio, Zuffolo, sifchio. Gal. siblement, ou sifflement, sigifflet. Hisp. El silmo.] σιπιλω, Ionus exilis qui fit ore compressis dentibus, & parum ductis labris. Colu. lib. 2. Sibiloque allectari, quo libentius bibant. Liu. 5. Bel. Pun. Vt iam eo confluxu adducta res esset, ut quocumque noctis tempore sibilu dedisset signum, porta aperiretur. Cic. pro Rose. Com. Qui postquam e scena non modo sibilis, sed etiam conuicio explodebatur. Transfertur & ad sonitum uenti leniter flantis. Virgil. 5. Eclo. Nam neque tantum ueniens sibilus Austri, Nec percussa iuuant fluctu tam litore. Sibilus, a, um, adiectiuum, ut Ora sibila, pro sibilantia, inquit Seruius. Virgil. lib. 2. Aeneid. Sibila lambent linguis uibrantibus ora. Sibila colla. Idem. 3. Geo. Tollentemque minas, & sibila colla tumentum Deijce. Sibilus, & plausus contraria. Cic. pro Sextio. Qui rumore, & fauore populi tenetur, & ducitur, ei plausum immortalitatem, sibilum mortem uideri necesse est.

SIBVS, πικρόπυρος, ueteribus erat calidus, & acutus. Fekus.

SIBYLLA, [sibilla,] σιβυλλα, uirgo fatidica, ab enunciatis deorum consilijs dicta. Sibyllæ, enim deos uocant Aeoles. βυλλα, autem Græci omnes dicunt, quod nos sententiam, siue consilium. Hierony. contra Iouinia. Quod si Aeolici sermonis genere Sibylla θεοββλα, appellatur, recte consilium dei sola scribitur, nosse uirginitas. Sibyllas decem fuisse scribit Varro. prima fuit Persica, secunda Lybica, tertia Delphica, quarta Cumæa in Italia, quinta Erythraea, sexta Samina, septima Cumana Amalthea nomine, octaua Hellepontica, nona Phrygia, decima Thyburina, nomine Albunea. Vide plura de his apud Suidam. Hinc fit Sibyllinus, adiectiuum, p. p. quod est Sibyllæ, uel quod a Sibylla factum. Cic. de Aruf. reip. Ne hoc quidem in mentem ueniebat Sibyllino sacerdoti: hoc est, ei, cuius erat sibyllinos libros aperire, & proferre, si quando uaticinium aliquod petendum erat. De librorum Sibyllinorum origine prodidit Gel. lib. 1. c. 19. Annum quandam ignotam, quæ Sibylla Cumana credita fuit, ad Tarquinium Priscum regem nouem libros attulisse, ac pro eis trecentos poposcif se Philippeos, regeque aspernante pretij magnitudinem, in conspectu eius tres libros exuisse, & pro reliquis idem pretium postulasse: cumque, a rege uelut delira irrideretur, tres præterea alios combussisse, nihilque minus pretij pro tribus petisse, regemque mulieris constantia commotum, tres illos libros Philippeis trecentis comparasse, iussisseque hos libros in Capitolio religiosissime asseruari, & de rebus dubijs a Quindecim uiris uelut oraculum consuli. Hos libros Scilico, cum aduersus Honorium & Arcadium principes defectionem moliretur, exussit. De quo Rutilius: Ne tantum patris sciret proditor armis, Sancta Sibyllina fata cremauit opus.

SIC, [Si, così, in tal modo, in tal guisa, per così fatta guisa, in tal maniera, di modo, di sorte. Gal. Ainsi, pareillement. Hisp. Así, en tal manera.] ὁ τος, ἔτω, aduerbium est similitudinis, idem ualens quod Ita. Virgil. 2. Aeneid. Non sic aggeribus ruptis cum spumeis amnis Exiit. Cic. lib. 16. Epist. Apud eum sic fui, tamquam domi meæ. Aliquando responsiua est particula, affirmandi uim habens, quemadmodum & Etiam. Cic. 4. Philip. Visne igitur te insipiamus a puero? Sic opinor, Quandoque optandi. Idem libro 10. Aeneidos: Sic patet ille Deum faciat, sic magnus Apollo. Est & coniuñctio illatiua, idem ualens quod Igitur. Cicero 4. Tuscu. Sic tot simul uirtutes continentæ, grauitatis, iustitiæ, fidei defecerunt. Nonnumquam capitur pro ualde. Apuleius. Nec ego rebar sic multorum id opus dierum esse. Duplicatur etiam maioris expressiois causa. Virgil. 4. Aeneidos Sic sic iuuat ire subumbras. Aliquando demonstratiuum est. Terent. in Eun. Ego limis aspecto sic per flabellum clanculum &c. Ponitur aliquando pro tamen. Plaut. in Trin. Nihil sic celere est, neque uolat.

SICAX, æ, [Daga, daghetta. Gal. Vne dague ou pognard. Hisp. Daga, o cuchillo secreta para matar.] ἔϊφος, genus gladij breuioris, quasi seca, a secando. Cic. 3. in Cat. E quibus ille maximum scarum numerum & gladio rum extulit. Idem 13. de Nat. Deo. Tum hæc quotidianæ, sicæ: uenena peculatus, & cætera. Hinc Sicula, diminutio. Plaut. in Rud. Post est sicula argenteola, & duæ conuexæ maniculæ.

SICAMBRI, σικαμβροι, populi Germaniæ, Menapijs finitimi, ad utranque Rheni ripam habitantes, quorum meminit Strabo lib. 4. Hi. crines natæta flauos habent quos crescere sinunt, & artificio quodam intorquent. Mar. lib. 1. Crinibus in nodum tortis uenerè Sicambri. Eruditi eos esse iudicant, quos hodie Geldrenses uocamus: quamquam uidentur olim latiores fuisse Sicambros, quam hodie sint Geldrensum termini.

SICANI, *σικανῶν*, populi Hispani, a fluuio Sicari, siue potius Sicori, dicti. De quo Luca. Hesperios inter Sicoris non ultimus amnis. Hi duce Siculo, exclusis Aboriginibus, Italiam tenuerunt: ipsiq. postea ab ipsis pulsi, quos ante pepulerant, insulam uicinam Italiae occupauerunt, & eam Sicaniam a suo nomine nuncupauerunt. Huius dictionis syllaba, ca, indifferenter ponitur. Vir. lib. 3. Sicano prætexta sinu iacet insula contra. Silius. lib. 13. Sydera Eliseis aderat gens Sicana uotis.

SICANIA, *σικανία*, dicta est insulae Siciliae quaedam pars, in finibus Agrigentinis, ut ex Apollodori sententia tradit Stephanus, qui & Sicani amnem ipsam in locis collocat. Sed & insula quando que tota, Sicania dicta est, a Briareo Cyclopi filio Sicano: uel a Sicanis populis, qui primi eam insulam incoluisse feruntur, qui tamen non sunt indigenæ, sed Hispani.

SICARIUS, [*homicida. Gal. Va brigand ou meurtrier. Hisp. El que tiene tal cuchillo pequeño escondido para matar. ἰσοδός*, qui sicca. i. gladio hominem interficit, uel sicam maleficii allucius gratia gerit: & *καταχρηστικῶς*, quicumque eadem telo quocumque commiserit. Cic. pro Rolo. Am. Verus uidelicet sicarius, homo audax & sæpe in caede uersatus. Ho. 1. Ser. Sat. 4. Quod moechus foret, aut sicarius, aut alioqui famosus.

SICANEVS, *σικανεύς*, quod est naturaliter siccum: uel quod nullo humore irriguum, uel aspersum est. Coll. 1. 2. c. 17. Eius prati animaduertimus duo genera, quorum alterum est siccaneum, alterum irriguum. Idem. c. 1. de siccaneis, & irriguis non comperimus utra numero uincant.

SICCESCO, *σικκω*, [*seccari. Gal. Se seicher, deuenit sec. Hisp. Secar se ha xerje seco. Ἐρησάωμαι*, sicceo, ces, siccus fio. Plin. libro 18. cap. 34. Aquilone in prænuat terra siccescens repente. Austrum humescens rore occulto. Col. lult. Fanum Græcum uetere uino macerato, deinde in Sole exposito, aut in furno, ut siccescat. Hinc assiccesco, siccus & aridus fio. Idem Ibidem: In uiria luere oportet, & expressos in cratibus pandere, dum assiccescant.

SICCUS, [*seccamentum. Gal. Seichement. Hisp. Sechamente. ἄδερ*. Coll. 1. 6. c. 12. Ut sicce stabuletur. Dicimus per translationem Sicce dicere, ut ieiune dicere. Cic. in Or. Id uero desinunt dicere, qui subtiliter dicunt, eos solos Attice dicere, id est quasi sicce, & integre, & ample, & ornate, & copiose.

SICCINE, [*Cofis. ἰσοδός*], aduerbius interrogantis est, pro an sic. Pla. Sicine tu illam? Sicine non habes ludibrio omnes?

SICCITAS, tatis, & Siccitudo, ditis, [*Siccitā, seccagine. Gal. Seichereffe. Hisp. Secura, se queda. Ἐρηστικός*, qualitas humiditati contraria. Colum. 1. 2. Si uero torpor cæli, siccitasq. regionis suadebit, Februario itatim proficindendi sunt. Cæf. 4. Bel. Gal. Qui cum prompte siccitatem paludum, quo se recipient, non habent, &c. Cic. 2. de Nat. De. Neque enim flumine cõturbor inanium uerborum, nec subtilitate sententiarum, si orationis est siccitas. Ponitur aliquando pro firmitate interpretæ Nonio. Cic. in Cat. Maiore: Summam esse in eo corporis siccitatem.

SICCUS, *σικκός*, [*Secare. Gal. Seicher. Hisp. Secar. Ἐρησάωμαι*, quod humidum erat siccu reddo. Coll. 1. 2. Si humidus erit, abundantia uliginis ante sicceatur fossis. Plin. 1. 8. c. 24. Mergiturque limo sæpius, siccat que sole. Hora. 2. Serm. Sat. 6. Siccit inæquales calices conuiui, solutus Legib. infans. Vir. 4. Aen. Atq. atros siccabat ueste cruores. Ouid. Met. Lacrymas siccauerat ardor. Huius cõposita sunt, Assicco, quod est ualde sicco. Plin. lib. 8. cap. 24. Ea cum spicas ediderint, prius quam femina hient æstibus, manu carpuntur, & suspensa in Sole cum assicauerint, reconduntur, atque ita reposita perennat æuo, diutius quam cætera. Absicco idem quod exsicco, Plin. 1. 1. Plurimum refert non absiccato succo finum uires continere, & assiduo macerari liquore. Desicco, & Exsicco, uide supra suis locis. Cic. in. Ant. Ille paludes exsiccare uoluit.

SICCOCVLVS, *σικκοκύβελος*, Plau. in Pseud. Nomen nostrum semper sicco oculum fuit. Nomen uidetur a Pla. fictum, pro eo quo est, siccis oculis, id est, nec lippis, nec lacrymosis.

SICCUS, *σικκός*, [*Secco, seicento, asciutto arido. Gal. Sec. Hisp. Seco. Ἐρησός*, quod est aridum & sine humore. Virg. 1. 5. Aeneid. Summa petit scopuli, siccaque in rupe resedit. Ouid. 1. 3. Amorum, Eleg. 5. At tibi pro meritis opto, non candide torrens, Sint rapidi folles, siccaque semper hyems. Tib. lib. 3. Eleg. 6. Sed polcite Bacchi Munera, quem uestrum pocula sicca iuuant? Per translationem ponitur pro exercitio, quod etiam Nonius annotauit. Nam exercitij uehementia sudantes, corpus siccamus. Cic. de Opr. Attici oratores sani, & sicci, Lucil. lib. 26. Cum studio in gymnasio duplici corpus siccaffem pila. Item pro continente, sobrio, cuius contrarium est Madidum, quod significat ebrium. Pla. Asin. Siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxime. Idem in Pseud. Vini modo cupidæ Eltis, eo uos pantices adeo madefactis, cum sim ego hic siccus. In sicco, id est, extra aquam. Plin. 1. 8. c. 8. Non reuertitur in maria, atque in sicco expirat: Vir. 1. Geor. Cumque marina in sicco ludunt folice.

SICELIS, *σικελίδης*, patronymicum sæ. forma Græca, a Sicilia deductum. Virgil. quarto Eclog. Sicelides Muxæ paullo maiora canamus.

SICILIBO, *σικελίβος*, Siciliui, uel Sicilio, sicilis, siciliui, sicilitū, [*Brascare*], uerbu est proprie ad prata pertinens, quæ tunc siciliri dicuntur, cum ea quæ prima sectione relicta sunt a sœnificis, iterata sectione demeruntur. Plin. lib. 18. cap. 28. Prata quoties secta sunt, sicilire oportet: hoc est, quod sœnificæ præterierunt, secare. Varro. lib. 1. de re rusti. cap. 49. Quo factio sicilienda prata, id est sœnificis conlectanda quæ sœnificæ præterierunt, ac quasi barba tuberosum reliquerunt campum: a qua sectione arbitror dictum, sicilire pratium. Hinc Sicilimentum, menti, herba sicilitione resecta, id est ea, quæ sœnificis prima sectione relicta, iterata sectione demeritur. Cato. c. 5. Item sœnum, cordum, sicilimenta de pratibus, eaque arida condito.

SICILIA, [*Sicilia. ἰσικελία*], Tyrreni maris insula, a Thucydide Sicania dicta, a pluribus Trinacria, quod tria habeat Promontoria. Patet in circuitu, ut ex Agrippæ sententia tradit Pl. DCXVII. m. pass. Cic. in Verrem. Cato Ille sapiens celam penariam reip. Siciliam nominauit. Olim Agro Brutio creditur adhæsisse, posteaque interfuso mari auulsa m. d. passuum freto, iuxta columnam Rhegyam: A quo dehiscendi argumento, Rhegyum Græci nomen dedere opido. Quin. & insula ipsa inde nomen creditur traxisse, quasi Sicilita. id est, resecta. Vir. lib. 3. Hæc loca ui quodam, & uasta conuulsa ruina (Tantum æui longinqua ualet muta reuertutas) Dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus Vna foret. Eadem & Triquetra a quibusdam appellatur, a figura trianguli, cuius unus angulus, qui in Meridiem uergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem spectat, & ab Italia mille quingentis passibus distat: tertius Lilybeus, qui Carthaginem maxime spectare uidetur, quemque ab Africae historibus cxx. milibus passuum distare prodiderunt. Hæc ab Oriente, & Occidente, Septentrioneque Thyrrheno mari, a Meridie Africo alijuntur. Patet in longitudinem a Peloro usque ad Pachynum, milia passuum millia octoginta septem: in latitudine centum octoginta nouem. Sicaniam autem dictam putant a Sicanis Hispaniæ populis, qui duce Sicano primum in Italiam uenisse feruntur. Solinus auctor est, Siciliam primum Cyclopium sedem fuisse, ipsque extinctis, Acolum insulam occupasse. Vnde Virgil. lib. 3. Ignarique uix Cyclopium allabimur oris. Item lib. 11. Aetnaos uidit Cyclopias Vlysses. De hac Diodorus sic scribit: Sicilia optima in sularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea sunt Panhormus, Catania, Siracusa, undecima Olympiade condita. Præterea Messana, Eryx, & Leontium, Gorgiæ theoris patria. Ibi Arcthusafons, Eryx, & Aetna montes. In ea Comædia primum creditur inuenta. Viros genuit illustres complures, ex quibus satis fuisse hic nominare Dionem Platonis auditorem, & Archimædem insignem Mathematicum.

SICILICVM, *σικκίον*, pars assis quadragesimo octaua, hoc est, scrupula sex, siue (quod in idem recidit) drachmas duas continens. Dicitur Sicilicum: a Siciliendo, id est, secando, quod semunciam per medium fecit. Neque solum de ponderibus dicitur, uerum etiam de mensuris. Pl. lib. 13. c. 15. Qua in re non omitendum uidetur, Tiberio principi mensam quattuor pedes sextante, & sicilico excedentem, tota uero crassitudine sescunciali, operimento laminæ uestitam fuisse.

SICILIENSIS, *σικελιώτης*, dicuntur qui alibi orti, in Sicilia uersantur. Siciliensis, siciliense, possessiuum a Sicilia deductum. Cicero secundo Ver. fisci Siciliensis. Fretum Siciliense, apud eundem. 2. de Nat. Deo. Quæstura Siciliensis, apud eundem in Epist.

SICILISSO, *σικκίσιος*, loquor lingua Sicularum, quorum sermo adeo corruptus fuit, ut abierit in proverbium. Plau. in Menach. Non Atticissat, sed Sicilissat.

SICILICES, hastarum spicula lata, inquit Festus. Emnius: Incedit ueles uulgo sicilicibus latis.

SICINIVM, *σικκίον*, genus ueteris saltationis, quasi strinium, hoc est tantum apud sitos, unde siticen, qui apud sitos canere solitus est: hoc est uita functos, & sepultos. Gell. 1. 20. c. 2. Budæus ait genus esse saltationis quæ satyrica esse dicitur. Alii non sicinium, sed sicinam appellant, *εἰς τὸ ἀπὸ τοῦ σικκίον καὶ κινέω*.

SICUBI, *σικκίον*, [*Se in qualche luogo. Gal. Si en algum lugar. ἰσικκίον*, idem quod si alibi. Liu. 3. ab urb. Consul prouidete omnia, laudare fortes, increpare sicubi segnior pugna fuisset. Cic. 7. Ver. Hæc sicubi facta sunt, &c.

SICVLVS, [*Siciliani. ἰσικκίον*], qui Siciliam insulam incolunt. Cic. in Diui. Cum Quæstor in Sicilia fuisset indices, ita que ex ea prouincia decessisset, ut Siculis omnibus diurnam iucundamque memoriam mei nominis selinquerem.

SICVLVM, mare, [*Mar di Sicilia. σικκίον*], angustum, atque anceps alterno cursu, modo in Tuscum, modo in Ioniu pelagus influit,

influit, uorticofum & Scyllæ, & Charybdis sæuitia inelytum. Sicula tellus pro Sicilia. Vir. 1. Aen.

SICUNDE, ἡ ποθεν, si ex aliquo loco. Cicer. ad Att. lib. 13. Sicunde potes erue.

SICUTI, & sicuti, [Come si come. Gal. Comme, Ainsique, ainsique comme. Hisp. Aficoino.] ὡς, ὡς αὐτῶν, aduerbia similitudinis sunt. Plaut. in Ruden. Quibus cum parua petiit Athenis, sicut dixi. Interdum tamen nō res similes, sed diuersas, & plane contrarias denotant, & ita in priore membro ponuntur. Quintil. Sed hæc eloquendi præcepta, sicuti cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad uim docendi ualent, nisi illis quædam facilitas quæ apud Græcos ἐξῆς, nominatur, accesserit. Habent etiam uetustatem, atque utilitatem magnam, quoties antecedentem sententiam annectunt cum sequenti. Plin. lib. 7. cap. 19. Ferunt Crassum auum Crassi, in Parthis interempti numquam risisse, ob id Agelastum uocatum, sicuti nec fleste multos. [Cic. Acad. Amaui hominem, sicuti ille me.

SICYON, sicionis, σικίων, urbs uetustissima Peloponnesi, non procul a Corintho, olim Aegialos dicta, a rege Aegialo, qui totius eius tractus imperium tenuit. Hanc Plin. lib. 36. cap. 4. metallicarum omnium officinarum patriam fuisse scribit. Præcipue autem nobilitatam constat Occasionis simulacro a Lisippo fabricato. Ab hoc opido uicina regio Sicyonia appellatur. Ex hac urbe ortus est Aratus ille, cuius in clarorum uirorum catalogo meminit Plutarch.

SIDERATIO, onis, ἄστρον, proprie plantarum morbus est, cum nimio æstu humore absumpto, uel totæ, uel aliqua sui parte inarescunt. Quod quoniam sideris alicuius afflatu fieri putatur, & præsertim Caniculæ, (quam Theophrastus peculiariter ἄστρον, uocat) factum est ut hoc plantarum uitium Græci ἀστρολισμόν, nos Siderationem dicamus. Plin. 1. 17. c. 24. Sideratio tota e cælo constat. Et paullo post: Proprium tamen siderationis est sub ortu canis siccitatum uapor, cum infixæ ac nouellæ arbores moriuntur, præcipue ficus ac uites. Quin & in animalibus Sideratio dicitur, cum pars aliqua corporis pestifero sidere percussa, subito inarescit, ipsaque etiam ossa carie consumuntur. Quod morbi genus Gale nus ἀστρολισμόν, appellat.

SIDERARI, [Siderari, a sidere. Gal. Être glacé du chaud, froid au autre uieure du ciel, pluye, orage, uent gelee, ou tempeste. Hisp. Pasmarse subitamente.] ἀστροβολίζω, id est sidere pestifero afflari, & proprie de arboribus dicitur, cum per sideris cuiuspiam, & præcipue Caniculæ exortum æstu uehementer inualescente, aut alia quauis ratione, humor consumitur, totæque uel aliqua sui parte, subito inarescunt. Transfertur & ad animalia, quæ & ipsa Siderata dicuntur, cum simili sideris afflatu aliqua sui in parte phacelismōn, hoc est, ossium cariem patiuntur. ita ut subito ea pars, cum ipsis etiam ossibus inarescat, omnemque prorsus sensum amittat. Plin. libro 28. cap. 16. Sideratis urina pulli afinini nardo admisso perunctione prodesse dicitur. Plaut. Sideratus est: moueri non potest.

SIDEREVS, a, um, [Di stelle, stellato. Gal. D'astres, d'estoilles, estoillé. Hisp. Estrellado.] ἀστροειδής, idem quod stellatus: ut, Siderea sedes, apud Virgil. 10. Aeneid. id est, splendida stellata. Cælum sidereum. Quiddius 10. Metam. Aliquando ponitur pro alto. Mar. lib. 1. Hic ubi sidereus propius uidet astra colossus. Aliquando pro fulgenti, & lucido: ut, Ignes siderei, apud Ouid. 1. Met. Virgil lib. 3. Nec lucidus æthra Siderea polus.

SIDO, dis, sedi, sessum, [sedere. Gal. Aller, à fond, de ualler, descendre en bas, s'asseoir. Hisp. Assentarse, hazer asiento la cosa pesada.] καταφορομαι, deorsum feror, subido, ad sedendum me dimitto. Vir. lib. 6. Seditibus optatis gemina super arbore fidunt. Plin. lib. 9. cap. 22. Mare inter est uadofum, senis non amplius altitudine passibus, sed certis canalibus adeo profundum, ut nullæ anchoræ fidant. Huius composita sunt, Assido, Confido, Circumfido, Desido, Infido, Obsido, Resido, & Subsidio: quorum significata uide suis locis.

SIDON, onis, π. gen. π. σιδών, urbs Phœnicis, cum Tyro & uetustate certans, & claritate dicta (ut Eustachio placet) a Sida Beli filia: quamquam Iosephus a Sicheum filio Canaan appellatam mauult: unde etiam apud Hebræos conditoris nomine integro seruatur, Sicheum uocari tradit. Alij a Phœnicibus ijs conditam uolunt, qui mediterranea incolebant, qui cum perpetuis uexarentur terræ motibus, relictis sedibus suis, nouam urbem ad mare condiderunt, quam a piscium ubertate sua lingua Sidona appellarunt.

SIDONIVS, a, um, ante p. indifferente. nam apud Græcos, teste Stephano, indifferenter σιδώνιος, scribitur per σ. niagnum, aut σιδώνιος, per ο. paruum. Virgil. 1. Aeneid. Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. Et paullo post. Sidoniaque ostentat opes. Cicer. de Orat. Sidonius Antipater.

SIDVS, [stella, segno celeste. Gal. Astre, signe au ciel, planete, estoille. Hisp. Estrella, ó constelación de las estrellas.] ἄστρον, licet quidam Græcum esse uelint, ἄντ τῷ σῶν, quod est simul, & ἔσθρον, uidere, quod plu-

res stellæ simul conspiciantur: aut παρὰ τὸ σῶν ἔσθρον, quod est commeo & conuenio, ut sit plurimum stellarum cōuentus, relictus tamen Latinum esse putatur, & a Sido deduci, propterea quod sidera occidentia, in mare subidere uideantur. Est autem Sidus signum ex pluribus stellis compositum, ut Aries, Taurus, Andromeda, Perseus, Corona, & quæcumque uariarum genera formarum feruntur in cælum recepta, Stella uero singularis est. Sic etiam apud Græcos, ἀστρον, & ἀστρον, diuersa sunt, & teste Suida. Nam ἀστρον, est stella una Astron signum stellarum coactum, quod nos sidus uocamus. Quandoque tamen sidus pro stella ponitur. Cic. Itaque, nesciunt hos siderum errores. Quin. Quid hæc fulgentium siderum ueneranda facies, quæ quadam ueluti infixa, ac coherentia perpetua semel capta sede collucet: alia toto spatia cælo uagos cursum, certis emetiuntur erroribus. Hinc Sideralis, & hoc se, quod ad sidus pertinet. Plin. lib. 7. cap. 49. Poscere uidetur locus ipse sideralis scientiæ sententiam.

SIBILATORES, a ueteribus dicebantur Sibilatores: & Sibilare σιφλάω ζην, quod nos sibilare dicimus. Nonius.

SIGELION, σιγαλίον, simulacrum apud Aegyptios in sacris Isis & Serapidis, quod digito labijs inpresso silentium imperare uidebatur: unde & nomen accepit. ἄντ τῷ σιγαλί, quod est sidere, alio nomine Harpocratem appellabant. Vide Harpocrates.

SIGEVM, gei, π. προσηγοριον, promontorium & opidum Troadis, Aiacis sepulchro nobilitatum, Dicum σίγειον, ut quidam uolunt, ἄντ τῷ σιγαλί, hoc est, a silendo, eo quod Hercules præmio suo a Laome dōte fraudatus, dissimulato discessu, ibi se occultarit, indeque silentio magno reuersus, urbem repente adortus cepit. Alij per antiphrasim Sigeum dictum putant, quod nullum ibi unquam silentium, aquis se perpetuo magno cum murmure faxis illidentibus. Hinc Sigeus, gea, geum, & Sigeus, per quattuor syllabas. Virg. 2. Aene. iam proximus ardet Vcalegon: Sigea igni freta lata relucet. Ouid. 13. Met. Sigeia toruo Littora prospexit uultu. Cicer. pro Arch. Achilles tumulus in Sigeo.

SIGILLARIA, uicus erat Romæ, ubi sigilla uendebantur. Gel. lib. 5. Apud Sigillaria forte in libraria ego & L. Paulus Poeta confederamus. Sigillaria præterea dicebantur dies festi Saturnalibus additi, quibus sigilla, hoc est parua signa amicis missabantur. Au. Stor Macrob. 1. 1. Satur. c. 10.

SIGILLARIS, re, adiectiuum a sigillis deductum: ut, Ars sigillaris, ἀγαματοποιία, Sigillaria opera, parua signa.

SIGILLATIM, ἑν μέρει, καθ' ἑκάστον, per singulos. Cic. 7. Ver.

SIGILLO, gillas, [Sigillare, bollare. Gal. Marquer, chacheter, noter & fermer. Hisp. sellar con sello.] σφραγίζω, signum imprimo, sigillum alicui rei appono. Hinc Sigillare, dicitur litteræ, id est, clausæ, & anulo inpressæ. ex quo ueteres Sigillare simpliciter pro Claude re usurpabant. Var. Lex. nimis impia est, ne filij patribus luce sigillent oculos.

SIGILLVM, sigilli, [Sigillo, bollo. Gal. Signet, marque chachet seu de quoy on selle.] ἀγαλλάτιον, deminutiuum est a Signum, quod modo imagunculam, siue paruum statuam significat. Cic. 6. Ver. Apposuit patellam, in qua erant sigilla egregia. Modo imaginem, qua ceræ impressæ litteras obfirmamus. Hinc sigillatus, lata, lacum, quod modo participium est, idem significat quod obfirmatus, ut Litteræ sigillatæ: Modo nomen, idem ualens, quod sigillis ornatus. Cicero octauo Ver. Iubet me scyphos sigillatos ad Prætorum efferre.

SIGNACVLVM, li, [segnacolo, segnetto, segno.] χαρακτηρ, proprie est signum alicui rei inpressum, ut lateat, quousque reseretur.

SIGNATORES, [Testimoni. Gal. Testimois, qui signent on seient. Hisp. Testigos que signan ó sellan.] επισημασται, dicebantur, qui aut testamentis, aut causis sese subfirmabant. Sal. Multis modis mala facinora docebat. Ex illis testes, signatoresque falsos commo-dare fidem, fortunas, pericula uilia habere. Sue. in Tib. c. 23. Illatum deinde Augusti testamentum non admittis signatoribus nisi senatorij ordinis. Iuue. Satyr. 10. Veniet cum signatoribus aufpex.

SIGNATORIVS, a, um, [Che segna,] σφραγιστός, quod signat, seu quo ad signandum utimur: ut, Signatorius anulus. Valer. Max. Vt anulo, quo signatorio utebatur. Paul. Iure Anulus signatorius ornamentum appellatione non continetur.

SIGNATVS, gnata, gnatum, [segnato, bollato, Gal. Marqué, signé, chache té. Hisp. Señalado, sellado.] aliquando participium est, idem significans quod insignitus, hoc est, quod signum habet inpressum: ut, Pecunia signata. Cic. 6. Ver. Argentum factum, atque signatum. Virgil. 2. Georg. Et ad morsu signata in stirpe cicatrix. Ouid. 2. de Arte aman. Aspice signatum sanguine pectus habet. Aliquando nomen, & tunc pro insigni aliquando captum a ueteribus legatur. Lucil. lib. 29. ut citat Nonius: Primum Chrysidem negat signatam reddere.

SIGNIFER, ri, [Porta segno, banderale, signifero, alferi. Gal. Port' ensigne, qui porte marques & signes. Hisp. Cosa que tiene ó trae seña, alferi.]

re. *Σημειοφόρος*, qui signa fert: hoc est, uexillifer. Cicer. 4. Verr. sit in eius exercitu signifer, &c. Idem 1. de Diuinat. quo tempore cum signifer pruni hastati signum non posset mouere loco, &c. Ouid. 5. Fasto. Romanæ Aquilæ signifer hostis erat. Signifer item dicitur circulus inle obliquus in quo duodecim signa sunt, qui Græce *ζωδιακός*, appellatur ab effigie animalium, quæ in eo Astrologi imaginantur. Cicero secundo de Natur. Deor. Infra autem hanc stella Mercurij, quæ anno fere uertente signiferum lustrat. Plin. libro 2. capitu. 4. Adiuuat rerum ordo, descripto circulo, qui Signifer uocatur, in duodecim animalium effigies, & per illas solis cursus congruens tot seculis ratio.

SIGNIFEX, [*Che fa insegne, ò statue. Gal. Faiseur d'images, & enseignes. Hispan. El que haze imagines ò estatuas.*] *σημαματοποιός*, qui facit signa, hoc est, statuas. Apul. lib. 2. Egrejus ille signifer.

SIGNIFICO, significas, penulti. corre. [*Significare, dimostrare, far sapere, far intendere. Gal. signifier, faire signe, montrer, donner à cognoître & entendre. Hispan. Significar algo por señales, demonstrar.*] *σημαίνω*, iudico, notum facio, demonstro, ostendo. Plaut. in Trucul. Etenim sic istud uolo, ne inter uos significetis, &c. Cicero pro Roscio Amer. Quid hæc tanta celeritas, festinatioque significat? Idem ad Attic. libro primo. Ac ne illud mirere: cum ego antea tibi significarem per litteras, me sperare, illum in nostra potestate fore, nunc idem uidear diffidere. Hinc significatio, onis, uerbale, indicatio, iudicium. Cicero: Heu quæ significatio doloris. Idem de Amicitia. Cum autem contrahat uirtus amicitiam, ut supra dixi, si qua significatio uirtutis eluceat, ad quam se similes animus applicet, adiungat: id cum contingerit, amor exoritur necesse est. Cæsa. libro 6. Bel. Gal. Monet ut ignes fieri in castris, prohibeat, nequa eius aduentus procul significatio fiat. Significatus, tus, ui, idem quod significatio. Plini. libro 18. capitu. 15. Ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatus habent. Item aduerbia, significanter, & significantius, idest, expresse, & expressius, & quod uulgo dicitur intelligibiliter, notabiliter. Quinto libro 6. capitu. tertio. Non parum significanter: etiam illa in schola *ἡδῆ*, dixerimus.

SIGNIFICANS, [*Significante.*] *σημαίνω*: idem qd̄ apertus, & euidēs. Quin. lib. 4. cap. 2. Verbis proprijs & significantibus. Idem lib. 8. c. 2. Quo nihil inueniri potest significantius.

SIGNINVM OPVS, quod fractis testis addita calce conficiebatur. Colum. lib. 6. Signinum opus paniculis condensatur.

SIGNO, nas, [*Segnare, sigillare, bolare. Gal. Signer, marquer, montrer per signe. Hispan. Señalar, fermar ò sellar scriptura.*] *σημαίνω*, signum imprimo. Vir. 3. Georg. Et summo uestigia puluere signent. Vnde signare epistolam dicimus, sanulo signum imprimere: Huius contrarium est Resigno, quod est deleto signo aperio. Sic signatam pecuniam dicimus, & signata pecora, quæ signis notata sunt, & quæ notam iustam habent. Interdum signare, significas ostendere, indicare signo. Plaut. in Cist. Cui hæc excidit cistella? recte eum locus signat ubi ea excidit. Interdum scribere. Colum. libro 3. Huc pertinet præclara nostri poetæ sententia. Laudato ingentia rura, Exiguum colito. quod uir eruditissimus (ut mea fert opinio) traditum uetus præceptum numeris signauit. Vnde & Subsignare, subscribere dicimus. Accipitur etiam signare pro designare. Virgilius libro 2. Georg. Quin etiam cæli regionem in cortice signat. Huius composita sunt, Assigno, Consigno, Circumsigno, Designo, Ob-signo, Resigno, & Subsigno: quorum significata uide suis locis.

SIGNVM, signi, [*Segno. Gal. signe, marque, enseigne. Hispan. señar para señar algo.*] *σημείον*, proprie est parua quædam nota indicans totius rei qualitatem, inquit Donat. Terent. Andr. Vide nunc eius color pudoris signum usquam indicat? Ouid. 2. Metamorph. Sed filer, & læsi dat signa rubore pudoris. Signa ad salutem, salutis prognostica. Terent. Andr. Adhuc Archillis quæ adsolent, quæque oportent signa ad salutem esse, omnia huic esse uideo. Virgil. 3. Georg. Morborum quoque te causas & signa docebo. Dare signum militibus, est pugnam ineundam significare. Terent. Eun. Tu hocce instrue: hic ego ero post principia, inde omnibus signum dabo. Liu. secundo ab urbe. Sensere uigiles, exercitus, signo dato concursus est ad arma. Virgil. 5. Aeneid. Intenti signum expectant. Item notæ, quæ pecudibus inuruntur, signa dicuntur. Virgil. 1. Georg. Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis. Hinc duodecim illa sidera, quæ in zodiaco animalium figuris imaginantur, signa dicuntur. Sunt enim notæ quædam, quæ ad naturam Solis referuntur. Eorum nomina sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorp. Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. Item signum, uexillum dicitur, ab effigie animalium, quæ in uexillis fieri con-

sueuerunt. Lucan. libro 1. Infestisque obuia signis, Signa, pares aquilas, ac pila minantia pilis. Plin. libro 7. capitu. 25. Signis colatis quinquagies dimicauit. Liu. 3. Bel. Macedo. in eo prælio supra quadraginta millia hominum cæsa, Valerius Antias scribit: & quingenta septem signa militaria capta. Hinc Antesignani dicuntur, qui ante signa constituuntur: de quibus eginus supra suo loco. Signa quoque dicuntur sculptilia, siue fusilia, ad effigiem animalium fabricata, quemadmodum contra Tabulæ, opera pictorum. Vnde Signa, & tabulas dicimus pro cælatis operibus, atque depictis. Siquidem in tabulis antiqui pingebant, non in parietibus. Tabulæ igitur, picturæ sunt, Signa uero statua. Vnde apud Salustium: Signa, & tabulas pictas, uasa cæata mirari, ea priuatim, & publice rapere, delubra spoliare. Cic. 3. in Verr. Deum uenit, ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clam sustulit signa pulcherrima atque antiquissima, eaque in onerariam suam nauem conijcienda curauit. Pocula aspera signis, quæ etiam dicebantur Sigillata: id est, signis decorata & ornata, qui mos fuit apud antiquos. Virgil. 9. Aeneid. Bina dabo argento perfecta, atque aspera signis Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba. Idem 5. Aeneid. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes, Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis. Signum etiam dicitur, quo quid consignamus, uel obſignamus, & notamus: quod & Sigillum dicitur. Cicero pro Quinto. Tabulæ maximæ nobilium hominum signis consignantur. Dicitur & Signum, id quod pro tabernis suspendi solet. Quin. lib. 6. capitu. 4. Tabernæ autem erant circa forum, ac scutum illud signi gratia positum. Signum etiam dicitur miraculum insolitum, prodigium, ostentum uel augurium, & tamquam omen boni aliquid, malivæ prænuñcians. Cicero, libro 1. de Diuin. Equus eius repente concidit, uec eam rem habuit religioni, obiecto signo, ut peritis uidebatur, ne committeret prælium.

SILIS, genus pigmæti luteum colorem, quemadmodum ochra, red dens: inueniturq. ceulimus quidam in argenti, & auri fodinis, quemadmodum etiam id aliud pigmentum, quod Cæruleū a colore dicitur. Vide Plin. lib. 34. cap. 12. Aufon. in Monosyl. sitæ peregrini uox nominis, aut Latij si?

SILACEVS, color luteus ex file compositus. Vide Plinium libro 37. capitu. 7.

SILATVM, antiqui (inquit Festus) dicebant, quod nos ientaculum dicimus, quod tum ieiunii unum sili herba conditum absorbebant.

SILENTIARIJ, dicti sunt, quorum ministerio imperator uidebatur ad ea, quæ ad quietem palatij pertinebant. Accursus Silentarios dici putat, quos uulgo Secretarios appellamus. Sic enim ait Iustin. C. de Silentarijs: Viros clarissimos sacri nostri palatij silentarios circa latus nostrum militantes de tutelis & curationibus excusari sancimus. Procopius libro 2. Bel. Pers. Romani, inquit, ad ea, quæ quietis sunt in palatio, ministrum Silentarium uocant.

SILENTIUM, tij, [*Silentio, tacere. Gal. Silence, taciturnité. Hispan. Silencio ò obra de callar.*] *σιγή*, taciturnitas. Plin. lib. 10. capitu. 69. Silentium in mari piscantibus ostrea. Silentium agere de re aliqua, est illam tacere. Quinto libro 10. capitu. 1. Quippe cum Tullius tot millibus uersuum de Romanis tantum Oratoribus loquatur: & tamen de omnibus ætatis suæ, quibus cum conuiebat, exceptis Cæsare atque Marcello, silentium egerit: quis erit modus si illos qui postea fuerunt, & Græcos omnes, & philosophos, & poetas persequi uel. m? Silentium est de re aliqua: id est de re illa nihil dicitur, Cicero Attic. libro 5. de Partho silentium est, sed tamen concisos equites nostros a barbaris nunciabant ij, qui ueniebant. Silentio aliquid ferre, est dissimulare, & de re illa nihil conqueri. Descendere in silentium, incipere taciturnum esse. Quinto. libro 10. capitu. 3. Accidit etiam ingeniosis adolescentibus frequenter, ut labore consumantur, & in silentium usque descendant nimia bene dicendi cupiditate: Silentium dicimus in auspicijs, quod omni uitio caret, ut ait Cicero libro secundo, de Diuinatio. Silentium noctis, pro intempesta nocte ponitur, quam alij Conubiuni, alij Conticinium uocant, Liuus 5. ab Urb. Supra ædem Væstæ uocem noctis silentio audisse clariorem humanam.

SILENVS, p. p. *σηλωός*, Bacchi nutricius fuit, & pedagogus, semper aino uehi solitus: quem Aratus in gratiam alumni inter sidera translatum dicit. Vir. 9. ecl. Chromis, & Mnasyllus in antro Silenium pueri somno uidere iacentem, Inflatum hesterno uenas, ut semper Iaccho. Cic. Tusc.

SILEO, siles, siliui, [*Tacere. Gal. se taire, ne dire mot, se tenir coy. Hispan. Callar.*] *σιγῶ*, significat taceo: quamuis hæc ita inter se differre uelit Seruius, ut Silere dicatur, qui pondum cepit loqui: Tacere, qui iam cepit. Quæ differentia si uera est, falsi sunt qui dicunt Silere factitium uerbum esse, ab s, littera, quæ silentij

nota est, quoniam in ludis litterarijs, publicisq. conuentibus dum uolunt silentium indicere, s, litteram, quasi sibilando pronunciant. Iungitur aliquando accusatiuo. Cicer. Atti. lib. 2. Hæc tu silebis. Frequentius ablatiue cum præpositione De. Cicer. 6. Ver. Me non solum de uestris monumentis silere oportebit, sed etiam lætari. P. Africani eiusmodi esse fortunas mortui, ut eius honore &c. Passiuum habet. Plin. lib. 12. cap. 1. Nullum sileatur rerum naturæ opus. Idem lib. 16. cap. 21. Idque mirum est Græcis auctoribus, proditum, apud nos potest fieri. Silent musæ Varronis, dixit Cicer. 4. Acad. 1. Varro nihil scribit, nihil edit. A sileo fit Silens participium: quod aliquando fit nomen ex participio. Silens cælum, pro tempore sereno, Plin. lib. 18. cap. 28. Alia sunt illa, quæ silentæ cælo serenisque noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi cum facta sunt. Silens flos, qui non amplius crescit, & quodam modo declinat. Silens luna dicitur, quando fit coniunctio eius cum Sole, quod contingit ipso die nouilunij, Plin. libro 16. capitu. 29. Inter omnes uero conuenit utilissime in coitu eius sterni, quem diem alij interlunium, alij silentis lunæ appellant. Colu. lib. 2. cap. 10. Silente luna fabam uellito ante lucem. Silentes surculi Silentes uineæ, id est nondum germinantes. Colu. lib. 11. capitu. 2. Surculi quosque silentes ad initionem nunc præcipui, utiliterque leguntur. Colu. lib. 4. capitu. 27. Fossor protinus, adhuc silentibus uineis inducendus est: id est, nondum gemmantibus. Silentes, pro mortuis, Ouid. 5. Fasto. Mos etiam lemures animas dixere silentum, id est, mortuorum. Virgil. lib. 6. Aeneid. Quæsitōr Minos urnam mouet: ille silentum Conciliumque uocat, uitæque & crimina dicit.

SILER, g. n. frutex nonnumquam arborescens, adeo ut baculos ruffi ei ex eo faciant: aquosis locis crescit, quasi pumila salix, cuius etiã generibus annuarij creditur, inquit Ruellius: contenditque nõ esse id, quod Sefeli Massiliense officinæ, & Siler montanum appellatur. Virg. l. 2. Geo. Namque alix nullis hominum cogentibus ipse sponte sua ueniunt, camposque & flumina late Curua tenent, at molle filer, lentæque genitæ.

SILER, m. g. fluuius est, Picentinos diuidens a Lucanis naturæ tam admirabilis, ut uirgulta & frondes in ipsum decedentes, statim lapidefcant, teste Plin. l. 2. cap. 103. quamuis illis, ut cæteris fere omnibus, Silarus dicatur, non Siler. Qua tamen terminatione efferatur a Luca. lib. 1. Radesque Salerni Tecta Siler. uide plura de hoc supra in dictione Silarus.

SILESCO, silefcis, [Tacere, acquiescere.] σιγησῶς, γίνωσκω, tacitus seu quietus fio. Ter. in Adel. Quid ego nunc agam, nisi dum hæc Silefcitur, turbæ interea in angulum aliquo abeam atque edormiscam hoc uili? Virg. 10. Aene. Infit eo dicente deum domus alta silefcit. Furor cæli silefcit, Cicer. epi.

SILIX, cis, [Pietra battifucio. Gal. Vn caillon, pierre à feu. Hiss. El peder nal ò piedra dura.] πυρίτης, lapis durus, ex quo ignis excuti solet: unde & nomen habet, quod ignis ex eo saliat, uel quod silentem intra se ignem habeat, qui attritu, aut percussu excitetur. Virgil. 1. Aene. Ac primam silicis scintillam excudit Achates. Suscepitque ignem folijs. Idem 1. Georg. Et silicis uenis abstrusum excuderet ignem. Ouid 7. Metam. Aut ubi terrena silices fornace soluti, &c. Accipitur nonnumquam latius silicis appellatio, ut etiam de petris & marmoribus dicitur. Plin. lib. 36. cap. 18. Idem. Varro Lunensem silicem serra secari tradit. Virgil lib. 8. Aeneid. Stabat acuta silix, præcis undique saxis. Est autem hoc nomen tam naïa, quam fœ. g. Lucr. lib. 1. Vnde queant ualidi silices, ferrumque creati. Virgil. 1. ecl. Spem gregis ah silice in nuda connixa reliquit. Lapidem silicem manu tenebant fœdera ferientes, itaque precabantur: Si sciens fallo, qui me despicit, salua urbe, arceque, is nie eiiciat, ut hunc ego lapidem.

SILICERNIUM, silicernij, uarie exponi solet. Scribit Nonius esse funebre conuiuium, quod senibus exhibetur. Festus docet esse farciminis genus, quo familia in lectu a fletu purgatur, quia cuius nomine instituebatur ea res, is iam silentium cerneret. Cæcil. Credidi me silicernium eius esse esurum. Don. inquit esse cœnam, quæ inferitur dijs manibus, uel quod ea silentes cernant umbræ, id est, umbræ possideant: nec quod qui hæc inferunt, cernant, neque degustent, nam de ijs quæ libantur inferis, quisquis ederit, aut biberit funestatur. Hinc Terent. in Adelph. Appellat senem silicernium, qui iamiam silentibus cernendus fit. Alij Silicernium nomen fictum a Terentio existimant pro sene, quod incuruitate silices spectet. Qui recte sentiant, asfirmant. Silicernium funebre conuiuium esse, quod apud ueteres senibus exhiberi solebat: dictum quod cum silentio edentes cernerentur. uel quod cogitarent se mox illum secuturos. Quapropter abeuntes a conuiuium ueluti se amplius non uisuri, mutuo se salutabant. Varro: Funus excuti, lauce ad sepulcrum antiquo more silicernit: confecimus. i. conuiuium, in quo pransi discedentes dicimus alijs alijs, Vale. Silicerniũ ergo Terentius senem uocat, atque decrepitum: id est, dignũ, uel qui Sil-

cernium fiat, uel qui ad silicernium uocetur, τυφλοῦ επρον.

SILICEVS, aum, quod est ex silice. Car. capitu. octauo. Lapidis siliceos.

SILIGO, siliginis, [Sagina, segala. Gal. Certaine espece de froment blanc & menu & fort delicat. Hiss. El trigo candial.] δῆλυρα, frumeti species est, quæ Gallis olim Arinca dicebatur, ex qua laudatissimus conficitur panis. Col. lib. 2. Omne triticum solo uliginoso post tritici arationem conuertitur in siliginem. Plin. eodem lib. cap. 8. Siliginem proprie dixerim tritici delicias: candor est, & sine uirtute, & sine pondere, conueniens humidis tractibus, quales Italiæ sunt, & Galliæ comaræ. Sed & trans Alpes in Allobrogum tantum, Aruernorumque agro pertinax in cæteris uero partibus biennio in triticum transit. Ex his omnibus satis constat, siliginem tritici genus esse quod iam aliquot sætionibus in aliam speciem degenerauit, minus quidem potentem ad nutriendum: cæterum gutturi non iniucundiorum.

SILIGINEVS, aum, quod est materiata ex siliginè: ut, Panis siliginæus, σιλγινης, quem Seneca commendat his uerbis: Malum panem inquit: Expecta, bonus fiet etiam, illum tenerum tibi & siliginem fames reddet.

SILIQVA, siliquæ, pen. cor. [Toca, tega, tige, ta uella. Gal. L'escosse ou gousse de febues, pois & semblable. Hiss. Holjeo de qualquiera legumbre.] λοβος, κηράτιον, folliculus, seu integumentum, cui grana leguminum includuntur, & si quid leguminibus est simile. Virg. libro 1. Georg. Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset. Plin. lib. 18. de fabis loquens ait, Nam siliquæ, caulique gratissimi sunt pabulo pecori. Item siliqua siue Siliqua Græca, fructus est arboris, quæ a Galeno κρεαταγία, appellatur, siliquis tectus falcatis, humani digiti longitudine, ijsque prædulcibus & ob id in cibis expetitis, cum semen propter amaritudinem negligatur. Vide Plin. lib. 15. cap. 24. Horat. 2. epist. 1. Viuit siliquis & pane secundo. Col. libro 5. capitu. 10. Siliquam Græcam, quam quidam Ceration uocant, & Persicum ante Brumam per autumnum, seriro. Est & alia arbor, Siliqua dicta, in Syria nascens, quam Iones Ceranium appellant, omnino diuersa a Siliqua Græca, de qua uideo. Plin. lib. 3. cap. 8. Est etiam siliqua, minimi ponderis apud Romanos nomen. quod & a Græcis Ceration appellatur, scrupuli sextam partem, drachmæ uero decimam octauam conficiens. Sex itaque siliquæ conficiunt scrupulum. Scrupula autem tria siue octodecim siliquæ expleunt drachmam. Sextula autem, sexta pars uncie est, unde & nomen habet: continetque scrupula 1111. siue siliquas 22222. Continet itaque sextula drachmam unam, & tertiam eius partem. Drachma Græcum nomen est, Latinoque uocabulo Denarius dicitur, ut Budæus non uno loco prodidit, quam uis Agricola hoc putet interesse inter Denarium & Drachmam, ut septem denarij octo drachmas siue unciam expleant. Supra sextulam Semunciam legimus, dimidium uncie continentem. Vncia ab una denominatur, quod ex duodecim ea una est pars assis, & ex octo drachmis conficiebatur, aut ex totidem denarijs, ut putauit: Budæus. quamuis, ut supra diximus, Agricola ex septem denarijs, qui octo drachmis respondebant, unciam constare asserat. Vncie duæ Sextans, ἐκταμόριον, quasi sexta pars assis nuncupatur. Quadrans quarta pars: Triens tertia pars: Semis uncie sex, quasi semias. Septunx uncie septem. Bes, uncie octo. Dodrans, uncie nouem. Dextans uncie decem. Deunx, uncie undecim. Inde As, ex duodecim uncis constans, quæ & Libra dicitur: minorque est quã mina Attica quattuor drachmis. Habet enim Romana libra nonaginta sex non amplius drachmas, cum Attica mina ex centum drachmis constet. Ex duobus assibus conficitur Dupondius, ita dictus, quod fit duorum pond. Ultra Dupondium est Sestertius, qui ex duabus libris & semisse constat, quasi semiterminus: de quo uide suo loco. Quod enim ferebat ex duobus assibus, & tertio semisse, Sestertium ueteres uocauerunt. Supra sestertium Treffis, a tribus assibus. Octuffis quoque, Nonuffis, Decuffis que reperitur, octo, nouem, ac decem assibus nominauerunt. A duobus deinde decuffibus Viceffis: id est, uiginti asses. A Tribus Triceffis, triginta asses. A centum centuffis, centum asses, qui erant breues ex ære nummi: Supra cetruffem maius æris uocabulum non habemus.

SILIQVASTRYM, herba hortensis, quæ alio nomine πυπερίτις, nominatur, cuius meminit Plin. lib. 19. cap. 12.

SILIQVOR, siliquaris, ἑλλοβίζο, siliquas facio: hoc est, siliquis tegor: quod de leguminibus siliquis tectis dicitur. Plin. libro 27. Inter omnes autem constat, nihil esse utilius lupini segete, prius quam siliquetur, Idem lib. 18. cap. 7. Siliquantur omnia diuersis diebus.

SILIO, ἑξορως, qui prominentia habet supercilia, a Sileno, quem hirtus supercilijs fuisse tradit. Auctor Nonius, citas locũ Varronis esse Satyra, cui titulum fecit γυωτίσις αὐτίων, Non ueni scribunt esse grã dius supercilijs Silonem quadratum? Plin. tamen l. 11. c. 37. non obscure innuit Silones dictos fuisse homines repanda na-

- fo** Altior (inquit) homini tantum, quem noui mores subdolæ irri-
sioni dicauerit, natus non alij animalium nares eminent. A uibus,
serpentibus, piscibus foramina tantum, ad olfactus, sine naribus.
Et hinc cognominia Simorum, Silonum. Hæc Plin.
- SILVS**, nasum habens sursum uersus aduncum. Vnde Galeæ quoque
a similitudine Silæ appellatæ sunt. Cic. 1. de Natu. Deo. Equos si-
los, flaccos, frontones, Capirones &c.
- SIMBELLA**, simbellæ, quasi semilibella, hoc est, dimidia libella. Est
præterea Simbella, instrumentum paruum, quo singuli numi pô-
derantur. Sipontin.
- SIMETHVS**, simethi, siue simethis, simethidis, uide Simæthus, & Si-
mæthis.
- SIMIA**, & Cic. de Nat. Simia quam similis turpissima bestia nobis.
- SIMIÆ**, & Simij, [Simia, bertuccia. Gal. Simges, quenons. Hisp. Monas, xi-
mios à monos.] *πῖθηκος*, hominum figuris proxima animalia, quæ
cauda carent, & in Libya nascuntur: dicitur quod simæ sint, id est,
naribus depressis, uel quasi mimæ, hoc est, imitatrices. Martia.
lib. 14. Callidus emissas eludere simius hastas. Vide. Plin. lib. 8. cap.
54. Simia per translationem dicitur, qui alium imitatur, Plin. epi-
st. 5. In quo rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum Simiam
appellat.
- SIMIOVLVS**, deminutiuum, *πῖθηκιον*, qui utcumque alterum imitatur.
Cic. ad Marium. lib. 7. Hic simiolus.
- SIMILA**, simillæ, [Amilo. Gal. La pure farine de froment, la fleur de fa-
rine, semoule. Hisp. Semola à acemite, la flor de harina.] *σῖμις ἀλῖς*, p. c.
medulla farinæ triticeæ, hoc est, ea pars quæ media est inter pol-
linem, & secundarium, potissimum nutriendi uim habens. Sunt
enim molitæ farinæ partes quatuor, Pollen, Simila, secundarium
siue cibarium, & surfures. Eadem & similago dicitur. Plin. lib. 18. c.
10. Similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo iustum est e mo-
dijs redire semodios & pollinis sextarios quinque. ita enim ap-
pellant in tritico, quod florem in filigine. Præterea secundarij
sextarios quatuor, surfurumque tantundem. Mar. 13. Nec dotes
poteris simillæ numerare, nec usus.
- SIMILAGO**, p. idem quod simila. Plin. lib. 18. cap. 10.
- SIMILIS**, simile, [Simile, somigliante. Gal. Semblable, pareil, ressemblant.
Hisp. Cosa semejante.] *ὁμοιος*, notæ significationis: constituiturq.
indifferenter cum genitiuo aut datiuo. Solet tamen ita distingui,
ut quoties ad morum uel doctrinæ, uel huiusmodi imitationem
refertur, genitiuo iungeretur: ut, Verfus Lucan non sunt similes
uersum Virgil. Horat. lib. 2. Serm. Saty. 1. Similes que meorum
Mille die uersus deferri posse. Treb. Cic. Ut aliquorum similes
in dicendo ualeamus esse. Quando uero uel in forma, uel in æta-
te, uel in fortunis, aut alijs huiusmodi rebus similitudo est, cum
datiuo. Virg. lib. 1. Aeneid. Os humerosque Deo similis. Plin. Effi-
gie ac lineamentis corporis patri similis. Sed confunditur apud
classicos auctores hæc differentia. Nam utrumque indifferenter
reperitur, Cic. Verr. 4. Si aliqua in re Verri similis fuero. Liu. lib.
1. ab Urb. Fratri similior, quam patri. Quibus in locis de morib.
non de figura sermo est. Hinc Similior & simillimus. Cic. pro M.
Marcell. Hæc qui faciat, non ego eum summis uiris comparo,
sed simillimum deo iudico. Plaut. Afsina. Hic nofter quæstus aucu-
pii simillimus est. Virg. 6. Aen. Prestitque iacentem Dulcis & alta
quies, placide que simillima morti. Ouid. lib. 4. Metam. Violæ que
simillimus ora Flos tegit. Plin. lib. 12. cap. 17. Mastiche tertia in
Ponco bituminis similior. Hinc similiter aduerbium. Ad Heren.
lib. 4. Similiter cadens exornatio dicitur, &c. Simillime, superlati-
uum. Cic. 2. Tusc. Simillime animus intentione sua depellit pres-
sum omnem ponderum: remissione autem sic urgetur, ut se ne-
queat extollere. Similis & similitur nonnumquam in prima ora-
tionis parte ponuntur pro ita, sequente in secunda Ut, uel Ac,
aut, Atque, Pro ut. Coll. 5. Cætera simili ratione, atq. in arbuſto
Italico administrantur. Liu. Similem pauorem inde, fugamque fo-
re, ac bello Gallico fuerat. Cic. de Senect. Similes sunt, ut si qui gu-
bernatores in nauigando agere nihil dicant. Idem Phil. 1. Ne-
que uero illum similitur, atque ipse eram, commotum esse uidi.
Similes inter se, id est, sibi inuicem similes. Cic. pro Cluen. Homi-
nes inter se cum forma, cum moribus similes. Cuius cõposita sunt
Assimilis, Abassimilis, Confimilis, Dissimilis, & Verissimilis, quorû
significata pete ex his locis.
- SIMILITAS**, atis, [Somiglianza.] *ὁμοιότης*, antiquis in usu erat
pro similitudine. Cœlius apud Nonium: uide quid ferat morum
similitas.
- SIMILITUDO**, dinis, [Similitudine, imagine, forma. Gal. Semblance, simi-
litude. Hisp. La uua y otra semejancia, imagen.] *ὁμοιότης*, notæ signifi-
cationis est. Cic. 1. Offi. Nihil autem amabilius, nec copulatius,
quam morum similitudo bonorum: in quibus enim eadem studia
sunt, eadem uoluntates: in ijs fit, ut æque quisque altero delectetur,
ac seipso. Liu. lib. 5. Bel. Puni. Gracchus fraudem & sermoni &
relabeſte ratus, ac similitudine ueri captus, cum lictoribus ac tur-
ma equitum e castris profectus, duce hospite in insidias præcipita
- tus. Eius contrarium est Dissimilitudo. Cic. in Lælio: Disparēs
mores, disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat
amicitias.
- SIMILO**, las, [Somigliare. Gal. Resembler. Hisp. Semejar.] *ὁμοιω*, refero,
repræſento, exigitque accusatiuum. Mart. Cum sint crura tibi, si-
milent quæ cornua Lunæ. Hinc componitur Assimilo, de quo su-
pra suo loco.
- SIMINVS**, [Se non.] Cic. de Fat. Quod si minus uerbis, se cogitur
constitit.
- SIMITVS**, *ἀμιμα*, antiqui utebantur pro simul: quod & Nonius annota-
uit. Plaut. in Mer. Ita tres simitu res agendæ sunt. Idem in Amph.
Non ego cum uino simitu ebibi imperium tuum.
- SIMPOSITVS**, a, uni, ut, Campus, hoc est, Troadis campus Simoentē
irrigatus.
- SIMOS**, entis, *σιμείος*, fluuius est Troadis, ex Ida monte nascens, la-
bitur per campum Troianum, qui ab eo dicitur Simoëſius, & ma-
ri appropinquans commiscetur Xanto, ac in paludē cogitur, de
inde exit in Hellespontum iuxta Sigeum promontorium. Virg. 1.
Aeneid. Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus
Phrigij genuit Simoentis ad undam?
- SIMONIDES**, *τιμωνίδης*, Lyricus poeta fuit a Cea insula Sthelicori
æqualis, quem Plin. l. 7. c. 56. quattuor harum litterarum *Σ, Π, Ψ,* &
æ uentorem fuisse tradit, octauamque in Iyra chordam inuenisse.
De hoc Cic. in Ora. Simonides, inquit, Cæus primus artem me-
morandi inuenisse fertur. Cum cœnaret in Thessalia Simonides
apud Scopam fortunatum hominem & nobilem, cecinitque id
carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poe-
tarum more, in Cælorem & Pollucem scripta fuissent, in his illi
fordide Simonidi dixisse, se dimidiam eius ei, quod pactus esset,
pro illo carmine, daturum, reliqua a suis Tyndaridis, quos æque
laudasset, petere, si ei uideretur. Paullo post esse ferunt nunciatū
Simonidi, ut prodiret, iuuenes stare ad ianuam suos quosdam, qui
eum magnopere euocarent: surrexisset illum ipsum, prodisse, uidi-
ſſe neminem. Hoc intermi spatio conclaue illud, ubi epularetur
Scopas, concidisse, ea ruina ipsum oppressum cum suis interisse:
quos cū humate uellent sui, nec possent obritos interoscere ul-
lo modo, Simonides dicitur ex eo, quod meminisset, quo eorū loco
quisque cubuisset, demonstrator uniuersiuſque sepeliendi fuisse. Hæc
tunc admonitus, inuenisse fertur ordinē esse maxime, qui me-
moræ lumen afferret. Hactenus Cic. Fuit & Simonides alter, Cri-
nei filius, ex Amorgo insula, Iambicus poeta: de quo Quint. lib. 10.
cap. 1. Simonides tenuis, alioque sermone proprio & iocunditate
quodā commendari potest: præcipua tamen eiu in commouenda
miseratione uirtus, ut quidam in hac eum parte omnib. eiusdem
operis auctoribus præferant. Simonides item alius Caristius, siue
Erythræus poeta Epicus fuit, qui scripsit Græcorum apud Aulidē
cõuentum trimetrorū libros duos, & alia. Præter hos, alios duos
ponit Suidas, unum nepotem Simonidis Lyrici ex sorore cogno-
minatum Melicertam, qui ante bellum Pelopõnesiacum fuit, scri-
psitque genealogiam libris tribus: Alterum Simonidem Magnetē
poetam Epicum Antiochi magni tempore, cuius res gestas scri-
psit, ac bellum aduersus Galatas. Suidas.
- SIMPLARIVS**, *ἀπλοῦς*, adiect. a Simplo, siue simplici deductum,
cuius etiam propemodum habet significationem. Simplariæ uen-
ditiones (inquit Budæus) sunt pro quibus uenditor necesse non habet
de dupla emptori re promittere: quarum meminit Vlpia. in l.
Empto. de Euctio. Ita enim simplariæ uenditiones a Pomponio
dicuntur, ut simplariæ actiones, & duplicariæ, & quadruplicariæ di-
cebantur, quæ in simplum, duplum, quadruplum dabantur. Eadem
ratione armaturæ simplares, duplicares, a Vegetio dicuntur l. 2.
de remili. quas qui gestabant, singulas, & duplas conſequebatur
annonas. Et a Modestino de uocabulis rei militaris, Torquarij sim-
plares, duplicaresq. quod qui illa præmia uirtutis, & decora mili-
taræ, meruissent, singulas, & binas præter alios conſequebantur an-
nonas. Sic hodie in sacerdotibus collegijs sacerdotia quædam sim-
plaria dici possunt, & quædam duplicaria, a simplice duplicæque ſti-
pe in conſeſſu ecclesiastico accipienda. Vide plura de hisce in di-
ctione Duplarij.
- SIMPLEX**, cis, [Semplice, ſempio, puro. Gal. Simple, pur, ſangle, qui n' est
point doute. Hisp. Cosa ſençilla ò ſin dobles.] *ἀπλοῦς*, a philosophis pro-
prie appellatur, quod nullo modo compositum est: quemadmo-
dum elementa quattuor, quæ sola, si rationem conſulamus, sunt
simplicia. Aliquando tamen in simplicibus discernendis a compo-
ſitis, ſenſum, non rationem iudicium adhibemus. Et ita partes cor-
poris ſimilares, item plantas omnes ſimplices dicimus: propte-
rea quod ſenſus in ijs compositionem nullam poſſit deprehende-
re. Argumentum simplex, quod in plures partes non est diui-
ſum. Terent. Prolog. Hea. Duplex quæ ex argumento facta est
ſimplici. Aliquando ponitur pro uero, & ſyncero, ſicut e con-
trario. Duplex pro fallaci & uafro. Marius. Cicero libro 11.
Trebatio noſtro magnas ago gratias, quod tuum erga me animū
III 2 ſimplicem

simpliciter, atque amicum aperuit. Hor. Et cunctus duplicis per mare Vlthici. Simplex homo, purus, apertus, nihil simulatum habens, Cicer. 4. Academi. Cum simplici homine simpliciter agerem, nec magnopere contenderem. Anni simplices, id est, rudes, & doli nondum capaces, cuiusmodi sunt in pueritia, aut prima adolescentia, quibus etiam simplex toga & pura, quæ prætexta dicebatur, sumi solebat. Martia. lib. 10. Tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis, Et prætextata cultus amicitia. Simplex cibus purus, non affectatus, aut aliquo condimento corruptus, uel compositus. Plin. lib. 11. cap. 53. Homini cibus utilissimus simplex. Inde simplicitas, atis, Mart. lib. 10. Vitam quæ facit beatiorem, Prudens simplicitas, pares amici. Ouid. 3. de Arte: Simplicitas rudis ante fuit: nunc aurea Roma est, Quint. lib. 5. cap. 7. In paucis atque humilibus accusator simplicitate gloriari potest.

SIMPLICITER, aduerbium, [Simplicemente, scempiamente. Gal. Simplement, rondement, sans feintise, à la bonne foy. Hisp. Simple y senzillamente.] ἀπλῶς, pure, aperte. Plin. epi. 98. Amice, & simpliciter reprehenderunt. Simpliciter oberrare, est imprudenter ab itinere desistere. Plin. lib. 8. cap. 4. Elephas homine obuius forte in solitudine, & simpliciter oberrante, clemens, placidusque, etiam demonstrare uiam traditur. Cic. Offi. Viuere simpliciter, fideliter, uitæque hominum amice. Quint. libro 2. capitu. 12. Præterea secundum aliam ætatis illius facilitatem, uelut simplicius docentes sequuntur. Simplicius, ueteres pro simpliciter utebantur. Plau. in Mercat. Ut simpliciter dicam. Sic enim legit Nonius: nequis forte sciolus librarium incuria Simplicitus pro Simplicius irreprehensibile suspicetur.

SIMPLVM, Cic. Top. Ut Duplum, simplum.

SIMPLVS, [Scempio.] ἀπλῶς, nomen numerale, significans unicum, & minime multiplex. Plau. in Mof. Simpla est habitatio. Idem in Pen. Licet simplum soluere. Sic duplus, bis tantum, Triplus, ter tantum & huiusmodi.

SIMPVLVM, calix fictilis, quo uinum in sacrificijs libabatur, a sumendo, quod eo uinum sumebatur minutim. Plin. lib. 15. cap. 12. Sed fictilibus prolibatur simulis innocentiis. A puleius, catinum, & simpulum sacrificijs adhiberi solita ostendit his uerbis: Paupertas populo Romano imperium a primordio fundauit, pro quo eo in hodiernum Dijs immortalibus simpulo, & catino fictili sacrificat. Feitus: Simpulum, uas paruum, non dissimile cyatho: unde muliere diuinis rebus deditur Simpularices uocantur. Varro scribit, uas esse minutim fundens, in cuius locum successerit epichysis: unde ueteres res minutas, nulliusque pretij, Simpularias appellabant. Sunt qui pro simpulo, Simpuuium legunt: cuius meminit Iuuen. Satyr. 6. Aur quis Simpuuium ridere Numæ, &c. Suat etiam qui uelint Simpullum gemino l. scribendum, ea forma, qua Aupulum dicimus. In simpulo aliquid facere prouerbij speciem habet. Cicero de Leg. Excitabat enim in simpulo, ut dicitur Grati-diu, quos, &c.

SIMVL, [Insistent, in compagnia, di compagnia. Gal. Ensemble, avec. Hisp. Insistente y en uno.] ἀμα, ὁμοῦ, aduerbium congregandi, idem significans, quod una, pariter. Terent. in Eun. Simul consilium cum re amissisti. Aliquando ponitur pro Deinde, uel etiam, uel præterea. Vatinius Ciceroni: ciues Romanos occidit, abripuit, disperdidit, regiones uastauit: simul uero semissis homo contra me arma tulit. Sal. His amicis, fociisque confisus Catilina, simul, quoad æ alienum per omnes terras ingens erat. Inueniuntur quandoque geminarum, & habet quasi eandem uim, quam Cum, & Tuna, siue part in. Quin. simul, ut pleniori obsequio demereret amantissimos mei, simul ne uulgarem uiam ingressus, alienis uestigijs insisterem. Ponitur aliquando simul, pro eadem hora. Pla. in Mercat. Dnas res simul nunc agere decretum est mihi. Dicimus uenuste, Simul tecum, nobiscum, & Simul cum aliquo. Cicero, pro Domo sua: Optimi ciues feruntur nobiscum simul hac ciuitate. Cicero, de Ami. Disserere cœperunt, cum corporibus simul animas interire, &c. Accipitur aliquando simul, pro postquam, simulac, siue simulatque, Cicero. 4. Aca. Et simul inflauit tibicen, a perito carmen agnoscitur.

SIMVLAC, & simulatque [Subito che, poi che. Gal. Incontinent que, apres que. Hisp. Luego que, subito que.] ἀμα, ὁμοῦ, cum primum, uel statim cum, siue postquam. Sal. Tam primum inuentus, simulac belli patiens erat. Columel. lib. 5. Semper conuenient, simulatque folia agere cœperint, ficus rubricam amura diluere. Cic. Ap. Gra-tissimum mihi feceris, ad me, simulatque adeptus eris, miseris. In eadem significatione dicimus, Simulac primum, Simul primum, & simul, ut Cicero. 3. Verr. simulac primum ei occasio uisa est Quæstor Consulem deseruit. Liu. 6. ab urb. Q. Fabio, simul primum magistratu abiit, ab C. Martio dicta dies est. Simul ut. Plin. 11. cap. 49. Ponuntur aliquando Simulac, simul, & Simulque, pro Atque etiam. Plin. epi. 7. lib. 9. cap. 35. Quint. lib. 10. cap. 1.

SIMVLACRVM, p. pro. [simulacro, statua, forma, imagine, idolo, effigie. Gal. Image esentée, semblance, statue, idole, Hisp. Imagen, ò semejança.]

ὁμοῦ, imago ad similitudinē rei alienius efficitur. Cicero, pro domo. Mulieris simulacrum e marmore. Ouid. 10. Met. Veterum simulacra deorum. Vir. 2. Aen. Diuum amplexæ simulacra tenebant. Simulacrum ciuitatis, per translationem pro signo & nota. Cicero, ad Planc. lib. 10. In qua, nec iudicia, nec omnino simulacrum ali-quod, ac uestigium ciuitatis.

SIMVLAMEN, nis, uel Simulamen, [Representatio.] ἑποικίωσις, idem quod representatio, assimilatio siue imitatio. Ouid. de Adoni de l. 10. Met. Annua plangoris peraget simulamina nostri: Id est representatio nostri doloris. Loquitur enim de facris annuis, quæ Adonia dicebantur in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.

SIMVLO, as, [Simulare, fingere. Gal. Feindre, contrefaire, faire semblant. Hisp. Fingir lo que no es.] ὑποκρίνωμαι, præ me fero, quod non est, & fictam rei alicuius similitudinem refero, & pro uero falsum ostēdo. Cicero, Att. Simulabat se Romam rediturum, cum in Africam nauigaturus esset. Vir. 1. Aene. Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem. Ouid. 1. de Arte: Ut simulat uultu gaudia tristis erit. Eius antitheton est Dissimulo. Cicero. 1. 7. epist. Multa & simulauit inuitus, & dissimulauit cum dolore. Simulo non sentire: id est, dissimulo. Plin. epi. 14. l. 3. Ille siue quia non sentiebat, siue quia non sentire simulabat, immobilis, & extensus fidē peractæ mortis impleuit. Est & Similo, as, per tertiam uocalem in secunda syllaba, quod significat similitudinem rei alicuius representantem. Hor. 2. episto. 1. Aeta Fortis Alexandri uultum simulantia. Sed de hoc supra egimus suo loco. Hinc Simulatio, onis, uerbale, fictio, & simulata, & ficta alicuius rei internæ per uultum representatio: unde pro deceptione, & circumuentione ponitur, quod animo, uel uultu, aut uoluntate simulata fiat. Cicero, ad Lentul. lib. 1. A quibus tuendus fuerat, derelictus: idque non solum fronte, atque uultu, quibus simulatio facillime suiturur. Idem 3. Ver. Nullæ sunt occultiores mūdix, quam hæ, quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Simulator, oris, qui simulat. Cicero. 1. Offic. De Græcis autem dulcem & facetum, festiuumque sermonis, atque in omni ratione simulationem, quem ἑποικίωσις, Græci nominauerunt, Socratem accepimus. Ouid. 2. de Arte: Tantum ne pateas urbis simulator in illis. Simulare, aduerbium, fictè. Cicero. 2. de Natu. Deo. Mala enim, & impia consuetudo est, contra deos disputandi, siue ex animo id fit, siue simulate.

SIMVLTAs, simultatis, [Simultā, amicitia finta. Gal. Haine conuerte. Hisp. Competition odiosa entre dos, odio cubierto.] ἑποικίωσις, inimicitia, à simulando, ut quidam uolunt, quod proprie latens, & dissimulatum odium nomine hoc significari existimant, quamquam reuera etiā de apertis inimicitijs dicitur. Cicero, pro Lege Man. Ut multas etiā simultates partim obscuras, partim apertas intelligam mihi non necessarias, uobis non inuitas, suscepisse. Iuue. Sat. 5. Inter finitimos uetus atque antiqua simulas. Pla. Pseud. Nam hic id metu, ne illam uendas ob simultatem suam.

SIMVLTER, aduerbium ὁμοῦ, dixerunt antiqui pro Similiter. Pla. Ex-ossabo ego eum, simulat ut murænam coquus.

SIMVLS, a, um, ὁμοῦς, qui pressis est naribus, unde proprium caprarum est epitheton. Vir. 10. ecl. Dum tenera attondent simæ uirgulta capellæ. Hiero. de Socratis uxoribus: quæ cum crebro inter se iurgarentur, & ille eas irridere esset solitus, quod propter se fœdissimum hominem. simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris & repandis cruribus, disceptarent. Mar. 1. 6. Atque illi simanare, turgidis labijs. Huius deminuti, est, Simulus. Mar. lib. 6. Simulus iste quis est, uxori semper adhæret, Qui Menodore turæ? Composita sunt Desimus, Refimus, & Subsimus: de quibus suis locis.

SIN, [Mas se. Gal. Mais si, si non. Hisp. Mas si.] ἢν, δὲ, καὶ, cum subiuncti-uo, ex Si, & Ne, componitur abiecta e: significatque Si uero: & nūquam in prima parte collocatur, sed in secunda, ubi duorum est oppositio: & fere semper Si, in priori parte præcedit. Ter. in Andr. Si illum relinquo, eius uitæ timeo, sin opitulor, huius minas. Habet enim quandam uim negationis, perinde ac si diceretur, Si autem non relinquo, sed opitulor. Aliquando Sin solum repetitur, ita tamen ut conditio aliqua intelligatur præcessisse. Salu. in Ingur. Imperat ut pretio sicuti multa confecerat, insidiatores maxime parat, ac maxime occulte: sin id parum procedat, quouis modo Numidam interficiat: Id est, si potest, occulte: si non potest, ut cum queat.

SINAPIS, p. p. ne. g. & indeclinabile, [senape.] σινων, uel Sinapis, pis. fœm. gen. herba est, semen ferens tanta acrimonia, ut cieat lacrymas comedenti, in hibernis condimentis usitatissimum. Plaur. in Pseu. fœm. gen. usus est: Teritur (inquit) scelerata sinapis cum illis Item. Col. lib. 10. Seque laceffenti fletum factura sinapis.

SINCPVTIS, pitis, [Parti dinanzi della testa. Gal. Le deuant de la teste. Hispau. Pedaga de cabeça ò pestorejo.] ἐπέγµατ, pars anterior capitis aures, temporaque complectens, Sinciput (inquit Cornutus in Persium

Persuasa (anterior pars capitis: Occiput, posterior. Pla. in Menæchmis; Non est tibi sanum hinc put, adolescentis. Luu. Sat. 13. Si uero & pater est, comedam, inquit flebile nati Sinciput elixi Pharioq. madentis aceto. A pollinaris ad Valerium Maioranum: Partemq. cerebri Hic galeæ cum parte rapit, fortiq. lacerto Dissicet ancipiti miserabili sinciput ense. Neque solum in homine sinciput dicitur, uerum etiam in brutis animantibus: & præcipue in genere iulio. Erant enim olim in delicijs sincipita uerrina siue aprugna, aceto condita, & ad esum præparata. Plin. lib. 8. cap. 51. Interdicta quoque abdomina, glandia, testiculi, uulua, sincipitia uerrina.

SINDON, *σινδών*, genitium sindonis, penul. corr. amictus ex lino Aegyptiaco; inde, ut creditur, nomen habens, quod primum in Sidone urbe fuerit inuentus: ob id Tyria Sindon a Martiale dicta lib. 4. Ridebis uentos hoc munere tectus, & imbres: Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

SINE, [*senza, sanza, Gal. sans, Hisp. sin.*] præpositio separatiua, idem significans quod absque: ut Sine Cerere & Baccho friget Venus, Ter. in Eun. Virg. 1. Aen. Imperium sine fine dedi, Ouid. 2. Met. Iam motiq. oculos in se sine fine tenentem Nescius extimuit. Cicer. Offic. sine ullo errore.

SINGILLATIM, [*Singularmente. Gal. Chacun à part soy, l'un apres l'autre, singulierement. Hi. singularmente, uno à uno, apartadamente.*] *κατ' ἐξ ἑαυτῶν*, idem quod singulatim, hoc est unum quodque per se. Cicer. 4. Philipp. Ciuitas non singillatim, sed prouincijs totis dabatur. Lucil. Singillatim unusquisque nostrum mouetur. Saet. in Aug. Atque etiam singillatim e certo genere hominum libentes, ac profacultate quisque pecunias contulerunt.

SINGULARIS, singularare, [*Singolare, unico. Gal. singulier, seul, unique. Hisp. cosa singular.*] *ἐν ἑαυτῷ*, quod est unicam. Plin. lib. 23. capitulo. Democritus etiam unum effectus auget eius, qui singularis natus sit. Verbis singularibus agere: hoc est, quæ unum tantam, non etiam plures complecterentur. Cicer. in Catil. Primum quod mihi gratias egistis singularibus uerbis, &c. Dicitur aliquando Singularare, quod est excellens: & tam in malum, quam in bonum sumitur. Cicer. pro Sylla: Mæ singulari uimmanitate, & crudelitate præditum. Plin. episto. 45. Mox uehiculum ascendit, assumit uxorem singularis exempli, &c. Pro eodem antiqui dicebant Singularis: quod & Nonius annotauit, citans locum Turpilij in Demetrio: homini natura unica est, & singularia. Pla. in Capt. His Indito catenas singularias: hoc est, singulis catenam unam.

SINGULARITER, [*Singularmente.*] *ἐξ ἑαυτῶν*, unice, excellenter, magnopere, mirum in modum. Cic. 4. Ver. Quem ego singulariter in prætura mea dilexissim.

SINGULATIM, aduerb. [*Singularmente.*] *κατ' ἐξ ἑαυτῶν*, significat unum quodque seorsum, uel per se. Cic. 1. Ver. Si tantulum offensum tibatatumque sit, ut ea, quæ singulatim ac diu collecta sunt, uno tēpore uniuersa perdamus. Pro eodem etiam dicimus Sigillatim, Cæf. lib. 5. Bel. Gal. Centuriones sigillatim, Tribunosque militum appellat: quorum egregiam fuisse uirtutem testimonio Ciceronis cognouerat.

SINGULTVS, [*Singulto, singhiozzo. Gal. Hoquet oubochet. Hisp. solloço ó obra de hipar.*] *ἀλύξ*, species est conuulsionis, quæ fit uel nimia spirituum suppressione, uel propter inanitionem uel repletionem immoderatam, uel ob erosionem ab acrioribus in uentriculo humoribus, quas cum facultas expultrix per se expellere nõ possit, motricem in auxilium accersit: spiritumque aut humores noxios ni quadam, & non sine sonitu expellit: atque ita cietur conuulsio nis quodam genus in uentriculo, quod singultum appellamus. Cicer. pro Plane. Non modo lacrymulam, sed multas lacrymas, & singultum cum fletu uidere potuisti. Neque solius hominis est singultus, uerum etiam brutorum animantium, ut equorum. Virgil. 3. Geor. Imaque longo Ilia singultu tendunt. Ouid. 3. Amor. Eleg. 8. Oraque singultu concutiente sonant. Item Gallinarum. Colum. lib. 8. cap. 4. Assiduis autem debet esse cibus, & speculati patientes: quod se facere gallinæ restantur crebris singultibus interiecta uoce acuta. Hinc Singultio, hoc est, singultus emitto. Plin. lib. 23. cap. 1. Nec singultientibus, nec si cum febre dispnea sit, &c. A quo rursus fit frequentatium Singulto, singultas, quod est frequenter singultio. Virg. 9. Aen. Tum caput ipsi aufert domino, truncumque relinquit Sanguine singultantem: id est, cū singultu animam efflantem. Hinc quoque singultim, aduerbium. Hor. lib. 1. Ser. Sat. 6. Ut ueni corâ, singultim pauca locutus. Id est, uerbis interruptis. Budæus.

SINGULTI, læla, non nisi in plurali numero, [*Ciascum da perse. Gal. Chacun, l'un apres l'autre. Hisp. Cadalino, sendos.*] *ἐκαστος καθ' ἑαυτα*, unusquisque per se, hoc est separatim ab alijs. Cic. 7. Ver. Ut non modo plures, sed ne singuli quidem possint accedere. Vir. 1. Aen. Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo, &c. Dicimus autem Latine, Aliquid fieri singulis diebus uel in singulis diebus, cū

præpositione, In uel cum accusatiuo, In singulos dies, pro eo quod est, quotidie. Cicer. pro Mur. Qui singulis diebus edicendos factos populo proposuit. Idem. 2. de Natu. Deo. Sol binas in singulis annis reuersiones facit. Idem ad Atti. Quotidie, uel potius in singulos dies, breuiore litteras ad te mitto. In dies, siue in dies singulos, licet idem significet, quod Quotidie, uix unquam tamen in oratione ponuntur sine comparatiuo, aut uerbo incrementi. Cicer. in Cati. Crescit in dies singulos hostium numerus. Antiqui etiam singulos dicebant, pro unico, & singulari. Plau. Cist. At at, singulum uideo uectigium.

SINISTIMUM, inquit Felitus, antiqui dixerunt pro sinistro: ut, Sinistimum auspicium, cum aues a sinistra conspiciuntur. Id aut dextero felicius habebatur. Cuius rationem hanc reddid Felitus, ex sententia Varronis quod ueteres Deorum sedem ad septentrionem esse uoluerint, atque inde eos in Meridiem spectare. Quo fit, ut Ortum ad dexteram, Occasum habeant ad sinistram.

SINISTRA, [*Mano sinistra, man manca, man stanca. Gal. La main senestre, ou gauche. Hisp. Mano izquierda ó yzquierda.*] *σκαία, ἀπισπέδ.*, manus læua, a Sino, is, ut placet Felito, eo quod aues, quæ ad læuam apparent, rem institutam nos agere sinant. Virg. 10. Aen. Clypeum cum deinde sinistra Exultat ardentem. Idem. 5. Aen. Nunc dextra ingemans istus, nunc ille sinistra. Ouid. 3. de Pont. Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra. Sinistra ponitur aliquando pro ea parte, quæ sinistram manum uersus est. Cicer. de Diui. Cur a dextra cornuus, a sinistra cornix faciat ratum. Ponitur aliquando aduerbiallyter pro parte sinistra. Cicer. 4. Academ. Et cum uno mando oriatus hic sit tam mirabilis, innumerabilis, supra, infra, dextra, sinistra, ante, post.

SINISTER, tratum, [*sinistro. Gal. senestre, à gauche. Hisp. El que es puesto à la man izquierda.*] *καίς*, quod ad sinistram est: ut Sinistra manus, Sinistrum cornu. Liui. 3. ab Urb. Nam quæ afficit aciem, duo extra ordinem millia, quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem faceret, tenuere. Virg. 10. Aene. Pallasque sinistram Affixus lateri. Idem 7. Aeneid. Vestigia nuda sinistram Instituere pedis. Ouid. 9. Met. in latus erigitur, cubitoque inuixa sinistro. Sinisterior, & sinisterius. Var. 2. de re ruit. cap. 5. Siquidem si mas est, in dexteriorcm partem abis: si femina, in sinisteriore. Cic. Cornu sinisterius, quod erat inferius. Sinistrum autem quantum ad auguria pertinet, significat prosperum, teste Felito, propterea quod nos agere aliquid sinat. Cicer. 3. de Leg. Is aut sinistra, dictus populi magister est. Aliam tamen eius rei rationem affert Var. lib. 4. Epistolicarum Questionum his uerbis: A deorum sede cum in Meridiem spectes, ad sinistram sunt partem mundi exorientes, ad dexteram occidentes: quo factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextra, esse existimetur. Aliquando accipitur pro aduerso, noxio, ominoso: quod quæ sinistra manu fiunt, minus recte fieri uideantur. Virgil. libro 1. Georg. Arboribusque fatiscus Notus pecorique sinistram. Plini. epist. 9. Nemo me apud quemquæ sinistris sermonibus capxit. Virg. 9. ecl. Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix. Ouid. epist. 20. Et fuit ad cæptas hora sinistra uita. Idem epi. 13. Dij precor a nobis omen remouete sinistrum. Hinc sinistre, aduerb. Tacit. lib. 17. Exceptus sinistre, Hor. in Arte.

SINISTRORSVM, [*Da banda sinistra. Gal. A gauche, à la main gauche, du costé senestre. Hisp. Haçia la mano yzquierda.*] *ἐπ' ἀπισπέδ.*, & *πρὶ τῆς, λαίρας*, aduer. significans, uersus sinistram partem. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Ille sinistrorsum. hic dextrorsum abis. Legitur & Sinistrorsus: quæ & Felitus annotauit, citans locum Cæf. 6. Bel. Gal.

SINISTERITAS, atis, [*senestrezza, senestramente. Gal. Gaucheté, sottise, lordure. Hisp. A quella disposicion de sinistro, maldad.*] *σκαίωτης*, per ueritas, improbitas. Plin. epi. lib. 18.

SINOS, is, sui, situm, [*Lasciare, permettere. Gal. Permettre, laisser faire. Hisp. Dexar ó desamparar.*] *ἐάω*, permitto. Varro. Sine is ad pubertatis annos perueniat. Terent. And. Sine meo me uiuere modo. Ibidem: Sine te exorem. S. Sino. Cæf. 4. Bel. Gal. Vinum ad se impertari non sinunt. Hinc Situs, & Siturus participia: id est, permiffus, & permiffurus. Cic. pro Sext. Accusare eum moderate non est situs. Idem ad Quin. Fr. lib. 2. Cato concionatus est, comitia haberi non siturum.

SINON, onis, pen. geni. pr. nomen est filij Sisyphi, nepotisque Autoly ci furis. Autolyces enim teste Seruio, duos habuit liberos: Sisyphum, unde natus est Sinon: & Anticleam, unde Vlyffes. Hinc est quod Virg. 2. Aen. Sinoni altius & fallacis proditoris tribuit personam. Hic namque cum Græcis Troiam profectus, post diuturnum bellum ab ipse subornatus, sua sponte se Troianis capiendū obtulit, & ad Priamū deductus, illi & omnibus ciuibus Græcos abis. se, ac equū illum ingentem in urbem recipiendum esse fictionib. suis persuasit, sed maximo eorum detrimento. Vir. lib. 2. Aen. Tali bus intidijs periuiq. arte Sinonis Credita res, &c. Sinonius huius in uentum esse significationem speculariam auctor est Pl. 1. 7. cap. 56.

SINOPES, *π. σινώπη*, urbs Ponti, quæ olim frequenti gymnasio, & ru

bricæ genere, quam Sinopicam uocant clarissima fuit. Sinopem (inquit S. rab. l. 12.) urbium, quæ in Ponto sunt, clarissimâ, Mile-
 sij cõdiderè, quæ classe comparata, mari quod intra Cyaneas est,
 imperauit. Extra uero multorum certaminum particeps fuit cum
 Græcis, & cum libera fuisset, tandè amissa libertate, Pharnaci ob-
 temperauit (fuit enim obfisione capta) posteaq. successoribus eius
 usque ad Eupatoreni, & Romanos, qui illum sustulerunt. Eupator
 ibi natus & educatus, eximie illâ coluit, & regni metropolim fecit.
 Munia est naturali prouidentia. Nam in colle peninsulæ cuius-
 dam sita ex utraque Isthmi parte portus & stationes habet, &c.
 Hinc Diogenes Cynicus, & Timotheus Patroni, & Diphilus comi-
 cus orti sunt. Cic. in oratione pro Pompeio: Haud obscure indi-
 cant Sinope & Amiso Mithridatis olim domicilia fuisse, omnifari-
 sis rebus ornata, & referta. Hinc deducitur gentile Si-
 nopeus, *σινωπιδης*, per tres syllabas. Ouid. l. de Ponto: Non doluit
 patria Cynicus procul esse Sinopeus.

SINOPIS, pen. pr. gen. Sinopidis, *σινωπιδης*, rubricæ genus præstantissi-
 mum, quod circa Sinopem Ponti urbem effodiebatur: unde & no-
 m. n. habet. Plin. l. 37. cap. 6. Nascuntur Sinopis, rubricæ, parætoni-
 um, mælinum, æretia, auripigmentum, ceteri finguntur. Species eius
 sunt tres, rubens, minus, ubens, & media. Hæc ille. Vitruu. lib. 7.
 eam rubricam Sinopicam appellauit, Strabonem, arbitror secutus
 qui lib. 12. *μυλιδιον σινωπικόν*, eam nominat, & in Cappadocia
 eam nasci asserit; idcirco autem sinopicam uocari, quod a merca-
 toribus Sinopen soleat ad mercatum deferri, prius quam Ephes-
 siorum emporium tam celebre esset.

SINVESSA, *σινωσσα*, opidum (inquit Plin. lib. 3. cap. 5.) noui Latij ex-
 tremum non procul a Liri fluuio, quod quidam olim Sinopen ap-
 pellatum uoluerunt. In eius agro gignitur uinum copiosum, quod
 saxosis collibus, in quibus nascitur, Sinuessanum petrinum uocat
 Hor. De hæc Liu. lib. 10. In saltu Vestino Falernum contingente
 agrum, Sinope dicitur Græca urbs fuisse, Sinuessa deinde a Roma-
 nis colonis appellata. Strab. l. 5. Sinuessa in Setano sita est sinu, a
 quo nomen uendicat. Ei pro xime calidæ sunt balneæ ad ægri-
 tudines quasdam accommodatissimæ.

SINVOAS, [*Ingobbire*, intorcere. Gal. Entortiller ou tortiller en plusieurs
 plis, courber. Hisp. Enroscar, entorcer.] *κυστώα*, curuo, in sinu flexo.
 Vir. lib. 2. Aen. Sinuatque immensa uolumine terga: id est, in sinu
 flexit. Ouid. lib. 12. Tremulæ sinuantur flumine uestes: id est, ru-
 gantur, uel in sinu colliguntur. Hinc componitur Insinuare, de
 quo satis multa dicta sunt suo loco.

SINVOVSVS, *σινωσυσ*, [*Torta, gombitefo, golfoso*. Gal. Qui a plusieurs plis, qui
 a plusieurs destours. Hisp. Tuerto, torcido, lleno de golfosos.] *κωπιδης*, quæ
 habet multos sinus: ut Mare sinuosum, Vela sinuosa, quæ uento in
 flata in sinu turgescunt. Claud. l. 1. de Rap. Proserp. Sinuosa dra-
 conum membra tegens obliqua, & multis spiris incuruis. Plin. lib.
 11. cap. 37. Cor prima domicilia intra se animo & sanguini præ-
 bet, sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non
 gemino. Virg. l. 1. Aen. Saucius at serpens, sinuosa uolumina uer-
 sat. Ouid. 5. Met. tamen sinuosa ueste pendit.

SINVS, us, p. c. [*seno, golpho, gorgo, grembo*. Gal. Sein, replis. Hisp. seno.]
κόλπος, curuitas illa, quæ est intra pectoris brachiorumque com-
 plexum. Terent. in Adel. Hic non amandus: hicine non gestandus
 in sinu? Ouid. epi. 3. Te tenet in tepido mollis amica sinu. Seneca
 Troade. Blando sinu fouens nepotem. Fouere dextram sinu. Ouid.
 1. Am. Eleg. Hinc sinus nescium appellati sunt, laxitates inter pli-
 cas intermedie. Virg. l. 1. Aen. Nuda genu, nodoque sinus collecta
 fluentes. Per translationem quoque Sinus uocantur littora curua,
 duobus quasi brachijs longius in mare procurrentibus inclusa,
 Græci, *κωπιδης*, appellant. Hinc Plin. totam Europam, quæ medi-
 terraneo mari alluitur, in quattuor præcipuos diuisit sinus: quorū
 primus Calpæ Hispaniæ, & Lacinio extremo Italiæ promontorio
 includitur. secundus a Lacinio initium sumens Acroceraunijs
 montibus terminatur: tertius ab Acroceraunijs ad Helleponti
 angustias extenditur: quicquid reliquum est Europæ usque ad Ta-
 nam fluuium quarto sinu includitur. In oculis item Sinus dicuntur
 concauitates illæ, quibus lacrymæ erumpentes, primum exci-
 piuntur. Sic enim interpretatur Seruius illud Virgil. 4. Aeneid. Sic
 effata sinum lacrymis impleuit obortis. Accipitur item Sinus pro
 gremio siue ea parte uestis, qua uerenda teguntur, Iuu. Sat. 9.
 Fata regunt homines: fatum est in partibus illis, Quas sinus abs-
 condit. Nonnumquam etiã pro castibus uenatorijs. Mar. libro
 13. Pulcher adest non ager, mitti uenatio debet Dentis Erythræi,
 iam remouete sinus. Aliquando pro uelo, quod uentis flanti-
 bus curuatur, & sinuosum redditur. Virgil. 5. Aeneid. Colligere ar-
 ma iubet, ualidisque incumbere remis, Obliquatque sinus in uen-
 tum, &c. Iuu. Sat. 1. Totos pande sinus. Sinu ex toga facere, est ex-
 tremas togæ oras ita contrahere, ut in medio sinus, hoc est, capaci-
 tas quædam relinquatur. Liu. 2. Bel. Puni. Tum Romanus sinu
 ex toga factus, Hic, inquit, uobis bellū atque pacem portamus: u-
 trum placet, sumite. E sinu alicuius esse dicimus, quod ex intima

familiaritate eius esse uolumus intelligi, Cicer. 3. Ver. Verres fa-
 mulac tetigit prouinciam, statim Metianum litteras dedit: Dio-
 nem euocauit: calumniatores ex sinu suo appoluit: qui &c. In
 sinu suo habere, pro eo quod est habere in potestate sua. Caius
 Iureconf. Titio centum do, lego, quæ mihi pertulit, quæ ideo
 ei non caui, quod omnem fortunam, & substantiam, si quam a
 matre susceperat, in sinu meo habui sine cautione. Sinus item pro
 copia, ponitur: pro modo accipitur a Seneca: Non recepit for-
 didum uirtus amatorem: soluto ad eam sinu ueniendum est: id est,
 plena liberalitate & copia effusa, ut interpretatur Budæus.

SINVS, nus, p. p. genus uasis sinuosi interprete Nonio, quemadmodū
 & Galeola. Præ aut. in Cur. Hic cum uino sinus fertur. Varro de ura
 populi Romani, ut idem Nonius citat. Vbi erat uinum positum in
 mensa, aut galeola, aut sinu. Vir. eclo. 7. Sintum factis, & hæc te li-
 ba Priape quotannis Expectare sat est, &c.

SIPARIVM, siparij, *σπειρίτασμα*, ueli genus, quo utebantur mimi,
 scenicæ artifices ad scenam uelendam. Cic. de prouincijs Con-
 sularibus.

SIPHUNCYLVS, li, d. m. est a siphone, significans exiguam fistulam
 ex ære, uel marmore, aliæue materia ex qua aqua exilit se fonte.
 Plin. ad Apollinarem.

SIPONTVM, ti, siue Sipus, *σπινος*, urbs Apuliæ iuxta Garganum
 montem a Diomede ædificata, quæ primum ob multitudinem se-
 piarum, quæ ibi capiuntur Sepius, Sepiuntis, fuit appellata, teste
 Strab. lib. 6. Luc. lib. 4. Et subdita Sipus, Montibus. Hinc Sipontinus
 a Siponto, & Sipontinus, *σπινωπίντιος*, a Sepiunte.

SIQVANDO, [*se qualche volta, se pur una volta*. Gal. Si qualche fois. Hisp.
 si alguna vez.] *εἴ ποτε*, aduerbiu temporis: id est, si aliquando, uel
 si aliquo tempore, primam prod idem & acutam habet. Cicer. de
 Amici. Non erunt ergo homines diuirtijs effluentes audiendi, si
 quando de amicitia, quam nec usu, nec ratione habet cognitam,
 disputabunt.

SIQVINDÈ, *σπεινδὲ*, acuta, [*se pur poi che, perche, certamente*. Gal. Si est
 ainsi, car. Hisp. Ciertamente.] *εἴς*, componitur ex Si, & Quidem: quâ
 uis Si, per se producatur, ibique correpta sit, nec significationem
 partium habeat, ex quibus componitur. Significat enim nam, seu
 quoniam. Cic. Dolabel. Gratulor Bais nostris, siquidem, ut scri-
 bis, salubres repente factæ sunt. Ponitur & pro Si certe, dubitati-
 ua coniunctione. Afinius Cic. Nam & robur, & soboles militum
 interijt, si quidem quæ nunciatur, uera sunt. Verum in hac signi-
 ficatione diu diuisæ dictiones esse uidentur: unde, & Si, produ-
 candum est, cum in composita dictione corripitur. Proferunt ta-
 men testimonium ex Ouid. in quo Si, corripit uolunt, etiam extrâ
 compositionem. Id autem est huiusmodi: Quæ mihi uentura est, si
 quidem est uentura, senectus. Sic enim legit Laurentius Valla
 cum tamen emendatores codices genuinum lectionem hanc el-
 se ostendant. Si qua est uentura senectus.

SIQVIS, Siqua, Siquid, uel Siquid, [*se alcuno*. Gal. Si aucun, si quel-
 qu'un. Hisp. si alguno, si alguna.] *εἴ τις*, compositum a Quis, idem
 significans, quod Si aliquis. Plin. Episto. 6. lib. 3. Nec uicia, siqua
 sunt celant.

SIQVISALIS, [*se alcun altro*], *εἴ τις ἄλλος*, clausula est in primis ele-
 gans, qua utitur cum significare uolumus, quempiam in re ali-
 qua uehementer excellere, ut, Varro totius antiquitatis, siquis
 alius, peritissimus id est Aut Varro peritissimus est antiqui-
 tatis, aut nemo. Suet. in Claudio: si quem alium & se libe-
 rum esse.

SIQVO, Cicer. Attic. Eas si quosille misit, in publico proponant
 uelim.

SIREMPS, uox antiqua, & prorsus obsoleta, qua tamen Catonem u-
 sum tradit Festus, pro eo quod omnimodam rei alicuius similitu-
 dinem refert: quasi similes res ipsa.

SIREN, Sirenis, penultima genitiui correpta, [*sirena*], *σείρη*, mon-
 stri marini genus, Poetarum fabulis celebratum, superiori sui par-
 te uirginis formam referens, inferiore in piscis caudam desinens.
 Hæc Poetæ tres fuisse fabulantur Acheloi fluminis, & Calliopes
 Nymphæ filias, quarum nomina fuerunt Parthenope, Ligia, & Leu-
 cofia. Hæc cum litus Siculum incolerent, nautas præternauigates
 suauitate cantus in naufragium pellicebant. Vlysses autem cum il-
 lac sibi iter esset, sociorum aures cera obturauit, ne insidiosos Sire-
 num cantus possent exaudire: seipsum uero malo nauis iussit al
 ligari, atque ita periculum tutus euasit. Sirenes itaque cum se con-
 temni uiderent, impatientiâ doloris se præcipitauerunt in mare.
 Ouid. l. 5. Metamor. tradit has fuisse comites Proserpinæ, eamque
 raptam diu quæsisse, quâ cum non inuenissent in marina monstra
 esse conuersas sursum uersum uirginæ forma, postrema corporis
 parte pisces, uoce, cithara, & tibijs tam blande canentes, ut cantus
 dulcedine nautas sopirent, sopitos demergerent, demersos etiam
 deuorarent. Ser. in illud Virg. 5. Aen. Iamque ad scopulos Sire-
 num aduicta subibat Difficiles quondâ, multorumq. ossibus, par-
 tim

rim uolucres, Acheloi fluminis & Calliopes Musæ filiz. Haru uaa uoce, altera tibijs, alia lyra canebat, & primo iuxta Pelorum, post in Capreis insulis habitauerunt, ubi nauas illectos suo cantu in naufragia deducebant Secundum ueritatem meretricies fuerunt, quæ quoniam transeuntes perducebant ad egestatem, sicut sunt inferre eis naufragia. Has Vlysses contemendo deduxit ad mortem. Quid. Monstra maris Sirenes erant, quæ uoce canora Quilibet admittit, detinere rates. Hæc Seru. Dicitur autem sunt Sirenes non ἀπὸ τῆς σίρης, hoc est a trahendo (ut quidam uoluerunt) cum Græci ei diphthongo scribant, sed παρὰ τὸ σίειν, quod inter cætera significat decipere. Aut ἀπὸ σίης σιράς, quod catenam, uel uinculum significat: propterea quod aduenas incautos amore sui, uelut uinculo quodam iniecto retinebant. Fuerunt, qui & aues quasdam in India esse tradiderint, Sirenas appellatas, cantu homines mulcentes, ut deinde somno grauatos lacerarent. Vide Pl. lib. 10. cap. 49. Sicut & Sirenes in furorum genere, quas in apibus Nymphas appellamus: hoc est, luci imperfecti, cum iam formam capere incipiunt. Plin. lib. 11. cap. 16.

SIRIASIS, s. g. σιρίασις, inflammatio est partium earum, quæ circa cerebrum, aut eius membranas sunt, ἀπὸ τῆς σιρίης, quod est capitis inflammatione laborare. Plin. lib. 30. cap. 20. adustio infantium, quæ uocatur Siraia, Idem lib. 12. cap. 21.

SIRIUS, σείριος, stella est in ore Canis, quæ a Latinis Canicula dicitur. Higinus tamen in tractatu de Signis celestibus, Sirium diuersum facit a Canicula, neque in ore Canis, sed in Capite eius collocat. Hæc in cæli centro cum Sole coniuncta, æstum eius duplicat, mortaliumque corpora nimio calore languida reddit. Dicitur Sirm, ut quidam uolunt ἀπὸ τῆς σιραίνης, hoc est, a siccano, propterea quod & fluuijs & fontes nimio calore exsiccet: uel ut alij, ἀπὸ τῆς σιρήνης, hoc est ab euacuando, quod corpora nostra sudoribus euacuet. Luca. lib. 10. Rapidus qua Sirius ignes Exerit. Stat. l. 1. Siluar. Nec calido latrauit Sirius atro. Seruus enarrans illud Virg. 10. Aen. Non secus ac liq. uida si quando nocte cometzæ Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor. sic inquit: Sirius stella est in ore canis, quæ quantum in ipsa est, pestifera est, sed pro qualitate adiacentium aut uincitur, aut maioribus utitur uiribus. Hinc est quod cum tempore certo oriatur, non semper est noxia. Ad hanc stellam Sol mense Iulio ueniens duplicatur æstus, & præ nimio calore læguet mortalia corpora. Quin & Solem ipsum quidam Sirium & alia omnia Siria appellauerunt, ut annotauit Suidas: cuius uerba sunt hæc Σείριον τὸν κωμῶδιόν τε καὶ τὸ ἡλίον, ἵδρυκος δὲ πάντα τὰ ἀστρα σείρια λέγει. hoc est, Sirium Canem, quidam Solem: Ibycus autem omnia astras, Siria appellat. Est item Sirius, eodem Suida teste, amicali genus prætenue, & leniter contextum.

SIS, pro si uis dixere ueteres. Ad uerba enim imperatiua, quia uidebantur contumeliosas, addebant, sis, pro si uis, ut Fac sis, Vide sis. Plin. in Amph. Modo sis ueni huc, inuenies infortunium. Cicer. pro Sex. Ros. Age nunc, refer animum sis ad ueritatem.

SISER, eris, σισαρον, Diosc. herba est pastinacæ non dissimilis, quæ hodie uulgo Seruilia, siue Charuilia appellatur. Plin. l. 19. c. 5. Inter medica dicendum Siser, quod ipsum Tiberius princeps nobilitauit, flagitans omnibus annis, a Germania. Geldrubia appellatur castellum Rheo impositum, ubi generositas præcipua. Inest longitudine neruus, qui in decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta, quæ multo in cibus temperata etiam in gratiam uertitur.

SISTO, is, si, sine lupino, [Fermare, intricare, stringere, reprimere. Gal. Retenit & arrescit, presenter, faire comparoir. Hisp. Entancar.] σίστημι, σισταίνω, stare facio, coarceo, reprimo, seu retineo, ut Siste gradum, Siste lacrymas. Plin. Sanguinis profluuium sinit herbæ prænoxiz semen rubrum. Aluum sistere, id est reprimere. Plin. lib. 20. cap. 6. Capita bis aqua mutata cocta, aluum sistunt, &c. Fugam sistere. Liu. 10. Bel. Pun. Ibi Syphas dum obequitat hostium turmis, si pudore, si periculo suo fugam sistere posset, equo, &c. profluuium genitale, uel sanguinem sistere. Plin. lib. 7. cap. 4. Mulier post quia quagesimum annum non gignit, maiorque pars profluuium sinit. Quandoque significat præsentare, & quasi præsentiam corporis exhibere, Cicer. ad Att. Des operam id, quod mihi affirmasti, ut te ante Calen. Ianuarias ubicumque erimus, sistas. Sistere etiam pro consistere & stare, Cicer. 5. Verr. Qui temp. sistere negat posse, ni ad Equestrum ordinem iudicia referantur. Quandoque est confirmare, corroborare, & quasi mutantem fulcire, Virgil. 6. Aeneid. Hic rem Romano magno turbante tumultu Sistet eques. Huius uerbi præteritum est Stiticon, ut quidam existimauerunt. Stetit: supinum autem nullum habet, nam Statutum a Sto, nõ a Sisto deducit. Vnde & Stator Iupiter a stado non a sistendo cognominatus est. Priscianus, præteritum huius uerbi Stator esse existimauit: quod certe a uerbo Statuo esse constat, quemadmodum & supinum Statutum. Stiti autem uerum uerbi huius præteritum esse, in noctibus suis Attrici docet Gellius: cuius hæc sunt uerba: In libro uetere M. Catonis qui inscribitur, Contra Tiberium

exulem, scriptum siquidem sic erat: Quid si uadimonium capite obuoluto stitisses? recte ille Stitisses scriptis, sed falsi & auidaces emendatores exscriptos per libros stetitisses, fecerunt tanquam Stitisses unum & nihil uerbum esset. Quin potius ipsi nequam & nihili sunt, qui ignorant Stitisses dictum a Catone, quoniam stiteretur uadimonium, nõ stitetur. Quibus ex Gellij uerbis cum satis coniter, Stiti, a Sisto præteritum esse, non steti, illud quoque obscurum esse non potest, Supinum Stitum esse, non Statum Statorisque appellationem non a sistendo, sed a stando, esse deductam. Verum quoniam hoc ad præsens negocium non multum pertinet, omnem autem disputationem suam in locum referuabimus, quo exprolesso de uocis eius significatione sumus acturi. Verba huius composita sunt Absisto, Confisto, Circumfisto, Desisto, Existo, Infisto, Obfisto, Perfisto, & Refisto, quorum significata uide suis locis.

SISTRUM, σίστρον, crepitaculum æneum, quo Aegyptij sacerdotes in Isis sacris uti solent: ita dictum ἀπὸ τῆς σίτης, hoc est a quatendo, propterea quod concussum argutum sonorumque edere utuntur. Ouid. 1. Amo. Per tua sistrâ precor per Anubidis ora uerendi. Apuleius, Aereis, & argenteis, & aureis sistris argutum tintum conitrepentes, Mar. l. 14. Si quis plorator Collo tibi uenula pendet, Hæc quatiet tenera guttula sistrâ manu. Hoc instrumentum apud Aegyptios uicem tabæ exhibebat. Virg. 8. Aene. Patrio uocat agmina uitro. Ouid. 3. Amor. Eleg. 8. Quid nos sacra iuuant, quid nunc Aegyptia perofunt Sistrâ? quid in uacuo secubuisse toro? Hinc Sistracus, sistrata, sistratum, id est sistrum tenens, quod est proprium epitheton sacerdotum Isis. Mar. lib. 12. Linigiri fugiunt pueri, sistrataque turba.

SISYPHVS, p. c. σίσυφος, Aeoli filius fuit, mortalium omnium fuz ætatis altitissimus, qui cum Atticam latrocinij infestaret, a Theseo occisus est. Hunc poetæ fabulant eo supplicij genere apud inferos plecti, ut saxum ingens in montis cuiusdam uerticem cogatur prouoluere: quod cum ad summum pene extulerit, repente deorsum relabatur. Ouid. 5. Me. Aut pens, aut uerx rediturum Sisyphus saxum. Huc etiam respexit Virg. 6. Aene. Saxum ingens uoluunt alij radijque rotarum Districti pendet. Fuit & alius Sisyphus Corinthiorum rex, cui Nerope Atlantis filia nupsit. Ouid. 4. Fast. Septima mortali Meropæ tibi Sisyphæ nupsit.

SITELLA, σιταλλάξ, deminutiuum est a Situla, quemadmodum Matella a Matula. Accipitur frequenter pro situla, siue urna, e qua sortes duci consueuerant. Liu. 5. Bel. Pun. Sitella allata est, ut fortirentur, ubi Latini suffragium ferrent. Plaut. Caf. Coniuciam fortes in sitellam.

SITICINES, pen. cor. [suonatori da morti,] dicti sunt, teste Gellio, qui apud hos canere soliti essent: hoc est, sepulchro conditos. plura Gel. lib. 20. cap. 2.

SITICULOSVS, a, um, [Che sa sete Gal. Sans humeur, essarde & alterè. Hisp. Cof. que haze sed.] σιτικός, modo id significat quod sitim affert, auget ue. Plin. l. 23. c. 6. modo idem quod siccus, aridus & uehementer sitiens, σιταλάξ, Loca siticulosa. Col. lib. 3. cap. 6. Sed si aspera, & siticulosa loca arboribus obseruanda sint. Hor. 3. Epo. Vapor Siticulosa Apuliz.

SITIS, huius sitis, fem. ge. [sete. Gal. soif, conuoitise & envie de boire. Hisp. La sed apetito de beuer.] σιτος, est appetitus bibendi. Cicer. 1. de Fini. Cum cibo, & portione fames, sitisque depulsa esset. Idem 2. de Finib. Et ne quælo, inquam, sitiens in bibendo uoluptas? Quis istud, inquit, posset negare? Eadem ne, inquam, quæ relictæ sunt Virgil. 5. Eclog. Dulcis aquæ saltente sitim relinguere riuo. Luc. lib. 4. Sic igitur tibi anhelata sitis de corpore nostro abluitur. Per translationem etiam Sitis, dicitur nimia rei alicuius auuiditas. Cicero in Parado. Nusquam satiatur cupiditas sitis. Horat. 5. epistol. 18. Quem tenet argenti sitis importuna famelque.

SITIO, is, ere, [Hauer sete. Gal. Auoir soif. Hisp. Hauer sed.] σιτώ, appeto bibere, siti laboro. Cicer. in Pis. Ipse cum paucis ad portam sitiens perueni. Transfertur etiam ad plantas, quæ tunc sitire dicuntur, cum æquo sicciores sunt, humoremque desiderant. Cicero in Orat. Ruiticorum est, Gemmare nites, Sitire agros, Lætas esse segetes. Virgil. 4. Georg. Cum sitiunt herbæ. Aliquando pro uehementer cupere, sicut Sitis pro uehementi rei alicuius auuiditate. Iustinus: Satiare sanguine, ueni semper siti. Cicer. ad Q. Fra. lib. 3. Nec sitio honores, nec desidero gloriam. Idem 5. Phil. Qui sanguinem nostrum sitiabat. passiuo sitior usus est Ouid. libro 1. Fasto. Quo plus sunt potæ, plus fitiuntur aquæ. Sitiens, tis, particip. seu nomen ex participio: ut, Sitiens hortus, Ouid. 1. de Pont. Ele. 9. Nec dubitem longis purgare lignonibus arua, Et dare, iam sitiens quas bibat hortus, aquas. Vir. 4. Geor. Sitiens Sirius Indos Ardebat exlo, & medio sol igneus orbem Hauserat, &c. Idem 1. ecl. At nos hunc alij sitiētes ibimus Afros. Sitiēter, aduerbium ardent. Cic. 4. Tusc. Nec sitiēter quid appetens.

SITUS, *ἰσθμὸς*, idem quod Positus, [*ποστό, mēssō. Gal. situē, mis & posē. Hisp. mēssō, situ do. Jap. mēssōs*, Plaut. in Milite : Scio crucem Futurā mēssō sepulcrum : ibi enim mei maiores sunt siti. Liu. 10. B. l. Pun. Pa sinum ab alto claudit in quo sita est Carthago. Ter. in Adel. In te spes omnis Hægio nobis sita est. Cicer. 1. de Fini. Est autem situm in nobis, ut & aduersa quasi p. rperua obliuione obruamus, & secunda iucūde ac suauiter meminerimus. Accipitur aliquando Situs pro conditus, Tacit. lib. 3. Urbemque Philippopolim a Macedonia Philippo sitam. Situs præterea dicitur defunctus, qui ad tempus in aliquo loco conditus est, donec alio transferatur, uel iustum ei fiat sepulcrum Vide supra Siti.

SITUS rus, [*Sito, mēssō. Gal. Chanissure, moissure & reuend, crasse & ordure. Hisp. Su ziedad, moho.] αὐχμὸς, & ποῖς, lanugo ex humore creata, præsertim in locis Solis carentibus. Valla lib. 6. Situs, sordes & illuues illa qualis nascitur in opaca domo, quæ diu non repurgatur. Virg. 6. Aen. Sed me iussa deum, quæ nunc has ire per umbras Per loca lenta situ cogunt, noctemque profundam, Imperijs ege-re suis. Solet autem in locis situlenti odor quidam tæter, & fœdus offæstantium nares offendere, qui & ipse Situs dicitur, Plin. lib. 21. Pessimum esse crocum, quod situm redolet. Accipitur item Situs pro squallore quodam corporis, cum scilicet cultu omni neglecto corpus horriditatem quandam, & ingratum contrahit odorem, quem etiam Pædorem dicimus: cuiusmodi lib. 6. describit Lucr. Fœda situ macies, &c. Et Cic. Tus. ex uetere poeta: situ nidoris barba pædore horrida. Quinetiam uitib ipsi. Coll. 5. situ assig-a. Nam uero (inquit) inquit) quæ uero compeidit erura uitium & uinea comprimit, situque & ueterno macerati ferro distringēdis & e adēdis est, Accipitur aliquando Situs pro corpore, & inerti ex diuino ocio, Virgil. 7. A. neid Sed te uicta sita, uerique effæta senectus. Quem locum explicans Dona Situs, inquit, est corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fiunt specus, uno in loco prolixo tempore constitutz. Vnde Senectus uicta situ, quasi ocio & nihil agendo corrupta. Huic non dissimile est illud apud Vir. 1. Geor. Et segnem patiere situ darefcere campum, id est, quæ uete & intermissione arandi. Situs præterea dicitur palmas & positio loci. Cæf. 5. Bel. Gal. Sub castris eius uagabatur, ut situm castrorum cognosceret.*

SIVE, coniunctio [*Ouer che. Gal. Ou bien, ou si soit que. Hisp. O.] κῆν, cum ex si, & ue, composita sit, duorum generum uim simul obtinere uidetur Itaque cum orationem inchoat, minime mirum est, & præter morem aliarum conjunctionum tres minimum sensus postulat, cum & si, continuatiua suam apodosisin. & ue, alteram disiunctiuam exigat: ut siue odisti, non magni xistino. Aliquando quatuor. Oui. in Epist. Penelopes: siue quis Antiochum narrabat ab Hædore uictum, Antiochus nostri causa timoris erat: Siue Menæ iadem falsis cecidisse sub armis : Flebam successu posse carere dios. Aliquando simpliciter pro Vel, ponitur. Cicer. ad Quintum Fratrem. hoc te primum rogo, ne contra has, aut demittas animum, contraque erigas, & resistas, siue etiam ultro occurras negocijs.*

S A N T E M

SMARAGDVS, [*smeraldo. Gal. Vne esmeraude. Hisp. La esmeralda pietra preci. It.] τριδάρυδος, gemma uiridis, & translucida, tertiana in ordine gemmarum nobilitatem obtinens. Plin. lib. 37. cap. 5. Mart. lib. 5. Sardonicas, smaragdos, adamantas, aspidas uno Poitac in articulo. Ouid. 2. Amo. El. 6. Tu poteras uirides penus hebere, re smaragdos. Est autem smaragdus fere generis masculini, ut sapius apud Plin. lib. ult. cap. 5. Apud Suidam tamen inuenitur articulo fœminino iunctum.*

SMEGMA, smegmatis, *σμηγμα*, sapo aliudve quid, abstergendi habens facultatem, *ἀπό τῶ σμηγμῆ*, quod est abstergere, siue purgare. Plin. lib. 22. cap. 25.

SMEGMATICVS, abstergiuus. Plin. lib. 31. cap. 7.

SMECTICVS, *σμηκτικὸς*, quod habet uim abstergendi: unde Smectica uis dicitur, quæ & Smegmatica: id est, abstergiua. Plin. l. 30. cap. 4.

SMINTHEVS, *σμινθεύς*, Apollinis cognomen, qui apud Chrysam, Aëlidis urbem, colebatur, a muribus, quos Græcorum nonnulli *σμινθάς*, appellant, impositum. Qua de re duplex ab Homeri interprete affectur opinio: quarum prior est, fuisse in Chryse opido Aëlidis, Crinim sacerdotem Apollinis: cui Deus iratus, immisit in agros illius mures, qui fructus illius uastabant: posteaque eiusdem sacrificijs placatus, cum pestem hanc tollere uellet, ad Orodem pastorem illius uenit: a quo hospitio acceptus, pollicitusque mali remedium, mures sagittis omnes interfecit: eoque facto iussit pastorem Crinidi indicare, ipsum Apollinem humana specie apud se diuertisse, & ab eo mures occisos: quæ audiens Crinim, templum deo construxit, uocauitq. Apollinis Sminthei. quæ Aëolicæ linguæ dialecto mures *σμινθῶν*. uocantur. Altera talis est: Cum Cretenses aliquando coloniã deducturi essent, ab Apolline responsum acceperunt, ut ibi ubi bem conderent, ubi eis terra

geniti obstitissent. Venientibus igitur Hellepontum, noctu mures clypeorum lora arrosferunt: itaque mane cum id factum uiderent, memores oraculi, urbem pouerunt, eamque Sminthiam appellauerunt: templo etiam Apollini extracto, quem illi ab euentu Sminthea cognominauerunt. Ouid. lib. 6. Fausto. Constat tur Smintheus.

SMYRNA, *σμύρνα*, urbis Ionix clarissima, Melete amne irrigata, Hæmeri, ut plurimi credunt, patria. de hac Stral. b. 14. Cui Lydi Smyrnam eue tissent, circiter annos quadringentos in uici modum mansit habitata, Post Antigonus eam suscitauerunt, deinde Lyfimaachus: & nunc omnia pulcherrima est.

S A N T E O

SOANA, *σόανα*, teste Ptolemæo lib. 11. dicta sunt oisia fluij cuiusdam in Taprobana insula.

SOANES, *σόανες*, populi Asiæ, Caucafi extrema obtinetes, quibus ducenta hominum nullia educunt in pugnam. Vide Strab. libro 11.

SOBOLES, [*successione, figliuolo. Gal. Race, lignée, en gene. Hisp. La generacion o linea que descende.] ὄσος, id est, proles, ab olescer do, id est, crescendo dicta. Plin. libro 20. capitu. 34. Amor utriusque sobolis æqualis. Cicer. 1. Officio. Quæ propagatio & soboles, origo est Rerump. ab. Virgil. 4. eclog. Chara deum soboles. Idem quarto Aeneid. Ante fugam soboles. Cicer. 3. de Legibus. Soboles, familias, pecuniasque censento. Colu. lib. 9. cap. 14. Ne nouæ soboles diffugiant.*

SOBOLESCIS, *σβόλος*, scere, [*Figliolare. Gal. Croistre & multiplier s. lignée, so pepler. Hisp. Crescer en generacion.] ὄσος, quæ, subnascor, siue cresco. Liu. 9. Bel. Pun. Illis Romanam plebem, illis Latiam inuentutem præuuisse maiorem semper, frequentioremq. pro tot casis exercitibus subolescentem. Quo tamen in loco Subolescentem, potius legendum uidetur.*

SOBRINI, [*Cugini germani, figlioli di sorella. Gal. Cousins germains. Hisp. Primos, hijos de hermanas.] ὄσος, quæ, duarum plurimue sororum filij quasi sororini. Ter. in An. Est ne hic Crito sobrinus C. hrysidem? Idem in Phor. Eho tu sobrinum tuum non noras?*

SOBRIVS, *σβριός*, [*Sobrio, satio. Gal. Sobre, sage. Hisp. Cosa templada o beuer.] ὄσος, non ebrius, sanæ mentis. Terent. in Andr. tu polihomo non es sobrius. Cicer. 4. Academi. Ne uiolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrii. Pocu-la uobria, Tibul. lib. 1. Eleg. 6. Rura uobria, id est, in quibus antea uinum non nascebatur. Stat. 4. Syl. Sobrie aduerb. temperanter. Cicer. 1. de Osi.*

SOCVLVS, *σὺκκός*, diminutiuum, *σὺκκός*, paruus foccus. Sæ. in Vitel. Detractum focculum dextrum inter togam tunicasque gestauit. Plin. lib. 9. cap. 35.

SOCVVS, *σὺκκός*, per duplex c. genus calciamenti, humilis cothurno, quod non tantum comædorum erat ut apud Hora. Hanc focci capere pedem, sed etiam mulierum Sæ. de Calig. Modo in crepidis & cothurnis, modo in speculato. ia caliga, nonnumquam focco muliebri.

SOCER, *σὺκκός*, idem qui & focer. Pla. in Menæch. **SOCIALIS**, & hoc le. [*Compagnuole, da compagno. Gal. De compagnie, d'aliene ou d'alie. Hisp. Cosa perteneciente a tales compañeros.] σὺκκός, quod est sociorum: ut amor socialis, qualis esse solet inter foccos. Ouid. 7. Metam. Mutua cura dios, & amor socialis habebat. Anni sociales. Sociale bellum, quod cum socijs gestum est: alio nomine Marfi cum appellatum, quoniam a Marfi rebellandi suscitatum fuerat initium. Sociale autem, quia omne Latium, Picenum, & Etruria omnis, atque Campania, postremo Italia tota in perniciem Romanorum coijt. Fœdus sociale. Liui. 4. Bel. Macedo.*

SOCERVS, *σὺκκός*, idem qui & focer. Pla. in Menæch.

SOCIABILIS, & hoc le. [*Compagnuole, sociabile.] quod facile coniungitur alteri. Plin. lib. 16. cap. 42. Curribus maxime sociabilis. Liu. Bel. Macedon. Sociabilem consortionem inter binos Lacedæmoniorum reges.*

SOCIALITAS, tatis, pro societate seu sodalitia, [*Compagnanza, accompagnia.] σὺκκός, uox est satis infrequens classicis scriptoribus, quæ tamen usus est Plin. Junior in Pan.*

SOCIENVS, [*Compagno.] antiquis in usu fuit pro socio: quod & Nonius annor. Pla. in Aul. Socieno tuo iam interstringam gulam. SOCIETAS,*

SOCIETAS, [*Compañia. Gal. Societas, compaignie. Hisp. Compañia.*] *κωνομία*, fortunæ & periculi participatio, quæ fit cum socium ad aliquod negotium gerendum nobis adiungimus. Cic. i. Verr. Quomodo tibi societas cum Verre eiusmodi est. Livi. 8. Bel. Maced. De creuerunt renunciandam societatem Acheis: Livi. r. ab urb. Infida regni societas.

SOCIOS, [*Accompagnare. Gal. Accompaigner, conjoindre, associer. assembler. Hisp. Acompañar.*] *συνμύζωμι*, iungo: quasi socium socium appono. Colu. lib. 4. At si qui cum scientia sociauerint diligentiam. Vir. i. Aen. Urbe, domo socias. Ouid. 10. Met. Vnus eras, cum quo sociare cubilia uellem. Socians, tis, participium Qui. 11. Met. Orpheæ percussis sociantem carmina neruis. Sociandus, a, um. Hor. 4. Carm. Ode. 9. Verba loquor socianda choris. Sociatus, a, um. Ouid. 2. Amor. Eleg. 8. Quis fuit inter nos sociati corporis index? Sociatrix, cis, uerbale. Valerius Flac. 5. Argo Medij sociatrix gratia Phryxi. Composita: Affocio, Confocio, & diffocio, suis locis.

SOCIUS, socij, [*Compagno. Gal. Compaignon. Hisp. Compañero.*] *ἑταῖρος*, qui pari consilio, spe, & periculo rem aliquam cum altero aggreditur. Cic. 5. Verr. Socij putandi sunt, quos inter res communicata est. Idem ad Attic. lib. 11. Neminem habeo culpæ socium. Luc. lib. 1. Nulla fides regni socijs. Virg. 2. Aeneid. Adiunt se socios Rhipheus & maximus armis Iphitus. Hinc Romani Socios suos, *συνμύζωτες*, appellabant, quos ita foedere coniunctos habebant, ut belli & pacis essent participes. Inter negotiatores quoque Socij dicuntur, qui lucri damni que conuunionem iniunt. Cic. pro Quin. Ros. Qui socium fallit, in uirorum bonorum numero non est habendus. Societatis itaque conuinctio, fortunarum, & periculi conuunionem importat. fitque prope modum inter pares. Comitum uero appellatio proprie ad eos pertinet, qui non tam sui causa, quam ut alium profsequantur, iter, aut expeditionem arripiunt. Cæsar de Labieno. Cum se uictoriz Pompeij comitem esse mallet, quam socium Cæsar. Sodales uero (ut Cato Iurisconsulto placet) proprie dicuntur, qui eisdem sunt collegij: aut certe qui rerum leuiorum iuandionumque inter se sunt participes. Hinc deducitur sem. Socia, ut, Tori sociâ, id est, uxor, quæ cum marito non prosperæ solum fortunæ, sed & ad uersâ societatem inijt, Ouid. 10. Met. Appellatq; eorū sociam. Socius, a, um, adiectiuum. Ouid. 13. Met. Dij maris exceptum sociio dignantur honore: id est, honoris societate dignantur. Ouid. 5. Trist. Eleg. 11. exercent illi sociæ commercia linguæ. Virg. 2. Aen. Socia agmina credens, Infcius. Socia nox, quæ alicuius facinoris perpetrationem iuuat. Cic. 2. Philip. Noctæ sociâ, hor tante libidine.

SOCORS socordis, [*Fuor di mente, che non ha cervello, di poco senno, stordito.*] *ἄδουλος*, ignauus, tardus, quasi sine corde. Cic. de Clar. Ora. Glabronem socors ipsius natura, negligensque tardauerat. Idem de Na. de. Homines non socordes. Hinc socordia, dix, negligentia & tarditas. Auctor ad Heren. lib. 1. Philosophia uitanda est: affert enim socordiam atque desidiam.

SOCRATES, pen. cor. [*Socrates.*] *σωκράτης*, philosophus Atheniensis, Apollinis oraculo omnium sapientissimus iudicatus, qui philosophiam naturalem primus in moralem transtulit. Hic æquabilitatem in omni uita seruauit, adeo ut idem semper uultus, eademque frons siue prosperis, siue aduersis reb. extiterit usq. ad extremum. Plin. 1. 7. Ferunt Socratem clarum sapientia, eodem semper uisum uultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Habuit duas eodem tempore uxores, Xantippem, & Myrtonem, Aristidis Iusti filiani, quæ cum crebro inter se iurgarent, & ille eas derideret, quod pp. se, fessissimum hominem, simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, repandis cruribus disceptarent, nouissime uerterunt in eum impetum, & male multatum fugientemq. diu persecuta sunt. Interrogatus autem ab Alcibiade, cur mulierem tam acerbâ domo nõ exigeret? Qm, inquit, cum illam domi talem perceptor, inlesco, & exerceor, quo foris petulantium iniuriam facilius ferâ. Iterum dicenti Alcibiadi, intolerandam esse Xantippes maledicentiam. Tu, inquit, non ne toleras anferes clamore perstreptentes? eoq. respondente, Nec mirum, cum mihi oua & pullos pariant: Et mihi, ait Socrates, Xantippe filios gignit. Parer Socratis fuit Sophroni fecus statuarius, mater Phanareta obstetrix. Hic in paupertate beatissimus, amicis olim audientibus dixit: Emissem pallium, si nummos haberem: neminem poposcit omnes ad. non ait, a quo acciperet ambiguus fuit. Auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, postea ad Archelaum physicum se contulit. Postea animaduertens, naturalis speculationis fructum nullum esse, inuenit primus Ethicæ, id est, moralem philosophiâ, ad quam transiens, fert dixisse, Quæ supra nos, nihil ad nos. Nihil unquam scripsisse constat, sed eius dissertationes a Platone commemorantur. Dæmonem se habere dicebat, qui sibi futura prædiceret. Ex Socratis uarijs in omnem partem diffusis disputationibus, plures fluxere discipuli, & cum alius aliud apprehenderet, p seminatæ suat quasi familiaræ dissentie

tes inter se, eum tamen oēs se philosophos Socraticos & dici uel lent, & esse arbitrarent. Primum ab ipso Socrate Plato, a Platone Aristoteles, & Xenocrates. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & dritiam in Socratico sermone maxime adamarat Cynica: & ab Aristippo quæ maxime uoluptariæ disputationes delectarent, Cyrenaica philosophia manauerunt. Fuerunt et alia genera philosophorum, ut Erethricorum, Megaricorū, Pyrrhonorū, qui se Socraticos esse dicerent, unde merito philosophorum fons Socrates appellatus est. Acufatus postremo ab Anyto quodam diuite, & Meliro poeta, & Lycone oratore, quod de Dijs male sentiret, in carcerem coniectus, ac e uinculis causam dicere iussus, neglexit, & Lyfiæ orationem elegantissimam respuit, ut scribit Cic. lib. 1. de Or. Populus mortem eius ita doluit, ut acufatores eius partem exilio puniret, & ipsi Socrati statuum æream dedicaret.

SOCRVS, huius focus, [*socera, madonna, madre della moglie, del marito. Gal. Belle mere, la mere de la femme ou du mari. Hisp. Suegra, madre de marido o muger.*] *πρωτοπα*, uxoris mater, aut mariti. Nâ & ad generum, & ad nurum refertur. Cic. pro Clu. Nubis generi focus, nullis auspicijs, nullis auctorib. funellis omnib. omnium. Clau. in Euro. 1. Qualis uenit arida focus.

SODALIS, huius sodalis, [*Compagno di costui. Gal. Compaignon proprement. à boire & à manger.*] *σώσιτος*, id est, socius, rerum letiorum, leuorumq. cum altero particeps. Quint. in Gladiâ. Peruigiles iocos, aduocata sodalium turba solutus atque affens agerem. Cic. pro Planc. Quos tu si sodales uocas, officiosam amicitiam nomine inquina criminoso. Virg. 10. Aene. Dum furit incautum crudelis morte sodalis, Excipit. Hora. Carm. Ode. 36. Caris multa sodalibus. Ouid. 1. de Arte. Cognatum, fratremque caue, fidumque sodalem.

SODALITAS, atis, [*Compagnia. Gal. Communauté, compaignie de gens beaux & mençans ensemble. Hisp. Compañia en los plazeres.*] *ομοσιτία*, collegium, seu familiaritas, conuictus multorum. Cic. de Sene. Sodalitates me Quæstore constitutæ sunt. Idem pro Cælo. Fera quædam sodalitas, & plane pastoricia, atque egressis germanorum Lupercorum.

SODALICIVM, [*Compagnia.*] idem quod sodalitas. ad Heren. 4. Venit in ædes quasdam, in quibus sodaliticium erat eodem de futurum. Cic. pro Planc. Lex Licinia est de sodalitijs. Idem in Sal. Abijt in sodaliticium sacrilegij Nigidiani. Dulce sodaliticium. Catu. Epig. 95.

SODES, *σὸς*, quidam ad uerb. precationem, uel exhortationem d. notans, arbitrantur. Priscianus putat esse uerbum defectuum, cum ait, quædam uerba esse, quæ in usu deficiunt personis ut Cedo, Sodes, Salus, Aue, Furis, Inijt, Inquam, Foret. Fio. Dictum Sodes, pro si audes, ut Sis pro si uis. Cic. in Or. Libenter copulando uerba iungebant: ut Sodes, pro audes.

SODOMA, sodomæ, *σοδομία*, Stephano, opidum Palestinæ. Strabo l. 16. auctor est, Sodomam olim xi r. urbium caput fuisse, urbem que magnam, quippe cuius etiam illa ætate sexaginta Itadorum fuerit ambitus.

SOL, huius Solis, [*Sole. Gal. Soleil. Hisp. El sol.*] *ἥλιος*, Planetarum omnium medius, & temporum dispensator, ut qui aduentu suo diem, recessu noctem efficiat. Dicitur Sol, quasi solus, quod unus sit, & non plures, ut sentit Cic. 2. de Nat. deo. Quo dque tantam claritatem solus obrineat, ut solus cum est exortus, obscuratis omnibus alijs, appareat. Cic. de Na. Deo Sol, qui astrorum obtinet principatum Idem. r. Tusc. Sol moderator & dux temporum. Virg. l. 3. Geor. D fugunt, non Eure tuos, nec solis ad ortum. Idem. 1. Geor. Quid cogitet humidus Auster, Sol tibi signa dabit Solem quis dicere falsum Audeat? A primo Sole: hoc est, statim post Solis ortum. Iuuenal. Sat. 2. Officium cras Primo a sole mihi peragendum in ualle Quirini. Niger Sol, hoc est, infansus. Horatius. 1. Seru. Sat. 9. Hunc cime solem Tam nigrum surrexerit mihi? Sole nouo Virg. 1. Georgi. At cum sole nouo terras irrorat Eous: id est, oriente die & sole adhuc recenti necdum feruenti, ut interpretatur Seruius. Soles tamen plurali numero, pro diebus legitimis. Virg. lib. 3. Aeneid. Tres adeo incertos cæca obliuio soles Errans pelago, Et Soles, solis splendores uel radij dicuntur. Mar. Hybernis obiecta locis specularia pueros Admittunt Soles, & sine face dies. Item Soles, æstus, uel ardores solis. Hor. 1. Epist. 2. r. Corporis exigui præcanum solibus aptum. Hinc insolaris, de quo supra.

SOLAMEN, solaminis, [*Consolatione, spasso. Gal. Solas. Hisp. Solaz.*] *παραινθησις*, idem quod solatium. Cic. in Læ. Magnum ferret mihi ætas ipsa solamen. Virg. 3. Aeneid. Solamenque mali de collo fistula pendet.

SOLANVM, [*Solatro.*] *σούχος*, herba est, quatuor generum: de qua uide Pli. lib. 17. cap. 14.

SOLARIS, & hoc solare, [*Da sole, solare. Gal. Du soleil. Hisp. Cosa de sol. Solar.*] *ἡλιώδης*, quæ est solis, ut Radij solares. Annus solaris, cū sol ex plecto,

- pleto, per omnia signa circuitu ad id unde digressus fuerat redit, quod fit fere CCC. LXV. diebus & quadrante. Solaris herba, teste Celso, quæ Græce ἡλιωγέμων, dicitur, quod se cum sole circumagat etiam núbulo die tantus est eius sideris amor. Lumen solare. Ouid. 5. Trist. Ele. 10.
- SOLARIUM**, rii, [Horologio del sole. Gal. Vn quadrans ou horloge au sole il. Hisp. Relox do sol.] ὁρολογίου ἡλιακῶν, instrumentum in quo horæ ad solē conspiciuntur, ueruto umbrā faciente, uel pinnula. Cic. pro Quint. Non ad solarium, non in campo, non in conuiuijs uersatus est: id est, in foro Romano, ubi erat solarium. Primum Romanus hoc statuisse dicitur L. Papyrius cursor ad ædē Quirini duo decim annis, ante quam cum Pyrrho bellatum est. nam prius ortus tantum & occasus Solis nominabantur, post aliquot annos adiecto meridie. Est item Solarium, uaporarium quoddam in aprico loco situm, ad calorem solis excipendum, idem cum eo, aut certe simillimum illi quod Græci ἡλιοκαμίνον, appellant. Vlp. l. si arborem. ff. de Seruitu. urbanor. pr. ed. Si arbor in heliocamino, uel solario, solem adimat, dicendum erit, quia umbram fecit in loco, cui sol fuit necessarius, contra seruitutem impostam fieri. Plaut. in Milit. Nam certo neque solarium apud nos est, neque hortus ullus. Est præterea Solarium a nomine Solum solis, significatque uestigial, quod pro sole penditur. Qua uoce utitur Vlp. in l. i. ff. ne quid in loco uel itin. publ. fiat. Si quis non uine prohibente, in publico ædificauerit, si tamen obitet ædificium in publico usus utiq. is, qui operibus publicis præest, debet id deponere: ut si non obitet, solarium ei imponere. Sic eam uestigial hoc appellatur, ex eo quod pro solo pendatur.
- SOLATI**, ἡλιωζόμενοι, dicuntur qui sole correpti sunt, ut Siderati, qui sidere. Plin. lib. 29. cap. 6.
- SOLATIOLVM**, li. p. cor. demi. Catul. ad passerem Lesbiz, Epig. 2. Vt solatiolum sui coloris.
- SOLATIUM**, [Consolatione, spasso, piacere. Gal. solax, consolation, confort. Hisp. solax, consolacion de obras.] παραμυθία, ipsa consolatio: & proprie rebus fit. Quint. in Pariete palmato: Cæcitatibus miseræ solatium est, habere rem uidentium. Cic. Mario. l. 7. Vacare culpa magnum est solatium. Virg. 9. eclo. Heu tua nobis Pene simul tecum solatia rapta Menalca. Quin. in Procem. lib. 6. Credendumq. doctissimis hominibus, qui unicum aduersorum solatium literas putauerunt. Ouid. 8. Met. Sed uincite fratres, Dummodo quæ deo uobis solatia, uosque ipsa sequar. Cic. de Clar. Ora. Absenti magna solatia dedistis.
- SOLDVM**, pro solidum, Mar. libro primo. Ex insulis fundisque tricies soldum.
- SOLDVR II**, Gallicum est uocabulum, arctissimum amicorum genus, significans quo: Latine Deuotos dicere possumus: eorumq. eius modi erat conditio, ut omnib. in uita cōmodis una cum his fruerentur, quorum se amicitia addidissent: & si quid eis per uim accidisset, aut eundem casum subirent, aut sibi mortem consciscerent. Auctor Cæs. Bel. Gal. lib. 3.
- SOLEA**, æ, [suola. Gal. Semelle, espece de souliers ou pantoufles, qui ne courent que la plante du pié. patins. Hisp. Alcorque, chapin, ò chnela, suela.] ἐμβασ, calceamenti genus, quo solæ obteguntur plantæ, cæteris pedis partibus nudis relictis, ansulis tantum quibusdam in superiore parte coeuntibus reuinctum, quo solo pedis subiciantur. Plaut. in Truc. Date iam soleas. In equis quoque & mulis Solæ dicuntur ferramenta illa, quæ pedibus illorum lubijciuntur. Catull. Et supinam animam graui delinquere cæno, ferream ut soleam tenaci in uoragine mula. Est etiam solea instrumentum, quo oleum ex oliuis exprimebatur. Col. lib. 12. c. 50. Oleo cōficiendo molæ utiliores sunt, quam trapeum: trapeum quam canalis & solea. Item Solea genus piscis plani, a similitudine solæ. Plin. l. 11. Rhombi, solæ, passeris, habent formam planam. Solea item dicitur materia roborea, super quam paries cratitius extruitur: ut ex Verrij sententia annotauit Festus.
- SOLEARI**, [scarpolini. Gal. Cordonniers, qui sont dessemelles. Hisp. capateros que haçen suelas.] ἐμβασιοί, solearum sutores. Pla. in Aul.
- SOLEATVS**, [suolato. Gal. Qui porte des patins. Hisp. calçado de alcorques.] κρηπίδων, qui soleis indutus est. Gell. l. 13. c. 20. Cur soleatos dixisset, qui Gallicas non haberent soleas. Cic. 7. Ver. Stetit soleatus prætor pop. Rom. cum pallio purpureo. Mart. lib. 12. Et si iam lotus, iam soleatus erit.
- SOLLENNIS**, & hoc ne, [Solenne. Gal. solennel, ordinaire, acoustumé. Hisp. Cosa solenne ò cadañera.] ἑτήσιος, quod quotannis fieri solet. Val. Max. Maiores istas solennesque ceremonias Pontificum sciētia bene gerendarum rerum auctoritate. & C. Virgil. 2. Aeneid. Solennes taurum ingentem mactabat ad aras. Hora. 4. Carmin. Ode. 11. Iure solennis mihi sanctiorque Pene natali proprio. Ouid. 5. Fasto. Solennes ludos circi celebrate Quirites. Sal. in Catil. Sicut solennibus sacris fieri consuevit. Virgil. 3. Geor. iam nunc solennes ducere pompas Ad delubra iuuat. Accipitur aliquando solenne, pro solito, recepto, & consueto, Suet. de August.
- Gladiatores promiscue spectari solenne olim erat. Cic. Att. lib. 7. Nostrum illud solenne seruemus.
- SOLENNITAS**, atis, [Solemnitas. Gal. solennite. Hisp. solennidad de cada un año.] ἑορτή, quæ quotannis celebratur. Gell. libro secundo. capit. 24.
- SOLENNITER**, [Solemnemente. Gal. Solennellement. Hisp. solennement, o sea solennidad.] aduerbium. Li. 5. ab urbe. Omnib. solenniter peractis. eadem reuertens. Plin. lib. 8. cap. 1.
- SOLENNITVS**, ueteres pro solenniter usurparunt: quod & annotauit Nonius, citans Luci. in Aegistho: Solennitus eum laudet.
- SOLENNIS**, solennis, [Solemnitas, solenne.] ἑορτή, & Solennia, solenniū, substantiuum, festa, quæ singulis annis certo tempore fiunt, Iuue. Sat. 19. Incolumi Troia Priamos uenisset ad umbras Assaraci magnis solenniibus. Tacit. lib. 12. Et funeris solenne perinde ac diuo Augusto celebratur. Idem libro 11. Cuncta nuptiarum solennia celebrat. Virgil. 6. Aeneid. Et statuent tumultum, & tumulto solennia mittent.
- SOLIO**, soles solitus, [soglio. Gal. souloir, auoir de costume. Hisp. Acostumbrar ò soler.] εἰωθῶσιν, idem fere quod consueui. Vir. Vnde omnis Troia uideri, Et Danaum solitæ naues, & Achaica castra. Terent. in Andr. Quod uulgus seruorum solet. Virgil. 10. eclo. Solet esse grauis cantantibus umbra, Cicer. de Amic. Si prius, quod maxime reprehendere solitus sit, edixero. Solere cum uiro, aut muliere, est rem habere, Pla. in Cist. Frigidam subdole sustinuat: uiris cum suis non solere prædicant. Apud Antiquos legitur & præteritum Soluit, quod & Festus annotauit, citans locum Cælij ex Annal. libro 7. Duos & septuaginta lictores domum deportauisse, qui ductoribus hostium antea soluerit ferri. Sa. l. 2. Hist. Neque subsidijs, uti soluerat, compositis. Solens, tis, participium. Plaut. in Epist. Ego abscessi solens Paullum ab illis: id est, ut soleo. Idem in Amph. Si dixerō mendacium, solens, meo more fecero. Solitus, solita, solitum, nomen ex participio. Ouid. 6. Metam. Vt solito finem imposuere labori. Solito, ablatiuus, qui solis comparatiuis nominibus ut aduerbijs iungitur. Liu. 5. Pun. Reate saxum ingens uisum uolitare: sol rubere solito magis, sanguineoq. similis. Oui. 14. Met. Ille fugit, sed se solito, uelocius ipse Currere miratus. Solito, as, are, frequentatiuum, Vide infra composita, Asoleo, Absoleo, Obsoleo, Insolens, & insolitus, uide suis locis.
- SOLERS**, huius solertis, om. gen. [Solicito, diligente, ingenioso, industrioso, fortile. Gal. ingenieux, caut, & fin. Hisp. Cauto prudente, y sabio, y inda. Friofo en lo que haçe.] σοφῶν, γῶν, industrius, ingeniosus, acutus, dexter. Ter. in Eunuch. Solertem dabo. Cic. pro Rosc. Com. quo quisque est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundius: Colu. lib. 8. c. 13. de anser: Solertiore cultodiam præbet, quam canis. Virg. 4. Geor. Quem mihi uix frugum & pecudū cultodia solers Omnia tentanti extuderat. Cic. de Senec. Infectionibus nihil iuuenit a gricultura solertius.
- SOLERTER**, aduerbium, [sottilemente. Gal. subtilement, & ingenieusement. Hisp. Prudente, y diligente.] δεξιῶς, ingeniose, perpicaciter, subtiliter. Cic. 1. de Legib. naturam imitata ratio, res ad uitam necessarias solerter consecuta est. Idem 6. Ver. Tu illius æris temperationem, tu operum liniamenta solertissime perpiciscit. Ouid. libro 11. Metamor. Non illo iussos solertius alter exprimit incessus.
- SOLERTIA**, solertiaz, [Acutezza d' intelletto. Gal. ingeniosité d' esprit. Hisp. Tal solercia, diligencia, industria, uigilancia, ò astucia.] δεξιότης, ingenii acumen & dexteritas ad rem aliquam agenda: & tam in bonam partem accipitur, quam in malam, Cicer. in Catil. Tum eum dixisse, mirari se, non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius, a quo essent illa dimensa atque descripta. Claudia. libro tertio de Raptu Proserpinæ. Utque artes pariat solertia, nutriat usus.
- SOLET**, [suolse, si suole.] εἰωθε, φαίει, aliquando impersonaliter ponitur: & cum particula, Vt, uel simili, non inueniunt longiori orationis contextui interijciuntur. Cic. pro Cluen. Cum quædam incollibus, ut solet, controuersia patrum esset orta, Hoc est, ut fere fit. Eundem usum habet eius compositum, Adsolet, Cicero in Lælio.
- SOLICITO**, citas, pen. cor. [Attristare, affannare, sollicitare. Gal. solliciter & presser de faire, pour chasser, s'acher en poursuinant. Hisp. Poner cwyda do congoçoso, acruciar.] ἀνίδω, inquieto, & curam iniicio, seu contristo. Ter. in And. Cur meam senectutem sollicito huius amentia: Plin. Epist. lib. 9. Nulla spe, nullo timore sollicito, nullis rumoribus inquietor. Aliquando incho, aut spem, metum ue offendendo, allicio, ut, Sollicitare pudicitiam mulieris, hoc est, attentare, & conari labefactare. Sollicitare animos militum, est ad seditionem, defectionem, proditorem conari, impellere. Curtius libro 2. cum milites meos litteris ad proditorem, amicos ad perniciem pecunia sollicitet. Dicitur Sollicitare, quasi solo citare, id est, suo loco mouere. Proprie enim significat ter-

ram uertere: ideoque unico l, scribendum uidetur. In carmine tamen assumit alterum, quia aliquoties concurrentibus breuius syllabis, carmen ingredi non potest. Tibull. Et teneram ferro sollicitauit humum. Virgil. 2. Georg. Sollicitanda tamen tellus, puluisque mouendus. Sed quia solum etiam de mari dicitur, ponitur quandoque pro uanigare, & mare uertere. Claudia in Prefat. lib. 1. de Rap. Proserp. Et tudibus remis sollicitauit aquas: Sollicitare forem, pro eo quod est aperire ianiam, Cicer. epist. Ea cura me uehementissime sollicitat. Ouid. 3. Am. El. 1. Per me decepto didicit custode Corinna Luminis adstricti sollicitareforem.

SOLICITATIO, [Affreittamento, noia. Gal. Sollicitacion & pourlecas, soneuse pour suite. Hisp. Obra de poner en cuydado.] auaritia, tristitia illatio, afflictio, quæ sit ab alio, ut ait Donat. Terent. in And. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuerse trahunt, Amor, misericordia huius, nuptiarum sollicitatio. Sumitur & pro tentatione, seu pro conatu aliquem labefactandi. Cicer. in Catil. Illa Allobrogum sollicitatio.

SOLICITATOR, oris, [Chi tenta. Ital. Solliciteur, sollicitateur. Hisp. Que pone en cuydado congozofo.] tentator: ut Solicitator alieni leæti, hoc est, qui patientiam matronæ conatur labefactare. Paul. de Extr. erim. Solicitatores alienarum nuptiarum.

SOLICITATOR, [Pin sollicito,] oportis κó τειρος, id est, magis sollicitus, comparatiuum à Sollicito: Sene. de Benef. lib. 3.

SOLICITUDO, diuis, [Affanno. Gal. Sollicitude, soing & chagrin. Hisp. Cuydado, congozofo.] μετρωα, & ποτα, cura, anxietas. Terent. in And. Quantas hic conficit sollicitudines. Cicer. 4. Tuscul. Sollicitudo, est ægritudo cum cogitatione. Idem. 1. de Finib. is. Easque ipsas sollicitudines quibus eorum animi noctes diesque exedunt, a dijs immortalibus supplicii causa importari putant. Idem ad Atti. lib. 6. Sollicitudine provincie maxime urgebatur.

SOLICITE, [Sollicitamente. Gal. Sinegneusemet. Hisp. Cuydadof. mente.] anxie, cum cura & sollicitudine. Ouid. 4. de Ponto. Ele. 6. Qui mala sollicitè nostra leuatis, ero.

SOLICITVS, ta, tum, [solecito. Gal. Qui est en soulei, & chagrin. Hisp. Cuydadof con congozofo.] τρω μετρωα, inquietus, anxius, & curis affectus. Cic. Coelio: Mirifice sum sollicitus, quidnã de provincijs decernatur. Sollicitus ex aliqua re, in eadẽ significatione dicimus, qua Sollicitus propter rem aliquam. Terent. in And. Ex hoc misera sollicita est, ne se deferas. Cicer. 2. de Finib. Num eum cenles anxio animo, aut sollicito fuisse? Interdum actiue accipitur, pro eo quod sollicitudinem & curas affert. Virgil. 10. Eclo. Sollicitos Galli dicamus amores. Sollicito, comparatiuus. Plancus Cic. lib. 10. Sollicitiorem hominem neminem puto fuisse.

SOLIDESCO, is, [Saldarsi,] συγκολλησθαι, consolidor, conglutinor, coeo, solidus fio. Plin. lib. 11. cap. 37.

SOLIDITAS, atis, [Saldarza, saldamento. Gal. Solidité, mastueté. Hi. Firmezza.] στερότης, firmities. Cic. 1. de Na. Deo. Idem de Vniuers. Sed cum soliditas mundo quæreretur.

SOLIDVS, as, [Saldare. Gal. Afermir, faire solide. Hisp. Fortalecer, fundar.] στερότης, solidum & firmum reddo. Virg. 1. Geor. creta solidanda tenaci. Nonnumquam quod ruptum, fractumve erat, conglutino, συγκολλησθαι, Plin. lib. 14. cap. 16. Bonum neruos abscessos uomete solidari ea.

SOLIDVS, a, um, [Saldo, fermo. Gal. solide, ferme, massif. Hisp. Firmo, fortalido.] στερότης, proprie de eo dicitur, quod habet tres dimensiones, longitudinis, latitudinis, & profunditatis. Linea enim sola longitudine contenta est: Superficies, præter longitudinem, habet & latitudinem: quibus si profunditatis accellerit, tum demum solidum quiddam intelligimus. Cicer. 1. de Natu. Deo. Dux formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus, aut orbis. Accipitur aliquando Solidum, pro integro, quod neque concuum est, neque ex partibus compositum, sed quod ex uno, eoque iugi conuitat corpore. Sic columnas dicimus esse ex solido marmore, non quæ marmoreis tectæ sunt crustis, sed quæ ex uno confectæ sunt lapide. Virgil. 6. Aeneid. Tum Phæbo & Triuiz solido de marmore templa Instituum. Idẽ 3. Georg. In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto Gangaridum faciam: id est ex integro ebore, non fictili. inquit Seruius. Cicer. 1. de Diu. Annibalem Cælius scribit, cum columnam auream quæ effect in fano Iunonis Lacinie, auferre uellet, dubitareque utrum ea solida esset, an extrinsecus deaurata: perterebrauiffe. Transfertur & ad alia, accipiturque pro toto, siue perfecto, quod scilicet omnibus suis partibus constat, cuique nihil est detractum. Sic Solidam hæreditatem accepisse dicimus eum, qui ex asse institutus est hæres. Solidus annus, id est, integer, & non interruptus, Plaut. Deceni annos solidos errauit. Solidum beneficium, id est, Plenum, ad cuius perfectionem nihil desideratur. Terent. Eun. Ve solidum parerem hoc mihi beneficium. Solida leuita, Solida felicitas, hoc est, nulla ægritudine, aut infortunio contaminata. Plinius libro 7. capitu. 54. Nulla est

perfectio solida felicitas. Terent. in And. Nonne tibi satis esse hoc uisum solidum est gaudium? Vbi Donatus: Solidum, plenum, idoneum, integrum. In solidum aliquid promittere dicitur plures debitores deuiusores, quorum unum quisque se rei totius debitorem, fideiussores conuenit: quod locutionis genus frequens est apud Iureconsultos. Solidus aliquando sub tantum est, quo Romani utebantur pro genere quodam nummi auri, ita dicti, quod iusto pondere erat percussus, non dimidiato aut triangali, quemadmodum tenuisses, & tremisses. Lainpeditus in Alexandro. Solide, integre omnibus modis. Terent. And. hanc scio mea solide loquimur gaudium. Plaut. in Trinu. Hic homo solide Sy-cophanta est.

SOLIPES, solipedis, om. gen. quod solidos habet pedes, non bifurcatis. Plin. lib. 10. Contra naturam solipedum.

SOLIFERREVM, [Arma fittæ de ferro.] genus teli appellatum, quæ totum ferreum. tractum ex Olearum lingua, teste Festo, qui solum dicebant, quod nos totum. Liui. quarto Bel. Mac. emittis soliferreis.

SOLIVGA, genus formicæ uenenatæ, a fugiendo soles dicta. Plin. L. 22. c. 2. & L. 29. c. 4. Solifugis Cic appellat. Solifugas Betica. Festus Solipungam uocat indeque hominem fortitum, quod fiat accens concitatusque feruore solis. A Lucano dicitur Solpuga. 19. Quis calce re tuas mecat solpuga latebras.

SOLIS MENSÆ, Athiopie locus; apparatus epulis semper referuntur & quia, ut libet (inquit Pompa.) ueluti uolentibus hinc, nisi res æquæ. Solis mensam appellant: & quæ passim uisuntur, affirmant nasci subinde diuinitus. Ad quem locum Sene. Imperator referre Spartiano, cum Alexandria uenisset, rei fama pernotus, profectus est. Coeli lib. 5. Antiquarum lectionum scribit; Solis mensa, adagio dici diuitum opulentorumque hominum domos omni rerum copia abertim affluentes, expositas inopam alimentis.

SOLITIVM TRIPUDIUM, dicebatur, cum in auspiciando esca ex ore pulli decidens, solum patiebatur, hoc est, terram feriebatur: unde & Tripudium dictum quasi Terræ pium. Solitimum autem a solo dictum est, ut à meho Media. finum Vide Tripudium.

SOLITANÆ, cochleæ a Africa loco dictæ, quibus Plin. lib. 30. c. 6. præcipit. am tribuit. Var. lib. 3. cap. 14.

SOLITARIVS, ria, rium, [solitario, Gal. solitaire, solet. Hisp. solo y seño-ro.] μονήτης, solus agens, solitarius. sæpeque ut in uita is. Cic. 1. Offi. Solitarius homo, in agro uicam agens. Vita solitaria, uoluntatis est, quæ agit in secedu, & procul ab hominibus se ientia. Locus solitarius, id est, desertus. Res solitaria, id est, sola, & sine alterius consortio. Cicero de Ami. natura solitariam nihil amat.

SOLITAVRILIA, orum, neut. gen. plu. num. solennia apud Romanos sacrificia erant duertii generis tauri, arietis, & uerris, quibus censores quinto quoque anno urbem lustrabant, teste Alconio: Dicta Solitaurilia, ut placet Festo, ab integris genitalibus hostiarum, quæ immolabantur. solum enim Olei integrum dicebant, Taurum autem etiam Græci eam pudendorum partem, quæ a castratore eximitur. unde & Lastrum dicti sum, qui egregie sunt mentulati. Liui. 8. ab urbe. Si poriat, Marti Solitaurilibus piaculum fieri.

SOLITO, ab, a, frequenter soleo. Gel. lib. 7. cap. 1. Scipionem Africanum solitauisse noctis extremo, priusquam dilucalret, in Capitolium uentitare.

SOLITVDO, dinis, [Luogo abandonat deserto. Gal. Desert, delissement, nie solitar. Hisp. soledad o lugar deserto.] ἐρημος, plaga inhabitata, locus desertus. Cæ. 6. Bel. Gal. Ciuitatibus maxima laus est, quam latissimas, circum se uastatis finibus, solitudines habere. Et pro ipsa frequentia. Ter. And. Solitudo ante ostium.

SOLITVS, a, um, [Solito, usato.] ἰθιμς, particip. a uerbo Soleo, idem quod consuetus. Cic. de Orat. Quod optimo cuique Athenis accidere solitum est. Legitur & Solitus pro Solus, apud antiquos, Pla. Amph. Qui soliti inuiri cubant.

SOLIVA GVS, uaga, uagum, p. c. [soliuago. Gal. Qui na ça & la tout sont, qui n'ayme compagnie. Hisp. Cosa saluage, brava fierza.] μονήτης, qui solus uagatur. Plin. lib. 8. minime ex omnibus soliuagi. Cic. 5. earum partim soliuagas, partim congregatas.

SOLIVM, liij, [Carega, sedia, scio. Gal. Siege royal. Hisp. La silla propia de los reyes.] θρόνος, sella regia, in qua reges ius dicentes sedebant. Dictum Solium (ut quidam uolunt) quasi solidum, propterea quod olim reges in thronis ligneis, & quibusdam quasi armarijs ob corporis sui tutelam sedebant. Alij inde dictum malunt, quod soli in eo reges sederent. Asper uat' ἀριστοικον, appellatum putat, quasi sedium: quemadmodum & Sella dicta est, quasi sedda. Vir. Præfatus diuos, folio rex in sit ab alto. Quandoque pro uase saligno, uel abiegnò ponitur, quo utimur ad uinum plurimosque liquores transferendos, & ad pannos lineos cum lixiniio calido & cinere emaculandos. Est & Solium, uas, quo in balneis utebantur,

bantur. & in quo sedentes laubantur, Celsus: in solum is aquæ calidæ resupinus dimittendus est. Mart. Non vis in solo prius lauari. Suet. de Augul. contentus hoc erat, ut insidens ligneo solo, manus ac pedes alternis iactaret. Nonnumquam loculameatum sepulchrale. quo conduntur defuncti. Plin. l. 35. Quoniam & defunctos sese multi fictilibus folijs condi maluerunt. Curtius l. 10. Septimus dies erat, ex quo corpus regis iacebat in solo. Cic. de Fin. sedere in solo, ornatum regali.

Solo, *desertare, ruinare. Gal. Rendre un lieu desert. & abandonné. Hisp. Assolar hazar algun lugar desierto. ἔρημος*, locum aliquem desertum & solum reddo, depopulo. Stat. 1. Theb. Idem animus solare domos.

Solecismus, *σολοκισμός*, est impar, & inconueniens compositura partium orationis: a nostris Imparilitas, a ueritioribus Latuis Stribligo dicebatur, quasi Strobligus, hoc est, inuersura & prauitas torcuosa orationis. si quidē *σολέω*, torqueo ac deprauo significat. Iuuen. Sat. 6. Solecismū licet fecisse marito. Mar. in Calliochorum: Surge, Solecismū, Calliodore facis. Dicitur Solecismus, ut in uita Solonis annotauit Laertius, a colonis quibusdā Atheniensibus, quos Solon Salaminus in Solos, Ciliciæ urbem, tranxit, licet cum non multo interiecto tempore, patrij sermonis nitorem corrupissent, factum est, ut quia ea in parte peccarent, *σολοκισμῶν*, dicerentur. Per translationem tamen latius. Solecismi nomen accipitur, ut quicquid perperā fiat, Solecismam uocemus.

Solon, [*Solone*], *σολων*, fuit unus ex septem sapientibus Græciæ, patria Salaminus, qui (teste Gel. lib. 17. c. 23.) Athenis claruit, Tarquinio Prisco Romæ regnante. Hic Atheniensibus leges dedit, tanto temperamento compositas, ut parē gratiam a Senatu & plebe contraheret, quamquam plebs & senatus in summa prius essent diffensione. Draconis autem leges suis exceptis, quæ in hominibus pœnās statuebant, quod iusto, atrociores uiderentur, omnines abrogauit. illis enim in omnia scēlera æqualis pœnā statuta erat, adeo ut etiam iij, qui quij damnati essent, aut qui olera iurauerant, capite plecterentur, ob quam causam Demades de cere solebat, Draconem non atramento, sed sanguine leges scripsisse. Florebat tunc in republica Pisistratus, amicus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquentia plus potuit, apud populum, quam huius sapientia. Cessit sponte Solon, tyrannum fugiens, primum in Aegyptum, deinde in Cyprum, postremo ad Cræsum regem: cuius cum opes uideret, ostentari Cræso, atque interrogantem quis se felicior esset; respondit, Telum inueniam, pauperem admodum, alioqui iustum, Athenis, agerem, qui in iyo prædiolo solitarius consueuerat, simul affirmans nihil esse foelix, quod temporum mutationi, libiaceat: felicitatem tantum sine in indicare. Cuius sententiæ, Cæsus postea, a Cyro captus, meminisse dicitur. Solon inde Ciliciam profectus ciuitatem a suo nomine Solos dixit, in qua Athenienses colonos statuit: qui intervallo temporis ad Aticam linguam de seiscientes, Solecismare dicti sunt, unde uerbum Solecismi trahunt. Decessit in Cypro annorum xxx, mandauitque ossa Salaminem transferri, ibique per regionem proijci ac dissipari, ne Athenas inferrentur, quoniam discedens iureiurando ciues adegerat, non antiquaturos leges suas, donec rediret. Reliquit etiam conciones & epistolas quasdam. Epigramma sepulchro eius inscriptum, Cicer. in hanc sententiam commemorat, Tuscul. quart. lib. 11. Mors mea ne careat stetu: linguam amicus Mærorum, ut celebrant funera cum lacrimis. Ex Plutarcho & Diogene Laertio.

Solor, aris. [*Consolare, consolaris. Gal. Consoler, conforter, se consoler. Hisp. Consolar à consolarse. πικραίνω*], uerbum est commune, significans consolationem do, Cicer. in Vat. Antonius hac una remiseram suam solatur. Virgil. 5. Aeneid. Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis. Ouid. 1. Fastor. Hinc pater, hinc coniux lacrymas solantur: Solari laborem, uel famem, idem est quod subleuare. Virgil. 1. Georg. Interea longum cantu solata laborem. Idem 10. Aeneid. Et mœstum Musa solatur amorem. Hinc Consolor: item uerbalia Solator, Solamen, & Solatium: quorum significatā uide suis locis.

Solox, (inquit Festus) est lana crassa, & pecus, quod passim pascitur non tectum. Titinnius Barathro: Lana soloci ad purpuram data. Lucil. montano hircos, atque soloce: Hæc Festus, sed succinetius, quam ut a quouis possint intelligi. Fient autem notiora, si sciamus, duo ueteribus in usu fuisse ouilli pecoris genera: quorum quod uulgatissimum erat & robustissimum, a uelleris hirsutia hirtum dicebatur: alterum a lanæ mollitie Molle nominabant, hirtu pecore multo infirmius, sed uelleris nobilitate longè præstantius. Vnde & pellibus quibusdam tectum pasci solet, ne aut spinis adhærescens lana minueretur, aut luto sordidaretur. Hoc genus & Magna Græcia, & præcipue Tarento peti solet, unde & Græcium pecus, & Tarentinum solet appellari: nonnumquam etiam ex agro Gallico, quod Altinum uoci-

tabant. Ex hisce igitur satis constat, quod Soloris nomine intellexerit Festus: nimirum uulgatam illud pecudis genus, quod ab hirsutiore uellere hirtum appellat Colum. Id enim nullæ pellibus tectum pascebatur, cuius etiam lanam eodem nomine appellabant.

Solipugna, solpugæ, genus est uenenatæ formicæ, quod etiam a fugiendo sole, Solifuga nominatur. concitatur enim acrius, feruore Solis. Lucan. libro 9. Quis calcare tuas metuat solpuga latebras? Plin. lib. 8. capit. 29. Hæc dicitur Solipunga. Vide Solifuga.

Solstitialis, *læ*, [*Solstitiale. Gal. Solstitial, du solstice. Hisp. solsticial.*]. *θερινός*, ad solstitium pertinens aut Circulus solstitialis, id est Tropicus Cancr. Plin. lib. 2. cap. 11. Quia circa solstitialem circulum habitantium meridiæ ad septentrionem umbra cadant. Tempus Solstitiale, Ouid. 6. Fast. Solstitialis dies, Cicer. 1. Tusculana. id est, dies anni totius longissimus, quo Sol altissimum in nostris hæmiphærii locum obinet, cui opponitur Dies Brumalis, anni totius breuissimus. Solstitialis herba, quæ Græcè *λεπτοσπέρη*, & *ἡλιότροπος*, dicitur, quod tropos, id est solstitia spectet. Plin. lib. 26. cap. 5.

Solstitium, [*solstitio. Gal. solstice. de plus court jour ou le plus long de l'année. Hisp. El mayor & menor día del solsticio.*]. *ἡλιότροπος*, solis status, cum sol ultra non progreditur, sed retrocedere incipit. Singulis autem annis duo solstitia sunt, unum æstiuum, alterum hyemale. Sunt enim duo tropici, hybernus & æstiuus. Hybernus est, per quem sol transmittens octauam Capricorni partem solstitium hybernum facit, quo tempore sol altiores incipit circulos petere; æstiuus uero, per quem sol octauam partem Cancræ transmittens, solstitium æstiuum facit, quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos. Hoc autem Cæsar's etate fiebat octauo Calen. Ianua ut æstiuum octauo Calen. Iulij. Verum ea ratio hodie non nihil est mutata propter minuta supra *cap. lxxv. dies*, quadrantem exuperantia. hodie enim solstitium æstiuum incipit in ipsas Idus Iulij, ut hybernum in Idus Decemb. Solstitij tamen nomine ueteres, si nihil adijceretur, æstiuum ferme intelligebant. Vir. lib. 1. Geor. Humida solstitia, atque hymes oportere serenas Agricola: nā cum hybernum solstitium intelligi uolebant, id non absolute solstitium, sed cum dicitur, Brumale solstitium nominabant. Col. xvi. Calen. Ian. cum sol in Capricornum transiitum facit, brumale solstitium.

Solvendo, non SVM, *ὁ δόχμις, δέξιμι*, hoc est, satisfacere non possunt id, pro quo obligatus sum. Cicero 2. Philip. Tu nec soluendo eras.

Solum, li, priore correpta, [*suolo, suolario, terra, ἡ sole, cemento, amato, ἡστρίκατο. Gal. Le par terre, fond de terre. Hisp. suolo de la tierra.*]. *πείσορ, ἔδαφος*, dicitur omne, quod quid sustinet, & rei cupiam, uelut fundamentum subijcitur. Vnde aquæ superflucies dicitur Solum, quia nauium fundamentum est. Vir. lib. 5. Subrahiturque solum. Cælum stellarum solum est. Ouid. lib. 1. Metam. Astra tenet cæleste solum. Næuius uero Sola terrarum, plurali numero dixit: Sed sola terrarum postquam permenia parumper. Sic etiam Cic. in Orac. pro Balbo: Vos mutæ regiones imploro & sola terrarum ultima. Aer etiam Solum dicitur, quia auium sustentaculum. Item terra ipsa quod hominum & animalium fundamentum sit. Colum. lib. 2. Quod sicco solo ingestum est. Ouid. 2. Metam. Inque solo quod ternerat herba iacebat. Virgil. lib. 7. etiam mentiam appellauit solum: Et cereale solum pomis aggressibus auget. Rursus Solum, inferior pedis pars, quam uulgo Soleam uocant, quæ callosa fit, & dura discalcias. Cic. 5. Tuscul. Mihi amicitia est Scythicum tegmen, calciamentum solorum callum, cubile terra. Et solum dictum est, pro solea calciamenti ex corio. Mar. Et mordere luto putre ueusque solum. Proprie tamen solum terra dicitur. unde Natale solum dicimus, pro patria, in qua nati sumus: Ut exulem qui extra solum, hoc est, extra patriam eiectus est: Vertere solum, est sedem & habitationem mutare. Cicero pro Cecin. Solum fossæ, pro ima fossæ parte. Cæsar. 7. Bel. Gal. Ut eius fossæ solum tantundem pateret, quantum summo labra distabant.

Soluo, soluis, solui, solutum, [*sciogliere, Soluere, flegare, disfare. Ga. Deslier, fouldre, rompre, lascher. Hisp. desatar, deschaçer.*]. *λύω*, dissoluo, quod erigatur. Virgil. 7. Soluere crinales uittas. Terent. And. Iube solui obsecro. Soluere item dicitur, qui nauis uehuntur, cum soluto fune, quo nauis retinetur, recedunt. Et dicimus Soluere simpliciter, nullo adiecto, & Soluere nauem. Cicero. ad Tironem lib. 16. Nos eo die conuati soluimus. Cæsar. 1. Bel. Cicero. Pompeium sub noctem naues soluit. Cicero. 3. Offic. Si idem sciat complures mercatores Alexandria soluuisse. Et quoniam qui debent, quodam modo obligati sunt creditori, Soluere etiam pro debitum reddere ponitur. Cicero. 5. Verr. Pro quo frumento pecunia soluta non est. Soluere ab aliquo, est a quoquam acceptam pecuniam creditori numerare. Cicero. Att. Erat laborat ut ibi quod debet,

debet, ab Egnatio soluat. Et alibi: Se a me quodammodo soluere. Hinc per translationem Solutionis uocabulum ad omnem liberationem quoquo modo factam transfertur, magisque ad subiectum obligationis, quam ad numerorum solutionem. Vnde Soluo pro satisfactio. Terent. in Adel. Necti uerbis unquam solues, quod mihi re malefeceris. Quandoque pro dimitto. Virgil. lib. 2. Geor. Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus. Soluere ebrietatem, pro discutere. Cel. Nisi febris accessit eo tempore, ebrietas solui debet. Soluere aliquem legibus, est eum legum uinculo eximere, & efficere ne legibus teneatur. Soluere iusta funeri. Cicer. pro Ros. Amer. Hunc miserum luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iusta soluisset. Quandoque pro liberare, Virg. 1. Aeneid. Soluite corde metum Teucris. Vnde Solutus risus, dicitur magnus, a curis liber. Idem: Risuque soluto. Sic etiam dicimus Soluere religione, id est, religione liberare, & efficere ne quis religionis scrupulus relinquatur. Cicero pro Cicer. Ut religione ciuitas soluatur. Solui cera igni uel sole dicitur, hoc est, mollescere, siue liquefieri. Sic etiam hyemem solui dicimus, hoc est, mitescere, & molliorem fieri. Hora. lib. 1. Carm. Soluitur acris hyems. Soluere fidem, est rumpere, uel non seruare fidem. Terent. in Andr. Soluisti fidem. Soluere uenam, est uenam aperire. Colu. lib. 7. Ea poro uena, quæ in aure uidetur esse amplissima, famento prius uerberatur, deinde cum ad ictum intumuit, cultello soluitur. Absoluo, Dissoluo, Exsoluo, Perfoluo, & Resoluo, suis locis.

SOLVS, a, um, [Solo. Gal. *Jeul. seulet. Hisp. solo.*] *μόνος*, incomitatus, unicus: quam uocem Festus ex Oschorum lingua ductam putat, qui solum dicunt, quod nos Latine: tum: nam qui unus est, totus est. Cic. 3. Offi. cui cum uisum esset utriusque, solum se, quam cum altero regnare fratrem interemit. Solus, & Vnus pro solus more superlatiuorum genitiuum regunt, uel ablatiuum mediante præpositione Ex, uel accusatiuum inediante præpositione Inter. Plin. 1. 9. Solus omnium accipenser squamis ad os uersis contra aquas natando meat. Cic. de Or. Gorgias solus ex omnibus. Et cum singularitatem significet, inuenitur tamen pluraliter. Terent. in Ade. Solz sumus. Ponitur aliquando Solus pro Solitario, & deserto. Virgil. 2. Geor. Heu male tum Libyæ solis erratur in aruis, Terent. in Andr. Venit meditata alicunde ex solo loco. Salu. in log. Marius cum expeditis cohortibus, proficiscitur in loca sola. Genitiuum facit Solius: olim etiam Soli, læ, li, Terent. Eusu. mihi solæ ridiculo fuit.

SOLVM, [solamente. Gal. *seulement. Hisp. solamente.*] *μόνος*, id est, tantum. Cic. 4. Phil. Nos nunciationem solum habemus, consules et inspectionem. Idem 2. de Leg. De re uia solum dissident, de cæteris iuribus congruunt.

SOLVTE, aduerb. [Liberamente. Gal. *Adelivre. Hisp. Libremente.*] *ἀμεμπῆ*, sine cura aut sollicitudine. Cic. de Cla. Ora. Tam solute egit, tam leniter, tam sollicitanter.

SOLUTILIS, le, p. c. *λύσιμος*, quod ita compactum est, ut quoties opus sit, solui possit. Sue. in Nero. c. 34. Solutilem nauem.

SOLUTIO, onis, uerbale, [solutione, pagamento. Gal. *Disliement, payement. Hisp. Obra de pagar de desatar.*] *λύσις*, dissolutio eius, quod compactum fuit: ut, cum mortem animæ & corporis solutionem dicimus. Cic. 4. Tuscula. *λύσις*, quasi *λύσις*, id est, solutio totius hominis. Solutio stomachi, quam & dissolutionem dicimus, cum naturales eius facultates aut amissæ sunt, aut certe imbecilliores reddite. Plin. lib. 20. Cum melle, aut adipe, aut cera, stomachi solutionis inasperum polentæ modo. Solutio, ad omnem liberationem quoquo modo factam transfertur, magisque ad subiectum obligationis, quod ad numerorum solutionem. Vlp. de uerbi signifi. Solutionis nomine satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. Cic. 2. Off. Fides esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.

SOLUTVS, ta, tam, nomen ex participio, [seiolto, disaturo. Gal. *deslié, delivre. lasché. Hisp. Desahado, deshecho.*] *ἀμεμπῆ*, securus, liber, cura, & sollicitudine uacuus. Cic. Att. quæ soluto animo scribi solent, ea his temporibus excluduntur: Terra soluta, id est, rara & laxa, cui opponitur densa. Colum. lib. 1. Soli pinguis uel macris, soluti, uel spissi.

SOLYMA, orum, *σολυμοί*, populi Asiae, Lycijs & Pisidis proximi, postea Milix appellati: docet Strab. lib. 1. & 14. Pli. eosdem facit cum Pisidis, lib. 5. cap. 27.

SOLYMA, x, uel Solyma, orum, urbs clarissima Iudææ, quæ postea ad ditto templo Hierosolyma dicta est. Inde Solimus, a, um, Iuu. Sat. 6. Interpretis legum Solymarum.

SOMNICIOSE, [Pigramente.] aduer. negligenter. Pla. in Cap.

SOMNICULOSVS, a, um, [Adormentato, che sempre uorria dormire, sonno lento. Gal. *Tout endormi, nonchalant. Hisp. Chargado de sueño.*] *ὑπνολός*, a somniculo magis fit, quam a somno: & is dicitur, qui somno plenus est, & ignauus. Cic. de Sene. Quæ uitia sunt non senectutis, sed inertis, ignauæ, somniculosæ lenæ & utis. Colu. lib. 11.

cap. 1. Somniculoso plurima effugiunt. Interdum non quod somno indulget, sed quod somnum inducit: unde Sisenia aspidem uocat somniculosam, non quod ipsa dormiat, sed quod ut somnifica omnes percussos enecet.

SOMNIFER, aspera, niferum, [sonnacchio, porta sonno. Gal. *Qui sicut dormit. Hisp. Cos. que haze è trache sueño.*] *ὑπνοταίς*, quod a *πνοή* somnum. Plin. libro 19. V. sique somnifera etiam iucio papaueri. Ouid. nono Metamor. Plenaque somnifer serpeas peregrina uenenis.

SOMNIFICVS, ea, cum, *ὑπνοποιός*, quod somnum inducit. Plin. lib. 37. Spargere somnifici medicam nra. Idem lib. 29. cap. 4. Quoniam uincatur aspidem somnifica uis.

SOMNIO, somnias, [sognare, insognare. Gal. *sonner, resuer. Hisp. sonar algun sueño.*] *ὑπνολήω*, per quietem aliquid, quasi ingrans, uideo. Cicer. de Diuin. Nec mihi magis usquam uideo somnare. Et paulo ante: Refert ad coniectore, somnia se te quam pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Pla. in Cur. Quos tu mihi luscios liberos somnias? Id est, somniando loquens, Ter. And. Num ille somniat. Ea quæ, uigilans uoluit. Cic. 2. de Diuin. Quod si ita natura paratum esset, ut ea dormientes agerent, quæ somniarent. Somnium imperiosale. Plin. lib. 28. Plurimum somnari circa uer & autumnum tradunt.

SOMNIOVSVS, inofa, iniosum, [sonnacchio] *ὑπνοποιός*, qui crebris somnijs uexatur. Plin. 1. 29.

SOMNORINVS, a, um, apud antiquos dicebatur id, quod in somnis uideatur. Var. in Prometheo, ut citatur a Nonio. Hinc somnorinas imagines affatur.

SOMNIVM, nijs, [In sogno. Gal. *songe, resuerie en dormant. Hisp. El sueño, que se duerme.*] *ὑπνολήω*, ideam quod in somnium, hoc est, quod uidere nobis uidetur dormientes. Virg. 8. Ecl. Au qui amant, uti tibi somnia fingunt? Cic. de Leg. Agrar. Hæc per deos imperiales, utrum esse uobis consilia ficariorum, ac uinolëtorum somnia. Macrobius. quinque tradit esse genera. Somnium quod Græce est *ὑπνολήω*, Vnio, id est, *ὑπνολήω*, In somnium, id est, *ὑπνολήω*, Oraculum, id est, *ὑπνολήω*: & Vilius, qui Græcis *ὑπνολήω*, dicitur. Ex his In somnium & Phantasma cum falsa sint, interpretatione non indigent: tria reliqua uates interpretantur. Et Oraculum quidem est, cum in somnijs aliquid nobis denunciat. Vilio, cum id quis uidet, quod eodem modo, quo apparuerat, euenit. Somnium autem proprie uocatur, quod tegitur figuris, & uelatur ambagibus, non nisi interpretatione intelligendis.

SOMNVS, somni, [sonno. Gal. *sonne, le dormir. Hisp. El sueño quando dormimos.*] *ὑπνός*, sopor, quies, quæ fit ab humoribus a corde ad cerebrum sublatis, qui cum ibi fuerint refrigerati, recedentes ad cor, calorem eius refrigerant. Dicitur autem uolunt somnum, a Græco *ὑπνός*, unde mutata aspiratione in s, litterâ, primum sypnum, mox sopnum & postremo somnū appellatum. Vir. 1. Geor. Nec somnos abruptis cura quietos. Cic. 1. de Diuin. Animus per somnum curis uacuis. Somnum Deum finxit antiquitas, cuius sedem apud Cimmericos collocat Ouid. 11. Metam. Est prope Cimmericos longo spelunca recessu Mons canus, ignauus domus, & penetralia Somni Quo numquam radijs oriens, medius uer, cadens uer Phæbus adire potest. Hinc Insomnis, de quo suo loco.

SONIPES, pedis, p. c. [Cauallo,] *καταχέπυς*, significat celerem equum, quod pedibus sonet. Vir. 4. Aen. Stat sonipes.

SONITVS, p. c. [suono, strepito. Gal. *son, bruit. Hisp. Sonido.*] *ἤχος*, crepitus, uel sonus. Vir. 6. Aeneid. Dum flammæ Iouis, & sonitus imitatur Olympi. Idem libro secundo Geor. Ingentem cælo sonitum dedit. Cic. de Som. Scip. Hoc sonitu completæ aures obsurduerunt.

SONO, sonas, sonui, sonitum, [sonare, far strepito. Gal. *sonner, bruire. Hisp. sonar, hazer sonido.*] & aliquando sonui sonatum. Hor. 1. Ser. Sat. 4. Magna sonaturum des nominis huius honorem. Est autem Sono, *ἤχος*, sonum edo. Vir. 4. Aen. Pharetramque fuga sensere sonantem. Aliquando actiue accipitur, pro eo quod est sono referre, sonare representare. Virgil. lib. 1. Aeneid. Nec uox hominum sonat. Sonat idem hæc uerba, id est, significant. Cic. 3. Offic. Ut hæc duo uerba inter se discrepare, re unam sonare uideantur. Sonans, tis, particip. Ouid. 12. Met. Tota est ex ære sonanti. Virgil. 3. Aeneid. Turba sonans præde pedibus circumuolat uncis. Sonandus, a, um, Ouid. 2. Arte. Et magno nobis ore sonandus eris: id est, graui carminis genere celebrandus. Sonabilis, le, sonorus: ut, Sistrum sonabile. Ouid. 9. Metam. Crepuitque sonabile sistrum. Sono, nis, sonere, tertiæ conjugationis. Lucr. lib. 3. Caligare oculos, sonere aures, succidere artus. Assono, Consono, Circumsono, Dissono, Insono, Intersono, Persono, Resono, suis locis.

SONOR, oris, [strepito, Gal. *Vn son fort. Hisp. Estreñendo sonido.*] *ἤχος*, uehementior sonus. Vir. 7. Aeneid. Magno ueluti cum flamma sonoro Virgea suggeritur costis undantis aheni. Idem. 9. Aeneid. Et cri-

Et crines albos & sœva sonôribus arma.

SONORVS, a, um, [strepitoso. Gal. Qui tend ou fait grâd son de grand bruit. Hisp. Cosa que mucho suena.] ἠχώδης, ἠχέστιμος, quod graue sonat. Virg. 1. Aeneid. Tempetatesque sonoras. Flumina sonora. Idem 12. Aeneid.

SONS, fontis, omnis ge. [Colpevole, maligno. Gal. Coulpable; malfaciteur. Hisp. Culpado.] ὀνόστιμος, ὀνόστιμος, nocens, noxius, criminis alicuius conuictus. Cir. 3. de Leg. Vincula fontium seruato, captiua iudicanda. Vir. 10. Aeneid. Omnes per mortes animam fontem ipse dedidit. Ouid. 13. Metam. fœdato sanguine fonti. Contrarium est, Insons.

SONTICVS, a, um, [Maligno, iniquo. Gal. Malin, meschant. Hisp. Culpa do malitioso, injusto.] δένος, idem quod grauis, noxius, uehemens. Neuius apud Festum, Sonticum causam esse oportet, quamobrem perdas mulierem. Vnde Sonticum morbum veteres appellauerunt, quia ita grauis esset, ut solitas functiones impediret. quem qui pateretur, iustam excusationem habere putabatur, quo minus in iudicium uocatus, se sistere cogere, ut inquit Iurisconsultus. Plinius de Gagete lapide: Deprehendit sonticum morbum.

SONVS, soni, [suono di ogni uoce. Gal. Son, bruit. Hisp. son, Sonido.] ἠχος, quicquid auribus percipitur, siue id ab ore animalis proficitur, (quam uocem appellamus) siue ex aliorum corporum collisione. Cic. de Diu. Qui sono quodam uocum incitantur. Idem. 2. de Nat. Deo. Auris cum sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, recte in alia corporum parte collocatae sunt. Ibidem: ad neruorum eliciendos sonos, ad tibiatarum apta manus est. Vir. 4. Geor. Tum sonus auditur grauior. Sonum fundere. Cic. in Acad. mihi uidetur dignissimum rebus his, de quibus loquitur sonum fundere. A sonus sunt Absonus, Altisonus, Armisonus, Consonus, Dissonus, Dulcisonus.

SOPHISTA, siue Sophistes, sophistæ, [Sophista. Gal. Sophiste, philosophe pour uaine gloire. Hisp. Sophista, philosopho por uana gloria.] σοφιστής, olim honesta appellatio erat communis iis omnibus, qui in arte aliqua excellere: unde & Rethores, & sapientiae professores olim Sophistæ dicebantur, quamquam ad eos poëta hoc nomen transferit, qui fallacibus conclusiunculis inanem quandam sapientiae speciem ostentarent. Suid. σοφιστής, πάς τεχνίτης, καὶ ὁ πλεονεκτικὸν ἢ καὶ ὁ ἐπιτετακτικὸν ἐκείνῳ ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἀπαταιν. id est, Sophista ois artifex & qui eloquentiam proficitur, & qui in uerbis calumniatur, atque fallacijs. Plato ait Sophistas esse Rethores, qui ueluti uenatores parati sunt ad capiendos iuuenum animos. Arist. 1. 16. Ethic. Scientiam gubernandarum rerum publicarum sophistæ proficitur, quorum nullus rempublicam gerit. Olim autem Sophistæ dicebantur philosophi & sapientiae professores; deinde uero Rethores: postremo abiit nomen in inuidiam, ut Sophistæ dicerentur, qui fictam quandam sapientiae speciem iactarent. Cic. 1. 1. de Na. Deo. Abderites quidam Protagoras, cuius a te modo facta est mentio, sophistes, temporibus illis uel maximus. Idem 1. 2. De Fin. Eorum erat iste mos, qui tunc sophistæ nominabantur. Hinc Antisophistæ a Suetonio in Tiberio dicuntur, inter le pugnantibus Sophistæ.

SOPHOCLES, σοφοκλής; poeta Tragicus fuit, patria Athenicus, tanta orationis suauitate, ut uulgo, μέλιτη, hoc est Apis cognominaretur, æqualis Euripidis, & Periclis, cuius etiam quandoque collega fuit in prætura: Natus Olympiade LXXIII. ante Socratem annis XVII. Primus tribus ætoribus usus est, adiecto eo qui uocatur Tritagonista, hoc est tertiarum & ultimarum partium histrio. Primus etiam Choros ex iuuenibus quindecim introduxit, cum ante duodecim tantum introducerentur. Primus quoque tragicas contentiones ac compositiones instituit. Scripsit insuper Elegiam & Pœanas, atque orationem pro sam, cum de Choro aduersus Thespiam & Chœrilum contenderet. Obijt autem sexto anno post Euripidis mortem: cui styli magnitudine præfertur, licet eius sententijs inferior. Filios habuit Iophonem, Leosthenem, Aristonem, Stephanum Meneclidem. Exhibuit fabulas centum uigintitres, quamquam alij dicant multo plures. Victorias autem uigintitres reportauit. Hunc Cicero diuinum poetam l. r. de Diu. uocauit: eiusque in Cato. Ma'ore meminit. Sophoclem ex insperato gaudio ob uictoriam ex tragœdia quadam repente obijisse, Valerius auctor est. Sophocles superioris nepos, poeta item tragicus, qui docuit tragœdias XL. uicit 8. commemoratur a Suida. Hinc Sophocleus, a, um, p. σοφοκλειος, Cicero ad Tironem: An pangis aliquid Sophocleum. Virg. 8. Ecl. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

SOPOR, sopis, sopiui, sopitum, [Adormentare. Gal. Assopir, endormir. Hisp. Adormecer a otro.] κατακοιμάζω, soporo, soporem induco. Liu. ab Vrbe. Vino oneratos sopiunt. Idem 4. Bel. Pun. Lentior denique, æqualiorque accidens auribus, magnam partem hominum sopiuit. Ouid. 7. Meta. Custodemque rudem somno sopiitis. Vnde sopitum dicimus, qui iam cœpit dormire. Liu. 3. Bel. Pun.

Nico ex improuiso ad portas sopitos uigiles in cubilibus suis obtruncat, portamque aperit. Vir. tamen sopitum somno dixit, quasi irrigatum. Vir. 1. Aen. Hunc ego sopitum somno super alta Cythera, Aut super Idalium sacrata sepe recondam. Aras sopitas excitat ignibus. Ouid. epi. 14. Ignis sopitus: id est, propemodum extinctus, aut cineribus occultatus. Virgil. 8. Aene. Impositum cinerem, & sopitos suscitatur ignes. Manus sopitæ, Ouid. l. 3. Fast. Sopi-tus istud est, stupefactus. Liu. lib. 1. Iubet bono animo esse, sopitum fuisse regem subito istu. Consopio, totum sopore obruo. Cicer. 1. Tusc. A luna consopitus putatur.

SOPOR, oris, [sonno, dormire. Gal. Sommeil, faim de dormir, le dormir. Hisp. Sueño quando dormimos, obra de adormecer.] ὕπνος, somnus. Cicer. 1. de Diu. Sopore placans artus languidos. Virgil. 6. Aeneid. Tum consanguineus lethi sopor, & mala mentis Gaudia. Hor. 5. Epod. Feræ dulci sopore languidæ. Ouid. 1. 5. Metam. Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem. Idem Meta. Cura remouente soporem.

SOPORIFER, fera, ferum, ὑπνωτικὸς, quod soporem inducit. Plin. lib. 9. Dextræ pennæ uim soporiferam inesse. Vir. lib. 4. Aen. Sparges humida mella, soporiferumque papauer. Ouid. 11. Met. Vile soporiferam somni uelociter aulam.

SOPORO, as, p. p. [Adormentare. Gal. Endormir, assopir. Hisp. Adormecer a otro.] κατακοιμάζω, soporem induco, stupefacio. Plin. lib. 18. Serpentes soporari. Idem l. 21. cap. 31. Ut radice eius propius admotæ soporantur. Hinc Soporatus, rata, ratum, participium: id est, sopore obrutus: ut, Artus soporatos premit quies. Pl. lib. 10. cap. 7. 5. Aquatilia ipsa quiete cernuntur placida, ceu soporata. Dolor soporatus id est, lenitus. Cur. lib. 7. Ossa soporata melle, apud Virgil. 6. Aene. id est, soporifero melle imbura. Ramus soporatus uis Stygia, ibidem.

SOPORVS, a, um, ὑπνωτικὸς, somnum inducens: ut, Nox sopora: id est, nox in tempesta, quæ placida rigat membra quiete. Luc. libro 2. Sed nocte sopora Atria cognati pulsati non ampla Catonis. Sta. 1. The. eadem sub nocte sopora Lustra terit.

SORA, ἄσσορα, opidum Campaniæ, cuius meminit Plin. lib. 3. capitulo 5. Iuue. Satyr. 2. Optima Soræ, aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur. Steph. Soram alteram collocat in Phœnice.

SORACTES, is, uel. Soractis, ris, mons est Faliscorum Apollini sacer, circa quem fiebat sacrificium annuum, in quo Hirpiæ familiæ super ambustam lignorum struem ambulantes, non adurebantur: ut refert Plin. lib. 7. c. 2. Virg. 11. Aene. Summe deus, sancti cultos Soractis Apollo. Plin. l. 3. c. 2. Varro ad Soractem scriptis esse fontem, cuius sit latitudo quattuor pedum sole oriente, eum exunda referenti similem, auesque, quæ gustauerint, iuxta mortuas iacere. Neutro genere usus est Silius Italicus l. 8. Et sacrum Phœbo Soractæ frequentant.

SORANVS, Ditis seu Plutonis cognomen: a uoce Græca ὄρος, quæ tumulum sepulcralem significat: uel a Sora opido, ad Soractem montem sito. Tradit enim Plin. l. 2. c. 29. Eo in tractu tam pestiferos spiritus exhalari, ut aibus sint letales. Vnde uideri potest Plato dictus esse Soranus, non dissimili ratione ab ea, qua Auer-num pro inferis Poetæ acceperunt.

SORBEO, bes, bui, bitum, uel sorpsi, sorptum, [Sorbere: Gal. Hamer & aualer en tirant a soy, engloutir. His. sorber.] βροχέω, liquidum aliquid de glutio. Factitium uerbum a sono, quem edunt, qui sorbent. Plant. in Mil. Sorbet dormiens. PA. Quid sorbet? u. illud stertit, nolui dicere. Sed quia consimile est, quod stertas, quasi sorbeas. Plin. l. 7. c. 53. Ap. Saufeuus cum a balneo reuersus nullum bibisset, ouique sorberet. Transferitur & ad alia. Ouid. 2. de Arte: Terraq. caelestes arida sorbet aquas. Vir. 3. Aen. Dextrum Scylla latus, Læuum implacata Charibdis Sorbet ab abruptum fluctus. Luca. lib. 4. Sordidus exhausto sorberet ab ubere sanguis. Sorbere odia alicuius, pro proferre. Cic. ad Q. Frat. Sed me ab eo ita obseruari scio, ut eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam. Sorbere animo, pro eo quod est præpropere spe deuorare. Cic. 2. Phil. Q. id eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius languinem non bibere censetis? Absorbeo, Exorbeo, Ob sorbeo, & Resorbeo, suis locis.

SORBILLO, las, demin. a Sorbeo, [Sorber poco, ma spesso.] κατάμικρον, κατάβροχέω, minutim, & paulatim sorbeo. Ter. in Ad cyathos sorbillans paulatim hunc producum diem.

SORBILIVM, ἰσροβιλιτιον, potiuncula sorbitioni apta. Pla. in Pen. Mihi iam uideo propter te uisitandum sorbillo.

SORBILIS, & hoc se, p. c. ῥοβητον, quod facile sorbetur: ut Ouum sorbibile, apud Cellsum l. 2. c. 19. & 25. Col. lib. 8. cap. 17.

SORBITIO, onis, ῥοβησις, ipse sorbendi actus, uel potio ad sorbendum apta. Persi. Satyr. 4. Sorbitio tollit quem dira cicuta. Plin. lib. 20. capitulo 6. Arteriæ sanat uitia, datum in sorbitione pitane.

SORBIVM, sorbi, ῥ. Sorbi arboris fructus, similis pyro: quod Malum sorbum etiam Col. appellat l. 5. cap. 10. Et mala sorba, pruna, post mediam

- tiri, κληρωδότην, significat disponere. Vir. 3. Aene. Sic fata Deum rex Sortitur. Sortiri pro substituere & subministrare. Vir. 3. Geor. Sobolem armento. sortire quotannis. Vbi Ser. Sortire, substituere, subministra.
- SORTITIO**, uerbale, [Sortitione. Gal. Le get du sort. Hisp. Obra de sortear.] κληρωσις, ipse sortiendi actus. Cic. pro Clu. Ecce tibi eiusmodi sortitio, ut in primis Bulbo & Staleno & Gutte esset iudicandum. Ibidem: Statuerunt ita maiores nostri, ut, si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduertetur.
- SORTITIO**, p. p. [Sortimenta. Gal. Par sort. Hisp. sorteando ò por suertes.] κληρωσις, aduerb. significans ex sorte, uel per fortem. Cic. 4. Verr. Lex Iouis sacerdotem sortito capi iubet. Idem lib. 6. Epist. Eos sortito in prouincias mitti placere. Aliter accipitur pro naturaliter, ut apud Hor. 4. Epo. Lupis & agnis quanta sortito obtigit, Tecum mihi discordia est, hoc est, naturaliter, uel occulta quadam fati ratione.
- SORTITIVS**, tus, masc. gen. [sortimento,] κληρωσις, pro sortitione. Cicer. pro Domo sua: Quid, si etiam, pluribus de rebus uno sortitu retulisti? Virgil. 3. Aeneid. Quæ sortitus non pertulit ullos.
- SORTI**, aduerb. Vir. 4. Geo. Sunt quibus ad portas cecidit custodia forti. Vbi Ser. Sorti: id est, ex forte, uel in forte, nam aduerbium est, quod trahit a militia.
- SOSPES**, tis, gen. com. [Sano, se saluo. Gal. Senu d'ua danger. Hisp. Cosa salua de peligro.] σωσος, saluus, incolumis. Liu. 5. ab. Vrbe: Sospitellique omnes Romam ad propinquos restituit. Vir. 11. Aen. At non Euandre pudendis Vulneribus pulsum aspicias, nec sospite dirum Optabis nato funus pater. Hor. 1. Car. Ode. 36. Vix una sospes nauis ab ignibus. Antiqui item Sospitem accipiebant pro sospitatore siue seruatore: Vnde Iouem sospitem dixit Ennius, quem alij Iouem seruatore appellat.
- SOSPITA**, tæ, p. c. σάτιρα, idest seruatrix: quo cognomine Iuno colebatur apud Lanuinos. Cic. pro Mur. Nolite a lacris patrijs Iuno nis sospitæ, domesticæ, & suum consulem auellere.
- SOSPITALIS**, & hoc le, saluter, salutaris. Pla. in Pseud.
- SOSPIRO**, tas, pen. cor. [Conseruare sano, saluo. Gal. Garder sain & s'auue, delinrer de peril. Hisp. Librar a otro de peligro.] σωσος, incolumen seruo. Liu. 1. 1. Pacem precibus exposcunt, uti uolens propitius suam semper sospitet progeniem.
- SOTADEVM CARMEN**, σωταδαιον μετρον, pedes habet septem. Primum spondeus, secundus periambus, tertius spondeus, quartus periambus, quintus & sextus tribrachus, & ultimus spondeus. Et (quod magis mirum est) totus sotadeus numerus et trochæis potest constare pedibus. Hæc Fortunatianus Attilius. Alij de hoc uocabulo sic: Sotadæum carmen constat e quinque pedibus: primis duobus Ionicis, a maiore, & tribus reliquis trochæis. Et quia Ionicus a maiore constat e duabus primis longis & reliquis duabus breuibus, primus pes interdu soluta prima Ionici in duas breues fit mesomacros, constans e media longa & duabus utrinque breuibus: Soluta secunda, fit paropæon, constans e prima longa & quattuor breuibus.

S A N T E P

- SPADIX**, cis, pen. gen. προπιδιξ, teste Gell. lib. 2. Est auulsus a palma termes cum fructu: qui quoniam puniceum refert colorem, hoc est, rubrum cum exuberantia quadam splendoris, factum est, ut spadicem pro puniceo colore accipiamus, qui potissimum in equis commendatur. Vir. 3. Geo. Luxuriatque toris animosum pectus honesti spadices, glaucique. Est etiam spadix, genus instrumenti musici, cuius meminit Iul. Pollux lib. 4. & Coelius 1. 9. c. 4. Quin. lib. 1. c. 17. de Musica: Pfalteria, & spadices etiam uirginibus probis recufanda.
- SPADO**, onis, [Castrato, eunuchus. Gal. Chastre. Hisp. Varon castrado.] σπαδων, proprie is dicitur, cui aut testes euulsi sunt, aut ipsi cremastres, hoc est, nerui e quibus testes dependent. A uerbo Græco σπάω, quod est, euello. Eunucus autem etiam natura quis esse potest, ut cum frigidior temperatura Veneris usum cuiquam pernegat. Plin. libro 11. capitu. 37. Desuuium capillorum spadonibus non uisum. Spadones item dicuntur surculi infrugiferi. Colum. lib. de Arbor. Eiusmodi surculos, qui nihil afferunt, spadones appellant.
- SPARGO**, gis, si, sum, [Spargere. Gal. Esparandre, getter çà & là semer. Hisp. Derramar.] σπαρσος, huc illic proijcio, disseminò, late diffusio. Virg. 7. Eclog. Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. spargere aquam, est aquam affundere. Pla. Truc. Sparfisti aquam: iam redit animus. Insula sparxæ per æquor, id est, late diffusæ. Vir. 3. Aene. Niueamque Paron, sparsasque per æquor Cycladas. Col. lib. 2. c. 16. Si tamen aliqua causa tempestiuam stercoreationem facere prohibuerit: secunda ratio est, ante quam fartias mote seminantis ex auarijs puluerem stercoreis per segetem
- spargere. Spargere humum folijs: id est, sternere uel operire. Virgil. 5. Ecl. Spargite humum folijs, inducite fontibus umbras. Conspolita sunt, Alpergo, Conspargo, Dispergo, Inpergo, & Respergo: quorum significata explicantur suis locis. Spargere se in aristas uel brachia, dicitur herba, quando in aristas uel in brachia dilatat. Plin. lib. 12. capitu. 12. Cacumina in aristas se spargunt.
- SPARSIM**, aduerb. [Sparsamente, quò, e li. Gal. Par ci par la, peste mesie. Hisp. Derramadamente.] σπαρσος, multis, uarijsque in locis, huc & illic. Gel. lib. 11.
- SPARSVS**, particip. [sparsus. Gal. Espar, jetté çà & là semer. Hisp. Derramado.] εσπαρσμενος, longe lateque diffusus. Cicero in Arat. Stellæ sparxæ fusæque uidentur: Os sparsum idest lacum, & plus factis diffusum. Terent. in Heau. Cæsiam sparsus ore, & aduocato. Aliquando Consperus. Ouid. 8. Metamorph. Raris iam sparsus tempora canis. Corpus senatus sparsum: id est, dissectum. Lucil. libro 7. Calcatoque simul reges, sparsumque senatus Corpus.
- SPARTA**, tæ, σπάρτη, Peloponnesi ciuitas nobilissima, Lycurgi legibus optime olim instituta, ita dicta a Sparto Phoronei filio, aut (ut alij malunt) a Sparta Eurote filia: cum antea Lacædæmon diceretur. Virgil. 3. Georg. Veloces Spartæ catulos, acremque Molosium. Huius ciues dicuntur Spartiatæ, siue Spartani, qui & Lacædæmonii.
- SPARTANVS**, a, um, σπαρτιατικός, Lacædæmonius Virgil. primo Aeneid. Virginis os habitumque gerens, & uirginis arma Spartana.
- SPARTANVS**, σπάρτακος, famosus gladiator fuit, ex Thracia oriundus, robore animi & corporis præstans, qui una cum Crixo & Oenomaio, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum septuaginta gladiatoribus erupit Capua, manuque seruorum congregata, quasi iusto exercitu comparato. Ceresium montem in Campania, occupauit, ubi cum a Clodio Glabro obderetur, eius castra diripuit, & Campaniam populatus, raptis prætorum fascibus, appellatus est Imperator, inde Lentuli exercitum in Apennino dissipauit apud Mutinam Cassij castra deleuit, tandem cum de urbe inuadenda deliberaret, a M. Crafso pullus, fugatusque cum Brutium angulum occupasset, nec in Siciliam præ nauium penuria trajcere potuisset, cum suis omnibus fortissime dimicans occisus est. Lucan. lib. 2. Vt simili causa caderes, qua Spartacus hostis.
- SPARTEVS**, a, um, e sparto compositum. Caro. de re rust. c. 3.
- SPARVS**, seu Sparum, telum rusticum, in modum pedis recuruum. Virg. lib. 5. Agrestisque manus armat sparus. Festus: Sparsa minimi generis sunt iacula, a spargendo dicta, quod passim pugnao spargentur. Lucil. Tum sparsa, tum nutrices.
- SPASMVS**, mi, siue Spasina, atis, [spasmo,] contractio neruorum, rigor, distentio, conuulsio. a σπάω, conuello. Plin. libro 22. capitu. 8.
- SPASTICI**, quibus aliquid intus conuulsus est. Pl. lib. 21. 19.
- SPATHA**, æ, [Spada. Gal. Espée, Hisp. Espada] σπάθη, gladij genus, σπῆ τῆ σπάθης, hoc est a scindendo, siue diuellendo, aut certe, σπῆ τῆ σπάθης, quod inter cætera significat stringere: Apuleius, ut militaris sacramenti genium ob amissam spatham uerebatur. Vegetus gladios maiores Spathas uocari docet: minores uero Semipathas. Hæc etiam auctore August. dicitur Framea, & alio nomine Romphæa. Est item Spatha, rudicula, qua utitur in uersandis rebus, quæ coquuntur. Colum. lib. 12. capitu. 22. Permisceto spatha lignea. Spatham præterea uocamus instrumentum illud culinarium, quo spumam detrahimus. In palmis item Spathæ dicuntur ramuli, ex quibus palmulæ dependent, a frondis, ut uidetur, figura, nomen habentes, quæ ad gladioli folium satis accedit. Plin. libro 16. capitu. 26. Palma sola in spathis habet fructum.
- SPATHALION**, [ramo di palmo,] σπαθαλιον, deminutium a Spatha, significans ramulum palmæ cum dactylis inde pendentibus. unde apud Mart. lib. 13. Spathalion caryotarum numeratur inter munera tenuiorum, quæ Kalendis Ianua. solent missitari: Aurea (inquit) porrigitur Iani caryota Calendis: Sed tamen hoc munus pauperis esse solet. Est etiam ornamentum muliebri, inter delicias foeminarum annumeratum, a uerbo Græco σπαθαλάω, quod significat, delicias ago, & lasciuio. Plin. libro tertio capitu. 15. Plaut. Men. Amabo pondo duum numerum spathalia.
- SPATHES**, es, σπάθη, inuolucrum est, siue operimentum fructus palmarum adhuc florentium, quo in spissandis unguentis utuntur unguentarij: ut docet Discor. lib. 1. cui ea in re optime conuenit cum Theophrasto, qui lib. 3. de Plantarum historia de palmis agens, eo masculam a foemina differre scribit, quod mascula prior florem ferat in spathe. Plin. lib. 23. cap. 6. Spathes siue elates nomine proprium quoddam palmæ genus uidetur intellexisse, quod medicina conferret, germina, folia & corticem. Vide Marcellum

- SPECTATIVVS**, [*Speculatio*.] *speculatiuus*, *contemplatiuus*, *Quin-*
lib. 3. cap. 5. *Ut illa sit spectatiuæ partis, hæc actiuæ.*
- SPECTANDVS**, adiect. *θεατός*. *Plin. lib. 10. cap. 42.*
- SPECTATRIX**, *cis*, *θεατριά*, uerbale *fœmi*. a *spectando* deductum.
Plaut. Mercu. Diuum atque hominum spectatrix. Luc. lib. 3. spe-
ctatrix scelerum.
- SPECTATVS**, [*Lodato, probato. Gal. Lowè, apronè. Hissp. Alabado, proua-*
do.] *δοκιμαθείς*, probatus, cognitus, cuius scilicet perspecta iam
uirgus est. *Virgil. 8. Aen. Sunt animi, & rebus spectata iuuentus.*
Plaut. Persa. Vitam iam satis tibi spectatam esse censueram. Spec-
taræ integritatis uir. Liu. 6. Bel. Pun. Spectatissima fœmina. Cic.
pro Sext. Rosc.
- SPECTIO**, *onis*, uerbum est proprie ad Augurum disciplinam perti-
nens, in qua officia ita distributa erant, ut qui spectationem habe-
bant, nunciationem non haberent. *Varr. lib. 5. de lingua Latina,*
& Festus lib. 17.
- SPECTO**, *as*, [*Guardar, guardar speſſo. Gal. Regarder ferme & attentiuem-*
ment. Hissp. Mucho mirar.] *ἀπέω*, frequentatiuum a *specio*, antiquo
uerbo, idem ualens quod *multum & fixe intueor*. *Cicer. de Arulp-*
resp. ni tu Megalesia eo die spectare uoluisses. Ter. Eun. Here ne
me spectes: me impulsore hæc non facit. Accipitur non raro pro
iudicare, probare, siue æstimare, *Cicero pro Ros. Com. Nemo*
enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio com-
mico æstimabat. Cic. lib. 5. Tuscula. Non ex singulis uocib. phi-
losophi spectandi sunt. Aurum spectatur in ignibus. Ouid. 1. Trist.
Eleg. 4. Scilicet & fuluim spectatur in ignibus aurum. Vnde &
Spectatores pecunie, dicuntur qui ualorem eius explorant. Huc
etiam pertinet illud Virgil. 3. Eclog. Si ad uitulam spectes ni-
hil est quod pocula laudes. hoc est, si uitulæ pretium tecum re-
putes: uel (ut Seru. interpretatur) si pocula cum uitula compa-
retur. Interdum est attendere, ut, Cic. loquitur, etiam atque
etiam uidere. Plaut. Spectandum, ne tibi anulum det, neque
roget. Eleganter item accipitur Spectare pro ad rem aliquam
pertinere, seu referri. Cic. tertio. de Finibus. Hæc studia ad
imitandos summos uiros spectant: Spectatur, impersonale.
Plin. libro decimo cap. 70. Plausu congregari feras ad cibum
consuetudine spectatur. Spectatu, supinum. Cic. 2. Off. admitt-
antur eum, qui pecunia non mouetur, quod in quo uiro perspe-
ctum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.
- SPECTRVM**, *tri*, [*Imagine, Idolo. Gal. Phantoms, uision. Hissp. imagen ò dolo,*
phantasia.] *σάσμα*, simulacrum, seu imago oculis sese offerens.
Cic. lib. 15. Epist. Qui putant δεικνυμένων φαντασιών, spectris Ca-
tianis excitari. Et rursus: His spectris etiam si oculi feriri possint,
animus qui possit non uideo.
- SPECVLARĒ**, [*Veduta. Gal. Bessroy ou eschanguette, sentinelle. Hissp. Laa-*
talaya, lugar para atalayar.] *σκοπιά*, locus editus, & eminens, un-
de aliquid eminens uideri & prospici potest, siue sit mons, siue tur-
ris, siue lapis, siue arbor, siue quid aliud eminens. *Vir. 8. Eclo. Præ-*
ceps aeris specula de montis in altum Deferat. Oui. in Epi. Leandri.
In speculis omnis Abydos erat. Liu. 8. Bel. Pun. Ipse in Cissæo
monte speculam posuit, ut ignib. procul sublati, signum, ubi quid
molirentur, hostes, momento temporis acciperent. Virg. 3. Aene.
Dat signum specula Misenus ab alta. Est & Specula, deminutivum,
a spes, sicut a Res. Recula. Cic. Caelio. Hæc tamen oblectabar spe-
cula. f. Tullia. Pia. Perf. Ecquid est mihi in te speculæ.
- SPECVLARIBVNDVS**, *Suet. in Tiberio.*
- SPECVLARE**, *ris*, [*Specchio. Gal. Des quettes, des lunettes ou fenestre de uir-*
re par à trauers quoy on uoit. Hissp. Finiestra de uidro.] siue specular,
aris, siue *Specularium*, *tri*, fenestræ genus, admittendæ in a dis-
cium lucis, & excludendæ pluuie, uentique gratia excogitatum:
quod primum ex speculari lapide fieri cœpit. hodie magis ex ui-
treis orbibus uel tessellis plumbo iunctis. *Mart. lib. 8. Hybernis*
obiecta notis specularia pueros, Admittunt Soles, & sine luce di-
Vlpia. Specularia & uela, quæ frigoris causa, uel imbrum in
domo sunt, instrumento domus non contineri, Cassius existima-
uit. In hortis quoque ambulationes specularibus claudi so-
lere, indicat illud Iuue. Satyr. 4. Quæ uehitur clauso la-
tis specularibus antro. Hinc Specularius, larii, specularium
artifex: qua uoce utitur Vlpia. 1. Quasitum, Dige. de Fund.
instruct.
- SPECVLARIS LAPIS**, *γυδός*, lapidis pellucidi genus, in tenuissimas
crustas sectile, ex quo olim specularia conficere solebant, hoc est
fenestras admittendæ luci, & excludendo uento, imbrique ido-
neas: quod genus hodie ex orbibus tessellisue uitreis, magis con-
ficimus. *Dictus Specularis, siue quod specularia ex eo fierent, siue*
quod speculi modo lucret. Plin. lib. 2. 1. cap. 13. Vide Plin. libro
36. cap. 22.
- SPECVLARIS**, & hoc lare, adie. a *Specula*: ut, *Specularis significatio,*
quæ sit, igne & specula ostenso. Plin. lib. 7. cap. 56.
- SPECVLOR**, *laris*, [*Contemplare, specularare. Gal. Guetter, espier. Hissp.*
Contemplar, mirar, atalayar.] *κατασκοπέω*, exploro, contem-

plor, quasi e specula prospecto. *Plau. Mil. Sed Speculabor, ne quis*
aut hinc, ab læua, aut ab dextra Nostro contilio uenator adit
eum auritis plagis. Cef. 8. Bel. Gal. Qui specularandi gratia essent
remissi. Vnde Speculatores, id est exploratores, qui specula
aspiciunt, uel in bello ante exercitum explorandi gratia mitti
solent. Cæf. 2. Bel. Gall. Hac re Cæsar statim per Speculatores
cognita. Per translationem pro scrutari, Tacit. lib. 18. Sat. s. parut
ijs, qui principum offensas acriter specularant. Cicer. in Catih.
Muli te oculi & aures non sentientem specularabuntur, atque cu-
stodient. A quo fit Præspeculor, ante speculor, uel præmissis spe-
culatoribus exploro. Suet. de Cef. Exercitum neque per insidio-
sa itinera duxit unquam, nisi præspeculatus locorum situs. Hinc
Speculatus, huius speculatus, ipse specularandi actus. Plin. libro
10. cap. 37.

SPECVLATRIX, *icis*, [*Speculatrice.*] uerbale. *Cic. 3. de Nat. Deo.*
SPECVLATORIVS, *as*, *αμ, κατασκοπιός*, quod speculationi est accom-
modum, ut *Speculatoria nauigia*, in quibus in mari specularumur,
quid fiat. *Cæf. 4. Bel. Gal.*

SPECVLVM, *li*, [*Specchio, spera. Gal. Miroir. Hissp. Espejo en que nos mira-*
mos.] *κατοπτρον*, intrumentum ex uitro, chalybe, stanno, argen-
tove, intentum imaginem repræsentans: cuius inuentioem Ae-
sculapio assignat *Cic. 2. de Natu. Deo. Terent. in Adelph. In ipse*
re tamquam in speculum uitas hominum iubeo. Ouid. 3. de Arte:
quid quamque decebat, Eligat, & speculum consulat ipsa suum.
Cicer. secundo de Fin. Nec tamen argumentum hoc Epicurus a
pueris petiuit, aut etiam a bestijs, quæ putat esse specula natura.
SPECVVS, *cus*, tam masculinam quam gen. & specus, oris, neut. gen.
[*Spelunca, cauerna. Gal. Vne fosse tenebreuse, profonde & grande. Hissp.*
La Caua, hoy a ò cauerna.] *σπηλαιος*, idem quod *spelunca. Gel. lib.*
6. Sole medio & arido ac flagrant: specum quâdam nactus remou-
ta, latebrosam penetra. Hora. lib. 3. Car. Quæ nemora, aut quos
agor in specus. Ouid. 3. Met. Est specus in medio. Vir. 7. Aene. Hic
specus horrendum.

SPELAEVM, *σπηλαιον*, nomen Græcum, quod a nostris dicitur *spelun-*
ca. Vir. 10. Eclo. Inter spelæa ferarum Malle pati.

SPELVNCA, *luncæ*, [*Spelonca.*] *σπήλαιον*, antrum, specus subterra-
neus, uel montis cavitus. *Virgil. 6. Aeneid. Spelunca alta fuit, ua-*
stoque immanis hiatus. Cic. 2. de Finibus. Iam decimum annum
in spelunca iacet.

SPERCHIVS, *penult.* *σπερχειός*, fluius Thessaliæ, qui Pelio
monte effusus uelocissimo cursu defluit in sinum *Mariacum.*
Strab. lib. 8. Luca. libro 6. Ferit anne citato Maliacas Sper-
chius aquas.

SPERNO, *nis*, *spreui*, *spretum*, [*Resutare, sprezzare. Gal. Mespriser, de-*
spriser. Hissp. Menospreciar.] *ἐκφραλίω*, fastidio, despicio. *Cicer. de*
Senect. Quod spernerentur ab ijs, quibus essent coli soliti. Ter.
Eun. Ob hæc facta abs te spernor. Vir. 3. Eclo. quid prodest, quod
me ipso animo non spernis Amynta? Cic. 2. de Natu. Deo. Veri-
tas auspiciorum spreta est. Catul. Epi. 20. Hæc tu commoda tam
beata Furi Noli spernere. Hor. 1. Epi. 2. Sperne uoluptates, noceat
empta dolore uoluptas. Ouid. 8. Met. Pater huius erat, qui numina
dium Sperneret. Antiqui Spernerere dicebant pro segregare:
quod & Nonius annotauit, citans Ennium in Hectoris lytris: Ius
atque æquum se a malis spernit procul. Spernax, cis: id est, con-
tempnor, Silius lib. 8. Ductor Piso uiros spernaces mortis agebat.
Spretor, oris, eiusdem significationis. Ouid. 8. Meta. Utque deo-
rum Spretor erat.

SPERO *as*, [*Sperare, haure speranza. Gal. Esperer, auoir esperance. Hissp.*
Esperar algun bien, tener esperanza.] *ἐλπίω*, fiduciam habeo ali-
quid ex uoto successfulurum. *Plin. libro 11. Speratur largior pro-*
uentus. Hora. 1. Epistola quarta. Grata superueniet, quæ non
sperabitur hora. Cicero Attic. libro primo. A quo nihil spe-
res boni. Idem pro Deiot. Iubeo te sperare, & bono a-
nimo esse. Aliquando Sperare est existimare, seu confidere,
& tam de præsentibus, quam de præteritis dicitur. De præsen-
tibus. Quint. Facilis (ut animaduertere uos spero) defensio-
nis meæ cursus est. De præteritis Idem: Et innocentiam qui-
dem puellæ satis, ut spero, defendimus. Accipitur item pro ti-
mere. Virgil. 1. Aeneid. Si genus humanum, & mortalia
æmmitis arma: At sperate Deos memores fandi, atque nefan-
di. Vbi Seruius: Sperate, abusiue, timete: ut, libro 4. Hunc
ego si potui tantum sperare dolorem, ut perferre soror potero.
Cum alioqui proprie speremus bona, timeamus aduersa. Hæc
Seruius. Accipitur & Sperare pro gaudere. Terent. in Adelph.
Sperabam iam deservisse adolescentiam. Vbi Donatus: Recte
Sperabam, pro Gaudebam. Sic enim dicimus eum errasse nos
cernimus. Speratum, teste Nonio, ueteres dicebant, eum, qui
uxorem petie: & Speratum uirginem, quæ petitur. Afranius:
Curte, & nuncia uenire, & mecum speratam adducere, ut uideat
puellam. Postquam uero sponsio facta erat, non sperata, sed uel
dicta, uel facta, uel sponsa uocabatur. Speratus, participium.

Pla. in Merc. Spem speratam cum hanc obtulisti mihi grates ago. Sperabilis, & hoc le, quod sperari potest. Plau. in Cap. Hic ille dies est, cum nulla uitæ salus spirabilis est mihi mecum.

SPES, [*Speranza*, Gal. *Esperance*, *espoir*. Hisp. *La esperanza de algun bien.*] *ἐλπίς*, est opinio futuri boni. Cic. 4. Tusc. Spes est expectatio boni. Cæf. Bel. Ciui. lib. 2. Plenus spei bonæ, atque animi, aduersus eos proficitur. Spes pro lætitia. Virgil. 1. Aeneid. Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem. Vbi Seruius, Spem, lætitiã. Est & crebra apud Vir. figura, quæ fit, quoties significatur ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Nam spem lætitiã sequitur: spes uero in uultu non uidetur, sed lætitiã. in numero plurali habet nominatiuum, accusatiuum, & uocatiuum. Horat. 1. epist. 5. Quid non ebrietas designat? opera recludit. Spes iubet esse ratas: ad prælia trudit inermem. Liu. 1. ab Urb. Has spes cogitationesque secum portantes, urbem ingressi sunt. Sperum aut nusquam, quod sciam reperitur: Spebus rarissime. Spem pretio emere, prouerbialiter dicitur pro eo quod est certum & præsens detrimentum facere spe incerti lucri. Terent. in Adel. Spem pretio non euo. Antiqui auctore Felto declinabant, Hæc Speres huius speris. Varro. Quibus suam delectet ipse amicam, & sese speribus iacet suis. Hinc dictum putat Aspere, quasi sine sperere: & pro sperere, quasi pro sperere.

SPESIPIPPVS, *σπείπιππος*, Philosophus Atheniensis, Platonis ex sorore nepos, qui octo annos Platonice scholæ præfuit. Ferunt hunc senio confectum, sibi mortem consciuisse mœrore impulsam. Plut. uero scribit, illum pediculis effruescens interijisse. Primus inuenit, quo pacto ex gracilioribus lignis fierent uasa capacia. Composuit dialogos a Diogene commemoratos. Hunc Plato quasi Philosophiæ hæredem reliquit, ut scribit, Cicer. libro 1. Acad. quærit.

SPHÆRA, [*Sfera*, *balla*, *globo*. Gal. *Vne sphere ou globe, une cose ronde, masculine & espouffe*. Hisp. *Pella redonda, pelota.*] *σφαῖρα*, Græca uox est, idem significans quod Latinis Globus. Geometræ definiunt esse corpus solidum, unica superficie contentum, in medio sui punctum habens, a quo omnes lineæ ad superficiem ductæ sunt æquales. Cicero. 2. de Natu. Deor. Cumque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim spheram interpretari libet) ex planis autem circulus, aut orbis, qui *κύκλος*, Græce dicitur.

SPHÆRICA, *τίς*, [*Fucaccia*, *sphæricata*.] placentæ genus, quod ex multis globus in spheram, & rotundam formam coactis, ac deinde simul compactis fiebat. Cato cap. 82. Sphæricam sic facito ita uti spiram, nisi sic effingito, detractis caseo, melle: spheras pugnum altas facito: ea in solo composito, densas eodem modo composito.

SPHÆRISTERIUM, *σφαιριστήριον*, locus balnei, specie rotunda, cum alijs plerisque exercitationem generibus, tum pilæ ludo præcipue destinatus, quam Græci *σφαῖραν*, uocant. Vnde *σφαιρίζω*, pila ludo, & *σφαιριστής*, pilæ studiosus. Pli. in epist. Apodyterio suppositum est sphæristerium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. Lamprid. in Alex. Post lectionem, operam palæstræ, aut spheristerio, dabat.

SPHINX, *gis*, uel *gos*. *σφίγξ*, monstrum apud Thebas, cuius caput & manus puellæ, corpus canis, alæ auis, uox hominis, unguis leonis, cauda draconis similitudinem referbant. Dicta est autem Sphinx. *ἄπο τῆ σφίγγος*, hoc est, a contrahendo, uel uinciendo, quod prætereuntes suis quæstionibus ita stringeret, ut se expedire non possent. Scribit Lactantius Papinianæ Thebaidos interpretes, Spingia monstrum fuisse, alas, & unguis habens in similitudinem harpyiarum, quod insidens scopulo uix imminenti, insolubilia ænigmata transeuntibus proponebat: & quotquot dissoluere non poterant, unguibus, & alis inerriciebat. Ænigma autem erat eiusmodi: Quodnam animal mane quadrupes, meridie bipes, uesperitripes esset. Cuius ænigmatis nodum Oedipus ita dissoluit, ut hominem esse diceret, qui in infantia manibus & pedibus repens uerius, quam incedens, quadrupes est: Factus uir, ut qui nullo alio, quam pedum adminiculo nititur, bipes: Ingrauescentibus autem annis, assumpto Scipione tripes. Quam solutionem illa tam ægre tulit, ut se statim de saxo præcipitarit. Hinc sumptum originem adagium in Terentiana Andria, Dauus sum, non Oedipus. Sed hæc fabulosa sunt. Constant enim cum aliorum multorum, cum Alberti Magni testimonio, Sphingim animal esse ex genere simiarum, infigne duabus in maxilla maculis nigricantibus, cauda coloris fuscæ nigri oblonga. Solinus inter simias habentur & sphinges uillosæ comis, mammis prominentibus, dociles ad feritatis obliuionem. De sphingib. sic Diod. Sicul. lib. 4. Sphinges, & apud Trogloditas, Aethiopesque nascuntur forma haud eî dissimili, qua pinguntur, sed paulo pinguiorres naturâ habent mansuetam, pluribus disciplinis aptam. De his & Plin. lib. 8. cap. 21.

SPICA, *spicæ*, [*Spiga*. Gal. *Espe de blé*. Hisp. *Esfiga*.] *σάκχιν*, in frumento dicitur totum illud, quo granum continetur, cuius partes sunt

glumæ & aristæ. Cic. 5. de Fin. leges spicis uberibus & crebris. Dicta spica, quasi specia, a spe, ut inquit Varro de re rust. lib. 1. Nâ cum fruges in spicam exit, spem præbet hominibus. Seruius, spicam dictam putat a figura spiculi, quam refert, ubi primum ei foliculo erumpit. Tunc enim solum proprie spicam dici arbitrat. Sed hoc non esse usquequaque uerum satis docet Var. lib. 1. c. 48. cum granum spicæ partem facit: quod certe de spica iam primum erumpente intelligi non potest, quæ cum nondum floruerit, granum habere non potest. Verba Varronis sunt hæc. Spica in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, aristam, & etiam primitas, spica, cum oritur, uaginam. Ouid. 9. Met. Inerant lunaria fronti Cornua, cum spicis nitido flauentibus auro. Cererem in spicis interciperet. Ouid. 8. Met. de Apro Calydonio. Et Cererem in spicis interciperet, Quid sit, Cererem in spicis interciperet, iam ipse exposuit, cum inquit, Matura uota coloni. Primo enim herbescit seges, unde illud est, Segetes iproculat in herba. & in Epistolis. Adhuc tua messis in herba est. Deinde uero, ubi maturuit, in spica esse dicitur. Spicæ allij. Ruel. lib. 1. cap. 2. Cohærentes bulbi, in quos allij caput extumuit, qui seorsum cõfisi nouam creant sobolem & Nuclei, & Spicæ Latinis auctoribus appellantur. Colum. 1. 11. c. 3. Habet allium plures cohærentes spicæ. Antiquis etiam in usu erat: Spicus malge. & Spicum neutro, quod & Nonius annotauit. De neutro genere exemplum est apud Ciceronem in Arato: Spicû illustre ferens insigni corpore uirgo. Item apud Var. de Lege Mœnia: Neque in bona segete nullum est spicum nequam, Neque in mala non aliquod bonum. De mafculino genere citatur uersus uetustus a Felto, sed sine auctoris nomine: Quasi messor permissum unumquemque spicum collegit. Est & Spica signum cœlestis, oriens in Virginis parte decima. Iul. Firmicus: Quicumque in ortu spicæ natus fuerit, erit ruralibus officijs semper applicatus.

SPICA MUTICA, quæ non habet aristam, quasi mutila. aristæ enim quasi cornua sunt spicarum Var. de re rust. lib. 1. cap. 48.

SPICEVS, *aum*, [*Di spica*. Gal. *D' espis, fait d' espis*. Hisp. *Cosa de materia de espiga*.] *σαχύριος*, quod ex spicis est. Tibul. Flaua Ceres tibi sit nostro de iure corona Spicæ. Messis spicæ. Virgil. 1. Georg. Spicæ iam campis cum messis inhorruit, & cum Frumenta in uiridi stipula lætentia turgent. Ouid. 2. Metam. Stabat nuda ætas, & spicæ ferta gerbat.

SPICIFER, *aum*, *pe*. *cor. σαχυρόρος*, quod fert spicas: ut, Ceres spicifera a poetis dicitur. Seneca Hercul. Oetæo. Et spiciferæ concessa deæ Attica Myrta claudit Eleusis. Mart. lib. 10. Non Hybla, non me spicifer caput Nilus.

SPICILEGIUM, [*Spigolo*. Gal. *La glane qu' on amasse apres les moissonurs, cui lette d' espis*. Hisp. *Obra de coger, ò cogimento de espigas*.] *σαχυρολογία*, collectio spicarum, uel spicæ ipsæ in agro a messoribus præteritæ. Varr. 1. de re rust. capitu. 53. Melle facta spicilegium uenire oportet. Hinc Spicilegium facere, dicuntur, qui messorum terga insequentes, spicas ab ijs præteritas colligunt.

SPICO, *as*, [*Spiciolare*, *mandar fuori le spighe*. Gal. *Getter hors les espis*. Hisp. *Echar fuer a las spigas*.] *σαχυροποιέω*, spicas emitto. Plin. lib. 18. cap. 7. Grana in stipula crinito textu spicantur. Hinc Spicatus, *ta*, tum, nomen adiectiuum, quod habet spicas. Et lib. 24. cap. 15. Chamæcissos spicata est tritici modo.

SPICIO, *is*, spicere, [*Guardare*. Gal. *Veoir, regarder*. Hisp. *Ver, mirar*.] *σπείρω, σπείρωμαι*, uerbum est obsoletum, quo antiqui utebantur pro aspiceret: seu intueri: quod & Festus annotauit, citans locum Pla. in Mil. Quo supercilio spici.

SPICVLATORES, [*Alabardieri*. Gal. *Sergeants ou officiers portans janelino, archers de la garde*. Hisp. *Hombres armados que acompañar los principes*.] *σπουδῶοι*, satellites principum, a spiculis, quæ gestant. Cornæ. Tacit. Dilapsis spiculatoribus.

SPICVLO, *as*, [*Aguzzar la punta*.] *ἀκονάω*, cuspidem acuo. Pli. lib. 11. Telum perfodiendo tergory quo spiculauit ingenio.

SPICVLVM, *li*, [*Dardo, punta*.] *λήγχνησις*, lancea breuis, seu (ut Vegetius ait) telum missile, cuius ferrum est triangulum, unciarum nouem, hæcile pedum quinque & semissis. Antiqui pilum neutro genere uocauerunt. Ad huius iactum exercebantur milites, ita ut arte & uirtute directâ, scutatos pedites & loricatedos equites sæpe tranfuerberarent. Plaut. in Caf. Si non impetrauit, spicula etiam infortita sunt mihi. Cic. in Pison. L. Crassus spiculis prope scrutatus est alpes. Virgil. 5. Aene. Gnoſſia bina dabo læuato lucida ferru spicula, cælatamque argento ferre bipennem. Accipitur & pro sagitta. Virg. 11. Aen. Spicula conuerso fugientia dirigit arcu. Aliquando Sagittæ ferrum, seu cuspis ipsa, & aculeus, ut sunt spicula sagittarum, & aculei apum. Cur. Alexander sagitta iactus est, quæ in medio crure reliquerat spiculum. Virgil. 3. Georg. de apibus. Et spicula cæca relinquunt. Dictum spiculum, a spicarum specie.

SPINA, *æ*, [*Spino*. Gal. *Es spine*. Hisp. *Es pina*.] *ἀκάρθα*, proprie est aculeus sentis, uel rubi, quo pungimur. Virgil. 5. Eclog. Carduus & spinis surgit

furgit palurus acutus . Col.l. 11. c. 3. Ea sunt ualissimarum spina-
rum maximeque rubi, & paliuri, & eius quam Græci uocant
κνώσβατον, nos sentem canis appellamus. Spinam facere dicitur
asparagus, cum percreuit, & spinosus fit. Colum. lib. 1. cap. 3. Spi-
na etiam dicitur, uertebrae in quocumque animali conte-
ntus inter se, (quam & Græci ἀκνθας, nominant) qui est a collo,
ad extremum usque os, quod sacrum dicitur, sic autem appellata
est, quod ipse uertebrae in suo contextu processus utrimque ostē-
dant spinis haud ab similes. Plin. lib. 11. cap. 3. Spina lumbis ossa,
sed tereti structura, per media foramina a cerebri a medulla descē-
dent. Eadem esse ei naturam, quam cerebro colligunt: quoniam
prætenui eius membrana modo incisa statim expiretur. Spina et-
iam pro aculeo, qualis serpentibus & hylicibus, & plerisque pi-
scibus inest. Plin. lib. 8. cap. 35. Hytrices generat & Africa spina
contectas. Spinæ per translationem pro difficultatibus. Cicer. 5.
Tusc. peripatetici spinas partiendi, & definiendi prætermittunt.
Spineus, spinea, spineum, ἀκνθίσιος, quod ex spinis factum est:
ut, Cornua spinea. Vincula spinea. Ouid. 2. Metam. Baculumque
capit quem spinea tortuam Vincula cingebant. Spinosus, nosa,
uosum, spinis abundans, Varr. 2. de re rustic. cap. 3. Quod uili
sæpe uenit his, quæ inter se cornibus pugnant, atque in spino-
sis locis pascuntur. Spinosa oratio, per translationem, pro du-
ra & aspera. Cicer. 1. de Orat. Hæc erant spinosa quædam, &
exilis oratio.

SPINETICVM, unum ex Padi ostijs, quo Claudius Cæsar e Britan-
nia triumphans, prægrandi illa domo uerius, quam nauis, intra-
uit Adriam, a Spina urbe nomen habens, quam conditam uolunt
a Diomede. Plin. lib. 3. cap. 16.

SPINETVM, ti, [Luogo piantato di spine. Gal. Vn' espinaye. Hisp. Espinal.]
ἀκνθών, locus spinis abundans. Plin. lib. 10. cap. 74. Añinus spini-
netis fe scabendi causa atterens, Virgil. 2. Eclo. Occultant spina
lacertos.

SPINTER, βραχιονίσηρ, armillæ genus erat, teste Festo, quo mulieres
utebantur in summo brachio sinistro. Plaut. in. Menæch.

SPINTRIÆ, dicti sunt reptores monstroæ libidinis, nouiq. con-
cubitus. Suet. in Tiber. c. 43.

SPINVS, [Prugnolo susino saluatico. Cal. Prunelior, pruner sauvage. Hisp.
Circello montes.] agrestium prunorum arbor, quod spinis referta
fit. Virgil. 2. Geo. Spinus iam pruna ferentes.

SPIONICVS, ca, cum, adiectiuum: ut, Spionicus gustus, id est, gustus
uuz spionix, de qua Colum. lib. 3. cap. 2. Pli. lib. 4. cap. 2. Colum.
lib. 3. cap. 21.

SPIRABILIS, lo, [Spirabile. Gal. De quoy nous halenons, qui cause qu'on get
te uent. Hisp. Cosa que espira, y con ella espiramos.] ἰμπυδύστον, uita-
le, quod spiramus. Virgil. secundum Aeneid. Per superos, at-
que hoc cæli spirabile lumen. Spirabilis animus. Cicero 2. de
Natur. Deor. Animum ipsum spirabilem siquis quærat unde
habemus.

SPIRACVLVM, li, [spiracolo. Gal. souspirail, respirement. Hisp. Respiradero.]
φυστήριον, per quod odor, æræ expiratur, aut exhalat. Vir-
gil. 7. Aeneid. Sæui spiracula Ditis, id est aditus, ait Seruius. Plin.
lib. 2. cap. 93. In Sinuessano agro & Puteolano sunt, quæ spira-
cula uocant.

SPIRÆ, arum, ἀσπίρα, sunt reuolutiones, siue circuli, qui in se ip-
sos non recurrunt: unde in matronarum ornamentis Spiræ dican-
tur, ut est uidere apud Plin. lib. 9. cap. 35. ubi meminit Lollix Paul-
linæ Caij principis matronæ. In serpentibus quoque Spiræ dican-
tur, cum in orbem contracti quosdam quasi circulos imitantur.
Virg. lib. 2. Geor. Squameus in spiram tr. ctu se colligit anguis.
& lib. 2. Aeneid. Spirisque ligant ingentibus. Funes item nautici
in orbem conuoluti, proprie Spiræ dicuntur. Item spira dicitur
funiculus, qui a pileo ad fauces extenditur, & sub mento al-
ligatur. Iuuen. Satyr. 8. Et longo iactetur spira galero. Basis
item columnæ, unius tori aut duorum, spira dicitur. Plin. libro
36. capitu. 23. In Ephesæ Dianæ xæe columnis spiræ subdi-
cæ. Item spira genus operis pistoriij, ut ait Festus, Cato: Spi-
ram sic facito: Quantum uoles pro ratione, ita uti placenta sit,
eadem omnia facito. Ennius etiam spiram, hominum multitu-
dinem uocauit. Fest.

SPIRAMEN, inis, [spirame] φυστήρις, per quod exit spiritus: ut Nar-
ris spiramina. Luca. lib. 2. Hic aures, alius spiramina naris adunçæ,
Stat. 2. Theb. Reficit spiramina fossi Ignis.

SPIRAMENTVM, ti, [spirame] φυστήριον, per quod exit spiritus.
Virgil. lib. 4. Geor. Certatim tenuia cera Spiramenta linunt. Spi-
ramentum, portus. Plin. libro 31. capitu. 6. Spiramentum cauernæ.
Iustinus. Virgil. 1. Geor. Seu plures calor ille uias, & cæca re-
laxat Spiramenta.

SPIRITVS, [spirito, animo fiato. Gal. Haleine, ment, esprit, ame, souffler. Hisp.
Espirito soplo.] πνοή, πνεύμα, halitus, idem enim sunt, Spi-
ritus, Halitus, & Anima. Cicer. 2. de Natu. Deor. Tribus rebus
& animantium uita tenetur, cibo, potione, spiritu. Idem de Sen.

Quorum usque ad extremum spiritum prouecta est prudentia.
Auterre ipiritum sine sensu doloris. Cicer. in Verr. Accipitur ali-
quando spiritus pro uento Virgil. 12. Ac uelut Edoni Boreæ
cum spiritus alto Insonat Aegæo. Nonnumquam etiam pro ani-
mi elatione. Cicer. pro Sylla: Res geitæ, credo meæ, me nimis
extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus attulerunt. Carl. libro
3. Bel. Ciuil. His rebus tantum fiducia: ac spiritus Pompeianis
accessit.

SPIRO, ras, [spirare, mandar suora, mandar su il fiato, esalare. Gal. Hale-
ner, getter hors son uent, souffler. Hisp. Espirar, de respirar, achar à fuera el
soplo.] πνέω, spiritum uero, animum emitto & attraho. Pli. Hæc
duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent. Idem
lib. 9. c. 8. Spirant confessione omnium & paucissima alia in mari.
Spirare, flare: ut, Valentius spirat Eurus, id est flat. Ouid. 11. Met.
Cum inare sub noctem tumidis albescere cœpit Fluctibus, & præ-
ceps spirare ualentius Eurus Clementius spirant Austri. Stat. 2.
Sylu. Aliquando Spirare, est odorem aliquem emittere, siue ex-
halare. & sic constructur cum accusatiuo. Virgil. 1. Aeneid. Ambro-
sæque comæ diuinum a uertice odorem spirauerit. Exta spiran-
tia, hoc est palpitantia. Virgil. 4. Aeneid. Spirantia consulit ex-
ta. Spirantia signa, hoc est, tam artificiose facta, ut uiuere, atque adeo
spirare uideantur. Virg. 3. Geor. Stabunt & Patij lapides spirantia
signa. A spiro, Conspiro, Expiro, Inspiro, Interpiro, Prospiro, Re-
spiro, & Subspiro, suis locis.

SPISSAMENTA, [Spessezza] uocantur, quæ a Græcis εἰσπύματα, dicitur,
quæ unguentorum confectionibus, & oliuarum, aliorumque
id genus fructuum condituris extrema adduntur, ne e fluitet, quod
conditum fuerit. Col. lib. 12. cap. 46.

SPISSE, συνῶδες, πυκνός, dense, siue ad multam spissitudinem. Pli. lib.
36. cap. 25. Cicer. de Cla. Or. Spisse, atque uix, ad Antonium Craf-
tumque peruenimus.

SPISSESCO, scis, scere, πυκνῶσαι, πήγνῶσαι, spissum fieri. Celsus. l. 5.
de Curat. aduersus ictum aspidis: Eadē uie uisibile est spissescen-
tem intus humorem hominis ab eo discuti. Luc. lib. 6. Fecit ut an-
te cauum docui spissescere nubem.

SPISSITAS, atis, [Spessezza] πυκνότης, Spissitudo. Plin. l. 28. c. 30.

SPISSIGRADVS, βραδύπυς, qui tardo passuum motu in ambulando
uitur. antiqui enim Spissum dicebant pro tardo. Hinc Spissigra-
dior, & Spissigradissimus. Pla. in. Pœn.

SPISSO, as, [Inspissare. Gal. Faire ou rendre espais, resserer et restraindre:
Hisp. Espessar lo ralo de liquido.] πυκνῶω, πήγνυμι, spissum facio. Plin.
lib. 11. c. 41. Omne lac igne spissat. Spissari in panē farinæ modo,
Pli. lib. 13. c. 4. Dentes pectinatim spissati. Idem. lib. 31. c. 11. Dentes
in circuitu marginum habent, pectinatim spissatos. Ouid. 15. Met.
Ignis enim denium spissatus in arca tranfic. Nubes spissatæ, Luca.
lib. 4. In spisso, & Conspisso, suis locis.

SPISSVS, a, um, [Spesso. Gal. Espois, massif. Hisp. Espesso, macizo.] πυ-
κνός, idem quod densus: cui opponitur Rarus. Virg. 2. Geor. Scrobis
bus superabit terra repletis Spissus ager. Ouid. 1. Met. Et liquidū
pisslo secreuit ab aere cœlum. Plin. lib. 12. cap. 24. Aspalathi pro-
batio est in colore rufo, uel igneo, tactuque spisso. Corona spissa
uiris. Virg. 9. Aen. Non tam spissa uiris. Quandoque significat tar-
dum. Pla. in Cistel. Spissum hoc est, amanti dicere, uenit. Cic. ad
Att. lib. 10. omnia adhuc tarda & spissa. Cæci. Dardano: omnes res
spissas facit. Hinc etiam Spississimus pro tardius. Varro My-
sterijs, ut citat Nonius, Nascimur spississus, quam emorimur. A spis-
sus sunt spissior & Spississimus. Plin. lib. 12. cap. 12.

SPLEN, huius splenis, ni. ge. [Milza. Gal. La rate. Hisp. El bazo.] σπλήν,
uiscus est in sinistra animalis parte situm, succos crassos & mel-
ancholicos in hepate genitos ad se attrahens, quorum parte sub-
tilissima cum se aluerit, quod superest, proprio quodam me-
atu ad uentriculum remittit. Latini Lienem appellant. Celsi
libro 4. Splenim sinistra parte est in testino innexus, natura
mollis & rarus, longitudo & crassitudinis modicæ. Plini.
libro 8. capitu. 23. uiscera sine splene. Pers. Satyr. 1. petulanti sple-
ne cachino.

SPLENDEO, es, ui, [Risplendere, rilucere. Gal. Reluire, resplendir. Hisp.
resplandecer.] λαμπρῶ, luceo. Mart. libro quatto. Et acies multo
splendet alba pilo. Virgil. 7. Aeneid. Splendet tremulo
sub lumine pontus. Cicer. pro Sext. uirtus in tempestate
quieta est, & lucet in tenebris, splendetque per se semper,
neque alienis inquam sordibus obsolescit. Hora. primo. Car.
Ode. 24. Vixit me Glyceræ nitor Splendentis Pario marmo-
re purius.

SPLENDESCO, scis, [Farfi lucente.] λαμπυρίζω, splendidus fio. Apul.
Cum iam Aurora splenderet. Mart. libro octauo, Desuat,
& lento splendet turbida limo Amphora. Cicer. in Parad.
Nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendet orati-
one, & tamquam excolatur. Virgil. 1. Geor. Depresso inci-
piat iam tum mihi taurus aratro Ingemere, sulco tritus sple-
descere uomet.

SPLENDIDE, [Splendidamente . Gal. *Illustrément, magnifiquement*. Hisp. *Resplandecientemente*.] λαμπρὸς, laute, magnifici. Cic. 3. Tuf. acta ætas honeste ac splendide, tantæ affert consolationem, ut eos, qui ita uixerunt, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter tangat.

SPLENDIDVS, dida, idam, [Splendidus, resplendente . Gal. *Clair & reluisant*. Hisp. *Resplandeciente*.] λαμπρὸς, clarus, lucidus, nitidus. Cic. in Parad. Reuiscat Curius, aut eorum aliquis, quorum in uilla, ac domo, nihil splendidum, nihil ornatum tuit, præter ipsos. Vir. 1. Aeneid. At domus interior regali splendida lux. Hor. lib. 3. Car. Ode. 13. O fons Blanditiæ splendidior uitro, Dulci digne mero. Cicer. 1. Offic. In maximis animis splendidissimiq; ingenij plerumque existunt honoris, imperij, potentia, gloria, cupiditatis. Splendidus homo, id est, magnificus, diues, laucus, liberalis: cui opponitur sordidus. Cic. d. Fini. C. Plotius Eques Romanus splendidus.

SPLENDOR, oris, [Splendore, luce. Gal. *resplandissement, lueur, clarté*. Hisp. *Resplandor*.] λαμπρὸς, lux, nitor, claritas. Plaut. in Merc. Cælum ut splendore est plenum, nonne ex aduerso uides? Hor. 1. Ser. Sat. 4. Hunc capit argenti splendor. Per translationem pro decore, dignitate, gloria, unde Splendor nominis, Splendor familiaris, Splendor uirtutum: Cicer. pro Pomp. Nunc imperij nostri splendor illis gentibus lucet.

SPLENETICVS, lienosus, cui post inflammationem lien in pristinum non restituitur habitum, sed tumor permanet. Plin. lib. 20. cap. 9.

SPLENIATVS, a, um, [σπληνιῶν, splenio obuolatus. Mart. lib. 10. Cur spleniato sæpe prodeam mento?

SPLENIVM, splenis, [σπληνίον, emplatris genus oblongum, quod sese fronti ad sedandos capitis dolores solet adhiberi, quamquã & alij partibus interdum accommodatur: nomen habens ab oblonga splenis figura. Mar. Splenia tolle leges. Plin. lib. 29. Superimponi oportet splenium.

SPOLETIVM, tij, [Spoleto,] σπολήτιον, ciuitas in Umbria: etiam hodie nomen retinens. Inde Spoleterius, a, um, pen. produ. σπολήτινος, ut ab Arretio Arretinus. Mar. lib. 13. de Spoleterinis quæ sunt cariosa lagenis.

SPOILIARIVM, tij, [σποδύτηριον, proprie locus ante balneum in quo loturi sese spoliabant, accipitur tamen & pro quouis alio loco, in quo quis uestibus, pecunia, aliave re a latronibus exiuit. Plin. in Panegy. non spoliarium ciuium, cruentarumque prædaram sæuuum receptaculum.

SPOLIATIO, onis, [σπύλλασις, spoliorem detractio, depopulatio. Cic. 4. Ver. sanorum spoliaciones.

SPOLIATOR, [Spogliatore . Gal. *Pillur* . Hisp. *Despojador*.] λαρύργος, qui alterum spoliat. C. c. 6. Ver. spoliatorem uexatoremque eorum defendens.

SPOLIATRIX, Mar. lib. 1. Sic Spoliatricem commendat Faustus amicam. Cicer. pro Cæ. Venus Spoliatrix.

SPOLIO, as, [Spogliare. Gal. *Despoiller, piller, destrouffer*. Hisp. *Despojar*] σπύλλω, exiuro, nudo, orbo, priuo, spolia detraho. Liu. 1. ab Vrbe. Regem in prælio obruncat, & spoliat. Cic. 6. Ver. Apollonium omni argento spoliasti, Terent. in Hec. Quin spolies, mutilis, laceres. Virgil. 5. Aeneid. Pars spoliatur aras. Luc. lib. 3. Triti spoliantur templa rapina. Cicer. 3. Ver. Nesciebas ab eo Cn. Carbonem consullem non modo relictum, sed etiam spoliatum auxilijs. Idem pro Quin. qui amicum, socium, affinem, fama, & fortunis spoliare conatus est. Vir. 5. Aeneid. Cedit, quoniam spoliato magistro est.

SPOLIOR, [Spogliare,] inquit Nonius, antiqui dicebant pro Spolio: unde Despolior, & Expolior, in actiua significatione leguntur. Afra. Quos impune depopulatur & despoliatur dedecus. Quadrigarius, agrum Campanum expoliabatur.

SPOLIUM, lij, [Bottino. Gal. *Despoille, pillage, butin*. Hisp. *Despojo de los enemijos, presa, arrobio*.] σπύλλον, quicquid hostibus detrahitur, ut ait Ser. Vir. 8. Aen. Tergemini nec Geryonis, spolijsq; superbus Alcides. Spolia opima, quæ dux duci detrahit, qualia fuerunt ea, quæ primus omnium Ioui Feretrio obtulit Romulus, rege Cenensium manibus suis in acie occiso. Liu. lib. 1. ab Vrbe.

SPONDA, spondæ, [Sponda. Gal. *Vn chaslit, ou les côtes d'un chaslit*. Hisp. *La cama de lecho de madera d mejor, los lados de la cama, d las orillas*.] later lectissimi spondæ sunt tabulæ, quæ utrumque lectum sustinent. Mar. lib. 1. Nec nudi sponda grabati. Virgil. 1. Aene. Aurea composuit sponda, mediamque locauit. Hora. Epod. 3. Extrema & in sponda cuber.

SPONSA, æ, Cic. Att. Sua cuique sponsa.

SPONDEO, des, spondeo, sponsum, [Promettere. Gal. *Promettre de franche uolonté*. Hisp. *Prometer*.] ἀπαδέχομαι, idem, quod sponte promitto. Cic. 14. Phil. Panfa aut morte, aut uictoria se satisfaturus reip. spondeo. Idem Lentulo. libro 1. Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spondesti. Idem ad Trebonium. l. 15. Quod ego non modo de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi. Vir. 12. Aen. Quæ iam spondet fortuna salutem? Quid. in Ibin:

Te fera nec quicquam placidum spondentia Martis Sydera preserunt. Spondere puellam dicitur pater alieui, cum pollicetur, futurum esse, ut eam uxorem ducat. Plaut. Trin. Spondeo ergo tuam gnatum uxorem mihi? Spondeo. Eius composita sunt Conspōdeo: unde Veteres Conspōdes dicebant, teste Felto, fide inuua obligatos. Et Conspōdes duo, pluresve eandem rem promittentes. Cic. Leptæ: De negotio tuo, quod spondeo es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit. Despondeo, & Respondeo, de quibus alibi.

SPONDEVS, p. p. [σπονδῆϊος, pes duabus syllabis longis constans, qui in Heroico uersu omnem sibi uendicat locum, licet raro quinto loco reperiatur. Dicitur, quod in sacrificijs, & libamentis eo maxime uterentur. nam σπονδῆϊον libamentum, sædusque, ac sponsonem significat. Cic. de Orat. Ne spondeus quidem funditus est repudiandus.

SPONDYLVS, siue Sphondylus, m. g. [σπονδυλος, ήσφόνδυλος, nodus seu uertebra spinæ dicitur. Sunt autem in ipsa spina spondyli quatuor & uiginti, quorum septem collum constituunt, duodecim thoracem, quinque alij lumbos. Spondylus in mari animal apud Pl. lib. 32. c. 11. Spondylus calculus æneus, quo suffragia sua iudices Athenis dabant, ut est apud Iulium Pollucem. Spondylus, uerticulus, quod opponitur fuis, ut nendo melius uertatur. Spondylus callus, siue caro interior otreorum. Plin. lib. 25. c. 5. Spondylo uerit Martialis pro animalium officulis, lib. 7. Rosos tepenti spondylos sinu condit.

SPONGIA, [Spongia, spongia. Gal. *Eponge*. Hisp. *sponja*.] σπγγος, quiddam est, in natura tertium ordinem habens, ut neque animal, neque frutex sed tertium quiddam, ac medium inter utrumq; genus dici possit, quod Græci ζόουτον, appellant. Plurib. locis in saxis marinis nascuntur spōgiæ diuersisq; nominib. ab antiquis distinctæ quoniam non una est earum bonitas & usus. Sensem ijs inest apparet, quia ubi auu! forè sensere, contractæ multo difficilior abstrahuntur: auu! re relinquunt in petris ueluti cruoris uestigijs, atq; ex ijs quasi molliores peniculi recreseunt. Spongiæ antiqui in delicijs habuerunt strigilum uice, linteorumq; illis utentes ad distringenda & mundanda corpora. quapropter purpura tingebant eas, alias cura candidas faciebant, tinctas per ætatem salis spuma ad lunam & pruinis sternentes inuerfas, ut candorem biberet. Apud antiquos in usu erant tergendarum mensurum, adhibebanturq; ad obscena emundanda. Mar. l. 14. Hæc tibi forte datur tergendis spōgiæ mensis Vitilis, expresso cum leuis imbre tumet. Cic. de Nat. In pulmonibus inest raritas quædam, & similis spongijs multitudine. Senec. lib. 10. episto. Vnus e Germanis lignum id, quod ad emundanda obscena adhærente spongia, totum in gulam farfit. Accipitur & Spongia, pro asparagi fatiui radice, apud Plin. & Colum. lib. 11. cap. 3.

SPONGIOLA, æ, [σπγγίλιον, demin. a Spongia, quo nomine etiam significatur quiddam squamatim compactum e cynorrhodi ramis paræ spongiæ modo dependens. Plin. l. 25. c. 2. Spongiolæ, radice læ asparagorum inter se implicatæ. Col. lib. 11. cap. 3.

SPONGIOSVS, adiect. [Spongioso,] σπγγιδνος, quod similitudine spongiæ habet. Plin. lib. 11. cap. 37. pulmo spongiolus.

SPONGIARE, a πωσπγγίζεν, spongia extergere. Apicius.

SPONGIARES, σπγγοθηραι, qui spongas captant. Purpuratores, qui purpuras piscantur. Cæ. Rhod. lib. 8. cap. 11.

SPONSALIA, orum, [Sponsalio, maritaggio. Gal. *Fiançailles, l'accorde & apointement du mariage à uenir*. Hisp. *Promessa por casamiento*.] μνηστῆρα, promissio, siue stipulatio futurarum nuptiarum. Sponsalia hoc modo fiebant. qui uxorem ducturus erat, ab eo unde ducenda erat, stipulabatur ea sibi in matrimonium tradituri. qui daturus erat, itidem stipulabatur eam ducturi. is contractus stipulationum sponsionumque dicebatur sponsalia. Vide Gel. lib. 4. cap. 1. Vlp. l. 2. de sponsali. Sponsalia dicta sunt a spondendo: nam moris fuit ueteribus stipulari, & spondere sibi futuras uxores. Iuu. Sat. 6. Sponsalia nostra tempestate paras.

SPONSIO, onis, [Promissione, promessa. Gal. *Promesse*. Hisp. *Promessa, fiança d apuesta*.] ἐγγυον, uerbale a Spondeo, idem quod promissio. Paullus de uerbo. signific. Sponsio appellatur non solum quæ per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio, promissioque. Erat etiam Sponsio, genus actionis apud antiquos, quod fiebat interposita stipulatione certæ pecuniæ. quæ perderet is qui sponsione uinceretur, & coram recuperatoribus aut alio iudice disceptabatur. Erat autem decima pars controuersæ rei in causis priuatis, in publicis autem quinta apud Græcos auctore Polluce, pœna scilicet temere litigantium. Cic. lib. 3. Offic. Cum is sponsionem fecisset, nisi iur bonus esset. Fiebat sponsio plerumque in interdicitis, id quod ostendit Quin. in 7. Efficiendū est, ut de re quacumque bene sentiat iudex. sic enim iuri nostro libentius indulget, ut in sponsionibus quæ ex interdicitis fiunt, etiam non tantum possedisse nos, sed etiam rem nostram possedisse dicere oportebit. Cic. in Ora. pro Cec. Restituisse se dicit: sponsio facta est hac de

- spontione uobis iudicandum est. Sponsio uoti. Cicer. 2. de leg. Diligentia uotorum satis in lege dicta est, ac uoti sponsio, qua obligamur deo.
- SPONSIO**, *fas*, [Promettere. *sposare*.] *μυσθ'ω*, frequentatiuū a spondeo, quod significat uxorem sibi stipulari. Paul. de ritu nup. l. 1. Quam uis sponsare non prohibeatur.
- SPONSOR**, *eis*, [Segurā. Gal. Qui promit. promettant. Hisp. Prometedor. *fiador*.] *ἐγγυητής*, qui pro altero spondet. Cicer. Att. l. 1. Tulliola tuum munusculum flagitat, & me, ut sponsorem appellat. Spōsor item dicitur is: qui puellam uiro promittit. Ouid. *Epi.* 2. Qui mihi coniugij sponsor & obles erat.
- SPONSVS**, *si*, m. g. [Sposo. Gal. Accordē & fianzē. Hisp. Esposo.] *μυσθ'ω*, cui sponderetur puella, siue qui spondendū eam se ducturum. Sponsus, & puella, quæ sponderetur. Pla. *Casi*. Huc uenisti sponsam præreptum meam? Iuuen. *Sat.* 1. Quem sponsæ turpes, & prætextatus adulter.
- SPONSVS**, *sus*, [Promessa. Gal. Promesse. Hisp. Obra de prometter, promessa.] *ἐγγύς*, sponsio. Seru. Sulpic. Si post eas stipulationes uxor non dabatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat.
- SPONSVS**, *a*, um, *μυσθ'ω*, particip. pmissus. Terent. in *Eu.* Scis sponsam mihi subaudi, *Esic*. Idem *Phor*. Quæ spōsa est mihi.
- SPONTALIS**, & hoc le, [Voluntario, spontaneo.] *αὐτόματος*, *αὐθαίρετος*, idem significat quod spontaneus, ultro neus. *Apul.* lib. 4. Cum nulli nostrum spontale parricidium suadens periuadere posset.
- SPONTE**, [Da sua posita, di uoluntā. Gal. De bon gre sans contrainte, uolontairement. Hisp. Voluntariosamente.] *αὐτόματος*, nomen ablatiui casus idem ualens, quod *Utro*, hoc est, propria uoluntate. Cic. *Att.* Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie fecerā. *Virgil.* 4. *Eclo*. Sponte sua sandix pascentes uestiet agnos. Hinc *Spontaneus*, *a*, um, quod est uoluntarium, aut naturale. Sunt qui putent Sponte aduerb. esse, quod certe uerum esse non potest, tum quod admittat secum adiectiuum, quemadmodum alia nomina substantiua: ut *Mea*, *tua*, uel *sua* sponte: quod non raro legatur eius genitiuus Spontis. *Cel.* libro 1. capitu. 1. *Sanus*, qui & bene ualet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet. *Varr.* libro. 2. de re rustic. Spontis suæ itauerat finem.
- SPORTA**, *sportæ*, [sporta. Gal. Vn panier ou uincorbeille. Hisp. La espuerta.] *αυπη*, aut a sparto herba, quæ frequens apud Hispanos nascitur, aut ab asportando, ualis genus, ex uimine, iuncis, aut sparto, aut simili leuiore materia. *Salust.* libro. 2. *Histo*. E muris canes sportis demittebant. *Colu.* lib. 8. cap. 7. Sportis inclusæ pendeant aues.
- SPORTVLA**, *æ*, [sportella.] *αυπηδίου*, dem. a Sporta. *Plaut.* in *Curc*. Qui incedunt suffarcinati, cum libris, cum sportulis. Idem in *Me*. Sportulam cape. Et quoniam in sportulis pecunia, quandoque etiam cibus in quotidianum usum deferri solebat, factum est uti Sportula pro ijs cibus, pro ea pecunia acciperetur, & quæ a magnatibus ijs quotidie dabatur, qui ipsos officij gratia essent conuati, aut domi saluassent. *Iuuen.* *Sat.* 1. Nunc sportula primo Limine prima sedet turbæ rapienda togatæ. Idem *Sat.* 3. Nonne uides quanto celebretur sportula fumo? A Sportula fit aliud deminutiuum Sportella, genus quoddam bellariorum significans. Cic. *ad Pætum*: Dediscendæ tibi sunt sportellæ, & artolagani.
- SPRETOR**, *oris*, [spregi, tore.] *Ouid.* 8. *Met.* Vtq. deorū spretor erat.
- SPUMA**, *spumæ*, [spuma, schiuma. Gal. Escume. Hisp. Espuma.] *ἀφρός*, & raris quædam fæx; quæ per ebullitionem, aut uehementem agitationem rebus liquidis supernat. Cic. de *Nat. deo*. Venus spuma procreata, & c. *Vir.* 1. *Aeneid*. Spumas salis ære ruebant. *Ouid.* 3. *Mera*. Spumaque pestifero circumfluit, albida rictu. *Virg.* 3. *Aeneid*. Ter. spumam elisam.
- SPUMATVS**, adiect. [schiumato, spumato. Gal. Couuert ou plein d'escume. Hisp. Espumado.] *ἀφρός*, spuma aspersus. Cic. 1. de *Diui*. Saxaque caua salis niueo spumata liquore.
- SPUMATVS**, *tus*, *tui*, substantiuum. *Sta.* 1. *Sylua*.
- SPVMESCO**, *is*, *erēs*, spumofus fio. *Ouid.* *Epist.* 2. At si nostra tuo spumescant æquora remo.
- SPVMOSVS**, *a*, um, [spumoso.] *ἀφρώδης*, spuma abundans. *Vir.* 10. *Aeneid*.
- SPVMIFER**, *a*, um, [spumoso. Gal. Qui porte escume, escumant. Hisp. Cosa que tiene de trabe espuma.] spumolus, ut *Fluctus* spumiferi. *Sata.* l. 2. *Achil*.
- SPVMIGER**, *a*, um, [spumoso.] idem quod spumifer. ut, *Fons* spumiger, *Ouid.* lib. 1. *Met.* *Lucr.* lib. 5. Spumigeri suis aduentu, ualidique leonis.
- STILLICIDIUM**, cidij, [Grondana. Gal. Degout, ou esgout qui chet d'en haut. Hisp. Gotera.] σταχυιδς, locus in quem e tecto guttæ decidunt: quasi stillarum cadium, Cic. de leg. ut libellos conficiam de stillicidiorum, ac parietum iure? Idem in Orat. Quam indecorum est, de stillicidijs cum apud unum iudicem dicas, amplissimis uerbis, & locis uti communibus, de maicitate popul. Rom. submisit & subtiliter?
- STILLO**, as, [Gocciare, giocciolare. Gal. Degouter, cheoir goutte à goutte. Hisp. Gotear, destillar alguna cosa gota a gota.] σταχυιδς, guttatim fluo, siue emitto. Plin. lib. 28. cap. 7. Contra morsum eiusdem bibitur stillaturque. Hora. de Arte: Stillabit amicis. Ex oculis rorem. Lucan. lib. 7. Sanguineis stillauit roribus arbor. Iuuen. Saty. 3. Nam cum facitem stillauit in aurem exiguum de naturæ patrizque ueneno. Stillans, tis, participium. Cic. 2. Philip. Qui stillantem præ se pugionem tulit. Ouid. Am. Eleg. 8. Sanguine (si qua fides) stillantia sidera uidi. Stillatus, a, um, participium. Ouid. 2. Metam. Inde fluunt lacrymæ, stillataque sole rigescunt. Stillatio, onis, actus stillandi Destillo, Distillo, Extillo, & Instillo suis locis.
- STILO**, Megarensis philosophus, tempore primi Ptolemæi, discipulus Paclis Thebani: præfuit scholæ Megarensis: scripsit Dialogos uiginti. de hoc Cic. de Fato.
- STIMVLO**, as, [Stimulare, pungere. Gal. Esquillonner, poindre, piquer, poinsonner, inciter. Hisp. Agujonear, d'incitar.] ταρομω, pingo, cômoueo, ago, concito, incito. Ter. in Heau. Magis me amicæ dicta stimulant. Cic. pro Sex. Ros. Hunc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctesque stimulat, ac pungit. Ad Att. J. 9. Me congressus Cæsaris stimulat. Liu. 2. ab urb. Hæc indignatio ferocem animum ad uexandum sæuo imperio exercere stimulat. Plaut. in Cist. Iator crucior, agitor, stimulo, uersor in amoris rota. Vir. 4. Aene. Ecce iterum stimulat. Hinc extimulo, qual de stimulo. Colu. lib. 7. Libidinis extimulatus furij.
- STIMVLVS**, lis, [stimolo, spuntione. Gal. Esquillon ou aguillon. Hisp. Agujon, d'incitamento.] αβυρον, σταυριδς, proprie dicitur fustis acutæ cuspidis, quo rustici boues supungunt. Plaut. in Afin. Utinam nunc stimulus in manu mihi sit. Per translationem dicitur omne illud, a quo uexatur. Cicero. 2. Tuscula. Non modo stimulos amoris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus. Hinc Stimulum carnis, & uitiorum dicimus. Plaut. in Truc. Ne ista stimulum longe habet, quæ usque illinc cor pungit meum. Virgil. 3. Georg. Cæci stimulos auertere amoris. Ouid. 2. Met. Parce puer stimulis.
- STIMVLATIO**, onis, [stimulatore. Gal. Aguillonnement ou esquillonnement. Hisp. Obrã de agujonear.] κεντιμως, ipse stimulandi actus. Plin. lib. 35. cap. 2. Erat hæc stimulatio summa & ingens. Stimulator, oris, κεντρος, Cic. pro Domo: seditionis stimulator & concitator tu fuisti. Stimulatrix, tris, Plin. in Moss. Ut enecem sceleratam stimulatricem. Stimuleus, a, um, p. c. ut, Supplicium stimuleum quod stimulis infligitur. Pla. in Milite. Nisi tibi supplicium stimuleum deditur. Deducoris pleniorum herum faciam tuum. Stimulatus, a, um, particip. ut Rabie furenti stimulus animus. Catul. epig. 48. Ouid. 1. de Arte, Iurgia præcipue uino stimulara cauato.
- STINGO**, siue stinguo, is, xi, ctum, [Estinguere. Gal. Estindre. Hisp. Apagar.] σβεννυω, eiusdem significationis est cum Extinguo. Cic. in Prognost. Stinguntur radij cæca caligine tecti. Lucr. lib. 2. Euanescere paulatim, stinguique colorem. Distinguo, Extinguo, Interstinguo, Instinguo, & Restinguo, suis locis.
- STIPATIO**, onis, ipse stipandi actus. Cic. pro Sylla: stipatio, greges hominum perditorum. Plin. lib. 10. cap. 22. stipatioem naturali.
- STIPATORVS**, qui in nauibus onera componunt, εστακται, Item satelites, quos principes corporis custodix causa sibi adhibet, & σπουδωποι, a stipe quam accipiebant: uel quod reges stipent, & undique circumdant, ac claudant, pene constringentes, instar apum circa ipsarum regem: aut quod ipsi ferro stipati sint. Cic. lib. 2. Offic. Præmittebat de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres. Hos antiqui a Latere Latrones uocabant. Horat. 1. Seru. Satyr. 3. Neque te quisquam stipator ineptum Præter Crispinum sectabitur.
- STIPENDIALIS**, le, [Tributario.] σταταλινς, idem quod stipendiarius: unde Fædus stipendialis, apud Sidonium Apollinarem.
- STIPENDIARIVS**, a, um, [Tributario. Gal. Tributaire, taillable. Hisp. Pechero que paga a quel dinero.] σταταλινς, tributarius, qui soluendo stipendio

pendio obnoxius est, Ciuitates stipendiariae, quibus certum singulos in annos imperatum erat tributum. Cael. Com. 7. Reliquas ciuitates stipendiarias habent. Stipendiarij substantiue, stipendiariae ciuitatis incolae. Cic. 1. Ver. Socij, stipendiarij. populi Romani afflicti, miseri.

STIPENDIORARIS, [Fare Stipendio. Gal. Estre soldoy, gaigner, loyer. Hisp. Merecer sueldo.] *μισθορρέα*, stipendia facio, uel mereo. Plinius libro 6.

STIPENDIUM, dij, [Paga, stipendio. Gal. Les gages des gens de guerre, leur solde, loyer. Hisp. sueldo ó salario.] *μισθορρέα*, militare, seu praemium quod militibus datur. ex stipe, & pendo, quod ante nummum signatum quaestores stipem militibus appendere solebant, non annuumerare. Stips autem dicebatur ab antiquis a stipando, quod eo tempore, quo pop. Rom. aere graui utebatur, in cellulis aere solebat stipari. nam etiam exiguae aere grauis summam maiorem faciebat, cumulum, quam ut crumenis uel loculis possent includi. Paulo aliter. Vlpia. de uerb. signi. l. 1. ager. Stipendium (inquit) a stipe appellatum est, quod per stipes, id est, modica aera colligatur. Emeritis stipendijs, & Confectis stipendijs in eadem dicuntur significatione. dicebantur enim Stipendia confecta uel emerita, cum elapso tempore iustae militariae, nihil iureiurando soluebantur. Cicero pro lege Manilia: partem militum, qui iam stipendijs confectis erant, dimisit. Emerita stipendia ambitionis. Cicero de Senect. At illa quanti sunt animum, tamquam emeritis stipendijs libidinis, ambitionis, cupiditatum omnium, secum esse. Explere stipendia. Tacit. lib. 3. quamquam ipse plures per provincias quadraginta stipendia expleuisset. Facere stipendia pedibus. Liui. Sed qui tum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset. Stipendium etiam dicitur tributum genus, quod quis tenetur soluere principi, aut reipublicae. Liui. l. 2. l. 1. pauperes satis stipendij pendere, si liberos educunt.

STIPES, huius stipsis, [Tronco. Gal. Un tronc d'arbre, ou un gros pien ó gros baston. Hisp. Tronco del arbol, el madero ó palo derecho.] *κρούς*, truncus, aut ualidus sustis humi defixus. Cael. 1. Bel. Cui Fossas tranuersas uis perducit, atque ibi fudes, stipesque praecutis defigit. Ouid. 4. Fast. Querno religant in stipite funem. Per translationem accipitur, pro stulto, inulto, & facuo. Terent. in Heaut. Caudex, stipes, afinus, plumbus. Cicero in Piso. Tamquam truncus, atque stipes si tetisset modo posset sustinere titulum consulatus.

STIPAS, [Rempire le fissure. Gal. Estouper, entasser. Hisp. Recalcar ó supir ó castribar.] *επιπύω*, rimas obturo, condensio, in unum cogo, claudendo coarcto. *σπύω* τὴν στυρίαν, condensare. unde & Stypare, siue Stupare, quidam scribendum existimant. Aut certe a stupa, hoc est, lini purgamento, quod in stipandis nauium rimis solet adhiberi. Coll. lib. 7. cap. 8. Stipatur per plura tabulata. Virgil. de Apibus: At cum liquentia mella Stipant. Idem 3. Aeneid. Stipaque carinis Ingens Argentum. Stipari item dicuntur principes, qui custodiae causa satellitio cinguntur: item qui amicorum, clientum, comitum uel turba sepuntur. Liui. lib. 5. Stipatus agmine armatorum, in forum irrumpit. Cicero ad Att. lib. 1. Cum ad forum, stipati gregibus amicorum, descendimus. Virgil. 1. Aeneid. Magna iuuenum stipante caterua. Stipatus, stipata, stipatum, Virgil. lib. 11. Aeneid. Namque omnis eum stipata tegebat Turba ducum.

STIPIS, stipsis, & Stipsis, huius stipsis, foem. gen. [Paga, mercede. Gal. Paye loyer, une piece de monoye, denier ou autre chose. Hisp. Moneda que se coge para pagar sueldo, paga.] pecuniae genus, quod per capita colligi solet, quod *εγυρμός*, dicitur a Graecis. Cicero 2. de leg. ex xi. 1. Tab. praeter Idem Matris famulos, nequis stipem cogito. Et rursum Stipem sustulimus, nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idem Matris excepimus. implet enim superstitione animos, & exhaurit domos. Pecunia quoque, quam uel in aeternum reponerent, uel dijs offererent, uel mendicis porrigerent, ad sustentationem uitae, Stips dicebatur, a stipando, quod in cella stipabatur: id est, componebatur. Pli. epi. 1. 61. Gurges purus & uitteus, ut numerare iactas stipes & relucens calculos possis. Stipem magnam conferre haeres, id est, fructum. Col. lib. 1. 3. c. 1. Conferre stipem. Vlp. de coll. illic. Sed tenuioribus permittitur stipem mensuram conferre. Spargere stipem. Plin. lib. 23. c. 10. Populus Rom. stipem spargere cepit Sp. Postumio, Q. Martio. coss.

STIPICVS, adiectiuum, siue potius Stypicus, *στυπικός*, quod uim habet stipandi, hoc est, densandi: *σπύω* τὴν στυρίαν, densare. Plin. lib. 11. cap. 23. Quae ex his phoeniceum colorem habet, ulcerum habet stypicam uim.

STIPULA, *σ*, [Stopia, strepola. Gal. Estoule, estouble, tuyau de blé, chaume. Hisp. La paga, como caña de trigo.] *κάλυμη*, a stipa, siue stupa deducitur, siue quod stupae instar uratur, siue quod ea quoque stipari teatorum rimae consueuerunt. Est autem stipula, calamus frumenti, puta tritici, hordei, & similibus, quod scilicet continet spicam, cuius internodia Genicula dicuntur, & aliquando Genua: similitu-

dine genuum animalis. Oui. 4. Fast. Moxque per arduas stipulae crepitanter aceruos Traiicias celeri streua membra pede. Virg. 1. Geor. Culmumque leuem, stipulae quoque uolantes. Stipula etiam dicitur, quae remanet in campo, demelle frumento. Virg. 1. Geor. Saepe etiam steriles incendere profuit agros, Atque leuem stipulam crepitanter urere flammis. Spicae praeterea, quae post messem terga a tenuioribus legi solent, stipulae appellantur. Ter. in Adel. Meridie ipso faciam, ut stipulam colligat.

STIPULATVS, *σ*, *ὀμολογία*, stipulatio. Plinius: Iouis, deorum summi, stipulati.

STIPULATOR, *σ*, *στυπλάτωρ*, est certa & solennia quaedam uerba concipere, quibus is, qui interrogatur aliquid se daturum, facturum uel promittit. & quibus proprie de ijs interrogationibus dicitur, in quibus de pecunia agitur, eo quod a stipe dictum putetur: transfertur tamen ad omnes rogationes, quae de quauis re interponuntur. Cicero 2. de Leg. Si is, cui legatum est, stipulatus est id ipsum, quod legatum est, ut ea pecunia ex stipulatione debeatur. Col. in Praef. lib. 10. Foenoris tui Siluine, quod stipulanti sponderam tibi, reliquam pensuunculam percipe. Haec autem duo Stipulator, & Promissor opponuntur. quod docet Iureconsult. tit. de Verb. obli. Stipulatio (inquit Pomponius) est uerborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturam facturam uel se, id quod interrogatus est, respondet, *στυπλάτων*, Cicero ad Att. lib. 16. Est nondum stipulationes legeram. Seneca de Benefi. lib. 3. cap. 16. Utinam nulla stipulatio emptorem uenditori obligaret. Est autem Stipulator (secundum Priscianum) uerbum commune, quod tam in actiua, quam passiuua significatione ablatiuo iungitur. Dicimus enim Stipulator abs te, pro rogo te, peto abs te, & Stipulator abs te, pro rogo abs te. Iuu. Quantum uis, stipulare, & protinus accipe, quod do. Quo in loco est actiuae significationis. Suet. uero passiuue protulit: Praetoriam lectoria, quae uetat minorem annis uiginti quinque stipulari id est, interrogari. Plaut. quod passiuue dixit: Nili doleo malo instipulatus sis. Idem Cur. Ibidem erunt scorta exoleta, quique stipulari solent. Hinc Astipulo, consentio. Cicero lib. Acad. Fallum esse Stoici dicunt, & eorum astipulator Antiochus. & in Orat. pro Quintio. Testes nostri cum astipulatore tuo comparabuntur. Instipulator. Plaut. in Pseud. Minae uiginti, quas abs te est instipulatus etiam Pseudolus. Restipulator, suo loco.

STIPULATIUNCULA, *σ*, deminutiuum a Stipulatio. Cicero 1. de Ora. Cum in circulo decipiaria aduersarij stipulatiuncula.

STIRIA, [Acqua agghiacciata, che stia pendente. Gal. Goutte d'eau gelée qui pend. Hisp. El cerrión ó gota de agua elada.] *σταλαγμός*, proprie est aqua frigore concreta, pendens, guttatimque stillans. Virgil. 3. Geor. Stiriaque impexis induruit horrida barbis. Martia. libro 7. Turpis ab inuito pendebat stiria naso. Plin. Destillantes hyberno gelu stiria.

STIRPITVS, *σ*, *εὐσθραγ*, aduerbium, idem quod funditus, seu radicitus. Cicero 4. Tusc. Hunc errorem, quasi radicem omnium malorum, stirpitis philosophia se extracturam pollicetur.

STIRPS, huius stirpis, [Progenie, stirpe. Gal. Race, lignée. Hisp. Generation, linaje.] *γενεά*, modo foem. gen. est, idem significans quod origo, progenies, soboles. Virgil. 7. Aeneid. Heu stirpem inuisam. Ouid. 2. Metam. Semifer interea diuinae stirpis alumno Latus erat. Modo masculini gen. & significat imam firmissimamque arboris partem, quam & Truncum appellamus. Virgil. libro 12. Cum semel in siluis imo de stirpe recilum. In qua significatione inuenitur etiam foemininum, Hor. Stirpesque raptas, & pecus, & domos. Stirps quaestiois origo, fundamentum, per translationem. Cicero 4. de Fini. Differo etiam partem, quae quasi stirps est quaestiois.

STIRPESCO, *σ*, *ε*, ere, in stirpem conuerti. Plin. lib. 9. cap. 8.

STIRVA, *σ*, *εὐσθραγ*, aratri manica, quae tenetur manibus, cum aratur. Virg. 1. Ge. Stiuaque, quae currus a tergo torqueat imos. Ouid. 8. Met. Aut pastor baculo, stiuue innixus arator. Dicta stiuua a stano, quia super eam regula stat, & est, quasi temo inter boues.

STILATA, genus nauigij (inquit Festus) latum magis, quam altum: a latitudine sic appellatum: sed ea consuetudine qua Stilotum pro lotum, Stilitem non litem dicebant antiqui, qui dictionibus ab l, incipientibus, st, litteras praeponebant. A Stilata Stilatarius dicitur, qui Stilata uehit, sicut a Scapha Scapharius. Stilatarius, uim, dicitur, quod mari portatum est, quasi Stilata aduectum. Iuu. Sat. 7. Spondet enim Tyrio stilataria purpura filo.

STILEMBVS, [Tardo.] grauis & tardus. Lucilius: Atque equum pedibus Stilembum. Festus.

STILITVS, iudicandis dicebant ueteres, pro litibus iudicandis. Festus.

STOAS, *σ*, *σταν*, [Stare.] eiusque deriuata. uide Stare.

STOICI, [Stoici.] *σοῖκός*, philosophi appellati sunt, a σοῖς, quod significat porticum, quo conuenire ad differendum solebat. erat enim porticus Athenis dicta Poecile, ex uarietate picturae. (Graeci enim

σπίλον, uarium dicitur) in qua Zenon, primus eius sectæ auctor, philosophiâ profictebatur, unde & secta Stoica, philosophi Stoici nuncupati sunt, qui antea Zenonij dicebantur, a Zenone doctore. Hanc porticum pinxit Polygnotus gratuito.

STOICVS, ca, cum, Cic. Tusc. a laqueis stoicorum recedamus.

STOLA, stolæ, [Stola. Gal. *Vn habillement, & principalement celui d'une femme jusques aux talons. Hist. Quelquier vestidura, & vestidura propria de mulieres castas.*] Græcorum uocabulum est, quo illi quodlibet uetis genus significat, ἀπό τῆς ἐλέλεως, ab incidendo. unde Plutarchus scribit, ab Alexandro cuidam esse permisum, ut stola Persica uteretur. hoc est, cultu Persico. Idem in Dione Dionysium maiorem ait eo diffidenti processisse, ut ne fratrem quidem aut filium in cubiculum admitteret, nisi prius illi suam stolam posuissent, & aliam sumpsisset. Apud Latinos tamen ad honestæ tantum matronæ uetem hoc nomen translatum est, quæ usque ad imos pedes demissa erat, & cuius extremam partem ambibat instita alluta, quæ erat fasciola quædam siue limbus. Vlp. l. Veitis. ff. de aur. & arg. leg. Muliebria sunt (inquit) quæ matrisfamilias causa parata sunt, quibus uir non facile uti potest sine intemperatio- ne, ueluti stolæ, pallia, tunica, &c. Cic. 2. Phil. Sumpsi uirilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. Ouid. 2. Trist. Equid ab hac omnes rigida summuimus arte: Quas stola constringit sumptraque uicta uetat? Val. Max. lib. 2. Vt inuoluta nianus alienæ tactu stolæ relinqueretur. Hinc Stola nonnumquam pro ipsa matrona, siue honesta muliere figurate accipitur. Papius in Siluis: Hinc eques, hinc iuuenem cœtu stola mita laborat. Stola etiam accipitur pro ueste sacerdotali, Apud Apul. Lult. Mer. Processit duodecim sacratus stolis.

STOLATVS, a, um, σολιδωτός, stola ornatus. uerum quoniam (ut iam docuimus) stola honestarum tantummodo matronatū uestis erat, factum est, ut stolatum accipiamus pro matronali & honesto. unde stolatam mulierem pro locuplere & primaria dicimus ut contra Togatam, pro plebeia, & minoris dignitatis, ut non obscure innuit Hor. lib. 1. Seru. Sat. 2. Stolatulus pudor. hoc est, matronalis uerecundia. Mar. lib. 1. Quis Floralia uestit, & stolatum Permittit meretricibus pudorem?

STOLIDE, [Paζζαμεντε. Gal. *Sotement, naissance. Hist. Bona y locamen re.*] Liu. 5. Bell. Puni. Id non promissum magis stolide, quam stolide creditum.

STOLIDVS, da, dum, [Paζζο, goffo. Gal. *sot. nias. Hist. Bmo, loco*] ἀβέλτερος, excors, stupidus, stultus. Terent. in Heaut. Stolidus est, Plau. Epid. Ego illic me ad simulabam quasi stolidum. Liu. 4. Bel. Mac. Armatos paulisper contumit, ut stolidam fiduciam hosti auget. Ouid. 1. 1. Met. Rursus erant domino stolidæ præcordia mentis. Plau. in Mil. Nullum est hoc stolidius saxum.

STOLON, stolonis, ἀραυαίς, inutilis, & quasi stola fruticatio, ex arborum radicibus. Plin. lib. 17. ca. 1. Fuerunt ab arboribus cognomina antiquis, ut Stolonum Licinæ genti. Var. lib. 1. de re rust. cap. 2. Stolonis illa lex, quæ uetat plus, quingenta iugera habere ciuem Romanum, & qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmat cognomen, quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo.

STOMACHICVS, σωμαχικός, proprie is dicitur, teste Aegineta, cuius stomachicus, siue uentriculus cibum assumptum non retinet. Plin. l. 25. cap. 5. scribit helleborum mederi stomachicis.

STOMACHOR, macharis, [σδερμαχ. Gal. *se courroucer & despitier. Hist. Esparse.*] διαρρήγνυαζ, & γαυακτείν, indignari, ac turbari. Cicero Cass. Si stomachabere, & moleste ferere, plura dicemus. Terent. in Eunuc. Adueniens mecum stomachabat. Cic. 4. Tusculan. Au. uero uir fortis nisi stomachari cœperit, non potest fortis esse? Stomachans, tis, participium. Cic. de Cla. Ora. Videre quempiam irascentem & stomachantem. Hinc Substomachor, de quo suo loco.

STOMACHOSVS, chofa, chofum, [Crotiafo, coeleroico, fastidioso. Gal. *Coelere & despit, qui se courrouce & despit aiséement. Hist. Ayrazo, d' saimudo, d' el que toma fastidio d' enojo.*] ἐργίλος, iracundus, qui facile indignatur, ac cuncta fastidit. Cic. 2. de Orat. Me ualde illa promouent stomachofa, & quasi submorosa ridicula. Litteræ stomachofæ, quæ indignationem iracundiamque scriptoris præ se ferunt. Cic. ad Appium: Stomachofiores meas litteras, quas dicas non intelligo.

STOMACHVS, chi, [stomacho. Gal. *Estomach. Hist. La bocha del estomago o uentre.*] σμάχος, fistula, per quam cibus descendit. Plin. lib. 11. cap. 37. Summitum gulæ Fauces uocantur, postremum stomachus. Cic. 2. de Nat. Deo. Lingua ad radices eius hærens stomachus excipit. Cels. lib. 4. cap. 1. Duo itinera incipiunt, alterum asperam arteriam nominant: alterum Stomachum. Arteria exterior ad pulmonem, Stomachus interior ad uentriculum fertur. illa spirum, hic cibum recipit. Et paulo post: Stomachus uero, qui interfinorum principium est, neruosus, septus, a septimæ spinæ uertebra incipit, & circa præcordia cum uentriculo cõmittitur. Ventri-

culus autem dicitur, qui reepraculum cibi est. Hactenus Celsus. Improprie tamen Stomachus accipitur pro uentriculo, qui cibum concoquit. Iuu. Sa. 5. Si stomachus domini feruet uinoque ciboq. Cels. lib. 1. cap. 2. Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, imbecillo, coacescit. Hor. 2. Ser. Sat. 2. Ieiunus stomachus raro uulgaria temnit. Et paulo post: Latrantem Stomachum bene lenit cã fale panis. Dicitur stomachus, ἀπό τῆς σματος, καὶ χέω, quod cibum inferiore orificio ad intestina transfundant. Stomachi resolutio. Cels. l. 4. cap. 5. Vulgatissimum uero, pessimumq. stomachi uitium est resolutio, id est, cum cibi non tenax est, foletq. definire ali corpus, ac sic tabe consumi. Plin. l. 9. c. 48. Vomitum, dissolutionemq. stomachi protinus creat. Interdum stomachus ponitur pro indignatione siue iracundia. Cic. 4. Tuscula. Tractata definitione fortitudinis, intelligens eam stomacho non egero. Cic. Q. Fr. li. 6. Superiori epistolæ quid respondeam, nihil est, quæ plena stomachi, & querelarum est. Stomachus, pro animo, quia quemadmodum stomachus facile eo cibo mouetur, a quo natura abhorret: sic animus eas res maxime auerfatur, quas suæ naturæ contrarias esse sentit. Cic. ad Cels. lib. 2. Nosti non modo stomachi mei, sed etiã oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium, Hoc est, Nosti animum meum præ fastidio id facere non posse. Interdum in bonam partem capitur pro facilitate. Plin. in Prol. Argumentum huius stomachi mei habebis.

STOMATICSVS, σωματικός, oris uitio laborans, cui os est exulceratū. Plin. lib. 24. cap. 14. Huius flos cum melle epiphoris illinitur, & ignibus sacris, stomachicisque ex aqua bibendus datur. Stomatica item dicuntur quæ oris ulceribus medentur. Plin. lib. 22. cap. 9. Stomatici tamen. Cels. lib. 5. cap. 18. interpretatur, quæ aperiendi uim habent.

STOREA, reæ, [Stora, stuoia. Gal. *Nate on autre conuerture qu' on estend sur terre. Hist. La Estera de espartos d' juncos.*] σπέα, teges uilior, ex iacis, aut stramentis, quæ humi sternitur. Plin. lib. 15. c. 16. Dicta Storea, ἀπό τῆς σπέρωνος, sternere.

STRABO, onis, [Che guarda in trauerso, guercio. Gal. *Louche ou bigle. Hist. El que tien los ojos toruios.*] στραβός, qui oculos habet distortos. Cic. 1. de Natu. Deo. Ecquos insigni nota strabones, aut paxos esse arbiramur? Plin. lib. 11. capitu. 37. Vni animalium homini oculi deprauantur, unde cognomina Strabonum & Pætorum. Est etiam Strabo insignis Geographi nomen, qui temporibus Augusti, & Tiberij claruit. scripsit commentarios geographicos, qui etiam hodie omnium manibus tenentur.

STRAGES, stragis, [strage, occasione. Gal. *Abatement ou abat de gem, tuerie, deffaitte. Hist. Estrago de cuerpos muertos.*] ὄλεσπος, ὄργος, clades, occisio, uel (ut Valla interpretatur) cadauerum interfectorum multitudo. Cic. ad Att. libro 1. Quas ego pugnas, & quantas strages edidi. Liu. libro 8. Per arma, per uiros late stragem dedere. Virgil. 9. Aeneid. Quas ibi tum ferro strages, quæ funera, Turnus ediderit.

STRAGVLVM, li. uel stragula, ἄγκλμα, σράμα, genus uestis, inquit Alconius. Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Quidquid infernebant, a sternendo Stragulum appellabant. Vlpia. accipit pro ueste exteriori, quæ reliquis iniicitur, quale est Græcorum pallium. In stragulis ite dormiebant, unde pro uerbio monemur, ut stragula semper conuoluta habeamus: hoc est, ut pudoris uerecundiaque limites non trãsrediamur. Item quæ equis iniiciuntur. Stragulas ite uestes, siue stragula pro auleis, siue peripetasmatibus accipiebant ueteres, quod ijs & triclinia, nonnumquam etiam lecti infernebantur. Tibul. lib. eleg. 2. Nec stragula picta soporem. Cic. 4. Ver Dico te maximum pondus auri, argenti, plurimam uestem Melitensem, plurimam stragulam, &c.

STRAMEN, inis, [strame, letto di paglia, saccone. Gal. *Foirre, estrain, litte re. Hi. La paja de la cama, lecho, los pañs para endereçar la cama.*] κάρπον, siue stramentum, culini frumentacei, inde dicti quod pecori, substernantur. Varr. de re ru. lib. 1. cap. 50. Tertio modo metitur, ut stramentum medium subsecent. Col. lib. 6. cap. 3. Hybernæ stabulationi bouum præparanda sunt stramenta. Cels. lib. 6. Bel. Gal. Casæ quæ more gallico stramentis erant testæ. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Si & stramentis incubet.

STRAMENTICVS, cia, cium, ex stramento, ut, Tectum stramenticiuum.

STRAMINEVS, a, um, [Di strame.] κάρπον, ex stramine. Prop. l. Eleg. 17. Straminea possit dux habitare casa. Ouid. 2. Amo. Ble. 9. Stramineis esse non quoque densa casis.

STRANGVLO, as, [Strangulare. Gal. *Estrangler, suffoquer.* Hist. *Ahorar*] ἀχρω, σκαγγαλέω, stringendo gulam neco. Plin. libro 7. Fabius in lactis haustu uno pilo strangulatus est. Cic. ad Pætum libro 9. Nos ridicule, si dicimus, ille patrem strangulauit, honorem non præfamur. Transfertur & ad alia: ut cum hominem cura strangulari dicimus. Iuuen. Sat. 10. Sed plures nimia congesta pecunia cura Strangulat. Strangulare diuitias in arca, est conclusas seruare, nec quicquam inde ad sumum, aut ad amicorum usum depromere. Sta. 2. Sil. Non tibi sepositas infelix strangulat

solent equifones, e corpore sordes, abrādendo. Strigilib. item utebantur ueteres in balneis, ad radendis sordes corporis ludorēque tergendum, præcipue in frictionibus ante cibum. Fiebat autem hæc ex auro, argento, ferro, interdum etiam ex pumicibus. Pers. Satyr. 7. I puer, & strigiles Crispin & balnea defer. Indi etiā ex hebeno strigiles conficiebant, teste Strab. lib. 15. Strigiles etiā sunt uelaria quibus athletæ post laborum stringuntur. Pl. de spōgia: Prætat & strigulum uicem, linteorumque affectis corporis. Alii Strigilem accipiunt pro quodam uasis genere. Plau. in Persa: Ampullana strigilem, scaphium, foccos, palium. Cic. lib. 4. de Fin. Si ad illam uitam, quæ cum uirtute degatur, ampulla, aut strigilis accedat. Et hinc Hispani (ut inquit Plin. lib. 33. cap. 3.) Strigiles etiam uocabant aut paruulias matras. Item Strigil aluminis genus pumicosum & foraminosum, sicutulis spongix simile, rotundumque natura. Cornel. Cels. Medicamentum in aurem per strigilem instillari iubet. Strigiles etiamnum sermone uernaculo pificali quidam dicuntur, quorum frequens fit captura, per hyemes. Hanc dictionem Prisc. a stringo, uel a Græco σελγη, deduci existimat. Budæus: Strigiles in antiquis libris Vitruuij impressis bene legebatur, ubi nunc Striges, legitur, & Strigium lib. 4. c. 4. & lib. 5. cap. 7. Nam id uerbum apud Celsum legitur, l. 6. c. 7. Strigilis, inquit Nonius, certum est esse foemini generis. antiqui & neutro protulerunt.

STRIGILLO, las, uerbum est a stringendo deductum, eiusdem cum illo significationis. A quo Obstrigillo obsto, impedio. Varro. Dicebat amicis ut illis nunciaretur le obstrigillaturum, ne triūphus decerneretur.

STRIGIVM, uel his Hispanica. Pl. Iurat se strigium oppignerasse. **STRIGMENTVM**, ti, *επισμαρτύριος, & γλοιός*, Hermolao, sordes quæ ex corporibus radantur. Cels. 2. c. 6. Aluus uaria pestifera est, quæ strigmentum sanguinem, bilem uiridem repræsentat. Vnde Strigmenta olei dicimus: ceromata. id est, sordes olei, quæ ex unctorum athletarum corporibus radantur. Pl. lib. 15. c. 4. Notum est octogenis sefertis strigmenta olei uendidisse.

STRIGOSVS, aum, [*macilento. Gal. Maigre & qui n'a que les os, esclancé, restreci, languoureux. Hisp. Muy magro, consumido.*] *μαλαρός*, macilentum, quasi strigosum: unde iumenta strigosa dicta sunt, quorum corpora restricta sunt fame, aut alia uitij causa. Colum. lib. 6. c. 37. Et lib. 7. cap. 6. Hic etiam male habitus dicitur. Gel. Equum strigosum, & male habitum. Strigosus orator, per translationem ieiunus, ineptus. Cicer. de Cla. Ora. Lyllias est genere toto strigosior. Id est tenuior.

STRINGO, gis, xī, ctum, [*stringere. Gal. Estraindre & fort serrer. Hisp. Estrénir & apretar.*] *πλενω*, arcto. Cicer. Offic. Nullum uinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt. Plin. Apprehensamque manu stringit. Quandoque pro percute-re ponitur. Virgil. lib. 10. Atque animum patriæ strinxit pietatis imago. Quandoque decerpere, colligere. Idem in Bucol. Hic ubi densas Agricolæ stringunt frondes. Quandoque pro rado, Idem lib. 8. Ego sum, pleno quem flumine cernis Stringentem ripas. Quandoque pro uulnerare. Idem in eodem. Hunc primum leuis hasta Themillæ strinxerat. Quandoque pro attenuare, quod stringendo fieri solet: ut Stringere remos. Stringere enfem: est nudare. Idem libro 11. Strictum rotat acer Lucagus enfem. Astringo, Constringo, Distringo, Destringo, Obstringo, Perstringo, Præstringo, Relstringo, & Substringo, suis locis.

STRIX, gis, [*strega. Gal. Cheuesche ou frexye. Hisp. La louxa, que de la noche.*] *στίαρος*, auis quædam nocturna & importuna: a tridendo dicta, Lucan. lib. 6. Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur. Plin. lib. 11. cap. 39. Fabulosum arbitror de strigibus uerbera eas infantium labris immulgere. Esse in maledictis iam antiquis strigem conuenit, sed quæ sit auium constare non arbitror. Hæc Plin. Ouid. autem infantes sine nutricum custodia relictos a strigibus e cunis rapi tradit, sanguinemque omnem illis exorberit. Sic enim habet. 6. Fast.

Sunt auidæ uolucres, non quæ Phineia mensis Gutturæ fraudabant: sed genus inde trahunt. Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ. Canities pennis, unguibus hamus inest. Nocte uolant pueros petunt nutricis egentes, Et uitiant cunis corpora rapta suis. Est illis strigibus nomen, sed nominis huius Causa, quod horrenda stridere nocte solent. Ab huius auis nocimento Striges appellamus mulieres, puellulos fascino suo contactu. Serenus. Præterea si forte premit strix atra pueros: Virosa in mulgens exertis ubera labris. Striges, etiam dicuntur olera uilia, ut apud Plau. in Pseud. Non condimentis condiunt, sed strigibus. Strix frumenti genus apud Hippocratem.

STROBILVS, pen. cor. *σπόβιλος*, pinx pinea, quæ & Cocalus, & a for-

ma conus appellatur, ut non raro in loco testatur Galenus. Ab huius similitudine & cardum satium Strobilum a Romanis fuisse appellatum, auctor est Dioscorides, uoce quidem Græca, sed tunc forte quotidiana, & in usum populi recepta. Quin & pinum ipsam Strobilum aliquando legimus appellari. Plinius quoque arborem quandam ex pinaitorum genere hoc nomine appellat. l. 16. cap. 10. Est & Strobilus, saltationis genus, apud Pollucem. Eodem etiam nomine ab Aristotele uocantur flatus ex inferiore loco sursum reuoluti.

STROBVS, bi. fœ. ge. arbor odorifera, de qua Plin. in l. 12. c. 17. **STROMBVS**, concha tortilis in mari, nomen habens a figura. Plin. lib. 32. cap. 11.

STROPHA, æ, [*sottigliezza, στροφή*], impostura; Iudificatio: a uerbo Græco σπείρω, uerbo: unde & a nostris Versutia dicitur. Hieronymus contra Rufinum. Vis scire totas argutiarum tuarum strophas. Mar. lib. 3. Nihil stropharum est.

STROPHADES, *στροφάδες*, sunt diæ insulæ in mari Ionio, ad occidentale latus Peloponnesi, quæ antea Plotæ dicebantur. Strophades dictæ a conuersione Calais & Zethæ, qui ad has usque insulas Harpyas persecuti, inde reuerti sunt. nam στροφή, inter cætera conuersionem significat. Vir. 3. Aen. Excipiunt Strophades: Graio sunt nomine dictæ insulæ Ionio in magno.

STROPHIARIVS, arii, qui strophia facit. Pl. in Aul. **STROPHIVM**, phijs, *σρόβιον*, fascia per thoracis, quæ tumorem cohibet papillarum uirginalium. Turpilium: Inter tunicam ac strophium collocatam. Strophia etiam coronæ dicebantur, ab intigni, quod imponebatur capitibus sacerdotum. Plin. l. 2. c. 1. cap. 2. In enuicibus utebantur antiqui coronis, strophia appellantes. Cicer. de Arusp. resp. Publius Clodius a mitra, a muliebribus soleis purpureis que fasciis, a strophio, a psalcrio est factus repente popularis.

STRVCTILIS, & hoc struclile. pen. cor. *κτασκηπιδός*, quod struclum est, strucliles columnæ, quæ non sunt ex uno lapide sed ex multis, quibus opponuntur Solidæ, quæ ex uno solido que conitant lapide. Sepes strucliles, id est, manu factæ, quibus opponuntur uix. Col. lib. 11. cap. 3.

STRVCTOR, charis, [*Edificatore, dispensatore, scilco. Gal. Bastisseur, comme masson ou charpentier. Hisp. El que compone & edifica.*] *κτασκηπιδός, τεκτων*, faber, qui aliquid struit. Cic. ad Q. Fr. lib. 2. Re agebatur multis strucloribus. Strucltores annonæ. Cic. Att. lib. 14. Strucltores nostri ad frumentum profecti. Strucltores item dicuntur, qui instruendi mensæ, ciborumque. apponendorum curam habent. Item ij, qui decoro manuum gestu cibos discerpunt. Mar. li. 10. Et quæ non egeant ferro strucltoris Ofellæ.

STRVCTVRA, [*Edificio, ordinanz, compositione. Gal. Bastiment, comme massonnerie ou charpenterie. Hisp. Fabrica, edificio.*] *κτασκηπιδός*, ædificium, siue compositio, & ordinatio. & Colum. lib. 1. ad strucluram cum primæ statim fundamenta iiciuntur. Lucan. lib. 6. Prima quidem surgens operum strucltura f. fellit Pompeium. Cicer. de opt. gen. Orator. Verborum strucltura quædam duas res efficiens, numerum & lenitatem. Ouid. 4. Fastor. Et strucltura mei carminis esse potest.

STRVCS, is, [*Pilla. Gal. Monceau, tas de bois. Hisp. Monton, hacina de leña para quemar.*] *δύκνος*, a Struo, proprie lignorum congeries est. Liu. 1. Bel. Pun. Struem ingentem lignorum faciunt. Strues item dicebatur genus libi, quod addebatur in sacris. Ouid. lib. 1. Fast. Hæc adolet flammis cum strue farra suis.

STRVFACTARIJ, dicebantur, qui festum, aut ut Sipontinus legit, fartum libi genus, cum strue altero libi genere ad sacra ferebant. Festus.

STRVFACTARIOS, dicebant, inquit Festus, qui quædam sacrificia ad arbores fulguri. as faciebant, a ferro scilicet, quodam sacrificij genere.

STRVICES, *κτασκηπιδός*, inquit Festus, ab antiquis dicebantur omnium rerum instructiones. Plau. in Men. Tantas struices concinnat patinarias.

STRVMA, æ, [*Scrofula. Gal. Escrouelles, goitre. Hisp. Puerca & lamparon.*] *κτασκηπιδός, χοιράς*, tumor, ceruicem præcipue infestans, qui a scrophis, quæ id morbi patiuntur, Scrophula dicitur, cum scilicet circa guttur glandulæ quædam ex pure, & sanguine plenæ oriuntur, quamuis & in alijs interdum corporis partibus signantur, ut puta in alijs, & inguinibus, & lateribus. Vide Cellum lib. 5. capi. 28. Hinc strumosus, mofa, mosum, qui hoc uitio laborat. Iuu. Sat. 10. Strumofum, utque utero pariter gibboque tumentem. Plin. l. 11. c. 37. Quædam tubera spongiosa per corpus aliquando insperfa Scrophulæ dicuntur, quæ etiam sub strumæ appellatione continentur, ut rectius Strumulæ, quasi paræ Strumæ, quam Scrophulæ nomenclantur. Struma ciuitatis. Cic. pro Sex. Hi medentur reip. qui execant pellem aliquam strumam ciuitatis.

STRVVO, struis, struxi, struclum, [*Ordinare, apparechiare, accommodare, edificare. Gal. Bastir, agencer, metre par ordre, machiner. Hisp. Compo-*

- ner, edificat, ordenat.* [va-*νοσκη δ' α*, extruo, edifico, ordino fer-
dinare ap. C. 21. 8. Bell. Gall. Et regione vineas agere ad ier. &
mont. m & aggeres l. rue & cepit. Liu. lib. 1. ab V. b. Poit. quā utru-
tū utrimque habant. Ovi. 1. Met. Altaq. congelios struxisse ad si-
dera montes. Struere aliquid, et machinari, moliri. Ter. Heaut.
Num met fecit hōse id struere? Struere aciem, Struere dolos,
uel insidias, et parare. Liu. 3. Bel. Pa. Cauendis, ac struendis insi-
dis insidias: Atruo, Destruo, Extruo, Instruo, Obstruo, Præstruo,
Substruo & Superstruo suis locis.
- STRUTIVUS**, inquit Festus, uocabantur in puluinariis fasciculi de uer-
bis facti, qui pro corona deorum capitibus imponebantur.
- STRUTHIA**, mala, quæ & Struthiomela unica uoce dicuntur, [Por-
ri cotogni,] *στρουθίου μύλα*, ex genere sunt coronarum e. teris odo. a-
tiora, sed minora, ferotique prouentus. Plin. lib. 15. cap. 11.
- STVDIO**, studes, studui, studitum, [studire. Gal. *Estudier, mettre suin, et*
finde à faire, to s'cher, metre peine. Hisp. *Estudiar, da robra, applicarse con*
diligencia.] *σπουδία*, studium adhibeo, do operam alicui rei. Le-
rent. Eunuch. Quas matris student demissis humeris esse. Cicer. 5.
de Finib. Studet meus audire Cicero, quænam sit istius ueteris,
quam commemoras, Academiæ de finibus bonorum, peripateti-
corum q. sententia. Iungitur hoc uerbum aliquando actiuo. Cæ-
s. Com. Cupiditate regni adductus, nouis rebus studet. Nonnum
quam etiam cum ablatiuo mediante In. Gell. Si quis in carcere stude-
bat. Interdum & cum accusatiuo, & tunc significat cupere & uel-
le. Cicer. lib. 5. Epist. Qui si nihil aliud studeat, nisi quod agit. Ac-
cipitur aliquando Studere, pro amare, siue fauere. cum datiuo. O-
uid. lib. 9. Met. Cui studeat, Deus omnis habet. Item eniti. Cicer.
lib. 1. Offi. student in eodem genere laudis excellere. Lactan. lib.
3. duo eodem exemplo significata eius comprehendit. Qui sapien-
tiam studet, utique nondum sapit, sed, ut sapere possit, studet. Stu-
dere cum genitiuo. Cicer. 3. de Nat. Deor. Parentem habere auar-
um, illepidum, in liberos difficilem, qui te nec amet, nec studeat
tui. Construitur etiam cum accusatiuo cum præpositione In. Fa-
bius lib. 10. cap. 2. Poetæ & piætores in id solum student, ut descri-
bere tabulas mensulis ac lineis. sciant. Ponitur etiam absolute,
pro amare, siue fauere. Sallustius: Neque studere, neque occi-
se, sed minime irasci debet.
- STUDEBATVR**, impersonale [si studiana.] Plin. lib. 35. cap. 12.
- STVDIOSE**, ad ier. diligenter, [studiosamente, diligentemente. Gal. *Son-*
gneusement, diligentement. Hisp. *Estudiosa, diligentemente.*] *σπουδῆ*, Ter-
in Hea. Textentim telam studiosè ipsam ostendimus. Cic. de Sen.
Xenophontis libros legite, quæso, studiosè. Studiosè, diligenterq.
aliquid curare, idem Attico.
- STVDIOSVS**, as, sum, [Diligent, sollicito. Gal. *Estudieux, songneux, dili-*
gent. Hisp. *Estudioso, diligente.*] *σπουδῆος*, modo assiduam ac perfe-
nerantem significat. Cic. 4. Aca. Homo & acutus ut Pœnus: & ual-
de studiosus, & diligens. Auctor ad Herennium: ideoque bonis
uiris, & studiosis amicus erat. Modo cupidum, & alicui rei dedi-
tum, quem Græci, *σπουδῆος τῆς*, appellat. Cicer. de Cla. Ora. Ha-
bet certos sui studiosos. Idem Cecin. Viri sunt optimi, & tui si-
milium studiosi. Idem de Ami. Si qui inuente ætate uenandi aut pi-
læ studiosi fuerunt. Accipitur etiam studiosus pro litterarum
cupido Cic. de Opt. gen. Orat. Suscepi laborem utilem studiosis,
Plin. epist. 5. lib. 2. Itaque soleo ridere, cum me quidam studiosum
uocant. Hinc fit Perstudiosus.
- STVDIVM**, studij, [Studio. Gal. *Estude, faueur, soing, & diligence.* Hisp. *Es-*
studio, faueur.] *σπουδή*, est uehemens applicatio animi ad aliquid per-
agendum, plus equidem quam diligentia: Nam studium cum a-
nimo iungitur: diligentiam interdum operæ tantum est. Cicer. de
Inuent. libro 1. Studium est animi assidua & uehementis ad aliquam
rem applicata, magna cum uoluptate, occupatio, ut philoso-
phicæ, poeticæ. Plaut. in Afin. Meo de studio erant uestra om-
nia Usque ad hærebatis. Terent. in Hec. Viris esse aduersas, æque
studium est. Cæf. 4. Bel. Gal. non omnes eadem alacritate ac
studio, quo in pedetribus uti prælijs consueuerunt. Accipitur
quandoque pro exercitatione. Terent. in Andr. Quod pleriq-
que faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adiun-
gant. Quandoque pro amore, Sallust. in Catil. C. Syllanum
certe scio, quæ dixerit, studio, reipublicæ dixisse. Quando-
que pro uoluntate. Virgil. 2. Aeneid. Scinditur incertum
studia in contraria uulgus. Studio habere aliquid. Terent. in
Adel. Vtrum studio ne id sibi habeat, an laudi putat Fore, si per-
diderit gnatum.
- STVLTVS**, stulta, stultū [Stolto. *παρὰ τὸ γοφῖν, grossolano, di poco ingegno.*
Gal. *Fol. sot.* Hisp. *Bono loco.*] *αὐτοψία*, imprudens, improuidens, incau-
tus, ineptus. Cicer. 4. Phil. Ut hominem stultum magis etiam in-
fauet. Leuius est enim stultum esse, quam fatuum: fatuus enim
dicitur, qui omnino desipit. Afra. Ego stultum me existimo, fa-
uum esse non opinor. Insanus qui abiecta ratione, cum furore &
impetu, omnia facit. Terent. in Eunuch. Hic homines proflus ex
stultis insanos facit. Cicer. ad Curionem libro septimo. Me non
- rario solum consolatur, sed etiam dies, quæ stultis quoque me-
deri solet. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. Hic ego mendacem itulisti. si-
mus usque puellam Ad mediam noctem expecto. Cicer. Peto 1
9 Stultorum plena sunt omnia. Dies stulti, pro adolescentia. Ti-
b. 1. lib. 1. Eleg. 4. Vidi iam iuuenem, premeret cum ferioratas,
Mentem stultos præterisse dies. Consilium stultum capere.
Cicer. 7. Verr.
- STVLTVITAS**, & imprudentia, [Paρὰ τὴν. Gal. *Folie, sotie ou sotise.* Hisp. *Bo-*
ueri locur, y poco saber.] *αὐτοψία*, Cicer. 2. de Di. iun. Non omnis er-
ror stultitia est. Idem. 3. Tusculan. Est proprium stultitiæ saluorum
uita cernere, obliuisci suorum. Idem 3. de Orato. Malo indi-
feram prudentiam, quam stultitiam loquacem. Plin. libro 11.
capitu. 52. Auricularum magnitudo loquacitatis, & stultitiæ nota
est. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. Stultitia ne erret, nihilum dista-
bit, an ira.
- STVLTVS**, aduerbium, [stoltamente, rozamente. Gal. *Element, sotement.*
Hisp. *Con locura locamente.*] *αὐτοψίως*, imprudenter. Plaut. Menæch.
Quæso ignoscas, si quid stulte dixi. Terent. in Hecy. Factum
a nobis stulte. Cicer. 2. de Natu. Deor. Hæc & dicuntur & credun-
tur stultissime.
- STVLTVLOQVIVM**, qui, *αὐτοψία*, imprudens sermo, Pla. in Mil.
Paratum est dupliciter in reprimas tuum Stultiloquium.
- STVLTVLOQVENTIA**, & Stultiloquiū. Pla. in. Tri. faxim occultio-
rem habeant stultiloquentiam.
- STVPA**, pæ, uel Styra. ut quibusdam placet, [stoppa. Gal. *Estionpe de lin-*
oude chaurre. Hisp. *Estopa de lino ó de canamo.*] linum uile, quod lin-
um cortici proximum est, ut inquit Plinius a Græco *στυβή*,
quod stupam significat, uel a stupando, quod ea stupentur, hoc
est, oburentur nauium rimæ. Liu. 5. Bel. Puni. Quadratum supra
circumligabant, lineabantque pice. Virgil. 5. Aene. Stupa uoem
tardam tumam.
- STVPARIVS**, a, uin, a stupa, stuparius malleus quo lina tunduntur,
Plin. lib. 19. cap. 1.
- STVPEFACIO**, is, [Stupefare.] stupentem reddo. Liu. 5. ab Vrbe: Pri-
uatos d' inde luctus stupefecit publicus pavor.
- STVPEFICIVS**, stupificus, [stufefarsi. Gal. *Estre ou deuenir tout estonne.* Hisp.
Estar sin sentido y pasmado.] passiuum. Seneca Thyeste: Fratris
aspectu stupefactus hæsit. Vir. 3. Aen. Et ingenti motu stupefactus
aquarum. Cic. de Ora. Homines stupefacti.
- STVPEO**, stupes, stupui, [stupirsi, esser stupido, marauigliarsi.] *ἐκπλαγῆσ-*
μαι, significat quodam modo sensum rerum non habere. Terent.
Andr. lassus, cura confectus, stupet. Cicer. 7. Verr. Cum is etiam
tum semisonnis stuperet. Ouid. 5. Meta. Mater ad auditas stupit,
ceu laxæ, uoces. Pers. Sat. 3. Sed stupet hic uitio. Iungitur & cum
accusatiuo, significatque cum stupore quodam admiror. Virgil.
libro 1. Aen. Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ. Ci-
cer. 2. de Fin. Hæc cum loqueris, nos Varrones stupemus. Obsu-
peo, & Subtupéo suis locis.
- STVPENS**, Particip. Plinius libro 14. capitu. 21. Vini natura ad fri-
gus stupens.
- STVPESCO**, scis, [stufefarsi.] stupefio. Cicer. 3. de Ora. admirent, stu-
pefcat.
- STVPEVS**, a, um, Virgil. lib. 7. Aeneid. stupea uincola collo inten-
dit. Idem 8. Aeneid. Stupea flamma manu, telisque uolatile fer-
rum spargitur. Ouid. 14. Met. stupea prærupit phytigæ retinacu-
la classis.
- STVPIDITAS**, tatis, [stupescatione.] *αὐαιδνησία*, stupor. Cic. 2. Phil. In
quo incredibilem stupiditatem hominis cognoscite.
- STVPIDVS**, as, um, [stuidoso, stupefatto, παρὰ τὸ. Gal. *Estourdi, estonne, stupi-*
de, gros sot. Hisp. *Pasmado ó espantado.*] quandoque pro stupefacto,
αὐαιδνησία, ἐκπλαγῆστος, ἀσέπληκτος, quandoque pro stulto acci-
pitur. Plaut. in Epi. Quid stas stupida? quid taces? Terent. in Prol.
Hec. Ita populus studio stupidus in funambulo animum occu-
parat. Cicero de Fato: Zopirus physiognomon stupidum esse
Socratem dixit & bardum. ad Heren. libro quarto. Om-
nes stupidi timore obmutuerunt. Plaut. Pœnulo: Stupida, sine a-
nimio asto.
- STVPORE**, oris, [stupore. Gal. *Estonnement, grosse bestise, faute d' encende-*
ment. Hisp. *Estasuro, espanto.*] *ἄσασος*, est alienatio quadam sen-
sum, quod scilicet sensus contipentur. Cic. in Pis. Tarditatem in
genij, stuporem, debilitatemque linguæ. Idem pro Domo: Eam a-
nimi duritiam: sicut corporis, quod cum uritur, non sentit stupo-
rem potius, quam uirtutem putarem. Virgil. 4. Geor. Oculos stu-
por urget inertes. Est & admirationis species, ex magnitudine mi-
raculi protueniens.
- STVPRATOR**, oris. Quint. lib. 7. Stuprator an decem millia dare de-
beat, quæ pœna huic crimini constituta est. Seu, Hipp. quem tu-
multu territus Liquit stuprator.
- STVPRÆ**, [sceleratamente,] aduerb. *οὐχ ἄσασος*, antiquissimi dixerunt
pro rurpiter, ut in Nelei carmine apud Festum: Ecce stupreque
castigor.

STUPRO,AS, [*Stuprare, uitiare, uiolare, suergognare, tor la uirginità, sforzare, Gal. Corrompre fille ou femme, auoir la compagnie de fille ou femme, la uioler. Hisp. Forçar moço ò moça donzela, desuirgar, corromper uirgen.*] *μορχθω*, uitiatio, stuprum infero. Plau. in Aul. Is adolescentis illius est auunculus, qui illum stuprauit noctu. Cic. 2. de Fin. Stuprata per uim Lucretia a regis filio. Vatinius ad Cic. 5. qui tot matres familias stuprauit. Conitupro suo loco.

STUPRUM, [*Stupro. Gal. Violation & corruption d'une femme, paillardise. Hisp. Euerça hucha à moço à moça donzella.*] *μορχθω*, est coitus lege uetitus, siue fiat cum nupta, quod adulterium dicitur, siue cum puero, quod pædicationem, uel præpõteram libidinem uocamus, siue cum lãguine coniunctis, aut sacris uirginibus, quod Incestum dicimus, siue etiam cum aliqua quavis muliere soluta, siue libera sit, siue ancilla. Cicer. in Tusc. Stupra dico, & corruptelas, & adulteria incesta denique. Idem pro Mil. Clodius cum sorore germana nefarius stuprum fecit. Ouid. 1. de Arte: Quid blanda uoce moraris Auctorem stupri Deidameia tui? Cicer. pro Domo, Qui, non solum aspectu, sed etiam incesto, flagitio, & stupro polluit, ceremonias. Aliquando stuprum ponitur pro turpitudine, ignominia seu dedecore Næuius apud Festum, Seque perire mauolunt ibidem, quam cum stupro redire ad suos populares.

STURNUS, nis, [*Stornello*] *Στῆρ*, auis genus satis notum. Plin. lib. 10. c. 84. Sturnorum generi proprium cateruatum uolare. Mar. lib. 9. Nunc sturnus inopes, fringillarumque querelas Audit.

STYGIUS, a, um, [*Disfuge*] *Στύγιος*, a Styx. Col. lib. 10. Stygium regem uidere tremementem Tartara. Seneca in Hercule furente: Hic sæuus umbra territat Stygius Canis, Ouid. lib. 14. Met. stygius semel ille per amnes Virgil. 4. Aeneid. Sacra Ioui stygio, quæ rite incepra parauit, Perficere est animus. Os stygium, uenenatum. Ouid. 3. Metamor. Quique halitus exit Ore niger stygio, uiciatas inficit herbas.

STYLOBATES, tæ, *στυλόβατης*, lapis, & quedam ueluti basis, superposita columnæ cui innititur scapus. Var. lib. 1. de re rustica. capit. 13. habeat lacum, ubi aqua saliat, qui intra stylobatas cum uenit, fit semipiscina. Idem lib. 3. cap. 5. Super columnarum stylobatea est lapis.

STYLVS, s, [*Stilo stile, Gal. Vne colonne. Hisp. Columna.*] *Στύλος*, Græca uox est, columnam significans: unde epythium, *ἑπυσύλιον*, capitellum, quod super columnæ scapum locatur. Accipitur item stylus pro graphio, quo in albo, id est in ceratis tabulis antiquitus scribebatur, ut nunc in libellis ligneis, uel codicilis mercatores scribunt. Plin. lib. 34. c. 14. stylo scribere institutum est. Stylus etiam dicitur structura orationis ac modus dicendi, Terent. in Prolog. And. Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo, ubi Donatus: Oratio in sensu, stylus in uerbis, oratio ad res, stylus ad uerba. accipitur item stylus pro ipsa scribendi exercitatione, & meditatione. Cic. 1. de Orato. Stylus optimus & præstantissimus dicendi effector ac magister. Stylus præterea dicitur, quicquid uel lignum, uel ferreum, aut alterius materiz acuminatum est ad columnæ similitudinem. Colu. lib. 11. cap. ult. Ligneo stylo laxatis. Stylus præterea pro uellicatione ac reprehensione aliquando accipitur, quæ scriptis & inuestiuis libellis fieri solet. Plin. in Præf. operis. Lucilius primus condidit styli nasum. Censorius stylus, apud Cicer. pro Clu. Accipitur etiam stylus pro radice recta, & oblonga ad styli, hoc est columnæ similitudinem. Colu. lib. 5. cap. 9. Omnis nux simplicis stylo proreperit.

STYMMATA, s, *στυμματα*, est spissamentum, & domitura unguenti ex odora mentis constans. Pl. lib. 12. c. 1. Rario unguenti faciendi duplex succus, & corpus. Ille olei generibus fere constat, hoc odorum, hæc stymmata uocant, illa hedismata. Dicta Stymmata, *σπῆ τῆ εὐφρη*, quod est, stringere, condensare.

STYMPHALVS, s, *στυμφαλός*, lacus in Arcadia, iuxta Stymphalum opidum, ex quo Erasinus fluuius erumpit. Ouid. li. 2. Fast. Testes Stymphalides undæ. A Stymphalo lacu Stymphalides aues appellatæ sunt tantæ magnitudinis, ut Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam deuantantes, donec ab Hercule ænei crepitaculi sonitu pellerentur. Vir. de Herculis ærumnis.

Stymphalidas pepulit uolucres discrimine quinto.

A Stymphalo opido, fit Stymphalius, a, um, *στυμφαλίος*, & Stymphalis, dis, Hieronymus contra Iouin. Aristocles Orchomeni tyranaus adamauit uirginem Stymphalidem.

STYPTICVS, s, [*Stiptico. Gal. Reserrant, restriintif. Hisp. Cosa que restriñe y apretta.*] *στυπτικός*, astringens, hoc est densandi seu astringedi uim habens: *σπῆ τῆ εὐφρη*, astringere, seu densare. Plin. lib. 14. c. 13. Inter medicamenta, quæ stiptica uocant.

STYRAX, cis, *malcu. gen. [Storace,] στυράξ*, arbor est cotoneæ malo similis, fructu maiore quam auellana, specie candidi pruni, hodie officinæ Storacem appellant. Plin. lib. 12. cap. 17. Ex Syria reuehant Styracem.

STYX, stygis, [*Stige,] στυξ*, fons est ad Nonacrim Arcadiæ, & saxis pro

fluens exitiosus omnibus animalibus, tamque frigidus, ut potus itacim exceret, ferrumque ac æs erodat, solaque mixta uulgata possit contineri, cætera uasa frigoris uehementia itacim dirumpens. hoc ueneno quidam Alexandrum ab Antipatro, putant peremptum. hinc poetæ occasione arripuerunt, qui Stygem, paludem esse apud inferos dixerunt, apud superos tanta in ueneratione habitam, ut nefas dicerent quidam eorum, quæ per Stygem iurassent, non obseruare, si quis deorum uiolasset, centum annis a nectare abstinere, & numinis maiestate erat priuatus. Virgil. 6. Aene. Stygiamque paludem, Dij cuius iurare timent, & fallere numen. De hac Seruius sic scribit: Dicitur Victoria, Stygis filia, bello Giganteo, Ioui fauisse: pro cuius remuneratione Iuppiter ei tribuit, ut iurantes dij per eius matrem non audeant fallere. Ratio autem hæc est, Styx mœrorem significat. unde *σπῆ τῆ εὐφρη*, id est, a trilitia Styx dicta est: dij autem lxxi sunt semper, unde & immortales. Ergo quia mœrorem non sentiunt, iurant per rem suæ naturæ contrariam, id est, trilitiam, quæ est æternitati contraria: ideo iniurandum per execrationem habent. Hætenus Seruius. Cicer. de Nat. qui fluere apud inferos dicitur Acheron, Cocytus, Styx, Phlegeton. Virgil. 6. Aeneid. Si tanta cupidio est, Bis Stygios innare lacus. Est & alia palus in Aegypto iuxta Memphim, quam ueteres Styga uocauerunt, ambiens Abaton insulam. A styx deducitur Stygius, gia, gium, *στυγιος*, ut Iuppiter Stygius, pro Plutone, apud Virg. 1. 4. Aen. Sacra Ioui Stygio. Stigius canis, Cerberus. Seneca, Hic Sæuus umbras territat Stygius canis.

S A N T E V

SUADA, d, æ, a Romanis dicta est quedam persuasionis dea, quæ Græci uocant *πειθώ*, Cic. de Cla. Ora. II. 49. quam Græci uocant, cuius effector est orator, hanc Suadam appellauit Ennius, eius autem Cethegum medullam fuisse uult, ut, quam deam in Periclis labris scripsit Bupolis sessitauisse, huius hic medullam nostrum oratoris fuisse dixerit Et paulo post. Cethegum illi homines florem populi esse dixerunt Suadæque medullam. Idem de Sene. M. Cethegus quem recte Suadæ medullam dixit Ennius.

SUADELA, suasio. Plau. in Cist. Iam perducebam illam ad me mea suadela. Hora. 1. Epit. uidetur Suadelam accepisse pro dea persuasionis. At bene numinatum decorat Suadela, Venusque.

SUADERE, des, si, sum, [*Suadere, effortare, indurre, persuadere. Gal. Suader, exhorter, faire remontrance, s'afcher, induire à faire quelque chose. Hisp. Induzir con razones, effortar.]* *πειθω*, secundam naturam trisyllabum est, quod si inueniatur tetrasyllabum, solutio est dicenda, quam Græci Diæresim uocant. Est autem Suadere, accommodatis & grauius uerbis aliquem in opinionem nostram inducere conari. Cicer. Val. lib. 13. Hæc eo spectant, ut rehorter, & suadeam. Suadere legem, est populum ad accipiendum legem adhortari. Cicer. de sen. Cum legem Voconiam magna uoce, & bonis lateribus suassim. Transfertur & ad res inanimatas, quæ tum suadere dicuntur, cum rei alicuius faciendæ nobis præbent occasionem. Ouid. lib. 1. Amorum Eleg. 6. Nox & amor, unumque, nihil modèrabile suadent. Virgil. lib. 2. Aeneid. Suadentque cadentia sidera fomnos. Ouid. 2. Fasto. Iamque ubi suadebit placidos nox humida fomnos.

SUAMET, uox composita ex ablatiuo Sua, cum syllabica adiectione Met. idem ualens, quod sua ipsius. Plin. lib. 10. cap. 59. Anseres suamet ui colla sua abrumpunt.

SUARIVS, rij, [*Porcario,] σουώτης*, qui sues pascit, qui & subulcus. Suarius, suaria, suarium. Plin. lib. 21. cap. 3. Suarius cognominabatur propter similitudinem suarij cuiusdam negotiatoris.

SUAPTE, & suoapte, uoces compositæ ex ablatiuo Sua, & Suo, cû syllabica adiectione pte. idem significant, quod Suamet, & Suomet: ut Suapte sponte, *αὐτῆς αὐτῆς*, sua ipsius sponte. Suapte nutu, suo ipsius nutu. Cic. 1. Tusc. Terrena & humida suoapte nutu, & suo pondere ad pares angulos in terram feruntur.

SUASOR, oris, [*Effortatore. Gal. Qui tasse a induire & persuader, exhortateur. Hisp. Induzidor con razones.*] *εἰσηγητής*, qui suadet. Cic. 3. Of. huius deditionis Polthumius ipse suafor & auctor fuit.

SUASIO, nis, [*Effortatione. Gal. suasion, induction, exhortation. Hisp. Induzimiento con razones, obra de induzir asl.*] *εἰσηγησις*, actus ipse suadendi, adhortatio. Cic. in Ora. Tales suasiones, qualem Iocrates fecit Panegyricum.

SUASORIVS, a, um, [*Effortatorio] συμβοληστικός*, quod ad suadendum pertinet. Suasorium genus causæ, rhetoris. idem est, quod deliberatorium, quo suademus uel dissuademus. Quin. lib. 8. in præmio Suasorij accedere tertiam partem ex coniectura.

SUASVS COLOR, paide, pullus legitur & Suafum, substantiuum neu. gen. Pla. in Truc. Tibi suafio infecisti pallulam.

SUASVM (inquit Festus) color appellatur, qui fit ex fillicidio fumofo in uestimento albo.

SUATIM, [*Da porco,] σὺκός*, ad similitudinem suis, inquit Nonius Nigidius. Comment. grammat. Suat etiam adsimulante dicta hæc

canant, suatini, bouatim, quæ ab animalibus sumuntur.

SVAVIORARIS, & Sauior, [*Basciare. Gal. Baifer. Hisp. Besar.*] φιλέω, cum uoluptate osculor, Cat. ad Vatinius: Lucidum os, osculoque suauabor. Cic. ad Attic. lib. 16. Atticam nostram cupio suauari.

SVAVIS, & hoc suauis, [*Soune, dolce. Gal. Doux, sonof. Hisp. Cosa suave è que da delectacion.*] dulcis, iucundus, gustui, siue odorati gratius: nam ad hos duos sensus proprie pertinet. Sapores enim & odores suaves dicimus, qui blanda quadam uoluptate gustandi, odorandive sensum afficiunt. Virg. 4. Georg. Verum ipsa folijs natos, & suauibus herbis Ore legunt. A quo suauitas, suauitatis, & alijs rebus accommodatur, ut idem fere sit, quod iucundum & amœnum. Cic. ad Cœlium lib. 2. Nani & honorificus in me consul fuit, & suauis amicus. Hora. 1. Sermon. Satyr. 10. At sermo lingua concinnus utraque Sauior. Cic. pro Cornel. Balbo: Comæ, benigni, faciles, suaves homines. A quo suauitas, suauitatis, pro dulcedine, & iucunditate. Plin. libro 10. capitu. 19. Ut non sit dubium hanc suauitatem præmonstratam efficaci auspicio Idem Appio pulchro lib. 3. Sic enim tibi persuadeo, carissimum te mihi esse, cum propter multas suauitates ingenij, officij, humanitatis tuæ. Suauitudo, suauitudinis, idem quod suauitas Auctor ad Herennium libro tertio Quoniam igitur res eadem uoces firmitudini, & pronuntiationis suauitudini profunt. Plautus Stich. Age multa mea, suauitudo falsa. Horum contraria sunt, insuauis, id est, austerus, asper, iniucundus, inamœnus, & insuauitas, & insuauitudo, iniucunditas, inamœnitas, uoluptati contraria. Suauiter aduerbium, idem quod iucunde. Cicero quarto Academ. Veruntamen uideo, quam suauiter uoluptas sensibus nostris blandiatur. Horat. 1. Sermon. Satyr. 6. Accurrit quidam notus mihi nomine tantum Arreptaque manu. Quid agis dulcissime rerum? Suauiter, ut nunc est, inquam. Idem 2. Sermon. Satyr. 8. Et leporum auulsos, ut multo suauis armos, Quam si cum lumbis quis edat. Suauis, pro Suauiter. Virg. 3. Aeneid. Et suauis rubens hyacinthus.

SVAVILOQUENS, omnis generis, [*Che parla soauemente.*] ἡδύλογος, qui suauiter loquitur. Cic. de Clar. Ora. Ex Ennio: Additur orator Cornelius suauiloquenti ore Cethegus.

SVAVILOQUENTIA, tiæ, [*Dolcezza del parlare*] ἡδύλογία, pro loquendi suauitate. Cic. de Clar. Orat. Et oratorem appellat & suauiloquentiam tribuit.

SVAVILOQUENS, a, ium, [*Che parla soauemente. Gal. Qui parle doucement. Hisp. El que habla suauidades.*] ἡδύλογος, idem quod Suauiloquens. Luc. lib. 2. Quod quoniam docui, nunc suauiloquis age paucis uerbis ostendam corpuscula materiai, Ex infinito summam rerum usque tenere.

SVAVIVM, suauij, quod & Saniium [*Bascio. Gal. Vn baifer. Hisp. Beso, como de enamorados.*] dicitur per detractationem litteræ υ, φιλίμια, osculum, siue basium uoluptatis, uel gaudij causa datum. Horat. Epod. 3. Manum puella suauio opponerat tuo. Cic. ad Att. lib. 16. Atticæ: quoniam hilarula est, meis uerbis suauium des. Meuna suauium, amantium blandimentum est, quemadmodum Mea uoluptas. Terent. in Eun. Thais, meum suauium. Suauiolum, oli. demi. Cat. Suauiolum dulci, dulcius ambrosia. Suauizatio, uerbale. Gell. lib. 18. cap. 2. Suauitates puerorum & puellarum.

SVB, [*sotto. Gallic. sous. Hispanic. Debaxo.*] ὑπό, cum ablatiuo, siue accusatiuo, præpositio idem significans, quod subter, quæ tam in compositione utimur, quam in appositione. Extra compositionem modo accusatiuo iungitur, modo ablatiuo: pro ratione motus siue quietis significatæ per uerbum, cui adheret. Cic. Topi. Quod sub ea causa subiectum est. Virg. 8. Aeneid. Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. Aliquando ponitur pro In. Virgilius 1. Aeneid. Namque sub ingenti lustrat dum singula templo, Hoc est, in templo. Idem 3. Georg. de Ceruis: ipsi in defossis specubus secura subalta Ocra agunt terra. Aliquando tempus importat, & accipitur pro circiter, siue per, uel paullo ante. Idem lib. 3. Geor. Sub lucem exportant calathis. Liu. libro 1. ab Vrbe condita. Vtrisque legati fere sub idem tempus ad res repetendas missi. Sue. in Augu. Sub horam pugnae tam arcto repente somno deuictus, ut addandum signum ad amicos excitaretur. Aliquando sumitur pro ante, Virg. 1. Aeneid. Postestque sub ipsos Nituntur gradibus. Aliquando pro iuxta, Idem 3. Aeneid. Classsemque sub ipsa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ. Nonnumquam ordinem importat, idemque ualeat, quod post, Idem 5. Aeneid. Quo deinde sub ipso Ecce, uolat, calcemque terit iam calce Diore. Composita plerumque localem significationem retinent, quæ illi propria est: ut Subeo, Subijcio, Suppono, quæ idem ualent quod subter iaceo, eo, siue pono. Virg. 11. Aeneid. Caudamque remulcens Subiecit pauitantem utero, siluasque petiuit. Interdum deminutionem, ut Subdubito, Subirascor, id est aliquantulum, siue nonnihil irascor, seu dubito. Est enim (ut Donatus inquit) temperamentum plenæ pro

nunciationis. Interdum significat Superius, Corpora salta Subijciuntur in equos. i. Super iaciunt. Interdum prospere: ut Succedit. Interdum Post. ut Subleuor. Interdum Latenter, ut Suppilo. Interdum Sensum, ut Surrepo. Interdum adhuc. Liu. 2. ab Vrbe: Tamquam spes subesset. Habet & alia in compositione significata, quæ suis locis explicabuntur. Componitur autem fere cum omnibus litteris: a, ut Subaro b, ut Subbibor, c, ut Succido: d, ut Subdo: e, ut Subeors: f, ut Suffero: g, ut Suggesto: h, ut Subhalto: i, ut Subiungo: ut Subleuo: m, ut Submoueo: n, ut Subnecto: o, ut Suborior: p, ut Suppono: r, ut Surrepilo: s, ut Subfanno: t, ut Subtraho: u, ut Subuenio. Sed quoties subiungitur uocalibus, uel b, d, h, l, n, s, t, remanet b, integra, in alijs mutatur b, in litteram sequentem, nisi in Subri deo, Subrogo, Subruo. Sustineo uero, Sulpiro, Sulpicor, Suspicio, Suffuli, Suffollo, & huiusmodi, sine b, scribenda sunt, quia non a Sub, sed a Sus, siue Surfum composita sunt.

SVB CORONA, υποστέφανος, uenundari captiui dicebantur, quia coronati uendebantur. Liu. 8. ab Vrbe. Polliæ sententia fuit puberes uerberatos necari, coniuges, liberosque sub corona lege belli uenire.

SVB DIO, [*Cielo, et aere.*] ὑπὲρ θρον, id est, sub celo, & sine tecto. Locutio est a Græcis tracta, qui Iouem Δία, nominant. Varro de re rust. cap. 14. Nam & idoneus sub dio sumendus est locus cochlearijs, quem totum circa aqua claudas. Legitur & sub diuo, in eadē significatione. Col. lib. 1. cap. 8. Nullus dies tam intolerabilis est, quo non moliri sub diuo aliquid possit. Nonnumquam etiam, Sub Ioue, Hora. 1. Carm. Ode. 1. Manet, sub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor.

SVB IUGVM MITTI, ὑπὸ ζυγῶν ἀγρεθαι, dicebantur milites, qui ab hostibus uicti, eam ignominiam subire cogebantur, ut positis armis per iugum transirent, lugi autem forma erat huiusmodi, ut duob. tignis erectis, tertium superne incumberet. Qua de re uide plura in dictione Iugum.

SVB MANU, [*Di mano, in mano, dipoi, subito.*] παραχειμα, ἀποχερος, tempore, statim, sine mora. Senec. lib. 10. epi. ad Lucilium: Consilium nasci sub die debet, & hoc quoque tardum est nimis: sub manu quoque, quod aiunt consilium nascatur. Sue. in August. Et quo celerius ac sub manu annunciari cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, iuuenes primo modicis interuallis per militaris uias, dehinc uehicula disposuit.

SVB VINEA IACERE, dicuntur milites, qui sub militari machina, quam uineam uocant, latitantes in propugnatore hastas, pilas, et aculabantur. Qua de re uide plura infra in dictione Vineæ.

SVB VMBRA, [*Sotto specie.*] ὑπὸ σκιάς, id est, sub prætextu, uel quæsito colore. Liu. 8. ab Vrbe. Nam si etiam nunc sub umbra fœderis æqui seruitutem pati possimus, quid est, quod proditis Sidi cinis, non Romanorum solum, sed Samnitium quoque dicto pareamus?

SVBABSURDVS, a, ium, adiectiuum, [*Vn poco sordo. Gal. Aucunement absurde & estrange. Hisp. Vn poco inconueniente, intolerable, indigne de ser. o. do.*] ὑπὸ τῶπος, aliquantulum absurdus. Cic. 1. de Ora. Sunt enim illa subabsurda, sed ex ipso nomine sæpe ridicula, non solum mimis per apposita, sed etiam quodam modo nobis. Subabsurde, aduerbium. Cic. 2. de Ora. Valde hæc ridentur, & hercule omnia, quæ a prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurde salteque dicuntur.

SVBACIDVS, a, ium, adiectiuum, [*Vn poco forte, o garbo.*] ὑποξίς, aliquantulum acidus. Plin. libro duodecimo cap. 25. Esse enim debet lenis, non subacidus. Subacidulus, adiect. deminutiuum. Caro de re rust. capitu. 108. Vinum ponito sub dio, postridie mane gustato, si id sapiat, quod in dolio est, scito id duraturum, subacidulum non durabit.

SVBACCUSO, as, are, [*Quasi accusare.*] pro nonnihil & leuiter accusare. Cic. pro Plan. Sed sunt hæc leuiores, illa uero grauiora & magna, quod meum discessum, quem sæpe deferas, nunc quasi reprehendere, & subaccusare uoluiti.

SVBACTIO, subactiois. Cic. de Ora. Subactio autem est usus, auditio, lectio, litteræ.

SVBACTVS, acta, actum, [*Coltimate. Gal. Labouré. Hisp. Labrado.*] parti. est a uerbo subigo, modo idem significans quod cultus, εὐργασμὸς, Cic. in Catone. Terra gremio molito, & subacto semen sparsum exepit. Et paullo post: Humus subacta, atque pura. Ingenium subactum, per translationem, pro exercitato atque exulto. Idem de Ora. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed nouato & iterato. Aliquando idem quod uictus & domitus. Cic. pro Font. Galli ab imperatoribus nostri sub acti, & bello domiti: Lucan. libro 1. Gentisque subactas uix impune feres. Interdum idem quod coactus, Tacit. libro quinto Annal. Multitudine periclitantium subactus. Idem lib. 15. Donec ui amoris subactus.

SVBACTVS, us, Plinius lib. 18. cap. 6. Quod in subactu congiugum aquæ capiat,

SVBARATVM AVRYM, ὑπόχρῆλον χρυσίου, quod foris quidem aurum ostendit, intus autem æs occultat. Pers. Saty. 5. Neque subarato mendosum tinniat auro. Hinc prouerbiali metaphora, hominem uirtutum prætextu uitia occultantem, Aurum subaratum uocamus.

SVBAGITO, as, [Vitare con donna. Gal. Secouer, demaner, esmouuoir. Hisp. sonar.] ὑχάω, uerbum actiuum est, idem significans quod in eo, siue futuo: quæ significatio ducta est a crebri motu eorum, qui rei Venereæ indulgent. Pla. D. in ille meretrici subagitat, ego quiesco. Subagitare aliquem, hoc est, multis uerborum tenocinijs allecere & commouere, Plaut. in Cil. Subagito blandis & benedictis dictis.

SVBAGRESTIS, & hoc ste, [Vn poco saluatico, un poco brusco,] ὑδάριος, aliquantulum agrestis. Cic. de Clar. Or. t. Cotta. quia te uide dilatandis litteris a simili uidine Græcæ locutionis abstraxerat, sonabatque contrarium Catulo, subagite quiddam planeque rusticum, alia quidem quasi inculta & siluati uia ad eandem laudem peruenerat.

SVBALBICO, as, are, ὑπολευκός, εἶμι, subalbidum fum. Varr. 3. de re rust. cap. 9. Koro breui, cæto, oculis raris, aut nigris, palea rubra subalbicans.

SVBALBIDVS, a, um, ὑπολευκός, aliquantulum albidus. Plin. lib. 2. c. 25. Ramulos habet candidos, folia subalbida, abrotano similia.

SVBALARIS, & hoc re, [Che è sotto l'ale.] ὑποάλαιος, quod sub alis est. Vnde scribit Lampidius, Hellogabalum solitum fuisse in accubitis habere plura subalares & subalares calcitras.

SVBALPINVS, a, um, [Che è sotto l'alpe.] ὑπαλπιος, quod est sub Alpinus. Plin. lib. 25. cap. 7. Radice lenta, subnigra, sine odore, & aquosa, montibus subalpinis plurima. Italia subalpina, quam hodie Pedemontanam regionem appellant. Idem lib. 6. c. 11. Nec nisi in paucis locis Subalpina Italiae.

SVBAMARVS, adie. [Amaretto.] ὑπόπικρος, in amaritudinem nonnihil declinans. Cic. de Fato At quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent.

SVBAQVEVS, a, um, adie. [Sotto acqua.] ὑποδραπος, quod sub aqua latet, ut Scopulus subaqueus.

SVBAQVILVS, a, um, adie. [Osiretto.] ὑποσκιος, subfuscus. Plaut. in Rud. Eia corpus cuiusmodi Subuolutori mihi id quidem, subaquilum uolui dicere.

SVBARGVTVS, a, um, aliquantulum argutus, a quo deminu. Subargutulus, apud Gel. lib. 15. cap. 30.

SVBARO, p. c. ὑπαρόω, subtus arando terram moueo. Plin. lib. 19. c. 27. Item quæ subarantur, aut quæ abliqueantur, celeriora neglectis. Subaratio, & Subarator, uerbale. Plin. lib. 17. cap. 24. Vei etiam subarator imprudens luxauit radices.

SVBARROGANS, tis, [Alquanto arrogante.] omnis generis. aliquantulum arrogans. Subarroganter, aduer. Ci. 4. Acad. Vereor ne subarroganter facias, si tuam dixeris.

SVBAUSCVLTO, as, are, [Ascoltare alquanto.] ὑπακούωμαι, leuiter, & quasi prætereundo auscultare. Plaut. in Mil. Tace subauscultemus ecqua de me fiat mentio. Cic. lib. 2. de Orat. Subauscultando tamē excipere uoces eorum, & procul qui narrent, attendere.

SVBASILI CANVS, adie. qui libenter & frequenter sub basilica spatiat, ita enim interpretatur Priscianus. In basilica namque negociationes & publica consilia tractantur, & iudicia quoque in basilicis fiebant. Plaut. in Cap. Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum.

SVBBIBO, subbibis, pen. cor. aliquanto liberalius bibere, & subinebriari, ὑπομεθύωμαι, Plaut. in Truc. Qui improbus est, siue subbibit, siue adeo caret temeto. Tamen ab ingenio est improbus. Suet. in Ner. cap. 30. Si paulum subbibisset.

SVBBLANDIOR, iris, i, ὑποκορρίζωμαι, paululum & leuiter blandiri. Plaut. in Casi. Non matronarum est officium, sed meretricum, uiris alienis, Mi uir, subblandirier.

SVBCAERVLVS, adie. ὑποκυανέος, in caeruleum colorem declinans. Cels. lib. 9. cap. 1. In ea partes portiones sunt myrabolani, magnatis, cretæ cimolizæ caruleæ, nunc amalarum, &c.

SVBCANDIDVS, adie. ὑπέλευκος, ad colorem candidum non nihil accedens. Plin. lib. 27. cap. 8. Folia bouis linguæ similia, minora, subcandida.

SVBCENTVRIO, onis, masc. [Luogo tenente di Centurione.] ὑπεκατόνταρχος, qui Centurionis uices gerit. Liui. 9. ab Urb. Romano haud satis fidenti uiribus permittitur erat ab consulibus, ut subcenturionem sibi quem uellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno destinato hoste.

SVBCERNICVLM, li, [seda χρο, tamiso.] κόσκινος, farinariū cribrum, quod fit e fetis equorum: quemadmodum Excussorium, & Pollinarium fit e lino.

SVBCINERICVS PANIS, ἑγκυβιάς, ἄροτος, qui sub cinere coquitur.

SVBSECIVA, in agrorum diuisionibus dicuntur, assignatorum agrorum reliquæ, quæ a normali linea separabant. Subseciua (inquit

Frontinus) a subsecante linea nomen accepit. Subseciurum duo genera, unum quod in extremis assignatorum finium centuria expleri non potuit: Alterum genus, quod in medijs assignationibus & integris centurijs interuenit. Quicquid enim inter quatuor limites minus, quam interclusum est, fuerit assignatum, in hac remanet appellatione, ideo quod is modus, qui assignationi superest, linea claudatur, & subsecetur, nam & reliquarum mensurarum actus, quicquid inter normalem lineam & extremitatem interest, Subsecium appellatur. Hæc autem (ut scribit Hyginus) diuisionum atque assignationum auctores sibi referuabat. Ab hac similitudine, operæ, horæ, dies & tempora, quæ amicomis, fori, reip. superiunt, quæ ex ijs quasi subsecantur, quæ nobis referuamus, & perire non sinimus, sed aut legendo, aut scribendo, aut commentando consumimus, Subseciua nominantur. hanc enim scripturam a doctoribus magis probati uideo, quam ut scribi solet, Subseciua aut subseciua. Cic. 7. de Leg. Subseciua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior.

SVBCINGVLM, subcinguli, ὑψήρ, idem quod baltheus. Plaut. in Men. Nimio ego hæc periculo Surripui hodie meo animo: ab Hypopyta subcingulum, Hæc Hercules quæ magno unquam abitu lit periculo.

SVBCONTVMELIOSE, aduerbium. Cicer. ad Atti. Hercule, uerum ut loquamur subcontumeliose tractatur noster Publius, qui cum in domo Cæsaris quondam unus uir fuerit, nunc ne in uiginti quidē esse potuerit.

SVBCONTVMELIOSVS, adiectiuum, ὑποκρινικός, aliquantulum contumeliosus.

SVBCRISPVS, p. p. um, adiectiuum, [Alquanto crespo, o riccio.] qui crines habet aliquantulum crispis. Cic. in Ver. Videtur illum subcrispo capillo nigrum.

SVBCRVDVS, da, dum, adiectiuum, [Mezo crudo, non cotto in tutto. Gal. Encor cru & non meur ou bien cuit. Hisp. Coste un poco cruda & cruel.] qui non omnino coctum est. Cato cap. 156. Summo brassicam, conuictis in aquam seruete, coquito paulisper, & subcruda net, Cels. lib. 6. cap. 13. Subcrudum incidendam, ne si diuisus ibi pus permāterit, os lædat.

SVBCRVENTVS, a, um, adiectiuum, [Alquanto insanguinato.] aliquantulum cruentus. Cels. lib. 4. cap. 28. Deicend. inc. autem picu. tæ, nucisque similia, interdum etiam leuiter subcruenta, id est cruentum aliquid mistum habentia.

SVBCVRATOR, oris, [Sostituto di curatore,] qui curatoris locum tenet. Iulianus in lex factio. de N. goc. gest. Quendam ad filiginem emendum decreto ordinis constitutum, eidemque alium subcuratorē constitutum.

SVBCVTANEVS, siue subtercutaneus morbus, ὑποδερματικός, dicitur, qui intra cutem, siue sub cute est, siue subter cutem.

SVBCVSTOS, odis, ὑποβλάξ, qui pro alio custode sublitatus est. Plaut. in Mil. Quia Scæciaus dormit, hunc fabcustodem suum Foris allegauit, dum epace transire huc placet.

SVBDEBILITATVS, adie. [Vn poco indebolito.] ὑπεξεδινητός, aliquantulum debilitatus. Cic. ad Att. lib. 1. e. quidem ex tuis litteris intellexi, & ijs quas communiter cum auis scripsisti, & ijs quas tuo nomine (quod etiam mea sponte uidebam) te subdebilitatum nouas rationes tuendi mihi, quæ &c.

SVBDIALIS, & hoc ale, [Che è all'aere. Gal. Qui est sous le ciel, en l'air. Hisp. Cosano tejada y so el cielo.] ὑπαίθριος, quod sub dio est, hoc est, sub ipso aere, & sine tecto Plin. lib. 34. c. 12. Dicitur a Cadmia, quod illa super terram ex subdialibus petris caditur, hæc ex obrutus. Subdialia a Græcis prima habita, quibus conteregetur domus pedili crassitudine ex confusa tela situcata. Hinc Subdialia pauimenta, & Subdiales deambulationes, quæ Vitruui. G. æco uocabulo uocat Hypetras Tetraicum nunc appellatur.

SVBDIFFICILIS, le. p. c. ὑποδυσκολός, aliquantulum difficile. Cicer. de Ami. Existit autem hoc loco quæritio quædam subdifficilis.

SVBDITITVS, a, um, ὑποβόλις, ὑποβλήτος, supposititiuus. Vnde a Plauto Iuppiter dicitur est Subdititiuus: Amphitruo, subdititiuus eorum exit foras Cum Alcmena uxore usuraria. Cicer. 7. Verr. Quod eodem æteros piratas contrudi imperarat, intellexit, si nunc subdititiuum archipiratam in eadem custodia dedisset, fore, ut, &c. Sue. de Cla. Gram. Non modo uersus censoria quadam uirgula notare, & libros, qui falso uiderentur inscripti, tamquam subdititiuus summouere familia, permiserint sibi.

SVBDITITVS, adiectiuum, ὑποβολισμαίος, qui subditus est, & in alterius locum positus. Plaut. in Amph. Namque de illo subdititiuo Sosia mirum nimis est.

SVBDITVS, ta, tum, participium, [sottoposto. Gal. Mis dessous, supposé, submis. Hisp. Sojuzgado sometido.] ἐπιταθόμενος, subtus immiffus. Cicer. 2. de Natu. Deo. Quæ efferuescant subditis ignibus. Subditum etiam partum, dicimus suppositum, hoc est, sublarum ab ea muliere, quæ peperit, & alteri appositum. Item apud Iurecon-

fulus, Subditum testamentum dicitur, cum uero testamento occultato, aliud clam fuit appositum. Subditus iudex, hoc est, in locum alterius successus. Accipitur interdum Subditus, pro subiecto, eoque qui alterius patet imperio.

SVBDIV, [Fra il di.] καὶ ἡμέρας, idem quod Die, siue interdiu. Plau. in Most. Nam subdiu sol agit hic perpetuum diem.

SVBDO, dis, [Sottoporre, sottomettere. Gal. Soubmettre, mettre sous, mettre pardessous. Hisp. sojuzar, sojuzar, sojuzar.] ὑποτάξω, suppono, subijcio. Cato de re rust. Ignem subdito: ubi bullabit uinum ignem subducito. Aliquando accipitur pro subiungere, siue adijcere. Quin. His dictis & alia subdit. Interdum pro sufficere siue sublituere. Cicero tertio Verr. Videat quid de illis, respondeat quo in eorum locum subditos domi suæ reseruabit. Subdere equo calcaria, est uentrem equi calcaribus pungendo, ad cursum incitare: quamquam & per translationem accipitur pro quouis modo urgere. Ouidius secundo de Arte: Cum mora non tuta est, totis incumbere remis Vitæ: & admissio subdere calcar equo. Subdere ignem, ac materiam seditioni, per translationem, pro augere, & fouere seditionem, animosque iam satis incitatos uehementius inflammare, & oleum (quod dici solet) camino adijcere. Liui. libro 8. ab Vrbe condita: Ita irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni, non esse ætatis, non prudentiæ eius.

SVBDOCEO, es, ὑποδιδάσκω, uicem præceptoris occupo, uel horis succitius doceo. Cic. Att. lib. 8. Ciceronesque nostros meo potius labore subdoceři, quam me alium uis magistrum querere.

SVBDOLVS, a, um, pen. c. [Ingannatore, astuto. Gal. Cauteleux, & malitieux. Hisp. Engañador, o engañoso, o escondido.] ἀπαλῆς, fraudulētus, astutus, dolosus. Plau. Strobile subdole Huccine detrusit: me ad senem parcissimum? Idem Epid. Atque ei præmonstrabitur, pacto Quo fiat subdola aduersus senem. Ouid. 1. de Arte: Facit ubet blæfo subdola lingua sono. Subdole, & fraudulenter. Plaut. in Trin. eos consecatur, subdole blanditur, ab re Consuluit. Cicero de Orat. Nihil acute inuenire potuit in eis causis, quas scripsit: nihil (ut ita dicam) subdole, nihil uersute, quod ille non uiderit.

SVBDYBITO, as, are, [Dubitare aliquanto. Gal. Se doubter aucunement. Hisp. Dudar un poco.] ὑπαποῶ, nonnihil addubito. Cicero. Caelio lib. 2. Hæc eo pluribus scripsi, nonnihil significabant tuæ litteræ, te subdubitare, qua essent erga illum uoluntate.

SVBDVCO, is, pen. p. subtraho, [Tirar sotto, menar sotto, condur sotto. Gal. Soubtraire & retirer, mettre dessous. Hisp. Subtraher o san sacar.] ὑπαξίω, Cato: ignem subdito: ubi bullabit uinum, ignem subducito. Sunt enim contraria, Subdo, & Subduco. Iuu. Sat. 1. Et nos ergo manum ferule subduximus. Interdum sursum duco, leuo, extollo, Virgil. 9. Eclog. Qua se subducere colles incipiunt. Hinc Subducere naues, dicimus, pro eo quod est, in terram trahere quod terra altior mari: sit sicut e contrario Deducere, in mare e terra ducere. Idem 1. Aeneid. Quassatam uentis liceat subducere classem. Pla. in Casin. Ibo intro, ut subducam nauim rursum in puluarium. Subducere rationem, uel calculum, est computare, siue calculare. Cicero. Len. Rationibus subductis, summam feci cogitationum mearum. Pla. in Cap. Subducam ratiunculam, Quantillum argentum mihi apud trapezitam fiet. Subducere item, est furtim subtrahere, Idem in Curc. Propino magnum poculum, ille bibit, Caput ponit: cum dormiscit, ego ei subduco anulum. Virgil. 3. eclo. Et succus pecori: & lac subducitur agnis. Subducere se aliqua societate, uel de aliquo loco, est sensum & clanculum discedere, ita ut nullus uideat, Cicero ad Q. Fra. libro 3. De circulo se subduxit. Terent. Eun. Vbi primum poterit, se illinc subducat, scio. Salustius. Præterea ex gregarijs militibus quemque armatum in prima acie subducit, id est, extrahit, & alibi uocat. Subducere aliquem dictis, circumuenire, Terent. in Andr. Etiam nunc me subducere istis dictis postulas.

SVBDUCTARIVS, adiectiuum: ut, Funis subductarius, quo quid leuatur. Cato de re rust. cap. 12. Funes loreos quinque, subductarios quinque, mediopontos quinque.

SVBDUCTIO, onis, uerbale, [Sottrarre conto. Gal. subduction, compte & calcul en reduisant & rebatant. Hisp. Obrar de sacar uno de otro.] λογισμὸς, ratio, & quod uulgus computum uocat. Cic. 2. de Ora. Quo perspecto, statim occurrit naturali quadam prudentia non his subductionibus, quas isti docent, quid faciat causam. Subductio, ipse ex tollendi, siue leuandi actus. Cæsar. 5. Bel. Gal. Ad celeritatem onerandi, subductiones paullo facit humiliores, quam quibus in nostro mari uti consueuimus.

SVBDVLCS, & hoc ce, [Vn poco dolce.] ὑπόγλυκός, nonnihil habens dulcedinis. Plin. lib. 26. cap. 8. Radix subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus uetustis.

SVBEO, bis, iiii, subij, bitum, [Andar sotto, sotto entrare. Gal. Entrer, aller dessous ou dedans, se mettre dessous. Hisp. subir de baxo arriba.]

ὑποδύομαι, ingredior. Cæf. Com. 1. Qui intra annos quattuordecim in tectum non subissent. Passiuum protulit Iuuen. Sat. 16. Nam si subeantur prospera caltra. Et Cicero. 7. Ver. Inimicitia sunt, subeantur labores, suscipiantur. Subire item aliquando est suscipere, aut pati: ut, Subeo periculum, Subeo crucem, mortem. Cicero. lib. 3. Offi. Qui retinendi officij causa cruciatu subierit ultro. Item succrescere, Virgil. 1. Georg. Ne subeat herba, neu puluere uicta fathiscat. Interdum inuadere, corripere, in mentem uenire, idque tam cum datius, quam cum accusatiuo. Dicimus enim Subijti mihi cura, & subijti me penitentia. De datiuo nusquam non occurrit exempla. Accusatiuo autem iungo. Item Curt. lib. 3. Sera penitentia subijti regem. Item Subdere, supponere. Virgil. libro 10. Aeneid. subijti mucronem, ipsumque morando Substinuit. Subire onus dorso est suscipere, siue ferre. Horat. libro secundo Serm. Satyr. 9. Demitto auriculas, ut iniquæ fortis asellus, Cum grauius dorso subijti onus. Accipitur item Subire pro subleuari, & in altum extolli. Plinius: Sed hi rationem asserunt, quod leuissima sit imbrum cisternarum aqua, ut quæ subire potuerit, & pendere in aere. Idem: Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum est subijti eam in caelum, cum etiam lapides subijti apparent. Item pro succedere. Varro: In quarum locum subierunt inquilinæ, impietas, perfidia, impudicitia. Item respondere, seu resistere Cicero de Diu. Poteris ne orationem eius subire? Item scandere. Plinius libro 4. cap. 11. Hæmi excelsum sex milia passuum subit. Subire iudicium, est iudici quodammodo obrepere, & latenter eum inducere, ut pro nobis sentiat. Quint. libro 4. cap. 5. Fallendus est iudex & uarijs artibus subeundus ut aliud agi, quam quod nos petimus, puet. Subire ad hostes: id est, uersus hostes ascendere. Liui. 2. ab Urb. Cum Aequis post aliquanto pugnatum est, inuito quidem consule, quia loco iniquo subeundum erat ad hostes.

SVBER, eris, generis neutri, [Sonero, superbo. Gr. Dulige. Hisp. El alcornoque arbol.] ἄραλλος, arbutula est, glandifera, corticem habens præcrassum, cui inani solent, qui natate discunt. Plin. lib. 16. cap. 8. Suberi minima arbor, glans pessima, rara, cortex tantum in fructu præcrassus, ac renascens, atque etiam in denos pedes undique explanatus. Columell. lib. 4. cap. 26. Nam est præcipua cuneis Bith. o. a. quercus, & suber, & si qua sunt similia robora. Persi. Satyra. 1. Vt ramale uetus uegrandi subere coctum. Calepinus hoc nomen etiam masculinum, & foeminino effertim putauit. De foeminino nullum profert testimonium, præsertim cum in Columellæ loco paullo ante citato genus perspicui non possit. De masculino profert exemplum ex Plin. lib. 16. cap. 25. ubi sic legit: Tardissimus suber: Sed perperam: cum uera Plinij lectio sic habeat, Serotino autem germine malus, tardissimo suber, subaudi ex superioribus, germinat. Subereus, adiect. a Subere. Colum.

SVBERROS, ras, rare, sub re aliqua errare uel, Suberrare montibus, hoc est, errare sub montibus. Clau. 5. Pan. Indigenas fluuios Italis quicunque suberrant Montibus, alpinaeque bibunt, de more pruinæ.

SVBERUEFACTVS, part. [Poco caldo.] subferuefactio, ὑπόθερμος, paululum feruefactus. Plin. lib. 29. cap. 9. Contra scabiem uero quouis admisso iumentorum seuo pro parte tertia & pice, pariter subferuefactis.

SVBIBVLVM, siue subfibolum, uestimentum album, prætextum quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales uirgines sacrificantes habebant: idque fibula comprehendebatur. Auctor Festus.

SVBERIGIDVS, adiect. [Vn poco freddo.] ὑπόψυχρος, nonnihil frigidus: A quo Subfrigidus, aduerbium. Gel. lib. 2. cap. 9. Nimis minute ac prope etiam subfrigide.

SVBGRANDIS, de, adiect. idem quod grandiuiculus, hoc est, aliquantulum grandis, Cic. ad Att. lib. 3. Subgrande cubiculum autem, & hybernum altum, ual de probaui.

SVBGRAVIS, & hoc ue, [Alquanto grave.] ὑπόβαρὺς, aliquantum grauis. Plin. lib. 27. cap. 9. Radice renui, nigra, subgrauis odore.

SVBGRVNDÆ, subgrundæ, siue Subgrunda, pars tecti prominentis, qua stillicidia parietibus arcentur (inquit Budæus) qualia fere sunt Lugdunensium tecta, quæ a Græcis γείσοι καὶ γείσα, dicuntur Varro de Re rust. cap. 3. Apes enim subter subgrundas ab initio uillicosemofæ prominentium partium constructio. Vitru. lib. 4. cap. 2. Sub tectis (inquit) si maiora spatia sunt, columen in summo fastigio culminis, (unde & columnæ dicuntur) & transtra, & capiteoli: Si commoda, columen & canterij prominentes ad extremam subgrundationem.

SVBGRVNDIA, ofum, γείσοι, γείσαι, idem quod Subgrundæ. Plin. lib. 25. cap. 13. Alij Stergechron uocant, quod amatorijs conueniat, alij Hypogeson, quoniam in subgrundis fere nascitur.

SVBHASTARE, [Vendere all' incanto. Gal. Vendre à l'enchant. Hisp. Vender como en almoneda a quien da mas.] λαφύραπωλῆς, est sub

- est sub hastam mittere, hoc est, per auctionem uendere. Solet enim hasta signi in publicis auctionibus, in quibus aliquid ueluti belli iure uendebatur.
- SVBHOXRIDVS**, adiectiuum, aliquantulum horridus. Cicer. pro Sextio. Quia eum tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque incultum uidebant.
- SVBIACEO**, ces, subiacui, [sottogiacere, sottoporsi. Gal. Estre couché & gesfir deffous, estre extendu deffous. Hisp. yzær o estar de baxo.] υποκειμαι, sub re aliqua iaceo. Pun. epi. 10. l. 5. Sed hi procul a mari recesserunt: quin etiam Apen. no. salu. uiderunt montium, subiacet. Col. lib. 10. Es mater facili mollissima subiacet aruo.
- SVBIACTO**, as, [Trare in su, parlare lanciare. Gal. Geter souuent & metre deffous. Hisp. Enchar en alto.] ἀπαρπίπτω, in altum iacto, ut cum in areis frumenta uanno a paleis secernuntur. Var. lib. 1. de Re rust. c. 52. Hi tritici oportet e terra subiaceri uallis aut uetilibris, cum uentus spirat lenis. Ita fit, ut quod leuissima est in ea, atque appellatur Acus, euannetur foras extra aream: at frumentum, quod est ponderosum purum ueniat ad corbem.
- SVBIECTO**, tas, [Lanciare. Gal. Geter en haut, lancer en haut. Hisp. Lançar en alto.] ἀναρπίπτω, in altum etaculo. Vir. 3. Aen. Nigramque alte subiecit arenam. Aliquando idem ualeat, quod identidem subiectio: unde Subiectare manum dicuntur, qui sub uentrem manum mittunt ad partes pudendas, ut solent patiores, qui sub equuleorum uentrem manum solent subijcere, ne postea adulti ad tactus huiusmodi exasperant. Lasciuiores item adolentuli manum subiectare dicuntur, cum ad muliebria pudenda atrectanda, inter femina manus subijciunt. Econuerso item puellæ, cum uirorum adolentulorum uel pudenda atrectant. Oui. 4. Met. de Salmacide nymphæ: Subiectatq. manus inuitaque pectora tangit.
- SVBIGATRIX**, cis, ἄβιδος, mulier impudica, quæ in re uenerea uirum imitatur: quo nomine olim male audijt Sappho. Plautus Persa. Neme atrecta subigatrix.
- SVBIGITO**, as, are, aliud freq. Plau. in Casin. Nunc tu si uenis subijcitare me, proba est occasio: Peristi hercle, age accede huc.
- SVBIGVLVM**, li, qui semper flagris subijcitur. Plau. in Persa. Vir summe populi stabulum seruitricium, Scottorum liberator, subiculum flagri, Compedium contritor, pitrinorum ciuitas.
- SVBIGOGIS**, p.c. [Confringere, sottomettere. Gal. Contraindre. Hisp. sanar.] διαζομαι, Saluati. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. Quandoque Subigere, est subijcere, dominare. Idem postea uero quam in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonij & Athenienfes cœpere urbes atque nationes subigere: Quandoque acere Virgil. libro 7. Pars læues clypeos & spicula lucida tergunt Aruina pingui, subiguntque in cote secures. Quandoque atrecto, agito. Cato: farinam in mortarium indito: aquam paulatim addito, subigitoque pulchre. Quandoque bene arare, bene colere Virgil. 1. Georg. Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. Colum. libro 2. Sequitur, ut tempora quoque subigendi arui præcipiamus. Cicero per translationem libro 2. de Ora. pro exercere posuit. Subactio mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed nouato, & iterato. Quandoque suffodere. Virgil. 2. Georg. Tamen hæc quoque si quis Inferat, aut serobibus mandat mutata subactis. Quandoque subagitare. Cicer. Pæto: Gallam subigo. Quandoque sursum agere. Sed tunc a Sus, quod significat sursum componitur. Virgil. libro 1. Georg. Non aliter, quam qui aduerso uix flumine lembum Remigij subigit. A Subigo fit aliud compositum, Prosubigo: de quo supra. Et subactus participium, de quo supra suo loco. Subactus, huius subactus, idem quod subactio. Plin. l. 18. c. 7. Quod in subactu congruum aquæ capiat.
- SVBIGITIO**, cis, secunda syllaba c. [Sottoporre, sottomettere, sottogiugere. Gal. Mettre deffous sousmettre, assubjetir. Hisp. sometter.] υποβάλλω, suppono. Virg. 4. Georg. Et ramea costis subijciunt fragmenta. Aliquando subiungo. Cic. Tot tibi populis repente subiectis. Subijcere, pro subdere siue addere. Cicer. 7. Verr. At quæ causa tum subijciebatur ab ipso, Iudices, huius tam nefariæ crudelitatis. Aliquando sursum iaceo. Virgil. 12. Aeneid. Et corpora saltu subijciunt in equos. Subijcere calumniæ per translationem. Lilius libro octauo Bel. Macæd. Sed si ego in eaciuirate, quæ ideo omnibus rebus incipiendis gerendisque Deos adhibet: quia nullius calumniæ subijcit ea, quæ dii comprobauerunt.
- SVBICTVS**, a, um, [Soggetto, sottoposto. Gal. Sugget, submis, assuggetti, mis deffous. Hisp. sojco & gado, subiecto.] ἀποδύμενος, id est, subditus, & alterius imperio parens. Virg. lib. 6. Aen. Parcere subiectis & debella re superbos. Aliquando idem est, quod expositus, siue obnoxia. Cic. 5. Tusc. Sin autem uirtus subiecta sub uarios incertosque casus, famula fortunæ est: nec tantarum uirum est, ut se ipsa tueatur. Idem omnes res subiectæ sunt naturæ sententiæ. Horat. 2. Sermo Saty. 6. Per totum hoc tempus subiector in diem & horam inuidiæ.
- SVBIECTIO**, onis, uerb. [soggettione. Gal. suggestion, obijctione, supposition. Hisp. subiection.] υποτιπρωσις, est representatio, delineatio, siue descriptio. Cicer. 3. de Orat. Rerumque, quasi gerentur, sub aspectum pene subiectio, quæ & in exponenda re plurimum ualeat, & ad illustrandum id quod exponitur. Interdum accipitur pro suppositione rei adulterinæ pro uera. Liui. 9. Bell. Macedon. Qui fallis testimonijs, signis adulterinis, subiectione testamentorum, fraudibus alijs contaminati, eos capitali pœna afficiebant.
- SVBIACES**, [Soggetti.] penultima correpta, ὑπήχου, dicuntur subiecti. Ennius in Achille referente Felto: Ergo Deum sublimes, subiacet, humidus. Vnde oritur imber sonitu læuo & strepitu. Vide Gellium lib. 5. cap. 7.
- SVBIMPETRANDVS**, participium a uerbo Subimpetro. Tacit. libro 4. Nam priores duces subimpetrando triumphalium insigni, sufficere res suas crediderant.
- SVBIMPVDENS**, [Alquanto sfociato.] p.c. adiectiuum, ὑπανόχουτος, nonnihil impudens. Cicer. ad Trebat. lib. 7. Interdum timidus in labore militari, sæpe autem etiam (quod a te alienissimum est) subimpudens uidebare.
- SVBINANIS**, & hoc ane, ὑποκνεος, nonnihil uacui habens aut inanimatus. Cic. ad Att. lib. 2. Quinetiam quid est subinane in nobis & non ἀποδιδόξου. (bellum est enim sua uicia nosse) is afficitur quadam delectatione.
- SVBINDE**, cum accentu in antepen. [Subitamente. Gal. Incontinent, apres ou souuenter fois. Hisp. Subitamente, luego.] εἶτα, deinde uel statim post. Horat. 1. Episto. 8. Si dicet recte, primum gaudere, subinde Præceptum auriculis hoc instillare memento. Lilius 7. ab Urb. Vno alteroque subinde ictu uentrem, atque inguina hauit. Interdum significat frequenter, siue (ut proprie dicam) identidem: hoc est, crebro, cum exiguo quodam interuallo. Suet. in Tib. capitu. 57. Læua natura ne in puero quidem latuit, quam Theodorus Gadareus & perspexisse primas sagaciter, & assimulasse aptissime uisus est: subinde in obiurgando, appellans eum lutum a sanguine maceratum. Dicitur & subin, sicut Proin, & Dein.
- SVBINGERE** ARIETEM, (inquit Festus) Antistius esse ait, dare arietem, qui pro se agatur, cædat uerue.
- SVBINSVLVS**, adie. [Alquanto sciocato.] ὑπαπειροκαλος, aliquantulum insulsus. Cicer. in Orat. Est enim uitiosum in sententijs, siquid absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut subinsulsum est.
- SVBINUISVS**, adie. [Vn poco odiato.] aliquantulum inuisus. Cicero pro Rab. Posthumo. Ille puteolanus sermo illius temporis ueterum cursus atque ostentatio, tum subinuisum apud maleuolos Poithumii nomen.
- SPINUITO**, tas, [Inuitare alquanto.] p.p. aliquantulum inuito, & pro-uoco. Cic. ad Marium. lib. 7. epi. Hæc ad te pluribus uerbis scriptis, quam soleo, non orij abundantia, sed amoris erga te, quod me quadam epistola subinuitaras.
- SVBIRASCOR**, [Alquanto irarsi. Gal. Estre un peu courroucé, se courroucer auement. Hisp. Ensanarse un poco.] ὑπορρίζομαι, nonnihil irascor. Cicer. ad Att. l. 9. In Epirum, quod me non inuitas comitem, non molestum. subirascor, sed Vale.
- SVBIRE** ALEAM, [Arrischiarsi.] παραινυδιδειν, est periclitari, & obiectare se fortunæ dubiæ. Tractum ab aleatoribus, qui in foro aleatorio uarie agitantur, & repente uictores, repente uicti dubio euentu examinantur. Liui. Dubiam seruitij, imperijque aleam subimus.
- SVBITANEVS**, subitaneus, subitanus, [subitano. Gal. subit, soudain. Hisp. sbito. Subito y de impropiso.] αἰφύδιος, idem quod subitus. Columel. libro primo capitu. 6. Hinc autem nubiliarium applicare debet, maximeque in Italia, propter inconstantiam cæli, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitanus imber intercesserit.
- SVBITARIVS**, subitaria, subitarium, [Subito.] εἰσπινυσιος, repentinus, licet quandoque pro extemporali sumatur. Cels. Quid sibi uellet subitaria dictio. Subitarij milites, pro repentino auxilio. Liui. 3. ab Urbe: Ad eum expellendum, Latini, Hænicique & colonia Antium dare Quintio subitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant) iussi.
- SVBITO**, aduerbium, [Subitamente. Gal. soudainement, soudain. Hisp. subitamente o adespera.] εἰσπινυσιος, repente, confestim, ex tempore. Cicero pro Fonteio: Cum tot bella aut a nobis necessario suscipiantur, aut subite, atque improuiso nascantur. Virgil. 4. Georg. Dixit & ex oculis subito, ceu fumus in auras Commisit tenues fugit diuersa.
- SVBITVS**, a, um, [Subito, repentino. Gal. Subit, soudain. Hisp. Cosa subita y de impropiso.] αἰφύδιος, a Subeo, sis, idem quod repentinus. Cic. Plaut. l. 10. Neve in rebus tam subitis, tamque augustis a senatu consilium petendum putes. Plaut. Persa. Si tibi subiti nihil

- est, tantum enim est mihi. Cic. Memm. lib. 13. Nam propter opera instituta, multa multorum, subitum est ei remigrare. Vir. 11. Aen. Sterneret ut subita turbata morte Camillam. Qui. 6. Met. Subitulusque inuita notauit Ora rubor.
- SVBIUGALIS**, ὑποζυγίος, iugo subditus: unde pullus subiugalis in Evangelio legitur. Huic opponitur iniugis, quod iugum non est expertum.
- SVBIUGIA LORA**, dicebantur ea, quibus iugum collis bouum, uel iumentorum aptabatur. Cato de re rust. cap. 15. Subiugia in lustram lora pedum 12.
- SVBIUGIS**, & hæc subiuge, p. c. ὑποζυγιάδης, idem quod subiugalis. Plin. lib. 11. cap. 49. Nero ostentabat hermaphroditas subiuges carpento suo equas.
- SVBIUGO**, as, p. c. [soggiogare. Gal. subiuguer, afferuir, mettre sous le joug. Hsp. sojuzgar o meter so el yugo.] ὑποζυγίω, debello & imperio subiugio, quasi sub iugo pono. Cla. Nulla est uictoria maior, Quam quæ confessos animo quoque subiugat.
- SVBIUNGO**, subiungis, [soggiogare sottomettere.] ὑποτάσσω, subijcio, debello. Virg. 7. Aene. Nulli fas Italo tantam subiungere gentem. Cic. de lege Agra. Vt iub uelstrum ius, iurisdictionem, potestatem, terrarum orbem subiungeretis? Vnde Subiunctiuus modus dicitur est, quia subiungitur alteri uerbo, sine quo sententiam explere non potest.
- SVBLABOR**, eris, [Fuggire. Gal. Cheoir ou decheoir peu à peu ou sous le faix. Hsp. Caer o desliarse poco a poco de baxo.] ὑπολαβίω, prætereo, siue latenter decurro, aut fugio. Virg. 1. Geor. Sic omnia fati In pecus ruere, ac retro sublapi referri.
- SVBLABRO**, as, p. c. cibum intra labra mitto, ut interpretatur Nonnius citans illud Næuij ex Decuma. Iam ego illi subiens sublabra bo esui illud sinciput.
- SVBLATE**, [splendidamente.] aduerb. μεγαλοπρεπώς, magnifice, splendide, elate. Cic. de Clar. Ora. Quoniam ergo bonorum oratorum duo genera sunt: unum attenuate pressequer, alterum sublata, ampleque dicentium. Sublate se dicere, est magnifice de se prædicare. Cic. pro Domo sua: Nihil enim unquam sublatis dixi asciscenda laudis causa potius, quam criminis depellendi.
- SVBLATEO**, sublatis, pen. c. [Nasconderli alquanto. Gal. Estre caché o mossé dessous. Hsp. Esconderse un poco.] ὑποτινιανθίω, sub re aliqua lateo. Varr. de re rust. cap. 48. Arista enim quasi cornua sunt spicarum, quæ primitus cum oriuntur, neque plane apparent: in qua sublataet herba, ea uocatur uagina, ut qua latet conditus gladius.
- SVBLATIO**, [Tolta, distruzione.] ἀφαίρεσις, uerbale est a Sustollo, idem fere significans, quod ablatio, siue destructio. Quint. lib. 7. cap. 2. An restituito pro sublato iudicij fit. Cicer. de Fin. Voluptas est sublatio animi sine ratione, &c.
- SVBLEGO**, as, p. c. [sostituire. Gal. substituer. Hsp. substituir.] ὑποκαθίστημι, substituo. Iust. libro 3. Senatui custodiam legum, populo sub legandi senatum, uel creandi, quos uellet magistratus, potestatem permisit.
- SVBLEGO**, is, [Robare. Gal. Cueillir et amasser en cachette comme un larron, dérober. Hsp. Arrebar por hurto.] p. c. ὑσπεμαί, furto aliquid surripio. Virgil. 9. ecl. Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper. Nonnumquam idem quod cursum, siue obiter aliquid legere. Gell. libro 13. cap. 12. Cum hoc in ea Capitonis epitola sublegissemus. Sublegere, colligere. Colum. 12. cap. 16. Propter imbres in terram decidit, quæ cum sublecta est &c. Hora. 2. Ser. Sat. 8. Puer alte cinctus, acernam Gausape purpureo mensam pertersit: & alter Sublegit, quocumque iaceret inutile. Sublegere in locum alicuius, est legendo substituere. Liu. 5. Bel. Puni. Et ita in demortuorum locum sublecturum, ut ordo ordinis non homo homini prælatu uideretur. Sublegere sermonem est, clam excipere. Plau. in Mil. Clam nostrum huic ille sublegerunt sermonem.
- SVBLESTVS**, sublesta, sublestum, [Debile, uano. Gal. Debile, infirme, friuole. Hsp. Flaco, enfermo.] ἄδυνος, infirmus, leuis, friuolus, debilis. Plaut. in Persa. Nam ubi ad paupertatem accessit infamia. Grauior paupertas sit, fides sublestior. Idem in Bacc. Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide. Vinum sublestissimum, quod maximam debilitandi uim habet: ut exponit Festus, citans Plautum in Neruolaria.
- SVBLEUO**, as, [sollenare. Gal. Soublener, soulager. Hsp. Alinianar o soliniar arriba.] ὑπέρχειν, sursum leuo. Suet. in Vespasiano: Aluo repente usque ad deflectionem soluta, Imperatorem ait stantem, mori oportere: dumque surgit ac nititur, inter manus subleuantium extinctus est. Per translationem sumitur pro fauere, defendere, & quodammodo labescētem erigere, Cicer. 4. Tuscu. Cum multa in conuentu collegisset in Socratem Zopirus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus a cæteris est, qui illa in Socrate uiria non agnoscebant, quæ ipse ex illius aspectu multa collegerat. Ab ipso autem Socrate est subleua-
- rus, cum illa sibi ingenita, sed ratione ad se deuicta diceret. Plau. Cicil. 10. Hoc omne assignatum iri aut pertinacæ meæ, aut timori uidebam, si aut hominem offensum mihi, aut conuictum cum rep. non subleuauim. Cic. 5. Verr. Sed eadem ista æstimatione alter subleuarat aratores, alter euerterat. Subleuari testimonio aliquem, i. causam eius leuiorem reddere. Cic. pro Cluen. Pater adulescentis, quæ propter animi dolorem perennis suspicio potuisset ex illo loco testem in Aluum Cluen. constituere, is hunc suo testimonio subleuat.
- SVBLICA**, æ, p. c. palus, seu pertica, quæ in aqua defigebatur ad pontis alicuius constructionem. Vnde Pons Sublicius Romæ dictus est, qui ex sublicis ita structus sine ferreo clauo fuit, ut trabes sine futuris eximerentur. Liu. 1. ab Vrbe: Id non muro solum, sed etiam ob commoditatem itineris ponte sublicio, tunc primum in Tiberi facta, coniungi urbi placuit. Cæsar in descriptione Rhenani pontis: Non sublicæ modo (inquit) directæ ad perpendicularum, sed pronæ ac fastigiatæ, ut secundum naturam fluminis procumberent.
- SVBLICIVM**, publicij, idē quod Sublica. Linius. 3. Bel. Puni. Quia muro satis per se alto, subiectis ualidis sublicijs pro solo usus erat.
- SVBLICIVS PONS**, ad eā partem Tiberis fuit, qua Ianiculū ab urbe dirimit, ea arte constructus, ut trabes sine futuris eximi possent. Id enim religiosum esse cœpit, ex quo defendente Coelice ægre reuulsus est. Dicitur autem Sublicius, quod ligneus esset & sublicis fulciretur. Ita enim uocant palos ad pontis sustentationem, in aqua defixos.
- SVBLIGACVLVM**, li, περὶζωμα, amiculi genus quo femora, & partes pudendæ ligantur. Cic. 1. Officior. Scenicorum mos tantam habet ueteris disciplinæ uerecundiam, ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo.
- SVBLIGARIS**, [braga, bracha. Gal. Le brayer. Hsp. Las bragas.] ὑπόβασις, idem quod subligaculum, hoc est, illud, quo partes pudendæ reguntur. Martial. lib. 3. Lecta tamen non hac, qua debes parte lauaris: Si pudor est, transfer subligar in faciem. Iuue. Sat. 6. Personam, thyrsūque tenent, & subligar Acci.
- SVBLIGO**, as, p. c. cor. [Legare jotte. Gal. Lier par dessous. Hsp. Atarpar la parte baxa.] ὑποσέω, subtus ligo: unde & Subligaculum. Plin. lib. 27. cap. 2. Vbi uua uaria cœperit fieri, uites subligato. Virgil. libro 6. Aeneid. Tum lateri atque humeris Tegeæum subligatensem.
non inuenisse subaudituri. Virg. 1. Aene. Tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Edidit alma Venus, &c. Idem libro 3. Nam Polydorus ego. Nonnumquam pretium importat, idem sere significans, quod ualeo, siue æstimor, in qua significatione genitiuum exigit. Salust. in Jug. Nunc uos æstimare facta, an dicta pluris sint. Terent. in Adelph. Argenti quanti est summo, id est quanto pretio ualet. Cicer. lib. 2. Offic. Vt commodius putarent numerari sibi, quod tanti esset, quam suum recuperare. Esset, inquit, id est existimaretur. Idem in frumentaria: Cum in Sicilia sextertiorum duorum tritici modius esset. Eundem etiam casum exigit, cum do minium seu possessionem importat: ut, Pecus est Mælibi: Itæra quando minus significat: siue officium, idque in tercia duntaxat persona singularis numeri. Cicer. lib. de Orat. Clamare contra quam deceat, hominis est impudentis. Et paullo post: Quorum alterum diuinitatis mihi cuiusdam uideretur, alterum humanitatis. Quandoque iungitur datiuo, & tunc significat, habeo, Virgil. 1. Aeneid. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nimphæ, Iungimus interdum, & alterum datiuum. Cicer. ad Attic. Postrema tua pagina magnæ mihi molestiæ fuit. Cuius generis orationes, fere exponi solent per uerbum officio, hoc modo: Postrema tua pagina affectit me magna molestia. Ampla domus sæpe affectit do, minus dedecore. Cum datiuo, & ablatiuo. Plaut. in Mil. Nihil me poenitet iam quanto sumptu fuerim tibi. Est mihi minus cum illo, id est minus sum ei familiaris. Cicero Marcello. lib. 15. Si mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus, allegarem ad te: illos a quibus intelligis me præcipue diligi. Ponitur & pro conuenit, siue contingit, sed in tercia tantum persona singularis numeri. Val. Max. libro 1. Non est inter patrem & filium illius rei comparisonem fieri, præsertim diuinitatis fastigio iunctos. Virgil. 6. Aeneid. Nec non & Tityon terræ omni parentis alumnum Cernere erat. id est licebat. Apponitur quandoque huic uerbo ablatiuus sine præpositione: ut, Tuo beneficio, liber sum, & Tu es magna ui animi, & corporis. Aliquando etiam cum præpositione: ut, Hæc res est in potestate meæ: Vis est in armis. Est in bonis, pro in possessione bonorum, bona possidet. Cicer. Acilio. libro 13. Nullam omnino arbitror de ea hereditate controuersiam eum habiturum, & est hodie in bonis. Esse in aliquo numero, atque honore. Cæsar. 6. Bel. Gal. In omni Gallia eorum hominum, qui in aliquo sunt numero, atque honore, duo sunt genera. Interdum adiunctum habet accusatiuum mediante præpositione Ad: tunc est, significat exponitum est, uel uergit. Cæsar. 1. Commen. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem, quæ est ad Hesperiam. Ponitur nonnumquam sine casu a parte posteriori. Lucretius, Quæ sunt, quæ fuerunt, & quæ post facta sequentur. Item iungitur in finitio alterius uerbi ut, Magnæ laudis est, uacare sapientie: & Animi fortitudo est, aduersa contemnere. Est, pro possibile est. Celsus: non tam facile ijs opulari est, qui in cibo uenenum, uel in potione sumpserunt. Budæus. Es, pro soles. Cicer. Cornif. lib. 12. Quod si, ut es, cessabis, lacessam. Huius uerbi cõposita sunt. Absum, Adsum, Desum, Exsum, Insum, Intersum, Obsum, Possum, Præsum, Profum, Subsum, & Supersum, quorum significata expli cantur suis locis.

SVMEN, iuis, ἄσπερον, uenter suillus, infra umbilicum, cum ipsis uberibus, summis olim Romæ in delicijs habitus, præcipue si ex primipara excisus esset fue, uno die post fœtum editum. Antiqui Abdomen appellauerunt. Suminis autem uocabulum a Publico Mimorum Poeta initium sumpsit. Pli. lib. 8. cap. 51. Hinc Censoriarum legum paginæ interdiciturque cœnis abdomina, glandia, testiculi, uulua, sincipitia uerrina, ut iam Publij Mimorum poetae cœna, postquam seruitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine etiam uocabulo suminis ab eo imposto. Idem in libro 11. cap. 37. Proxima eiectionis uulua est occisæ, uno die post partum: Huius & sumen optimum, si modo fœtus non hauserit: eiectionis deterrimum. Antiqui Abdomen uocabant, prius callere id sinentes, occidere non assueti. Hæc Plin. Mar. lib. 13. Esse putes nondum sumen, sic ubere largo Effluit & uiuo, lacte papilla tumet. Plaut. in Capt. Quanta habes larido, quanta sumini absumedo? Dicitur Sumen (ut quibusdam placet) quasi suis abdomen: aut, ut alij putant, a rugendo: quammquam non desunt, qui Sumen dictum putet, quasi Rugenem, a matris, quas antiqui Rumas appellabant.

SVMMA, [Summa, conchiusione. Gal. Sonme sommaire, abrègè, fin de compte. Hisp. La somma que se cogè de los numeros.] κεφαλαίον, caput sententiæ alicuius, aut rerum, de quibus uerba fiunt, aut etiam quæ numerantur. Virg. 1. 4. Nauiget, hæc summa est. In summam proficere. Quint. lib. 1. Maiora tamen aliqua discit puer eodem ipso anno, quo minima didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum, in summam proficit, Id est, in cumulum exercere & ad eam dicendi facultatem, quam adolecenti aut inueni comparare uolumus, & ad eum finem, quem destinauimus. Summa uictoriæ. Cæsar. Bel. Gal. Nec solis Biturigibus communem salutem committere

dam censent: quod pene in eo, si opidum retinuisset, summam uictoriæ conitare intelligebant. Summa rerum, Terent. in Phor. Ad te summa solum Phormio rerum redit. Cicer. de Leg. Leges autem a me edentur non perfecte, nam hoc esset minutum, sed ipsæ summæ rerum ac sententiæ. Idem ad Tit. libro 13. Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaueris, ut Auianus, quando se a me amari putat me a te amari sciat: erit id mihi per gratum. Summa pecuniæ. Cicer. 1. Offic. Addendo, deducendoque uidere, quæ reliqui summa fiat. Cicero de Lege Agra. Cum summam tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipse ex sua uoluntate commisisset. Huius deminutiuum est Summula, id est, parua summa.

SVMMANALIA, dicuntur liba farinacea in modum rotæ facta. Festus. Hæc Cælius libro 9. cap. 16. Summanalia uocat, putatque a sumine esse dicta, eademque esse cum ijs, quæ Græci, ἄρτυρα, appellant.

SVMMANVS, [Plutone.] penult. produ. ἄιδος, ἀδουδς, Pluto, deus inferorum, ita dictus, quasi summus deorum Manium: ut in Nupt. Philologiæ docet Marcellianus. Huic Romani nocturna fulmina assignabant, quæ admodum diurna Ioui, teste Plin. libro 2. capitu. 51.

SVMMARIVM, [Sj] [Sommaria. Gal. Sommaire, abrègè, epitome. Hisp. La summa de lo derramado.] ἐπιτομή, idem quod breuiarium. Seneca, Vide ne plus profectura sit ordinaria oratio, quam quæ uulgo breuiarium dicitur, olim cum Latine loquebamur, Summariuua dicebatur.

SVMMATES, [Primarij della città, gubernatori, prencipi. Gal. Les principes ux les grands seigneurs, les premiers en dignité, les plus grand personna ges, les souverains. Hisp. Los principes de la ciudad, principales del pueblo.] μὲγιστὰς, ἄριστοι, principes in ciuitate, qui & Optimates, & Primates appellantur. Plau. in Pseud. Nunc tibi hæc ego loquor deliciæ laminatum uirum. Idem in Cistel. Vbi istas uideas summo genere natas Summates matronas.

SVMMATIM, [Sommarimente, breuemente. Gal. Ala cime, par les summitez. Hisp. Por las cimas.] κεφαλαίως, ἐκαστῶς, per singulas summas, uel in summa, & breuiter, & omniibus quasi simul comprehensis. Apuleius: Omnia summam tim terigerat. Plin. Sed ut hæc de re summam dicam. Huius significantiæ sunt, In summa, & Ad summam, quæ ita significant, ac si diceremus, Quod ut summam tim comprehendam. Quin. In summa non recedo: fas est mihi, inuitis etiam parentibus, pie facere. Cic. de Offic. Ad summam, ne agam de singulis, communem totius generis humani societatem, congregationem, & conciliationem colere, tueri, & conseruare debemus. Ad summum uero, siue Summum, sine Ad, idem est, ac si diceremus, Ve summum uel maximum dicam, Cicer. pro Mil. Vnus aut summum duo, inuenti sunt, qui Milonis causam, non probarent. Id est, non plures, quam unus aut duo ex omnibus. Pro eo quod nos dicimus Summatim, uel in summa. frequenter uti solet Quinti, aduerbio Semel, Et ut semel omnia complectar: id est, in summa. In eundem sensum etiam quandoque sumitur Breuiter. Quintilianus: Breuiter tamen longè, & uelociter explicanda sententia est, ex omnibus quæ proculi, leuissimum fuit, quod occisus est. Plin. lib. 3. capitu. 4. A reliqua uero Gallia cultu uirorum, morum, dignatione, amplitudine opum præferenda, breuiterque Italia uerius, quam provincia. Aliquando etiam Summatim a Summus, sit, & significat per summam ἀκροῦς. Col. li. 3. Sin autem eo usque exaruit (scilicet uinea truncus) ut curuari non possit, primo anno summam tim, ita ne radices eruas aut lædas, ablaqueato.

SVMMATVS, us, ui, [signoria.] ἡρωτικόν, ἀρχή, imperium, & rerum summa. Luc. lib. 3. Imperium sibi cum, ac summam tim quisque petebat.

SVMME, [Somme, monte. Gal. Souverainement, tant qu'il est possible, extremement. Hisp. Muy grandemente.] εἰς τὰ μέγιστα, aduerbium a summus, significans maxime, excellenterque. Pli. epi. 243. Habui enim illum Quæstorem, in consulatu, mei summe obseruantissimum. Cicer. ad Sulpicium lib. 13. Tale enim tuum iudicium de homine eo, quem ego unice diligo, non potest mihi non summe esse iucundum.

SVMMERGO, is, [Sommergere.] Cic. de Dini. Summerfus equus uoraginitibus non obstitit.

SVMMISSE, siue, submisit, [Humilimente. Gal. Bassément, humblemēt. Hisp. Baxa y someridamente.] ἀποχα, demisse, obiecte, humiliter. Ci. Plancio: si meum beneficium potius ad eum detuli, qui a me contenderat, quam ad eum, qui mihi non nimis submisit supplicat.

SVMMISSIM, ὑπομείνω, idem quod summisit, siue uoce submisit. Sue. in Augusto: Nam ad communionem sermonis tacentes etiam & summissim fabulantes prouocabat.

SVMMISSIO, nis, Cic. Ora. Summissio orationis.

SVMMISSVS, a, um, siue Submissus, [Sommeffo, demesso, humile. Gal. Mit deffous, abaisfé, mis bas. Hisp. Sometido.] ὑπομείνω, interdum idem quod incuruatus, siue inclinatus. Virgil. 3. Aene. Summissi petimus terra

ram. Plin. lib. 11. cap. 49. Solidi pedes inter initia pasci nisi submissis genibus non possunt. Interdum idem quod humilis, abiectus, Cicer. 1. Offi. Neque summiffum nimis, neque se nimium efferentem. Summissa uox, i. pressa, cui opponitur clara & elata. Cicer. 1. de Ora. Oratio placida, summissa, lenis.

SVMMITAS, atis, [Sommita, alte ἄλτα. Gal. Summité, cime. Hisp. Altura, cima de cosa alta.] ἄλτα, idem quod uertex, siue fastigium.

SVMMITTITIS, [Sommittere, sottomettere. Gal. sommettre, mettre dessous, abaisser, humilier. Hisp. someter.] ἄλτα, suborno, clanculum & furtim immitto. Cic. 5. Ver. Summittebat iste Timarchidem, qui moneret eos, si sciperent etiam ut transigerent. Item permittere crescere, Namque Summittere barbam, & capillum dicimur, quâdo neque tondemus, neque radimus, permittentes ad enormitatem adolere, quod ipsemin est maximi doloris. Id etiam promittere, & Demittere, dicitur. Aliquando subdere uel successorē in alterius locum mittere. Cic. de Prouinc. consul. Huic uiro non summitteretis hunc diutius in provincia manere patiemini? Loquitur de Pifone, Macedoniam consulari imperio obtinenti, cui sententia sua successorē decernit. Aliquando sub iugum mittere, Virgil. primo. Eclog. Pascite ut ante boues pueri, summittite tauros.

SVMMOENIVM, nij, χαμαυπέδον, locus sub mœnibus, in quo meretrices profitabant. Inde Summoeniamus, a, um, Mar. lib. 12. Summoenianas cœnet inter uxores. Quibus in locis Summoenianas uxores appellat uilissimum meretricum genus, quæ in fornicibus sub mœnibus cellam habebant.

SVMMOPERE, e, [sommamente. Gal. tant qu'il est possible, sur toutes choses. Hisp. Muy grandement.] aduerb. μάλα, hoc est, maxime, uehementissime. Cic. 12. de Iuuen. Vitia uero hæc sunt certissima exordiorum, quæ summopere uitare oportebit.

SVMMOUEO, es, siue Submoueo, moui, motum, [Cacciare, rimouere.] ἀποκινῶ, arceo, depello, remoueo. Liu. 3. ab Vrbe: I licitor, summoque turbam, & da uiam domino adprehendendum mancipium. Cic. de Leg. Summoere Academiam non audeo.

SVMMVS, a, um, [Altissimo, sommo, grandissimo. Gal. Le plus haut, le plus grand, le plus profond. Hisp. Muy alto, muy grand o muy mayor.] ἄκρος, quod est omnium altissimum. Vir. 4. Aene. Summoque ulularunt uertice Nymphæ. Aliquando extremum, Cicer. in Hortens. Vixit ad summam senectutem ualitudine optima. Virgil. 2. Aeneid. Venit summa dies & ineluctabile tempus Dardaniæ. Aliquando maximū, quo nihil sit maius, Sic Iupiter summus dicitur, & a Virgilio, Summe Deum, pro Maxime deorum. Aliquando laudabile, glorio sum, Virgil. 9. Aeneid. Me ne igitur socium summis adiungere rebus Nise fugis? Summum, & ad summum, hoc est, pro eo quod dicimus, Ut summum, uel maximum dicam, Cicer. 5. Ver. Duo milia nummum, aut summum tria dedisset. Nonnumquam etiam, pro optime, Cicero ad Tironem libro 12. Fac plane, ut ualeas, nos ad summum scilicet ualemus: id est optime, ut uix melius possimus.

SVMMVTO, as, p. [Mutare. Gal. Changer l'un pour l'autre. Hisp. Mudar una cosa con otra.] ὑπελλάττω, aliud pro alio mutō. Cicer. in Orat. Hanc Hypallagen rhetores, quia quasi summutantur uerba pro uerbis, metonymiam Grammatici uocant, quod nomina transferantur.

SVMO, is, sumpsi, sumptum, [Pigliare, attribuirsi, consummare. Gal. Pre dre Hisp. Tomar a su carga.] λαμβάνω, capio, assumo, accipio. Cicer. de Clar. Orat. Tu qui a Nauio sumpsisti multa, si fateris, uel si negas, surripuisti. Saliust. in Jugur. Epistolam super caput temere positam sumit. Nonnumquam arrogo mihi? siue attribuo, aut plus iusto mihi uendico. Cic. pro Plane. Quamquam non tantum mihi sumo iudices, neque arrogo. Item eligo. Cicer. in Diuin. Sumet aliquem ex populo monitorem officij sui. Item conduco, Cicer. quoad enim peruentum quo sumpta nauis est, non domini est nauis, sed nauigantium. item consumo, Terent. in Adelph. Ergo intro, & cui rei opus est hilarem hunc sumamus diem. Item impendo. Idem in Phor. Opportune adeo nunc argentum attuli. Fructum quem Lemni uxoris reddunt prædia, infumam. id est impendam, ut Donatus exponit. Vnde Sumpus, de quo infra. Sumere obsequium animo, est animo obsequi, Plaut. in Bac. Ego darē me ludum meo gnato institui, ut obsequium animo sumere possit. Sumere operam, frustra laborare. Plaut. in Most. Quid ego huc recursem? aut operam sumam, aut conteram? Sumere supplicium, punire, Cicer. 7. Ver. Quamobrem supplicium non sumpsisti? Et paullo post, Dixit se, quod sciret sibi crimini datum iri, pecuniam accepisse, neque de uero archipirata sumpsisse supplicium, ideo securi non percussisse. Huius composita sunt, Absumo, Assumo, Consumo, Desumo, Infumo, Præsumo, Resumo, Transumo: quæ habent penultimam productam. Significata eorum explicantur suis locis.

SVMPTRIFACIO, cis, [Far spesa spendere, consumare. Gal. Faire grand de-

spense, consumer. Hisp. Hacer gasto y costa.] Σπαράω, facio sumptū. Pla. Si nunc me suspendam, meam operam luserim, ut præter operam restum sumptifecerim.

SVMPTRITIO, as, are, secundum frequentatiuum a Sumo. Plin. libro 15. cap. 5. Candidum autem uomitione causas morborum extrahit, quondam terribile, postea tam promissuum, ut plerique studiorum gratia, ad prouidenda acrius, quæ commentabantur, scriptius sumptitauerint.

SVMPTRIO, onis, uerbale, ἀνιμια, idē quod assumptio. Cic. 12. de Diu. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ Lenimata appellat Dialectici, sed nos Latine loqui malumus.

SVMPTRARIVS, a, um, Σπανηματικός, quod ad sumptum pertinet: ut Lex sumptuaria, quæ de moderandis sumptibus lata est, quantum cibarium appellat. Cicer. Pæto: Ad fungos me tuos conferam domum, si habeo, in denos dies, singulos sumptuaria legis dies conferam. Hinc centenarias appellauere antiqui cœnas, ab impensa centum festertiorum, sumptuaria lege præscripta.

SVMPTRVSVS, a, um, [suntuoso, splendido. Gal. somptueux, superflu & excessif en despense. Hisp. Costoso aspi.] Σαυανπος, qui immoderatum sumptum facit. Cic. in Para. Venio enim iam ad sumptuosos, reliquo istum quæstuosum. Terent. in Adel. Domus sumptuosa, adolefcens luxu perditus. Sumptuosa cœna in quem magnus factus est sumptus. Cicer. Pæto: Expecta igitur hospitem cum minime edacem, tum inimicum cœnis sumptuosi. Sumptuose. Cat. Epig. 44. Vos conuiuia lauta sumptuose, De die facitis.

SVMPTRVS, a, um, [Pigliato, tolto,] ἐπιημῆνος, participium passiuum uerbi Sumo, idem significans quod acceptus uel electus: ut, Sumpta uirili toga. Cic. de Ami. Idem pro Rabi. Vide hos quasi sumptos dies ad labefactandam illius dignitatem.

SVMPTRVS, ptus, [Spesa. Gal. Mise, despense, cost, conſtance, frais. Hisp. La costa o gasto ordinario.] Σαυαν, impensa a uerbo Sumo, quod inter cætera significat impendo, ut suo loco docuimus. Pl. Qui eam domū magno sumptu ædificauerat. Ter. in Phor. Opus est sumptu, ad Nuptias. Cic. in Parad. Non modo ad fructum ille est sumptus, sed etiam ad sœnus, exiguus.

SVNTIVM, σένιον, extremum Atticæ promontorium. ortum spectans, uicium habens eisdem nominis, quem Leontidi tribui assignat Stephanus. Vide Ptolæmeum decima Europæ Tab. & Strabonem sub initium lib. 9.

SVO, is, sui, tum, [Cucire, cuire. Gal. Coudre, conjoindre. Hisp. Coser.] ῥάττω, sarcio, concino, compingo. Cic. 2. de Natu. Deo. Cultus dico agro rum, extructionesque rectorum, tegumenta corporum uel texta, uel suta, omnemque fabricam æris & ferri. Vnde Sutores qui calceos suunt. Quidam a sue uerbum hoc deduci existimant, eo quod huius animalis fetis in suendo sutores utantur. Sumitur tamen generalius, pro eo quod est, rem quamuis coniungere, connectere, siue colligare, Gell. Sed hi pleraque naues loris subeant. Composita sunt Assuo, Conſuo, Circumsuo, Desuo, Dissuo, Exuo, Insuo, Interſuo, Perſuo, Præſuo, Resuo, Subſuo, Subterſuo, & Transuo: quorum significata explicantur suis locis. Deriuata sunt Sutor, oris: Sutorius, a, um, Sutrina, næ, & Sutura, næ, quæ omnia suis locis explicabuntur.

SVELLEX, is, fœminini generis, uel hæc supellestilis, & apud antiquos hoc Supellestile: unde putantur mansisse plurale neutri generis Supellestilia. Ablatiuum singularem facit Supellestile, uel Supellestili. Est autem Suppellex, [Roba di casa, mobile di casa, masseritie di casa, ornamento. Gal. Les meubles d'un homme, le meſnage. Hisp. El alhaja de casa.] κατασκευῆ ἀσόδος περιπλοία, ἐπιπλων, domesticum intrumentum, quod neque argento, auro factum, uel uesti annumeretur, id est res mobiles, ut uocant Iureconsulti, apud quos titulus est, de Supellestile legata. Cuius nomine, ut inquit Paulus, continentur mensæ, trapeziphora, delphicæ, subfella, scamna, lecti inargentati, eulcitæ, toralia, mappæ uillose, uasa aquaria, pelues, aquminiaria, candelabra, lucernæ, trullæ, uasa ænea uulgaria, id est quæ non proprio sunt loco attributa, præterea caplæ, armaria, uitrea, elcaria, & portoria. Hæc Sipontinus ex 33. Digest. de Suppellectile legata l. j. & l. supellestile. Hora. 5. Seru. Satyr. 6. Cœna ministratur pueris tribus: & lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet: astat echinus uilis cum patera guttus, Campana supellex. Cicer. 4. Ver. Supellex, ex ære elegantior, Deliaca, & Corinthia, Virgil. 1. Geor. uilisque supellex, Arbutæ crates & mystica uanus Iacchi.

SUPER, [Sopra. Gal. Sur ou sus, dessus. Hisp. Sobre, en cima.] ὑπερ, præpositio est modo accusatiuo, modo ablatiui casui feruens, deducta a Græca præpositione eiusdem significationis, aspiratione in s, & u, in u, commutata. Eius antitheton est Subter. Quidam hoc discriminis esse uoluerunt inter Super & Supra, quod illud contiguitatem, hoc spatium quoddam interiectum importaret. Quæ tamen differentia perpetua non est, ut satis constat uno Liu.

- testimonio lib. 44. ab urbe ubi sic habet: Vbi citra muros, supra, subterque terram per dies uiginti quinque pugnatum est. Accipitur aliquando Super pro De, cum genitiuo. Virgil. primo Aeneid. Multa super Priamo rogatus, super Hectore multa. Aliquando idem ualeat quod Pro, ut apud eundem. 4. Aeneid. Nec super ipse sua molitur laude laborem. Iuncta uero acculatio significat Ultra, Virgil. 6. Aeneid. Super Garamantas & Indos Profert imperium. In qua significatione aliquando etiam ablatiuo iuncta inuenitur. Virgil. 9. Aeneid. Nocte super media: Id est, ultra mediam noctem. Ponitur aliquando aduerbialiter sine casu, Plaut. Hinc atque hinc super subterque premor angustijs. Accipitur aliquando pro uehementer, Virgil. libro 1. Aeneid. His accensa super iactatos æquore toto, &c. Nonnumquam pro Desuper. Virgil. 9. Aeneid. Hæc super e uallo prospectant Troes. Super somnum, id est seruus a cubili, interprete Budæo. Curtius: Sed per dispositos, quos per somnum habebat, omnes proculi relegatos, ne fremitu murmurantium inter se excitaretur. Quandoque pro Insuper, & Amplius, idem 2. Aeneid. Cui neque apud Danaos usquam locus, insuper ipsi Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt. Componitur cum dictione incipiente ab a, ut Superaddo: c, ut Supercido: d, ut Superduco: e, ut Superemineo: f, ut Superfluor: g, ut Superincido: m, ut Supermeo: p, ut Superpono: u, ut Superuacuum. Componitur & cum præpositionibus De & In, ex quibus fiunt Desuper, & Insuper: de quibus egimus supra suis locis.
- SVPERABVNDANS**, as, [Soprabondare. Gal. Estre trop, abonder. Hispan. Reboffar lo lleno.] περιεσώδω, redundo, superfluo. Vlpianus. Digest. de Regulis iuris: Non solent quæ superabundant, uitare scripturas.
- SVPERAGNATA**, tunica, ἐπιπερικνῆς χιτὼν, omnium oculi tunicarum extrema, cornæ extrinsecus adhærens: unde & nomen accepit.
- SVPERALLIGARE**, [Legar sopra.] ἐπιπέτην, superne alligare. Plin. lib. 20. cap. 5. Caninus lien, si uiuenti exprimat, & in cibo sumatur liberat eo uitio. Quidam recentem superalligant.
- SVPERBIRO**, [Bever suor di modo.] ἐπιπίνω, post cibum potumve assumptum, alium potum superingero. Plin. lib. 2. 3. c. 1. Aquæ potum interponere utilissimum, itaque iugi superbibere ebrietati, quam quidem frigida potus extemplo discutit.
- SVPERBIA**, æ, [Superbia, altere ἄλχα. Cal. Orgueli, fieret é. Hispan. Soberuia ò altieuz.] ὑπερηφανία, ἀλαζονία, elatio mentis, arrogantia, insolentia. Cicer. 6. Verr. Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. Hor. 3. Carm. Ode. 10. Ingratam Veneri pone superbiam, Ne currente, retro funis eat tota. Quin. lib. 3. cap. 6. An diuitiæ pariât superbiam. Cic. contra Rullum: Coloni Capuæ in domicilio superbiam, & in sedibus luxuriæ collocati.
- SVPERBIO**, bis, [Insuperbire. Gels. S'enorguiller, deuenir fier. Hispan. Ensoberne cense, gloriarise.] ὑπερηφανοῦμαι, fastu quodam extollo: a præpositione Super, & uerbo Eo, ut uolunt, compositum, b, littera euphoniæ caussa interfecta. Plin. lib. 10. c. 62. Equæ comantes sese superbiunt. Quid, de Medic. fac. Laudatas homini uolucris Iunonia penas Explicat, & forma muta superbit auis. Accipitur aliquando superbire pro excellere, Plin. libro 17. Hinc geminæ certe apud Menandrum & Philemonem fabulæ superbiunt. Claud. libro quarto de Raptu: Phlegraïs filia superbit Exuuijs, totumque nemus uictoria uestit, hoc est, nobilitatur, celebratur, illustratur.
- SVPERBVVS**, a, ium, [superbo, altiero. Gal. Orgueilleux, fier & audacieux. Hispan. soberuio y altiuo.] ὑπερηφανος, elatus; arrogans. Virgil. 3. Aeneid. Stupris Achilleæ fastus, iuuenemque superbum Seruittio enixæ tu limus. Catul. Epig. 27. Et ille nunc superbus, & superfluens Perambulabit omnium cubilia. Horat. Epod. 4. Licet superbus ambules pecunia, Fortuna non mutat genus. Ouid. 2. Metamor. Ecce suo comitata choro Dictyna per altum Menalon ingrediens, & cæde superba ferarum. Aliquando nobilis, magnificus, excelsus. Virgil. 1. Aeneid. Hinc populum late regem, belloque superbum Venturum excidio Libræ. Aliquando altus, sublimis, Virgil. 7. Aeneid. Tela nouant Atina potens Tiburque superbum. Aliquando ornatus, Idem 2. Aeneid. Barbarico poltes auro spolijsque superbi. Aliquando opulentus: ut apud eundem 9. Aeneid. Simul ense superbum Rhamneteni aggreditur. Aliquando iniquus: ut apud eundem 8. Aeneid. Quos illi bello profugos egere superbo. Antiqui etiam Superbos (propter pompam funeris) mortuos dixerunt. Plaut. in Amp. Faciam ego hodie te superbû, nisi tu hinc abis, id est occidam.
- SVPERBE**, aduerbium, [superbamente, alteramente. Gal. Fierement, orgueilleusement. Hispan. soberuamente.] ὑπερηφανως, elate, fastuose. Terent. Phor. Satin superbe illuditis me? Liu. 4. ab Vrbe: Superbe a Samnitibus, qui Capnam habebant, Cumasque, legati prohibiti commercio sunt. Cicer. pro lege Man. Legati quod erant appellati superbius, Corinthum patres uestri, totius Græciæ lumen, ex-
- tingtum esse, uoluerunt.
- SVPERBIFICVS**, p. c. adiectiuum. Senec. Herc. furen. Et superbifica manu Artrum per ubes ducit Argolicæ canem.
- SVPERBILQVENTIA**, tiæ, [Parlamento superbo.] ὑψηλόφια, elatus atque arrogans sermo. Cic. 4. Tusc. quam uim mali significantes Poetæ impendere apud inferos laxum Tantaloi faciunt ob scelera; animique impotentiam, & superbiloquentiam.
- SVPERBITER**, [Superbamente] ὑπερηφανως, antiquis in usu fuit pro eo quod hodie uisitatius dicimus Superbe. Afranius apud Nonium: ille superbiter imperat. Næuius libro 5. Bell. Punic. ut citatur ab eodem Nonio: Superbiter, contemptim, conterit legiones.
- SVPERCALCANS**, as, are, [Calcar su. Gal. Fouler aux piés, peteler par dessus. Hispan. Hollar en cima de otra cosa.] ἐπιπέτασθαι, ὑπερκατέω, idem quod conculco. Colum. libro 12. cap. 39. Vbi unum tabulatum feceris, uinum uetus conspergito. postea alterum supercalcato, & item uinum conspergito, eodem modo tertium calcato, infuso uino superponito, ut supernatet, finito dies quinq. postea pedibus pulcato.
- SVPERCERNERE**, ἐπεκρίνω, est terram cribro purgatam iniicere. Plin. libro 17. capit. 10. Terraque cribris supercernitur pollicis crassitudine.
- SVPERCIDO**, dis, penultim. corre. [Calcar su. Gal. Cheoir dessus. Hispan. Caer sobre algo.] ἐπιπίτω, super rem aliquam cado. Columel. libro 5. Ne si transuersa fuerit cicatrix, cœlestem supercidentem aqua contineat.
- SVPERCILIOSVS**, [Austero, graue.] ὑπεροφφύς, κατωγυμῆγος, dicitur austerus, & grauis.
- SVPERCILLIUM**, lij, [Ciglio. Gal. ourcil. Hispan. La ceja.] ἐπισκωλιον, προσβοτή, pars extrema frontis, quæ super oculos prominens, breuius uestitur pilis, ad oculi protectionem aduersus ea, quæ superne incidere possent, uelut uallum quoddam a natura concessa. Plin. lib. 11. cap. 37. Supercilia homini, & pariter, alterne mobilia, in his pars animi. Cic. pro Rosc. Com. Nonne supercilia illa penitus abrasa olere mactiam, & clamitare caliditatem uidentur idē 1. Offic. Ex oculorum obtutu superciliorum aut remissione aut contractione, ex mœstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione uocis, ex summisione, & cæteris similibus facile iudicamus, quid apte eorum fiat, quid ab officio, naturaque discrepet. Sed quoniam his annuimus, his negamus, ideo Supercilium quandoque pro saltu & superbia ponitur, Inue. Sat. 5. Si cum magnis uirtutibus afferis Grande superciliū, & numeras in odore triumphos. Grande inquit, superciliū, hoc est, fastum, grauitatem & Seueritatem. Supercilium censorum apud Valer. Max. id est grauitas, seueritasque Censore digna. Cicero de lege Agrar. Hunc Capuæ Campano supercilio ac regio strepitu cum uiderimus, Magios, Blossios mihi uidebar illos uidere, ac Iubellios. Supercilium salit, quoties bona quædam spes titillat animum nostrum. dicere licebit, nobis salit superciliū. Vide Adagia Erasmi. Is uero, cui supercilia multum extrorsum porriguntur & prominent, Silo dicitur. Accipitur etiam Supercilium pro rei alicuius summitate, & loco eminentiori. Virgil. 1. Georg. Ecce supercilio cliuosi tramitis undam Elicite. Sic dicimus Supercilium montis pro uertice. Liu. 7. Bel. Pun. Ipse expeditos, qui pridie Rationes hostium pepulerant ad leuam armaturam infimo stanteam supercilio ducit.
- SVPERCLAUDO**, Liu. Bel. Mac. A continente arctæ semitæ aditum habet, a maritupes exetæ, fluidibus superclaudunt.
- SVPERCRESCO**, [Crescere sopra. Gal. surcroître, istre dessus ou oultre mesure. Hispan. Sobrecrescere.] ἐπιφύομαι, inna: cor: ut, Vl cetera supercrecentia, apud Celsum. lib. 6. cap. 6.
- SVPERCVBO**, penult. corre. [Star sopra. Gal. Coucher sus ou dessus. Hispan. Estar d'yacer en cima.] ὑπερκυβω, superiaceo, superdormio. Columel. lib. 8. Perforatis tabulis quibus ouilia consternuntur, ut grex supercubet.
- SVPERDICO**, is, penult. prod. [Aggiungere al parlare. Gal. Direo oltre oy d'auantage, ajouster à ce qui est dit. Hispan. Ayuntar ad hablar.] ἐπιτέλω, subiungo dictis, dico aliquid præter id, quod dictum est. Cicer. 2. de Legibus, Admonet Iuriconsultos hic quidem ipse Mutius Pôtifex, idem ut minus capiat, quam omnibus hæreditatibus, relinquatur: superdicebant quicquid cœpisset adstringi, rursus sacris liberantur.
- SVPERDO**, as, [Poner sopra.] ἐπιτίθημι, super impono. Cel. 1. 7. c. Superdandum emplastrum, quod id glutinetur.
- SVPERDUCO**, is, [Sopraporre. Gal. Amener d'auantage. Hispan. sobrepone.] εισάγω, præter iam adducta, alia adduco. Plautus in Truc. Iam quinetiam superducas, quæ mihi commendant cibum.
- SVPEREDO**, is, penult. cor. [Mangiar d'apoi. Gal. Manger apres, manger d'auantage. Hispan. Comer, sobrecomer.] πιπέγω, post cibum assumptum alium superingero. Plin. lib. 19. cap. 6. Menander est Græcis auctor est, alium edentibus, betæ radicem in pruna tollam, si superede-

perederint, odorem extingui.

SYPEREMINEO, NES, [*Sopraffare. Gal. Aparo ffrapar deffus. Hisp. Estar en cima, jobrepnyar.*] p. c. ὑπερέχω, supra alios emineo. Col. l. 12. cap. 37. Tum fasciculum uiridis sceniculi superpositum merge, ut oliuæ premantur, & ius superemineat. Virg. 7. Aenei. Victorq. uiros supereminet omnes. Ouid. 3. Metam. Colloque tenuis supereminent omnes.

SYPEREROGO, ἐπιπέτω, etiam ante erogatis addo.

SYPEREXTO, TAS, [*Sopraffare.*] ὑπερέχω, superemineo, ꝑ̄ ceteris exto.

SYPERFERO, [*Portar sopra. Gal. Porter par deffus. Hisp. Traer por de sobre.*] p. c. ὑπερφέρω, supra aliquid fero. Plin. lib. 28. c. 28. Similiter pedem superlatum parturienti, letalem esse, dextro illato, facile eniti. Superlata nomina, superlata uerba, quæ augendi causa in oratione proferebantur. Cicero in Part. Illu. tris autem oratio est, si & uerba grauitate delecta ponuntur, ac translata & superlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata. Superlatio, onis, ὑπερβολή, excessus, oratio fidem superans. Ad Heren. lib. 4. Superlatio est oratio superans ueritatem, alicuius augendi, minuendive causa.

SYPERFICIARIAE, ædes, ἐπιπέλωμοι, δίκαιοι, inquit Caius Iureconf. de Superficiebus. I. superficiarius, quæ in conducto solo posita sunt, quarum proprietates & ciuili, & naturali iure ius est, cuius est solum,

SYPERFICIARIVS, τῆς ἐπιπέλωμοις, qui in alieno solo superficiem habet, ita ut certam pensionem prætet. Auctor Vlpianus.

SYPERFICIES, ciei, [*Superficie. Gal. Superficie, le deffus & comme la face. de toutes choses. Hisp. La sobrebaça.*] ἐπιπέλωμοις, superior pars cuiusq. rei, & facies, quæ exterius oculis cernitur. Constat autem ex longitudine & latitudine siue profunditate. Plin. lib. 11. c. 48. Quia longitudo superficiei corporum folam ampliat. Superficies: pro arca ædificio nuda. Cic. ad Att. lib. 4. Nobis superficiei ædium cos. de consilij sententia æstimantur. H. S. uicies.

SYPERFIT, pro superest, περιέει, Col. lib. 12. Tum separare quæ connumenda sunt, & quæ superficieri possunt, custodire, ne sumptus, annuus, mensuratus fiat.

SYPERFORANEVM, ἀερίπνοον, pro superuacaneo. Sidonius Apollinatis usurpat.

SYPERFLORESCO, is, ἐπαυθέω, post alium floresco. Plin. l. 19. c. 5. Particulatum cucumis floret, sibi ipsi superflorescens.

SYPERFLVOJIS, [*Abondare. Gal. Abonder, estre superflu. Hisp. Abondar.*] πλεονάζω, abundo. Plin. libro 3. c. 34. capitu. 34. Apolloniz in Pontofons iuxta mare: ætate tantum superfluit & maxime Canis ortu: parcius si frigidior sit æstas. Cicero de Clar. Orat. Is dedit operam, si modo id consequi potuit, ut nimis redeuntes nos, & superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate, & licentia reprimeret: quasi extra ripas diffuentes coecerec.

SYPERFLVITAS, superfluitatis, [*superfluitas. Gal. Superfluitè, trop grand abondance. Hisp. Superfluidad y demasia.*] περισσεία, abundantia. Plin. l. 14. ca. 1. Aliæ improbo reptatu, pampinorumque superfluitate atria media complens.

SYPERFLVVS, aum, [*Superfluo. Gal. Superflu, qui est de reste. Hisp. Cosa demasiada y superflua.*] περισσός, idem quod redundans, abundans.

SYPERFOETO, as, [*Partorire sopra. Gal. Concevoir apres estre grosse, preings ou grosse.*] ἐπιπέτω, superior foetationi alteram addo: quod accidere solet quibusdam animalibus, quæ post unum foetum ex coitu conceptum rursum alium concipiunt a priore, unoque aut altero die, uel etiam pluribus post primum emissum suo tempore enituntur: quæ emissio secunda, & ueluti nouus quidam partus Superfoetatio dicta est. Plin. lib. 10. cap. 63. Dasyfodes superfœtant, sicut lepores. Idè l. 8. c. 55. Lepus oium prædenascens, solus præter Dasyfodem superfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis uestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.

SYPERFVLGEO, es, ὑπερσολαγέω, desuper affulgeo. Stat. 1. Syl. Ipse autem puro celsum caput aere septus, Tempia superfulgens, & pro spectare uideris.

SYPERFVNDQIS, [*Spargere sopra. Gal. Verser & espandre quelque liqueur par deffus. Hisp. Derramar lo liquido en cima.*] ἐπιπέτω, de liquoribus dicitur, cum alicui rei superfunditur. Columel. lib. 11. capitu. 57. Hanc misturam cum in catillo composueris, oleum superfundito. Liu. 5. ab Vrbe: Tum uero iam superfundenti se lætitia mix temperatum est. per translationem pro ubertin fese ostendenti, Superfusis Tiberis, inundans. Liu. 7. ab Vrbe: Quin etiam cum medios forte ludos Circus Tiberi superfuso irrigatus impedisset. Superfusi hostes. Liu. 9. Bel. Maced. Gens superfusa montibus Caucasij: hoc est conspersim fusa. Plin. lib. 6. cap. 13.

SYPERGERO, is, ere, [*Sopragiacere. Gal. Porter ou getter deffus. Hisp. Traer d poner en cima.*] ἐπιπέτω, superiacere, & quasi aggeratim superimponere: nam proprie de terra dicitur. Columel. libro undecimo capitu. tertio. Prædicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, & in longitudinem per utrumque sulcum porrecti abnuntur, sed ita ut non nimium supergesta ter-

ra semina spinarum quæ inhærent toris funicularum, enalæq. possint.

SYPERIACEO, cis, pen. cor. [*Sopraporre. Gal. Getter par deffus. Hisp. Sobreponer.*] ἐπιπέλω, superpono, uel superextendo. Colum. libro 2. cap. 1. Quæque temporibus autumni fructibus & arboribus delapsa folia superiacebantur, mox conuersa uomeribus & c. Idem libro 2. Seminibusque de tabulato superiectis. Hinc frequentatuum Superiactos, as, are. Plin. lib. 9. cap. 15. Quod & alias faciunt aliorum uim timentes, mugiles maxime, tam præcipue uelocitatis, ut transuersa nauigia interim superiactent: Id est, transiliant. Superiectus, ætus. Columel. lib. 6. cap. 36. Ita enim efficitur, ut eius obiectu, cum mas etiam superiectu eblanditus est, uel incensus & obcæcatus cupidine subtracta quam petierat, fastiditæ imponatur equæ.

SYPERILIGO, as, are, [*Legar sopra. Gal. Lier par deffus. Hisp. Atar por de sobre.*] ὑπερέχω, idem quod superligo. Plin. libro 29. capitu. 3. Eadem cum oleo trita ignis sacros denunt, betæ folijs superilligatis.

SYPERILLINO, is, p. c. [*Vngere. Gal. Oindre par deffus. Hisp. Vntar.*] ἐπιπέτω. Plin. lib. 30. ca. 14. Reduuis, & quæ in digitis nascuntur Pterygia, tollunt canini capitis cinis & ulua decocta in oleo, superillito, butyro ouillo cum melle.

SYPERIMPENDENS, participium. Catul. Argon. Confestum Peneos adit uiridantia tempe, Tempe quæ siluæ cingunt superimpendentes.

SYPERIMPONO, is, ὑπερέτω, idem quod impono. Liu. 1. Bel. Pu. Et Sardiniam inter motum Africæ fraude Romanorum stipendio etiam superimposito, interceptam.

SYPERINCIDO, is, p. c. [*Cader sopra. Gal. Cheoir deffus ou par deffus. Hisp. Caer sobre algo.*] ὑπερέτω, desuper in re aliquâ incido. Liu. l. 2. Multisq. superincidentibus telis incolumis ad suos tranauit. Colum. l. 4. c. 9. Ne si transuersa fuerit cicatrix cælestem superincidentem aquam contineat.

SYPERINDVCO, [*Sopramettere.*] ἐπιπέτω, superinijci. Plin. lib. 15. c. 17. Duum pedum terra superinducta.

SYPERINDVO, is, ἐπερδύω, super cætera uestimenta induo. Sue. in Nero. c. 48. Ut erat nudo pede, atque tunicatus, penulam obsoleti coloris superinduit.

SYPERINGERO, is, ἐπιπέτω, aggregatim superimpono. Plin. lib. 18. c. 30. Sunt qui leguminum aceros superingerant.

SYPERINICIO, cis, p. c. [*Gettar sopra. Gal. Getter par deffus. Hisp. echar en cima.*] ἐπιπέτω, desuper inijcio. Virgil. 4. Georgi. Raras superinijce frondes. Ouid. 5. Fast. Tam super iniecta texere mendacia terra.

SYPERINTEGO, is, [*Coprire sopra. Gal. Couvrir par deffus. Hisp. Cubrir en cima.*] penulti. corrup. ἐπεκαλύπτω, superintego. Plinius libro 18. capitu. 6. Ora utrinque lapidibus statuminari, & alio superintegi.

SYPERINTONO, as, p. c. ἐπιπέτω, desuper tono. Vir. li. 9. Aen. Dat tellus gemitum, & clypeum superintonat ingens,

SYPERINVNGO, is, [*Vngere.*] ἐπιπέτω, Celsus lib. 7. cap. 7. Dein superinungo collyrio debet ex ijs aliquo, quo lippientis oculi superinunguntur.

SYPERIOR, superioris, [*Superiore. Gal. Plus haut ou plus fort, qui est au deffus, superieur. Hisp. Mas alto.*] ἀνώτερος, comparatiuum est ab antiquo nomine Superus, idem, ualens, quod altior siue sublimior. Cicero Attic. libro 12. Tota domus superior uacat, ut scis. Interdum idem quod maior, potior, siue excellentior, Cicero primo Offic. Quanto superiores sumus, tanto nos summissius geramus. Vita superior, id est uita antea facta. Idem de Senect. Senes semper agunt aliquid tale scilicet quale cuiusque studium in superiore uita fuit: Superior Dionysus, id est prior, uel senior, sicut Inferior pro iunior aut posteriori. Sic enim fere loqui solemus quoties de malis sermo est. Nam si de bonis laudabilibusque loquamur, Maiorem & Minorem dicimus. Si duos Africanos, & duos Cyros maiores & minores cognominibus distinguimus. In consanguinitatis quoque & affinitatis gradibus, Superiores, eos, intelligimus, qui quartum ascendentium gradum excedunt: quemadmodum Inferiores, qui sunt infra quartum descendentium gradum. Varro libro primo de re rustica. Itaque proauus ac superiores, de termelijs, nemo appellatur Scropha. Superiores, pro ijs qui ante nos uixerunt, qui & Maiores, dicuntur. Cicero quarto Acad. Non modo opinionem uicit omnium, quæ de uirtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum. Superiores dicuntur etiam, qui alios uincunt. Cæf. 5. Bel. Gal. Atque una ex parte Hispanis equitibus emissis cum equestri prælio superiores essent.

SYPERLACRIMO, [*Lagrimare sopra. Gal. Pleurer deffus. Hisp. Klorar de sobre ò en cima.*] ὑπερέτω, lacrymando irrigo. Col. l. 5. Optimè est igitur, medio fere interodio subsidiarium tom de re palmitem

deuxaque refectionem facere post gemmam , ne superlacrymet, & germinantem cæcet oculum .

SVPERLIMINARE, aris, neu. gen. [*soglia di sopra. Gal. Le linteau de dessus l'uis Hisp. El lumbral en cima la puerta.*] ὑπερῖσπον, limen ostij superius, hoc est, lignum siue lapis , qui postibus superincumbens, iungi formam efficit. Plin. l. 29. c. 4. Priuatimque quilibet circumlatum toties, & pedibus suspensum in superliminari.

SVPERMANDO, is, ere, [*Remasticare.*] ὑπερμασσειναι, post rem aliquam mansam, aliam mandendo superingero. Plin. lib. 1. 3. c. 6. Qui puram dedere raphanos supermandi ex multo aceto iubent ut ad uomitiones reuocent.

SVPERMEO, as, ὑπερμεω, superfluo, siue superlabor . Plin. lib. 2. capit. 10. 3. Quædam uero etiam dulces inter se supermeant alias , ut in Fucino lacu .

SVPERNAS, atis, ἀλαβη, quod ex loco superiore oreum traxit, sicut Infernas: quod natum est in loco inferiore . Sunt autem hæc duo cõis generis, sicut Nostras, & Vestras: ut, Abies supernas, quæ ad mare superum, hoc est, Adriaticum, nata est, & contra Infernas, quæ nata est ad mare inferum, siue Tyrrenum . Plin. lib. 16. c. 39. Ideo Romæ infernas abies supernati præsertur.

SVPERNATVS, a, um, [*Sopranato.*] adiectiuum, ὑπερνωτός, post alios natus. Plin. lib. 19. c. 3. Hoc incisio, profluere solum succum ceu laetis, supernato caule, quem magydarim uocant.

SVPERNATO, as, arc, [*sopra notare.*] ὑπερνωτάω, in aquæ alteriusve liquoris superficiei fluio. Col. lib. 12. c. 9. Deinde arido spissamento foeniculi sic comprimi, ut ius supernatet. Plin. lib. 26. Postea supernatans aqua tollitur spongijs.

SVPERNE, [*Di sopra. Gal. De'en haut. Hisp. soberana y altamente.*] aduerbium, ἀνωθεν, idem quod desuper. Virg. 6. Aen. Vnde superne Plurimus Eridani per siluam labitur amnis. Liui. lib. 1. ab Vrbe: Male sustinenti arma, gladium superne iugulo defigit, iacentem spoliat. Idem ualet quod supra. Plin. Argentum superne innatat, ut oleum aquis .

SVPERNVS, a, um, [*Di sopra. Gal. Supernel, qui est en haut. Hisp. soberano y alto.*] ὑπερνωτός, quod est supra. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentes similes aspidi & serpentibus, sed duo in superna parte dextra, læuaque longissimi. Sta. Thebai. Crines a fronte superni. Oui. 15. Met. Supernum aumen.

SVPERO, ras, p. c. [*Superare. Gal. surmonter, surpasser. Hisp. Sobrepasar à otro.*] ὑπερκαταύω, transcendendo, subeo. Virg. lib. 3. Geo. Superant montes & flumina tranant. Plin. lib. 7. Arborea quidem tantæ proceritatis traduntur, ut sagittis superari nequeant. Per translationem ponitur pro uincere, Virgil. 5. Eelog. Quid si idem certet Phœbum superare canendo? Item abundo. Virgil. 1. Georgi. Si superent foetus, pariter frumenta sequentur. Item superuiuere, & quasi superstitem esse, quod & ipsum περιγενεσθαι, dicunt Græci. Virgil. 3. Aeneid. Quid puer Afcanius, Superat ne, & uescitur aura Aetherea? Item restare, siue superfluere, Cicer. De quo eo quod ipis superat alijs gratificari uolunt. Item occidere, Virgil. 1. Aeneid. Clam ferro incautum superat. Vade superabilis, & hoc le, quod facile superari potest. Liui. 5. Bel. Pun. Simul altitudinem mûri, quantum proxime coniectura poterat, permensus, humiliorremque aliquanto pristina opinione suam & cæterorum omnium, ratus esse, & uel mediocribus scalis superabilem, ad Marcellum rem desert. Ouid. 5. Tri. Ele. 8. Sciticit ut per uim non est Superabilis ulli, Mole cor ad timidas sic habet ille preces. Huius composita sunt Exupero, id est abundo, & Prosupero, superabundo: de quibus suis locis.

SVPERORRO, supobruis, καταχέω, re aliqua iniecta operio. Prop. lib. 4. Ele. Dicit, & ingestis comitum superobruit armis.

SVPERPENDO, es, [*Soprapendere. Gal. Pendre on estre pendu par dessus. Hisp. Estar suspensó encima.*] ὑπερπέμνω, supra pendo. Liui. 7. Bel. Mace. Ita ut quibusdam locis superpendentia saxa, plus in altum, quam quæ in statione sunt naues promineant.

SVPERPINGO, superpingis, [*Dispingere sopra. Gal. Peindre par dessus. Hisp. Pintar por de sobre.*] ὑπερπινω, operi iam picto addo. Plin. lib. 35. cap. 1. Nealces Venere, solers hic arte ingenio, so operi superpinxit.

SVPERPONO, nis, [*sopraporre. Gal. Mettre dessus. Hisp. Poner encima de otra cosa.*] ὑπερτίθημι, super aliquid colloco. Plin. l. 29. cap. 3. Tantumque pollent, ut medicamentis quoque superponatur. Col. lib. 1. c. 5. Sin sunt motus longius a collibus erit amnis, & loci salubritas, editioque situs ripæ permittet superponere ullani profluenti. Oui. epi. 20. Aegra superposita membra fouere manu.

SVERRADO, superadis, [*Radere di sopra. Gal. rader par dessus. Hisp. rader por encima.*] pen. pro. super rasi, super rasi sum, ὑπερράω, superficiei rei alicuius rado, uel leuiter incido, ut Super radere clauos pedû. Plin. lib. 22. cap. 23. Perniones ex uino fouet, & ex oleo coctum imponitur, sic & callo, Clauis pedum super rasi præcipue utilitatis.

SVPARSCANDO, is, [*Andar sopra. Gal. Monter dessus. Hisp. Andar en cima.*]

ma.] ὑπερβαίω, sursum ascendo. Col. lib. 11. cap. 3. Oportebit autem urgeam sepe interponere, quam supercandant sentes utriusque sulci.

SVPERPONDIVM, dii, [*soprapeso. Gal. Surpois. Hisp. Sobrepeso.*] ὑπερπονησ, auctarium ponderis, quod legitimæ larcinæ adicitur. Est autem nomē a pondere deductum ea forma; qua Centurpondium, & Alsipondium. Apul. lib. 7. Exiguum scilicet & illud tantæ molis superpondium.

SVPERSE DIO, super sedes, [*Sopra sedere, lasciare.*] ἐπέγω, rem institutam omitto, exigitque fere ablatiuum. Cæsar. lib. 1. Comma. Et propter multitudinem hostium, & propter eximiam opinionem uirtutis, prælio super sedere statuit. Auctor ad Heren. lib. 3. Commode poterimus principio super sedere. Gellii. autem libro 2. cum accusatiuo construxit, cum ait: Alia luce aus in passum profecta est cognati & affines operam, quam dare rogati sunt, super sedent. Hiero. contra Iouin. cum infinito iunxit. Cic. (inquit) rogatus ab Hircio, ut post repudium Terentia, sororem eius duceret omnino facere super sedit, dicens, non posse se uxori & philosophia pariter operam dare.

SVPERSILIO, super filis. p. c. ὑπεράλλομαι, super re aliqua salio. Col. lib. 8. cap. 3. Ea pernicies ut euitetur, perticæ dolantur in quadrum ne teres leuitas earum superfilientem uolucem non recipiat.

SVPERSPARGO, spargis, [*Spargere sopra. Gal. Espandre ou getter par dessus. Hisp. Derramar encima.*] ὑπερσπάρω, inspergo, aspergo. Cato. c. 34. Cum stramenta condes, quæ herbofissima erunt, intacto condito, & sale super spargito.

SVPERSTERNO, is, [*Distendere sopra. Gal. Estendre par dessus. Hisp. Estender encima.*] ὑπερστυμνω, super extendo. Liui. 10. ab. urb. Consul corpus eo die, quia obrutum superstratis Gallorum cumulis inueniri non potuit &c.

SVPERSTES, itis, p. c. om. gene. [*Postero, niuo. Gal. sain & saune, suruiuant. Hisp. La persona que sobreviue a el que niue sobre otro.*] ὑπερστυμνω, qui suis iam facti functis superuiuit: quasi mortuis suis superstitus. Quin. Defuncta uxore, liberis tamen superstitibus. Oui. 3. Meta. Marte cadunt, subiti per mutua uulnera fratres, Quinque superstitibus. Virg. 11. Aen. Contra ego uiuendo uici mea fata: superstes Restarem ut genitor. Superstes reip. Cicer. Torq. libro 6. Cum superstitem te esse reip. ne si liceat quidem, uelis. Fama superstes. Ouid. 3. Trist. Ele. 7. Me tamen extincto fama superstes erit, Superstes quoque dicitur, qui saluus est, & uiuit inter uiuos etiam sine morte suorum omnium. Terent. in Andr. D. os quæso, ut sit Superstes. Superstes? gloriæ alicuius. Accipitur intertum Superstes pro præfenti, Plaut. Superstitem utrumque monui ne iniussi abeant. Quin & testes antiqui superstites appellabant.

SVPERSTITIOSI, [*superstitiosi. Gal. superstitieux, trop conscientieux. Hisp. Religiosos demasiadamente.*] ὑπερστυμνω, anisi superstitione imbuti, qui que deum timent in rebus etiam non timendis. De uocis huius origine sic scribit Cic. lib. 2. de Natu. Deo. non solum (inquit) Philosophi, uerum etiam maiores nostri superstitionem a religione separauerunt. Nā qui tot dies precabantur, & immolabant, ut sibi sui liberi superstitis essent, Superstitiosi sunt appellati. Aulus Gel. lib. 29. Noct. Atticarum, superstitionem demostimoniam, interpretatur importunam & ineptam religionem. Laetantius eos potissimum Superstitiosos dictos existimat, qui superstitem memoriam mortuorum colerent, aut qui parentibus suis superstitis imagines eorum domi, tamquam deos uenerarentur. Cicer. 3. Tufculan. Accedit superstitione muliebris quædam. Virgil. 12. Aen. Vana supersticio superis quæ reddita diuis. Seru. A superstite supersticio dicta, quæ anicularum propria est, quæ multis per atatem superstitis sunt, & quæ rebus inanibus additæ, dum uolunt uideri nimis religiosæ, superstitiosæ sunt, & ita delirant. Superstitiosæ, aduerbium. Cicero 3. de Natu. Deor. Neque id dicitis superstitiosæ, atque aniliter: sed physica constantique ratione.

SVPERSTITO, eas, [*Esser saluo. Gal. Estre sain & saune, suruiure. Hisp. ser saluo.*] ὑπερστυμνω, frequen. a Superstite, idem ualens, quod superstes, & incolumis sum. Plaut. Persa. Vt mihi superstit, superet, superstitet. Antiqui hoc uerbo usi sunt pro seruare, siue incolumen præstare. Ennius apud Nonium, Regnumque nostrum, ut sospitent, superstitentque.

SVPERSTO, superstas, [*star sopra. Gal. Estre dessus, estre aldis dessus. Hisp. Estar en cima de otra cosa.*] ὑπερστυμνω, supra aliquid ro. Gellius. Cum sedenti aquila superstaret. Liui. 10. Bel. Macedon. Signa alia, in circo maximo cum columnis quibus superstabant, euertit, fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta scæde distipauit. Virgilius 10. Aeneid. Quem congressus agit campo, lapsumque superstans immolat. Quandoque Superstare, est superstare. Vnde Superstare dicti sunt.

SYBERSYVO, struis, [*Sopra fabricare. Gal. Surediffier. Hisp. Edificat en cima de otra cosa.*] ἐπινοδοῦσις, super ædifico. Lact. l. 6. Manentibus, præceptis eorum, quæ solent ad præbitatē recte dari, ignota illis superstruimus ad perficiendū consummandamq. iustitiam, quā nō tenēt.

SYBERSVM, peres, superesse, superfui, [*Abundare. Gal. Estre de reste, abonder. Hisp. Sobrar.*] περιεμῖς, affluo, abundo. Vir. i. 1. Aen. Auxilioq. urbes Italæ, populiq. superfunt. Interdum superesse significat reliquum esse, Ennius lib. 3. Ann. Inde sibi memorant unum superesse laborem. Interdū superfititem esse. Pla. in Af. Sicut tuum uis unicūgnatum tuæ Superesse uitæ sospitem & superfititem. Interdum uincere, superiorem esse, Virgil. 3. Georgic. Ne blando nequeant superesse labori. Id est, uincere laborem, interdum superfluum esse, Gel. Memini ego Prætoris docti hominis tribunali me forte assistere, atque ibi aduocatum reum non habere: Et cum is qui uerba faciebat, reclamasset, Ego illi superfum, respondisse Prætorē festiuit, Tu plane superes, non ades, Hoc superfluum, superuacaneus es. Ex quib. Gellij uerbis colligi potest, fuisse nonnullos eæ ætate, qui Superesse usurparent pro eo quod est, in iudicio adesse: quos tamen, ut inepte loquentes, irridet. Vfus tamen est etiam hoc uerbo in hac significatione Suet. in August. cap. 56. Cum Asprenas Nonius arctius ei iunctus cām ueneficij accutante Cassio Seuero diceret, consulit senatum quid officij sui putaret. Cunctari enim se, ne si superesset, eriperet legibus, sin decesset, de situiere ac prædianare amicū existimaretur. Interdum durare, Virgil. lib. 3. Georg. Primus ego in patriam mecum, modo uita superfit. Cic. pro Mar. Nulli de inimicis superfunt.

SUSPIRO, as, p. p. [*Sospirare. Gal. Sospirer. Hisp. Sospirar à acezar.*] σπυριός, spiritum ab imo pectore traho, quod sollicitudinis aut doloris argumentum est. Plau. in Menæc. Quin suspirabo sexcentum dies. Cic. Atti. lib. 1. Reperire ex magna turba neminem postulum, qui cum aut iocari libere, aut suspirare liberaliter possint. Ouid. epist. 20. Ingemit, & tacito suspirat pectore. Per translationem accipitur pro desiderare, & sic fere accusatiuo iungitur. Iuue. Sat. 11. Suspirant longo non uisam tempore matrem. Tibul. libro 4. Eleg. 5. Quod si forte alios iam nunc suspirat amores. Suspirare in aliquam. Ouid. 1. Fast. Hanc cupit, hanc optat, solam suspirat in illam.

SYSTEMA CVLVM, [*softentacolo.*] ἑσπυριός, id est, fulcimentum, quod aliquid sustinetur.

SYSTEMO, as, [*softentare. Gal. softenter. Hisp. softentar.*] frequent. est a Sustineo, idem significans, quod fulcio, & alioqui ruiturum retineo. Virg. 10. Aen. Hinc frater subit Alcanor, fratremque ruentem Sustentat dextra. Nonnumquam idem quod tolero, seu patienter fero, Sal. ad Cæs. de rep. ordin. Postremo sapientes pacis causa bellum gerunt, laborem spe ocij sustentat. Cicero pro Flac. Hominum mentes cogitationesque spes sustentat. Cæs. 7. Bel. Gal. usque eo, ut complures dies milites frumentum caruerint, & pecore e longinquioribus uicis adacto extremam famem sustentarent. Idem 3. Bel. Ciu. Iamque frumenta maturescere incipiebant, atque ipsa spes inopiam sustentabat, quod celeriter se habiuros copiam confidebant, sustentare se, idest fortem animum in rebus aduersis gerere, & fortunæ non succumbere. Cic. Terent. lib. 13. Quod reliquum est, sustenta te mea Terentia, ut potes. Idem Att. lib. 3. Me uix, misereque Sustento. Sustentare, pro alere, seu reficere, & egestatem, aliquid subleuare, Cic. Att. P. Valerium negat habere quicquam Deiotarus rex, eumque ait a se sustenari. Ter. in Adel. Alit illas, solum omnem familiam sustentat. Sustenta tum est, imperfecto. Cæs. 2. Bel. Gal. Id ex itinere magno impeta Belgæ oppugnare cœperunt: ægre eo die sustentatum est.

SYSTEMATIO, onis, [*Indugio. Gal. soustien. patience, attente. Hi. softentacion. soportation.*] ἑσπυριός, idem quod expectatio siue dilatio. 2. de Inu. Deinde utrum statim fieri necesse sit, utrum habeat aliquam moram & sustentationem.

SUSTINEO, es, secunda syll. corr. [*softenere. soustienir, endurer, souffrir. Hisp. softener.*] ἀσπυριός, fero, fulcio, labentem excipio, aliquid ruiturum retineo. Plau. in Menæ. Sustine has Penicule exuias. Idem in Pœn. Quantum hominum terra sustinet. Cic. 2. de Nat. deo. Ex quo concluditur cum omnes mundi partes sustineantur calore, &c. Plin. lib. 12. capitu. 25. Vineæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Sustinere, pati, tollerare, Cic. 6. Phil. O dij immortales, quis huius potentiam poterit sustinere? Terent. in Phor. Prima coitio est acerrima; Si eam sustinueris, post illa iam, ut lubet, ludas licet. Aliquando alo, reficio, egestatem subleuo, nutrico. Liui. Milites fluuiali pisce & herbis sustinebantur. Id est, cibabantur. Virgil. libro 2. Georgi. Hinc patriam paruosque nepotes sustinet. Sustinere se a respondendo, idest cohobere, Cic. 4. Acad. Cum se a respondendo, ut aut approbet, aut reprobet quid, sustineat, neque neget aliquid, neque aiat. Non sustineo, pro non possum, neque non audeo, Quint. lib. 2. capitu. 4. Nec enim huius rei iudicium differre sustineo. Ouid. 4. Fast. Nec iam suspendere stetum sustinet. Sustineo, defendo, tueor. Cic. 4. Aca. Philo autem dum noua quædam commouet, quod ea sustinere uix poterat, quæ cõtra Academicorum pertinaciam dicebantur & aperte mentitur. Sustinere personam, expectationem, causam, dignitatem imperij; idest tueri, itaque sese gerere, ut ijs rebus non impar uideatur, Cic. pro Domo sua: Hi tales uiri, qui non solum consilijs suis, sed specie ipsa dignitatem reip. sustinent. Id est post reditum: Quorum manus angustæ, & humiles magnitudinem tanti imperij sustinere non possunt. Accipitur aliquando Sustineo,

re, pro comperere, resistere, Atticus Ciceroni: Cum ista copia tantam multitudinem sustinere non poteris. Sustinere, differre, Liui. libro 5. ab Urb. Compressum. a Centurione, quem subimee ipsi præfecerant, rem in noctem sustinuerunt. Sustineo gradum; reprimo, Ouid. 6. Fast. Obstupui tacitus, sustinuique gradum. Sustinere dicitur Deus manum suam, quando retrahit. Ouid. lib. 5. Fast. Sæpe Iouem uidi, cum iam sua mittere uellet Fulmina, thure dato sustinuisse manum.

SYSTOLO, lis, [*Sollenare, alzare. Ga. Esleuer en haut. Hisp. Alçar arriba.*] ἀναπέρω, uerbum est obsoletum, idem significans, quod attollo, siue sursum subleuo. A quo mansit præteritum Sustuli, & tempora ab eo formata. Virg. I. 2. Aen. Sustulit exutas uinculis ad sidera palmas. Reliqua uide paullo post in dictione Sustuli.

SYSTVLI, id est, ἀννέγναι, præteritum est uerbi Tollo, non illud quidē proprium, sed ab inuitato uerbo Sustollo mutatum, & loco inuitati præteriti Tetuli usurpatum. Tollo (inquit Diomedes) tuli, quod in compositione Sustuli facit. Eius tamen perfecti initans apud ueteres Sustollo. Nunc uero a Tollo, sustuli. Hæc ille, significat autem Sustuli, idem quod sursum tuli, in altum erexi, subleuauit, ἐπήκα. Cic. pro Deio. Cum eum in equum plures sustulissent, uix in eo hæreret, senex potuit. Idem Att. Salaminij nos decretis suis in cælum sustulerunt. Aliquando idem quod suscepi, ἀνέσπυριός, ut cum dicimus quempiam ex uxore liberis sustulisse, idest suscepisse. Nā quemadmodum mater dicitur peperisse, ita pater sustulisse. Cic. in Ant. Qui ex libertina sustulerit, liberis. Nonnumquam, pro educavit. τέρπεια, Vir. lib. Aen.

Mæonio regi, quem serua Lycimnia furtim Sustulerat. Nonnumquam item occidi, nec aui, abstuli de medio, abrogauit, perdidit, destruxi, subuerit, ἀνέσπυριός, unde Distichon illud apud Suet. in Nerone.

Quis neget Aenæ magna de stirpe Neronem.
Sustulit hic matrem: sustulit ille patrem. Cic. de Diui. Xenophanes diuinationem funditus sustulit. Idem lib. 1. Offi. Maiores nostri, Carthaginem funditus sustulerunt.

SYSVM, pro sursum, apud antiquos, Cato capit. 157. Ita subducito sursum animam quam plurimum poteris: in triduo polypus excidit.

SYSVRO, as, [*Mormorare, buccinare. Gal. Murrurer entre ses dents, faire un bruit bas. Hisp. Zumbas o hazer ruido, murmurar.*] ἰσπυριός, summissa uoce loquor, lenem, & submissum strepitum edo, quale est aut apum murmur, aut aquæ molliter defluentis, aut uenti leniter spirantis. Vir. in Culice: ima susurrantis repetebat ad uada lymphæ. ut paullo post: Quos leniter afflans Aura susurrantis possit confundere uenti. Sumitur aliquando pro clanculum dici, Terent. in And. iam susurrari audio, ciuem Atticam esse hanc. Mar. lib. 2. Ne quid forte petâ timet cauere: Et secum sic, ut audiam, susurrat. Oui. epist. 18. Aut ego cum chara de te nutrice susurro, Susurratio, onis, uerb. Cœl. ad Cic. lib. 8. Ad Cæsarem crebri & non belli de eo rumores, sed susurrationes duntaxat ueniunt. Hinc Insusurro, & Consusurro, composita: de quibus suis locis.

SYSVRRATOR, ris, [*Mormoratore, susurratore.*] ἰσπυριός, detractor, maledicus, qui non aperte loquitur, sed uoce demissa auribus hominum obtrepit.

SYSVRRVS, ris, [*Mormoratione, mormorij.*] ἰσπυριός, parum & summissum murmur. Cic. 4. Tusc. Leuiculus sane noster Demosthenes qui illo susurro delectari se dicebat aquam furentis mulierculæ (ut mos in Græcia est) insusurrantisq. alteri, &c. Hor. I. 1. Carm. Leuesq. sub nocte susurri. Vir. 1. Ecl. Sæpe leui somnum suadebit inire susurro. Declinatur etiam hoc susurrum. Oui. lib. 7. Met. Procrin adit, linguaque refert audita susurra.

SUTATES, Plauto (modo emendata sit lectio) dici uidentur idem, qui sutores, aut saltem quoddam sutorum genus. Sic enim legitur apud ipsum in Aul. Stat. fullo, Phrygio, aurifex; lanarius, Ciniolones, patagiati, indufarij, Propolæ, linteones, calceolarij, sutates, diabathrarij.

SUTELA, æ, ἀεχέπρωσία, dolosa astutia (ut inquit Festus) siue techna callide confuta. Pla. in Capt. Quando ego te exemplis pessimis excruciauero, Atque ob sutelas tuas te morti misero, Vel te interijssie uel perijssie prædicent.

SUTERNA, παρρησία, ipsa futura, siue opus futurum. Varro. Quod suternas faceret inscius nihil homo.

SUTILIS, & hoc le. p. c. [*Cucito, cufito.*] δαίμων, quod consutum est: ut Corona sutilis, quæ opponitur patili. Plin. lib. 2. r. c. 3. Summaq. auroritas patili coronæ: sutiles Saliorum sacris inuenimus, & solē nibus cœnis. Bateus sutilis. Virg. lib. 12. Aene. Teritur qua sutilis aluo Balteus. Cymba sutilis, qua Charon inferorum portitor animas per Stygiani paludem trajicit. Idem. lib. 6. Aene. Gemuit sub pondere cymba Sutilis.

SUTOR, [*Calzolaio.*] ἰσπυριός, qui calceos sūt. Proprie enim artifex calceorum Sutor appellatur: cum ille, qui sūt pânos, potius Sarcina tor dicatur. Phil. I. 35. c. 10. de Appelle: Feruntq. a sutore reprehensum,

sum, quod in crepidis unâ intus pauciores fecisset anfas, eodé postero die superbo emendatione pristinae admonitionis cauillante circa crus, indignatum prospexisse, denunciantem, ne supra crepidam futor iudicaret: quod & ipsum in proverbum euenit.

SYTORIVM, Atramentum, [Vitriolo, καλλανθος, corpus metallicum, quo aqua dissoluta corium denigratur. Duo eius sunt genera Fositium, quod aliquando est cæruleum, aliquando pallidum, alias candidum & pellucidum in morem vitri: unde & Vitriolum uulgo appellatur. Factitium uero ex aqua pluuia fit per metalla defluente in lacunam, quæ inde ab ijs, qui in metalla sunt damnari, in uasa ampla fictilia perferuntur, in quibus æstiuis diebus concrefcit. Vide plura de hoc apud Pli. li. 35. ca. 12. & Diosc. li. 5.

SYTRINA, nã, p. p. [Calzolaria, φαειόν, officina futoris. Pli. lib. 10. c. 43. Tiberio principe ex foetu supra Caistorum ædem genitus pulchus, in oppositam futrinam deuoluit, etiam religione commendatus officinæ domino.

SYTRIVM, σέτριον, opidum Tusciæ mediterraneum, apud Strabo. libr. 5.

SYTVRA, æ, [Cusitura,] p. p. φασι, φασία, commissura partium confutarum. Cor. Celf. lib. 8. Sutura oras iungit, quæ ne ipsæ quidē contingere ex toto debent. In cranio quoque Sutura dicitur commissuræ illæ, quibus ossa coniunguntur. Celf. lib. 7. Raro caluaria solida sine futuris est, & id caput firmissimum, atque a dolore tutissimum est: ex cæteris quo pauciores sunt futuræ, eo capitis ualeat commodior est.

SYTRVS, ut ex Catonis sententia refert Pli. lib. 8. cap. 5. nomen fuit elephantis, qui in Punica acie fortissime dimicauerat, altero denique mutilato.

SVVS, [Suo. Gal. sien. asoy. Hisp. suyo.] σφέςτερος, σφός, σφός, relatiuum reciprocum a Sui, genitiuo deductum, de quo supra egimus in suo primitiuo. Hic pauca tantum annotanda sunt, quæ illic sunt ommissa. Suus aliquando idem ualet, quod sui iuris. Cicer. 5. de Fin. Semperq. erit in disputando suus. id est non utetur alienis inuentis argumentationum. Aliquando idem quod proprius. Cicer. pro Ros. Am. Sua quemque fraus, & suus terror maxime uexat, suum quemque scelus agit. Idem 1. Off. Expendere oportebit, quid quisque habeat sui: id enim maxime decet, quod est cuiusq. suum maxime. Sic ad Atti. li. 14. Plura nobiscum hic perhonorifice, & amice Octauius, quem sui Cæsarem salutabant. Plaut. Trin. Ne suum adimerem alteri. Idem Cur. Quibus sui nihil est, nisi una lingua. A Suus deducuntur composita Suapte, & suoapte, quæ idē ualent quod Suamet, & Suometur: Suapte culpa: id est suamet, uel sua ipsius culpa. Idem Mercu. Suapte culpa ex genere capiunt genus. Suapte ingenio. Liu. 1. ab Vrbe. Suapte igitur ingenio temperarum animum uirtutibus fuisse opinor magis, instructumque suoapte nutu. Cic. 1. Tus. Ut terrena & humida suoapte nutu, & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare feratur. Suusmet. Tacit. 1. 14. Pulsi cum laucis integri suomet ipsi metu, & angustijs uiarum consistebantur. Sal. in Jug. Necessè est suomet ipsi more præcipites erant.

S A N T E Y

SYAGRA, Syagræ, σύαγρη, regio Ciliciæ, prope Adum & Laerten, a suum uenatione, (ut ex nominis cõpositione apparet) appellata.

SYAGROS, [Forco cinghiale,] σύαγρος, canis nomen apud Sophoclem, a suum uenatione impositum. Græcis item Syagros, aprum, seu suam siluestrem significat.

SYAGRON, σύαγρον, extremum Arabiæ felici promontorium, ad mare rubrum, cuius meminit Pli. lib. 6. cap. 23. & 28. & Ptol. Tab. Asiæ 6.

SYBARIS, σύβαρις, Stephano, Magnæ Græciæ opidum, inter Crathin, & Sybarim anines, ab Achiuis conditum, qui post Troicæ exitium vi tempestatis eo fuerunt appulsi. Huius olim tanta fuit potentia, ut quaternas proximas rexerit gentes, & quinque & uiginti urbes suo subdidit imperio, & contra Crotoniatis trecenta hominū millia armavit. Auctor Str. lib. 6. Est & Sybaris (ut iam diximus) fluius nomen iuxta urbē eiusdem nominis, a cuius potu incolæ suum mouēt greges, siue quod pecora sternaumentis exagitet, ut uisum est Straboni: siue quod uellera nigrore inficiat, cū Charitis uicinus amnis ijs candorem inducat: ut tradit Pli. l. 3. c. 2. Est item Sybaris adolescentis nomen, apud Hor. lib. 1. Car. Ode. 8.

Lydia die per omnes

Te deos oro, Sybarim cur properes amando Perdere.

SYBARITÆ, συβαριται, a Sybari Magnæ Græciæ opido dicti, populi fuerunt ingeniosissimi omnium uoluptatum architecti, omnique deliciarum genere adeo effeminati, ut Sybaritica mensa in proverbum abiit. Traditur hisce fuisse consuetudo, ut conuiuias in proximum annum inuitaret, ne spatium interim deesset, aut conuiuatori conquisitis terra marique delicijs epulas instruēdi, aut conuiuijs ipsis corpus auro, gemmisque exornandi. Hi postremo aduersus Crotoniatis bello suscepto, cum trecenta hominum millia in aciem eduxissent, turpissime tamen uicti, uaque

cum urbe sua sunt deleti.

SYBARITIS, tidis, συβαριτις, patronymicum suum a Sybaritis populis formatum. Ouid. de Trist. ad Augustum: Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit. Quo in loco Sybaritida uocat Ouidius opus Hermitheontis cuiusdam cynædi de generibus uoluptatum, & obscenarum deliciarum.

SYBOTA, æ, p. c. σύβοτα, Steph. insula est ante Leucadiam, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

SYCAMINON, συκάμινον, opidum fuit in ora Phœnicæ, cuius sua ætate nihil præter memoriam extitisse, auctores sunt Plin. lib. 5. c. 19. & Strab. li. 16. Sycaminon item Græcis morum appellatur, arboremq. ipsam Sycamineam, συκάμινην.

SYCE, συκή, insula est Asiæ adiacēs, non procul ab Epheso, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

SYCHEVS, Vide supra Sicheus.

SYCITES, συκίτης, gemina a fici colore dicta, de qua Plin. lib. 37. cap. undecimo. Est item Sycites, uini factitij genus ex fico, quem alij Palmiprimum, alij Catorchiten appellant, singulis modijs in aquæ congijis tribus maceratis: ut docet idem Plinius libro 14. cap. 16.

SYCOMORVS, p. c. [Sicomoro, arbor,] συκόμορος, Dioscoridi arbor est, median inter morum & ficum similitudinem habens, unde & nomen ei inpositum est, συκή, enim Græcis ficus est, & μόρεα, arbor, quam & Latini morum appellant. Hanc nonnulli Ficum Aegyptiam, Theophrastus Aegyptiam Morum, Celsus in uersa cõpõsitione Morosylon, Dioscorides & Galenus Sycomorum appellantur. Dioscorides scribit Sycomorum esse arborem magnam, si mitem ficui, folijs moro quam proximis, magna lactis copia abundantem. Fructum fert ter quaterve quotannis, non raris, ut ficus, sed caudice ipso caprificis similem, fitorum grossulim dulciorem, & qui in interiore sarcto, nulla qualia in fico sunt frumenta habeat: nec nisi ferro unguibusve scalpatur, maturescens. Nascentur præcipue in Rhodo, & Caria, alijsq. locis frumenti non admodum feracibus. Prouenit & in Aegypto, maxime in Nili aggeribus, quos radicibus suis colligat, & aduersus Nili inundationes munit: unde teste Vlpiano, grauius in eos solet animaduerti, qui Nili ripis sycomorum excinderet.

SYCOPHANTA, sycophantæ, [Mangiator da fichi, calomniatore. Gal. Calumniatore, faux accusateur, trompeur, emputeur, mangeur de figues. Hisp. Ed que come los bigos, calumniador.] συκοφαντής, idem qui calumniator, siue delator. Cuius significationis ratio ab alijs alia traditur. Nam ut (inquit Plutarchus) Sycophantæ ex cupiditate alijs facessendi negocij nomen factum aiunt. nam cum Athenis uetitum esset efferre ficus, qui eos deferebant accusabantque, Sycophantæ sunt appellati. Alij tradunt, cum Attici iuuenes in hortos alienos irrumperent, ficusque sublegerent, pœnam capitis in eos, quid id facerent, fuisse constitutam: quam pœnam qui persequerentur ob paruula detrimenta, Sycophantas appellatos. Dicti itaque uidentur Sycophantæ, παρὰ τὸ τὰ σύκα φανέν, hoc est, a ficum delatione. Alij nominis huius etymon ad huiusmodi referunt fabulam, quam & Maximus Planudes in uita Aesopi refert: Cum Xanthi philosophi feruus ficus domino ex agro allatos absumpsisset, eius rei culpam in Aesopum conferuum suum reiecit. Qui ut domino innocentiam suam probaret, aquam tepidam ebibit, eandemque puram, ut hauserat, euomuit. Quod cum iubente hero alter quoque fecisset, una cum aqua ficum quoque fructa eiecit: eaque ratione prodit calumniatore factum esse, ut Sycophantam dicamus, qui in fontem falso crimine calumniatur. Plaut. in Amph. Nimis hic scitus est sycophanta, qui quidem sit meus pater.

SYCOPHANTIA, æ, [Calomnia, fallacia. Gal. Calomnie, fause accusation, tromperie, deception. Hisp. Calumnia, engañõ.] συκοφαντία, mendaciū, calumnia, fallacia. Pla. in Asi. Per fallaciam, quam amabat, abduxit a lenone mulierem. neque puduit id ætatis sycophantias struere. Idem in Asi. Perfidix laudes, gratiasque habemus merito dijs magnas, cum noltris sycophantijs, dolis, astutijsq. Scapularum confidentia, &c.

SYCOPHANTOR, aris, aris, συκοφαντῶν, Suidæ, sycophantias struere. Pla. in Trin. Quamquam hoc me ætatis sycophantari pudet.

SYCOPHANTIOSE, [Con inganni. Gal. Calumnieusement. Hisp. Calumiosamente.] adu. antiquum, συκοφαντικῶς, hoc est dolose, siue per calumniam. Plau. in Pseu. Ego nec sycophantiose quicquam ago, nec malefice.

SYCOSIS, p. c. σύκωσις, uitium est palpebræ asperæ & granorum exiguorum, quæ in ficis frumenta a Plinio appellatur, similitudinem referentis: unde & nomen accepit.

SYCVSA, συκῶσα, insula est in mari Aegeo, ante Ephesum: de qua Pli. lib. 31. cap. 5.

SYCERIS, fluius in sinibus Caspiorum Hyrcanorum, a cuius ostio Caspium mare nomine amisso Hyrcanum incipit appellari. Auctor Pliu. lib. 6. cap. 16.

SYDVS,

SYDVS, & Syderatio, Vide supra in dictione Sidus.

SYEDRA, dræ, *συνεδρα*, opidum est Itauriæ, quæ est regio Asiæ media inter Ciliciam, & Pamphiliam. Stephanus.

SYENE, *συών*, urbs in confinibus Æthiopiæ atque Aegypti, nõ procul a Nilo, supra Alexandriam uersus meridiem quinque millib. stadiorum, sub tropico Cancræ directè locata: unde Sole existè in Cancro, medio Iohstrij die supra uerticem ciuitatis nullâ profus in ea umbram facit, ait Plinius lib. 2. c. 37. Lucan. lib. 2. Vmbras nusquam flectente Syene.

SYAGROS, *συαγρος*, insula est in sinu Arabico: in qua nulli sunt canes, atque aliunde importati, circa littora errantes moriuntur. Auctor Plin. lib. 6. cap. 28.

SYLA, per simplex l, mons Lucaniæ, syluam habens eiusdè nominis, latrocinij crebris infamem. Vnde & nomen accepisse uidetur, *επό τὸ συλᾶν*, quod est, prædari. Sal. de fugitiuis, In sylua (inquit) Sylæ fuerunt. Virg. r. 2. Aene. Ac uelut iugenti Sylæ, summove Iaburno, Cum duo, &c.

SYLLA, duplicato l, *συλλας*, fuit Romanus nobilis, teste Salu. qui ex antiqua Scipionum familia originem duxit. Hic in adulescentia omnibus flagitijs inquinatam uitam egit, usque ad quæsturâ, quâ sub Mario adeptus est, in qua uitam omnem penitus commutauit. Litteris Græcis & Latinis bene eruditus, facundus, acer, astutus, gloriæ cupidus, sui securus, pecuniæ maximus largitor, animo grandis. adeo ut de illo dubitari potuerit (inquit Salu.) fortiorne, an felicior esset. Missus a Mario ad Bocchum regem legatus, Iugurtham uinctum retulit. Deinde & Mithridatem Asiæ crudelissimè uastantem compescuit: socialis belli luctus repressit. Cinnæ dominationem fregit: & Marium, qui olim se quæstorem fastidierat, ipsam illam prouinciam proscriptum & exulem coegit petere. Dictator deinde effectus, ita rēp. oppressit, ut, teste Cic. in Ver. nemo illo inuito, nec bona nec patriam, nec uitâ retinere posset. Postremo rep. constituta dictaturam deposuit, & priuatus Puteolos concessit: tibi & pediculari morbo periit. Quapropter Cæsar Iulius dicere consuevit illum literas nesciuisse, quia dictaturam deposuisset, ut scribit Tranquillus. Syllæ autem nomen ex Sybilla contractum putatur. Ita enim dictum fuit, qui primus ex gente Cornelia id cognomen sortitus est: cuius posterii duabus sublati litteris Syllæ sunt appellati.

SYLLABA, bæ, [*Syllaba. Gal. Syllabe. Hisp. syllaba.*] *συλλαβή*, est comprehensio litterarum, uel unius uocalis enunciatio, unius, aut duorum temporum capax. Omnis enim syllaba aut breuis est, & unū tempus recipit, quod atomum metrici uocant: ut, Vir. Aut longa, & duo recipit tempora: ut, Res. Dicta est autem Syllaba *επὶ τῆ συλλαβαβαίνει*, quod est comprehendere. Proprie enim illa est syllaba, quæ ex pluribus litteris constat. Quæ autem uia uocali perficitur, abusuue syllaba uocatur, & Monogramma appellatur. Aliæ dicuntur Digrammæ: ut Ne: usque ad Hexagrammam, ut Stirps. Accidunt syllabæ quattuor, tenor, spiritus, tempus, & numerus litterarum. Tenores tres sunt, acutus, grauis, & circumflexus. Spiritus duo, Asper, & lenis. Tempora tria, breue, longum, & commune. Numerus, quia unica littera contenta esse potest, aut plures admittit. senarium tamen numerum non egreditur.

SYLLABATIM, aduerbium, [*Al combino, à compire.*] *κατὰ συλλαβὰς*, per syllabas. Cicero. Att. lib. 13. Ergo ego ne Tironi quidem dictauit, qui totas *περιοχὰς*, persequi solet, sed Spintheri syllabatim. Di cere syllabatim Idem 4. Aca. Cum enim tuus iste Stoicus sapiens, syllabatim tibi ista dixerit.

SYLLANION, *συλλαγιών*, statuarius nullo doctore nobilis: de quo Plin. lib. 34. cap. 8.

SYLLANVS, aum, Cicero contra Rullum: Qui nos Syllanos in inuidiam rapit.

SYLLATURIO, is, pro quo & Sullaturio scribimus, uerbum desideratum et Sylla formatum, quod est, Syllam eiusque mores, crudelitatem, & proseriptionem imitari. Cic. Attic. lib. 9. Hoc curpe Cneus noster biennio ante cogitauit: ita Syllaturit animus & proseriptione iandiu.

SYLLEPSIS, *συλληψις*, figura est orationis, teste Rufiniano, cum duabus diuersisq. sententijs uerbum accommodatur alteri non conueniens. Beda diffinit esse dissimilium clausularum per unum uerbum conglutinatam conceptionem: ut cum substantiuus, nominatiuusue diuersorum generum iungitur adiectiuum, uerbumue alteri tantum respondens. Vir. 1. Aen. Socijs & rege recepto. Idem 1. ecl. Sunt nobis mitia poma, Castanæ molles & pressi copia lactis. Aut cum pro multis unus ponitur: ut, Vterumq. armato nullo te complent. Aut pro uno multi: ut, Vos o Calliope, precor aspirate canenti. Vsitarius enim dixisset O uos Musæ. Dicta Syllepsis, *επὶ τῆ συλλαβαβαίνει*, quod est concipere: unde Latine conceptionem, siue comprehensionem uertere possumus.

SYLLOGISMVS, [*Sillogismo. Gal. Syllogisme. Hisp. Sillogismo.*] *συλλογισμός*, argumenti firmissimi genus, ex duobus prononciatis conclusionem necessario inferens. Latine Ratiocinationem uertere

re possumus, *επὶ τῆ συλλογίζην*, quod est ratiocinari. Quint. libro tertio cap. septimo. In syllogismo tota ratiocinatio ab eo est, qui intendit.

SYLLOSON, ontis, *συλοσών*, Polycratis Samiorum tyranni frater, qui cum Dario Hyllaspis filio uicem, quam ferebat, aliquando largitus esset, ab eo pro pensatione muneris tyrannidè dono accepit, in qua administranda crudelissime sese gessit, patriæ ciuib. exhauriens. Vnde tractum est prouerbum *επιταροσώντος, εβρυχρία*. Hoc est, Sylofontis opera facta est loci amplitudo.

SYLVA, æ, [*Selua, bosco. Gal. Forest, bois. Hisp. El bosque de arboles.*] *δρυμὸς, ἔλη*, nomen generale est non solum arborum, sed etiam herbarum. Virg. lib. 1. Geo. Subit aspera sylua Lappæq. tribulique. Proprie tamen arborum, & quæ cædua est, hoc est, quæ habetur in eum usum, ut ex ea materia cædatur. Quod si succia sit, nihilominus dicitur Sylua, quoniam rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur. Cicero. Att. lib. 12. Mane me in syluam abstrudo densam atque asperam: non ex eo inde ante uesperam. Quin. lib. 1. cap. 10. de Orpheo. Non feras modo, sed saxa etiam, syluasque duxisse posteritatis memoriæ proditum est. Virgil. 6. Aene. Itur in antiquam syluam, itabula alta ferarum. Dicta sylua, ab eo, quod Græcis *ἔλη*, id est materia dicitur. Et ut illi *ἔλλω*, pro materia, sic nostri Syluam posuerunt. Sylua autem uel glandifera est, cuius arbores non cæduntur, sed ad escam quadrupedibus præbendâ seruantur: aut Cædua, quod in ea arbores, cum ad iustam proceritatem creuerunt, cæduntur, ut uel ædificationibus, uel alijs usibus materiam præbeant. Lucus non est cædua, sed manu consitus, religiosusque Deo, uel hominis alicuius cineri dedicatus, circa delubrum Dei uel sepulcri. Saltus est Sylua inuia, ubi pasci & æstiuare uel hyemare pecudes solent. Nemora uoluptatis causa comparata, & plena amœnitatis. Quandoque Syluam accipimus pro tumultuario, & extemporaneo scripto. quod Græci *αεδιασμα*, appellant: cuiusmodi sunt Syluæ Papiij, quas sibi subito calore & quadâ festinan di uoluptate excidisse testatur Quin. 1. 10. c. 3. Diuersum est huic eorum uitium, qui primo decurrere per materiam stylo quâ uelocissimo uolunt, & sequentes calorem atq. impetum ex tempore scribunt: hanc Syluam uocant. Hinc Syluula, *υλάριον*, deminutiua. Col. lib. 8. c. 15. Sunt enim, quibus cordi est uel in syluulis tamari cum, aut scirporum fruticis immorari: nec ob hanc tamen causam totus locus syluulis occupetur.

SYLVANVS, [*Siluanus.*] syluarum Deus, qui Cyparissum puerum in delicijs habuisse dicitur, eundemq. in arborem sui nominis, hoc est, in cupressum transformasse. Fabulantur enim poætæ, Cyparissum ceruam habuisse mansuetam, eamq. unice adamasse: quam cum Syluanus imprudens occidisset, puer doloris impatientia contabuit. Cuius mortem ægre ferens Syluanus in arborem cupressum eum commutauit, quam amans desiderio semper dicitur circumferre. Quidam Syluanum eundem esse putarunt cum Panæ. Virg. tamen lib. 1. Geo. manifeste eos distinguit. Nam cum dixisset, Pan ouium custos, &c. interiecta deinde Mineræ, & Triptolemi mentione, subdit tandè. Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. Quem locum explicans Seruius, Publica (inquit) cæremoniarum opinio hoc habet pecorum, & agrorum deum esse Syluanum. Prudentiores tamen dicunt eum esse *ελληνόν θεόν*, hoc est deum, *πῆς, ελνς, ἔλη*, autem est ex omnium elementorum, id est, ignis sordidior, & aer item & aqua & terra sordidior: unde cuncta procreantur. Quam *ἔλλω*, Latini materiam appellauerunt: nec incongrue, cum materix syluarum sit. Ergo quam Græci a toto, Latini a parte dixerunt. Hæc ille. Plin. lib. 1. cap. 12. Quin & Syluanos, Fauosque & deorum genera syluis ac sua numina tamquam e cælo attributa credimus.

SYLVATICVS, a, um, [*Saluatico, di selua. Gal. de forest, saunage. Hisp. Cosa pertenesciente a bosque.*] *ὕλωνος*, quod est syluæ, seu quod ad syluam pertinet. Var. lib. 1. de re Rust. Vt falces dicuntur ab eodem scriptore uineaticæ opus esse sex, serpiculæ quinque, syluaticæ quinque, arborariæ tres, rusticariæ decem. Syluatica laurus, crescens in syluis. Cato cap. 8. Syluaticus, mus, id est, agrestis, siue in syluis habitans. Plin. lib. 30. cap. 9.

SYLVESCO, is, ere, [*Farsi selua. Gal. Deuenir saunage. Hisp. Hazerse bosque.*] *ὕλομαίνεν*, in nimiam ramorum, sarmentorumque ubertatem luxuriare. Cicero in Cato. Quam multiplici serpentem lapsu, & erratico ferro amputans coarctet ars agricolarum, ne syluescat sarmentis, in omnes partes nimis fundatur. Colum. libro 4. cap. 11. Nec pati uitem superuacuis frondibus luxuriantem syluescere.

SYLVESTER, stris, syluestre, uel hic & hæc Syluestris, & hoc syluestre, [*Seluatice.*] *ὕλεις, ἄληεις*, idem quod syluosus. Lin. 3. Bel. Pun. Tumulus erat syluestris inter Punica & Romana castra. Cicero. in Læli. Cum locis ipsi delectemur montosis, & syluestribus, in quibus diutius commorati sumus: hoc est, locis qui in montibus sunt, & syluis. Interdum idem quod agrestis siue rusticus, Ouid. 2. Fast. Transiit Euander syluestria numina secum. Virgil. 1. Eclo.

- r. Ecl. Syluestrem tenui musam meditaris auena. Hinc Syluestrior, comparatiuus. Plin. lib. 26. Syluestriora omnia tardiora.**
- SYLVIA, quæ & Rhea, & Itha, Numitoris filia, quæ a Marte comprehensa, (ut Romani credi uoluerunt) Romulum peperit, & Remum, ut bis Romæ conditores. Vide Liui. l. 1. ab Urb. Est & Syluia apud Vir. 7. Aene. nomen sororis Thyrræ palitoris regij armenti, cuius ceruus manuetus a Troianis uulneratus, initium præbuit belli inter Latinos, & Troianos aduenas.**
- SYLVICOLA, æ, p. c. [Che habita nelle selue. Gal. Qui habitet es forets. Hisp. La que mora en los bosques.] ὕκωπος, qui syluam incolit. Proper. lib. 3. Eleg. 17. His tum blanditijs furtiua per antra puellæ Oscula syluicolis empta dedere uiris.**
- SYLVICULATRIX, cis, syluæ habitatrix. Catu. Epi. 58. Vbi cerua syluiculatrix, ubi aper nemoriuagus?**
- SYLVIFRAGVS, æ, um, penul. corr. [spezza a selue.] uenti epitheton est, quo arbores in syluis & franguntur, & cruuntur. Luc. lib. 1. Montesque supremos syluifragis uexat flabris. De ui, & impetu uentorum loquitur.**
- SYLVIGER, æ, um, [seluoso.] ὕλοδης, idē quod syluosus. ut Montes syluigeri. Plin. l. 3. c. 3. Ideo syluigeri ab Aquilonis tantū parte sunt.**
- SYLVIVS, æ, um, [seluoso.] Gal. Plein d'arbres, boscaiges. Hisp. Leno de bosques.] ὕκωδης, ὕλοεις, sylua obfusus, arborum densitate syluæ imaginem referens. Liuius. 9. ab Vrbe: Saltus duo alti, syluosi que sunt omnibus circa se perpetuis inter se coniuncti. Plin. libro 27. cap. 5. Superiores eiusdem rami in excelsum emicant syluosa multitudine.**
- SYLVIVS, Ascanij filius, Aenæ nepos: ita dictus, quod casu quodam in sylua natus esset: a quo deinceps Aibanorum reges omnes Syluij dicti sunt, sicut Romanorum Imperatores, Augusti: Ægyptiorum reges Ptolemæi: Parthorum Arsaces. Vide Liui. libr. 1. ab Vrbe.**
- ΣΥΜΑ, æ, siue Syme, es, σύμη, insula est Carie adiacens, portum habens clausum triremibus aptum, & nauale nauium uiginti. Auctor Strabo lib. 14.**
- ΣΥΜΑΕΘΥΣ, συμαιθός, fluius Siciliæ: non longe ab Aetna: ut, qui, ait Strab. 6. Agrum Catanæum irrigat. Hinc deducitur adiectiuum Symæthius, æ, um. Virgil. 9. Aene. Eductum Martis luco Symæthia circum Flumina.**
- ΣΥΜΒΑΡΙ, populi feri, inter Arabiz montes, & Nilum incolentes, elephantumq. uenenatu uisitantes. Auctor Plin. lib. 6. cap. 31.**
- ΣΙΜΒΑΛΛΟΤΑ, p. p. συμβαλλωτά, ueltes quædam coacti per se uelle ris implexi potius, quam textu confecti: πρὸ τῶ συμβαλλων.**
- SYMBOLA, fœni. g. apud antiquos in eadem legitur significatione, in qua Symbolum. Plautus in Stichus: iam hercle ego per hortum ad amicam transibo meam, Mi hanc occupatum noctem: eadem sym bolam Dabo, & iubeo apud Sangarium cœnam coqui.**
- SYMBOLVM, li, p. c. [Segno, contra segno. consentimento. Gal. Enseigne de reconnaissance. escor. Hisp. Colleta de dicofo sentantias.] nota, signū, col latio: σύμβολον, æ, συμβαλλω, confeso. Hinc fit, ut Symbolum accipiat pro eo, quod in cœnam comparandam plures conferunt. Terent. in Andr. Symbolum dedit, cœnauit. Dicitur etiam Symbolum, signum bellicum, quod a Latinis Tessera appellatur, quo socij ab hostib. & exploratoribus dignoscuntur: ut in Marij exercitu, Lar deus in castris Syllæ, Apollo Delphicus: inter Casarianos, Venus genitrix. Ab huius similitudine Symbolum Apostolorum dictum est, quoddam quasi totius nostræ fidei breuiarium: quo ueluti quadam tessera, pseudapostoli a ueris discernentur. Erant enim eo tempore Iudæi quidam, qui simulabant se esse apostolos Christi, & lucri alicuius, uel uentris gratia ad prædicandum proficiscebantur: nominantes quidem Christum, sed non integris traditionum lineis annunciantes. Hoc etiam nomine dicebantur tessera quædam, quæ dabantur publice a ciuitatibus, quibusdam hominibus sibi amicis, ut hospitaliter, & amice acciperentur in opidis fœderatis. Sic etiam hodie uocari possunt tessera collybisticæ, ad permutandam pecuniam sine uecturæ periculo instituta. Iulius Pollux interpretatur Symbolum paruim numisma. Aristoteles originem id est, etymologiam uocabulorum Symbolum appellat, per quam uis uerbi, uel nominis, per interpretationem cognoscitur. Symbola item dicuntur notæ arcanioris cuiuspiam misterij significationis: ut cum ciconiam dicimus esse symbolum pietatis, & papauer fertilitatis. Item breues quædam & inuolutæ sententiæ, & quædam quasi ænigmata, rem aliquam occultam & reconditam significationis: quæ σμῦματα, & ἀλληγορήματα, a Græcis appellantur, cuius generis sunt symbola Pythagorica.**
- ΣΥΜΒΟΛΥΣ, p. c. σύμβολος, idem quod symbolum, id est, anulus, tessera, chiropographum. Plau. in Bacch. Eo præsepte homini extemplo ostendit symbolum. Quem tute dederas ad eum, ut ferret filio. Idem Pseu. Date eum simbolū illi. Iustinus lib. 1. Solicitare inquietos in partes suas statuit, & cum colloquendi copiam non haberent, quo applicaturi erant symbolos proponi, & saxis proscribi**
- curat. Quo in loco Symbolos uidetur appellare litteras siue notas, quibus militibus indicabatur locus, quo essent conuenturi.**
- ΣΥΜΕ, σύμη, insula Carie adiacens medio fere spatio inter Rhodum & Gnidum, ut tradit Plin. lib. 5. c. 31. Vide supra in dictione Syma.**
- ΣΥΜΜΑΧΥΣ, p. c. σύμμαχος, proprium nomen Oratoris cuiusdam Romani, qui missus fuit a senatu Constantinopolim, ad Theodosij liberos, rogatum ut Vestales a Christianis destrui minime pateretur. Cuius rei gratia, putabat se aduersa multa a dijs esse passus. Eius igitur orationem & Prudentius & Ambrosius, qui huius meminerunt, acerrime cōsutarunt. Fuit & Symmachus, sacrorum librorum interpres, doctrinæ parum lynceræ: cuius meminit Eusebius Græcis alioqui σύμμαχος, & belli focium significat, quemadmodum & σύμμαχία, belli societatem.**
- ΣΥΜΜΕΤΡΙΑ, [Proportione. Gal. Symmetrie, proportion. Hisp. symmetria ó proporcion.] συµμετρία, apta membrorum, partium uel omnium portio, quæ quibus adæq. Symmetria, σύμμετρα, dicuntur. Plin. l. 34. c. 8. Primus hic multiplicatæ uarietatem uidetur, numerosior in arte, quam Polyletus, & symmetria diligentior.**
- ΣΥΜΟΝΙΑΝΥΜ, trifolium, uel (ut Ruellio placet) Symmoniacum, herba quam in hæc uerba describit Col. lib. 6. c. 17. Symonianum trifolium, quod inuenitur, confragosis locis efficacissimum traditur, odoris grauis, neque absimilis bitumini, & idcirco Græci eam ἀσφάλτιον appellant, nostri autem propter figuram uocant Acutum trifolium: nam longis & hirsutis folijs uiret, caulem robustiore facit, quam pratense.**
- ΣΥΜΠΑΘΙΑ, [Cōpassione. Gal. Sympathe, æcord. & conuenance naturelle. Hisp. compasion, consentimento.] συμπαθεια, condolentia, naturalis consensu, & conuenientia: qualis est maris cum Lunæ natura, & heliotropij cum natura Solis. Cic. 3. de Na. deo. Illa uero cohæret & permanet natura uiribus, non deorum. etque in ea iste quasi consensu, quam. συμπαθειαν, Græci uocant.**
- ΣΥΜΦΩΝΙΑ, æ, [sinfonia, consonantia, concerto. Gal. Accord de son. Hisp. Consonancia en la musica.] συμφωνία, consonantia, musicus concentus, ἁπὸ τῶ συμφωνεῖν, quod est consonare, siue continere. Cic. pro Cœl. Accusatores quidem libidines, amores, adulteria, Baijs acta conuiuia, comestationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. Cic. ad Tit. lib. 15. Symphoniam Lyfonis uelim uitasses. Symphonia herba, quæ & Gumphena dicitur. Plin. lib. 26. c. 7. Symphonia uel gumphena alternis uiridibus roseisque per caulem folijs, in posca languinem reijciuntibus medetur.**
- ΣΥΜΦΩΝΙΑΤΙ, pueri, συμφωνιακοί παῖδες, serui qui ad modulationes musicas, concertusq. conficiendos comparatur. Cic. pro Mil. Milo tum casu pueros symphoniacos uxoris ducebat. Pædianus auctor est, cani remigib. celestima per symphoniacos feruos solitum olim fuisse, interdum per assam uocem, id est, ore prolata, interdum per cytharam.**
- ΣΥΜΦΩΝΙΑΚΑ ΗΡΕΑ, eadem cum Apollinari siue hyoscyamo, teste Apuleio. Palladius: Si cerasus æstu canicularium fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torqueri coronâ iubet, uel ex ea iuxta unum caudicem cubile fieri.**
- ΣΥΜΦΡΕΑΤΙΔΕΣ, qui iisdem utuntur puteis. Cic. lib. 2. de Leg. Ego me hercule & illi & omnibus municipib. duas esse censeo statuas, unam naturæ, alteram ciuitatis: ut ille Cato cum esset Tusculi natus, in Po. Ro. ciuitatem suscepit est. Itaque cū ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alterâ iuris ut uetri Attici, priusquam Theseus eisdem migrare ex agris, & in Aity quod appellatur, omnem conferre se iussit, & symphreatidas ex Atticis fieri, nos & patriam dicimus, ubi nati, & illam qua excepti sumus. Quo in loco tamen nonnulli συμφράδιονας, legere malunt, quasi ὁ μόφρονας, hoc est, eiusdem animi & sententiæ.**
- ΣΥΜΦΙΤΟΝ ΠΕΤΡΑΕΟΝ, σύμφυτον πετραῖον, herba in saxis nascentis, ramis tenuibus, paruis, organi similibus, capitulis thymi, scurculosa tota, odorata, gustu dulcis, saluâ ciens, longa radice, sub rufa, digiti crassitudine. Latini Alum, rufici in Gallia Buglum appellant. Symphiton alterum, caule nascitur cubitorū binū aut maiore, anguloso, inani, ut sonchus, & crasso, qui per breuia interualla circumdat folijs lanuginosis, oblongis, &c. Officina nomē symphyti retinuerunt. Herbarijs & nullo Consolida maior uocatur.**
- ΣΥΜΠΙΝΥΜ, συμπίνον, uas uinariū non dissimile cytho quo in sacrificijs utebantur, ἀπὸ τῶ συμπίνα, quod est compotare. Iuu. Sat. 6. Et quis tunc hominum contemptor numinis, aut quis Sympinim ridere Numæ, nigrumque catinum. Quo tamen in loco nō defuit qui Sympullum legere malint: quæ uox & apud Plinium, & apud Varronem legitur. Verba Plinij sunt hæc l. 35. c. 12. in sacris quidem, etiam inter has opes, non murrhinis, crystallinis uel sed fistilibus proliant sympullis. Varro autem sic habet lib. 4. de Lin. Lat. Quod uinum dabat, ut minutatim funderet, a guttis guttum appellatur. Quod fumebant minutatim a fumendo Sympullum nominauerunt. In huiusce locum in conuiuijs & Græcia successit epichysis, & cyathus: in sacrificijs remansit guttus & sympullum.**

SYMPLEDES, p.c. *συμπληγάδες*, quæ & Cyanæz, insulæ duæ sunt, siue potius scopuli trans Bosphorum Thracium, in ipso Ponti Euxini ostio, mille quingentis passibus ab Europa distantes: tam modo dicuntur inter se discretæ intervallo, ut ex aduerso quidem intrantibus geminæ cernantur, paululum uero deflecta acie coeuentiū speciem præbeant. Quæ res occasionem præbuit poetarum fabulis qui eas olim inter se concurrisse tradunt. Vnde & nomen acceperunt, ἀπὸ τῆς συμπλέεως, hoc est a concurrendo, seu conflictando. Quidius: Compressos utinam Symplegades elisissent. Nominatiuus singularis est Symplegas, *συμπληγάς*, p.pr. Mar. lib. 11. Si constringantur gemina Symplegade culi. Quo in loco per geminam symplegadem nates ipsas intelligit.

SYMPOSIUM, sij, [Conuiuium, Gal. Banquet, festin. Hisp. Combite.] *συμπόσιον*, idem quod conuiuium. Cicer. libro 9. epistol. ad Pætum. Sapientius nos, quam Græci illi symposia, aut symdepsia, id est, comportationes, aut concenationes, nos conuiuia, quia tum maxime simul uiuunt. Hinc Symposiastes, dicitur ipse conuiuator, seu conuiuii dominus. Ipsi autem compotores Symportæ, Cuius femininum est Symportia, *συμπότρια*, compositrix.

SYMPΣALMA, *συμψαλμα*, uocem in cantando copulatio. Diapsalma, disunctio eorum, ubi quadam requies distinctæ continuationis ostenditur. Psalma. quod Psallitur.

SYMMYSTA, [secretario, Gal. secretaire. Hisp. Secretario.] *συμμύστης*, secretarius, seu secretorum concilius, ut apud interpretem Originis, Sicut Ioannes Symmysta pronunciat dicens: Quia si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum, Iesum Christum.

SYN, τὴν, præpositio Græca, quæ in compositione significat simul, quemadmodum apud nos Con.

SYNERESIS, *συνείρεσις*, contractio, figura, qua duæ syllabæ in unâ contrahuntur, nullo sublato elemento: ut Aerei, disyllabum pro Aerei. Virg. lib. 6. Aeneid. centum ærei claudunt uoces, &c. Idem Ferrei, per duas syllabas pro Ferrei. Ibidem: Ferreique Eumenidum thalami. Dicta Syneresis. ἀπὸ τῆς συναίρεσιν, quod est contrahere. Huic figuræ contraria Dieresis, cum una syllaba in duas resoluitur.

SYNAGOGA, [Congregatione.] p.p. *συναγωγή*, idem quod congregatio, uel cœtus: ἀπὸ τῆς συναγωγῆς, quod est congregare.

SYNALOEPHE, *συναλοιπή*, absumptio uocalis dictionem finientis, a sequenti dictione incipiente a uocali. Dicta Synalœpha ἀπὸ τῆς συναλείφειν, hoc est, a conglutinando, propterea quod peream duæ syllabæ in unam coalescant.

SYNANCHE, [Scarantia.] *συναγχή*, angina, morbus in faucibus & proprie ex mulcutorum interiorum inflammatione, teste Aegineta: Nam cum malum guttur ipsum inuaserit, potius Cyananche, *κυανανγή*, appellatur. Quæ tamen differentia non raro confunditur. Cel. lib. 4. cap. 4. Ut hoc autem morbi genus circa totam ceruicem, sic alterum quæ pestiferum, acutumq. in faucibus esse consuevit: nostri Anginam uocant: apud Græcos nomen, propt species est. Interdum enim neque rubor, neque tumor nullus apparet, sed corpus aridum est, uix spiritus trahitur, membra soluantur, id *κυανανγή*, uocant. Interdum lingua faucesq. cum rubore intumescunt, uox nihil significat: oculi uertuntur, facies pallet, singultusque est. Id *συναγχή*, uocatur. Illa communia sunt, Aeger non cibum deuorare, non potionem potest: spiritus eius includitur. Lenius est, ubi tumor tantummodo & rubor est, cætera non sequitur, id *παρασυναγχή*, appellant. Hæc Celsus.

SYNATROESMVS, *συνάτροισμός*, figura est, quâ nos congeriem uertere possumus: ἀπὸ τῆς συνατροίσεως, quod est congerere, seu congregare. Potest aut & singulari uerbis, & plurium uerborum coniunctio fieri. Singulari hoc modo: Sed cum ad supplicium sumendum se confirmaret, multa simul eum reuocabant, officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio. Plurium uerborum cõiunctio ne sic apud Lycurgum: Nemo n. nocens sine summo mœrore est, Iudices, sed multa simul eum perturbant, & quæ adest, sollicitudinis plenum: quod futurum est, formidolosum lex paratum supplicium ostentans, uitia ex uitijis coacta, occasionem arguendi maleficia captans inimicus, quæ quotidie eius animum uehementer excruciant. Vide Rutilium.

SYNCATEGOREMA, atis, *συνκατηγορήματα*, Latine dici potest uox consignificatiua. Sunt. n. Syncategoremata, particulae per se ipsas nihil significantes: quæ tamen orationem ingressæ, aliarum cõpositioni nonnihil addunt, Huiusmodi sunt, quæ a Dialecticis uocantur Signa uniuersalia, & particularia, ut Omnis, Nullus, Quidam. Hinc fit adiectiuum Syncategorematicus, matica, ticum, *συνκατηγορηματικός*, id est, consignificatiuus.

SYNCERASTVM, inquit Var. lib. 6. de Lin. Lat. dicitur omne edulium antiquo uocabulo Græco. Pacuius in Phagone: Honos syncerastum, petit, pernis, gladio.

SINCERVS rã, rû, p.p. [Sincero, puro, intero, reale,] *ἀσπαστος, ἀπίωπτος*, proprie idem quod integer, illæsus, non mutilatus. Tractum ab

eo quod qui diuidere fructum cõem alucorû cum socio uolunt simul cum cera, mel partiuntur, quod si mel tantum sine cera conuenient, fraudant socium, nec agunt integre. Sincerus itaq. , quæ simul cum cera. Quid. 12. Met. Rursus sine uulnere corpus Sincerrumq. fuit. Luc. lib. 3. Sin ita synceris membris ablata protulit, Ut nullas parteis in corpore liquerit ex se. &c. Cic. lib. 3. epi. Hoc mihi da ut M. Curium integrum syncerrumq. conferes. Accipitur item Sincerus pro puro, & incorrupto. Hor. lib. 1. epi. Sincerrum est, nisi uas, quodcumque infundis, acescit. Aliquando pro uero, & minime fucato, Cic. lib. 2. de Diu. Quod licet existimaret in alijs quoq. oraculis Delphicis aliquid non synceri fuisse. Liu. lib. 9. Belli. Pun. Si spatium ad sua, ut uelit cõponenda datur, nihil syncera fide cum Romanis acturum. Sincerus, inquit Donatus: id est, purus, sine fucato & simplex, ut mel sine cera: quod etymõ si admittamus, Sincerus, i. Latino scribendum erit. Syncere, aduerbium: Pure, & integre. Cæs. 7. Bell. Gall. Hæc ut intelligatis, inquit, syncere a me pronunciarî, audite Romanos milites. Cice. ad Att. lib. 3. Crassi libertum nihil puro syncere locutum. Synceriter aliud aduerb. eiuſdem significationis. Gel. lib. 13. cap. 16. Quas qui synceriter capiunt. Huic contrariû est Infyncerus, pro uitiatõ, & corrupto. Vir. Infyncerus apes tulit cruor.

SYNCERITAS, atis, [Sincerità, purità, integrità,] puritas, integritas. Plin. lib. 31. cap. 6. Salinarum synceritas summam fecit suam differentiam. Colum. lib. 4. cap. 26. Atque alia conuertenda, quæ synceritatem habent: alia summouenda, quæ uel cariõsa, uel iusto breuiora sunt.

SYNCHRONOS, *σύνχρονος*, contemporaneus. Vnde scribit Hierony. Oseam prophetam fuisse synchironon Elaiæ. Et Varro ait non esse dubium, quin aliquo tempore eodem uixerint Homerus & Hesiodus, eosque synchronos fuisse testatur.

SYNCHYSIS, *σύνχυσις*, confusio, turbatio ordinis: unde accipitur pro figura, seu uitio orationis, cum ordo deturbatus est. quod & Hyperbaton appellant: cuiusmodi est illud Virgilian. Tres Notus abreptus in laxa latentia torquet: Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus aras. Dicta Synchysis, ἀπὸ τῆς συγχύσειν, quod est conterere seu perturbare.

SYNCIPVT, Vide supra Sinciput.

SYNCOPA, syncopæ, *συνκοπή*, concisio, figura cum littera uel syllaba e medio dictionis absconditur: ut Compositus pro compositus. Virum pro uirorum. Dicta Syncope ἀπὸ τῆς συνκείπειν, quod est concidere.

SYNCHRISIS, p.c. *σύνχρησις*, figura eadem cum Antithesi, hoc est, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum: ut, Tu delinquis, ego arguor pro malefactis. Cic. pro Muræna: Vigilas tu de nocte, ut consultatoribus suis respondeas. Ille ut mature, quo in tendit, cum exercitu perueniat: te galorum cantus, illum buccinarum strepitus excitat.

SYNDICVS, ci, pen. co. [Sindico, giudice,] *συνδικός*, patronus, qui cum alio causam aliquam tuendam accepit, qui uel secundis actionibus causam defendit: ut in causa Corn. Balbi Cicero. Syndici ite sunt: ciuium aduocati & defensores iuris publici: quasi in causam publicam communiter incumbentes. Vnde apud Plutarchum legimus, Aristidem ab Atheniensibus creatum fuisse Syndicum, ut communem causam Græcorum ciuium suorum nomine defenderet. Demosthenes quoque πρὸς, *λεπίπλου*, refert, lege sancitum fuisse Athenis, ne cui iterum syndicum fieri liceret, crearique a populo: idque ideo, ne *συνδικία*, id est, syndici munus ob publicam utilitatem inuentum uerteretur in quæstum, compendiumque priuatum. Hoc nomine uocari possunt, quos hodie Deputatos nostri uocant. Bud.

SYNECDOCHE, *συνεκδοχή*, figura locutionis, qua parte totum, uel a toto pars intelligitur, ut Puppis, pro nauis, & Annus, pro hyeme. Virg. Quæ multæ glomerantur aues, ubi frigidus annus Træpontum fugat. id est, frigida hyems.

SYNECHON, *συνέχρον*, a Latinis Rhetoribus continens, uel firmiter dicitur ἀπὸ τῆς συνέχων, quod est continere.

SYNEDEVS, synedri, *συνέδρος*, Latinis confessor, assessor, siue consiliarius dicitur. Liu. Decad. lib. 5. His rerum externarum cognitionibus interpositis, Macedonum rursus aduocatum concilium, pronunciatum quod ad statum Macedoniæ pertinebat: Senatores, quos Synedros uocant, legendos esse, quorum consilio respub. ad ministraretur.

SYNEPHEBVS, p.p. *συνήθετος*, dicuntur adolēscētes simul pubescentes. Quod nomen inditum est comœdiæ Statij Cæciliij, Cic. 1. de Fin. Synephebos ego, inquit, potius Cæciliij, aut Andriam Terentij, quam utramque Menandri legam?

SYNEPHITES, *συνήφτης*, gemma est lactei coloris, alio nomine Galactite. Plin. lib. ult. c. 10. Galactites ex uno colore lactis est. Eandem dicunt Leucogeam, & Leucographiam appellant, & Synephite lactis succo & lepore notabilem.

SYNESTVS, *συνεσις*, e Pentapoli Africæ philosophus Christianus, præsul

resul Ptolemidis factus. Scripsit libros in Grammatica, Philo-
sophia Panegyricos, Epistolas, & alia. Auctor Suidas.

SYNGRAPHIA, [Poliζα Gal. Schedule, obligation, pollice. Hisp. La escri-
ptura entre dos.] συγγραφίη, Syngraphus, & Syngraphum syngra-
phi, p. c. scriptura, siue schedula, quæ fit propria manu contrahen-
tium ad pactorum fidem. Plau. in A. in. Age istam ostende, quem
conscripti, syngraphum Inter me, & amicam, & lenam. Cic. Trib.
lib. 7. Tamquam enim syngrapham & ad imperatorem nõ episto-
lam attulisses: sic pecunia abata, domum redire properabas. I-
dem de Arusp. resp. Alterum patibato regem si habuerit, unde tibi
soluat, quod ei pe- syngrapham credidisti: Suet. Cuius patri non
dubitauit a quibusdam iusiurandum, atque etiam syngraphum exi-
gere. Dicitur Syngrapha *ἐπι τῷ συγγράφῳ*, quod inter cætera scri-
pto cauere significat.

SYNNADA, *συνοδος*, ciuitas maioris Phrygiæ. De hac Stralibro 10.
sic scribit: Synnada, urbs non magna. ante quam plantities iac-
t oleis confita, sexaginta fere itadiorum. Vterius est Docima ui-
cus, & Synnadicæ lapidis fodina: sic enim eum Romani appellant:
indigenæ uero Docimeten, & Docimeam. Vena in initio paruas
glebas emittebat, nu-ic propter maximos Romanorum sumptus
columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & uarietate Alabastri-
cæ lapidi proxima. Dicitur & Symnas, nadis, ut apud Sidonium.

SYNOCHITIS, *συνοχίτης*, gemma qua Magi auferunt umbras infero-
rum euocatas teneri. Plin. lib. 33. cap. 11.

SYNODIA, *συνόδος*, congressus, colloquium: ex *συν* & *ὄδος*,
Cic. ad Att. lib. 10. Iniecit autem mihi spes quædam est, uelle me-
cum Seruium Sulpicium colloqui: ad eum mihi Philotinum liber-
tuni cum litteris, si uir esse uolet, det clara synodia. sin autem, eri-
mus nos, quales solemus.

SYNODICVS, *συνωδικός*, quod ad synodum pertinet. Hiero-
nymus: ante annos plurimos, cum iuuarem Damasum Romanæ
urbis episcopum, & Orientis atque Occidentis synodicis consul-
tationibus responderem.

SYNODONTES, *συνωδοντες*, gemma ex cerebro synodontis pi-
scis. Auctor Plin. lib. ult. cap. 10.

SYNODVS, di. p. c. for. gen. *συνώδεις*, idem quod conuentus, siue cœtus.
A *συν*, præpositione, & nomine *ὄδος*.

SYNODVS, *συνώδεις*, piscis genus, in cuius cerebro synodontis
gemma inuenitur. Plin. lib. 37. cap. 10.

SYNOCEOSIS, p. p. *συνωχέωσις*, figura, quæ docet diuersas res con-
iungere, & cõmuni opinionicum ratione aduersari: & habet ma-
gnam uim uel ex laude uitium, uel ex uitio laudem exprimendi.
Cuiusmodi est illud Hyperidis: Nam hominis auari atq. aforti u-
num atque idem uitium est. Verget enim nescit uti, atque utriq;
pecunia dedecori est: quare merito utrique pari pœna afficiuntur,
quos pariter non decet habere. Ex Rutilio Lupo.

SYNONYMA, *συνώνυμα*, dicuntur, quæ sub diuersis uocibus idem si-
gnificant: ut Ensis, mucro, gladius.

SYNONYMI, *συνωνυμία*, figura, quæ communio nominis interpre-
tatur. Vtimur autẽ eo genere elocutionis, quoties uno uerbo non
fatis uidetur dignitatem, aut magnitudinem rei demonstrare. I-
deoque in eandem significationem plura conferuntur, ut si dica-
mus, Prostratus, affixit, percussit.

SYNTAGMA, *σύνταγμα*, [Ordinatione Gal. Ordonnance, ordonnance. Hisp.
Ordination.] *σύνταγμα*, tractus, ordinatio: rerum constitutio,
& documentum *ἐπι τῷ συντάγματι*, quod est componere,
ordinare.

SYNTAXIS, *σύνταξις*, dici potest constructio & series, a *συντάξω*
ordino.

SYNTEXIS [Deboleζζα.] *συνθεσις*, colliquatio & tabes corporis ex
diuturno morbo, *πρὸς τὸ συντήκεσθαι*, quod est liquefieri. Plin. lib. 22.
c. 25. Tali sorbitionis genere emendatur Syntexes, id est, defectio-
nes ex longis morbis sumptæ. Inde Syntectici, *συντηκτικὴ*, di-
si sunt quorum corpus longo morbo exhaustum est & colliquefa-
ctum. Idem lib. 22. c. 23. Præcordiorum uitijs syntecticis, comitiali-
bus in uino, in aqua multa lingua paralyti.

SYNTERESIS, pen. prod. *συντηρησις*, dici potest attentio, seu con-
seruatio. Nam a *συντηρέω*, quod est conseruo, deriuatur. Vnde ea
pars animæ quæ uitijs aduersatur, & sese semper immaculatam
cupit a uitio conseruare, & perpetrata mala continuo arguit, Syn-
teresis dicitur.

SYNTHEMA, pen. pro. genitiuo Synthematis. pen. cor. [segno del fat-
to d'arme Gal. seigne du fait d'arm. Hi. El seño de facto d'armada.] *σύν-
θημα*, signum bellicũ, quod datur instructæ aciei. Item tessera ui-
giliarum, quæ erat tabella scripta a Tribuno data. Item nota &
tessera quædam epistolaris, commendatrix eius, qui eam redde-
bat. In Pandectis item Græcis Synthemata uocantur Diploma-
ta, quæ ijs dabantur, qui in cursu publico utebantur. Synthemata i-
tem, dicuntur breues quedam & obscuræ sententiæ, & quædam
quasi ænigmata, altioreni quandam & reconditum sensum occul-
tantia: cuiusmodi sunt Pythagoræ symbola. Habet & alia signi-

ficata apud Græcos. quæ quoniam ad linguæ Latine instru-
ctionem nihil pertinet, ex Græcorum Lexicis petenda relin-
quimus.

SYNTHESES, p. c. [Compositio. Gal. Composition, accord. Hisp. Accord
entre dos.] *σύνθεσις*, idem quod compositio. *ἐπι τῷ συνθέσει*
quod est componere. Quintus Serenus pro commitione accep-
pit, Vilem (inquiens) deprehendit in illis Synthesin, & uulga-
ta satis medicamina ruit. Est autem Synthesis, figura contra-
ria *ἀβλυστες*, a quibusdam confessis exordiens, & desinens in
id, quod in quæstione est. Analysis autem quasi retextio est
complexionis. Significatur item hoc nomine apta & concinna
orationis & uerborum itruçtura & collocatio, in qua ita compo-
nunt & itruunt uerba, ut non asper eorum concursus, non hiulus
sit, sed leniter coagmentatus, & molliter fluens. De qua ratioe fa-
ctis multa differuntur Cicer. 3. de Orat. & Quint. lib. 9. Est etiam
Synthesis genus uerbi breuis, qua Romani peculiariter in Sacra-
nibus utebantur. Illis enim diebus omnes exuebant togam, &
synthesim induebant. Dicitur Synthesis ab eo quod confuta contex-
tæque esset compositione quadam uersicolori. Mar. lib. 14. Synthe-
sious gaudere equites dominusque senatus, Dumque recent no-
strum pilea sumpta Iouem. Suet. in Nero cap. 51. Ac plerumque
synthesim indutus, ligato circa collum sudario prodierit in publi-
cum sine cinctu, & dilcalceatus. Synthesis præterea aliquando ac-
cipitur pro tota ueste in uestiario cõposita. Sexuola in l. Titia de
Auro & argenti. leg. Quarto aut ea uniuersa ueste: id est, synthesi,
unicas fingulas, & palliola Semproniana eligere possit.

SYNTOMIA, *συντομία*, quam Latine Cõcisionem uertere possumus,
figura est, qua res quantumuis magnæ, breuis, & compendioso uer-
borum ambitu redduntur. Quam eandem nonnulli Græcorum *ἐναρ-
τησις*, appellat a luce, quam rebus addit. Nonnulli etiam *ἐνέερ-
γεια*, a mouendi efficacia. Dicitur Syntomia, *ἐπι τῷ συντέμνῳ*,
quod est concidere, abbreviare.

SYPHACIS, *σφάκισ*, p. genitiui *σφάκιδος*, Numidix rex fuit, qui cum Scipio-
ni per Lælium fuisse conciliatus, bellique societatem cũ eo inis-
set, postea uiolata fide Annibali adhaesit. Tandem uictus a Ma-
siniis, uiuus in Scipionis manus perductus est, a quo in triumpho
circumductus, & deinde in carcerem inclusus inedia uitam finit,
regno eius Masinix concessa. Claudia. de Bello Gildonico, Syph-
acem extulit media syllaba correpta. Haurire uenena, Compu-
limus durum Syphacem, fratremque Metelli. Alij tamen fere om-
nes constanter produunt. Proper. lib. 3. Annibalis spolia, & duri
monumenta Syphacis. Ouid. 6. Fast. Postea lux melior, uacit Mas-
inissa Syphacem.

SYRACVSAB, [Syrageζζα.] p. p. *συρακῆσαι*, ciuitas Siciliæ amplissima
sub Pachyno monte sita, ubi fons Arethusa ab Alpheo (ut credi-
tur) Elidis fluuio per subterraneos cuniculos means, magna aqua-
rum ubertate erumpit. Cic. 6. Verr. scribit Syracusam urbem esse
maximam Græcarum urbũ, pulcherrimamque, quæ ex quattuor
quasi urbibus maximis constare uideatur, quarum una Insula no-
minatur, altera Acradina, tertia Tyche, a nobili Fortunæ tem-
plo, in ea extructo: quarta Neapolis. Syracusani multos claros
principes habuerunt, sed præcipue clarissimum Dionysium senio-
rem. Qui cum apud filium Dionysium uidisset ingentem uaso-
rum aureorum, argentorumque copiam, exclamans inquit in te
affectus regius non est, qui ex tanta uoculorum ui amicum nemi-
nem tibi conciliasti. Ambo tamen Dionysij philosophi fuere, am-
boque Platonem audierunt. Ex Syraculis fuit Archimedes ma-
thematicus, & Theocritus poeta Bucolici carminis scriptor, quæ
Virg. imitatus est.

SYRACVSANVS, *συρακῆσιος*, gẽtile formatũ a Syraculis Siciliæ urbe.
SYRACVSIVS, *σφάκισ*, uel abiecta uocali subiunctiua Sy-
racosius, eiusdem significationis est cum superiore. Virgil. lib. 6.
Ecolg. Prima Syracosio dignata est ludere uersu. Ouid. in l. in.
Utque Syracosio, perstricta fauce, poetæ, Sic animæ laqueo sit
uia clausa tuæ.

SYRAEVM, pro sapa, huc non pertinet, cum prima eius syllaba apud
Græcos per se scribatur. quod & ipsam etymi ratio exigit. Nam
πρὸς τὸ σραίνεω, dictum putatur, eo quod ad tertiam partem
ad ignem excicetur.

SYRIA, [Soria.] *συρία*, regio Asiæ, quæ ab Oriente fluuio Euphrate,
ab Occidente nostro mari, & Aegypto terminatur, a Septentrio-
ne habet Ciliciam, & partem Cappadociæ, a meridie Arabiam,
cuius insignes ciuitates (ut l. 5. refert Prol.) sunt Laodicea, Hiera-
polis, Antiochia, Apamea, Palmvra, Heliopolis, Ptolemæis, Si-
don, Tyrus, Berytus, Borrys, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cæsarea,
& Damascus: Montes clari, Carmelus, Casius, Libanus: Fluuij, Eu-
phratis, Chrysothoas, Singas: Regionēs, Phœnicæ, Palæstina, Iu-
dæa, Idumæa, C. magena, & Samaria, & Syria Cœle. Hæc regio
in medio orbis constituta est: quo fit ut nec frigore nimio rigeat,
nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitam faciunt diuisionẽ
in Syros, Assyrios, Leucosyros, & Cœlosyros. Plin. lib. 5. c. 12. Mesio

potamiam quoque & Babyloniam Syriæ attribuit: totiusque Syriæ partem facit Assyriam. Multi confundunt, ut Herodotus, qui Syros a Græcis, dictos Assyrios a Barbaris dici scribit, & illis Chaldeos adnumerat. Acron quoque & Porphyrio, insignes grammatici, apud Horatium, eam, quæ nunc Syria dicitur detracta syllaba, olim Assyriam dictam scribunt. Anianus Marcellinus libro 25. Citra animes (inquit) pronuncia est nobilis Assyria celebrata, & magnitudine, tum & multiformi feracitate ditissima: quæ per populos pinguosque amplos diffusa, quondam & copiosa, ad unum concessit uocabulum, & nunc omnis appellatur Syria. Dio in Traiani uita Attyriam Barbaris dictam S, littera in T, mutata, quam Assyriam nos uocemus indicat. Scriptores in eo fere conueniunt omnes, ut Syria & Assyria nomina confusa esse credant. Syri sunt eiusdem populi, ludis celebratibusque dediti: perunguntur oleo pretioso, & linuntur unguentis. Maximam diei partem in comessationibus absumunt & potu. Masculi a XIII. anno, feminae a XII. usque ad LXV. tributo obligantur. Fortunam colunt. Prima autem dictionis huius syllaba corripitur, cum in Syro insula eadem producat. Iuuenal. Satyr. Quam quæ longorum uehitur ceruice Syrorum: Cicer. pro Dom. illa opima, fertilisque Syria.

SYRIACVS, a, um, *συριακός*, possessiuum a Syria deductum: ut, Syriaci boues. Plin. lib. 8. cap. 45. Syriacis non sunt palearia. Syriaca radix pro silphio, quod Latini Læserpitium uocant: quia, ut inquit Dioscor. ex Syria & Media optima huiusmodi radix afferbarur. Colum. lib. 11. cap. 13. Nec minus si uernum & ætium fructum uoles habere, Syriacæ radicis, & rapi, nappique semina obrues. Syriacus ros, *δρασώμελι*, cæli sudor, si æ aeris sese expurgantis succus, in folijs stirpium concretescens, præcipue in Syria, iuxta Lybanum montem: unde & nomen accepit, Arabes Manna appellant: quo nomine uentur & officina. Colum. lib. 9. cap. 13. Nam uel grana mali Punici cunsa, & uino Amineo confersa, uel uix passæ cum rore Syriaco cum pari mensura pinisæ. Syriacus raphanus, a Syria, unde primum aduectus fuit, nomen retinuit. Est autem cæteris raphani speciebus suauior & tenerior, & patientior hyemis. Vide Plin. lib. 19. cap. 5. Cicer. Q. Fr. Syriacus, & Cilicentis prætor.

SYRIANVS, *συριανός*, Alexandrinus philosophus Platonicus: docuit Athenis, scripsitque in totum Homerum commentarios: libros septem, in Platonis remp. & alia. Huius discipulus & successor fuit Proclus. Suidas.

SYRICTÆ, *συρικτæ*, populi sunt inter Nomadas Indiæ, narium loco foramina tantum habentes. anguim modo loripedes. Auctor Plin. lib. 7. cap. 2. Dicti a fistulis & calamis auenarum, quibus cibum capiunt. Solinus: Alij concreta os habent, modicum tantum foramen, quo calamis auenarum cibos hauriunt, *συρικτæ*, enim Græci fistulas appellant.

SYRICVM, *συρικόν*, color factitius ex sinopide, & sandyce mistis, quo minium adulteratur. Plin. lib. 25. c. 6. Sublimi autem syrico minium cõpendij ratio demonstrat. Et paulo ante: Præterea e uilioribus ochra, cerussa uita, sandaracha, sandix, syricum, atramentum.

SYRICVS, a, um, denominatiuum a Syro insula: ut Maia Syrica. Colum. lib. 5. cap. 10. Præterea malorum genera exquirenda, maxime Scandiana. Syrica.

SYRINGETES, *συριγγίτης*, gemma quæ stipulæ internodio similis est, ac perpetua fistula cauat. Plin. lib. 37. cap. 10.

SYRINGIS, *σύνιγγις*, idem quod fistula, siue ea simplex sit, quæ Græci uocant *μοροκάλαμον*, siue ex pluribus calamis contexta, quam illi *πολυκάλαμον*, appellant. Fabulantur poetæ Syringa nymphæ fuisse Arcadiæ, quæ cum Panos uim effugere non posset, miseratione deorum mutata est in palustres calamos. Ouid. 1. Met. Inter Hamadriadas celeberrima Nonacrinæ Naias una fuit, Nympha, Syringa uocabant.

SYRISCVS, *συρισκος*, uas uimineum, in quo ficus solent afferuari. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 3.

SYRISSA, *σύρισα*, mulier Syria. Nam quemadmodum a Lybis sic Lybissa, ita a Syris Syrissa. Virg. in Moreto: Copa Syrissa caput Graia redimita mitella.

SYRITES, *συρίτης*, lapis, qui in lupi uesica nascitur. Plin. lib. 11. c. 37. In uesica lupi lapillus, qui Syrites appellatur.

SYRITHA, filia fuit Danorum regis Syluani, tantæ pudicitia, ut cum eo elegantia formæ, magna procorum frequentia peteretur, spreto tamen omnibus præculerit cõlibatum Saxo. lib. 7.

SYRIVS, a, um, *σύριος*, denominatiuum a Syria deductum, ut, Syria pyra. Colum. lib. 5. cap. 10. Ea sunt Crustumia, Regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur.

SYRMA, atis, *σύρμα*, genus uestis tragicorum, uel cauda, siue tractus uestis fœminarum. Mart. lib. 12. Aptasti longum tu quoque syrma tibi. Idem lib. 1. Musa nec in sano syrmate nostra tumet. Seneca de Baccho. Qui habitu muliebri nonnumquam se ornabat, auro decorum syrma barbaricam. Sumitur interdum pro longa tragicæ orationis

serie, tenorem suum usque in ultimum protrahente: a *σύρμα*, traho. ***SYRMAEA**, *συρμαία*, cibi genus ex adipe & melle confectum, purgationibus in primis aptum. Item certaminis genus apud Spartanos, in quo uictor huiusmodi syrma donabatur. Item raphani genus apud Herod. Vide Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 23.

SYRNA, na, *σίρνα*, opidum in Cherroneso Cariae adhaerenti a Podalirio conditum, & a nomine Syris uxoris eius ita appellatum. Ferunt. n. Podalirium, cum in Caria esset eiectus, a caprario quodam fuisse seruatum, & ad Damœthum regem deductum: cuius filia de tecto delapsam cum detracto ex utroque brachio sanguine seruasset, admiratus hominis ingenium Damœthos, filiam eius beneficium seruatam, ei uxorem tradidit, Cherroneso illi in dotem attributam qua Podalirius duas condidisse urbes traditur, quarum alteri uxoris, alteri pastoris nomen indidit. Auctor Stephanus.

SYROPHOENICES, p. p. *συροφωινικες*, populi Asiae, idem cum Phœnicibus, ita dicti quod maritima Syria incolant loca. Iuu. Sat. 8. Obuius assiduo Syrophœnix udus anomo.

SYRISCAMBIS, Darij mater, quæ audita morte Alexandri, sese perpetuæ nocti dedit: Auctor Curtius.

SYRITES, tium, [*Scogii di mare secche. Gal. Les syrtes, lieux sablonneux en la mer de Lybie. Hisp. Baxos de Berueria.*] *σύρτες*, duo sunt sinus periculosissimi, in mari Lybico, qua Africam proprie dictam aluit, quorum alter, qui Carthagini propinquior est (minorem Syrtim uocant.) CCC. M. passuum ambitum habet. Alter, qui in Cyrenai cam uergit, maior Syrtis dicitur, habetque circuitum DCXXXV. M. passuum. Veraque Syrtis nauigantibus est periculosissima, quod mare ibi uadolum sit, arenæ uehens cumulos, qui loci faciem uicissim mutant, dorsetque & breuia, in alia atque alia loca transferunt. Syrtium harum naturam sic describit Sal. in Jug. Duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamen natura, quorum proxima terris perlata sunt: cæterum uti fors tulit, alta alias tempestate uadosa, nam ubi mare magnum esse & uentis sauiore coepit, limum arenamque & saxa ingentia fluctus trahunt, ita facies locorum cum uentis simul mutatur. Hæc Sal. Sunt & in terra Syrtis in eadem Africa, uento arenas excitante & proxima que que operiente. Vnde Solinus auctor est, ijs in locis, quamuis terra iter facientes, cursum sideribus regere. Nam arenarum cum uiuento agitati locorum faciem mutant: & quemadmodum in mari, nunc agere sublimia faciunt, quæ prius desiderabant, nunc ualibus profunda, quæ prius excelsa erant, denique procellarum titulus arenæ exagitantur, Syrtimque faciunt terrestrem, parum cum illis æquoreis periculi. Parum enim refert, undis ne an arena quis obruat. Hæc Solinus.

SYRVS, ri, priore cor. *σύρος*, gentile est a Syria deductum. Iuu. Sat. 6. Quam, quæ longorum uehitur ceruice Syrorum. Syri olim auiti nomine male audierunt, quemadmodum & Phœnices. Vnde factus est locus proverbio, *σύρος, ὅτι ἔστι, ποικίλος*, hoc est, Syri aduersus Phœnices: quo utimur, quoties significare uolumus duos egregie auitos, hoc agere, ut dolis se mutuo circumuicent. Hæc Suidas.

SYRVS, priore prod. *σύρος*, Stephano, insula Ionia: Asiae regioni opposita, a qua Phereides Syrus ortum habuit, non a Syria regione. Syrus, uero, *σύρος*, Thraciæ ascripta est, ut Strabo & Plin. testantur. Vide suo loco.

SYRVS, siue potius Sirus, per i, nostrum, [*Fossa.*] *λύκωνες*, fossa, seu cuniculus subterraneus, in quo frumentum conditur, & diutissime cõseruatur. Siros, inquit Curt. lib. 6. uocabant barbari circa Caucasum: quos ita solerter abscondunt, ut nisi qui defoderint, inuenire non possint: in ijs conditæ fruges erant. Plin. lib. 18. cap. 30. Ut illissime seruantur in Scrobibus, quos Siros uocant, ut in Cappadocia & Tracia, Hispania & Africa. Colum. lib. 1. cap. 6. Vbi puteorum in modum, quos appellant Siros, exhausta humus editos a se fructus recipit. Vide plura de hoc supra in dictione Siri.

SYSSITIA, *συσιτία*, Græca uox est, soliditatem significans, siue conuictum. Vnde *συσίται*, dicuntur sodales, qui que eadem utuntur mensa. Caius iuriconsultus de ueb. signi. Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt, quos Græci *συσίται*, uocant.

SYSTOLE, *συστολή*, figura, qua longa syllaba contra naturam corripitur: ut apud Vir. Connubio iungam stabili, propriamque dicabo. Vbi, nu, syllabam corripuit, quæ naturaliter longa est: cum a numero deducatur, cuius prima syllaba producitur, Quare & in nominum connubium erat producenda: quo pacto etiam Vir. usus est i. Ae. Hecforis Andromachæ Pyrrhin' connubia seruas.

SYZYGLIA, e, *συσυγία*, idem quod coniugium, siue coniugatio. Vnde Gal. lib. 8. 9. & 10. de usu partium, septem illas partium neruorum productiones, quibus sensus a cerebro in uniuersum corpus distribuitur, Syzygias appellat. Horum prima est neruorum *συσυγία*, hoc est, uisioriorum, qui circa medium sui coeuntes, & Græce litteræ *ζ*, imaginem referunt, tursusque separati, in oculos recipiuntur, quibus spiritum uisiorum subministrant. Secundæ Syzygias nerui in oculorum musculos inferti, motum ijs suppeditant. Ter-

ria gustus sensum in linguam, reliquasq. oris partes desert. Quarta toti palati tunica interior. Quinta ad aures fertur, ijsque sensum auditus suppetat. Sexta ad intestina, uisceraq. omnia sensum transmittit, nervosque recurrentes producit. Septima dat motum linguæ, & rectis laryngis musculus. Est & alia præter has quæ uersus nates, odoratis gratia desertur. quæ idcirco non annumeratur inter neruorum syzygias, quod extra cranium non prodeat. Vide plura de his apud Galen. de Diffect. neruorum, & lib. 8. 9. & 10. de usâ partium.

DE L I T T E R A T



LITTERA ut cæteræ mutæ, ori non nihil inter pronunciandum exhibet negocij. Quod & Lucianus significat, qui in iudicio uocalium ludens, inducit litteræ obicientem, quod uinculis quibusdam uocem humanam intorqueat, ac dilacerare conetur. Apud Atticos & Doræ frequenter s, sede sua eicit. Rursus apud Latinos non pauca per t, scribi solebant, quæ nunc per f, scribimus. Nam Mertare & Pultare antiqui dicebant, nos Mersare & Pulsare dicimus. Habet Præterea T, littera cognationem quandam cû D, ut ait Quintil. libro 1. capitu. 4. Veteres namque Alexander, & Cassantra scribebant, ubi nos Alexander, & Callandria.

T A N T E A

TABAE, Tabarum, *ταβα*. urbs Ciliciæ, ut ait Plin. lib. 5. cap. 27. Stephanus Tabas alias collocat in Lydia, item alias in Caria, & alias in Peræa.

TABANVS, tabani, p. c. [*Tauano, asilo. Gal. Tabon. Hisp. El tauano.*] *Ἰσπος*, muscæ genus, quod & Asilum Latini nominant, in ore aculeum habens quo armenta maxime infestat. Vnde poetæ fingunt Io puellam tabano a Iunone immisso, uersam fuisse in insaniam. Plin. lib. 11. capitu. 28. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, ut asilo, sine tabano dici placet. item culicibus & quibusdam muscis. Varr. de re rust. cap. 5. Itaque quod eas ætate tabani concitare solent, &c.

TABARENI, ut apud Pomponium legitur, siue potius Tibareni, *τιβαρινοί*, Scephano, quo pacto etiam apud Strabonem, & Plinium scribitur, populi sunt ad Põntum Chalybius proximi, adeo religiosi iustitiæ custodes, ut prius prælio non congregiantur, quam diem, locum, & horam, ex fide hosti denunciant. Cum mulier partu liberatur, uir in lectulum, tamquam pueri auctor decumbit, eumque ut puerperam effeta uxor curat, ut ex Nymphodoro Cælius annotauit. Valer. Flac. li. 5. Inde Genetei rupem Iouis, hinc Tabarenum Dant uirides post terga lacus: ubi deside mitra Fœta ligat, partu que uirum fouet ipsa soluto.

TABEFACIO, [*Corrompere, disfare.*] *ταπεινω*, corripo, colloquo, quasi tabe conficio. Hinc contabefacio, & Extabefacio, composita: de quibus supra suis locis.

TABELLA, *ἄλλα*, [*Tauolesta.*] *πίνακον*, deminutiuum a tabula. Cicer. 2. de Nat. Deo. Non ne animaduertis ex tot tabellis pictis, quâ multi uotis uim tempestatis effugerint? Quo in loco intelligit exiguam tabulam uotiuam, in qua periculo liberari casum suum solebant depingere, & alicui deorum suspendere. Tabellæ item dicebantur, in quibus populus suffragium, aut iudices sententiâ per scribebant. Cicer. 3. de Legib non fuit latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus quid quisque tentiret, tabella uitiosum occultaret suffragium. Idem in Pis. Me uniuersa ciuitas non prius tabella, quam uoce priorem consulem declarauit. Accipitur item tabella pro litteris, seu codicillis, quæ appellatio inde mansit, quod olim scribi solebat in tabulis buxeis ceratis. Cicer. in Catil. Introductus Statilius, cognouit manum & signum suum: recitatae sunt tabellæ. Tabellis obſignatis cum aliquo agere, est suo illum scripto conuincere, Cicer. 5. Tuscula. Tu quidem tabellis obſignatis agis mecum, & testificaris, quid aliquandõ dixerim aut scripserim.

TABELLARIVS, *τιβ*, [*Cauallaro, porta lettere, corriero. Gal. Porteur de lettres, messager, courier. Hisp. Correo que lleva las letras, & tabillias.*] *ἑρμαιοματοδοπος*, qui tabellas, id est, litteras perfert. Cic. ab Bru. Statim extrusi tabellarios, litterasq. ad Cicetonem, ut etiam si in Italiã uenisset, ad te rediret. Idem ad Ter. li. 4. Nos quotidie tabellarios uestros expectamus. Accipitur item tabellarius, pro eo qui rationes conficit, & data acceptaque in tabulas refert. Sidonius ad Peretrium: Sed & ille suscipiebat hunc granditer, habens eum consiliarium in iudicijs, uicarium in ecclesijs, procuratorem in negocijs, uillicum in prædijs, tabellarium in tributis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem.

TABELLARIVS, a, um, adiect. ut, Lex tabellaria, quæ lata fuit a L. Cassio, ut suffragia tabellis, non uoce proferrentur. Cic. 3. de Le-

ge. Quis autem non sentit onerem auctoritatem optimatum tabellariam legem abſtulisse.

TABELLIONES, qui & Libelliones, [*Notarij.*] *νοταριαῖταις*, appellati sunt, qui tabulas, hoc est, testamenta, & publicas scripturas conficiunt. Hodie Notarij dicuntur, quamuis fortassis non satis recte. Olim enim Notarij dicebantur, qui notas in iudicio excipiebant.

TABERNA, [*Hofteria, alloggiamento, albergo. Gal. Logis, ou loge, boutique. Hisp. Tienda donde algo se uende, meson ou uenta.*] *ὀικίμα*, quod uis ædificium habitationi aptum a tabulis, quibus, claudebatur, aut operiebatur, ut putat Vlpia. de Ver. signi. Aut a trabibus ualidioribus superiora suspendebantur, quasi Grabena, ut placet Donato Cic. Attic. lib. 14. Tabernæ mihi duæ corruerant. Taberna diuersioria, *καπηλειον*, Piaut. in Men. Quantum potes Abduce uitos in tabernam actutum diuersioriam. Taberna item dicitur, in qua merces uenditur. Officina, in qua fiunt opera. Et tabernarum quædam lanaria, quædam umaria, quædam olearia, & huiusmodi. Nonius scribit tabernas non tantum unarias esse, sed & omnes quæ sunt popularis usus. Plin. libro 10. capitu. 43. Postea ad tabernam remeans plurimum annorum affluo officio mirus. Horat. libro 1. Serm. Satyr. 4. Nulla taberna meos habeat, neque pilla, libellos.

TABERNA CVLVM, *ἄλλα*, [*Tabernacolo, albergo, alloggiamento. Gal. Tabernacle, paviilon. Hisp. La tienda.*] *ὀκλῶμα*, subitarium quoddam tentum spondibus, aut itragulis operum aduersus Sols, tempestatibusque iniuriam: cuiusmodi sunt, quæ in caltris excitantur, & modo huc, modo illuc transferuntur. Cæf. 6. Bel. Gal. Hic diffusus lux, ac omnium salutis, inermis ex tabernaculis prodit.

TABERNARIVS, a, um, adiect. ut, a taberna deductum: ut Comœdiæ tabernariæ, in quibus humiles personæ introducebantur, cuiusmodi sunt intitores, qui in tabernis merces uendunt.

TABERNARIVS, *τιβ*, [*Bottegaro. Gal. Apartenant à botique. Hisp. Perteneciente à tienda.*] *καπηλος*, inſitor, qui in taberna merces suas uenales habet. Cic. pro L. Flac. Opifices & tabernarios atque illam omnem faciem ciuitatum quid est negocij concitare? Cælius ad Cicer. lib. 8. Sed dici non potest, quomodo hic omnia iaceant: nisi ego cum tabernarijs & æquarijs pugnares, Veteris ciuitatem occupasset.

TABES, [*Tifche, ἄλλα, mal di tifico, marcia, sangue marcio. Gal. Etique, tife mal di tifico. Hisp. Corruptious o podre, di tifica.*] *μαρμαρῆς, σμῆνις*, colliquoque ex morbi diuturnitate, seu nimia corporis extenuatio ex cura, animiue ægritudine procedens. Huius tres sunt species, Una cum corpus non alicur, & ita summa oritur macies, nisi occurratur, occidit: quæ ἀποθοί, dicitur a Græcis, & qui hoc malo laborant, ἀποθοί, Altera, ubi malus corporis habitus est, ideoque omnia alimenta corrumpuntur. Hanc Græci καχεξία, nominant. Tertia quam Græci οδισν, uocant ἀπὸ τῆς οδισν, quod est consumi & tabescere, cum in pulmonem descendit a capite pituita, & frequens tussis oritur, cum exulceratione. Ex hac fibrilicula leuis fit, quæ etiam cum quieuit, tamen & repetit: frequens tussis est, pus excreatur. Hæc Siphontius ex Celso lib. 3. cap. 2. Tabem (inquit Festus) antiqui usurparunt pro eo, quod quid faceret tabescere. Sal. Catil. Vti tabes, plerosque ciuim animos inuaserat. Cicer. 3. Tul. Habet ardorem libido, lenitatem lætitiæ gestiens, humilitatem metus, sed ægritudo maiora quædam tabem, cruciarum, afflictionem, &c. Virgil. 6. Aene. Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. Vbi Seruius: Tabes, corpore defluente paulatim. Ouid. 9. Metam. Anubistiquæ sonant nerui, cæcæque medullis Tabes liquefactis. Arborum tabes, *πύρνησις, & ποροία*, qua arbores alimentum non sentientes elanguescunt, & tandem areſcunt. Interdum aliquid cruentum, & purulentum significat: quod Græci πύος, seu λύπης, nominant: Serui. in illud Virg. 3. Aeneid. Et terram tabo maculant: Tabo, inquit, nomen est septicimi casus tantum: quod si uelis declinare, hæc Tabes, huius Tabis dices: In hac tamen significatione usitatius utimur nomine Tabo. Idem lib. 8. Aene. Et sanie taboque fluentes. Vbi idem Seruius: Sanies mortui est: Tabo uiuentis scilicet sanguinis. Ouid. 2. Meta. Procinus inuidiæ nigro squalentia tabo Tecta petir. Vbi interpres, Diptotum nomen est, & duorum casuum, nam, tabi & tabo, solum inueniuntur. Virgil. 3. Geor. Turpi dilapsa cadauera tabo.

TABEO, es, [*Marcirsi. Gal. Denerit tife. Hispani. Se par tifico.*] *τῆκομαι*, colliqueſco, tabe consumo. Ouidius nono Metamorph. Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros Sponde sua lanæque cadunt, & corpora tabent. Nonnumquam idem quod tabo, siue sanie diffuso. Virgil. 1. Aeneid. Et sale tabentes artus in litore ponunt.

TABESCO, beſcis, [*Marcirsi, ammalare, corrompersi, infraccedirsi. Gal. Denerit tout sec & etique. Hispan. Podriſe, hazer tifico.*] *ἀποθοῖς, τῆκομαι, μαρμαρῶμαι*, tabe consumo, morbo uel animi ægritudine colliqueſco, Plu. Capt. Tuo mœrore maceræ, marcesco, ZZZ a confene

conefcenco, & tabefco mifer . Terent . Adel . Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miferia tabefcit . Cic . Att . 1 . 2 . Ego autem ufque eo fum eneuatus , ut hoc ocio , quo nunc tabefcimus , malim *ἐντυραννῆδος* , quam intima fpe dunicare . Tabefcere fal dicitur , cum in humorem diffunditur . Cato dēre ruit . Id aliquoties faciendum in die , donec fal definat tabefcere . Composita funt Cō tabefco , Diffabefco , Extrabefco , & Intabefco , quæ omnia funt fere eundem fignificationis , ut eft uidere fuis locis .

TABIDVS, da, dum, p. c. [*Marcio, gualto . Gal . Etique, corrompi, & gaste . Hifp . Podrido ò corrompido .*] *τρωτικὸς*, proprie de eo dicitur , qui morbo , uel animi ageritudine extabefcit , & colliquatur . Accipitur tamen etiam generalius pro omni eo quod quouis modo corrumptur . Ouid . 1 . de Pon . Eleg . 1 . Non igitur mirum eft , fi mens mea tabida facta , De niue manantis more liquefcit aquæ . Tabida lues , id eft tabifica , Virgil . 3 . Aeneid . Subito cum tabida membris Corrupto cæli tractu , miferâdaque . uenit Arboribusque . fatifque . Ieues . Sic et Tabidam uetustatē appellat Ouid . 4 . de Pon . Ele . 8 . Tabida confumit ferrum lapidemque . uetustas : Nix tabida , quæ iâ remittente fe frigore foluitur . Liu . 5 . Bel . Pu . Itaq . in leui tantū glacie , tabidaque . niue uolubantur iumenta . Aliquando etiam tabidum dicitur , quod tabo diffluit , & saniofum eft . Mar . 1 . 1 . Indignas promeret peltis cum tabida fauces . Loquitur de lichenibus .

TABIFICVS, a, um, [*Mortifero . Gal . Deuenu en charre putrefactif . Hifp . Cosa que haze podrir algo .*] *θησιμός*, quod tabem inducit . Vir . in Epi . Liur tabificum malis uenenum . Vnde & a Cic . lib . 3 . Tuf . Aegritudo & metus Tabificæ perturbaciones dicuntur , quoniâ mentem lacerant , tabem , cruciatum , & afflictionem inferunt . Plin . lib . 29 . c . 4 . Non enim eft tabifica uis : itaque occifa morfu earum animalia cibus innoxia funt . Antiqui Tabificabile in eadem fignificatione ufurparunt : ut annotauit Nonius citans illud Accij ex Met . Par neci orbifer liberatorum letho & tabificabili .

TABIS, τὰβίς, Ste . mons Scythiæ mari incumbens , non procul a Serum regione . Auctor Plin . lib . 6 . cap . 17 .

TABITVDO . [*Marcia, male .*] *σπιτηνῆς*, idem quod tabes . Plin . lib . 22 . c . 27 . Peculiariter tamen ad tabitudinem longo morbo redactis fubuenit . De alica .

TABLINVM, νῆ, *γραμματοποῦλάκιον, γαρποῦλάκιον*, locus in quotabulæ & instrumenta publica , monumenta que . rerum geftarū afferuabantur . Plin . lib . 35 . c . 2 . Tablina codicibus implebantur & monumentis rerum in magistratū geftarum . Apul . lib . ult . Flori . Medici cum intranerint , ad agrum , uiri uifant , nemo eorum qđ perpulchra tablina in ædib . uifant , & lacunaria auro oblita , &c . Dicitur aut Tablinum quemadmodum & Figlinum , non Figulinum . Differt a pinacotheca , qđ in ea tabulæ pictæ , aliaque . id genus ornamenta in tablino rerum in magistratū geftarū monumenta continebantur .

TABOR, ταβώρ, mons in medio Galilee , rotundus ac fublimis .

TABRACA, τὰβράρα, opidum eft Africæ minoris , ut Pomponio placet . Nam a Pli . Numidæ adfcribitur . Silius Sabatram nominat . libro 3 . Sabatrum Tyrium uulgu , &c . Alij Tabatram , quod mini me mirum eft . Barbara enim uocabula inepta funt , nec femper eodem fono utraque lingua efferrī confueuerunt , ut Hermolaus fcribit .

TABULA, [*Taola . Gal . Table ou tablette, tableau, aix fciè, planche . Hifp . Ta bla .*] *πίναξ* , affer in ufum aliquem concinnatus , cuiusmodi funt quibus aut pingimus aliquid , aut fcribimus . Pla . in Men . Dic mihi namquid uidiſti tabulam pictam in pariete , ubi aquila catamittum raperet ? Horat . 1 . epif . 2 . Qui cupit aut metuit , iuuat illum fic domus , aut res , Vt lippum pictæ tabulæ fomenta podagram . Cic . pro Ros . Amer . Quid præterea cælati argenti ? quid ſtragulæ ueſtis ? Quid pictarum tabularum ? quid ſignorum ? quid marmoris apud illum putatis eſſe ? Tabulæ item dicebantur codicili ex ligno cera obducti , in quib . olim teſtamenta , actaque . publica ſcribebantur : unde etiam hodie quamuis mutata re , Tabulas accipimus , pro teſtamento , alijs ue publicis ſcripturis , ex quauis materia confectis , Cic . pro Cæl . Cælius tabulas nullas confecit . Et Tabula dicebatur , in quam mittebant teſſeras , quæ Luſoria , & quandoque . Latruncularia , & Pyrgus , ſiue Alueus , Alueolus ue dicebatur . Tabulæ nouæ appellantur , quando debitores creditas pecunias cum uſuris perſoluere non coguntur iſtis creditoribus , & abolitis prioribus . debitis , nouæ tabulæ conficiuntur . Cic . 2 . Offi . Tabulæ nouæ quid habent argumenti , niſi ut emas mea pecunia fundum , & eum tu habeas , ego non habeam pecuniam ? Sal . in Cat . Tunc Catilina polliceri cœpit tabulas nouas , proſcriptionem locupletem . Tabula item liber eſt , quem ſibi quiſque . noſtrum priuatum facere conſueuit , quaſi quoddam memoriæ promptuarium , eorum quæ agimus , id eſt , Diarium , & Ephemeris actionum noſtrarum . Liu . lib . 4 . de Cenſura loquens . Conſtitutum eſt eam domum unicuique noſtrum debere exiſtari , ubi quis ſedes & tabulas haberet , ſuarumque . rerum conſtitutionem feciſſet . Bud . Tabulæ accepti & expenſi , rationes in quas acceptæ & expenſæ pecuniæ referrebantur . Cic . 3 . Ver . Habeo , & iſtius , & patris eius accepti tabu-

las omnes , quas diligentiffime legi , & digeſſi . Tuis tabulis cauſa dicitur : hoc eſt , priuatis tuis , & domeſticis rationibus . Bud . Tabulæ p auctione . Cic . pro Cec . Adefſt ad tabulam , hęc eſt Acbutius , &c . Ci cer . Ter . Quemadmodum a Velte ad tabulam Valeriam deducta eſſet . Tabulæ item dicuntur aſſeres , ex quibus nauis compingitur . Cic . 2 . Offi . Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit .

TABULARIS, & hoc re : ut , Temperatura æris tabularis , quæ accommodatiſſima erat conficiendis æreis tabulis , quibus ea incidebantur , quorum memoriam poſteritati traditam uolebant . lib . 34 . cap . 9 . Aes omne frigore magno melius fundi , ſequensque temperatura ſtatuaria eſt , eademque tabularis , hoc modo , maſſa proſtat , &c .

TABULARIVM, *γραμματοποῦλάκιον* , Seruio auctore , locus eſt , in quo tabulæ , hoc eſt , inſtrumenta & litteræ , & acta publica reponuntur . Cic . pro Arch . poeta : Hic tu tabulas deſideras Heraclienſium publicas , quas Italico bello incenſo tabulario , interijſſe ſcimus omnes ?

TABULARIVS, rij , qui ad teſtamenti tabulas obſignandas adhibetur Tacit . 1 . 14 . Igitur Fabianus tabularius , quos modo memorauimus & alijs minus illuſtribus obſignat .

TABLATA, otum, [*Solari, palchi . Gal . Planchers, estages . Hifp . Tablados, sobrados ò corredores .*] *ταβιδάματα* , dicuntur planæ in ædibus ſolaria ſuperficies tabulis , uel etiam lapidibus conſtrata : uulgu Solaria uocant . Cæſ . 6 . Bel . Gal . In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor conſtituit . Rurſus Tabulata dicuntur rami extenti in arboribus in plana tendentes , non in altiora creſcentes . Col . lib . 6 . Cum deinde adoleſcere incipiant ulmi , falce formandæ ſunt & tabulata inſtituenda . Hoc enim nomine uſurpant agricolæ , ramos , truncosque prominentes : eos uel propius ferro compeſcunt , uel longius promittunt , ne uites laxius diffundantur .

TABULO, tabulas , [*Intaolare . Ga . Plancher d'aix . Hifp . Entablar pared, ò suelo .*] *ταβιδώω* , cabulis aliquid conſtruo . Hinc Tabulatio , tabulationis , *καβιδώσις* , tabularum compositio & textura : ſicut aſſerum coalatio . Cæſ . 2 . Bel . Ciu . Centonesque in ſuper iniecerunt , ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent , aut laxa ex catapultis lateritium excuterent . Hinc & Contabulo . Suet . in Calig . Qui non ſine admiratione Helleſpontum contabulauerit .

TABURNVS, mons Campaniæ , oliueris abundans . Virgil . 2 . Georgi . Iuuat Iſmara Baccho Conſerere , atque olea magnum ueſtire Taburnum .

TACAPE, es, ſiue Tacapa, *α, τακάπη* , ciuitas proprie diſta , non procul a minore Syrti : de cuius agri fertilitate ita ſcribit Plin . libro 28 . cap . 22 . Ciuitas Africæ in medijs arenis petentibus Syrtis , Leptimque maguam , uocatur Tacape , felici ſupra omne miraculū rigno ſolo : ternis fere millibus paſſuum in omnem partem ſons abundat , largus quidem , ſed certis horum ſpatijs diſpenſatus in ter incolæ . Palmæ ibi prægrandi ſubditur olea , huius ficus , ſicui punica , illis uicis : ſub uite ſeritur frumentum , mox legumē , deinde olus , omnia eodem anno , omniaque aliena umbra aluntur . Super omnia eſt , biſeram uitem bis anno uindemiare . Et niſi multiplici parte exinanitur ubertas : pereunt luxuria ſinguli fruſtus .

TACEO, taces , tacui , tacitum , [*Tacere , ſtar cheto . Gal . Se taire, ne dire mot . Hifp . Callar y no hablar .*] *σιγέω, σιωπῶω* , nihil loquor : notæ eſt ſignificationis . Terent . in Eu . Num quid habes quod contemas ? quid tu autem Thraſo ? Tacent , ſatis laudant . Tacere aliquid , eſt reticere . Ter . Eun . Quæ uera audiui , taceo , & contineo optime . Quandoque etiam dicitur de ijs , quæ ſine uoce ſunt . Sic agrum & mare tacere dicimus , in quo nullus auditur ſtrepitus . Virg . 2 . eclo . Cum tacer omnis ager . Quoniam uero cum aliquid laude dignū eſt , laudamus : & e contrario malefacta non laudamus , factum eſt , ut Tacenda , non laudanda , & Non tacenda laudanda dicantur . Qui . de Arte . Eximia eſt uirtus , præſtare ſilentia rebus : At contra grauis eſt culpa , tacenda loqui . Quandoque ſignificat ſecurum eſſe , quoniam qui ſecuri ſunt , nullam querendi cauſam habent , Terent . in Adel . Tace , ego me conueniam Pamphilum . Tacitum eſt imperſonale . Terent . in Adel . Ignotum eſt , tacitum eſt , creditum eſt . Huius composita Conticeo , Obticeo , Reticeo , & Subticeo , de quibus ſuis locis .

TACHEMPSO, ταχέμψω, teſte Herodoto lib . 2 . Hiſt . quædam Nili in ſula eſt , non procul ab Elephantina .

TACITVM MEL, τῶροπον, quod per ſe fluit , & eſt optimum . Tacitum os alicui præbere , eſt nihil proſus reſpondere . Cic . 1 . Ver . Qui teſtes priore actione interrogari noluertis , & ijs tacitum os præbere malueris , &c .

TACITVRNVS, a, um, [*Tacito, taciturno . Gal . Taciturne, qui ne dit mot ou bien peu . Hifp . El que mucho calla .*] *σιγηλός* , qui paucorum eſt uerborum , & minime garrulus . Ouid . 2 . de Arte . Qui ſermonem placet , taciturna ſilentia uiter : Qui canit arte , canat : qui bibit arte , bibat . Ripa taciturna , id eſt quieta , in qua nullus auditur ſtrepitus , Horat . 2 . Car . Od . 20 . Caretque Ripa uagis taciturna neſis

uentis. Hinc Taciturnitas, idem quod silentium. Cic. de Inuen. Faciturnitas imitatur confessionem. Terent. in And. Sed his, quas semper intellexi in te, faciturnitas & taciturnitas. Hora. 4. Car. Ode. 8. Quid foret istæ, Mauortisque puer, si taciturnitas obstant meritis inuidia Romulæ? Huius deminutiuum est Taciturnulus. Apuleius: Blanda mulier & taciturnitas. Taciturnissimum ostium apud Pla. in Cur. ual. at ne ostium? Π. Bellissimum hercle uidi & taciturnissimum.

TACITVS, [Tacito secreto.] ὁ ἄλογος, modo actiue accipitur pro eo, qui tacet. Cic. in Cat. Quid expectas auctoritatemloquentium, quorum uoluntatem tacitorum percipis? Aliquando passiuè, pro eo, quod tacetur. Vir. 6. Aen. Quis te magne Cato tacitum, aut te Coffe relinquat?

TACITVS Cor. sub Adriano principe orator clarissimus, æqualis ac familiaris Plinij iunioris, Belgicæ Gallicæ rationes procurauit: ad Vespasianus usque peruenit, ab ijsque honoribus euectus, historiam principum conscripsit, ab Augusto usque ad Adrianum, quæ ad nos haud integra peruenit. Hanc igitur non uitas Imperatorum ausus inscribere, sed tantum diurnales actiones, quæ medium inter historiam & uitas tenerent. Scripsit & de Claris oratoribus, Ciceronis Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præterea uitam Agricola socii sui, & de moribus ac situ Germaniæ, stylo tum præsto, & eleganti, tum arguto & sententioso: in cætera uero historia aliquantulo sublimior. Scribit Flauus Vopiscus hunc auctorem tamquam e suis progenitoribus, Tacitum imperatorem quotannis decies describi, ne liber periret, eumque in omnibus bibliothecis adponi iussisse. Tertullianus autem noiter eum mendaciorum loquentissimum appellat, propterea quod in quissimam sese in scriptis suis, falsissimumque de Christiana religione iudicem præberit.

TACOLA, τακώλα, emporium amplissimum Indiæ extra Gangem, in aurea Cherrhonesocius meminit Ptol. lib. 7. c. 2. Hodie Malachadi citi creditur: Lusitanis nostra ætate uis subacta: quod testatur Epitola Emanuelis Regis ad Leonem Decimum.

TACTICI, τακτικὴ, a Vegetio appellatur, quibus cura incumbit instruendæ aciei. Nam τάξις, instruere est, & ordinare.

TACTVS, a, um, [Tactus.] ἡ ἀμεγύς, particip. passiu. a Tango: cuius contrariam est Intactus. Accipitur aliquando pro afflato siue fulmine percussio. Cic. de Aruf. ref. Tactus etiam ille qui hanc urbem cõdidit. Pro eodem etiam dicimus Dædalus a cælo tactus. Cic. 2. de Diu. Nat. uero statua, ut æra legum de cælo tacta, quid habent obseruatum, ac uetustum.

TACTVS, tactus. [Tatto. Gal. Touchè. Hisp. Tocho.] nomen ἀφή, ipse tangendi actus. Plin. lib. 8. cap. 55. Nec non & ueltes leporino pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli, ut in cute. Vir. 2. Aen. Tactuq. innoxia molli Lambere flamma comas. Tactus item est unus ex quinque corporis sensibus, a cerebra per nervos in totum corpus diffusus. Plin. lib. 10. cap. 69. Ex sensibus ante cætera homini tactus, denique gustus: reliquis superatur a multis.

TÆDET, [Rincretcere, infastidire. Gal. Estre emuyé de fasticherie. Hisp. Hauer afrio ó enojo.] tædui, uel tæsum est, uerbum impersonale, idem significans, quod tædium, hoc est fatietas & fastidium capit. Ter. in Eun. Et tædet, & amore ardeo. Tædeo uerbum personale in usu non est: quamuis compositum eius Pertædeo legatur apud Gel. lib. 1. Has ille inanes cum flaret glorias, iamque omnes finem cuperent, uerbis que eius fatigati pertæduissent. Tædet autem impersonale uerbum habet ferè post æ accusatiuum cum genitiuo. Cic. 2. Verr. Sunt homines, quos infamiz suæ neque pudeat, neque tædeat. Nonnumquam accusatiuum sine genitiuo. Nonnumquam cum solo genitiuo, accusatiuo tamen tacite subaudito. Ter. Eun. Tædet harum quotidianarum formarum. Cic. ad Att. lib. 2. Prorsus uita tædet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. Nonnumquam cum infinitiui. Ter. in. Phor. At enim tædet audire eadem millies.

TÆDIVM, dii, [Tedio, fastidio, noia. Gal. Ennuy, & fasticherie. Hisp. Hasterio, enojo.] βδέλυγμα, fastidium, fatietas. Quin. lib. 2. Et ipsius lectionis tædium uicibus leuatur. Iuu. Saty. 7. Tædia tunc subbeunt animos. Oui. 9. Met. Nec tædia cœpti Vlla mei capiam dum spiritus iste manebit.

TÆDVLVS, pe. cor [Fastidiosus.] προσκορής, fastidiosus, qui omnibus tædio est. Festus.

TÆNARVS, & in plurali numero Tænara, penult. cor. ταινάρως, promontorium est Laconicæ regionis, circa medium meridionalis lateris Peloponnesi, quam longissime in mare procurras, oppidum habens eiusdem nominis Ταινάρων (inquit Suidas) ἀποστήριον λακωνικῆς, ἐν ᾧ σὸ μίον ἢ κατὰ γων, εἰς ἀδ' α, ἐν τᾷ καὶ Ποσειδῶνος, ἐρὸν ἀσφαλῖς, ἐκείσε δὲ τὸς εἰλωτας, ἐκείτας, καθεδέντας ἐν τᾷ ἑρῶ τὸ Ποσειδῶνος, ἐδ' ἐν δέειντες, ἀγέλλον οἱ λακεδαιμόνιοι, id est Tænarum promontorium Laconicæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, ubi & Neptuni præsidis templum, illic supplicantes in sacello Neptuni Helotes nihil ueriti Lacedæmonij

interfecerunt. Circa Tænarum antrum ostendebatur, per quod Herculem ab inferis redij se posse fauorati sunt, Cerberumque uinctum ad superos traxisse. Vulgoque creditum est, eas inferorū esse fauces. Virg. 4. Geo. Tænarias etiam fauces, alta ostra Diuis. Ibidem in marmor Laconicum effodiebatur, coloris uiridis, quod & a loco Tænarium cognominatur. Propert. lib. 2. Quid non Tænarijs domus est mihi tanta columnis.

TÆNIA, ταινία, uittarum extremitates, ut quæ ab infulis pendent. Vir. 7. Aene. Fit tortile collo Aurum ingens coluber, fit longæ tænia uittæ. Quandoque accipitur pro tota uitta. Idem lib. 5. Punicis ibant euncti tempora tænis. Vbi Seruius. Tænis, a, tæna: non tænumam & Tæna & Tænica dicitur. Tæniam (inquit Festus) proprie dicitur fascia. Græca enim dictio est ταινία, quam sic interpretatur Verrius, ut dicat esse laneum ornamentum capitis honorati. Ennius in Alexand. Volans de cælo cum corona tænis. Haftenus ille. Plin. lib. 13. c. 12. Deprehenditur & lētigo oculis, sed incerta medijs glutinamentis tænia fungo papyribibula uix nisi littera fundente se, tantum inest fraudis. Tænia præterea dicitur lapides sub aquis candicantes in longum portectos, a fasciarum similitudine. Plin. in Præf. lib. 3. Nec profuda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis uadi carinas territant. Est & tænia, piliculi genus apud Aristotelen, a gracilitate & longitudine dictum. Vide Plin. lib. 32. cap. 7. Tæniola deminutiuum. Colum. libro 11. cap. 3. Brassica cum sex toliorum erit tran ferri debet: ita ut radix eius liq uido fimo illita, & inuoluta tribus algæ tæniolis pangatur. Hoc est, quod uuldam quasi fasciolas.

TÆNON, fuit urbs in Laconia, teste Hermo. in lib. 9. Plinij, a qua mulier poetria nomine Herina ortum habuit. Fuit & 17 Achaia ut be τινέων, id est, Teneium & Tener uicus inter Mycenæ & Corinthium.

TAGES, (inquit Festus) idem quod faungulus: a tangendo dictus. Antiqui enim Tagere dicebant pro tangere. Vide Tagacem manū, dixit Luc. Mitonisque manum perferbere post: tagacem.

TAGES, τᾶγης, filius Genij, teste Festo, & nepos Iouis, qui ad huc puer XII. Hetruriz populos haruspicinam traditur docuisse. De hoc Cic. lib. 2. de Diu. Scribit ad hunc modum: Tages quidam dicitur in agro Tarquinensi, cum terra araretur, & sulcus altius esset impressus extitisse repente, & eum affatus esse, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris est Hetruscorum, puerili specie dicitur uisus, sed senilis fuisse prudentia. Eius aspectu cū obitupissset bubulcus, clamoremq. maiore cum admiratione edidisset, concursum esse factum, totamq. breui tempore in eum locum Hetruriz ad iuueniles, tum illū plura locutum multis audientibus qui omnia eius uerba exceperint, litterisq. mandauerint: omnē aut orationem fuisse eā qua Haruspicinæ disciplina contineretur, eam poetica creuisse rebus nouis cognoscendis, & ad eadem illa principia referendis. Hæstenus Cic. Oui. lib. 15. Met. Indigenæ dixerunt Tagem, qui primus Hetruscum Edocuit gentem calis aperire futuros, &c.

TAGESTA, τᾶγέστη, Africæ opidum, D. Aug. patria. Plin. lib. 5. c. 4. τᾶγέστη, Tagestense opidum uocat.

TAGO, tagis, [Toccare.] apud ueteres in usu fuit pro Tango. Tagit (inquit Festus) pro Tangit. proculdubio antiqua consuetudo uisur pauit. Pacuuius in Teucro: Ut ego, si quis me tagat, & Tagam Idem in Hermona: Non cernam, nisi tagam. Hinc etiam Attigo, legitur pro attingo. Plau. in Bacc. Ne Attigas puerum ista causa, quando fecit strenue.

TAGVS, τᾶγος, humius Lusitaniz, aureas attrahens arenas. Inu. Quod Tagus & riuula Pactolus uoluit arena. Circa hunc fluum (si Plinio credimus) jequæ stanti faunio obuertæ, animale spiritum concipiunt, equosq. ita gignunt perniciosissimos, sed qui tertium uitæ annum non excedant.

TALAEON, τάλαιων, filius fuit Iasij, & apud Argos regnauit, ut notat Bocarius lib. 2. cap. 38.

TALARIA, plu. num. gen. neu. τάλια, calciamenta alata Mercurij. Vir. lib. 4. Aen. Pedibus talaria nescit Aurea. Talaria induere, pro uerbialis allegoria, pro eo quod est, fugam adornare, quatinus uelle quopiam auolare. Cic. ad Att. lib. 14. Nemo est istorum, qui oium non timeat: quare talaria induamus.

TALARIS, & hoc talare, τὸ δ' ἡνεῖς, quod ad talos pertinet: ut, Vestis talaris, quæ ad talos usq. descendit. Cic. 7. Ver. Scetis soleatus prætor. pop. Roma. cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus, in littore.

TALARIVS, a, um, κλυδωνικός, quod pertinet ad talos: ut, Lex talalia aduersus eos, qui talis lustrat. Talarius ludus, κλυδωνία, id est ludus talorum Cic. lib. Offi. Adde his, si placet, unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium.

TALASIO, apud Romanos carmen nuptiale erat, & Deus ipse nuptiarum præses, quem Græci uocant, ἡμεροῦν, Marr. lib. 1. Quid si me iubeas Thalasionem uerbis dicere non Talasionem? Hoc est, Quid si me iubeas hymnos nuptiales alijs uerbis quam nuptialibus

cantare *Festus* ex sententia Varronis Talasionem tradit fuisse uocem nuptialem, nouis nuptis boni omnis causa acclamari solitam. Quare autem ea acclamatione in nuptijs uterentur, diuersi diuersa senterunt. T. Liui. lib. 1. ab urbe scribit: in raptum Sabinarum uirginem unam longe ante alias specie, & pulchritudine insignem, a globo Talasij cuiusdam raptam fuisse, multisque suscitantibus cuiusdam eam ducerent, identidem, ne quis eam uiolaret, Talaso ferri clamitauerunt: ideoque eam uocem nuptialem esse factam. Varro existimat hanc uocem in nuptijs usurpatam fuisse: non alia ratione, nisi ut nouæ nuptæ ad opera & labores, & præcipue ad lanificia excitarentur. Talasionem enim uocabant quassillum siue calathum, hoc est. uas lanificijs aptum. Quam sententiam tangit & Plutarchus in Proble. a Græcis huius uocis originem repetens, quoniam *ταλάσιον*, appellant.

TALIA, [*Palo. Gal. Vn scion, mplantal, ou getton d'arbre taillé par le bout qu'on met en terre. Hisp. Elaca propria para plantar.*] *τάλας*, *ξύδιον*, surculus præcilus ex utraque parte, ut in terra inseratur. Plin. libro 17. capitu. 17. Myrtus & taleis seritur; morus talea tantum: quoniam ramo eam feri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum fatu nunc dicendum est. Seruandum in eo ante omnia, ut taleæ ex feracibus fiant arboribus, nec curuæ, neue scabræ, aut bifurcæ, neue tenuiores, quam ut manum impleant, ne minores pedalis. ut illibato cortice: atque ut sectura inferior ponatur semper. Cato de re rust. capitu. 45. Talea oleaginas, quas in serobe saturus eris, tripodaneas facito. Quemadmodum uero surculus, qui in terra seritur, Talea dicitur: ita quod inseritur ramo Calamus uocatur. Plin. libro 17. cap. 14. Quod si longius afferantur pomorum calami, rapo infixos optime custodire succum arbitrantur. Est autem hæc uox Græca, sed quam Latini ita in usum suum conuerterunt, ut Taleare pro incidere rustica usurpat simpliciter. Taleas (inquit Nonius) scissionses lignorum, uel præsegmina Varro appellat de re rust. lib. 1. Vnde etiam nunc rustica uoce Intertaleare dicitur, diuidere uel incidere ranum ex utraque parte æqualiter præcisum, quas alij, Clauulas, alij Taleas appellant.

TALEOLA, læ, deminutiuum, *ξύδιον*, parua talea. Colu. lib. 3. cap. 17. Idque per gemmas quas, uel etiam fenas partiti, complures taleolas terræ mandauerunt.

TALENTUM, ti, [*Talento, una sorte di moneta. Gal. Vn talent. Hisp. Cierta manera de moneda mayor.*] *τάλαντον*, multiplex fuisse Budzus in eo opere, quod de Aëte conscripsit, latissime docet. Quoties tamen apud scriptores talenti mentio occurrit, si nihil aliud addatur, de minore talento Attico fere intelligimus, quod fuit minarum sexaginta: singulae autem minæ drachmas Atticas centum continebant. Valebat itaque talentum sex millia drachmarum, hoc est, si ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redigas, coronatos sexcentos, singulis coronatis solidis Turonensibus trigintaquinque æstimatis. Decem autem talenta, coronatorum sex millia faciunt. Quindecim talenta nouem millia aureorum. Viginti talenta, duodecim millia. Sed hoc, ut iam diximus de talento Attico minore intelligendum est, quod apud scriptores plurimum celebratur. Est enim & alterum talenti Attici genus, quod Talentum magnum uocant, quod ad minus talentum epitriti, hoc est, sesquiertij habet proportionem. Nam cum talentum minus sexaginta tantum haberet minas, magnum talentum minas habebat octoginta. Vtrumque autem talenti genus Atticum erat. Neque mirum uideri debet, Athenienses duplici talento fuisse usos, cum etiam duplex apud eos fuerit mina, maior, & minor, quæ eandem inter se proportionem habebat, quam talentum maius & minus. Erat enim mina Attica maior, centum drachmarum, cum minor septuagintaquinque tantum haberet drachmas. Erant præterea pleraque alia talentorum nomina, Euboicum, Ptolemaicum; Syrium, Tyrium, Antiochenum, Babylonium pondere & pretio omnia fere distantia, sed in hoc uno convenientia, quod ex sexaginta sui generis minis constarent, sed quæ in quibusdam ciuitatibus maiores essent, quam in alijs: unde etiam nata est talentorum diuersitas. Nam, ut scribit Africanus, talentum omne minarum fuit sexaginta. Verum quoniam minæ apud alios maiores erant, apud alios minores, factum est, ut talenta quoque essent inæqualia. Minarum etiam diuersitas, ex uarietate drachmarum nata est, quæ in quibusdam ciuitatibus maioris erant pretij & ponderis, quam in alijs. Quod & ipsum aperissime testatur Iulius Pollux lib. 9. Hoc (inquit) utique dicere non intempestium erit, quod Atticum talentum sex millia drachmarum ualebat Atticarum. Babylonium uero septem millia, Aeginæum decem millia, Syrium mille & quingentas iuxta Atticæ drachmæ rationem. Quemadmodum sane & Atticas minas Atticum talentum habuit sexaginta, Babylonium septuaginta, Aeginæum centum iuxta proportionem. Sed mina ipsa ut apud Athenienses habuit centum

drachmas Atticas, sic apud alios quoque ipsi consuetas, quæ pro ratione cuiusque talenti secundum augmentum uel decrementum ualere. Hæc ille.

TALIA, insula in mari Hyrcano (ut Pomponius refert) sine cultu fertilis omni fruge ac fructibus abundans: sed uicini populi, quæ gignuntur, attingere nefas, & pro sacrilegio habent, dijs parata eximiantes, dijsq. seruanda. Hæc Mel. Ptol. libro 6. c. 9. Talca dicitur. Plin. lib. 6. cap. 17. in Caspio mari uulgatam insulam Talca esse scribit. Variat igitur nomen ut in sexcentis alijs, Vistula, Istula, Tabireni, Tabarni, Tabareni, &c.

TALIO, *ταλίων*, æqualis retributio: idque in malam partem: ut si cui quis oculum eruerit, idem ille patiatur. Hinc Retaliare, *ἀμειλιχθῆναι* Gellius formauit, quod significat talione hominem repercutere. Plin. lib. 7. cap. 54. Sicut in Cornelia familia nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus: Idque uoluisse, ueritum talionem, eruto C. Marij caduere.

TALIPEDO, as, p. e. [*scapuciare, strucciolare.*] *παραπόροιαι*, pedibus uacillo, & quasi supra talos infisso. Festus.

TALIS, & hoc le, [*Talei. Gal. Tel. Hisp. Tal.*] *τῶν ἰσῶτος*, eiusmodi, eius generis. Pla. in Aul. Cui in re tali subueniit ante hac. Tere. Hea. Tum præterea talem, nisi tu nulla pareret filium. Virgil. 1. Aene. Haud equidem tali me dignor honore. Cic. 2. Off. Quales sumus, tales esse uideamur.

TALITER, [*Talente,*] aduerbium, *τοιῦτως*, tali modo. Cic. ad Att. l. 10. Etenim audieram, nemini taliter licere. Plin. lib. 35. c. 11. Nec cameras ante eum taliter, adornari mos fuit.

TALITRUM, tri, percussio, quæ lingue fronti puerorum infringitur. Suet. in Tiberio Cæsar. c. 68. Articulis tam firmis, ut recens & integrum malum digito terebraret, caput pueri, uel etiam adolescentis talitro uulneret.

TALVS, in Sabinorum nominibus, prænominis loco uidetur fuisse. Festus.

TALPA, [*Talpa. Gal. Vne taupe. Hisp. Topo animal.*] *ἀσπέλας*, g. mas. & fœ. animal caprum oculis, muri simile, quod arua & hortos suffodit. Virg. 1. Geor. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

TALTHYBIUS, *ταλθύβιος*, Hom. Iliad. 1. præco Agamemnonis in Grecorum exercitu, qui una cum Eurybate ad Agamemnonem missus est ad Achillis castra, ut Briseidem ab eo abduceret. Ouid. epist. Briseid. Nam simul Eurybates me Talthybiusque uocarunt, Eurybati data sum Talthybioque comes.

TALVS, li, [*Tallone. Gal. Le talon. Hisp. El calcañar del hombre, carnicol.*] *ασπύλαος*, os in articulo pedis animalium bisulcorum, uentre extuberans. concava uerte bra ligatum, quadratum forma, altera parte concuum, altera fere planum. Tali autem homini non sunt neque animalibus digitos aut solidas habentibus unguulas, sed tantum (ut dicimus) bisulcis. Plin. lib. 1. c. 46. Talos asinus uel unus solidipedum habet. Et paulo post: Hominem qui existimant talos habere, facile sunt conuicti. Καταχρηστικῶς, tamen talos quoque in homine dicimus, pro ima parte pedis, siue pro osse quod iuxta calcaneum extuberat. Horat. 1. Serm. Sacy. 2. Ad talos stola demissa, & circumdata palla. Hinc Talaris uestis dicta est, *πρόσθριος*, usque ad talos demissa. Tali item dicebantur, uessila quædam quadrilatera, quibus olim lustrabant. quorum latus, quo unitas significabatur, Canis, siue canicula dicebatur: in qua conuerso talo deponeretur ab eo, qui iactauerat, nummus unus, sine lucro. Vnde damnosa canicula a Persio dicitur. Eius oppositum latus, Venus, siue Couis dicebatur, septenarium numerum significans: quem numerum qui repræsentasset, sex nummos lucrificabat, & quicquid caniculæ iactu corrasum esset. Alia duo latera, Chius & senio dicebantur; ternarium ille, hic quaternarium significans. Chius lucri nummos, tres, Senio quattuor afferebat: ideo dexter dictus. Persius: Quid dexter senio ferret, Scire erat in uoto. Erat tamen & ludi quædam ratio, in qua Senio æque damnosus erat, atque canis. Sueton. de Aug. Talis iactatis ut quisque canem aut senionem miserat in singulos talos, singulos denarios conferebat in medium, quos tollebat uniuersos, qui Veneret iecerat. Aliæ quoque in hoc ludi genere, differentiæ fuerunt. Nam & Vulturios habebant, & Herculem basilicum. Plaut. Talos poscit sibi in manum: protocat me in aleam: iacit Vulturios quattuor: Talos arripio, Herculem iacito basilicum.

TAM, & QUAM, [*Tanto & quanto. Gal. Tant que. Hisp. Tanto quanto.*] *τόσον, καὶ ὅσον*, Prisciani sententia aduerbia sunt, quæ postiuo, comparatiuo, & superlatiuo adijciuntur, cum duo uel plures comparatiui & superlatiuo diuersæ significationis positi inter se æquantur, uel idem geminantur, Cicero. pro Deiot. Istam, inquam, dexteram non tam in bellis, neque in prælijs, quam in promissis, & fide infirmiore. Bis infirmiore, intelligendum est. Superlatiuo exemplum, Salu. Quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est. Frequentissime aut postiuo. Cicero. Tam sum amicis reipublicæ, quam qui maxime. s. est amicus. Hoc est, Tam a morem publi-

republicam, quam ille qui plurimum amat. Componitur tam cum Esti, & significat quamuis, Plin. Junior de Marr. Dedit quantum maximum potuit, daturus amplius si potuisset: tamen quid homini dare potest maius, quam gloria, laus, & aeternitas? Tam aduerbium iunctum. Ter. in Heau. Numquam tam mane egredior, neque tam uesperis Domum reuertor, quin &c. Tam deminutius ad dictum. Tere. in Adel. Tam ob paruulam Rem pene ex patriaturpe dictum. Tam modo, inquit Festus, ueteres pro modo accipiebant. quod Graeci dicunt *ἴσως*.

TAMA, dicitur, (inquit Festus) cum labore uix sanguis in crura descendit & tumorem facit. Lucilius. Inguen ne exiit, papulae, tamen, ne boa noxio.

TAMARA, *ταμάριον*, opidum Dammoniorum, in occidentali parte Britanniae insulae. Plin. lib. 2. cap. 3.

TAMARA, Ptole. Pomp. Tamaris fluius Hispaniae Tarraconensis, in Artabrurum finibus in Oceanum fluens occidentalem: a quo uicini populi Tamarici dicuntur. Vide Ptol. lib. 2. c. 7. & Melam. lib. 3. in descriptione Hispaniae.

TAMARITAE, pen. pro. *ταμάριται*, populi Asiatici non longe a Caspio mari.

TAMARIX, ticcis, [Tamarice. Gal. De la bruyere. Hisp. Tamarix atarfe & tararhe. *ἴσως*, humilis frutex est Amerinæ rami, folio angusto, carnosio, & fere pinnato. Duo eius sunt genera: siluestre, omnino sterile, unde & Infelix lignum appellatur, a Gallis Bruria. Alterum fructiferum, quod in Aegypto altissimas æquat arbores, ramis ex herbaceo, fuluoque uarietatis, lignoso fructu, galla maiore. in quo semen gustu asperum, eiusdem effectus cum galla. Vide Plin. lib. 2. cap. 9.

TAMARVS, *ταμάριος*, Britanniae fluius, non procul ab Ocrio promontorio, quod Meridiem spectat, in Britannicum Oceanum in fluens. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

TAMEN, [Nientedimeno, nullalimeno, nondimeno, tuttauia, pur. Gal. *Ταυτοίς*, neant, moins, si est ce que. Hisp. Mas & emperò. *ἴσως*, ueritas, aduersatiua conuinctio est, idem significans, quod artamen, ueruntamen, nihilominus: quæ, ubi præcedit. Quamquam. Quamuis, & alia huiusmodi: dat principium constructionis, ipsa dictione Tamen excussa: quæ ideo in ligatura & quasi iunctura orationis fuerat inserta, quia oratio, unde non debuerat, inceperat. Idcirco in ordine Grammatico, Tamen abiicitur, tamquam functum officio suo. Aliquando particula inceptiua est. Cicer. Pro: Tamen a malitia non discedis. Aliquando ponitur pro statim. Virgil. 9. eclog. Hic hædos deponere, tamen uenimus in urbem. Aliquando pro tandem, Sal. libro 3. Hist. Nam qui enare conati sunt, in hæc sæpe ferramentis nauium, tamen aut uulnerati a suis, aut afflicti undarum uimultato fœde corpore, &c. Plaut. Ita faciam, ita placeo, quid tamen? Aliquando pro duntaxat, Terent. in Hæc. Quod poterò faciam, tamen ut pietatem colam: Vbi Donatus: Tamen, id est, duntaxat, uel ita tamen ut pietatem colam. Hinc componuntur Attamen, & Veruntamen, eiusdem fere significationis.

TAMETSI, [Benche, si bene, quantumque. Gal. *Issoit que, combien que*, Hisp. *No embargante, no obstante, aunque*.] *καταρτοι*, aduersatiua particula, idem ualens, quod Quamquam, uel Esti. Cic. pro Sex. Rosc. Tametsi uicisse debeo, tamen de meo iure decedam. Hæc in principio orationis posita, indicatio gaudet: secundo loco, subiunctiuo. Tametsi, pro tamen, Terent. in An. Rape. D. Sic quicquam medium inuenies, occidito. S. nihil audio, Ego iam te commotum reddam. D. tametsi hoc uerum est. Tametsi. Cic. epi. ult. lib. 4. de Ora. lib. 3. & de petitione consulatus.

TAMIA, *ταμία*, opidum in Orientali parte Britanniae insulae, sub Caledonijs. Ptol. lib. 2. cap. 3.

TAMINIA, uer genus, acinos habens rubentes, quæ a quibusdam falso Astaphis agria credita est. Plin. lib. 23. cap. 1. Astaphis agria siue staphis, quam Vuam taminiam aliqui uocant falso (suum enim genus habet) cauliculis nigris, rectis, folijs labruscæ, fert folliculos uerius quam acinos, uirides, similes ciceri: in his nucleum triangulum. Maturefcit cum uindemia nigrescitque, dum taminiae, rubentes norimus acinos: sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis.

TAMOS, Indiæ promontorium est, quod Taurus attollit, in Meridie sese conuertens. Vide Pomp. in descriptione Indiæ.

TANAGRA, *τάναγρα*, opidum Bæotiae mediterraneæ, quam *ἴσως*, ab Homero appellari tradit Steph. Nobilitatum fuit autem hoc opidum præstantissimo genere gallinaceorum, ad pugnas & prælia nascuntur, teste Plin. lib. 10. cap. 21.

TANAGRVS, siue Tanager, *τάναγρος*, fluius est Lucanie, quæ est regio Italiæ inter Picentinos & Brutios. Virg. 3. Georg. Et sicca ripa Tanagri.

TANAIS, *ταναις*, fluius Scythiæ, Asiam diuidens ab Europa. Ferturque a Septentrione Nilo aduersus, inquit Strab. lib. 11. nauillo tamen Orientalior, non solum per Scythias in Mæotim defluens,

sed & per Sauromatas. Originem eius incertam aliqui putant. Ptolem. ex Montibus Rhiphæis prodire putat, qui magis Aultrales sunt, quam Hyperborei Alij, in quorum numero Herod. est li. 4. aiunt esse paludem non admodum magnam ex qua Tanais nascitur, qui duobus ostijs Mæotim ingreditur, quæ itadij intra se circiter septuaginta distare feruntur. Alij Caucausis montibus oriri existimant. Scythæ Tanaim Silin uocant. Fuit & opidum, Tanais, ad amnis huius ostia, teste Plin. lib. 2. cap. 98. a Graecis, qui Bosphorum tenuere, conditum. Vide Pto. lib. 5. cap. 9. Dionysius in Periheresi.

Europam atque Asiam Tanais determinat amnis.

Hic se Sarmaticis euoluens sinibus, alta (Scissus Araxeo prius equore) iam suus, unde Effluit in Scythiam, procul hinc Mæotida Tethya Intrat, & inserto freta pellit uasta fluento.

Lucanus lib. 3.

Qua Cræso fatalis Halys, qua uertice lapsus,

Rhiphæo Tanais diuersi nomina mundi

Imposuit ripis, Asiæque & terminus idem

Europæ mediæ dirimens confinia terre, &c.

TANAITEAE, p. p. *ταναιται*, Tanais fluij accolæ, a Suis, Auchetis, & Satarneis deleti. Plin. lib. 6. cap. 7.

TANAQVIL, Tarquinij Prisci uxor fuit, magni animi mulier, & Hetruscæ disciplinæ peritissima. Vide Liuum libro primo ab Urb.

TANARVS, ex Apennino nascens, & in Padum influens. Plin. lib. 3. capitu. 16.

TANDEM, [Finalmente, ultimamente, a la fine, al fine. Gal. *Alaparsin, en fin finale*. Hisp. *Finalmente, en fin, a la postre*.] *πῶτε, τελευτάων, τέως, ὀχλῶρες*, postremo, denique, ad extremum. Virgil. Tam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Per interrogacionem habet ugens quiddam, & accelerans. Cicer. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Aliquando est conuictio expletina. Terent. in Phor. Ita ne tandem uxorem duxit Antipho inuissu meo? Interdum ponitur pro Aliquando, ut apud eundem: Ita ne tandem fororem duxit? Nonnumquam pro Vix. Cicer. Tandem aliquando Quirites. Item pro Saltem. Terent. in Eunu. Perfice hoc precibus, aut precio, ut hęcram parte aliqua tandem apud Thaidem. Item pro Tamen, Cicer. In qua ciuitate tandem arbitrare te uiuere? Tandem, reticentia quędam cum abrupto sermone, non nihil ornatus habens. Pla. in Cur. Ac tandem. P. H. Tandem es odiosus mihi.

TANDIV, [Tanto tempo. Gal. *Tant de temps, si long temps*. Hisp. *tanto tiempo, tanto como*.] *ὅταν τοσῶτον, ὅσον, χρόνον*, tanto tempore. Cic. 7. Ver. Nam tandiu fuit in carcere Apollonius. Tandiu & quandiu. Cic. 4. Ver. Ignominia autem grauis tandiu in illo homine fuit, quandiu iste in prouincia manit.

TANGO, gis, tetigi, tactum, [Toccare. Gal. *Toucher*. Hisp. *Tochar*.] *ἄλλομας*, tactus sensu deprehendo. Luc. libro primo Tangere enim & tangi, uisi corpus, nulla potest res. Sed quoniam tangendo, quodam modo moueri uidentur ea, quæ tanguntur, Tangere quandoque pro commouere, capitur. Idem libro primo. Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. Nonnumquam pro fulmine percutere, siue afflare, Virgilius prima eclog. De celo tactas memini prædicere quercus. Quandoque circumuenire. Turpil. At etiam ineptius meus est mihi pater iratus, quia eum talento agenti tetigi, ueteri exemplo amantis. Aliquando pro peruenire, Idem: Verres simul ac tetigit prouinciam. Tangere aliquid pro describere, mentionem facere, obiter attingere. Cicero quarto Academic. Sed ubi Socrates, ubi Aristoteles ista tetigit? Hęc modice me tangunt, id est, mediocriter me commouent. Cicero ad Attic. libro secundo, Cetera in magnis rebus, minę Clodij, contentiones quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. Tangere consilia alicuius, intelligere. Cicero: Postquam autem consilia eius omnia tetigi. Composita a Tango sunt, Attingo, Contingo, Obtingo, Pertingo, quorum significata explicantur suis locis.

TANIS, *τανις*, ciuitas Aegypti, a qua Tanicum, siue Taniticum Nili ostium dictum est. Herodo. lib. 2. ab insignibus opidis Nili ostiis, imposita nomina scribit: Ea sunt, Canopus, Bolbis, Sebennas, Pathmis, Mendes, Tanais: a qua Taniticum Ptol. & Strabo deriuat: Pomponius Tanicum.

TANOS, gemma inter smaragdos ingrata uiridis & intus fordida. Plin. lib. 7. cap. 5.

TANQVAM, [Come. Gal. *Comme, comme si, ainsi que, ainsi comme*. Hisp. *Como*.] *ὅτανει, οἶνει, ὅτι δὴ*, aduerb. est similitudinis uerbis disinctiuis gaudens. Plin. Nat. histo. libro 2. Tamquam nesciamus hanc esse solam, quæ numquam irascatur: id est, quasi nesciamus. Tanquam cum Sic, pro quem admodum, Cicer. ad Cassium lib. 12. Tamquam enim sic inclusa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos,

ZZZ 4 præter

præter rumores de oppresso Dolabella.

TANTALIS, idis, ΤΑΝΤΑΛΙΣ, opidum fuit Magnesiæ, terræ hiatu ab sorptum. Plin. lib. 2. c. 91. Tantalus item patronym. fœmin. est. a Tantalò deductum: quo poctæ utuntur, pro Niobe Tantalii filia. Qui .6. Met. Diro conuicia factò Tantalus adiecit.

TANTALVS, [Tantalò,] ΤΑΝΤΑΛΟΣ, Iouis ex Plote nympha filius fuit, Agamemnonis & Menelai auus. Vnde & Tantalidæ dicti sunt. Hic cum deos conuiuio excepiisset, ut deorum diuinitatem experi retur, Pelopem filium membratim discerptum, coctumque ijs appoluit comedendum. Illi uero a nephandis epulis abstinere omnes, una Cerere excepta, quæ pueri humerum deuorauit: pro quo illi Dij eburneum humerum restituerunt, reuocataque per Mercurium ab inferis anima, Pelopem ad uitam reuocarunt. Patrem uero tanti sceleris auctorem ad inferos detruserunt, ubi per petua fame & siti torquetur, Eridani fluiui aquis & pomis, quæ capiti eius imminet, captationem eius fugientibus. Quam fabulam mythologici de auaris interpretantur, qui bonis partis frui non audent. Hor. lib. 1. Ser. Sat. 1. Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina: quid rides? mutato nomine, de re fabula narratur, congelitis undique faccis Indormis inhians, & tamquam par cere sacris Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis. Plato in Cratylo scribit, Tantalum dictum esse quasi, ΤΑΛΑΡΙΑΤΟΝ, hoc est infelicissimum. Alius fuit Tantalus Corinthiorum rex, ob pietatem deorum mensis dignatus. Alius Thyestæ ex Merope filius, interfectus & oppositus esca patri. Eusebius Tantalum Phrygiæ regem cum Troe rege Dardaniæ, quod Ganymedem rapuerit, bellum gessisse scribit.

TANTI, [Per tanto,] ΤΑΝΤΙ ΤΟΣΕΤΥ, & Quanti, ΤΑΝΤΙ ΔΟΥ, cum eorum compositis, Tantidem, Quamlibet, Quanticumque, iunguntur uerbis pretium significantibus: qualia sunt, emo, uendo, uenæo, mercor, comparo, æstimo, constat, conduco, loco, fœneror, pacifcor, pango, pepigi, condemno, postulo & si qua sint alia; quæ tamen in alijs a prædictis ablat. postulant. Terent. in Eunu. Quid agas? nisi ut te redimas captum quam queas Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas: id est tanti te redimas, quanti queas. Liui. libro 48. Mancipia minoræ annis uiginti, quæ post proximum lustrum decem millibus æris aut pluris uenissent, ea quoque tanto pluris, quam quanti essent, æstimarentur. Dicimus quoque aliquid non esse tanti, id est non satis dignum, ob quod quicquam fiat. Cœl. ad Cicero. libro 8. Tanti non fuit Arfacem capere, Seleuciam expugnare, ut earum rerum quæ hic gestæ sunt spectaculo careres.

TANTIDEM, Cic. pro Sex. Ros. Is uoluntatem mancipium tantidem, quanti fidem suam fecit.

TANTISPER, aduerbiu. [Tanto tempo, tria tanto. Gal. Ce' temps pendant, durant, que tandi que. Hisp. Entre tanto que.] ΤΑΝΤΙΣΠΕΡ, tandiu: postulatque post se Dum, Donec siue Quandi, uel quoad. Cicero. 2. de Inuen. Deinde est in carcerem deductus, ut ibi esset tantisper, dum culeus, in quem deiectus in profluentem deferretur, compararetur. Terent. in Heau. Ego te meum esse dici tantisper uolo, dum, quod te dignum est, facies. Sic cætera eiusdem terminationis temporis breuitatē significant: ut, Quantisper, Parumper, Paulisper, Aliquantisper. Ponitur etiam Tantisper sine Dum, & significat tantum modo. siue interea, Liui. lib. 1. Tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit, Tantisper tutela muliebris res Latina, & regnum auitum, paternumque puero stetit. Cicero. 5. Tusc. Sed uidero quid efficiat, tantisper hoc ipsum magni æstimo, quod pollicetur.

TANTOPERE, [Si grandemente. Gal. Tant grandement, si fort. Hisp. En tanto grado.] ΤΑΝΤΟΠΕΡΕ, usque adeo, tam uehementer. Terent. in Adel. Ego hac in re nihil reperio, quam obrem lauder tantopere.

TANTIVM, aduer. [Solamente. Gal. Seulement, autant, tant. Hisp. Solamente.] ΤΑΝΤΙΜ, μόνον, μότως, solum, quod & Tantummodo dicitur, & iungitur postiuo. Plin. lib. 12. cap. 1. Sed quis non iure miretur arborē umbræ gratia tantum ex alieno orbe petitam? aliquando significat usque adeo, ΤΟΣΕΤΥ, Cicero. Att. De sano illo tatum, quantum me amas uelut cogites.

TANTVM, NON, [Quasi,] ΤΑΝΤΩΝ ΔΕ ΠΟ, ΤΑΝΤΩΝ ΔΕ, id est, ferme: rei non plane peractæ: aduer. Suet. in Tib. Cæsa. Tantum non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit.

TANTVM, ABEST, [Non solo non est.] ΤΟΣΕΤΥ ΔΕ ΕΙΤΑΙ, non solū non est. Cicero. lib. 1. Offi. Tantum est ab officio, ut nihil officio magis possit esse contrarium: Hoc est, non modo officium non est, uerum etiam nihil magis officio potest esse contrarium. uel tantum abest, ut officium sit, ut nihil officio, &c.

TANTVM, QUANTVM, [Tanto,] ΤΟΣΕΤΥ ΔΟΥ, Plaut. in Most. Tu, ut accepisti tantum quantum quis, fuge.

TANTVM, MODO, aduer. [Solamente,] ΤΑΝΤΩΝ, idem quod tantum. Terent. in Phor. Post hac si quicquam nihil precor: tantummodo non addat, &c.

TANTVNDĒM, gen. Tantidem, sine alijs casibus, [Altro tanto. Gal. Tant. Hisp. Altro tanto.] ΤΑΝΤΩΝΔΕ, æque multum, quasi tantum idem. Col. lib. 7. Tum parib. asiæ, mirrhæque & turis ponderibus, hæc tantundem sanguinis marinæ testudinis miscetur. Ter. in Phor. Num tu intelligis quid hic narret P. num tu? A. nihil PHAED. tantundem ego, hoc est, nihilo plus, quam tu. Tantidem, id est, æque magno pretio. Ter. in Adel. Domo me eripuit, uerberauit, me in uito abduxit meam: Ob malefacta hæc, tantidem postulat emptrem sibi tradier.

TANTVS, a, um, [Tanto, cosi grande. Gal. Si grand. Hisp. Cosa tamaña en quantidad.] ΤΟΣΕΤΥ ΤΟΣ, ΤΗΛΙΚΕ ΤΟΣ, a Tam deduci uideret, quantitate que significat, quasi tam uultus, uel tam magnus: habetque fere particulam Quantum, sibi respondentem. Cicero. 6. Phil. Multas habui conciones: numquam tantam uidi; quanta nunc est uestra. Idē 2. de Diuin. Sol maior ne terra sit, an tantus, quantum uideret. Aliquando non habet particulam hanc expresse subsequenter, sed quæ tamen facile possit intelligi. Virg. 1. Aene. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Subaudi, Quanta ex iam dictis potest intelligi. Cicero. pro Pompeo: Quis unquam tam breui tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit? Subaudi, quantos hic confecit. Tanti genitiuus uerbis iungitur ad pretium pertinentibus. Quid. in episto. Penelopes: Vix Priamus tanti, totaque Troia fuit. Eius tamen loco aliquando legitur ablatiuus Tanto. Plin. libro 12. capitu. 18. Tanto nobis delitiæ & fœminæ constant.

TAOS, gemma paouini similis, qui Græce, ταῶς, dicitur, Auctore Plin. lib. 37. cap. 11.

TAPETVM, ti, pe. pro uel Tapetium, tij, uel tapes, etis, mascul. gen. [Tapeto. Gal. Vn tapis. Hisp. Alhombra, o tapete.] ΤΑΠΕΤΩΝ, ΤΑΠΕΤΙΣΜΑ, ΤΑΠΕΤΑΙΣΜΑ, idem quod aulæum, hoc est uentis stragula, uarijs coloribus intexta, quo aularum parietes, mensæ, lecti, nonnumquæ etiam equi internuntur. Virg. 1. 10. Qui forte tapetibus altis Extructus toto perflabat pectore somnum. Idem lib. 7. Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Scilicet. lib. 1. The. Aliosque inferre tapetas. Accusatiuus. Græcus est a Tapes, ctis, Plaut. Vt ne peristromata quidem æque sint Campanica, neque Alexandrina belluata, consuetaque tapetia.

TAPHIAE, ΤΑΦΙΑΙ, quædam insulæ in mari Ionio ante Leucadiam, prope Echinadas, quarum nomina fuerant Daphias, Arnoxia, & Prionessa, teste Plin. lib. 4. cap. 12. Eadem & Theleboides dicuntur, ueroque nomine ab incolis ducto: nam Taphij & Teleboæ ijs cõmuniter dicuntur imperasse. De quibus huiuscemodi repetit originem enarrator Apollonij poetæ. Perseo ex Andromede, ut narrat Herod. quattuor fuere filij: Alarus, Schenelus, Mellor, & Elestrion, qui simul regnarunt. Ex Hippothoe Melloris filia, & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Tpeleboas & Taphus: à quo Thaphus insula, in qua Teleboæ ac Taphij communiter nomine & impetio fuere. Igitur ij Hypothoes eorum auiæ pecuniam ab Elestrione eorum necessario, qui pro ea spondidit, repetebant: qua negata ad arma uenere, armenta abegerunt, ipsum denique & filios sustulere. Alcmena Elestrionis filia patrem ultura, Amphitryonem Thebanum hominem potentissimum in matrimonium accepit, atque hoc pacto, bello inter eos conflato, ab eodē Amphitryone delecti sunt, eorumque regnum Cephalo profugo Atheniensis, qui exercitui præerat, donatum, quod ad Ulyssem e successione peruenit. Hæc ille. Ex quo apparet Teleboas, & Taphios omnibus ijs insulis imperasse.

TAPHIAS, adis, ΤΑΦΙΑΣ, insula est exigua in mari Ionio, ante Leucadiam, una Taphiarum, siue Teleboidum. Auctore Plin. libro 4. capitu. 12.

TAPHIASSVS, ΤΑΦΙΑΣΣΙ, mons est Aetoliæ, non procul a Chalcide. Plin. lib. 4. cap. 2.

TAPHII, ΤΑΦΙΟΙ, dicti sunt populi, a Tapho Neptuni filio, qui Taphiis insulis imperauit, quæ sunt in mari Ionio, iuxta Echinadas. Vide supra in dictione Taphiæ. Strab. libro 7. Taphios alios collocat ad Pontum Euxinum, non procul a Borysthenes fluuio.

TAPHIVS, ΤΑΦΙΩΝ, opidum Cephaleniæ insulæ, e regione Leucadis, in qua Taphiusium marmor effodiebatur. Vide Steph. & Plin. lib. 36. cap. 11.

TAPHOS, ΤΑΦΟΣ, Steph. opidum est Cephaleniæ insulæ, postea Taphiua appellatum. Alioqui, ΤΑΦΟΣ, Græcis sepulcrum significat, unde Epitaphion, sepulcri inscriptio.

TAPHOSIRIS, ΤΑΦΟΣΙΡΙΣ, urbs Aegypti, Osiridis sepulcro nobilitata: unde & nomen accepit. Strab. lib. 7. duas huius nominis urbes in Aegypto collocat, alteram ad mare, in qua maxima Osiridis festa celebrantur: alteram in mediterraneis.

TAPHRA, Plinio, ΤΑΦΡΑ, Ptole. opidum est Africae proprie dictæ, inter duas Syrtis.

TAPHRAE, ΤΑΦΡΑΙ, opidum est ad sinum Carcinitem, in ipsiis Tauriacæ Cherfonefi angustijs situm, ut refert. Plin. lib. 4. c. 12. Hunc locum quondam

quondam serui munijse dicuntur, cum absentibus dominis in diurno illo bello, quod aduersus Thracas Scythæ gesserunt, cum eorum uxoribus rem habuissent: ut ex sententia Callistrati refert Stephana. Huius meminit & L. Florus, refertque sua illa ætate Traiani auspicijs fuisse expugnatam.

TAPINOSIS, *p. τῆς ταπεινότητος*, figura est orationis, seu potius uitium, cum rei dignitas uerbis humilitate deprimitur. *ταπεινός*, enim humile significat, & *ταπεινός*, humilius, extenuo. Exemplum potest esse illud Virg. i. Aene. Apparent rari nantes in gurgite uasto. Vbi Ser. In gurgite uasto, Tapinosus est: id est, rei magnæ humilis expositio. Prudenter tamen Vir. humilitatem sermonis epitheto plurimumque subleuat: ut hoc loco, uasto addidit.

TAPOSIRIS, uide Taphosiris.

TAPROBANE, *τῆς τῆς Ἰνδίας*, insula est omnium, quæ ueteribus cognita fuerunt, maxima, a Colaeo Indiæ promontorio in Austrum quadridui nauigatione recedens, in qua Septentriones negant conspici posse. Lucet ibi Canopus, sidus clarum, & amplissimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleisque oculis, atroci uisu, terrifico sono uocis. Viuunt ultra annos centum. Nascuntur in ea berylli & hyacinti, ut Ptol. lib. 7. refert. Vide plura de hac insula apud Plin. lib. 6. cap. 22. & Vadianum in Mæthæ librum tertium.

TAPSAGVM, Cyrenaicæ regionis opidum, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 5. in descriptione Cyrenaicæ regionis.

TAPSVS, uide Thapsus, Græci enim *θάψος*, scribunt per. 3

TAPYRI, Plin. *τῆς Πυρίας*, Ste. populi sunt ad mare Caspium inter Deribeas, & Hyrcanos, quibus mos fuit, ut uxores suas, cum duos tresve ex ijs filios suscepissent, alijs nuptui concederet. Auctor Scrab. lib. 11.

TARACINA, uide Tarracina, duplicato r.

TARACON, uide Tarraco, r, littera geminata.

TARANDVS, *τάρανδος*, Arist. animal apud Scythas bouis magnitudine, capite ceruino non absimili sed maiore, cornibus ramosis, ungula bifida, uillo magnitudine urforum. Solum ex ijs, quæ pilis uestiuntur, animalibus, colorem mutat: sed cum sui coloris esse libuit, asini simile est. Auctor Plin. libro 8. capitu. 34.

TARANIS, penul. cor. dicebatur Iupiter a Gallis, cui humano sanguine litabant. Luc. lib. 1. Et taranis Scythiæ non mitior ara Dianæ.

TARAS, antix, *τάρως*, fuit Neptuni filius, qui primus Tarentum condidisse creditur, & a nomine suo appellasse. Græce enim Tarentum *τάρως*, dicitur. Vide paullo post in dictione Tarentum.

TARANTARA, [Voce de la trombe.] uox tubæ ab Ennio facta. Seru. in nonum Aen. in eum uersum, At tuba terribilem sonitum procul ære sonoro: Hemistichium, inquit Ennij: nam sequentia iste mutauit. Ille enim ad exprimentum tubæ sonum ait Tarantara: Et multa huiusmodi Vir. cum aspera inuenerit, mutat.

TARBELI, *τάρβηλοι*, populi Galliæ Aquitanicæ, in Pyrenæos montes uergentes, quorum urbs Aquæ Augustæ commemoratur a Ptol. lib. 2. cap. 7.

TARCHETIUS, *τῆς Ἰνδίας*, nomen fuit impij Albanorum regis: de quo Plutarchus in uita Romuli. Quidam (inquit) etiam sunt qui de Romuli ortu fabulosa quædam referre non dubitent. nam dicunt Tarchetio Albanorum regi sceleratissimo & crudelissimo homini diuinitus spectrum domi uisum ex penitissimo sacro se attollens, & ad multos dies mansisse. Fuisse etiam Tethyos in Hetruria fatidicum templum: a quo allatum Tarchetio responsum, ut ei admisceretur uirgo. Nam genitum iri ex ea filium uirtute, fortuna, ac uiribus potentissimum, magnamque ex re bellicæ gloriam relaturum. Quod cum Tarchetius uni ex filiabus exposuisset, timperasse, ut cum monstro illo coiret: Illam contempto patris imperio, ancillam in sui locum supposuisse. Id Tarchetium re cognita æge tulisse, & utramque in carcerem, ut morte multaret, coniecisse: Sed uisum est illi per quietem, se Vestam uidere, quæ puellas necari uetaret, sed telam illis texendam tradi iuberet: nec prius uiro locari, quam illam absoluissent. Cui in somnio cum paruisset Tarchetius, commentus est rationem, ut puellas perpetuo damnaret cœlibatu. nam quicquid illæ interdum teXuissent, noctu alijs ancillis tradidit retexendum. Expleto deinde legitimo partus tempore, ancillam geminos ferunt peperisse, quos Tarchetius statim Teratio cuidam tradidit exponendos. At illum ferunt secus fluum infantes deposuisse: lupamque cum eo uenisset admotis uberibus lac præbuisset, a uibus quoque uarijs cibum pueris comportantibus, quod bubulcus aspiciens, admiratus, aususque accedere, infantes sustulit. Hac illos ratione seruatos: cum primum per ætatem licuit Tarchetio tetendisse insidias, actandem oppressisse. Hæc a Prothomione quodam, qui Italianam scripsit historiam memoriz prodita accepisse se dicit Plutarch.

TARCOMON, *τῆς Ἰνδίας*, nomen proprium Hetruriæ ducis, & Aruspicijs,

qui Aenæ suppetias tulit aduersus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho, abiecta n, littera. Vir. Aen. 8. Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant Castra locis.

TARDE, [Tardi. Gal. Tardiuement, lentement. Hisp. Tardamente.] aduer. *βραδέως*, lente, pigre, cōltauer. Cic. Tere. Prid. Idus Octob. Athenas uenimus, cum sane aduersis uentis usi essemus, tardeque & incōmode nauigassemus. Hinc Tardius comparat. & superlat. Tardissime. Idem 4. Acad. Quinetiam cum uictor a Mithridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia triennio tardius, quam debuerat, triumphauit. Plin. lib. 10. cap. 7. Quattuor aut quinque tardissime diebus florere incipiūt, totidemque, aut paullo pluribus, desolentur: hordea uero; cum tardissime, septem. Accipitur aliquando pro sero, hoc est, uespertino uel nocturno tempore. Cicero pro Mil. Egreditur e uilla subito, cur uesperti? quid necesse est, tarde?

TARDIGRADVS, pen. cor. [Chi na tardo.] *βραδύπους*, qui tarde graditur. Cic. 2. de Diuina. Quadripes tardigrada, agrestis, humilis, aspera. Ex poeta.

TARDILOQVVS, [Chi parla tardo.] *βραδύλογος*, qui tarde loquitur.

TARDITAS, [Tardanza, dimora, pigritia. Gal. Tardiuité. Hisp. Tardanza.] *βραδύτης*, cunctatio, mora, pigritia, celeritati contraria. Cicero ad Q. Fr. lib. 2. Sic ego quoniam in isto homine coleo tam indormiui diu, te me hercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem cum equis, tum uelis. Idem 6. Phil. Plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est. Plin. lib. 20. e. 9. Idque etiam tarditati audientium prodesse asseuerat. Antiqui in eadem significatione & Tarditudinem dicebant, & Tarditiem. Plau. in Pæn. Podagrosi estis, uicistis cochleas tarditudine. Acci. Multa mittuntur tarditie & socordia.

TARDO, das, [Tardare, indugiare, dimorare, tener in tempo. Gal. Tarder ou targer, retarder, arrester. Hisp. Retardar d'etener a otro.] *νῆα βόλλω, ἐπέχω*, remoro, moram iniicio, tarditatem assero reprimō. Cæsar. 5. Bel. Gal. Sed ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret, atque ut eorum auxilia tardaret, &c. Idem libro 1. Bel. Cui. Sed exercitum Cæsaris uiarum difficultates tardabant. Cicero ad Cæl. lib. 7. Mea. quidem tibi non ignota dubitatio, aut impedire profectioem meam uidebatur, aut certe tardare. Cæsar. 1. Bel. Cui Quo facilius impetum Cæsaris tardaret, ne sub ipsa profectioem milites opidum irrumperet. A quo Retardo, morari facio, retineo. Cicero in Catil. Ad quem fruendum non modo se non retardat, uerumetiam inuitat. Tardare absolutum, moram trahere. Cicero ad Bru. epi. 18. Accerseremus ne te, atque tibi id conducere putaremus, an tardare & commorari te, melius, esset tibi. Tardare etiam, tardum reddere. Plin. lib. 8. ca. 8. Ac præacuta bipem hoc erure tardato, id est debilitato. Tardans, tis, partici. Virgil. 5. Aene. Sed enim gelidus tardante senecta Sanguis habet, frigentque effœte in corpore uires. Tardatus, a, um, aliud parrieip. Virgilius. 5. Aeneid. At non tardatus casu, neque tertius heros, Acrior ad pugnam redit.

TARDVS, a, um, [Tardo. Gal. Tardif; Latsche, lourd, lent. Hisp. Tardio.] *βραδύς*, Virg. 1. Geor. Sæpe oleis tardi costas agitator aselli Vilibus aut onerat pomis. Pla. Pæn. Sciebam ætate tardiores: metu meo amori moram. Nequicquam hos patronos mihi elegi, loripedes tardissimos. Cicero. 1. de Inuent. Formosus, an deformis, uelox, an tardus sit. Noctæ tardæ, tarde uenientes, ut sunt ætiaz. Virgil. 2. Georgi. Vel quæ tardæ mora noctibus obster. Per translationem quoque ad animi uel ingenij tarditatem refertur, & accipitur pro hebeti cum ingenium non est ex promptum. Idem 10. eclog. Tardi uenere subulci. Terent. in Eun. Fatuus est, infulsus, tardus. Quandoque perseveranti, & diuturno, Virgil. secundo Georg. Media fert triticeis succos, tardumque saporem. Sic Non. Ser. uero interpretatur saporem tardum, uix intelligibilem. Quandoque pro denso, ac crasso, Idem 5. Aeneid. Vdo sub robore uiuit Stupa uomens tardum fumum.

TARENTINA, nux, *κάρυον ταραντίνον*, e iuglandium genere est, adeo fragili putamine, & ita mollis, ut uix accretata rumpatur. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quod iuglandes nuces & pineas molles habeat, ac similiter oues. Tarentum autem Sabinum uocant molle, ad quod alludens Hora. 2. lib. Ser. Sat. 4. Tarentum molle uocauit. Quomodo autem Tarentina nux arte effici possit, docet Col. lib. ult. cap. 22.

TARENTINVS, quod ex Tarento est, uel in Tarentinis agris crescit, apud Colum. lib. 5. capitu. 10. Tarentina pyra: cuius hæc sunt uerba: Curandum est autem, quam generosissimis pyris pomaria conferamus: ea sunt Crustumina, Regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur: & quædam alia, quorum enumeratio nunc longa est. Venenum Tarentinum, id est purpura Tarentina, quæ rubedinis pluscum habeat. Hora. 2. epi. Lana Tarentina uiolas imitata ueneno.

TARENTVM, *τάρως*, Magnæ Græciæ urbs clarissima, in intimo recessu

essu sinus, qui ab ea dicitur Tarentinus. Hæc a Tarante Neptuni filio primum condita fuit, a quo nomen accepit: deinde Laconibus aucta, qui dace Phalanto illic aduentantes, expulsis incolis (ut Iust. lib. 3. scribit) eam tenuerunt. Huius incolæ dicuntur Tarentini, *ταραντινοί*, qui cum Romanis aliquando bellum gesserunt: quibus cum pares non essent Pyrrhum Epirotarum regem auxilio sibi accieverunt. De hac Vir. 3. Aene. Hic sinus Herculei, (si uera est fama) Tarenti Cernitur, attollit se diua Lacinia contra, Caulonisque arces & naufragum Scyllacæum. Sunt qui Tarentum non a Tarante Neptuni filio, sed a Sabina uoce Tarentum deducant, quæ illis molle significat: propterea quod in agro Tarentino & nuces, & lanæ mollissimæ proueniunt. Ex hac urbe ortum traxerunt ciues illustres, Arisitoxenus Musicus, Arisitotelis familiaris: Kinthon Tragicus & comicus: Iccus medicus: & Archytas summus Mathematicus, qui Platonem, cum mortem illi moliretur Dionysius tyrannus, per epistolam eripuit, ut scribit Laertius lib. 8.

TARNES, genus uermiculi carnem exedens. Festus.

TARNE, *εσ, τάρνη*, fons est in Lydia, in Tmolio monte nascens: teste Plin. lib. 5. cap. 29. Fuit & opidum eiusdem nominis, ad Tmolii radices situm, cuius meminit Home. lib. 7. Iliad. Stephanus Tarnem aliam collocat in Achaia.

TARPEIA, *ταρπειά*, uirgo Vestalis fuit, teste Varr. quæ arcem Capitolinam, patris sui Tarpei custodiæ commissam Sabinis prodidit: a quib. cum prodicionis mercedem peteret (pacta enim erat quicquid in sinistris brachijs gestarent, armillas intelligens, quas illi aureas gemmatasque læuo in brachio ferebant) scutis illorum obruta, Tarpeio monti nomen fecit, qui prius Saturnius dicebatur. Vide Liu. libro 1. ab urb. & Plutarchum in Vita Romuli.

TARPEIVS, mons, *ταρπειονόρος*, idem qui Capitolinus, ita dictus a Tarpeia uirgine Vestali, quæ cum Sabinis arcem prodidisset, eorum de scutis obruta, eo in mōte sepulta est. Vir. 8. Aen. Sedè Tarpeiam appellat. Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit Aurea nunc, olim siluestribus horrida dumis.

TARPHARA, *ορον, τάρφαρα τὰ*, urbs felicit Arabiæ: cuius ciues dicuntur Tarphareni, *ταρφαρῆναι*, Steph.

TARPHÈ, *ε, τάρφη*, Steph. urbs Locorum Epicnemidio, iuxta Pharygas: cuius meminit Homer. in Catal. *τάρφωρε, θρόοντε, κοδρῶν, ἀμαρῆς ἔθρα*, Nomen habet a Tarphe propinquo fonte, siue ab arborum densitate, *ταρπῆς*, enim Græci defensum appellant.

TARQUINI, *ορον, ταρκυνία*, Steph. opidum fuit Tuscorum, a quo Tarquinius Priscus Romam commigravit. Huic opido uicinus erat lacus, duo nemora habens innatantia, & pro uentorum impulsu nunc triquetram, nunc rotundam figuram edentia: ut refert Plin. lib. 2. cap. 95.

TARQUINIUS, Priscus, Demarathi Corinthij filius, Tarquinijs urbe Tuscorum natus, primum Lucumo dictus, qui ubi se in patria nullo in honore esse uideret, quod peregrino patre esset prognatus, suauis uxoris (ea mulier fatidica erat nomine Tanaquil) Romam sese contulit: ubi breui propter opes, ingenijque dexteritatem in Anci regis amicitiam infortunatus, ab eodem relictus est liberorum tutor, quorum tamen commoda proprijs rationib. post habuit, breuique perfecit, ut in magno plebis consensu rex crearetur. Quare ut regnum parum iuste partum stabiliret, centum patres in senatum allegit, qui minorum deinde gentium dicti sunt, siue eos factionis futuros ratus, cuius beneficio in senatum uenissent. Bellum primum cum Latinis gessit, opidumque Appiolas ui cepit. Circo maximo primum locum designauit, locaque patribus equitibusque diuisit, ubi sibi quisque spectacula faceret. Sabinos uictos Collatia, agroque Collatino multauit. Corniculū, Ficulneam ueterem, Ameriam, Crustumariam, Ameriolam, Meduliam & Nomentum, priscorum Latinorum opida partim expugnauit, partim in dedicationem accepit. Tandem cum annos duodequadraginta regnasset, dolo liberorum Anci in Curia esse obruturatus. Vide hæc latius apud Liui. lib. 1. ab Vrbe.

TARQUINIUS COLLATINUS, Aegerij ex Tarquinijs superbi sorore filius fuit, & gener Sp. Lucretij, qui Romæ præfectura urbis fūgebatur. Hic cum in Ardeæ obsidione, cum regijs inuenibus cœnaret, exorta de uxoris mentione, cum suam quisque certarim laudaret, Collatinus negat uerbis opus esse, paucis id quidem fieri posse, quantum cæteris præstet sua Lucretia. Quid multa? citatis pariter equis Romam aduolant, regiasque nurus in conuiujs luxuque cum æqualibus deprehendunt. Deinde Collatiam penetres Lucretiam nocte sera lanæ deditam inter lucubrantes ancillas in medio quædam sedentem inueniunt. Quare muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adueniens uir, Tarquinijsque benigne accepti, uictor maritus comiter inuitat regios iuuenes. Ibi Sextum Tarquinijs mala libido stuprandæ per uim Lucretiæ caput: tum forma, tum spectata castitas incitat. Dissimulata

tamen in præsens cupiditate, tum quidem una cum cæteris in castra redit, sed paucis post interiectis diebus Ardeam reuertitur: & a muliere propinqua hospitio exceptus, nocte in tempestate conceptum animo facinus ui minisque exequitur. Quam rem mulier castissima tam ægre tulit, ut postridie uiro patreque per litteras accusato, cum rem uti gesta erat expolui set, necem sibi conscuerit. Pulsus deinde ob facinus tam tetrum Tarquinijs, Collatinus Bruto in consulatu datus est collega, quo tamen non multo post coactus sese abdicare, non aliam ob causam, nisi quod Tarquinijs propinquus esset, eodemque cum illis nomine diceretur. Vide Liui. lib. 1. & 2. ab Vrbe.

TARQUINIUS, superbus, septimus & ultimus Romanorum, cognomen a moribus meruit. Occiso Seruio Tullio, regnum scelerate occupauit: bello tamen strenuus, Latinos Sabinosque domuit. Sueciam Hetruscis eripuit. Gabios per Sextum filium simulato transiugio, in potestatem redegit. Ferias Latinas primum instituit. Cum Capitolium extruere inciperet, caput hominis inuenit. ex quo cognitum eam urbem caput gentium futuram, ut scribit Ter. Var. de Ling. Lat. lib. 4. Demum cum in Ardeæ obsidione filius eius Lucretiæ stuprum intulisset, cum eo in exilium actus, ad Porcennam Hetruscæ regē contulit, cuius ope regnum retinere tentauit. Pulsus Cumas concessit, ubi per summam ignominiam reliquum uitæ tempus exegit. Liui. lib. 1.

TARRA, *τάρρα*, urbs Lydiæ, Lucij Grammatici patria. Alia Cretæ in qua Apollo Tarrhæus colebatur. Tertia iuxta Caucasum, Cretensium colonia. Stephanus.

TARRACINA, [Città,] *τάρρακινω*, Steph. opidum Volscorum in Italia, ante Trachyna, id est, a spera, a loci asperitate. Alio nomine Anxur dicebatur, a Ioue Anxuro, qui ibi colebatur barbatus, intonsusque. Vnde anxurum dictum putant, quasi *ἀναξυρον*, Effertur & Tarracinæ, arum, pluraliter. Liu. 4. ab urbe: Anxur fuit: quæ nunc Tarracinæ sunt urbs prona in paludes.

TARRACON, siue Tarraco, onis, *τάρρακων*, Hispaniæ citerioris urbs olim clarissima, Scipionum opus, a qua præcipua Hispaniæ pars Tarraconensis cognominatur, quæ (ut Pomponius scribit lib. 2.) altero capite Gallias, altero Baticani, Lusitaniamque contingens, mari latera obijcit, mediterraneo, qua Meridie spectat: qua Septentrionem, Oceano. Urbium maritimarum opulentissima fuit Tarraco, Mediterraneorum autem fuerunt Pallantia & Numatia: nunc est Cæsarea angusta. Circa Tarraconem nobilissimum nascebat uinum, quod Tarraconense dicebatur, *τάρρακωνιασος δίνος*, de quo Martialis, Tarraco Campano tantum cessura Lyzo. Et Silius lib. 3. Dat Tarraco pubem Virifera, & Latæ tantum cessura Lyzo.

TARSVS, *ταρσός*, urbs Ciliciæ præclarissima, (ut auctor est Strab. lib. 15.) & regionis totius caput, in campis sita, & Cydno amne irrigata: cuius conditorem uoluit fuisse Persem Danaes filium. Luc. lib. 4. Deseritur Taurique nemus Perseæque Tarsus. Alij tamen urbis huius originem ad Sardanapalum referunt, Postremum Assyriorum regem, cuius etiam monumentum incisum erat, quod Tarsum, & Achialon die uno condidisset. Ex Tarso uiri illustres orti sunt Antipater, Archelaus, & Nestor, & duo Athenodori Philosphi Stoici, quorum qui Cordilion dictus est, cum M. Catoe uixit, & apud eum mortuus est. Alter Canantra a uico quodam, Cæsaris præceptor. Tarsensis & hoc Tarsense possessuum: ut Tarsense pelagus. Col. lib. 8. cap. 16.

TARTARINVM, [Terribile,] p. c. *ταρταρῶδες*, ueteres dixerunt horrendum atque terribile. Festus. Var. lib. 6. de Li. La. a Tartaro deducit, citans uersiculum ex uetusto quopiam poeta, Corpore Tartarino prognata paluda uirago.

TARTARVS, p. co. & maf. gen. in plurali Tartara neutri, [Inferno. Gal. Enfern, Hisp. Enferno.] *τάρταρος καὶ τάρταρα, τὰ*, locus profundissimus inferorum, in quo fontes pleuntur. A uerbo Græco *ταράσσω*, conturbo, quia illic omnia perturbata dicuntur, uel quod uerisimilius est, *ἐκ τῆς ταρτάσεως*, id est, a tremore frigoris. Sole enim caret, inquit Ser. Virgilius sexto Aeneid. Tum tartarus ipse Bis pater in præceptis tantum tenditque sub umbras, Quantum ad ætherium cæli suspectum Olympum. Hinc Tartareus, a um, adiectiuum, penul. cor. Virgil. 7. Aeneid. Cornuque recuruo Tartaream intendit uocem. id est, terribilem, aut fortem, inquit Seruius.

TARTARI, populi sunt patris Sarmatiæ Europæ, moribus, omnique crudelitatis genere efferatissimi, incertis uagantes sedibus, ex præda uictitantes, improuisis incurfionib. maxime noxij, profundis & trucibus oculis, ac fere cæsijs, turbinato cranio, & circum tempora capite presso. Vide Vadianum in Melam. Nemo enim ueterum hac usus est appellatione: cum sit uox nouicia, & paucis abhinc seculis nata.

TARTESSVS, *ταρτησός*, Hispaniæ Beticæ opidum, in littore Oceani situm, ea in parte, qua primum ex angustijs freti faucibus panditur mare. Hæc eadem esse creditur cum ea, quam nostri Carte-

- iam appellant, dicente Plin. lib. 3. cap. 1. Carteia, quam Græci Tartessum appellant. Quod & ipsum confirmat Strabo, ita scribens lib. 3. Tartessum huius temporis nonnulli Carteiam appellant. Si huius tamen libri. 3. Tartessum omnino aliam facit à Carteia: quam recte, ipse uiderit. Liu. certe lib. 8. Deca. 3. situm Carteiæ, deseribens, omnino eisdem fuisse ostendit. Dum hæc (inquit) ad Bæticum fluium gerentur, Lælius interim freto in Oceanum euectus ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea in ora Oceani sita est, ubi primum e faucibus angustis panditur mare. Tartessus olim uiuacissimis regibus celebrata fuit, ex quibus Arganthonius centum quinquaginta annos dicitur regnasse. Hinc Tartessiacus, a, um, possessiuum: ut, Tartessiaci thyrsi, apud Tolum. libro 10.
- TARVANNA**, *ταρβαννα*, Morinorum urbs est in Gallia, hodie nomen retinens. Commemoratur a Ptolemæo. lib. 2. cap. 9.
- TARVEDVME**, *es, ταρβδμην*, promontorium extremum in tractu Septentrionali Britanniæ insulæ, non procul ab Orcade altero promontorio, & Nabæi fluminis orio. Pto. lib. 2. cap. 3.
- TARVNTIVS**, Vir fuit tum Philosophiæ, tum Mathematicarum disciplinarum in primis studiosus: qui cum ad Astrologiæ disciplinam se contulisset, contemplationis gratia: & in ea excellere putaretur, huic imposuit Varius, ut Romuli conceptionem in diem & horam deduceret: inspectisque eius uitæ institutis ac rebus gestis, ex illis consequentiam colligeret, ueluti Geometricarum propositionum resolutiones præcipiunt. Auctor Plutarch. in Romulo.
- TARVVS**, *ri*, Cisalpinæ Galliæ fluius, in Apennino nascens, & in Padum se exonerans. Plin. lib. 3. cap. 16.
- TARVSCVM**, Ptolemæo, lib. 2. cap. 10. Saliorum urbs in Gallia, uulgo Tarascon.
- TASCONIVM**, est terra alba, similis argillæ, ex qua catini fiunt, in quibus coquitur aurum. Plin. lib. 33. cap. 4. Catini fiunt ex tasconio. Hæc est terra alba similis argillæ. Neque enim alia afflatum, & ignem & ardentem materiam tolerat.
- TASMENES**, (quod hic pro Nestoris filij nomine corrupte legebatur) uide Thrasymedes.
- TATAM**, pueri patrem uocant, quemadmodum Mammam, matrem, Mar. lib. 1. Mammæ atq. tatas habet Afra: sed ipsa tatarum Dicit & mammarum maxima mamma potest.
- TATAE**, cantio est sibi inuicem respondentium. Pla. in Stich. Fac tu hoc modo. ST. At tu hoc modo. SA. babæ. SS. tata. SA. papæ. ST. euax. Nonnunquam & admirantis particula. Idem in Truc. Tata, ecquis illa est?
- TATIENSES**, tertia pars populi Romani, sub Romulo, a T. Tatio Sabino, quem Romulus ex fœdere in regni portionem acceperat, denominata. Ager Romanus, inquit Var. lib. 3. de Lin. Lat. primum diuisus fuit in partes tres: unde Tribus appellatæ, quæ Tatiensium fuerunt Rannium, & Lucerum, ut ait Iunius: Tatienses a Tatio, Rannenses a Romulo, Luceres a Lucumone. Liui. contra libro 1. ab urbe, non tribus hæc fuisse, sed equitum centurias asserit.
- TATIUS**, Sabinorum dux fuit, acerrimusque populi Romani hostis, qui prodicione Tarpeiæ uirginis Capitolio capto, ex superiore loco aduersus Romanos in aciem descendit, ubi cum aliquandiu acerrime sed uaria uictoria pugnatum esset, tandem dirempto interuentu Sabinarum prælio, pax ita conuenit, ut Sabini in urbem, Tatius in regni partem acciperetur. Verum cum postea Tatiij propinqui Laurentium legatos pulsasset, eamque iniuriam Tatius inuictam reliquisset, illorum pœnam in se conuertit. nam cum Laninium ad solenne sacrificium uenisset, concursu opidanorum factus est interfectus. Auctor Liu. lib. 1. ab urbe. Virg. lib. 8. Subitoque nouum confurgere bellum Romulidis, Tatioque seni, Curibusque seueris.
- TATTA**, *τάττα*, lacus est maioris Phrygiæ, post Galatiam, Austrum uersus, iuxta Morimænos, fontes habens salis natiui, qui adeo facilliter rebus immerfis circungelascit, ut sæpe cum funale torquæ demiserint, salis coronas educant. Quin ipsæ etiam uolucres a quas contingentes facile capiuntur, cum sale repente concreto alis contrictis, ipsarum ministerio ad uolandum uti non possint. Auctor Strab. lib. 2.
- TATTAES SAL**, *ἄλς τατταῖος*, qui & Phrygius, oculis præcipue ut liscita dicitur a Tatta lacu in regione Morimæorum, qua Phrygiæ Cappadociæ & Galatiæ contermina est. Auctores Dios. lib. 5. & Plin. lib. 1. cap. 7.
- TAVCHIRA**, Hero. lib. 4. ciuitas Barcæorum, qui sunt Africæ populi, Cyrenæicis ad occasum proximi.
- TAVLANTI**, *ταυαντα*, Illyrici populi teste Plin. lib. 3. cap. 22. qui postea mutatis sedibus in eam Macedoniæ partem se contulerunt, quæ mari Adriatico incumbit, non procul a Dyrrhachio: ubi Arpidum opidum incoluerunt, teste Ptolemæo, libro tertio capitulo 13. Horam meminit & Luca. libro 6. Quemque uocat collem
- Taulantius incolæ Perram, Insedet castris.
- TAVRA**, [Vacca sterile,] *ταυρα*, uacca sterillissima dicitur, teste Festo, quod nihilo magis pariat, quam tauri. Col. lib. 6. c. 12. Et utiq. tauræ, quæ locum occupant secundarum, ablegandæ. Var. 2. de re ru. cap. 5. Quæ sterilis est uacca, Taura appellatur.
- TAVREA**, Iubellius uir fuit Campanus, insigni corporis robore, in Annibalis castris militans, qui cum Claudium Afellum Romanum apud Nolam ad singulare certamen prouocasset, post inanem garrulitatem, cum Afellum ad se accedere uideret, pedibus magis quam manibus fretus, intra opidum se recepit: quem insensurus Afellus una cum ipso urbem ingressus, inter tot hostium tela incolumis, per alteram portam euasit. Hic postea capta a Fulvio Capua, manu propria coniuge, liberisque interfectis, se postremo ante pedes imperatoris gladio transfixit. Auctor Liui. de Bel. Puni. secundo.
- TAVREA**, [Nerno di bue,] *ταυρα*, scutica est ex taurino corio facta, quæ & a Græcis *ταυροειος*, appellatur, Iuu. Saty. 6. Tauræ punit Continuo flexi crimen, facinusque capilli.
- TAVREVS**, *ταυρος*, Neptuni epitheton, siue quod ei tauri solent immolari. uel Virgilio teste: siue quod mare (cui præfesse putabatur) taurinum boatum imitetur.
- TAVRVS**, *ταυρος*, Sarmatiæ Europæ populi, ad Bosphorum Cimmericum, peninsulam inhabitantes eodem Bosphoro, Byce palude & Carcinite sinu circumfusam, tenui tantum Isthmo continenti adherentem, quæ de incolarum nomine Taurica Cherronesus appellatur. Fuerunt autem Tauri omnino inhospitales, moribusque immanissimis, ut qui hospites omnes Diane soleant immolare: cuius sacrificij primus auctor Thoas fuisse perhibetur: unde & Diana ipsa Thoantea dicitur a Sil. libro 4. Sacra Thoanteæ ritusque imitata Dianæ. Herodotus tamen lib. 2. auctor est, non Dianam esse, sed Iphigeniam Agamemnonis filiam, cui Tauri humanas uictimas soleant immolare, naufragos præfertim, & Græcos, quouis casu illuc delatos: quorum post preces peractas caput claua feriebatur, truncum de rupe deturbabant: caput cruci affigebant. Hostibus autem in bello captis, aut in prælio occisis, capita præcidebant, & perticæ suffixa, quam maxime sublimia supra fumarium statuiebant, existimantes hoc ad totius domus tutelam, custodiamque pertinere.
- TAVRANIA**, *ταυρανία*, opidum fuit Campaniæ, non procul a Sabinis, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Inter ea opida, quæ in Italia in tercederunt.
- TAVRICVS**, *ca, cum, ταυρικός*, adiect. est a Tauri Cimmerici Bosphori accolis ductum, ut Diana Taurica, apud Ouid. lib. 4. Trist. & Scythæ Taurici, apud Plin. lib. 4. cap. 12.
- TAVRIANVM**, Brutiorum opidum in Italia iuxta Rhegium. Auctor Pomponius Mela. lib. 2. Plin. lib. 3. cap. 5.
- TAVRII**, numero plurali, & Taurilia, *ταυρίδια, βοσώνια*, ludi in honorem Deorum inferorum facti, quos & Boalia & Bupetia uocatos inuenimus: quamquam duabus hisce nominibus potius sacrificia quædam significantur, quæ pro bouum salute fieri solent. De origine horum ludorum refert Festus Pompeius, quod regnante Tarquinio superbo cum magna incidisset pestilentia in mulieres grauidas ex carne taurorum diu uendita, ob hoc ludi dijs inferis instituti sunt, qui Taurij sunt appellati.
- TAVRICA CHERRONESVS**, *ταυρικὴ χερρόνησος*, peninsula est in finibus Europæ, & Bosphoro Cimmerico, Byce palude & Carcinite sinu propemodum circumfusa, angusto tantum Isthmo continenti adherens, immitti Dianæ ara, & nefanda hospitem immolatione infamis. Ciuitates multas habet, ex quibus præcipue fuerunt Eupatoria, & Theodosia, hodie Capha. Legitur & Taurica absolute Iuue. Sat. 10. Nefandi Taurica sacri Inuentrix, homines tantum immolat.
- TAVRIFER**, *a, um*, quod magnum taurorum habet prouentum, ut Campi Tauriferi, in quibus magna taurorum pascitur copia. Luca. lib. 1. Tauriferi ubi se Meuania campis Explicat.
- TAVRIFORMIS**, *me, [Chih forma di toro,] ταυροειδής*, formam tauri habens. Hora 4. Carm. Ode. 14. Sic tauriformis uoluitur Aufidus qui regna Dauni præfuit Appuli.
- TAVRINVS**, *a, um, [Di toro. Gal. De tauræm. Cof. de materia de toro.] ταυρινός*, quod est ex tauro: ut, Tergum taurinum, id est, corium tauro detractum. Virg. 1. Aen. Taurino possent quantum circumdare tergo. Habet autem penultimam productam, quemadmodum omnia huius terminationis adiectiua a nominibus animalium formata: ut Leporinus, Caprinus, Formicinus, Hirundinus, Veruecinus, Porcinus, Quinus, & huiusmodi.
- TAVRINI**, populi Italiæ Transpandani, sub Alpium radici *δ us*, a Liguribus oriundi, quorum urbs Augusta Taurinorum commemoratur. Plin. lib. 3. cap. 17.
- TAVRISANI**, Venetiæ populi, per quorum regionem Silis amnis in mare Adriaticum labitur. Auctor Plin. lib. 3. cap. 18.
- TAVRISCI**, populi Germaniæ, Carnanis, & Pannonijs finitimi, quos

- quos Monclaudius dirimit à Scordiscis: Postea Norici appellati, teste Plin. lib. 3. cap. 20.
- TAVROMINIVM**, ταυρομένιοι, Ptolemæo, ταυρομένιον, Stephano, Sicilia opidum a Zancleis conditum, non procul a Drepano pro montorio: testibus Plin. lib. 3. cap. 8. & Strab. lib. 6. Hinc Tauromitanus, minitana, minitanum. Silius lib. 14. Taurominitana cernunt a sede Carybdin.
- TAVROPOLOS**, ταυροπόλος, Dianæ cognomen, apud Dionysium Aphrō, impositū ab eo, quod apud Tauros Cimmerij Bosphori ac colas coleretur, aut quod gregib. præset, ut ex parte totū intelligamus: aut certe, quod eadem sit cum Lana, quæ tauris uehitur. Vide Eustathium in Dionysium.
- TAVROPOLIUM**, ταυροπόλειον, Dianæ templum in Icaria insula, teste Strab. lib. 14.
- TAVROSCYTHÆ**, ταυροσκύθαι, populi ex genere Scytharum, summa Tauricæ Cherronesi iuga incolentes, Auctor Plin. libro. 4. cap. 12.
- TAVRVRVM**, [Belgrado,] ταυρῶρον, Pannoniæ inferioris opidum, ad Danubium situm ea in parte, qua Sars, & Drauus Danubio immiscentur. Vide Ptol. libro. 2. capitu. 16. Plin. Taurunum appellat libro 3. capitu. 25. Hodie Belgradam uocant, & Albam Græcam.
- TAVRVS**, [Tauru, toro, hne, bō. Gal. Tauru. Hisp. Toro.] ταῦρος, mas in genere bubulo, & uacuum admittitur. Virg. 6. Aene. Hic crudelis amor tauri, suppositaque furto Pasiphæ. Idem 3. Geor. Atque inde tauros procul atque in sola relegant Pasua. Accipitur & pro quocumque forti boue. Vir. lib. 1. Geo. Ergo age terræ Pingue solum primis exemplo a mensibus anni Fortes inuertant tauri. Idem eclog. 7. Cum primum pastri repetent præsepia tauri. Est & Taurus secundum Zodiaci signum. Plin. lib. 17. cap. 22. Cum sit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro. Virg. 1. Georgi. Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus. Ideo autem in cælum translatus Taurus existimatur, quod Europam in Cretam insulam transfuerit incolumen. Lege fabulam apud Hyginum. Est præterea Taurus, ταῦρος, mons Asiæ totius longe maximus, qui ab indico mari exurgens uaste satis attollitur: dein dextro latere ad Septentrionem, sinistro ad Meridiem uersus it, in Occidentem rectus & perpetuo iugo, multarumque gentium, qua dorsum agit terminus, sed pro gentium ac linguarum uarietate diuersa habet nomina. Prima sui parte Imaus dicitur, mox Edigis, Paropamisus, Circius, Chambades, Pharphariades, Choartas, Oreges, Orates, Niphates, Taurus: atque ibi se quoque exuperat, Caucasus, ubi brachia emittit: subinde tentanti maria similis, Sarpedon, Coracelus, Cragus, iterumque Taurus, etiam ubi dehiscit, seque populis aperit, portarum tamen nomine unitatem sibi uendicans, quæ alibi Armenicæ, alibi Caspiæ, alibi Ciliciæ uocantur. Quinetiam contractus, effugiens quoque maria, plurimis se gentium nominibus, hinc & inde implet, a dextra Hircanus, Caspius: a læua Pariedrus, Moschius, Amazonicus, Corax, Scythicus appellatus, in uniuersum uero Græcis Ceraunius. Cætera uide apud Plin. lib. 5. cap. 27. ubi latissime montis huius descriptionē exequitur. Taurus etiam accipitur pro radice arboris. Quint. lib. 8. cap. 2. Sicut in his, quæ homonyma dicuntur, ut Taurus animal ne sit, an signum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum non intelligitur. Taurus item auicula est, ex genere carduelium, ita dicta, quod taurorum mugitus imitetur, præsertim in agro Arelateni, referent Plin. lib. 10. c. 42. Tauri item κάρκβοι, Arist. dicuntur scarabæi terrestres, ricinis similes, quibus cornicula nomen dederunt, ut docet item Plin. libro. 30. cap. 30.
- TAVRVS**, ταῦρος, Berytius Philosophus Platonicus, A. Gelij familiaris, sub Antonino Pio floruit: Scripsit de differentia sectarum Platonis & Aristotelis, de corporeis, & incorporeis, & alia, ut est auctor Suidas.
- TAVTOLOGIA**, [Replicare il parlar istesso,] ταυτολογία, eiusdem sententia per alia atque alia uerba repetitio, cuiusmodi est illa apud Ouidium: Cinis ipse sepulti in genus hoc pugnat, tumulo quoque sensimus hostem: Acacidæ fœcunda sui. Item illa apud Vir. 1. Aen. Quem si fata uirum seruant, si uelicitur aura Aetherea, neque adhuc crudelibus occubat umbris.
- TAX**, uox est fictitia, quam Pla. in Pers. pro icu sine uerbere usurpauit. Tax tax (inquit) erit tergo meo.
- TAXILA**, ταξιλα, Steph. Indiæ urbs amplissima, inter Indum, & Hydaspem fluuios sita, cuius incolæ Taxilæ appellantur a Plin. lib. 6. c. 20. In hac urbe (ut scribit Philostratus) Apollonius inuenit Elephantem, quem uittis & myrtis coronis indigenæ ornabant. Eū autem regionis illius homines esse dicebāt, qui pro rege Poro contra Alexandrum pugnauerat: quem idcirco Alexander Soli dicitur, torques aureos circa cornua adaptans.
- TAXILLVS**, ταξιλλος, κάλος, idem quod talus. Neque enim deminu. (ut nonnulli exist marunt a nomine Talus deductum, cum con-
- tra Talus, per concisionem deducatur a Taxillus, fugalitteræ uastioris, quemadmodum & Palus a Paxillis, & Ala ab Axula. Cic. in Ora. Litteram x, e maxillis, & taxillis consuetudo elegans Latini sermonis exemit.
- TAXIM**, τῆξιμα, aduer. obsoletum, quo antiqui utebantur pro sensim, siue paulatim, ut annotauit Nonius, citans Πομπουλιόλουτον ex Βυσσόνε: Adoprato clandestino tacitus taxim perispectau peracutum.
- TAXOAS**, [Tassare, estimare. Gal. Taser, reprendre, blasmer. Hisp. Reprehender, tachar, infamar.] ταξάσθαι, reprehēdo, mordeo, noto, incesso, a tangendo (ut Festo placet) inclinatum, quod sit taxare, ueluti conuicijs tangere. Suet. in Augu. Sed etiam, ut nummularij nepotem, sic taxat Augu. Plin. lib. 15. c. 15. Eadem causa in pyris taxatur superbiæ cognomine. Hinc Taxatores dicti, teste eodem Festo, quorum alter alterum conuicijs tangit. Taxare etiam pro pretio æstimare ponitur. Plin. lib. 7. cap. 1. Ilos qui frugiferas tanti taxa uerat. Taxatio, onis, idem quod æstimatio. Taxatio, inquit Festus, dicitur quæ sit certæ summæ. Plin. lib. 13. cap. 15. Quam Cethegus decedens libris. xiii. permutauerat latifundij taxatione. Idem libro 9. cap. 35. At illa corollarium id esse consumpturamque se in ea cœna taxationem confirmans.
- TAXVS**, ξισμίλαξ, arbor abieti similis, baccasque ferens, quibus lethale uenenum inest, præcipue in Hispania, & Arcadia. Plin. lib. 10. cap. 10. Similis lus (abieti, scilicet & piceæ) est taxus, minus uirens, gracilisque & tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Mas noxiæ fructu. Lethale quippe baccis, in Hispania præcipue uenenum inest. Vasa etiam uatoria ex ea uinis, in Gallia facta mortifera fuisse comperit est. Hanc Sextius Smilacem a Græcis uocari dixit, & esse in Arcadia tam præsentis ueneni, ut si qui dormiant sub ea, cibumque capiant, moriantur. Sunt qui & Taxica hinc appellata putent uenena, quæ nunc Toxicæ dicuntur. Hæc Plin. Virgil. 9. Eclo. Sic tua Cirneas fugiant, examina taxos.
- TAYGETE**, es, uel Taygeta, ταῦγέτη, Atlantis, & Pleiones filia, teste Hygino una Pleiadum, quæ Ioui peperit Lacedæmonem urbis sibi cognominis conditorem. Virg. 4. Geor. Taygete simul os terris ostendit honestum Pleias, &c. Vide Pleias.
- TAYGETVS**, τῆγέτης, masculu. gen. & Taygeta, orum neutri, ταῦγέτων, mons est Laconicæ, teste Strabone, non ille quidem admodum magnus, sed tamen excelsus & erectus, Spartæ & Amyclis imminens, quæ Libero patri sacrum fuisse tradit Seruius in illud Virg. 2. Georgi. ubi Campi, Sperchiusque & uirginibus bacchara Lacænis Taygeta. Huius montis bona pars cum terræ motu corruisset, Spartanorum urbem oppressit: ut refertur a Cicer. lib. 1. de Diu. & a Plin. lib. 2. cap. 79. Fuit præterea hic mons Castori & Polluci sacer, qui in eius radicibus nati dicuntur, quod & Homerus asserit in Hymnis.
- Κάσσοι καὶ πολλοὶ δῆμι, ἀείσω μᾶσα λίγη.
Ταυδαοιδίας, ἡΐψω ἑὸλυμπία ἐξεγένοντο.
Τὴς ἑσπὶ ταῦγέτη κορυφῆς, τὴς κορυφῆς, λίγη.
Δάσσοι ἑσπὶ μνηστῆρα κελαινερέϊ κορυφῆς.
Καίρετε ταυδαοιδίας, ταχέων ἐπιβήτορες, ἵππων.
- Id est, Castora & Pollucem cantato Musa stridula Tyndaridas, qui Ioue Olympio prognati sunt, quos sub Taygeti uerticibus peperit ueneranda Leda, latenter commissa nubes denigranti Saturnio. Saluete Tyndaridæ celerum cultores equorum.

T A N T E E

TE, syllabica adiectio, quæ pronomibus Tu & Te adiungitur, ut Tu te, Te te, pro eo quod est Tuipse & Teipse. Cic. lib. 1. episto. Vt tu te mihi præcepisti.

TEANVM, τεανόν, Steph. duarum ciuitatum nomen est in Italia. Est enim Teanum Sidicinum in Appia uia, & Teanum Apulum in finibus Apuliæ, distans a Larina xviii. M. pass. Huius meminit aliquoties Cic. in Ora. pro Cluen. illius mentionem facit Hor. lib. 1. epist. Cras ferramenta Teannu Tollebis fabri.

TEARCO, τεάρκου, Aetiopiæ rex potentissimus, qui bonam Europæ partem dicitur subegisse, & ad Herculis usque columnas esse progressus, referente Strabone lib. 15.

TEARVS, τεάρως, Thraciæ fluuius, duodequadraginta nascens fontibus partim calidis, partim frigidis, & in Contadesum amnem influens, qui in Agrianem illabitur, Agrianes autem in Hebrum. Ad hoc flumen cum perueneret Darius Hytaspis filius, aquis eius delectatus, triduo ibi commoratus est, opidumque ibidem erexit cum hac inscriptione: Teari amnis capita optimam atque pulcherrimam cunctorum annuam aquam continent: & ad ea peruenerit exercitum ducens aduersus Scythas, uir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum Darius Hytaspis filius, Persarum, cunctæque continentis rex. Auctor Herod. libro 4.

TEATE, penult. produ. τεάτε, Ptolem. opidum Marrucinorum, in quarta regione Italiæ: cuius incolæ dicuntur Teatini: quorum

rum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

TECHNA, α , [Arte di ingannare. Gal. Art. *shuesse, cautale, tromperie*. Hisp. *Arte para engañar.*] $\tau\epsilon\chi\nu\eta$, Græca uox est quam Latine artem seu artificium interpretari possumus. Vtuntur hac uoce & Latini, sed fere in deteriore parte pro dolo, aitia, impostura, fraude, siue fallacia, Terent. in Eun. Tam scio hanc technam a Parmenone profectam, quam me uiuere. Idem in Hea. Falli te finas technis per feruluum.

TECHNOPHYON, $\tau\epsilon\chi\nu\phi\omega\nu$, Græca dictio, quam nos Artium officinam uertere possumus, $\pi\alpha\rho\alpha\ \tau\omicron\ \phi\upsilon\epsilon\nu\eta\ \tau\acute{\alpha}\varsigma\ \tau\epsilon\chi\nu\alpha\varsigma$, hoc est, a pro ducendis artibus. Suet. in Augu. Erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas & technophium uocabat.

TACTOR, oris, [Architetto, muratore. Gal. *Architetto*.] $\kappa\omicron\nu\iota\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma$, qui opus tectorium parietis indit. Var. 3. de re rust. cap. 2. Non minus tua erit uilla ad angulum Vellini, quam nec pictor, nec tector uidit unquam, quam illa in rosea, quæ est polita opere tectorio eleganter.

TECTORIOLVM, li, paruum tectorium. Cicer. ad Petum. lib. 9. Bella tectoriola: dic ergo etiam pauimenta isto modo, non potes.

TECTORIUM, $\tau\epsilon\chi\nu\alpha\iota\mu\alpha$, illinimentum parietum: a tegendo dictum: ut cum calce, aut gypso ad maiorem spectantium gratiam & decorum parietem inalbamus, quæ ideo etiam Albatio appellatur: siue Albarium: quamquam Albarium (inquit Budæus) ex pura calce fiat, ut hodie est in usu. Tectorium autem continet Arenatum, hoc est, quod sit ex calce, & arena. & marmoratum, quod ex calce & marmore tuso, triplici uarietate comminuto, prout trium coriorum exigebat usus: continet & Trullificationem, quæ ex Gypso, ut hodie quoque, antiquis fiebat. Plin. lib. 36. Ideoque nullæ tectoria eorum rimæ fœdauere. Cicer. ad Attic. libro 5. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrio li possum includere: & putealia sigillata duo. Iuuen. Satyr. 6. Tectorium accipit pro furo, quo mulieres faciem illinunt. Tandem (inquit) aperit uultum, & tectoria prima reponit. Tectorium linguæ, pro sermone simulato, Petrus Satyr. 5. Pulsu dignoscere cautus Quid solidam crepet, & pictæ tectoria linguæ.

TECTORIUS, a, um, adiect. ut Opus tectorium. $\kappa\omicron\nu\iota\alpha$, $\kappa\omicron\nu\iota\alpha\mu\alpha$, quo parietes integuntur. Col. Sed ea tota maceries opere tectorio, læ uigatur, ex utraque parte, ne feles, aut uipera prorepat. Cicer. 2. de Leg. Neq. id opere tectorio exornari, quæ nec hermas has, quas uocant, licebit imponi.

TECTOSAGES, $\tau\epsilon\kappa\tau\omicron\sigma\alpha\gamma\epsilon\varsigma$, $\tau\epsilon\kappa\tau\omicron\sigma\alpha\gamma\epsilon\iota$, Stephan. Gallie Narbonensis populi, quam maxime in Occidentem uergentes, Pyrenæis, & Cemenijs montibus proximi: quorum opida sunt Tolosa, Carcaffo, Rusicino, & Narbo Martius, aliaque nonnulla, quæ uide apud Ptolem. lib. 2. cap. 10. Hi olim Gallorum omnium fortissimi habiti sunt: qui cum domi multitudine abundarent, relictis sedibus, per Græciam tunc gentium uictricem in Asiam penetrarunt, & supra Phrygiam in ubertissimis Cappadociae campis confederunt.

TECTVS, a, um, [Coperto. Gal. *Conuert*. Hisp. *Cubierto*.] $\kappa\epsilon\kappa\lambda\upsilon\mu\epsilon\nu\omicron\varsigma$, particip. passiuum a teco, idem significans quod operus. Ouid. 17. Metamor. Arboribus tecto discumbere iusserat antro. Interdum migrat in nomen, & accipitur pro obscuro, secreto, occulto, non manifesto, Idem 2. de Arte: Hic tibi multa licet sermone latentia tecto Dicere. Cicero ad Petum, libro 9. Itaque tectis uerbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici. Idem 2. de Orat. Ego me hercule, inquit, Antoni semper is fui, qui de te oratore sic predicarem, unum te in dicendo uideri tectissimum. Tectæ oues, eadem quæ a patria Tarëtiæ, siue Græcæ dicebantur, quæ quod mollissimam ferent lanam, pellibus insutæ pascébantur, ne uellera aut conspurcarentur, aut dunnis adhærescerent: qua de re uide Colum. libro 7. capit. 6. Plin. lib. 8. cap. 47. Ouium summa genera duo, tectum & colonicum, illud mollius, hoc in pascuis delicatius. Tecte, aduerbium, latenter, occulte, cuius contrarium est Aperte. Cicer. ad Att. libro 1. Hic dies me ualde Craffo adiunxit, & tamen ab illo aperte, tecte, quicquid est datum, libenter accepi.

TECTVM, $\tau\epsilon\chi$, substantiuum, [Tecto, coperto. Gal. *Toiff*, *conuerture de maison*. Hisp. *El tejado de casa*.] $\tau\epsilon\chi\omicron\sigma\omicron\varsigma$, summa pars domus, qua ceteræ teguntur. Ouid. 12. Metamor. Non secus hæc resilit, quam tecti a culmine grandio. Cic. de Cla. Orat. Sed Atheniensium quoque plus interfuit firma tecta in domicilijs habere, quam Mineræ signum ex ebore pulcherrimum: tamen ego me Phidiam esse malle, quam uel optimum fabrum tigna ium. Quare non quantum quisque proficit, sed quanti quisque sit, ponderandum est. Tectum item figurate pro tota accipitur domo. Cicer. ad Leptam lib. 6. Eius Falernum semper idoneum usum est diuersorio, si modo tecti satis est ad comitatum nostrum. Virg. 1. Aene. Quare agite o tectis iuues succedite nostris,

TECVM, $\mu\epsilon\tau\alpha\delta\omicron\varsigma$, aduerbium compositum ex ablatiuo Te, & præpositione Cum. Plaut. in Milit. Quid nunc taces: tecum loquor.

TEDA, α , [Face, facella, facellina. Gal. *Vne sorte de bris dont on faisoit torches, torche ou falot*. Hisp. *Tea de pino para alumbrar*.] $\delta\acute{\alpha}\varsigma$, $\delta\alpha\delta\iota\omicron\nu$, arbor est ex earum genere, quæ resinam ferunt, abundantior succo, quam reliquæ similis generis, parciore tamen liquidiorque, quam picea, flammis, & luminibus sacrorum etiam grata. Improperie tamen tedas appellamus tum piceæ fatiæ partes imas, tum alia quoque ligna, quæ uel naturali pinguedine, uel oleo piceve illata, faculæ modo lucent. Hinc Cererem Deam Tediferam, poetæ uocant, quod tedas dicitur inflammasse, cum inuestigare uellet filiam proserpinam a Plutone abreptam. Ouid. Episto. 2. Et per tediferæ mythica sacra dex. Teda etiam accipitur pro nuptijs, siue pro ipso coniugio. Mos enim antiquorum erat, ut in nuptijs (inquit Varro) faces & tedæ semper prærent, quod olim non nisi per noctem nubentes ducebantur a Iponis. Virg. 4. Aene. Si non pertesum thalami, tedæque fuisset.

TEDAVIUM, fluuius est in extremis finibus Iapidiæ cuius meminere Plin. lib. 3. cap. 2. r. & Ptol. lib. 2. cad. ult.

TEDEP, (quod hic pro Umbræ opido perperam legebatur.) Vide Tuder.

TEGEA, ρ , $\tau\epsilon\gamma\epsilon\alpha$, opidum Arcadiæ a quo Tegeæus, $\tau\epsilon\gamma\epsilon\alpha\tau\eta\varsigma$, sicut Nemea Nemeæus. unde Pan Arcadiæ Deus Tegeus dictus est. Virg. 1. Geor. Pan ouium custos tua sit tibi Mænala curæ, Adis o Tegeæe fauës. Propertius: Fictilis & calami Pá Tegeæe tui. Ensis Tegeæus, id est, Arcadicus. Virg. 8. Ac. Tunc laerit atq. humeris Tegeæum subligat ensem. Huius uerbis incolæ etiam Tegeates, $\tau\epsilon\gamma\epsilon\alpha\tau\alpha\iota$, dicuntur, a quo rursum deducitur aliud adiectiuum Tegeaticus, $\tau\epsilon\gamma\epsilon\alpha\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$, cum: unde Mercurium Statius Tegeaticum appellat. Et cum Mænalia uoluerit Tegeaticus umbra.

TEGES, $\tau\epsilon\gamma\epsilon\sigma$, $\tau\epsilon\gamma\epsilon\sigma\tau\eta\varsigma$, straguli genus, quam & Stoream appellant ex ulua siue scirpo, aut sparto in lodicis similitudinem, quo uiliores utuntur. Varr. de re rust. Sicque sunt de cannabi, lino, iunco, palmo, scirpo; ut funes, reites, tegetes. Iuue. Satyr. 6. Ausa Palatino tegetem præfert cubili. Colu. lib. 5. cap. 3. Sub ortu caniculæ palmeis tegetibus uineas adumbrabat. Huiusmodi simile quiddam apud nos, e straminibus concinnantur: uulgo nattas uocat.

TEGESSVS, $\tau\epsilon\gamma\epsilon\sigma\tau\eta\varsigma$, Cypri opidum: a quo fit gentile Tegessius siue Tegessus. Stephanus.

TEGETICVLA, α , demin. $\tau\epsilon\gamma\epsilon\tau\iota\kappa\omicron\nu\iota\delta\iota\omicron\nu$, parua teges. Varr. 3. de rust. cap. 8. sed pro columbarijs in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ cannabiæ sint impostæ. Idem lib. 2. cap. 11. Diligentiores tegeticulis subiectis oues tódere solent, ne flocci intereant.

TEGILLVM, li, [Trauicello.] $\kappa\alpha\lambda\upsilon\mu\epsilon\lambda\acute{\alpha}\tau\iota\omicron\nu$, paruum tegmen. Varr. in Sequi. iulysse. Ob aquam a nubibus torta, indicat fore, ut tegillum pastor sibi sumat. Est & Tegillum cuculli uinculum e scirpo. Plaut. Tegillum mihi arctid, si uis, dabo. At Tigillum deminutiuum a tignum est.

TEGIMEN, inis, quod & Tegimen inis, & Tegimentum, $\tau\epsilon\gamma\epsilon\mu\epsilon\tau\omicron$, [Coprimento, coperta, copercchio. Gal. *Conuerture, couuercle*. Hisp. *Cobertura*.] $\tau\epsilon\gamma\epsilon\mu\epsilon\tau\omicron$, quod aliquid tegit. Cicer. 5. Tul. Mihi amictui Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile tera. Liu. 5. ab Urb. Magna strages facta est, multosque imperitos nandi, aut intalidos graues loriceis, aliisque tegminibus, hausere gurgites. Virg. 1. Eclo. Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Lucr. lib. 1. nec res ulla geri sub cæli tegmine posset. Tegimen, inis, idem. Ouid. 3. Metamor. Tegimen direpta leoni Pellis erat. Idem. 1. Metam. Desilit in terras, illic Tegimenque remouit. Tegumen, inis, idem. Liu. 1. ab urb. Et super tunicam æneum pectori tegumen, cælestique arma, quæ ancilia appellantur, ferre. Tegumentum, $\tau\epsilon\gamma\epsilon\mu\epsilon\tau\omicron$, idem. Cicer. de Natu. Deor. Palpebræque, quæ sunt tegumenta oculorum mollissimæ tactu ne læderent aciem aptissimæ factæ. Cæf. 2. Bell. Gal. Vt non modo ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas scutisq. tegumenta detrahenda tempus defuerit.

TEGO, $\gamma\iota\varsigma$, $\chi\iota$, $\acute{\alpha}\tau\omicron\mu$, [Coprive. Gal. *Coauuir*. Hisp. *Cubrir*.] $\kappa\alpha\lambda\upsilon\mu\epsilon\tau\omicron$, operio. Plin. lib. 13. cap. 18. Radicem lotos hæc habet operam nigro cortice, qualis & castaneas tegit. Prop. lib. 4. Eleg. 3. Et textit galea barbara molle caput. Ouid. 1. Amor. Elcg. 5. Pugnabat runica se tamen illa tegi. Idem 1. de Arte. A. quote quot pisces, fronte teguntur aues. Per translationem Tegere accipitur pro $\kappa\upsilon\upsilon\phi\eta\tau\iota\nu$, Mar. Quod tegitur, maius creditur esse malum. Cicer. pro Quin. Id te admisisse concedis, quo ne mendacio quidem tegere possis. Item defendere, conseruare, Salust. in Cat. At Romani domi militiæ que intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obuiam ire, libertatem, patriam, parentes, armis tegere. A Tego sunt composita Contego, Detego, Obtego, Pertego, Prætego, Protego, Retegeo, Supertego, quorum significata supra explicauimus suis locis.

TEGVLA,

- TEGULA**, tegula, [Coppo, tegola. Gal. Tuile. Hisp. La taje de tejado.] κέρμυς, dicti est, quod domos tegat. Teie. in Eunu. Deum iele in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas Venisse clanculum per impluuium, fucum factum m. dieri. Plaut. in Mil. Quod meas confregi, h. imbrices & tegulas. Cic. ad Att. l. 9. De isto licet bene speres promitto tibi, si ualebit, tegulam istam in Italia nullam relicturam. Cato. c. 14. In tectum sic n. m. trahitur tegula integra, quæ erit. Tegula autem quæ ad balneas adhibentur, a laxitate dicuntur mammatæ. Collicæ autem uocantur teste Festo, quibus aqua, ueluci quibusdam canalibus, in uas aliquod, uel putcum deriuatur.
- TEGVLVM**, p. c. [Coperta, tegoli, embrixi. Gal. Couerte, tuire. Hisp. Cobierita, taja de tejado.] τετραμερές, τέγος, idem quod tegumen. Plin. lib. 10. cap. 36. Tegulo enim aquaticarum arundinū domos suas Septentrionales populi operiunt.
- TEGVMENT**, & Tegmentum, uide in dictione Tegmen.
- TEGYRA**, τήγυρα, Bœotie urbs, in qua Apollinem natum uolunt, qui inde Tegyrius cognominabatur. Stephanus.
- TEIVN**, quod hic pro Paphlagoniæ, seu Ponti urbe legebatur, uide Tium. Pro Ionica autem urbe, Anacreontis poetæ patria, lege Teos.
- TELA**, τὴν, [Tela. Gal. Toile. Hisp. Telo.] ἵσος, quod texendo conficitur. Ter. in Heaut. Mulier telam deserit continuo. Virgil. l. Aene. Percutere pectine telas. Ouid. epist. 1. Lassarit uiduas pendula tela manus. Telam exordiri, prouerbialiter dictum, pro eo quod est, technam aliquam incipere & aggredi. Plaut. in Bacc. Exorsa hæc tela non male est omnino mihi.
- TELAMON**, τελαμών, rex Salaminis in insula, Aeci filius, frater Pelei, & Pater Aiæcis, qui ab eo Telamonius cognominatur. Ouid. l. 3. Met. Ne mandate mihi melius Telamonius ibit. Est & Telamon Vmbriæ portus. Plin. lib. 3. cap. 5.
- TELAMONES**, ἄτλαντες, in ædificijs dicebantur hominum simulara, quæ gibbosa fere figura affingebantur, ut columnas, uel multos dorso sustinere, & ipso pondere propemodum succumbere uiderentur. Græci Atlantas uocant, similitudine sumpta ab Atlante Mercurij auo, quod quemadmodum ille cælum suis humeris, ita hi ædificium fulcra uideantur. Vide de hoc plura in dictione Atlas.
- TELANDROS**, τήλανδρος, Lyciæ opidum est, apud Plin. libro 5. cap. 27. Item insula in mari Lycio, cuius meminit idem Plin. libro 5. cap. 31.
- TELANES**, τήλαν, urbs antiquissima Phrigiæ, quam Ninus inhabitauit ante Ninuam conditam. Auctor Stephanus.
- TELCHINIS**, Carpathij maris insula, quæ notiore nomine dicitur Rhodos: ita dicta a Telchinibus, qui olim eam insulam tenuerunt. Vide Strab. lib. 10.
- TELCHINES**, p. p. τελαχίνες, filij Mineræ, & Solis, uel, ut alij malunt, Saturni & Aliopes, qui olim Rhodum insulam tenuerunt: unde et Rhodus ipsa dicta est Telchinis. Hos quidam maleficos homines fuisse prouiderunt, aspectu solo omnia effascinantes. Quorum sententiâ secutus est Ouid. l. 7. Met. sic scribens: Phœbeamq. Rhodon, & Ialyfios Telchinas, Quorum oculos ipso mutantes omnia uisu Iuppiter exosus fraternis subdidit undis. Alij eosdem faciunt cum Curetibus & Dactylis Idæis, summosque artifices fuisse tradunt: ueneficiorum autem infamiam ab illorum æmulis fuisse dispersam. Vide Strab. lib. 10.
- TELCHIVS**, τέλχης, alter ex Castoris & Pollucis aurigis, qui una cum Amphito Dioscuriadem urbem apud Colchos traditur condidisse, referente Plin. lib. 6. cap. 5.
- TELEBOÆ**, τηλεβόαι, Aetoliæ populi fuerunt, latrocinio infamati. De quibus Aristoteles in Politicis, In Acarnanum politia quâdam Acarnaniæ partem Curetes habent: spectantem uero in occasum plagam Leleges tenent: reliquam inde Telebœ. Alij dicunt fuisse Caprearū populos, quos Telon suo regebat imperio: quod & Seruius annotauit in illud 7. Aeneid. Nec tu carminibus nostris indictus abibus Oebale, quem generasse Telon Sebechide nymphea Fertur, Telebœum Capreas cum regna teneret Iam senior.
- TELEBOAS**, τηλεβόας, unus ex Centauris, Ixionis ex nube filius. Ouid. libro 12. Metamor. Cthonius quoque Teleboasque Ense iacent nostro.
- TELEGONVS**, p. e. τηλεγονός, filius fuit Vlyssis ex Circe, qui cum iâ adoleuisset, uidendi patris cupidus, in Ithacam nauigauit: cumq; a ministris paternis incognitus aditum prohiberetur, aliquot ex ijs occidit. Ad quem tumultum excitus Vlysses, cum & ipse iam senior suis opem ferret, a filio suo est occisus offe piscis cuiusdam, qui a Græcis Xiphias dicitur. Quod ubi cognouit Telegonus, relicta Ithaca, in Italiam uenit, ubi Tusculum condidit. Ouidius: Et iam Telegoni, iam mœnia Tyburis udi Stabant, agricolæ quæ posuere manus. Diuus est autem Telegonus, quasi sero & in senectute genitus, & unicus, post quem genitum non est alium parere.
- TELEMACHVS**, τηλεμαχος, Vlyssis ex Penelope filius, quem ad Troiam proficiscens apud matrem reliquit, eandemque postea in ulciscendis procijs habuit adiutorem. Ouid. in epist. Penelope: Tres sumus imbelles numero sine uiribus: uxor, Laertesque senex, Telemachusque puer.
- TELEMVS**, τέλεμος, teste Hom. in Odyss. & Theocrito in Bucolicis Eurymi filius, & inter Cyclopes uates egregius, qui Polyphemo prædixit, quæcunque postea ab Vlyssæ passus est. Huius meminit Ouid. lib. 13. Met. Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales, Terribilem Polyphemon adit: lumenque, quod unum Frôte geris media, rapit tibi, dixit, Vlysses.
- TELEPHANES**, τηλεφάνης, ad regnum Lydorum Cumis ex oraculo accersitus, qui antea currus factitabat. Fuit & eius nominis tibicem, cuius meminit Demosthenes in oratione contra Midiam.
- TELEPHVS**, τέλεφος, Myrorum rex fuit & Hercules filius, ex Ange nympha, qui cum aui iussu in siluis expositus esset, a cerua aliquandiu dicitur educatus. Quæ res tantam futuræ claritatis opinionem de eo præbuit, ut mox a Myria rege adoptatus sit, & regni hæres instituitur. Factus itaque Myrorum rex, cum Græcos ad Troianam expeditionem proficiscentes prohibere conaretur, ne per Myriam iter facerent, ab Achille uulneratus est. Cuius plagæ cum nullum satis efficax inueniretur remedium, oraculo responsum est, fore, ut eadem hasta, qua uulneratus erat, sanaretur. Reconciliatus itaque Achilli ab eo impetravit, ut ex hastæ, qua ictus erat, rubiginem malagiam conficeretur, & uulneri suo imponeretur: quo facto statim sanitatem est consecutus.
- TELEPHVS**, alter Pergamensis Grammaticus, qui multis editis uoluminibus quæcumque Grammaticum scire conuenit pertractauit. Vide Suidam, qui scripta eius nominatim enumerat.
- TELESILLA**, mulier fuit poetria nobilis, cui etiam apud Argos ante Veneris templum statua posita est, scribit Paulus.
- TELESTO**, us, τελετώ, nomen nymphæ Oceani & Tethyos filia. Heliod. in Theog. Μη τις τ' Ἐυρωσμένη τέ, τελετώ τε κροίον πεπλος.
- TELICARDIOS**, gemma colore cordis existens, Persis maxime grata quam & Muculam appellant. Plin. lib. 37. cap. 10.
- TELINVM VNGVENTVM**, τήλινον μύρον, Menandri poetæ ætate summo erat in pretio. Constat autem ex oleo recenti, cypero, calano, meliloto, melle, melino, maro, amaraco, & sænogræco: a quo tum postremo nomen accepit. Græci enim sænogræcum τήλινον, appellant. Alij tamen a Telô insula, in quo optimum conficiebatur, dictum putant. Vide Plin. libro 13. cap. 1.
- TELLEN**, τέλλων, tibicem; & poeta ineptissimus, cuius meminit Diarchus Messenius apud Zenodotum. Hinc ortum est prouerbium, Cane Tellenis cantilenas: quod quidam dici putant de dicacibus seu mordacibus: quidam de inepte loquaculis. Sunt enim qui tradant, hunc locos quosdam uersibus lepidissimis descripsisse, non si ne multo sale sconiatur.
- TELLIAS**, τέλλης, Herodoto lib. 8. uates fuit Eleus, qui Phocensibus cum Thessalis bellum gerentibus. rem huiusmodi commentus est: sexcentos uiros e Phocensibus præstantissimos, gypso, tam ipsos, quam arma, illinit, eosque sub noctem in Thessalos dimisit, dato præcepto, ut quemcumque albicantem non cernerent, eum obtruncarent. Hos primum Thessalorum excubitores prodigium quoddam esse arbitrati: deinde ipsi exercitus adeo exhorruerunt, ut tribus millibus æorum atque scutorum Phocenses potiti sint.
- TELLVS**, telluris, [La dea della terra,] βία, κηβέλη, terræ Dea est. Cic. 3. de Nat. deo. Iam si est Ceres a gerêdo (ita enim dicebas) terra ipsa Dea est, & ita habetur: Quæ est enim alia Tellus, nisi terra? Non raro tamen Tellurem pro ipsa accipimus, terra, quemadmodum Cererem pro ipsis frugibus. Plin. lib. 2. c. 5. Vitalem hunc spiritum & per cuncta rerum meabilem, totoq. consertum: cuius ui suspensa, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem. Vir. l. Aeneid. Ac magno telluris amore Egressi, optata potiuntur Troes arena. Vbi Seruius: Tellurem pro terra posuit, cum Tellurem deam dicamus, terram elementum: ut plerumque Vulcanum ponimus pro igne.
- TELLVS**, τέλλος, Atheniensis quidam fuit, genere non admodum claro, qui uita integerrime acta, honestissimam pro patria, fuisse iam hostibus mortem occubuit, liberis omnibus superstitibus publicoq. funere in rogam illatus, Quamobrem non dubitauit Solon, eum mortalium omnium felicissimum iudicare. Vide Plutarchum in Solone, & Herodotum lib. 1.
- TELMESSVS**, τελεμιστός, Ptolem. siue Telmissus τελεμιστός, Straboni, Stephano, & Suidæ, opidum Lyciæ, uel (ut Ciceroni placet) Cariz, aruspicum disciplina in primis excellens: cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 27.
- TELO**, onis, [L'acino,] a rusticis dicitur instrumentum longum ex ligno,

gno, quo utuntur ad aquam e puteis hauriendam. Hispani Ciconiam uocant, a similitudine rostri ciconiarum. Hæc Siphontinus.

TELEONIVM, p.e. corr. [Banco. Gal. Banque. Hisp. El aduana.] *τελόγιον*, mensa publicanorum, ubi uestigial exigitur: a Græco nomine *τέλος*, quod inter cætera uestigial significat. Vnde *τέλωνες*, siue *τέλωται*, dicuntur, qui uestigialia exigunt.

TELOS, [Fines.] *τέλος*, Latine finis, honor, legio, tributum, uestigial, pensio. Cicero. 3. de Fin. Sentis enim credo me iandiu quod *τέλος*, Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum: licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere. Est ite *Telos*, *τέλος*, insulæ nomen unius ex Sporadibus in qua conficiebatur præstantissimum unguentum, quod ab ea Telinum dicebatur. Plin. lib. 4. cap. 12. *Telos* unguento nobilis, a Callimacho Agathusa appellata.

TELPHVSIA, *τέλφωσα*, urbs in Arcadia, a Telphussa Ladonis filia nomen habens. Est & Telphussa, siue (ut alij malunt) Tilphosia fons Bœotia gelidissimus, quem cum Tiresias iam senex potasset, statim extinctus est, calore nimirum interno tanta frigoris vi oppresso.

TELVM, li. [Arma, dardo, siffo, pietra, lancia, bastone. Gal. Vn trait, dard, fleche. Hisp. El tiro, a quello que se tira, toda arma que se puede arrojar, como dardo, o lanza, o piedra, o baxcona, o alenosa, o saeta.] *τέλος*, *τόξον*, dicitur omne quod manu iacti potest: quo nomine lapis, lignum, plumbum, & ferrum continetur. Dicitur ab eo quod in longinquum mittitur. Nam apud Græcos *τήλας*, siue *τηκῆς*, longe significat. Festus. Tela proprie dici uidentur ea, quæ missilia sunt: ex Græco uidelicet translato eo nomine, quia illi *τηλόθεν*, missa dicunt, quæ nos eminus: sicut arma, ea quæ ab humeris dependentia retinentur manibus. Ouid. 8. Metam. Ex humero pendens resonabat ebur nea læuo Telorum custos, arcum quoque læua tenebat. Virgil. 10. Aen. At puer Ascanius muro, fossisq. tenetur Tela inter media, atq. horrentes Marte Latinos. Non raro tamen tela pro quibus libet armis accipimus, etiam ijs, quibus cominus aut salutem tuemur, aut alium oppugnamus. Cicero in Catil. Qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum esset efferret. Intendere telum in iugulum nocentis, est caput alicuius per accusationem petere. Plin. epist. 9. l. 3. Si quam haberem in dicendo facultatem, in iugulum nocentis quasi telum aliquod intenderem. Tela ad manum subministrare, apud Quin. Telum reuellerem. Cicero in Pis. In me de corpore reipua tuorum scelerum tela reuellentem.

TELYS, Sybaritarum tyrannus, teste Herodo. lib. 5.

TEMERIVS, flumini iuxta Pontum, teste Orpheo in Argon.

TEMERARIVS, [Temerario, inconsiderato. Gal. Temeraire, inconsideré, indiscret, mal auisé. Hisp. Osado y sin razon, desatinado.] *τέμωρος*, dicitur, nõ qui plus audeat, quam oportet: sed qui facile, nullo adhibito consilio, credit. Ouid. ep. 6. Utinam temeraria dicar Crimibus falsis insinulasse uirum. Haud temerarium est. Plaut. in Afin. Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? haud temerarium est. Plin. libro 17. cap. 22. Temerarium est, ante crassitudinem pollicarem uiti imperare. Liu. 7. Bell. Pun. Ad consilium prima specie temerarium magis, quam audax, animum adiecit. Ouid. 8. Metam. Licet eminus esse Fortibus: Antæ nõcuit temeraria uirtus. Hinc Temeritas & Temeritudo, Pacuius: Egon tyranni non noui temeritudinem? Cicero pro Marcel. Numquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. Idem 2. Offic. Temeritate enim remota gratissima est liberalitas.

TEMERE, aduerbium, [Inconsideratamente, Stoltamente, senza ragione. Gal. Legierement, ala volée, sans iugement, ne consideration. Hisp. Osadamente, sin consejo y sin razon.] *τέμωρος*, *παραλόγως*, inconsiderate, stulte, inconsulte, Ter. in Hec. Vide ne quid temere agas. Idem in Phor. Quam sæpe forte temere eueniunt, quæ non audeas optare. Virg. 9. Aeneid. Temere inter tela iacentes. Cicero de Inue. Domus ea, quæ ratione regitur, omnibus instructior est reb. & apparatus, quam ea, quæ temere & nullo consilio administratur. Quidam etiam usurpant pro fere, Liu. non temere in certa casum reputat, quem fortuna numquam decipit. Quintil. libro primo Instit. illud ingeniorum, uelut præcox genus, non temere umquam peruenit ad frugem. Nonnumquam sine causa, ut, Temere non est, pro non abs re. Terent. in Phor. Non pot. Temere est, quod tu tam times. Cicero ad Figulum libro quarto Non scribo hoc temere. Cicero de Natur. Deor. Idque euenit non temere, nec casu. Temere, sine periculo, Plaut. in Bacch. Rapidus fluuius est, non hac temere transiri potest. Temeriter aduer. idem quod temere, Accius in Amphitryone: Hoc in re est, quod tu tam temeriter meam beniuolentiam interijisse es ratus.

TEMERO, as, p. c. [Macchiare, contaminare. Gal. Violer & gâster, souiller, maculer. Hisp. Violar, macular, corromper.] *τέμωρος*, scelero, corrumpro, contaminatio. Ouid. 15. Met. Parcite mortales dapibus temera-

renesandis Corpora Idem 1. de Arte: At non Actotides lectum temerari Achilus. Temerare pro uolare, ituprare, Tacit. libro 20. Eandem in matrimonio M. Agrippæ temerauerat. Temeratus, a, um, participium. Ouidius epist. 16. Ausus es hospitij temeratis adueni sacris Legitimam in præpolicitare hîdem. Luit. 6. Bell. Punic. Sepulcra inuolunt uulsa, temerata, ac uiolata. Temerator, urbane, pro salario in l. h. quis obreperit, ad legem Corneliam de falsi. Hinc Intemeratus, integer, incorruptus, inuolatus. Virgilius secundo Aeneid. Per, i qua est, quæ restat adhuc mortibus usquam Intemerata fides oro.

TEMESA, æ, uel Temese, es, p. c. *τεμῆσι*, Strabo. urbs est in agro Bruttio, ab Ausonijs condita, olim aristodina nobilis: quæ deinde mutato nomine Tempia uocata est. Plin. lib. 3. cap. 5. Tempia, inquit, urbs, a Græcis Temete dicta. O. id. 5. Met. Thurinosque inuis, Temeseque & I. pygis arua. Inde fit adiectiuum Temesæus, a, um, *τεμῆσιος*, ut Aes Temesæum. Ouid. 7. Met. Quamuis Temesæa labores Aera tibi minuant.

TEMETVM, ti, [Vino,] *μέθυ*, idem quod uinum: ita dictum, quod tenet, hoc est, labefactet mentem. Plaut. in Aul. Cererine Strobili has facturi nuptias? STI. Qui? STI. quia tem ti nihil allatum intelligit. Liu. 10. ab Urbe: Vouerat foui uictori, si legiones hostium sudaret, pocillum mulsi, prius quam temetum biberet, se se factum. Horat. 2. epist. 2. penultimam dictionis huius syllabam producit, cum apud Iuuenalem corrumpitur. Te, inquit, dominum tenit: das nummos, accipis uuas, Pullos, oua, cadum tem: ti: neque modo isto Paulatum mercaris agrum. Hinc Temulentus, a, i, uolentus, ebrius. Terent. in Eun. Temulenta es. P. utinam sic sint, qui nihil male uolunt. Temulentia, æ, ebrietas. Plin. lib. 14. c. 2. Si quidem temulentiam sola non facit. Idem libro 14. Cato neo propinquos scemimis osculum dare iussit, ut scirent, an temulentum olerent, hoc tum uino nomen erat. Vnde & temulentia appellata. Per contrarium sobrius, qualis sine temetum. Temulenter, aduerbium. Columel. libro 8. caput. octauo. Iam nunc Gangeticas & Aegyptias aues temulenter eructant.

TEMNITES, *τημνίτης*, gentile est a Temno deductum Aëolis urbe. Cicero pro Flacco. Heraclides ille Temnites homo ineptus & loquax.

TEMNO, nis, tempsi, temptum, [Sprezzare.] *κατοποισέω*, sperno, a *τέμνω*, quod incido, resecocoque significat, quoniam quæ spernum, s. amputare & resecare consueuimus. Virg. 1. Aene. di genus h. manuum, & mortalia temnis arma. Hor. 2. Ser. Saty. 2. Ieiunus stoma. chus raro uulgaria temnit. Hinc Coutemno, conpolitam, de quo suo loco.

TEMNOS, *τήμνος*, Stephano & Straboni, urbs est Aëolis, Hermogenis Rhetoris patria. Cicero pro Flacco. Temni uique ad illam ætatem in senatum uenire non potuit: & qui se artem dicendi traditurum etiam ceteris pollicebatur, ipse omnibus iudicijs turpissimis conuictus est.

TEMON, onis, [Temone. Gal. Le timon ou timon d'un chariot ou charette. Hisp. Timon del arado o pertigo.] *πέδιδος*, lignum in curru, inter equos intermedium continetur iugo in curru, uel plastro. Oui lib. 2. Men. Aureus axis erat, temo aureus, aurea summe Curuatura rotæ. Liu. 7. Bel. Mac. Cuspides circa temonem ab iugo decem cubita exstantes, uelut cornua habebant: quibus quicquid obuium daretur, transfigerent. Temonem pro stipite Col. posuit, siue pro ligni transversarijs & longujs, lib. 6. c. 18. Hinc solo septenum pedum stipites recti ab utroque latere quaterni applicantur. Ii autem in ipsi quattuor angulis affixi sunt, omnesque transversis sex temonibus, quali uacæ inter se ligantur. Budæus.

TEMPE, *τέμνη*, neu. genere, & numero plurali, proprie Thessalica loca quinquæ millia pass. longitudine, & ferme sex latitudine, Peneo amne irrigua, cuius ripæ & gramine uiridi amœnissimum squæ uestiuntur arboribus. Ouid. 1. Metam. Est nemus A. monia prærupta quod undique claudit Sylua, uocant Ten. pe. per quæ Peneus ab imo effulus Pindo ipumolus uoluit undis Sunt & Tempe in Bœotia, quæ Teumelia dicuntur, a Temesse monte Bœotia, ab Ouid. Cygnetia dicta. Sunt & alia in Sicilia, a nomine amnis Helonia. Denique quælibet loca amana, nemora præferim, atque aquas habentia, *καταχρηστικῶς*, Tempe, uocamus. Virgil. secundo Georg. Speluncæ, uiuique lacus, ac frigida Tempe.

TEMPERAMENTVM, ti, [Temperamento. Gal. Temperement. Hisp. Temperanza.] *μετρίτης*, id est quod inuentio siue moderatio, modus, mediocritas. Cicero 3. de Leg. Inuentum est Temperamentum, quo tenuiores cum principibus se æquare putant. Plin. Tali adhibito temperamento, ut nec laxet nimis, nec arctum esse patiatur Temperamentum linguæ, id est, linguæ continentia, Liu. 8. Bel. Puni. Et si nulla alia re, modestia ceræ, & temperamento linguæ adolescens senem uicero, A medicis Temperamentum

mentum, *ἁρμόσις*, appellatur proportio quattuor primarum qualitatum in corpore misto. eiusque nouem constituunt differentias. Nam aut æqualis est omnium qualitatum proportio: eaque constituit, iustum legitimumque temperamentum, quod est ueluti canonicum & norma reliquorum: Aut inæqualis: idque rursus duobus modis. Nam aut unica est qualitas reliquis excellens tribus se moderate habentibus, indeque emergunt quattuor simplicia temperamenta: aut ad summum duæ reliquis prævalent duabus: unde rursus oriuntur quattuor alia temperamenti genera, quæ composita dicuntur.

TEMPERANS, ANS, [*Temperato. Gal. Bion, temperé, portè, & rasis. Hisp. Elque tiene templan. ἁρμόσις*], moderatus, continens. Cicer. pro Fonteio: Vir frugi, & in omnibus uirtutibus moderatus, ac temperans, plenus pudoris, plenus officij, plenus religionis.

TEMPERANS, ADEUS, [*Temperat. ante. Gal. Moderement, atrempement. Hisp. Templadamento. ἁρμόσιος, μετρίος*], idem quod temperate, seu moderate. Cic. ad Att. lib. 9. Nam quod ais, si hic temperatius egerit, consideratius te consilium daturum Temperanter haberi. Tacit. lib. 4. Vel cum patres polerent poscenda uulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur.

TEMPERANTIA, A, [*Temperan. ἁρμόσις, modestia, continen. ἁρμόσιος. Gal. Temperante, atrempence. Hisp. Templança. ἁρμόσιος*], ut Cic. lib. 3. d. Inuent. ait, est ratio in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi, firmas, & moderata dominatio. Huius partes sunt continentia, clementia, modestia. Temperantia (inquit Seneca) uoluptatibus imperat: alias odit atque abigit, alias dispensat & ad sanum modum redigit. Cic. ad Lentulum l. 1. Epi. no. si enim temperantiâ & moderationem naturæ tuæ. Idem. 5. Tusc. Temperantia est moderatrix omnium commotionum. Plin. lib. 2. cap. 5. Multo utilissima est temperantia in cibis.

TEMPERATURA, A, [*Temperatura, complexion. Gal. Atrempence. Hisp. Templança. ἁρμόσις*], idem quod temperamentum, id est proportio partium simplicium, quæ constituunt corpus mistum: ut cum quædam calidæ, frigidæ, humidæ, aut siccæ temperaturæ esse dicimus. Nonnumquam accipitur pro ipsa mixtura, cum æris temperaturam statuariam, formalem, uel tabularem dicimus. Plin. libro 34. cap. 9. Sequenque æris temperatura statuariæ est, eadem que tabularis, hoc modo Et paulo post: Appellatur etiam nunc formalis temperatura æris tenerissimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarij uigesima. Temperatura ferri. Pl. Ferrum a rubigine uindicatur cerussa & gypso & liquida pice, hæc est temperatura a Græcis antipachia dicta. Temperatura cæli, idem quod temperies. Var. Quæro, utrum hoc adduxerit cæli temperatura, an terræ bonitas.

TEMPERATUS, A, siue nomen ex participio. [*Temperato, modesto. Gal. Tempré. Hisp. Templado. μετρίος*], idem quod moderatus, mediocriter, modestus. Plin. lib. 11. cap. 37. Lux temperato repercussu non obstrepat. Cic. 1. de Diu. Si modo temperatis elcis, in modicisque potationibus est effectus. Horat. 3. Carm. Ode. 3. Aequam mento rebus in arduis seruare mentem: non secus in bonis, Ab insolenti temperatam lætitia, moriture Deli. Cic. ad Att. lib. 4. Hominem in summa magnitudine animi, multa humanitate temperatum perdidimus. Idem pro Fonteio. Ille igitur ipse homo sanctissimus & temperatissimus multa audiuit in sua causa, quæ ad suspensionem stupororum, ac libidinum pertinerent. Temperator oratio. Cicer. 2. de Ora. Neque est nulla temperator oratio, quàm illa, in qua asperitas contentionis, orationis ipsius humanitate conditur.

TEMPERATE, [*Temperatamento, mediocrement. Gal. Temperément, moderément. Hisp. Templadamento. ἁρμόσιος*], moderate, mediocriter, & quodam cum temperamento. Cato. c. 69. Vbi temperate tepebit, tum cuminum indito, postea linito. de dolio loquitur. Cic. ad Att. lib. 12. Ages, ut scribis, temperate.

TEMPERATIO, ONIS, [*Temperatiōe, complexion. Gal. Atrempement. Hisp. Templança. ἁρμόσις*], idem quod temperamentum. Cic. 4. Tusc. Corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, quibus constat sanitas. Cic. 1. Tusc. Nec fit quicquam, nisi corpus unum, & simplex, ita figuratum, ut temperatione naturæ uigeat, & sentiat. Temperatio æris id est mixtura. Aliquando idem ualeat quod moderatio, siue gubernatio. Idem 2. de Diuin. Hoc temperatio lunæ, cælique moderatio efficit.

TEMPERATOR, ORIS, uerbale: [*Temperatore. Gal. Qui temper. Hisp. Templador. ἁρμόσιος*], moderator, gubernator. Mart. lib. 1. Sed in quieto Armorum fato temperator ambit: Cic. in Ora. Et quasi temperator huius tripartitæ uarietatis.

TEMPERIES, IEI, [*Temperan. ἁρμόσις, complexion. Gal. Atrempence. Hisp. Templança. ἁρμόσιος*], temperamentum, seu status cæli. Plin. Iunior. in 91o saluberrima ætis aeris temperies. Ouid. 2. de Pon. Ele. 7. Temperie cæli corpusque animusque iuuatur. Plin. Episto. 107. Atque adeo, ut omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cæli, regionis situm, uillæ amœnitatem. Quandoque tempe-

ries accipitur pro temperantia. Stat. lib. 2. Sylva. Temperies laque morum Temperies, tenorque animus in uirior æuo. Quandoque pro temporis commoditate ad aliquid agendum, Plinius: Sic iudicatur anni temperies alibi tardius, alibi maturius.

TEMPERO, AS, [*Temperare. Gal. Temperar. Hisp. Templar. συγκεντρώνω*], rem suo ordine ac mensura administro, moderor. Cic. 1. Tus. Rem pu. uero nostri maiores certe melioribus temperarunt & institutis, & legibus. Sic dicimus Temperare uinum aqua, Temperare iram sedato animo, Temperare ferrum flammis & ictibus. Temperamus ite itylum, calamm, & huiusmodi, id est concinnamus. Temperare datiuo iunctum significat abstinere, ut, Temperare alicui, pro abstinere ab iniuria inferenda. Cicer. 3. Ver. Te putet quisquam, cum ab Italia freto disiunctus esses, socijs temperasse: qui ædem Castoris testem furtorum tuorum esse uolueris? Sibi temperare. Cic. pro Flac. Ut qui ante dictum testimoniū sibi temperarit, cum tamen aliquod, &c. Temperare uino: Temperare ab iniuria: Temperare in amore, & multa alia, id est, abstinere, Temperatum est, impersonale, pro abstinuerunt. Liu. lib. 1. ab Urb. condita: Vnaque hora quadringentorum annorum opus quibus Alba iterata, excidio ac ruinis dedit: templis tamen Deum temperatum est. Huius composita, sunt Attempero, Obtempero, de quibus suis locis.

TEMPESTAS, ATIS, [*Tempestas, tempo, bonaccia, fortuna. Gal. Tempeste. Hisp. Tiempesta. ἁρμόσιος*], modo idem significat, quod tempus, *ἁρμόσιος*, Plau. in Casi. Ea tempestate hos poetarum fut. Salust. in Jugur. Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures noui & ignobiles. Modo tranquillum & serenum tempus, Cæf. 4. Bel. Gal. Nactus idoneam ad nauigandum tempestatem, tertia fere uigilia soluit. Cicer. ad Q. Fra. libro 2. Primam nauigationem (dummodo idonea tempestat sit) ne omiseris. Virgil. lib. 9. Aeneid. Vnde hæc tam clara repente Tempestat? Modo in malam partem accipitur, ut idem sit quod procella, turbo, grando, & generaliter quouis cæli iniquior status, Plau. in Molt. Tempestat uenit, Confringit tegulas imbricesque. Plin. Hunc diem festum tempestatibus leniendis ferunt institutum. Idem: Tempestatibus uocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque similia intelliguntur, quæ, cum ac ciderint, uis maior appellatur. Tempestatibus alicuius subire, Cicer. ad Caton. lib. 15. Mitto, quod inuidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestatibus & subieris, & multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris. Inuidiæ tempestatibus. Cic. in Catil. Tamesti uideo, si mea uoce ire in exilium animum induxeris, quanta tempestatibus inuidiæ nobis, si minus in presens tempus recentis memoria scelerum tuorum, at in posterum impendat.

TEMPESTIUIVS, A, um, [*à tempo. Gal. Tempestique. Hisp. Tempestiuo. ἁρμόσιος, ἀχαιρός*], opportunum & quod suo tempore fit. Virgil. lib. 1. Geo. Aut tempestiuam siluis euertere pinum. Hinc Tempestiuitates, pro opportunitate. Plin. lib. 10. cap. 34. Columbæ præparantes tempestiuitatem cibo. Cicer. de Senect. Sua cuique partitæ ætatis tempestiuitas est data. Tempestiue, opportune, & suo tempore, Plin. lib. 16. cap. 36. Cædi solebant tempestiue usque ad Antigenem tibicenem. Cic. 2. de Nat. deor. Neque enim ferendi, neque colendi, neque tempestiue demetendi, percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi ulla pecudum scientia est. Horum contraria sunt, Intempestiuus, & Intempestiue: quorum significata explicantur suis locis.

TEMPESTIVOSUS, [*Tempestoso. ἁρμόσιος, ἀχαιρός*], procellosus, tempestate turbatus. Gel. mare seuum ac tempestuosum erat.

TEMPESTVS, A, um, [*à tempo. Gal. Fait en temps. Hisp. Cosa à buon tempo*], antiqui dicebant tempestiuus: unde Intempestus pro Intempestiuus: ut, Nox intempesta, quod minime tempestiua sit rebus agendis.

TEMPLVM, TEMPLI, [*Tempio, Chiesa. Gal. Temple. Hisp. Templo*], proprie locus, uel in cælo notatus ab augure, uel in terra: a tuendo, id est conspiciendo dictum, quod ex omni parte, uel quod ex eo omnis pars aspici possit, ut ait Donatus. Primo autem cælum ipsum dictum est templum, quia ipsum primo tuemur. Enn. Contremuit templum magnum Iouis altitonantis. Eius partes quatuor esse dicuntur, Sinistra ab Oriente, Dextra ab Occasu, Antica ad Meridiem, Postica ad Septentrionem. In terris autem dictum est Templum quod quibusdam conceptis uerbis ab augure finiebatur, unde tueri quancumque cæli partem commodè possit. Hinc Contemplo, siue Contemplor, pro diligerent intueor, in hoc templo per augures constituto senatusconsultum fiebat, & nisi in eo fieret, non erat iustum. Ab hoc templo non solum ædes sacræ, sed alia loca septa, & unum tantum introitum habentia, dici templa cœpere. Quippe Curia Hostilia templum erat, licet sacra non esset. Cicero pro domo sua: Curia est sedes ac templum publici consilij. Templum, ædes sacræ: Cicero. 6. Verr. Hæculis templum est apud Agrigentinos non longe a foro, sane

sane sanctum apud illos, & religiosum. Vir. & Aen. Teucros uocat
 alta in templa sacerdos. Templa linguæ, id est partes, loca, apud
 Lucre. lib. 4. Mentis templa, apud eundem libr. 5. Pro interioris
 animi secretis, Idem Templum uocatur tignum, quod in sacro
 edificio transuersum supra canterios ponitur, ut inquit Festus.
 Vietu. libr. 5. Et canterij prominentes ad extremam suggrundatio
 nem, supra canterios templa. Item sepulchrum dicitur tem-
 plum, Virg. libro 2. Præterea fuit in tectis de marmore templum
 Coniugis antiqui. Hæc Siphontinus ex Varr. de Lin. Lat. Felto,
 & Nonio. A templum fit aduerbium Ex templo: de quo supra
 suo loco.

TEMPORALIS, le, ὁρῶσιμον, quod ad tempus durat. Quin. lib. 6. ca.
 3. Adijciunt quidam petitorum, πᾶθος, Temporale esse: opponit
 eam æterno. Interdum quod ad tempus fit, ut, Téporale théa-
 trum, apud Pli. li. 36. cap. 15.

TEMPORANEVS, α, um, ὁρῶσιμος, quod ad tempus pertinet, siue
 quod subito & in tempore fit. Vnde extemporaneum, pro subita
 rio, ac impræmeditato. Contemporaneum, quod est eiusdem tem-
 poris, & Græce ὁρῶσιμον, dicitur.

TEMPORARIE, [à tempo,] ὁρῶσιμος, significat ad tempus.

TEMPORARIVS, α, um, ὁρῶσιμος, quod non est perpetuum, sed ad
 tempus durans. Vnde legimus, Scaurum olim fecisse in ædilitate
 theatrum temporarium id est, tandiu duraturum, donec spectacu-
 la peragerentur. Plin. libr. 16. cap. 33. Nec terræ tantum natura
 circa has refert, aut perpetua cæli, uerum & quædam temporaria
 uis imbrium.

TEMPORI, aduerbium, [à tempo, Gal. Tout à temps, à heure, bien à point.
 Hisp. En su tiempo, à buen tiempo.] ἐν χρόνῳ, ἀκριβῶς, tempestiue uel
 suo tempore. Plin. in Amp. Tu uapula. S. Qua de re, num satis tem-
 poris non ocyus quiui, &c. Cato de re ru. cap. 2. Postridie eius diei
 uillicum uocet: roget quid operis fiet factum: satisne tempore ope-
 ra sient confecta. Tempore pro tempore. Cic. 4. Verr. Satis puta-
 bat se ad comitia, tempore uenturum, si pridie uenisset.

TEMPORIVS, ὁρῶσιμος, comparatiuum deducunt à Tempore ad-
 uerbio, idem significans quod citius, aut tēpestiuius. Col. li. 9. Esca-
 bis diuidenda, ut mane non protinus a cubili latius euagentur, &
 ante crepusculum propter cibi spem, temporius ad officinam re-
 deant. Ouid. 4. Meta. Modo surgis Eoo Temporius cælo: modo se-
 rius incidis undis.

TEMESA, τριμέτη, fuit ciuitas Brutiorum, alio nomine Tmese appella-
 ta, teste Pli. li. 3. ca. 5. Vide supra in dictione Temesa.

TEMPS, cacumen est Tmoli montis, tam insigni aeris temperie,
 ut incolæ supra eam annos uiuant. Auctor Mutianus referente Pl.
 lib. 7. cap. 48.

TEMPVS, temporis, [Tempo, agio, commodit, occasione. Gal. Temps, sai-
 son, opportunité. Hisp. Tiempo.] χρόνος, ut Varro scribit. est interual-
 lum mundi & motus, diuisum in partes aliquot, ab Solis & Lunæ
 cursu: quorum tenore temperato tempus dictum est. Tria
 uero sunt tempora, Præsens, Præteritum, & Futurum. Cicer. 1. de
 Inuen. Tempus autem est, id quo nunc utimur, (nam ipsum quid-
 em generaliter definire difficile est) pars quædam æternitatis,
 cum alicuius anni, mensuræ, diurni, nocturnive spatij certa signi-
 ficatione, &c. Aliquando tempus ponitur pro temporis condi-
 tione, Cic. O mores, o tempora. Tempus, pro auctoritate & po-
 tentia. Cic. in Bruto: Is omnibus exemplo debet esse, quantum
 in hac urbe polleat multorum obedire tempore, multorumque
 uel periculo seruire. Tempus pro commodo temporario. Cic.
 pro Cluen. Omnes illæ orationes temporum sunt & causarum,
 non hominum ipsorum, aut patronorum. Budæus. Tempus pro
 necessitate. Ci. pro Plan. Sed ego id poterib. meis examinabo, nõ
 solum quid cuique debeam, sed etiam quid a me cuiusque tempus
 poscat. Budæus. Tempus, pro constituto tempore. Teren.
 in And. Post, ubi tempus promissa iam perfici, Tum necessario
 se aperiunt, & timent. Tempus ætatis, pro uigore. Ter. in Hea.
 Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum. Cæcum tempus.
 Cic. libr. 12. episto. Fuit enim cæcum tempus seruitutis. Vt tem-
 poribus illis id est prout tunc tempora. Idem in Brut. Fuit (ut
 temporibus illis) iuris ualde peritus. Pro tempore, id est pro ra-
 tione temporis. cum tempore, cum mora & spatio temporis. In
 tempore, opportune. Ex tempore, subito, quasi extra tempo-
 ris commoditatem. Tempus item pars capit is est, χρόνος, Ha-
 bet enim caput duo tempora, unum a dextera, alterum a sini-
 stra: sic dicta, quia anni in eis cognoscantur. Virgi. libro quinto,
 Aene. Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Nam primo
 tempora canescunt, cauanturque magna diuturnitate tem-
 poris. Colu. libro 7. decimo tamen anno tempora cauari inci-
 piunt, supercilia nonnunquam canescere, & dentes prominere.
 Item pro parte capit is. lib. 4. de Herc. & dubitante Graccho quid
 esset, neque tamen locum in quo consisterat, delinquenti percu-
 ti tempus.

TENACITAS, tis, [Tenacia, Auaritia. Gal. Auarice. Hisp. Auaricia,] ὀψιμ,

καλοψία, sordes, parsimonia, auaritia. Liu. 4. Bell. Maced. Sed in
 purpura quæ teritur, absunturque, non iniultam quidem, sed ali-
 quam tamen causam tenacitatis uideo, &c. Aliquando firmitas, &
 perseverantia aliquid retinendi, Ci. 2. de Nat. De. Cibumque par-
 tim oris hiatu, & dentibus ipsis capessunt, partim unguium tena-
 citate arripiunt, partim aduncitate rostrorum, &c.

TENASMVVS, Græce τενασμός, frequens, sed irrita deijciendæ alui cu-
 piditas, cum inflammatione ac tumore sedis, mucosa & sangui-
 nolenta quædam egerentis: quod morbi genus nasci solet ex bilio-
 sis, acribusque humoribus, rectum intestinum mordicantibus. Pl.
 li. 28. ca. 14. Tenasmosis est, crebra & inanis uoluntas egerendi,
 tollitur lacte afinino.

TENAXIS, [Tenax, misero, avaro,] ἰξώδης, γλιγορός, id est, uiscosus,
 & quicquid attingit, facile retinens: ut, Glutinum tenax dictum
 est, quod dum attrahatur, digitos tenere uideatur. Virg. 4. Georg.
 Excudent ceras, & mella tenacia figunt. Ouid. 11. Met. Vt ue te-
 nax grauida manat tellure bitumen. Memoria tenax: id est, sta-
 bilis, constans, firma, quiduis optime tenens. Pli. epist. 27. Mira
 utrique probitas, constantia salua, decorus habitus, os Latium,
 uox uiril is, tenax memoria, magnum ingenium. Quinct. lib. 2. ca-
 pitul. 1. Et natura tenacissimi fumus eorum, quæ ruidibus annis
 percepimus. Morbus tenax, contumax, molestus, qui que difficul-
 ter propulsatur. Sue. in Claud. Cæs. cap. 2. Infans autem relictus
 a patre, ac per omne fere pueritiæ, atque adolescentiæ tempus
 uarijs, ac tenacibus morbis confectus est. Homo tenax, id est,
 avarus, parcus, sordidus Apul. Homo diues, sed nimium tenax.
 Ter. in Adel. Ego ille agrestis, sæuus, tristis, parcus, truculentus,
 tenax. Cice. pro Cæl. illum filium familias patre parco ac tena-
 ci habere tuis copijs deuinctum non potes. Aliquando durus, con-
 stans, perseverans. Horat. 4. Car. Ode. 3. Insuper & tenacem pro-
 positum uirum. Virg. 4. Aeneid. Tam ficti, prauique tenax, quem
 nuncia ueri: Hoc est, in omnibus perseveranti, inquit Ser. Iuu.
 Sat. 8. Prima mihi debes animi bona: sanctus haberi, Iustitiæque
 tenax factis distisque mereris. Hinc Tenacior & Tenacissimus,
 Col. li. 1. Potest etiam illiteratus, dummodo tenacissimæ memo-
 riæ rem satis commode administrare. Tenaciter aduer. id est fir-
 miter, constanter, pertinaciter. Oui. epi. 3. An miseros tristis fortu-
 na tenaciter urget.

TENDICVLA, læ, [Laccio. Gal. Un laqs qu'on tend à oiseau, laffon. Hisp.
 La red tendida para prender.] ταιγίς, laqueus est, quem aibus, siue
 feris tendimus. Tendicula litterarum: id est, captiones ex literis
 & syllabis, cum non rei æquitati, sed summo iuri insitimus, ipsiq;
 uoculis aduersarium irretire conamur. Ci. pro Cæc. Tum aucupia
 uerborum, & litterarum tendiculas in inuidiam uocant.

TENDO, dis, tetendi, tensum, & tentum, [Distendere. Gal. tendre, esten-
 dre. Hisp. estender.] τείνω, eiusdem fere significationis cum com-
 posito Extendo. Vir. 3. Aen. Tendunt uela Noti. Salu. Manus sup-
 plices ad cælum tendere. Virgil. 7. Aene. Aut acreis tendunt arcus,
 aut lenta lacertis spicula contorquent. Tendere rete, est
 explicare, & aibus ferisve eo insidiari. Ouid. 1. de Arte: Scit bene
 uenator, ceruis ubi retia tendat. Teren. in Phor. Quia nec rete
 accipitri tenditur nec miluo. Tendere insidias: id est, parare,
 uel intrare insidias, hoc est, insidiari, Salust. Cati. Interea Romæ
 multa simul moliri, Consul insidias tendere. Cice. pro Rosc.
 Com. Ex perfidia & malitia, per quam insidias tendunt alicui, Dij
 immortales hominibus irasci, & succensere consueuerunt. In-
 terdum pro conari, Virgil. 2. Aeneid. Ille simul manibus tendit
 diuelleret nodos. Liu. 4. ab Vrbe. ipse (ut est animus humanus
 infatiabilis, eo, quod fortuna spondet) paulatim ad altiora, &
 non concessa, tendere, Id est, aspirabat ad altiora. Quintilia.
 libro secundo, capitul. 4. Paulatim ad maiora tendere incipiet.
 Tendere ad eloquium, est studere eloquentiæ, uel scopum elo-
 quentiæ nobis præfigere. Ouid. 4. Trist. Eleg. 9. Frater ad elo-
 quium uiridi tendebat ab æuo. Accipitur aliquando Tendere,
 pro eo quod est, tentoria seu Tabernacula figere, Val. Max.
 libro secundo, Nos quis eorum intra castra tenderet. Virg. Aen.
 Hic Dolopum manus: hic sæuus tendebat Achilles. Extenduntur
 enim tentoria, dum ponuntur. Interdum pro offerre, por-
 rigere, quod protendendo manus fieri solet. Interdum pro iter
 instituire, proficisci, Cic. ad Att. libro 16. Itaque dubito, An Ven-
 usium tendam, & ibi expectem. Vir. 1. Aen. Per tot discrimina ro-
 rum Tendimus in Latium. Tendere alicui metum aut spem. Ci-
 ce. pro Pon. Nolunt illi aut quiescere, id quod uidet ac subacti so-
 lent: aut cum minantur, intelligere se pop. Rom. non metum bel-
 li, sed spem triumphandi tendere. Tendit res eo, hoc est, res eo spe-
 rat. Cic. ad Brutum: Atqui eo tendit, id agit, ad eum exitum pro-
 perat uir optimus, ut sit illi Octauius propitius. Tensus, uel Ten-
 tus, partic. id est, distentus. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Seu pingui tentus
 omaso Furius, &c. Sta. 7. Syl. 1. Tensoque modos imitabitur arcu.
 Hor. 10. Epod. Illic iniussu ueniunt ad mulstra capellæ, Refertq;
 tenta grex amicus ubera. Huius composita sunt, Attendo, Cõten

do, Circumtendo, Distendo, Intendo, Extendo, Obtendo, Ostendo, Pertendo, Prætendo, Portendo, de quibus supra suis locis, & Sustendo, quod est decipiendi gratia subdo aliquid, aut machinor. Salust. Dum sustendit infidias militi.

TENDONES, *τένοντες*, a recentioribus medicis appellantur quædam motus instrumenta, in capite musculorum ex nervis & ligamentis conflata, eosque ossibus a nectentia. Græcorum nonnulli quæ ex nervis oriuntur, & *σπονδοστέις*, appellant. Vide Galenum in tractatu de Motibus musculorum.

TENEBRÆ, pen. cor. [*Tenebre, obscurità. Gal. Tenebres, obscurità. Hisp. Las tinieblas.*] *σκότος*, priuatio lucis quod teneant, i. impediant oculos, & usum prohibeant. Cicer. de Natur. Deo. Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Aetnæorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur. Virgil. libr. 9. Aeneid. Hic subitam nigro glomerari puluere nubem Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis. Ouid. libro 2. Metam. Talia dicentem circumstant omnia solem numina, uere uelit tenebras inducere rebus, Supplice uoce rogant. Tenebræ, metaphorice pro cuiuscumque rei obscuritate. Cicero pro Archia poeta: Quæ iacarent in tenebris omnia, nisi litterarum luce accederentur. Virgil. lib. 2. Aeneid. Afflictus uitam in tenebris luctuque trahebam. Cicer. post reditum in senatum: Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in repub. Calend. Ianuarij despere cœpissis.

TENEDESCO, as, [*Obscurari. Gal. s' obscurir. Hisp. Escurcerse.*] *σκοτίζω*, id est, obscurus fit: inde August. Aer contenebrescat, inquit *σκοτίζω*, id est, tenebrosus fit.

TENEBRICOSVS, sa, sum, [*Tenebricoso, tenebroso. Gal. Tenebreux, obscur. Hisp. Llano de tinieblas, escuro.*] *σκοτεινός*, idem quod obscurus. Tenebricosæ libidines. Cicer. de Prouin. Consul. Lateant libidines eius illæ tenebricosæ: quas fronte & supercilio non prodæ, & temperantia contegebat. Idem in Vatiniur. Illud tenebricosissimum tempus ætatis tuæ pariter latere. Idem in Cic. in Pis. Tu ex tenebricosâ popina consul extractus.

TENEBRIONES, [*Bagiardi Gall. Larron de nuit. Ladron de noche. d'πατέρες*, mendaces, & dolosi, qui mendacijs, & astutis suis quasdam quasi tenebras obijciunt. Alij Tenebriones interpretantur lucifugos, quasi in tenebris delitescentes. Afran. Si accusator, & reus erunt tenebriones, uterque utrumque uituperato. Ex Nonio.

TENEBRICVS, a, um, p. c. Offusum tenebris. Cic. 8. Tusc. Hæc a Tartarea tenebrica abstractum plaga Tricipitem eduxit hydra generatum canem.

TENEBSVS, sa, sum, [*Tenebroso, escuro. Gal. Tenebreux, obscur. Hisp. Llano de tinieblas, escuro.*] *κοτεινός*, quod tenebris plenum est. Var. 3. de re rust. cap. 9. de Gallinis: Eas includunt in locum tepidum & angustum, & tenebrosum. Virgil. 6. Aeneid. Quando hic inferni ianua regis dicitur, & tenebrosa palus Acherontæ refluxo. Ouidius 5. Metamorph. Hanc metuens cladem, tenebrosa sede tyrannus Exierat.

TENEDOS, penultima correpta, *τένεδος*, insula mari Aegæo, inter Lesbium, & Hellepontum, contra Troiam, a Sigeo littore XIII. passuum distans a Lesbo LVIM. Hæc prius Leucophrys, *λευκοφρυς*, appellabatur, nonnullis etiam Phœnice & Lyrnessos, teste Plini. libro quinto capitu. 31. In hanc ex Troa de nauigauit cum nouis colonis Tenes Cyni filius conditaque urbe de nomine suo Tenedon eam uocauit, a qua & insula denominata est. Cicer. tertio Verr. Tenedo (pextereo pecuniam quam rapuit) Tenem, ipsum qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui illam urbem dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipsum, inquam, Tenem pulcherrime factum, quem quondam in contuijs uidistis, abstulit magno cum gemitu ciuitatis. Insula hæc ante bellum Troianum florentissima fuit: in qua Græci supremas illas, quibus Troia periit, infidias struentes, sese occultarunt. quod & Virgil. testatur lib. 2. Aen. sic scribens. Est in conspectu Tenedos notiffi nasama insula, diues opum Troiæ dum regna manebant: Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis. Huc se prouecti deserto in littore condunt.

TENEDIVS, a, um, *τένεδιος*, adiectiuum, a Tenedo, insula deductum: ut, Tenedius tibicen, pro calumniatore & falso teste: pro uerbum tractum ab eo, quod Philonome tibicenem suum dicat fibornasse, qui apud Cygnum testaretur, ipsam a Tenedo ita pro fuisse interpellatam. Tenedia securis. *τένεδιος πέλεκυς*, pro iudice nimium se uero, propterea quod Tenedi olim rex securim gestans caussas solebat audire, nocentemque statim se curi percutere.

TENELLVS, a, um, [*Tenerello,*] *τένελος*, deminutium a Tener. Plaut. in Casin. Bellam & tenellam Casinam. Varr. primo de re rust. cap. 41. Aqua recenti infuso eo inimica, tenellum quum cito facit putre. Stat. 5. Syl. Cui nomen uox prima meum,

ludusque tenello, Risus, & uestro ueniebant gaudia uultu. Tenellum, aliud deminutium. Catul. Epig. 17. Ut puera tenellulo delicatior hædo.

TENERO, nes, ui, tum, [*Tenero, habere, possidere, habitare, spero. Gal. Tener. Hisp. Tener.*] *λαμβάνωμαι, ἔχω, κρατέω*, apprehendo, detineo. Virgil. 4. Aeneid. neque te teneo, neque tua dicta refello. Cicero primo Tusculanorum. Et cum pene in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est. Ouidius Episto. 15. Cum te tenet arctius ille. Per translationem Tener capitur pro habitare, possidere, *νεμεθε*, Virgilius libro quarto Georgic. Quæ gurgitis huius Ima tenes. Plinius epistol. 97. Tenet se trans Tiberum in hortis. Teneri, possideri. Cicero secundo Officio. Propterea quod iam longo spatio multa hereditatibus, multa emptionibus, multa doubtis tenebantur. Tenero, pro habere, retinere. Idem Terentiæ, Tulliam adhuc mecum teneo. Tenero, pro meminisci, seu meminisse. Virgilius Eclog. nona. Numeres memini, si uerba tenerem. Marcial. libro primo. Et teneo melius ista, quam meum nomen. Aliquando pro contriangere, includere, continere. Virgilius secundo Georgic. Textendæ sepes & pecus omne tenendum. Aliquando pro tegere, Idem primo Georgic. Et obducto late tenet omnia limo. Teneri etiam pro conuinci, & coargui, Cicero quarto Academic. Si recte concluderit, teneo: sin uitiose, minam Diogenes reddet. Tenero iter, est iter dirigere, quod & iter habere dicimus. Virgil. secundo Aeneid. Sed uos qui tandem? quibus aur uenistis ab oris? Quove tenetis iter? Aliquando pro intelligere, Tenero. Rem tenes. Aliquando pro remorari, Virgil. primo Aeneid. Hunc Phenissa tenet Dido. Item Tenero, seruare, tueri, Virgil. 8. Aeneid. Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat, Id est, defendebat. Tenero se castris, est salutem suam castrorum uallo tueri. Cæs. quarto Commen. Sabinus inferior omnibus rebus, loco se & castris tenebat. Tenero cursum proprio naues dicuntur, quarum cursus clauo regitur. Virgil. 3. Aeneid. Inter utramque uiam leti discrimine paruo Ni teneant cursus. Teneri furti, est furto obnoxium esse. Item tenere est possidere, occupare, corripere, inuadere, Salust. in Iugur. Forte apud illum, quem inhonestæ & perniciosâ libido tenet, potentia paucorum decus atque libertatem suam significari. Tenero protrudere, Cæs. quarto Bel. Gal. Romæ sœdum incendium per duas noctes diem unum tenuit. Teneri, pro constare. Cicero ad Plancum. Non his modo causis, quæ speciem habent magnæ coniunctionis, sed ijs etiam quæ familiaritate & consuetudine tenentur. Tenero, pro stare & inniti. Cicero ad Attic. libro 12. Occidimus, occidimus Atticæ iam pridem nos quidem: sed nunc fatemur, postea quam unum, quo tenebamur, amisimus. Huius composita sunt, Abstineo, Attineo, Contineo, Detineo, Distineo, Obrineo, Pertineo, Retineo, & Sustineo: quæ habent syllabam correptam.

TENERO, a, um, [*Tenero, molle, trattenole, di buona pasta. Gal. Tendre, mollet, douille. Hisp. Tierno, muello, tractable.*] *τένελος*, mollis, delicatus, minime robustus: a Græco *τένελος*, teste Felto, tribus postremis litteris conuersis. Cicero. 3. de Finibus. Tener puer. Linius 9. Bell. Macedo. cum unum animos, & nox, & multi fœminis mæres, ætatis teneræ maioribus, discrimen omne pudoris extinxissent, corruptelæ primum omnis generis fieri cœptæ. Oui. 4. Trist. Ele. 10. Cœpimus & teneræ primos ætatis honores. Anton. Cicero. Me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum, & tenero animo eius persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias. Cicero de Amici. Neque enim sunt isti audiendi, qui uirtutem duram, & quasi ferream esse uolunt: quæ quidem est tum multum in rebus, tum in amicitia tenera & tractabilis, ut ex bonis amicis quasi diffundatur, & in commodis contrahatur. Ouid. Epistol. 4. Ars sit, ubi a teneris crimen discitur annis. Virgilius primo Eclog. Quo sæpe solemus Pastores ouium teneros depellere fœtus. Oratio mollis, tenera, & flexibilis, Cicero in Orator. Tenerior, tenerimus. Plinius libro decimo capitu. 72. Si tenerior est catuli adhuc ætas. Idem libro decimotertio capitu. quarto. Et ab radice auulsa uitalis est fatus, & ramorum tenerimus. Ouidius primo de Arte: Ipsa nouas frondes, & prata tenerrima tauro Fertur inassueta subsecuisse manu. Hinc Teneritas, atis, & Teneritudo, inis: ipsa mollities, robori contraria. Cicero quinto de Finibus. In primo enim ortu inest & teneritas, & mollities quædam, ut nec res uideri optinas, nec agere possint. Varro 1. de re rust. capitu. 36. de segetibus: Si qua est aqua, deduci: sin siccitates sunt, & terra teneritudinem habet, sarrine uineas, arbutaque putare. Tenero, pen. cor. & Teneriter, aduerbia, Plin. lib. 2. 3. cap. 3. E radice oleæ quam tenerrimè cortex derasus, in melle crebro gustatu medetur sanguinem reijcientibus.

TENERASCO, is, siue Teneresco, [*Intenerisci. Gal. s' atendrir, deuenir tendre. Hi. Entornecerse.*] *τένελος, tener* fit, mitesco, misericordia ducor.

ducor. Luc. li. 3. Scilicet in tenero tenerescere corpore mentem . Plinius libro 17. ca. 22. In tantum tenerescere acinos, ut rumpantur. Idem li. 18. ca. 12. Cutem in facie erugari, & tenerescere, & candorem custodire lacte asinino putant.

TENES, τένες, filius fuit Cycui, & Scamandroides, Tenedi urbis, cōditor, ut refert Lycophronis Scholiastes. Ci. 3. Act. in Ver. Tenem apud Teneidos in Sicilia putant esse sanctissimum Deū : ac eorum urbem condidisse. Vide supra in Tenedos.

TENIRAE, credebantur esse fortium Deū : quod tenendi potestatem haberent. Festus.

TENNIS, & Tennites, (quæ hic corrupte legebantur) uide Temo & Tennites.

TENONTES, τένοντες, a Græcis dicuntur, quos recentiores medici, nouitio quidem uocabulo, attamen inter ipsos melioris penuria recepto, Tendones appellant; quidam etiam Græci, ex neruis nascentes, ἀποδρώσεις. Sunt autem quædam motus instrumenta, in capite musculorum ex neruis & ligamentis conflata, eosque offibus (quorum motui præcipue seruiunt) annectentia. Habent autem mediam quandam naturam inter neruos & uincula, illis quidem duriores, horum tamen duritiam non exæquant. Vide Gal. in tractatu de Motibus muscularum.

TENOR, [Tenore, Gal. τένων. Hisp. El tenore.] τένος, idem quod accensus: a Græco nomine τένος, teste Quint. lib. 1. cap. 5. Adhuc (inquit) difficilior obseruatio est per tenores: quos quidem antiquis dictos tenores comperi, uidelicet declinato a Græcis uerbo, qui τένος, dicitur, uel accentus, quos Græci προσωδίας, uocant. In er dum idem est quod ordo, uel forma, seu continuatio. Vale. Maxi. libro 1. Quo minus religio uibus suis tenor suaque obseruatio redderetur. Virgil. secundo Georg. Non alios prima crescentis origine mundi Illuxisse dies, aliumque habuisse tenorem Crediderim. Liu. 3. Bel. Pun. Hi mores eque charitas patriæ, per omnes ordines uelut tenore uno pertinebat. Ouid. 3. Metam. Cætera paulatim, placidoque educta tenore. Erasmus tenorem, rei progressum uocat. Vnde quæ sui similia sibi que ueluti perpetua quadam succedunt serie, horum eundem esse tenorem dicitur. Cic. de Orator. perf. Isque uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter æqualitatem & æquabilitatem. loquitur de æqualitate dictionis, nulla uarietate reficientis auditorum aures. Tenor pugnae. Liu. 8, ab Urbe: Fremitus æqualis, tenor que idem pugnae in defatigationem ultimam, aut noctem spectabat.

TENOS, τήνος, insula una ex Cycladibus, in qua est oppidum eiusdem nominis, quam propter aquarum abundantiam Arist. Hydrosam ὑδροσάων, appellatam dicit: Alioqui Ophiusam, οφίωσων. Vide Plinium lib. 4. cap. 12.

TENTABUNDVS, adiect. nunc hoc, nunc illud tentans. Liu. 1. Bel. Puni. Ventum deinde ad multo angustiorum rupem, atque ita rectis saxis, ut ægre expeditus miles tentabundus, manibusq. retinens uirgulta, ac stirpes circa eminentes demittere sese possit.

TENTAMENTVM, ti, [Tentamento, tentatione. Gal. Promue, essay, experience. Hisp. Tentation, experiencia.] τενόμενα, idem quod tentatio. Virgil. lib. 8. Nec prima per artem Tentamenta tui pepigi. Ouid. lib. 7. Metam. Meditataque pene reliqui Tentamenta fide. Fide, pro fidei.

TENTIGO, inis, ῥοπαλισμός, p. p. pruritus libidinis, quo uirilia extenduntur: ut Illud Priap. Turpe quidem dictu, sed si tentigine rumpar, Falce mihi posita fiet amica manus. Iuuenalis hanc uocem usurpauit pro pruritu, seu appetitu rei ueneræ in fœminis, cum sic ait Saty. 6. de Messalina: Tamen ultima cellam Clausit, adhuc ardens rigida tentigine uulue.

TENTIPPELLVM, hij, genus calciamenti ferratum, quo pelles extenduntur, ut ex Artorij sententia tradit Festus. Alij putant medicamentum esse, quo rugæ abiguntur, cutisque extenditur. Titinnius apud Festum. Tentipellium inducis, rugæ in ore extenduntur. Vide plura apud Fest.

TENTO, as, [Tentare. Gal. Tenter, assayer, experimenter. Hisp. Tentar.] idem quod experior, siue periculum facio, inquiri. Colum. lib. 9. Sæpius digitis loca fœminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt oua, quibus iam partus appropinquat. Cic. in Parad. Tentare uolui, possent ne ita dici, ut probarentur. Virg. 2. Aenci. Vix primæ prælia tentant Portarum uigiles. Terent. in Phorm. Visum est mihi, ut eius tentarem sententiam. Ouid. 1. Metam. Cuncta prius tentanda: sed immedicabile uulnus Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. Cic. 1. Tusc. Tentari, quid in eo genere possem. Tentari morbo, id est dolere, affligi morbo, Cic. 4. Tusc. Illud animorū corporumque dissimile est quod animi ualentes morbo tentari non possunt, corpora possunt. Tentare pudicitiam alicuius, & Tentare iudicium pecunia, est pudicitiam, uel iudicium conari labefactare, & corrumpere. Cic. pro Clu. Iudicium pecunia esse tentatum, non a Cluentio, sed contra Cluentium. Tentare senectutem, uel solitudinem alicuius, est aggredi,

& conari subuertere aliquem senectute & necessariorum inopia infirmum, & iniuriæ facile obnoxium. Cic. pro Rab. Idcirco in omnibus ijs euentis unius hominis senectus, infirmitas solitudoque tentata est. Tentatus, a, um, particip. Oui. 2. de Arte: Opprimetentatâ, nec nisi uictor abi. Cic. li. 10. Offic. Tentata res est ab omni genere hominum. Têtaturus, a, um, aliud particip. 1. Vir. l. 2. Aen. Tentaturum aditus, & quæ mollissima fanq. Tempora. Tentatio, onis, uerbale, experimentum, conatus. Liu. 4. ab Urbe: Aegre Hortensius pati, tentationem eam credens esse perseverantiz suæ. Cic. ad Attic. libr. 10. Valeudinem tuam iam confirmatam esse & a uetere morbo a nouis tentationibus, gaudeo. Tentator oris, Hora. Notus & integræ Tentator Orion Dianæ.

TENTORIUM, rij, [Padiglione.] τεντωριον, tabernaculum extensis uelis contra æstum calide iniuriam excitatum. Luc. lib. 1. Deser uere cauo tentoria fixa Lemano. Ouid. 3. Fast. Sub Ioue pars durat: pauci tentoria ponunt. Tentorium, deminutium, Hirc. libr. 5. Bel. Africæ reliqui ex uestimentis tentoriolis factis, ex arundinibus, corijs intextis permanebant.

TENTVM, ti, τὸ αἰδοῖον, accipitur pro membro uirili tentigine distento. Catul. Grandia te medij tenta uocata uiri.

TENTYRA, orum, p. c. siue Tentyris, id est, τέντυρα, Ptolemæo, & Straboni, τέντυρις, Stephano, urbs est Aegypti in eiusdem nominis insula, quam Nilus efficit, cuius incolæ tanto terrori sunt crocodilis, ut uel uocem eorum expauescant, eaque audita, protinus diffugiant. Iuuen. Satyr. 15. Qui uicina colunt umbrosæ Tentyra palmas.

TENTYRITAE, p. p. τέντυριται, populi sunt ex Tentyri Nili insularum qui tanto Crocodilis terrori esse dicuntur, ut sola eos uoce in fugam uertant. De his sic scribit Plin. lib. 8. ca. 15. Quin & genus hominum est huic beluæ aduersa in ipso Nilo Tentyritæ, ab insula, in qua habitant, appellata. Mensura eorum parua, sed præsentia animi in hoc tantum usu mira. Terribilis hæc contra fugaces bellua est, fugax contra insequentes. Sed aduersum ire hi soli audet: quin etiam flumini innatant, dorsoq. equitantium modo impositi hiant. resupino capite ad morsum addita in os claua, dextra ac leua tenentes. extrema eius utrinque, ut franis in terram agunt capri uos, ac uoce et sola terrores cogunt euomere recetia corpora ad sepulturam. Itaq. ei uni insulæ crocodili non adnant, olfactuq. eius generis hominum, ut Pyllosur serpentes, fugantur. Stra. quoque lib. 17. Cû (inquit) crocodili. Româ allati essent, ut uiderent, Tentyritæ eos sequebantur, facta est ab illis piscina quædam & foramen in uno laterum, ut ex aqua in apicū egredi possent. Tentyritæ aderant, qui eos interdii reti educebant ad solem, ut a spectatoribus uiderentur: interdum in aquam intrantes, rursus eos in piscinam retrahabant. Nonnulli hos etiam Tentyros uocari putant: & ita uulgo legitur apud Plin. l. 28. cap. 3. Nam in insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, ut uocem quoque eorum fugiant. Quo in loco alij legunt ad hunc modum: Nam insula Tentyris nascentes: ut Tentyris ablatiuus sit a tentyra, orū, quod insulam ipsam significat.

TENVI CVLVS. [Sottiletto, piccioletto.] λιτὸς λεπτός, δ' τελευτῆς, deminutiuum a Tenuis. Cic. Pæto: Tenuiculo apparatu significans Balbū fuisse contentum.

TENVIS, & hoc Tenue, [sottile, picciolo, poco, pouero. Gal. Menuet, tenuer. Hisp. Cosa sutil ò delgada un poco.] λεπτός, exilis, gracilis, exiguus: cuius antithetis est crassus. Cic. de Fato: Athenis tenue exili: ex quo etiam acutiores putantur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani ac ualentes. Coll. li. 2. Quo tenue linum proueniat. C. p. Flac. Hęc. n. rō, ac magnitudo animorū in maioribus fuit, ut cū in priuatis reb. suisq. sumptib. minimo cōtenti, tenuissimo cultu uuerēt, &c. Vir. 4. Aen. Et tenui telas discreuerat auro. Cic. 5. Tusc. Negat ullam in sapiente uim esse fortunæ: tenuæ uicū antefert copioso. Oui. 1. de Arte: Blanditijs, leues tenui perscribere uino. Hinc Tenuior, & Tenuissimus. Stat. 1. Sylu. 4. Hęc tu Sperne coli tenuiore lyra. Cic. ad Attic. lib. 3. Spes mea, semper fuit tenuior, quam litteræ tuæ. Tenuissima membrana. Idem 1. de Natu. Deo. In minimis tenuissimisq. rebus labi. Idem 1. de Orato. In tenui labor. Virgil. 4. Georg. In tenui labor, ac tenuis non gloria, si quem Numina læua sinunt, auditq. uocatus Apollo. Per translationem nonnumquam tenuis ponitur pro paupere, Cicero pro Mur. Pœna grauior in plebem tuam uoce efflagitata est: commoti animi tenuium in ordinem nostrum. Ibidem: Tenuiorum & non occipatorum amicorum est ista assiduitas. Idem 3. de Legibus. Concessa plebi a patribus ista potestate arma ceciderunt, restituta seditio est: inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint. Tenuitas, atis, gracilitas, subtilitas. Plinius libro 8. capitu. 33. Carda pælonga in tenuitatem desinens, & implicans se uiperinis orbibus. Tenuitas, pro paupertate, Cicero secundo Offic. Danda etiam opera est, ne quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter æritudinem tenuitatem assiduitatemq. bellorum tributum sit conferendum.

C. fil. Tironi. Vr possum, ex meis angustijs illius sustento tenuitate. Tenuiter, aduerbium, tenuius, tenuissime. Cæf. libro 3. Bel. Gal. Pelle pro uelis atque tenuiter confectæ. Ci. li. 2. de Inuen. Sed illa tenuis & acutius, & subtilius tractantur: hi autem grauius, & ornatius. Idem 6. Ver. Iussit Timarchidæ æstimare argenti, quo modo; quo qui nunquam tenuissime in donatione histrionum æstimauit.

TENVO, nuas, [soitigliare. Gal. *Atenuir, amenuiser, apotiser.* Hisp. *Adelgezar, amenguar.*] λεπταύω, tenuae reddo, extenuo, inacero. Quia. li. 2. cap. 10. Ita tibi quoque tu uandos adipēs, & quicquid humoris corrupti contraxerit, emittendum, si esse sanus, ac robustus uolet. Prop. 1. 3. Ele. 1. Dicite, quo pariter carmen tenuatis in antro. Oui. 3. Meta. Et tenuant uigiles corpus miserabile curæ. Idem 2. de Pon. Ele. 7. Nec magis assidue uomer tenuatur ab usu, Pectora quam mea sunt serie calcata malorum. Tenuatus, a, um, particip. Hor. 2. Ser. Sat. 2. Seu recreare uoles tenuatum corpus, ubiq; Accedent anni, &c. Oui. li. 2. Met. Cum uox est tenuata uiro canesq; capillos dissimulant plumæ. Composita sunt, Attenuo, & Extenuo, de quibus suis locis.

TENUS, huius Tenus παλις, idem quod laqueus, teste Nonio, a tendendo dictus; Plau. Bacch. pendebit hodie. ita pulchre intendi tenuis.

TENVS, [Fino à Gal. *Insiques.* Hisp. *Hasta.*] τίχρη, præpositio, idem significans quod usque ad, exigit que aut ablatiuum singularem, cui tamen præponitur, ut, Pube tenuis, Mento tenuis, Capite tenuis. Virgil. libro tertio Aeneid. Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo Pube tenuis: Aut genitiuum pluralem. Virg. libr. 3. Georgi. Et crurum tenuis a mento palearia pendens. Sic Cumarum tenuis, id est usque ad Cumas. Cice. in episto. Illi riuores de comitijs Cumarum tenuis caluerunt. Nonnunquam admittit & accusatiuum. Flac. in Argon. Et Tanam tenuis immenso descendit ab Euro. Quodam tenuis prodire, est qualemqualem in re quapiam progreffum facere. Hora. 1. epist. 1. Est quidam prodire tenuis, si non datur ultra. Titulo tenuis Consul, hoc est, solo titulo & non re.

TEOS, τῆς, Stephano, Ioniæ ciuitas, Anacreontis Poetæ patria, qui ab ea Teus est cognominatus. Hora. in Epod. Non aliter Samio dicunt aruisse Basylo Anacreonta Teium. est & altera eiuſdem nominis ciuitas in Scythia, ad paludē sita piscibus refertam, cui reno tempore oleum innatur tanta copia, ut in uasa colligi possit, & necessarijs uisibus adhiberi, auctor Stepha.

TEPEFACTO, facis, feci, [Intepidire. Gal. *Tieder, faire tiede.* Hisp. *Entibiar.*] χλαινω, tepidum reddo. Cicer. de. Natu. Deo. Is sois factus est non ut tepefaciat solum, sed etiam saepe comburatur. Hora. 2. Seru. Sat. 3. In matris iugulo ferrum tepefecit acutum. Cicero de Senect. Hinc Tepesio, passiuum, unde particip. Tepefactus. Terra semen tepefactum uapore & complexu suo diffundit. Virgil. 9. Aenei. Atro tepefacta cruore Terra, torique madent.

TEPEO, pes, pui, [Eſtre tepido. Gal. *Eſtre tiede, deuenir tiede.* Hisp. *Entibiarſe.*] χλαινω, tepidus sum. Pli. li. 19. c. 4. Carnibus gallina ceorum, ita ut tepeant auulsæ, appositis, uenena serpentium domantur. Ouid. 3. de Pon. Ele. 4. Illa recens pota est, nostra tepebit aqua. Vir. 3. Geo. Parturit almus ager. Zephiri que tepentibus auris Laxant arua sinus. Oui. 3. Fast. Et pereunt uictæ sole tepente niues. Cato de re ru. ca. 69. Leuibus lignis facito caleſcat: ubi temperate tepebit, tum cuninum indito.

TEPESCO, cis, [Intepidire. Gal. *Deuenir tiede.* Hisp. *Entibiarſe.*] χλαινω, tepidus fio. Ci. 2. de Nat. Deo. Atque etiam maria agitata uētis ita tepescunt, ut intelligi facile possit, in tantis illis humoribus esse inclusum ualorem. Vir. 9. Aen. Et fixo ferrum in pulmone tepeſcit. Lucan. li. 4. Paulatim cadit ita ferox, mentesq; tepescunt. Huius compositum est, Intepesco, quod est ualde tepesco. Colu. Nunc mitigato iam & intepescente frigore largissimis oliuitatibus, Liberi; uindemijs exhuberent.

TEPHRITIS, τερπίτις, gemma, quæ nouæ Lunæ speciem habet. in cornua curuata, ciuerice tamen coloris: unde & nomē habet. Auctor Pli. li. ult. ca. 10.

TEPIDO, as, are, [Intepidire. Gal. *Tieder, faire tiede.* Hisp. *Entibiar.*] χλαινω, tepida aqua irrigare. Plin. lib. 17. cap. 26. In eodem agro bruma, tanto magis si niues ſcateant, gelentue, ne frigus uites adurat circumfundunt riguis, quod ibi tepidare uocant, memorabili natura in amne solo.

TEPIDARIUM, χλαινω, τρον, locus in balneis, in quo tepida aqua lauabantur, quemadmodum Caldarium, in quo calida lauabantur, & Frigidarium, in quo frigida.

TEPIDVS, da, dum, [Tepido. Gal. *Tiede, chaudet.* Hisp. *Tibio.*] χλαινω, qd est medium inter calidum & frigidum. Plin. lib. 12. cap. 25. præterea synceri deſcantur in tepida aqua. Interdum pro calido ponitur. Luc. Tepidisq; caminis. Virg. 2. Ge. Non tepidum ad solem penas in littore pandunt. Ouid. 2. Am Eleg. 19. Tepidosq; reſouerat ignes. Interdum pro frigido, præfertim quando transfertur ad ho-

minem, Pla. Hic homo factus est tepidior i. frigidior, ſegnior; Hinc Tepidulus, diminutiuum, id est, subtrepidus.

TEPOR, oris, & Tepiditas, tis, [Tepide. Ζα. Gal. *Tiedeur.* Hisp. *Tibieza,* dispositione de lo tibio.] χλαινω, media qualitas inter calorem & frigus. Colum. lib. 2. Si uero tepor cæli, & locitasque regionis suadebit, Februario statim proſcindendi sunt. Cic. 3. de Natu. Deo. Nec enim ille externus & aduentitijs habendus est tepor, sed ex intims maris partibus agitatione excitatus, quod nostri quoque corporibus contingit, cum motu atque exercitatio ne recalcant. Ouid. 2. Met. Quæ neque dant flammæ, leniq; tepore cremantur.

TEPORO, as, [Intepidire. Gal. *Tieder, un peu eſchauffer.* Hisp. *Entibiar, hazer tibio.*] χλαινω, idem quod tepefacio. Pli. li. 36. ca. 25. Fragmenta tepora agglutinantur tantum, rursus tota fundi non queunt præter, quam abrupta sibi.

TER, [Treuolte.] τρις, aduerb. numerale, idem ualens quod tribus nicibus. Cice. de Diuina. Cædunt ter quatuor de cælo corpora sancta. Virg. lib. 1. Geo. Ter sunt conati imponere Pelio Oſſam: Ter pater extructos disiecit fulmine montes. Hora. 3. Carm. Ode 3. Ter si reſurgat murus ahenus. Auctore Phæbo ter pereat meis Excitus Arginis: ter uxor Capta uirum, puerosq; plorat. Aliquando non tam numerum significat, quam augmentum: ut Ter maximus. Ter beati. Oui. 8. Met. o ego ter felix. Vir. Aeo terque quaterque beati.

TERCENTVM, [Trecento.] τριακόσιοι, id est, trecenti. Vir. 8. Aene. Maxima tercentum totam delubra per urbem, Lætitiæ, ludisque uix, plausuque fremebant. Idem 1. Geo. Tercentum niuei tondent du nieta iuueni.

TERCENTI, τῆς, τῆς, τῆς, id est, trecenti, seu trecenteni. Cicero 2. de Fin. Tercentosque eos, quos eduxerat Sparta, cum eſſet propoſita aut fuga turpis, aut gloriola mors, oppoſuit hostibus. Plau. Persa. Tercentis uerbis tuas impuritas loqui nemo poteſt. Cic. 3. Pli. Et Brundusii tercentos fortissimos uiros, ciuesq; optimos trucidauit. Tercenties, aduerb. Catul. in Iul. Cæſarem: Eo ne nomine imperator unice fuisti in ultima occidentis insula, Ut ista ueſtra diſſutata mentula Ducenties comēſſet, aut tercenties? Nō deſunt tamen qui hiſce omnibus in locis Trecenti, & Trecenties legendum contendant.

TERCENTENI, [Trecento.] τριακόσιοι, id est, trecenti. Mar. lib. 2. Trecentena quidem poteras epigrammata ferre.

TERDENI, α, α, [Trenta.] τριάκοντα, triginta. Mar. lib. 12. Terdenos uigilaueram per annos. Vir. lrb. 8. Aen. Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis, Ascanius clari condet cognominis Albani.

TERBELLVM, [Trenellino. ſuchiellino.] τέρβελον, deminutiua a terebra, instrumentum chirurgorum, quo fracta cranii oſſa eximuntur.

TEREBINTHVS, τερβινθος, arbor est circa Idam Macedoniamque breuis, fructicola, & contorta: in Syria uero magna & copioſa materie lenta, & nigra, lauri pene folio, oleæ flore, sed puniceo, bacis primu heribaceis, mox rubris, & cum maturuerint, nigrantibus, magnitudine fabæ, resinosis, & sulphureosis, radice ualida, in profundum acta. Duo terebinthi sunt genera, sexu diſtincta, ex quibus inas ſterilis est, teste Theophrasto. Ex hac arbore diſtillat laudatissimum resinę genus, quam Terebinthiam Latini uocāt. Pli. lib. 25. c. 6. de resinę generibus loquens. In arborū diſſeretiā placet terebinthina odoratissima atque leuissima; nationum Cypria atque Syriaca, utraque mellis Attici colore, sed Cypria carnosior, sicciorque.

TEREBRA, βρα, βρα, c. [Trinella. Gal. *vn terriere.* Hisp. *Barrena.*] τέρβελον, instrumentū, quo ligna perforantia terendo dictū. Col. lib. 4. ca. 29. Nam antiqua terebra, quam solam ueteres agricolę nouerant scobem faciebat, perarebatq; eam partem, quam perforauerat.

TEREBRO, bras, [Triuellre. forare. Gal. *Percer, faire un trou avec un terriere.* Hisp. *Barrenar.*] τρυπαω, terebra perforo. Virgil. 2. Aen. Aut terebrare cauas uteri, & tentare latebras, Col. lib. 5. cap. 9. eas terebrare Gallica terebra conuenit. Ouid. 6. Fasto. Prima terebrato per rara foramina buxo, Ut daret effecit tibia longa sonos. Terebratio, onis, uerbale, ipse terebrandi actus. Colu. lib. 4. capi. 29. In illa autem quæ fit per terebrationem, &c. Huius compositum est, Exterebro, quod est extorqueo, & exculpo: ut Exterebra re ueritatem. Pla. Exterebra profus, atque excute.

TEREDO, nis, p. p. τερνιδών, uermis in lignis nascens, eaque erodens. Est autem hæc uox Græca, sed quam Latini & usu & inflexione suam fecerunt, Græce enim τερνιδών, appellant, quam nos Teredinem. Quam nihil prohibet Latinam uocem esse a terendo dictam. Eadem & Tinea dicitur. Licet sint qui diſtinguant, ut Teredines tantum dicantur in mari, hoc est, in nauibus: Tineę terrestres sint. Pli. lib. 16. ca. 4. Infestantium quatuor genera: Teredines capite ad portionem grauiſſimo, rodunt dentibus, hæ tantum in mari ſentitur, nec aliam putant teredinem proprie dici: Terrestres, Tineas uocant. Teredo pro uerme ueſtes terent, &

te, & erodente. Pli lib 8 ca. 48. de prætextis Seruij Tullij. Mirum-que fuit nec delixisse eas, nec teredinum iniurias sensisse annis quingentis sexaginta.

TRENTIA, Ciceronis uxor fuit, Epistolis ipsius notissima: quam postea a uiro repudiatam, Salustius uxorem duxit, ut inimici sui arcana certius posset discere ex ea, quæ omnium eius consilio: tum particeps fuerat & socia. Connumeratur hæc a Plin. li. 7. cap. 48. inter longissimæ uitæ exempla, ut quæ usque ad cxvii. annum dicatur peruenisse.

TRENTIVS, τρεντιου, Poeta comicus, natione Afer, patria Carthaginensis, libertus fuit Romæ Terentij Lucani: a quo ob liberale ingenium optimis litteris eruditus, in honum nobilissimorum amicitiam peruenit, præcipue Scipionis, & Lælij: quorum etiam opera adiutus creditur in scribendo, ob sermonis elegantiam. Cui opinioni aliquid palatur etiam Varro: Non obscurum est, inquit, aditum Terentium in scriptis a Lælio & Scipione. Eadem ipse famam auxit. Nunquam enim, nisi leuiter, se tutari conatus est. Scripsit fabulas sex, quæ omnium manibus teruntur. Post hæc uisendarum Athenarum cupiditate ductus ex quo nauim conscendit, nusquam diuinde conspectus est. Quo fit, ut naufragio credatur periisse. Latius exequitur huius uitam Donatus Prolegomenis Andriæ.

TRENTIVS SCAVRVS, Grammaticus, quem Gal. dicit floruisse Adriani temporibus, ac librum de Cæselij Vindicis Grammatici erroribus scripsisse. Terentius in Culeo, senator Romanus, captus a Carthaginensibus fuit, & redemptus ab Africano maiore: unde & curam eius secutus esse dicitur pileatus: ut refert Liu. lib. 10. de Bel. Punic. Hinc natus error apud indoctos, qui Terentium Comicum a Pœnis captum fuisse, & a Scipione redemptum crediderunt. Terent. Varro collega Pauli Aemilij post Cladem Cannensem cum reliquis exercitus, Canusum se recepit: Cui Romam redeundi gratulatus est pop. Rom. quod de repub. non desperasset.

TRENTVS, locus in campo Martio, quod in eo ara Ditis partis in terra occultaretur: quæ ludis tantum secularibus est ossa terra ostendebatur, usque peractis rursus claudebatur. Martia. Bis mea Romæ inspectata est uita Terento. Hoc est, binos spectauit ludos sacres.

TRENTINVS, tina, tinum, adiecti. est a Terento deductum: unde Ludi Terentini dicti sunt, qui alio nomine seculares uocantur, qui centesimo quoque anno tribus diebus continuis, tribusque noctibus celebrantur: tamen postea ambitione principum minore interiecto spatio aliquoties fuerint celebrati. Ausonius in Ternario: Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. De horum ludorum institutione, & ritu, uide Politianum c. 58. Miscellaneorum: Cenforinum c. 6. D. Augustinum de ciuitate Dei. lib. 3. c. 18. Val. Max. lib. 3. c. 1.

TRES, teretes, [τρονδο, & rotundo. Gal. Rond en long, comme une iaueline. Hisp. Rollejo, redond, y luengo.] p. uult. core. generis omnis, & uult. & rotundum, cuiusmodi est figura cylindrica dictum, quod ingui circunq. iaque quasi torno uideantur esse detriti. Virg. 8. Ecl. Tricumbens tereti Damon sic cepit oliuæ. Oui. lib. 10. Met. Pendebant tereti gemmata monilia collo. Virg. 4. Aen. Et tereti subnectit fibula gemma. Oratio teres. Ci. 3. de Or. Sed si habitum etiam orationis, & quasi colorem aliquem requiritur, est plena quædam, & tamen teres & tenuis, & non sine neruis ac nitibus. Totus teres atque rotundus. Hor. 2. Ser. Sat. 2. Hoc est æqualis & contans in se, interprete Acrone. Nā Teretes (ut inquit ille) dicuntur, qui ab alio non querunt quid faciendum sit, sed ipsi per se inueniunt. Tale est & illud Virgilij de Viro bono: Munus diu instar habens, teres, atque rotundus.

TREVS, τρεως, rex Trachum, Martis ex Bistonide nympa filius, qui cum Progne Pandionis Athenarum regis filiam uxorem duxisset, eius etiam sororem Philomelam per speciem uisendæ sororis ab istam uitauit, uicitatæq. linguam præcedit. Quod facinus cum illa indicare alioqui non posset, cruore suo depictum soroti suæ transmissit. Quare cognita Progne, ut sororem ulcisceretur, Itym filium patri epulandum apposuit: Prolato deinde capite, cum pater se uxoris dolo filium in sua uiscera condidisse agnosceret, & ad ultionem properaret, Progne mutata est in hirundinem. Philomela in auem sui nominis, Tereus in upupam, Itys in phasianum. Hæc Seruius, enarrans illud Virgilij, Aut ut mutatos Terei narrauerit artus. Lege fabulam hæc latius apud Oui. lib. 6. Metam.

TERGEMINI, dicuntur, qui tres eodem partu editi sunt. Plin. li. 7. c. 3. Tergeminos nasci certum est, Horatorum Curatorumque exemplo. Tergemini fratres apud Liu. 1. ab Urb.

TERGEMINVS, a, um, adiect. τριπυρος, τριπλεξ, id est, triplex. Liu. 6. ab Urb. Moio tergemina uictoria triplicem, triumphum ex ipsis Volscis & Aequis & ex Hetruria egistis. Oui. 4. Trist. Eleg. 6. Tergeminumque uirum, tergeminumq. canem. Stat. 1. Syl. 1. Non

hoc imbriferas hyemes opus, aut Iouis ignem Tergeminum, Aëlij non agmina carceris horret. Id est, fulmen trifidum. Ius tergeminae prolis, id est, ius trium liberorum. Stat. 4. Syl. 8. Ergo quod aufoniæ pater angustissimus urbis Ius tibi tergeminae dederat lætabile prolis, Omen erat.

TERGESTE, τεργεςτο, Ptol. colonia Romanorum, ab Aquileia stadia centum octoginta distans (ut inquit Strabo) hodie Triesteum uocatur. Hæc urbs olim florentissima fuit. Vide Pli. lib. 3. ca. 18.

TERGINVS, a, um, τριζος, possessiuium a Tergus, ut Terginum locum, id est, scutica e tergo animalis. Pla. in Pseud. Aedepol nostrum darius tergom erit, quam terginum hoc meum.

TERGIUERSOR, aris, [Postergare, uoluntar spalle. Gal. Reculer, & ne uoluit uenit au point, fuir. Hisp. Boluer las espaldas.] fallo & dicta muto. inquit Nonius: proprie est corum, qui terga uertentes adhuc tamen pugnat, nec se se uictos fateri uolunt. unde etiam ad alias res transfertur, ut de spationes, controuersias, &c. Nam uertere terga, fingere est, quod & Terga dare dicimus. Pla. Quid expectas? quid tergiuersaris? Cicero libro 3. Tuscul. Quid tergiuersamur Epicure? nec fatemur eam nos d. cere uoluptatem, quam ut idem, cum os perfricuisi, soles dicere est, dissimulamus, & subterfugimus. Iure consulti accipiunt tergiuersari, pro in uniuersum ab accusatio. desistere, teste Martiano ad Senatus Turp. lib. 1. Tergiuersatio, uerbale, id est, subterfugium, detestatio. Cic. pro Milione. Quid erat moræ & tergiuersationis?

TERGO, gis, & Tergeo, ges, ssum, [Nettare, forbare. Gal. Torcher, nettoier, essuyer. Hisp. Alimpiar.] & secundum antiquos terfum, δ' μόρον, nridum facio, Iuu. Sat. 14. Vasa aspera tergeat alter. Pla. Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur. Liu. 6. Bel. Pu. Secundo die arma curare, & tergere ante tentoria iussit. Cic. in Para. Ut in familia qui tractant ista, qui tergent, qui unguent, qui ueerunt, qui spargunt, non honestissimum locum seruitutis tenet. Oui. 2. Met. Terfis niteant talaria plantis. Idem 13. Met. Manu que simul ueluti lacrymantia, terfis Lumina. Huius composita sunt Abstergo, Attergo, Detergo, Extergo: quorum significata explicata sunt suis locis.

TERGVMS, gi, [Scheua, si alle di distro, reni. Gal. Le dos. Hisp. Las espaldas & las oruelas.] u' τριζος, dorsum. Virg. 2. Aeneid. Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum. In ambulare manibus ad tergom reiectis, Afri. Cice. lib. 10. Ouid. lib. 2. Metamorph. Ossa que post tergom magna iactata parentis. Dicitur, & de aubus. Cice. 2. de Natura deo. Grues in tergo præuolantium colla & capita respondent. Neque solum de animalibus, uerum etiam de rebus inanimatis dicitur. Vnde lib. uim a tergo, τριζος, scriptum dicimus, id est a posteriori parte chartæ, uel membranæ. Iuuen. Sat. 1. Scriptus & a tergo, necdum finitus Oretis. Glacialia terga fluuiorū. Claud. de bel. Get. Aerea terga lorice, Stat. 9. Theb. Aliquando tamen Tergum pro tergo ponitur, Virgil. 1. Aen. Mercatique solum facti de nomine byrsam, Taurino quatum possent circumdare tergo. Idem pro scuto, quoniam scuta corio regi solent. Idem libro decimo Aene. Et tergo decurrit hastas. Et ram Tergus, quam Tergum, a terendo dici uideatur, quoniam uehendis oneribus teruntur. Terga uertere. Cæf. tertio Bel. Gal. ut ne unum quidem nostrorum impetum ferrent, ac statim terga uerterent. Dare terga, idem. Quint. libro secundo cap. decimotertio. Nonnunquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit. Virg. 4. Georg. Aut hos uersa fuga uictor dare terga coegit. Præbere terga fugæ. Oui. 10. Metamor.

TERGVVS, tergoris, [Pelle. Gal. Cuir, peau. Hisp. Cuero, & pelleio.] pen. c. neut. gen. τριζος, corium, & proprie crassior illa pars, qua tergu, id est dorsum tegitur, Virgil. lib. 1. Aene. Tergora diripiunt coltis & uiscera nudant. Pli. lib. 8. ca. 10. Durissimum dorso tergu, uentres molles, secarum nullum tegumentum. Silius lib. 3. Squalenti tergo serpens.

TERINA, τρινη, agri Brucij opidum maritimum, a quo propinquus sinus Terinæus appellatur. auctor Pli. lib. 3. ca. 5.

TERIAS, τριας, fluuius est Siciliæ non procul a Catania, teste Pli. li. 3. c. 8. Stephanus alium eiusdem nominis fluuii collocat in Phrygia, quem alio nomine Gallum ait appellari.

TERMENTARIVM, inquit Varr. libro 4. de Lingua Latina linteum, quod teritur corpore.

TERMENTVM, apud Plau. pro detrimento, teste Festo.

TERMERA, τριμερα, opidum liberum Carie, teste Pli. lib. 5. ca. 29. Stephanus Lycie assignat.

TERMERIVM, τριμεριον, promontorium est Myndiorum, Cæcarie Coroum promontorio oppositum, & quadraginta non amplius stadiorum mari ab eo diremptum, auctor Stra. lib. 14.

TERMESSVS, τριμυσος, Ptole. Pisidix urbs est, teste Stra. lib. 13. Cibræ, & Mily proxima.

TERMES, termiti, p. c. maf. gen. τριζος, γκαρπος, ramus ex arbore decerptus cum fructu. Qui quonia. n. in diuisione agrorum antequam metra poneretur, signi solebat, termino nomē dedit. Proprie

Termes (ait Porphyrio) est oliuæ, sicut Palmes uitis. Hora. Epod. 16. Germia, & nunquam fallentis termes oliuæ. Gellius ramentum etiam Termitem appellat palmæ ramum cum fructu auulsum, quæ Græci *σπίδια*, nominant.

TERMINALIA, *τέρμια*, Herodoto, populi sunt Lyciæ, & Creta oriundi, quos Sarpedon Minois, & Rhadamanti frater colonos ex Creta duxit, ac Terminalia nominauit, cum prius Minyæ & Solymi uocarentur, ut Hero. refert. Postea Lycus Pandionis filius, eisdem a se Lycios appellauit. Quæ pfecto ratio Lycios ac Solymos eisdem esse ostendit, quanquam Homerus eos uideatur separare.

TERMINALIA, orum, *τέρμινάλια*, Varro ideo appellata esse existimat, quod is dies anni extremus erit constitutus. Ego potius a Termino deo nomen sumplisse existimo. Fuerunt enim Terminalia festa, quæ in honorem termini Dei celebrabantur mensis Februarii, ad octauum Calendas Martias. Nam inter terminalia & Regifugium, teste Censorino, intersecebatur dies intercalaris. Liuus quinto Decad. lib. 3. Tertio die post Terminalia Calendæ intercalares fuerunt.

TERMINO, as, [Terminare, determinare, finire, concludere. Gal. Finir, bol. ler. Hisp. Acabar, & deslindar.] *περατώω, ὀρίζω*, terminos constituto, certis finibus circumscribo, finio. Cice. i. Offic. Illorum fines, sicuti ipsi dixerunt, terminauit: in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Cicero in Catil. Quorum alter fines uestri imperii, non terræ, sed celi regionibus terminaret. Cicero de Finibus. Omnia autem priuatione doloris putat Epicurus terminari summum uo upratem, hoc est, Epicurus putat summam esse uoluptatem, priuari doloribus. Terminare sententiam, absolvere. Cice. ad Attic. lib. 9. Sed ut sententiam aliquando terminemus. Terminatus, a, um, participium: ut, Terminatus ager, id est limitatus. Terminatæ diuitiæ. Cice. i. de Finib. Ne naturales quidem multa desiderant, propterea quod ipsa natura diuitias, quibus contenta sit, & parables, & terminata habet. Terminatio, tionis, uerbale, finitio. Terminatio aurium, distinctio, discretio. Cice. in Ora. Ut igitur poetica, & uersis inuentus est terminatio aurium, obseruatione prudentium: sic in oratione animaduersum est, &c. Huius composita sunt, Determino, Dietermino, & Extermino: quorum significata uide suis locis.

TERMINVM, ni, [Termine, sine. Gal. Terme, la fin de toutes choses, borne, limite. Hisp. El termino y fin generalmente.] *ἄλος*, proprie dicitur limes, qui agrum ab agro diuidit: a terendo, (ut Varro placet lib. 4. de lingua Latina) quod hæ partes maxime terantur, propter iter limitare. Aut certe a Græco nomine *τέρμια*, quod est eiusdem significationis. Cice. 4. Acad. Est enim inter ipsos, non de terminis, sed de tota possessione contentio. Per translationem Terminus, pro quouis sine accipitur. Cice. i. de Ora. Nullis terminis circumscribere, aut definire ius suum. Virg. 4. Geo. Quamuis angustius terminus æui. Apud antiquos Terminus Deus putabatur, in cuius tutela finis agrorum esse existimabant. unde etiam sub aperto celebratur: propterea quod nefas putabatur Terminus sub te. sto consistere, ut auctor est Festus, Liu. i. ab urbe: Nam cum omnium sacellorum exaugurationem aues admitterent, in Termini fano nõ addidere. Huius composita sunt Anterminus, & Cõterminus, quorum significata uide suis locis. De termino autem uide lusum ex uetusto epigrammate apud A. Gellium.

TERMITES, *κλήδοι ἔγκροποι*, rami arborum cum fructibus detracti, Vide supra in dictione Termes.

TERMON, *τέρμων*, a ueteribus Græca consuetudine ponebatur pro eo, quem Latini terminum appellant. Euius apud Festum: Ingeni uadit cursu, quo redditus Termo est.

TERNARIVS, a, um, Ternarii scrobes, id est scrobes quadrati, quæ uersum pedes habentes ternos. Col. lib. 11. c. 2. Scrobes omnis generis, quos eris Autumno consiturus, hoc tempore præparare oportebit, eorum quaternarij, hoc est, quatuor uersum pedum quatuor, si est commodum terrenum, xiiii. ab uno sunt: ternarii autem xiiii.

TERNVS, a, um, distributiui numeri nomen est: quod tamen sæpe accipitur pro suo primitiuo. Hor. 3. Carm. Ode 19. Ternos tercyathos attonitus petet Vates. Virg. 5. Aen. Terno consurgunt ordine remi. Cice. ad Pætum li. 4. Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus: at cum bini, obscœnum est.

TERO, is, iiii, eritum, [Tritare, sfrantumare, rompere. Gal. Broyer, piler, uscr enfortant l'un contre l'autre. Hisp. Hollar ò trallar, ò gassar.] *τριβω*, frico, contero, attero, consumo, Pla. in Asia. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit? Onid. i. de Arte. Frenaque magnanimi dente seruntur equi. Virgil. 4. Georgic. Ipse labore manum duro terat. Plin. Dein refrigeratum teritur in sarinam, id est, comminuitur. Terere iter, est iter agere. Virg. primo Georgic. Sæpius et testis penetralibus extulit oua Angustum formica terens iter. Terere tempus est consumere: similiter terere ocium. Liu. libro primo. Quas in conuiuiis, luxuque cum æqualibus uiderant tempus terentes. Tritus, a, um, partic. id est, attritus, & sui consum-

ptus. Martial. lib. primo. Cereæ si pendet, lumbis, & tritæ lacerna, Dimidiisque nates Gallica pallia tegit. Trita uia, seu Tritum iter, id est, sæpius calcatum, & a multis frequentatum. Ouid. 2. de Arte. Trita frequensque uia est, per amici fallere nomen: Tuta frequensque licet sit uia, crimen habet. Cic. i. Philip. Cum Brundisium, iterque illud, quod tritum in Græciam est, non sine causa uitauissim. Tritum prouerbium, hoc est, multorum sermonum celebratum. Cicero primo Offic. Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbium. Tritas, tus, tui, ipse actus terendi. Plin. libro trigesimo tertio, cap. 4. Nec ullum absolutius aurum est, cursu ipso, trituroque perpolutum. Tritor, oris, qui aliquid conterit: ut Tritor colorum. Plin. lib. 35. cap. 11. Nanque Erigonus tritor colorum Nealæ pictoris iuta tum ipse profecit. Tritor stimulorum, qui assidue uapulando stimulos tergo suo conterit. Plaut. Persa. Quid ais tu crux, stimulorum tritor? Huius composita sunt, Attero, Contero, Detero, Diitero, Extero, Iurero, Obtero, Protero, Pertero, Subtero: quæ uide suis locis. Retero, rursus tero, purgo, excerno. Colu. lib. 7. Plura deinde frumenta, si in annos recondantur, retenti debent, nam quanto sunt expolitiora, minus a curculionibus eduntur.

TERPANDER, dri, *τέρπανδρος*, Poeta Lyricus, ex Antissa Lesbi ciuitate, qui primus quatuor lyre chordis, tres alias addidit, & Lyrici carminis leges conscripsit: quas nonnulli Phlæmoni cuidam adscribunt, Auctor Suidas. Iam antea autem in Terpandro artis excellentia fuisse perhibetur, ut quem significare uolebant insigniter quidem canere, primum tamen locum non mereri, eum *μετὰ λέσβιον ᾄδόν*, hoc est, post Lesbium cantorem collocandum dicerent. Cuius prouerbii ortum ad huiusmodi referunt historiam. Cum Lacedæmoniorum res seditionibus tumultuarentur, consultum oraculum iussit, ut Lesbium cantorem accerterent. Accersitus itaque Terpander, populi animum sic delinuit, ut omnia omni seditione, in pristinam concordiam redirent. Quæ ex re factum ut Lacedæmonij Lesbiis musicis primas partes tribuerint, & si quem alium canentem audissent, protinus dicerent *μετὰ λέσβιον ᾄδόν*, id est, post Lesbium cantorem eum collocandum.

TERPNVS, citharædus insignis Neronis temporibus floruit, cuius cantu supra modum Nerouem delectatum fuisse, scribit Suetonius in uita eius: Statim (inquit) ut imperium adeptus est, Terpnus citharædum, uigentem tunc præter alios accersit, diebusque continuis post coenam canenti in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari, exercitarique cœpit, nec eorum quicquam prætermittere, quæ artifices eius generis uel conseruandæ uocis causa, uel augendæ facerent.

TERPSICEROTES, (inquit Calëpinus) dictum nomen a modulatis, & quasi ad lyram compositis cornibus. Quia in re nimis pueriliter fallitur, in emendatis, ut solet, exemplaribus deceptus. Terpsicerotes enim neque Græca, neque Latina lingua agnoscit. Strepsicerotes ita legendum, quo nomine significatur capræ siluestris genus, ab intortis cornibus ita dictum. Plin. li. 11. c. 37. Erecta autem cornua, rugarumque ambitu contorto, & in leue fastigium exacuta (ita ut lyras diceret) strepsiceroti, quæ Addacem Africa appellat.

TERPSICORE, *τερψιχόρη*, una nouem Musarum, sic dicta, quod choreis, & tripodis delectetur, uel, ut Plutarchus ait, quod maxima uitæ pars ea delectetur & gaudeat. Huic quidam citharæ inuentionem tribuunt. Vir. de Nouem Musis, Terpsichore affectus citharæ mouet, imperat, auget. Vide in dictione, Musa.

TERRA, æ, [Terra. Gal. Terre. Hisp. Tierra.] *γῆ*, elementum frigidum & siccum, quod quoniam reliqua omnia grauitate exuperat, infimum sibi inter ea locum uendicauit. Dicta Terra (ut quidam uolunt) quod pedibus teratur. Cic. de Natu. Deo. Terra locata in media mundi sede, solida & globosa, & undique in sese nutibus suis conglobata, uersita floribus, &c. Sunt qui uelint hoc nomine in singulari numero, totum elementum significari, in plurali aliquot eius regiones. Virg. 1. Aene. Multum ille & terris iactatus & alto, id est, per multas regiones, ut illi exponunt. Quæ differentia aut falsa est, aut certe non perpetua. Nam & terræ frequentissima pro una qualibet regione, legimus, & Terras pro toto orbe. Cic. de Amic. Eorum, qui in hæc terra fuerunt, Magnamque Græciam, quæ tum florebat, &c. Virgil. quarto Aene. Et nunc Magna mei sub terras ibit imago. Terræ filii olim obscuro ignotoque genere proguati dicebantur, propterea quod terra sit omnium communis parens: uel quod iuxta quorundam etiam historiarum Poetarum fabulæ prodiderunt, quorum quod obscura essent, & incognita stirpe proguati, ad terram, communem omnium matrem, origo referebatur. Ad quod alludens Iuuenalis, hominem obscurum, Gigantum fraterculum appellat. Cic. Attic. libro primo. Et huic terræ filio, nescio cui committere epistolam tantis

rantis de rebus non audebam . Vide Erasmi Adagia . Terram pro Terra, eodem Erasmo teste , prouerbialis est figura in hominem exulem, erroneum , & incertis uagantem sedibus . M. Tul. in epist. ad Att. lib. 14. Hæc & alia ferre non possum. itaque, γῆς ὄψο γῆς, cogito, significat, se de fugiendo cogitare. Terra defossium aliquid habere dicitur, qui non impertit, neque profert suas dotes : sumptum ab auaris, aurum humo defodientibus : quod apud Pla. facit Euclio . Terram uidere dicitur, qui ad molesti prolixique laboris finem propemodum peruenerunt . Sumptum a nauigantibus. Var. lib. 1. de re rust. scribit, Terram tribus modis dici communi, proprio, & misto . Communi, ut dicimus, orbem terræ, & terram Italicam, cum & lapis, & arena, & cætera eius generis sint in nominando comprehensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio uocabulo neque cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra, quæ est mista, in qua feri quid potest & nasci, ut argillosa, uel lapidosa. Terra etiam uocatur Vesta, siue quod rebus omnibus uestiatur, seu quia ui sua stet. Ouid. lib. 6. Falto. Stat ui terra sua, ui stando Vesta uocatur. Dicitur & mater. Colum. lib. 10 . Tu penitus clathris eradere uiscera matris Ne dubita. Plin. lib. 9. Sequitur terra, cui uni rerum naturæ partium eximia propter merita cognomen indidimus maternæ uenerationis. Nos nascetes excipit, natos alit, semel editos sustinet, & semper nouissima complexa gremio, iam ab reliqua natura abdicatos, tum maxime, ut mater, operiens: Et paulo post . Terra serpentem, homine percusso, amplius non irapat.

TERRAEMOTVS, huius tus, [Terremoto. Gal. Tremblement de terre, mouement ou esmotion de terre.] τρεσμός, terræ concussio, quæ a spiritibus terræ inclusis, & exitum sibi molientibus fit. Plin. lib. 2. c. 84. Fiunt cum terræ motu & inundationis maris eodem uidelicet spiritu infusi, aut residentis sinu recepti . Maximus terræ memoria mortaliū extitit motus Tiberij Cæsaris principatu XII. urbibus Asiæ una nocte prostratis. Cic. 2. Off. Si recta aut ui tempestatis, aut terræ motu, aut uerustate cecidissent. Idem 1. de Diu. Cōquassari maxime terræ moribus .

TERRANEOLA, æ, cum accentu in antepen. γεραειος, auis alaudæ similis, præterquam quod in capite apicem non habet, sicut alauda. Dicta Terraneola, quod nõ in arboribus, sed in terra uersetur, atque nidificet. Sipontinus.

TERREREFACIO, tis, p. c. [Spauentare. Gal. Espouanter, espantar. Hisp. Espantar.] ἐκπλησος, terror afflicto. Hinc Perterrefacio : ut, Perterrefacias Dauum, apud Ter. in Andria .

TERRENVM, ni, substantiuum, neut. ge. [Terreno. Gal. Terroir, champ. Hisp. Terreno, ò naturale χα de tierra.] γῆ, terra cultui idonea. Colum. lib. 2. Calidissimi rusticarum rerum genera terreni tria esse dixerunt campestre, collinarum, montanum. Idem lib. 1. Agrum habebimus salubri de cælo, uberi gleba, parte campestri, parte alia collibus, uel ad Orientem uel ad Meridiem molliter deflexis, terrenisque alijs, atque alijs siluestribus & asperis .

TERRENVS, a, um, [Di terra. Gal. Terrien, né ou uiuant en terre. Hisp. Cosa pertinescente ala tierra.] γεραειος, quod uel in terra natum est, uel in terra uiuit, uel aliquid cum terra commune habet, ut terrenum animal. Virg. 6. Aeneid. Terrenique debebant artus, moribundæque membra. Ouid. 1. 5. Metam. Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu, Exiit procul hinc, alioque renascitur orbe. Idem 1. Meta. Nec quicquam terræ fæcis habentem. Cic. 1. Tuscul. Corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concallescunt. Plin. lib. 9. c. 29. Terreni maiores, quam pelagici. Terrenus, pro terrenus. Col. Area quoque sic terræna erit, ut sit ad texturam satis habilis .

TERREO, es, tui. [spauire, spauentare. Gal. Espouanter. Hisp. Espantar.] ὄψο, timorem alicui incurio. Virg. lib. 1. Geo. Et sonitu terrebis aues. Cæs. lib. 3. Bel. Ciu. Et legionarij interioris munitionis defensores, scalis adnotis, tormentisq. cuiusque generis telisq. terrebant. Vir. lib. 8. Aen. Iam tum religio pauidos terrebat agrestes, Di ra loci. Idem 8. Aen. Neu belli terrere minis. Oui. 24. Met. Tonitruque & fulgure terruit orbem. Territus, ta, tum, partic. seu nomen ex participio: ut Territus animi: hoc est, conturbatus animo. Liu. 7. ab Urb. Itaque consule territo animi. Videlicet tu, inquit, A. Cornelij cacumen illud supra hostem? Ouid. 2. Met. Venatrixque metu uenantum territa fugit . Huius composita sunt Absterreo, Consterreo, Deterreo, Exsterreo, & Persterreo, quorum significata explicantur suis locis .

TERRISTRIS, & hoc terrestre, [Terrestre, di terra. Gal. Terrestre, de terre. Hisp. Cosa de tierra.] γεραειος, idem quod terrenus: ut Terrestre animal, quod in terra uitam agit. Plin. lib. 10. c. 61. Rursum in terrestribus pariunt serpentes. Oui. lib. 4. Met. Tantosq. per alta labores Aequora sustinuit, tantos terrestrib. armis. Cic. 7. Verr. Illud Flaminij ita ex æde sua sustulit, ut Capitolio, hoc est, in terrestri domicilio Iouis poneret . Liu. 3. Bell. Puni. Consul literis Philippi atque Annibalis perlectis, consignata omnia ad senatum iungere

terrestri misit : nauibus deuchi legatos iussit. Liu. 1. ab Urb. Aud Iuppiter, & tu Iuno, Quirine, dique omnes cælestes, uosque terrestres, uosque inferi audite.

TERRREVS, a, um. [Di terra.] γῆνῆς, quod ex terra est: ut Vas terreum. Col. lib. 1. Horreum camera contactum, cuius solum terræ prius quam conlternatur perfoffum .

TERRIBILIS, le, [Terribile, horrendo. Gal. Terrible, effrayant, qui donne frayeur, & effroy. Hisp. Cosa que espanta.] φοβερός, formidabile, arque horrendum. Virg. 6. Aene. Terribilis iqualore Charon. Cice. pro Sext. Alter, o dij boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aspectu. Vir. 6. Aen. Terribiles uisu formæ, letumque, laborque.

TERRICOLA, [Chi habita la terra.] ὄρθῶνιος, qui terram habitat . Est autem hominum epitheton apud Poetas, a terræ inhabitatio- ne deductum, quo mortales distinguuntur a superis, qui a cælesti habitatione calcicolæ dicuntur.

TERRICREPVVS, a, um, pen. cor. βαρῦροπος, Iouis, uel fulminis epitheton, quasi terribiliter, seu cum terrore increpans . Vox est poetica .

TERRICVLVM, i, [Spauento. Gal. Chose qui espouante, espouentail. Hisp. El espantajo.] ὄβητρον, quod iniicit terrorem. Liu. 5. ab Urbe: Cū omnium assensu comprobata oratio esset, gauderentque patres sine tribunitiæ potestatis terriculis inuentam esse aliam uiam maiorem ad coercendos magistratus, uicti consensu omnium comitia tribunorum militum habuere. Accius: Proinde ista hæc tua aufer terricula, atque animum iratum comprime.

TERRICVLAMETA, a, phantasmata, siue spectra terrorem incutientia.

TERRIFICO, as, [Far paura.] ἐκπλησος, terrorē incurio. Luc. lib. 1. Et quæ res obuia mentes Terrificet morbo affectis. Vir. lib. 4. Aen. Cæcique in nubibus ingens, Terrificant animos.

TERRIFICVS, a, um, [Terribile.] p. c. φοβερός, terribilis, formidabilis, terrorem incutiens . Vir. 5. Aen. Seraque terrifici cecinerunt omnia uates . Nox terrifica, apud Val. Flac. lib. 5 . Argonau. Stridores terrifici, apud Silium lib. 5.

TERRIGENA, [Nato di terra.] p. c. communis gene. γῆνῆς, ex terra genitus. Cice. 2. de Diuin. Terrigenam tardigradam domiportam sanguine cassam potius: quam hominum more cochleam dicere. Luc. lib. 3. Aut si terrigenæ tentarent astra gigantes. Oui. Epi. 1. 2. Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres In se constrictas conferuere manus.

TERRITO, as, p. e. [Spauire. Gal. Espouanter. Hisp. Espantar.] ἐκπλησος, frequentatiuum a Terreo. Ter. in And. Dij te eradicent, ita me miseram territas. Vir. 4. Aene. Et magnas territat urbes . Liu. 8. ab Urb. Dein postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare, atque identidem admonere fortunæ. Plau. Amp. Larua umbratilis, tu me minis territas.

TERRITORIVM, rij, Territorio. Gal. Territoire. Hisp. Territorio.] ὄψο, est, ut inquit Pomponius, uniuersitas agrorum intra fines cuiusq. ciuitatis . Quod ab eo dictum est, quod maxime teratur, uel quod magistratus eius loci intra omnes fines terrendi, id est, summouendi ius habet . Hactenus Pomponius. Plin. lib. 29. c. 6. Extra territorium id abire. Ci. 2. Phil. Ut florentis colonix territorium minueretur. Seruius etiam in Virgilium.

TERROR, oris, [Terrore, spauento, paura. Gal. Fffroy, frayeur. Hisp. Espanto del que espanta.] φόβος, timoris incussio. Cice. 3. Tul. Quæ autem subiecta sunt sub metu, ea sic definiunt . Pigritiam metum consequentis laboris, terrorem metum conuententem. Ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus cōsequatur . Seruius inter Terrorem, & Metum sic distinguit, quod Terror proprie fit, qui alij infertur, unde & Terribilis dicitur Metus, quem habent timentes, Licet aliquando terror pro metu ponatur . Virgili. 11. Aeneid. Quod si tantus habet mentes & peccora terror.

TERTA GALEA, [Terzo, chiaro.] id est, deterfa. Varro: Terra nitet galea. Caro de Liberis educandis, ut citatur a Nonio: Aliti sunt, circumtonsi, terti atque unctuli, ut uideantur esse mangonis fieri.

TERTIANVS, adiect. [Tertiano.] τριταειος, ut Tertiana febris: quæ tertio quoque die recurrit: quemadmodum Quartana, quæ quarto. Ci. 3. de Natur. Deorum . Vide quæso si omnis motus, omnia que, quæ certis temporib. ordinē suum cōseruant, diuina dicimus, ne tertianas quidem febres, & quartanas diuinas esse dicendum fit. Tertiana etiam absolute idem significat. Plin. lib. 10. cap. 14. Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari, &c.

TERTIANVS, orum, οἱ τῆ τρίτης, τὰς τῶν σπαιτῶνται, Tertix legionis milites . Tacitus lib. 21. Tradidit & Syria duo & nicesimanos, tertianosque.

TERTIATA VERBA, ἐγκομένα, ῥήματα, appellatur imperfecta, lapsantia, & cū pauore nutabunda: quando quis exanimatus nõ p-

- fert uerba integra, sed uix tertia quæque enunciat medijs ex perturbatione suppressis. Apuleius lib. 4. Tremens & exanguis colore, lunda tertiata uerba substrepens, sic ad illas ait.
- TERTIO**, ad. et. [Terzare, interzare.] τριων, tertia uice. Ter. in Eum. Non hercle ueniam tertio, Col. lib. 3. c. 13. Sarriuntur sesquiope ra, iterum sarriuntur una opera, & tertio una.
- TERTIO**, tias, uerbum est rei rusticæ scriptoribus familiare, pro eo quod est opus aliquod tertio repeto: ut Tertiare agrum, τριτωλῆν, est tertio prosciudere. Col. lib. 2. Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur: Nam commode prosciudat duabus, una iteratur dochrante, in liram redigitur quadrante operæ. Idem lib. 2. c. 13. Iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septembris Calendarum tertiatis. Hinc Tertiatio uerba, pro tertia operis repetitione: quo nomine Colu. lib. 12. cap. 50. usus est pro tertia olei pressura. Sunt autem, inquit, in cella olearia tres arborum ordines, ut unus, primæ notæ, id est, primæ pressuræ oleum recipiat, alter secundæ, tertius tertiæ. Nam plurimum refert non miscere iterationem, multoq. minus tertiationem.
- TERTIVM**, [La terza uolta. Gal. La tierze fois. Hisp. La terza vez.] ad. uerb. τριτων, τριων, tertia uice. Cice. 2. de Diuin. Quid est tam incertum, quam telorum iactus? tamen nemo est, qui tam sæpe iactans, Venerem iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum, ac tertium. Tertium consul esse dicitur, qui duobus iam perfunctus Consulatus tertium gerit. Tertio autem consul quis factus esse dicitur, qui tertio post exactos reges anno gestit Consulatum.
- TERTIARIUS**, ria, rium, adiecti. quod tertiam rei alicuius partem recipit: unde Tertiarium stannum, appellatur a Plin. libro trigesimo quarto, cap. decimo septimo. Ad alterini & factij stanni genus, cum singulis stanni libris singuli plumbi albi, & singulæ nigri libræ admiscetur.
- TERTIARIUM**, rij, [Quattro oncie.] substant. τριτημοριον, idem quod triens, hoc est, uncia quatuor, & tam de pondere, quam de mensura dicitur. In ponderibus enim, teste Budæo, libræ tertiam partem significat: in mensuris autem tertiam partem congit. Cato, de re rust. cap. 97. Postea sumito bitumnis tertiarium, & sulphuris quartarium.
- TERTIVS**, a, um, [Terzo. Gal. Tierze. Hisp. El tierzo.] τριτος, ultimus, siue unus ex tribus. Plin. episto. 92. Tertius dies est, quod audiui recitantes Sentium Augurinum. Cicero pro Rab. Posth. Modo uobis inspestantibus, in Gabinij iudicio tertio quoque uerbo excitabant. Plinius libro octauo, cap. 48. Tertium locum Milesiæ oues obtinent. Tertiz notæ herbæ, id est tertio loco adscribendæ, uel tertiam dignitatem post alias sortitæ. Colu. lib. 9. c. 4. Tertiz notæ, sed adhuc generosæ, marinus ros, & nostras cunila, quam dixi fatureciam.
- TERTYLIANVS**, τερτυλιανος, scriptor Ecclesiasticus, eloquens quidē, in nonnullis tamen ab Orthodoxæ Ecclesiæ fide nonnihil aberrans. Animam enim immortalem quidē esse fatetur, sed eam effigiarum corpus esse contendit, neque hanc tantum, sed ipsum etiā Deum corporeum esse dicit, licet non effigiarum. Nec tamen tūc hæreticus creditur esse factus.
- TERVNCIVS**, τερτυνχιον, τριγγυον, nummus perexiguus, a tribus uncis, hoc est, quarta libellæ parte dictus, teste Varro, libro quarto de lingua latina. Plaut. in Cap. Neque ridiculos iam teruncij faciunt. Cicero Caninio: De præda mea teruncium non attigit quisquam.
- TESQUA**, [Luogo incolto.] loca edita, aspera, & inculta, ipso situ atque silentio religionem quandam & horrorem incutientia. Horat. 1. Episto. 14. Nam quæ deserta & inhospita tesqua Credis amœna uocat, mecum qui sentit, & odit. Quæ tu pulchra uocas, nemo forsaque Tesqua, apud Lucan. lib. 6. Tesqua (inquit Festus) loca augurio designata. Cicero aspera esse ait, & difficilia. Hæc ille. Var. lib. 6. de lingua latina. Tesca scribit per c, litteram: putatq. Tesca dicta, quasi Tiesca, a tuendis sacris: locaque quadam agrestia interpretatur, Deo cuiuspiam consecrata: Accij testimonio, id ipsum confirmans, ex Tragoedia, cui Philoctetæ nomen est, in huac modum citato. Quis tu es mortalis, qui in deserta, & tesca te apportes loca? Quid autem Tescorum nomine ibidem intelligere debeamus, explicat idem Accius, paulo post subiungens, Celsa Cabyrum delubra tenens, mysteriaque pristina castis concepta sacris. Hæc fere Var.
- TESSARES CAEDECATITAE**, τσσαρες και δεκα τται, sex cuiusdam homines, qui non nisi decima quarta Luna mense Martio Pasca celebrabant: unde & nomen acceperunt.
- TESSARACOSTON**, τσσαρακοστον, tempus dierum quadraginta ante partum, & totidem post partum, quibus mulieres a sacris arcebantur: propterea quod id fere temporis tam ipsæ, quam earum fœtus plurimis infestantur incommotis. Quo dierum numero exacto festum celebrabant, quod & ipsum Tessaracoston appellabant. Vide Cenforium de die natali, & Cœlium Rhod.
- libro decimosesto cap. 21.
- TESSERA**, τζζ, τετραγωνον, dimi. a Tessera, rem quamuis significas, formam habentem quadratam: cuiusmodi sunt laterculi, siue lapides quadrati, quibus pauimenta sternuntur. Plin. lib. 37. c. 10. Andromedæ argenti nitorem habet, ut adamas, figura quadrata, & semper tessellis similis.
- TESSERATAVS**, a, um, quod tessellis, id est paruis quadratis lapillis est compositum: ut pauimentum tessellatum. Sueto. de Cæs. Munditiarum, lautitiarumq. studiosissimum mihi prodiderunt, quamuis tenuem adhuc, & obæratum, in expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta circumtulisse. Vitru. lib. 7. præcipit pauimenta tessellata angulos omnes æquales, eademq. sectilia dici, quoniam in particula secta sunt, ut quocunque uelis possint circumferri. Erant & Tessellatæ quædam tunicæ, tesseres quibusdam distinctæ. Vnde Palliorum tesseras dixit Plin. lib. 35. Zeusis aureis literis in palliorum tesseres intextum nomen suum ostentabat.
- TESSERA**, ζ, κυβικος, figura omni ex parte quadrata, teste Macro. lib. 1. in Som. Scip. hoc est, constans sex lateribus æqualibus, qualem est uidere in ijs officulis, quibus in alueolo ludimus, punctis quibusdam distinctis, & in quacunque incubuerit partem, immotam stabilitatem habentibus, quæ & ipsa a Latinis Tessera, a Græcis κυβος, appellantur. Cice. 1. de Diuin. Quid est enim fors? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & calus, non ratio & consilium uallet. Tali autem siue taxilli omnino diuersi erant tesseres: ut qui quatuor tantam haberent latera ad similitudinem eorum, quæ in articulo pedis animalium eorum officulorū uentre protuberant, concava uertebra ligata, altera parte concava, altera in conuexitatem nonnihil assurgente. Sed de his abunde multa dicta sunt suo loco. In militia item Tessera, dicebatur symbolum, quo socii ab hostibus, & exploratoribus dignoscebantur. Ea autem erat tabella, teste Polybio, quam Tribuni militares sub noctem ab Imperatore acceptam ad Centuriones perferebant: Centuriones autem ad Decuriones, & ij rursus ad unumquemque suæ decuriæ militem, a quibus rursus, antequam se intenderent tenebræ, redibat ad Imperatorem. Vir. lib. 7. In bello tessera signum. Liu. 7. Cæteris omnibus tessera dari iubet. Item tessera est belli & pacis futuræ signum. Pomponius. Q. Mutius missus ad Carthaginenses legatus, cum essent duæ tesserae positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato utram uellet deferre, utranque sustulit, & ait. Carthaginenses petere debere, utram malle accipere. Ponitur nonnunquam pro signo frumentario, quo exhibitio, unusquisque frumentum pro portione accipiebat a præfecto annonæ, sicut ex more uetusto in patria nostra fieri solitum est ab his, qui pauperum curam habent. Nam erogantur signa quædam plumbea, quibus exhibitio, sigillatim accipiunt certam mensuram farinæ, uel panis uinive. Sueto. in Augusto: Ac ne plebs frumentationum causa frequentius a negociis auocaretur, ter in annum quaternorum mensium tesseras dare destinauit. Iuuen. Saty. 7. Summula ne pereat, qua uilis tessera uenit Frumenti. Sic etiam dicuntur tesserae nummarie, quibus exhibitio, summa numerum præscripta repositi solet. Item Tessera collybiticæ, quas uulgus literas cambij uocat, cum in usum excogitatæ, ut pecunia argentariis tradita, uel in locis remotissimis citra ullum uecturæ periculum recipi possit. Item Tessera est lignum utrinque complanatum, in quo numeri inciduntur. Vulgus Taleam appellat, Plaut. Suam uterque tessera habet, ratio constat. Tessera hospitalis. Fuit antiqui moris tessera dari hospitibus dimidiatam, quam quicumque attulisset ad hospitem, continuo agnoscere posset, & hospitio accipi, tantamquam amicus, & uetus hospes. Hoc autem ius necessitudinis ad posteros transibat: propterea tessera hospitalem diligenter asseruabant. Pla. in Pœn. Ego sum ipse, quæ tu quæris. P. hem quid audio? A. Antidamæ me gnatum esse. P. si ita est, iam tessera confer, si uis, hospitalem. A. eecam attuli. Tessera hospitalem confregisse dicebatur, qui ius hospitii uiolabat: hoc est, ut ait Erasmus, qui sibi reditum in domum aliquam præclusit. Plaut. in Cist. Hic apud nos iam Alecimarche confregisti tessera. In uetustibus item figuræ quædam quadratæ tessera dicebantur, unde & uetres ipse dicitur Tessellatæ. Plin. lib. 35. c. 9. de Zeuxide pictore: Opes quoque tantas acquisiuit ut in ostentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum tesseres intextum nomen suum ostentaret.
- TESSERARIUS**, rij, δ τὸ σάβημα νημάνον, qui tessera, hoc est, signum bellium per contubernia militum nunciat.
- TESSERARIUS**, a, um, κυβικός, quod ad tesseras pertinet: ut ludus tesserarius, κυβεία.
- TESSERVLA**, ζ, σαυθημάτιον, symbolum siue signum frumentarium, quod qui ad præfectum annonæ referebant, certam frumenti accipiebant mensuram: quemadmodum etiam hodie in quibusdam sacerdotum collegiis æneos plumbeosve quadrates uidemus distribui, quos penoris præfectus, ab iisdem certa uini mensura,

sara, certoque panis pondere solet redimere. Perf. Sat. 5. Scabrosum tessellata far possidet. Plin. Frumenti rationem tessellata ostendit. Tessellata item dicebantur exigui quidam & quadrati lapilli, ex quibus elegantiora pavimenta iternebantur, quæ ab antiquis Tessellata dicebantur. Cic. lib. 3. de Ora. ex Lucilio: Quam lepide lexis compositæ, ut tessellatæ omnes Arte, pavimento atque emblemate uermiculis.

TESTA, æ, [Chioppa, περὶ ζογυφίο, testis] ἀνά υἱόν, uas fictile, quod ex argilla tornatum, mox ad ignem coquitur: unde & testa dicta quasi tosta. Hora. 1. Epist. 2. Quod se mel est imbuta recens seruari odorem Testa diu. Ovi. 2. Trist. Alter hamum, de qua fingantur pocula monstrat: Quæque docet liquidum testa sic apta mero. Hor. 1. Car. Ode 20. Vite potabis modicis Sabinum Cantharis, Græca quod ego ipse testa Conditum leui. ad Her. lib. 4. Prometheus, cum mortalibus ignem diuidere uellet, ipse si a uicinis cum testa ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculum uideretur. Quin & ipsa fragmenta fictilium uasorum, Testa dicuntur. Plin. lib. 36. cap. 25. Necessarium binas per diuersum coactiones sub sterni, capita earum præfigi ne torquæantur, & ruderi nouo tertiam partem testæ tulle addi. Testa item dicitur tegmen cuiuslibet rei durum & fragile, quod Græci ὀστρακὸν uocant, ut in piscibus omnibus, qui duriore uenturiantur cortice, qui a Græcis ὀστρακὸν-δερμῶν, appellantur. Cice. 2. de Nata. Deor. Quot genera, quamque disparia partim submersarum, partim fluctuantium, & innatantium belluarum, partim ad saxa natiuis testis inherentium? Testas quoque figurate positas legitimus pro ostreis, aliis uero id genus piscibus duriore cortice contextis, Horat. 2. Sermon. Saty. 4. Sed non omne mare generose fertile testæ. Testas item pro ouorum putaminibus dicimus: item pro conchis cochlearum. Plau. Pæn. Sin quid est? cochleæ & testa ut sicut solent, &c. Testula, læ, dimin. Col. lib. 11. c. 3. de porris capitatis loquens: Tum testulæ, uel conchæ quasi sedes in singulis subiectæ & feminibus adobruuntur, ut fiant capita latioris incrementi. Testulis ferebantur suffragia. Liu. 5. Bell. Puni. Testulis datis, tribuni popululum summo uerunt, sitellaque allata est, ut sortirentur, ubi Latini suffragium ferrent.

TESTACEVS, a, um, ὀστρακίμος, ὀστρακίδης, quod ex testa est, siue quod testæ duriciem imitatur. Plin. Insectorum omnium, & quibus testacea operimenta, oculi mouentur. Plin. epist. 135. Quia sint comento mediū farti, nec testaceo opere præcinxi. Testacea pyra, quæ etiam Signina dicebantur. Plin. lib. 11. c. 15. Signina, quæ alij a colore testaceæ appellantur.

TESTAMENTARIVS, a, um, quod ad testamentum pertinet. Unde testamentariæ tabellæ, & testamentaria lex, quæ Cornelia dicitur: quæ irrogat pœnam ei, qui falsum testamentum, uel aliud instrumentum signauerit, scripserit, recitauerit. Adoptio testamentaria, qua quis per testamentum sibi filium adoptat. Plin. lib. 5. ca. 2. Cum Scipionis Africani transfisset atrium, uidissetque adoptionem testamentaria Salutionis (hoc enim fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini.

TESTAMENTARIVS, rij, [Chi fa testamenti falsi] ὀστρακίδης, qui testamenta falsa conficit. Cicero lib. 3. Officio. Non de sicariis, ueneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loquor differendum est.

TESTAMENTARIVS, [Notario] Διαδικόγραφος, notarius, confector, & scriptor testamentorum. Paulus ad legem Corn. de Fals. Impuberem. Si testamentarius seruo fideicommissariam libertatem dederit, uideamus ne id extra pœnam sit. Budæus.

TESTAMENTVM, ti, [Testamento, legatione, lascito] Διαθήκη, instrumentum extremæ nostræ uoluntatis continens testamentum. Vlpian. lib. 1. qui testam. facere pos. Testamentum est, inquit, uoluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod post mortem fieri uoluerimus. Et proprie quod perfectum est, Testamentum dicitur. Sed abusive quoque testamenta uocamus ea, quæ falsa, uel iniusta, uel irrita, uel rupta, itemque imperfecta sunt. Cic. 2. de Finibus. Sic eiusdem testamentum non solum philosophi grauitate, sed etiam ab ipsius sententia iudico discrepare. Hora. 2. epi. 7. Et opella forçis Adducit febres, & testamenta resignat.

TESTATVM, [Minutamento] ὀστρακίδης, aduerbium antiquum, idem significans quod minutum. Tractum a testarum natura, quæ in exigua fragmenta solent confringi. Pompo. in Verre agrotto, ut citat Non. Iam istam colaphis comminuissimam testatim tibi.

TESTATIO, nis, [Testatione, testimonio] μαρτυρία, idem quod testimonium. Liu. 8. ab Urb. Sicut fœderum ruptorum testationem, in genti fragore cæli procellam effusam. Quin. lib. 5. ca. 13. Si quid ab aduersario testationibus comprehensum.

TESTATOR, [Testatore] ὁ διατίθεις υἱόν, testamenti conditor, uox in primis frequens apud Iurifconsultos.

TESTATVS, [Chi fa testamento] Διαθέτης, qui testamentum condidit: cuius contrarium est Intestatus, διαθετός, qui testamen-

tum non condidit. Unde & ab intestato dicimus aliquem hæredem factum esse. hoc est, non ex testamento, quod nullum erat, sed iure propinquitatis. In significatiue autem passiuæ Testatus dicitur apertus, uulgatus, a omnibus cognitus, quod id quasi omnes testentur. Cice. 4. Verr. Ut res quam maxime clara atque testata esse possit, in ius ad Metellum Carpinarium uoco, tabulasque societatis in forum deferro. Ovi. 3. de Pon. Ele. 1. Nota tua est probata, testataque tempus in omne. Cicero Curioni. Aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim. Hinc Testator, & Testatissimus: Cæ. 8. Bel. Gal. Itaque omnibus, qui arma tulerant, manus præcidit, uitamque concessit, quo testator esset pœna improborum. Cic. pro Cæ. Nam necesse est fuisse non paucos, ut & comprehendere Licinius facile posset, & res multorum oculis esset testator.

TESTICVLOR, aris, quod & Testillor dicitur, significat iumentis fœminis mares adiuuere. Festus.

TESTICVLVS, li, [Testicolo] ὀρχιδίων, diminutiuum a testis cum procoleo accipitur. auctor ab Heren. lib. 1. Medicus testiculos arietis nos tenens.

TESTIFICOR, aris, ari, [Testificare, testimoniare Gal. Tesmoigner, dire une chose & l'assurer, testifier. His. Atestiguar.] μαρτυρέω, testimonium dico, non uero facio, testib. firmo. Cice. 3. de Orat. quod eo sapio testificor, ut auctoribus laudandis ineptiarum nomen effugiam. Quid. 2. de Art. Te memorem dominæ testificare tuæ. Ci. ad Att. lib. 8. Testificor me expertem belli fuisse. Testificari deum, pro Testari, & in testimonium inuocare. Testificatus, a, um, partic. Cic. Att. li. 1. Illud inest tamen commodi, quod & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua uoluntas omittendæ prouinciæ. Ovi. Epist. 2. 1. Linguaque præsentem testificata deam.

TESTIFICATIO, onis, [Testificatione Gal. Deposition de tesmoins, te smoignage. Hisp. El dicho del que es testigo, obra de testiguar.] μαρτυρία, probatio per testes. Ci. 6. Verr. Si eius rei testificatio tolleretur, cautumque esset eos testimonium non esse dicturos. Idem de Cla. Ora. Chirographa, testificationes, iudicia, quaestiones, rem manifestam facere. Interdum idem quod declaratio, assertio, professio, Cicero Lentulo libro primo episto. Sic egit causam tuam, ut nec eloquentia maiore quisquâ, nec grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se meritorem. Idem 9. Philip. His honoribus habitis Ser. Sulpicio, repudiatæ legationis ab Antonio manebit testificatio sempiterna.

TESTIMONIUM, nij, [Testimonio, testimonian] μαρτυρία, testium depositio: quæ & Testatio dicitur, quum testimonium proprie absentium sit, cum dicta testium, quæ alibi deposuerunt, apud iudicem in scriptis proferunt: quod genus Græci μαρτυρίας, uocant. Unde Diuus Adrianus (referente Callistrato: Digest. de probat. & præsump.) Rufino proconsuli Macedoniæ rescipit, Testibus se, non testimonijs crediturum. Gabinio quoque in hæc uerba rescriptit: Alia est auctoritas præsentium testium, alia testimoniorum quæ recitari solent. Accipitur aliquando latius testimonij uocabulum, pro omni eo quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendâ fidem. Ci. in Topic. Testimoniorum duo sunt genera, diuinum, & humanum. Diuinum, ut oracula, auspicia, uaticinationes & respôsita sacerdotum, aruspicum, coniectorum. Humanum, quod spectatur ex auctoritate, & ex uoluntate, & ex oratione, aut dubia, aut expressa: in quo insunt scripta, pacta, promissa, iurata, quaestita. Sumitur aliquando testimonium pro elogio, quo sententiam nostram de re quapiam declaramus. Ci. pro Domo sua. Senatus mihi testimonium huius urbis conseruatæ dedit.

TESTIS, is, generis communis, [Testimonio Gal. Tesmoign. Hisp. Testigo] μαρτυρ, qui, quæue testimonium dicit. Testib. præsentibus facere aliquid: cui contrarium est, Clam, & sine arbitrio aliquid facere. Plautus Curc. quod anias, ama testibus præsentibus. Mar. lib. 1. Ille dolet uere, qui sine teste dolet. Ovi. Epi. 6. Vix mihi teste deo credita uita tua est. Ci. 3. Offi. cum uero iurato sententia dicenda sit, meminerit, deum se habere testem. Vir. 8. Eclog. Quamquam nihil testibus illis profeci. Iuu. Sat. 14. Falsus erit testis, uendet periuria summa Exigua, ceris tangens aramque, pedenique. Testis uero pro testiculo, masculini generis est dictus, quod uirilitalis testis sit. Auctor Priapeæ: Magnis testibus ista res agetur. Plin. libro duodecimo, cap. 49. Testes pecori armentoque ad crura decidunt.

TESTIUILICIVM, res minimi pretij: sumptum a filorum fragmentis, quæ de tela decidunt, quæ proprie testiulicia uocari uolunt. Plautus Casi. Non ego hoc uerbum emptitem testiulicio. Quo tamen in loco Festus legit Testiulicio.

TESTOR, ris, [Testificare, testimoniare, addur in testimonio] μαρτυρέω, testimonium perhibeo, testimonio sum, affirmo, profiteor. Cic. 2. de Na. de Venæ & arteriæ crebræ multæque. toto corpore intextæ uim quandam incredibilem artificiosius operis. diuinique testatur. Idem

Idem pro Mur. Ego quod facio, omnium uestrum causa me facere clamo atque testor. Tranquillus in Claudio: Testatus quondam per edictum, tanto impensius petere se, ut natalem patris sui Drusi celebrarent. Ouid. 8. Metamorph. Et plauit pennis, testataque gaudia cantu est. Aliquando testem aduoco, uel testimonium adduco, & alterius implorato testimonio assero, Virg. 2. Aeneid. Vos æterni ignes, & non uiolabile uestrum Testor numen ait. Cice. 5. Philip. Is me potissimum testatus est, se æmulum extitisse mearum laudum. Idem pro Flacco. Vociferarer quantum maxime possem, contenderem, testarar publicanos, excitarem negotiatores: uestram etiam conscientiam implorarem. Hoc est, testes aduocarem publicanos, totamque rem eorum iudicio permitterem, ut interpretatur Budæus. Testari, pro obtestari, hoc est, suppliciter aliquid petere, numinum etiam inuocatione adhibita. Plaut. Ipsius tete per superos omnes tellatur, id est, precatur. Accipitur item Testari, pro Testamentum condere, Cice. 1. de Inuentio. Possit ne quisquam de filij pupilli re testari. Huius uerbi composita sunt, Antestor, Attestor, Contestor, Detestor, Obtestor, & Protestor. quorum significata explicata suis locis habes.

TESTUACEVM, κλιβανίτης, libi uel panis delicatioris genus, quod in testo calido coquebatur. Testum autem Latini uocant, quod Græci κλιβανόν, Varro lib. 4. de lingua latina. Libum (inquit) quod libaretur prius quam esset coctum, testuaceum, quod in testo calido coquebatur: ut etiam nunc Matralibus id faciunt Maronæ.

TESTUDINEATVS, αμ, [In uolvo] κημαρωτός, fornicatus, concameratus, siue quod conuexum, & incuruum est, testudinis more. Plin. lib. 33. cap. 11. Sed & testudineatum in usum uenisse. Colum. lib. 12. cap. 15. Et inter se acclines testudineato testō more tuguriorum inarescentem ficum a rore & interdum a pluuia defendant. Vitru. lib. 2. Testa recedentes ad extrema transtra trahunt, gradatim contrahentes, & ita ex quatuor partibus ad altitudinem edueunt in medio metas, quas luto & fronde tegentes efficiunt testudineata testa.

TESTUDO, inis, [Testudine, galana, bisfa scudellera, testuggine, Gal. Vne tor tue. Hisp. Galapago, tortuga.] χηλόνη, animal tardigradum, a testa qua tegitur nomē habens. Earum genera sunt marinæ, Palustres, Terrestres, & Lutariæ, quæ in dulci aqua diuersantur. Ex his marinæ in Iudico mari in tantam euadunt magnitudinem, ut singularum superficies habitabiles casus integant, atque inter insulas Rubri præcipue maris non aliis fere nauigent cymbis. Vniuerso autem generi testudinum dentes nulli sunt, sed rostri margines acuti, superiori parte inferiorem claudente, pyxidum modo. Oua parui in terra, auium ouis similia, foetusque educant annuo spatio. Reliquam earum naturam uide apud Plin. lib. 9. cap. 10. Est item testudo machina bellica, tabulatis contexta, & crudo corio, aut ciliicinis centonibus contexta, aliave materia, quæ difficulter possit exuri. Hæc intus habebat trabem, funibus suspensam, quæ si uno præmuniretur ferreo, Falx dicebatur, eo quod incuruata esset eum in usum, ut lapides è muro euelleret: Si uero ferro bifurco caput haberet munitum, Arios dicebatur, siue quoddam arietis in morem retrorsum cederet, ut maiori cum impetu feriret, siue quod geminis cornibus capitis arietini similitudinem referret. Testudo autem dicebatur, quod modo caput exereret, modo subduceret, uiuæ testudinis ritu. Silius, li. 1. Tandem condensis arctæ testudinis armis, Subducto Pæni uallo, cæcæque latebra Pandunt prolapsam suffossis mœnibus urbem. Cæf. 4. Bel. Gal. Reliquisque diebus turres ad altitudinem ualli, falces, testudinesque parare ac facere cœperunt. Testudo item dicebatur congregata militum multitudo confertis scutis testæ, aduersus impetum lapidum, aliorumque telorum desuper incidentium, σωμασπίτης, Liu. 10. ab Urb. Galli testudine facta conferti stabant, Cæf. 6. Bell. Gall. At milites legionis septimæ testudine facta, & aggere ad munitiones adiecto, locum cœperunt. Rursus Testudines in ædificijs dicuntur fornice, siue cameræ, testudinei tegminis instar conuexæ. Virg. primo Aeneid. Tum soribus diuæ, media testudine templi, Septa armis folioque alte subnixâ refedit. Bit item Testudo, musicum instrumentum, uiuæ testudinis figuræ non admodum dissimile, quod & Græci ab animalis nomine χέλυς, appellant. Huius inuentionem Mercurio assignat Hyginus, qui cum aliquando in testudinem incidisset, cuius caro longa uetustate erat exesa, solis relicta neruis, qui digitis percussi non inamœnū edebant sonum: ex illius similitudine lyram excogitauit: unde & testudinis illi nomen mansisse quidam existimant. Horat. lib. 1. Carm. O decus Phœbi & dapibus supremi Grata testudo Iouis, o laborum Dulce lenimen. Virgil. 4. Georgic. Ipse caua solans ægrum testudine amorem. Cice. 2. de Nat. deo. Quocirca & in fidebus testudine resonatur. Testudineus, αμ, adiect. quod est testudinis: ut, Testudineus gradus. Plaut. in Amphyt. Sine grillatorius, siue testudineus fuerit (subaudi gradus) certum est mihi

nunc scelestam perdere.

TESTULA, α, δ, σ, τ, τιν, minor testa, uel testæ fragmentum. Colum. lib. 15. ca. 3. de porris capitatis loquens, Tum testulæ uel conchæ, quasi sedes, singulis subiectæ feminibus, adobruuntur, ut capitatiores incrementi. Testulis in comitiis referebantur suffragia. Liu. lib. 5. Bell. Puni. 2. Testulis datis Tribuni populum summo uerent: sitellaque allata est, ut fortirentur, ubi Latini suffragium ferrent.

TESTVSUS, [Testo, scoperchio della padella. Gal. Counercle de paelle, un four de terre. Hisp. Vaso d' horno de barro.] κλιβανός, instrumentum plerumque fictile, nonnunquam etiam, in quo ex ære, aliave materia plantæ, aliaque id genus coquebantur, Cato de re rustica. cap. 75. In foco calido sub testu coquito leniter. Legitur & Testum in eadem significatione: ut, æreum testum apud Plin. lib. 30. Hinc Testuaceum libum, & Panem testuaceum dicimus, quem Græci uocant κλιβανίτην. Varro libro 4. de lingua Latini. Libum dictum, quod libaretur, prius, quam esset coctum: Testuaceum, quod in testo calido coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronæ.

TETANICI, τετανικοί, a tetano morbo dicti sunt cum musculi qui secundum spinam sunt, ita rigent, ut se inflectere non possint. Idque cum anterior pars afficitur, ut si mentum pectori annectatur εμψυρότονος: cum posterior: σπινδοτόρος, ut si caput scapulis adhareat, cum uero ambæ rigent ex æquo, τετανός, uocatur, ut si ceruix recta & immobilis intendatur, etiam si (ut ait Celsus) quidam minus subtiliter, & minus discrete his nominibus utuntur.

TETANOIRA, τετανόρα, medicamenta sunt eiusdem formæ, cuius & psilothris, ψιλοθρα: Sed psilothris ad pilos uellendos, tetanothris ad erugendam extendendamque, in facie cutem utimur.

TETANVS, ni, pen. cor. τέτανος, rigor & immobilitas ceruicis, cum spinæ, nerui, & musculi utrinque ex æquo obriguerunt, ita ut ceruicis uertebrae neutram in partem flecti permittant. Vide paulo ante in dictione Tetanica.

TETARTÆVS, adiect. τεταρταίος, quartanus. Colu. libro 3. cap. 20. Tetartæum pro tetrade, siue quaternario numero posuisse uidentur, cum ait. Nec tamen ea causa compellere nos debet ad multas uitium uarietates: sed quod iudicauerimus eximium genus: id quantæ multitudinis possimus, efficiamus. Quod deinde proximum, a primo, tum quod est tertiaræ notæ, uel quartæ, quodque ea tenus uelut lestarum quoddam contenti simus tetartæo. Satis est enim per quatuor uel summum quinque genera, uindemiæ fortunam opperiri.

TETARTÉMORION, τεταρτημόριον, & Græca dictio quadrantem significans. Plinius libro septimo. cap. 49. Durat & ea ratio, quam Petolis, ac Necepos tradiderunt, & Tetartemorion appellat, a trium signorum portione, qua posse in Italiæ tractu cxxxvi. annos uitæ contingere apparet. Quo in loco Tetartemorion accipitur pro spatio trium signorum, quæ est pars quarta Zodiaci.

TETER, tra, trum, [Crudele, horribile. Gal. Fuant & insait, ord & infame, cruel, meschant. Hisp. Torpe d' seño d' sardiendo, d' cruel.] βροσπος, cædus, crudelis, ditus, & tam ad animum, quam ad sensus exteriores pertinet, ut Terra belua, Terra uox, Teter odor, Teter aspectus, Teterrima mens. Pla. Most. Ego uero te neque tetriorem beluam uideri me unquam, neque peiorem, censeo. Cic. 4. Tuscu. Agriditudinem ut tetram, & immanem beluam fugiendam esse diximus. Clau. in Euro. Nec belua tetrior ulla est, quam ferui rabies in libra colla furentis. Sulpitius ad Cic. lib. 4. Vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus. Col. lib. 7. cap. 5. Spumam tetri odoris expuit. Vir. li. 3. Aen. Tum uox tetrum dira inter odorem. Hora. 1. Serm. Sat. 4. postquam discordia tetra Belli ferratos postes, portasque refregit. Hinc Tetre, tetrius, teterime aduerbia. Cic. 1. de Diui. Multa facere impure, ac tetre, cum temeritate, & impudētia. Idem pro domo sua: Impurissime, teterimeque uiolauit.

TETHYS, Tethyos, prima syllaba produ. τήθυς, Cæli, & Væstæ filia, soror Saturni, coniunx Neptuni, fluiuorum, & Nympharum mater. Hesiodus in Theogonia, Terræ sobolem enumerans Ουρανὸν & νηθεΐσα, τέκν' Ωκεανὸν βαδυσήνην, κοίβην τὴν χερσοσεσσαν, Ἰθύν τ' ἔρα τὴν, At Ouid. libro 5. Fausto uidetur sentire illam fuisse Tithani filiam, qui fuit Saturni frater natu maior. Ait enim: Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn. Datiuum facit Tethyi. Catul. de Coma Beren. Luce tamen canæ Tethyi restitutor.

TETRADRACHMA, me, uel Tetradrachmō, mi, τετραδραχμιον, numerus quaternas ualens drachmas. Liu. li. 34.

TETRAGNATI, aranei quidam, a maxillarum multitudine ita dicti, quas Græci γνάθους, dicunt. Plin. li. 19. c. 4.

TETRAGRAMMATON, quatuor constans literis. unde Dei nomen Tetragrammaton, quod non modo apud Hebræos, uerū & apud Græcos

Græcos, Latinos, Aegyptios, Chaldaeos, Arabes, aliosq. populos quatuor elementis scribatur.

TETRAMETRON, p. c. *τετράμετρον*, carminis genus, Comiciis familiaris, quatuor conlans mensuris maioribus, hoc est pedibus octo: unde & octonarium uocant Latini.

TETRARCHA, α, [*Signore della quarta parte del Regno. Gal. Le seigneur, ou gouverneur d'un quartier d'une province. Hisp. Señor de la quarta parte de una provincia.*] quartam regni partem obtinens. Ci. ad Att. lib. 2. Qui regna tetrarchis dederunt. Luc. lib. 7. Sicci sed plurima campi Tetrarchæ, regesque tenent magnique tyranni. Hora. 1. Ser. Sat. 1. Modo reges, atque tetrarchas.

TETRARCHIA, α, *τετταρχία*, quartæ partis imperiû. Cic. 1. de Diu. a Cæsare tetrarchiæ regno multatus est.

TETRASTICON, carmen, quatuor tantum uersibus sententiam concludens, *σίγος*, enim Græce uersus.

TETARICI, [*Seuero, crudele. Gal. Seueres, & tristes, aspres, & rudes. Hisp. Graves, asperos.*] *σκηπερωπί*, tristes ac seueri, a Sabinorum monte Tetrico, qui alperimus est, teste Seruio in illud Virgil. lib. 10. Qui Tetricæ horrentis rupes. Col. lib. 8. c. 11. Pauonum educatio magis urbani patrisfamilix, quàm tetrici rustici curam poscit. Oui. 1. de Arte. Tetricæ data uerba puellæ.

TETRO, tras, [*Macchiare. Gal. Viluimer, maculer. Hisp. Ensuçiar, mançillar.*] *ἀμαυρόω*, fædo, conspurco. Pacuu. Beluarum ac ferarum aduentus loca tetrat.

TETTAGOMETRA, p. p. inuolucrum, ex quo cicadæ oriuntur. Pl. lib. 11. cap. 26.

TEUCER, Scamandri Cretensis filius, in Troade cum Dardano genitro regnauit: unde Iliensium regum fluxit origo. Ab huius nomine Troia, Teucra dicta, & Troiani Teuceri. Hic & Salaminam Cypri condidit, ut testatur Iulianus lib. 44. Fuit & alius, frater Aiacis Telamonij.

TEUCHITES, p. p. & mascu. gene. *τρυχίτης*, iunci odorati species laudatissima, a loco, in quo nascitur, nomen habens. Pl. lib. 2. r. ca. 18. Dioscorides *τρυχίτην*, appellat fœminini generis, respiciens nimirum ad nomen generalius, *χόινος*, quod etiam in fœminino genere ab eodem usurpatur.

TEUTONES, siue Teuto ni, penul. corrept. [*Todeschi.*] Germaniæ populi, dicta Teutone ipsorum deo. Tacitus Tuisconem appellat. uide Plin.

TEUTONICVS, possessiuum a Teutonibus Germaniæ populis deductum. Mart. lib. 14. Teutonicos accendit spuma capillos.

TEXO, texis, texui, textum, [*Tessere. Gal. Tisser, entredacer. Hisp. Texer.*] *ἀφάνως, ισχυρό*, telam conficio. Terent. in Haec. Texentem telâ studiose ipsam ostendimus. Tibullus. lib. 2. Eleg. 3. Illa gerat uestes tenues, quas fœmina Coa Textuit. Virg. 10. Eclog. Dum sedet, & gracili fuscillam textit hibisco. Per translationem Texere ponitur pro componere, fabricare, scribere, colligere, compingere, cōcinnare. Texere historiam, Texere corollam, Cicero ad Atticum libro quarto. Paulus in medio foro basilicam iam pene textuit. Pl. lib. 13. cap. 1. Ex papyro nauigia textunt. Vir. 11. Aen. Bis denas Italo texamus robore nauis. Oui. Epist. 15. Textitur & coctis panda carina suis. Texere nidos, apud Quin. lib. 2. cap. 16. Texere epistolas. Cic. ad Pætum. li. 9. Textus, 3. um, participium. Vir. 2. Aene. Hanc tamen immensam Calchas attollere molem Roborib. textis, cæloq. educere iussit. Attexo, Contexo, Detexo, Intexo, Prætexo, Retexo, Subtexo, suis locis.

TEXTILIS, & hoc le, [*Tessuto. Gal. Ourrage. Hisp. Cosa texida.*] p. c. *ἀφαντός, τελετός*, quod texendo factum est. ut Textilis corona, & Textilis uestis, ante cuius usum fuit Nexilis uestitus, ut docet Lucr. lib. 5. cum ait: Nexilis ante fuit uestis, quàm textile tegmen. Primi autem Aegyptij inuenerunt textilia, teste Plinio li. 7. c. 56. Cic. 4. Tus. Aureo lecto, strato pulcherrime textili, stragulo. Virgil. 3. Aen. Textilibusque onerat donis. Textilis pictura, quæ in Tapetibus fieri, aut tela solet. Cic. 6. Ver. Nego ullam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuisse. Textilis umbra palmitis intertextis fit. Mart. libro 12. Hæc textilis umbra supini Palmatis.

TEXTOR, oris, [*Testore, tessitore. Gal. Tisserand, tisseur ou tissier, telier. Hisp. Textedor, el que teze.*] *πλοκός*, qui uestes, aut telam textit. Cic. pro Planc. Si pro fabro aut textore eminus. Iuue. Sat. 6. Textoris pectine Galli.

TEXTRICYLA, α, [*Tessadrella.*] *δφάντρια*, dimin. a Textrix.

TEXTRINA, næ, penul. prod. *ισχυρόν*, officina textoris. Cic. 5. Ver. Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste textrinam non instituerit. In eadem significatione legitur & Textrinum. Cice. Ibidem: Quod tamen oppidum isti per triênium textrinum ad muliebrè uestem faciendam fuit.

TEXTRIX, cis, [*Tessitrice. Gal. Tisserande. Hisp. Textedora.*] *ὀφάντρια*, mulier textoriæ artis perita. Tib. lib. 2. cap. 2. Textrix operata Minneru. Cantat.

TEXTVS, huius textus, [*Tessitura. Gal. Tissage. Hisp. Textimiento, obra de*

tezier.] *ὄφρασις, συμλοκή*, textura. Plin. lib. 6. cap. 35. Alterno textu fulgentibus crinibus.

TEXTVM, ti, [*Tessimento.*] *ὄφασμα*, quicquid ex quauis materia cōtextitur, aut componitur. Mart. 1. 5. Et dona matrum uimineo terēt texto. Oui. Epi. 16. Pretiosaq. texta dabuntur, Vir. 8. Aen. Haētq. & clypei non enarrabile textum. Pineæ texta carinæ, Catul. Argon. Textum orationis, pro stylo. Quint.

TEXTVRA, α, [*Tessitura.*] *ὄφασμα*, ratio ipsa textedi. Luc. li. 12. Quam tenui consistet textura.

T A N T E H

THAIS, θαῖς, nobilis meretrix fuit Alexandrina, quæ Atticam iuuenturem in sui amore pellexit. Hanc suis carminibus celebrauit Menander comicus poeta Græcus, unde & Menandræ epitheto a Poetis insignitur. Propertius: Turba Menandræ fuerat nec Thaidos olim Tanta.

THALAMVS, p. c. [*Camera da sposa, o da sposa. Gal. Chambre a coucher. Hisp. La camera y cama donde se ayuntan los desposados.*] *θάλαμος*, cōmune coniugis utriusque cubiculum. Vir. li. 9. Aen. Ferreiq. Eum nidum Thalami. Per translationem pro ipsis nuptijs atq. adeo pro ipso connubij iure accipitur. Idem 6. Aen. Hic thalamum inuasis nata. Ouid. 10. Meta. Thalamique diu consorte catebat. Idem 1. Amo. Eleg. 8. Hæc sibi proposuit thalamos uiolare pudicos. Thalamus, pro aluocis apium. Virg. quarto Geor. Post ubi iam thalamis se composuere, siletur. Hinc Epithalamium, carmen nuptiale.

THALASSICVS, color *θαλασσινόν, χροῖα*, similis fluctibus marinis. Græci enim *θάλασσα*, mare, Pla. in Mil. Ornatu thalassico. Thalassinus, a, um, p. c. eiusdem significationis, Luc. li. 4. Tenturque thalassina uestris.

THALASSIO, *ὀμεναῖος*, carmen nuptiale: ita dictum a uoce quam in nuptijs omnis causa acclamabant, quæ erat thalassius. de cuius acclamationis origine uide Liuium lib. 1. ab urb. Apud Varro. Thalassio legitur sine aspiratione, atq. unico, s, putatq. Varro ea uoce quassillum significari, hoc calathum reponendis lanis destinatum. Quam sententiam etiam attingit Plutarchus in probematis, dicens hanc uocem in nuptijs nō alia ratione fuisse usurpata, nisi ut nouæ nuptæ ad lanificium prouocaretur. Vocis autem huius originem a Græcis reperit, qui, *ταλάσιον*, dicit, quod nos lanificium.

THALES, eris, & Thalys, *θαλῆς, θάλης*, unus ex septem Græciæ sapientibus, qui eodem tempore in Græcia floruerunt. natus est (ut ex Apollodori sententia tradit Laertius) anno primo xxxv. Olympiadis. Vixit annos (ut Socrates tradit) nonaginta: ut alij septuaginta. Hic primus in Græcia geometriam creditur inuenisse, primusq. obseruasse temporum ambitus, uentorum flatus, stellarû motus, obstruorum sonora miracula, siderum obliqua curricula, & Solis annua reuerticula. Interrogatus quid in rerum natura difficultimum existimaret, se ipsum, inquit nosse. Iterumque rogatus cum sciscitaretur, quo modo & iustissime uiuere liceret, inquit, quæ in alijs reprehendimus ipsi non faciamus. Huic tripus aurea a piscatoribus Milesijs erepra, dum res in lite uerteretur, ex oraculo Apollinis iudicantis eam sapientissimo dari oportere, delata est: deinde per manus omnibus sapientibus tradita, ad Solonem peruenit, qui illam Delphos remisit ad Phœbum, ut qui deorum hominumque sapientissimus esset. A Thalete, Ionica fluxit disciplina, sicut a Pythagora Italica. Eius discipulus fuit Anaximander; cuius auditor Anaximenes, & Hecæus historicus.

THALES, *θάλης, θάλης*, poeta Lyricus Cretensis, quæ è Creta Solis Spartani militi, ut eius odis ac poesi Spartani, delimiti. auiumq. feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam, mitigarent. Auditor Plutarchus in Solone.

THALIA, p. p. *θάλαα*. una ex nouem Musis: *ἄντ' ἑ δάλλεν*, quod inter cætera significat uiuere, seu florere: propterea quod poetarû fama nullo tempore marcescat. Virg. 7. Eclo. Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia.

THAMYRA, siue Thamyri, *θαμύρας, ἢ θάμυρις*, Suidæ. Poetæ nomen ex Thracia, qui cum omnes pulchritudine præcelleret, ab initio mares dilexit: deinde mutata cōsuetudine, Musas amauit, cum quibus de cantu certauit hisce conditionibus, ut si uinceret, earum complexu potiretur, sin succumberet, ab illis pateretur, quicquid eis uideretur. Itaque superatus & oculis, & lyra priuatus est. Hinc manauit prouerbium in eos, qui præter ingenium proprium aliquid agunt, Thamyras insanit, *θαμύρας, υαίη πτω*. Suidas. Quid. lib. lib. 3. de Arte: Tu licet & Thamyram superes, atque Orpheæ cantu.

THAUMANTIAS, adis, Iris, Thaumantis & Electræ filia. Virgil. nono Aeneid. Rosæo Thaumantias ore locuta est. Eadem etiam Thaumantis dicitur, ut Imbrifera Thaumantis apud Stat. 3. Syl.

THEAGENES, tres Athenis, diuersis temporibus Suidas fuisse recenset:

setunum, qui de Homero scripsit: alium, qui *καπνός*, id est, fumus est cognominatus, quod multa promittens, nihil præstaret: pauper enim erat, ac diues uideri uolebat tertius, uir potens ac diues Athenis, qui liberalitate ac beneficentia publice ac priuatim multa laude digna gessit. quartum addit Paulanias, Athletâ, qui ex coronas et certaminibus refulit.

THEATRALIS, & hoc le, [Di theatro. Gal. de theatro. Hisp. Cosa de teatro.] ad theatrum pertinens, unde dicimus theatraia spectacula. Cicero pro Sext. Theatrales confessus. Tacit. libro primo. Dux olim theatralium operarum. Humanitas indecora, & theatralis. Quint. lib. 2. cap. 2.

THEATRICVS, a, um, [Di theatro.] ad theatrum attinens.

THEATRIDIUM, diminutiuum, forma græca, a theatro. Varr. lib. 3. de re rull. Theatridion auium.

THEATRV, tri, [Theatro. Gal. Theatro. Hisp. Teatro. Lugar secho en forma de media luna para juegos.] *ἑστρατοῦ*, ædificium in hemicycli speciem factum ad uidend. spectacula idoneum, *ἑστρατὸν θεῶν*, hoc est a spectando dictum. Viug. 1. Aen. Hic alta theatris Fundamenta locant alij. Ouid. 2. Amor. Ele. 7. Sive ego marmorei respexi sum ma theatri. Pl. lib. 1. r. cap. 55. In theatrorum orchestris scobe, aut arena superiecta deuoratur uox. Aliquando tamen ponitur pro spectaculo. Martial. libro primo. Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro Dicitur, exhibuit Cæsar Arena tibi. Aliquando pro multitudine spectantium, Magno theatro hæc acta sunt, id est, multis spectantibus. Cic. 3. de Ora. Theatra tota reclamant. Versari in theatro, per translationem pro esse in aliquo loco conspicio ante omnium oculos. Cice. in Verrem act. ultim. Ut me, quaesturamque meam quasi in aliquo orbis terræ theatro uersari existimarem.

THEBAIS, idis, *ἑβαιοί*, Aegypti regio, Aethiopiæ contermina, a Thebis urbe potentissima, cotiusque tractus illius capite nomen habens, Vide Plu. libro quinto. cap. 9 Est item Thebais, insigne Papini Staii opus bellum illud continens, quod Argiui ad Thebas gesserunt, in quo Eteocles & Polynices fratres mutuis uulneribus ceciderunt. Aliquando adiectiuum uim habet, quemadmodum & cætera eiusdem terminationis patronymica: ut Thebais nupta, id est, Andromache, Aetionis Thebarum Ciliciarû regis filia. Ouid. 3. de Arte. Quod erat longissima, nunquam Thebais Hectorero nupta refedit equo.

THEBANI, *ἑβαιοί*, qui sunt ex Thebe ciuitate Bœotia.

THEBE, bes, & Theba, bæ, *ἑβή*, & Thebæ, barum, *ἑβῆαι*, nomina sunt multarum urbium, quarum una fuit in Aegypto, a Busyride rege condita ambitu cxi. stadiorum, uti refert Herodotus, centum portis, aliisque publicis priuatisque ædificiis insignis, totaque penfilit, adeo ut reges, uel maxime exercitus soleant educere, nullo oppidanorum id sentiente. Huius incolæ Thebei dicuntur: & uicina regio Thebais, in Aethiopiâ uergens. Alia Thebe fuit in Bœotia, a Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornauit, Bacchi & Hercules clarissima patria, ab Alexandro Magno postea euersa. Hæc & Draconera dicit, quia a Cadmo cum quinque uiris, ex dentibus draconis ab ipso interfecti natis, constructa fuit. Varro tamen lib. 3. de re rull. scribit hanc urbem ab Ogyge ædificatam. Ab hac Thebani dicti sunt. Hanc Hepapylon uocat Apuleus, ab eo quod septem portas habebat, inelyta duobus ducibus, Epaminonda, & Pelopida. Eadem dicta fuit, & Dircaea, a Dirce fonte. Vnde & Statio Thebanus ager Dircaeus uocatur. Hinc Pindarus poeta Lyricorum Princeps habuit ortum. Fuerunt & Thebæ in Africa, a Libero patre conditæ. Vnde Hieronymus in commenta Episto. ad Galatas: Prætereo Thebas Liberi, quas in Africa condidit, quæ ciuitas nunc Thebæsis dicitur. Alia in Thessalia, a qua Thebani & Thebei. Fuit & alia Thebe, Homero teste, in Cilicia, Andromaches, uxoris Hectoris, patria, unde Ouid. Nec cruciere minus, quam cum Thebana eruentum Hectora Thessalico uidit ab axe trahi. Alia fuit in Lucania, ab Aenijs colonis condita, quam interiisse auctor est Cato in Originib. Fuerunt & Thebæ Corficæ. Est & Thebe nomen uirginis, e cuius gremio geminæ columbæ (ut est in fabulis) cum euolassent, altera ad Hammonis fontem tetendit, & ibidem responsa dedit: altera ad sylum Dodoneam, ubi futura mortalibus præcinnit.

THECA, [Borsa, tegola. Gal. Estuy de que que chose que ce soit. Hisp. Lugar donde algo se guarda.] *ἑκκα*, uagaria, locus: in quo aliquid recondimus: ut theca calamaria, nummaria. Varr. 1. de re rull. capit. 48. Ut grani theca sit. Murtial. lib. 17. Sortitus thecam calamis armare inemento. Cicer. ad Attic. lib. 4. In hoc thecam nummariam ne retereris.

THEMA, matis, *θέμα*, Latine positum, seu positio dicitur. Sunt etiam themata mathematicorum apud Firmicum affectiones natalitiæ, & quasi posituræ cali *ἑποταλ' οματα*. Thema controuersæ declamandæ argumentum. Quin. lib. 6 c. 2. Erat mihi curæ in contro uersis forensibus nosse omnia quæ in causa uersarentur. Nam in

schola certa sunt & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ themata Græci uocant, Cicero proposita.

THEMIS, Themis, uel Themidis, uel etiam Themistis, *Θέμις*, cæli, & terræ filia fuit, quæ Iouis nuptias fugiens ab eo in Macedonia compressa fuit. Hæc dea putabatur, quæ præcipere hominibus id petere, quod fas est, ut ait Felus, (Nam *θέμις*, Græce fas dicitur) habuitque uetustissimum oraculum in Bœotia, ad Cephus amnem. Ouid. 1. Met. Fatidicamque Thein, quæ tunc oracula tenebat. Claudia. Sic cecinit longæna Themis. Fuit & alia Themis, quæ alio nomine Carmentis dicta est.

THEMISCYRA, regio Ponti, finitima Cappadocia. Plin. cap. 3. lib. 64 & Mela. lib. 1.

THEMISON, *θεμισων*, medicus apud Herod. & Cor. Celsum.

THEMISTHVS, philosophus temporibus Iuliani apostataz, a quo etiam prætor Constantinopolis urbis creatus est. Scripsit Paraphrasim in Aristotelis Physica libris octo, in Analytica posteriora, libris duobus: Præterea edidit sua, uidelicet, De intentione & inscriptione prædicamentorum: disputationes etiam quasdam. Hic Valentem imperatorem quotidie sequerem in Orthodoxos, auctoritate sua & epistolis reddidit mitiorem Suidas.

THEMISTOCLES, *θεμιστοκλής*, nomen uiri Atheniæsis clarissimi Neoclis filij: qui prodigus ac lasciuus p. ima iuuentute, postea dux delectus res inclytas g. sit Pyreum manuit, bello maritimo Persas apud Salaminem uicit. Hic, cum ab ingrata patria exul factus esset, & a Xerxe princeps exercitus aduersus Athenienses magno cum honore creatus, cum uideret patriæ suæ ingentis cladis periculum imminere, hausto tauri sanguine seipsum interemit, ne aut regi de se merito infidelis esset, non pugnâdo uiriliter: aut patriæ suæ hostis atque oppugnator uideretur. Plutarchus.

THENSÆ, *ἑβῆαι*, ut docet Asconius, sunt sacra uehicula, cû pompa ordinum & officiorum: sic dicitur, quod ante eas lintea tenduntur, quæ gaudent manu tenere, & tangere, qui eas deducant. Vel *ἑβῆαι θεῶν*, id est, a re diuina, & sic per thyscribitur. Cice. de Haruspicum responsis: Te appello Lentule, cuius sacerdotii sunt thensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes. Liu. li. 5. Quæ angustissima uestis est, thensas ducentibus, triumphantibusue, ea uestiti medio ædium eburneis sellis sedere.

THEOCRINES, *θεοκρίνης*, nomen cuiusdam Atheniensis, qui primum tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator & sycophanta. Vnde & Demosthenes in oratione pro Ctesiphone, Aeschinem, tragicum Theocritem uocat. Erat in Chliad.

THEOCRITVS, *θεοκρίτος*, Poeta Syracusanus, Praxagoræ, siue (ut alij malunt) Symmachi, & Philines filius, qui sub Ptolemæo Lagi filio floruit. Alii Coum fuisse uolunt, sed admodum iuuenem Syracusam commigrasse. Scripsit Idyllia in genere bucolico, quæ etiâ hodie omnium manibus erantur.

THEODECTES, *θεοδέκτις*, orator, Cilix genere, discipulus Platonis, Isocratis, & Aristotelis, qui ei suos de rethorica libros dedicauit. conuersus deinde ad Tragœdias, scripsit fabulas L. decepsit Athenis natus annos xxi. scripsit & uersibus artem rhetoricam. laudauit & uirum Artemisæ Mausolum. Theodectes orator, superioris filius, scripsit Encomium Alexandri regis Epirotarum: commentarios historicos, artem Rethoricam libris vii. aliaque complura. Suidas.

THEODORVS, *θεόδωρος*, Bizantius sophista, a Platone uocatus *λογοδιδάσκων* Scripsit contra Itraibulum, & Andocidem. Suidas. Theodorus, & Teladus fratres Samii, sculptores celeberrimi, quorum alter in Samo Pythii Apollinis signum incœpit: alter Ephesi eodem tempore, & alio saxo abfoluit: quibus simul compositis ita conuenit, ut unum corpus ab uno artifice & ex uno lapide sculptum uideretur. Genus artis huius est Græcis ignotum, sed apud Aegyptios frequentatum. Nam soli hominum non oculis tantum totius statuæ compositionem intuebantur, sed dimensione, ut ex uariis multisque lapidibus in unum corpus in certam mensuram statua perliceretur. De hoc Theodoro Diogenes testatur, quod non solum sculptor, sed etiam architectus fuerit, quodque Ephesi auctor extiterit, ut Dianæ templi fundamentis carbonibus subijcerent, ut locus alioqui humidus immobilis acciperet soliditatem. Idem primus ferrum fundere docuit, statuamque ferream fecit auctor Pausanias.

THEOGNIS, poeta Siculus Megaris natus, qui lectu dignas Paræneses conscripsit, sedis tamen amoribus passim aspersis.

THEOLOGIA, [Theologia. Gal. Theologie. Hisp. Theologia.] *θεολογία*, prima Philosophiæ pars, quæ uersatur circa Dei, & rerum diuinarum contemplationem.

THEOLOGVS, *θεολόγος*, [Theologo. Gal. Theologien. Hisp. Theologo.] *θεολόγος*, circa rerum diuinarum cognitionem uersans. Cicero tertio de Natu. Deor. Principio Ioues tres numerant ij, qui theologi nominantur.

THEON, *θεών*, nomen pictoris Samij, de quo Quint. libro 12. de Inst. Orat. Alter mathematicus, qui scripsit de spiritibus ad Ptolem. Astrologum

Astrologum. Tertius Grammaticus, interpres Apollonij Rhodij. Fuerunt & alii, qui commemorantur a Suida. Fuit & marmoris coelator hoc nomine, unus ex ijs, qui Mausoleum coelauerunt, cuius mentio Plii. lib. 35. c. 11. Theon praeter hos Poeta quidam fuit fabulose cuiusdam loquacitatis, petulantissimaeque maledicentiae. Unde factum est, ut Theonem dente rodi eum dicamus, qui conuiciis laesitur. Vide Adagia.

THEOPHANES, Θεοφάνης, Mitylæneus Historicus, scriptor rerum Pompeii Magni. Cic. in Orat. pro Archia.

THEOPHRASTVS, philosophus, ex Ereffe Lesbi oppido prius Tyr-tamus appellatus, deinde Euphrastus, & postremo Theophrastus ob oris & eloquentiae suauitate in propemodum diuinam. Hic Peripateticorum eloquentissimus doctissimusque fuit Aristotelis discipulus, & in schola successor. Dicere solebat, doctum hominem, ex omnibus solum, neque alienis locis peregrinum esse, neque inopem amicorum. Habuit discipulos ad duo millia. Opera eius a Diogene commemorantur, inter quae sunt libri sex epitomes in Aristotilem de animalibus. Extant hodie tantum de plantis conuersi a Theodoro Gaza, & parua quaedam opuscula. Excessit admodum senex. Ex Suida, Diogene, Strabone.

THEOPOMPVS, Θεοπόμπος, Chius, orator & historicus post Thucydidem & Herod. teste Quint. quibus ut in hitoria minor, ita oratori magis similis: ut qui, antequam esset ad hoc opus sollicitatus diu fuerit orator. Filius fuit Damasistrati, teste Suida, & auditor Isocratis. Scripsit Epitomen Herodoti libris duobus, & Rerum Graecarum Historiam, post bellum Peloponnesiacum incipiens, ubi desijt Thucydides. Theonopus alius fuit Atheniensis, Theodectis filius, antiquae Comædiæ scriptor, cuius fabulas recenset Suidas. Praeter hos Theopompus Gnidius, Cæsaris familiaris qui Artemidorum habuit filium, qui apud Cæsarem ipsum plurimum poterat, ut scribit Stra. lib. 14. Theopompus item alius fuit rex Spartanorum, qui cum primus institueret ut Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regiae potestati oppositi, quemadmodum Romæ consulari imperio Trib. ple. sunt obiecti, atque illi uxor dixisset id egisse illum, ut filio minore potestatem relinqueret: Relinquam, inquit, sed diuturniorem. Valer. Maxim. lib. 4. capit. 1. Quint. tamen. lib. 2. hanc modestiam parum ualuisse demonstrat, captum demum fuisse ostendens, & muliebri ueste indutum fuisse.

THEOREMA, matis, [Speculatione. Gal. Contemplacion. Hisp. Contemplacion.] θεωρημα, speculatio, commentatio. Cic. de Fatō.

THERAMENES, πε. c. ciuis Atheniensis, unus ex triginta tyrannis, qui cum a collegis multos infantes supplicio affici uideret, ea de re conuergens, cum ceterorum omnium, tum praecipue Critiae cuiusdam, qui reliquis ut potentia, ita & immanitate anteedebat, odium in se concitauit, tandemque per caluminiam circūuentus, & innocens capitis damnatus, cum cicutam auide hausisset, quod reliquum erat è poculo eiciens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiae. De hoc sic Cic. 1. Tusc. Quam me delectat Theramens, qui cum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorum uenenum ut sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit, ut id resonaret. quo sonitu reddito, arridēs, Propino, inquit, hoc pulchro Critiae. Graeci. n. in conuiuijs solent nominare, cui poculum traditur sine.

THERIACE, siue Theriaca, cæ, [Theriaca Gal. Thriade. Hisp. Atriaca] θηριακή ή θηριακά, τὰ, medicamentum praestantissimum, multis ex simplicibus confiatum singulare aduersus uenena omnia remedium. Dicitur Theriaca, ἀπὸ τῆς θηρίων, hoc est, a uenenatis bestijs, siue quod illarum carnes recipiat hæc compositio (fit enim ex uiperina carne) siue quod earum uenenis aduersetur. Pl. certe Theriacam ab effectu non a materia uidetur appellasse, non unam eius conficiendæ rationem praescribens, cui tamen nulla admiscet uenena. Quin & utris quoddam genus in Thasso nascens, Theriacem appellat, non aliam ob causam, quam quod uenenatis omnibus uideatur resistere. Vide ipsum lib. 21. capit. 24. & lib. 14. cap. 18.

THERMAE, [stufe. Bergni. Gal. Estuues. baing. Hisp. Baño ò estufa.] θερμαι, loca aquas habentia, aut sponte naturæ calentes, aut fornace calefactas, sudandi lauandique usibus deputata: απ τῆς θερμης, hoc est a calore. Proprie tamen Thermas uocamus, quas sudandi gratia ingredimur: quæ Seneca Sudatoria uocat. Quid (inquit) cum sudatoris? Omnis sudor per laborem exeat. In quæ uero descendimus, ut laeuemur. Balneas uocamus & Balnearia. Quæ tamen differentia perpetua non est. nam & Thermas pro balneis legimus, in quibus aqua calida lauamur. uide Vallam in Raudensum, & ea quæ supra annotauimus in dictione Balneæ. Mart. lib. 1. Hic ubi miramur uelocia munera thermas. Hinc Thermulæ, arum. dim. Et & Therme, ciuitas in Thracia. Therme præterea Siciliae oppidum, auctore Mela. 1. 2. inde Thermitani.

THERMODOON, ontis, uel Thermodon, ontis, secunda syllaba pro ducta, Suidæ, fluvius Themisciræ (quæ est reguncula Cappado-

ciæ contermina) Amazonum sedibus nobilitatus. Virgil. 1. 1. Aeneid. Quales Threicia cum flumina Thermodonas Pulfant. Quo in loco nonnulli legunt Thermodoontis unpari syllabati numero: sed perperam: cum secunda syllaba scribatur per θερμων. Hinc fit adiectiuum Thermodonteus. Prop. li. 3. Thermodontis turba lauatur aquis.

THERMOPOTAE, θερμωπόται, qui calidam bibunt, unde Thermopotate uerbum effinxit Plau. in Trinum.

THERMOPYLAE, πε. mons Graeciæ longissimus, qui a Leucade incipiens, in Aegæum usque mare protenditur, mediamque Γραικία ita dirimit, ut Italiam Apenninus. Dicitur Thermopylæ ab angustis faucibus, aquis calidis scatentibus montium enim angustias: ut Latini portas, ita Greci πύλας, appellat. Thermas autem aquas calidas esse, nemo est qui ignoret. Montem hunc maxime illud re reddidit Lacedæmoniorum cum Mardonio pugna, & Leonidæ Regis interitus. uide Herod. lib. 7.

THERSITES, πε. p. θερσίτης, Graecorum omnium foedissimus fuit, quæ Achilles sibi procaciter conuiciantem pugni ictu interfecit. Huius insignis deformitas ab Home. libro 2. Iliad. graphicè ex pressa effecit, ut, cum hominem uehementer foedum significare uelimus θερσίτην λέμεμα, i. Therfitæ faciem eum habere dicamus. Iuue. Satyr. 8. Malo pater tibi sit Therfites dammodo tu sis Aeacidae similis.

THESAVRVS, ri, [Tesoro. Gal. Thresor. Hisp. Tesoro escondido sin dueño.] θησαυρός, est (ut Paulus iureconsultus, de Acquirendo rer. do. 1. nonnumquam, inquit) tam uetus depositio pecuniæ, ut eius non ex tet memoria, & iam dominum non habeat. Sic enim fit eius, qui inuenit, quod non alterius sit. Alioqui si quis aliquid iuri cæ uel metus, uel custodiae condidit sub terra, non est thesaurus utpote cuius etiam furtum sit. Cic. 6. Philip. Scrus domini patrimoniū circumplexus quasi thesaurum draco. Vir. 1. Aen. Verces tellure recludit Thesauros. Suppeditare alicui aliquid de suis thesauris, accipitur, pro quodam quasi penu quarum uis rerum reposita. Quin. lib. 2. cap. 7. Abundabunt autem copia uerborum optimorum & compositione, ac figuris iam non quaeritis, sed sponte, & ex reposito uel thesauro se offerentibus. Cic. 1. de Ora. Thesaurus rerum omnium memoria. Nonnumquam & in malam partem accipitur: ut, Thesaurus stupri, Thesaurus mali. Plau Amph. Teneo thesaurum stupri. Thesaurus carbonis facti sunt, pro uerbis in eos dici consueuit, qui magnificis rebus expectatis uel nisi fumū reperit. Hinc Thesaurarius, adiectiuum: ut, Thesaurarii sures, apud Plau. in Aul.

THESEIS, idis, θησεΐς, poema Thesei gesta complectens. Iuue. Sat. 1. Vexatus toties rauci Theseide Codri.

THESEVS, θησεύς, Aegæi regis Athenarum & Aethræ filius, qui dum esset adolescens, opera Medæ nouercae pene ueneno periit. Sed post mortem patris ad regnum euectus, tam multa digna memoratu peregit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Debellaui Amazones, earumque reginam Hippolytem rapuit: ex qua Hippolytum genuit. Creontem regem Thebarum Argiuos in bello caesos sepeliri prohibentem interfecit. Oppressit & terribilem taurum in Attica, Minotaurum in Labyrintho occidit, & Ariadnam Phædræque Minois filias clam secum abduxit: sed relicta Ariadna in Chio insula, Phædræ sibi coniugio copulauit. Scironem, Procrustem, & Scimin, latrones Atticæ, neci dedit. debellaui Centauros. Thebas domuit. Pirithoum praecipua coluit amicitia, quo cum descendit ad inferos ad rapiendam Proserpinam. sed occiso Pirithoo, ipse aliquando in uinculis Plutonis detentus, donec ab Hercule, qui illum summa prosequeretur beneuolentia, liberaretur. Postremo iam senior, tot tantisque rebus gestis, patria, regnoque pulsus, in insulam Syrum nauigauit, ubi periit, interemptus a Nicomede, uel (ut quidam uolunt) ex loco edito post cenam deambulando delapsus. Primus instituit Athenis Panathenæa, hoc est, commune celebratam in honorem Mineræ, quæ Graece Αθηνæ nominatur. Idem in Isthmo funebres ludos instituit. Reliqua uide apud Plutarchum.

THESIDES, dæ, pen. produ. θησεΐδης, patronimicum masculinum a Theseo deductum: quo poetæ utuntur pro Hippolyto Thesei filio. Ouid. Epistol. 4. Thesides, Theseusque duas rapere forores.

THESESIS, sis, [Questione, disputa. Gal. Question, argument. Hisp. Question, argumento.] θησεΐς, questio, siue argumentum, quod nobis tractandum disputandumue proponimus. Cic. in Top. Propositum interpretatur. Proprie autem Thesis, ut Rhetores utuntur, est questio generalis & infinita, nullius personæ, loci, aut temporis circumstantiis limitata. In quo disertat ab hypotheti, quod ea sit questio definita, certisque personis, temporibus, & locis propria. Ut si hoc modo proponamus. Sit ne omnino ducenda uxor, Thesis erit. Sin id de uno quopiam peculiariter quaeramus, aut loci, temporisue circumstantiis restringamus, hoc modo. Sit ne Cato tu

ceda uxor Martia, eo tempore quo omnia flagrant ciuili bello, tam dicenda erit Hypothelis, Cicer. de Orat. Orator a proprijs personis, & temporibus semper, si potest, auocat controuersiam. Latius enim de genere, quam de parte disputare licet: ut quod in uniuerso sit probatum, id in parte sit probari necesse. Hæc igitur quaestio, a proprijs personis, ad uniuersum generis rationem tradita, appellatur Thesis.

THESMOTHETAE, θεσμοθέται, magistratus apud Athenienses, a legum latione ita appellati, qui ætate & usu docti, domi iura dabant, quæ res accusationesque cognoscebant, deque controuersijs æquo examine decernebant, quotannis quoque leges recognoscebant, emendabantque, & ad congruentiam, sensumque consentaneum reducebant.

THESPIAE, θεσπιαί, oppidum liberum in Bœotia (ut Strabo inquit li. 9.) Heliconi proximum, sed eo magis Australe, Criseo imminens sinui. Thespias nobilitauit Praxitelis Cupido a Glycerio metrice ibi consecratus. Hinc Thespiades, θεσπιάδες, dictæ sunt Musæ seu Nymphæ Thespias incolentes. Sunt & aliæ Thespiæ in Magnesia Thessaliæ conterminæ, quarum meminit Plin. libro 4. cap. 9.

THESPIS, primus poeta Tragicus apud Athenienses. Hor. in Arte: Ignotum Tragicæ genus inuenisse Camænzæ Dicitur, & plaustris uexisse poemata Thespi.

THESPROTA, regio Epiri, Chaoniæ proxima, teste Plin. in Procæ. li. 5. Sta. lib. 3. Tesproti Dryopesque ruunt.

THESSALIA, regio Græciæ ex una parte Bœotiam, ex altera Macedoniam habens: ad mare inter Peneum amnem, & Thermopylas extensa. Prius Aemonia, ab Aemone rege, & Pelasgicon Argos, Hellas, & Dryopys dicebat. In hac genitus rex nomine Cræus, a quo Græcia: ibi natus est Hellen, a quo Hellenes. Homerus eius incolas tribus nominibus appellat, Myrmidonas, Hellenas, & Achæos. Olim etiam Pyrrhæa dicta est, teste Stra. li. 10. a Pyrrhia Deucalionis uxore: cuius tempore (ut inquit Arist.) ingens imbrium illuuius maiorem partem populorum Thessaliæ absumpsit paucis, qui ad montium culmina sese receperant, conseruatis. Inter quos Deucalion Parnasium petierat, ratibusque ad se confugientes per summa Parnasi iuga benigne fouebat. Propter quod dictus est genus humanum reparasse. in Thessalia sunt montes uiginti quatuor, quorum nobilissimi Olympus, Pierius, parens, domusque Musarum, Pelion, & Ossa, gigantum bello memorati, i. tē Pindus, & Othrys, Lapitharum sedes. Flumina in ea (ut scribit Herod.) sunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamisus, Peneus, & Phœnix.

THESSALONICA, cæ, [Salonica. Gal. Saloniche. Hiss. Salonega.] Θεσσαλονίκη, urbs clarissima Macedoniæ, ad sinum Thermaicum sita, non procul ab Achedori fluminis ostio: quæ primum a Cassandro condita dicitur, & Halia appellata. Thessalonicæ autem nomen a Philippo Amyntæ filio accepit, cum ille in eius agro Thessalos ingenti clade profligasset.

THETA, θήτα, nomen est litteræ Græcæ, quæ apud nos ualeth aspiratum. Hæc in Græcorum iudicijs nota erat condemnationis, quemadmodum apud Latinos C, quod ea sit prima littera in dictione θάνατος, quæ illis mortem significat: Huc allusit Persius Satyra quarta. Et potis es uitio nigrum præfigere theta.

THETIS, θήτις, Pelei Thessaliæ regis uxor, Nerei marini Dei filia & Achilles mater. Accipitur & pro mari, Vir. 4. Ecl. Tentare Thetis ratibus.

THOAS, ανθας, fuit rex in Taurica regione, ad quem delata est Iphigenia Agamemnonis filia, & ab eodem Dianæ Tauricæ sacris præfecta. Hunc postea occidit Orestes, a forore adiutus: cum illum quoque Thoas Dianæ aræ destinasset. De quo Ouid. lib. 3. de Pont. Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora. Alter rex Læni fuit, Liberi patris filius, ex Ariadne Minois filia & pater Hypsipyles, solus filia pietate seruatus, cum cæteræ omnes Lemniæ mulieres uiros suos & parentes trucidarent. Ouid. li. 7. Meta. Patronymica, Thoantis, idos, & Thoantias: quæ a poetis usurpatur pro Hypsipyle Thoantis filia.

THORAX, cis, [Pecto, pectorale, corax, cæ. corax, cæ.] θώραξ, a medicis, & rei anatomice peritis, dicitur pars corporis ab ipsis clauibus usque ad diaphragma, costis undique circumscripta, partesque uirtutes continens. unde cum apud Plinium, Celsumue legimus, medicamentum aliquod uitia pectoris purgare, intelligere debemus concauitatem illam, quæ intra septum pectoris continetur. Accipitur item pro quouis munimento pectus tegente, siue illud laneum sit, siue ferreum, siue ex alia materia confectum. Virgil. 10. Aen. Thoraca simul cum pectore rupit. Idem 11. Aeneid. Thoraca indutus ahenis Horrebat squamis. Plin. libro 7. capit. 20. Vidimus Athanatum nomine, prodigiôsæ ostentationis quincentario thorace plumbeo indutum. Laneus thorax. Suet. de August. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subucu-

la, thorace laneo.

THRACA, cæ, regio Macedoniæ propinqua, quæ & Thracia dicitur, Virg. 11. Aen. Gemit ultima pulsus Thraca pedum,

THRACE, cæ, & Thracia, [Thracia, regione d'Europa. Gal. Romania. Hiss. Thracia, Romania.] θράκη, Europæ regio, Macedoniæ ad Occidentem proxima, a Septentrione Istrum habens, ab Oriente Pontum, a Meridie Aegæum mare. Olim Scythion, postea Thracia, a Thrace Martis filio, seu ab asperitate dicta: Græce enim θραχυ, asperum dicitur. Est enim regio (ut Pomponius scribit) nec celo, nec solo tractabilis, & nisi qua mari propior est, infœcunda, frigidaque. Habet feros homines, aspero cultu. In ea sunt urbes celeberrimæ Apollonia, Aenos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Lychnachia, Callipolis. Amnes sunt Hebrus, & Nestos: Montes Aemus, Rhodope, & Orbelos. A Thracia sit gentile Tgrax. Virg. 3. Aene. Thracas arant. Fœminum est Thrassa, θρασσα, siue Threissa θρηισσα, Idem 1. Aen. Qualis equos Threissa fatigat Harpalice, Thraicus, a, um, possessiuum θρηικος. Idem 5. Aen. Quæ Thraicæq; albis Portat equus bicolor maculis. Item Threicius, a, um, θρηικος, Idem 6. Aen. Threicia fretus cithara.

THRASMEVUS, lacus in agro Perusino, Annibalidis uictoria & Flamini consulis clade nobilitatus. Ouid. 1. 5. Fast. sunt tibi Flaminius, Thrasumenaque littora testes. Dicitur a Thrasumeno puero, quæ Aegyia nympa rapuisse dicitur.

THRASIBVLVS, pen. p. θρασικυλος, nobilis Atheniensis, fuit ingentis tyranis magnitudine, & amore in patriam singulari quia a triginta tyrannis in exilium actus comparato exercitu non admodum magno adiunctisque exulibus, sibi suisque reditum in patriam manu comparauit: lato prius plebiscito, de iniurijs ultro citroque obliterandis: quam ἀμνισίαν, Græci appellant. Cæsus est ab Aspēdijs, noctu in tabernaculum eius facto concursu, ob pecuniam acetibus imperatam. Vide Xenophontem Rer. Græcarum lib. 4.

THRONVS, θρόνος, a nostris sedes siue solium dicitur. Quamuis in scripturis sacris throni quandoque non pro cathedris, sed pro uirtutibus aliquibus in cælestibus, in quibus Deus semper sedeat, quasi in quadriga sua ponatur.

THUCYDIDES, dis, & δα, θυκυδίδης, historicus Atheniensis, Holori filius, nobili in primis genere, ut qui a Miltiade & Cimone ducibus ortum traheret, qui & ipsi genus suum ad Aëacum, Iouis filium, referrebat. Vxorē duxit è Thracia oriundam, alioqui diuitem, cuius opes assecutus, non in uoluptatibus, sed bonam eorum partem in otium litterarium erogauit. nam bellum Peloponnesiacum scribere aggressus, eodem quo illud gerebatur, tempore, Atheniensibus pariter ac Lacedæmonijs aliquot militibus, qui bello interessent, mercedem præbebat, qui res quotidie ueras sibi renunciarent, quas fidelius se accepturum sperabat, si non solū ab amicis, sed etiam ab hostibus de ijs edoceret, ne partes quiscunque suas falso tueretur. Præceptores habuit in philosophia Anaxagoram: & in rhetorica, Antiphontem. Scripsisse autem putatur historiam in Aegina insula, quo in exilium se contulerat. Sepultus est in agro Attico iuxta sepulcra Miltiadarum in loco, qui Cœla appellatur. Quidam Athenis obijisse dicunt, expleto iam legitimo relegationis tempore. Alii in Thracia decelsisse uolunt, ossaque eius Athenas in maiorum suorum sepulchra fuisse relata: ubi & cippus erectus cum hac inscriptione, Thucydides Holori iacet hoc Alinufius antro. Hæc fere ex Marcellino. Quin. lib. 10. ca. 1. de Thucydide sic scribit: Thucydides & Herodotus, longe cæteris in historia præferendi, quorum diuersa uirtus laudem pene est parem consecuta. Densus, & breuis, & semper instans sibi Thucydides: dulcis, & candidus, & effusus Herodotus. Ille concitatus, hic remissis affectibus melior. Ille concionibus: hic sermonibus. Dionysius Harlicarnassens scribit Demosthenem adeo Thucydidis stylum probasse, ut eius libros oëties sua manu describeret, totumque fere edidicerit. Cic. in Brut. Thucydidem (inquit) imitatur. Optime, si historiam scribere, non si causas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum istarum syncerus pronunciator & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium non tractauit genus. Orationes autem, quas interposuit, eas ego laudare soleo, imitari neque possim, si uelim; nec uelim forasse, si possim. Hæc. Cic.

THUCYDIDVS, a, um, Ci. in Ora.

THULE, es, θήλη, insula est in ditione Scotorum, in Septentrionem uergens, ultra Orcades, latitudinem habens graduum LXXII. Quo fit, ut circa æstiuum solstitium quam breuissimæ sibi sint tenebræ, Sole ab illorum horizonte quam minimum recedente: quemadmodum contra circa solstitium hybernum nihil fere aut quæ minimum habens diei, Sole Tropicum Capricorni ab illis distans æstiuum, perambulante. Hæc extrema fuit earum, quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ: unde etiam a Virgilio ultima Thule appellatur. 1. Geo.

THYRIBVLVM, li, [Thyribolo.] Cice. in Verr. Num etiam de L. Papyro

pyro Thuribulum emittit?

THYRIA, *Ἰθρία*, urbs Magnæ Græciæ, olim nobilissima, ad sinum Tarentinum sita, inter Crathin & Sybarium amnes: a Thauria uicino fonte nomen habens. Huius incolæ Thurij dicti sunt & Thuriini, *Ἰθριονοὶ* & *Ἰθρινοὶ*, qui cum aliquandu floruisse, a Lucanis in seruitutem tracti, & a Tarentinis infestati, tandem in Romanorū tutelam sese dedere sunt coacti, qui eò deducta colonia, urbem eorum pro Thurio Copias appellarunt. Strab. lib. 6.

THYRSUS, [Inensio. Gal. Enens. Hisp. El. enensio.] *θύρσος*, lacrima est exigua arbusculæ, uni terrarum Arabiæ concessa, gratissimum in sacrificijs deorum suffragium præbens: unde etiam nonnulli nomen accepisse existimant, *ἄντ' ἑν*, quod est sacrificare. Alij Latinam uocem esse putant, a tendendo dictam: unde & citra aspirationem scribere malunt. Sed de hoc latius infra suo loco.

THYASVS, [Ballo.] *θύσος*, saltatio, siue chorea dicitur, quæ Baccho exhibetur: uerbo *θύσσειν*, quod est Orgia celebrare. Virg. 5. ecl. Instituit Daphnis thyalos inducere Baccho.

THYESTES, filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater, ac Tantalus nepos, qui cum fratri, cui pelsime cupiebat, aliter nocere non posset, uxorem eius per adulterium polluit. Atreus uero ei filium epulandum apposuit. Ob quæ flagitia Sol ne pollueretur, retro fugisse fertur. Thyestis fabula scribitur a Seruio: Atreum & Thyestem germanos, cum diffensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam ferunt reddisse: qua occasione Thyestes cum fratri uxore concubuit: Atreus uero ei filium epulandum apposuit: quæ Sol abominatus: ne pollueretur, aufugit. Sed ueritas hæc est: Atreum apud Mycenæ primum Solis eclipysm inuenisse: cui iniudens frater ex urbe discessit eo tempore: quo eius probata sunt dicta. Hactenus Seruius, enarrans illud Vir. Aene. lib. 1. Nec tam aduersus equos Tyria Sol iungit ab urbe. Et rursus illud. 11. Aene. Atrides Protei Menelaus adusq; columnas Exulat, &c. Inde Thyestæus, *θύσσειν*, Ouid. li. 1. Met. Neve Thyestæis cum uulnibus uiscera mensis.

THYADES, p. c. *θύαδες*, Bacchi sacrificulæ, quæ & Bacchæ, & Menades & Bassarides dicuntur. Rationem autem huius nominis quidam referunt ad Thyam quandam Cephisi filiam, quæ prima omnium Dionysio initiata, Orgia eius celebravit, Bacchicoque furore correptis nomen reliquit, ut ab ea Thyades dicerentur. Alij hanc non Cephisi, sed Caltalij cuiusdam indigenæ, filiam fuisse uolunt. Vide Cæsar. Rhodig. li. 16. ca. 19.

THYMBRA, *θύμβρα*, campus Troadis, per quem Thymbrius fluuius in Scamandrum influit. thymbra ante nomen huic campofactum putat Seruius a copia thymbrae herbarum, quam Romani Cunilam uocant, cuius maximus hoc in campo est prouentus. Fuit item Thymbra uetus in ijs in locis opidum, Dardani opus, cuius meminerunt Strab. libro tertio decimo, Plin. li. 5. cap. 30.

THYMBRAEVS, *θύμβραϊος*, Apollinis cognomentum, siue a Thymbra Troadis campo, siue ab eiusdem nominis urbe, in qua colebatur, impositum. Virg. 3. Aene. Da propriam Thymbrae domum. Vbi Seruius. Thymbraeus Apollo dictus est a loco Troia uicino, pleno thymbra, in quo & nemus habuit & tēplum. Verum quia Græce *θύμβρα*, dicitur in deriuatione, in *æ*, diphthongum mutatur: ut *Αἴθνη*, Aetnaeus: *Δίρκη*, Dircaeus: *Ἄρνη*, Arctus. Apollinis Thymbraei templum Strabo in ea parte fuisse tradit, qua Thymbrius fluuius in Scamandrum influit: quo in templo ferunt Achillem a Paride fuisse interemptum, inde factus locus fabulæ, ut Achilles Apollinis sagittis diceretur esse interfectus.

THYMELICI, *θυμηλοὶ*, dicuntur gesticulatores, qui in pulpito orchestra, quod Thymelem uocabant, fabulae subserviebant, & histrionibus in scenam abditis, populum gestulatione retinebant. Meminit horum Vitruuius, diuersosque eos facit a scenicis. Scenici enim dicebantur histriones, qui in scena fabulam agebant: thymelici uero qui personam ex fabula non habentes ante scenam in orchestra saltabant, & scenæ subserviebant.

THYMVS, uel Thymium, [Thimo, herba. Gal. Du thym. Hisp. Tomillo yerua.] *θύμος*, frutex humilis, odoratus, apibusque gratissimus. Virg. 3. eclog. Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae. Hor. 2. Carm. Ut apis Matinae Grata carpentis thyma per laborem. Sunt autem thymi duo genera, album, s. & nigrum. Vnde Bithynium mel, quod ex utroque thymo collectum est, teste Plin. lib. 11. cap. 16. Thymus item (ut inquit Iulius Pollux) uerruncula est Aegyptiæ fabæ magnitudine, scabra, & subrubens sanguine. cuius summa pars (ut Celsus inquit) florem thymi repræsentat, in genitalibus, sede, feminibus, palmis, & inferioribus pedum partibus nascens. Vide Plin. lib. 21. c. 10. Hinc Thyminus adiectiuum, quod ex thymo factum. Thymosus adiectiuum. Plin. li. 11. cap. 15. Thymosum mel non coit.

THYNIVS, *θύνος*, Gal. Thon ou thonnine. Hisp. El. atun pescado conofido.] *θύνο*, piscis marinus est notissimus, qui mensis Maio copio-

ssime capitur in retro Gaditano. nam id tēporis ex Oceano Atlantico in mare mediterraneum irrumpit, non paruo Gaditano-rum quærit, qui, infinitam eorum multitudinem retibus extrahunt, cæteriisque inferunt, saliantque, membratimque dissectos, & in cadis asseruatos celebri mercimonio per omnem Europam diffundunt, Gallice de la Thomyne. Hæc fere ex libello Pauli Iouij de Romanorum piscibus.

THYNNEVVS, p. p. *θύνη*, sacri erat, quo piscatores Neptuno thynnum immolabant spe impetrandæ ab illo felicioris capturæ. Vide Cælium Rhodig. li. 15. c. 6.

THYONEVS, trium syllabarum, *θύωνος*, cognomen Bacchi, quod a *θύω*, i. sacrificio, quidam deductum putant, quod illi adhuc inter manus uersanti sacrificaretur. Quanquam non desunt, qui id cognominis eum a matre sua Semele accepisse uelint, quæ alio nomine dicta est Thyone, *θύων*, Oui. 4. Met. Aditus his Nyseus in dætonasus que Thyoneus.

THYRSVS, *θύρσος*, proprie dicitur illud in herbis, quod uirgulæ in modum uel teli rectitudinem confurgit. Plin. lib. 19. cap. 8. Inuentum omnes thyrsos, uel folia lactucarum prorogare urceis conditos. Est præterea Thyrsus hasta aculeata, hederis oblecta, quam in Orgijs Bacchæ quætiunt. Tacit. Messalina crine fluxo thyrsum quætiens. Scribit Diodorus, Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsus armatas. Et Macrobius ait, Liberum patrem tenere thyrsum, quod est latens telum, cuius mucro hedera lambente protegitur. Vnde Thyrsier, *θύρσοφόρος*, dictus est Bacchus. Seneca in Medea: Candida Thyrsigeri proles. Lucretius accepit Thyrsus pro furore, ardore, stimulo, uel instinctu, cum ait: Percussit thyrsu laudis spes magna meum cor.

THYSSAGETA, p. c. *θύσαγα*, populi Scythici, ultra Mæotim, & Samromatas, uenatione sese alentes, apud quos Tanais oritur, teste Herodoto. libro 4. cum alijs tribus fluminibus, in Mæotim illabentibus.

T A N T E I

TIARA, p. p. [Mitra, capello, μαζζοχίο. Gal. Ornament de teste defemmes de Perse, duquel ont usé puis apres le Rois de Pontifes. Hisp. Mitra, corona, capelo, o sombrero.] *τιάρα*, *κρωτια*, generis fœminini, ornamentum capitis Persicarū prius mulierum, quo postea usi sunt reges, & sacerdotes. Iuu. Sat. 6. Et Phrygia uestit bucca tiara. Vir. per usurpationem dixit: Sceptrumque, sacerdosque tiaras. Alioqui enim Tiara dicimus, teste Seruio. Hiero. ad Fabiolam: Quartum est genus uestimenti rotundum pileorum, quasi sphaera media sit diuisa, & pars altera ponatur in capite. hoc Græci, & nostri *τιάραν*, nonnulli galerum uocant. Non habet acumen in summo nec totum. usque ad comas tegit, sed tertiam partem a fronte in operam relinquit, atque ita in occipito uitta constrictum est, ut non facile labatur ex capite.

TIBARENVS, *τιβαρηνός*, populi Chalybibus contigui, teste Pomponio. lib. 1. in risu & lusu summum constituentes bonum: tenacissimi interium iustitiae, ut qui, nisi ante denunciatio die, hostem non adorantur. De his memoriam prodidit Nymphodorus, Mulierem partu soluta, uirum in lectulo decumbere, & tanquam partus auctorem, ab uxore ut puerpera curari, quod & ipsum confirmat Val. Flac. Argon. lib. 5. his uerbis. Hinc Tibarenum Dant uirides post terga lacus, ubi deside mitra Fœta ligat, partuque uirum fouet ipsa soluto.

TIBERIAS, adis, *τιβετριάς*, urbs Iudææ ab Herode condita, & in gratiam Tiberii Cæsaris ita appellata. Auctor Steph.

TIBERIVS, *τιβέριος*, Liniæ Augustæ filius, & priuignus Augusti, eiusdemque in imperio successor, omni auaritia, libidinis, & crudelitatis genere contaminatissimus. Vide Suet.

TIBERIS, *τιβήρις*, & Thybris, *θύβρις*, Dionysio. *τιβήρις*, καὶ *θύβρις*, Steph. celeberrimus Italiæ fluuius, è media sere longitudine Apennini, Aretinorum finibus defluens, qui multis deinde fluminibus auctus ab Hetruria Latium, Ianiculumque ipsum de urbe Romana dirimit, tandemque 15. ab urbe lapide duobus ostijs modico interuallo diremptis in mare euoluitur, ea in parte, qua Ancus Martius Ostiam extruxit. De ratione nominis diuersa diuersa prodiderunt, adeo ut non facile fuerit certi aliquid constituere. Linius a Tiberino Albanorum rege dictum existimat, in traiectum eius submerso, cum antea Albula diceretur. In qua sententia quoque fuisse uidetur, sic scribens li. 2. Fasto. Albula, quem Tiberim merfus Tiberinus in undis Reddidit, hybernus forte tumebat aquis. Seruius Tiberis nomen ipsa etiam Alba uetus fuisse esse contendit: Ideoque nominis eius originem ad Thybrin potius Hetrurcorum regem referendum existimat, qui Latium crebris latrocinijs infestans, tandem circa hunc fluuium est occisus. Cui sententia Vir. quoque non obscure subscribit, apud quem loquitur Euander. l. Aeneid. 8. Tum reges, asperque immanni corpore Thybris: A quo post Itali fluuium cognomine Thybrim Diximus. Alij non tam a regis huius nomine quam ab iniurijs, & contumelijs, quibus in obuium quenque circa hunc fluuium grassabatur, appella-

appellationem hanc tractam existimant, unde Thymbrim scribendum contendunt, quasi *ἄβριμ*, ut dictionem constatam intelligamus ex articulo foeminino, & nomine *ἄβρις*, quam scripturam etiam apud Dionysium Afrum obseruauimus. Nos Thybridis nomen antiquius esse putamus, Tiberis recentius, litteris aliquot (ut solet) temporis lapsu immutatis. Quo fit ut illud poetis, hoc Oratoribus sit uisitatus. Stephanus quoque in urbium Onomastico utrunque nomen agnoscit, nisi quod apud illum *Θυμβρις*, legatur in littera communi Graecorum consuetudine adiecta. *θύμαβρις*, (inquit) *παραμυθίμης, ὄς, καὶ τίβρις*, Hisce rationibus in eam potissimum sententiam adducor, ut Thybris dissyllabum, th, aspirato & y, Graeco scribendum putemus: Trissyllabum autem Tiberis, s, t, tenui, & i, nostro. Quam scripturam rationem etiam a Graecis uidemus obseruari, apud quos, *τίβρις, τίβριος, τιβέριος, τιβέριος, τιβέριος*, & caetera omnia hinc deriuata per iota scribi uidemus.

TIBERINVS, *τινί*, pen. prod. *τιβερίνος*, Capeti filius, & Albanorum rex, qui in uicino flumine submersus, effecit, ut pro Albulia Tiberis diceretur. Liui. lib. 1. ab urbe: Latino Alba ortus, Alba Atys, Aty Capys, Capy Capetus, Capeto Tiberinus, qui in traiectu Albulae submersus, celebre ad posterum nomen flumini dedit. Tiberinus item a superstitiosa antiquitate creditus est deus esse, Tiberijs fluij praesens, cuius monitu Aeneas Euandri sibi auxilia adsciscit: de quo sic scribit Virg. lib. 8. Aeneid. Huic deus loci fluuius Tiberinus ameno, Populeas inter senior se attollere frondes Visus. Quin & fluuius ipse in sacris dictus est Tiberinus, teste Seruio, quemadmodum in *κοινολογία*, Tiberis, & in poesi Thybris.

TIBERINVS, *τινί*, um, p. p. *θύμβριος*, Steph. possessiuum est a Tiberi deductum: ut Ostia Tiberina, apud Vir. 1. Aene. Tiberina flumina, apud eundem lib. 12.

TIBIA, [*Gamba, piua. Gal. Yambe, Pos de la jambe. Hisp. Espinilla ó canilla de la pierna.*] *κνήμη*, proprie os cruris oppositum surae. Celsus lib. 8. cap. 1. Ipsum autem crur est os ossibus duobus &c. Verum alterum os ab exteriori parte, &c. alterum a priore parte positum, cui tibiae nomen est, longius, & in superiore parte plenius, solum cum femoris inferiore capite committitur, sicut cum humero cubitus. Tibiam item, *αὐλόν*, uocamus instrumentum musicum oblongum, teres, & foraminosum, quod inflatum, & digitis modo adductis: modo reductis temperatum, non iniucudam reddit symphoniam. Has primum ex gruum tibijs confectas existimant, & inde nomen accepisse. Hor. de Arte: Tibia non, ut nunc orichalco uincta, tubaeque Aemula, sed tenuis, simplexque foramine pauco. Ouid. 5. Trist. Ele. 1. Tibia fuseribus conuenit ista meis. Cic. 1. Tuscu. Non intelligo quid metuat, cum tam bonos septenarios fundat ad tibiã. Vir. 8. ecl. Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus. Ci. de Clar. Orat. Si tibiae inflatae non referant sonum, abijciendas eas sibi tibicen putet.

TIBIALIA, *τινί*, [Gal. *gambiere. Gal. Iambieres, bas de jambes, armures de jambes. Hisp. Armadura de quella parte medias calças.*] *σπικνημίδες*, uelamenta tibiatarum. Suet. in Augu. Hyeme feminalibus, & tibialibus muniebatur. Tibialia, pro ocreis, quibus tibiae militum muniuntur. Paulus Iureconsultus: Si tibiale, uel humerale miles alienauit.

TIBIALIS, & hoc le, *αὐλητικός*, idoneum ad tibiae faciendas. Pl. lib. 16. c. 36. Tertia arundo est tibialis calami.

TIBICEN, inis, secunda syllaba pro. [*Trombetta.*] *αὐλητής*, qui tibia canit. Pla. Pscu. Tibicen uos interea hic delectauerit. Ci. ad Gal. li bro 7. Qui sciret se nepotem bellũ tibicinem habere. Hor. 2. epi. 1. Nunc tibicinibus, nunc est gauisa tragœdis. Tibicines item, *αὐλητῆρες*, pilae dicuntur siue tigna, quibus aedificia inclinata, & alioqui ruitura sustentantur. Iuuen. Sat. 3. Nos urbem colimus tenui tibicene fultam. Tibicen, pro sustentaculo telae. Ouid. 4. Fast. Hæc modo uersabat stantem tibicine telam. Vir. quoque hemitichia sua, quæ in Aeneide aliquot reliquit imperfecta, Tibicines appellabat, eo quod ad fulciendam splendendamque sententiam, ad tempus essent inserta. Ipsæ quoque particulae, quibus uersuum hiatus replentur, alioqui nihil facientes ad sententiam, Tibicines a Grammaticis appellantur. Quales est hoc apud Virgil. Sic forte precatur. Nam forte uacat.

TIBICINA, *τινί*, p. c. *αὐλητής*, mulier tibia canens. Mar. lib. 14. Ebria non madidis rumpit tibicina buccis.

TIBYLVVS, praenome Albius, poeta Elegiographus, Romæ natus Hirtio & Panfa Cos. qui annus etiam Ouidij poetae natalis fuit insignis. Ex amicis Messallam Coruinum maxime coluit. Ex poetis familiares habuit Horatium, qui eum iudicem suorum appellat scriptorum: & Ouidium, qui mortem eius elegantissima desse ut Elegia. In amoribus & nimius & inconstans fuisse uidetur, ut qui praeter Marathum, & Cherinthum pueros, Deliam quoque amarit, Sulpiciam, & Neeram, omnium autem maxime Nemesin, cuius formam & uenustatem bona operis sui parte posteritati co-

mendauit. Obijt Romæ uirenti adhuc ætate.

TIBVR, uris, pen. gen. cor. *τιβυρίς, τιβυρα, καὶ τίβυρα*, Steph. ciuitas in Sabinis. 19. ab urbe lapide, crebris fontibus irrigna, & singulari aeris temperie commendata. Ouid. 4. Fast. Mœnia Tiburis udi. Mar. li. 6. Cum mors uenerit, in medio Tibure Sardinia est. Est autem hoc oppidum origine Graecum, a Thyburto, Catyllo, & Corace, Amphiarai liberis post prodigiosum patris ad Thebas interitum communiter conditum, & a Tiburti nomine, qui ex trib. natu maximus erat, Tybur appellatum, Auctores Cato in orig. & Solinus, & Sextus scriptor Graecus.

TIBVRS, urtis, *τιβυρτίος*, gentile a Tibure deductum. Virgil. 11. Aeneid. Haud aliter Tarchon Tiburtum ex agmine praedam Portat ouans. Cic. pro Balbo. Cossinius Tiburs.

TICINVM, [*Papia. Gal. Papiæ. Hisp. Papiæ.*] *πρ-πικινον*, Ptol. *τίκινος*, Steph. Insuubriae ciuitas, quam hodie Papiam uocant, D. Augustini corpore & celeberrimo gymnasio insignis: a Ticino fluuijo praeterlabente nomen habens.

TICINVS, [*Tesino. Gal. Tesin. Hisp. Tesino.*] *τίκινος*, fluuius Insuubriae in Eridano fluens, a quo uicium oppidum Vicinum est appellatum, nunc Papiæ. Sil. lib. 9. Dum Romana tuæ Ticine cadauera ripæ Non capiant.

TIFERNVM, *τιφερον*, Vmbriciae oppidum est, teste Ptol. li. 3. c. 1. a quo Tifernates, quorum meminit Pl. li. 3. ca. 14.

TIFERNVS, *τιφερον*, fluuius est in secunda Italiae regione, Appulos diuidens a Frentanis. Pl. li. 3. ca. 11.

TIGILLVS, & Tigillum, [*Tranicello. Gal. Solinean, petit cheuron. Hisp. Pequeña uiga.*] *δοκιδιον*, diminutiua a Tignus & Tignum. Liui. 1. ab urb. Transmisso per uiam tigillo, capite adaperto, uelut sub iugum misit iuuenem. Tibul. lib. 2. Eleg. 1. Illi compositi primum docuerunt tigillis Exiguam uiridi fronde operire domum. Catul. Ianua suffixa tigillo.

TIGNARIVS, *τινί*, um, adiectiuum a tignis deductum: ut, Tignarius faber, *δοκοποιός*, qui tigna dolat, aut aedificio adaptat. In qua significatione legitur & Tignarius absolute. Cicero de Clar. Orat. Ego me Phidiam esse malle, quam uel optimum tignarium.

TIGNVS, ni, mascu. ge. & Tignum, neut. [*Traue. Gal. Soline, cheuron, marrain. Hisp. Viga ó maderá de la tumbre.*] *δοκίς*, trabs, quae uarie disposita domus extruitur: & proprie cui superpositum teedum: a tegendo nomen deductum: Lucre. li. 1. Et celeri flamma degustant tigna. Hora. de Arte: Et modicis intrauit pulpita tignis. Ouid. 8. Meta. Sordida terga suis nigro pendencia tigno. Iuuen. Sat. 3. Hic tignum capiti incurit, ille meretam. Caes. 4. Bel. Gal. Tigna bina sequepedalia ab imo praecuta. Tigni nomine omne genus materiei, ex qua aedificia constant, continetur, inquit Vlpia. de Tigno iuncto l. 1. & ad exhib. li. Tigni. & Caius de Verb. sign. l. & Tigni. Sed & in uineis, Tigni appellatione omnia uineis necessaria continentur, ut puta peritæ, pedamenta, ut ait ibid. Vlpia. Hinc contigno, gnas, *συνκοιόω*, Tigna in aedificio coniungo. Plin. lib. 9. cap. 3. Ossibus tecta cõtignare. & Caes. lib. 2. de Bel. Cic. contignatio: tectura ipsa trabium, ac tignorum: Coassatio uero, assium dicitur, hoc est tabularum.

TIGRANES, nis, p. p. proprium nomen regis maioris Armeniae, qui auxilium ferens Mitridati regi, uictus est primo a Lucullo, deinde a Pompeio Magno. Cice. in Orat. pro lege Man. Luc. lib. 2. Tigrauemque meum.

TIGRANOCERTA, *τε, τιγράνοκερτα*, oppidum in montanis maioris Armeniae, teste Pl. li. 6. c. 1. a Tigrae conditum, unde & nomen accepit, quasi Tigranis ciuitas. Nam Certa Parthorum lingua urbe sonat. Stephanus.

TIGRIS, huius tigris, & tigridis. [*Tigre. Gal. vne tigre. Hisp. La tigre hembra de pardo.*] *τίγρις*, fera saeuissima, & uelocissima, in Hyrcania maxime abundans: ita dicta, quod sagitta uelocitatem, quam Tigrim Medi appellant, cursu uideatur adhaerere. Virgil. 4. Aeneid. Hyrcanaeque admorunt ubera tigris. Arrianus, qui res gestas Alexandri condidit: Tigrim feram Indicam, non eam esse uoluit, quam uulgo Tigrim nominat, sed hanc esse Thoa: Tigrim uero, equi magnitudine esse, a superiori longe diuersam. Est enim Tigris *τίγρις, ητος*, insignis Aëz fluuius Mesopotamiam ab ortu alluens, quem Sacrae litterae ex Paradiso nasci confirmant. Solinus in Armenia caput attollere dicit, in loco edito, ex lucido, conspicuoque fonte, nec ab exordio statim totum esse, sed primo pigre fluere, non cum suo nomine: At cum fines Medorum inuenctus sit, Tigrim statim uocat, Arethulam lacum influere, grauiam pondera sustententem, cuius pisces nunquam se alueo Tigridis immisceant, sicut nec amnici stagnum attingant Arethuse. Mox Arbas praeterfluens, Mesopotamiam amplectitur & Hydaspem accipiens, Eufratemque, defertur in sinum Persicum, a Tigri fluuijo distant, Transfligitani, qui trans Tigrim habitant, sicut Transpadani, qui trans Padum. A Tigri deducitur adiectiuum Tigrinus, *τινί*, um, ut Tigrinae mens, hoc est, uenarum discursu tigrinum maculas

poribusque diem. Per translationem accipitur pro leuiter imbutus. *Ci. de Ora. Sit enim mihi tinctus literis. Idem de Clar. Or. Ergo illam patris elegantia tinctam uidimus. Tinctus, us, ipse tinctus actus. Plin. lib. 10. cap. 48. Et alia eodem nomine croceo tinctum de Intingo, suo loco.*

TINIA, [*Tinos, vine, & al. Times, cunes. Hisp. Las tinias, uasijas de uino.*] *pu-tiva*, uasa umaria apud antiquos fuerunt, ut inquit Festus. Nonius Tinias appellauit. Erant autem hęc uasa minora, & omnino diuersa ab ijs, quę apud nos sub hoc uocabulo habentur, nec ad eos usus parata. His nanque e ligno fabricatis, multa cum uinaceis nostri bulliunt.

TINNIO, nis, niui, itū, [*Far suono. Gal. Tinter & sonner clair. Hisp. Retenir el metal.*] *κρόνον*, proprie de metallis dicitur, cum ex eorum pulsatione sonus efficitur. Tinnit. n. aurum, argentum, æs, ferrum, stannum, orichalcum, & huiusmodi. Hinc Circuntinnio compositum. *Var. 3. de re ru. c. 16. Cum à milliario id fecisse sunt animaduersa, iaciundo in eas puluerem, & circuntinniendo ære, perterritas, quo uoluerit perducet. Tinnire quoq. dicitur auris, cum inclusi subtiles, & leues uapores interdum per membranam illam, quę in aurib. est, emergunt, & sonum illum fictitium edūt. Catul. ad Lesbiam, epig. 48. Aures tinnunt suo pte sonitu.*

TINNIMENTVM, ti, ipte tinniendi actus. *Pl. in Rud.*

TINNITVS, tus, [*Tinnito. Gal. Tintement, cornement. Hisp. Aquel retinte y son de metal.*] *κρόνον*, metalli sonitus. *Pl. lib. 11. cap. 10. Apes gaudent plausu, atque tinnitu æris. Virg. 4. Geo. Tinnitusq. cic. Aurium tinnitu præsentire, apud Pl. li. 28. ca. 2.*

TINNICVLVS, aus est teste *Pl. lib. 10. ca. 37. columbas defendens, & accipitres territans occulta naturæ ui.*

TINNVLVS, la, lum, [*Aguζλο, acuto, puntato. Gal. Tintant, resonant. Hisp. Cosa que retinse como metal.*] *λγυρός, ἡχρῶν*, quod acutum edit sonum, eiusmodi est sonus metallorum. *Oui. Tinnulaque æra sonant. Quint. lib. 2. ca. 3. corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cæcozela genere peccantes, certum habeo non uitium, sed infirmitatis uitio laborare.*

TINTINNACVLVS, *κρόνον*, qui flagris cedunt fontes obnoxiam & Ioris bubulis castigat, ficto uocabulo a sonitu, quem uerba efficiunt, nam dum uerberant, & cædunt flagris, tinnicum reddere uidentur ex crepitu plagarum: quę percussio a Plauto dicitur *Tax*, per onomatopœiam, a sonitu quem reddit. Id genus homines flagratores dicebantur, & Lorarij. nam cædendo loris, & flagris hunc sonum faciunt. *Plau. in Truc. Nisi ad tintinnaculos uultis uos educi uiros.*

TINTINNABVLVS, *ἡσρόταλον, κρόνον*, instrumentum æneum, quo populus lauandi hora ad balneæ conuocari solebat. Nomen factum, a sono, quem edit. *Iuu. Sat. 6. Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas Pulsari. Pl. lib. 36. ca. 13. Ut in summo orbis æneus, & petasus unus omnibus sit impositus, ex quo pendeant accepta cænenis tintinnabula.*

TINTINO, nas, p. c. [*Risonar. Gal. Tintinner, resonner. Hisp. Retenir el metal.*] *ἡλκλαζο*, pro reson. *Catul. ad Lesbiam, Sonitu canoro Tintinant aures. Dicitur & Tintinio, is, nui. Afranius. Tintinire ianitoris impedimenta audio.*

TIPHYS, Argonautarū in Colchica expeditione gubernator. *Vir. in Bucol. ec. 4. Alter erit tum Tiphys, & altera quę uehat Argæ Delectos heroas. Oui. Tiphys in Aemonia puppe magister erat. Seneca in Medea: Tiphys in prinis domitor profundi.*

TIPVLA, æ, p. c. uermis sex pedes habens, sed tantæ leuitatis, ut super eam currens non delidat. *Pl. in Perf. Neque tipulæ leuius pondus est, quam fides leonina.*

TIRESIAS, *τηρσιῆς*, uates Thebanus fuit, Eueo patre genitus, qui cum aliquando in Cithærone uidisset duos dracones coenantes, obseruata femina ex ijs occidit illam: quo facto in feminā & ipse mutatus est. Deinde cum rursus post septem annos eodem pacto & marē draconem interfecisset, in pristinam sortem redijt. Contingit igitur aliquando certantibus inter se Ioue & Iunone, uiri ne an femine maiorem ex Venere uoluptatem capeant, ut ille iudex sit adhibitus, ut qui utrunque fuisset expertus. Tiresias autem pro Ioue sententiam tulit, asserēs multo plus ex coitu uoluptatis percipere feminas. ob quod a Iunone excæcatus est. Alij uero propterea excæcatus dicunt: quod Palladem nudam in fonte cōspexerit. Iupiter autem in solatium uisus amissam diuinationem illi dedit. *Stat. libro 10 Theb. Sibi callidus ista Tiresias natæque canat, & c. Huius animam euocat Vlyffes apud Homerum lib. 10. Odyss. multo que ab ea futura edōctus. Auctor est Strab. lib. 9. Tiresia monumentum fuisse sub Tilphossio mōte Bœotici, iuxta fontē Tilphossam, ubi profugus diem suum obiit, cum iam senex gelidissimam Tilphossæ aquam haurisset. Ibi Thebani ciues sepulto diuinis honores tribuere. Fuit Tiresia filia fatidica nomine Manto, quę ex Tiberino fluuio filium peperit nomine Ocnium, qui in Cisalpina Gallia opidum condidit, & a nomine matris Mantuam appellauit. *Iuu. Sat. 13. Tiresiam appella-**

tiue posuit pro homine creto, cum ait: *Nec surdum nec Tiresiam quenquam esse deorum.*

TIRIDATES, rex Armeniæ, qui uarijs gestis cum Corbulone bel-lis, tandem ex fœdere Romani uenit, & diadema regni a Nerone accepit. *Uide Tac. lib. 15.*

TIS, s, genitiuus est antiquus a Tu pronomine. *Plau. in Mili. Tis ceat, quia te careat.*

TISIPHONE, *τισιφών*, una ex furijs, a cædib. plestēdis, dicta, *τίσις*, ultio, uel pœna, *φόνος*, uel *φόνος*, cedes, aut mors. *Hor. in Ser. Hecaten uocat altera, sœuam Altera Tisiphoni.*

TITAN, & **TITANVS**, pen. pro. *τίταν*, Saturni frater, Cæli & Vestæ filius, qui etiam pro Sole ponitur, & ipse a Titanibus duxit originem. Tradunt enim Titanas sex fratres fuisse, & quinque forores a Titea matre dictos, ut auctor est Diodorus: Ex quibus unus fuit Iapetus pater Promethei. Hyperion quoque ex Titanū numero est, qui Solis ac Lunæ stellarumque motus obseruasse, atq. demōstrasse primus fertur. Idco Solis parens, & aliorum fertur. Hinc Sol Titan, Luna Titanis, *τιτανίς*, & Diana Titania a Poetis dicitur. *Lucan. l. b. 1. Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas. Oui. 4. Metam. Dumque ibi perluitur solita Titania lympha. Seruius sic habet: Ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos Terra in eius ultionem creatos. Unde & Titanes dicti sunt, *ἄντι τῆς γῆς*, id est, ab ultione. Primumq. cōtra Saturnum quidam Titanes, deinde Gigantes contra Iouem genuit. Ipse uero Titan cū filiis, quos Titanes a patre appellabant, bellum gessit aduersus Saturnum & Opim, quod conuentui nō stetit, eos que captos muro inclusit: qui postea a Ioue filio uictis Titanibus liberati sūt, ut supra latius de Saturno dictum est.*

TITANVS, a, um, *τιτάνιος*, adiectiuum deductum a Titan: ut *Titania* altra. *Vir. 6. Aene. Lucentemque globum Lunæ, Titanique atræ Spiritus intus alit. Titaniacus, a, um. Oui. 7. Met. Hinc Titaniciis ablata draconibus, intrat Palladias arces.*

TITHONVS, p. p. *τιθωνος*, Laomedontis filius, qui (ut fabulæ ferunt) cū iuuenis esset, & decorus, ab Aurora dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnonem genuit. Sed tandem post longissimam uitam, audita Memnonis filij morte, in cicadam uersus dicitur, dicente *Horatio. Longa Tithonum minuit senectus.*

TITR Lutu, duo fuerunt: Alter tragœdiarum scriptor Romanorum poetarum antiquissimus, qui ob ingenij felicitatem a *Luio Salinatore*, cuius uerbo erudite, libertate donatus est: Alter *Pata* unus cum *Crispo Salustio* de Historiæ principatu certans. *Uide supra in dictione Luus.*

TITR, sacerdotes fuerunt Apollinis, a *Titijs* auitibus, quas in augurijs certis obseruare solebant sic appellati, ut ait *Var. li. 4. de lin. La. Luc. lib. 1. Titiique sodales.*

TITILLIO, titillas, *τιτῖλλος*, leui atrestitutione alarum, aliarumve mollium corporis partium risum cuiquam moueo. Per translationem tamen accipitur pro quouis modo blandiri, & uoluptate asficere, Cicero primo de *Fini. Si ea Sola uoluptas esset, quę quasi titillaret sensus, ut ita dicam. Luc. lib. 2. Et quę Titillare magis sensus, quam lædere possant. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Prætereane uos titillet gloria. Hinc Titillatio, onis, uerbale, ipte titillandi actus. *Ci. in Carone. At non est uoluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Titillatus, us, ui. Plin. li. 11. c. 37. Quod titillatu maxime intelligitur alarum.**

TITIO, onis, [*Τιτῖζονε.*] *βράδος*, lignum adustum, quod ab igne extra hitur. *Celsus li. 3. ca. 12. Extinctus titionibus.*

TITIVILITIVM, ti, dici uoluerūt, inquit Nonius, fila putrida, quę e telis cadūt. *Plaut. in Cal. Non ego istud uerbum empicem titiulitio.*

TITVBO, as, pen. corr. [*Vacillare. Gal. Chancellor. Hisp. Bambanearfe.*] *παρὰ πόδας*, proprie pedibus insistere nequeo, quod accidere solet ebrijs, aut longo iam morbo languidis. *Oui. 3. Met. Ille mero, somnoque grauis titubare uidetur. Quint. Sed iugulasti uulneratum, titubantem firauisti. transfertur ad animum, quoties ab animo uerba dissentiant. quod inconstantia ac leuitatis signum esse dicitur: ut apud eundem. Neque ulla unquam tanta fuerit dicendi facultas, quę non titubet, aut hæreat, quoties ab animo uerba dissentiant. *Plaut. in Milit. Cogitare Nequid, ubi miles uenerit, titubetur. Terentius in Heaut. Verum illi nequid titubet. Cice. ad Attic. libro 2. Videbis breui tempore magnos, non modo eos, qui nihil titubarunt, sed etiam Catonem. Horat. epistol. 13. Cauene titubet, mādartaque frangas. Titubare quoque, lingua & dentes dicuntur. *Oui. tertio Trist. Eleg. prima. Hęc ubi sum furtim lingua titubante locutus, & c. Hinc titubatus, particip. sine uerbo ut inquit Sernius: Nam titubor non legitur. Vir. quinto Aen. Vestigia presso, Haud tenuit titubata solo. Hinc quoque Titubantia, æ, & Titubatio, onis, uerbale, *τραυλισμός*, id est, ipse titubandi actus. *Suet. in Vitel. Ac de hac quoque liberos utriusque sexus uult, sed marem titubantia oris prope murū, & elim guem. ad Heronnum li. 2. Ut ne paruula quidem titubatione, aut offensione,****

offensione, impedirentur. Titubanter, ad aërbium, inconstanter. Cicero pro Cælio. Poluistis, atque id tamen titubanter, & strictim, coniurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuisse.

TITVLVS, li. [Titolo. Gal. Tiltre, s'inteau. Hisp. Titulo de alguna obra escrita.] ἔπιγραφὴ, τίτλος, inscriptio cuiuscunque operis: quod scilicet libro, operi, uel statuae superscribitur, ut statim primo aspectu argumentum noscamus, aut artificem. Sueton. in Domit. cap. quinto. Plurima & amplissima opera incendio consumpta restituit, sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Martia. lib. 2. Vnum de titulo tollere iota potes. Ouid. lib. 1. de Remed. Legerat huius amor, titulum nomenque libelli. Dicitur titulus a tuendo, quasi tutulus, quod tueatur factum auctoris, & si quis alterius opus esse contendit, ueri opificis indicet nomen. Per translationem quandoque ponitur pro laude, & dignitate. Ouid. lib. 2. Fast. At tua prosequimur studioso pectore Cæsaris Nomina, per titulos ingredimurque tuos. Aliquando pro monumēto. Apuleius: Auorum, & proauorum titulus clarus, tituli, etiam diæti sunt milites, quasi tutuli, quod patriam tuerentur. Vnde & Titi prænomen ortum est, inquit Fest. Perseus: Hic nec more probo uideas, nec uoce serena Ingentes trepidare Titos. Titulo tenus, id est, solo titulo, & non re ipsa.

TITVS, τίτος, prænomen fuit Romanis familiare, inde dictum (ut Festo placet) quod antiqui Titos, & Titulos milites appellabant: eo, quod patriam tuerentur. Hoc prænomine dictus fuit Vespasianus Flauii filius, & frater Domitiani, princeps clarissimus, populanoque Ro. adeo carus, ut uulgo, Orbis amor diceretur, & Deliciæ humani generis.

TITYVS, τίτυς, filius fuit Iouis ex Elata, Orchomeni filia: quam prægnantem Iuppiter, timens Lunonis iram, occultauit in terra: ex quo factum est, ut nascens puer ex terra natus uideretur. Hic postea cum ad integram ætatem peruenisset, captus amore Latonæ, Apollinis matris, eam de stupro interpellauit. Quam ob rem Apollo iratus, sagittis ipsum confodit, & apud inferos reliquit, eiusque iecur uulturnique lancinandum apposuit hac lege ut consumptum renasceretur illico, & sic nunquam Vultures a discerpendo cessaret, nec ipse a patiēdo. Tantæ magnitudinis gigas fuisse perhibetur, ut iacens nouem iugera occupauerit. Ouid. 4. Met. Viscera præbebat Tityus lanianda, nouemque Iugibus distractus erat. Vide Seruium apud Vir. lib. 6. ad hunc locum. Neclion & Tityon terræ omnipotentis alumnum Cernere erat.

T A N T L

TEPLOIMVS, τειπλόμος, Herculis & Astyoche filius, quam ex Ephyra urbe Peloponnesi rapuerat, (ut meminit Hom. Iliad. 6.) clara rebus bellicis, corporisque proceritate insignis. Hic cum adoleuisset, Licymnium, auunculum suum, Marte progenitum, & patri suo charissimum, iam senem interfecit. ex quo fabricatis nauibus patria profugus, collecta inuenit multitudinem Rhodum petit: & ea insula occupata, Rhodiensibus imperauit. Postea ad bellum Troianum cum noue nauibus profectus a Sarpedone occisus est.

T A N T E M

TMESSIS, huius tmesis, fœm. gen. τμήσις, est unius uerbi compositi, uel simplicis sectio, una dictione, uel pluribus interiectis. Virg. Ge. Septem subiecta trioni. Idem 1. Aen. Et multo nebulæ circum dea fudit amictu, pro circumfudit. Hoc autem tolerabile est, inquit Ser. in sermone composito, cæterum in simplici nimis est asperum, quod tamen aliquando fecit antiquitas, ut Saxo cere minuit brum. Videntur & haec figura nonnunquam oratores. Cic. pro Sex. Quisquis erat, qui aliquam partem in meo iuctu sceleris Clodiam attingisset, quod iudicium cumque subierat, damnabatur, id est, quod cunque iudicium.

TMOLVS, τμώλος, Lydiæ mons, Sardibus incubans, ex quo Pactolus amnis profluit, aureas ferens arenas. Ouid. 5. Met. Riget arduus alto Tmolus in ascensu, cliuoque extensus utroque, Sardibus hinc, paruis illinc finitur Hypæpis. Antiquis Tmolus dicebatur per tres syllabas. Plin. lib. 5. ca. 29. Celebratur Lydia maxime Sardibus in latere Tmoli montis, qui ante Tmolus dicebatur. Ouid. 6. Met. Deseruerunt sui nymphæ uineta Timoli.

TMOLVS, Lydiæ amnis, ex eiusdem nominis monte profluens, in quo, cotricula inuenitur, auro explorando utilis. Plin. lib. 3. ca. 8. Lapis quem Coticulam appellant, quondam nō solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo.

T A N T E O

TOGA, 2, [Toga uestis, balangra. Gal. Vne robe longue. Hisp. Vestidura propria de Romanos.] τὸ γένος, Plutarcho, τὸ βύνα, Athenæo uestis cōmunis omnium Romanorum, tam fœminarum, quam marium, sicut Pallium Græcorum. Dicta toga a tegendo, quod corpus tegat. Superimponeretur autem tunica, uel potius tunicis. Græcis laxa erat, & in sinum multis crispulis subtraccta succingebatur. Tibu. lib. 4. Ele. 7. Et fuit effuso cui toga laxa sinu. Hinc Romani togati dicuntur, quemadmodum & Græci Palliati. Vir. Aen. Ro-

manos rerum dominos, gentemque togatam. Quoniam uero in pace tantum toga usus erat (nam in bello deposita toga saga fumebant) factum est, ut toga pro pace, seu artibus pacis accipiat, sicut Arma, pro bello, seu re militari. Cassius Ciceroni: Tua toga omnium armis felicior. Cicero in Pison. Non dici hanc togam, qua sum amictus: nec arma, lecutum, & gladium unius Imperatoris: sed quod p. cis est insigne, & oculi toga. cōtra autem arma tumultus atque belli. Toga olim etiam utebantur tenuiores, qui reges suos, hoc est, potentiores officij gratia per urbem deducebant, ut sportulam consequerentur. Mart. Si matutinus facile est tibi rumpere somnos, Attrita ueniet sportula sæpe toga. Hunc turbam togatam uocat Iuue. Saty. 1. clientelam illam comitum, qui toga induti potentiores amicti per urbem deducebant, & reducebant. Sportula (inquit) primo Limine parua sedet turbæ rapienda togatæ. Item opera togata dicitur idipsum togatorum officium. Mar. Exigis a nobis operam sine fine togatam.

TOGATÆ comœdiæ, quæ scriptæ sunt secundum ritum Romanorum, sicut Græcas fabulas ab illorum habitu Palliatis appellamus, nã Græci supra tunicam pallium ferebant.

TOGATÆ tabernariæ, dicuntur comœdiæ, in quibus non magistratus, sed humiles personæ inducuntur, teste Donato, quales fere sunt, qui in tabernis uendunt merces suas.

TOGATI [togati. Gal. Vestus d'une robe longue. Hisp. Vestidos de uestidura longa.] ἠνεγοσσοί, togis induti: unde Romani togati dicti sunt, quoniam toga Romanorum propria erat. Sic ij, qui principes ciuitatis officij gratia in forum deducebant, ac deinde domum reducebant, quoniam togis amicti erant, togati uocabantur. Iuue. Turbæ rapienda togatæ. Hi etiam per diminutionem togatuli dicebantur, quod diminutium est ioco formatum. Martia. lib. 10. Quâdru saluator, Ante ambulones, & togatulos inter Centum merore plumbeos die toto.

TOGA candida, erat, quam petitores magistratuum induebant, unde Candidati dicebantur. Plin. lib. 7. de Natica: In toga candida bis repulsa notatus a populo. Pura toga, quam tyrunculi forenses assumebant tyrocini die. Luc. lib. 7. Pura uenerabilis æque, Quam cyprius ornante toga, id est, nec picta, nec triumphali, nec prætextata, inquit Budæus. Pura enim icta dicebatur, quod nullo purpuræ prætextu distincta esset. Toga prætexta, πρετορροδος, Plutarcho, dicebatur, cuius oræ & circuitus purpura erant prætextus: quod ipsum satis indicat Lilius lib. 34. Purpura uiri utimur prætextati in magistratibus, in sacerdotijs: liberi nostri prætextis purpura togis utuntur. Toga palmata uestis erat triumphalis, a palma, id est, a uictoria ita appellata. Mar. lib. 7. I comes, & magnos illæsa merere triumphos, Palmatæque duces, sed cito redde togæ. Toga picta, uestis publica fuit: summique magistratus. Capi. de Gordi. Palmatâ tunicam, & togam pictam primus Romanorum priuatus suam & propriam habuit: cum ante Imperatores, uel de Capitolio acciperent, uel de palatio. Lampridius de Alexandro: Prætextam & togam pictam nunquam, nisi Consul, accipit: & eam quidem, quam de Iouis templo sumptam alij quoque accipiebant aut Prætores, aut Consules. Budæus. Toga pulla qua in funeribus utebantur, ut nunc atra ueste utimur. Alba autem, uel in epulo publico, uel in epulo parentali, uel in spectaculis, uel in conuito. Toga rasa, ut inquit Plin. lib. 8. cap. 48. Diui Augusti nouissimis temporibus cæpit. Toga puerilis, quæ & Prætexta appellabatur. Gel. lib. 18. c. 4. Cum iam adolescentuli Romæ prætextam & puerilem togam mutassemus. Toga uirililis, a puerili distincta erat: ea decimo septimo anno fumebatur. Cic. in Læl. A patre ita eram deductus ad Scæuolam sumpta uirili toga. Per translationem ponitur quandoque toga pro officio deducendi & reducendi potentiores: Martialis. Lis nunquam, toga rara, mens quieta. Plinius ad Apollinarem: Altius tibi ocium, & pinguis, eoque lecuris, nulla necessitas togæ, nemo accersitor ex proximo. Quod ideo inualuit, quia ad officia præstanda togati cōueniebant: id est, ad deducendos, comitandosque amicos honoris gratia. Hinc diminuti. Togula. Mart. lib. 1. Ignosces, togulam Polithume pluris emo.

TOLENTVM, opidum Italici in Picenis, Diui Nicolai patria, a quo Tolentinas populi, Plin. lib. 3. ca. 13.

TOLERO, toleras, unico l, [Tolerare, sufferre, patire, supportare. Gal. Endurer, souffrir, porter patiemment. Hisp. Padecer de sufrir molestia.] ὄσος, ὠποῦεναι, fero, patior, perfero, sustineo. Teren. in Phorm. Vna tecum bona, malaque tolerabimus. Idem in Hecyra. Sed quod sese indignam, deputat matri mex, Cui concedat, cuiusque mores toleret sua modestia. Tolerare se est modice, & summa parsimonia se alere, Corn. Nepos in uita Pompon. Attic. Ex quibus agris pater familias fructus caperet, quibus se toleraret. Cæsar: Erat summa inopia, adeo ut folijs ex arboribus strictis & teneris arborum radicibus confusis, equos alerent, & cogerentur his rationibus. equitatum tolerare. In qua significatione et dicitur Tolerare uitam, id est, uiuere, nutriri. Tacitus: Mul-

tos militia, quosdam exercendo agros tolerare uitam. Cæsar septimo Bel. Gal. Eorum corporibus, qui ætate ad bellum inuitiles uidebantur, uitam tolerauerunt. Accipitur aliquando Tolere pro portare, seu gestare. Plaut. in Merc. Tolerat hæc nauis metretas trecentas. Tolere milites sua pecunia, id est, sustinere, & stipendium, aut certe necessaria subministrare. Plin. libro trigesimo tertio, cap. decimo. Octona millia equitum sua pecunia tolerant. Hinc tolerans, nomen ex participio, id est, patiens, ut, Tolerantissimus penuriam, id est, patientissimus, apud Colum. libro septimo, cap. primo. Toleranter, aduerbium, patienter, tolerabiliter. Plin. libro octavo, ca. 45. Annicula ad fecunditatem poscuntur, tolerantius tamen binæ. De bobus. Quin. lib. 8. ca. 6. Qui toleranter uidere Septentriones uidentur. Hinc quoque Toleratio, nis, uerbale, ipse tolerandi actus. Cicero 2. de Finibus. Quædam aia toleratio est uerior. Tolerabilis, le, quod tolerari potest. Plin. in Paneg. Tolerabile tributum. Cic. de Ami. Quæ tamen si tolerabiles erunt, ferendæ sunt. Vnde Tolerabiliter aduerb. facile, sine discrimine. Colu. lib. 2. ca. 1. Adhuc tolerabiliter efficies. Cice. Cæli o. lib. 2. Quo tolerabilis igniculum desiderij tui feramus. Hinc etiam Tolerantia, tiæ. Cice. in Para. Tolerantia rerum humanarum, ex contemptione fortunæ. Quintil. lib. 1. c. 2. Tolerantia tamen doloris laude sua non carebit. Intolerantus *ἀντολερός*, qui ferri non potest.

TOLETVM, *τῶλτον*, urbs Carpetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. ca. 6.

TOLLENON, tollenonis, genus machinæ, ut ait Festus, quo hauritur aqua in alteram partem prægrauante pondere. Plin. lib. 19. capit. 4. Vel tollenonum hauitu rigandos. Linius lib. 38. In arietes tollenonibus hibramenta plumbi, aut saxorum, stipitesue robustos incutiebant.

TOLLO, lonis, a Plauto in Rudente, uidetur positum pro eo, qui ex puteo aquam haurit.

TOLLO, tollis, sustuli, & secundum antiquos retuli, sublatum, [Læuare, *ἀλξω, τὸ ῥε, τοῦ ἵερε*. Gal. *Esleuer en haut, haulser, tollir, offer*. Hisp. *Alçar o quitar.*] *ἀντ*, eleuo. attollo, sursum erigo. Plaut. Tolle caput. Cicero 4. Academ. Hortensius uehementer admiratus, ut etiam manus sæpe tolleret. Ouid. Epitho. 14. Ter acutum sustulit ense. Linius lib. 34. Sublatis supra capita scutis. Vlpianus: Ius uicino non esse, altius ædes tollere. Aliquando tollere est capere. Virgil. lib. 4. Georg. Ut cymbæ instabiles fluctu iactante, saburcam Tollunt. Aliquando suscipere. Suetonius de Neronis parente: Decepsitque Pyrgis, sublato filio Nerone ex Agrippina. Aliquando nutrire. Terent. in Andr. Quicquid peperisset, decreuerunt tollere. Aliquando aufero. Cice. in Læl. Soleat de mundo tollere uidentur, qui amicitiam e uita tollunt. Tollere de medio, id est, interimere. Cicero pro Roscio Amer. Perficite hunc hominem incautum de medio tolli posse. Aliquando differre. Plaut. Omnes tollo ex hoc die in alium diem. Aliquando inferre. Virgil. 3. Georg. Tollentemque minas, & sibila colla tumentem: Nam tollere minas, est minari, timorem incutere, inferre. Tollere gradum, ambulare. Plaut. Bacchid. Adibo contra, & tollam gradum. Tollere se altius a terra, est crescere, ac de herbis, & arboribus dicitur. Tollere animos, est superbire, audaciorum esse, Propert. libro tertio, Eleg. 18. In nunc tolle animos, & tecum finge triumphos. Terent. in Hecyra: Quia paululum uobis accessit pecuniæ, sublatis animi sunt. Tollere animos dictis, est magnanimitatem suam dictis comprobare. Virgil. nono Aeneid. Vltro animos tollit dictis. Tollere cachinnum, est in clamor, & immoderatum risum solui. Tollere clamorem, est clara & magna uoce clamare. Cicero Ver. 7. Clamor a fani custodibus tollitur. Tollere aliquem in cælum humeris, est illum laudibus celebrare, & quantum fieri potest, dijs immortalibus æqualem facere. In qua significatione etiam dicimus, Tollere in cælum fama aliquem, & tollere laudes alicuius in astra. Cicero Attic. libro secundo. Hortensius, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra tulit. Virg. 5. Eclog. Daphnidaque tuum tollemus ad astra. Tollere manus, lætitiæ signum est, & gratias agentis. Cicer. ad Cæla. libro septimo. Sustulimus manus & ego, & Balbus. Tollere aliquem ab officio est priuare, tollere aliquem de oratione sua, est eum excipere. Tollere aliquem de medio, e medio, uel ex rerum natura, idem. Tollere legem, abrogare. Tollere moram, festinare. Tollere metum, timorem adimere. Tollere spem, auferre. Tollere aliquem testimonio, testimonijs ita conuincere, ut condemnetur, & puniatur. Tollere aliquem ferro, aut ueneno, est interficere. Hinc sublatus, participium, id est, eleuatus, ablatum, & c. secundum significationem sui uerbi. Virgil. secundo Aeneid. ut sublatus ad æthera clamor. Ponitur aliquando pro superbiante, & ferociente. Cæsar primo Bel. Gal. Quo prælio sublatis Helueticis. Hinc quoque sublatio uerbale: ut Sublatio animi: id est, elatio, superbia. Cicero secundo de Finibus. Voluptatem Stoici sic definiunt, Su-

blationem animi sine ratione opinantis se magno bono frui. Sublate, aduerb. Cicero de Clar. Orato. Sublate ampleque dicere. Idem pro domo sua; Nihil unquam de me dixi sublatus a ciscendæ laudis causa. Attollo, Contollo, Extollo, Protollo, Sustollo, suis locis.

TOLOSA, [Tolosa.] *παν. prod. τὸ λωσα*, urbs Testolagum in ea parte Narbonensis Galliæ, quæ in Pyrenæos montes uergit: cuius incolæ dicuntur Tolosani. Auro n Tolosanum habere, proverbio dicitur, qui magnis & fatuibus afficiuntur malis, non quoque ac miserando pereunt exitio. Sumptam a Q. Capionis coriis exercitu (ut indicat Gellius) qui cum Tolosam diripuisse, multumq. auri ex templis abtulisset, subito magna lues exercitum inuasit, quæ eos omnes, qui aliquid ex sacro auro attigerant, miserando leci genere abiunxit. Vide Adagia.

TOLUTARIJ, huc Tolutares, equi, *ἰσποροπέης, ἰσδρομοί*, dicuntur, qui alio nomine ab Asturia, Hispaniæ regione, Asturcones dicuntur, a nonnullis etiam Gradarij, quia gradu non uulgari incedant, sed alternis crura molliter explicantes, commodam fessori præbeant uectationem, citra ullam succussionis molestiam. Tolutares dicti siue a toller dis alterno glomeratu pedibus, siue (ut alij malunt) a pedum uolubilitate, quasi uolutarij. Seneca in Epi. Mannos tolutares appellat.

TOLVTILOQUENTIA, uolubilis sermo, ut interpretatur Nonius, citans locum Mæuii poetæ ex Gallinaria.

TOLVTIM, *ἰστροχάλλω*, id est, uolubiliter, & molliter: proprieque ad Asturconum, siue gradatorum incessum actinet, qui alternis crura molliter explicantes, commodissimam fessori præbeant uectationem: quod genus eorum a Polluce, *ἰσδρομοί*, appellantur. Tolutim, (inquit Nonius) quasi uolutim, uel uolubiliter. Plautus Asin. Tolutim ni badizas. Var. Vt equus, qui ad uehendum est natus, tamen traditur magistro, ut equis doceat tolutim incedere. Plin. lib. 8. cap. 42. In eadem Hispania Callaica gens & Asturica, equini generis, quos Thielones uocamus, minor forma appellatos Asturcones gignunt, quibus non uulgari in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equus tolutim carpere incurfus traditur arte.

TOMACVLA, [Tomafelle, mortadella. Gal. *Sanliffon*. Hisp. *Assadura de animal guisado.*] *ἀλλὰδύρες*, uel per syncopen Tomacula, edulia sunt, quæ fere ex iecore porcino minutim conciso, & iam semicocto infusis ouis crudis, & caseo optimo, & liquamine, pipere, aniso, zingibere, fieri consueuerunt, tegunturque omento suillo. Dicta Tomacula, *τὸ τὸ τομῆν*, quod est incidere. Iuue. Saty. 10. Candiduli diuina tomacula porci.

TOMACINAE, [Tomafelle,] *ἀλλὰδύρες*, edulia ex iecore porcino minutim conciso, quæ & Tomacula dicuntur. Varr. li. 2. c. 4. Quotannis e Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, & petalones. Plin. Tomacinæ appellantur, quæ tomacula Insules uocant, Galli nostri temporibus Tomacellas.

TOMENTVM, *τι, γυραλῶν*, lana breuis ac concisa, quæ ex uestibus a fullone poliendo detrahitur, & quicquid farciminis ex quacunque re, siue ex feno, aut palea, siue ex pluma fuerit: quo culcitrix farciuntur. Varr. de Lingua Lat. li. 4. Post quam transferunt ad culcitra, quod in eas sagos, aut tomentum, aliudque quid calcabant, ab inculcando, Culcitra dicta. Videtur autem tomentum deduci a *τέμνω*, quod significat incido. Suet. in Tib. A deo alimenta Druso subducta, ut tomentum ex culcitra tentauerit mandere. Tomentorum autem aliud Leuconicum dicebatur, quod fiebat ex lana alba concisa. Aliud Cirsense ex arundinibus concisis factum: id quod framentum habebatur plebeiorem. Dictum Cirsense, quod in Circo Romano sternebatur, illicque egei quiescebant. Seneca li. de Beata uita: Nihil miserius ero, si lasa ceruix mea in manipulo ferri acquiescat, ac si super Cirsense tomentum per sarcinas ueteris lintei effluens incubabo. Mar. li. 14. Tomentum concisa palus Cirsense uocatur.

TOMICE, ces, siue (ut quibusdam placet) tomix, cis, *τομικη*, appellatur ex cannabi impolita & sparto leuiter torta restis, ex qua funes fiunt. Plin. li. 17. ca. 10. Palladius lib. 1. c. 17.

TOMOS, *τομὸς*, Straboni, ciuitas in Ponto, Ouidij exilio nota, ab eo dicta, quod illic Medea Absyrti fratris membra frustularim conciderit, ut patrem insequentem remoraretur. Ouid. 3. Trist. Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui. Conditam apparat a Mileijs, quod & ipsum testatur idem Ouid. li. 1. Trist. A quibus adueniat Miletida sospes ad urbem, Offensi quo me contulit ira Dei.

TOMVS, tomi, male, ge. [Pezzo, parte, uolume, tomo. Gal. *Tome, uolume, piece*. Hisp. *Cortadura.*] *τόμος*, fragmentum, uel pars operis, quam Latine Sectionem uocamus. Mar. lib. 1. Scriptura quanti constet, & tomus uilis. Vnde Origenes tertium librorum suorum genus Tomos inscripsit, quos (ut ait Hieronymus) non possumus appellare uolumina.

TOMYRIS, *πε. co. τὸ μυρις*, fuit regina nobilis Massagerarum in Scythia,

thia, quæ potentissima Persarum regi Cyro bello congressa, ipsa & uita & castris spoliavit ad ulciscendam filii mortem, quem ille prius, a matre obuiam missum, cum suis per insidias interfecerat. Nectamen hoc euentu uictoriæ contenta fuit aut emollita animi rabies: mortui enim caput in utrem humano cruore plenum demisit, his uerbis insultans: Filij mei sanguinem hausisti, & meum sicuti Cyre: at ego cruore te saturabo. Herod. lib. 1.

TONDEO, tondes, totondi, tonsum. [Tof. Gre. Gal. Tondre. Hisp. Tresquilar.] κείρω, lanam, siue capillos, & huiusmodi incido. Plin. lib. 8. cap. 48. Oves non ubique tenduntur. Cice. 5. Tuscu. Regiæ uirgines, ut tonstriculæ tond. bant barbam & capillum patris. Martial. lib. 2. Non tondet, inquam, quid ergo facit? radit. Virgil. lib. 3. Nec minus interea barbas incanaque uenta Cinyphij tondent hirci. Interdum depascere, uel pascendo absumere, Virgil. libro primo Georg. Ter centum niuei tondent dumeta iuueni. Aliquando resecare, uel demerere. Idem libro secundo Geor. Non sicut arida prata Tondentur: id est secantur. Tondere aliquem auro, id est emungere, techna aliqua spoliare. Plant. in Bacchi. Tondebo auro, utque adiuuam cutem. Attondeo, & Detondeo, suis locis.

TONESCIT, [Tonare.] τρογγίζω, tonat. Varro Bimargo, ut citatur a Nonio: Cælitum altum tonitribus templum tonescit.

TONITRUM, ueteres pro sonamus usurparunt. Var. Eudæmonibus Tibi tympana non inaneis sonitus matris deum tonimus. Nonius.

TONITRVS, us, masculini generis, [Tuono. Gal. Tonnerre. Hisp. Tronido.] & Tonitru, neutrum indeclinabile in singulari, in plurali Tonitrua, τρογγή, fragor nubis, qui fit erumpente fulmine. Ouid. 2. Metam. unde solent tonitruis, & fulmina mittere terris. Iuuenal. Satyr. 5. Et facient optata tonitrua cœnas, Cice. 2. de Diuini. Non ne peripicuum est, ex prima admiratione hominum quod tonitrua, tactusque fulminum extimuisse, credidisse ea efficere rerum omnium auctorem Iouem? Tonitruum, tonitruum, idem. Cælius Ciceroni libro 8. Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitruum.

TONO, as, tonui, tonitum, & aliquando, tonatum, [Tonare. Gal. Tonner. Hisp. Tonar el cielo.] τρογγίζω, notæ significationis est. Cice. de Diuina. Cum tonuit læuum bene tempestate ferena. Apud uetustissimos legitur Tono, tonis, per tertiam conuogationem. Varr. in Eudæmonibus ut citatur a Nonio: Tympana tibi, non inaneis sonitus matris Deum tonimus tibi semiuiri. Tonare laudes alicuius, est magnopere efferre. Plin. in Præfa. li. 3. Quanto tu ore laudes patris tonas? Tonare murmure, & uerberibus, est resonare, Mart. libro nono. Murmure iam sæuo, uerberibusque tonas. Attono, Contono, Circuntono, Detono, Intono, Pertono, suis locis.

TONSA, E, [Remo. Gal. Auirons. Hisp. Palas de los remos.] έρετμοί, dicuntur remi, a diuerberandis fluctibus: Virgil. li. 7. Et in lento luctantur marmore tonsæ.

TONSILLIS, & hoc le, p. c. [Tosato, potato.] κειραμέων, quod tonsum est, ac in orbem & comam putatum: ut Tonfiliæ olæ, Tonfiliæ buxus. Plin. 12. c. 2. Primus Cn. Marius nemora tonsilia inuenit. Idem lib. 18. ca. 27. Villo tonsilia uestiuntur.

TONSILLAE, περιδωια, extremæ faucium partes circa radicem linguæ, gulam utriusque attingentes. Ci. de Na. De. Linguâ ad radices eius hærens excipit stomachus, quo primum attinguntur ea, quæ accepta sunt: oris utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo, atque iuuino terminatur. Tonsillas item medici uocant faucium inflammationes cum tumore, Græci περιδωια.

TONSO, fas, frequentat. unde & Detoso, αποκερω. Gel. Capillos Dialis, nisi qui liber homo est, non detonset. Hinc aliud frequentatiuum Tonfito, as, Pla. in Bacc. Ter in anno tu has tonstas?

TONSOR, foris, [Barbiere. Gal. Barbier. Hisp. Barbero, ò tresquilador.] κειρω, qui barbam tondet, aut aliud quippiam. Varr. lib. 2. de re rust. cap. 11. Omnino tonsores in Italia primum uenisse ex Sicilia dicuntur post Romam conditam anno CDLIII. ut scriptum in publico Ardeæ in litteris extat. Ibidem. Olim tonsores non fuisse significat antiquorum statuarum, quod pleræque habent capillum, & barbam magnam. Cice. 1. Tuscu. Dionysius, ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Plau. in Afin. ad tonsorem ire dixit.

TONSTRIX, cis, [Tonditrice. Gal. Barbier. Hisp. Barbera, ò tresquiladora.] κειρωτρια, mulier tonsoris officio fungens. Plau. Trucul. Hinc Tonstricula. Cice. 5. Tuscu. Regiæ uirgines, ut tonstriculæ, tondent barbam.

TONSORIUS, a, um, τρεψών, quod ad tondendum pertinet: ut, Cultor tonsorius, hoc est, nouacula, Cicero secundo Offici. Qui cultros metuens tonsorius, cadente carbone sibi adurebat capillum.

TONSTRINA, æ, p. p. [Barberia. Gal. L'enuroir d'un barbier, barberie. Hisp. Barberia, la tienda del barbero.] κειρωιον, officina tonsoris. Plautus in Asi. Libanum in tonstrinam iusseram uenire. Ter. in Phor. Ex

aduersum ei loco tonstrina erat quædam.

TONSVS, a, um, particip. [Tosato.] κειρωεις, lana, crineve spoliatus. Cicer. in Piso. Cum illa saltatrice tonsa. Martial. lib. 11. Et tonso pura ministro. Tonsæ ualles, quæ arboribus & siluis ueluti comis suis uiduatae sunt. Virgil. 4. Georg. Tonsis in uallibus illum Pastores. Contra in tonfi montes, id est, siluosi. Varro: In tonfi montes, & ferris pleni. Villi tonfi. Virg. primo. Aen. Ipse caput tonsæ folijs euinctus oliuæ.

TONSVRA, æ, [Tosatura.] κισπα, est ipse tondendi actus. Col. lib. 7. c. 4. Tonsturæ certum anni tempus per omnes regiones seruari nõ potest. Idem lib. 11. c. 1. Oves Tarentinæ radice lanaria lauari debet, ut tonsturæ præparentur.

TONVS, [Tono. Gal. Son, ton, auent. Hisp. El tono enel arte de la musica, accento de cada palabra.] τόνος, idem quod uoculatio, siue accentus, a uerbo, τένεις, quod est intendere, quasi, τῆς φωνῆς, τὰς οἰς, Toni item dicitur nerui in stomachi lateribus. Præterea tonum appellant spatium interiectum inter terram & citimum cæli circum, hoc est, lunarem, quod est centum uiginti sex milium stadiorum, ut inquit Martianus: quoniam ut in sonis interuallum cum legitima quantitate minimum ex duobus sonis inter se diuersis, ita in cælum minimum a terra spatium ad Lunam Tonum appellare placuit. Huius mensuræ dimidium, Hemitonium, ημιτόνιον, dicitur. Tonus uero cum Hemitonio proportionem facit sesquiplam, hoc est sesquialteram. In picturis item splendor intermedium inter lumen, & umbram, Tonus dicitur. Plin. li. 35. ca. 5. De inde adiectus est splendor alius hic, quam lumen: quem quia inter hoc & umbram esset, appellauerunt Tonon: commissuras uero & transitus Armogen.

TOPAZIUS, topazij, fœm. gen. [Topazjio. Gal. Topasse. Hisp. Topatio.] τῆροζος, gema est, uiridis coloris, ἀπὸ τῆ τομαζέου, hoc est, a quærendo dicta, siue quod Trogloditæ, prædones cum diutius fame & tempestate pressis herbas, radicesque effoderent, hanc gemmam primi euerunt: siue a Topazio insula maris rubri, in qua hic lapis nire pellucidus inuenitur. insulæ autem huic idcirco Topazio nomen factum putant; eo quod nebulosa sit, sæpeque a nauigantibus fuerit quaesita antequam inueniretur. Vtranque nominis causam refert Plin. lib. 37. ca. 8. & lib. 6. ca. 29 & Strab. lib. 6.

TOPHVS, [Toph. Gal. Topheau. Hisp. Tophos.] τῶπος, ma. ge. genus lapidis asperi, qui facile in arenam resolutur. Plin. lib. 17. cap. 4. Tophus scaber natura. Virg. 2. Geog. Et tophus scaber, & nigris exsachelydris. Hinc Tophinus, & Tophaceus ex topho. Suet. Quæ tophina, ac lignea ante erant. Plin. li. 17. ca. 7. argillacea, tophacea, arenacea.

TOPIARIUM, rij, τοπιαριον, opus ex arbore, aut frutice, aut herba, ornatus, aut uitandi æstus cæ factum: ut sunt testudines, cameræ, naues, auiculæ, & huiusmodi, quæ ex buxo, uel hedera & huiusmodi, quarum natura leuqua est, & flexibiles fieri consueuerunt. Dicitur Topiarium, ἀπὸ τῆ τοπιον, hoc est, a locis, quæ in his varia constituuntur. Quæ & Topia, τοπεια, ab idoneis scriptoribus nuncupatur. Vitru. lib. 7. Habentem Deorum simulacra, seu fabularum dispositas explicationes, non minus Troianas pugnas, seu Vlyssis errationes per topia, cæteraque, quæ sunt eorum similibus rationibus ab rerum natura procreata. Quidam inde Topiarij appellationem deductam existimant, quod plantarum funium modo flexibiles, & sequaces, in quaslibet formas ducantur. Græci enim funes in nauibus, τοπεια, καὶ τοπεινη, appellant. Opus topiarium. Plin. li. 15. cap. 30. Accedit in Topiario opere lauri genus, quæ taxa dicitur: ramos spargit a radice topiarij, ac coronarij operis. Hinc Topiarij dicuntur, qui topiaria faciunt, sicut Coronarij, qui faciunt coronas. Idem lib. 25. ca. 29. Satiuæ myrti genera topiarij faciunt. Plin. Iunior epi. 63. Inest huic computationi sumptus supelletilis, sumptus atriensum topiariorum. Ars item ipsa Topiaria, dicitur, ut argentaria. Cice. ad Quin. Frat. lib. 3. Ut illi palliati topiariam facere uideantur. Topiariam facere est, artem exercere topiarij operis.

TOPUS, [Luogo. Gal. Lieu. Hisp. Lugar] Latine locus. Topicus, τοπικος, localis. Vnde Aristoteles, & Cicero libros suos, quos de Inuentione argumentorū conscripserunt, Topica appellauerunt, quod in ijs doceatur, quemadmodum ex certis locis argumenta eruantur. Cice. Treb. lib. 7. Institui Topica Aristotelica conscribere. Hinc Topice, ces, τοπικη, ars ipsa inuentionorū argumentorū. Ci. in Top. Inueniendi uero artem, quæ Topice dicitur, quæ ad usum potior erat, & ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt.

TOPPER, obsoleta dictio, quæ antiquissimi utebantur pro statim. Næuius apud Festum, Capesse flammam Vulcani copper.

TORALE, lis, ἑθελημα, σπῶμα, quod uis lectuli stragulum. Hor. li. 1. Epi. Ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nares. Idem in Ser. Et Tyrias dare circum illota toralia uestes.

TORCVLARE, aris, uel Torcular, [Torchio, torcolo. Gal. Vn pressoir. Hisp. Torno de husillo.] per apocopen, machina est premèdis uinis, oliuisque accommodata, a torquendo dicta. Col. lib. 12. c. 50. d. ois lo-

quens factura. Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in ficinis nouis includi, preloque subijci, ut quantum possit, paulatim exprimat. quo in loco Col. aperte distinguit torcular a prelo. Est enim torcular (ut diximus) rota illa machina, uino oleo exprimens inuenta: prelum autem ipsa trabs, qua uinæ, oleo premuntur: lacus autem, in eum defluit mistum, ex uinaceis expressum. Priscianus secundum dictionis huius syllabam præcipit esse producendam. Alij tamen contra corripientiam contendunt, analogiam sequentes, quod in dictione Specular, quæ huic per omnia similis uidetur, mediam syllabam conferat corripit.

TORCVLARIVM, rij, [Torcolo,] idem quod torcular. Cato cap. 18.

TORCVLVM, torculi, p. c. [Torcolo,] idem quod Torcular. Cato. cap. 1. Vasa, torcula, dolia, Plin. lib. 18. ca. 31.

TORCVLARIVS, a, um, [Da torchio] τροχάριος, quod ad torcular pertinet. Var. de re r. li. 1. c. 22. uasa torcularia trina. Col. lib. 12. ca. 18. Lacus uinarij torcularij. Torcularia cella. Co. lib. 1. ca. 6.

TORCVLARIVS, rij, [Torcolo,] qui torcularij premit uinas. Col. lib. 12. cap. 50.

TORCVLVVS, a, um, quod ad torculum pertinet: ut, Torculus funis. Cato c. 135. Funem torculum si quis faciet.

TORCVMA, atis, & Toreumatium, ατι, τὸρδύμα, uas aliudve opus torculum factum, ut alioqui artificiose cælarum. Est enim τὸρδύμα, tornare, siue sculpere, unde & ars ipsa Toreutice, τὸρδύτικη, dicitur, quam Plin. lib. 34. c. 8. primum a Phidia inuentam scribit, sed a Polydoro Sicyonio consummatam. Mar. lib. 3. Artis Phidiacæ toreuma clarum. Sal. in Jug. Tabulas, signa, toreumata emunt.

TORMENTVM, tti, [Tormento, pena, supplicio. Gal. Torture, gehenne, torment, supplice. Hisp. La question de tormento, tormento.] βάσανος, cruciatus, qui aut eruendæ ueritatis, aut criminis puniendi causa fieri solet: a Torqueo, quod inter cætera significat crucio. Cic. 3. de Fin. Ut in omnibus tormentis conferretur uita beata. Hor. 1. Epi. 2. Inuidia Sæculi non inuenere tyranni, Maius tormentum. Cic. 3. de Nat. De. Zenonem Eleatem in tormentis necatum. Præterea Tormentum, generale uocabulum est omnium machinarum, saxa, tela, & id genus uaria torquentium. Cæf. 2. Com. Ad extremas fossas castella constituit, ibique tormenta collocauit. Virg. 11. Aen. Fulminis in morem, aut tormento ponderis actus.

TORMINA, [Dolore di ventre, di pancia, di corpo. Gal. Trenchees de ventre, depanse, du corps. Hisp. Torçon de hombre ó bestias y confluxo di sangre.] σπένθος, morbus intestinorum. Celsus lib. 4. ca. 15. Proxima his inter intestinorum mala, tormina esse consueuerunt, δυσεντερία, Græce uocatur. Intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat: isq. modo cum stercore aliquo semper liquido, modo cum quibusdam quasi mucosis excernitur. Interdum simul quedam carnositas descendunt. Frequens deiiciens cupiditas, dolorque infans est. Hæc Celsus Plin. lib. 20. cap. 14. Mentistrum torminibus cholemicis efficacissimum. Cic. 2. Fusc. Quamuis idem forticulum se in torminibus præbeat. Col. lib. 12. ca. 7. Sequitur torminum uitiū, quorum signum est cruenta & mucosa uentris proliuies. Hinc Torminosi, σπενθόμενοι, qui eum morbum patiuntur, quos & dyfentericos Græco uocabulo appellat. Cice. 4. Fusc. Grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia semper sint, sed quia sæpe sint. Hinc Torminalis, & le, quod tormina infert. Plin. lib. 15. cap. 21.

TORNO, nas, [Far al torno. Gal. Tourner, faire autornoir, ou au tour. Hisp. torneat con torno.] τροχάριον, τὸρδύμα, torno conficio, uel polio. Plin. lib. 36. cap. 22. Lapis est, qui tornatur in uasa coquendis cibis utilia. Ci. de uniuers. Id ita tornaui, ut nihil effici possit rotundius. Versus male tornati, pro male elaborati. Hor. de Arte, Et male tornatos incudi reddere uersus. Hinc Detorno, ex materia quapiam torno aliquid efficio. Plin. lib. 13. Ligaum, ex quo uelares detornat anulos.

TORNVS, [Torno. Gal. Tour, ou tournair. Hisp. Instrumento para tornear, torno.] τὸρπος, instrumentum fabrilis, quo ligna, ebur, & reliqua huiusmodi polita redduntur. Vir. in Buc. Ec. 3. Lenta. quibus torno facili superaddita uitis. Plin. lib. 7. cap. 56. Tormum Theodoros Samius inuenit. Idem li. 16. cap. 40. Calices ex terebintho solitus facere torno.

TORPEO, torpedinis, φο, ge. τὸρπος, piscis genus, qui limo mersus occultat se, & pisces supra natantes torpentes facit, postquam obtorpuere, deorat. Plin. lib. 9. c. 42. Nouit torpede uim suam. Idem lib. 32. c. 1. Ci. 2. de Na. Deo. Torpore torpedines scrutantur. Accipitur & pro legnitie, torpore, siue stupore. Sal. li. 1. Hist. Si tanta torpede animos obrepserit.

TORPEO, pes, pui, [Esfer debile, pigro, languido. Gal. Estre engourdi, auoir les membres gourds, & endormis. Hisp. Endormecerse.] ἀπείρητος, ἔργω, ἀρπένω, stupeo, piger sum, & legnis, languidus sum & remissus. Virg. li. 3. Geo. Cerui Torpent mole noua. Ci. 1. de Na. Deo. Deum sic feriatum uolumus cessatione torpere. Liu. li. 27. Adeo torpent metu qui aderant, ut non modo ferocior uox aduersus atroci

tatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur. Vir. 1. Ge. Nec torpere graui pallus tua regna ueterno. Hinc torpesco, piger, siue torpidus fio. Sal. in Jug. Ingenium socordia torpescere linuit, Plin. lib. 9. ca. 35. Flauescunt senectæ, rugisque torpescunt.

TORPIDVS, a, um, [Pigro. Gal. Tout engourdi. Hisp. Endormecido y sin sentirlo.] ἀρπένω, legnis, stupens, piger. Liu. li. 15. Torpidos somno, pautesque.

TORPOR, oris, [Stupore. Gal. Engourdissement ou endormissement de membres. Hisp. Endormecimento.] νάρκη, νάρκησις, ἴστωρ, a torpedine pisce, cuius contactu corpus stupescit. Ci. lib. 2. de Na. De. Tutantur se atramenti effusione sepia, torpore torpedines. Vir. lib. 12. Aen. Illi membra nouis soluit formidine torpor.

TORPORO, as, p. τὸρπῶς, torporem induco. Turpi in Hæterijs, ut citat Nonius: Stupidus astat, ita eius aspectu repens, cor torporauit hominis amore, id est torpescit.

TORQUA TVS, cognomen T. Manlij, a torque impositum, quem occiso ad Anienem Gallo detraxit.

TORQUA TVS, ta, tum, σπείροφόρος, torque insignitus: ut, Palibus torquatus, cuius collum circulo quodam, ueluti torque, cingitur. Ari. floceles φάππας, appellat. Mar. lib. 1. 3. Inguina torquati tardant, herantque palumbi.

TORQUEO, ques, si, sum, & tortum, [Torcere, lanciare. Gal. Tordre, tourner, tourner. Hisp. Torcer.] σπείρω, σπείρω, curo, insecto. Plin. lib. 36. cap. 25. Capita earum præfigi clauis, ne torqueantur. Virgil. lib. 2. Georg. Ityros taxi torquentur in arcus. Aliquando torque re ponitur pro gyro celeri totare. Virg. 1. Aeneid. Illum ter fluctus ibidem Torquet agens circum. Aliquado pro torquendo iacere. Idem 5. Aeneid. In medios telum torfisti primus Achivos. Hora. 2. Epif. 2. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. Virgilius libro quarto Aeneid. Cum fulmina torques. Aliquando pro gubernare, Vir. lib. 4. Aeneid. Cælum & terras qui numine torquet. Aliquando pro sustinere, Virgil. libro sexto Aeneid. Vbi maximus Atlas Axem humero torquet. accipitur quandoque pro, tormentis in quempiam sauire. Torquemus (inquit Donatus) hominem, extorquemus ueritatem. Cicero tertio de Finib. Eculeo torqueri. Transfertur & ad animum, pro angere. Plin. Epist. 198. ne torseris illum, ne torseris etiam te. Aliquando pro necere, ut est illud Iuuenalis, Melius torquetis Aracne. Aliquando pro trahere. Virgilio sexto Aeneid. Torquetque sonantia saxa. Cicero in Orato. Oratio ita flexibilis, ut sequatur quocumque torqueas. Torquere funem est, torquendo ex funiculis pluribus funem unum efficere. Proper. Dignior obliquo, funem qui torqueat, Ocno. Torquere ius per translationem, est euertere. Cicero pro Cecin. Verbo, ac litera ius omne torqueri. Tortus, a, um, participi. id est cruciatus. Cicero in To. uerberibus torti, & igne fatigati. Tortus uino, uel ira dicitur, qui aut per ebrietatem, aut per impotentiam, quæ racenda erant, nequit continere. Hora. primo Epito. decimano. Commissumque tegis, & uino tortus & ira. Abtorqueo, Contorqueo, Detorqueo, Distorqueo, Extorqueo, Intertorqueo, Obtorqueo, Prætorqueo, & Retorqueo, suis locis.

TORQUES, & Torquis, modo masculini, modo fœminini generis, [Collonaz, collare. Gal. Collier ou carquan, Hi. Collar.] σπείθος, colli, & summi pectoris ornamentum, ex auro, argento, gemmis, aliave materia, Cice. 3. Off. hic T. Manlius is est, qui ad Anienem Gallo, quem ab eo prouocatus occideret, torque detracto Torquati cognomen inuenit. Proper. lib. 4. Eleg. Torquis ab incisa decedit unca gula. Gel. lib. 4. cap. 14. Caput Galli præcidit, torquem detraxit. Torques aurei militibus ob rem strenue gestam donari ab Imperatoribus solebant: unde Torquati milites dicti, qui hoc honoris genus uirtute erant consecuti. Horum duo erant genera Simples, Duplaresque. Vegetius lib. 2. Torquati, inquit, duplares & simples erant, quibus torquis aureus solidus uirtutis præmium fuit: quem qui meruisset, interdum, duas consequeretur annonas, duplares duas: simples, unam. Auctor tamen est Plin. lib. 35. cap. 2. Priscis Romanorum temporibus auxiliares tantum & exteros aureis torquibus donari solitos, aut cives non nisi argenteis.

TORREFACTIO, is, [Arrosire. Gal. Seicher, roisir. Hisp. Sacar, tostár, quemar.] ἐγκαίω, torridum reddo, arefacio, ad ignem soleme sicco. Col. lib. 2. ca. 21. Solibus torrefacta proteritur. Idem h. 6. c. 7. Vinaecorum duas libras torrefaciunt.

TORRENTIS, tis, maf. ge. [Torrente. Gal. Vehement torrent. uif. Chorro & corriente.] χέμαρος, riuus, fluuiusve temporarius nõ e fonte, sed e pluuia nascens, ætate sicca, hyeme magno fluës impetu. Vir. 2. Ac. Rapidus motano flumine torrens. Torrës, partic. siue nomen ex participio. i. rapidus, uehemens, concitatus. Vir. 7. Ecl. Torrentia flumina, Et li. 2. Ge. Torrente nudâ lenis innatat alnus. Hinc Torrentior, & Torrentissimus. Plin. 3. ca. 5. de Pado flumine; Agri, quam nauigijs torrentior. Iuu. Sat. 3. Sermo promptus, & lxxx torrentior. Hoc est, concitator. Sta. 3. Sil. Tempus erat cæli cum torrentissi-

torrentissimus axis Incumbit. Campi torrentes sanguine, apud eundem 1. Syl. hoc est undantes, & torrentium fluxum imitantes. Ripæ torrentes pice. VII 9. Aen. Per pice torrentes atraq; uoragine ripas Annuit.

TORREO, res, rui, tostum, [Seccare. Gal. Rostir, seicher aufeu, brusler. Hisp. Tostar à quemar secar.] ἔρηειν, ad ignem, solemve sicco, & refacio. Plin. li. 11. ca. 20. Sole uerno torreatur. Nonnunquam idem, quod nimio calore exurere, Cicero de Somn. Scipio. Medium illum circulum Solis calore torrerit. Virg. 4. Geo. Iam rapidus torrens sientes Sirius Indos Ardebat cæto. Neque solium Torrerit calore dicimur, uerum etiam frigore: ut annotauit Marcel. citans locum Varronis ex Eumenid. b is. Frigore torret: uenatum ei; cis. Torrerit item dicitur carnes, quæ sine aqua ad ignem coquuntur. Virgili. quinto Aen. uiscera torrent. Cicero in Pis. Sapientem in Phalaridis tauro inclusum succensibus ignibus torrerit. Accipitur aliquando pro uertere. Lucan. libr. septimo, ingentes fato torrente ruinas. Tostus, a, um, aliud particip. Ouid. 12. Metamorph. Et corpora rosta Carne replent. Virg. 1. Geo. Et medio tosta æstu terit area fruges.

TORRESCO, [Seccarsi. Gal. se rostir. Hisp. Secarse.] ἔρηγίμαι, torridus fio, exuror. Lucr. libro tertio. Ignibus inpositum calidis torrescere flammis. A quo Retorresco, retorridus fio, Columell. libro secundo. Sata non ita nutriunt, ut ante conualescant, quam retorrescant.

TORRIDVS, a, um, [Secco. Gal. Ari, sec, haui, tout rosti, & seiche. Hisp. Seco, tostado.] nonnunquam actiue accipitur pro præferuido, quodq; ficcandi, aut exurendi vim habet, τὸ ξηρόν, cum Acritatem torridam dicimus, aut Solem torridum. Vir. septimo Eclo. Iam uenit æstas Torrida. Nonnunquam passiuè pro exusto, siue sicco, & sole, igneue torrefacto, unde Zonam torridam uocamus, quæ inter duos tropicos sita, assiduo æstu torretur. Vir. 1. Geo. Quinque tenent cælum Zonæ: quarum una corusco Semper sole rubet, & torrida semper ab igni. Torridus macie. i. siccus, Cicero de leg. Agr. Hominem grandi macie torridum. Torridus frigore. Liu. lib. 21. Membra torrida gelu. Hinc Retorridus eiusdem significationis. Col. lib. 3. Arbor fiet retorrida.

TORRIS, huius torris ma. g. τῆλος, stipes semiustus, & adhuc ardēs, aut saltem ignitus: cum ritio sit torris extinctus. Lact. Titionem uulguè appellat torrem semiuustum extinctum. Virg. 12. Aen. Obuius ambulatum torrem Cherineus ab ara Corripit. Oui. 8. Meta. Funerem torrem medios contexit in ignes.

TORTILIS, le, [Torto. Gal. Torte, entortillé. Hisp. Torcido.] στρεπῖν, quod torretum, & replicatum est. Ouid in Episto. Paridis ad Helenam: Tortilis a digitis excidit ansa meis. Luc. lib. 6. Tortilibus uibrata phalarica neruis. Oui. 1. Met. Caua buccina sumitur illi Tortilis in latum.

TORTIO, nis, [Torcimento. Gal. Torment, trenchee. Hisp. El torçon à tormento.] στρέψω, a Torqueo: ut tortio stomachi, id est, tormina, ab humoribus acerbis. Plin. lib. 20. cap. 17. Priuatim eius usus contra tortiones stomachi in tepida aqua.

TORTIUM, multum, quod dicitur, docet his uerbis Col. li. 12. cap. 36. Tortium multum dicitur, quod post primam pressuram uina ceorum circunciso pede exprimitur. Cato de re ru. c. 23. Tortium multum circuncidaneum suo cuique dolio diuidito.

TORTO, as, [Torcer bene. Gal. Tordre souuent. Hisp. Torcer mucho.] βαρύνω, iterum atque iterum torqueo. Verus est frequentatiuum a uerbo Torqueo. Pomponius in decuma füllonis, ut citatur a Nonio: Vbi insiliui in cochleatum equuleum, ubi tolitum tortor, &c.

TORTOR, oris, [Chi dà la corda. Gal. Bouurreau qui baille la gehenne & torture.] βασανίζω, qui ueritatis eruendæ causa tormenta adinuet, quod quoniam hodie carnificum officium est, factum est, ut tortorem accipiamus pro carnifice. Cicero pro Clu. Cum iam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa. Liu. decimo. Bel. Macedon. Conspectum tortoris, uerbum que sustinuit. Horat. 3. Carmi. Ode 5. Barbaris tortor. Tortores, item ab Ammiano dicuntur, qui faxa, aliave tela ex ballista, aliave machina eiulantur.

TORTVM, antiqui usurpabāt pro tormento. Pacuius in Duloreste, ut citat Nonius. Nam in tenebras sæpe te lacerabo fame clausum, & fatigans artus torto distrahā.

TORTVSVS, ia, sum, [Tortuoso, torto. Gal. Tortu. Hisp. Tuerto à torcido.] ἐλγυατῶδης, obliquus, & multis flexibus sinuosus. Cice. in Læli. Multiplex ingenium, & tortuosum. Idem de Natu. Deo. Aluus multiplex, & tortuosa. Tortuosum disputandi genus, apud eundem 1. Acad. Tortuosa urina, apud Plin. lib. 21. ca. 37. Quæ tortuose defluit.

TORTVS, a, um, [Torto.] στρέψω, flexuosus, obliquus. Ouid. 2. Met. Neu te dexterior tortum declinet ad Anguem. Torta supercilia, apud Plin. in Rud. Reliqua significatione uide in uerbo torqueo.

TORTVS, tus, [Torcimento.] κλιπυλότης, ipse torquendi actus. Ci. 2.

de Diu. tortuque draconem Terribilem. Ex 2. Iliad. cum Homeri uersus interpretatur. Vir. lib. 5. Aen. Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus.

TORVS, tori. ge. m. [Letto, taoula. Gal. Vu lit, table. Hisp. La mesa do como è el lecho.] ἑστῆς, lectus ab intortis herbis dicitur. Vir. 2. Aene. Inde toro pater Aeneas hic orsus ab alto. Plin. lib. 8. ca. 47. Aniquus enim torus è stramento erat, qualiter nunc etiam in caltris gauisape. Conforts tori, coniu. Ouid. 1. Metamor. Cum confortis tori parua rate uectus adhæsit. Socia tori, uxor. Ouid. 10. Meta. Appellatque tori sociam. Tori item dicuntur eminentiæ musculorum, quales in robustioribus compactioribusque corporibus cernuntur, quodammodo nodosæ, & colliculorum ritu inter quasdam quasi ualleculas nonnihil asurgentes. Vir. 3. Ge. Luxuriatque torris animosum pectus. Cice. 2. Tuscul. o lacerorum tori. Inde Torrosi dicuntur, qui tororum amplitudine corporis robur præ se ferunt. Hinc apud Col. legimus, Parandos esse boues nouellos, ceruice longa, & torosa. Quod & de uenis dicitur, cum uenicum in morem quibusdam in locis turgescunt. Cell. lib. 7. Ac. per ipsos uenarum toros inæquale est. In herbis item cæterisq; plantis prominentes partiū calli, & in se pulparum mō collecti, Tori nominantur. Plin. lib. 19. c. 5. Breuior is est sed torosior, amariorq; inula.

TORVVS, a, um, [Terribile. Gal. Horrible à voir. Hisp. Ayrado, cruel.] ἀγριόπρος, ὄργος, ὄργος, specie ipsa ferociam præ se ferens. Quam uolentem a tauris declinatam putat Seruius, quorum propriam uult esse toruitatem. Alij a terrore deducunt: nonnulli etiam a torto aspectu. Vir. 3. Geo. Optima, toruæ forma bonus. Plin. 7. cap. 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quandam, toruitatem que naturæ, &c. Hinc sunt aduerbia Torue, Toruum, & Torua. Pla. Quid me torue aspectas? Apu. Cum toruum in eos intueretur. Vir. 4. Aen. Talibus Aeneas ardentem, & torua tuentem, Lenibat dicitis. Torua uina dicuntur aspera, & immitia. Plin. lib. 17. ca. 23. Cultura quoque torua sunt uina.

TOR, pl. tantum nu. & indeclinabile, [Tanti. Gal. Autant. Hisp. Tantos en numero] τόσῶν, tam multi. habetq; fere adiunctam particulam, Quot. Ci. de Arusp. Resp. De nullo opere publico tot Senatus exant consulta, quot de mea domo.

TORTES, aduer. τὸ αὐτῶν, tam sæpe. Cice. Artic. lib. 7. Ignoscas quod ad te scribo tam multa tortes. Huic respōdet reiatiuū, Quories. Ci. lib. 1. epi. Quories mihi certorum hominum potestas erit, ad te scribam.

TORTIEM, [Autre tante uolte. Gal. Tout autant. Hisp. Otros tantos.] τόσόν, æque multi, nec plures, nec pauciores. Cic. 2. de Diu. Proclus, & Eurythenes gemini fratres fuerunt, at hinc totidem annos uixerunt.

TORVS, ca tum, adiectiuum, [Tutto.] ὅλον, integer, uniuersus, solidus. Totum, & Omne sic differunt, quod Totum ad quantitatem fertur, Omne ad numerum: Totum partium, Omne numeris denotat plenitudinem. Poetæ tamen ista confundunt. Fit autem Totus a tot, quamuis Tot breue sit, Totus uero priorem producat: cum tamen Quotus eandem habeat breuem. Totæ ædes, id est, integræ, Pla in. Mos. Aedificantur ædes totæ denuo. Torus in amore, uel studijs esse dicit, qui, ita amat, uel studet ut nullam temporis portionem alteri rei decidat.

TOXICVM, ci. pen. c. [Fosico, ueleno. Gal. Pon. Hisp. Ponçona del sumo del taxo arb. l.] τοξικόν, idem quod uenenum, quali taxum. quoniam taxos arbor est ueneni præsentissimi, adeo ut si iumenta eius folia comederint, emoriantur. Plin. li. 16. ca. 10. de taxo agens: Hanc Sestius Smilacem uocari dixit, & esse in Arcadia tam præsentis ueneni, ut si quis sub ea dormiat, cibumue capiat, moriatur. Sunt qui & Taxica hinc appellata dicunt uenena, quæ nunc Toxica dicimus, quibus sagittæ tingantur. Hæc ille. Ouid. 4. de Pon Eleg. 7. Aspicias & mitti sub adunco toxica ferro, Et telum causas mortis habere duas. Plau. in Merc. Ibo ad medicum, atque ibi ueneno toxico morti dabo.

T N T E R

TRABALIS, & hoc bale, [Lungo come trane. Gal. De la grosseur d'une poultre. Hisp. De la grosseura d'una niga.] δοκῶδης, id est magnus, siue ingens instar trabis: ut Telum trabale. Virg. 12. Aeneid. Teloque orantem trabali Desuper altus equo grauior ferit. Hasta trabalis. Stat. 4. Theb. Dextraque trabalem Hastam intortit agens: liquido quæ stridula cælo Fugit, & aduerso celsæ stetit agmine Dirces. Claues trabalos δοκῶδης ἰλλός. Cice. 7. Verr. Ut hoc beneficium quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum consilio causam Mamertinorum cognoscerit. Trabali clauo figere beneficium, proverbialiter dictum est, in eodem fere sensu, quo dicimus, Herculano nodo aliquid ligare, uel immortalis, & inextinguibili memorix commendare. Tractum a consuetudine ueterum, qui ad clauum figendum Diætorum solent creare: & ex clauis fixis, quod rarè apud eos essent litteræ, numerum annorum obseruare. Vide Liu. li. 7. urb. Apud Hor. lib. 3. Car. Trabalibus clauis accipi uidetur, pro tormenti quodâ genere, cum ait, Te semper ante

fræua necessitas, Clauos trabales, & cuneos manu Gestans athena : nec seuerus Vncus abest, liquidumve plumbum.

TRABEA, α , *τραβέαι*, nomen poetæ, cui inter comicos octauus locus assignatur. Huius meminit Cl. 1. 4. Tusc. & de Finib. Est & Trabæa, α *λαγυ*, genus uestis, cuius tria sunt genera, ut Sue. lib. de uestitum generibus inquit. Vnum quod dicitur sacratum tantum de purpura, aliud est regum, purpuræ aliquid aliud habens admittuntur tium augurale ex purpura, & cocco mistum. Erat autem uestis togata purpura circumducta subtegmine puniceo, quam aureæ fibulæ annecebant. Virg. 7. Aeneid. Ipse Quirinali lituo, paruaque se-
debat Succinctus trabea. In funebri pompa utebantur & equites trabea, si Tacito credimus, lib. 3. Hinc Trabeari, qui trabea sunt induti. Qui. lib. 1. Fuit Trabeari cura Quirini.

TRABICA, inquit Festus, dicta est nauis, quod sit trabibus confixa. Pacuuius: Labitur trabica in alueos.

TRABS, bis, & Trabes, bis, [*Trave. Gal. Vne poutre, ou un tres de maison. Hisp. La viga.*] *δωδ*, lignum duplex (inquit Festus) ex duobus compactum tignis, & diaci gratia. Virgil. 2. Aeneid. Cum iam hic trabibus contextus acernis Staret equus. Et paulo post: Auratasque trabes, veterum decora alta parentum Deuoluunt. Interdum trabes legimus pro ipsis arboribus. Virg. 9. Aen. Lucis in arce fuit summa, quo sacra ferebant Nigranti picea, trabibusque obscurus acernis. Auctor ad Heren. lib. 1. Nisi enim cecidissent ad terram abiognæ trabes, Argo illa facta non esset. Nonnumquam etiam pro nauis, ex trabibus contexta. Hor. li. 1. Car. Vt trabe Cypria Myrtoꝝ pavidus nauta secet mate. Vir. li. 3. Aen. Vatumque caua trabe currimus æquor.

TRACHALI, appellatur muricum, ac purpuræ superiores partes. Vnde Ariminenses maritimi cognomen traxerunt. Festus.

TRACHALLVS orator fuit Domitiani temporibus, magna uocis, pronuntiationisque felicitate, de quo Quint. libro 10. cap. 1. & lib. 12. cap. 5.

TRACHIA, penult. pro l. *τραχίαι*, regio Asiæ inter Ciliciam & Pamphiliam. quæ notiore nomine dicitur Isauria. Auctor Stephanus. Eodem item nomine dicitur Ciliciæ pars montana, & aspera, cuius etiam incolæ dicuntur Tracheoræ, *τραχεῖται*, Vide Strabonem lib. 12.

TRACHEA, siue Trachia, p. p. *τραχίαι*, fistula, qua spiritus ab ore fertur ad pulmonem. Latini, Græcorum imitatione Asperam arteriam uocant. Gel. lib. 17. c. 2.

TRACHIS, siue Trachinis, p. gen. pro. *τραχίς*, ciuitas Thessaliæ sub Oeta monte, alio nomine ab Hercule conditore Heraclea dicta, teste Plin. lib. 4. cap. 7. In hac regnauit Ceyx. Hinc Trachinius. Qui. lib. 11. Met.

TRACTIM, α *προσπυγῆς*, trahendo in longum, siue intermissione, longo tractu. Plin. in Amph. Quid si ego tractim tangam ut dormiam? Virg. 4. Geor. Tractimque susurrant.

TRACTO, as, [*Trattare. Gal. Traiter. Hisp. Trattare.*] *προσπέρομαι, χράομαι*, frequentatiuum a Traho, α *τρόμος*, attræcto, in manu habeo. Iuuen. Satyr. 6. Per puppim & duros gaudet tractare rudentes. Virg. libro tertio Georgic. Aret Pellis, & ad tactum tractanti dura resilit. Colum. libro sexto. Talis notæ uitulos oportet, dum adhuc teneri sunt, & consuescere manu tractare. Arte aliqua tractare hominem. Terent. in Heaut. Hac arte tractabat uirum, ut illius animum cupidum inopia incenderet. Tractare item, est conuiuio accipere. Cice. 4. Verr. Liberaliter ex istius cibariis tractati. Horat. 2. Sermo. Sary. 2. Tractari mollius ætas Imbecilla uolet. Item differere, & describere, uel scribendo, aut narrando commemorare, quod talia frequenter tangere uideamur. Cicero primo Academ. Dabitur enim profecto, ut in rebus inuitatis, quod Græci ipsi faciunt, a quibus hæc iam diu tractantur, utamur uerbis interdum non auditis. Plin. libro duodecimo, cap. uigesimo secundo. Quoniam tamen hic unguentorum materia tractatur. Hinc Tractatus. Item exerceo, Hora. quodd medicorum est, Promittunt medici: tractant fabrilis fabri. Terent. in Prolo. Formio. Qui artem tractant musicam. Item gubernare, Cicer. Brut. lib. tertio. Fuit in Cilicia necum tribunus militum, quo in mune re ita se tractauit, ut accessisse ab eo beneficium uideret, non dedisse. Hoc est, ita se gessit. Aliquando est administrare. Cice. 1. Ver. Pecuniam publicam tractabas id est, administrabas, & pecuniarum curam habebas. Tractare bibliothecam alterius, est curare, siue illius curam habere. Cice. ad Sulp. libro 13. Diouysius seruus meus, qui meam bibliothecam tractauit. Hinc tractatus, particip. Cice. 2. de Leg. Aliquoties iam iste locus a te tractatus est: id est enarratus. Aliquando uerbale est quartæ declinationis idem aliquando significans, quod descriptio. Quint. in Proem. libro octauo. A superiorum tractatu rerum atteruntur ingenia. Aliquando libri pars est, in qua aliquid describitur. Plin. lib. 14. cap. quarto. Toto separatim tractatu testatus sententiam. Hinc quoque tractatio, alterum uerbale: ut, tractatio armorum, tibiærum, philosophiæ, Cicero tertio de Orat. Ut ij, qui in armorum tracta-

tione uersantur. Idem quarto Acad. Philosophiæ tractatio optima quoque dignissima est. Tractabilis, & le, quod tractari potest: ut, Tractabile pelagus, idem fere quod nauigabile. Tractabilis homo, mansuetus, pacatus, & facilis. Non tractabile cælum. Virg. 4. Aeneid. id est, procellosum, inquietum, impacatum Huius contrarium est Intractabilis, ut, Intractabile ingenium apud Gel. lib. 1. c. 17. Attræcto, Contrecto, Detracto, Retracto, Obtracto, Pertracto, suis locis.

TRACTORIA, organa, ϵ *λκυστικῆ μηχανῆ*, à Vitruuio appellantur machinæ, quibus onera maiora sursum trahuntur.

TRACTVS, us, [*Tratto, spazio, regione.*] *χώρα, γλυία*, regio, plaga. Ci. pro Plancio: Totus ille tractus celeberrimus Venafranus. Plin. lib. 11. c. 53. Virg. 2. Georg. Indico est tractu surgens oleaster eodem. Tractus item dicuntur circumlati serpentū progressus, quos *σπυρμῆς*, uocant Græci. Virg. 2. Georg. Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

TRADO, dis, tradidi, itum, [*Dar, dar nelle mani, porgere. Gal. Bailler, donner & monstret. Hisp. Dar, trapassar.*] *παράδιδωμι, μετάδιδωμι*, in potestatem do, a Trans, & Do, duabus postremis præpositionis litteris abiectis. Plaut. Merc. Tradas in manum. Ter. in Phorm. Vtrum scientem, tacitum, causam tradere aduersarijs, etiamne id lex cogit? Tradere etiam est docere, Cæsa. sexto Bel. Gall. De eorum immortalium ui ac potestate disputant, & iuuentuti tradunt. Hinc Traditio, pro doctrina, Gel. libro decimotertio, cap. uigesimo primo. Sed eam quoque traditionem fuisse, ut Nerio, &c. Interdum referre, scribere, scriptis, seu posteritati mandare. Gel. libro primo, cap. quinto. Demosthenem tradunt uestitum, cæteroque cultu corporis, nitido, uenusto, nimisque accurato fuisse. Nonnumquam additur datiuus Memoriarum. Liui. 2. ab Urb. Qui captus omnibus membris delatus in curiam esset, eum functum officio pedibus suis domum rediisse, memoriarum traditum est. Aliquando tamen Tradere memoriarum, est rem ita in animo figere, ut eius numquam nobis obrepit obliuio. Cicero in Som. Scip. Et quæ dicam, tradere memoriarum. Item fidei alicuius committo. Virg. Ecloga tertia. Nuper mihi tradidit Aegon. Ponitur aliquando pro dare, porrigere. Cæsa. secundo Bel. Ciuil. Pecuniam ex publico tradunt. Tradere se in studium aliquod quietum, apud eundem. Cicero de Inuent. Tradere se in seruitutem alicui, apud eundem de Prouincijs Conf. Non raro tamen posterior accusatiuus commutatur in datiuum: ut tradere se lacrymis, & tristitiæ, apud Cice. libro quarto Epistola. Tradere se quieti. Idem secundo de Diuinatione. Tradere per manus, est de manu in manum tradere. Cæsa. primo Bell. Ciuil. Saxa multis locis prærupta iter impediabant, ut arma per manus necessario tradere-mus. Sic morbos per successiones tradi dicimus. Plin. episto. 12. Plerumque morbi per successiones quasdam traduntur. Traditum est, hoc est memoriarum mandatum est. Plin. lib. 8. cap. 6. Dum pro catulis dimicat fixa oculorum aciem traditur desigere in terram, ne uenabula expauescat. Cic. 5. Tuf. Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse.

TRADYCO, cis, xi, ctum, penult. pro du. [*Tradurre, trasportare. Gal. Traduire, transporter. Hisp. trasportar guiando.*] *μετάγω*, per locum aliquem duco. uel de loco in locum duco: a Trans, & Duco, abiectis duobus postremis præpositionis elementis. Cæsa. 1. Com. Heluetij per fines Sequanorum suas copias traduxerant. Interdum trajicio, hoc est, in litus uel ripam ulteriorem transtulero, Cicero 1. de Inue. Fluius erat ita magnus, ut eo uictimæ traduci non possent. Aliquando extendo, produco. Plaut. Traducere adhucineam plusculam. Aliquando transferre, interpretari, & ex una lingua in aliam conuertere. Traducere uitam, uel Traducere tempus est consumere, terere, transigere, Cicero de Sent. Ut uitam ociosam & quietam, sine ullo labore, & contentione traducamus. Idem Ser. Sulpicio: Qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. Aliquando sinistram famam de aliquo spargere, ludibrio exponere, ad deridendum omnibus per uicos, & theatra traducere, Martial. libro nono. Multo que magis traduceris Apher. Liuius libro secundo. Veltros liberos traductos per ora hominum. Aliquando traduces facere. Paulus. 1. 6. duo. digesti. Vti possid. Si uicini uices ex fundo tuo in suas arbores traduxit. Aliquando accipitur pro transmittere, & de loco, quo quid natum est, alio mittere. Iuue. Sat. 7. Altera quos nudo traducit Gallia talo. Hoc est, quos mittit Gallia nudo pede.

TRADUCES, penult. pro du. qui & Rumpi dicuntur, sunt brachia uitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & sibi mutuo connectuntur. Var. 1. de re rust. ca. 8. Quartum pedamentum est natiuum eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis uinea fit: quos Traduces, quidam Rumpos appellant. Colum. lib. 5. ca. 6. Noni traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur. Si tradux traducem non contingit, media uirga inter eas deligetur. Sic hominis genituram humani generis traducem nonnulli apellauerunt. Famam quoque Terullianus in au-

riunt,

rium, & linguarum traduces ait proserpere, quod aurium lingua rumq. instrumentis propagetur, & breui temporis spatio unum uerbum propemodum capiat incrementum.

TRAGICÆ, [Asperamente, crudelmente Gal. Tragiquement, gravement, Hisp. Asperamente, cruelmente.] τραγικῶς, grauitate, sublimiter, crudeliter, more tragico. Ci. de Clar. Ora. Hanc mortem rethorice, & tragice ornare potuerunt.

TRAGICVS subitantiuum, τραγικός, qui tragœdiam scribit. Hor. de Arte: Et Tragicus plerumque dolet sermone pedetiri.

TRAGICVS, a, um, [Tragico. Gal. Tragique. Hisp. Cosa des tragedias.] τραγικός, quod ad tragœdiam spectat: ut, Chothurni Tragicus, Poeta Tragicus. Horat. 2. Sermon. Saty. 5. Tragicis opus esse cothurnis. Cice. 1. de Natu. Deor. Ut tragicus poeta, cum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum. Aliquando pro crudeli, & scelerato, quia fere solent esse Tragœdiarum argumenta. Liu. primo. Tulit Romana regia scelesti Tragicis exemplum.

TRAGŒDIA, a, p. c. [Tragedia. Gal. Tragedie. Hisp. Tragedia.] quamuis apud Græcos accentum habeat in penultima τραγωδία, poematis grauiissimi genus, quo regum principumue, aut eorum, qui in aulis regum uersantur, calamitates depinguntur, tristissimum fere habens exitum. Dicta Tragœdia (ut quidam uolunt) ab eo quod primum eius poematis primum hircus fuerit, aut certe uter hircus uino plenus. Quod & ipsum non obscure indicat Horat. de Arte: Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum. Alij a fæce putant, quam Græci περυσίαν, uocant Tragœdiam appellatam, quod ora fæcibus perlinebant scenici, ante usum personarum ab Aeschilo repertum. Quâ sententiam etiam tangens Hora. dicit tragœdiam a Thespide repertam. Ibidem. Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ dicit, & plautis uerisse poemata Thespis, quæ canerent, agerentque pœnanti fæcibus ora. Differt autem Tragœdia a Comœdia, quod in hac humiles & priuatæ personæ introducuntur: in Tragœdia & Reges & Principes, nonnullam etiam heroes & Dij. Ad hæc Comœdia a turbulentioribus fere rebus initium sumens, tranquillum latumque sortitur exitum. Tragœdiæ autem totum quidam argumentum habent luctuosum, exitum autem tristissimum. Tristitia nanque tragœdiæ propria est. Propter quod, Euripides Archelao rege perente, ut de se Tragœdiam scriberet, abnuuit, ac precatus est, ne illi accideret aliquid Tragœdiæ proprium. Hora. 2. Car. Ode. 1. Paulum seuera mîsa tragœdiæ Desit theatris. Tragœdijs pertubari. Cicero 1. de Ora. Neque uero istis tragœdijs tuis, quibus uti philosophi maxime solent, Craffe perturbor. Tragœdias agere, & Tragœdias excitare, prouerbis speciem habet pro eo quod est, tumultum commouere. Cic. 2. de Orat. Ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut tragœdias agamus in nugis, &c. Quint. libro sexto, cap. de Peroratione. Nam in paruis lictibus habet tragœdias mouere, tale est, quasi si personam Herculis, & cothurnos aptare infantibus uelis.

TRAGŒDVS, [Colui che recita la tragedia. Gal. Un poete, ou joueur de tragedie. Hisp. Representador de tragedias.] τραγωδός, actor tragœdiæ. Cicer. primo de Orat. Vox Tragœdorum, gestus pene summorum actorum est requirendus. Hora. 2. Epitola secunda. Miros audire tragœdos.

TRAGULA, a, & κόρυμβος, genus teli similitudine hastæ, ita dictum, quod cute infixum trahatur. Salust. 1. 4. Histo. ut citat Nonius. Ut Metellus istu tragulæ fauciaretur. Pla. in Epid. Tragulam in te injicere adornat. Tragula item εὐοίχλιςρον, retis genus est, quod uulgo nunc Trattam uocât. Pli. lib. 16. cap. 8. Dicta Tragula, quod ex undis ut plurimum trahatur.

TRAHÀ, [Τραχῦλα, treggia. Gal. Un trainoir de charrette. Hisp. Rastra mî errada narrria.] ὑλακίθρον, genus uehiculi siue retis, quo coloni utuntur: trahendo dictum. Vir. 1. 1. Georg. Per epenthesim Traheam uocat, sicut Nauitam dicimus pro Nauta: Tribulaque trahæque, & iniquo pondere rastri.

TRAHAX, cis, [Ingordo, rapace. Gal. Tiranta soy. Hisp. Condicioso.] ἔλακτινός, auidus, rapax, omnia ad se trahens. Plaut. in Pers. Procax, rapax, trahax.

TRAHO, his, traxi, tractum, [Strascinare, tirare, trahere. Gal. Tirer, attirer, attraire. Hisp. Lleuar o traer arrastrando.] ἄρω, ἔκλω, per uim duco. Trahimus enim inuiti, ducimur uolentes. Virgil. 2. Aeneid. Altaria ad ipsa trementem Traxit. Aliquando simpliciter ducere, Plin. libro sexto, cap. 28. A rege Cretæ Minoe, ut existimant, originem trahentes. Cicero pro Archia. Trahimur omnes cupidine laudis. Et paulo post. Optimus quisque maxime gloria ducitur. Aliquando haurire. Cicero secundo de Natura deorum. Ex puteis iugibus aquam calidam trahi. Aliquando protrahere. Sal. in Iug. Adherbal ubi intelligit, penuria rerum necessariarum, bellum trahi non posse. Aliquando remouere, auocare, idem: Nisi eas res longius uos ab incepto traheret. Trahere noctem sermone: idest terere, seu consumere. Virgil. primo Aeneid. Vario noctem

sermone trahabant. Trahi item dicitur, quod ita gestatur ut tamen humo non attollatur. Plaut. in Cittel. Anniculum hoc sustol-le saltem. S. hinc trahi, cum egomet trahor. Huic non dissimile est illud Virgil. quarto Georg. Latamque trahens inglorius alium, hoc est, ægre & uix serens alium præ magnitudine. Trahi puer dicitur, qui uix ambulare potest. Virgil. secundo Aeneid. Et auo puerum Altyanacta trahabat. Trahere se cum aliquo, est cum eo morari. Plaut. in Trin. Me adeo cum illis Vna ibidem traho. Trahere interdum est cum festinatione adducere. Virgil. 2. Aeneid. Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum Pastores magno ad regem clamore trahabant. Trahere ad se partem diei, est diei partem occupare. Plin. episto. 213. Partem diei amici ad se trahunt. Trahere ad defectionem, est impellere, incitare, cogere ad defectionem. Trahere aliquem secum in calamitatem. est eum calamitatis lux participem facere. Cicero pro Pompeio: Non possunt una in ciuitate multi rem amittere, ut non plures secum in eandem trahant calamitatem. Trahere candorem, acquirere, Plin. libro septimo cap. decimosexto. Candorem trahant quodam medicamine. Huic simillimum illud apud Cicero. sexta Philipp. Aliquid salis ab uixore mima trahere poterat. Trahere dictum aliquod in uoluntatem, est dictum aliquod secundum uoluntatem suam interpretari. Plin. de Vir. illustr. Hoc dicto in uoluntatem traho. Trahere tutam fortunam, est feliciter agere. Trahere tutam pacem, est tuta in pace agere. In diuersum trahere, est ancipitem & ambiguum reddere. Teren. in Andr. Tot me curæ in diuersum trahunt. Abstraho, Attraho, Protraho, Retraho, Subtraho, suis locis.

TRAIANVS, natione Hispanus, omnium Romanorum principum. citra controuersiam optimus, pacis, bellique temporibus clarissimus, & in quo nihil omnino fuerit, quod iure reprehendisset. Vixit annos LXXIII. imperauit xx. Quanta autem fuerit in eo bonitas acclamationes principibus exhiberi solitæ declarant: cum Augusti felicitatem, Traiani que bonitatem illis precarentur.

TRAIECTIO, onis, [Trapassamento. Gal. Passement oltre, trauesement. Hisp. El lleuar allende, passamiento.] πορτμός, πορτμός, et auluectio. Cicero Attic. Honeitor exitum traiectio. Traiectio uerborum, per translationem, μεταφορά. apud auctorem ad Hæren. 1. 1. Traiectio stellarum. Idem 2. de Diuin. Assyrii traiectiones motusque stellarum obseruauerunt.

TRAIECTVS, iectus, [Tragetto.] διαπόρδισις, traiectio. Liu. 1. In traiectu Albulæ amnis submersus.

TRAIECTIO, cis, [Traiffare, trasportare.] διαπόρδω, modo actiuum uerbum est, idem significans quod transueho, transporto. in qua significatione duos tere habet accusatiuos, alter in in præpositionis, alterum communem uerbis omnibus actiuus. Plancus Ciceronis Exercitum Rhodanum traiecit. Modo neutrum idem significans quod transmittere, siue transuehi. In qua significatione uno ablatiuo contentum est, quod habet uim præpositionis inclusæ. Liu. secundo Bell. Punic. Annem uado traiecit. Aliquando est transfigo, & transuerbero. Idem secundo. Tanta uis uetus uentium hactis fuit, ut brachium A. butio traiectum, Mamlio percussus pectus. Traicere in alia uasa, pro fundere in alia uasa dixit Var. 2. de re rust. cap. 64. Traicere in alium calpam, aut quipiam, est transferre. Cicer. 1. Ver. Quid cum commite aris, conueris: ex illius inuidia deriuare aliquid, & in te traicere cœperit? Traicere rem, (idest, negocium) ad magistratus, pro reijcere. Liu. 2. ab Urb. Traiectus, a, um, partic. transuectus. Cice. ad Quirites post reditum: Traiectus nauicula in Africam. Aliquando idem quod confossus, siue transfusus. Pli. lib. 11. c. 37. Mortem cum risu traiecta præcordia attulerunt.

TRALATIO, onis, quæ & translatio μεταφορά, nominis uerbive in minus propria significatione augendæ, minuendæue rei gratia, usurpatio. Cic. lib. 16. epi. Verecunda tralatio.

TRALATICVS, a, um, siue translaticius, μεταφορικός, quod aliunde est translatus ut tralaticium edictum, minime nouum, sed aliunde translatum. Cicero. 4. Verr. Hoc uetus edictum, translaticiumque est.

TRALLES, ium, ibus, pluralis nomen tantum, τριλλῆς, Asia urbs, inter Mæandrum & Caystrum fluuios sita a Ptolemy & Ptolemy Carix, a Strabone Ionix, a Stephano Lydiæ annumerata, alijs nominibus Euantia, Seleucia, & Antiochia appellata. Sunt & alteræ Tralles, ad ipsum Mæandri transitum sitæ, medio fere itinere, inter superiores, & Magnesium. Strab. lib. 14. A Tralibus fit Tralianus, na, num.

TRALUCEO, traluces, [Stralucere. Gal. Luire à trauers, transluire. Hisp. Transluzir.] p. p. διαφαίω, transluceo. Luc. lib. 4. E speculo in speculum tralucet imago.

TRALUCIDVM, cedi, διαφανές, pellucidum, uisui peruium. Plin. lib. 21. A tralucido facilius accipitur aer.

TRAMA, a, [Trama. Gal. Traime. Hisp. La trama.] κρόδων, ῥοδών, idem quod

quod subtegmen, teste Seruio, hoc est, filiū, quod flamini ex transfuerso intertextitur, ita dictum, a trameando, hoc est, transuendo: propterea quod flamen iterum atque iterum transeat. Plin. l. i. cap. 24. de araneorum telis agens: Pexitas telæ, & quadam politura arte ipsa per se tenax ratio tramæ? Trama figuræ a Persio dicitur pro extenuatissimo corporis habitu, umbram potius hominis, quam hominum præferente: uerba eius sunt Sa. 6. Mihi trama figuræ sit reliqua.

TRAMES, tramitis, [Sentiero a trauerfos.] ge. maf. *τριμυδος*, scemita trās fuerfa. Liu. lib. 5. Obliquis tramitibus. Cicer. 12. Phil. In Apennini tramitibus.

TRAMITTO [trapaſſare. Gal. *traſmettre*, transporter. Hiſp. *Embizar allende*.] tranſmitto, traĩcio *παραδίδωμι*, Ci. ad Att. lib. 16. Duo ſinus fuerunt, quos tramitti oportet.

TRANO, as, [Tranotare, paſſar oltra,] *τρανωχες*, natando traĩcere, a Trans, & nato, duobus poſtremis præpoſitionis elementis abiectis. Liu. li. 2. Incolumis ad ſuos tranauit. Vir. 2. Geo. Superat motes, & flumina tranant. Vir. 6. Aeneid. Magnos Erebi tranauimus amnes. Tranare pro tranſuolare. Vir. 4. Ae. Et turbida tranat Nubila. Tranare pro penetrare, ſeu tranſire. Cicer. 1. de Natu. Deo. Genere hoc igneo, quod omnia tranat. Haſta tranauit uiri pectus. Sil. lib. 13. ca. 48. Tranor, aris, paſſiue. Oui. 2. de Arte. Oblequio tranantur aquæ.

TRANQUILLITAS, acis, [Tranquillità, ſereno, ſerenità. Gal. *Tranquillitè, paifibletè*. Hiſp. *ſoſiego, ſerenidad*.] *γαλῶνις, γαλῶνις*, quietis maris & caeli tempeſtatis expertis. Cicer. Atti. lib. quarto. Nos longis nauibus quietem aucupari eramus. Per translationem accipitur pro quauis quiete, ut Tranquillitas uitæ, Tranquillitas animi, hoc eſt, ſecuritas motuum omnium & perturbationum expertis. Cic. pro Murena. Ocium ac tranquillitatem uitæ fecuti ſunt. Cic. Offi. Tranquillitas animi adſit.

TRANQUILLE, [Quietamente. Gal. *Tranquillement, paifiblement*. Hiſp. *Conſoſiego*.] aduer. *γαλῶνις*, quiete, citra motum, & perturbationem. Ci. Att. Velui tranquille a Parthis. Plautus Ciftellaria: Tranquille amabo, ne quid, quod illi doleat, dixeris. Tranquille, & placide traducere uitam, apud Ci. 4. Tuſ.

TRANQUILLO, abſolute, *γαλῶνις*, pro tranquilla tempeſtate. Pli. lib. 6. cap. 7. Sepe annotata piſcium quædam tranquillo uelut obſcitatio.

TRANQUILLVM, li, [Tranquillità. Gal. *Tranquillitè, ſerenitè*. Hiſp. *ſoſiego, ſerenidad*.] ſubſtantiuū ex adiectiuo, *γαλῶνις*, tranquillitas. Pla. Caſina: Tranquillum eſt.

TRANQUILLO, las, [Acchetare.] *γαλῶνις*, tranquillum, & quietum facio. Ci. 1. de Fi. Semper alit aliquid, quod tranquillet animos. Hor. 1. epilt. 16. Quid purè tranquillet, honos, an dulce lucellum? Huic opponitur perturbare. Ci. Top. Vt aut perturbentur animi, aut tranquilentur.

TRANQUILLVS, a, um, [Cheto, tranquillo. Gal. *Tranquille, paifible*. Hiſp. *ſoſiego, doſin turbacion*.] *γαλῶνις*, quietus, placidus: proprieque de mari dicitur & aere, quando nulla exagitantur tempeſtate. Cic. pro Cluen. Mare quod ſua natura tranquillum eſt, uentis concitata cur. Pli. li. 9. ca. 17. Tranquillis noctibus relictet. Per translationē tamen accipitur pro quieto, miti, ſeu pacato, Plau. in Ciftel. Si poſſum tranquillum facere ex irato mihi. Cicer. tertio Tuſcu. Tranquilla & ſerena. Luca. lib. ſecun. Melius tranquilla ſine armis Ocia ſolus ages. Idem li. 1. Longoq. togæ tranquillior uſu Dediticit iam pace ducent. Ter. in An. Qui me ex tranquilliffima re cōieciſti in nuptias. Tranquilla res eſt, inquit Ter. in Phormione, id eſt, bene ſe habet.

TRANS, [Oltre, oltra, di là. Gal. *Oultre*. Hiſp. *Allende*.] *πέραν, πέρα*, Polybio præpoſitio, idem ſere ſignificans, quod ultra: ut, Trans flumiū, hoc eſt, ad ulteriorem, ſeu in ulteriori fluminis parte. Inuigitur enim tam motus uerbis, quam quietis. Huic opponitur Cis, uel Citra. Cicero Atti. Cogito trans Tiberim hortos parare. Idem de Diuin. Si ſciſſet, ſibi trans Euphratem eſſe pereundum. Hora. libro. 1. epilt. 11. Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt. Plaut. in Mil. Commeatus eſt trans parietem. In compositione quoq. eandē retinet ſignificationē: componiturq. ſere cū dictionib. ab hiſce incipientib. litteris ab a, ut Tranſalpinus: c, ut Tranſcuro: d, ut Traducere: ut Tranſeo: f, ut Trāſero: g, ut Tranſgredior: i, ut Traĩcio: l, ut Tranſlego: m, ut Tranſmigro: n, ut Tranop: ut Tranſpono: r, ut Tranſthenanus: s, ut tranſcribo: ut Tranſtigritanus, qui habitant trans Tigrim: u, ut Tranſueho. Ex quibus quæ a ducl n, uel i, conſonante initiū ſumunt, poſtremas duas præpoſitionis litteras abijciunt: ut Traduco, Traĩcio, Trano. In reliquis præpoſitio manet integra: præterquam quod ſecunda compositionis parte ab s, incipiente, ex præpoſitione, s, abijcitur: ut Tranſcribo.

TRANSABEO, is, ire, [Paſſare. Gal. *Aller*. & *paſſer oultre*. Hiſp. *Paſſar, yr allende*.] *διαπορεύω, διαβαίνω*, tranſeo. Sta. 2. Theb. Tranſabijt coſtas cognatis icibus. enſis. Val. Fla. 4. Argon. Populus, atque æquo

ra longe tranſabijt.

TRANSACTOR, onis, *προξενητής*, cuius miniſterio ad rei alicuius tranſactionem utimur. Cicer. quarto Verr. Rerum omnium tranſactor.

TRANSACTVS, participium, [Paſſato.] *παρεληλυθός*, idem eſt, quod præteritus. Lib. 1. ad Heren. In conſequenti tempore ſpectabitur nunquid re tranſacta relictum ſit. Aliquando idem quod peractus, Teren. in And. Ego iam tranſacta re conuertam me domum. Facta, tranſacta omnia, Prouerbiale eſt, inquit Donatus in And. Terent. quo utimur, cum uolumus ſignificare nihil diligentie prætermiſſum, nihilque reliquum eſſe ad agendum. Verba Terentij ſunt hæc: Contemptus, ſpretus: facta, tranſacta omnia.

TRANSADIGO, is, egi, actum, [Paſſare.] *διαπειρώω*, traĩcio. Virgil. 9. Aen. Viribus enſis adactus Tranſadigit coſtas.

TRANSALPINVS, na, numi, [Di là dalle alpe.] *τρανάλπεινς*, trans Alpes ſitum. unde Galliam Comatam Romani Tranſalpinam uocant, quæ deducitur in Belgicam, Celticam, Lugdunenſem, & Brachattam, ſiue Narbonenſem. Contra Ciſalpinam Galliam eam uocabant, quæ ab Alpium radicibus extenditur uſque ad Rubiconem, antiquum Italiae limitem. Cicer. Pæto: Brachatis, & Tranſalpinis nationibus. Idem tertio officio. Sine urbe Maſſilienſi nunquam noſtri Imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt.

TRANSCENDO, is, [Paſſare. Gal. *Paſſer oultre*. Hiſp. *Subir allende*.] *ὑπερβαίνω*, ſupero, aſcendendo tranſgredior, a Trans & Scando. Ci. in Catil. Hoc malum manauit non ſolum per Italiam, ſed etiam tranſcendit Alpes. Idem de Som. Scip. Num cuiuſquam noſtrum nomen tranſcendere potuit? Luca. libro 8. Audet tranſcendere uallum Miles.

TRANSCINDO, is, [Lacerare.] *κατακίνω*, conſcindo, lacerō. Plaut. Perſa.

TRANSCRIBO, bis, [Tranſcriuere, copiare, recopiare. Gal. *Tranſcrire, tranſreſcrire, reſcrire, copier*. Hiſp. *Tranſladar eſcritura*.] *ὑπογράφω*, idem quod exſcribo, ſiue ab exemplari deſcribo. Cic. 2. de Nat. de. Q. Soſius tranſcripſit tabulas publicas. Auctor ad Heren. lib. 1. Si ueſtra manu orationes totas tranſcripſiſſetis. Interdum tranſcribere, eſt per ſcripturam, aut inſtrumentum rem noſtram in alterius dominium tranſferre. Agretius in l. ſi uxori. ff. de præſ. uera. ut eos fundos eodem pretio mulier tranſcriberet uiro. Huic perſimile eſt illud Vir. 7. Aen. Et tua Dardanijs tranſcribi ſceptra colonis. Hoc eſt, ius regni tibi debiti tranſcribi in Troianos tranſferri. Sic tranſcribi nomina dicuntur in rationibus, cum id quod mihi expenſum latum eſt, in aliud nomen tranſfertur, & nomen meum ex rationib. eximitur. Hoc modo accipitur in l. ult. Ci. de præd. na. uic. ut annotauit Budæus. Tranſcribere aliquem auctorem, interdum eſt deſumere ex eo, quod ad noſtrum opus facere uidetur, & illius ſcriptis tamquam noſtris uti. Pli. li. 4. c. 2. Græcinus Cornelium Cellum tranſcripſit. Tranſcripti etiam in colonia dicebantur, de quo Seruius in Virgilium.

TRANSCURRO, is, [Traſcorrere, trapaſſare. Gal. *Courir*. & *paſſer oultre*. Hiſp. *Correr allende*.] *μετατρέχω*, curſo me aliquo conſero. Tere. in Eui. Obſera oſtium, ego dum hinc tranſcuro ad forum. Aliquando curſum conſicio. Cic. de Clar. Ora. Alexander & Cyrus, qui curſum ſuum tranſcurrerant. Aliquando excurrere, euagari, Auctor ad Heren. libro primo. Ne ſine delectu temere in rem diſſimilem uideatur tranſcurrere. Pli. li. 9. ca. 26. Quod ſi hætenſ tranſcurrat expoſitio. Nonnunquam perſtringere, curſum & breuiter exequi. Quin. In narratione tranſcurram ſubtiles nimium diuiſiones quorundam. Hinc Tranſcurſus, huius ſus, ipſe tranſcurrendi actus. Vnde in tranſcurſu aliquid factum, *μεταδρομαδω*, dicimus, pro obiter, & inter percurrendum. Pli. li. 18. ca. 13. In tranſcurſu eas attingere noſtri.

TRANSDO, dis, *μεταδίδωμι*, ueteres dixerunt ſonantius, inquit Donatus, quod nos lenius tradere: ut tralatum illi, nos contra trālatum Tere. in Ptol. Phor. Tranſdere hominem in ocium.

TRANSDUCO, cis, [Tradurre. Gal. *Mener oultre*, transporter. Hiſp. *Trapaſſar guiando*.] *μετάγω*, traduco, tranſfero. Cice. 6. Ver. Vt conarete clientelam tam illuſtrem, tam ſplendide provincie tranſducere ad te. Tranſducere arbores pro tranſplantare apud Colum. li. 3. ca. 9.

TRANSENA, æ, [Ferrata, vaſtello.] *μυκλῖς*, cancelli lignei, ferrei ſiue uiminei, qui feneltris, aut etiam mercibus oppoſiti, uisui peruij ſunt. Cicer. 1. de Orat. Petas a Craſſo, ut illam copiam ornamentorum ſuorum, quam conſtructā uno in loco quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus, lucem proferat. Quo in loco, pro tranſennam aſpicere, pro uerbali metaphora dixit Cic. pro eo, quod eſt non propius, neque ſingillatim, ſed procul, & ſummatim inſpicere. Tranſlatum a negotiatoribus, qui mercibus, quas contrectari nolunt cancellos obijciunt. quidam etiā uicium pellucidum opponunt, ut prætereuntes procul, modo

contemplari liceat: ne explicant eas, nisi licitatori idoneo. Macrobius lib. 3. Satur. c. 7. ex lib. 2. Histo. Salustij: Sedit in transfenna demissam Victoriæ simulacrum coronam ei imponebat. Quo in loco Nonius fenestram interpretatur. Quandoque ponitur pro decipula, laqueo, & funiculo ad decipiendum concinnato, παγίς, Plaut. in Bacc. Nunc è transfenna hic turdis lumbricum petit. Et in Ruden. In ætate agenda hominum, plarium e sunt transfennæ, ubi decipiuntur dolis.

TRANSEO, is, iui, & si, cum, [Transfere, passare, ualicare. Gal. Passer outre, ou à trauers. Hisp. Passar yr allende.] μεταβαίνω, διαβαίνω, traicio, transmitto, transgredior. Cice. 1. de Nat. deo. Cum Gracchus pomerium transiret, auspiciari est oblitus. Cicer. 3. de Finibus. Craffus, nisi eg iisset, numquam Euphratem, nulla belli causa, transire uolui set. Aliquando se transire, nihil aliud est, quam ire, aut se recipere, Plaut. in Stich. Deos salutaris modo, postea ad te continuo transeo. Idem in Mili. Philocomasio dic, si hic est domum ut transeat. Sic Brutus ad Cicer. libro undecimo. Transire in Apeaninum, dixit. Accipitur aliquando pro, cursum attingere, paucis explicare. Cice. pro Ros. Amer. Sed in animo est leniter transire, ac tantummodo pertingere unamquamque rem. Transire silentio aliquid, est silere illud. Cice. pro L. Sylla: Ac ne hoc quidem mihi uidetur silentio transeundum. Et sine ullo ablatiuo. Plin. lib. 2. cap. 68. ut publicos gentium furores transeam, id est, taceam, fileam. Transire quædam in legendo, est prætereire. Plin. epist. 98. Transeo enim Neronem, id est fileo de Nerone. Transit dies, id est præterit. Cicer. ad Att. lib. 7. Legis dies tra iuit. Sic transit mensis apud Plautum in Curcul. Transeamus ad partitionem, apud Cice. 2. de Inuen. Transire ad hostes, est ad illos descendere. Liui. 4. Bel. Maced. Si ad Romanos transire uelint. Transire ad uitam, est reuiuiscere, Transire in multos colores: est per interualla modo in hunc, modo in illum colorem mutari: quod & Polypo, & Chamæleonti fertur accidere. Transire legem, est legem soluere, eique non parere. Transire lineas, est sese intra præscriptum terminum non continere. Hinc Transficio, uerbale, transgressio, traiectio. Cice. libro nono Episto. Qui spem sepe transitionis præbuit. Ponitur aliquando pro defectione διασποίς. Liui. 4. Bel. Punic. Numidas ad transitionem perlicerent. Transitus, tus, alterum uerbale, idem quod transitio, siue traiectio. Plin. lib. 12. cap. 17. Sabæi transitu maris. In transitu, id est, cursum, percurrendo. Quint. lib. 6. cap. 3. Eorum non simplex natura, nec in transitu tractanda.

TRANSERO, seris, [Scrapiantare. Gal. Transplantar. Hisp. Transplantar arboles y otras plantas.] μεταφυτεύω, transplanto. Stat. 2. Syl. Vidi ego transferens alieno in corpore ramos Altius ire suis.

TRANSFERO, transuli, translatum, [Transportare, tradurre.] μεταφέρω, μετακοιύω, de loco in locum transporto. Cice. 5. Phil. Ad se omnia ex hortis ornamenta transtulit. Cæsar. 3. Bel. Ciui. Cæsar paulo ultra cum locum castra transtulit. Cice. de Orat. Alii a regendis ciuitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt. Transferri item dicuntur nomina aut uerba, cum a significatione propria propter aliquam similitudinem ad minus propriam transfumuntur. Cice. de Orat. Translata ea dico, quæ per similitudinem ab alio transferuntur. Et paulo ante. Cum uerbum aliquod altius transfertur, & quasi alieno loco collocatur. Idem de Opt. gene. dicendi: Cuius orationem illustant, quasi stellæ quædam translata uerba, atque immutata. Translata dico, quæ per similitudinem ad aliam rem aut suauitatis, aut inopie causa transferuntur. Quint. autem lib. 1. Instituti. Propria sunt uerba, cum id significant, in quo denominata sunt: translata, cum alium natura intellectum, alium loca præbent. Idem li. 8. Transfertur nomen aut uerbum ex eo loco, in quo proprium erat, in eum, in quo aut proprium deest, aut translatum proprium melius est. Id facimus aut quia necesse est, aut quia significantius est, aut, ut dixi, decentius. Transferre iudicia, est ab uno ordine ad alterum transferre, hoc est, a senatu ad equites. Transferre item est, ex lingua una in alteram conuertere. Quint. libro decimo, cap. 5. Græcos auctores transferentibus uerbis uti optimis licet. Plin. libro 18. cap. 3. Mangonis Pœni Senatus noster censuit libros in linguam Latinam transferendos.

TRANSIGO, is, p. p. transixi, xum, [Transfere, trasferere. Gal. Percer tout outre. Hisp. Hincar passando, trasferir.] διακινώω, διαπεράωω, transfodio, seu transfuero, traicio. Liui. lib. 1. ab urbe: Stricto itaque gladio, simul uerbis increpans transigit puellam. Dicimus autem transigo pectus gladio, uel transigo aliquem gladio per pectus. Liui. 2. ab Vrbe: Ex his Q. Fabium principem in confectos Veientes euntem, ferro uiribus, & armorum arte: Tuscos inter multas uersantem hostium manus gladio per pectus transigit. Transfixus, a, um, participium: id est, traiectus. Vir. 1. Aeneid. Transfixo pectore.

TRANSIGURO, as, [Transfigurare. Gal. Transfigurer, changer en autre forme. Hisp. Transfigurar.] μεταχρησιάζω, μεταμορφώω, in aliam fi-

guram uerto. Sueto. in Nerone. Puerum Sporum, ex ætis te-
stibus in muliebrem natura transfigurare conatus est. Plin. libro
decimo septimo, cap. uigesimo quarto. Transfigurantur amygdalæ
ex dulcibus in amaras. Transfiguratio, onis, transformatio. Plin.
libro 7. cap. 55.

TRANSFODIO, dis, [Transfodere, passare. Gal. Fovir & percer tout outre. Hisp. Transpassar con l'enza.] διορύττω, perfodio, traicio, trans-
figo. Ouid. 12. Metamorph. Gemino transfodit uulnere pectus.
Val. Flac. Arg. lib. 6. Inguine transfosso. Liui. lib. 39. Fugienti latus
transfodisse.

TRANSFORMAS, [Transformare. Gal. Transformer. Hisp. Transformar en otra cosa.] μεταμορφώω, in aliam formam muto. Virgil. 4. Georgic. Omnia transformat sese in miracula rerum. Oui. 3. Amo. Eleg. 11. Iuppiter aut in aues, aut se transformat in aurum. Hinc Transformis, & hoc transforme, quod quamcunque formam recipit. Oui. 8. Meta. Transformia corpora.

TRANSFRETTO, p. c. διαπορθμέω, fretum traicio. Pli. in Pane. Transfretare obstantia freta.

TRANSFUGA, æ, penul. cor. διασποίς, αὐτομόλος, qui transfugit, & ad hostes deficit. Liui. lib. 2. Metuens, ne retraheretur ut transfuga. Nec solum (ut Paulus de Capt. l. Postliminium inquit) Transfuga is accipiendus est, qui ad hostes, & a bello transfugit, sed, & qui per indiciarium tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fidei suspecta transfugit.

TRANSFUGIO, gis, [Transfugire. Gal. S'ensuir outre. Hisp. Huir à la parte de los enemigos.] αὐτομολέω, ad hostes deficio. Liui. libro 2. Magna clientum comitatus manu transfugit. Cicero pro Quin. Fateretur se non abficta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare.

TRANSFUGIUM, gij, αὐτομαλα, διασποίς, defectio ad hostes. Hiero. de uiris illust. Gabios per Sextum filium, simulato transfugio, in potestatem redigit. Tacit. lib. 18. Crebris transfugitiis.

TRANSFUMO, as, p. p. διακαμιζομαι, sumi modo traseo. Sta. 6. Theb. Claustraque compressæ transfumat anheliitus ira.

TRANSFUNDO, is, μετάγωω, de uase in uas fundo. Columel. lib. 12. cap. 12. Sæpius eam in alia uasa transfuderunt. Suas laudes transfundere ad alterum, per translationem. Cicero Dolabellæ. libro nono. Libentius laudes meas ad te transfuderim. Idem prima Philipp. Omnem se amorem abiecit illinc, atque in hanc transfudisse. Transfusio, onis, Plin. libro trigesimo quarto, cap. decimo octauo.

TRANSGREDIOR, eris, [Transgredire, contraferre. Gal. Passer outre. Hisp. Passar de caminer allende.] υπεβαίνω, transeo, & proprie de pedum gressu dicitur. Liui. 2. Inde in Latinam uiam transgressus. Cicero primo de Diuin. Inauspicato pomerium transgressus. Aliquando tamen generalius accipitur, ut etiam transgredi dicantur, qui equo aut naui prætereuntur, quod & Nonius annotauit, cuius locum Salustij ex libro primo Hist. æstu secundo transgressus. Aliquando pro superare, Pli. libro septimo, cap. 24. Idem signis collatis quinquages dimicauit, solus Marcellum transgressus, qui undequadrages dimicauerat. Transgressio, nis, Cic. in Piso. transgressionemq. Gallorum, id est transitum. Apud Rhetores transgressio dicitur, cum ab ea sententia, quam proposuimus, conuertimus sermonem ad aliquam personam, aut rem, aut fortunam, & tanquam personam appellamus, uel cum ad id, quod demonstrare intituimus, ab alia re actionem nostram, & orationem reuocamus. Rufinianus, & Rutilius Lupus.

TRANSIGO, gis, egis, actum, [Transfere, trasferire. Gal. Passer outre, abener & passer. deuir. Hisp. Passar allende, cumplir & acabar.] διαπεράωω, perago, perficio. Cice. 4. Phil. Negociumque transigisses, nisi ille se subter scalas abdidisset. Idem 5. Verr. Prima actio a nobis viij. diebus transacta est. Transigere res multas uno tempore apud eundem primo de Inuen. Sic transigere uitam dicimus, pro peragere. Sal. in proem. Catil. multi mortales uitam sicuti peregrinantes transegerunt. Aliquando controuersiam tuo consensu dirimere. Cic. pro Rosc. Qui pro socijs transigit, satisfat, neminem postea eorum perituum. Idem in Verr. Quod erat uix H. S. quadringetorum millium, transigunt H. S. ducentis millibus. Transactus, iuo loco.

TRANSIECTIO, onis, & traiectio, id est, transpositio: ut, transiectio uerborum, υπεβατον. Ad Heren. li. 4. Huiusmodi transiectio multum proderit ad continuationes. Ad eundem etiam modum legitur transiectus apud Ciceronem de uniuers. Terra transiecto axe sustinetur.

TRANSILIO, iis, [Saltare outre. Gal. Sauter outre, saillir par dessus. Hisp. saltar allende otra cosa.] υπεβαλλομαι, ultra salio, a trans, & salio. Columel. libro sexto, cap. 26. Si fossam sine cunctatione transilit. Per translationem pro silentio prætereire. Cice. 3. de Finibus. Cum ad summum bonum uolunt peruenire, transiliunt omnia. Item tertio Offic. Ingenij specimen quoddam est, transilire ante pedes posita.

- TRANSILIS**, palmes, ὑπερατικὸν κλημα, qui inter traduces alios transilit. Plin. lib. 17. cap. 23.
- TRANSINGO**, gis, μετακλινωμι, iugaliū loca mutuo. Vlp. in l. Aediles. de Aedil. edi. Si multa talis sit, ut transungi non possit. Transingere inquit Budæus, est in quadriga locum ueterinis mutare, ut mulam dexteram facere, quæ sinistri esse solebat.
- TRANSILABOR**, eris, labendo transeo, Claud. 1. in Eutr. Vnoque Padum transilapsa uolatu.
- TRANSLATIVE**, [Negligentement,] negligenter. Vlpia. libro primo de iure patr. Patronorum querelas aduersus libertos Præfides audire, & non translatiue exequi debent. Martianus: Præuaricatorum esse eum ostendimus, qui translatiue munere accusandi fungitur.
- TRANSLATITIVUS**, a, um, siue translatiuus, μεταφορικὸς, quod aliunde est translatum. unde Translatitias uocum significationes dicimus, quæ propter aliquam similitudinem a proprijs sunt descriptæ. Translatiua item, siue (ut alij malunt) translaticia dicuntur, teste Alconio, quæ noua non sunt, nec nuper inuenta, sed aliunde translata. Cicer. 3. Verr. Hoc uetus edictum, translaticiumque est. Aliquando tamen Translatiuium ueteres, teste Budæo usurpant, pro uulgari, quotidiano, & minime exquisito. Plin. in epist. Nec tuæ naturæ est translaticia hæc, & quasi publica officia a familiaribus amicis contra ipsorum commodum exigere. Plin. libro 7. c. 5. Translatiuium in Aegypto, octauo mense parere. Hoc est usitatum.
- TRANSLEGO**, gis, p. c. [Trascorrere leggendo. Gal. Lire tout lire iusques à la fin. Hisp. transcorrer leyendo.] διααναγνώσκω, perlego, siue legendo transcurro. Plau. in Afin.
- TRANSLUCEO**, ces, pe. cor. [Tralucere. Gal. Luire a trauers. Hisp. trasluzir.] διαρπαίνω, pelluceo. Ouid. lib. 5. Metam. In liquidis translucet aquis. Plin. lib. 37. cap. 12. Smaragdi, aliæque translucens. Translucidus, pellucidus, uisui per medium sui transitum præbens. Plin. lib. 36. cap. 8. In uertice maculosi, atque non translucidi.
- TRANSMARINVS**, [Oltra mare.] ὑπερθαλάσσιος, trans mare. Cic. 7. Ver. Accrescere res transmarinas ex ijs locis.
- TRANSMEO**, as, [Passare.] μεταβαίω, transeo. Plin. lib. 30. cap. 11.
- TRANSMIGRO**, transmigras, pen. cor. [Andare ad habitare.] μετακίω, domicilium, habitacionemque commuto. Liu. lib. 5. Ut Veios transmigrauerim. Suet. in Tib. e Carinis Esquilias in hortos Mecænatianos transmigravit.
- TRANSMITTO**, tis, [Trasporre. por per mezzo. Gal. transmettre, transporter. Hisp. Embiar o meter allende.] διμι, transitum præbeo. Plin. lib. 18. Item cribraria, quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo, & tantum arenas transmittente. Plin. lib. 9. cap. 22. Læcus est Italiæ Benacus in Veronensi agro Mincium amnem transmittens. Hoc est, per medium sui emittens. Aliquando trajicere, Plin. Epist. 173. Ad quæ noscenda iter ingressi, transmittere mare solemus. Cicer. lib. 2. de Natur. Deo. Grues maria transmittunt. Suet. in Iulio: A Brundisio Dyrrhachium hyeme transmissit. Transmittere campos, est celeriter percurrere. Virgil. libro quarto Aene. Alia de parte parentes transmittunt campos. Transmittere aliquem, est cum festinatione mittere. Pla. in Epid. Continuo te orabit ultro, ut illam transmittas sibi. Transmittere rectum lapide, est lapidem ultra rectum conicere. Transmittere bellum, est dare prouinciam belli administrandi. Transmittere in formas coactam materiam, dixit Col. lib. 7. cap. 8. pro formare, & in formas redigere. Transmittere menses, transigere. Transmittere tempus, ducere. Transmittere discrimen, euadere. Transmittere hereditatem fratri, id est, transferre. Transmissio, onis, traieccio, διαπόρρωσις, Cicer. ad Attic. lib. 4. O navigationem amandam, quam ualde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis.
- TRANSMONTANVS**, [Oltra montano. Gal. De la les montes. Hisp. Cosa de allende los montes.] ὑπερόρειος, ultra mōtes habitans. Liu. lib. 39. Trāsmontanos adortus.
- TRANSMOVEO**, es, penul. corr. μετακινέω, de loco ad locum moueo. Terent. Eunū. Magnam partam gloriam uerbis in se transmouet. Transmotus, a, um. partic. Tacit. libro 13. Syria transmotæ legiones.
- TRANSMVTO**, as, [Trasmutare. Gal. Transmuerschanger. Hisp. Mudar allende.] pe. p. μεταλλάσσω, mutuo. Lucr. lib. 2. Transmutans dextra læuis. Hor. 3. Carm. Ode. 29. Fortuna transmutat incertos honores Nunc mihi, nunc alij benigna.
- TRANSNATO**, tas, [Notare oltra. Gal. Nager oultre. Hisp. Posser nadando a otro cabo.] διανεχομαι, ultra nato, natando transeo. Liu. lib. 21. Flumen transnatauere. Plin. libro 6. capitu. 27. Pisces in lacum transnātant.
- TRANSNO**, as, [Notare oltra.] idem Cicero in Som. Vel illum Gangem transnare. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. Transnato Tiberim.
- TRANSNOMINO**, as, [Mutar nome. Gal. Changer le nom. Hisp.
- Mudar nombre.*] μετανοάζω, nomen commuto. Suet. de Cla. Græ. Crassius Pafides, mox Panfam se transnominauit.
- TRANSNUMERO**, as, ultra numero. Ad Herem. lib. 4. Tu illo plures mitas oportet, inquit, si hodie uis transnumerari.
- TRANSPADANVS**, [Di la dal Po.] ἐπαρὰ ἠριδανῶν, trans Padum, habitans. Cicer. ad Cass. libro duodecimo. Tuos clientes Transpadanos.
- TRANSPICIO**, cis, [Guardar oltre. Gal. Garder oultre. Hisp. Mirar allende.] διακίω, per corpus pellucidum aspicio. La. S. de Opifi. Per eas membranas mens ea, quæ sunt foris transpiciunt. Luc. lib. 4. Quæ uero transpiciuntur. Transpectus, us. Luc. lib. 4. Ianua cum per se transpectum præbet apertum.
- TRANSPONO**, is, [Transportare. Gal. transporter, mettre d'un lien en autre. Hisp. transponer.] μετατίθημι, Gel. lib. 2. cap. 1. Arborem in locum alium transpositam.
- TRANSPORTO**, [Transportar.] διακομίζω, de loco in locū porto. Cice. ad Att. li. 24. Quas Annius transportauit. Liu. li. 26. Eum exercitū Nero in Hispaniam transportauit. Pro transnittere. Virg. 6. Aen. Nec rauca fluenta Transportare prius.
- TRANSRHENANVS**, [Di la dal Reno.] qui trans Rhenum incolit. Cæf. 5. Bel. Gal. Germanos transrhenanos sollicitare.
- TRANSTIBERINVS**, a, um, [Oltre il tuere.] ὑπερτύμβριος, trans Tiberim incolens. Mar. lib. 1. Transstiberinus ambulator.
- TRANSTRA**, orum, gene. neut. num. plu. ζυγά, remigum fedilia in nauibus. Virg. 5. Aeneid. Transtra per, & remos. Ouid. 14. Me. Incuruæ fumabunt transtra carinæ. Hæc & Iuga dici solent. Virg. 6. Aeneid. Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant, Deturbat. Transtra item tigna dicuntur, quæ transuersa a pariete in pariete porrunguntur. Vitru. lib. 4. c. 2. Trabes etiam supra columnas & parastatas & antes ponuntur in contignationib. tigna, & axes sub testis: si maiora spatia sunt, & transtra, & capreoli, si commoda, columnen, & canterij.
- TRANSTIBERINVS**, is, [Menar oltre. Gal. Transporter oultre. Hisp. Lleuar allende.] διακομίζω, ex uno loco in alium ueho, siue id nauis fiat, siue plastro, aut etiam iumentis. Sal. in Iug. Armenij cum nauibus in Africam transuecti. Tempus tranuectum. Tacit. libro 18. Abijt iam & tranuectū est tempus. Hinc Tranuectio, onis, transportatio. Cicero primo Tusculan. Tranuectio Acherontis? Tranuectio item equitum recensio, qua ante conspectum Censorum, uel Principis equites præteruehebantur. Liu. lib. 9. Fabius intulit ut equites Idibus quintilibus transueherentur: Tranquil. in August. Equitum turmas frequenter recognouit, reducto more tranuectionis!
- TRANSPERBERO**, as, [Trapassare. Gal. Tresperer de coups. Hisp. Traspassar.] διαρπαίνω, transigo, trajicio. Cicer. Mario. Bestias uenabulo transuerberat. Virgil. undecimo Aen. Aduersi longa transuerberat abierte pectus.
- TRANSPERSVS**, a, um, [In trauerso. Gal. Qui est à trauers, brauer sain. Hisp. Atravesado.] πλάγως, obliquus, lateralis: ut Linea transuersa, quæ rectam lineam decussat: ut si linea recta, uerbi gratia, ab ortu ducatur in occasum; transuersa dicetur, quæ a Septentrione ducta eandem mediam difsecat. Colum. lib. 2. Transuersus mons sulcetur. lib. 4. ad Heren. Ecce ibi iste de transuerso. Transuersum digitum, uel unguem discedere pro uerbialis hyperbole est, pro minimo spatio. Cic. 3. Tuscul. ab hac regula mihi non licet transuersum, quod aiunt, unguem discedere. Transuersus agi dicitur, qui ui & impetu quodam ab insituito depellitur. Metaphora ducta a nauigantibus, qui uento aduerso transuersi aguntur. Transuersarius, quod in transuersum ponitur. Cæf. 2. Bel. Gal. Transuersaria tigna iniiciuntur. Transuersa accusatiuum plu. neu. gene. aliquando pro transuerse & oblique. Vir. 3. Eclo. Transuersa tuētibus hircis.
- TRANSVLTO**, as, μεταπηδάω, transilio. Liu. 23. In recentem equum ex fesso armatis transfultare mos erat.
- TRANSUMO**, is, [Pigliar, togliere altronde. Gal. Prendre d'un autre. Hisp. tomar de otro.] μεταλάβω, ex alio sumo. Stat. 3. Theb. Hastam læua transumit, & alto (Haud mora) diffiluit curru. Vnde quæ ex primis tabulis transcripta sunt, solennitate iuris adhibita, dicuntur Transumpta. Transumptio figura est: quam Græci μεταλήψιν, uocant, cum ab eo, quod præcedit, id quod sequitur, paulatim insinuat. Virgil. 1. Aeneid. speluncis abdidit atris. Nam ex atris intelligimus teuebrofas, ac per hoc in præceptis profundas.
- TRANSUO**, is, [Trapassare. Gal. En coustant percer tout oultre. Hisp. Passar co siendo.] διαρπαίνω, ex trans & uo. Colum. lib. 6. c. 5. Media pars de scripti obriculi eadem subula transuuitur. Celsus. lib. 7. c. 24. Cuius acu filum ducente transuuitur.
- TRANSUOLO**, las, p. c. διαπέτομαι, molando prætereo. Plin. li. 10. c. 29. Perdecis non transuolant Bœotia fines in Attica. Per translatiōnem pro celeriter eo. Liu. 3. Transuolat inde in alteram partem, suæ uictoriae nunciū. Plau. in Epid. pro transfugio posuit, Transuola-

uolauerunt ad hostes.

TRAPES, eris, maligen. & pen. genit. pro. mola olearia: a τρέπω, uoluo. Varro a terendo dedit. Cato ca. 18.

TRAPETVM, ti, p. idem cum superiore, hoc est ipsa mola olearia. Vir. 2. Ge. Teritur siconia bacca trapetis. Trapetus, ti, malige. idem: sed antiquae. Cato. c. 22.

TRAPEZITAE, [Banchieri. Gal. B in quiers. Hisp. Cambiadores.] τραπεζίται, numularij, mensarij, τραπεζαί enim uocant Graeci, quam nos mensam. Pla. in Capt. Quantillum argenti mihi apud trapetzitem fiet.

TRAPEZOPHOROS, phori, τραπεζοφόρος, mensam ferens. Ci. ad Gal. lib. 7. Quod tibi delinatas trapezophoron, si te delectat, habebis. Vbi interpres, Trapezophoros signum erat sacerdotis cuiusdam huius nominis, qui sacra Mineruae administrabat. Haec ille ex Suida: Iulius Pollux Onomastici libi. 10. Trapezophoron mensam interpretatur pocula sustententem. Vnde Coelus lib. 7. cap. 12. coniecturam capit apud Cic. hoc nomine statuam significari, in eum usum factam, ut abacum sustineret, in quo pocula reponerantur.

TRAPEZVS, untis, τραπεζίς, ciuitas libera ad Pontum Euxinum, in Cappadocia in insulis. Pli. lib. 6. ca. 4.

TRASIMENVS, p. p. siue Thralymenus θρασυμηνός, lacus in agro Perusino, nobilis clade Flaminiij consulis, ab Annibale cum xxij. Romanorum millibus interfecti. Dicitur a Trasimeno puero, quem Agylla nymphea rapuisse dicitur.

TRAVIOS, as, [Trap. s. bare. Gal. Trauerfer, passer à trauers. Hisp. allende.] an tiquum uerbum, quo usus est Lucr. lib. 4. pro transeo, διαβαίνω Vitri species quae trauit omnes.

TRAVLI, [Balbi. Gal. Begues. Hisp. Tartamudos.] τραυλοί, a Graecis dicitur, quos nos balbos & balbos dicitur, unde τραυλιζέω, balbutire, & τραυλισμός, balbuties. Lucil. lib. 4. Balba loqui non quit. τραυλιζέω.

TREBIA, τρεβιάς, fluius prope Placentiam in Gallia Cisalpina, ex Apennino monte in padum fluens iuxta huc Annibal Romanos maxima clade affecit. Luc. lib. 2. Trebia iuuentus.

TREBIATES, Vmbriae, populi in quarta Italia regione: quorum meminit Pli. lib. 3. ca. 14. Suet. in Tib.

TREBELLYCVM, iuium, a Pli. lib. 14. c. 6. inter generosa Italiae uina commemoratur. Nascebat in autem in Campania.

TREBULA, oppidum in Sabinis, incolae Trebulani: quos Plinius collocat in quarta Italiae regione. Apud hos praestantissimi fiebant caesi, Mart. Trebula nos genuit.

TRECENTI, ta, τριακῆσιο, ter centum. Virg. 7. Aen. Ast Ilua trecentos. Lin. lib. 3. 1.

TRECHEDIPNI, a Graecis dicebantur, qui tardius ad cenam, conueniebant, ut ex Apollodoro annotauit Coelus lib. 27. capit. 24. *Quae uox, κατ' ἀπίφορατιν*, uidetur imposita; cum ad cenam currentes uideatur significare. hinc uestes quaedam cenatorias non nulli trachedipna a Iuuenale putant appellari. Sat. 3.

TREDECIES, aduerb. τρισηκονταδελια, pro ter decies. Cicer. 6. Verr. H. S. tredecies scribam tuum abstulisse.

TREMEBUNDVS, a, um,] [Tremante, pauroso. Gal. Tremblant. Hisp. Cosa que mucho teme.] τρέμω, paulum tremens. ad Heren. li. 3. Leuiter, & tremebunda uoce. Oui. 3. Meta. Dum dubitat, tremebunda uidet pulsare conuentum Membra solum. Hinc Tremebundior, cōparatium. Col. lib. 10.

TREMEFACIO, is, ἐλάσω, tremorem incutio. Vir. 2. Ae. Tum uero tremefacta nouus per pectora cūctis Insinuat pauor. Tremefacta libertas, id est, concussa, dixit Ci. 2. Offi. Idem 1. de Diui. ex poeta uetusto: Aut cum se grauido tremefecit corpore tellus. Vir. 6. Aen. Lernam tremefecerit arcu.

TREMISCO, is, [Hauer pauva. Gal. Trembler, craindre, auoir peur. Hisp. Tremor à tremblar.] τρέμω, tremore concutior. Virgil. lib. 3. Aene. Sonitumque pedum uocemque tremisco. Ouid. 14. Metamor. Omnemque tremiscens Ad strepitum. Contremisco & Pertremisco, suis locis.

TREMO, is, [Tremare. Gal. Trembler, craindre. Hisp. Temer à tremblar.] τρέμω, tremore concutior. Plaut. in Afin. Qui sudat, tremuit. Teren. Eunu. Totus Parmeno Tremo, horreoque. Virgil. 1. Geo. Terra tremat, fugere ferax. Ci. 5. Acade. Si qui tremere, & exalbescerent. Interdum pro timere, Virgil. libro. 2. Aeneid. Hic aliud maius, miseris, multoque tremendum, Obijcitur magis. Tremens tis. particip. Ci. 4. Tusc. Hectorem toto pectore trementem. Tremendus, a, um, terribilis, timendus. Vir. 4. Aen. Manesque adiit, regemque tremendum. Contremo, Intremo, & Pertremo, suis locis.

TREMOR, oris. [Tremare. Gal. Tremblement. Hisp. miedo à temblor.] τρόμος, concussio corporis. qualis in febrilibus, frigentibus, aut timoribus cernitur. Quia & terra tremere dicitur, cum terrae motu concutitur. Vir. lib. 2. Geor. Vnde tremor tertis. Cice. 4. Tusc. Terrorem pallor, & tremor consequitur. Ouidius tertio Me-

tamor. subitus tremor occupat artus.

TREMVLVS, a, um, [Tremante. Gal. Tremblant. Hisp. Cosa que trembla.] τρέμω, qui ualde tremunt. Ter. Eun. Incuruus, tremulus. Mar. lib. 9. Tremulo uix accipienda tribuli. Ci. 1. de Diui. Tremulo fundens è gutture cantus. Hora. 4. Carm. Et cantu tremulo pota cupidinem Lentum sollicitas dextera. Vir. 8. Ecl. Corripuit tremulis altaria flamis.

TREPIDVS, das. [Temere. Gal. Trembler de peur. Hisp. Temer.] τρέμω, praeter timore loco sustinere non possum. Terent. Haec. Trepidari sentio. Terent. in Eunu. Quid est quod trepidas? Cicero tertio de Orator. ex poeta antiquo. Virgil. 6. Aeneid. Ingenti trepidare metu. Et quoniam a timentibus omnia praeterpropere aguntur, factum est, ut trepidare accipiatur pro festinare. Vir. libro quarto. Dum trepidant alae. Trepidatio, onis, Cicero pro Deiot. Num quae trepidatio? Liu. secundo. Pilis inter primam trepidationem abiectis.

TREPIDVS, a, um, [Pauroso, timido. Gal. Qui tremble de peur, esbahi. Hisp. Temeroso, apressurado.] τρέμω, idem quod pauidus, timens. Liu. 1. Curia trepida ancipiti metu. Trepida res, dubia, & ob hoc timorem iuducens. Liu. 1. Tullus in re trepida duodecim uouit Salios. Vir. 12. Aene. Illa intus trepidae rerum. Vbi Seruius, Trepidae rerum nescientes quid agant, incertae, dubiae. Trepidus, Festinus, quod qui timent, festinant gressus. Virgil. libro 3. Dum trepidi crudelia limina linquunt. Seruius, Trepidi, festini, ut per timore, non per contemptum relicti fuisse uideatur: qui enim timent, festinant gressus. Luc. lib. 8. Trepida fugiente carina. Ob timorem illorum qui in ea uehebantur, aut trepidam, id est, celerem. Trepidulus. Gel. libro 2. capit. 39. Trepide, celeriter, & quasi per timorem. Liu. 10. Statua trepide deserta. Trepidanter, timide.

TREPONDO, τριλιτρον, trium librarum pondus. Quintil. libro primo. cap. 9.

TRES, & haec tria, pl. nu. tantum, [Tre. Gal. Trois. Hisp. Tres en numero.] τρεῖς καὶ τρία, nomen numerale est notae significationis. Vir. 7. Aene. Tres equitum numero turmae. Idem 8. Aeneid. Treis imbris fori radios, treis, nobis aquosae Ad diderant. Trium litterarum homo: id est, Fur, quod tres in ea dictione tantum sint litterae. Plaut. Aul. Tu trium litterarum homo, uituperas me? Tribus uerbis, id est, breuiter. Plaut. Trin. Pax, te tribus uerbis uolo. Idem in Milite.

TRESSIS, & hoc Tresse, [Vite.] τρεβλοῖος, uilis, minimi pretij, quasi trium assium, Persi. Sat. 5. Non tressis agalo.

TREVIRI, τριήβηροι, Ptolomeo populi Gallicae, inter Belgas, apud quos insignis olim cognoscendarum causarum populi Romani curia, treuironum cognominata. Vopiscus in Florian. Luc. li. 1. Lactatus conuerti praelia Treuir.

TRESVIRI, orum, τρεῖς πρὸς τοῖς, idem. Plaut. In Amph.

TRIAMBVI, qui terni ex profcenio loquebantur. Festus.

TRIANGVLVS, li, pen. co. [Triangolo, cosa da tre cantoni. Gal. Qui a trois angles. Hisp. Cosa de tres angulos.] figura tres angulos habens, τριγωνον. Cicer. 2. de Natu. Deo. Grues trianguli efficere formam. Hinc triangulus, a, um, quod triangularem figuram habet. Col. lib. 5. cap. 2.

TRIARIORVM, τριήριοι, Polyb. dicebantur milites ueterani, spectatae uirtutis, qui tertio loco praelium inibant, post profugatos hostatos, qui primo loco, & principes, qui secundo loco pugnam capebant. Liuius lib. 1. Hinc factus est locus prouerbio, ut cum in re aliqua laboratur, eo que res adducta est, ut extremo conatu sit emittendum, rem ad triarios redisse dicamus. Triarij (inquit Var.) dicti sunt, quod in acie tertio ordine extremis subsidio ponerentur. Plaut. Subsidere omnes, quasi solent triarij. Vide plura apud Li. lib. 8. & in Adagijs.

TRABES, mulieres fricatrices, quae in sexum suum libidine exercit, ἀπὸ τῆς τριβέν, fricare. Hoc nomine male audiuit Sapho: quod innuit Ouid. in Epist. ipsius apud Phaonem.

TRIBALLI, τριβάλλη, populi sunt inferioris Mesiae, inter Hemum montem, & Danubium fluium siti: ut est auctor Ptolom. lib. tertio cap. 5.

TRIBRACHVS, pe. co. siue Thribrachys, τριβραχυς, pes metricus ex tribus syllabis breuibus constans: quasi τρεῖς βραχέες ἔχων συλλαβῆς, ut Dominus, Loqueris, Agimus.

TRIBVLA, & Tribulum, li, [Triuolo. Gal. Vn traîne pour tirer le blé d'avec le paille. Hisp. El trillo para trillar mieses.] τριβόλον, genus uehiculij, quo frumenta in area teruntur, a tribus lateribus sic appellatum. Virg. lib. 1. Georg. Tribulaque, trabaque. Varro lib. 1. ca. 52. E spicis in area executi grana, iuuenis iunctis & tribula. Colum. lib. 2. cap. 21. si pauca iuga sunt, adijcere tribulam & traham possis.

TRIBVLVS, gene. mascul. penul. produ. τριβύλιος, qui ex eadem est tribu. Horat. 1. Epist. 13. Conuiuia tribulis. Cicer. Seruio libro 13. Cosino, amico, & tribuli tuos. Liu. 2. Vetus Claudia tribus, additus

ditis postea nouis tribulibus. Mart. libro 9. Tremulo uix accipienda tribuli.

TRIBVLVS, li, pe. c. [Tribulo. Gal. Vne charbon appellé chasserrape. Hisp. El abrojo jernz espinoza.] τριβλος, herba folijs ad portulacæ effigiem accedentibus, tenuioribus uiticulis in terra stratis: spmis secundâ folia rigidis & præduris. Nascitur secundum flumina, & in locis rudetosis. Vir. Georg. Lappæque tribulique. Est & alterum tribuli genus aquaticum, non nisi in amnibus nascens, comâ duntaxat aquis extante, folio ulmi effigie. Tribulos item uocat Vegetius. li. 3. stimulos illos ferreos, formæ quadrangulæ, qui in bello aduersus equitatum spargi solent in quodcunque latus incubuerint, infestum semper aculeum protendentem. Latini Mures appellant. Vnde Murex.

TRIBUNAL, alis. [Tribunale. Gal. Le parquet des juges superieurs. Hisp. El tribunal asiento de juz.] δῆμοκράτης βήμα, locus excelsus arcuata figura, in quo scidebat, qui us tribubus redderet. Cicero ad Q. Fra. libro 1. Nullius inopiam, ac solitudinem non modo illo populari accessu, ac tribunali, sed ne domo quidem tua, & cubiculo esse exclusam. Formam tribunalis uide apud Vitruuium. lib. 5. cap. 1.

TRIBUNATVS, us, [Tribunato,] δῆμοκράτης, tribunorum dignitas. Cicer. in Læl. De Gracchi tribunatu quid expectem, non libet augurari.

TRIBUNI, [Tribuni. Gal. Tribuns, magistrats Romains defenseurs du meum peuple, Hisp. jurados señeros del pueblo.] δῆμοκράτοι, magistratus Romæ, non dissimiles ijs, qui apud Lacedæmonios Ephori dicebantur, quorum officium erat iniuriam omnem intercessione sua prohibere, & comoda plebis aduersus patricos, tueri: unde & trib. plebis dicti sunt anno xvii. post exactos reges primum creati, cum plebs successione facta a patribus, in sacrum montem sese contulisset. Fuerunt & alij tribuni, hisce multo uelutiores, atque adeo urbis origini æquales, qui quod equitibus præerant, Tribuni celerum sunt appellati. Tribunorum autem nomen accepisse existimantur ab eo, quod id temporis populi tres tantum erant partes, & ex singulis singuli creabantur Tribuni. Alij a centuriarû equestrîu numero dictos malunt, quas ab initio tres tantum fuisse constat, Ramnesium, Tatiensium, & Lucerum. Nec desunt qui a tribuum suffragijs, quibus creabantur, dictos existimant. Tribuni celerum, inquit Pomp. de Orig. iur. l. necessarium, equitibus præerant, & ueluti secundum locum a regibus obtinebant: quemadmodum Magistrî equitum apud Dictatores, quo in numero fuit Iunius Brutus. Postea facti sunt Trib. Militares, siue Tribuni militum in castris: qui parem cum consulibus haberent potestatem. πάλμαρχοι, Tribunorû militarium (ut docet Ascon.) duo fuerunt genera: Alij Rufili dicebantur, qui in exercitu creati solebant: Alij Comitici, qui Romæ Comitij designabantur. Tribuni militaris officium erat, ut miles uelut indutus, armis bene munitus exercitationis usu, & disciplina eruditus incederet. Olim Tribuni militum Consulari potestate promiscue ex patribus, ac plebe creati sunt, uario quidem numero: interdum enim uiginti, interdum plures, nonnunquam pauciores fuerunt. ut inquit Pomponius loco iam citato. Alij Tribuni ærarij, dicti ab eo quod his attributa erat pecunia, quam militi reddebant.

TRIBUNICIVS, substantiuum δῆμοκράτης, qui tribunatum gessit, quemadmodum ædilitium adilitate perfunctus.

TRIBUNICIUS, a, um, δῆμοκράτης, quod ad tribunos pertinet. Lucre. li. 2. Sæua tribunicio maderunt robora tabo. Ci. 2. de Orat. Cum tribunicia potestas esset constituta.

TRIBUO, buis, bui, butum, [Dare. Gal. donner, bailer. Hisp. dar.] δίδωμι, do, largior, impertio. Plin. in Paneg. Tribuas ei successorem. Qu. 2. de Arte: Hæc bona non primæ tribuic natura uiuentæ. Pro attribuo, imputo. Cicero. Hoc beniuolentiæ eius tribuendum est. Pro æstimo, ut, Tu tibi multum tribuis. Cicero quarto Academic. Quibus ille plurimum tribuebat. Aliquando pro faueo, Cicero Crassipedi. Cum uniuerso ordini publicanorum semper libentissime tribuerim. Pro distribuere, Cicero secundo de Finibus. Omnem uim loquendi in duas tributam esse partes. Tribuere misericordiam, est misereri. Cicero pro Milo. Quid restat, nisi ut orem uos Iudices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo uiro, quam ipse non implorat? Sic etiam dicimus, Tribuere alicui honorem, gratiam, operam, palmam, præmia, primas, priores partes, tempus alicui rei, ueniam. Tribuere aliquid ualitudini est ualitudinis causa aliquid facere. Tributum est, impersonaliter. Cicero primo Officio. Generi animantium omnium a natura tributum est, ut se uitam, corpus que teneat. Tributio, onis, Cicero primo de Natu. Deo. Hanc ἰσονομίαν, appellat. Epicurus, id est, æquabilem tributionem. Attribuo, Contribuo, Distribuo, & Retribuo, suis locis.

TRIBVS, bus, [Tribu. Gal. Tribu. Hisp. Vando à collacion.] [βουλῆ, a tributo dando, uel quod ager Romanus primo diuisus in tres partes populi factæ: una Tatiensium, a Tatio Sabinorum duce iam ami-

co post fœdera, & in partem regni a Romulo suscepto: alia Ramnium, siue Ramnesium, a Romulo: tertia Lucerum a Lucumone, Varro enim scribit Romulum dimicantem contra Tatum a Lucumonibus: hoc est, Tuscis auxilia postulasset: unque ex ijs, qui sibi cum exercitu suppetias tulisset, recepto iam in regni portionem Tatio, partem urbis assignasse, indeque regioni, in qua ille cum Tuscis confidisset, Tulco uico nomen esse factum. Et quia in tres partes populus diuisus erat, factum est, ut hæc populi partes Tribus dicerentur: & qui singulis tribubus præerant, Tribuni, & pecuniæ quæ tributum hoc est, per tribus imperabantur, uocarentur Tributa. Sed postea aliæ quoque partes urbis factæ, quæ similiter Tribus appellatæ sunt. Nam in sex partes fuit distributa ciuitas, in primos, secundosque Tatienses, Ramnes, Luceres. Quelibet ex tribubus decurias cõtinebat, quæ de nominibus Sabinorum appellatæ sunt. Hæc Varro, Festus, Plutarchus, & Asconius. Dissente paulum ab his lib. 1. Lilius, scribens a Romulo centurias equitum tres fuisse conscriptas, Ramneses, & Tatienses, & Luceres: nec uidetur existimare totum populum in hos fuisse distributum, sed solos equites. Tribus statim ab initio quatuor esse factas asserit, urbe quadrifariam secundum colles & regiones diuisa: Tribusque non a numero ternario, sed a conferendo tributo appellatas existimat. Quia in re optime cum Lilio, cõuenit Plinio, qui quatuor ab initio urbanas fuisse tribus affirmat, Suburranam, Palatinam, Collinam, & Exquilinam, ita appellatas a partibus urbis, in quibus habitabant. Cicer. uero ætate urbs in xxxv. tribus erat diuisa: quod ipse cum plerisque alijs in locis, tum apertissime ostendit in orationibus contra Rullum de lege agræ. Harum nomina erant, Aemilia, Aniensis, Cornelia, Claudia, Collina, Crustumina, Exquilina, Falerina, Fabia, Galeria, Lemonia, Metia, Narniensis, Orticulana, Uentina, Palatina, Papyria, Pollia, Popilia, Põstina, Publica, Pupinia, Quirina, Romulia, Sergia, Suburrana, Scaptia, Stellatina, Sabatina, Terentina, Fromentina, Velina, Veientina, Veturia, & Volitina. Hinc Tribuaris adiectiuum, quod ad tribus pertinet: ut Tribuarium crimen, tribuaris res. Cic. pro Plancio: hæsitantem te in hoc sodalitorû crimine tribuario.

TRIBUTARIVS, ὑπὸ φόρος, ὑπετελής, soluendo tributo obnoxius. Iustinus libro 1. ciuitates Medorum tributariæ. Plin. libro 12. capit. 1.

TRIBUTIM, κατά φύλεις, per singulas tribus. Ci. Att. li. 4.

TRIBUTUM, ti, [Tributo. Gal. tribut, taille. Hisp. El tributo à pecho.] εἰσφορά, τέλος, φόρος, a tribubus Varro dictum offendit, quod ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributum a singulis pro portione census solvebatur. Festus a tribuendo deriuare uidetur: quia ex primario in publicum tributur. Cic. 1. de Offi. Danda opera, ne tributum sit conferendum. Ouid. de Nuce. Et soli domino ferre tributa potest. Dicitur & Tributus. Plautus in Epid. Tributus maior penditur.

TRICCA, τρικκός, Stephano urbs Thessaliæ, non procul a sinu Pagasico, id nominis sortita a Tricca Penei filia: fuit & Tricca alia in Apulia Daunorum, quam cum Apina uicino oppido tanta Diomedes ignominia euerit, ut in prouerbij ludibrium transierint. Vide Apina.

TRICAE, [Intricamenti. Gal. Empêchement. Hisp. Empacos.] τριχύματα, capilli pedibus pollorum gallinaceorum inuoluiti, ita dicti, quasi τριχες, teste Nonio: qui quoniam gressum illorum offendit, factum est, ut omnia impedimenta, Tricæ uocentur. Turpilus Demiarugo, ut citatur a Nonio: Iudicia, lites, turbas, tricæ, contentiones maximas. Varro, γέροντι δῆσκαλω, apud eundem Nonium: Putas eos non citius tricæ Attellanas, quam id extricatos. Hinc Intricare dictum est pro eo quod est inuoluere & implicare, ut annotauit idem Nonius, citans Afranium in Episto. Ita intricauit huius hanc rem temeritas. Item extricare pro explicare. Plautus Epid. Aliqua ope exoluam, extricabor, aliqua inde ex impedimenti liberabor. Tricæ item accipimus pro nugis & rebus nihili, Pla. Rud. Nummos trecetos. G. Tricæ in qua significatione etiam Tricæ & Apinas dicimus, prouerbiali nimirum metaphora, res uilissimas significantes. Mar. li. 14. Sunt Apinæ, Tricæq. & si quid uilius istis. Oritum creditur prouerbium a duobus Apulicis oppidis hisce nominibus dictis, quæ Diomedes nullo negotio euerit. Pli. li. 3. ca. 1. uide Adagia.

TRICENTI, æ, a, [Trenta. Gal. Trente. Hisp. Treinta.] plu. num. τριάκοντα, id est quod triginta, quasi Tripeni, g, in c, mutata, ea forma, qua Vicanos dicimus pro uigenis. Pli. li. 9. c. 36. Latent tricenis dieb. Tricenæ amphoræ. Col. lib. 3. cap. 3. Tricenarius, a, um: ut Vites Tricenariæ. Varr. l. 2. c. 2. Tricenteni, Treceni. Col. li. 5. ca. 2. duo millia tricenteni.

TRICEPS, τρικέφαλος, trium capitum. Seneca in Hercule furente. Tricipitem secum bellam manibus trahens, Cicero in Orat. Inspicientem, non insipientem: tricipitem, non tricapitem. Idem primo Tuscul. Triceps Cerberus. Ouidius in Metam.

Metamor. Tuque triceps Hecate.

TRICESIMVS, a, um, *τριακοσός*, ultimus ex triginta. Cic. ad Att. li. 6. tricesimo quoque die. Hora. 1. Serm. Saty. 9. Hodie tricesima sab-
bata Plin. lib. 17. cap. 23.

TRICHILA, orum, *τριχέλας*, nonnulli interpretantur uasa, tria ha-
bentia labra, e quibus liquor effluere possit. Quod si uerum est
penultima debet produci, utpote quæ *ει*, diphthongo scriba-
tur. Columella tamen corrumpit, libro 10. sic scribens: Tum mo-
do dependet trichili modo more chelydri. Apud Cæsarem de
Bel. Pompeiano, Trichilon accipi uidetur pro uestis stragule ge-
nere tenuissimo: quod & annotauit Cœl. Rhodiginus libro 18.
ca. 11. *σπ. τριχών.*

TRICHTIS, tis, *τροχίτης*, aluminis genus, Plin. li. 35. c. 15.

TRICLES, subauditur, centena millia. Liu. lib. 28. In ærarium tulerunt
sestertium tricis octoginta millia. Cice. 3. Ver. Dolabellæ.
H. S. Ad triches licem æstimatam.

TRICLINARIA, orum, *τὰ τρίακλίνας, περιέκτα*, *αὐλα*, siue ues-
tes stragule quibus triclinia ornantur. Plin. lib. 9. ca. 29. Varr. 1. de
Re rust. cap. 13. ætina triclinaria.

TRICLINARIUS, a, um, & Tricliniaris, & hoc re, quod ad triclinium
pertinet. ut lecti tricliniariæ. Plin. li. 37. c. 2.

TRICLINIVM; *νῆν*, *τρικλίσιον*, Latine discubitorium conclauæ dici
potest. erat enim locus, in quo discumbebant, & cenabant, a tribus
læis, quos in eo sternerant, nomen habens. nam tres men-
ses in conuiuio opponere ueteres solebant, & cubantes cenare.
Hinc Hora. 1. Serm. Saty. 4. Sæpe tribus lectis uideas cenare qua-
ternos. Iuuen. Saty. 7. Tertia ne uacuo cessaret culeitra lecto. Ex
quibus Iuuen. uerbis aptissimum est, Triclinium discubitorium
tribus finis instructi lectis, atque idem nomen accepisse. Et quæ-
uis *τρεκλίσιον*, sit dictio Græca, ita tamen recepta est in Latinam
coloniam, ut ea utamur, tanquam Latina. Quint. Triclinium su-
pra conuuius corrumpit, in eadem significatione Cicero Concluius
uocabulo usus est, eandem cum Fabio referens hiitoriam lib. 3.
de Orat. Conclauæ illud, ubi epulabatur Scopas, concidit. Et Vi-
truu lib. 4. mansete triclinia inter conclauium genera annume-
rat in triclinijs, inquiens, cæterisque conclauibus maximus est us-
us luminum. Aliquando pro ipsis lectis, & reliquo discubitus ap-
paratu. Cic. 4. Verr. In foro sibi triclinium strauerat. Quod expli-
cans paulo post subdit: Imperauit, ut in foro sibi medio lecti ster-
neretur. At triclinio dictus est Architriclinius, triclinij, præfectus,
cui instruendi ornandiq. triclinij cura incumbit. Legitur & Bi-
cliniatum apud Plau. in Bacch. pro cœnaculo duobus tantum lectis
instrato, Græci, *δωκλίσιον*, appellant.

TRICOLON, penul. prod. *τρικλον*, trimembre. unde certa quadam
ødarum genera, quæ triplici carminis genere ueluti tribus con-
stant membris, tricala dicuntur, cuius generis non pauca sunt
apud Horatium.

TRICONES, [Contentiosi. Gal. *Τριγωνες, querelleux, noiffis*. Hisp. *Porrosos*
ò porfidios.] *δυσκόιδες* contentiosi, & rixarum peramantes. Vnde
Iul. Capit. in Aelio Vero: Ut commiseretur cum triconibus &
committeret rixas.

TRICOR, aris, [Cianciare. Gal. *Bauer, bourder*. Hisp. *Desuarier en uanas*
palabras] *ληρώ, γλυαρώ*, nugas ago. Ci. Att. Vectenum accusat, tri-
catur scilicet. Et pro rixari. Idem eidem: Publius tecum tri-
catus est.

TRICORPOR, oris, *τρισωμος*, habens tria corpora. Vir. 6. Aen. Et for-
ma tricorporis umbra. Silius li. 3.

TRICUSPIS, dis, p. c. adiec. *τρισωμος*, quod tres habet cuspides. Ouid.
1. Met. Positoq. tricuspide telo.

TRIDACNA, *τριδάκνα*, oit ea tantæ magnitudinis, ut ter mordenda
essent. Plin. li. 32. c. 6.

TRIDENS, [Tridente. Gal. *Instrument qui à trois dents*. Hisp. *Cofa que tie-
ne tres dientes*.] *τρίωντα*, ferramentum tres habens dentes, siue cuspi-
des, unde Neptuni sceptrum poetæ ab hac forma peculiariter tri-
dentem appellarunt. Virg. 1. Geor. Tellus percussa tridenti. Plin. li.
9. c. 15. Tridente in eos iacto, unde Tridentifer Neptunus. Ouid.
8. Me. Regna uagæ, dixi, fortire tridentifer undæ. Tridētiger, p. c.
ide Ouid. 1. Met. Cumq. tridentigero tumidi genitore protundi.

TRIDENTVM, ti, [Trento. Gal. *Trent*. Hisp. *Triento*.] Rhætiæ oppidum,
ad Athesim fluum: in Alpium angustijs situm: a quo Tridenti-
ni. Plin. lib. 3. c. 19.

TRIDVVM, diui, [In tre giorni]. *τρημερία*, spatium trium dierum. Cic.
2. de Leg. cenfer habendas triduum ferias. Idem pro Mil. Clodius
respondit, triduo illum periturum.

TRIENNIS, ne, [Tre anni. Gal. *De trois ans*. Hisp. *Cofa de tres años*.] *τρεῖς*
τῆς, trium annorum. Hinc triennium, *τρεῖς ἔτα*, spatium trium an-
norum. Cice. 4. Verr. Triennium prouinciam obtinuit. Idem ad
Q. Frat. lib. 1. fuisse in Asia triennium. Ouid. 9. Met. repetita trien-
nia Bacchæ.

TRIENS, tis, *τριτημόριον*, tertia pars assis, hoc est, uncie quatuor.
Cic. Attic. Dolabellam uideo esse triente, hoc est, in tertia parte

totius hæreditatis. Erat item Triens nummuli genus, ualens ter-
tiam assis part. m. Iuuen. Saty. 3. Nec habet infelix quem porri-
gat ore, trientem. Item pro calice quatuor continente cyathos.
Propert. libro 3. Multis exacta trientibus hora. Persi. Sat. 3. Ca-
lidamq. trientem Excudit è manibus. Triens apud Viciaui in ac-
cipitur pro tertia p. dis parte, unde trientalis materia dicitur, quæ
est crassitudine quatuor unciarum, siue quatuor pollicum. Nam
in mensuris, teste Budæo, uncie accipiuntur pro pollicibus. Duo
decim siquidem pollices continentur ped. m.

TRIENTALIS, herba, *τριτημόριον*, q. itæ altitudine æquat ter-
tiam pedis partem, hoc est, pollices quatuor.

TRIERARCHVS, chi, mal. gen. *τριηραρχος*, præfectus triremis Nam a
Græcis *τριηρης*, dicitur, quam nos triremem uocamus. Cic. 3. Ver.
Cum esset trierarchus.

TRIERETICVS, a, um, [Di tre anni.] *τριητηρικός*, triennialis, siue qd'
tertio quoque anno fit. hinc trieterica sacra Bacchi, quæ tertio
quoque anno agitabantur: instituta, cum ex India uictor redisset,
a triennio, quo peregrinatus est. Virgil. 6. Aeneid. Celebrant trie-
terica Baccho. Ouid. 6. Meta. Tempus erat, quo sacra soleat trie-
terica Bacchi. Nox trieterica. Saty. 2. Theb. Nox hæc triete-
rica uobis.

TRIERETIS, pen. pr. genitiuo Trieteridis, [Tre anni.] *τριητηρικῆς*, spa-
tium trium annorum. Sta. lib. 4. Theb. Recolet trieteris Opheltê.
Mar. li. 6. Nec adhuc trieteride plena. Cic. 3. de Natu Deo. A quo
Trieterides constitutæ.

TRIFARIAM, [In tre parti, e modi. Gal. *En trois sortes & manieres*. Hisp.
En tres maneras.] *τριχῶς*, tripertito, tribus modis. Liu. 3. Trifariam
Romam muniebat.

TRIFAVX, cis, omnis generis, *τρι γναθος*, tres fauces habens. Vir-
gil. libro 6. Aeneid. Cerberus hæc ingens latraui regna trifauci
Perfonat.

TRIFERVS, a, um, *τριφόρος*, ter quotannis fructus produgens. Colu-
lib. 5. c. 10. Plin. li. 16. ca. 17. Vites trifera.

TRIFIDVS, a, um, penultima producta, *τριψυχτος*, quod in tres par-
tes diuidi potest. Flamma trifida, id est, fulmen trifidum.
Ouid. 2. Metamorph. Trifida fumantia flamma. Halta trifida. Va-
le. Flacc. 1. Argon. Cuspis trifida Neptuni tridens. Claud. 2. de
Raptu. Proserp.

TRIFINIUM *τριopia*, trium agrorum terminus.

TRIFOLIUM, [Trifoglio. Gal. *Trefle*. Hisp. *Trebol*.] *τριφυλλον*, herba a
tribus folijs appellata. Eius tria sunt genera: ex quibus Menyan-
tes uocant Græci quod maiore est folio: alterum a folij acumine
Oxytriphylon cognominant: tertium omnium minimum, in pra-
tis passim prouenit. Plin. lib. 6. ca. 21.

TRIFOLIUM, Campaniæ opidum, a quo ager Trifolimus dictus,
umi non prorsus ignobilis ferax. Iuue. Saty. 8. Te Trifolimus ager
secundis utribus implet. Et trifolima urbs. Mar. li. 13. Non sum de
primo, fateor, trifolina Lya o.

TRIFORMIS, me, *τρίμορφος*, tres habes formas: ut Canis triformis:
Cerberus: Senec. Herc. Oethæo. Triformis Hecate. Hora. 3. Car.
Ode. 22. Admisi que letho Diua triformis.

TRIFUR, æ, *επιπύρατος, τριφύρας*, infignis fur. nam particula *τρίς*, in cõ-
positione augendi uim habet. Plau. Non fur, sed trifur. Sic trifur-
cifer dicitur, insignis furcifer.

TRIFURCVS, adiectiuum, quod tres furcas habet. Columella li-
bro sexto cap. 10. Trifurca simina, in tres partes furcata, idem
de Arb. cap. 10.

TRIGA, gæ, [Carro da tre canalli. Gal. *Chariot à trois cheuaux*. Hisp. *Fl*
carro de tres cauallos.] *τρίππος, τριώρον*, uehiculi genus, quod tri-
bus trahitur equis: quasi triaga, à tribus equis iunctis. In Pande-
ctis. li. 11. Si triga uenerit.

TRIGAMVS, p. c. *τριγάμος*, qui tres duxit uxores: nam *γάμος*, nuptias
significat.

TRIGARIVM, rij, locus iuxta campum Martium, ubi Trigarum curu-
le certamen hebat. Plin. lib. ult. c. 13.

TRIGARIVS, *τριπυλάτης*, trigarium agitator. Plinius libro uige-
simooctauo, cap. 17.

TRIGEMINI, *τρίδυμοι*, tres uno partu editi. Plin. de Vir. Illust. Colu-
li. 7. c. 7. Parit nonnunquam trigeminos.

TRIGEMINA, porta Romæ dicebatur, per quam trigemini fratres
Horatii exierunt. Liu. extra portam trigeminam.

TRIGEMINIS, me, *τριζυγαλιος*, tres habens gemmas. Columel. li-
bro 3. cap. 19.

TRIGESIMVS, a, um, *τριηκοσός*, ultimus ex triginta. Cic. de Sen. Cu-
ius a morte tertius & trigessimus est annus.

TRIGINTA, [Trenta. Gal. *Trente*. Hisp. *Treinta en numero*.] indeclina-
bile nomen numerale, *τρηκοντα*, terdecem. Virg. 3. Aen. Triginta
capitum fortis enixa iacebit.

TRIGON, onis, *τριγων*, locus in thermis, pilæ ludo destinatus, a tri-
gona, hoc est, triquetra figura nomen habens. unde & mimimū
pilæ genus, trigonem, & trigonalem pilam appellarunt, quod eo in
trigone

trigone lufitare solebant. Mar. lib. 2. Tepidumq. trigona. De pila trigonali extat Epigramma apud Mar. li. 14. & li. 12. Captabit tepidum dextra, læuaque trigonem.

TRIGONVS, ni, pen. prod. *τριγωνος*, triangulus: unde Trigonus, a, um, triangulus.

TRILINGVIS, gue, [*Trilingue*. Gal. *Qui a trois Langues*. Hisp. *Cofa que tiene tres lenguas*.] *τριγλωσσος*, tres linguas habens. Hora. 3. Carm. Ode. 11. sanies que manet Ore trilingui.

TRILICIS, pe. ge. p. adie. *τριμαχος*, quod ex tribus constat licijs, unde trilices vestes. Interdum accipitur pro triplici, *τριπλῆς*. Vir. 3. Aen. Lorica confertam hamis, auroque trilicem. Val. Fla. 5. Argo partemque inlicem.

TRIMESTRIS, itre, [*Di tre mesi*.] trium mensium. Pl. libro septimo, cap. 15.

TRIMETRON, carminis genus ex tribus constans mensuris maioribus, i. pedibus sex: unde senarij iambici trimetri.

TRIMMA, [*Afuto, pratico*. Gal. *in. aort*. Hisp. *Emuegocio en su arte*.] *τριμμα*, a Græcis dicitur is, qui a Latinis ueterator, scilicet in re aliqua tritus est, quasi *ἐν τριμασι τεττιμμένοσ*. Sic. Quin. Attrita alu forensi ingenia dixit.

TRIMODIÆ, mas, tres continens modios. Col. Satoriam trimodiæ uocat, quod ex ea factores iaciant semina. li. 2. c. 9.

TRIMODIUM di, *τριμωδιον*, *τριμῶδιον*, quod tres modios continet. Pl. lib. 3. ca. 1. Trimodia annulorum. Pl. Men. Non modio, n. q. e. trimodi.

TRIMVS, a, um, [*Di tre anni*. Gal. *Qui a trois ans*. Hisp. *Cofa de tres años*.] *τριμν*, *τριμν*, trium annorum. Plaut. in Rud. Trima quæ perijt mihi. Pl. Arbo rem nec minorem bima, nec maiorem tirma. Hinc trimulus, quo in ijs durtaxat utimur teste Valla, quæ incrementum capere possit, unde præterum trimulum recte dixeris, equum aut canem trimum, non timulum. Sueton. in Vesp. Trimulus patrem amittit.

TRINACRIA, [*Sicilia*] *τρινακρία*, insula maris Tirrheni, angustiissimo freto ab Italia dirempta, cum qua olim creditur cohaerisse: unde Siciliam dictam uolunt a Sighendo, hoc est, abrumpendo. Eadem a triangula figura dicta est triquetra, trinacria autem a tribus proinontorijs Pachyno, Lilybeo, Peloro. Græci enim *ἄκρα*, summities uocant. Vir. 3. Aene. Trinacria, fines Italos misere, relicta. Hinc trinacris, *τρινακρίς*, patronym. fœmi. Ouid. 2. Falto. Trinacris à positu nomen adepti loci.

TRINACRIVS, a, um, [*Siciliano*] possessiuum, *τρινακρίς*. Siculus. Virgilius tertio Aeneid. Præstat trinacrij metas lustrare Pachyni. & 5. Aeneid.

TRINEPOS, Trinepotis, *τριεγγωνος*, abnepotis filius, tertius a nepote, correlatiuum est tritauius. Vnde Institut. Iustitiani.

LITTERA uocalis est, quæ sæpe in consonantem transit: & modo uim simplicis habet, ut apud Virgilium: Cum tales animos iuuenum, tã certa tulistis Pectora. Modo duplicis: ut Cupini, cupiueram: in quibus i, ante u, consonantem posita producitur, & eadem subtracta corrumpitur. Aliquando u, consonans per diæresim ratione carminis in uocalem correptam mutatur. Horat. in Epod. Nivesque deducunt Iouem, Nunc mare, nunc siluæ. Interdum a uocali transit in consonantem, ut Nauta, nauita: Gaudeo, gauisus. Quandoque amittit uim literæ: cum subditur post quant gnt Aliquis, Sanguis, idem fit antecedente fut, suauis, Suetus. Transit quandoque per deriuationes in a: ut Veredus, ueredarius: in e, ut Pondus, ponderis: Deierat, pro deiurat. Contra Antiqui Auger, pro Augur dicebant. Similiter in gerundijs quæ a tertia coniugatione nascuntur, loco e scriptitarunt, ut Faciendum, pro faciendum. In compositione etiam u, sæpæ mutatur in i, correptam: ut Cornu, corniger: Arcus, arcitenens: Fatum, fatidicus: Aurum, aurifex: Luctus, luctificus: Fluctus, fluctuagius, Magnus, magnificus: Opus, opifex. Scribentem etiam antiqui, Carnufex pro carnifex, & Lubens pro libens, Pessimus pro pessimus: quorum innumera accurrunt exempla apud Comicos.

V A N T E A

VACANTER, [Inuano. Gal. Auec grand loisir, inutilement. Hisp. Ocyosa y desaprovechadamente.] *κενός*, inaniter, frustra. Gell. libro 17. capi. 10.

VACCA, [Vacca.] *βῆσις*, bos femina. Cice. 1. de Nat. Deo. Cur nõ gestiret taurus equæ contrectatione, equus uaccæ? Var. 2. de re ru. c. 5. Diferuntur in tertia & quarta taurus & uacca. Virg. 4. Aen. Ipsa tenens dextra paterã pulcherrima Dido Candentis uacca media inter cornua fundit. Virg. 6. Aen. Sterilemque tibi Proserpina uaccam. Vacca, quæ sterilis est, Varroni taura appellatur. Diminutiuum est Vaccula *βῆσις*. Vir. Vaccula nonnumquam secreta cubilia captans.

VACERRA, uacerræ, [Palo. Gal. Vne choison en façon de treillis. Hisp. Estaca para atar bestias o otra cosa.] *σκόλοψ*, palus uel stipes humi delixus ad castra munienda, uel hortos claudendos. Colum. lib. 9. c. 2. de uiuarijs claudendis loquens. Vbi uero neutrum patrisfamilij conducit, ratio postulat uacerris includi. Sic enim appellatur genus clathrorũ, idque fabricatur ex robore, quercu, uel silibere. Et mox: Satis est uacerras inter pedes octonos defigere. Et paulo post: Nam & uacerris fabricandis ingens est in Gallia materiæ copia. Vacerram (inquit Festus) Aelius & alij complures aiunt esse stipitem, ad quem equi solebant religari. Alij dicunt maledictum significari hoc nomine acerbitatis magnæ, ut sit uaccors & uefanus. Hæc Festus.

VACILLO, as, are, [Vacillare, non esse constante. Gal. Vaciller, varier. Hisp. Titubar o bambanear.] *παοαρέποιμα*, est proprie inconstantem esse & quasi alternatim modo huc, modo illuc inclinari, nutare, fluctuare. Ci. ad Att. li. 12. Memoria uacillare. Idem 11. de Nat. Deo. Tota res uacillat, & claudicat. Idem 3. Offi. Iustitia uacillat, uel iacet potius. Vacillare item testis dicitur, qui in dicendo testimonio sibi non satis constat, & modo negat, quod paulo ante affirmarat. Hinc Vacillatio. Quin. lib. 11. cap. ult. Est & illa indecora in dextris, ac læuum latus uacillatio, alternis pedib. insistentium. Vacillans, t̄is, parti. Ci. Tironi. li. 16. Acepi tuã epistolam uacillantibus litterulis, i. non recte præ ualitudine scriptis. Idem 3. Phil. Cum una legione, & ea uacillante.

VACCINIUM, *νίσις*, a Romanis dictus est flos purpurei coloris, teste Diosc. quem Græci uocant *ὄκκινθον*, quod etiam apertissime testatur Seruius, explicans illud Vir. 2. Ecl. Alba ligustra cadunt: uaccinia nigra leguntur. Quo in loco nonnulli Seruium immerito reprehendunt, quod Vaccinium pro hyacintho acceptum Maroni affirmarit. Nec obstat, quod uaccinio nigrum colorẽ tribuat Vir. cum purpuream quoque uiolam, nigram uocare soleant aucores: præsertim si sulcioris purpuræ habet colorem. Galli seruatis non obscuris prisca nominis uestigijs, Vacietum appellant: herbã autem ipsam, a quadam cæpæ similitudine, Cæpam agrestem: Habet enim, Diosc. teste, folia bulbi, & radicem bulbaceam, caulẽ uero didrantalem minimo digito tenuiorem, comam prociũ bentem, incuruamque purpureorum florum plenam. Vaccinia in Italia aucupijs ferebantur, in Gallia etiam tincturæ. uide Plin. lib. 16. cap. 18.

VACO, cas, [Dar opera. Cal. Vaguer & entendre à quelque chose. Hisp. Dar obra à algo.] *γοράζω*, ocium habeo. Et constructur cum datiuo ubi, Vaco philosophiæ. Cice. 1. de Diui. Philosphus semper uaco. Vacare corpori, est curare corpus. Plin. epi. 9. aut lego aliõ quid,

quid, aut scribo, aut etiam corpori naco. Iungitur aliquando accusatio cum præpositione In. Ouid. 3. de Pon. Eleg. 3. In nullum mea mens grande uacabat opus. Interdum Vacare significat uacuum esse, & sicere absolute ponitur. Plaut. in Cas. Fac uacant ædes. Cæsa. 1. Bel. Gal. Noluit eum locum, unde Heluetij d. fecerant, uacare. Vacant agri, id est, non excoluatur. Cæsa. 4. Bel. Gal. Multa passuum sexcenta agri uacare dicuntur. Interdum pro carere, idque fere cum ablatiuo nulla præcedente præpositione. Cice. libro nono Episto. Vacare culpa, magnum est solatium, Item lib. 1. Cum, in quo accusabat, culpa uacarem. Interdum uacare, est otiosum esse, nihil agere, cessare: idque interdum absolute, Cic. lib. 12. epist. Sane tu quidem uacas, noli mihi molestiam exhibere. Nonnunquam cum ablatiuo præeunte præpositione A, uel Ab. Pl. epi. 5. 1. Cum a scribendo uacaret, id est, cum a scribendo superfederet. Cic. in Bruto: Nullum tempus ei uacabat a Forensi dictione. Vacare animo, est curis solutum esse. Cic. 1. de Diu. Si uacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermone præteruertendum putes. Hinc Vacans, qui ociatur, Cælius ad Cice. lib. 8. Hoc mihi certum, ac iucundissimum uacanti negotium erat, tecum id ocij tempus consumere. Ouid. 9. Metam. Nec petijt horamque animumque uacantem. Vacanter, aduerbium, superlatiue, frustra. Gellius libro 17. cap. 10. Vacanter hoc cumulatius, & inaniter. Vacatio, onis, uerbale, cessatio, immunitas feriarum. Cæsa. sexto Bel. Gal. Militiæ uacationem, omniumque rerum habet immunitatem. Habere uacationem, id est, cessare. Cice. 4. Acad. Cum sacerdotes deorum, uacationem habeant. Dare uacationem, id est, immunitatem alicui permittere. Cice. 6. Verr. Vacatio data est ab illo. Interdum Vacare significat ad nihil utile esse, superabundare, quod otiosum esse uideatur, sed non nisi tertia persona. Vacat mihi impersonaliter, id est, otium, uel uacuum tempus est mihi. Aliquando tamen datiuus non exprimitur. Virgil. secundo Aeneid. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros, Et uacat annales nostrorum audire laborum. Iuue. Sat. 1. Si uacat, & placidi rationem admittitis, edam. Id est, si ocium est uobis. Quandoque ponitur pro curæ esse. Quin. lib. 12. cap. 1. Et cui esse diterto uacet. Vacare populo, est operam populo dare, & inservire. Aliiter uacare populo, significat liberum esse a populo, popularique iudicio. In quem sensum Cice. uidetur lib. 2. Tusc. accipere, cum ait: Amplitudo animi una est omnium rerum pulcherrima, eo que pulchrior, si uacet populo.

VACUNA, p. p. a uacando dicta est dea, quæ præesse uacantibus, & otiosis putabatur: cui cum agricolæ a laboribus ruris uacarent, ut post perceptos fructus requiescerent per hyemem, uota soluebant & sacrificabant. Oui. li. 6. Fast. Antiquæ sacra Vacunæ. Ante Vacunales stantque sedentque focos. Pl. li. 3. ca. 12.

VACUO, as, [Vuotare. Gal. Vnider. Hisp. Vaçjar lo lleuo] κενός, uacuofacio, uacuum reddo, euacuo. Mar. li. 11. Elysiū liceat si uacuare nemus. Col. li. 3. ca. 13. Sulcum uacuari.

VACUUS, a, um, [Vuoto, uacuo. Gal. Vnide. Hisp. Vaçjo] κενός, inanis, nihil continens. Cice. de Vniuersi. Nihil igni uacuum uideri potest. Cice. in Catil. Quid? quod aduentu tuo subscellia ista uacua facta sunt? Vacuum definiunt Philosophi, quod sit locus non repletus corpore, natus repleri. Vel sic, uacuum est dimensio, omnia in se non cedendo recipiens. Quibus ex definitionibus satis constat, proprie loquendo nihil esse uacuum, cum omnia si non alio corpore, certe aere plena sint. Vulgo tamen ita loquimur, ut uacuum dicamus, in quo nihil sit præter aërem. Aliquando uacuum accipimus, pro ualio & spatio. Virgil. 3. Georg. Satisbus in uacuis pascant. Idem 7. Aeneid. Quem pueri magno in gyro uacua atria circum Intenti ludo exercent. Sic aërem uacuum esse dicimus, quod in eo nullum conspiciatur corpus. Virg. 3. Georg. Aera per uacuum ferri. Quo in loco Virg. Lactetium uidetur imitatus, qui Inane neutro genere pro aere ponit, Longum, inquis, per inane resoluit. Vacuus animus, otiosus, nullis curis, nullis negocijs irretitus: Cicero de Clar. Orator. si es animo uacuo, expone nobis quod querimus. Vacuos habere dies, id est, nullis rebus dedicatos. Vacuus equus, qui sine sessore est. Liui. libro 27. Vacuus paulo post equus, errans per urbem, cognitus. Vacuum remum trahere, est remum inutiliter, in cassum, frustra, trahere. Iungitur aliquando genitiuo. Pla. in Bacch. Volens afflicta me iam uacuum uicium, Id est inualidum. Terent. in Heaut. Vacuum tempus, ne quod dem mihi laboris. Aliquando ablatiuo sine præpositione. Cicero secundo de Finibus. Cum uacui curis, etiam quid in cælo fiat, scire auemus. Aliquando cum præpositione. Cicero ad Attic. Sin eris ab isto periculo uacuus. Hinc uacuitas, tis, inanitas, absentia, priuatio. Cice. 1. de Offic. Adhibenda uacuitas ab angoribus. Idem quinto Tusc. Securitatem appello uacuitatem ægritudinis.

VADIMONIUM, lacus in Umbria, non procul ab America, opacam habens syluam sibi innatantem, quæ nunquam die ac noctu eodem uisitur loco. Pl. li. 2. c. 95. Pl. Iunior in epist.

VADIMONIUM, nij, [Sicurtà, malleuadore. Gal. Promesse & obligatione de comparo en iustice. Hisp. Fianza de la persona.] ἕγγυον, est spositio quædam sitendi, comparandique in iudicio ad diem præstitutam per se, uel per aduocatos, quod deierere non licet. Seneca: Vadimonium promittimus, & tamen deseritur. Cicero Quintio: Ad uadimonium non uenit. Et paulo post. Non dubitauit, cum uadimonium deseritum esset bona proferbere. Vadimonium promittere, est promittere comparere in iudicio ad diem præstitutam per se, uel per aduocatum. Cic. 5. Verr. Statuit. iste, ut arator decumano, quo uellet decumanus uadimonium promitteret. Vadimonium constituere, est diem assignare, ut loquuntur, quo quis in iudicio comparere debeat. Cic. de Sen. Omnia que curant meminerunt, uadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeant. Vadimonium deserere, est non comparere in iudicio ad diem præstitutum. Plin. in Præsa. Nat. Hist. Inscriptiones, inquit, propter quas uadimonium deferri possit. Id est, inscriptiones librorum, tam ampla & magnifica pollicentes, ut propter eorum librorum aut lectionem uadimonium deferri possit. Differre uadimonium, est differre diem contentionis, quo reus in iudicio comparere promiserat. Pl. li. 7. ca. 53. Bæbius iudex uadimonium differri iubet. Vadimonium missum facere, est uadimonij obligationem remittere, condonareque. Cicero pro Quin. Qui postea quoque uadimonium missum fecerit. Vadimonium obstricti, hodie dici possunt qui ob crimina in iudicium uocati, ab iudicibus, ut sit, impetrarunt, ut aut sua, aut sponforum fide dimittantur, ea lege, ut in diem certum, aut quodcumque iudici uisum fuerit, ad iudicium stantur. Concipere uadimonium, est exprimere certam formulam uadimonij sistendi, comparandique. Cice. Quin. Frat. lib. 2. Negat in tanta multitudi ne eorum, qui una essent, quenquam fuisse, qui uadimonium concipere possent.

VADO, dis, si, sum, [Andare. Gal. Aller. Hisp. Yr camino, andar.] ἄειδίζω, eo, iter facio, quasi uix me do. Virgil. secundo Aeneid. Vadimus inmitti Danais. Ibidem: Per tela, per hostes Vadimus. Cicero ad Attic. libro quarto. Ad eum postridie mane uadebam. Transferretur & ad fluuios, pro fluere, Plin. lib. 5. cap. 26. In Mesopotamiam uadit per ipsam Seleuciam. Circum uado, Euado, Inuado, Peruado, suis locis.

VADO, as, priore c. [Passare il fiume.] uado traicio. Papinian. Si uadari nequeat, sed pontonibus traiciatur. Solinus: Flumen, quod propter breuitatem facile uadari poterat.

VADARI, aris, [Far la signora.] κλητύδω, uerbum commune, secundum Priscianum, significat uadimonio obstringere, siue diem iudicij ex pacto constituere, & in ius uocare. Cicero pro Quintio: Debere tibi dicis Quintium, procurator negat: uadari uis, promittit. Vadari reus dicitur, cum uadimonio obstringitur, præstituta die se iudicio assururum. Actor etiam Vadari reum, dicitur, cum acceptis uadibus reum ad comparandum in iudicio astringit. Liui. 3. Decem uadibus accusator uadatus est reum. Cice. quinto Verr. Cum ex Leontino usque Lilybæum aliquem uadaretur. Ouid. secundo de Rem. Amor. Iamque uadaturus: letifica prodeat, inquit. Hora. 1. Serm. Saty. 6. Tunc responderet uadato Debebat.

VADOSUS, a, um, [Diguado.] πορόδης, ut, Vadosus annis, qui frequentia habet uada, quæ transiri pedibus possunt. Cæsa. primo Bel. Ciuil. Vadosum mare erat. Liui. libro 37. Vadosum ostium portus.

VADUM, di, [Acqua bassa, guado.] ὄρος, est locus in flumine, mari, uel lacu, tam parum profunditatis, ut pedibus transiri possit: unde & nomen habere putatur, a uadendo scilicet, quod per ipsum uadere possimus. Liui. lib. 38. Pontem, quia uado nusquam transitus erat, facere instituit. Cæsa. li. 3. Bel. Gal. Romanos uada, portus, insulas non nouisse. Vadum pro mari. Cat. Argo. Aufi sunt uada falsa cita decurrere puppi. Virgil. quinto Aeneid. Sulcant uada falsa carinæ. Ouid. 3. Trist. Eleg. nona. Dicitur his remos applicuisse uadis. Emerfisse e uado dicitur, qui maximam rei alicuius difficultatem superauit. Tractum a nauigantibus, qui non sine maximo discrimine inter breuia, & loca uadosa nauigant. Cicero pro Cælio. Emerfisse iam è uadis, & scopulos præteruicta uidetur oratio. Res in uado est, pro uerbialiter dicitur, pro, In turo est, Tractum uidetur a natantibus, quibus ut in profundo periculum, ita in uado est securitas. Terentius in Andr. Omnis res in uado est. Plau. Aul. Iam esse in uado salutis res uidetur.

VÆH [Oime, [dai, interiectio dolentis: ut Væh misero mihi. Vir. 9. Elog. Mantua uæh miseræ nimium uicina Cremonæ. Quidam Væ sine aspiratione scribunt: recipit diphthongum, ut distinguatur a Ve coniunctione.

VAFER, fra, frum, [Astuto, ghiotto. Gal. Fin & caus. ruse. Hisp. Astuto y recatado.] αἰσώπρος, pro callido & astuto accipitur, quasi ualde Afer. Mira enim semper fuit eius generis calliditas. Cice. lib. 1. de Nat. Deo, Chrysisus, Stoicorum somniorum uaserrimus interpret. Ouid.

- Ouid. 3. de Arte: Qua uasre eludi possit ratione maritus. Vaftrum ius, id est, subtile, uel in quo multi uasre uertantur. Horat. secundo Sermo. Satyra secunda. Aur uasri inficitia iuris. Hinc Vafre, calide, altu: e. Cicero quarto Verr. Nihil uasre, nec malitiose facere conatus est.
- VAGINA**, penul. produ. [Guaina, Gal. *Gaine ou fourreau*, Hisp. *Vayna de cuchillo*.] *Vinnu*, alicuius rei theca. Ci. in Catil. Gladium in uagina re conditum. Cæf. 5. Bell. Gall. Auertit hic casus uaginam, & gladiū educere conantis dexteram moratur manum. Ouid. 10. Metam. Pendentis nitidum uagina diripit ensem. Virgi. 4. Aenei. Uagina que eripit ensem. Uagina frumenti quidam quasi folliculus, quo spica etiamnum pubescens, necdum plane apparens, circumuoluitur. Varr. 1. 1. ca. 48. ter. Ci. de Sen. Vaginis iam quasi pubescens includitur. Uaginæ corporis. Pli. li. 8. ca. 15. & lib. 11. ca. 37. Diminutiuum Vagmula. Pli. li. 18. ca. 7.
- VAGIO**, gis, giui, gitum, *βάλαξις*, proprie de infantibus dicitur, cum fletum emittunt. Cicero in Catone. Quod si quis Deus mihi largiatur, ut in cunis uagiam. Ouidius 4. Fasto. Infanti uagiat ore puer.
- VAGITVS**, p. p. *βάλαξις*, infantium fletus. Virg. 6. Aen. Continuo audire uoces, uagitus, & ingens.
- VAGOR**, 30 is, [Vagito, *πιάνο di fanciulli*, *βάλαξις*, uagitus. Lucre. lib. 1. r. Miscetur funere uagor.
- VAGOR**, aris, [Vagere, *andare errando*.] *ἀειπολέω*, huc illuc oberro. Cice. pro Fonteio: Hi contra uagantur lati. Vir. 4. Aene. Vritur infelix Dido, totaque uagatur Vrbe ferens. Vagatur animus, id est, inconstans est, & instabilis, Cicero secundo Offi. Non enim sumus ij, quorum uagetur animus errore. Sunt qui illud interesse existiment inter Vagor & Erro, quod Vagari sit per diuersa, Errare per aliena. Cicero lib. 1. de Ora. Ne uagari, & errare cogatur oratio. Inuenitur etiam Vago, gas. Plau. in Mil. Quæ circum uicinos uagas. Vagans, tis, parti. Cicero 2. de Diu. Natura uolucres huc. & illuc passim uagantes efficit, ut significant aliquid. Vagationis. Liu. 5. Vagationibus militum.
- VAGVS**, [Vago, *uagante*, uagabondo. Gal. *Vagant*, uagabonds, *mutable*. Hisp. *El que uaga, errado*.] *πλάγος*, huc illuc oberrans, incertus, instabilis. Cicero Atti. lib. 7. Vagus esse cogitabam. Vaga sententia, id est, incerta. Cicer. secundo de Na. deo. Eum & philosophi, & pontificis, de dijs immortalibus habere non errantem, & uagam, ut Academicis, sed, ut nostri, stabilem certamque sententiam. Vagum nomen herbae, dixit Plin. libro 27. capit. quarto. id est, inconstans, & multis opinionibus obnoxium. Hinc uage, aduer. Liu. li. 6. Vel. Pun.
- VAH**, [Vah,] *ὄβυ*, interiectio est insultantis. Hieronymus ad Damasum. Sicuti nos in Lingua Latina habemus interiectiones quasdam, ut insultando dicamus Vah, & in admirando Papa, & in dolendo Hei: ita & Hebraei inter reliquas proprietates linguæ suæ habent interiectionem. Plaut. in Most. Vah, quid illa potest peius quicquam mulier memorari? Interdum est interiectio admirantis. Plaut. in Cur. Subegit solus, intra uiginti dies. 1v. Vah. Aliquando exultantis. Plautus in Bacchi. Vah, salus mea seruasti me.
- VANA**, interiectio exultantis, uel ridentis. Pla. in Cas.
- VALDE**, [Somnamente. Gal. *Beaucoup*, grandement fort. Hisp. *Muy mucho*, muy grandamente.] *νάυ*, uehementer, maiorem in modum, aduerbium est per sincopen a Valide effectum: ideo in ualde posterior syllaba producitur. Iungitur autem fere positiuis. Cice. ad Cass. lib. 15. Expectatio ualde magna. Aliquando aduerbijs. Cicero ad Attic. libro primo. Illud ualde grauer tulerunt. Aliquando uerbis. Cicer. ad Tiro. lib. 16. Litteras tuas ualde expecto. Aliquando cum Tam, & Quam. Cice. 2. de Diuin. Nihil est tam ualde uulgare, quam nihil sapere. Dicimus & Valdequam, ut Sanequam, & Perquam. Decius Brut. ad Cicero. Suos ualde quam paucos habet.
- VALDVS**, [Piu.] *μάλλος*, comparatiuum est Valde, pro magis.
- VALENS**, tis, [Valente, potente, sano, *gagliardo*.] *δρασος*, nomen ex participio, id est, sanus, incolumis, robustus, fortis, firmus: cui contrarium est Imbecillus. Cice. Tironi. lib. 16. Epist. Medicus confirmat propediem te ualentem fore. Idem in Orato. Valentiorū hæc laterum sunt. Idem 7. Verr. Sex liæores ualentissimi. Aliquando efficac, utilis, Plinius libro uigesimo, cap. decimo octauo. Siluestri longum, & ad omnes effectus ualentius. Cice. ad Atti. libro septimo. Quam nunc tam ualenti resistere. Varro de re rusti. libro tertio capit. 16. Prouidentum ne infirmiores a ualentioribus opprimantur. Hinc ualentulus, diminutiuum. Plaut. in Cas. Ut ualentula est. Hinc ualenter, aduerbium. Col. libro primo, capitulo primo. Valenter resistente contra ea. Ouid. 11. Metam. Spirare ualentius Euris.
- VALENTIA**, æ, [Valore, potente, *gagliardezza*. Gal. *Villance*, puissance. Hisp. *Valentia y potencia*.] *βάλυν* & *δρασία*, antiquis idem erat, quod potentia, firmitas, robur, unde Romam ipsam a Priscis Latinis Va-

lentiam dictam accepimus, quam postea Euander, Græco quidem nomine, sed seruata Latine uocis significatione *βάλυν*, appellauit. Solinus capi. secundo. Sunt qui uideri uelint Romæ uocabulum ab Euandro primum datum, cum oppidum ibi offendisset, quod extractum antea Valentiam dixerat iuuentis Latina. Contrarium est Inualentia, Gellius libro uigesimo capit. primo.

VALENTIA, æ, [Valentia] urbs insignis citerioris Hispaniæ, trib. mil. libras passuum a mari remota. Plin. lib. 3. capi. 3. Ptole. lib. 2. cap. 6. Mela. lib. secundo. Est etiam eius nominis oppidum inter Allobroges. Pli. lib. 3. ca. 4.

VALEO, les, lui, licum, [Valere, *potere, essere sano, gagliardo, robusto*. Gal. *Estre sain & en bon point, pouoir, ualoir, auoir pouoir, & puissance*. Hisp. *Poder, estar rezio y sano*] *δύναμις*, sanus, siue potens sum. Semper enim in bonâ partem sumitur, nisi aliud addatur: ut, Male ualeo, id est, aeger sum. Plau. in Amphit. Equidem ualeo, & saluus sum recte. Idem in Persa. Si ualetis, gaudeo. Valere ab oculis, & eiusmodi, est oculorum morbo liberatum esse. Gel. libro quinto, cap. decimo. Cum ualebo ab oculis, reuise ad me. Sic ualere a pecunia. Plaut. in Aul. Ne ualeam, imprecantis clausula est. Martial. libro secundo. Ne ualeam, si non totis Deciane diebus, Et tecum totis noctibus esse uelim. Valere, aliquando est posse, pollere, uim, uel uires, momentum, pondus, siue auctoritatem habere, alicuius momenti putari. Ter. in Eun. Neque tam imperita, ut, quid amor ualeat, nesciam. Iungitur aliquando datiuo. Geli. lib. 5. cap. 12. Augendæ rei, & minuendæ parum ualer. Aliquando accusatiuo cum præpositione. Ad. Cicero primo Acad. Vitæ adiuncta dicebant, quæ ad uirtutis usum ualerent Et cum præpositione apud Cæsa. primo Bell. Gal. Quorum auctoritas apud plebem plurimum ualet, id est, multum possit gratia. Liui. primo, libro 31. Valere potestate, Valere ingenio, est potestate, uel ingenio plurimum posse, Cicero pro Domo sua: quasi ego in isto genere omnino quicquam ut curatione, aut potestate ualerem. Idem de Claris Ora. Is longe plurimum ingenio ualuit. Valere gratia dicimus apud eos, qui nobis aut aliqua re præstant, aut saltem pares sunt, auctoritate, quibus ipsi præstamus, aut saltem pares sumus. Aliquando etiam ablatiuo iungitur cum præpositione In. Martial. libro secundo. Si quid in arte uales. Cicero primo Tuscul. Quod in omnibus causis solent ualere plurimum. Aliquando accusatiuo cum præpositione In, uel Ad. Cicero secundo Tuscul. In uulgo insipientium opinio ualeat honestatis. Quint. libro quarto, capit. quinto. Quædam in re tamen ualent. Cic. 3. de Diuin. Affectio aliorum ualeat ad quasdam res. id est Art. li. 3. Utinam ualeat ad celeritatem reditus tui. Cum ad pretium pertinet, si pretium exprimat, in ablatiuo ponitur. Pli. li. 3. ca. 3. Scrupulū ualeat sextertijs uicenis. Varro tamē accusatiuū dedit dicens, Denarij, quod denos aris ualebant: quinarij, quod quinos. Imperatiuo Vale, in discessu utimur, aut in calce epistolarum: quemadmodum Salue in accessu, aut etiam in literarum principio. Vir. 3. Eclo. Et longum formose uale, uale inquit, Iola. Reperitur tamen Salue in discessu, & in calce epistolarum. Cice. li. 16. epist. Vale mi Tiro, uale, & salue. Quoniā uero abeuntes per hæc uerba salutare solemus Vale, & Salue: inualuit consuetudo, ut hæc sumantur pro discedo, etiam si cum stomacho, & indignatione loquamur. nō quod illi a nobis, sed quod nos ab illis, quibus sic loquimur, uale dicēdo recedamus, inquit Valla lib. 6. Terent. in Adel. Valeas, habeas illam, quæ placet. Idem in And. Valeant, qui inter nos dissidiū quæ runt. Quod perinde est, ac si diceremus, Discedant a nobis. Ci. 1. de Nat. deo. Si Deus talis est, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur: ualeat. Vale & Salue, uerba erant postrema, qui bus olim mortuos affabantur. Varro: Vale, & Salue, cum ad mortuos referuntur, non id dictum est, quod aut ualere, aut salui esse possint, sed quod ab his recedimus, eos nunquam uisuri. Virgii 11. Aeneid. Salue æternum mihi maxime Palla, Aeternumque uale. Valere iussid est, uale dixi. Cice. Atti. lib. 5. Hominem Valere iussi. Huius uerbi cōposita sunt, Conualeo, Eualeo, Inualeo, Aequiualeo, Præualeo, Reualeo: a quibus fiunt Conualesco, Eualesco, Præualesco, Reualesco: quorum significatū uide supra.

VALERIVS, cognomento Publicola, Iunij Bruti in 1. consulatu collega, in Tarquini Collatini locum suffectus. Hic Primum de Veientibus, iterum de Sabinis, tertio de utrisque triumphauit. Deinde cum domum in Velia, tutissimo loco haberet, in suspicionem regni uenit. Quo cognito, apud populum conquestus est, quod tale aliquid de se timissent, & misit, qui domum suam fruerent. Secures item fascibus dempsit, eosque in populi concione submisit. legem de prouin. ad populum tulit. Quapropter Publicolæ nomen accepit. Hic, cum diem obijisset, publice sepultus, & annuo matronatum luctu honoratus est. Hæc Plin. de Vir. illust. Plutarchus tradit in uita eius, hunc quadriga primum in triumpho uictum fuisse, siue uia inuidia: præterea Collegz

- legē Bruto honores funusque curasse : funebremque orationem de ipsius laudibus habuisse, quæ adeo iucunda fuit Romanis, ut ex eo consuetudo manarit, ut qui strenue pugnando occubissent, ab optimatibus laudarentur. Valerius, M. Publicolæ frater consul una cum Posthumio Tuberto factus, ac contra Sabinos profectus, rem feliciter fratris auspicijs, & administratione gessit. ex quo publice ei domus ædificata, cuius fores extrorsum honoris gratia aperiebantur, cum ceteræ introsum aperiretur. Val. Max. historicus, scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberiū Cæsarem. militavit sub Sex. Pompeio, ut ipse de se testatur, ubi de institutis antiquis loquitur. Fest.
- VALESCO**, is, [Divenir gagliardo. Gal. Estre sain & en bon point. pouvoir. ualoir. Hispan. Poder.] inchoatiuum, *παίζω*, ualidus fio. Luc. libro primo. Recreata ualescat. Tacit. lib. 4. Meditatio in poetarum ualescit.
- VALIDVS**, a, um, [Gagliardo, sano,] *ἔυρωτος*, robustus, ualens, firmus. Plau. in Amph. Me miserum homines octo ualidi cadant. Cice. Tironi: Omnia uiceris, si te ualidum uidero. Terent. Hecy. Bene factum, te aduenisse saluum atque ualidum. Tacit. lib. 19. Coloniæ copijs ualidam. Validus ex morbo. id est, conualescens Liui. tertio. Fratrem suum, necdum ex morbo satis ualidum, pugno istum a Cæsone. Validæ opes. id est, magnæ, ingentes; apud Plaut. in Casin. Vinum ualidum. Quid. sexto Falto. Virgil. quinto Aeneid. Validis incumbere remis. Idem 10. Aeneid. Nil ualidæ iuuerere manus.
- VALIDE**, [Valorosamente. Gal. Puiffamment. Hispan. Valiente, reχία.] adue. *παύω*, ualde, uehementer, maiorem in modum, unde Validius, comparatiuum, *μαλλον*, magis, uehementius. Quint. lib. 10. ca. 2. Nec promptum est dicere. utros peccare ualidius putem. Validissime, maxime. uehementissime. Cælius Cic. li. 8. epist. Cum pro amicitia ualidissime fauerem ei.
- VALETUDINARIUM**, ij, [Infermeria. Gal. Vne maladerie. Hispan. Enfermeria.] *νοσοκομειον*, locus quo ualetudinarij, & infirmi curantur, ut ualetudinem malam bona permutent. Senec. ad Lucillum: Tanquam in eodem ualetudinario iaceam. Columel. libro primo Rei rusticæ. præcipit ualetudinaria languentibus salubria esse constituenta.
- VALETUDINARIVS**, ij, [Mal sano. Gal. Maladis, mal sain. Hispan. Doliente y enfermo.] *νοσιδης*, qui frequenter ægrotat. Senec. in Quæst. Non uideo, iurare sibi placeat, qui robustior sit ualetudinario. Valetudinarius medicus, is est, qui ualetudine affectos curat. Callistrat. is de Iure immunitatis. Quibusdâ uacatio tribuitur, ut sunt, ualetudinarij, medici, capsarij artifices.
- VALETUDO**, nis, [Sanità, malatia, gagliardo, infermità, franchezza. Gal. Santé, bon point. Hispan. Sanidad y buena disposicion.] uocabulum est medium, quo modo sanitas significatur, *ὑγίεια*, *ὑγίεια*, modo morbus, *νόσος*, *δὲ νόσος*. In meliorem partem accipitur apud Ci. 2. Off. Valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum, quæ res aut prodesse solent, aut obesse, & continentia in uictu, & præmittendis uoluptatibus. Item apud Hor. libr. 1. epist. Gratia, sania, ualetudo contingat abunde. In deteriorē partem accipitur apud Ci. Off. lib. 1. Aesculapius potest præscribere per somnum curationem ualetudinis. Et li. 4. epist. Scripsit ad me te moleste ferre, quod me propter ualetudinem tuam non uidisses. Sæpe tamen confusionis tollendæ causa addimus epitheton, quo significationem eius restringimus: dicimusq. Bonam uel Malam, Commodam uel Incommodam ualetudinem. Quintil. libro 10. ca. 3. In hoc præcipue bona ualetudo, quæque eam præstat, frugalitas necessaria est. Cice. 4. Tuscu. Ij sunt eiusmodi constituti, quasi mala ualetudine animi, sanabiles tamen. Cice. Attic. Me incommoda ualetudo tenebat, iam duodecimum diem Brundisij. Idem de Claris Orato. Infirma, atque etiam ægra ualetudine fuit.
- VALGVS**, *βλαυσός*, qui furas habet extrorsum inortas, & in diuersum actas: quales cancri habent, & lacerti. Pla. in Mil. Aut uarum, aut ualgum, aut compernem. Næuius, apud Non. Valgus, ueternosus. Valgum fauium, id est, intortum. Pla. in Mil.
- VALLARIS**, & hoc re. *ἐκεως*, quod ad uallum pertinet, ut Vallaris corona, qua donari solebat, qui primus uallum hostium fuisset ingressus. Liui. 10. & li. 30.
- VALLIS**, is, & Vallis, is, [Valle. Gal. Vallée. Hispan. El ualle, hondo entre dos alturas.] *κοιτης*, planities duobus lateribus inclusa: dicta quod hinc, atque hinc montibus uallata sit. Vir. li. 11. Vallis accōmoda fraudi. Statius: Vallis in amplexu nemorum sedet. Vir. 2. Ge. Complentur uallesq. cauæ saltusque profundi. Oui. 8. Met. Concaua uallis erat. Hinc Vallacula, ut a Vulpes Vulpecula. Festus tamen Valliculam effert.
- VALLO**, as, [Fortificare, fornire, circondare. Gal. Remparer, fortifier. Hispan. Fortalecer.] *παυδαλουμα*, munio, firmo, quasi uallo ambio. Pl. li. 15. c. 18. Non castra punica ad tertium lapidem uallata. Luc. lib. 4. Nullis uallarent oppida muris. Vallare armis, est, stipare. Val-
- Flacc. 1. Argon. Inopem nullis uallauerit armis. Vallare aliquid ratione differendi, est Dialecticis argumentis confirmare. Cic. 2. de Legib. Atque hæc omnia, quasi sepimento aliquo, ualabit differendi ratione.
- VALLVM**, li, [Bastone, caualliere. Gal. Vn rempar. Hispan. El palo, ò baiuardo.] *ἔρκος*, munitio castrorum, quod ex uallis, id est, palis, fiat. Cicero ad Cat. libro 15. Episto. Vallo & fossa circumdedi. Idem in Pis Vallum Alpium contra ascensum Gallorum. Legitur & Vallus masculini generis in eadem significatione. Tibul. libro primo Ele. secunda. Non arces, non uallis erat. Cæsar tertio Bell. Ci. Vallus contra hostem.
- VALLVS**, li, [Palo.] *χάλαξ*, is, firmior palus cui uitis alligatur, & quo castra muniuntur. Vir. 1. Geo. Exacunt alij uallis. Idem 2. Ge. Et acuto robore uallos. Accipitur nonnunquam pro ipso castrorum aggere (ut docuimus in dictione præcedenti) in qua significatione frequentius uallum dicimus neutro genere. Est item, Vallus diminutiuum a Vanno. Varro 1. de re rust. c. 52.
- VALLORIS**, [Preχχο, ualore.] pretium: a Valeo. Pl. Victoriati ualore redimi potest.
- VALVA**, arum, pluralis numeri tantum, [Porte della chiesa. Gal. Portes à deux batans, qui s'ouurent en deux parties. Hispan. Las puertas que se abren y cierran.] *διύραι*, *δωκείδες*, fores geminas habentes partes, in se se coeuntes: ita dictæ, quod introsum reuoluuntur. Cice. 1. de Diui. In templo Herculis ualua clausæ repagulis, subito se ipsæ aperuerunt. Idem 3. Ver. Hæc alia duo signa, quæ ad ualua In omnis Samiæ steterunt. Oui. 1. Met. Dextra, læuaq. deorum Atria nobilium ualuis celebrantur apertis. Idem 2. Meta. Argenti bifores radiabāt limine ualua. Hor. 2. Ser. Sat. 6. Cum subito ingens Valuarum strepitus lectis excussit utrunque.
- VALVULI**, [Tavelle, teghe, righe, guscie.] *λοισοί*, sunt cōcauitates in folliculis leguminum, in quas ipsa grana se separatim recipiuntur. Colum. li. 7. de Ombus testis: singula capita per hyemem recte pascuntur ad præsepia, tribus hordei, uel fræx cum suis ualuis fabæ: Festus: Valuuli, fabæ folliculi appellati, &c.
- VANDALIA**, *εὐραλία*, regio Europæ septentrionalis, a Vandalo fluuii, a qua populi Vandali, qui per Gallias in Hispaniam penetrantes, loca circa Baticam, quæ Vandalia ab eis dicta est, occuparunt.
- VANIDICVS**, [Bugiardo. Gal. Qui dit choses uaines, & de nul profit. Hispan. El que habla uanidades.] *ματαιολόγος*, uaniloquus, mendax. Plautus in Trin. Cum probis potius, quam cum improbis uiuere uanidicis.
- VANILIQVIDORVS**, xi, iocosa Plauti dicitio in Perfa.
- VANILOQVVS**, [Bugiardo.] *παιρολόγος*, uanos sermones effundēs, mendax. Plau. in Amph. Vaniloquus, uapulabis. Li. l. 35. Vaniloquus maria, terrasq. inani sonitu uerborum compleuit. Sil. li. 8. Vaniloquus Celtæ genus ac mutabile mentis.
- VANILOQVYENTIA**, æ, [Bugie, il parler uano. Gal. Parler uain, parole uaine. Hispan. Obra de hablar uanidades, habla uana.] *παιρολογία*, uana & inanis blateratio. Li. Vaniloquentia Arithenum excitauit. Tacit. lib. 3.
- VANITAS**, atis, [Vanità,] *ματαιότης*, Leuitas, Cic. lib. 3. Off. Si uitu perandi, qui reticuerunt, quid de ijs existimandum, qui orationis uanitatem adhibuerunt? Salust. Hæc non minor uanitas inerat, quam audacia. Tacit. li. 5.
- VANITVDO**, dinis, [Vanità,] *ματαιολογία*, uanitas. Pla. in Capt.
- VANNO**, [Pallare, uagliare, crinellare.] *ἀκμύσω*, acus, uel paleas ex frumento uel legumine uannis expurgo. Varro de re rust. Vt quod leuissimum est in ea, atque appellatur acus ac palea, uannatur foras extra aream. Hinc Euanno, extra uanno. Nonius. Euannetur, dictum est uentiletur, uel moueatur, a uanno, in quo legumina uentulantur.
- VANNVS**, ni, [Vaglio, crinello,] *ἀκμύς*, instrumentum latum ex uimine, aliæ materia, quo acus paleæq. post tritaram a frumento aut legumine uentilando, & in sublime etiāculando, excernuntur. Virg. 1. Heorg. Et mystica uannus Iacchi. Colu. lib. 2. capit. 21. Spicæ uannis expurgantur. In eadem significatione legitur & Vallus, diminutiua forma: quam uocem Varro a uolaru dictam existimat, quod dum frumenta uanno in sublime iactantur, leuia uolent.
- VANO**, nas, unico, n, *ἀδω*, antiquis in usu fuit pro falso: ut annotauit Noni is. citans Accium ex Alemena.
- VANVS**, a, um, [Vano, falso. Gal. Vain, uuide. Hispan. Vano, uazio.] *κενός*, uacuus, siue inanis. Vir. primo Georg. Sed illos Expectata feget uanis elusit auenis. Modo pro stulto, quasi mente uacuo, & qui in rebus inanibus studium collocat. Iuu. Sat. 3. Sic libitum uano, qui nos distinxit, Othoni. Modo pro mendaci, & leuia, inaniaque pro grauius & ueris altitissime component, Virgil. primo Aeneid. Ni frustra augurium uani docuere parentes. Mendax autem proprie dicitur, qui ad decipiendum mentitur. Vnde idem 2. Aene. utrunque complexus est: Nec si miserum fortuna Sino-

- nem Finxit, uanum etiam mendacemq. improba finget. Vanum aliquando dicitur, auctore Donato, nec uerisimile, nec possibile, Ter. in Eun. Sin falsum aut uanum, aut fictum est, continuo palani est. Vana fides, id est falsa. Vanum inceptum, quod frustra inceptum est. Vana neutrum plurale, loco aduerbij, apud Vir. 11. Aen. Fulgentem armis, ac uana tumentem.
- VAPIDVS**, da, dum, [Vaporoso,] ἀτμώδης, emittens uapores. Persius Sa. 5. Exhalet uapida læsum pice scæssilis obba? Vapidum pectus, per translationem, apud eundem eadem Sat. Astuta uapido seruas sub pectore uulpem. i. ueterum uitiorum pleno, & pristinæ fraudes redolente.
- VAPOR**, oris, & Vapos, [Vapore, fumo. Gal. Vapour. Hisp. Vapor] ἀτμός, tenuis humoris alioqui exhalatio. Lucr. lib. 5. Frigusque uapofque. Ci. 2. de Natu. Deo. Aquarum enim quasi uapor quidam ac habendus est. Ouid. 1. Met. Vapor humidus omnes Res creat. Pontur aliquando pro calore, Col. libro quinto ca. 10. Minus uaporis ætate per angulum os penetret. Vir. 5. Aen. Lentusque carinas Est uapor.
- VAPORARIUM**, rij, [Camino. Gal. Le lieu des estuues. Hisp. Lugar en el baño.] ἀτμιστήριον, κτηνοδύχη, In hypocauftis dicebatur, qua uapor erumpebat. Ci. Q. Frarri li. 3. Hypocaufta ita erant posita, ut eotum uaporarium esset subiectum cubiculo.
- VAPORIFERVS**, ra, tum, [Che uapora molto,] ἀτμώδης, multos emittens uapores. Stat. 3. Syl. 5. Siue uaporiferas, blandissima littora, Baias. quas ita uocat, propter aquas calidas, multos exhalantes uapores.
- VAPOROSVS**, p. p. [Mandar il fumo, uaporare. Gal. Getter, uaporer. Hisp. Hazer uapor.] ἀτμίζω, aliquando neutrum est, idem significans, quod uaporem emitto. Plin. li. 31. cap. 2. Vaporat & in mari ipso. Aliquando actiuum est, pro suffire ponitur, Virg. undecimo Aene. Succedunt matres & templum ture uaporant. Aliquando pro arefacere, exurere. Plin. libro secundo, capit. uigesimo sexto. Ut solibus æstius uaporatæ refoluantur. Vaporatio, uaporis excitatio. Plin. libro 28. capit. 4. Perfundere caput aqua calida ante balnearum uaporationem, & postea frigida, saluberrimum intelligitur. Gell. lib. 19. capi. 5.
- VAPPÆ**, [Vino suauito. Gal. Vin pouzé & cerrompu. Hisp. Vino de suauicido.] ἀκροπίας, ἐξερκώδης, diuos, uinum cuius uis omnis euaporauit. Plin. lib. 14. cap. 40. Vitium multo quibusdam in locis sponte feruere: qua calamitate, cum deseruit, perit sapor, uappæque accipit nomen. Hor. 2. Serm. Sat. 3. Qui uientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, uappamq. profestis. Per translationem ponitur pro homine ignauro, uerte, & in quo nihil sit solertius. Idem 1. Ser. Sat. 5. Non ego auarum, Cum ucto te fieri, uappam iubeo, aut nebulonem.
- VAPVLARIS**, qui continue uapulat, ut apud Plau. in Persea.
- VAPVLOSVS**, [Effer battuto. Gal. Estre batu. Hisp. Ser herido.] ὑπόμωμος, uerberor, cædor. Propert. lib. 2. Ele. Vapulat umbra mea. Cælius ad Cice. lib. 8. Septimum legionem uapulasse. Vapulare sermonibus, est uicuperari. Cice. ad Att. lib. 2. Cum se omnium sermonibus sentiet uapulare.
- VARDVLIS**, ἄροιστοί, Ptolomæo, Hispaniæ ceterioris populi, in conuentu Clunensis: quorum meminit Plinius libro & cap. 3. & Strab. libro secundo.
- VARI**, βαβί, q. u. introsum pedes, uel crura obtorta gerunt. Hor. 1. Ser. 3. at. 3. Hunc Varum distortis cruribus. Vnde Varum frequenter pro oborto accipitur. Persius Sat. 4. Et non fallit pede regula uero. Varij autem dicuntur, quibus in exteriorem partem crura pedesue flectuntur. Varr. li. 3. de Re Rust. de canib. Cruribus rectis, ac porius uaris, quam uarijs. Hinc Variarum, & Vatiniorum cognomina a fluxerunt quod pedibus essent uariosis. Seneca in quadam Epi. Seruilius Varia latere sciebat, non uiuere. Valgi autem βαβί, sunt qui diuersa suras habent: hoc est, ambas introsum intortas: cuiusmodi lacertarum pedes sunt. Pla. in Mil. Aut uarum, aut ualgum, aut compernem. Hinc Valgum suauium. i. intortum. Pla. in Mil. A qua fortasse similitudine instrumentum quoddam rusticum ad areas complanandas, Valgium Pl. appellat. l. 17. Alioqui & sermo agrestis Valgiaræ usurpat hodie pro, compaire, coæquareq. Omnino id ferè uideatur esse, quod ait Comminuto terram, & Cylindro ac pauicula coæquato. In Campania certe haberi genus id testatur tali specie, quali sunt suræ duæ in diuersum collocatæ, quo, ut cylindro, supplanantur area. Varæ manus, incuruæ, Oui. lib. 9. Met. Tenuique a pectore uaras in statione manus. Sic uarum brachium, a Marjiali dictum libro 7. Vara nec iniecto certamine brachia tendis. Varus genius apud Persium Sat. 6. Sunt item Vari, tubercula exigua & dura in facie, quos ἄρτες, Græci appellant. Plin. li. 23. Varos, & lentigines emendat.
- VARIAE**, παρθάλις, ex genere sunt pantherarum. ita dictæ a macularum uarietate, quibus sunt spectabiles. Plin. lib. 8. ca. 17.
- VARICES**, [Varici,] p. c. g. μά. ἰξίαι, κροσίδ, uenæ plus æquo intumescentes, in temporibus, in uentre, in testibus, in inguine, & potissimum in cruribus, quas Plin. li. 11. ca. 45. In cruribus uiro tantum, mulieri raro, præ nimio labore nasci ailerit. Ci. 2. Tul. Cum uarices fecabantur Mario. Hor. Varice succiso. Seneca Epi. 78. fæm. gen. Dum uarices execandas præberet. Vnde Varicosus, qui huiusmodi uenas tumidiores habet. Auicenna auctor est, uarices accidere cursoribus, bauiantibus, aut stantibus. Inde est illud Iuu. Sat. 6. Varicosus fiet arulpe. Ex diurna, s. statione.
- VARICOVS**, cas, seu Varicor, aris, deponens, secunda syllaba corr. ἰατέρινος, crura in diuersas partes extendo. tractum ab ijs, qui natura uari sunt, cruraque habent extrorsum intorta. Quin. lib. 11. cap. 3. Varicare supra modum, & in stando deforme est, & accedente motu prope oculosænum.
- VARICVLA**, x, ἰαροδιδύον, deminutiuum a Varice. Cel. li. 5. Si uaricula intus est, excidenda.
- VARICVS**, a, um, p. cor. qui ampliore passu incedit. Oui. 3. de Arte. Ingentes uarica fert que gradus.
- VARICITVS**, aduerbium βαβίς, cruribus diuaticis, diuifisque, quod fieri solet a semina iam mixtura. Apule. li. 1.
- VARIETAS**, atis, [Varietæ. Gal. Varieté, sort diuers, diuerseté. Hisp. Diferfitad, de muchas maneras.] ποικιλία, proprie est uariatio & dissimilitudo colorum: quantum & ad alia transferatur. Plin. lib. 8. cap. 30. Oculis mille uarietates esse, colorumque mutationes. Ci. 7. Verr. Neque hoc prouiderim, ut uarietate criminum uos attentos haberem. Idem 2. de Fin. Varietas Latinum uerbum est, id proprie in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia: uarium poema, uaria oratio, uarij mores, uoluptas uaria etiam dici solet, cum percipitur ex multis dissimilibus rebus. Quint. li. 1. c. 12. Reficit animos uarietas. Idem l. 9. c. 1. Gaudet res uarietate. Apud antiquissimos etiam uariantia lectum fuit in eadem significatione: ut annotauit Nonius, Luci. lib. 3. Principis unde hæc oritur uariantia rerum.
- VARIO**, as, [Variare, far uario & diuerso, ricamare. Gal. Varier, bigarrer, changer. Hisp. Diuersificar en colores, disfordar en qualque modo.] παραλλάξω, distinguo, uerto, uarium siue diuersum facio. Plin. Epi. 16. 1. Laborem ocio ocium labore uariare, Mart. lib. 8. Texta Semiramia quæ uariantur acu. Oui. 2. Met. Non erat huius opus lanam molire trahendo, Nec posito uariare comas. Virg. li. 9. Aen. Discunt uariantque uices. Ponitur aliquando pro uaria tradere. Lilius li. 27. De morte Marcelli uariant auctores. Legitur & absolute, p. sibi dissimilem esse, & modo hoc, modo illo modo se habere. Cel. libro tertio. Non in ijs solum, in quibus semper ita se habet, sed in ijs quoque in quibus uariat. Variare, aliquando est rem ambiguum esse. Liu. li. 9. Ibi si uariare, ut secundæ, & c. Variare, imperationale. Liu. libro 22. Ibi cum sententijs uariaretur. Varians, participium. Plin. lib. 14. cap. secundo Impatiens uariantis cæli, hoc est, inconstantis, modo hoc, modo illo se habentis, Variantes adhuc, & acci bæ uæ apud Col. lib. 4. cap. 10. hoc est nondum nigra, sed colore adhuc uario.
- VARIATIM**, [Variante. Gal. En diuerses sortes. Hisp. En diuersas maneras.] πολύχως, diuersimode. Gell. li. 5. ca. 12.
- VARIVS**, a, um, [Vario,] πολύχως, multiforme, uel diuersiforme colorum. Ter. Eun. Varia ueste exornatus fuit. Vir. 4. Aen. Varium & nutabile semper Fœmina. Idem 5. Aen. Ceu nubibus arcus Mille trahit uarios aduerso sole colores. Idem 2. Aen. Post uarios hominum, que, uisq. labores. Ci. 1. Acad. Plato uarius, & multiplex, & copiosus. Liu. 5. Ibi uaria uictoria pugnatum est. Variæ uæ sunt, cum ad maturitatem perduci incipiunt, & colore mutant. Cat. c. 37. Vbi uæ uariæ cœperunt fieri, bubus medicamentum dato. Varius præterea dicitur, qui in facie uaris distinctus est. Vnde locus. Ci. apud Quint. li. 6. ca. 4. In Isauricum: Miror quid sit, quod patet tuus, hō constantissimus, te nobis uarium reliquit. Hinc Variæ, uarijs mod. s. Plin. Epi. 104. Variæ me affecerunt litteræ tuæ, nam partim læta, partim tristitia continebant.
- VARIVS**, poeta tragicus Virgilij & Horatij amicissimus ex ijs, quibus Virgilij Aeneis commissa est emendanda. Hor. in Serm.
- VARVS**, ra, rum, βαβίς, suras habens extrorsum intortas. Plaut. in Mil. Aut ualgum, aut uarum, aut compernem.
- VARVS QUINCTILIVS**, ab Augusto Germanico exercitui præfectus, ab Arminio dolo circumuentus, & cum tribus legionibus interfectus, huius mortem deslet Hora. lib. 1. Carm. eius meminit & Maro. 6. & 9. Ecl.
- VARRO**, βαβίον, Senator Romanus, Ciceronis æqualis, a Quintiliano Romanorum omnium eruditissimus appellatus: ut qui plurimos doctissimosq. scripserit libros, peritissimus omnis antiquitatis, & rerum Græcarum, nostrarumq. eruditione tamen præstantior, quam eloquentia.
- VAS**, uasis, [Vaso. Gal. Vase, uaisseau.] υἰδος, gen. neu. & tertie declina. in plurali numero secundæ, pro instrumento ad aliquod capiendum idoneo. Cice. 1. Tulc. Corpus quasi uas est, aut aliquod animi receptaculum. Idem pro Muræna: Exposuit iasa Samia. Hora. 1. Serm. Sat. 3. Syncerum cupimus uas incrustare. Vasorum appellatio

tradita ab Homero sunt tria in tribus: magnificum in Vlyffe & Vbertum: subtile in Menelao, & cohibitum: mistum moderatum que in Nestore.

VBI, aduerb. modo loci interrogatiuum, [*Done, in che luogo, quando, poi che. Gal. Ou, en quelque lieu. Hisp. En aquel lugar donde.*] πῆ, significans in quo loco. Pla. Vbi id audisti? Modo relatiuum. Vir. 1. Aen. Vbi Atacidæ telo iacet Hector. Plin. lib. 12. cap. 14. Alexandria, ubi tura interpolantur. Modo infinitum. Cic. 3. Tus. Est ubi id isto modo ualeat. Pla. in Truc. Vbi amici ibidem opus. Ponitur quandoque pro aduerbio temporis, postquam, Virg. 1. Aen. Hæc ubi diæa dedit. Quandoque pro quando. Ter. in And. Vbi uoles, accersere. Vir. lib. 6. Vbi cælum condidit umbra Iuppiter.

VBI gentium, Vbi loci, Vbi terrarum, idem quod Vbi significant: nã genitiui illi ornatus tantum gratia; ponuntur. Vbi primum, statim, Cæf. 1. Bel. Ciu. Vbi primum illuxit.

VBI, populi origine Germani, cis Rhenum fluiuium, in parte Gallia Belgicæ. Pli. li. 4. ca. 17. & Tacit. li. 1. & 20.

VBICVNQVE, [*In qualunque luogo.*] ὅπῃ ποτε, quocunque in loco. Cic. Cursio. Vbiunque es, in eadem es nauis.

VBIVIS, [*In qualunque luogo.*] ἐκατασαχῆ, quolibet in loco. Ci. lib. 4. Epi. Nemo est, quin, ubiuis quam ibi, ubi est, esse malit.

VBIQVE, [*In ogni luogo. Gal. Par tout. Hispan. En todo lugar.*] πανταχῆ, omni in loco. Virg. 2. Aen. Crudelis ubique Luctus, ubique pavor. Aliquando habet adiunctum genitiuum, ut Vbi que locorũ, Vbi que gentium, Vbi que itineris. Apuleius. Quæ itineris ubique nos comitantur.

VBIVBI, [*Omnique.*] ὅπῃ αὖ, pro Vbiunque. Ter. in Eunu. Vbiubi est, diu cælari non potest. Et Plau. in Merc.

V A N T E C

***VCA**LEGON, uiti Troiani proprium. Vir. 2. Aene.

***VCEN**NI, gentes Alpinae. Plin.

***VCIA**, opidum Turdetanorum, in Hispania Bætica. Ptol.

V A N T E D

VDo, onis, genus calceamenti modo ex lana, modo ex hirci pilis cõfectum. Martial. lib. 14. Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti: Cyniphio poterit planta latere sinu.

VDVS, a, um, [*Humido.*] ὑγρὸς, humidus, uuidus. Virg. 10. Ecl. Nigra sub est udo tantum cui lingua palato. Var. lib. 4. de Ling. Lat. ab humido deducit: unde & per aspiracionem scribendum putatur.

V A N T E E

VE, [*Onero. Gal. On, oubien. Hisp. O.*] ἦ, enclitica particula, & coniuñtio disiunctiua, idem significans quod Aut: nullum tamen in oratione locum habens nisi post dictiones, quas connectit. Cic. 1. de Nat. deo. In Rubro mari, Indiæve gignuntur. Aliquando geminatur. Vir. li. 9. Aen. Siquis in aduersum rapiat casusue, deusue. Est & altera particula Ve, quæ non nisi in compositione inuenitur: & modo augendi uim habet: ut, Vetus, uehemens; quorum alterum ab ætatis magnitudine, alterum a vi, atque impetu mentis dictum est. Modo uim habet diminuendi: ut, Vegrandis, id est, male, uel parum grandis, Ve, enim syllabam rei paræ ueteres præponebant: unde apud Aufonium Vegrandes messes legimus pro paruis, & apud Varronem lib. 2. Rei rust. Oues uegrandes & imbecilles. Sic & Vecordem dicimus, quasi cordis, hoc est, sanæ mentis parum habentem. Ita etiam Veoueni antiqui, appellarunt a non iuando: qui idcirco tantum colebatur, ne noceret. Eius enim simulachrum sagittas manu tenebat, quo illud significare uolebant, paratiorẽ esse ad nocendum, quam ad iuandum. Vide Gel. li. 5. c. 12.

VECORS, uecordis, [*Paççõ, memorato, sciocco.*] ἀνόητος, insanus, stolidus, stupidus, insipiens: quasi sine corde, hoc est, sine mentis sanitate. Liu. 4. Auita uox eius in concione stolidæ, & prope uecors. Cic. 1. Tus. Alijs cor ipsum minus uidetur: ex quo excordes, uecordes, concordẽ dicuntur. Ci. pro Domo sua. Ipsius uecordissimi mentem cura metuq. terrebant. Qui. in Ibin. Mens quoque fit furijis uecors. Hinc Vecordia, uecordiæ, insania, desipientia. Salust. in Cati. Profus in facie, uultuque uecordia. Teren. in And. Hocine credibile est, tanta uecordia innata cuiquam ut siet? Ouid. 12. Meta. Quæ te uecordia Theseus Euryte pulsar, ait.

VECTABLVM, buli, [*Carricola, uehicolo.*] ὄχημα, uehiculum. Gell. lib. 10. cap. primo.

VECTARIVS, ariæ, arium, ὄχηματικὸς, quod idoneum est ad uehendum, ut Vectarius equus. Varro lib. 2. de re rust. c. 7.

VECTICVLARIA VITA, τοιχορυπτικὸς βίος, dicitur eorum, qui uectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia. Festus.

VECTIGALIS, p. p. [*Datio, gabella. Gal. Peage, gabelle, tribut, rente, reuenu, cens. Hi. La renta a rentada ò tributo, como portaçõ, peaje, entrada.*] ἀποδοσ, tributum, portorium, & generaliter cuiusvis generis fructus, aut redditus: ita dictum a uehẽdo. Proprie enim hac uoce, primum significabatur portorium: quod mercium è loco aliquo uehendarum, uel per locum aliquem transuehendarum nomine soluebatur. Hodie tñ multo latius significatio eius extẽditur, ut tam ad publicos redditus, quam ad priuatos extendatur. Publica uecti-

galia intelligere debemus, quæ accipit fiscus, uel ærarium. Cice. pro Pomp. Vectigalia neruos esse reip. semper diximus. Priuata, quæ quisque sumit ex re ditibus, & fructibus suis. Cic. in Par. Ex meo tenui uectigalia capio ego ducẽta. Paulus, Cæsar arundinis, uel pali compendij, si in eodem fundo uectigal esse consueuit, ad fructuarium pertinet. Cice. 2. Offi. Ut uectigalia urbana rusticis ædibus, & mercibus anteponantur. Id est, prouentus, redditus. Hinc uectigalis, le, pro tributario. Sic prouinciæ, agri, homines, qui tributa persolunt, uectigales dicuntur. Ci. li. 3. Offi. Quas ciuitates L. Sylla liberauer, ut hæc rursus uectigales essent. Sue. in Cæf. Agrum Campanũ, ad subsidia reip. uectigalẽ relictum diuisit. Ci. in Catil. Et siluas, lucosq. publicos Romani uectigales habuere. Latine autẽ dicimus, Imponere uectigal, Pẽdere uectigal, exigere uectigal, Leuare agros, ciuitates, populos uectigali, Facef populos uectigales.

VECTIS, huius uectis, ge. maf. [*Chetenaççõ, stanga, chiauistello. Gal. Leuier, matron, pien, ou baston, cadenaççõ, ferrure. Hisp. Barra ò cerrojo de hierro.*] μόχλος, instrumentum ex ferro. aliæ materia, quo ostium clausum aduersus uim munitur, ita dictum, quod manu huc illuc uehatur. Vir. li. 7. Aen. Centum ærei claudunt uectes. Vectem Cy-niræ Agrippæ rusticus inuenit. Est etiam Vectis palus e ferro, uel ligno grandior, rusticis, & fabris necessarijs ad onera prouocẽda. Cæf. 2. Bel. Ciu. Saxa uectibus promouent. Cic. 1. de Nat. De. Quæ mollior, quæ ferramenta, qui uectes, quæ machinæ: Rursus uectes sunt instrumenta ad aliquid subuertendum, effringendum ue accõmodata. Hor. li. 2. Car. Hic ponite lucida Funalia, & uectes. Vectibus item torcularia circum agebantur. Hinc Vectarius, qui torcularia premit uectibus. Vir. lib. 6. ca. 8.

VECTO, as, [*Portare.*] ὀρέω, frequentatiuum a Veho, Gel. li. 16. c. 19. Dorso super fluctus edito uectauisse. Virg. 6. Aenei. Corpora uiua nefas Stygia uectare carina. Hor. Epod. circa finem: Vectabor humeris tunc ego inimicus eques. Hinc Vectatio, passiuẽ contra aliorum uerbalium naturam.

VECTOR, [*Condotiero, colui che ò condottò, nauigante.*] ἑπιδημις, qui in aliena naui uel equo, uel plaustrò uehatur pretio. Cic. 7. Phil. Gubernatores in magnis tempestatib. a uectoribus admoneri solẽt. Vir. 4. Eclo. Ceder & ipse mari uector. Aliquando actiue accipitur pro eo, qui uehit. Ouid. 2. Fat. Sileni uector asellus, uectores per translationem pro ciuibus. Cic. ad Att. li. 2. Male uehi malim alio gubernante, quam tam ingratis uectoribus bene gubernare.

VECTOR, a, [*Vectura.*] ἐγχεμον, non modo actum ipsum, hoc est uectionem denotat, sed etiã mercedem, quæ pro uectura soluitur, ut puta pro nauis, siue equo meritorio. Var. li. 2. c. 7. de re ru. de equis loquens. Alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad uecturam. Ci. Att. li. 1. Misimus, qui pro uectura solueret. Cæf. 5. Bel. Ciu. Remiges, arma, tormenta, uecturæ imperabantur. Facere uecturam, est uehendo parare sibi lucrum. Quin. Classis nostra uecturã facit.

VEGEO, es, uerbum est antiquum, quod modo absolute accipitur pro ualeo, siue uegetus, & incolumis sum, Varro Manio, ut citat Nonius: Viget, ueget. Modo actiue, pro uegeto, recreo. Pomponius Maiali, apud eundem Nonium. Animum Venus ueget uoluptatibus.

VEGETVS, Flavius Renatus, Comes Constantinopolitanus: floruit Valentiniani principis tempore. Scripsit Epitomen institutionum rei militaris, de commentarijs Catonis, Augusti, Traiani, & Hadriani principum, ac Frontini.

VEGETO, tas, [*Recreare. Gal. Donner force, renforcir. Hisp. Recrear ò esforçar.*] p. c. ῥῶμνμι, recreo, corroboreo, uegetum facio. Gel. Memoriz uegetandæ gratia. Vegetatio, onis, Apul. de Afino.

VEGES, etis, [*Vigorofo, sano.*] ὑγιυλὸς, idem quod Vegetus. Li. lib. 2. 1.

VEGETVS, a, um, [*Vigorofo, sano, gagliardo, prospero.*] ἰσχυρὸς, bene habitus, incolumis, inuidus, agilis, & ad obeundas actiones idoneus: & tam de animo, quam de corpore dicitur. Ci. Att. Te uegetum nobis in Græcia sisse. Idem 5. Tuscu. Ne tam uegeta mens in Empedocleo sanguine demersa iaceat. Liu. 6. Vegetum ingenium in uuido peccatore uigebat. Gell. li. 3. ca. 1. Multos uidemus esse pecuniæ cupidos, & eosdem corpore esse uegetos, ac ualẽti. Sue. de Cæf. Nigris, uegetisq. oculis, ualẽtudine prospera. Scribit Apul. Lunæ lumine cuncta animantia uegetari, i. ali, & uigorem acquirere. Sene. quoque li. 3. Quæ sit. Refert terræ inesse spiritum illum uitaliter uegetum, & alentem omnia. Hinc Vegetatiuum animam philosophi recentiores appellant animam seminale, quæ a Plinio dicitur A-lens, cuius motu interiore plantæ uigescunt, crescunt, frondescunt, germinant, breuiterq. uiuunt. Vegetior, Vegetissimus. Col. lib. 9. ca. 20. Hoc interuallum temporis uegetissimum agricolis.

VEGRANDIS, [*Poco grande. Gal. D'une grandeur mal façonnée. Hisp. No grande ò grande un poco.*] ἀνώητος, μικρὸς, paruus, & male grandis. Aufon. li. 2. Epi. Messis uegrandis. Varro 2. de re ru. Fiunt uegrandes, atque imbecillæ.

VEHAM, uiam ueteres dicebant, quod per eam uehebant omnia. Varro 1. de re ru. ca. 2.

VEHEMENS, tis, [*Vehemente, terribile, grande. Gal. Vehement, uolent.*]

lent. Hiss. Vehemente fuerit.] περηνός, ex Ve, & Mens componi arbitror, tametsi quidam dicit uelint, quod uehatur em nentius, uel quod uehatur mente. A mentis enim uis, atque impetus (ut docet Gellius) dicitur. Nam Ve, in hoc loco intentionis particula est. Dicitur autem Veh. mens, graue, magnam, regens, acre. Terent. in And. Ne hæc quædem sit uehemens causa ad obiurgandum. Cicero 2. de Orat. Acri & uehementi quædam incitatione inflammari. Idem de Clar. Orat. Gilba in meditando uehemens, & incensus. Vitis u. hemens Colum. lib. 3. cap. 1. Vehementem uitam, multaue materia frudentem. A quo uehementia, grauitas, acritudo. Plin. lib. 13. cap. 8. Flore candido, cum uehementia odoris. Hinc Vehementer, acriter. Cic. in Phil. Vehementer me agere fateor: iracunde nego. Ter. Eun. Vos credere hoc mihi, uehementer uelim.

VEHES, uehis, uel Vehis, uehis, [Carro, carriaggio.] ὄχημα, idè quod plaustrum, uel tanta fœni, stercoreis, alteriusue materiæ quantitas, quanta in plaustrum uectura una uehi potest. Plin. lib. 36. c. 15. Ut uehem fœni large onustam transmitteret. Columel. lib. 2. & lib. 11. cap. 2.

VEHIARE, ὀχεύειν, ueteres dixerunt pro uehere, quod tractum est ex Oscorum lingua, apud quos Vehia plaustrum dicitur. Sapon.

VEHICULUM, ἵππος, [Carruculo. Græc. Ch. r. or. Hiss. Carro para llevar cargo.] ὄχημα, ὄχημα, currus uel plaustrum, quo quid uehitur. Ci. pro Mil. Quid horum non impeditisimum? uelisticus, an uehiculum? Plinius lib. 7. c. 56. Vehiculum cum quatuor rotis Phryges inuenerunt. Est autem uehiculi nomen generale, hæc sub se continens species, Carpentum, Cisium, Carrum, Currum, Atrocium, Baternam, Rhedam (unde Epirrhedum) Saraccum, Petoricum, Plaudrum, Elledum, Pilentum, Liburnium, Traham, & Vehiam.

VENOIS, xi, ctum, [Menare, condurre. Gal. Chariot, porter en chariot. Hiss. Eleuar acuestas ó en cima.] ἔχέω, ε τοχέω, nauis, umcto, uel plaustrum porto. Ouid. Epist. 2. 1. Hunc Venus in calmi curru uexisset eburno. Cic. 1. Tul. Cum illam ob solemnem sacrificium curru uehi uis esset. Uchitur oratio metaphoricè. Cic. 1. Tul. Tamquam raris in mari immenso nostra uehitur oratio. Vir. 1. Aen. Diuersa per æquora uecti. Aucho, Aducho, Conuecho, Circumuecho, Deuecho, Euecho, Inuecho, Præuecho, Præteruecho, Proucho, Reuecho, Subuecho, Seuecho, suis locis.

VENTOSIS, apud Romanos inter noxia numina habebatur, quem non auxilij spe uenerabatur, sed ne quid ipsis noxæ inferret. huius simulacrum effingebatur spicula manu tenens, eaq. minaciter intendant, un quidam eundem cum Apolline esse putarunt, qui spiculis, hoc est, radis suis multa morborum genera immittit. Cic. 3. de Nat. De.

VEIT, urbs Etruriæ, a Camillo capta. J. i. ius, & alij.

VEL, [Ouero. Gall. Oubien. Hiss. o.] ἡ τεισ, cori mētio plerumque disiunctiua, idem significans, quod aut. Cic. de Or. Cui nostrum non licet, res ruitas fructus causa, uel delectationis inuisere? Eadem plurimum uenustatis habet geminata. Idem 2. de Nat. Deo. In his uel asperitatibus rerum, uel angustijs temporum. Interdum pro etiam, Ter. in And. Vel hoc quis non credat? Virg. 1. Aeneid. Vel Priamo miseranda manus. Interdum pro ualde, Cic. pro Mur. Vel maximum bellum populi R. cum Rege Antiocho gessisse. Interdum pro ueluti, Teren. in Hec. Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi? Interdum pro saltem, Ter. in Phorm. Postremo si ullo alio pacto, uel fœnore.

VELABRUM, bri, p. p. βήλαβρον, locus in urbe iuxta Auentinum montem, in quo uela obtendebantur, sub quibus oleum & similia uendebantur. Plaut. in Capt. Quasi in Velabro olearii. Suet. in Cæs. Gallici triumphi die Velabrum præteruehens, pene curru excussum est. Hor. 1. Serm. Sat. 3. Cum Velabro omne macellum Mane domum ueniant. Cic. Brut. lib. 15. Laurentij uos pontifices ad aram in Velabro facere uolitis. Hinc Velabrensis, & hoc ense. Martial. lib. 11. Vel Velabrensi recocta foco. Velabrensis caseus, qui in Velabro conficiebatur, cunctis præferendus. Mart. lib. 12. Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.

VELAMEN, inis, [Velo, coprimiento.] ἔλαινα, operimentum, tegmen, uelutis. Virg. 1. Aen. Et circumt. x. u. croceo uelamen acantho. Ouid. 6. Met. Velamina Progne Diripit ex humeris.

VELAMENTUM, ri, [Velo, cobrimiento.] ἔλαινα, tegmen, operimentum, inuolucrum. unde teitico. Romani tonica Velamenta a Celso appellantur. Velamēta item a Romanis dicebantur, quæ Græci uocant ἰκετήρια, hoc est quæ supplices misericordiam mouendæ causæ præferebant: cuiusmodi erant rami olearum uitis obuoluti. Liu. Oratores ad Romanos cum infans uelamentis miserunt. Ouid. 1. Met. Velaneta manu prætendens supplice. Tac. lib. 19.

VELARIA, rum, ia, uela erant, quibus theatrum superne tegebatur: item theatrum ipsum alijsue locus uelis tectus. Iuu. Sat. 4. Et pueros hinc ad uelaria raptos.

VELATVS, a, um, participium, [Velito, coperto.] ἔσκεπασμένος, uelo ornatus, tectus, & opertus. Cic. 2. de Na. De. Quidam Imperatores seipsum dijs immortalibus, capite uelato, pro Rep. deuouerunt.

Vir. 11. Aen. Velati ramis oleæ. Vbi Ser. Velati, instructi, & ornati, id est manibus oliuæ ramos tenentes.

VELITES, itis, pen. genitiui cor. [Caval leggiero. Gal. Chénal leggier, homme de guerre, armé alla legere. Hiss. Camallero armado, de armas lunianas.] γυμνήτης, miles leuis armaturæ, nullis aut exiguis armis tectus, quod sit expeditior, iaculis tantum, seu fanda armatus. unde & Velites dicti putantur, quasi uelati, quod ueluti essent potius, quam armati. Alij Velites a celeritate dictos putant, quasi uelites, o in e, mutato. Alij rursus ἄτο τε βάλλειν, hoc est, a iaculando, quod iaculis potissimum, & fundis pugnant. Liu. 6. Bel. Pun. Et ubi ad coniectum teli uentum est, signo dato uelites desiliunt. Ouid. in Ibin: Utque petit primo plenum flauentis arenæ Nondum calfacti uelitis hausta solum. Refert Aelianus ordinem ped. Item in militia diuidi trifariam: in Armatos, quæ Grauis armatura dicitur: & Velites, qui leuissime omnium armantur: unde & Expediti nuncupantur: non enim ocreas, aut loriam induunt, sed tantum iaculis, & fundis utuntur. In tertio ordine sunt Pelatari: pelta dicti, quod scutum est paruum, & leue. Hi medijs erant in ter grauem armaturam & leuem.

VELIA, βελαία, Stephano, Lucaniæ oppidum in sinu Pæstano conditum a Phocensibus, antea Elea, βελαία, dicta, & incolæ ipsi Eleatæ. Hinc deducitur adiectiuum Velinus, a, um, p. p. Virg. 1. 6. Aen. Por tusque require Velinos. Velinus lacus, Plin. lib. 3. c. 2. & Col. lib. 8. c. 16. Est præterea Velia Romæ collis editior, quæ cum Valerius qui postea Publicola dictus est, domum ædificare uellet, apud plebem in suspensionem uenit affectatæ dominationis, quod in editiore loco ueluti arcem quandam ad opprimendam libertatem constitueret. Qua re intellecta Valerius, postquam plebi in concione se purgasset, iussit materiam omnem ad radicem Velie transferri. Vide Liu. lib. 2. Hunc autem collem dictum uolunt Veliam, quasi uelliam, quod ibi pastores lanam uellere soliti fuerint.

VELIFICO, as, [Distender le uele, nauigare, far uela. Gal. Voger, nauiger a uale desployée. Hiss. Nauigar haziendo uela.] ἱσιδοραμείν, uelo nauigo, uel facio. Plin. lib. 9. c. 33. Per uisus æquora uelificat. Prop. 1. 4. El. 10. Nauta uel urbanas uelificabat aquas. Velificor, passiuum. Iuu. Sat. 3. Velificatus Athos, id est, circumnauigatus. Legitur & Velificari, deponens: ut, Velificari honori suo, id est uelis, remisque honoris, & dignitati operam dare. Cic. de Leg. Agr. Quod si quis uestrum spe ducitur, se posse in turbulenta ratione honori uelificari suo. Velificatus, a, um, part. Prop. lib. 2. Ele. 29. Cærule ad infernas uelificata rates. Velificatio, onis, uelificandi actus. Cic. ad Lent. lib. 2. Cum id possis mutata uelificatione assequi.

VELIFER, ra, rum, [che porta uela,] serens uelum, ἱσιφορος, ut Carina uelifera. Oui. 15. Met. Huc ubi ueliferam nauis aduertere carinam. Malus uelifer. Val. Flac. 1. Arg.

VELIFICVS, cursus, qui uelis fit. Plin. lib. 13. c. 11. Noctis dieique uelifico nauigij cursu. Idem lib. 6. c. 17.

VELIS, equisque [Con ogni ingegno.] ἐκπαντός τρόπος, omni conatu, & mari terraque. Cic. 3. Off. Cum his uelis equisque, ut dicitur, si honestatem tuam ac retinere sententia est; decertandum erit. Remis uelisque. Idem 3. Tul. Terra res est, detestabilis, omni contentione uelis (ut ita dicam) remisque fugienda.

VELITARIS, & hoc re, [Da caval leggiero.] γυμνητικός, quod ad uelites pertinet: unde, Velitaria arma. Sallu. in Jug. Sagittarii, & chors Peligna cum uelitaribus armis. Liu. lib. 26. Præfixa ferro, quale hastis uelitaribus inest.

VELITOR, p. c. [Combattere, scar amucciare] ἀρροβολίζμας, γυμνητικός, leui pugna congregior, more uelutum, quorum officium est præolum eminus iaculis & fundis auspicari. Per translationem accipitur pro traxari, & uerbis pugnare. Nam a uerbis plerumque ad manus solet deueniri, sicut a Velitibus ad milites grauis armaturæ. Plau. Men. Nescio quid uelitari estis inter uos. Gell. lib. 6. c. 11. Nō est inaledictis aduersus impudentes, & improbos uelitandum. Unde & Velitatio, onis, uerbale, quæ, teite Festo, dicta est ultro citroque probrorum obiectatio, ab exemplo uelitaris pugne. Plaut. in Aul. Verbis uelitationem fieri compendio uolo.

VELITARE, pen. cor. β-λέτρι, Stephano, ciuitas insignis Volscorum, Octauia gentis origine nobilitata, ut in Augusto testatur Suet. Incola Veliterni. Scribit Dionys. lib. 7. Velitris adeo sæuissè pestilentiam, ut uix decima pars ciuium superfuert: quod damnum postea Romani, missa eo colonia sarferunt.

VELIULVS, a, um, nauium epitheton, quæ, ut alis aues, ita uelis uolitare uidentur. Oui. 4. de Pont. El. 5. Et freta uelulouas non habitura rates. Virg. 1. 1. 3e. ad mare transtulit: Despicitius mare uelulouum uelulolantes naues. Cic. 2. de Diu.

VELATURA, æ, ἰματηλασία, exercitium ducendi plaustrum, uel questus ex uectura. Velaturam facere (inquit Varro 1. 1. de re ru. c. 2.) dicuntur, qui uecturam uiuunt. nā antiqui uellam, non uellam dicebant.

VELLICITIMVS, aduer. μερικώς, πορὰ δέλω, id est particula im, sparsim, carpitim, nō cōtinue, hinc illinc aliquid decependo. S. fenna hist. 1. 1. ut citatur a Nonio: Ne uellicitim ac salutatim scribēdo lecto-

DDDD

rum

rum animos impediremus.

VELLICO, as, p. c. [*Pelare, mordere, πιζζicare.*] *παραπλάω*, frequenter uello, quod proprie fit, cum extremas corporis partes digitis uel limus, & pressando infestamus. Prop. lib. 2. Nec mihi tam duris in fultes moribus, & te Vellit. Per translationem Vellicare ponitur pro cripinari, mordere, ac lacerare. Cic. pro Balbo: More hominum inuidet, in conuinijs rodunt, in circulis uellcant. Gellius lib. 4. c. 7. Plura in Sallustij scriptis maligne uellcant. Hinc Vellitatus, ipse uellcandi actus. Plin. lib. 28. c. 6.

VELLO, lis, li, & uulsi, uulsum, [*Pelare, istirpare, suellere.*] *μαδιζω*, extirpo. Col. lib. 11. c. 3. Reliquis annis non erit decerpendus, sed radicitus uellendus. Plin. lib. 12. cap. 12. Nardum Gallicum cum radice uellitur. Virg. 3. Aen. Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbor Vellitur. Suet. de Cæs. Ut non solum tonderetur diligenter, ac raderetur, sed uelleretur etiam. Vnde Vulsæ corpora a Quinct. in Proemio lib. 8. dicuntur, quibus pili sunt euulsi. Aliquando pro eruere, in terram projicere, euertere. Liu. lib. 26. Sepulchra maiorum uulsa, temerata, ac uiolata. Barbam uellere, prouerbiū est, quo summum contemptum ac ludibrium significamus. Horat. 1. Serm. Sat. 3. Barbam tibi uellunt. Lasciuu pueri. Vide in Chiliad. Auello, Conuello, Diuello, Euello, Peruello, Interuello, Reuello suis locis.

VELLVS, [*Lana.*] *πρόκος, κρόδιον*, lana ex oue dempta & conglobata, ita dicta a uellendo, quod ante inuentam condendi rationem, lana solebat euelli. Varro rei ru. 1. 2. c. ult. Legimus frequenter uellera pro lana nondum detonsa, sed adhuc in ipsis harente pecudibus. Virg. 3. Ecl. Aries etiam nunc uellera siccata. Idem 3. Geo. Reijce, ne maculis infuscet uellera pullis. Nascuntur. Ouid. lib. 7. Met. Sacra facit cultrosque in guttura uelleris atri Conijcit. Nonnumquam etiam pro ipsis pellibus una cum lana ouib. detractis. Col. lib. 7. cap. 4. Pelles eorum propter pulchritudinem lanæ maiore pretio, quam alia uellera, mercatoribus traduntur. Virg. 1. 7. Aen. Centum lanigeras macTABAT rite bidentes, Atq. haurim effulsus tergo, itratifq. iacebat Velleribus. Vellera etiam propter humilitudinem Virg. posuit pro lana, quæ apud Seres Scythiæ populos ex arborum fiONDIB. depefitur. Ita enim 1. 2. Geo. Vellera, ut folijs depeftant tenuia Seres. Quinetiam ipsas arborum frondes uellera interdum inuenimus appellata, eo quod ijs ueltiantur arbores, quemadmodum Velleribus oues. Ouid. de Nuce:

At simul induimus nostris sua uellera ramis.

VELO, as, per simplex l. [*Coprire, uestire, uelare.*] *σκεπάζω*, tego, operio. Cic. pro Domo sua: Tu, tu inquam capite uelato concione ad uocata. Virg. 4. Aen. Et capite ante aras Phrygio uelamur amictu. Nonnumquam uestire, induere, & c. Ouid. 3. de Arte: Croceo uelatur amictu. Plaut. Muliebri uelatus toga. Hinc Velati olim dicebantur, teste Festo, qui postea litteris aliquot immutatis Velites appellati sunt, quod uestiti non armari, exercitum sequerentur. Nonnumquam pro celare, abscondere. Plin. in Pan. Agentibus tibi gratias nihil uelandum est. Hinc Velanda corporis, pro pudendis posuit. Idem Plin. 110. Velatæ manus, id est, uelamenta supplicum referentes. Velamenta enim dicebantur a Romanis, quæ supplices misericordiae mouendæ causa in manibus gestabant: cuiusmodi erant rami oleagini, uittis lanave uelati. Plautus in Amph. Velatis manibus orant. Auelo, Euelo, Præuelo, Reuelo, suis locis.

VELOX [*Veloc, presto Gall. soudain, léger, vite. Hisp. Ligero.*] *ταχύς*, celer. a uolando, quasi uolox. Plin. lib. 8. c. 34. de Tarando: Velox saltu, uenatu uentus. Ouid. 1. de Pont. Eleg. 3. Sed piger ad pænas prinæps. ad præmia uelox. Virg. 5. Aen. Veloces iaculo cernos, cursuq. fatigat. Ouid. 8. Mer. Nec foribus illic Profuit armentis, nec equis uelocibus esse Velox, pro uelociter. Virg. lib. 3. Aen. Ictum uenientem e uertice uelox Præuidit. Hinc Velocitas, atis, celeritas. Cic. 2. de Fin. In corpore multa uoluptati præponenda, ut uires, ualentudo, uelocitas, pulchritudo. Liu. lib. 25. Velocitate corporum ac leuitate armorum aptissimos. Velociter, celeriter. Mar. lib. 1. Velociter exit ab hoste. Cic. de Som. Scip. Quibus curis exercitatus animus uelocius in hanc sedem peruolabit.

VELVM, ueli, [*Vela, uelo. Gal. Voile. Hisp. El paramento para hazer sombra ó uela.*] *σκεπτοσμα*, integumentum, inuolucrum, quo quid uelatur: id est, tegitur. Varro a uelleribus dictum putat, quod ex ouium uelleribus fierent uela, quibus homines tegebantur. Cicero 6. Verr. Tabernacula carbases intenta uelis. in nauibus item Velum, *ἱεῖον*, dicitur linteum, quod circa malum expansum uentum excipit. Virg. 2. Aen. Interea classem uelis aptare iubebat Anchises. Idem 1. Aen. Talia instanti stridens Aquilone procella Velum aduerfa ferit. Ouid. 1. Fast. Diriget in medio quis mea uela freto? Dare uela, est uentis se committere, & nauigare. Virg. 1. Aeneid. Vela dabant læti. Dare uela uentis. Idem 4. Aen. Vela facere, idem quod expedire uela. Cicero 5. Verr. Cleomenes malum erigi, uela fieri iubet. Per translationem Vela facere, accipitur pro, uelociter conatu rem aliquam aggredi. Idem 4. Tuscul. Vtrum igitur

maius? statimne nos uela facere, an qua e portu egredientes, paulum remigare? Permittamus uela uentis, dixit Quintilianus in præfat. Initit. hoc est, editionis accipiem eventum utcumq. cadet, experiamur. Remis, equisq. Remis, uelutq. : prouerbia, quibus summa significatur diligentia, & ad rem peragendam celeritas, summusq. conatus.

VELVT, [*Si come.*] *ἰόνει, ὄσπερ*, aduerb. similitudinis, sicut quemadmodum. Cic. 2. de Fin. Non elogia monumentorum hoc significant, uelut hoc ad portam. Idem de Arusp. resp. Eius conatum refutabo, ueluti hesterno die. Eiusdem significationis est, Veluti. Cic. 1. de Nat. De. Bestiæ, quæ gignuntur in terra, ueluti crocodili, Quomodo autem hæc differant a Quasi, Ceu, & tamquam fufe explicat Valla lib. 2. c. 36.

VENA, æ, [*Vena. Gall. Veine. Hisp. La uena proprio lugar de la sangre.*] *φλέβη*, conceptaculum sanguinis misti, confusique cum spiritu naturali, in quo, ut ait Gell. lib. 18. cap. 10. plus sanguinis, minus spiritus. Plin. lib. 11. cap. 37. Inter hos latent arteriæ, id est, spiritus semitæ. His innatant uenæ, id est sanguinis riuu. Venæ sapte ui immobiles sunt, & sanguinis tantum mittendi gratia explorantur. Arteriæ autem motu, atque pulsu suo habitum, & modum febriliū demonstrant. Super arterias locantur uenæ, præter quam in dorso, in quo magna arteria, quæ Trachia dicitur, est posita super uenam. Vena tamen aliquando pro arteria ponitur. Cels. lib. 2. cap. 6. Ouid. 10. Metam. Saluunt tentatæ pollice uenæ. Cic. de Fato: Si cui uenæ sic mouentur, is, habet febrem. Incidere uenam, dixit Cicero de Arusp. resp. Pro, scalpello uenam aperite. Concidere uenæ dicuntur a Celfo lib. 3. cap. 5. quando arteriarum pulsus languidus fit: Tenere uenas cuiusque generis hominum atatis, ordinis, & c. dixit Cic. 1. de Orat. Pro, cuiusque naturam perscrutere, & ingenium. Venæ quoque de Arboribus dicuntur. Plin. lib. 16. c. 38. Ponitur aliquando Vena pro ingenio hominis ad aliquid scribendum apto. Iuuen. Saty. 5. Sed uatem egregium, cui non sit publica uena. Inde fit Venosus, a, um, quod est uenis turgentibus plenum. Plinius lib. 12. cap. 12. Transferunt etiam ad alia, ut ad orationem, quæ tamquam corpus constituit quod succum, & sanguinem habet, & uenas, & ossa, & neruos, carnem, & toros, & robur, & colorem, decoremque. Vnde a Persio Sat. 1. dictus est Liber uenosus, pro aspero, duro, & horrido. Per translationem quoque Venæ in terra dicuntur subterranei meatus, per quos unda manat, aut alius liquor. Hirt. 4. Bell. Alex. Omnia litora naturaliter aquæ dulcis habere uenas. uenas quoque argenti, & Venas auri dicimus. Cicero 2. de Nat. Deo. Aeris, argenti, auri uenas penitus abditas inuenimus.

VENA BVLVM, li, [*Spiedo. Gal. Vn espieu, mouge ou gonge. Hisp. Venablo, arma de monterro.*] *αροβέλιον ὕστερ*, telum, quo uenantes utuntur, aciei longissimæ apud nos cornibus hinc & inde extantibus. Mart. 1. 24. Si directa geres longo ueniabula rostro.

VENA FRVM, ciuitas Campaniæ abundans olei. Mart. 1. 13. Hoc tibi Campani sudabit bacca Venafri. Horat. 2. Car. Ode 6. Viridique certa Bacca Venafro. Hinc Ager Venafranus, Oleum Venafranum, quod & Venafranum dicitur absolute. Iuu. Sat. 5. Ipse Venafrano piscem perfundit.

VENALIS, & hoc le, [*Da uendere.*] *ὄνητος*, quod uenum expositū est. Cic. lib. 3. Off. Venales hortos se non habere dixit Sall. in Jug. Obtem uenalem & cito perituram, si emptorem inueniat. Venales etiam, si nihil addas, serui intelliguntur, qui ad uendendum sunt expositi. Venalis ascriptor, qui pretio emitur, pecunia comparatur. Cicero pro Domo sua: Venalis ascriptor & subscriptor tuus. Venale, substanti neut. gene. id quod uenditioni exponitur. Plin. lib. 6. cap. 22. Alij primam, huius dictionis diphthongo scribunt, de quo uide Venæo.

VENALITIVM, tij, *ἀνδραπομηνήλειον*, locus ubi mancipia uenalia prostant. Venuleius de ædilitio edic. l. ult.

VENALITIVS, substantiuum, *ἀνδραπομηνήλειος*, idem quod Venalitarius, qui scilicet greges mancipiorum uenales habet. Cicero in Orat. Neque me diuitiæ mouent, quibus Africanos, & Lælios multi uenalitii superarunt. Aliquando Venalitiuus, capitur adiectiue, idemque significat, quod uenalis, Plin. lib. 35. cap. 8. Hoc est insignis uenalitiiis gregibus. Sic Pomponius Iurecon. lib. sfforum 24. Venalitiuus parauit.

VENATICVS, ca, cum, [*Venatico, cacciatorio, cosa che appartiene alla caccia.*] *θηροποικός*, quod ad uenationem pertinet. Vnde Venaticos canes dicimus, quib. feras prosequimur. Varr. 2. de re ru. c. 9. Canum duo genera, unum uenaticum, alterum custodiæ causa. Col. lib. 7. c. 12. De uillatico & pastorali dicendum est. Cic. 6. Ver. Canes uenaticos dices. Canum uenaticorum elegantissime excogitata nomina habes apud Ouid. 4. Met. & apud Xenophontem de Venatione. Parasiti uenatici. Pla. Cap.

VENATIO, onis, [*Caccia.*] *ἡ γρῶσις, θήριμα, κωπηγασία*, ferarum persecutio. Cic. 2. Off. Prodigii gladiatorum muneribus uenationumq. apparatu pecunias profundunt. Inerdu Venatio accipit pro apparatu.

- Paratu, aut comitatu uentorum.** Lilius libro 14. Conuenerat, ut Philomenes portula aflueta uenationem inferens, armatos induceret.
- VENATOR, oris,** [Cacciatore.] κωμυγής, qui feras prosequitur. Hor. lib. 1. Car. Ode 1. Venator tener & coniugis in memor. Cic. 2. Ruf. Pernoctant uenatores in iuue.
- VENATRIX, icis,** [Cacciatrice.] κωμυγής, mulier feras persequens. Virg. lib. 9. Aen. Comitum Aeneae quum miserat Ida Venatrix.
- VENATORIVS, a, um,** [Cofu da cacciatore.] κωμυγής, idem quod uenaticus: ut, Culter uenatorius, apud Mart. lib. 14.
- VENATVS, US,** [Caccia.] κωμυγία ipsa uenatio. Plin. in Ruden. Hunc cepi in uenatu meo. Virg. lib. 9. Aen. Vidimus obscuris priuam sub uallibus urbem Venatu assiduo. Ouid. Epit. 5. Quis tibi monitabat saltus uenatibus aptos? Cic. 5. Tuic. Labor uenatu, ludor cursus ab Eurota.
- VENDAX, cis,** πωλητικός, qui facile uendit. Cato de re rustica. capit. 2. Patrem familias uendicem, & non emacem esse oportet.
- VENDIBILIS, le,** [Vendibile. Gal. Vendible, qui est de bonne uente. Hisp. Cofu que se puede bien uender.] τιμαλπός, quod facile uendi potest. Cic. in Rul. Adiungitur illa uia uendibilis Herculeana. Col. lib. 7. c. 7. dum possit esse uendibilis. Hor. 1. epist. 17. Et fandus nec uendibilis, nec pacere firmus. Ouid. 3. Am. Eleg. 11. Vendibilis culpa facta puella mea est. Per translationem ponitur pro populari & uulgo grato. Cic. de Amic. Illius uendibilem orationem religio deorum immortalum nobis defendentibus facile uincebat. Auquando pro uulgari. de Clar. Orato. Gellius, non tam uendibilis orator.
- VENDICOR, as, pen. cor.** [Far suo, attribuirsi. Gal. S' attribuer quelque chose. Et en faire son propre. Hisp. Vsurpar à appropriar a si.] αντικαμβαίνωμαι, approprio, & meum esse dico, mihique adumo. Plin. epist. 47. Quam curam etiam non mandantes, uendicassim. Cic. pro Arch. Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum uendicant. Oud. d. 4. de Pont. Eleg. 1. Vendicat ut Calais laudem, quos fecit sequorur. Cic. 2. Offic. Siud mihi assumo, uideor id meo iure quodammodo uendicare. Idem eodem lib. Ortus nostri partem patria uendicat, partem amici.
- VENDITARIVS, a, um,** [De uendere.] απαργός, uenalis. Plau. in Stich.
- VENDITO, as,** [Vendere speffo. Et di continus.] πωιδουμ, tpepe, seu continue uendo. Plin. lib. 22. c. 2. Aristophanes Euripi di Poetae obicit ioculariter matrem eius, ne olus quidem legitimum uendicasse, sed scandicem. Venditare se cuiquam cum datiuo, est per assentationem operam suam ultro spondere, & quasi uenalem se ostendere. Cic. Att. lib. 8. Quomodo fe uenditant Caesari. Liu. 3. Se plebi uenditare. Venditare interdum est uenale habere. Plin. ep. 24. Agellum uenditare amicis tuus dicitur. Venditatio, ostentatio. Cic. 2. Tusc. Mihi laudabiliora uidentur omnia, quae sine uenditatione, & sine populo teste fiunt.
- VENDO, dis,** [Vendere. Gal. Vendre. Hisp. Vender.] πωλέω, πωιδώω, ex Venum, & Do, secundum Apuleium abiectis u, & m. Et construitur cum ablatiuo, si exprimatut pretium rei, quae uenditur: uel cum genitiuis, Pluris, Minoris, Tanti, Quanti & eorum compositis, substantiue acceptis. Plautus in Mercat. Viginti minis opinor posse me illam uendere. Cic. 3. Offic. Vendo meum non pluris, quam ceteri. Quod si addantur substantiua, statim in ablatiuos resoluuntur. Et sicut non dicimus, Quanto uendidisti, sed quanti, ita non dicimus Quanti pretij uendidisti, sed quanto pretio. Varr. tamen ablatiuo usus est sine substantiuo, cum ait, Veniunt propter penuriam magno. Et sane recte, cum non sit ex quatuor illis exceptis Tanti, Quanti, Pluris, Minoris. Huius compositum est, Diuerdo. Venditor, oris, qui uendit. Cic. 3. Offic. Ut nequid omnino, quod uenditor norit, emptor ignoret. Venditio, Actus uendendi. Cic. pro Rosc. Am.
- VENEFICIUM,** [Veneficio, incanto. Gal. Empoisonnement. sortelerie. Hisp. M lncio.] φαρμακεία, aliquando accipitur pro crimine illo, quo quis alterum ueneno necat. Cicero pro Cluentio: Attingere uentionem ueneficij criminum. Tacitus lib. 12. Locusta, nuper ueneficij damnata. Aliquando pro maleficis artibus, & uerito magiae genere. Cic. de Claris Orat. Idque ueneficij & cantionibus Ticianae factum esse dicebat. Ouid. 1. de Rem. Amor. Illa Veneficij uentus est uia.
- VENEFICVS, ci,** [Veneficio, incantatore. Gal. Qui empoisonne. Hisp. Cofa que haze hechizos.] φαρμακός, & uenefica, φαρμακίς, φαρμακίδης, qui & quae uenena conficit, & qui incantationibus & ceteris malis artibus utitur. Cic. in Catil. Tota Italia ueneficus. Idem 13. Phil. Recte ueneficum appellas, a quo tibi praesentem pestem uides comparatim. Ouid. epist. 6. Barbara narrato uenisse uenefica comum. Fit & ueneficus aspectus, id est ueneno inficiens. Plin. lib. 28. c. 3. Hinc Triuenefica, excellens uenefica. Plautus.
- VENENARIVS, rij,** [Venenario. Gal. Empoisonneur. Hisp. El que dispone, & uende porpoñas.] φαρμακοποιός, qui parat, uel conficit, aut uendit uenena. Apul. Qui uenenarium aeculat, Suet. in Nero. Venenum
- accepta quadam Locusta, uenenariorum indice.
- VENENATVS, us, uiui,** [Vene nato, atroficio.] ιοβόλος, uenenofus, ueneno infectus: ut, Venenata caro apud Cic. 2. de Nat. De. Sic, Venenatae sagittae, Venenatus mortuus, Venenatum telum, Plin. lib. 8. c. 38. In Italia muribus araneis uenenatus eit mortuus. Cic. 2. de Diuin. Cum Ptolemaeus telo uenenato ictus esset. Ouid. 14. Meram. Ora uenenata tetigit mirantia uirga.
- VENENIFERO, a, um,** [Venefoso.] ιοβόλος, uenenofus. Ouid. 3. Metam. Iamque uenenifero sanguis manare palato Coeperat.
- VENENO, as, are,** [Auehenare.] φαρμακίδης, inficere ueneno. Lucret. lib. 6. Ut spatium caeli quadam de parte uenenet.
- VENENVM, ni,** [Veneno, tofico. Gal. uenem, poison, bouquon. Hisp. Ponçana o purga.] φάρμακον, uocabulum medium est, quod tam in bonam, quam in malam partem sumi potest, quemadmodum & φάρμακον, apud Graecos. Qui igitur Venenum dicit (inquit Caius Iureconsultus de uerb. significatione) ad iocere debet, utrum bonum, an malum. hodie tamen Venenum in deterio rem partem accipitur. Cicero in Catil. Qui spargere uenena dixerunt. Idem de Clar. Orat. Fuit suspicio, I hemistoclem ueneno sibi mortem conscuuisse. Color quoque qui a uentibus imbibitur, quo uel lae medicantur, per quandam similitudinem Venenum appellatur. Virg. libro 3. Georg. Albae neq. Assyrio facatur lana ueneno. Ponitur uenenum aliquando pro arte malefica. Cicero in Orat. Cum sibi uenens creptam memoriam diceret, id est, uel magica arte, uel alia malefica.
- VENEO, nis, pri. pro.** [Effer uenduto. Gal. Efre uendu. Hisp. Ser uendido.] πωλάω, uentui, uel ueny, supino, uenium, quamuis analogiae, compositione ratio uideatur exigere Venitum, sicut reliqua composita a uerbo Eo. Componitur enim ex dictione uenium, & Verbo Eo, abiectis duabus litteris, quemadmodum fieri uidemus in uerbo Eo. Sub uoce tamen neutrali habet significationem uerbi passivi. Est enim idem quod uendor; habetque eandem omnino constructionem. Nam ipsum quod uenditur, in nominatiuo ponitur, & is a quo uenditur, in ablatiuo cum praepositione, & pretium in ablatiuo sine praepositione. Cui autem uenditur, in datiuo: ut, Ceterum aureis nummis a mangone ueniere mancipia mihi. Sed non nunquam uenditur, & pretium rei non explicatur. Plin. in Men. Quibus hic pretijs porci uenunt? Varro: Veniunt propter penuriam magno. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. Videamus, eius hominis bona quomodo uenire potuerunt. Horat. 1. Serm. Saty. 5. Venit uilisstina rerum, hic aqua. Claud. 1. in Eutrop. Non pudet (heu superi) populos uenisse sub hasta uendentis. Apud antiquissimos legitur Veneor. Plautus apud Diomedem: Ego illi ueneor?
- VENERABILIS,** [Venerabile. Gal. venerable. Hisp. Cofa que deue ser honorada.] σεμνός, σεβασμιος, ueneratione dignus. Plin. Iun. in ep. Vir grauis, & ipsa senectute uenerabilis. Liu. 1. ab Vrbe: Venerabilis uir miraculo litterarum. Mart. lib. 2. Hic uni conspicui uenerabilis amphitheatri Erigitur moles. Ouid. 2. de Rem. Am. Est prope Colli nam templum uenerabile portam. Virg. lib. 6. Aen. Admirans uenerabile domum Fatalis uirga.
- VENERABVNDVS, a, um,** [Con uenerenzas.] σεβόμενος, cum ueneratione aliquid faciens. Curt. lib. 8. Macedonas uenerabundos ipsum salutare. Liu. lib. 1. Cum perfusus horrore uenerabundusque altitiffem.
- VENERANDVS, a, um,** [Venerando, uenerabile, reuerendo.] σεμνός, idem quod uenerabilis. Sen. Vocem omni saeculo uenerandam. Virg. 1. 9. Aen. Te uero, mea quem spatij propioribus aetas, Insequitur, ueneranda puer iam pectore toto Accipio. Mart. lib. 1. Inde sacro ueneranda petes palatia cluio.
- VENERANTER,** [Reuerentemente, uenerabilmente.] σάω, αιδώς, cum ueneratione. Apul. Ab eo ueneranter exceptus.
- VENERIS,** portus, locus in Gallia & Hispania confinio, ubi Pyrenaei montes iuxta mare desinunt. Mela lib. 2. Et tot. ab insigni ueneris phano ἀποδύτων, id est ueneris templum appellat.
- VENEROR, atis,** [Reuerire, honorare, adorare. Gal. Reuerer, auoir en reuerence. Hi. Honorary acatar.] αιδέω, colo, honoro, cultu & obseruantia prosequor: quod uerbum quidam dictum existimant, quasi ueniam oro. Virg. 1. Geo. In primis uenerare deos. Cic. 6. Verr. Non solum uenerari, uerum etiam osculari solent. Idem 1. Tusc. Eum uenerantur, ut deum. Venerans, tis, participium. Virg. 12. Aeneid. Et aram suppliciter uenerans. Veneratio, onis, cultus & honor. Plin. lib. 8. cap. 1. de Elephantis: Syderum, solisque, ac Lunae ueneratio. Cic. 1. de Nat. Deo. Habet uenerationem uisam quicquid excellit. Venerator, oris, cultor. Ouid. 2. de Pont. Eleg. 2. Ille domus uestrae primis uenerator ab annis. Veneratus, a, t, us, partic. Hor. 2. Serm. Sat. 2. Ac uenerata Ceres Potat, quandoque ueneratum pro uenerabili ponunt. Virg. 3. Aen. Curulque dabit uenerata sacerdos.
- VENETI,** [Vinitiani.] π. c. ένετοί, populi Italiae, ab Henetis, Paphl-
DDDD 2 niz po-

mae ponnis, & Troianis oriundi, qui, Troia euerfa, cum magna manu Hæcæum, duce Antenore, in incitum maris Adriatici finem peruenierunt, pulsisque Euganeis, qui inter Alpes & mare incolébant, eas occuparunt terras, & ubi primum egressi sunt, opidum condiderunt, quod de nomine relietæ patris appellatur Troiam. Gens autem tota, aspiratione in u, consonantem mutata, Veneti appellati sunt. Horum regio Venetia dicitur, Adriatico mari proxima, & à Padi fluminis ostijs post Istriam usque protensa. Insignes Vrbes habet, Veronam, Vicentiam, Patavium, & Venetiam, regionis rotundus caput. Sunt & Veneti alij ex Britonum genere, in Gallia Lugdunenfi ad Oceanum, quorum frequens mentio apud Cæsarem, Vulgo Vennes.

VENETIAE, [Venetia, Venezia,] ἐβεντία, ciuitas insignis in mari Adriatico, anno a Natali Christi CDLIII condita, quo auno Artilla rex Hunnorum Aquileiam euertit.

VENETVS, a, um, [Venetiano,] ἐβεντικός, quod e Venetis est: ut Venetus color, qui (ut ait Vegetius) cæruleus est, & marinis fluctibus similibus a quo aurigarum factio una in curulibus certaminibus Veneta nominabatur. Et qui eo colore induebantur, Veneti dicebantur. Veget. libro quarto de re milit. scribit, exploratores in mari uelut Veneta esse induendos, & uela nauium exploratoriarum colore Veneto esse tingenda, ut similitudine coloris marini, hostiles oculos fallant. Hic color etiam Phalassicus, id est marinus dicitur. Græci. n. βενετῶν, mare appellant. Vide Ferrugineus.

VENIA, æ [Remissione, perdono, perdonanza,] Gal. Licence, permissione, conge. Hisp. Paç. licentia, [συγγνωμή,] remissio culpæ, & condonatio erroris. Quint. in Gladiatore: Peccati, ueniam peto. Quandoque ponitur pro beneficio, & permissione. Cic. lib. 1. de Ora. Date nobis hanc ueniam, ut ea, quæ sentitis de omni genere dicendi substitueret prosequamini, id est, concedite. Terent. in And. Da pater ueniam, sine te exorem. Cum uenia, hoc est, cum pace tua, & te permittente. Sic cum uenia legere, dixit Quin. libr. 10. capit. primo. pro, non nimium rigide examinare, sed inter legendum ad quædam conuincere. Sic Cicero pro Rosc. Amer. Bona, inquit, cum uenia uerba mea audiat. Liu. Cum bona uenia, quæso, audiat. Habere ueniam pro ignoscere. Quint. libro undecimo. capit. primo: Paulo pluribus uerbis debet haberi uenia. Hinc Venialis, & le, uenia dignum. Macrobius. Si uenialis erit ista translatio.

VENIO, nis, ire, uentum, [Venire. Gal. Venir. Hisp. Venir.] ἵκω, ἐρχομαι, nota est significationis. Virg. 6. Aen. Venisti tandem. Ali. quâdo pro Eo. Terent. Nisi ego ad mercatum uenio. Sic econtrario Ire, pro, Venire. Terent. And. Ibam ad te. Admittit aliquando datum, qui resolui potest in accusatum mediante præposito ne. Ad. u. In. Vir. 1. Aen. Hinc populum late regem, belloque superbam Venturum excidio Libiæ. Poetæ tamen aliquando Venire pro imminere, usurpant. Virg. septimo Aenei. Se satis amobus Teucrisque uenire, Latinisq. Aliquando pro crescere, pro uenire. Idem libro primo Georg. Hic segetes, illic ueniunt felicius uæ. Aliquando pro afferri. Plin. lib. 35. capit. 6. Eius quæ ex Africa uenit, octoni asses. Ci. ad Brutum l. 1. 1. Scribis, in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ ueniant. Venire ab aliquo, est ab eius adibus uenire. Cicero. pro Rosc. Comed. Quia ueniebat a Roscio plus etiam scire, quam sciebat, uidebatur: id est a disciplina Rosci. Venire aduertum, est uenire obuiam. Quod uenit in buccam. Cicero ad Att. libro primo. pro quicquid in mentem uenit. Venire in cognitionem. Quin. libr. 7. capit. 3. In confesum uenit, id est, notum & manifestum est. Plin. Epi. 302. Terent. Hec. Hera in crimen uenit, ego uero in magnum malum. Hoc est, accusabitur. Venire in fidem alicuius. hoc est, sese dedere. Liu. libro 26. oppida in fidem uenerunt. Venire in flammam. Cicero Att. libro 16. Veniendum est uel in ipsam flammam. Hoc est, oportet conijcere se in periculum. Venire iram. Cicero 3. Phil. Quis qui nescierit, uenisse eam tot dierum tibi iram gratulatum. In usum uenire. Plin. lib. 24. c. 11. Nec thus Latinum nomen habet, cum in usum plurimis modis ueniat. Vfus uenit. Ter. Heau. Ego te (si usus ueniat) magnifice Chreme. Tractare possim. Venire usu. Ci. ad Att. lib. 7. Nunc uenit idem usu mihi, quod tu tibi scribis. Venire in religionem res aliqua dicitur, cum conscientia (ut uulgus loquitur) serupulus de ea exoritur. Ci. 2. de Nat. De. Cum rem illam in religionem populo uenisse sentiret. Venire in mentem est succurrere, neque solum ad recordationem pertinet, uerum etiam ad considerationem. Ter. Eunu. Hoc adeo ex hac re uenit in mentem mihi. Virg. 4. Nec uenit in mentem, quorum confederis aruis. Luc. li. 5. Et uenit in mentem folis luxuræ uiarum. Ci. 1. Ver. in mentem tibi non uenit, quid negocij sit causam publicam sustinere? Venire diuitiæ ad aliquem dicuntur, quæ morte cuiusquam ad eum de uoluntur. Ci. pro Sext. Roscio: Venire ad manus, uel ad arma, est rem eo usq. progredi: ut pugna, uel bellum ex ea emergat. Ci. 6. Verr. Venire oratum, est orandi gratia uenire. Cæsar. 7. Bel. Galli. Lega. Veni. p. p. impersonale. Venitur ad me, cõsurgit. Oui. 3.

Falt. Seu quod ad usq. decem numero crescente, uenitur. Venit est. Liu. 1. ab urb. Ad Ianiculum uentum erat. Oui. 5. Falt. Quo postquam uentum est. Veniens, tis, partic. Ci. ad. Q. Fr. Non sumus omnino sine cura uenientis anni. Vir. 5. Ae. Gratius est pulchro ueniens in corpore uirtus. Venturus, a, um, aliud parti. Oui. 3. de Arte. Veturæ memores iam nunc estote senectæ. Vir. 4. Geor. Venturæque hyemis memores. Ventio, onis, uerbale. Pla. Truc. Quid tibi huc uentio est?

VENONIUS, historicus Romanus, cuius meminit Cicer. in Episto. ad Att. conuincens se eius historiam non habere. Et. li. 1. de Leg. eum inter nudos & exiles scriptores recenser.

VENOR, aris, [Cacciare, andax a caccia. Gal. Venir, chasser aux bestes sauvages. Hisp. Montear a caçar.] κἀνυρέω, feras indago, feris insidior, & quasi circumuenio. Cic. ad Cælium li. 2. de pantheris, per eos qui uenari solent, agitur diligenter. Vir. 3. Geo. Canib. uenabere damas. Plin. li. 16. c. 1. Fugientes cum mari pisces circa tuguria uenantur. Ci. 2. de Na. Deo. Canum tanta alacritas in uenando. Per translationem pro captare, hoc est, artificio quodam, & solertia quærere, ut Venor gloriam: quod etiã Aucupari dicimus. Ci. Ar. li. 16. Bene igitur tu, qui βενωσθαι, uenaris, relinquis patriã. Vanari apros in mari, dicit Pla. in Afin. pro, operam perdere, & frustra aliquid conari. legitur etiam uenari, passiuè, pro captari, sine circumueniri, quod & Nonius annotauit, citans illud Ennij ex Ne mea, Teneor conseptæ, atq. undiq. uenor. Hinc Venatio, Venator, Venatrix, Venarus, us, Venatorius, a, m, & uenabulum.

VENTER, huius uentris [Ventre. Gal. Veire. Hisp. El uentre.] γαστήρ, tota illa pars corporis concava, a mucronata cartilagine, & nothis costis, usque ad pubem exten. a. Plin. lib. 9. cap. 50. Pisces attritu uentrium coeunt. Ibidem: Fœmina piscis coitus tempore maris sequitur, uentrem eius rostro pulsans. Venter pro uentriculo, in quem cibus receptus, commutatur in chylum. Perlius in Prol. Sat. Magister artis, ingenti que largitor Venter. Fames enim in superiori uentriculi orificio potissimum scaturit. Iuue. Sat. 5. Venter nihil noui frugalus. Pla. Cap. Tui quotidiani uicti uentrem ad me afferas. Venter pro alio. Cels. lib. 3. c. 18. Vbi ab inferiori parte purgandus aliquis est, uentrem eius ante soluendum esse: ubi a superiore comprimendum. Col. lib. quinto, ca. 12. Tithymalus maiorum quoque animalium uentrem soluit. Ventrem fer. re est esse grauidam. Col. lib. 7. cap. 24.

VENTILABRVM, bri, πύλον, θύρα, instrumentum, quo rustici frumẽta leguminaue post trituratum usulum ei aculatur, ut uentorum flatu a paleis repurgentur. Col. li. 2. c. 10.

VENTILATOR, otis, [Paladore. Gal. Vaneur. Hisp. Anador.] ληκωντής, qui post trituratum frumenta aut legumina in uentilabro sub lime iaculatur, ut uentorum flatu grana secernatur, a palea. Col. li. 2. c. 10. Faba, quæ longius emittetur, pura eo perueniet, quo uentilator eam iaculabitur. Ventilatores, γβύρες, apud Quint. libro 10. cap. 7. sunt præstigiatores, qui ut uentilatores grana, quæ purgant, in uentum proiciunt, ita rem, quam retinent manibus, eijcere uidentur.

VENTILO, las, penult. correp. [Palare, uentare, uentolare. Gal. Esuenter. uanner. Hisp. Auentar como paratrillada, dõ haçer ayre como scador.] λυμείω, κατὰ πύλον, uentum excito, ut aliquid ardeat, aut coquat. Ventilat, Prop. lib. 4. Ele. 3. Hinc Venus, ut uiuat, uentilat ipsa facem. Ventilari frumentum, dicitur, dum in area uentilabro purgatur. Plin. Multi uentilare granum ueant. Et uentilari unum dicitur, quod dicunt dare uentum uino: ut sit, cum difficulter exit e dolio. Col. lib. 12. cap. 30. Quo maior ætus erit, eo sapius conuenit uiam nutrir, refrigerarique & uentilari. Ventilare aurum, est, è digitis exemptum manibus uersare, & ueluti uento perfusum exponere. Iuuen. Saty. 1. uentiler æthium digitis sudantibus aurum. Compositum Euentilo, eiusdem fere significationis tum suo simpliciter. Plin. libro 31. capit. tertio: Aerem emergant assiduo linteorum iactu uentilando. Colu. lib. 1. Frumenta euentilata mundiora sunt. Ventilatio, onis, uerbale, actus uentilandi. Plin. libro 23. capit. primo: Væ uentilatione etiam utiles fiunt itomacho, agrisque.

VENTITO, as, σπιδάω, frequen. ab inusitato uento, frequenter uenio. Plin. li. 35. c. 10. Alexandro frequenter in officinam uentitanti. Ci. ad Att. li. 1. Dies nullus est, quin hic Satyrus domum meam uentitet. Caru. Epig. 8. Cum uentitabas, quo puella ducebatur.

VENTOSVS, a, um, [Ventoso, pien di uento,] ἀνεμώτιστος, uento plenus: ut, uentolus aer, apud Plin. li. 2. c. 18. Ventosi folles. Virg. 8. Aen. Alij, uentosis follibus aures Accipiunt, Fornax uentosa, id est uento cõposita. Cat. c. 38. Per translationem accipitur promitudo, uano, & inani, ut uentosa uerba, uentosa natio. Plin. Pan. superbiebat uentosa & insolens natio. Ventosa gloria, κενωδοξία, Virg. 11. Aen. Iam nosces, uentosa ferat cui gloria fraudem. Hor. 1. Epi. 39. Non ego uentosa plebis suffragia uenor.

VENTRICVLVS, [Ventricolo] γαστήρ, cibi & potus receptaculum, primæ concoctionis instrumentum, quod & itomachum nonnulli appellant.

- Int.** Celsus li. 4. cap. 5. Ventriculus, qui receptaculum cibi est, inter lienem & iecur positus.
- VENTVLVS**, [Venticello,] ἀντιδύω, lenis uentus. Ter. in Eunue. Cape hoc flabellum, & uentulum huic sic facito.
- VENTVS**, ti, masc. ge. [Vento. Gal. Vent. Hisp. Viento.] ἀνεμος, πνεύμα, exhalatio sicca (teste Aristotele in Meteoris) & terra resoluta, cum aliqua uirtute caelesti composita. Cice. 2. de Diuin. Placet Stoicis anhelitus terræ, qui frigidi sunt, cum fluere cœperint uentos esse. Item pro Cluen. Mare quod sua natura tranquillum sit, uentorum ui agitatur. Virg. 1. Aeneid. Incute uim uentis. Ventum (inquit Augustinus lib. de Quantitate animæ) nihil aliud, quam istū aerem commotum, ac agitatum esse sentimus, quod in loco tranquillissimo, & ab omnibus uentis quietissimo uel breui flabello approbari potest, quo etiam museas abigentes aerem commouemus, flatumque sentimus. Sunt autem quatuor præcipui uenti, a quatuor mundi cardinibus flantes, quorum rursus singuli inter nos diuiduntur, Ab Orienti æquinoctiali Subsolanus, qui ad Septentrionem habet uolturnum: a uoluentis nubibus dictum, ad meridiem Eurum: sic dictum, quia late flat. hi sunt calidi & sicci, quia sub sole diu morantur. In ortu diei salubres sunt, quia ueniunt a regionibus temperatis. Ab occasu æquinoctiali Fauonius est dictus, quod foueat, quæ nascuntur. Huic Circius proximus est ad Septentrionem, Zephyrus ad Austrum. Sunt isti temperate frigidi & humidum, quia sol paruam facit moram in occidente, propterea nec multum calefacit illos, nec multum desiccant. In fine diei salubres sunt, quia a Sole tunc subtiliores redduntur. A meridie Auster est dictus, quod hauriat aquas. Huic ad Orientem Notus est, qui Græce sic dicitur ab humore: Africanus ad Occidentem. Hi omnes calidi sunt, & humidum, nubes, pluiasque inducunt. citant tempestates marinas, impediunt uirtutes animales, & grauitatem corpori afferunt. A Septentrione Boreas est: Huic ad Orientem Aquilo surgit, ad Occasum, Corus. Hi uenti frigidi sunt & sicci, unde corpora indurant, poros constringunt, humores purificant. Ventus operam dat dixit Plau. in Mili. id est prosper est. Ventum popularem querere in re aliqua, est populi plausum, fauoremque inanem aucupari. Virg. 4. Ge. Quatuor a uentis obliqua luce fenestras. Ventus secundus, pro secunda fortuna. Ci. ad Atti. li. 1. Quid si etiam Casarem cuius nunc uentis ualde sunt secundi, reddo meliorem? Ventus pro procella & turbine in Rep. Cice. in Pis. Alios ego uidi uentos, alias prolepti animo procellas.
- VENTRALE**, huius uentralis, neu. gen. τὸ ἐπιτρεπτικὸν ὄργανον, uestimentum uentrem contegens. Pli. li. 8. ca. 48.
- VENTRIOSVS**, [Ventroso, panciuto, trippone,] γαστροδύς, qui magnum habet uentrem. Plau. in Merc. Cauum, uarum, uentriosum. Idem Asin. Aliquantulum uentriosus. Pro eodem nonnulli utuntur uentricosus.
- VENTROSVS**, 2, um, [Ventroso,] γαστρού. Pli. li. 14. c. 21.
- VENVCULA**, uæz genus, quod in ollis conditum, quam duntissime in corruptum seruabatur. Col. li. 3. ca. 2. Pli. lib. 14. cap. 2. Veniculum appellat per tertiam uocalem in secunda syllaba. Beroaldus uenunculam legendum existimat: ut apud Hor. in præceptis Catianis, uenuncula conuenit ollæ. Venunculum, farris genus, Clusino ponderosius. Col. li. 2. ca. 6. Quo in loco Ruellius legit uermiculum. Quid, si uernaculum legatur? cum Plinius far adorem uernaculum appellari affirmet.
- VENVM**, [Ad offer uenduto, a uendere,] aliqui aduerbium esse putant, quemadmodum & Pessum: usurpatur tamen pro supino uerbi uenire, admittitque secum præcipue hæc uerba, Eo, Do, Expono, & fortassis nonnulla alia. Est autem uenum ire, idem quod uendi. Uenum dare, idem quod uendere: pro quo etiam unica dictione composita dicimus uenundare. Liu. Se uenum a primoribus datus. Liu. li. 3. Legem fecerunt, ut liberi, liberæque uenum iræ: id est, uenderentur. Sal. in Iugur. Quippe cui omnia uenum ire in animo hæserat. Vbi illud notandum est, quod dicimus: Uenum ire, non Uenum iri, sicut Vapulatam ire, non iri: quia Uenum & Vapulatam semper sunt passivæ significationis, ne duo passiva copulentur. In cæteris uero quæ ambigua sunt, quod actiue & passiuè accipi possint, accommodamus infinitum hoc uel actiuū, uel passiuum: ut Video te amarum ire, uel iri, quia talia supra sunt accipiunt significationis.
- VENVNDO**, as, [Dare a uendere. Gal. Vendre, mettre en uento. Hisp. Vender.] ἔνοσιδοναι, ex Uenum, & do, idem quod uendo. Cie. 3. Offic. cum in uenundando rem eam scisset Pli. li. 35. Octoginta talentis uenundatas. Hinc Venundatio, uenditio.
- VENVS**, Veneris, [Venerè,] ἀποδίτη, κυρτή γυνή, ab antiquis amorum, gratiarum, pulchritudinis deliciarum, uoluptatumque omnium habita est dea, ita dicta a Venendo, quod ad omnes res ueniat, ut auctor est Ci. 2. de Na. Deo. Hanc poetæ ex spuma maris, & Cœli testiculis natam fabulantur, a Saturno excisis, & in mare proiectis: unde & παρὰ τὸν ἀπὸν, hoc est, a maris spuma Aphro-
- diten appellantur. Est item Venus, una errantium stellarum, inter Solis & Mercurij sphaeram sita, quæ φωσφόρος, Græce, Lucifera Latine, quando ante graditur Solem: cum autem sublequitur, Hesperos, Vesper, & Vesperugo. Ponitur etiam Venus pro libidine & re ipsa Venerea, quam & Græci ἀποδίτη, dicunt. Teren. in Eun. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Vir. 2. Geo. Frigidus in Venerem senior. Pli. li. 24. cap. 9. Ad uenerem impetus inhibet. Quid. 1. Arte. Nos Venerem tutam concessaque furta cauemus. Interdum pro uenustate, ornatu, elegantia. Quint. libro. 6. cap. 4. Quod cum gratia quadam & Venere dicitur. Idem lib. 10. c. 1. Isocrates omnes dicendi Veneres secutus est. Est præterea Venus telorum iactus Venerius, ex quatuor consurgens talis diuersam faciem ostendentibus. Suet. in Augu. Talis iactatus, denarios colebat uniuersos, qui Venerem iecerat. Ci. li. 3. de Nat. De. Venus, inquit prima Cœlo & Die nata, cuius Elide delubrum uideamus. Altera spuma procreata, ex qua ex Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus. Tertia Ioue nata, & Junone, quæ nupsit Vulcano. Quarta Syria, Cyroque concepta, quæ Astarte uocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est.
- VENVSIA**, æ, oppidum Apulorum Dauniorum, patria Horatij poetæ, qui ab eo dictus est Venusinus. Pli. li. 3. c. 11.
- VENUSTAS**, atis, [Venusità, bellezza, gratia,] εὐμορφία, pulchritudo, formæ elegantia, gratia, aspectus. Cic. 1. Off. Venustas. & pulchritudo corporis fecerit non potest a ualitudine. Idem in Or. Vultus multam afferet rum dignitatem, tum uenustatem. Firmicus li. 4. Matheseos: Si Luna a Ioue defluat ad Venerem, facit uenustos, & quibus ex uenustate potestas maxima cõparetur. Accipitur et Venustas, pro lepore, sue gratia dicendi, & uenere. Ci. 1. de Or. dicendi uis egregia, cum summa festiuitate, & uenustate coniuncta, profuit. Idem 7. Verr. Affluens omni lepore & uenustate. Cic. 1. de Or. Age te cum dignitate & uenustate.
- VENUSTE**, [Gratiosamente. Gal. Brauement. Hisp. Hermosamente.] Celi ad Ci. li. 8. Venuste cecidit.
- VENUSTVLVS**, demi. Pla. in Asin. oratione uenustula.
- VENUSTVS**, 2, um, [Galante, gratioso.] ἐπαροδῖνος, quod in se habet uenustatem: ut uenustus homo, & uenusta oratio, sicut lepidus homo, lepidus oratio. Catu. de passere. Et quantum est hominū uenustiorum. Cice. de Cla. Ora. Gestus ita uenustus, ut tamen ad forū, non ad scenam institutus uideretur. Idem 2. de Ora. Omnium uenustissimus, & urbanissimus. Venustus uultus, ingenuus, elegans. Ter. in And. Et multo Sofia adeo uenusto, ut nihil supra. Lepidus autem & Venustus ita inter se differunt, quod uenustus uocamus, ut ait Quin. li. 6. c. 4. quod cum gratia quadam, & uenere dicitur: Lepidum, quod rotunditate quadam, & breuitate, atque acumine uerborum delectat.
- VENUSTO**, as, [Ornare. Gal. Faire beau & gentils orner. Hisp. Adornar.] orno, contrarium est Deuustus. Gel.
- VEPRES** huius uepris, [Spinæ,] ἀκάρδα, spinæ genus nocentioribus aculeis, quibus tenaciter prætereuntium uestibus adhæret, unde & nomen accepisse existimatur, quod uehementerprehendat. Virg. 8. Aeneid. Sparsi roborant sanguine uepres. unde Veprecula apud Ci. pro Sext.
- VEPRETVM**, ti, [Siepe,] ἀκάρδων, locus uepribus plenus. Colum. libro 4. cap. 32.
- VER**, huius ueris, [Prim. uera. Gal. Le printemps, le renouveau. Hi. El ueraño quarta parte del año.] ἄρ, anni quadripartiti pars temperatissima: ita dicta a uire, teste Varrone Ling. Lat. lib. 5. quod tū uirgulta uirere incipiant: siue a uertendo, quod tunc uertere se incipiat anni tēpus: siue ab eo quod Iones ἄρ dicunt, pro eo quod cōmuni lingua dicitur ἄρ. Ci. 6. Verr. Cum uer esse cœperat, cuius initium iste non a Fauonio, neque ab aliquo astro notabat, sed cum rosam uiderat, tum incipere uer arbitrabatur. Diuiditur autem uer, ut cæteræ anni partes, in portiones tres, in Ver nouum siue primum, adultum, & præceps. Nam cum uernum tempus sit trimestre, primum mensis primo, siue nouo ueri assignatur: secundus adulto tribuitur: tertius præcipiti siue cadenti. Virg. 1. Geo. Vere nouo canis gelidus cum montibus humor soluitur. Pli. li. 10. cap. 29. Luscinæ pariunt uere primo. Linius. Primo uere exercitū moturus erat. Ver sacrum, sacrificij genus erat apud Italos, quo diis immolabatur, quicquid proximo uere apud ipsos natū esset. Quæ consuetudinem a Sabinis ortam putat Sira. li. 5. qui aduersus Vmbros cum aliquotes infeliciter pugnant, Marti uotū fecerunt, si uictoria potiri contingeret, se illi consecratos, quicquid proximo uere apud ipsos nasceretur. Quare cum re bene gesta in patriam essent reuersi, omnem pecoris prouentum Marti immolauerunt liberos quoque eo uere natos, quoniam crudelè uidebatu occidere, Marti ministerio consecraverunt, posteaque adultos, uelato capite, extra fines suos exegerunt. Quondam (inquit Sifenna 1. 4. Hist.) Sabiniferuntur nouisse, si res communis melioribus locis constitisset, se uer sacrum facturos. Liu. li. 42. Ver. sacrum factum erat priore anno.

VERATRUM, tri, [*Elleboro. Gall. Verat, ou ellebore. Hiss. Vedegambre.*] herba, quam Græci uocant Helleborum, uehementem habens uim purgandi, educendique humores noxios, principis animæ facultatum sedem infestantes. unde melancholicis & furiosis dari solet & comitiali morbo laborantibus. Persius Satyra 3. Non est hic Ilias Acci Ebriz ueratro. Dictum putatur Veratrum a uertenda mente,

VERAX, cis, [*Verace.*] ἀληθής, qui uera loqui solet. Cic. de Diu. Multis sæculis uerax fuit id oraculum. Ibidem: Tum ei uisa quietis occurrent tranquilla, atque ueracia.

VERBA dare, [*Beffare, uocellare le persone.*] παραλογίζεσθαι, est decipere. Ter. in And. Cui ueiba dare difficile est.

VERBA ad rem conferre, τὸ ἐργῶ πρὸς αὐτὸν, dicta factis comprobare. Ter. in Eun. Si ueiba ad rem conferret, uapulabit.

VERBALE, ῥηματικόν, quod a uerbo descendit: ut, Lector a Legō.

VERBANVS lacus Cisalpinæ Galliæ, Ticinum ex Alpibus descendens accipiens, eundem in Padum transmittens. Nunc Lacum maiorem appellant. Plin. lib. 9. cap. 18.

VERBENA, n e, siue Verbenaca, [*Verbena, uerbenaca. Gal. Verneine. Hiss. La grama yerua, uerbenaa.*] ἰσακὸς τὰν, herba ramulos habens cubitales, angulosos, in quibus ex interuallis sunt folia quercus, sed minora angustioraque eisdem diuisuris in ambitu, colore aliquatenus cælio. A Græcis Hierobotane ἰσακὸς τὰν, Diosc. dicta est, propterea quod ad multos sacrorum usus ea uterentur. Cicero in Ver. Sacerdotes cum infulis, ac uerbenis. Plin. lib. 25. cap. 9. Nulla Romanæ nobilitatis plus habet, quam hierobotanæ. Aliqui peristereona, nostri uerbenacam uocant. Hæc est quam legatos ferre ad hostes indicauimus. Hæc Iouis mensa uerritur, domus purgantur, lustranturque. Hæc ille Peristereona autem Cræci in circo appellant, quod plurimum in ea manent columbæ. Κ. ταχυσταῖς tamen quæ habet herbas & frondes felias, ad aras coronandas, ex puro loco decet. præs, Verbenas appellamus, quasi herbenas: quod & Donatus annotauit in locum illum Andriæ Terentianæ, Ex ara uerbenas hinc sume. Quo profecto in loco Ter. non uidetur intellexisse herbam illam, quam proprie Verbenam appellant diximus, cum apud Menandrum, a quo illa transtulit, μύρρον, hoc est myrtus legatur. Plin. lib. 22. cap. 2.

VERBER, eris, [*Bastone, uerga, bacchetta. Gall. Verge longue, et delié esfo- uer. Hiss. Vira para herir o hostigar.*] μάστιξ, ἄστυμα, instrumentum uerberandi (inquit Valla lib. 6.) longum, & exile, qualis est uirga, baculus, fustis, lora, flagellum, ferula, arundo, & si quid est simile. Virg. 3. Geo. Illi instant uerberare torto. Cic. 7. Verr. Ne catenas, ne uerbera, ne securas, ne cruciatus sociorum Plin. lib. 8. c. 9. Domatur rabidi fame & uerberibus. Ter. And. Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam usque ad necem. In uitibus, quoque & a bo- ribus Verbera dicuntur, teneriores uirgæ longitudine & flexibilitate sua flagrorum speciem referentes; unde & flagella a re multica scriptoribus appellantur. Quint. Decl. ult. ignes ex proximo raptos uerberaque, quæ casus obtulerat in uado. Verbera nonnunquam pro ipsa uerberatione, siue pro ictibus accipiuntur. Virg. 3. Geo. Nec uerbera læua. Non scopulis, rursusque cauæ atque obiecta retardant Flumina. Ter. Hea Tibi erunt parata uerba, huic mihi uerbera. Radorum Verbera, Luc. lib. 1. Vertorum uerbera uitare. apud eundem lib. 5. Lingua uerbera, obiurgationes. Hor. 2. Carm. Ode 22. Metuentes patiturque uerbera lingua.

VERBERALIS, [*Deqno di bastonate.*] μάστιγας, uerberibus dignus, unde superlatiuum Verberatissimus deduxit Plaut. in Aul. Verberatissime etiam cogitas? Sic enim legendum est.

VERBERATIO, [*Bastonata.*] Cic. Epist. Mirificam mihi uerberationem dedisti.

VERBERATUS, us, [*Bastonata, battitura.*] μάστιγος, ἄστυμα, uerberatio. Plin. lib. 31. cap. 3. Verberatum corripit aera Verberatus pro impulsu. Curt. lib. 7. Tu uerberatu ei omnes te præeunte intrauimus.

VERBEREVS, a, um, [*Deqno di bastonate.*] μάστιγας, uerberibus dignus. Plaut. in Pseu. Video uerbeream statuam. Idem Persa: Verberum caput.

VERBERITO, as, καταμασίξω, sæpe uerbero. Festus.

VERBERO, [*Battere bastonare, dar delle botte, de le mazate. Gall. Batre, soneter, frapper. Hiss. Agotar con açotes.*] μάστιγας, ἄστυμα, cædo uerberare, sic enim a uerbero fit Verberatio, ut a fustis Fustigo. Cicero 7. Verr. Virgis oculi uerberabantur. Verberari etiam uerbis quis dicitur, quoniam (ut testatur Nonius) non solum uerberare a uerberibus dictum, sed etiam a uerbis. Plaut. in Truc. Me illis hæc uerberat uerbis. Verberare conuicio, uel iniuria, est lacessere. Cic. Fil. ad Tiron. lib. 16. Verberaui te cogitationis tacito dumtaxat conuicio. Diuerbero, Euerbero, Reuerbero, Transuerbero, suis locis.

VERBERO, nis, mas, ge. [*Unomo da bastone, peçço d'asiro.*] μάστιγας, uerberibus dignus. Plaut. in Amp. Ain uero uerbero? Idem: Tum me uerbero Audes herum ludificari?

VERBERIGERO, ras, [*Cianciare, ciclarre.*] διαλέγομαι, uerba facio. Apuleius: Quoties inter nos uerberigeratum sic.

VERBOSA, [*Con molte parole.*] πολλολόγος, multis uerbis. Cic. pro Mur. **VERBOSVS**, la, sum, [*Cianciatore, pien di parole.*] πηλυλόγος, multiloquus, garrulus, locuti eius, dicax. Cicero pro Mur. Ita ueltra uerbosa simulatio prudentiæ. Quint. lib. 2. c. 4. Quidam sententiarum gratia uerbosissimos locos arceunt. Cic. Marc. lib. 7. Epistolam uerbosissimam, quam uelles.

VERBUM, bi, [*Verbo, parola. Gal. Mot, parole. Hiss. Palabra generalmente.*] λέξις, ἰσος, generaliter accipitur pro quauis dictione quæcumque ea sit orationis pars, inde nomen habens, quod aeris uerberatu formetur. Varro tamen a ueritate deducit, quod uerum nos loqui oporteat. Teren. in Eun. De exclusione uerbum nullum. Idem Hec. Verbis dici non potest Tantum, quam re ipsa nauigare incommodum est. Cic. 2. de Orat. Neque enim quoties uerbum aliquid quod est scribendum nobis, toties eius uerbi litteræ sunt cogitatione conquærendæ. Aliquando specialiter, pro parte orationis per tempora & personas declinabili, ῥήμα. Unde Verbale nomen dicimus, quod a uerbo originem accepit. Nonnumquam Verba λόγος, ita accipiuntur, ut rebus, siue factis opponantur. Hinc Verba dare dicimus, pro decipere. Cicero Att. Verba dari mihi, facile patior. Interdum ita accipiunt Verbum, ut scripto opponatur. unde Verbo alicui mandata dare, hoc est, uiaa toce, & non scripto. Cic. lib. 7. Epist. Plura illi mandata, quam scripto, dedi. Nonnumquam non singulas tantum dictiones Verbi nomine complectimur, uerum etiam solidas orationes. Quo fit, ut modo sententiam aliquam insignem, modo prouerbium, Verbum appellatum inueniamus. Ter. Ad. Illud meum uerbum facio quod Mitio bene & sapienter dixit. Et paulo ante, Vetus uerbum hoc est, Communia esse amicorum inter se omnia. Meis uerbis, locutio in primis elegans pro meo nomine. Cicero Atti. Atticæ meis uerbis suauum des. Et alibi: Salutem Pylæ & Tullia uerbis plurimam. Idem lib. 4. t. pi. Cui Sura locutus sum ut ei meis uerbis diceret. Idem lib. 16. Si ei meis uerbis eris gratulatus. Verbi causa, idem ualere quod, exempli gratia. Cic. 3. Ver. Si quis, uerbi causa, oriente canicula natus sit. Verbi gratia, in eadem significatione apud Cicero. 1. Acad. Verba facere, differere, orationem habere, disputare proloqui: ut Facere uerba in Senatu, apud eundem quinto Verr. Idem de Cla. Or. Qui nequam uerbum in publico fecerunt. Verba mortuo facere, in eadem significatione dicimus, qua Sardo fabulam narrare. Ter. in Phor. uerba sunt mortuo uerbum de uerbo exprimere, est, ad uerbum transferre. Ter. in Prol. Ad uerbum de uerbo expressum extulit Verbum reddere uerbo. Hor. de Arte: Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus Interpret. Verbum pro uerbo reddere. Idem Cicero de Opt. Orat. gen. Conuertit duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, in quibus uerbum pro uerbo habui necesse reddere, sed genus omnium uerborum, unum, uerba ui. Totidem uerbis transferre, pro eodem, apud C. lib. 6. ad Atti. Eisdem uerbis aliquid reddere, Idem C. de Clar. Ora. Memoria tanta, quantum in uiro cognouisse arbitror, ut quæ secum commertatus esset, ea sine scripto uerbis eisdem redderet, quibus excogitauisset. Quint. li. 10. ca. 6. Ad uerbum dixit.

VERCELLAE, urbs Transpadanæ Italiæ. Plin. li. 3. ca. 7.

VERECUNDIA, æ, [*Vergogna. Gal. honte, modestie, honteuse. Hiss. Verguença con temor.*] αἰδώς, metus uultus reprehensionis, modestia contraria arrogantia: a pudore in hoc differt, teste Donato, quod Verecundia, ingenuitatis cuiusdam sit & modestiæ: unde & in laude ponitur; Pudor uero, animi sibi male cōsij ob scelus aliquod perpetratum. Cic. pro Quin. Hō timidus, uirginali uerecundia. Liu. 1. ab Urb. In eā uerecundiam adducti sunt, ut ciuitatē totā in cultum uersam deorum uiolari, ducerent nefas. Plin. Epi. lib. 2.

VERECUNDE, [*Vergognosamente. Gal. Avec honte, honteusement. Hi. Com uerguença.*] αἰδυνός, cū uerecundia. Cic. 5. de Fi. Timide uel potius uerecunde. C. 2. de Fi. Vestri hæc uerecundius, illi fortasse constantius,

VERECUNDOR, aris, [*Vergognarsi. Gal. Estre honteux, auoir honte. Hiss. Tener o amer uerguença.*] αἰδύμαι, uerecundia teneor. C. li. 3. de Or. Cunctantem, & quasi uerecundantem incitabat. Pla. in Trin. Verecundari neminem apud mensam decet.

VERECUNDVS, a, um, [*Vergognoso, risspettoso.*] αἰδύμων, qui uerecundia tenetur, i. uultus metuens reprehensionis. Qui. 1. Amo. El. 5. Illa uerecundis lux est præbenda puellis. C. 2. de Leg. Verecundus est, qui, ut bene audiatur, erubescit. Verecundus, & parcus, in transferendo, hoc est, non nimium audax, aut frequens in translationibus. Idem de Or. Nec in faciendis uerbis erit audax, & in transferendis uerecundus & parcus. Verecunda translatio, id est, modice de torta, & non nimis longe petita apud eundem li. 16. Epi.

VEREDVS, di, penultima producta, τρυφόμενος, equus cursus uelocissimi: qualibus antiqui utebantur in uenatione. Mar. li. 14. Stragula succincti uenatorum sume ueredi. Veredis itæ, utunt principibus tabellarij,

tabellarij, qui mutatis per stationes equis, quâ uelocissime, quo intimerunt, perueniunt: qui inde etiam Veredarij appellati sunt. Iul. Firmicus Matheos libro tertio. Regum nuncios, ueredariosque reddent. In qua etiam significatione uocem eandem uisurpat Procopij interpres belli Persici lib. 2. Sunt, qui ueredum dictum putent a uehenda rheda.

VERENDA, orum, generis neutri, numeri pluralis tantum, [Vergo *no se parti*,] τὰ ἀειδία, corporis partes pudæ, quæ sine uerecundia nominari non possunt. Pli. Epi. 14. li. 3.

VEREOR, eris, itus, [Dubitare, temere, stare in sospetto. Gal. Craindre, redo ubter. Hisp. Temer con uerguença.] ἀλαβέμαι, cum obseruantia quadam, & ingenio pudore metuo. est enim Vereri proprie liberorum, qui honestatis gratia mouentur. Timere autem seruorum, qui formidine pœnæ aliquid aut faciunt, aut omittunt. Ci. ad Atti. lib. 7. Et quod scribis in urbem introisse uereor quid sit. Tere. in And. Quid nam Pamphilum exanimatum uideo: uereor quid fiet. Et ut dicimus Timeo te, tibi, a te, sic dicimus, Vereor te, tibi, a te, in eadem differentia, quam explicauimus in uerbo Timeo. Cic. 4. Aca. Vos autem ueremini mihi, ne labar. Ter. in And. Ego dudum non nihil ueritus sum Daue abs te. In eadem significatione dixit Cic. in Catone. De qua loquitur de Carthagine) non antè uereri desinã, id est, timeo, ne uobis malum inferat. Verens, tis, particip. sicut nomen a participio, timens, metuens. Ci. ad Pap. lib. 4. Qui te ad scribendum incitauit, uerentem, ut Syllus suo nuntio aliquid mihi sollicitudinis attulisset.

VERENDVS, a, um, [Venerando,] ἀιδέσθαι, uenerandus. Ou. 4. Met. Maiestatemq. uerendam Imposuit. Idem. 4. de Ponto. Ele. 1.

VERERVUM, tui, [Membro uiril. Gal. Le membre uiril. Hisp. Las uerguenças genitales.] penis, mentula, membrum uirile. Suet. in Tib.

VERGILIAE, πλειάδες, septem stellæ in genu Tauri, ita dictæ, quod circa æquinoctium uernum matutino oriantur. Ci. de Nat. Vergilias tenui tum luce uidebis. Vir. 1. Geo. Pleiadas, claramq. Liconis Arcton. Vide Pleiades.

VERGO, gis, si, [Volvere. Gal. Tondre, s'endimer, roumer. Hisp. Inclinar, transformar.] uel secundum Diomedem, xi, sum, σιωτέω, tendo, specto, inclino. Virgil. 11. Quem damnet labor, & quo uergat ponderere lethum. Iungitur aliquando -accusatiuo cum præpositione Ad, uel In. Cicero 111. Philip. Et eius auxilium ad Italiam uergeret, quam ad Asiam maluerunt. Venenum uergere alicui actiue, pro miscere, porrigere, Lucret. libro quinto. Illi imprudentes ipsi sibi sæpe uenenum Vergabant. Vergens, tis, particip. Lucan. libro secundo. Illiris Ionias uergens Epidaurus in undas. Suet. in Othone, Vergente iam die ingressus senatum. Id est, inclinato.

VERIDICVS, a, um, [Veridico,] ἀληθινός, qui uera dicit. Mar. 1. 5. Sen tua ueridicæ discunt responda forores. Luc. Omnia ueridico qui quondam ex ore profudit.

VERILOQUIVM, quij, origo nominis. Ci. in Top. Cum exiui nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογία, uocant, id est uerbum ex uerbo ueriloquium.

VERIMONIA, æ, [Verità,] ἀλήθεια, Veritas. Pla. Truc. Ad amicâ uerius uerimoniam referre.

VERISIMILIS, mile, [Verisimile, quella cosa che ha del uerisimile.] πιθανός, εἰκός, idem quod probabile, quod licet non fit uerum, ueritatem similitudinem habet. Ci. pro Rosc. Am. Etiam tum cum uerisimile erit aliquem commisisse, in suspitione latratote. Col. lib. 3. c. 9. Id cum sit uerisimile, tum etiam uerum esse, nos docuit experimentum. Pli. 1. 5. c. 22. Quod est uerisimilius, quam quia cadendo tripudium, sonumue faciat. Ci. 1. de Inuen. Verisimillimum mihi uidetur.

VERITAS, atis, [Verità. Gal. La uerité. Hisp. Veridad.] ἀλήθεια, uera ratio, res uera, uerum. Cicero secundo de Inuen. Veritas est, per quam immutata ea quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicitur. Quintil. libro sexto, cap. primo. Non admittit hoc idem ueritas fori.

VERIVERBIVM, [Vero parlare.] ἀληθολογία, uerus sermo. Pla. Cap.

VERMICULOR, aris, [Far uermi. Gal. Se uermouir. Hi. Criar gushtos.] περιδουλιόμοι, σκοληκίαι, uermiculosis gigno: quod uitium non modo lignis & arboribus, uerum & alijs plantis & fructibus solet accidere. Pli. 1. 27. cap. 24. Vermiculantur magis minutæ quædam arbores. Hinc Vermiculatio σκοληκολογία, uitium arborum, aliarumue plantarum, aut etiam fructuum, cum uermiculis infestantur. Pli. lib. 11. c. 17.

VERMICVLATVS, a, um, σκοληκοειδής, quod quandam uermiculorum effigiem imitatur: unde Opus uermiculatum, quod minutis tessellis infectis uermiculorum instar uarietatum est, ac distinctum. Plin. libro 35. cap. 1. de prætura loquens: Vermiculata ad effigies rerum, & animalium cœlitis. Cicero de Ora Emblemata uermiculatum.

VERMINA, [Dolor di uentre,] teste Festo, dicuntur uentris tormina, cum intestina uicinato morfu, quasi uermib. quibusdam scinduntur

dentur. Græci σποδν, appellant.

VERMINATIO, uitium in iumentis, cum a uerme infestantur. Plin. lib. 28. cap. 11.

VERMINO, as, p. c. [Hauere, o far uermi. Gal. Auoir de uer. Hisp. Tener gusanos.] σκοληκία, uermibus infector. Cels. Nihil periculosius pueris dum uerminat. Mar. 11. 14. Si tibi morosa prurigne uerminet auris.

VERMINOR, aris, deponens, σποδῆμαι, uentris torminibus uexor. Vermina enim, teste Festo, ueteres uentris tormina appellabant. Pompo. Hirnea, ut citat Nonius: Decimo mense demum turgens uerminatur, parturit. Tractum a uermibus, qui in animalium aluo se se mouentes intestina excruciant.

VERMINOSVS, [Pieno di uermi.] σκοληκιάων, qui uermes habet. unde Verminosæ aures. Pli. 11. c. 14.

VERMIS, huius uermis, ma. ge.] Verme. Gal. Vn uer. Hisp. El gusano.] σκοληκί, a uertendo dicitur, quod rependo torqueat sese & uertat. Plin. libro 18. cap. 17. Si uermes radicibus inhæreant, remedium est amurca pura. Lucret. libro secundo uiuos existerre uermes, Stercore de tæro. Hinc Vermiculus dimin. exiguus uermis. Plin. libro decimo cap. sexagesimo quinto. Iam obituris muribus uermiculum in capite gigni tradunt. Lucr. lib. secundo. Vermiculus pariunt.

VERNA, æ, comm. gen. [Seruo, nato in casa,] οἰκότροπος, οἰκοτροφῆς, seruus, ancilla, domi nostræ, aut certe ex ancilla nostra natus, nataue. quod nomen Festus a uere deductum putat, quod id tempus maxime idoneum sit foræ: Pla. in Mil. Quid, nutrici non missuris quequam, quæ uernas alit: Cœl. Ci. 1. 9. Bellienus uerna Demetrii. Tibullus 11. 2. Ele. 1. Turbae uernarum, saturi bona signa coloni Ludet. Hor. 2. Ser. Vernasq. procaces Pasco libatis dapib. Vernarum nomen apud antiquos, teste Nonio, pro conuictio habebatur, quod eo nomine dicti fuerint ij, qui sacro uere nati essent. Plaut. Amph. Cum cruciari tuo istæc uerna uerba funditas. Huius dimin. est. Vernula. Pli. 11. 23. ca. 17. Mart. 11. 44. Si quis plorator collis tibi uernula pendet.

VERNA CVLVS, la, lum, [Natio, naturale,] οἰκώριος, quod nostra in regione natum est, uel quod illi proprium & peculiatum: ut Vernacula lingua, quæ regioni nostræ est peculiaris, quam uulgus maternam uocat. Vernaculæ ueræ quæ exoticæ aut peregrinæ non sunt, neque aliunde translata. Pli. 11. 74. ca. 2. Potissima nobilitas datur uis peculiaribus, atque uernaculis Italiæ. Sapor uernaculus, id est, regioni suæ peculiaris. Ci. in Bru. Nescio quo sapore uernaculo. Idem in Ver. 6. Crimen domesticum, ac uernaculum. Vernacula putatio, id est, regioni nostræ consueta. Pli. 11. 17.

VERNALIS, & hoc le, [Della primavera,] εἰρινός, quod est ueris. Augu. 11. lib. 7. Ci. Vernalem faciem terræ, quæ cæteris temporibus est pulchrior.

VERNALITER, [Seruilmite,] οἰκοτροφικῶς, seruiliter, blande, adulatorie. Hor. 2. Ser. Sa. 9. Nec non uernaliter ipsis Fungitur officijs. Cæcilius in venatore, ut citat Nonius: Hoc fit uernaliter.

VERNATIO, onis, [Mutanda. scorza di bisso, scaglie di serpie] λεονοίς, coriû uetus, quo serpentes uerno tempore exuuntur, quod & Senectus dicitur. Pli. 11. 29. ca. 6. Nonnunquam uerbalis significationem retinet, actum ipsum exuendæ cutis significans. Idem 11. 30. ca. 3. Anguix uernationis membrana cum oleo, tedæque resina cælecta auribus prodest. & 11. 29. c. 6.

VERNILIS, & hoc uile, [seruile,] p. p. οἰκετικῶς, seruilis. Tacit. lib. 18. Quamuis odium Vitellius uernilibus blanditijs uelaret. Hoc est seruilibus, libero homine indignis.

VERNILITAS, atis, [Astutia di seruo,] seruilis astutia. Pli. lib. 34. ca. 8. Subdole, ac fucata uernilitatis. Quin. 11. 1. c. 11. Nec seruili uernilitate imputatur.

VERNOJAS [Pullulare, spiciolare.] βλασέω, pullulo. Mar. 11. 2. Dum tibi uenarent tenera lanugine malæ. Id est, tenera quadam lanugine ætatis floræ præ se ferrent. A uere deductum uerbum quo tempore omnia renasci conspiciuntur. Aliquando pro canere, Pla. Auiculæ uernant. Quippe uerno tempore omnia lætari uidentur. Aliquando pro splendere, Plin. libro octauo cap. 27. anguis hyberno situ nitidusque uernat. Vernans æslum, uernam quandam temperiem præ se ferens. Pli. libro 7. c. 2. Salubri cœlo, semperque uernante. Vernans ager, pullulans, floridus, uiridis, lætus. Mar. 11. 9. Arguto passere uernat ager.

VERNVS, a, um [Della primavera,] εἰρινός, quod est ueris: ut, uerna temperies. Aequinoctium uernum. Pli. 10. c. 31.

VERO, [Certo si. Gal. Certainement. His. Cosa de ueridad.] μέγτοι, assentientis particula est, idem ualens quod sane, uel utique, semperque secundo loco in oratione collocatur. Cicero in Brut. Tum Brutus in me utuens: Orationes, inquit, ueteres nobis explicabis. Ego uero, inquam Brute. Terent. in Heau. Heut, laudas qui heros fallunt: c. h. In loco ego uero. Cicero Sulpic. libro quarto Epi. Ego uero, Serui, uellem, ut scribis, in meo grauissimo casu assuis. Aliquando discretiua particula est, idem ualens quod Au

tem Cicero de Ora. Poeta numeris astrictior paulo, uerborum autem licentia liberior, multis uero ornandi generibus socius, ac pene par. Pro interiectione stomachantis accipi ait Donatus in illo Eunuc. Moue uero oculus te nutritrix. Aliquando etiam particula est, ironiam adiuuans: ut apud Vir. 4. Aene. Egregiam uei o laudem, & spolia ampla referis Tuq. puerq. tuus. Ponitur etiam p̄ quiniimo. Seneca, Socratem cum Platone, & Zenonem, & Cleanthem in animum meum sine dignatione recipiam? Ego uero illos uenero, & tantis non inib. semper assurgo. Pli. in Praef. Proinde occupantibus locum faueo, ego uero & polteris. Vide Vallam lib. 2. cap. 24.

VERO, as, [Dire il uero,] uerū dico. Gel. lib. 18. ca. 1. ex Ennii. 13. Ann. Satin uates uerant ætate in agunda. Est & Verare, uere repræsentare. Sidon. Quoties uerba Graia carmine uerat.

VERONA, [Verona,] Ἰβήριον, ciuitas Venetiæ, a Gallis condita, duce Brenno: quo Brenno primo, deinde mutatis literis, Verona dicta est, ut Iust. lib. 20. refert. Veronam alluit Athesis fluius amœnissimus, qui ex Tridentinis Alpib. ortus, non longe a fossa Clodia Pado miscetur. Ex hac urbe præstantes uiri orti fuerunt, Catullus, Aemilius, & Macer poeta, & ut nonnulli putant, Plinius.

VERPA, [Membro uirile,] χωλὴ, πῆος, usurpatum a ueteribus pro membro uirili. Mar. li. 11. Incipit, in medios meiere uerpa pedes.

VERPVS [Discapellato, ritagliato] λειπὸς ἔρμος, φλόος, recutitus, qui scilicet uerpam, hoc est, mētulam habet præputio nudalam. ideo Iudæi Verpi dicuntur, qui præscripto legis præputium pueris præcidunt. Mar. lib. 7. Delapsa est misero fibula, uerpus erat. Iuu. Sat. 14. Ad fontem solos deducere uerpos.

VERRES, ris, [Verro, porco nō castrato] χοίρος, porcus nō castratus. Var. de rer. l. 2. c. 4. Caltrantur uerres commodissime amniculi. Hinc Verrinus, χοίρειος, quod est uerris. Pli. li. 28. c. 9.

VERRES, cuius Romanus, qui, quod Siciliam in prætura auare, libidinosæque administrasset, a Siculis reperundarum postulatus est, Cicero neque acuatius damnatus. Extant actiones Ciceronis in Verrem.

VERRICVLATVS, la, latum, adiectiuum ad uerriculi formam factum. Col. li. 2. c. 21. Metendi genera complura multi falcibus uerriculatis medium culmum secant.

VERRO, uerris, uerri, sum, [Tirare, uolare, scopare, βασχχzare] ἔλκυω, traho, abripio. Vir. 1. Ae. Maria ac terras, cæliq. profundū Quirpe ferant rapidi secum, uerrantque per auras. Aliquando uerum. Idem 3. Aen. Adnixi torquent spumas, & cæcula uerrunt Aequora. Idem 6. Aen. Remis uada liuida uerrunt. Oui. 10. Met. Summe cauda uerruntur arenæ. Cat. Argo. Cæcula uerrentes abigenis æquora palmis. Aliquando mundo, scopis purgo. Iuu. Sat. 14. Verre pauimentum, nitidas ostende columnas. Cicero in Para. Qui tergent, qui unguunt, qui uerrunt. Liu. lib. 26. Matronæ criuib. passis aras uerrentes. Pli. lib. 28. c. 2. Verri solum. Versus, a, um, participium. Vir. 1. Ae. Et uersa puluis inscribitur hasta. Idem 5. Aen. Conuerto, Deuerto, Euerto, suis locis.

VERRUCA, æ, p. p. δερὸς, locus in nocte editior. Cato in libris Originum: Quadringentos milites ad uerrucā illam ire iubet. Ex Gel. li. 3. c. 6. Verrucam locum editum, asperumq. interpretatur. A cuius similitudine tubercula, in corpore eminentia sine sensu, Verrucæ appellantur. Harum Græci duo faciunt genera, nam quæ superiore sui parte latiores, tenui tantum filo cuti adherent, ἀκροχορδύνας, appellantur: quæ uero ad cutem latiores sunt in acumen delinquentes, μυρομήλια, nominant. Pli. li. 20. ca. 12. Ocimum, misto aramento futorio uerrucas tollit. Serenus: Interdum existit turpi uerruca papilla: Hinc quondam Fabio uerum cognomen adhæsit, qui solus patriæ cunctando restitit rem. Verrucæ, & maculæ lineareum, pro tuberculis quibusdam in lapillis, ceu eorum uitia quædam conspiciuntur. Pli. lib. 37. cap. 12. Diminutiuum est Verrucula. Col. li. 7. c. 6.

VERRUCARIA, æ, ἡλίωτρόπιον, herba: ita dicta ab effectu, quod succo eius uerrucæ tollantur. Pli. li. 22. c. 21.

VERRUCOSVS, a, um, uerrucis plenus: ut, Verrucosus mons, qui multis uerrucis, hoc est, asperis, editioribusq. rugis assurgit. Verrucosus homo, qui cutem habet uerrucis multis asperam. translate accipitur pro duro, horrido, aspero. Perf. Sat. 1. Verrucosa moretur Antioipa, hoc est, aspera, & non satis polita. Hinc Fabij maximi cognomen. Cicero de Cla. Ora. Quintus Maximus uerrucosus, orator habitus est.

VERRVNCO, as, [Cacciare,] ἀποτρέπουαι, auerto, depello. Ci. 1. de Diu. ex antiquo Poeta: Per propinqua hæc bene uerrucet populo. Auerruco, uide suo loco.

VERSATILIS, & hoc uersatile, [Agevole, trattauole,] ὀείακτος, quod huc, & illuc uersatur, siue qd idoneum est ut uersetur: ut, Gladius uersatilis, Axis uersatilis, Acies uersatilis. Curt. lib. 4. Adeo aciem uersatilem posuit, ut qui ultimi stabat, ne circumiretur, uerti tū, & ad frontem circumagi possent, Pli. li. 9. ca. 18. Molæ uersatiles

Volsinijs inuentas. Versatile ingenium, ad res quaslibet obeundas idoneum. Liuius li. 39.

VERSCOLOR, oris, [Mutare colore,] πολυχρῆς, χλαυδιδιος, proprie dicitur illud quod ex diuersis partibus spectanti non eundem ostendit colorem, ut est uidere in anatum & columbarum collis, & in ferici quodam genere, quod modo hinc, modo illinc spectatum colores mutare uidetur. Cic. lib. 3. de Fin. Plumæ uersicolores. In eadem etiam significatione non raro hac uoce utitur Plin. testimonia hic breuitatis causa omitimus. Interdum tamen Versicolores uertes positas legitimus pro uariis seu discoloribus. Liuius libro trigesimo quarto. Nequa mulier uestimento uersicolore ueretur. Virgilius decimo Aeneid. Altur equo fidens & uersicoloribus armis.

VERSPIPELLIS, le, [Muta pelle, muta faccia, astuto,] ἄλλο πρῶσαλλος, astutus, uersutus, simuladi & dissimulandi artifex. Plautus Amph. Versipellem se faciat, quando lubet. Pli. lib. 8. ca. 22. homines astutos uersipelles dicimus.

VERSO, as, [Versare, uolgere, uoltere, maneggiare. Gal. Tourner souuent, Hisp. Boluer ó trastornar.] κυκλέω, frequentatiuum a uerro. Cic. de Som. Scip. Orbes qui uersantur retro contrario motu, atque cælum. Idem de fato: Cylindrum uolui, atque turbinem uersari putes. Accipitur aliquando pro uoluo. Idem 2. Tus. Tum illud, quod Sisyphus uersat, saxum. Sic uersare libros, dicimus pro euoluere. Horat. de Arte, uos exemplaria Græca Nocturna uersate manu, uersate diurna. Versare aliquem, est illum deludere Pla. in Persa. Quomodo hodie me Versauisti? Versat animum cupido regni. id est, transuersum agit, & a recto honestoque abducit. Liui. primo: Patrum interim animos certamen regni ac cupido uersabat. Animum muliebrem uersare in omnes partes, est, modis omnibus sollicitare. Liuius primo: Tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus, minas, uersare in omnes partes muliebrem animum. uersare dolos, id est, tractare. Idem secundo Aeneid. Seu uersare dolos, seu certæ occumbere morti. uersare oues. Virgilius decimo Eclo. Aethiopum uersemus oues sub sydere Cancti, id est, pascamus. Versare terram, id est, arare, fodere. Virgilius primo Geo. Versando terram experti. Aliquando uersare, est animo uoluer. Horat. de Arte: Versate diu, quid ferre resuscit, Quid ualeant humeri. Aliquando pro exercitare. Quin. libro quinto, capi. 6. Multum domi ante uersandi.

VERSOR, aris, deponens, [Versare, praticcare. Gal. Hanter, praticquer, & être souuent en un lieu. Hisp. Boluer ó trastornar, trattar con las manos.] διατρέβω, moram traho, frequens sum, maneo, dego. Cic. 6. Ven. Versabatur in Sicilia longo intervallo alter Phalaris. Idem pro Mil. In quibus propter insanas substructiones facile mille hominum uersabatur. Versari in suo munere, est suo munere fungi. Ci. de Fato. Nō enim credo nullo præcepto cæteros artifices uersari in suo munere. Versari ante oculos, Cicero ad Terentiam: Nam mihi ante oculos dies noctesque uersaris. Quin. libr. secundo cap. 16. Versatur circa res omnes Rhetorice. Idem in Proem. lib. 2. Præclarissime in consilijs, ac administratione reip. uersari, Pli. Epi. 55. In hoc uno errore uersatur. Cic. 5. Tuscul. in summa imanitate uersatur, Terent. And. Nescis quantis in malis uerser miser. Cicer. 3. Ver. Vos illud uellem recordari, istius nequitiam & iniquitatem tum in ore uulgi, atque in communibus prouerbis esse uersatam.

VERSORIAM capere, [Tornare indietro,] ἀνασπείρειν, pro retrorsum conuerti. Plaut. Trin. Cape uersoriam, recipe te ad herum.

VERSARE, æ, spon, a uerto, is, idem quod conuersio, Var. li. 1. de reru. ca. 46. ex quibusdam folijs, propter eorum uersuram, quod sit anni tempus, dici possit. Item Versura dicitur locus, ad quem cum quis peruenerit, reuertitur: ut cum boues in aratro post peractū legitimum sulcum circum aguntur, uertunturque. Col. lib. 2. ca. 8. Cum uentum erit ad uersuram in priorem partem iugum prope pellat. Idem de Arb. ca. 19. Idem Versura, quam Græci καμπύλω uocant, flexus ipse angulorum in ædificijs, & parietibus exterioribus in qua significatione aliquoties utitur hac uoce Vitruuius. Versura item dicitur mutatio creditoris, & æris alieni pari aut maiori fœnore persolutio, μεταλλαγή, τὸ δανείσει. Vnde uersuram facere dicitur, τόκον, τὸ γὰρ ἐκτίρειν, qui pecuniam fœnori accipiunt, ut aliud æs alienum dissoluant, unde & uersura nomen inuenit teste Festo, quod hoc nihil aliud sit, quam uertere creditorem. Versuram facere (inquit Donatus) est æs alienum ex ære alieno soluere. Hoc fit, quando æs alienum nobis conflatum fuerit, nec nobis tantum pecuniarum sit, ut id dissoluere liceat tibi autē dissoluendi tempus aduenit, mutamus creditorem, ab altero seilicet usurarium æs accipientes, quod alteri reddamus. Ci. pro Cæl. Nulli sumptus, nulla iactura, nulla uersura. Hinc uersuram, siue uorsuram soluere, dicimus eos qui ita se præsentibus explicat in commodis, ut alijs grauioribus impediuntur. Terent. in Phorm. Versuram solues, Gera. Id est, debitas tandem pœnas dabis. etiam cum

eum fœnore: ut ij, qui ut syngropham unam dissoluant, pecuniam mutuam maiori fœnore iterum accipiunt.

VERSUS, s, a, sum, participium, a uerto, [Volto, uoltato. Gal. Renuolte, tournée, uiré. Hisp. Buelto, tra stormado.] ἐσπαυμένος, id est, conuersus. Virgil. Geor. Dum grauis aut hos, Aut hos uersa fuga uictor dare terga coegit. Idem 3. Georg. Versaque in obnixos urgentur cornua uasto Cum gemitu. Interdum idem quod mutatus, ut Risus uersus est in luctum. Cice. pro Rosc. Ame. Videte nunc quam uersa, & mutata in peiorem partem sint omnia. Tacit. lib. 1. Verso ciuitatis statu. Hoc est, mutato. Ouid. Epist. 3. At si uersus amor tuus est in tædia noiutri. Virg. primo Georg. Quippe ubi fas uersum atque nefas. Aliquando pro propenso. Liu. lib. 34. Totus in Persea uersus pater. Hoc est omni beniuolentia in Perseum translata. Et sicuti dicimus, Suspendus animi, ita & uersus animi: tuncque nomen est. Tacit. Versus animi modo numen pauescere, modo minis aduersantibus populi territi. Est & uersus a uertendo. Virg. 10. Aen. Spumant uada marmore uerso.

VERSUS, us, [Verso. Gal. Vn uers, une lique, une rangée. Hisp. Verso.] ἄπος, σίχος, idem quod carmen: ita dictum a uertendo, quod ante quam legitimos accipiat numeros, modo hoc, modo illo modo uertatur. Cic. pro Archia. Si quis minorem fructum gloriae putat ex Græcis uersibus percipi, quam ex Latinis, uehementer errat. Facere uersus. Cic. 6. Verr. Versus in istius cupiditatem facti. Scribere uersus. Idem secunda Verr. De qua muliere uersus plurimi supra tribunal scribebantur. Fundere uersus. Cice. 3. de Oratore. Solitus est uersus hexametros fundere ex tempore. Versus in agricultura quid noceat, explanat Varr. libro 1. de re rustica. cap. 10. his uerbis: In Hispania ulteriore metiuntur iugis, in Campania uersibus. Iugum uocant, quod iuncti boues uno die exarare possunt. Versum dicunt centum pedes quoque uersum quadratum. Iugerum, quod quadratum duos actus habet. Ponitur aliquando uersus pro eo quod uulgo Linea uocatur. Pli. Epist. lib. 4. Non paginas tantum epistolæ, sed etiam uersus syllabasque numerabo. Interdum uersus significat ordinem, seu tractum. Virg. 4. Georg. Ille etiam seras in uersum distulit ulmos. Idem 5. Aeneid. Triplici pubes quam Dardana uersu impellunt: id est, triplici ordine. Interdum canrum. Pli. lib. 10. cap. 29. Lusciniæ uersum, quem imitentur, accipiunt. Deminutiuum uersiculus, εἰχιδιον, quod modo significat breue uel humile carmen. Martia. li. 5. Uersiculus recites ut Digurine tuos. Modo breues scripturæ (ut ita dicam) lineas. Cice. ad Brutum lib. 14. Tribus ne uersiculis Brutus ad me. Hinc uersifico, as, uersus facio. Quint. lib. 9. ca. 4. Uersificandi genus est, omnibus sermionibus unam legem dare. Uersificatio, ἑποποιία, uersificandi actus. Ibidem ca. 2. uersificator, oris, ἑποποιός, uet suum scriptor. Idem lib. 19. c. 1.

VERSUS, [Verso.] ἄπος, prepositio, accusatiuum requirit, & fere semper postponitur. Plau. Ego portum uersus pergam, & perquiram: quem si non inuenero, domum uersus reuertar. Dicimus & Quoquo uersus, quæ quæ uersus, utroque uersus: id est, in unam quamque partem, quocumque, per quamcumque partem, in utranque partem. Quandoque loco accusatiui habet aduerbium, ut, Surfum uersus. Cato ca. 156. Deorsum uersus ibit. nam Cic. de Orato. Gradatim surfum uersus reditur.

VERSUTUS, a, um, [Astuto, trincato, malitioso. Gal. Variable, caute, fin. Hisp. Astudo en mala parte, malicioso.] πανόργος, σφοδρός, astutus, callidus, qui modo hoc, modo illud, ut uisum fuerit, simulat, & sese in omnes uertit species. Plaut. in Episto. Versutiores, quam rota figularis. Cicero secundo de Finibus. Sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, uersutum, ueteratorem. Idem 3. de Natu. Deo. homo uersutus & callidus. Interdum pro ingenioso, & prompto. Cic. 3. de Natu. Deo. Versutos eos appello, quorum celeriter mens uersatur. Plau. Stico: Nec magis uersutum, nec quo careat ægrius. Hinc uersutia, calliditas & malitia. Versute, aduerbium, callide, astute. Cicero de Clar. Orato. Nihil subdole, nihil uersute, quod ille non uiderit. Versutiloquus, qui uersute loquitur. Cicero 3. de Orat. ex uetusto poeta, uersutiloquas malitias.

VERPAGI, [Braco], dicuntur canes sponte in uenationem exeuntes. Mart. li. 14. Vonatou uertagus acer.

VERTEBRA, penultima correpta, siue uertibula, σπείδουλοι, spinæ ossa dicuntur, in crassiores quosdam nodos conglobata, & in medio sui concava, ut spinali medulla transitum præbeant, firmissimis autem uinculis colligata, quorum beneficio interiores nodi cohaerescunt. Harum munus est, ut corpori flectendi se, incuruandique præbeant facultatem, quod sine illis prostris rigidum esset, & inflexibile. Pli. lib. 11. cap. 1. per quamdam similitudinem in infectis uertebrae appellat eas partes, quæ circa ipsam sitæ, incisuram, corpori flexum præbent. Hinc uertebrotus, a, um, in uertebrotas conglobatum. Pli. li. 11. c. 37.

VERTERE solum, [Μικραε λογος] γλυπὸ γῆς, dicebantur urbe decedentes, siue ob decostam creditoribus pecuniam, siue ob exilium,

Liu. lib. 3. Exili gratia solum uerterunt. Cic. pro Cecin. Qui uolunt subterfugere calamitatem, solum uertunt.

VERTEX, cis, qui, & vortex, σφόδρος, a uerto, is, proprie uentus est contortus, ac rotatus. Ventus (auctore Seneca li. 5. Natu. quæst.) aliquo promontorio repercussus, atque in se uolutatus facit uorticem: qui circumactus ac se ipse uertigine concitans, uertigo uocatur. Docet Quint. lib. 8. cap. 2. uerticem esse contritam in se aquam, uel quicquid aliud finiliter uertitur. Vir. 1. Aene. Igeas a uertice pontus. Cic. 2. Tuscul. per translationem uertices dolorum, dixit, pro doloribus circumagentibus præcordia. Nunc nunc, (inquit) dolorum anxiferi torquent uertices. Inde propter flexum capillorum, pars summa capitis dicitur vertex, siue quia ad occipitium, in decliue uertitur, Apul. de Dogmate Platonis: capitis uerticem specta. Pli. li. 11. cap. 37. binos hominum reliquibus uertices dat, cum ait: uertices bini hominum tantum. Ab huius similitudine: quod in montibus eminentissimum est, vertex appellatur. Virg. 1. Aene. Geminique manantur in cælum scopuli, quorum sub uertice late Aequora tuta silent. Item altissimæ partes cæli, quas Græci πύλος, uocant, dicuntur uertices, quod circa hos mundus rotetur. Virg. 1. Georg. Hic uertex nobis semper sublimis. Ideo Cardines dicuntur a similitudine eorum cardinum, circa quos ualua uoluuntur. Apud Virg. lib. 2. Geo. Vertex pro Aquilone, ponitur. Tempestas a uertice syluis incubuit. Uertices antiqui per o, litteram pronuntiabant, teste Quint. cap. de Orthographia: primus Africanus per e, uertices dixit. Hinc uerticosus. Liu. libro uigesimo secundo. Quidam uerticoso anni delati in hostes.

VERTICVLVM, li, [Cocco, susaiuolo.] σπονδυλον, instrumentum, quod fuso adhibetur, ut facilius uertatur. Hinc uerticillum, li, & uerticillus, mal. ge. demin. Pli. lib. 37. ca. 2. uerticilla, insecti species inquit Budæus. A uerticillus deducitur uerticillatus. Cel. lib. 8. uerticillatis scapularum ossibus. Hoc etiam uertibulatum diet potest, & uertebrotum, quoniam uertibulum, & uertebra pro spondylis accipiuntur. Budæus.

VERTIGO, inis, [Vertigine. Gal. Tournement, uirement. Hisp. Vaguid.] ἄλγος, morbus capitis, ex frigidis, & lentis humoribus sursum ex uentriculo commeanibus, quo affecti occasione parua succidit. Dicta, quoniam ob oculos earum uorticosa quædam, & rotatilia circummagi uideantur, Græci σκότομα. Pli. lib. septimo. cap. 6. A conceptu decimo die dolores capitis, oculorum uertigines, tenebræque. Iuuen. Saty. 6. Cum iam uertigine tectum ambulat. Colum. li. 7. ca. 10. Febricitantium signa sunt, cum uertigine correpta concidunt.

VERTO, is, ti, sium, [Volgere, uoltare, mutare. Gal. Tourner, uironner. Hisp. Vaguidar.] ἄπο, a uere dici putatur, quoniam uere annus incipit uerti. Virgil. 8. Aeneid. Gorgona defecto uertentem lumina collo. Terent. in Heaut. Rotundum redigam, ut quo se uerrat nefciat. Interdum transfero quippiam de una in aliam linguam. Cicero primo de Finibus. Si sic uerterem Platonem, ut uerterunt nostri poeta fabulas. Vertere omnia est euertere. Ci. 1. Offi. Ut Callicratidas multa cum fecisset egregie, uertit ad extremum omnia. Aliquando est conuertere, Pli. lib. decimo quinto. capit. quarto. Vsum olei ad luxuriam uertere Græci. Vertere ad se aliquid, est sibi accipere. Cice. prim. Ver. Ex illa pecunia magnam partem ad se uertit. Vertere agros, seu terram, id est, subigere. Virgilius septimo Aeneid. Et centum terras uertebat aratris. Uertitur causa in hac re, id est, consistit. Quint. lib. tertio. cap. decimotertio. Significamus summam illam, in qua causa uertitur. Vertunt crateras ahenos, dixit Virgilius nono Aeneid. id est, portant. Verte omnes tete in facies, dixit idem Virgilius libro duodecimo. id est, transformes te in quascunque species. Vertere sese in formam alterius, est mentiri alterius formam, & simulate effingere. Vertere aliquem in fugam, est cogere, ut fugiat. Vertere se in selectionem alicuius partis, est eam eligere. Vertere omnium in se oculos, est facere ut omnium oculi in se conuertantur. Liu. septimo. Cum omnium in se uertisset oculos. Quo me uertam nefcio, uel non habeo, locutio, qua rei alicuius grauitatem ostendimus. Quoquo te uerteris, id est, in quamcumque partem respexeris. Cic. secundo de Diuin. Quoquo se uerterit Stoici, iaceat omnis eorum necesse est solertia. Uertitur res in meo foco, id est, de mea re agitur, aut quæ in me recasura, siue ruitura est. Vertere sententiam retro, est mutare sententiam. Vertere stylum in tabulis, est, ut inquit Budæus, scripta inducere, & delere, aut reuocare quod scripsimus. Cic. 4. Verr. Uertit stylum in tabulis, quo facto causam omnem uertit suam. Vertere terga, est fugere. Vertere stultitiam, est stulte factum esse interpretari. Vertere uitio, est dare uitio, criminari. Hora. 1. Sermo. Saty. 6. Nec timuit sibi ne uitio quis uerteret. Vertere aliquando est uersuram facere. Plau. in Curcul. uel qui ipsi uertant, uel qui alij subuersandos præbeant. Ponitur aliquando pro confidero, uoluo, agito, Liu. lib. 28. Cum omnium secundorum aduersorumque. caulas uertere t.

Verto,

VERTO, aliquando neutraliter, & absolute ponitur. Liu. lib. 3. Aliquando æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus uertere in plebem cœpit, id est, uerti. Item libro quinto de Camillo aduersus Gallos inuocato: iam uerterat fortuna, id est, uersa, erat fortuna. Bene uertere, pio, Bene euenire. Virgil. 9. Eclog. Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hædos: Hoc est ut malo omine hoc munus accipiat, inquit Seruius. Bene tibi uertat, hæc res: pro utinam res prospere tibi succedat. Liu. 1. ab urbe. Quod bene uertat, castra Albanos Romanis castris iungere iubet. Sic male uertere, est infeliciter succedere. Terent. Phor. Que quidem res illi uertat male. Res male uertunt: hoc est male cedunt, male habent. Plaut. Pers. male res uertunt, quas agit. Aduerto, Animaduerto, Auerto, Conuerto, Circuuerto, Diuerto, Euerto, Inuerto, Interuerto, Obuerto, Peruerto, Præuerto, Reuerto, Subuerto, suis locis.

VERTUMNVS, de cuiusdam nomen apud Romanos, in omnigenas sese formas uertentis, unde & nomen accepit. Hic Pomonam Nympham fertur adamasse, & ut eius saltem conspectu frui liceret, in nullas non formas se transmūtasse. Qua de re uide Ouid. lib. 4. Metam. Acron, in illud Horatij li. 2. Serni. Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis. Vertumnus ait esse deum humanarum cogitationum præsidem: idèoque multiformem fingi & inconstantem, quemadmodum & Illæ uariæ sunt & mutabiles. Iniquo autem vertumno natos esse interpretatur, qui cogitationes suas regere non possunt. Tiberius Donatus vertunum dicendum existimat, quemadmodum & Portunum: quem idcirco coli arbitrat, ut res institutæ, ad quem destinatæ sunt finem, perducantur. Sæpe enim male cedit, quod uel optime est institutum: ut gladius ille, qui reginæ dono datus fuit ab Aenea, necis ipsi consciscendæ fuit instrumentum. Nec desunt, qui inde vertumnus dictum putent, quod lacum Curtium in Tiberim anererit. Quam opinionem tangit & Oui. lib. 6. Fast. Cice. in Verr. Qui a ligno vertumui in circum maximum uenit.

VERTUNALIA, siue uertumnalia, uertuni festa, quæ fiebant mense Octobri.

VERV, [Spedo, schidone. Gal. Vn broche, un haste. Hisp. El assador con que se assa la carne,] indeclinabile nomen in singulari numero, in plurali uerua, rium, & βολός, instrumentum oblongum ex ferro, quo carnes ad ignem torrentur. Virg. secundo Georg. In ueribus torrebimus exta columnis. Varro a uersando dictum existimat, quod ad ignem uersetur. Ad huius similitudinem telum item oblongum, & tenue, ueru dictum est. Virgil. septimo Aeneid. Veruque Sabello.

VERVACTVM, νέατος, νεατή, ager uerno tempore semel proficissus, & deinde quiescens usque ad sequentem autumnum quo aratur. Veruactum dictum, quasi uere actum. Plin. libro 18. cap. 19.

VERVCVLVM, li, [Spedetto, schidoncino,] & βελίσκος, instrumentum ferreum, quo metallorum expurgatores spumam eximunt a reliqua materia. Plin. lib. 33. c. 6.

VERUECEVS, a, um, [Da castrone,] ad similitudinem ueruecis factum, ut Statuta ueruecea, apud Plaut. in Cap. pro seruo stupido, qui quam minimum differat a ueruece. Quo tamen in loco quidam legunt: Verberea: nam Veruecea, Trochaici metri ratio non patitur. Super est enim syllaba, nisi cea, per syuerefin contrahas.

VERUEX, ueruecis, pen. pro. [Castrone, castrato,] κριός, ab inuersis testibus dicitur: est enim mas, inter oues, cui inuersi, siue adempti sunt testiculi. nam qui ad generandam sobolem integer tenetur, Aris dicitur. Inde ueruecinus, na, num, ex ueruece. Plin. ueruecinus adeps utilis est.

VERVLANT, populi Italiæ, Tusculanis uicini. Plin. lib. 3. c. 5.

VERVS, a, um, adiectiuum, [Vero. Gal. Vray. Hisp. Cosa uerdadera o justa.] ἀληθής, syncerum, non falsum: a ve particula, ut nonnulli putant, quæ uehementiam significat: & Res: quasi non uerborum inanis sonitus, sed solida res. Terent. in And. Actum est, si quidem hæc uera prædicat. Cice. 4. Acad. Quæ ita regula est ueri & falsi, si notionem ueri & falsi nullam habemus? Ouid. 5. Trist. Eleg. 7. Nec procul a uero est, quod uel pulsauit amicum, hoc est, uerisimile est. Simile uero, Cice. ad Cassium lib. duodecimo. Id autem eo facilius credebatur, quia simile uero uidebatur. Verius uero Mar. lib. octauo. uero uerius ergo quid sit, audi. Similitudo ueri. Cic. de uniu. Bene agi putat, si similitudinem ueri consequatur. Verum mordax, id est ueritas libera, male sibi consciorum aures offendens. Persius Saty. 1. Teneras mordaci rodere uero Auriculas. Aliquando uerum accipitur pro bono, æquo, & iusto, Horat. lib. 1. Epist. Meriti se quenque suo modulo, ac pede uerum est. Cicero pro Mur. Cato negat uerum esse, beneuolentiam allici cibo. Aliquando sumitur pro ueridico, sicut contrariò Falsum pro fallace. Terent. in And. Sum uerus. Verus color, id est, natiuus, non adulteratus. Terent. in Eunuc. Color uerus, corpus solidum.

Verus labor, quem quis per se ipsum suscipit, non qui ex aliorum uirtute imperatoribus adscribi consuevit. Virg. duodecimo Aen. Aen. Duce puer uirtutem ex me, uerumque laborem. Verior, uerissimus. Plin. lib. duodecimo, cap. 13. Quod uerius, costio uicinius esse debet. Cic. 4. Aca. Mihi tamen uidetur esse uerissima. Hinc uere, aduer. Terent. in Hea. Hoc ibi tibi, ubi non uere uiuitur. Cic. pro Ros. Ame. Vere nihil potes dicere. Idem 3. Offic. Honestum quod proprie uereq. dicitur, id sapientibus est solis. Idem Ver. Laudare illam ciuitatem, id quod uerissime possem. Idem ad Attic. lib. 5. Non ὑπερβολικῶς, sed uerissime loquor. Hinc ueritas, atis, & uerimonia, æ.

VERVM, [Ma, ανχίριu.] coniunctio, idem ualens quod Sed, γαμλῶ, ἀλλ' ὁμοίως, πλὴν ἀλλὰ. Cice. pro Mur. Ea sunt omnia non a natura, uerum a magistro. Cice. 5. Phil. Expectabantur Calendæ Ian. forsitate non recte, uerum præterita omittamus. Idem 3. Orat. Verum hoc nihil ad me.

VERVMENIM, [Ma, percioche,] ἀλλὰ, γὰρ, sed enim. Ter. And.

VINDELICIA, εὐδελικία, regio Germaniæ confinis, Rhetiam habens ab Occasu, & Noricum ab Oriente. Eam Lycus amnis disternat a Rhetia, Aenus a Norico, a Septentrione Dauubio terminatur, a Meridie Alpihus supra Italiam extensis. Eius ciuitas insignis est Augusta Vindeliciorum, uulgo Augspurg, cuius meminit Ptolemæus li. 2. c. 13.

VINDELICI, εὐδελῖοι, Ptol. Vindeliciæ incolæ, hodie Germanis annumerati. Hor. Videre Rheti, bella sub Alpihus Drufum gerentem, & Vindelici.

VINDEMIA, α, [Vindemia, Gal. Vendange. Hisp. La uendimia.] τρυγητός, collectio uuarum, quasi uindemia, à uino demendo. Colum. lib. de Arbor. Vindemia facta, statim putare incipit, sarmentis, quam optimis. Varr. li. 1. Rei ru. ca. 54. In uinetis uia cum erit matura, uindemia ita fieri oportet. Nonnunquam accipitur pro ipsis uuis. Virg. 3. Ge. Mitis in apricis coquitur uindemia faxis. Idem 2. Ge. Non eadem arboribus pendet uindemia nostris. Transfertur & ad aliarum rerum collectionem. Plin. Prima mellis uindemia melior. Colum. libro decimo: Mox uere transacto, sequitur mellis uindemia. Vindemiola, α, p. c. diminutiuum. Ci. ad Att. lib. 1. Ego omnes meas uindemiolas eo reseruo, ut illud subsidium senectuti parem. De studiorum fructu loquitur.

VINDEMIATOR IUS, a, um, [Vindemia, da uindemiare.] τρυγητικός, quod ad uindemiam pertinet. Varr. libro tertio de re ru. capitu. secundo: Nihil magis torcular, uasa uindemiatoria, aut serias olearias, aut trapeta.

VINDEMIO, mias, [Vindemiare. Gal. Vendanger. Hisp. Vendimiar.] τρυγῶν, uias colligo. Plin. li. 14. ca. 2. Nouissimas uindemiant. Hinc Vindemiator, τρυγητής, qui uindemiam peragit. Colum. libro 4. Vindemiatoribus quoq. hæ semita laxitate opportunam præbent, & per quam uel fructus, uel statumina portentur. Huius dictionis secundam syllabam contra primitiuam naturam corripuit Hor. 1. Ser. Sat. 7. Durus Vindemiator, & inuictus, cui sæpe uiator Cessisset magna compellens uoce cucullum. Ouid. uero detraxit a, ut de, syllabam produceret, in 3. Fast. At non effugiet uindemiator. Est & Vindemiator sidus celeste, quod tertio Nonas Martij apparet. Plin. li. 10. cap. 31. Delphinus occidens xi. Calen. Septem, Cæsari, & Assyriæ stellæ, quæ uindemiator.

VINDEX, cis, [Vindicatore. Gal. Vengeur, qui fait la vengeance de quelque chose. Hisp. Vengador.] τιμωρός, proprie ultor iniuriæ, Cicero ad Sext. lib. 5. Epi. Sed partim odio inducti me excludunt, & ex parte uindicem coniurationis oderunt: partim non credunt. Idem tertio de Natura deorum: Furæ deæ sunt, specularices credo, uindices facinorum & sceleris. Accipitur item Vindex pro assertore seu defensore. Cicero Octauio: Extitisti tu uindex nostræ libertatis.

VINDICIÆ, arum, [sentenξε.] ἀλλοθῆσῶς, sententiæ, siue assertiones aut adindicaciones: quæ si a seruitute in libertatem sunt, dicuntur Vindiciæ secundum libertatem: si uero a libertate in seruitutem, dicuntur Vindiciæ secundum seruitutem. Vnde Prætor dicit Decernere uindicias secundum libertatem, quando in libertate assertur. Item dicitur Dare uindicias secundum seruitutem, quando pronunciat eum serui loco habendum, donec dicta causa de statu constiterit. Huiusmodi. n. uindicia, id est, adindicaciones libertatis, aut seruitutis, proprie pendente lite a Prætoris dari dicuntur: cū qui status questionem patitur, postulat a Prætoris uindicias secundum libertatem. i. ut interim pendente lite, sit in ipsa possessione libertatis: hoc est, ut interim libertate potiat. Nec tantum de libertate, aut seruitute uindicia dicuntur, sed & de alijs rebus: ut cum de re aliqua inter duos, aut plures apud Prætoris cõtrouersia est, & incertum est, uter litigatorum pendente lite rei controuersæ possessor esse debeat, uterq. autem a Prætoris uindicias postulat: id est, ut hodie causidici loquuntur recedentiam: dat autem iudex, cui æquum esse uiderit. Cui autem dederit, satisfacit aduersario suo, nihil se deterius facturum in possessione, de qua iurgium est: rursus sponsonse ipse prouocat ab aduersario certæ pecuniæ, aut æstimationis, quam amittat, nisi sua sit hæreditas, de qua cõtenit. Vindiciarum nomen a Vindicio seruo tractum esse, auctor Liu. li. 3. ab Vrbe, Qui quod coniurationem iuuctutis de reducendo Tarquinio

quinio detexisset, primus in libera ciuitate libertatem est affecutus. Alij tamen a uindicando dictum mouent, quod inter cetera aliquando significat uindicias dare. Liu. 3. ab Urb. Ita uindicatur Virginia spondentibus propinquis. i. datur uindiciæ puellæ Virginæ secundum libertatem. Vindicatumque ea est, qua rei controuersæ momentaneam ut loquuntur, possessionem petimus, interea dum de ipsa possessione disceptatur.

VINDICO, cas, pe. cor. [*Vendicare, punire. Gal. Venger, punir. Hisp. Vengar.*] ἐκδικέω, proprie ulciscor, pulio, castigo. Cic. 2. de Leg. Gra. uiter olim uindicabat uetus illa Græcia longe providens. Ouid. 6. Fast. Quique necem Crassi uindictæ, ultor erit. Cicero 5. Verr. Omnia potremo, quæ uindicaris in altero, tibi ipsi uehementer fugienda sunt. Vindicatum est, impersonaliter pro animaduersum est. Cic. 7. Ver. Fateor non modo in socios, sed etiam in ciues militesque nostros persæpe esse seueræ ac uehementer uindicatum. Vindicatio, onis, uerbale, ultio, uindicta. Cicero secundo de Inuent. Vindicationem, per quam uim & contumeliam, defendendo, aut ulciscendo, propulsamus a nobis, & a nostris, qui nobis cari esse debent, & per quam peccata punimus. Vindicare item est ab iniuria, contumeliæ, aut damno defendere, aut liberare. Cicero de Senect. Est & senectus natura loquacior, ne ab omnibus eam uitis uideat uindicare. Liuius libro 3. A cuius crudelitate uos metipso armis uindicatis. Vindicare in libertatem, id est, asserere. Cicero in Par. In libertatem uindicari uult? Idem 2. de Orat. Me tamen ita oscitans sapientia, simulatque ad eam confugero, in libertatem uindicabit. Cæf. 1. Bell. Pun. Ut se, & populum Rom. paucorum factione oppressum, in libertatem uindicaret. Liu. 9. Bell. Pun. Et missum se ad eos uindicandos in libertatem ait.

VINDICTA, æ, [*Vendetta. Gal. Vengeance. Hi. Vengança.*] ἐκδίκησις, τιμωρία, ultio, uel animaduersio pro delicto. Paulus. 1. Quod reip. de iniuriis. Quod reip. uindicandæ causæ secundum bonos mores sit, etiam si ad contumeliam alicuius pertinet: quia tamen non ea mente magistratus facit, ut iniuriam faciat, sed ad uindictam maiestatis publicæ respiciat, actione iniuriarum non tenetur. Ouid. 4. de Pont. Cum tibi suscepta est legis uindicta seueræ, &c. Aliquando libertas, siue uirga, qua serui libertate donabantur. ἀπελευθερωσις. Nam libertatem donandi tres sunt species, ut ostendit Cic. Topic. Vna, ut censu liber fiat. Censebantur enim antiquitus soli ciues Romani. Siquis enim consentiente populo, uel iubente domino, nomen detulisset in censum, ciuis Romanus fiebat, & seruitutis uinculo soluebatur. Altera pars adipiscendæ libertatis, quæ uindicta uocabatur, cum Prætor manumittendi serui capiti uirgam imponens, eundem in libertatem uindicabat, dicens quædam uerba solemnia: atque ideo illa uirgula uindicta uocabatur. Tertia, si quis suprema uoluntate in testamento seruum liberum scripserit. Cic. in Top. Si neque censu, neque uindicta, nec testamento liber factus est, non est liber: neque est ulla earum rerum: non est igitur liber. Hor. 2. Ser. Sat. 6. Quem ter uindicta quaterque imposita, haud umquam misera formidine priuet. Vbi Acron: Vindicta, id est, uirga qua percutiebantur serui, dum liberi fiebant.

VINDIVS, Hispaniæ Tarraconensis insignis mons, apud Ptolemeum lib. 2. cap. 6.

VINEA, nec, [*Vigna, signale. Gal. Vne, vigne, vignable. Hisp. La uina, uinõdo, ò pago de uina.*] ἀμπελων, ἀμπελων, multitudo uitium simul constitutum. Col. lib. 3. c. 2. Ideo non est uineis apta: uix etiam arbutu. Virg. 2. Geo. Hinc omnis largo pubescit uinea facta. Cic. de Senect. Nec uero segetibus solum, & pratibus, & uineis, & arbutibus rusticæ latæ sunt: sed pomariis etiam & hortis, tum pecudum pastu, & apium examiniibus, tum florum omnium uarietate. Ouid. 5. Fast. Si bene floruerint segetes, erit area diues: Si bene floruerit uinea, Bacchus erit. Vinearum quinque sunt genera: unum sparsis palmis, humis, & pens alterum pedatum, simplici adminiculo sustentatum: tertium iugatum: quartum compluuiatum: quintum arbutiuum: quæ omnia latius exequitur Plin. lib. 17. c. 22. Est etiam uinea instrumentum bellicum, ex lignis compactum, latum pedibus octo, altum septem, longum sexdecim, rectum duplici ligno, cratibusque contextum. Latæ quoque uimine sepiuntur, ne saxorum ac telorum impetu perfringatur, extrinsecus, ne crementur, crudis, ac recentibus coriis integuntur ordine, sub quibus oppugnantes, tutius ad muros subleuandis procedunt. Pla. in Mil. Ad eum uineas pluteosq. agam. Cic. ad Car. lib. 15. Aggere, uineis, turribus oppugnauit, usque multis tormentis.

VINEALIS, & hoc le, [*Di uigna. Gall. De vignoble, de vigne. Hisp. Cosa perteneciente à uinas.*] ἀμπελιος, quod est aptum ad uineam. Colum. lib. 3. cap. 12. Sed ne nunc per infinitas terræ species euagetur non impetentius commemorabimus Iulij Græcini conscriptam uelut formulam, ad quam posita est limitatio terræ uinealis.

VINEARIVS, ria, rium, [*Di uigna. Gal. De uigne. Hisp. Cosa de uinas.*]

ἀμπελιος, quod est uineæ, uel quod ad uineam pertinet. Colum. lib. 5. cap. 5. Validam uitem in ramos diducere c. uideo, & traducibus dispergere, atque diradiare, cæterosque uinearios colles præcipitare.

VINEATICVS, ca, cum, [*Di uigna.*] ἀμπελιος, quod ad uineam pertinet. ut, Falces uineaticæ. Varr. 1. de re ru. c. 22. Sic alia quoque nulla genera species habent plures, ut falces. Nā dicuntur & ab eodem scriptore, uineaticæ opus esse lex. Col. lib. 14. c. 1. Vnum atque alterum reprehendissent, quæ ppe feminibus uineaticis nimum me profundos censuisse fieri scrobes.

VINETVM, ti, [*Vigna, signale. Gal. Vignable. Hisp. El pago de uinõdo, ò pago de uinas.*] ἀμπελων, locus uineis abundans. Col. lib. 3. cui uineata facere coram est, faciat uicarium ex quo possit agrum uineare scire. Cic. 2. de Nat. De. Nec uero ita retellendum est, ut si segetibus aut uinetis cuiuspiam tempestas nocuerit, &c. Virg. 2. Geo. Neve tibi ad solem uergant uineta cadentem.

VINIPOTOR, p, p. huius uinipotoris, [*Beuitor di uino.*] οἶνοπότης, potator uini. Plin. lib. 10. c. 54. Scitum de quodam uinipotore reperitur, Syracusis tamdiu potare solitum, donec ab eo cooperta in terra oia factum ederent.

VINITOR, oris, [*Vignaiuolo. Gal. Vigneron. Hisp. Vinõdo, uendimador.*] π. c. ἀμπελοργος, rusticus uinearum cultor. Col. lib. 2. Separandi sunt aratores a uinitoribus. Cic. 5. de Finib. An ea, quæ per uinitorum antea conseqebatur, etiam per seipsam curabit? Virg. El. 10. Maturæ uinitor uux. Vinitorius, uinitoria, uinitorium, ἀμπελοργικός, quod est uinitoris. Col. lib. 4. c. 25. Est autem sic disposita uinitoria falcis figura.

VINOLENTVS, ta, tum, [*Ebricaco, cotto dal uino.*] ἔξοτος, ebriosus, uino se ingurgitans. Cic. 4. Acad. Ne uiolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, quæ sobrii, dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, hisque quæ uidentur imbecillus assentiuntur, cumque edormierunt, illa uisa quam lenia fuerint, intelligunt. Hinc Vinolentia, ebrietas. Cic. in Top. Cuius etiam generis illa sunt, ex quibus uerum nonnumquam inuenitur, pueritia, somnus, imprudentia, uiolentia, insania.

VINOSVS, a, um, [*Vago del uino.*] μεθυστικός, οἶνώδης, qui uini cupidior est, ut ait Valla lib. 1. Ouid. 3. de Arte: Sic tibi Callimachi, sic Coi nota poetæ, Sit quoque unofis Teia musæ senis. Plau. in Curcul. Quid opus est uerbis? Vinofissima est. Vinofus succos, uini saporem referens: qualis est moro, pyro, myrto. Plin. quoque inter mali Punici genera uinofa quædam appellat, quæ alium sistant, & stomachum.

VINVLVS, pen. corr. uox est Plautina, quam pro suauis usurpasse uidentur. Pla. in Afin. Compellando blanditer, osculando oratione uinula, uenustula.

VINVM, uini, [*Vino. Gal. Vin. Hisp. Vino.*] δῆνος, a ui deducitur, quod uim inferat menti, uel a Græco, δῆνος, Ouid. 1. de Arte. Et Venus in uinis, ignis in igne fuit. Quo tamen in loco nonnulli malunt legere, Et Venus in uenis. Martial. lib. 3. Resnata bibis, uina Falerna fugis. Virg. 9. Aeneid. Fufique per herbas Indulgent uino, & uertunt crateras ahenos. Cicero de Senec. Ut enim non omne uinum, sic non omnis ætas uetustate coalescit. Quatuor præcipui sunt uini sapores, dulcis, acutus, lenis, & austerus. Primus Noe uinum inuenit, sicut sacræ testantur litteræ. At Gentiles docent Bacchum uini repertorem fuisse. Primus uero Italis Saturnus dedit, e Creta in Latium aduectus. Vinum tortiuum, quod nouissime expressum est. Colum. lib. 12. cap. 36. Tortiuum mustum dicitur, quod post primam pressuram uinaceorum circumciso pede exprimitur. Contra ἀπὸ τοῦ πρῶτου, uocamus, quod defuit prius, quam uux calcetur. Vina, pro poculis, seu uasis uinarijs. Virgil. primo Aeneid. Crateras magnos statuant, & uina coronant. Hinc deducitur denuntiuum Villum: de quo suo loco.

VINEVN, ἄγγον, herba est folijs amplis, pusillo caule, & radice longa, cibus idonea: quam Aegyptij colligere solent, cum effusus fuerit amnis, eaque deorum aras coronare. Auctor Theophr. lib. de caus. Plant. lib. 2. c. 11.

VINTIUM, ἄγγιον, opidum est in Alpihus littoreis, apud Ptolemeum lib. 3. cap. 1.

VIOLA, æ, [*Viola. Gall. Violeta. Hisp. Violeta.*] ἴον, flosculus purpurei coloris, cuius planta folium habet edere non dissimile, nigrius ramis & tenuius, ca illiculum autem a media radice profidentem, florem, ut dictum est, ferentem purpureum. Cicero 5. Tuscul. At tu me in uiola putabas, aut in rosa dicere? Virg. 2. Eclo. Tibi candida Nais Pallentes uiolas, & summa papauera carpens &c. Dicta autem p̄ itatur Viola, quasi uitula, propterea quod huic florem Poetæ fabulantur in pabulum lus puellæ iam in iuencam conuersæ, a terra fuisse effusum: unde & a Græcis ab uidentem puellæ nomine ἴον, appellatum uolunt. Sunt & luteæ uiolæ, & cæuleæ, & albæ, quas omnes Græci λελοῖον, nomine complectuntur. Vide Plin. lib. 21. c. 6.

VIOLABILIS, [violabile. Gal. Violable. Hiss. Violablement.] *Ἰασημος*, qui aptus est, ut uioletur: ut contra, inuiolabilis, qui non facile uiolari potest. Virg. 2. Aen. Vos aeterni ignes, & non uiolabile uestrum Testor numen ait.

VIOLACEVS, a, um, [Violato, color di viola. Gal. Violet. Hiss. Color de violetas.] *ἰοειδὴς*, idem quod purpureus, hoc est, uioleae coloris referens. Cornelius Nepos, ut tradit Plin. lib. 9. c. 39. dixit, Me iuueni uiolacea purpura uigebat.

VIOLARIA, ium, [Violari. Gall. Violier. Hiss. Lugar de violas.] *ἰοίαια*, loca, in quibus copiosae nascuntur uioleae. Vir. l. 3. Ge. Iriguumque bibant uiolaria fontem. Vel ipsae potius uioleae uno in loco conlita. Oui. 4. Fast. Ille legit calthas, huic sunt uiolaria curae.

VIOLARIVS, rij, [Tentore di pannonia. *Ἰοειδῆς*, dicitur uioleae coloris infector. Plin. in Aul. Flammearii, uiolarii, carinarii.

VIOLENS, [Violente. Gal. Violent. Hiss. Fuerzhaft.] *ἰσχυρὸς*, apud Hor. teste Budaeo, pro uiolento legitur. Hinc Violenter, Adurbium, ut uult Acron. Liu. 5. ab Vrbe, Quia solemnia ludorum, quos intermitti nefas est, uiolenter decreuit. Proconsulatum uiolenter gerere, apud Plin. ep. 9. l. 3. id est, crudeliter. Violenter tolerate, apud Teren. in Phor. Id est, aegre, inuite.

VIOLENTIA, tia, [Violentia. Gal. Violence. Hiss. Fuerza.] *ἰσχυρία*, uis maior, impetus. Plinius libro secundo, capit. 38. Quoniam & tonitruum & fulminum iactus horum uiolentiae plerique assignant. Cicero quinto Tuscul. Ne sobrius in uiolentiam uiolentorum incedat, ante discedit. Virg. 2. Aen.

Haud secus accenso glihcit uiolentia Turno.

UIOLENTVS, a, um, [Violento.] *Ἰασημος*, qui uim facit. Oui. 8. Met. Nunc uiolentus aper, nunc quem tetigisse timerent Anguis erat, modo refaciebant cornua taurum. Clau. 8. Pan. Peragit tranquilla potestas, Quod uiolenta nequit. Virg. 2. Geor. Aut ubi nauigij uiolentior incidit Eurus. Oui. 3. Met. Aliis uiolentior aequo Visa dea est. Ponitur quandoque pro superbo. Virg. 10. Aen. Violentaq. pectora Turni Edocet.

UIOLO, as, penul. cor. [Violare, gustare, offendere, macchiare. Gal. Violere, gaster. Hiss. Corromper por fuerza.] *ἰσχυρομαί*, corrumpro, poliuo, uim infero: quod proprie de uirgine dicitur, cum pudicitia eius ui eripitur. Cic. 3. de Nat. Deo. Minerua quinta Pallantis, quae patrem dicitur interemisse, uirginitatem suam uiolare conantem. Transfertur & ad alia. Dicimus enim, Violare amicitiam, dignitatem, existimationem, fidem, coniugij foedus, hospites, iura, loca religiosa, parentes, reimp. sacra, Violare famam probris, &c. Cic. 3. Ver. Cum apud exteras nationes imperij, nominisque nostri famam, tuis probris, flagitijsq. uiolaris. Idem ad Quin. & Frat. lib. 13. Nisi quid existimas in ea re uiolari existimationem tuam. Idem 3. de Finib. Ut peccatum est patriam prodere, parentes uiolare, fama depeculari, &c. Virg. 4. Aene. Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat, Ante pudor, quam te uiolem, aut tua iura resoluam. Violatus, a, um, partic. Liu. 2. ab Vrb. Post publicam causam priuato dolore habito, ne uerbo quidem uiolatis Consulibus, rogationem tulit ad populum. Oui. 3. de Pon. El. 5. Ipse quidem Getico peream uiolatus ab arcu. Violandus, a, um, ut, Foedera clam uiolanda. Tibul. lib. 1. Eleg. 9.

UIOLATIO, onis, [Violentia. Gal. Violent, outrage. Hiss. Obra de corromper assi.] uerbale *ἰσχυρομαί*, uiolentiae illatio, corruptio, profanatio. Liu. 1. Bel. Pun. Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea uiolatione templi furorem iniecit: atq. inter se ducem in ducem, militem in militem rabies hostilis uertit. Violator, oris, uiolentiae illator, corruptor, ruptor. Liu. 4. ab Vrb. Hic cine est, inquit, ruptor foederis humani, uiolatorque gentium iuris?

UIPERA, ae, p. c. [Vipera. Gal. Vipere. Hiss. La binoira serpe.] *ἰσχυρὰ*, serpentis genus, quod ui pereat. Vulgo enim persuasum est, puellios erosus matris lateribus cum interitu eius erumpere. quod falsum esse experientia comprobatur. Nicander tamen in Theriacis id affirmat, & eius sententiae subscribit Galenus in lib. de antidotis. Cic. de Arusp. resp. Etiam ne in sinu, atque in delicijs quidam opti mi uiri uiperam illam uenenatam, ac pestiferam habere potuerunt? Virg. 3. Geo. Saepe sub immotis praefepibus aut mala tectis Vipera deluit. Ouid. 2. de Rem. Amo. Parua necat morsu spatiosum uipera taurum. Ambrosius lib. Hexam. Vipera (inquit) ne quis finum genus bestiae, & super omnia, quae serpentine sunt generis, a tutior. Vbi coeundi cupiditatem assumpsit, murginae maritima notam sibi requirit copulam, uel nouam praeparat: progressaque ad litus, sibilo testificata praesentiam sui, ad coniugalem amplexum illam euocat. Murginae autem inuitata non deest uenenatae serpenti. Expertis usus suae impertit coniunctionis. Atque ubi aduentare uipera comparem senserit, uenenum euomit, reuerentiam marito deferens. Hieronymus uero ad Praesidium sic scribit: Viperae per os coitum faciunt: Masculi mortem contemnunt. Sed foemina in ipso coitu, siue magna dulcedine exagitata, siue futuri praesciens periculi, dum absorbet semen, caput masculi exci-

dit, & sic eum occidit. Sed cum conceperit, uiscera illius ab ipsis quos conceperit, comeduntur, & sic matrem occidunt. De uipera Phn. abunde multis locis, maxime uero lib. 10. cap. 62. Vipere (inquit) mas caput inserit in os, quod illa abrodit uoluptatis dulcedine. Terrestrium eadem sola intra se parit oua unius coloris, & mollia, ut pisces. Tertia die intra uterum catulos excludit: deinde singulos singulis diebus parit, uiginti fere numero. Itaque ceterae tarditatis impatientes, perumpunt latera, occisa parente. Haec Plin. Apollonius tamen apud Philostratum negat hoc esse uerum, quamuis a grauissimis auctoribus affirmetur, eo quod aliquando uisa sit uipera catulos suos, quos peperisset, lambere & expolire: idque etiam hodie frequenti experientia cognitum est: fit, ut relictus sensisse uentur, qui Viperae dictam putant, quasi Viuiperam, quod non oua, ut ceteri serpentes, sed uiuum pariat animal. A uipera fit, Vipereus, a, um, pen. p. Plin. E uiperina carne fiunt Theriaci pastilli. Cic. 2. de Finibus. Cui uiperino morsu uenae uiscerum ueneno imbutae tatos cruciatus cient. Plin. lib. 11. c. 43. Scythae sagittas tingunt uiperina sanie, & humano sanguine. Hor. Epod. 3. Quid hoc ueneni sauit in praecordiis? Num uiperinus his cruos incoctus herbis me fefellit? Vipereus, a, um, eiuudem significationis. Virg. lib. 7. Aen. Vipeream inspirans animam. Idem 7. Aen. Vipereo generi, & grauiterspirantibus hydrys. Ouid. 2. Met. Videt intus edentem Vipereas carnes uitiorum alimenta suorum Inuidiam.

UIPIONES, [Vccelli minor delle grue, di quella specie.] *γεραια*, sunt minores grues, sicut Pipiones minores columbi. Plin. l. 10. c. 49. In Balearib. insulis, & buteo accipitrum generis in honore mensarum est: item uipiones, sic enim uocant minorem gruem.

UIR, huius uiri, masc. g. [Uomo. Gal. Homme. Hiss. Uomo, & hombre. *ἄνθρωπος*, a u dicitur, quod ui, hoc est, uiribus, & robore praefertur. Et modo respectu aetatis dicitur uir. Plin. lib. 7. Quod non modo in puero siue adolescente, sed etiam in uiro administratione dignum uideretur. Modo respectu sexus, ut Plin. lib. 10. c. 63. Viros audiores ueneris hyeme, foeminas aestate, Hic fidus prodidit. Unde Semiui dicitur eunuchi & molles, atque effrenuati. Modo respectu coniugij, Terent. in And. Tibi generum firmum, & filij inuenies uirum. Quid. 1. Metamorph. Imminet exitio uir coniugis, illa mariti. Nec solum de hominibus, sed etiam de brutis dicitur. Virg. 7. Eclog. Vir gregis ipse caper. Modo respectu fortitudinis. Virum enim hominem praesentis, excellentique animo nuncupamus. Curtius: Exurgite (inquit) aliquando, si uiri estis, atque arma capeffite. Cic. pro Caes. Cum iam se corroborauisset, ac uir inter uiros esset. Ter. Adelph. Laudo Ctesiphon: patrias: abi, uirum te iudico. A uir sunt composita, Duumuir, Triumuir, Quinquenir, Septemuir, Decemuir, Centumuir, Leuir, Viripotens, de quo paulo ante meminimus, Seniuir, quae omnia (secundum Praefcianum) ideo composita accipiuntur, quia sub uno accentu pronunciantur. Deriuata, Virilis, Virilitas, Viriliter, Viritium, Viripotens, Virifolus. Vide infra suo ordine.

UIRAGO, penul. produc. in genitiuo Viraginis, [Che tien dell'huomo.] *ἄνθρωπος*, mulier fortis, quae uiro similis fit, & uirilia opera faciat. Plin. in Mer. Recte ego emero matri tuae Ancillam uiraginem aliquam, non malam, forma mala. Ouid. 2. Met.

Huc ibi peruenit bello metuenda uirago.

UIRIBVS, idem qui Hippolytus, Thesei, & Hippolytae Amazonis filius, qui cum a Phaedra nouerca per calumniam apud patrem delatus esset, quod ipsi stuprum inferre uoluisset, patris iram ueritus, consensu curru, fugam arripuit. cumq. iuxta maris litus peruenisset, incusso a Neptuno pauore, equi conternati, implicatum harenis Hippolytum dilacerarunt. Cuius uicem miserata Diana, ad uitam eum reuocauit, & in Aricino nemore collocatum, pro Hippolyto Virbium appellauit, quasi bis uirum. Ouid. 15. Met.

Tum mihi, ne praesens augurem muneris huius Inuidiam, densas obiecit Cynthia nubes.

Vtque forem tutus, possemq. impune uideri, Addidit aetatem: nec cognoscenda reliquit Ora mihi: Cretenq. diu dubitauit habendam Traderet an Delon: Delo, Cretaque relictis, Hic posuit: nomenq. simul, quod possit equorum Admonuisse, iubet deponere. Quique fuisse Hippolytus, dixit, nunc idem Virbium esto.

UIREO, res, rui, [Esser uerde, uerdeggiate. Gal. Estre uerd, uirant. Hiss. Ser uierdu in color.] *ἰσχυρὸς*, uiridis sum. Virgil. sexto Aeneid. Quale solet syluis brumali frigore uiscum Fronde uirere noua. Cic. 5. Tusculan. Itaque & arboreus, & uites, & ea quae sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt; alia semper uirent, alia hyeme nudata, uerno tempore tepesfacta frondescent. Ouid. 2. Metamorph. Pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno. Virens, uirentis, participium. Horatius de Arte: Mercator ne uagus, cultor ne uirentis agelli. Virg. 4. Geo.

At liquidi fontes, & stagna uirentia musco.

VIRESCO,

VIRESCO, [Verdeggiare,] prima syllaba corr. uiridis fio. Vir. 1. Geo. Arborei factus alibi, atque inuisa uirescunt Gramina. Colum. lib. 11. c. 2. Quidam cum uisissent partem aliquam unarum uirescere, crediderunt tempestiuam esse uindictam. Hinc fit compositum uiresco, id est, arefio, & uiriditatem amitto. Varro Prometheo, ut citat Nonius: Atque exanguibus dolore uirescat colos. Reuiresco; ἀναβάλλω, priuam uiriditatem resumo, ad uigorem redeo. Stat. lib. 1. Syluarum: Alios melior reuirescit in annos. Uiresco, prima syllaba prod. uires acquire, inualefco. Uirescit (inquit Nonius) maiorum uirium fit: eiusque rei testem citat Furium in Poematis:

Hinc crescunt animi uirescit uulnere uirtus.

VIRESUM, ti, [Luogo di uerdura,] ἀλλοῦ, locus naturali herbarum, arborum uiriditate amœnus. Virg. lib. 6. Aen. Deuenere locos lætos & amœna iureta Fortuatorum nemorum.

VIRESA, gæ, [Bacchetta, uimino, uirga. Gal. Verge, soufine. Hisp. Verga à vara d'umbre.] ῥάβδος, uimen, bacillum tenue, uel aliud quiduis, quo ad ligandum, uerberandum uel utimur. Cic. pro C. Rabirio: Porcia lex uirgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit. Vir. 1. Geo. Nunc facilis rubea texatur fisciua uirga. Idem 2. Geo. Solis est turea uirga Sabæis. Plin. lib. 12. c. 14. Virgis etiam turis ad nos commenantibus. Virga censoria, prouerbialiter dicitur pro superciliosa iudicandi auctoritate, a Romanorum nimirum magistratu sumpta translatione, penes quem auctoritas erat de ciuium moribus iudicandi, equitemque equo, & Senatorem ordine suo priuandi. Quint. lib. 1. c. 5. Quo quidem ita sunt seueri uis ueteres Grammatici, ut non uersus modo censoria quadam uirga notare, &c. Interpres Quintiliani obeliscum intelligit, quo Grammatici iugulare solent uersus, quos nothos iudicabant & irruptionis. Hinc fit deminutiuum Virgula, p. c. ῥάβδιον, Col. lib. 3. c. 13. In cuius latere uirgula prominens ad eam altitudinem. Virgula diuina, prouerbij speciem habet, quo utimur, quoties aliquid non humana ope, sed numinis alicuius fauore contigisse uolumus significare. Cic. 1. Offic. Quod si omnia nobis, quæ ad uitium, cultumque pertinent, quasi uirgula diuina, (ut aiunt) suppeditaerentur. Vide latius in Adagijs.

VIRESATVS, a, um, [Vergato, dimisato. Gal. Verge, qui à lignes comme uerges sur soy. Hisp. Cosa que tiene uergas.] adiect. ῥάβδατος, ut Virgata uelitis, diuersi coloris uirgis uariata, & distincta: aut (ut Iulius Pollux interpretatur) in qua intexebantur uirgæ purpureæ, hoc est lineæ, quas Græci παράρτες, uocant. Virg. 8. Aen. Aurea cæsaries ollis, atque aurea uestis, Virgatis libent sagulis. Corpore uirgato tigris, Silius lib. 5. Et apud eundem lib. 4. Vestes uirgatæ auro, hoc est uirgis seu lineis aureis distinctæ.

VIRESATOR, oris, [Scopatore. Cal. Fesseur de uerges, honsineur. Hisp. El que sostiga con uergas.] ῥάβδατος, qui uirgis cædit. Plau. in Ag. Vbi sæpe causam dixeris pendens aduersus octo Astutos, audaces uiros, ualentes uirgatores.

VIRESVS, ea, eum, [Di uirghe. Gal. Fajit de uerges, Hisp. Cosa de materia de uergas.] ῥάβδωτος, quod est factum ex uirgis. Virgil. libro primo Georg. Virgea præterea Celei, uilisque supellex. Id est, uasa ex uimine facta. Colum. lib. 1. c. 6. Ideoque periti rustici quicquid ouilibus stabulisque conuersum profferunt, superpositis uirgeis cratibus tegunt. Flamma uirgea: hoc est flamma ex uirgis accensis facta, ut si flamma ualidior, inquit Seruius in illud Virgil. 7. Aen. Magno ueluti cum flamma sonore Virgea suggeritur coltis undantibus aheni.

VIRESVM, ti, pen. p. ῥάβδατος, locus uirgis confitus ad alligandas uires. Cic. 2. de Legib. Sacerdotes uineta, uirgetaque, & salutem populi inaugurant.

VIRESA, Hispaniæ Beticæ ciuitas, inter Bætim, & Oceanum, alio nomine Alba dicta. Auctor Plin. lib. 3. c. 1.

VIRESI, Pomponio teste, oppidum in finibus Hispaniæ Beticæ, a quo proximus sinus Virgitanus dicitur, quem Pli. Bæticæ & Tarracoenensis terminum facit. lib. 3. c. 1.

VIRESILVS, [Virgilio Poeta.] βυργίλιος, ἀβυργίλιος, Mantuanus Poeta celeberrimus, Marone, Maiasq; natus, qui primum apud Latinos inter Poetas obtinet locum, Homerumque Græcorum Poetarum Principem, si non exæquat, non longo certe sequitur interuallo. De nominis huius scriptura diuersi diuersa sentiunt, alijs primam eius syllabam secunda uocali, alijs tertia scribentibus. Quorum utri que suis quibusdam nituntur rationibus. Minutianus Apuleius, uetus Grammaticus, a uirgis, inter quas natus sit, Virgilium dictum putat, ideoque per i, non per e, scribendum præcipit. Cui scripturæ Donatus quoque non obscure ascriptatur, cum in Vita eius tradit, e uirga nomen accepisse, quam mater eius ea nocte, quæ partum antecessit, in somnis sibi uisa est parere tanta altitudine asurgentem, ut cælum contingeret. Hisce suffragatur & Caluillus: Id uates, cui uirga dedit memorabile nomen Laurea. In eadem sententia fuit & Priscianus. In Græcis quoque codicibus (si id quippiam ad rem faciat) βυργίλιος, scriptum legimus. Alij,

& in primis Politianus, a Vergiliarum fidere nomen hoc deducunt: ideoque per secundam uocalem scribere malunt. Quam sententiam uetustorum aliquot marmorum testimonijs confirmant. Quibus illud accedit, quod apud Euitachium quoque in nauium Catalogum, & apud Suidam ἀβυργίλιος, legatur. Vide hac de re prolixiore disputationem in annotationibus Pierij in Virgilium. Hinc Virgilianus adiectiuum: ut, Virgiliana uirtus, apud Plinium in Præfat. Noni. Quint. lib. 1. c. 3. Habendumque in animo semper illud Virgilianum.

VIRESINALIS, & hoc le, [Di uirgine. Gal. Virginal, digna de uirge ou pucelle. Hisp. Cosa de uirgen d'ella.] παρθενικός, quod est dignum uirgine, aut quod ad uirginem pertinet: ut, Virginalis modestia, apud Cic. 1. de Diu. & Virginalis habitus, atque uestitus, apud eundem sexta Verrina.

VIRESINEMIA, ῥάβδολογία, collectio uirgarum, uerberandi, uincendiue gratia. Varro in Agathon: Quid tristitorem uideo te esse: an ideo quia scapulæ metuum uirgindemiam? Plaut. Rud. Tergumque obtestor tuum, ut tibi uberem ulmeam esse speres uirgindemiam.

VIRESINEVS, a, um, [Virginal. Gal. de uirge. Hisp. Cosa de uirgen.] παρθενικός, quod est uirginis, aut quod uirginem decet. Vir. 1. Geo. At si uirginem suffuderit ore ruborem. Quid, 5. Mer. Virginei uultus, & mox humana remansit.

VIRESINITAS, atis, castitas, [Virginitas. Gal. Virginité. Hisp. Virginitad.] παρθενία, uirginis, cui nullum fuit cum uiro commercium. Plin. lib. 24. cap. 13. Anaxilaus auctor est, mamas a uirginitate illitas, semper itaturas. Quid in ep. Oenones ad Paridem:

Me fide conspicuus Troiæ munitor amauit;

Ille meæ spolum uirginitatis habet.

Cic. 3. de Nat. De. Minerua patrem dicitur interemisse, uirginitatem suam uiolare conantem. Virg. 11. Aen. Sola contenta Diana Aeternum telorum & uirginitatis amorem Intemerata colit.

VIRESINIS, [Vergine. Gal. Verge, pucelle. Hisp. Virgen, donzella.] παρθενός, a uiridiori, id est, ualidiori ætate appellata est; unde & matres aliquando Virgines appellatas inuenimus. Virg. Eclog. 6. de Pasiphae, quæ trium liberorum mater erat: Ah uirgo infelix, quæ te dementia cepit? Hodie tamen uirginem eam solam dicimus, quæ incorrupta est, & uirum non experta: cui opponitur Mulier, quæ cum uiro habuit commercium. Vnde Cicero referente Quint. lib. 6. cap. 4. oburgantibus, quod sexagenarius Popilius uirginem duxisset, Cras mulier erit, inquit Vlp. Quod si ego me uirginem emere et putarem, cum esset mulier, emptio non ualebit. Virg. 2. Aeneid. Ecce trahebatur passis Priameia uirgo Crinibus a templo Callandra. Horat. 3. Carm. Ode 6. Motus doceri gaudet Ionico Matura uirgo. Gell. libro 12. cap. 7. Virginem habens iam matrem uirum. Bruta etiam animalia, quæ marem nondum admiserunt; Virgines dicuntur. Plin. lib. 18. cap. 9. Quin & sanguis equorum septimam uim habet: item equarum, præter quam uirginum, erodit, emarginat, ulcerat. Per translationem uirginis uocabulum etiam alijs rebus communicatur, quas incorruptas significare uolumus. Vnde Cicero in Orat. Philosophiam castam uerecundam, & incorruptam Virginem appellat. Est item Virgo unum ex Zodiaci signis, quam quidam Astræam siue Iustitiam esse putant, Iouis filiam. Alij Erigonem Icarum filiam, ob insignem pietatem in cælum translata. Ferunt enim Icarum a Baccho utrem uini accepisse, ut eius usum mortalibus communicaret. Quare cum rusticos quosdam ad bibendum inuisset, illi potus suauitate capti, æquo largius hauserunt. Quia ex re eum crapulæ incommodum sentirent, malum sibi medicamentum datum rati, Icarum interfecerunt. Erat Icaro canis, cuius ductu Erigone ad patrem peruenit: quem cum mortuum inuenisset, doloris magnitudine contabuit, & Iouis miseratione inter alia est translata. Huius simulacrum uirginis habitu fingebatur, spicas aliquot manu tenentis: unde quidam eandem putauerunt cum Cerere. Cicero 1. de Nat. Deor. Spicum illustre gerens insigni corpore uirgo. Est præterea uirgo, fontis nomen, cuius etiam hodie ductus Romæ conspicitur. Martia. lib. 7. Sed curris nitidas tantum prope uirginis undas.

VIRESVLTAS, [Cespuglio.] ῥυβύνα, ῥάβδωτος, multitudo uirgarum pullulantium. Virg. lib. 1. Ge. Quæcumque præmes uirgulta per agros, Spargit fimo pingui. Cic. pro Cælio: Ergo hæc deserta uia & inculta atque interclusa iam frondibus & uirgultis, relinquatur. Cæf. 3. Bel. Gal. Sarmentis, uirgultisq; collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt.

VIRESVCLA, [Virginalia. Gal. Petite uirge, petite pucelle. Hisp. Pequena donzella.] παρθενικόν, deminutiuum est a Virgine.

VIRESIVS, [Di grauisoræ,] κραταῖος, ἀδύς, antiquus in usu erat pro ualido, & magnarum uirium hominæ, ut annotauit Nonius citans illud Lucilli ex lib. 26. Sat. Contra flagitium, nescire bello uinci a barbaro uiriato Hannibale. Viriatus, item, ῥιπίατος, Lucianorum ducis nomen fuit, calliditatis acerrimæ uiri, quippe qui

- ex venatore latro, ex latrone subito dux, atque Imperator factus inuicem Lusitaniam occupauit, M. Ventidium prætorum, suo eius exercitu, cepit. Post Cn. Plancus Prætor nihil felicis rem cum eo gessit, tantumq. terrorem hostis hic Romanis intulit, ut aduersus eum Consulari opus esset duce & exercitu. Deniq. a pro ditoribus consilio Cæpionis interemptus est, & ab exercitu multum ploratus, tumulatusq. nobilissime. Auctor Liu. abbreviatio. Florus, & Appian. de bello Hispaniensi.
- VIRIARIS**, sive Viriola, sive [Verzō], ornamentum colli, e gemmis uiridibus, ut quidam uolunt. Jab. Menus in l. Medico. de Auro & arg. leg. Funerari me arbitrio uirtutis uolo, & infertur mihi quæcumq. sepultura mea causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & uiriolas ex smaragdus.
- VIRICVLAE**, [Forzeste, picuole forzeste] ixúdia, diminut. pro infirmis, extenuatisq. uiribus: unde & patrimonii uiriculas legimus pro exiguis, tenuibusq. facultatibus.
- VIRIDARIUM**, rij, [Horto, giardino,] θλωά, locus uirentibus arboribus herbisq. amœnus. Suet. in Tib. c. 60. Militem Prætorianum ob surreptum e uiridario pauonem capite puniuit.
- VIRIDARIUS**, [Hortolano,] ab Vlpiano appellantur serui, uiridarium curæ præpositi.
- VIRIDICATVS**, tatum, [Verde,] χλωρός, idem quod uiridis. Cic. ad Qu. Fr. Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo, mirifica sua uitate te uillam habiturum, piscina, & salientibus additis, palæstra, & filia uiridicata.
- VIRIDITAS**, atis, [Verdura,] color uiridis. Cicero de Senect. Terræ semen tepefactum uapore & complexu suo, diffundit, & elicit herbescentem ex eo uiriditatem. Per translationem accipitur pro uigore seu flore, quam ἀμύλω, uocant Græci. Cicero 3. Tusculan. Sed quamdiu in illo opinato malo uis quædam inest & uigeat, & habeat quandam uiriditatem, tam diu appelletur recens. Idem de Amicit. Senectus aufert eam uiriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.
- VIRIDIS**, & hœc uiride, [Verde. Gal. Verd. Hisp. Verde de color,] χλωρός, quod est herbacei coloris: a uigore, ut nonnulli existimant, quod nunquam æque uigeant plantæ, atque cum uirides sint. Virg. li. 8. Aen. Viridique in litore conspiciuntur sus. Plin. lib. 10. cap. 42. India autem mittit Phitacem uiridem toto corpore, & torque tantum miniat in ceruice distinctam. Cic. 2. de Nat. Deo. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos, amnium, riparum uestitus uiri dissimulos. Virgilius 2. Georg. Quæque suo uiridi semper se gramine uestit. Per translationem uiride accipitur pro florenti, & uigore prædico. Virgilius 6. Aeneid. Iam senior, sed cruda deo, uiridisque senectus. Viridis ætas. Colum. in Præfatio. ne operis: Cum istud opus non solum scientiam, sed uiridem ætatem cum robore corporis ad labores sufferendos desideraret. Plin. Ep. 144. Numidia Quadrantilla paullo minus octogesimo ætatis anno decessit, usque ad nouissimam ualitudinem uiridis. Inuenta uiridis. Virg. 5. Aeneid. Euryalus forma insignis, uiridique iuuenta.
- VIRIDANS**, antis, [Verde,] particip. sine uerbi origine χλωρός, ὄθων, idem quod uirens, sive uiride. Plin. lib. 37. c. 8. Viridantium & alia plura sunt genera. Virg. 5. Aeneid. Sic factus cingit uiridanti tempora lauro. Plin. lib. 4. cap. 8. Intus sua luce uiridante allabitur Peneus, uiridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus æuium concentu.
- VIRILIS**, & hoc le. pen. prod. [Virile. Gall. Viril. Hisp. Cosa de hombre,] ἰουμασιός, ἀνδρείος, quod est uiri: ut, Opus uirile. Proles uirilil, Virg. 7. Aen. Filius huic fato diuum, prolesque uirilil. Nulla fuit. Forma uirilil. Ouid. ep. 4. More coli modico forma uirilil amat. Stirps uirilil. Liu. 1. ab Urb. Breui stirps quoque uirilil ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixere nomen. Sexus uirilil. Plin. lib. 10. cap. 55. Livia Augusta parere sexum uirilem admodum cupiebat. Per translationem accipitur pro forti & magnanimo, & minime effeminato. Ter. in Phor. Animo uirilil, præfentique ut sis, para. Cic. ad Att. lib. 14. Acta enim illa res est animo uirilil, consilio puerili. Pars uirilil, id est, uires, animi fortitudo. Ci. 5. Verr. Qui præfertim plus etiam quam pars uirilil postulat pro uoluntate populi R. oneris, ac muneris subscribere debeant. Pro uirilil parte, i. pro uiribus. Cic. pro Sex. Hæc qui pro uirilil parte defendunt, optimates sunt.
- VIRILITER**, aduer. [Fortemente, uirilmente,] ἀνδρικός, fortiter, & magno animo. Cicero 2. Tuscul. Itaque barbari quidam, & immanes ferro decertare acerrime possunt: ægrotare uiriliter non queunt. Idem primo Officio. Quod enim uiriliter animoque magno fit, id dignum uiro & decorum uidetur. Ouidius 1. Fast. Cui genitrix flenti, fortuna uiriliter, inquit (Siste precor lacrymas) ita ferenda tibi est.
- VIRILIA**, uirilium, tantum plural. [Parti uergognose,] ἀνδρῶν, τὰ, uerenda, seu pudenda uiri. Plin. lib. 21. c. 27. Et in totum ad uirililia, cauiculis eius uino, & aceto tritis, nihil utilius putant.
- VIRILITAS**, tis, [Virilitas, part. uirilil,] ἄνδρῶν, idem quod uirilil, seu uiri pudenda. Mart. lib. 9. Non puer auari lectus arte mangonis. Virilitatis damna mœret erepta. Plin. lib. 23. c. 1. Uulter etiã fouetur uino calido uirililatis iumentis. Quinc. lib. 4. c. 12. Non alio mediisfidius uitio discentium, quam quo mancipiorum negotiatores formæ puerorum, uirililate excisa, lenocinantur. Plin. lib. 7. c. 4. Ex fœminis mutari in mares, non est fabulosum. Lucinius Mutianus prodidit uisum a se Argæis Arescontem, cui nomen Arescu se fuisse, nuphisse etiam: mox barbam & uirililatem prouenisse, uxoremque duxisse.
- VIRIPOTENS**, tentis, [Da marito,] ὠραὶ γαμῆ, nubilil, uiro maturo: ut, Virgo uiripotens, apud Pla. in Peria.
- VIRITIM**, aduerbium, [Ad humo, ad humo,] κατ' ἀνδρῶν, per singulos uiros, per singula capita. Cic. 2. de Rep. ut citat Nonius. At prius agros, quos bello Romulus ceperat, diuisit uiritim ciuibus. Varro lib. 1. de vita populi R. Agros uiritim populo Romano attribuit. Liu. 1. ab Urbe: Ex quo pacis bellicque munia non uiritim, ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent. Aliquando tamen Viritum accipitur pro separatim, & seorsum: ut, Pugnare uiritim μορομαγῆν. Curtius lib. 7. Si quis uiritim dimicare uellet, prouocauit ad bellum.
- VIRIDVESCA**, sup. ὄθων, Hispaniæ citerioris ciuitas, in tractu Aultrigonom, qui fuit populi Cantabriæ ad ortum proximi. Auctor Ptol. lib. 2. c. 6. Plin. lib. 8. c. 3. Virouescam nominat.
- VIRVTIVM**, ἑρπύριον, oppidum Germaniæ, in climate Septentrionali, apud Ptol. lib. 2. c. 11.
- VIRO**, oris, [Verdura,] χλωρός, a quibusdam usurpatur pro uiriditate, hoc est, pro colore uiridi, sive herbaceo.
- VIROSVS**, sa, sum, prima syllaba correpta, ἀνδρῶν, uiri appetens, sicut Mulierosus, mulieris appetens. Lucilius lib. 7. ut citat Nonius: Dixit, ad principium uenio, uetulam, atque uirosam uxorem cædam potius, quam castrem egomet me. Afranius: Diuortio, apud eundem Nonium Vigilans, ac solers, sicca, sana, sobria, uirosa non sum, etsi sum, non delint mihi, qui ultro dent, ætas integra, cit formæ satis.
- VIROSVS**, a, um, [Fetido, puçzolente. Gall. Venimeux, qui sent mal. Hisp. Venenos, he diende,] prima syllaba producta, δυσώδης, fetidus, graueolens: a nomine uirus, quod modo uenenum, modo ingratum odorem significat. Virg. 1. Geo. At chalybes nudi ferrum, uirosaque Pontus Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum. Constat enim castoreum fœdi, & execrandi odoris esse, adeo ut prægnantes etus olfactu eijciant fœtum. Seruius tamen ibi interpretatur, Virosa, id est, uenenata.
- VIRTUS**, uirtutis, [Virtu. Gal. Vertu, force, puissance. Hisp. Virtud generalmente,] ἀρετή, probitas, integritas, recta uitio contraria: quam Aristoteles lib. 1. Rhetor. definit esse δυνάμιν σφαιρικῶν ἀγαθῶν, καὶ φυλακτικῶν, δυνάμιν βεργητικῶν πολλῶν καὶ μεγάλων, καὶ παύτων, καὶ πάντων. Hoc est, facultatem bonarum rerum conciliatricem, & conseruatricem, facultatem beneficam multarum & grandium rerum, atque adeo omnium per omnia. Alij sic definiunt: Virtus est facultas animi constans, conuenientique laudabilis efficiens eos in quibus est, & ipsa per se sponte separata etiam ab utilitate, laudabilis. Hor. lib. 1. Epist. Virtus est uitium fugere, & sapientia prima Scultitia caruisse. Dicta est autem Virtus a uiro, teste Cic. 2. Tus. Quo fit, ut sæpe peculiariter accipitur pro præstantia in remilitari, & pro robore animi, & fortitudine, quæ pro uiro propria est, quam & Græci ἀρετῆν uocant, nonnumquam etiam δυνάμιν & ἰχῶν. Lactantius l. de Opificio. Vir nominatus: quod in eo maior uis est, quam in fœmina: & hinc Virtus nomen accepit. Vnde cum uirum dicimus, non tam sexum significamus, quam robustum, & fortem. Viri enim propria est uirililias & robur. Virg. 5. Aen. Tunc pudor incéndit uires, & conscia uirtus. Cæ. 1. Bell. Gall. Perfacile esse, cum uirtute omnibus præstent, totius Gallie Imperio potiri. Cic. Planco, lib. 10. Epist. Omnia consecutus es, Virtute duce, comite Fortuna: eaque es adeptus adolescens, multis inuidentibus, quos ingenio indultriaque fregisti. Virtus apud Romanos pro Dea colebatur: cuius templum ita coniuinctum erat cum æde Honoris, ut in hanc, non nisi per illud pateret aditus: quo commento hoc significare uolebant, ueram uirtutemque parandi honoris uiam esse uirtutem. Virtutes, aliquando ironice, pro uitijis ponuntur, ut annotauit Donatus in illud Teren. Adelp. Si possiderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus. Virtus pro facultate, uis, seu proprietate, rei unicuique inrita. Cic. lib. 5. de Finib. Atqui in sensibus est, & sua cuique uirtus. Quint. lib. 4. cap. 2. Sunt hæc quidem, quas supra retuli, uirtutes aliarum quoque partium. Virtus, pro ope & auxilio. Plautus: Deum uirtute eundem hospitio accipiam. Aliquando pro merito, seu præstantia. Idem Most. Virtute formæ id euenit, ut te deceat, quicquid habes.
- VIRVENTVS**, [Venoso, uelenato,] ἰώδης, qui est plenum ueneno. Gell. lib. 16. c. 11. Virserpentium uulcanatorum dominosores sint.

VIRUS, [Veseno. Gal. Venir, poisoir, mauaise senteur. Hisp. Ponçona.] *Uis*, idem quod uenenum. Virg. 1. Geog. Ille malum uirus serpentibus addidit atris. Ci. in Ara. Hic ualido cupide uenantem perculit ictu, Mortiferum in uenas figens per uulnera uirus. Virus acerbiteri, per translationem. Idem de Ami. Tamten is pati non possit, ut non acquirat aliquid, apud quem euomat uirus acerbiteris lux. Frequenter accipitur pro graueolentia, seu tatro odore Plinius prodest & ad uirus alarum. Idem: Signum est uernis temporibus odoris uirus. Virus paludis, apud Colum. lib. Et apud Plinium de Basilisco: huic tali monstro mustellarum uirus exitio est, id est, necant eos odore mustellarum, ut interpretatur Budæus. Aliquando significat asperitatem saporis. Idem lib. 1. cap. 8. Aqua marina uetustate uirus deponit, id est, amaritudinem illam, & falsedinem. Idem: Virus mali medici, id est, acor, & amaritudo. Aliquando asperitatem coloris. Idem de sanguine purpuræ. Tum superadditâ dequoquitur uirus. Aliquando genituram id est, humorem, qui e genitalibus fluit. Idem lib. 28. capi. 11. Virus ue. rinum e scropha a coita exceptum, prius quam terram attingat, grauitati aurum prodest. Aliquando accipitur pro uirtute naturali, ut annotant Nonius, citans locum ex Lucre. lib. 2. Cuncoctusq. feruât, & condere uiro. Accipitur aliquando in meliorem partem pro suauibus aromatum odoribus. Stal. li. 2. Syl. Atque omne benigne Virus, odoriferis Arabum quod crescit in aruis. Habet autem hoc nomen tres ritum casus, singularis numeri nominatiuû, accusatiuû, & uocatiuum. Olim toto singulari numero declinabatur, quemadmodum Vulgus, & Pelagus. Luc. Liquit enim tæxi su pra contagia tiri.

VIS, huius Vis, [Possan. Ζα, for Ζα, potestâ, uihemen. Ζα. Gal. Force & pouissance, pouuoir, uirtu. Hisp. uerga.] *ixvç*, *id uirtus*, potentia, uirtus, uires. Cice. pro Domo sua: Magna uis est in deorum immortalium numine. Salust. in Procem. Caut. Sed omnis nostra uis in animo & corpore sita est. Virg. li. 1. Aene. Non ea uis animo, nec tanta superbia uitâs. Ci. li. 2. Offi. Magnam uim esse in fortuna in utranque partem, uel secundas ad res, uel aduersas, quis ignorat? Aliquando accipitur pro Violentia, Vir. libro secundo aen. Fit uia ui, rumpit aditus. Ci. pro Sex. Quos homines si (id quod facile facta fuit, & quod fieri debuit, quodq. a me optimi & fortissimi ciues flagitabant) ut armisque sup. ralem, non uerebar, ne qui aut ui uim repulsam reprehenderet, aut perditorem ciuium, uel potius domesticorum hostium mortem mœret. Aliquando pro multitudine, ac copia. Liuius: Magna uis ex Sicilia aduecta. Salustius: Secunda tempestate ex Ponto uis piscium erumpit. Cicero pro lege Manilia. Sic Mithridates fugiens maximam uim auri, atque argenti, pulcherrimamque rerum omnium, &c. Idem primo de Legi. Quid sit hominis tributum natura, quantum uim rerum optimarum mens humana contineat. Idem 5. Tus. Socrates in pōpa tum magna uis auri, argentique ferretur, quam multa non delidero, inquit. Aliquando pro celeri impetu. Cicero in Ora. Eneruetur oratio compositione uerborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec uis esse possit. Summa ui aliquid facere, id est, totis uiribus & magno conatu. Teren. Adel. Summa ui hanc defendam, atque illum mortuum. Vis diuina, ea est, quæ & Vis maior dicitur. Vlpian. de Dam. infect. l. Fluminum. §. uitium autem. Seruius quoque putat, si ex ædibus pmissoris uento regulæ deiectæ damnâ uicino dederint, ita eum teneri, si ædificij uitio id acciderit, non si uolentia uentorum, uel qua alia ratione, quæ uim habeat diuinam. Quæ sit Vis maior docet Plin. libro. 18. capitu. 28. de sterilitatum causis: Ante omnia autem, inquit, duo genera cœlestis iniuriæ meminisse debemus, unum quod tempestates uocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque similia intelliguntur: quæ cum acciderunt, uis maior appellatur. Hæc ab horrendis sideribus exeunt, ueluti, Arturo, Oriente, Hædis. Ex his uerbis apparet. Vim maiorem esse, quam Vlp. tit. Loc. & conducl. l. ex conducto, Tempestatem calamitosam appellat. Coll. li. 1. c. 7. Nam ubi sedulo cogitur ager, plerumque compendium, nunquam, nisi si cæli maior uis, aut prædonis incescit, detrimentum affert. Habebat olim hoc nomen tres casus pluralis numeri similes nominatiuo singularis. Sal. li. 3. Hist. Male iam assuetum ad omnes uis controuersiarum, Quæ declinandi ratio iam exoleuit: in cuius locum successit, Vires, uirium, uiribus.

VISCATVS, a, um, ut Viscata munera. Vide Viscus.

VISCERARI, *κεραρονειν*, ueteres dixerunt. pro eo quod est, carnem populo ditribuere. Sipton.

VISCERATIM, adu. [Per uiscera.] *κεραρονειν*, per singula uiscera. Ennius in Andromeda. Dissipat uisceratum membra.

VISCERATIO, onis, *κεραρονεια*, crudæ carnis distributio, quæ fieri solebat, uel in solenni festiuitate, & præcipue in Latinis feriis uel in funere alicuius excellentis personæ. Gel. Tum in Albano uisceratio Latinis data. Liui. lib. 8. Et populo uisceratio data a M. Flauio in funere matris. Serui. Visceratio est caro, a uiscere nomi ne deducto.

VISCOVS, sa, sum, [Viscoso, tenax.] *γλαιάδης*, quod est tenax, & glutinosum: quod & Viscidum dicimus.

VISCVS, sci, scum, [Vischio. Gal. du glu, uie, ou guy. Hisp. Liga, muerdago] *ζῆρς*, glutinum, quo aues capiuntur. Ci. 2. de Natu. Deo. Prouitium etiam, ut si qua minima bettiola conaretur irrumperè, in sordibus aurium tanquam in uisco inhaeresceret. Pla. in Bac. Viscus uerus uelut blandita est, Plin. li. 16. ca. 44. Viscum fit ex acinis, qui colliguntur melsium tempore immaturi &c. Est & Viscum, frutex, qui ex turdorum potissimum fœce super arborum quarundam ramis delapsa, & a sole cum humiditate quadam seruata facta nascitur: uiret autem per totam hyemem. Virg. 6. Aenei. Quale solet filius brumali frigore uiscum Fronde uirere noua, quod non sua seminat arbor. Uç hoc uisco uide Plin. li. 16. cap. 44. Viscum item, teste Nonio, antiqui uocabant rete a tenacitate. Virg. 2. Georgico. Tum laqueis captare feras, & fallere uisco Inuentum, & magno canibus circumdare saltus. De feris enim hic procul dubio, non de auibus, loquitur Vir. A Viscus, sit adiectiuum Viscatus, a, um, uisco oblitus. Varr. tertio de re ra. capit. 7. Quos columbarij interficere solent, duabus uirgis uiscatis defixis in terram inter se curuatis. Oui. 1. de Arte: Non auis utiliter uiscatis effugit alis. Idem 15. Met. Retia cum pedicis, laqueosque, artesque dolosas Tollite, nec uolucres uiscata sildite uirga. Viscata munera, & hamata pro eodem: hoc est, quibus maiora attrahuntur quam quæ dantur. Pli. Epi. 207. Hos ego uiscatis, hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.

VISCVS, fceris, p. c. non tantum exta. [Interiori. Gal. Entreilles, les parties interieures du corps. Hisp. Las entrañas, o la carne.] *ασπράγγια*, significat, cuiusmodi sunt iecur, cor, pulmo, & lien, (in qua significatio ne proprie accipitur apud medicos, & rei Anatomicæ peritos) uerum etiam carnem ipsam, quæ est inter ossa & cutem. Vir. 1. Aen. Tergora diripiūt costis, & uiscera nudant. Viscera terræ, hoc est, interiora, & penitiora. Oui. 1. Met. Nec tantū segetes, alimenta q. debita diues Poscebatur humus: sed itum est in uiscera terræ. Viscera montis. Vir. 3. Ae. Interdum scopulos, auulsa q. uiscera montis Erigit eructans. Vbi Seruius: Viscera, id est part. sis autē dixit uiscera, quemadmodum Terræ ossa dicuntur. Hinc Euiscero, is, *σπασαλαγγίζω*, quod est, Viscera, extraho. Vir. 11. Comproffam que tenet, pedibusq. euiscerat uicis. Ci. 1. Tu. Ex Ennio: Ipse sum mis faxis fixus asperis euisceratus latere penderes.

VISIBILIS, & hoc le, [Visible] *ὄρατόν, θεατόν*, quod uideri potest, sicut Inuisibile, quod uideri non potest, Plin. libr. 11. c. 37. Oculi, ceu uasa quadam, uisibilem animi partē accipiunt, atque transmittunt.

VISITARE, [Visitare.] *θετηκέποιμα*, frequentatiuum est a Viso. Ci. 5. de Fin. Is cum arderet podagra doloribus, uisitassetq. hominē Carneades Epicuri perfamiliaris, & tristis exiret, &c. Aliquando Visitare positum legimus, pro sæpe uidere. Plau. in Curc. Ibi me in terrogat, Ecquem in Epidauro Lyconem trapezitam nouerim? Dico me nouisse, quid lenonem Cappadocem? annuo uisitasse. Hinc Visitatio, onis uerbale, *δ. λ. ε.* ipse uiuendi actus. Ci. 4. Aca. Nec potest is cui est uisio ueri fallique communis ullum habere iudicium aut ullam omnino ueritatis notam, Ci. 2. de Nat. De. Neque uisionē, neque auditum, neque sonum sine aere fieri posse. Visiones, etiam dicuntur, quas Græci uocant *φαντασίας*. Quin. lib. 6. c. 2. Tentabo etiam de hoc dicere, quas *φαντασίας*. Græci uocāt, nos sane uisiones appellamus, per quas imagines rerū absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præsentēs habere uideamur. Macr. in Som. Scip. Omnium, quæ uidere sibi dormientes uideantur, quinque sunt principales & diuersitatis, & nomina. Aut enim est *ὄνειρος*, secundum Græcos, quod Latini Somnum uocant: aut *δραμα*, quod Visio recte appellatur: aut *χευματισμός*, quod Oraculum nuncupatur, aut est *ἐνύπνιον*, quod Insomnium dicitur, aut est *φάσμα*, quod Cicero quoties opus hoc nomine fuit, Visum uocauit.

VISIO, onis, uerbale, *δ. λ. ε.* ipse uiuendi actus. Ci. 4. Aca. Nec potest is cui est uisio ueri fallique communis ullum habere iudicium aut ullam omnino ueritatis notam, Ci. 2. de Nat. De. Neque uisionē, neque auditum, neque sonum sine aere fieri posse. Visiones, etiam dicuntur, quas Græci uocant *φαντασίας*. Quin. lib. 6. c. 2. Tentabo etiam de hoc dicere, quas *φαντασίας*. Græci uocāt, nos sane uisiones appellamus, per quas imagines rerū absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præsentēs habere uideamur. Macr. in Som. Scip. Omnium, quæ uidere sibi dormientes uideantur, quinque sunt principales & diuersitatis, & nomina. Aut enim est *ὄνειρος*, secundum Græcos, quod Latini Somnum uocant: aut *δραμα*, quod Visio recte appellatur: aut *χευματισμός*, quod Oraculum nuncupatur, aut est *ἐνύπνιον*, quod Insomnium dicitur, aut est *φάσμα*, quod Cicero quoties opus hoc nomine fuit, Visum uocauit.

VISO, sis, uis, uisum, [Audare & uedere.] *θετηκέποιμα, θεησκοπιω*, ad uidentū eo. Ci. ad Att. Cupio equidē, & iam pridem cupio Alexandriū, reliquamq. Aegyptum uisere. Id est, ad uidentū ire. Ter. in Hec. Non uisam uxorem Pamphili, cum in proximo sit ægrat illud uero in Andria: Id uisoi, tu ne an illi insaniane, exponit Donatus ad uidentum uenio. Eadem etiam uis seruatur in cōpositis. Ter. in And. Reuiso quod agant. Redeo (inquit Donatus) ut uideā quid agant. Æt in Adel. Hæc ego hinc ad hos prouisam, quam mox uirgineū accersant, prouisio (inquit) duas res significat, pro cedo, & uideo. Pla. in Men. Prouisam quam mox uir meus redeat domum. Non raro tamen Viso, accipitur pro primitiuo Video, præsertim cum uerbo Eo, aut Venio coniunctum. Plau. Rud. Nūc hæc ad Veneris sanum uenio uisere: rem diuinam facturā se dixerat. Teren. Hecy. Postquam accersuit sæpius, ægram simulant mulierem: uoltra illico Ir uisere ad eam; admisit nemo. Idē usuuenit, quando iungitur his ablatiuis gratia, causa, studio, & huiusmodi. Salu. Multi autem, qui e castris uisendi, aut spoliandi gratia pro cesserant,

ferant, uolentes hostilia cadavera, amicum alij, pars hospitē, pars autem cognatos reperiebant. Ter. in Hec. Ne multas quidem uitendi causa quenquam. Vir. 2. Aen. Vndiq; uisendi studio Troiana iuuentus, Circumfusa ruit. Ex quibus datur intelligi hoc uerbum non esse desideratum, sicut multi putant, sed in uis exercituum. Nam si uiso in his exemplis intelligas, uidere cupio, sensus erit ineptus. Superflui enim ita forent hi ablatiui, studio, causa, gratia, quos habet adiunctos. Inuenitur & passiuum Vitior in teruis potissimum personis. Cic. 6. Verr. Cupidinem fecit illū, qui est in spijs, propter quem Thespiæ uisuntur. Hinc Visendus, paritip. Cic. pro Pompeio: Quæ cæteri tollenda arbitrabantur, carbo ille ne uisenda quidem exultimabat. Aliquando nomen est ex participio, Plu. libro primo, cap. 44. Vicina lucō est illex, & ipsa nobilis xxxv. pēdum ambitu caudicis decem arbores metiens singulas, magnitudinis uisendæ, id est, spectabilis, admirandæ, dignæ uideri.

VISONTIUM, *ἰσόντιον*, Pelodorum oppidum in Hispania Tarracōnenis. Ptol. li. 20. cap. 6.

VISUM, uisus, [*φαντασμα*] *φαντασμα*, spectrum, phasma, siue species aliqua, quam dormientes uidemus uidere: quanquam nonnunquam & uigilantibus usu ueniat: quemadmodum Bruto legitimus mali Genij uisum non multo ante cladem Philippicam apparuisse. Vir. 4. Aen. Hoc uisum nulli, non ipsi effata sorori est. Cic. 1. Acad. Plurima autem in illa tertia philosophiæ parte mutauit: in qua primum de sensibus ipsis quædam dixit noua, quos iunctos esse cepit e quadam quasi impulsione oblatæ extrinsecus, quam illi *φαντασιαν*, nos uisum appellamus. Visum, uisus, pro spectaculo, hoc est, pro re quauis, quæ spectanda proponitur. Pro per. lib. 2. Ele. 6. Quæ manus obscenas depinxit prima tabellas, Et posuit casta turpia uisa domo.

VISTULA, qui & Visula, & Istula, nobilis Europæ fluius, in Carpathio monte nascens, Germaniamque dirimens a Sarmatia, & tandem ostio uno prægrandi iuxta Dantiscum urbem in sinum Codanum illabens. Vide Ptol. Tab. 7. Europæ.

VISULA, Pomponio, fluius insignis Europæ, Germaniam diuidens a Sarmatia, qui a Plinio Vitula appellatur. Vide Vadianum in li. 3. Pomponij Melæ.

VISULA, uitis genus, quod sic describitur a Col. li. 3. c. 2. Visula deinde ab his & minor Argitis terræ mediocritate lætantur: nā in piagui uicinis uiribus luxuriant, in macra tenues & uacua fructu ueniunt, &c. Visula breuem materiam, & latum folium exigit, cuius amplitudine fructus suos optime aduersus grandinem tuetur, qui tamen nisi primo quoque tempore maturi legantur, ad terrā decidunt, humoribus etiam, priusquam defluant, putrescunt.

VISURGI, fluius est Germaniæ, non procul a Cherusici nascens, Brunswicensem agrum irrigans, tandemque Bremam urbē præterlapsus, paucis citra Albi ostium passuum milibus, in Germanicū Oceanum sese euoluens. Accolæ hodie Vueserum appellant. Vide Annotationes Vadiani in librum tertium Pomponij Melæ.

VISUS, uisus, [*Visione uedere, uisita*] *ἰσις*, uidendi actus, uel potētia ipsa uisua. Pl. lib. 8. ca. 2. Sed in Italia quoque creditur luporum uisus esse noxius. Oui. 3. Fast. Mergetur, uisus effugietque tuos. Plin. lib. 9. cap. 50. Pisces attritu uentrium coeunt tanta celeritate ut uisum fallant. Quin. lib. 10. cap. 1. Qualis est ferri fulgor, quo mens simul, uisusq; perstringuntur. Visus, pro eo quo uidetur. Vir. 3. Aen. Nymphas uenerabar agrestes Gradiumq; patrem, Geticis qui præhædit aruis, Rite secundarent uisus, omenque leuarent. Idem 5. Aen. Obstupuit uisu Aeneas. Hor. 1. Ser. Sat. 5. Tum immundo somnia uisu Nocturnam uestem maculant, uentremq; supinū. Nocturnus uisus. Tac. li. 20. A duocata concione iussu nominis, tuos Prolemæique uisus, & ingruentia mala exponit. Visus, pro specie, Cic. 1. de Nat. Deo. Ex quo existit & illud, multa esse probabilia, quæ quanquam non perciperentur, tamen quia uisum quandam haberent insignem & illustrem, his sapientis uita regeretur.

VITA, [*Vita, anima, spirito. Gal. Vie, ame. Hisp. La uida que uine el anima.*] *βίος, ζωή*, a uiuo, is, animæ & corporis coniunctio: quemadmodum contra eorundem dissolutio, mors est. Cic. 1. de Natur. Deo. Tribus rebus animantium uita tenetur, cibo, potu, spiritu. Idem 2. Phil. Quod est aliud beneficium latronum, quam ut commemorare possint his se uitam dedisse, quibus non ademerunt? Accipitur aliquando Vita pro moribus. Teren. in Adel. Inscipere tantam in speculum, uitas hominum Iubeo. Lib. 2. ad Her. Deinde uita hominis ex ante actis spectabitur. Aliquando pro alimento, seu uictu. Teren. Eadem quippe homo iam grandior, cui opera uita erat. Idem in He auton. Nam tua quidem Hercle uita certe expectanda, atque optanda est. Interdum pro instituto, & ratione uiuendi. Cicero. de Senect. Serpit per omnium uitas amicitia. Cicero. pro Rosc. Amer. Vita rustica honestissima, atque sua uisissima. Mea uita, *ζωή μου*, blandientis uox est. Cicero. ad Terent. libro 14. Obsecro te mea uita, quod ad sumptum attinet sine alijs, qui possunt, si modo uolunt, sustinere.

VITABUNDVS, [*Schifatore.*] *ἄλαβόμενος*, idem quod uitans. Sal. Mar. uita bundus classem hostium, ad oppidum peruenit.

VITALIS, & hoc le. [*Vitale, che puo uinere. Gal. Vital. qui baille ou qui a uie. Hisp. Cosa de uida ò que puede uinir.*] *βιάσιμος*, quod uiuere potest, uel cui diuturnior uita sperari potest, unde factus octauo menses natos dicuntur non esse uitales, hoc est, non diu uituros. Cic. de Amici. Quis potest esse uita uitalis, (ut ait Ennius) nisi qui, &c. Interdum actiue accipitur pro eo, quo uiuimus, quodque uitam aut afferit, aut conseruat. Vir. 1. Aen. Quisquis es, haud credo, inuisis cælestibus auras Vitales, carpis. Vitalis calor. Curtius libro 3. Pallor deinde suffusus est, & totum propemodum corpus uitalis calor reliquit. Cic. 2. de Nat. Deo. Caloris natura uita habet in se uitalem. Vitale æuum pro ipsa uita. Plau. Pæn. Iuppiter, qui genus colis, alijque hominum, per quem uiuimus, Vitale æuum. Hinc Vitalitas, atis, uis & potentia uitalis. Pl. lib. undecimo, cap. 37. Cæteris corruptis uitalitas in corde durat. Vitaliter, adu. *βιωτικῶς*. Lu. lib. 5. Quandoquidem nequeunt uitaliter esse animata.

VITELLVS, uitelli, [*Rosso di ouo. Gal. Lo moyan d'un œuf. Hisp. La yema ò lo amarillo del hueuo.*] *λέκιδος, τὸ ἄρχον τῆ ὠῆ*, dicta est oui pars lutea, quod ex eo uiuat pullus: ipsum enim animal ex albo liquore oui corporatur, cibus eius in luteo, hoc est in uitello. Marti. lib. 13. Candida si croceos circumfluit unda uitellos, Hesperius scombri temperet oua liquor. Cicero secundo de Diuinat. tum illa, Nihil ne, inquit, de uitello? id enim ex ouo uidebatur aurum declarasse, reliquum argentum. Horat. 1. Serna. Sat. 4. Longa quibus facies ouis erit illa memento, Ut succi melioris, & ut magis alba rotundis, Ponere nanque marem cohibent callosa uitellum.

VITELLINVS, æuum, *μορμεινός*, idem quod uitulinus. Cice. ad Pæt. libro 9. Integram famem ad ouum affero; ita usque ad assium uitellinum opera perducitur. Quo tamen in loco meliora exemplaria Vitulinum legendum ostendunt. Vitellina bilis, *λεκυθοειδής χολή*, a Medicis appellatur, quæ fit ex bile pallida uehementius uisita ita dicta, quod crudi oui uitellum & colore & substantiæ crassitudine imitetur.

VITELLIVS, *βιτέλλιος*, nouus Romanorum Imperator fuit, uentri, gulaque addictissimus, qui superato ad Bebricum Othone Imperium arripuit, quod non multo post deficientibus ad Vespasianum militibus, una cum uita exiit. Reliquam eius uitam pere ex Suetonio.

VITEVS, æuum, *ἀμπελινός*, quod est ex uite: unde Pocula uitea. Vir. *ἀμπελινός*, pro uino, posuit 3. Ge. Et pocula læti Fermento atque acidis imitantur uitea sorbis.

VITEX, icis, [*Vitice.*] *ἄγνος*, frutex est in arbore affurgens, in fluminum ripis, ac torrentium alueis nascens, ramis prælongis lentisq; folijs oliæ, sed mollioribus. Duo sunt eius genera alterū, albū florem emittens cum purpureo: alterum, tantum purpureum, & semper piperis similitudine. Græci *ἄγνον* uocant, quod nobis castum sonat, propterea quod matronæ in Thesmophorijs Atheniensium castitate seruantes, ex folijs ijs cubitum, sibi sternebant. Viticis autem nomen uitilium usu accepit. Vulgus herbariorum Aguui castum appellat.

VITIARIUM, *ἀμπελῶν ἀμπελόστυον*, uitium feminarium, seu locus uitium plantis constitus. Columel. libro tertio capitulo quinto. Vitiarium neque ieiuna terra, neque uliginosa faciendum est: succosa tamen, a mediocri potius quam pingui. Et paulo ante. Cui uineta facere cordi est, præcipue caueat, ne alienæ potius curæ, quam suæ credere uelit, neue mercetur uiuiradicem, sed genus furculi probatissimum domi conserat: faciatque uitarium, ex quo possit agrum uineis uestire. Varr. libro primo de Re rustica. Ideo in uitario primitus cum exit uitis, tota refecari solet, ut firmiore sarmento e terra exeat, atque in pariendis colibus uires habeat maiores.

VITICULA, æ, [*Viticella. Gal. Vignotte, petite uigne. Hisp. Pequena uida.*] *ἀμπελῖς*, diminutiuum a Viticis. Virgil. in Diris: Dulci nanque tumere nondum uiticula Baccho. Cic. 3. de Nat. Deo. At enim minoræ dij negligunt, neque agellos singulorum, nec uiticulas persequuntur. Viticulæ item, *κλημάτια*, in herbis dicuntur flagella quædam, quæ uirium palmites imitantia longe lateque proserpunt, & obuia quæque amplectuntur, ijsque quasi pedanibus abutuntur, cuiusmodi uidere est in cucurbitis, cucumeribus, aliisque nonnullis id genus. Pl. lib. 24. cap. 11. Frutex est folio hederæ, molliore tamen, & minus longis uiticulis.

VITIFERA, æuum, [*Vitifera.*] *ἀμπελοφόρος*, quod fert uites, siue in quo proueniunt uites. Mar. lib. 13. Hæc de uitifera uenisse picata Vienna Ne dubites, misit Romulus ipse mihi.

VITIGINEVS, æuum, [*Di uite.*] *ἀμπελινός*, quod ex uite fit: ut Vitigineum simulacrum. Col. li. 12. ca. 16. Alij folijs uitigineis, nonnulli plataninis semiuietas uas contegunt.

VITILIGO, pen. pr. gen. uitiliginis, *ἀλζος, μέλας, λεύκη* fœdus cutis color,

color, ex malo corporis habitu proueniens, nutrimentū recte assimilare non potens. Celsus ad finem l. 5. tria eius facit genera: *ἀλφον*, uocans, in quo color albus est fere lubasper, & non continuus, ut quædam quasi guttæ dispersæ esse uideantur. Ab alphi, *μείλας*, solo differt colore, qui illi niger est & umbræ similis. Tertium genus *λακκῶ* appellat, simile quiddam habens alphi, sed magis albescens, & altius descendens, pilos quoq. albos reddens, & lanugini similes. Hæc Cels. P. l. h. r. ca. 15. Ferunt eos qui quotidie edunt capparim, paralyti non periclitari, nec lienis doloribus, Radix eius uiriliginis albas tollit. Mar. l. 3. linguæ uiriliginē dedit per quandam similitudinem, cum inquit: Scabros dentes, uiriliginem q. linguarum.

VITILIS, & hoc uitle, [*Pieghenoli*.] *λαγυιδες*, quicquid sic lentum est, ut commode flecti possit, inquit Budæus: uinciendo dictum, quemadmodum & Vitis, Vitex, Vimen, & cætera id genus. Plin. l. 19. capitu. quinto: Cucurbita omni modo fastigiatur, uaginis maxime uitilib. Hinc Virilia subitantiue, dicuntur uimina, quibus religantur uites. Idem lib. 24. cap. 9. Non multum a falice uitilium usu distat uter.

VITILIGATORES, [*Calomniatori, ottrettori*.] *συκοφαντες*, dicti sunt uitioli litigatores, hoc est calumniatores, obrectatores: ex uitijs, & litigatoribus composita dictio. Qui enim sola prauitate cõtionem querunt, uiligatoribus proprie dicuntur. M. Cato Vitiligatoribus appellat litium audos, alienorū operum calumniatores. Plin. in Præf. Historiæ mundi: ergo securi et contra uitiligatores, quos Cato eleganter ex uitijs, & litigatoribus composuit: quid enim illi aliud, quam litigant, aut litem querunt?

VITILIGO, as, p. c. [*Accusare, riprendere, mordere*.] *συκοφαντισ*, obstrigilo, carpo, criminor, damno, mordeo: unde Vitiligatores. Plin. in Prolo. Nat. Hist. Sic ego, quæ scripta sunt, hæc si palam proferantur, multos fore qui uitiligent.

VITIO, tias, [*Guastare, corrompere*.] *καταστώω*, corrumpto, destruo, deterius reddo. Plaut. in Prolo. Aulū. Eius filiam Lyconides uitiariat. Nam uitiariam uirginem dicimus, cum pudicitiam amisit. Plin. libro 20. capitu. 54. Si in cubatu conuerit, oua pereunt, & accipitris audita uoce uitiantur. Cicero pro Sextio: Comitioum & concionum significationes interdum ueræ sunt, nonnunquam uitiata & corruptæ, Qui septimo Met. Uitiatur odoribus auræ. Idem 3. Metam. Quique halitus exit Ore niger Stygio, uitiatas in ficit auras.

VITIO dare. [*Biasimare*.] *ὑκαλέειν δὲ αἰτίας ἔχειν*, est culpæ, uitiu perare. Ter. in Prolo. And. Nunc quam rem uitio dent, quæso animum aduortite.

VITIOSVS, a, um, adiect. [*Vitioso, cattino, Gal. Vitieux, plein de vices, uareux, gaſté, corrompu. Hisp. Cosa con pecado ó con tacha.*] *κακὸς, φαῦλος*, uitijs plenum, corruptum, deprauatum. Ci. ad Att. lib. 1. Ille alter uitio uno minus uitiosus, quod uers, quod somni plenus, quod imperius, quod *ἀμπαροτοτότος*, &c. Vitiosa nux, pro corrupta, ac putrida. Plautus in Mil. Non ego emam nunc uitam tuam uitiosa nuce. Vitiosum suffragium, corruptum. Cicero tertio de Leg. Ne tabella uitiosum occultaret suffragium. Vitiosæ oues, morbo sæ, morbo infectæ. Col. l. 7. cap. 3. Cum præsertim boni pastoris uel prima cura sit, annis omnib. in demortuarum uitiosarumque ouium locum totidem, uel etiam plura capita substituere. Quomodo aut differat Vitiosus & Morbosus, uide in dictione Vitium. Hinc uitiosæ, aduer. male, corrupte. Quin. libro quarto, capitu. 1. Vitiosæ, in scholis facimus, qd̄ exordio sic utimur, &c. Vitiosæ se habere aliquid membrum dicitur, cum uitio aliquo affectum est. Cicero. 3. Tusc. Membrum tumidum, ac turgidum non uitiosæ se habet.

VITIOSI magistratus, dicebatur, qui uitio creati erant, cū scilicet ex legitimis auspicijs, ceteris uel solenitatibus aliquid esset omisum: aut cum in campo aliquid uitij interuenisset, quo ex Augurū disciplina solent dirimi comitia. ut si quis interim comitiali morbo fuisset correptus, aut si fulmen esset uisum, aut tonitru auditum, uel aliud quippiam esset obnunciatum, quod infausta futura illa comitia portenderet. Tunc enim Vitiosa comitia dicebantur, & Magistratus uitiosi uel uitio creati: cogebanturq. qui designati essent, se magistratu abdicare.

VITIOSITAS, atis, [*Vitiostia, uitio*.] *κακία*, contrarium Virtutis. Cic. lib. 4. Tusc. Vitiositas est habitus aut affectio in tota uita inconstantis, & a se ipsa dissentiens.

VITIS, huius tis, fœ. gen. [*Vite, Gal. Vigne. Hisp. La uid.*] *ἄμπελος*, a Vino ferendo dicta est, ut placet Var. lib. quarto de Ling. Lat. siue quod inuiter ad spem percipiendarum uuarum, ut auctor est idem Varro libro primo de re rust. cap. 31. ubi sic habet: Et uitis, eo quod inuiter ad uuas percipiendas, dicta primo uideretur. Ci. de Sen. Cuius quidem non utilitas me solum sed etiam cultura, & ipsa natura delectat: religatio, propagatio uitium samentorumq. Ouid. 14. Meta Falce data frondator erat, uitisq. putator. Virgil. 1. Georg. Quid faciat lætas segetes quo sydere terram Vertere

Mecenas, ulmisq. adiungere uites Conueniat. Erat & Vitis gentamen centurionis, quo ille milites ob leuiora delicta uerberabat. Minus enim ignominiosa erat pœna, quæ a Centurione, quæ quæ a litore esset illata. Vnde Iuuen. Sat. 8. Nodosam post hæc frangebat uertice uitem, Si lentus pigra maniret castra dolabra. Mar. Digest. de Re militari. Similes uitem tenuit, militiam mutat: si ex indutria fregit, uel manum Centurioni intulit, capite punietur.

VITISATOR, oris, penul. cog. *ἀμπελοφύτης*, qui uites ferit. Quo nomine dictus est Saturnus, qui primus ferendarum uitium uinum in Italiam attulit. Virg. l. 7. Ae. Vitifator curuam seruans sub imagine falcem.

VITIUM, [*Vitio, scelerate* *ἄσκληριτὰ*. Gal. *Vice, mauaisie, meschance, se. Hisp. Tacha generalmente.*] *κακία, κακότης*, proprie dicitur, quod uirtuti opponitur: ita dictum, quod uitandum sit, ac fugiendum. Hora. lib. 1. Epist. Virtus est uitium fugere. Cice. pro Cluent. Nullam quidem ob turpitudinem, nullus ob totius uitæ non dicam uitium, sed erratum. Plaut. Truc. Hoc nobis uitium maximum est, cum amamus, tunc perimus. Aliquando accipitur pro errato, Plin. Librum uitij plenum. Aliquando pro uitioso corporis affectu, non tamen ad uitæ perniciem tendente. Aul. Gel. ita distinguit uitium a morbo, quod Morbus sit affectus quidam cuiuscunque corporis contra naturam, qui usum eius facit ad id deteriorem, causa cuius natura nobis eius corporis sanitatem dedit: ut ait Vlp. tit. de Aedil. edict. lib. 1. Et est Morbus totius corporis, ut febris infania, utq; ait Nonius, cum accessu aut temporis, aut contagij. Vitium uero perpetuum corporis impedimentum, ut cecitas, claudicatio, uecordia. Et sic Vitium non tantum ad animum, sed etiam ad corpus refertur. Et non solum in homine, sed in alijs quoque rebus dicitur. Cice. Pæro. si nihil est in parietibus, aut tecto uitij, cætera mihi probabuntur. Potest tamen, qui Morbosus est, etiam Vitiosus dici, sed non contrario. Equus mordax, & calcitrosus, uitiosus non morbosus est. Claudius uero aliquid actu factus, & morbosus, & uitiosus dici potest. Quicquid impedit, uel corrumpit, ac inutile est, Vitium dicitur. Vir. 1. Ge. Sane illis omne per ignem Excoquitur uitium, &c. Ponitur aliquando pro culpa, Cicero primo Ac. Huc si perueneris, me tibi prium quidque concedere, meum uitium fuerit, &c. Aliquando pro stupro, unde Offerre uitium uirgini, *διακορεῖν*, pro uitare uirginem, dixit Terentius in Hecy. pudicitia afferre uitium. Pla. Pudicitia nunquam, nec uim, nec uitium attuli. Vitium addere, pro uitium afferre. Idem: Pudicitia huius, inquit, me absente uitium est additum. Vitium facere dicuntur ædificia, cum rimas agunt, & ruinam minantur. Cicer. Top. Si ædes exesæ corruerunt, uitium uel fecerunt. Vertere uitio aliquid, idem quod dare Vitio. Cicero in Ep. Ne sibi ille uitio uerterent, quod abesset a patria. Denique quicquid uituperari solet, Vitium dicitur. Ci. 1. de Ora. Adest. n. fere nemo, quin acutius, atque acrius uitia indicent, quam recta uideat. Ponere in uitio, est sumere in malam partem. Cice. 3. Tusc. Qui fortis est, idem est fidens, quoniam Confidens mala consuetudine loquendi in uitio ponitur.

VITIO, as, [*Schifare, guardarsi, fuggire. Gal. Euitare, fuire. Hisp. Esquinar ó huyr de algo.*] *ἀλαβύμαι, euito, esugio, declino, caueo*, quamquam amplius quiddam significat, quam caueo. Multa enim cauemus, quæ tamen uitare non possumus. Ci. 3. Verr. Nam eum, qui palam est aduersarius, facile cauendo uitare possis. Vir. 3. Ae. Quæ prima pericula uitio. Idem 2. Aen. Testor, in occasu uestro, nec te læ, nec ullas uitauisse uices Danaum. Scipium uitare est non sibi conitare, uel sibi displicere propter scelerum conscientiam. Hor. 2. Ser. Saty. 7. Teque ipsum uitans, fugitius ut erro. Vitatio, nis, uerbale, ipse uitandi actus. Cicero quinto de Finibus. Nec uitationem quidem doloris ipsam per se quisquam in rebus expectendis putauit, ne si etiam euitare posset. Vitabundus, a, um, idem quod uitans. S. Iust. in Iugur. Ipse quasi uitabundus per saltuosas loca & tramites exercitum ducere. Liuius quinto Bel. Pun. Hanno ex Brutij profectus cum exercitu uitabundus castra holtium, Consulesque quæ in Samnio erant, cum Beneuento iam appropinquaret, tria passuum millia ab ipsa urbe loco edito castra posuit. Eius composita sunt, Deuito, & Euito, eiusdem fere significationis cum suo simplici, de quibus satis multa suis locis.

VITRARIUS, rij, [*Maestro di lauorare vetri. Gall. Voisier, faiseur de uoires. Hisp. Vidriero.*] *ὕαλκρυτος*, uitri cõficiendi artifex, qua uoce utitur Lampridius in Alexandro.

VITREVS, a, um, adie. [*Di vetro.*] *ἑάλληος*, qd̄ ex uitro est: ut uitreæ ampullæ, apud Plin. l. 20. c. 14. Col. l. 12. c. 4. Vasa aut fictilia, uel uitreæ, plura potius, q̄ ampla. Qd̄ uitri colorē refert, *ὕαλλος*, ut, Fõs uitreus, hoc ē, clarus, & pellucidus, apud Plin. Iuniorē Epi 16. Plin. maior li. 9. c. 31. Nec oib. idē uitreus color. Vir. septimo Aeneid. Te nemus Agnitæ, uitrea te Fucinus, unda, Te liquidi suere lacus. Interdū Vitreum dicitur, qd̄ fragile est in moiē uitri. Seneca; Fortuna uitreæ est: dum splendet, frangitur. Fama uitreæ. id est, fragilis,

- fragilis, Acrone interprete. Horat. 2. Seru. Sat. 3. Et furiosus erit, quem cepit uitrea fama.
- VITRICVS**, ci, [Padregno. Gal. Le paratre, beau pere. Hisp. Padastro, marido de madre.] $\mu\alpha\tau\epsilon\rho\sigma$, matris mex maritus: cui respodet relationem Prauigau. Ci. ad Att. l. 15. Vitricus quidem nihil censebat, quem Alura vidimus. Ouid. 1. Amor. ad Cupidinem: Necte comā myro materas iunge columbas: Qui deceant, currus vitricus ipse dabit. Inteligit Vulcanum, qui Venere, postquam ex Ioue genuisset Cupidinem, duxerat uxorem.
- VITRVM**, vitri, [Vetro. Gal. Voirre. Hisp. Vidrio.] $\beta\alpha\lambda\alpha\sigma$, materia translucentis, quæ modo ex arena splendenti, modo ex cauliculis perlicidis conficitur. De cuius origine & ratione faciendi, uide Plin. lib. 36. cap. 15. Idem pro Rabir. Poith. Ductæ naues poithumi Puteolis sunt audicæ, uisæque merces, fallaces quidem, & fucosæ, chartis, & linteis, et uitro delatæ. Plin. lib. 36. c. 26. In genere: vitri & obfidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Aethiopia inuenit Obsidius.
- VITRUVIVS**, architectus Veronenfis, cuius opera etiam hodie omnium manibus teruntur, uarias in linguas transfusa.
- VITTA**, æ, duplici t, [Benda, πεζύχ. Gal. Vne bande ou ruben de teste. Hisp. Venda ornamento de la cabeza.] $\tau\iota\upsilon\upsilon\alpha$, ligamentum capitis, hoc est, fascia, qua circum caput aë, qui, uel crines, uel terta, aut flores, aut quid uis aliud religabant. Vir. 2. Aen. & falsæ fruges, & circum tempora uittæ. Vbi Seruius: Vittæ, quib. uittæ coronabantur. Idem li. 3. Aen. Vittasq. resolut Sacratæ capitis. Ouid. Met. Vittæ coercuerat negiectas alba capillos. Luc. 5. li. Tum tota priores Stringit uitta comas. Hinc Vittatus, æ, um, uittis redimitus. Plin. libro 7. capit. 30. Vitatam mauem Dionysius tyrannus Platoni misit obuiam. Plauin uita Marci Coriolani ait, in Metellorū familia fuisse qui Vitratu cognominaretur, ab usu uittæ, qua ulcersi tegendi causâ procedebat in publicum obligata fronte. Ouid. 1. Amor. Ele. 7. Sic, nisi uittatis quod erat Cassandra capillis, Procubuit templo cauta Minerua tuo.
- VITVLA**, æ, [Vitella. Gal. Vne genisse ou jeune uache. Hisp. La beçerra ò aña, ò a uerra.] $\mu\acute{o}\chi\alpha\sigma$, ñ, bubuli generis foetus foemianus, qui annum primū ætatis nondum expleuit: nam tum Iuuenia dicitur incipit. Varr. 2. de re rust. ca. 5. Primum in bubulo genere gradus ætatis dicuntur quatuor prima uitulorum, secunda iuuenorum, tertia boum nouellorum, quarta uetulorum. Discernuntur, in prima ætate uitulus, & uitula: in secunda iuuenus, & iuuenca: in tertia & quarta taurus & uacca. Aliquando tamen uitulam latius accipiunt, ut etiā ad iuuenam, uel uaccam uouellam extendatur. Vir. Eclo. 3. Ego, hanc uitulam (ne forte recuses, Bis uenit ad mulctra, binos alit ubere foetus) Depono.
- VITVLARI**, [Allegari.] $\pi\alpha\upsilon\lambda\iota\zeta\eta\upsilon$, ueteres usurparunt pro uoce lætari: propterea quod eam ueram uitam putabant, quæ summa lætitia, ac tranquillitate degere. Var. li. 1. 5. Rerum diuinarum: Pontifex quibusdā sacris uitulari solet, quod $\Gamma\upsilon\alpha\iota\tau\alpha\upsilon\lambda\iota\zeta\eta\upsilon$ dicitur, hinc Viuere sæpenumero ponitur, pro lætam uitam agere. Festus a uitulis deditur, qui summa in pratis lasciuia exultant. Vitulans (inquit) lætans gaudio, in prato uitulus. Ennius: Habet in corona nam uitulans uictoria.
- VITVIVS**, li, [Vitello. Gal. Vn ueau. Hispan. Beçero, ò añafo ò uirero.] $\mu\acute{o}\chi\alpha\sigma$, foetus masculinus in bubulo genere, qui primum ætatis annum nondum expleuit: nam deinde Iuuenus uocari incipit. Dicitur Vitulus a uitulando, hoc est, lasciuendo. Varro Rei rust. lib. 2. cap. 1. Primum in bubulo genere ætatis gradus dicuntur quatuor: prima uitulorum, secunda iuuenorum, tertia boum nouellorum, quarta uetulorum. Idem 3. Georg. Post partum in uitulos cura traditur omnis. Hor. 4. Car. Ode 2. Te decem auri, totidemque uaccæ, Me tener soluat uitulus relicta Matre, qui largis iuuenescit herbis In mea uora. Aliquādo tamen Vitulum legitur pro iuueno, seu tauro nouello, Virgil. quarto Ge. Tum uitulus bima curuans iam cornua fronte. Neque solū in bubulo genere Vitulus dicitur, uerum etiam in alijs quadrupedibus maioribus. Plin. li. 8. c. 1. de Elephantis. Atque ita salutato sidere in siluas reuertuntur, uitulorum fatigatos præ se ferentes. Virg. ad equos transtulit. 3. Geor. Iam uitulos hortare, uiamque infite domandi. Qui etiam balænarum foetus, Vitulos appellat Plin. li. 9. c. 6. Irrumpunt (inquit) orca in secreta, & uitulos earum, ac foetas uel etiam grauidas lancinant morsu. Hinc Vitulinus, adie. quod uel titulum est: ut, Vitulina caro, apud Pla. in Aul. Cicero secundo de Diuin. An tu, inquit, caruncula æ uitulinæ maius, quam Imperatori ueteri credere?
- VITVLVS**, marinus, $\rho\acute{\upsilon}\nu\eta$, belua est genere amphibiorum, oniniū animalium somniculosissimum, tam in terra, quam in mari uitam habens. Partit enim in terra pecudum more, nunquā plures geminis, eosq. mammis educat, nec ante XII diem deducit in mare. Grauiissimum in somno edit mugitum: unde & uituli nomen accipit. Reliquam eius naturam uide apud Plin. li. 9. ca. 13.
- VITVNYVS**, antiquus deus erat, qui credebatur uitam largiri: ut

- Sentinus sensum. Cael. Rhod. li. 2. 5. ca. 30.
- VITUPERIVM**, [Vituperio. Gal. Blasme, deshonneur, infamie. Hisp. Infamia, deshorna.] $\psi\acute{o}\gamma\alpha\sigma$, uituperatio, dedecus, infamia. Cice. Vel etiam a uitio dictum ut a peti im.
- VITUPERABILIS**, le, [Vituperabile] $\delta\eta\mu\lambda\omicron\gamma\alpha\sigma$, uituperatione dignus. Ci. 3. de leg. Nam isto quidem modo uel Cōsulatus uituperabilis est, si Cōsulatum (quo enumerare nolo) peccata collegeris.
- VITUPERATIO**, onis, [Vituperio, infamia. Gal. Blasme, uitupere. Hisp. Vituperio, menosprecio.] $\psi\acute{o}\gamma\alpha\sigma$, uituperandi actus, reprehensio, cui opponitur laus, siue iudatio. Quinc. in Proæ. lib. 8. His adiecimus, demonstratiuum laude & uituperatione comitare. Ci. 7. Verr. Hæc autem uituperatio, atque infamia confirmabatur eorum sermone, qui a suis ciuitatibus illis nauibus præpositi fuerant. Venire in uituperationem hominum, est hominū reprehensio obnoxium fieri. Ci. 6. Verr. Ut propter eum in sermone hominum, atque in tantam uituperationem ueniret. Esse alicui uituperationi, est ad dedecus, & infamiam eius pertinere. Idem Phil. li. 13. Epi. Sed mihi ita persuadeo, (potest fieri ut fallar) eā rē laudi tibi potius, quam uituperationi fore.
- VITUPERATOR**, tis, [Reprensore. Gal. Blasmeur, mesprisier. Hisp. Reprehendedor.] $\psi\acute{\epsilon}\kappa\tau\eta\varsigma$, reprehensor, qui proclius est ad uituperandū. Cic. 1. de Finib. Quanquam Philosophiæ quidem uituperatoribus satis responsura est eo libro, quo, a nobis Philof. plura defensa & collaudata est, cum esset accusata & uituperata ab Hortensio.
- VITVPERO**, onis, [Blasfatore.] $\psi\acute{\epsilon}\kappa\tau\eta\varsigma$, uituperator, momus, in reprehensionem proclius. Dicitur ea forma, qua & Epulone & Mādūconem, & Phagonem dicimus, & Palponē, uerbis uidelicet in nomina conuersis.
- VITVPERO**, as, [Vituperare. Gal. Vituperer, blasmer, mesprisier. Hisp. Reprehender, menosprecjar.] $\psi\acute{\epsilon}\gamma\alpha$, uitro uerto, culpo, de dignitate uel auctoritate alicuius detraho. Ter. in And. Prolog. Id isti uituperant factum. Auctor ad Her. l. 2. Vitiosum est, artem, aut scientiā, aut studium quodpiam uituperare propter eorum uitia, qui in eo studio sunt, ueluti qui Rhetoricam uituperant propter alicuius Oratoris uituperandam uitam. Ci. pro Mur. Ego tuum consilium Cato, uituperare non audeo. Iungitur aliquādo cum datiuo. Pla. in Caf. Cur omine mihi uituperat malo?
- VITVARIVM**, rij, [Viuaio, barco. Gal. Vn parc à nourir bestes sauvages. Hisp. Buar donde se crian animales.] $\zeta\omega\upsilon\phi\epsilon\iota\omicron\nu$, $\zeta\omega\sigma\tau\omicron\phi\epsilon\iota\omicron\nu$, locus in quo uel aues, uel pisces, uel fera continentur, quæ ad uictum duntaxat pertinet, ut docet Gel. Noct. Att. li. 2. ca. 20. Plin. lib. 8. ca. 54. Viuaria a prore cæterorumq. siluestriū, primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus, qui in Tarquiniensibus feras pascere instituit. Plin. li. 9. ca. 54. Ostreorum uiuaria primus Seruius Orata in Baiano inuenit. Iuu. Sat. 5. Non dubitatur fugitium dicere piscē, Depastū que diu uiuaria Cæsar. Peculiari tamen nomine septa, in quibus fera pascuntur, Leporaria dicuntur: quemadmodum Piscinæ, in quibus aluntur pisces: & Ornithones, in quibus aues clausæ tenentur. Vide Varr. Rei rust. li. 3. c. item 3.
- VITVAX**, cis, penultima produ. omnis gene. [Viuaie, uiuo, uiuoroso.] $\mu\alpha\kappa\acute{o}\lambda\iota\omicron\varsigma$, longæuis, seu uita diuturnior. Vir. 1. Geo. Palladia gaudent silua uiuacis oliuæ. Idem Eclog. 8. Et ramosa Mycon uiuacis cornua cerui. Hinc Viuacior, Viuacissimus. Plinius libro 9. capi. uigesimo. In sicco quoque repetunt: ideo etiam uiuaciora talia. Horat. 2. Seru. Satyr. 2. Postremum expellet certe uiuacior hæres. Viuacitas, atis, longæuitas, uitæ diuturnitas. Colum. libro. 11. cap. tertio: Multis etiam locis uiuacitatem suam usque in annos decem prorogat.
- VITVERE** in diem, dicuntur, quas Græci uocant $\eta\mu\epsilon\rho\phi\epsilon\iota\varsigma$, qui quotidie parant noua cibaria, nullum habentes penum reconditam, nihil de futuro tempore solliciti, omnia denique curam ita abijcientes, ac si eo solum die uicturi essent. Cicero quinto Tusculan. Nos in diem uiuimus. Colum. libro 3. Nec prouident futuro tempori, sed quasi plane in diem uiuant, sic imperant uitibus, & eas multis palmitibus onerant, ut posteritati nō cōsulāt.
- VITVERRA**, æ, $\gamma\alpha\lambda\eta$, animalculum exiguum ex genere muscellarum, quo uenatores utuntur ad cuniculos ex antris expellendos. Plin. libro octauo, capitu. 55. de cuniculis loquens, Magna propter uenatum eorum uiueris gratia est, immittit eas in specus, qui sunt multiferos in terra, unde & nomen animali, atque ita erectos superne capiunt.
- VITVICO**, is, [Viuere. Gal. Viure. Hisp. Viuere, uiuir.] $\epsilon\mu\psi\upsilon\chi\omicron\varsigma$, $\gamma\eta\upsilon\mu\alpha\iota\alpha$ uiuus fio, animor, proprieque de rebus inanimatis dicitur, cum anima imbuuntur. Plin. lib. 9. capit. 51. Anguillæ atterunt se scopulis: ea strigmenta uiuiscunt, nec alia est earum procreatio. Idem libro decimo sexto, capitu. 25. de Fasonio uento loquens, Hoc enim maritantur uel sentia et terra, quo etiam equæ in Hispania. Per translationem accipit ut pro inualescere & uigorem acquirere. Lucan. libri quarto: Quod cupido mixtum cordi uiuiscit, ut ignis. Et paulo post: Vlcus enim uiuiscit & inue teralcit alendo.

VIVIDVS, a, um, p. co. [*Vivo.*] ἀκμαῖος, ἐπακμάζων, multo vigore prædus. Plin. in Pan. Amas constantiam ciuim, rectiorque, ac uiuidos animos. Virg. 5. Aen. Exigui numero, sed bello uiuida uirtus. Liu. 6. ab Urb. Sed uegetum ingenium in uiuido pectore uigebat, uirebatque integris sensibus. Interdum Viuidum accipitur pro uiuenti. Propertius: Quattuor artificis uiuida signa boues. Vbi signa uiuida, dixit, quali uiuentia, idque hiperbolicos, quemadmodum Virg. Spirantia æra, hoc est, tanta arte confecta ut uiuere, & spirare uideantur.

VIVIRADIX, cis, pen. prod. & fœ. gen. μόχραμι, planta quæ cum radice feritur, quasi uiuam radicem habens, ad differentiam malleoli, & talearum. Plin. lib. 17. c. 2. In ar. do solo u. uiradix quoque frustra feritur. Col. lib. 3. c. 14. Stationis autem duo sunt genera malleoli uel uiuiradix: quod utrumque ab agricolis usurpatur, & in prouinciis magis malleoli. Neque enim seminarijs student, nec usum habent faciendæ uiuiradixis.

VIVO, is, xi, ctum, [*Viure.* Gall. Viure. Hisp. Viuir como quier. uiniera.] βίωσις, uitam ago, uitam dego, in uita sum. Quint. lib. 9. cap. 3. Non ut edam, uiuo: sed ut uiuam, edo. Cicero de Senect. Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse uiuere. Horat. 2. Serm. Sat. 6. Neque ulla est Aut magno, aut paruo lethi fuga: quo bone circa Dum licet in rebus iucundis uiue beatus, Viue memor quam sis xui breuis. Cic. 3. de Finib. Consciantium est huic nature: ut sapiens uelit gerere, & administrare rem publicam, atque ut e natura uiuat: uxorem adiungere & uelle ex ea liberos procreare. Et licet abolatum sit hoc uerbum, admittit tamen accusatiuum reciprocum: ut, uiuo felicem uitam, uiuo uitam duram. Ter. in Adel. Nam ego uitam duram, quam uixi usque adhuc, prope iam ex cursu spatio, mitto. Interdum accipitur Viuere pro eo, quod est lætam uitam agere. Nam eam demum ueram putabam esse uitã, quæ in læticia, animique tranquillitate perageretur. Mar. Sera nimis uita est crastina, uiue hodie. Pla. in Mil. Conferui, conferuq. omnes bene ualete, & uiuite. Catullus ad Lesbiam: Viuamus mea Lesbia, atque amemus. Viuere studijs, dicit Cic. ad Sulp. Ep. 29. lib. 14. pro eo quod est uitam litteris sustinere. Ita uiuam, affirmantis particula est. Cic. ad Tiron. lib. 16. Sollicitat, ita uiuam, me tua mi Tiro ualutudo: id est, moriar, uel dispeream, nisi tua ualutudo me sollicitat. Eandem uim habet Ne uiuam, subsequente particula Si, uel Nisi. Cic. ad Att. lib. 4. Quid poteris, inquires, pro ijs dicere: ne uiuam, si scio. Viuendo uincere aliquem, dixit Pla. in Epid. pro eo quod est, ei superstitem esse uiuitur impersonale. Pla. in Perf. Quid agitur? T. uiuitur. Ter. in Hea. Hoc ibi fit, ubi non uere uiuitur. Cic. 1. de Fin. Qua præceptrice in tranquillitate uiui potest omnium cupiditatum ardore restricto. Oui. 1. Met. Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus. Hor. 2. Car. Ode 16. Viuitur paruo bene: cui paternum Splendet in mensa tenui salinum. Viuitur personale. Oui. 12. Met. Vixi annos bis centum, nunc tertia uiuitur ætas. Huius uerbi composita sunt Conuiuo, Peruiuo, & Superuiuo, Reuiuo, quorum significata uide suis locis.

VIVVS, a, um, [*Vivo.* Gal. Visuiuant. Hisp. Cosa uiua.] ζῶος, spirans, animatum, uita præditum. Cicero ad Att. libro 4. Cato tamen affirmat se uiuo illum non triumphare. Quandoque ponitur pro naturali & non artificioso. Virgilius libro 2. Georg. Et uiua sua plantaria terra. Idem 1. Aeneid. Viuoque sedilia saxo. Quandoque pro ualido aut uehementi. Virg. 1. Aen. Et tentat uiuo præuerrere amore. Viua sapes dicitur, quæ dumis non præcisit, sed in eo loco natis contextitur. Columel. lib. 11. cap. 3. Vetusissimi auctores uiuam sapem structili prætulerunt: quia non solum minore impensam desideraret, uerum etiam diuturnior immensis temporibus permaneret. Viua aqua, naturalis, & indidem nata. Varr. 1. de re rust. c. 11. Si omnino aqua non est uiua, cisternæ faciendæ sub tectis, & lacus sub dio: ex altero loco ut homines, ex altero ut pecus uti possit. Flumen uiuum. Virg. 2. Aen. Donec me flumine uiuo Ablueri. Lacus uiui. Virg. 2. Geor. Spelunca, uiuique lacus, ac frigida tempe. Vultus uiuos ducere, hoc est, uiuam, & naturalem effigiem referentes. Virg. 6. Aeneid. Excudent alij spirantia in mollis æra, (Credo equidem) uiuos ducent de mar more nultus.

VIVVS PYRITES, πυρίτης ζῶος, lapis est ex omni pyritarum genere ponderosissimus, ex quo ignis excutitur. Plin. lib. 36. c. 19. Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt, plurimum habes ignis quos uiuos appellamus, & ponderosissimi sunt. His exploratoribus castrorum maxime necessarij, qui clauo, uel altero lapide scintillas edunt, quæ exceptæ sulphuratis aut fungis aridis, uel folijs, dicto celerius ignem trahunt.

VIX, [*A pena, difficilmente.* Gal. A peine, à grand peine. Hisp. Apena.] μόχρη, aduerbi. in significans, propemodum non ægre uel difficulter, quasi cum uis & labore. Virg. lib. 2. Ge. Vix humiles apibus castas, roremq. ministras. Teren. Vix retraxi filium ab amore ancillæ. Aliquando refertur ad Tempus pro uix dum, siue uix adhuc statim, ubi, uel iam iam. Virg. 1. Aen. Vix e conspectu Siculæ tellu-

ris in altum uela dabant læti. Id est, statim, postquam e conspectu Siculæ, &c. Aliquando ponitur pro non, Lucan. Carcer uix carceredignus. Oui. Vix Priamus tanti, totaque Troia fuit, hoc est, non fuit tanti Priamus, ut exponit Donatus.

VIX TANDEM, [*Dopo tempo assai.*] ὀλίγως, ταχέως, post multum temporis. Cicero Appio Pulc. Vix tandem legi literas dignas Appio. Virg. 2. Aen. Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus, Compositio rumpit uocem.

V A N T E L

VICERO, as, p. c. [*Impiagare.* Gal. Vlcerer. Hisp. Emplagar.] uel, ut alij Græcam originem sequentes, malunt scribere, Hulcerer, ἑλκώω, ulcerosum facio, ulceribus infesto. Plin. lib. 28. cap. 9. Item equarum (subaudi sanguinis) præterquam uirginem erodit, emarginat, ulcerat. Hor. 1. Ser. Sat. 6. Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos. Cic. de Fato: Nondum enim ulcerato serpentis morsu Philocteta, quæ causa in rerum natura continebatur fore, ut is in insula Lemno inqueretur. Hinc Exulcerer, compositum, cuius significationem uide supra suo loco.

VICISCOR, sceris, ultus sum, [*Vendicare, far uendetta.* Gal. Venger. pomin. Hisp. Vengar la injuria.] ἐκδικῶ, τιμωρῶ, uindico, iniuriam non impunitam relinquo, ultionem repeto. Dicimus autem, Vlcescor te, Vlcescor te pro hoc scelere, Vlcescor scelus, Vlcescor me. Terent. in Eunuc. Ego pol te pro istis dictis, & factis scelus Vlcescor. Pla. in Men. Ni hanc iniuriam, meque ultus fuero. Cic. 2. de Inuen. Deinde hoc si constitutum sit, ut peccata homines peccatis, & iniurias iniurijs ulciscantur, quantum incommodorum consequatur. Ouid. 7. Met. Androgeique necem iustis ulciscitur armis. Hinc Vlciō, onis, uerbale, uindicta. Plin. lib. 51. c. 26. Illis etiam ulsionis causa datum est. Tac. lib. 2. Simul perfidos & ruptores datis ultionis & gloriæ mandandos.

VLCVS, ceris, [*Piaga nata da per se.* Gall. Vlcerer, blefseure, & entrampure de peau. Hisp. Plaga que haze materia y que nasce.] ἑλκος, solutio unitatis in carne, quæ fit per erosionem: ut docet Galen. in tractatu de differentijs morborum. Virg. lib. 3. Georg.

Non tamen ulla magis præfens fortuna laborum est,

Quam si quis ferro potuit rescindere summum

Vlceris os, alitur uitium, uiuitq. tegendo.

Vulnus uero est hians patensq. apertura corporis ictu facta, Vlcus tangere, prouerbiali metaphora dicitur, pro eo quod est, mouere dolorem, & rei alieius, quæ nos magnopere urat, mentionem facere. Ter. in Phor. Quid minus utile fuit, quam hoc ulcus tangere? Cic. 1. de Nat. De. Quidquid enim horum attigerit, ulcus est: ita male instituta ratio exitum reperire non potest. Id est, ita ab eo de fendi non poterit, quin erroris uanitatiscq. conuincatur. Hinc Vlculum demin. ἑλκιδιον. Plin. lib. 28. c. 19. Lien uituli in uino decoctus, tritiscq., & illitus ulcuscula oris sanat. Vlcerosus, a, um, adiectiuum, quod est plenum ulceribus. Hor. 1. Car. Ode 35. Sæuiet circa iecur ulcerosum: Non sine quæstu: Transfertur & ad arbores. Plin. lib. 17. c. 14. Ante omnia gemmantes nitere conuenit nihil usquam ulcerosum esse, aut retorridum. Quidam hoc nomen aspirandum putant, & melius fortassis: Nam a Græco ἑλκος, deduci uidetur, quod primam uocalem habet aspiratam.

VLEX, cis, frutex rorismarini similis, sed asperior, qui retinendi arufi gratia sterni solet in fossis canalibusq., ad lauandas montium ruinas fieri solitus. Plin. lib. 33. c. 4.

VILIGO, inis, [*Humore.* Gal. Humour. Hisp. Cosa humida.] pen. pr. ἰκμαῖς, terræ humor naturalis, ex ea nunquã recedens inquit Seruius. Virg. 2. Ge. At quæ pinguis humus, dulcisq. uligine læta. Sil. lib. 8. Et quos pestifera pontini uligine campi, &c. Var. 2. de re ru. c. 2. Solu oportet esse eruderatum & procliuum, ut euerri facile possit, ac fieri purum. Non enim solum ea uligo lanam corrumpit ouium, sed et ungulas scabras fieri cogit. Hinc Vliginosus, a, um, semper uiuidus: ut, Vliginosus ager, qui semper est humidus: Humidus uero qui aliquando siccatur. Plin. lib. 17. c. 5. Terram amaram, siue macram siquis probare uelit, demonstrant eam atræ degeneresq. herbe. frigidam autem retorride nata, item uliginosam tristitia: rubricam oculi, argillamq. operi difficillimas, quæque raitros, ac uomeres in gentibus glebis onerent. quamquam aliquando non quod operi hoc & fructui sit aduersum. Col. lib. 2. c. 4. Igitur uliginosa campi proscindi debent post Idus mensis Aprilis.

VILVS, ἄλος, Apollinis cognomen apud Milesios, quod is sanitatis auctor putaretur. Nam ἄλειν, Iones usurpant pro ὑγιαίνον, hoc est, recte ualere: ut annotauit Ioannes Grammaticus. Vnde & ἄλας, dictas putat cicatrices, quod sint notæ per sanatorum uulnerum. Vide Macr. lib. 1. Saturnalium.

VILVS, a, um, [*Alcuno.* Gal. Aucun, quelque, quelqu'un. Hi. Alguno.] τίς, aliquis, ab Vnus, ut putatur per deminutionem formatum. Nam cum dicimus, non esse ullum, qui legibus pareat, perinde est, ac si dicas, ne unum quidem esse. Numquam autem hoc nomine utimur affirmatiue. Non enim dicimus, Sunt ulli, qui studia amplectantur: sicut Sunt aliqui. Sed uel negatiue: ut, Non est ullus, qui

qui publica commoda priuatis rationibus praeferat. Vel inter-rogatiue: ut, Est ne ullus, qui legum metu solatus ab iniuria tem- peret? Vel infinite: ut, Nescio an ullus sit, qui non n. xorem e-ri- bus, quam uirtuti honorem deferat. Cic. 6. Verr. N. Num inquam horum reliquit: neque aliud ullum tamen, praeter unum perue- tus lignum. Bonam fortunam, ut opinor: eam u. domi si e ha- bere noluist. Virg. 3. Eclog. In me mora non erit ulla. Vide Valer. lib. 3. cap. 63.

VIMARIUM, arii, *πτελεών*, arbutum ex ulmis, uel ulmorum semina- rium. Plin. lib. 17. c. 11. Deferenda ex arcarum uenis post annum in uimaria, interuallo pedali in unamquamque partem. Vimaria quo pacto condi debeat, docet Col. lib. 5. c. 4.

VIMITRIBAS, *περ. μασιγίας*, uox est Plautina ex Graeco & Latino composita, significatq. eum qui assidue ulmis uirgis ceditur, quasi ulmi attritor. Vtitur hac uoce Plautin Peisa.

VIMVS, mi, [*Olmo. Gal. Orme. Hisp. Olmo arbor conocido.*] *πτελέα*, arbor est propter raritatem foliorum maritandis uitibus maxime idonea, Galli ormani uocant, seruat aliquo Latini nominis uetugio. Colum. lib. 4. cap. 13. Quia si uimibus salicis aut ulmi ligaueris, increscens uitis se ipsam praecidit. Virg. 1. Georg. Vimiq. ad- iungere uites Conueniat. Hinc deducitur adiectiuum Vimeus, a uis, quod ex ulmo est. Colum. lib. 6. cap. 3. Probatumque maxime ulmea frons.

VINA, a, [*Braccio, gomito. Gal. Bras. Hisp. Braçada.*] *ὄλενη*, idem quod brachium. Catull. Epig. 17. Nec sapit pueri instar Bimuli, trmula patris dormientis in ulna. Est item mensurae nomen, tantum ha- bentis longitudinem, quantum complectuntur duo brachia utriusque extensa. Virg. 3. Ecl. Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo) Treis pateat caeli spatium non amplius ulnas. Vbi Serui. Vina proprie est spatium in quantum utraque extenditur manus: licet Suetonius unum cubitum tantum esse uelie.

VLOCHYTON, *ἐλάχυτον*, far sale conspersum, quo hostiae perfunde- bantur: ita dictum ab eo quod Iones *ἐλάχυ* dicunt *ἀντί τῆς ὄλης*, hoc est, pro hordeo siue farre, & *χέω*, fundo.

VLOPHONVM, p. c. *ἄλοφονος*, Chamaleontis species, quam plerique Ixiam uocant, quod quibusdam in locis uiscum gignat sub aliis fo- liorum, maxime sub Canis exortum, quo mulieres in Creta pro Mastiche uruntur. Vlophonum autem dictum est, quasi *ἐλόν, φονδ- τιμόν*, hoc est, totum exitiale. Fertur enim a iuuenis gustatum uel- uti angina quadam eas interficere.

VLPINVS, Iureconsultus, patria Tyrius, Hadriani temporibus flo- ruit, cuius scriuiis praefuit. Hic cum Gallias administraret, seditio- ne oborta interfectus est.

VLPICVM, p. c. *ἄν. ἰακρόροδον, ἄφροσκόροδον*, genus alii grandius praecipue in Africa celebratum inter pulmentaria turis: unde & Puni- cum allium a quibusdam appellatur. Col. lib. 1. c. 3. Vlpicum uo- cant allium punicum: Graeci autem *ἄφροσκόροδον* appellant longe maioris incrementi, quam allium. Plau. in Paen. Tu autem plenior- alij ulpici, quam Romani remiges.

VLS, *πέλειον*, antiquis in usu fuit pro ultra, ut annotauit Festus ex Ca- tone: Eadem enim forma ab vls, deducitur Ultra, quemadmodum a Cis, deriuatum est Citra.

VLTIVS, a, um, p. c. [*Vltimo. Gal. Le dernier. Hisp. Postero, ὀ ποστρίμορο.*] *ὑστατος, ἕσχατος*, ab Ultra. idem est quod postremus. Cic. 2. de Na- tura Deorum. Luna, quae omnium ultima est. Ouidius 3 Metam. Sed scilicet ultima semper Expectanda dies homini est. Horat. 1. Epist. 16. Mors ultima linea rerum est. Linius 4. ab Vrbe: Necessi- tate, quae ultimum ac maximum telum est, superiores estis. Ali- quando etiam accipitur pro primo, Virg. lib. 8. Aeneid. de Satur- no primo Latini regis progenitore, Tu sanguinis ultimus auctor. Dicitur Vltimus, quod ultra omnia sit, huc ante respicias, siue re- tro. Cicero 1. de Fimbis: Quod quam magnum sit, sicque ueterum fabulae declarant, in quibus tam multis, tamque uariis ab ultima antiquitate repetitis, tria uix amicorum paria inueniuntur. Hinc Vltimum, aduerbium, *ὑστατον*, id est, postremum. Linius secundo ab Vrbe: Nunc errabundi domos suas, ultimum illas uisuri, per- uagantur. Curtius lib. 5. Darius Artabaxum, ultimum illum uisur- us amplectitur. Vltimo aliud aduerbium eiusdem significationis cum superiori. Sueton. in Neron. cap. 32. Vltimo templis com- pluribus dona detraxit, simulacraque ex auro uel argento fabri- cata confluauit.

ULTOR, oris, p. uerbae masculinum, ab Ulciscor, eris, [*Vendicato- re. Gal. Vengeur. Hisp. El uendegador.*] *τιμωρός, ἕκδικος*, uindex, uin- dicator qui iniuriam illatam ulciscitur. Cicero pro Sylla: Ego illae coniurationis inuestigator atque ultor, certe non defende- ram Syllam, si coniurasse arbitrarer. Virgil. 4. Aeneid. Exoria- re aliquis nostris ex ossibus ultor. Huius foeminiuum Vltrix, *ἀμύτριά, ἡ*, a quo Vltricia, ut Vltricia a uictrix. Virgilius 11. Ae- neid. Haec cape & ultricem pharetra deprome sagittam. Idem 4. Aeneid. Vltricesque sedent in limine Dirae. Idem 6. Aen. Vestibu- lum ante ipsum, primisque in faucibus orci Luctus, & ultricoz

posuere cubilia cura, **ULTRA**, [*Oltre, oltre.*] *πέραν, ἐπέπερ, ἐπέκεινα*, prepositio est, cum accu- satiuo deseruit, significatque praeter, & trans, & non nisi separata mouenitur. Sallust. in Jug. Mauri. uagum genus, ut alij Africæ con- celebant Antipodas ultra Aethiopiā cultu Persarum & iustos, & egregios agere. Aduerbium est cum sine casu ponitur, idem si- gnificans, quod praetera. Cicero de Vniuer. Si probabiliora di- centur, nil ultra requiratis. Ponitur aliquando pro amplius. Liu. 4. Bell. Maced. Tanta uis in hostem intulerunt, ut sustineri ultra non possent. Hinc deducuntur Vltior & Vltimus. Cicero ad Att. lib. 8. Illae Galliae ulterioris adiuuentor. Fit autem Ultra ab Vls, quo ueteres utebantur, sicut Citra a Cis. Auctor Gellius lib. 12. cap. 13.

ULTRA famam, [*Fid che si pensa.*] *πέρα πῆς ὀ ἔξης*, id est, supra opinio- nem, uel plus quam homines opinentur: sicut Intra famam esse dicitur, quod fama magnitudini non responderet. Quintilianus: Hortensii scripta tamen intra famam sunt.

ULTRO, [*Oltre, ancora, di uolontà.*] *ἐπι δέ*, ultra, siue insuper. Vir- gilius 2. Aeneid. His lacrymis uitam damus, & miserescimus ultro. Vbi Seruius: Ultro, non est sponte, nam iam rogauerat, sed insu- per: quia plus, quam rogauerat Sinon, ei praestitit Priamus. Vlti- tatus tamen accipitur pro sponte, hoc est, nemine rogante, aut cogente. Plautus in Epid. Continuo te orabit, ultro, ut illam transmittas sibi: Terentius in Adelph. Nisi si me in illo credidi- q. si esse hominum numero, qui ita putant sibi fieri iniuriam ultro, si quam fecere ipsi, expostulant, Et ultro accusant. Hoc est, ipsi priores accusant, non expectata querela eorum, qui iniuria sumo affecti.

ULTRO, citroque, [*Qua e là. Gal. De çà & de là, d'un costé & d'autre. Hi- sp. A quende y allende de todas partes.*] *δεύρο καχέστε*, id est, huc il- luc, sursum deorsum. Cicero 6. Verr. Qui ultro citroque nauigant. Accipitur aliquando pro hinc inde, uicissim, siue ab utra- que parte. Cicero in Somn. Scip. Multisq. uerbis ultro citroque habitis, ille nobis consumptus est dies.

ULTRA, herbae palustris genus est, Virg. 2. Aen. Limosq. lacu per no- stem obscuris in ulua Delicui.

ULVBRÆ, arum, ignobilis Italiae uicus iuxta Velitras, nulla alia re, quam quod in ipso educatus fuerit Augustus, memorabilis: ut an- notauit Porphyrio in illud Hor. lib. 1. ep. Quod petis, hic est. Est Vlubris, animus si te non deficit æquus.

ULVLO, as, p. p. [*Ululare, urlare. Gal. Vrler. Hi. Auillar los lobos à mugeres.*] *ἄλολύζω*, flebilis & maestum sonum edo, more luporum. Virg. 1. Geo. Per noctem resonare lupis ululantibus urbes.

ULVIATVS, us, [*Ululato, urlò.*] *ἄλολυμός*, clarus, inconditus clamor. Cael. Bel. Gall. Tum uero suo more uictoriam conclamant, atque ululantium tollunt.

ULVLA, p. c. [*Alocco.*] *αὐγώλιος*, auis nocturna ex genere noctuarū ita dicta, teste Seruius, *ἀπὸ τῆς ἄλολύζω*, quod est ululare, & flere. Virg. 8. Ecl. Certent & Cygnis ululae.

ULYSSES, [*Vlisse, sapientissimo humo.*] *ὀδυσσεύς*, fuit filius Laertæ (a quo & Laertius cognominatus est) Rex Ithacæ & Dulichij, insu- larum, a quibus uero Ithacis modo Dulichius appellatur. Fingitur ab Homero uir multa praeditus facundia, nec minore experi- entia, uater consilio, egregius bello, laborum patientissimus. Vxorem habuit Penelopen Icarj filiam, ex qua Thelemachum fi- lium suscepit: eamque tantopere adamauit, ut reliquis Graecorum Principibus ad bellum Troianum proficiscentibus, ipse in saniam simulauerit: futurum sperans, ut tanquam bello inutilis domi re- lineretur. Iunctis itaque duobus diuersi generis animalibus, licus pro- fcindebat, & frugum loco salem ferebat. Palamedem tamen uitam prudentissimum latere non potuit: qui ut technam illius detegeret, aranti illi Telemachum filiam in sulco obiecit: quod Ulysses conspicatus, ne filium læderet, aratrum subleuauit. Quo argumento facile prehensum est, non ueram illam, sed simula- tam esse insaniam. Pertrahens itaque ad Troiam, strenuam utilissi- mamque eo in bello Graecis operam nauauit. Nam & Achil- lem inter Lycomedis Regis filias uirginali habitu latentem, ad bellum perduxit, & sagittas Herculis a Philoctete impetratas, ad Troiam pertulit: Cinerem quoque Laomedontis, qui super Scæa porta Ilij seruabatur, clam sustulit: Palladium quoque una cum Diomede ex Troia, caesis custodibus, rapuit. Missus deinde explorator cum eodem Diomede, Rhefo Thraciae rege occiso, equos eius abduxit, priusquam Xanti aquam degustassent. Erant autem hæc omnia in Troianorum fati: sine quibus Troia expu- gnari non poterat. Cum Palamade frumentationis causa grauiissi- mas inimicitias exercuit, eumque tandem per calunniam circua- uentum, lapidibus obruendum curauit. Occiso Achille in armo- rum illius iudicio Aiaci praestatus est. Capta autem Troia Orsio- chum Idomenæi Cretensis regis filium, obstantem ne legitima pars praedæ sibi decideretur, exorta rixa interemit: Deniq. Poly- xena ad Achillis tumulum iugulata, atq. Agyanae Hectoris fi- lio &

lio e turri præcipitato, cum nauim conscendisset tamquam in patriam rediturus, graui exorta tempestate primum in Cicoaum ius appullus est: Atque inde rursus soluens, tum ita tempestate ciecus in Africam ad Locophagorum gentem peruenit. Vbi cum loci locum gustasset, ægri inde potuerunt reuelli. Inde rursus uela faciens, in Siciliam delatus est: ubi Polyphemi antrum cū duodecim socijs intrauit, ex quibus cum Cyclops sex deuorasset, eruto uero oculo præusto stipite, pellicibus arietum inuolutus cum superstitibus antrum euasit. Hinc in Aeoliam nauigans, ab Aeoluentos in utrem coactos obtinuit. Et cum iam Ithacæ proximus esset, soluto utre a socijs thesurum credentibus, restante uero de quo in Aeoliam expulsius egressus ab Aeolo abactus, deuenit ad Læærygonas, quos ob immanitatem fugiens, ad Circe peruenit, quæ cum exploratores eius in beiluas mutasset, ipse sumptis a Mercurio pharmaco accessit impavidus & stricto gladio eam coegit, ut socios suos pristinae formæ restitueret: quod cum fecisset, eius post ea consuetudine usus per totum annum, suscepit ex ea Telogonium filium: Hesioidus uero Agrium & Latinum ex Circe genuisse dicit. Aegre deinde ab ea dimissus, ad Oceanum peruenit, ubi peractis sacris, ad inferos descendit, ibique ex Anticlea matre, Elpenore, & Tiresia uite de multis certior factus, reuertitur ad Circe: & Eipenorem socium, qui nuper inebriatus de scelis deciderat honorifica sequitur sepultura. Post hæc ad Insulam Sirenum delatus est, quatum cantus ne audirent socijs aures cera obturauit: se autem ad malum alligari fecit, eaque ratione illarum insidias tutus euasit. Inde Scyllam transiens & Charibdim, non sine maximo periculo in Sicilia uenit ad ea loca, ubi Phaethusa Solis filia cum duabus sororibus greges patris pascebat, iussitque ne quis eos uiolaret: sed ipso dormiente, & socijs fame coacti, insidente etiam Eurylocho, plura ex gregibus animalia mactauerunt: quod scelus poitea naufragio luerunt, adeo ut ne unus quidem sit seruatus, præter unum Vlysssem, qui arrepto nauis malo nouem diebus a uento & undis hinc illinc agitatus, tandem ad Ogygiam insulam appullus, a Calypso nympha susceptus est: septemque annis eius consuetudine usus, Nausithoum, & Nausinoum filios, ut Hesiodo placet, ex ea genuit. Post hæc miserus eius Iuppiter, Mercurio in Ogygiam missum imperat Deæ, ut Vlysssem missum faciat. Confecta itaque rate, Vlysses rursus mari se committit. Verum cum iam Phæacia in conspectu esset, subito immissa a Neptuno tempestate nauim fregit: actūque de eo omnino fuisset, nisi eius misera Leucothoe, tabulam ei suppeditauisset, cui ille innitens, incolumis in Phæacensium portū adnauit: ibidemque quod nudus esset, inter frondes sese occultauit. Verum non multo post a Nauicaa filia Alcinoi repertus uestes accepit. Deinde Palladis opera ad Aretem Alcioni coniugem deductus, dona, naues, & socios accepit, qui eum in Ithacam reducere, in qua dormientem eum donis deposuere. Excitatus autem a Pallade ipsius monitu habitum mendici accepit, & hoc modo ad suos subulcos peruenit, apud quos Thelemachum quod uidit. Demum ab Eumæo porcario incognitus domum ducitur, ubi post multas iniurias sibi a procis illatas, tandem ab Euryclæa nutrice agnitus, arma ex composito cum filio & duobus subulcis, quibus se indicauit, aduersus procos sumens, eos ad unum omnes trucidauit, atque sic Penelopen recepit. Porro cum ex oraculo didicisset, se a filio interemptum iri, in locis abditis uiuere decreuit. Telegonus autem filius ex Circe susceptus, patrem suum uidere cupiens, Ithacam profectus est, ubi cum incognitus a domo patris prohiberetur, orta contentione patrem incognitum; spina uenenosa trigonis piscis transfixit. Declinatur & Vlysses, Vlysses, uel Vlyssi per secundam inflexionem. Virg. 3. Aen.

Et terram altricem seui exsecramur Vlyssi.

VLYSSIPPO, onis, uel (ut alij scribunt) Olyssippo, Lusitanie metropolis est, quæ a Strab. *δ'Ιουβρία*, appellatur: uulgo *Lisbona*.

VMBELLA, æ, [Ombrella,] *σκιάδον*, demin. ab Umbra. Est & Umbella instrumentum, quo mulieres Solem a facie arcent. Iuuen. Sat. 9. Et cui tu uiridem umbellam, cum succina mittas Grandia. Umbella præterea dicitur in fœniculo, aniso, sambuco, & similibus plantis, floris uel feminis pedamentum, in plures diuisum longiores pediculos, hemisphærii quandam imaginem sicut rotunditate referentes, & in orbem se colligentes.

VMBER, a, um, *δ'μβριος*, possessiuum est ab Umbra. Catullus: Aut parcus Vmber, aut obelus Etruscus.

VMBILICATIM, κατ' *μυρλάδας*, significat per umbilicos.

VMBILICATVS, a, um, adiectiuum, *δ'μορλάδεις*, quod umbilicos habet uel quod ad umbilici similitudinem factum est. Plin. lib. 13. cap. 4. Et in alio media scissura plerisque umbilicatum.

VMBILICVS, ci, pen. prod. [Ombilico, bellico. Gall. *Le nombril*. Hisp. *Ombiligo*.] *δ'μορλάδας*, quidquid in aliqua re est medium. Vnde Cicero 6. Verr. E nam ciuitatem Siciliæ uocat eius insulæ umbilicum. Raptam (inquit) Liberam, quam eandem Proserpinam uocant, ex Enneisum nemore arbitrantur, qui locus quod in media insula

est situs, Siciliæ umbilicus nominatur. Sic etiam Plinius Umbilicum Italiciæ circa lacum Reatinum dixit, quod ibi medium Italiciæ sit. Item umbilicus dicitur ligamentum intestinorum, quod mediam fere uentris partem obtinet: ad hoc factum, ut per eum foetus, dum est in utero matris, nutriatur. Plin. lib. 10. cap. 52. Umbilicus ouis a cacumine uel ceu gutta eminens in putamine. Vnde umbilifera, *δ'μυροειδής*, obiter dicitur umbilicos infantiam defecantes. Ab huius quoque similitudine paruis circulus in terra descriptus, ad cognoscendos uentos, Umbilicus dicitur. Plin. lib. 18. cap. 33. Per huius mediam longitudinem duci sterculo fulcum, uel cinere lineam, mediamque circumferri circulo paruo, qui uocatur umbilicus: Item parui, ac rotundi, politique lapilli, eadem ratione Umbilici d'cuntur. Cicero 2. de Orat. Non audio dicere de talibus uiris, sed tamen ita narrare solet Scæuola, conchas eos, & umbilicos ad Caietam, & ad Lucrinum legere consueuisse. Sunt præterea Umbilici, ornamenta, & ueluti ciuiculi quidam, quibus libri ornantur. Mart. lib. 2. Quid prodest mihi tam inaequæ libellus, Nullo crassior ut sit umbilico? Umbilici (inquit Porphyrio) ornamenta ossea erant, aut lignea, corneae uel umbilici nostri formam imitantia, quæ uoluminibus iam absolutis addebantur. Hinc natum est uulgatum prouerbium, Ad umbilicum perducere, pro eo quod est, absolueret, ad finem perducere, extremam manu imponere. Hæc Porphyrio in illud Hor. in Epi. Deus, Deus nam me uetat Inceptos olim pronissum carnem, iambos Ad umbilicum ducere. In quem sensum & Mar. finem quarti libri clausit, inquit: Ohe iam satis est, ohe libelle, iam peruenimus usque ad umbilicum. An procedere adhuc, & ire queris? &c. Dicitur præterea Umbilicus in anulo, uel monili, ea pars quam alio nomine Palam uocamus, cui scilicet gemina, uel margarita illigatur. Plinius de margaritis loquens: Et alios conuenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas, umbilicis sicut ex aureo capita comprehenduntibus.

VMBILICVS, Veneris, *κοτυληδόν*, herba est in officinis nomen retinens, folio in acetabuli formam tornato, breui in medio cauliculo, in quo semen inest, radice oliuæ modo rotunda. Est & alterum eiusdem generis, Cymbalion alij uocant, pinguis foliis, latioribus, ligularum modo densis, circa radicem medium oculi ambitum deferentibus, ut in maiore semper uiuo, aditringentis guttus, cauliculo tenui, in quo flores & semina hyperici, radice maiuscula.

VMBONIS, [Scudo. Gal. *La basse*, & *le milieu d'un bouclier*. Hisp. *La copa de la tarja*, & *del broquelo*.] *ίτρος, δ'μυρόν*, media pars clypei eminentior. Licet quandoque pro toto clypeo ponatur. Liu. 3. ab urb. Gallum umbone ictum deturbar. Iam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo: Est etiam Umbo in monili, aut anulo, ea pars, cui inseritur gemma, quam & Palam & Umbilicū uocari diximus. Plin. lib. 37. c. 5. Arabice excellunt candore circuli præcludo, atque non gracili neque in recessu gemma, aut in defectu renitente, sed in ipsis umbonibus nitente præterea subitrato nigerrimi coloris.

VMBRA, æ, [Ombra. Gal. *Ombre*. Hisp. *Sombra*.] *σποδιασμα, σκία*, æt carent Sole: quod fit al cuius corporis obiectu, præsertim nubium. Virg. 1. Ecl. Tu Tytre lentus in umbra Formosam resonare doces amaryllida filius. Quidam *ὑπερ τὸ δ'μυρον*, quod est imber, Vmbra appellatam existimant, quod omnes umbræ humidæ sint. Umbræ etiam dicuntur, quas faciunt pictores, ut imagines, quæ planæ sunt, solidæ uideantur. Cic. 4. Acad. Quam multa uident pictores in umbris, & eminentia quæ nos non uideamus. Umbræ etiam dicuntur mortuorum animæ. Virg. 6. Aen. Vmbrarum hic locus est somni noctisque sopore, Corpora uua nefas Stygia uetare carina. Umbra item dicebatur, qui ueniret ad conuiuium non uocatus, sed illius, qui uocatus fuerat, comes: nam sic uocatum sequitur, ueluti umbra corpus. Hor. 1. 1. ep. Ad summam locus est & pluribus umbris, Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. Velut umbra sequi dicitur, qui nunquam deest nam umbra corpus affectatur, uelut, nolis. Pla. in Caf. Decretum est mihi quasi umbra quoquoque ibis tute, persequi. Suam ipsius metuere umbram, pro uerbali hyperbole dicitur, qui pueriliter trepidat, etiam cum nulla subest causa timoris. Umbra ueritatis, est species quædam ueritatis, & quod uerisimile dicitur. Vmbram luxuriæ dixit Cie. pro Mur. pro luxuriæ tenuissimo signo, siue uestigio.

VMBRACVLVM, li, [Frascata,] *σκλιν*, tabernaculum, uel umbræ causa erectum. Varr. lib. 1. de re rust. c. 51. Prope aream faciunt umbraculum quo secedant homines in æstu, tempore meridiano. Valer. Max. lib. 5. Catul. Primus spectantium confessi in uelorum umbraculis textit. Ponitur & umbraculum pro umbella mulieris, qua tegitur facies ad Solis calorem arcenti. Ouid. in Fast.

Aurea pellebant tepidos umbracula Soles.

VMBRATICVS, a, um, [Adombrato. Gal. *Ol-br-ze ramée*, *suellée* Hi. *Sombra*, *que haçe sombra*.] *σκιάδον*, quod est ex umbra, seu ad similitudinem umbræ. August. lib. 2. Conf. Non saltem, ut est quædam de - sectura species & umbratica uitæ fallentibus.

VMBRATICVS homo, [Banchiero.] ἑπίσκωτος, dictus est a Plaut. in Cur. Trapaeta, qui in umbra sub tecto vitam agit otiosam. Artes quoque, & negotia umbratica nominantur, in quibus per desidiam in umbra elan uelsumus. Plin. ep. 176. Nos quam angustiam te minimis ciandamus, etiam tacente me perspicis; nisi forte uolumus scholasticas tibi atque (ita ut dicam) umbraticas litteras mittere.

VMBRATILIS, & hoc umbratile, [All'ombra. Gal. Fait a l'ombre. Hist. Heco à la sombra.] pen. corrept. σκιαρός, adiectiuum ab umbra formatum: ut, Vita umbratilis, quæ umbra atque opaco marcescit, seu in umbra, & otio domestico degitur. Cic. 2. Tul. Sic ad malam domesticam disciplinam, utamque umbratilem & delicatam cum accesserunt, etiam potius nequos omnis uirtutis elidunt. Studiosi uitam umbratilem colunt, quos libri docent in umbra, & otio, ut inquit Cicero pro Corn. Balbo: Res etiam umbratiles dicuntur, quæ sunt inuolucra, & inanitate, qualis umbra est. Umbratilem exercitacionem dicit Cic. de Orat. quæ in loco operto, atque adeo in otio sit.

VMBRIA, ἡμβρία, regio Italiae inter Apenninum & mare Adriaticum, ita dicta ἀπὸ τῆς ἄμβρης, hoc est, ab umbra: quod Vmbri omnium Italicæ populorum antiquissimi, inundationi terrarum, imbribus superfluis credantur: ut refert Plin. lib. 3. c. 14. Vel dicta est Vmbria ab umbra, quod ea regio propter altitudinem montium, & uiciniam Apennini, umbrosa sit. Luc. lib. 2. Iuq. huius pulso iam perdidit Vmbria Thermo. Olim trecenta oppida habuisse fertur, quæ postea Etrusci deleuerunt. Hodie sunt reliqua Sentinum Fanum Fortunæ, Spoletum, a quo nunc ea regio ducatur Spoletinus dicitur, Nursia, Reate, Ameria, Tiphernum, Fulginium, Nuceria, Assisina, Tudertum, & Narnia.

VMBRIFER, ῥα, sum, adiect. [Ombroso. Gall. Qui porte ombra. Hist. C. sa que traher sombra.] σκιάδης, umbrosus, ferens umbram. Var. 2. de re rust. c. 2. Circiter meridianus æstus, dum deseruescunt, sub imbriferas rupes, & arbores patulas subiciunt. Virg. 6. Aen. Atque in nica refugit in nemus umbriferum.

VMBROSUS, [Adombrare. Gal. Ombrer. Hist. Sombrar.] σκιάζω, tegendo umbram facio. Plin. lib. 19. c. 1. Marcellus uelis forum umbratum Virg. 3. Aen. Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci. Col. lib. 5. c. 7. Dum omnes pene uirgæ, ne umbrent, eo tempore, quo uitis putatur, abraduntur. Huius composita magis sunt in ulis, scilicet Adumbro, Inumbro, Prumbro, Obumbro, quorum significata uide suis locis.

VMBROSUS, fluius Vmbriæ nauigiorum capax, cuius meminit Plin. lib. 3. c. 5.

VMBROSVS, adiect. [Ombroso, oscuro.] ἑπίσκωτος, σκιάδης, opacus. Virg. 8. Aen. Et crines umbrosa tegebat arundo. Cic. ad Q. Fr. lib. 3. Ego locum uitate umbrosiorem uidi nunquam. Plin. lib. 16. c. 26. Fico folium maximum umbrosissimumque. Ouid. 7. Met. Quas nemus umbrosum, secretaque silua tegebat.

V A N T E N

VNA, posteriore acuta, [Insieme, in compagnia. Gal. Ensemble, avec. Hist. jumentamente, concordemente, in compagnia.] ἄμα, simul, pariter. Cic. ad Att. Si in Italia Pompeius consistit, erimus una. Idem 1. Ver. Vnz & id, quod facio probabit, & in hac causa profecto neminem mihi esse preponendum actorem putabit.

VNANIMIS, & hoc Vnanime, & Vnanimus, a, um, [Concorde, d'un animo, dell' stesso animo.] ὁμόψυχο, qui unius animi est, & unius sententia cum altero. Virg. 4. Aen. Cum sic unanimum alloquitur matrem sana sororem. Lilius septimo ab urbe: Consules sanebrem quoque rem, quæ distingere unanimes uidebatur leuare aggressi, &c. Hinc Vnanimitas, atis, concordia, consensus, æquanimitas. Plautus in Truc. Non amantur mulieris, sed locie unanimitati fidentis fuit. Lilius 10. Bell. Maced. Mihi, Antiocho, & cuilibet regum huius ætatis nulla re magis, quam fraternam unanimitate regnum æquasse uidetur.

VNCIA, [Onzia. Gal. Once. Hist. Onza.] ὄγγια, dicta est, quod una sit ex duodecim partibus assis. Plaut. in Men. Atque huic ut addas auri pondus unciam. Vncie partes sunt Semuncia, continens drachinas quattuor: Duella pendens duas sextulas, hoc est, tertiam partem unciæ: Siclus, quod & Didrachmum dicitur, pondus est duarum drachmarum, hoc est, quarta pars unciæ. Sextula, sexta pars unciæ, Deinde sequitur Drachma, quæ octies sumpta explet unciam. Quod si ad iniqua ponduscula libeat descendere, unciamque in minimas particulas dissectare, continent singule unciæ scrupula xxiv. obolos xliix, semiobolos xcvi. siliqua, siue ceratia cxlii. Quoties autem de mensuris sermo est, Vnciam mensuralis accipitur pro duodecima parte Romani sextarii, medici frequentius Cyathum uocant. Hinc deducuntur composita Quincunx, pondus, uel mensura quinque unciatum, & Septunx, septem unciarum. Vncia in mensuris Geometricis dicitur duodecima pars pedis: alio nomine, Pollex. Frontinus de aqua ductib. Est autem Digitus, ut conuenit xvi. pars pedis, vncia xii.

VNCIARIVS, a, um, adiect. ὄγγιατός, ab Vncia deriuatur: ut, Lex un-

ciaria, apud Festum: & Fœnus unciarium, quod erat leuissimum quoddam uirgæ genus, cum scilicet ex sorte centum aureorum, quotannis redit aureus unus. Dicitur Vnciarium fœnus, quod duo decima tantum pars sit uirgæ centesimæ, siue quod singulis mensibus unciam, hoc est duodecimam partem aurei unius pareret. Nā sicut ex uirga centesima quotannis ex centum aureorum sorte aurei duodecim rediunt, hoc est, in singulos menses aureus unus: & ex semilibris usuris in singulos annos aurei sex, & ex tricenariis aurei quattuor: ita etiam teruat. proportionem conuenit, ut unciaria usura ex centum aureorum sorte quotannis aureum unum pariat, uel (quod in idem recipit) unciam, hoc est, duodecimam partem aurei in singulos menses. Liu. 7. ab urbe. Nam et si unciario fœnore facta leuata usura erat, forte in ipsa obuiabantur inopes. Rufus Semunciarium fœnus, ἡμισυγιάσιος, τόκος, dimidio leuis est unciario, quod ex centum assibus quotannis semissem pariebat, uel in menses singulos semunciam. Huius fœnoris ibidem meminit Lilius Semunciarum (inquit) tantum ex unciario factum fœnus, & in pensiones æquas triennij. Vnciaria stirps, Romæ erant moneta omnium minima, duodecimam tantum assis partem ualens. Plin. lib. 34. cap. 5. Item P. Minucio præfecto annonæ extraportam Trigeminam unciaria itipe collata. Vnciariæ uites dicebantur, quæ ita dispositæ essent, ut inter quamlibet uitem, uncia unius iugeri relicta, interualla omnia paria fierent. Colum. lib. 3. cap. 2. Nec solum quæ incanditate saporis, uerum etiam quæ speciem commendari possint, c. neri debent, ut Isthaniæ, ut tripedaneæ, ut unciariæ, ut cydoniæ.

VNCIALIS, hoc le, [Di una oncia.] ὄγγιατός, quod est unius unciæ: ut Vncialis, as, qui unciam tantum ualebat. Plinius libro 33. capitulo 3. Q. Fabio Dictatore asses unciales facti. Vncialis herba, quæ est pollicaris altitudinis. Duodecim enim pollices conficiunt pedem. Idem libro 18. capitulo 16. De Medica herba loquens: Ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda est. Vnciales litteræ: pollicis crassitudine exarata, inquit Budæus.

VNCIATIM, aduerb. [A oncia, à oncia.] κατ' ὄγγιας, per singulas uncias. Terent. in Phorm. Quod ille unciatim uix de demensio, suum defraudans genium, comparsit miser, &c. Plin. lib. 28. cap. 9. Datur & phitiscis unciatim cum uini ueteris hemina decocta, donec tres uncia & toto residant.

VNCIATUS, a, um, adiect. [Rampinato.] ἀγκυροτός, ἀγκυροδής, uncinis hamatus. Cicero 4. Acad. Nec ut ille qui asperis & læuibus & hamatis, uncinatisque corpusculis concreta hæc esse dicat interiecto inani.

VNCINVS, ni, penult. produc. [Oncino. Gal. Vn croc, un bayet. Hist. El gar fio, escarpia, del code.] ὄγγιατός, Græca dictio est, idem significans, quod uncus, uel curuus, unde Vncinatus, incuruatus, hamatus: de quo paulo ante.

VNCIOLA, æ, penultima corrept. [Onciotta.] ὄγγιαδόν, diminutiuum ab Vncia. Iuuen. Satyr. 1. Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem. Partes quique suas ad mensuram inguinis hæres, Accipiat.

VNCIVM, [Onzo.] ἄλειψμα, significat illud pingue, quod in porci dorso nullius est. Col. lib. 6. c. 29. Frigoris fomenta adhibentur, capite & spina tepenti adipe uel uncto linuntur. Sic enim legunt ibi non nulli: cum tamen emendatiora exemplaria Vnco, ibi legendum ostendunt, non uncto.

VNCIVS, ita, sum, participium uerbi passiu Vngor, [Onzo, sporco.] χριστός, χειροσμίνοσ, unguento delibutus, oblitus, unguentatus. Cicero 31. Philip. 3. Antonius eo die nudus, unctus, ebrius concionatus est. Olera uncta, hoc est, lardo, oleo, aliove pingui condita. Horatius 2. Seru. Sat. 6. O quando faba Pythagoræ cognata, simulque uncta satis, pingui ponentur oluscula lardo? Vnctiusculus, a, um, hoc est, paulo unctior: ut, Pulmentum unctiusculum, hoc est, paulo liberalius conditum. Plaut. Pseud. Nunc tua etiam est mihi hodie & tuorum opera conseruorum caput Nitidissimum: ac cur non ipse ego pulmento utor magis unctiusculo. Hinc Vnctum & unctius, per translationem dicimus, pro splendido & splendidiore: Inde tracta metaphora, quod opulentiores liberalius condire soleant sua obsonia. Cic. de Clar. Orat. Iam enim erat unctior quædam splendidiorque consuetudo loquendi. Aliquando tamen unctum accipimus pro sordido, & pinguedine obliato. Hor. 2. Ser. Sat. 4. Magna mouent stomacho fædita, seu puer unctis Trahitit calicem manibus.

VNCIOTONIS, [Vnctione.] χρισίσις, ἀλειμμα, ungenti actus. Cic. 2. de Or. Philosophum omnes unctionis causa reliquerunt.

VNCIOTUS, as, frequenter uide in primitiuo Vngo.

VNCIOTUS, oris, [Chinoge.] ἀλείψτης, χρισίσις, qui ungit. Cic. ad Gallum lib. 8. ep. Ille autem qui sciret se nepotem bellum tibianum habere, & far bonum unctorem, discessit a me.

VNCIOTIVS, a, um, ἀλειψτικός, quod unctioni destinatum est, ut Hypocauston unctorium, apud Plin. lib. 1. ep. 17. pro loco, in quo possit iuda-

fudationem aut lauacionem unguentis perunguntur.

VNCIVRA, ΓΑ, [Vincione.] *ῥεῖσις, ἀλ-ῥιμαία*, idem quod unctio. Cic. 2. de Leg. Hæc præterea sunt in legibus de unctura. Et paullo post: Seruis unctura tollitur, & omnis circumpotatio.

VNCVS, CI, [Rampino.] *ἄκισπον*, baculus oblongus, ab altero latere ferramentum habens incuruum, ac in sefe reortum: quod genus in usu erat Rom. nis ad pertrahendos damnatos ad scælas Gemonias. Iuven. S. 1. 10. Impacto Seianus ducitur unco. Dicitur Vncus, *ὡς τὸ ἀγλῆσαι*, quod est, extirpare, uel intumescere, quod hoc instrumentum ab ea parte, qua incuruatur, intumescere ac extirpare uideatur. Cic. 1. Phil. Vncus impactus est fugituo illi, qui in C. Marij nomen inuaserat. Liu. 10. Bell. Pun. Potremo afferes ferro uno præbxi (harpagones uocant milites) ex Punicis nauibus unci in Romanos cepti. Col. lib. 3. c. 18. Et uelut uncus infixus solo, antequam extrahatur, perun pitur.

VNCVS, A, UM, [Torto.] *ἔγκισπος, κάμπος*, incuruus, aduncus. Col. lib. 7. c. 11. Atq uncis digitis alteru quoq testiculum educito. Vir. 1. Ge. Adsis o Tegeze fauens, oleæq. Minerua Inuentrix, unciq. puer monitror aratri. Ouid. 1. 5. Met. De parte sepulta Scorpius exhibit, caudaq. minabitur unca. Huius composita sunt Aduncus, & Reduncus, quorum significata uide suis locis.

VNDĀ, DĒ, [Onda. Gal. Onde, magne. flot. Hisp. Onda.] *κύμα*, fluctus, siue globus aquæ in unum collectus, quales in mari uentis exagitato maxime solent excitari. Dicta Vnda (ut quidam uolunt) quod sit una, & in se coacta. Vir. 1. Aen. Franguntur r. mitum proa auertit, & undis Dat latus, &c. Aliquando ponitur pro aqua, ut pars pro toto. Ouid. 1. Met. Et terris abcidit undas, Hoc est, mare a terra separauit. Huius deminutiuum est Vndula, Vndæ comitiorum per translationem, pro uaria sententiarum multitudine, quib. ueluti undis mare, ita etiam comitia feruere uidentur. Cic. pro Plan. Si campis, atque illæ undæ comitiorum, ut mare profundum, & in mensum, si efferuciscunt, &c. Vnda pro hominum multitudine, Vir. 2. Ge. Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutatum totus uomis ædibus undam.

VNDĀBVNDVS, A, UM, [Ondoso] *κυματώδης*, idem quod undosus: ut, Vndabundum mare, apud Gell. lib. 2. c. 30.

VNDĀTIM, [A quisa d'onda.] *κυματώδης*, ad undarum similitudinem. Plin. lib. 13. c. 15. Sunt & undatim crispæ mensæ, &c.

VNDE, ADUERB. [Onde, donde. Gal. Dond, d' u. Hisp. Donde.] *πόθεν, ὅθεν*, ex quo loco, uel a quo loco. Cic. pro C. cin. hoc uerbum Vnde, utruumque declarat, & ex quo loco, & a quo loco. Accipitur autem modo interrogatiue. Cic. in Rullum: Vnde iste amor tam repentinus? Modo relative, Virg. 2. Aen. Turrin præcipiti stantem, sum misique sub altâ Eductani tectis: unde omnis Troia uideri, Et Danaum solitæ naues, & Achaica castra. Et paullo ante: Euado ad summi fastigia culminis: unde Tela manu miseri iactabant irrita Teucri. Nonnumquam etiam infinire. Cic. Att. Non recordor: unde ceciderim, sed unde surrexerim. Aliquando non ad locum refertur, sed ad personam. Cic. Ter. Hem mea lux, unde omnes opem petere solebant. Vnde gentium, idem quod Vnde. Plautus Asi. Face id ut paratum iam sit L. unde gentium?

VNDEVNDE, [Da ciasum loco, ὅθεν ἔθεν,] significat undecumque, quæ admodum Vbiubi dicimus, pro ubiuniquæ, & Quoquo pro quocumque, & Quaquapro quacumque.

VNDECENTVM, [Nonantapoue,] *ἑννεήκοντα ἑννέα*, nonaginta nouem, centum minus unus. Plin. lib. 7. cap. 6. Paruerunt tamen eis annis undecentum.

VNDECENI, NÆ, NÆ, [Nonantapoue,] *ἑννεήκοντα ἑννέα*, centum minus uno, nonaginta nouem. Plin. lib. 36. cap. 9. De Aegypti obeliscis agens: Idemque digressus inde, ubi fuit Mneuidis regia, posuit alium longitudine undecenis pedibus per latera cubitis quattuor.

VNDECIES, [Vndeci nocte,] *ἑνδέκακις*, undecim uicibus. Col. 1. 5. c. 2. Hanc summam undecies multiplicato, fiunt pedes quinquaginta tria millia nongenti.

VNDECIMVS, A, UM, [Vndecimo,] penult. corr. *ἑνδέκατος*, ultimus ex undecim. Virg. 8. Eclog. Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus.

VNDECIREMIS, huius undeciremis, p. p. *ἑνδέκαρης*, nauis undecim remorum ordines habens. Plin. lib. 16. cap. 40. Maxima ea in Cypro traditur ad undecirem Demetrii succisa centum triginta pedum longitudinis, crassitudinis uero ad trium hominum complexum.

VNDENI, NÆ, NÆ, [Vndeci,] adiectiuum, *ἑνδέκα*, undecim. Plin. lib. 11. c. 25. Pariunt autem undeni Ouid. 1. Amor. Eleg. 1. Misa per undenos emodulanda pedes.

VNDEUIGINTI, adiectiuum indeclinabile, [Decenoue,] *ἑκοσι, ἑνός, δέκατος, δεκάεννεα*, nouemdecim, uiginti minus uno. Cic. de Clar. Orat. Vnde uiginti annos natus erat eo tempore. Liu. 3. Bell. Pun. Vbi ea dies uenit, ad conducendum tres societates aderant homi-

nū undeuiginti. Vnde uicimus, a, um, *ἑννεήκιστος*, decimū nonus. Cic. de Sen. Anno enim undeciesimo post eius mortem, hi consules T. Flaminius, & M. Atilius facti sunt.

VNDETRIGESIMVS, A, UM, *εἰκοσός, ἑννῆς*, id est, uicesimus nonus. Liu. 7. Belli Punici secundo: Anno octogesimo postquam in Hispaniam uenerat Cn. Scipio, undetrigesimo die post fratris mortem interfectus est.

VNDEQUADRAGINTA, *ἑννεακαιτετρακοντα*, triginta nouem. Liu. 5. Belli punici mille cccc. Chartagintensium cæsi, unde quadraginta uiui capti.

VNDEQUADRAGES, aduer. *ἑννεακαιτετρακοντακις*, nouies & tricies. Plin. 11. 7. ca. 25. Solus M. Marcellus transgressus, qui unde quadrages dimicauerat.

VNDEQUINQUAGINTA, *ἑννεακαιτεσσαράκοντα*, quadraginta nouem, quinquaginta minus uno. Liu. 7. Bell. Mac. In eo triumpho, undequingenta coronæ aureæ translatae sunt. Vnde quinquagesimus, a, um, *τεσσαράκωσός, ἑννῆς*, quadragesimus nouis. Cice. pro lege Man. Ipse autem ut a Brundisio profectus est, undequingesimo die totam ad imperium populi Roman. Ciliciam adiunxit.

VNDESEXAGINTA, *ἑννεακαιπεντήκοντα*, quinquaginta nouem. Liu. 3. Bel. Pun. Ceperint amplius tria millia hominum, paulo minus mille equorum, unde sexaginta militaria signa.

VNDEOCTOGINTA, *ἑβδμήκοντα ἑννέα*, septuaginta nouem, octoginta minus uno. Hor. 2. Ser. Sat. 3. Age, si stramentis incubet unde octoginta annos natus, Cui stragula uestis, Blattarum ac tinearum epulæ: putrescat in arca, &c.

VNDEVIS, & Vndelibet, [Da qual luogo tu uoi,] *ὅθεν, ἑῷροι*, significat, ex uno quouis loco. Aucter ad Here. li. 4. At istud quidem facile fuit undelibet inuenire.

VNDECUNQUE, aduer. [Da ciasum loco. Gal. De quelque costé que ce soit. Hisp. donde quiera.] *ἑθεν ἔθεν*, ex quocumque loco. Liu. 4. Bel. Pun. Bellum undecunque cum Annibale consiliis mandatum. Plin. li. 17. c. 4. Vulnerum quoque sanguinem, & undecunque fluentem, sistit per se, uel ex aceto.

VNDIQUE, aduerb. [Da ogni parte, di ogni banda. Gall. De toutes parties, de tous costez.] *πανταχῶς, πανθῶτεν*, id est ex omni parte. Cice. pro Pomp. Sicilia multis undique cincta periculis. Idem 2. de Finib. Habes undique expletam & perfectam, Torquate, formam honestatis. Virg. 8. Aen. Ductores primi Mesapus, & Vfens, Contemptorque deum Mezentius, undique cogunt Auxilia. Vndique ex omni genere. Ci. 6. Tul. Sic uita non solum si undique referta bonis est, sed si multo maiore, & grauiore ex parte bona propendit, beata recte dici potest.

VNDISONVS, A, UM, pen. co. [Flutuosus,] *πολύελαστος*, quod undis strepit. Vnde Mare undisonum dicitur, quod fluctuando sonitum reddat. Vndisoni dij. Propertius li. 3. Eleg. 2. Ergo ego nunc rudis Adriaci uehar equoris hospes, Cogar & undisonos nunc prece adire deos. Statius 1. Achil. At Theris undisonis per noctem in rupibus astans.

VNDIUMVS, A, UM, pen. cor. *κυμβόλος*, quod undas, id est, aquas uomit: Vndiuoma charybdis.

VNDO, undas, [Flutuate, ondeggare. Gall. Ondoyer, flotter. Hisp. Ondear ὄβαζεν undas.] *κυμαίνω*, fluctuo, undis agitor. Cic. 2. de Nat. Deor. Subter radices penitus undanti in freto. Vndare quoque per quãdam similitudinem dicimus aquam feruentem, quod quibusdam quasi undis agitari uideatur, Virgilius sexto: Aen. Pars calidos lactes, & athena undantia flâmis Expediunt. Idem libro septimo: Magno ueluti cum flamma sonore Virgea suggeritur coctis undantis atheni: Accipitur aliquando Vndare, pro suo composito abundare, Cla. de Raptu Proserpinæ libro tertio: Vndaret neu silua fauis, neu uina tumeret. Val. Fla. 1. Argo. Iam pridem regio undat equis, floret que uiris. Sic etiam Vir. 2. Geor. Et iuuat undantē buxo spectare Cytorum. Quamquã ibi non tam propter copiã buxi, qua omnino mons ille abundat, uerbo hoc utitur, quam ut lenibus auris impulsu arbuti motum undabundi maris æmulum exprimeret. Legitur & Vndare actiue pro inundare, siue undare facere. Stat. primo Achil. Cum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros Vndabit campos. Vndantem chlamydem facere, est incedendo chlamydem laxam, rugosamque sic in dextram modo, modo in læuam iactare, ut eius pars potissimum inferior undas modo accedentes, modo recedentes imitari uideatur. Pla. in Epi. Sed hic quis est, quem huc aduenientem conspicor, Suam qui undantem chlamydem quassando facit? Composita sunt, Abudo, Exundo, Inuudo, & Redundo, de quibus supra in dictione Abundo.

VNDOSVM MARE, [Flutuosus. Gal. La mer fluctueuse, abondant en ondes. Hisp. Mar lleno de ondas.] *κυματώδης θάλασσα*, id est, fluctuosum, undis exagitatum. Virgil. 4. Aene. Troia per undosum petere tur classibus æquor.

VNDVLATA VESTIS, [Vna neste di peli seffuta,] *κυματώδης ἑδῆς*, uel

FFFF Rimenta

stimenti genus, ab undis, quibus depictum erat, nomen habens: cuiusmodi hodie ad nos afferitur ex hircorum, & caprarum pilis uerius, quam lanis confecta, quæ ὑπο τῆ συμβάλλειν. Symballota passim appellantur, quasi συμβάλλειν, quod coacto potius implexu, quam textu sint confecta. cui origine ab illo uellum genere accepta, de quo Plin. ita scribit, Lanæ & per se coactæ uellem faciunt. Undulata autem (ut diximus) appellatæ sunt, ab undarum imagine per eas discurrente ea forma, qua a scutulibus scutulata. Hæc eandem quidam & Cymatitem dictam fuisse existimant: sed falso, mea quidem sententia. cum Cymatilis eadem sit, quæ cerulea, non a discurrentibus undarum lineis sed a fluctuum colore appellata, Varro lib. 1. de Vita pop. Ro. Undulata togam pro pura posuit, idque noue, ut annotauit Non. A quibusdam (inquit Varro) dicitur esse Fortunæ Virginis simulacrum, ideo quod duabus undulatis togis est opertus, perinde ut olim prætextatas & undulatas togas soliti sunt habere.

sumam in Ci. 5. de Fimibus. Valetudinem, uires, staturam, formam, integritatem unguicolorum omnium. A teneris unguiculis τῶν δὲ παλῶν ὀνυχῶν, prouerbialiter dici solet, pro eo quod est, ab infantia, ab ineunte ætate, a puero, ab incunabulis, Cic. Lentulo: Sed præta te eum, qui mihi a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus. In eadem etiam significatione dicimus De tenero ungui. Hor. in Odis: Motus doceri gaudet Iomcos Matura uirgo, & inguitur artubus. Iam nunc, & incertos amores De tenero meditatatur ungui.

VNEDO, pen. co. unedonis, pe. pr. fructus est arbuti, terrestribus fragis non dissimilis, inde nomen habens, quod plures edi non possunt. Plin. lib. 15. cap. 24. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni, quod solum pomum similem fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fructicola: fructus anno maturefcit, pariterque; floret subnascent, & prior coquitur. Pomum inhororum, ut cui nomen fit ex argumento unum tantum edendi. Duobus tamen hæc nominibus appellantur Græci, Comaron, & Memecylon. Ex quo apparet toridè genera esse & apud nos. Alio nomine Arbutus uocatur. Hæc Plinius.

VNGUIS, huius, unguis, masculi. gene. [Vngia, Gall. Ongle. Hisp. Vña gen. inualmente.] ὄνυξ, corneum illud quod in extremis digitis enascitur, non solum in manibus, uerum etiam in pedibus, neque ijs solum humanis, sed cæterorum etiam animalium, quæ pedum digitos habent separatos, ut sunt simiæ & aues. Dicitur Vngues, ab eo quod Græci, ὄνυχας, in eadem dicunt significatione: aut certe ab eo quod iidem dicunt ἔγκυρον, pro incuruum, cuiusmodi autem feræ omnium sunt unguis. Plin. lib. 15. c. 45. Vngues simiæ imbricati sunt omnibus latè, rapacibus unci, cæteris recti, ut canibus præter eum qui a crure plerisque dependet. Idem de aquila. Vngues quoque huic generi inuertuntur. Interdum tamen Vngues in animalibus diuicis dici inuenimus pro unguibus. Col. li. 6. c. 11. de medicina bouis claudicantis. At si iam unguis est sanguis inter duos ungues cultello leuiter aperies. Et paulo post. Si sanguis in inferiore parte unguis est, extrema pars ipsius unguis ad uinum rescatur. In bdelio quoque maculas quasdam candidas humani unguis similitudine, Plinius Vngues appellat, lib. 12. c. 9. Bactriano, inquit, indor siccus, multique candidi unguis. Vngues ferrei, apud Col. li. 12. c. 18. sunt instrumenta quædam ferrea, quibus uindemiatores unguum uice utebantur ad colligendas uuas, ne ipsas manibus diringerent. Fieri non poterat, ut dum unguibus manuum uuas colligerent, bona pars acinorum digitorum contactu in terram non delaberetur. Col. li. 12. cap. 18. Et unguis ferrei quam plurimi parandi, & exacuendi sunt, ne uindemiator dirringat uuas, & non minima fructus portio, dispersis acinis in tetram dilabatur. Vnguem transversum sine unguem latum non discedere: prouerbia his hyperbole est, pro eo quod est, pro quamminimo spatio discedere. Cic. 2. Acad. Ab hac regula mihi non placet transversum, ut aiunt, unguem discedere. Vnguem medium ostendere, prouerbiū est, quo summus contemptus significatur: inde sumptum quod medius digitus pro impudico habebatur. Iuuen. Saty. 16. Cum fortunæ ipse minaci blandaret laqueum. mediumque ostenderet unguem. Vngues arrodere, prouerbiali metaphora dicuntur, qui cogitabundi sunt, & rem aliquam secum agitant. Hor. 1. Ser. Saty. 10. & in uersu faciendo sæpe caput scaberet, uinos & roderet unguis.

VNGUENTVM, ti. [Vnguento, onto, ontione, perfumo. Gall. Onguent, oignement. Hisp. Vnguento oloroso.] quod & Vnguentum a quibusdam dicitur: ἄλοιον, Homero, μύρον, nõ est illa compositio tenax, qua chirurgi utuntur ad uulnera curanda, sed compositio diuersorum odorum addito oleo, ad ungenta corpora, deliciarum, & luxuriæ causa inuenta χρίμα, siue χρίσμα, ueteres δύσμα. Vulgare autem, ac promiscuum & fere palæstris dicitur, ἀλειμμα, ἀλοιμὸν, ἰπάλειμμα, uocat Celsus. Vnde ἀλείψαις, & ἔξαλείψαις, nostri Vnctores, & Reunctores uocant: a Græcis frequenter κνισαί, χρίσαι, παυδορξίβαις, nominantur. Hæc Hermolaus. Plin. in Most. Non possunt omnes olere unguenta exotica. Cic. 5. Ver. Cum interea Apromius caput atque os unguento perfricaret. Horat. 2. Carm. Ode. 7. Funde capacibus Vnguenta de conchis. Pomponius tamè Iureconsultus tit. de Aur. Argen. mundo orna. & c. largumeto. scribit, Vnguenta esse, quæ ualeudinis causa comparantur: sed hæc magis Medicamenta dicuntur. Seruius ait, hoc nomen Vnguentum non recipere u, sicut nec Vngo: Vnguen uero u, habere. Vnguenta rus. a. um, unguento oblitus. Catul. Epigr. 56. Diceris male a tuis Vnguentate glabris maritè Abstinere.

VNGO, is xi. cum, & Vngo guis, secundum Priscianum, [Vngere. Gall. Oindre. Hisp. Vntar.] ἀλοιφῶν, χρίω, oleo, aliove pingui obliuo: ab uniendo (ut uolunt) dicitur, quod unguentis densentur corpora æque uniantur. Cato cap. 27. Pice liquida cornua infima ungo. Cic. 6. Verr. Vnxisse unguentis compleffe, & c. Hinc Vnctio, as, frequentatiuum. Plaut. Mostel. Quia ecastor mulier recte olet, ubi nõ hil olet. Nam istæ ueteres, quæ unguentis unctant, interpolas, Vetulas, edentulæ, quæ uitia corporis sicut occultant, Vbi sese sudor cum unguentis sociatit r illico Itidem olent, quasi cum una multa confundit coquus. Composita sunt, Inungo, Petungo, & Exungo: quæ uide suis locis.

VNGUIS, ἄερύγιον, neruosa quædam aduata membrana ex crescentia a maiori oculi angulo ut plurimum nascens, ab oculi coronom ita procedens, ut quandoque pupillam operiat. Cels. lib. 7. Vnguis uero, quod πτερόγιον, Græci uocant, est membrana illa neruosa, oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque; peruenit, eiisque; ofscit. Sæpius anarium, interdum etiam a temporum parte nascit.

VNGUEN, inis, [Vnguento,] ἀλειψή, ἀλειμμα, quoduis pingue, quo quippiam possimus unguere. Plin. lib. 28. cap. 11. Epiphoras bubulo seuo cũ oleo cocto illinunt: ceruini cornu cinis scabrities eodem unguine sanat. Vir. 3. Georg. Et pingues unguine ceras. Palad. Sumas tantundem unguinis, quod uocamus axungiam, uel seum. Persius Saty. 6. Feniseæ crasso uitiarunt unguine pulces. Hinc Vnguinofus adiectiuum, idem quod pinguis: ut Vnguinofusa medicamentum, Vnguinofa nuces. Plin. lib. 23. c. 8. Sunt autem recentes nuces iuglandes iucundiores, sicæ unguinosiores, & itoma cho inatiles.

VNGULA [Vngia,] ἄκνη, calceus corneus, pedes muniens eorum animalium, quæ digitos non habent: siue èt ea pars pedis quæ cornu tegitur. Virg. 3. Geor. Et solido grauitè sonat unguis cornu. Idè. 8. Aeneid. Quadrupedante putrem fonitu quatit unguis campum. Ci. 3. de Nat. Deo. Ergo illud in silice uestigium Castoris equi credis esse? Columel. lib. 6. c. 11. Sed si sanguis adhuc supra unguis in cruribus est, fricatione assidua discutitur. At si iam in unguis est, inter duos unguis cultello leuiter aperies. Et paulo post. Si sanguis in inferiore parte unguis est, extrema pars ipsius unguis ad uinum rescatur. Quibus in locis manifeste Col. Vngues, pro ipsius calceis corneis accepit: Vngulam uero pro ea parte pedis, quæ cornu tegitur. Contra pro ipsius calceis aperte accepit Plin. li. 11. cap. 46. cum ait: Vngula ueterino tantum generi renascuntur. Hæc differentiam eleganter exprimit Oni. in transform. Ius e bouis effigie in primam formam redeuntis. Vngulaque (inquiens) in quinos delapsa absumentur unguis. Omnibus unguis, prouerbij speciem habet, pro eo quod est, omnibus uiribus manuum que pedumque & conatu totius corporis niti, ut etiam unguis, qui sunt in extremitate collocati, intendantur, quos Plin. existimat esse summam neruorum clausuras. Cice lib. 2. Tuscula. Toto corpore, atque omnibus unguis (ut dicitur) cõtentio niuocis afferunt. Inicere unguis, est rapere, uel furari. Plau. Nunc scio febrim tibi esse, qua non licet huc inicere unguis.

VNGUENTARIVS, rij, uel potius Vngentarius, ut Seruius scribendū affirmat, μυρεῖλικός, μυροπώλης, qui unguenta conficit, ac uendit. Cic. 1. de offi. Adde huc, si placet, unguentarios, salatores, totiusque ludum talarium. Horat. secundum Serm. Satyr. 3. Pomarius auceps, Vnguentarius, ac Tulci turba impia uici. Eius scemininum est Vnguentaria. Plin. lib. 8. cap. 5. Et unguentariam quandam dilectam Iuba tradit, & c. Est & unguentaria μυρεῖλική, ars ipsa conficiendum unguentorum: Vnde Vnguentariam facere dixit Plautus in Pœnul.

VNGVLATI, ὀνυχώδεις, qui magnos unguis habent, ac scabros: quasi unguis similiores, quam unguibus, ut ex Caronis sententia refert Festus.

VNGVENTARIVS, a. um, μυρεῖλικός, unguentis idoneus, ad unguenta pertinens. Plin. lib. 37. cap. 8. Hunc aliqui lapideam Alabastriten uocant, quem cauant ad uasa unguentaria, quoniam optime seruare incorrupta dicitur.

VNGVICVLVS, l. pen. cor. ὀνύχιον, diminutiuum est ab Vnguis. Plautus in Epid. Contempla Epidice, usque ab unguiculo ad capillum

VNGVIVM, [Anello. Gall. Anneau. Hisp. Anillo.] *δακτύλιος, σὺμβολον*, antiquis anulum significabat: de cuius etymo nihil est quod laboremus, cum Fest. auctor sit peregrinum esse uocabulum, & ab Oseas sumptum. Plin. lib. 3. c. 1. Miror Tarquinij eius statuum sine anulo esse, quamquam, & de nomine ipso ambigi uideo: Græci a digitis appellauerunt, apud nos præsci Vngulum uocabant: poetæ & Græci, & nostri Symbolum.

VNICAVILIS, le, [Di un costone.] *μονόκαυλος*, quod unum caulem habet nec in ramos spargitur. Plin. lib. 19. c. 10. Est autem uincaule, ra dice bulbo simili.

VNICOLOR, p. c. & om. gen. [Di un colore. Gal. D'une couleur. Hisp. Cosa de color.] *μονόχρους*, unius coloris. Plin. lib. 33. c. 9. Dulciores foeminae sunt, & unicolores. Ouid. 1. 1. Met.

At medio totus est hebeno sublimis in antro
Plumeus, vnicolor, pullo uelamine rectus.

VNICORNIS, huius vnicornis, gen. masc. [D'un corne.] a recentioribus quibusdam ex nostris appellatur terra, quam Græci *μονοκέροτα*, appellant. Hanc Plin. ceruino capite esse scribit, pedibus elephantis, cauda aprini, reliquo corpore equo non dissimili, unicum media in fronte cornu gerentem cubitorum duorum longitudine. Est & Vnicornis, & hoc ne, adiectiuum, quod unum cornu tantum habet. Plin. lib. 11. c. 46. Vnicorne bitulcum oryx.

VNICVS, a, um, [Vnico, solo, singulare. Gal. vniq. seul. Hisp. Cosa sola y unica.] *μόνος*, singularis uel solus: ut, Phoenix est uinca aus. Cicero pro Rosc. Ame. Et quaramus quæ tanta uitia fuerit in unico filio. Hinc fit aduerbium Vnice, singulariter. Plaut. in Bacc. Immo vnice unum plurimum pendit. Cic. Epist. Quos ego ambos vnice diligo.

VNIGENA, ne, [Vnico.] p. c. & com. g. *μονογενής*, unicus, vnigenitus. Cic. de Vniu. Singulariter deus hoc mundum, atq. unigenam procreauit. Alia ratione Pallas a Catullo dicitur Vnigena, quod scilicet unico parente crederetur genita, ex cerebro nimirum Iouis.

VNIGENITVS, [Sol figlio, unigenito. Gal. Fils unique. Hisp. Hijo solo.] *μονογενής*, uox frequens est ecclesiasticis scriptoribus, pro filio unico, qui neque fratrem habuerit, neque sororem.

VNIUGAE, vineæ, *μονόζυγες, ἀμπελοι*, quæ simplici nituntur iugo, cum binis hastilibus in terra defixis, singulae transversæ perticæ in unam tantum partem ordinis superincumbunt. Plin. lib. 17. c. 22. Si vniuga erit uinea.

VNIMANVS, a, um, [Di una mano.] *μονόχειρο*, unam tantum manum habens. Liu. 5. Bel. Mac. Capram sex hœdos uno foetu edidisse, ex Placeno nunciatum est, & Aretij puerum natum unimanum.

VNIOTIS, vniui, vnitum, [Adunare, aggiungere. Gal. Vnir, conjoindre. Hisp. Ayuntar.] *ἐνώω*, coniungo, in unum redigo. Vnde Vniti animi, qui sunt unius voluntatis.

VNIOTIS, onis, [Vniotie, concordia. Gal. Vnion, conjunction. Hisp. Cosa ayuntada.] *ἐνωσις*, modo concordiam significat. August. Nam hoc fieri posse in tanta animorum unione quis dubitet? Modo margaritam, *μαργαρίτην*, quod conchis nulli duo reperiantur indiscreti, Plinius lib. 9. c. 35. Dos omnis unionum est, in candore, in magnitudine, orbe, in leuore, & pondere, haud promptis rebus, in tantum ut nulli duo reperiantur indiscreti: vnde nomen Vnionum Romanæ scilicet imponere deliciae: nam apud Græcos non est, nec apud Barbaros inuentores eius, aliud, quam Margaritæ. Est & unio, capæ genus capitatum. Col. lib. 12. c. 10. Pompeianam, uel Alcaloniam cepam, uel etiam Mariscam simplicem, quam uocant Vnionem rusticis eligito. Hoc autem nomen (ut inquit Ruellius) apud Gallos, uelut triuiale hæctenus usurpatum est pro eo capæ genere, quod pluribus bulbis non coagmentatur.

VNISTIRPIS, & hoc pe, [D'una stirpe.] *μονοειλέγος*, quod a radice caudicem unum habet assurgentem. Plin. lib. 16. cap. 30. In longitudinem crescunt abies, larix, palma, cupressus, ulmus, & si qua unistirpia.

VNITAS, atis, [Vnità. Gal. Conjunction, unitè.] *μονάς*, indiuisibile numeri principium. Accipitur & pro omnimoda similitudine. Colum. libro sexto, capit. 3. Ideo nisi lanatas oues emi non oporteret, quo melius unitas coloris appareat. Plin. lib. 7. cap. 12. Troianus M. Antonio iam Triumuiro, eximios forma pueros alterum in Asia genitum, alterum trans alpes, ut geminos uendidit, tanta unitas erat.

VNITER, [Vnitamente, di concordia. Gal. En un, ensemble. Hisp. En uno, juntamente.] penul. cor. aduerb. id est, coniuncte, concorditer. Lucret. lib. 3. Cum corporis atque animæ Dissidium fuerit, quibus hæsimus uniter apti.

VNIVERSALIS, le, [Vniuersale. Gal. Vniuersel. Hisp. Vniuersal.] *καθολικός*, ad uniuersos pertinet. Au& ad Herennium: Nam in iusmodi rationibus, non uniuersali, neque absoluta: sed exte-
nata ratione expositio confirmatur. Quo tamen in loco sunt qui malint legere Vniuersa. Vtut tamen hac uoce & Varro libro secundo de Analog. Quod (inquit) ad uniuersalem pertinet causam.

VNIVERSE, & Vniuersim, aduerbia, & Vniuersitas, tis. Vide in di&ione Vniuersus.

VNIVERSVS, a, um, [Vniuerso, tutto. Gal. Vniuersel, general. Hisp. El todo a juntado de partes.] *σύνπασ*, in singulari quidem idem est quod totus: ut, Vniuersus ager, uniuersus exercitus. In plurali uero significat omnes coniunctum. Nam si dicimus, Omnes sibi domicilium constituerunt, intelligitur donucilium sibi unumquemque constituisse. Si uero dicimus, Vniuersi sibi domicilium constituerunt, significatur, omnes simul in unum sibi pro omnibus domicilium fecisse. Cic. 4. Acad. Qui loquitur de uniuersis, nihil excipit, quid enim potest esse extra uniuersa? Ter. in Phor. Quod ille unciatim uix de demenso suo, Suum fraudans genium, comparat miser: In illa uniuersum abripit. Cic. 3. Off. Ergo unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas uniuersis: & uniuersorum, & c. Hinc Vniuersæ, aduerb. generaliter, siue generatim: cui Sigillatim opponitur. Cic. in Vatin. Quæro abs te prim. uniuersæ, quod genus improbitatis, & sceleris in eo magistratu tu prætermiseris. Idem 7. Verr. Quid ego de exteris ciuium Romanorum supplicijs sigillatim potius, quam generatim atque uniuersæ loquar? Vniuersum, aliud aduerbium eiusdem significationis. Hinc quoque Vniuersitas, atis, Cicero 2. de Nat. Deo. Licet enim contrahere uniuersitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. Colum. in Præf. lib. 1. De rusticationis uniuersitate nihil attinet nunc plura dicere. Cicero de Vniuers. Singulos adiunxit ad singula, atque ita quasi in curram uniuersitatis imposuit.

VNIUOCVS, a, um, pen. cor. [Vniuoco, smonimo. Gal. Synonime, uniuoque. Hisp. Vniuoco.] cuius & nomen commune est, & eadem substantiæ ratio, quod Græce *συνώνυμον*, dicimus: sicut contra Aequiuocum, cuius nomen tantum commune est, & substantiæ diuersa ratio, & a Græcis *εὐωνύμων*, appellatur. Animal itaque respectu hominis & equi, uniuocum est, quia illis & animalis nomen commune est, & ratio substantiæ eadem. Vtrique enim conuenit animalis definitio, corpus animatum sensibile. Grammatici dicunt Homonyma esse, quæ uoce, sed non significatione conueniunt: ut, Nepos & filij filium significat, & prodigum. Synonima, quæ non uoce, sed significatione conueniunt: ut, Ensis & Gladius. Hinc Vniuocæ, *συνώνυμος*, aduerbium.

VNIUOSMODI, [Simile. Gall. Qui tousiours est d'une sorte, tousiours d'une maniere. Hisp. Cosa de una sola manera.] p. c. nomen indeclinabile, & *μοειδής*, uniformis, non uariis. Ter. in Heaut. Nam parentum iniuræ Vniuosmodi sunt ferme. Cic. ad Att. lib. 9. Nolo enim putare tolerabiles horum infanias, nec uniuosmodi fore.

VNUCVLVS, *μονόουδαλμος*, unicum habens oculum: quales Poetæ fingunt fuisse Cyclopes. Pla. Vnucule salue. Gell. lib. 3. c. 11. Cyclope itidem inquit uel maxime quod fuerit unoculus.

VNUQVAM, aduerb. [Alcuna uolta giamai.] *ποτέ*, nullo tempore, omni memoria. Cic. in Or. Ifocrates præstat omnibus, qui umquam erationes attrigerunt. Huius compositum est Numquam, nullo tempore, nulla memoria. Pla. in Aul. Neque id in tantis periculis umquam committam ut fiat.

VNVS, a, um, [Vno. Gal. Vn, seul. Hisp. Vno principio de contar.] *εἷς*, numerus principium est. Cic. pro Quint. Sext. Alphenus seruulum unum adducit. Aliquando accipitur pro solo, Plautus: Vnus tum doni eram, & fores erant clausæ. In qua significatione quandoque genitiuo iungitur, & fere genitiuo iungitur Omnium. Plinius lib. 9. cap. 17. Accipenser unus omnium squamis ad os uersis, contra aquam natando meat. Nonnumquam etiam genitiuo nominis substantiui, sed fere subintelligitur genitiuus Omnium. Plin. lib. 11. c. 37. Calutium uni tantum animal. uel homini. Aliquando in oratione Vnus subicitur. Quint. lib. 9. c. 1. Nec desunt, qui tropis figuræ nomen imponant, quorum est Caius Attorius Proculus. Hoc est quorum unus est & c. Ponitur aliquando pro nomine Idè. Plaut. in Capt. Hic postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo peculiarem, quia quasi una ætas erat: id est, eadem ætas, siue eundem ætatis erant. Vno exemplo omnes uiuunt, i. eodem. Pla. in Mil. Sic etiam accipiendum est illud Ouid. Met. Vnus erat toto nature uultus in orbe, id est, idem uultus sibi per omnia similis. Aliquando pro primo, Virg. 2. Aen. Cadit & Ripheus iustissimus unus Qui fuit in Teucris.

VNVS, & alter, [Doi, due.] *εἷς καὶ δύο*, pro duobus. Cic. 4. Verr. Dicit unus & alter breuiter, nihil interrogatus. Terent. And. Sed postquam amator accessit unus & item alter, pretium pollicens. Sic Alter & tertius pro tribus. Tacitus: Sed & alter & tertius dies cunctatione absumentur.

VNVSQVILIBET, & unusquisque, [Ciascuno, ognuno.] *εἷς ἕκαστος*, idem significat quod quilibet.

VNVSQVISP IAM, [Alcuno. Gal. Aucun. Hisp. Alguno.] *εἷς τις*, aliquis unus.

VNVSQVISQVE, [Ciascheduno.] Vnaqueque, Vnumquodque, & Vnum quidque: id est, singuli, *πᾶς ἕκαστος, πᾶς τις, πᾶς τὸς, ὅσος*, dictio Vniuersalis

verfalis, potiusq. cum pofitio, quâ fuperlatiuo iungitur, eo quod Vnus um quandam fuperlatiuo obtineat. Ci. pro Fon. Mouetur eo tempore, quo vni quifque noftrum, cum in eum locum productus eft. Ibid. m: Mihi enim femper unaquaque de re teftis non folum femel, verum etiam breuiter interrogatus.

V A N T E O

V O E R T A, villa eft iuxta Bilbilim Hifpaniæ urbem, & Salonem amnens umbris arborum, & fig ditate fcatulentium fontium amoeniffima, quam Martialis graphice depingit Liciano libro 1. Epigramma. 17.

V O C A B U L V M, li. p. c. [Dittione, uocabolo, uoce. Gal. Dittion, uocabole, mot. Hif. Vocabolo, parabela, dittione.] ἡ λέξις, dictio, qua res fingulæ uocantur, aut uoce efferuntur. Ter. in Eunuc. Tamquam philofophorum habent difciplinæ ex ipsis uocabula. Plin. Epift. 14. Neque enim alio uocabulo potest exprimi. Cic. 3. de Or. Nam fi res iuum nomen & proprium uocabulum non habet. Quint. lib. 9. c. 1. Mutatur uocabulis uis rerum.

V O C A L I S, & hoc le. [Vocale, fonoro. Gal. Sonor, uoquel. Hifp. La uogale.] φωνήεις, ὁ φωνος quod eft fonorum, & summæ uocis. Plin. libro 18. Ranæ quoque ultra folitum uocales, funt figna tempeltatis. Tibull. lib. 2. Eleg. 6. Nunc te uocales impellere pollice chordas. Nunc precor ad laudes flectere uerba meas. Ouid. 12. Met. Carmine uocali clarus citharæque Philemon. Vnde Vocales φωνήεις, dictæ funt quinque illæ apud Latinos litteræ: quia per fe uoces faciunt, & fine his uox proferri non potest. Hinc Semiuocales, ἡμιφωνα, quæ quafi dimidiatim uocalium fonum habent. Vocalium concurfus. Cic. in Orat. Habet enim ille tamquam hiatus concurfu uocalium molle quiddam. Vocalis, ἔμφονος, etiam dicitur, qui uoce utitur, & proferre uerba potest, puta liquis, cum mutus fuiffet, post ea loquitur. Val. lib. 1. Aegles Samius athleta mutus, cum ei uictoriae titulus & præmium triperetur, indignatione accenfus, uocalis euafit.

V O C A L I T A S, atis. [Confonanzæ. Gal. Vocalete, confonete. Hifp. Confonantia, armonia.] confonantia, quam Græci ὁμωνία, uocant. Quint. lib. 1. cap. 5. Sola eft, quæ notari poffit, uelut uocalitas, quæ ὁμωνία, dicitur.

V O C A M E N, inis. [Nomen.] ὄνομα, nomen, appellatio. Luc. libro 2. Et Bacchi nomine abuti Mauult, quam laricis proprium proferre uocamen.

V O C A T I V V S, [Vocatio. Gal. Vocatif. Hifp. Vocatio.] adie. f. ctum a grammatice: ut, Vocatiuus cafus, κλητικὴ, per quem aliquem uocamus. Hinc Vocatiue, aduerbium apud Gell. li. 13. c. 21. Vocatiue (inquit) dicit, id eft: per uocatiuum.

V O C E T I V S, mons apud Rauracos, ob falebras, & lamas uiatori admodum incommodum: in quem Heluetia Cecina uicti confugerunt, ut refert Tac. lib. 17.

V O C I F E R O R, aris. [Gridar forte. Gall. Crier fort. Hifpan. Llamar abgo.] κρόξω, βοάω, exclamo, maiorem uocem emitto. Cic. 6. Verr. Minitari abfenti Diodoro, uociferari palam, lacrymas inter dum uix tenere. Virgilius 2. Aeneid. Talia uociferans gemitu teftum omne replebat. Vociferare actiuum protulit. Cic. Act. 4. in Verr. Si mendo locus uacat: Nam me dies, uox, latera deficient, fi hoc nunc uociferare uelim, quam miferum indignumque fit &c. Vociferatio, onis, uerbale, clamor, actus uociferandi. Cic. pro Cluen. Nam in ipfo fermone hoc & uociferatione mortua eft. Ad Herenn. lib. tertio: Habet enim quiddam illiberale, & ad muliebrem potius uociferationem, quam ad uirilem dignitatem in dicendo accommodatum.

V O C I T O, as, penult. corr. [strachiamare.] ἀναφωνέω, frequenter uoco. Plaut. in Cap. Pægnium uocitatus eft, post uos nomen indidiffis Tyndaro. Cic. 2. de Nat. Deo. Quas noftri Septem foliti uocitate triones.

V O C O, as. [Chiamare. Gall. Appeller. Hifp. Llamar.] καλέω, interdum idem eft quod aduoco, uel accerfo. Plautus in Capt. Quæ ad patrem uis nunciari? uin uocem huc ad te? Aliquando idem quod appellare, Virg. 1. Aeneid. Varijque inttigat uocibus alas, Nominem quemque uocans. Item inuitare, Cicero 6. Ver. Deinde ipfum regem ad cœnam uocauit. Vnde uocatores, κλητορες, didi funt, quibus inuitandi datum eft negocium, fide qui per fe uocant ad cœnas. Plin. lib. 35. cap. 10. Inuitatus ad regis cœnam uenit, indignatque Ptolemæo, ac uocatores fuos obteftati, ut diceret, a quocorum inuitatus efferet, ille arrepto e foculo carbone extincto, imaginem in pariete delineauit. Tanti uocat ille pudicam. a Iuuenal. Sat. 6. dictum eft in hunc fenfum, Tantum accepit, ut illam dicat efferre pudicam. Verba Iuuenalis funt hæc: Bis quingenta dedit: tanti uocat ille pudicam. Loquitur de Cefennia muliere impudiciffima, quam tamen maritus pudicam efferre afferebat, non quod ira res efferet, fed quod quingenta dotis nomine accepiffet. Item de uocare. Virgilius 1. Georg. Tum coruix plena pluuiam uocat improba uoce. Aliquando fignificat nomen imponere, Plautus in Afin. Quæ uos uocabit nomine? Vocare aliquem ad calcu-

los, eft eum uocare, ut fuffragium ferat. Vocare feruos ad libertatem, eft eos incitare ut fele undicent in libertatem. Vocare aliquem ad computationem, dixit Plin. in Paneg. Nemo recentem, & attonitum orbitatem ad computationem uocet, cogatque patrem, quid reliquerit filius, fcare. Vocare aliquem ad teftimonium, eft teftem citare. Vocare aliquem in crimem, eft aliquem criminis accufare. Vocare in difcrimen, eft periculo comittere. Vocare aliquem in inuidiam, eft quod uulgus indoctum ait, adducere in malam gratiam. Vocare rem aliquam in medium, eft difcutiendam proponere. Vocare aliquem in partem, eft eum uocare, ut alicuius rei partem accipiat. Vocare aliquid ad calculos, eft in fuppurationem deducere. Cicero de Amic. Hoc quidem eft nimis exiliter, & exigue ad calculos uocare amicitiam, ut par fit ratio acceptorum, & datorum. Vocare deos in uocata, eft uotis faftis deorum auxilium implorare. Virg. lib. 5. Aen.

Ni palmas ponto tendens utrafq. Cloanthus, Fudifetq. preces, duofq. in uota uocaffet.

Vocare aliquem a mœftitia, eft iubere lato animo efferre, Cicero Attic. lib. primo: Quod a mœftitia uocas, multum proficis. Sic uocare ad uitam, ibidem, pro eo quod eft, bono animo efferre iubere, & eum qui iam necem fibi inferre conftituerat, fpe meliori in iecta ab infitico reuocare. Vocata eft opera, dixit Plaut. in Stich. Cœnabis apud me, quoniam faluos aduenis. E. Vocata eft opera, id eft, non uacat apud te cœnare, quoniam rogauit me aliquis, ut negotium aliquod pro te tranfigerem. Vocatus, a, um, participium. Ouid. 1. Metam. Conciliumque uocat, tenuit mora nulla uocatus. Horat. 2. Carm. Ode 18. Vocatus, atque non uocatus audit. Vocatus, us, ui. Virg. 10. Ae. Nunc o numquam fruftrata uocatus Hafta meos, &c. Vbi Seruius: Vocatus, hoc eft, inuocationes & preces, nam appellatio eft a uerbo, quæ femper in io exit, aut in us, id eft, nomen uerale. Cicero 3. de Orat. Mane idib. Septemb. & ille, & fenatus frequens uocatu Drufi in curiam uenit. Cuius compofita funt, Ad uoco, Conuoco, Circumuoco, Deuoco, Euoco, Inuoco, Prouoco, Peruoco, Reuoco, & Seuoco, quæ habent per ultimam correptam.

V O C O N I A, genera funt pyrorum, quemadmodum & uolema. Plinius lib. 15. cap. 15.

V O C O N I X, forum, Aremicorum ciuitas in Gallia Narbonenfi, cuius meminit Plin. lib. 3. c. 4.

V O C O N T I I, Narbonenfis Gallia populi funt, quorum ciuitas Tricorium commemoratur a Plin. lib. 3. c. 4.

V O C U L A, æ, pen corr. [Vocina, uoce picciola.] φωνιδιον, deminutiuum, parua uox. Cic. ad Q. Fr. Quanto meliores funt & delicatiores in cantu flexiones, ac falæ uoculæ, quam certæ, feu feueræ? Prop. lib. 1. El. 15. O utinam tranficta caua mea uocula rima Percuffas domini uerrat in Auriculas. Accipitur aliquando pro detractione, καταλαλα. Cic. M. Cœlio: Si incurrit hæc noftra laurus non folium in oculos, fed etiam in uoculas maleuolorum.

V O G E S V S, p. c. mons eft Gallia Belgicæ, Sequanos & Lingones dimidens a Mediomaticibus ex quo Mofa & Araris flumines nafcuntur. Luc. lib. 1. Caftaque quæ uogefi curuam fuper ardua ripam Pignaces pictis cohiliebant Lingones armis.

V O L A, æ, [Palma della mano. Gal. La paulme de la main. Hifpan. La palma de la mano.] ἔγυπα, caua pars manus, fide pedis. Plin. lib. 1. f. cap. 45. Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Hinc Inuolare pro rapere, quafi uolam iniicere. Plin. lib. 9. cap. 59. Singulos inuolat uerius, quam capit.

V O L A T E R R A E, Strab. lib. 5. Etruriz oppidum eft, non procul a mari, in edita planitie collis fitum, ad quam xv. ftadiorum eft adcefus. Hinc Volaterrani, pro urbis huius incolis, & uada Volaterrana. Plin. lib. 3. c. 5.

V O L A T I C U S, ca, cum. [Volatico, uolatio. Gall. volage, inconstant. Hifp. Muy ligero, que buela.] ἡσρόος, uelox, quafi uolatilis; & per translationem præceps, inconstant. Cicero ad Attic. libro decimo tertio: O Academiam uolaticam, & fui fimilem, modo huc, modo illuc, &c.

V O L A T I L I S, le, penultima correp. [Volatile, uolante. Gall. Qui uole ompeus uoler, uolaille. Hifp. Cosa que buela.] ἡννος, idem quod Volucris adiectiuum: ut, Bettia uolatilis. Cicero 2. de Natura Deorum: Præterea uelimur beftis, & terrenis, & aquatilib. & uolatilibus; partim capiend. partim alendo. Ferrum uolatile, pro fagitta, ferrea euifpide prænuntia, quæ ex arcu emiffa celeriter fugit uelocitatem adiuuantibus pennis alarum quod immodo uicem fupplentibus. Virgil. 4. Aeneid. Paffor agens telis, hinc uolatilis ferrum Nefcims. Volatilis ætas, id eft, fluxa & caduca, ὁλιγοχρόνιος. Ouid. 10. Met. Labitur occulte, fallitque uolatilis ætas, Et nihil eft annis uelocius.

V O L A T U R A, æ, [Volo, uolamento.] ἡνσις, idem eft quod uolatus. Varr. 3. de re ruft. cap. 5. Ibi in prima uolatura cum ueniunt, morantur dies paucos, requiefcendi cauffa. Cœl. lib. 8. c. 9. A uolatura ita ut capitur, farturæ defignatur.

VOLATVS,

VOLATVS,tus, [Volo,] ἰπτα, ipsa uolatio, & uolandi actus. Cic. de Na. D. Idemq. & uolatus alitū sustinet, & spiritus ductus alit, & sustentat animantes. Mar. lib. 11. Si tam praecipiti fuerat uentura uolatu Debuerant alia fata uenire uia.

VOLCAE populi Galliae Narbonensis, trans Rhodanum, Occidentem uertius. ex quib. qui fluminis proximi sunt, Arconij cognomi nati sunt, qui uero longius a Rhodano recedentes, in Pyrenzos montes uergunt, dicti sunt Tectofages. quorum regionem hodie Linguam Occitanam appellant. Auctor Ptol. l. 2. c. 10.

VOLCATIVS, Consul fuit Romae, tempore prioris cōurationis Catilinæ, illumq. repetundarum reum, quod intra legitimum tempus profiteri nequiuisset, Consulatum petere prohibuit: quam rem tam ægre tulit Catilina, ut de euertenda patria cum Antonio, & Pisone nefaria consilia inierit. Auctor Pedianus, Volcatius Gallianus quantum Consul scripsit uitas imperatorum ad Diocletianum: ex quib. tantum extat nunc Auidij Cassij uita. Volcatius Terentianus historiam sui temporis, id est, Gordianorum scripsit, in qua memoriæ prodidit, referente Capitolino, Gordianum leniorem uultum Cæsaris Augusti ualde retulisse. Volcatius Epitidius Grammaticus scripsit res gestas Pompeij Magni & eius patris. primus L. bertimorus, qui historiam scripsit, cum ab optimo quoque scrib. solita sit, est auctor Cornelius nepos. Iudum aperuit, docuitque inter ceteros M. Antonium & Augustum. Ex Tranquillo. Volcatius item alius fuit teste Pl. lib. 11. c. 43. Poeta non ignobilis, qui quod senos, in manu haberet digitos, Sedigitus est cognominatus. Huius etiam hodie aliquot circumferunt Iambi, quibus suum de Latinis Comici iudicium protulit. Præter hos fuit & Volcatius Iuliusconsultus, Celsij præceptor, quem tradit idem Pua. lib. 8. cap. 11. Aiturcone sub uesperum a rure suburbano redeuntem, cum in grauatorem incidisset, a cane fuisse defensum.

VOLEMA, penultima producta, [Pomi. peri grossi,] pyra prægrandia, ita dicta, quod impleant uolam: quorum meminit & Caro de Re ru. Et post eum Vir. 2. Geo. Nec farculis idem Crustumijs, Syrijsque pyris, graubus que uolomis.

VOLENS, entis, [Volente, Gal. Voult, qui uoult. Hisp. El. que quiere,] ἑλωμενος, particip. a Volo uis, ut uolenti animo, id est, libenter: non inuite. Salust. in Jugurth. Hæc Romæ plebes, litteris, quæ de Metello ac Mario missæ erant, cognitis uolenti animo de ambobus acceperat, Litius: Precatus deinde si diuus, si diua esset, qui sibi præterem misisset, uolens propitiusque adesset, id est fauens. & prosper. Salust. t. m. n. libro quarto Historiarum, referente Nonio, uolentia plebi, dixit, hoc est, placentia & grata. Verba Salustij sunt hæc: multisque suspicionibus uolentia plebi facturus uidebatur.

VOLENTIA, [Volentia intentione,] ἑλωμοσις, in compositione idem esse uidetur, quod uoluntas. Nonius: A uolentia fit Beneuolentia, Maleuolentia, pro amore, & odio, quasi bona, & mala uoluntas, Item Beneuolus, & Meleuolus.

VOLITOTAS, [Str. uolitare, Gal. Volote, couir ça & là Hispa. Volar à menudo y muchas uezes,] ἄπειροτομας, frequenter Volo. Plinius: Super aquas assidue uolitans. Ci. 8. de Nat. De. in hac igitur immensitate latitudinem, longitudinem, altitudinem, infinita uis innumerabilium uolitat atomorum. Pl. lib. 10. capit. 61. Vespertilio geminos uolitat amplexa infantes. Oui. 2. Metam Volitant super ora fauillæ: Litius quanto Bel. Puh. Reate faxum ingens uisum uolitare. Ponitur etiam Volito μεταφορικῶς, pro discurre, inquit Valla: Cicero pro domo sua. Itaque cum tu florens, ac potens per medium forum populatis uolitates, &c. Mar. lib. 1. Aetherias lasciuæ cupis uolitare per auras: I. fuges sed poteras tutior esse domi. Volitare cupiditate gloriæ, est efferrî, & uehementer trahi. Ci. in Pisonem, Valebis apud hominem uolitantem gloriæ cupiditate uir moderatas, & constans. Volitare in re aliqua insolentius, id est iactare sese, & efferrî.

VOLO, [Volare, Gal. Volar. Hisp. Volar,] πτόμαι, proprium est alas habentium. Ouid. 3. Trist. Eleg. quarta. Nempe quod hic alte, demissus ille uolabat. Plin. li. 10. cap. 14. Sturnorum generi proprium casternatim uolare & quodam pilæ orbe circummagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Vir. 1. Aen. Volat ille per aera magnum Remigio alarum. Transfertur etiam ad alia que celeriter feruntur: ut Nauis uolat, Fama uolat, & huiusmodi. Ter. in Hecy. Ne me frustra illic expectet, uola, id est, celeriter curre. Vir. 3. Aene. Fama uolat, pulsum regnis cessisse paternis Idomeneæ ducæ. Idem 12. Aeneid. Vix ea fatus erat, medios uolat ecce per hostes Vectus equo spumante Sages, &c. Ibidem: Incendi muros, ignes ad tecta uolare O. 11. 10. Met. Passu uolat alite uirgo. Ci. ad Atti. lib. 6. Tu autem, fac, ut mihi tuae litteræ uolent obuiæ. Volans, tis, participium. Virg. 1. Aene. Cæloque inuectus aperto Flectit equos, curruque uolans dat lora secundo. Volantes substantiue pro auib. Virgil. sexto Aen. de Averno. Quam super haud ululæ poterant impune uolantes Tendere iter pennis. Eius composita

ta sunt, Aduolo, Circumuolo, Cōnuolo, Deuolo, Euolo, Inuolo, Interoolo, Obuolo, Peruolo, Præuolo, Prouolo, Reuolo, Superuolo, & Transuolo.

VOLO, uis, [Volere, Gal. vouloir. Hisp. Querer,] ἑλωμαι, preterito uolui, notæ significationis est Vir. 3. Eclo. Vis ergo inter nos quid possit uterque uicissim Experiamur? Volo te, uolo te uerbis paucis: tubaudi alloqui. Plau. in Cap. Philocrates, per tuum genium obsecro, exi, te uolo. Ter. in And. Quis me uult? uelit nolit: pro uelit, an non uelit. Cic. ad Q. Fra. li. 3. Craffum Iunianum hominem mihi deditum per me deterruit, uelit nolit, scire difficile est. Ponitur aliquando pro opto. Cicero ad Cornific. lib. duodecimo: Eandem rem tibi uolo bene, & feliciter euenire. & Catullus in epithalamio Iulæ, & Manlij in sine. Volo omnia tua causa, id est tibi in omnibus bene cupio. Cic. ad Tironem, lib. 16. Cum omnia mea causa uelles mihi successa, tum etiam tua. Quid sibi uale istud? Cic. in Ver. Quid sibi equestres statum uolunt propter ædem Vulcani? Hoc est, quid significant? Ponitur aliquando pro opinor, & censo Cicero primo de Natura Deorum. Quatuor etiam naturas, ex quibus omnia constare cenfer, diuinas, esse uult. Hinc noluntas, Composita Nolo, Malo, & Peruolo, de quibus suis locis.

VOLOGESVS, Parthorum rex fuit Neronis temporibus, frater Tiridatis, quem cum Armeniæ regem fecisset inuitis Romanis, uario euentu cum ijs bella gessit, donec tandem ex pacto placuit Tiridatem regni diadema ponere, nec ante resumere, quam id Romæ Neronis manibus accepisset. Vide Tacitum l. 5.

VOLOGESOCERTA, Babylonis urbs, a Vologeso Parthorū rege condita: ut est auctor Plinius libro 6. cap. 26. Ptolem. Vologesiana appellat.

VOLONES, dicti sunt serui, qui in bello punico, quum deessent liberi, qui in militiam nomina darent, pro dominis pugnuros se polliciti, in ciuitatem recepti sunt & Volones appellati, quia hoc sponte uoluerunt. Festus. Liu. 3. Bell. Puni. Volones liberi esse iussi. Ibidem: Ut tyrones (ea maxima pars Volonum erat) discederet signa sequi.

VOISCI, populi in Latio ultra Circeios, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. 2. Geo. Assuetumque malo Ligurum, Volscosque uerutos.

VOSELLA, iæ, siue Vulsella, [Moietta, moietta, Gal. Des pinsettes de chî chirurgien, Hisp. Las tenazulas ó pinças para pelar,] μαδισίνιον ὑπεργολαβία, instrumentum pilis e corpore euellendis idoneum. Mar. li. nono. Purgantque senæ cana labra uosellæ. Vossella item, siue Vulsella instrumenti chirurgiei genus est, quo caro, ex ulceribus præcidea apprehenditur, Celsus lib. 6. cap. 18. Deinde oræ uulsellæ, apprehendendæ, tum quicquid corruptum est, excidendum.

VOLSINIUM, nij, ἑλωσίνιον, Ptolem. siue Volsinij, orum, oppidum Mediterraneum Hetruriæ, in quo primum molæ uersatiles sunt inuentæ. Pl. lib. 36. cap. 18. Molas uersatiles Volsinij inuentas, quasdam & sponte motas legimus.

VOLVA, iæ, ἑλωμα, ἐνέλωμα, sinuolucrum, quo quid inuoluitur, unde a Pl. li. & ca. 22. accipitur pro albo illo inuolucro boletorum in oui speciem prorumpentium: Voluâ (inquit) terra ob hoc prius gignit: ipsum postea in uolua, ceu in ouo est luteum. Eodem item nomine antiqui uterum appellabant in muliere, hoc est locum in quo foetus concipitur, quam hodie litteræ unius immutatione Vuluum appellamus.

VOLVIBILIS, iæ, [Volubile, in stabile, di poco fenno, Gal. Voluble, tourneur, ni. Buluble,] ἑπιπροσῶς, ἄστροφος, quod facile uoluitur. Ci. de Vniuers. Deinde animum circumdedit corpore, & uestiuit extrinsecus, cæloque soliuago, & uolubli, & in orbem incitato, cōplexus est. Vir. 7. Aen. Impubisq. manus mirata uolubile buxum. Volubilis fortuna, ἄστασις, id est, inihabilis, inconstans. Ci. pro Milone: Quam uaga, uolubilisque fortuna. Hinc Volubiliter aduerbium. Cicero in Orat. Sepe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose, & uolubiliter oratio. Hinc quoque Volubilitas, atis. Cicero 2. de Natura Deorum: Ex utraque re & munus di uolubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non posset. Volubilitas, fortunæ inconstantia. Ci. de Diui. Quo modo ergo id quod temere fit cæco casu, & uolubilitate fortunæ, presentiri, & prædicari potest? Volubilitas linguæ leuitas, promptitudo, dexteritas. Cic. de Ora. Linguæ uolubilitas.

VOLUCER, hæc uolueris, hoc uolucere, [Volante, presto, Gal. Qui uole. Hisp. Qualquiera cosa que uuela,] πτερόεις, πτερόεις, uolatilis, penniger, & per translationem uelox, celer, Martialis: Et uolucrem longo porrexit uulnera pardum. Virg. primo Aen. Volucrumque fuga præuertitur Hebrum. Ci. pro Plan. Nihil est autem tam uolucere, quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil certius excipitur, latius dissipatur. Virg. 5. Aen. Illa Noto citius, uolucris sagitta Ad terram fugit, & portu se condidit alto.

VOLUCRA, uolus, i, genus animalis, quod prærodit teneros pampinos

pinos. Col. de Arbor. ca. 17. Genus est animalis, Volucra appellatur: Id ferre prærodit teneros adhuc pampinos, & uuas: quod ne fiat falces, quibus uim eam putaueris, peracta putatione, sanguine urfino linito.

VOLUCRIS, huius uolueris, fœ. ge. [Cid che uola,] ὄρνειον, τὸ πηνόν, omne id quod uolat, non solum aues, sed apes quoque, uespæ, taþani & reliqua huiusmodi. Ci. 1. de Ora. Quemadmodum uolueres uidemus procreationis, atque utilitatis lux causa fingere, & construere nidos. Vir. 3. Ge. Et genus æquorum, pecudes, pectæ que uolueres, In furias, ignemque ruunt.

VOLUMEN, inis, secunda syllaba pr. [Volume. Gal. Volum. Hisp. Bolume.] γραμματεῖν, a uolucendo, quod maiores nostri in libris arborum, id est, corticibus scribebant, & libellos, quo ferrent commodius, complicabant. Ideo que uolumina appellata sunt libellis similia quam libris. Est enim proprie Volumen pars codicis: ut puta Metamorphoseos liber in quindecim uolumina distinctus est. Ouid. 1. Trist. Sunt mihi mutæ ter quinque uolumina formæ. Plin. Iunior: Libri tres in sex uolumina propter amplitudinem diuisi, quasi in sex minores libros: ut sint uolumina aliquanto minora, quam libri. Igitur uolumen. pars libri est: Liber uero pro toto codice, & pro uolumine accipitur. Inde dicimus Euoluere libros, id est aperire lectitandi gratia, quasi rem complicatam explicare: sicut Reuolare, rem uelam detegere. Cic. 3. Tusculanarum. Quoniam duobus superioribus de morte & dolore dictum est: tertius dies disputationis hoc tertium uolumen efficit. Plin. li. 6. ca. 9. Hæc est regio secundo uolumine a nobis significata. Accipitur aliquando uolumen pro ipsa circumuolutione. Ouid. secundo Metam. Adde quod assidue rapitur uertigine cœlum, Sideraque alta trahit, celerique uolumine uersat. Nonnū quam pro uolubilitate, siue inconstancia Plinius libro septimo, capitulo 45. Si diligenter æstimantur cuncta magna fortis humanæ reperientur uolumina. Volumina uinculorum. Virgilius lib. quinto Aeneid. Et ipsa Huc, illuc, uinculorum immensa uolumina uersat.

VOLUNTAS, tis, [Volontæ, arbitrio, uolgia. Ga. Volontè. Hi. Voluntad, potentia libre] θέλημα, animi nostri sententia. Cic. 4. Tusc. Natura enim omnes ea que bona uidentur, sequuntur, fugiuntque contraria. Quamobrem si simul obiecta specie cuiuspiam est, quod bonum uideatur, ad id adipiscendum inipellit ipsa natura: id cum constanter, prudenterque sit, eiusmodi appetitionem Stoici βέλτην, appellant, nos appellamus uoluntatem: eam illi putant in solo sapiente, quam sic definiunt: Voluntas est, que quid cum ratione desiderat. Que autem aduersus rationem incitata est uehementius, ea libido est, uel cupiditas effrenata, que in omnibus stultis inuenitur. Cic. 4. in Catili. Dijs ergo immortalibus ducibus hanc mentem, Quiritis, uoluntatemque suscepi. Ponitur aliquando pro ea, quam uulgo, affectionem, uocamus. Cic. ad Quintum Fratrem. tertio. significat ualde te sibi gratum fecisse, quod de sua erga Cæsarem uoluntate humanissime, diligentissimeque locutus esset. Aliquando pro favore. Ter. in Pro. Phor. Voluntas uestra ad poetam accesserit. Id est, si faueritis poetæ. Voluntate ablatiuus pulchre ponitur pro eo, quod est. bona cum gratia. Ter. in Adelp. Quod uos ius cogit, id uoluntate impetret. Cicero primo Ver. Ego iam tibi ipse istud, quod expetis mea uoluntate concedam, id est, sponte.

Hinc uoluntarius [Voluntario,] adiectiuum, quod sit sponte αὐτόματον. Ci. ad Marium. li. 7. Aut consciscenda mors uoluntaria. Liu. 1. ab Urb. ferocissimus quisque iuuenum cum armis uoluntarius adest. Voluntarij milites dicuntur, qui sponte nomina dāt. Cæf. 5. Bel. Gal. Neque sibi uoluntariorum copias desore, si ex finibus suis progredi cœperit. Hinc uoluntarie, & Voluntario, aduerbia id est, sponte, bono & prompto animo, non coactio. Cæf. 3. Bel. Ciu. Milites electi circiter centum uiginti uoluntarie eiusdem centuriz sunt profecturi.

VOLUMINIS, prænomine Lucius, Vir Romanus senatorij ordinis, quo eū Seruio Sulpitio consulatum gerente carnibus pluisse auctor est Pli. li. 2. c. 56.

VOLVO, nis, ui, duarū syllabarum, [Volgere. Gal. Rouber, tourner, uirer. Hisp. Boluer, boluer en derredor.] κυλέω, uerto, uerso, torqueo, in orbem torqueo. Vir. 6. Aene. Vbi mille rotam uoluere pro annos. Cic. de Clar. Orator. Voluendi enim sunt libri eum aliorum, tū in primis Catonis. Vir. 3. Aene. Sic fata Deum rex Sortitur uoluitque uices, is uertitur ordo. Idem sexto Aeneid. Saxum ingens uoluunt alij. Voluere, cogitare, uersare animo, Catu. Epi. 59. Quæ tum prospectans cedentem mœsta carinam, Multiplices anuno uoluebat laucia curas. Vir. 1. primo Aen. At pius Aeneas per noctem plurima uoluens. Ibidem, Quid ue dolens regina Deum tot uoluere casus, Insignem pietate uirum tot adire labores Impulerit. Liu. sexto ab Urbe. Has inanium rerum inanes ipsas uoluentis cogitationes, Fortunæ loci delegauerant spes suas. Voluendus, a, um. Virgilius 1. Aen. Triginta magnos uoluentis men-

sibus orbes Imperio expleuit, Id est, uolubilibus interpretete Seruio. Volutus, a, um, aliud participium. Virg. 3. Geor. non qui per saxa uolutus, Aduoluo, Conuoluo, Circumuo, D. uoluo, Inuo, Prouoluo & Reuoluo: quorum significata explicauimus supra.

VOLVOLA, i, f, ἴσλας, uermis teneros uitium pampinos prærodens, qui a Plauto Inuoluulus, a Catone Conuoluulus, a Columella Volucra appellatur.

VOLVOX, ocis, pe. pro. i, f, ἴσλας, uermis teneros uitium pampinos, & pubescentes uuas erodens, qui & Conuoluulus dicitur. Pli. lib. 18. c. 28. Simili modo ne conuoluulus fiat in uinea amurcæ congestos duos decoctos in crassitudinem mellis, rursus cum bituminis tertia parte, & sulphuris quarta sub dio coqui, ne ex cædescat sub tecto. Hoc uites circa capita ac brachia ungi: ita non forte conuoluulus alij Voluocem appellant, animal prærodens pubescentes uuas. Hæc Plin.

VOLUPE, [Dapiacere. Gal. Cosa agreable & plaisante. Hisp. Delectè.] ἡδύς, delectabile, gratum, iucundum: seuquam non raro substantiue accipitur pro ipsa delectatione, tan uoluptate. Plau. in Amp. Nam quia uos tranquillos uideo, gaudeo, & uolupe est mihi. Legitur & Volup, per apocopen, quod & Nonius annotauit. Plau. Casi. Facite animo uestro uolup. Idem Asiq. Hic senex si quid clam uxore animo fecit uolup.

VOLUPIA, æ, uoluptatis dea, quæ sacellum habebat Romæ circa naualia non procul a porta Romanula, teste Varr. lib. quarto de lingua Lati.

VOLUPTABILIS, uoluptabile, [Grato. Gal. Qui donne ou apporte plaisir. Hisp. Agracido ò aplaçibile.] ἡδύς, gratum, uoluptuosum. Plin. in Epid. Voluptabilem mihi tuo aduentu attulisti nuncium.

VOLUPTARIUS, ri, a, rium, [Dilettenole,] τερπνός, quod uoluptatem affert. Cic. 3. de Fin. Aegritudo, libido, formido, quamque Stoici communi nomine corporis & animæ ἡδύς, appellant. ego malo lætitiā appellare, quasi gesticentem animi elationem Voluptariam. Voluptarius homo uoluptati dicitur. Plin. in Menæ. Nanque Epidamnea natio est hæc, ita hominum, Voluptarij atque potiores maximi. Cic. 2. Tusc. Ego a te non postulo, ut dolorem eisdem uerbis afficias, quibus Epicurus uoluptatem, homo, ut scis, uoluptarius, Gustus sensus maxime uoluptarius, hoc est, quo uoluptatem potissimum percipimus.

VOLUPTAS, atis, [Voluptæ, piacere,] ἡδύς, elata præter modum lætitiā opinione præsentis alicuius boni, unde quicquid cum delectatione animum demulcet, Voluptas dicitur, quod id maxime uelimus. Referturque tam ad animum quam ad corpus, quamuis non nulli insimulent solius corporis esse, ac turpè: quod certe uerū non est. Est enim uoluptas uocabulum medium omnemque iucundum motum, quo sensus hilaretur, significat, quem Græci uocant, ἡδύς. Cic. 1. de Ora. Percipietis enim illam ex cognitione iuris lætitiā & uoluptatem, Voluptatem eius capio, dixit Pli. Epi. 17. li. 2. Pro, uoluptatem ex eo capio. Cum uoluptate legere id est, cum delectatione. Cicero secundo de Finib. Omne autem, id, quo gaudemus, uoluptas est, ut omne quo offendimur, dolor. Voluptati esse id est, esse gratum, & iucundum. Cicero Lentulo libro primo: Quod mihi de filia, & de Crassipede gratularis agnosco humanitatem tuam, speroque & opto nobis hanc conjunctionem uoluptati fore. Quibus omnibus in exemplis Voluptas in meliorem partem accipitur pro ea, que in animum cadit. Reliquum est, ut & interiorē partem accipi doceamus, pro ea que corpori proprie est, in qua Cyrenæi summum constituerunt bonum. C. de Senect. Diuinus enim Plato escam malorum uoluptatem appellat: quod ea uidelicet homines capiunt, ut hamo pisces. Ibidem: Nullam capitaliorem pestem, quam uoluptatem corporis hominibus dicebat a natura datam: cuius uoluptatis auidæ libidines temere, & effrenatæ ad potendum incitentur. Idem 1. de Leg. Ab ea, penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni, uoluptas, malorum autem omnium mater.

VOLUPTUOSUS, a, um, [Homo lieto, da buon tempo,] habitum, & uehementiam significat, & affectionem. ut uoluptuosus homo, qui per quam amat uoluptatem, quem Cic. Voluptarium uocat. Voluptuosus res, que in se habet uoluptatem, & que uoluptate afficit. Ille recipit, hæc recipitur. Pli. li. 1. Epi. 13. Voluptuosam rem esse, utrumque eadem opera, eodem uatico inuifere.

VOLVUS, ὄλιος, poeta quidam ineptus fuit patria Patavinus. qui Ennium secutus rerū gestarum populi Romani Annales carmine scripsit. Catul. de Smyrna Cinnæ: At Volusi Annales Paduam morientur ad ipsam, Et laxas scrombris sæpe dabunt tunicas. Et alibi, Annales Volusi cacata charta.

VOLVTA, ἔλιες, ab architecturæ peritis appellantur capreoli, in columnarum capitulis ex herbarum folijs enascentes, & ubi ab acum iam propemodum contingunt in orbem circumuolunt: unde

- tam apud Græcos, quam apud Latinos nomen inuenerunt. Vitru. lib. 3. quæ ex caulicorum folijs nata, procurrunt ad extremos angulos uolutæ, minoresque helices intra suum medium, qui sunt in abaco floribus subiecti scalpantur. Idem paullo post: De uolutarum autem descriptionibus, uti ad circinum sunt rectæ uolutæ, quem admodum distribuuntur, in extremo libro forma & ratio earum est descripta. Idem lib. 7. c. 5.
- VOLVATBRVM**, p. p. *κλιερα*, locus ubi fues uoluntantur. Virg. libro 3. Geor. Sæpe uolutabris pulfos syluestribus apros Latratu turbabis agens.
- VOLVATIM**, *κλιερα*, iterum, atque iterum uoluendo. Pla. in Milite: Voluatim domum te rapiam.
- VOLVATIO**, onis, [Volgimento. Gal. Ronlement, neautrement. Hisp. Obra de boluer a menudo.] *κλιερα*, uerbale a uoluendo deductum. Cic. in Pisonem: An uero tu parum putas inuestigatas esse a nobis lahes imperii tui, stragesque prouinciæ? quas quidem nos non uestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis uoluationibus corporis, & cubilibus persecuti sumus.
- VOLVATVS**, a, um, [Rinolto. Gal. Tourné, roulé. Hisp. Rebolcado.] particip. *κλιερα*, a, e, m, uoluntumque uolutus. Plin. lib. 8. c. 37. Præparant hyemi & herinacæ cibos, ac uolutati supra iacentia poma, affixa spinis, unum non amplius tenentes ore portant in caues arbores. Cicero de harusp. resp. Quis unquam nepos tam libere est cum scortis, quam hic cum fororibus uolutatus? Idem libro secundo ad Q. Fratrem: Itaque ad Callisthenem: & Philistum redeo, in quibus te uideo uolutatum, hoc est, cum labore uersatum.
- VOLVATVS**, us, ui, [Volgimento.] uerbale, *κλιερα*, idem quod uoluatione. Plin. lib. 10. c. 4. Multum puluerem uolutatu collectum, infidens cornibus excutit in oculis.
- VOLVTO**, penul. prod. [Stranoltarsi. Gal. Veaultrer, tourner, & rouler. Hisp. Rebolcarse.] *κλιερα*, a, e, m, uoluntumque uoluo. Varro 3. de re rustica, cap. nono: Ante sit uestibulum septum, in quo diurno tempore esse possint, atque in puluere uolutari. Cicero in Sallust. Itaque nihil aliud studet, nisi, ut lutulentus sus, cum quouis uolutari. Est & aliquando mente uoluo, & cogitatione perpendo. Virgilius Non. Elog. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse uoluto. Liu. quarto Bel. Maced. Has condiciones, quamquam ipse in secreto uolutauerat cum amicis, uulgo tamen omnes fama ferebant.
- VOMANVM**, fluminis nomen in quinta Italia regione, non procul ab Hadria colonia. Plin. lib. 3. c. 13.
- VOMER**, & Vomis, huius uomeris, gene. masc. [Vomero. Gal. Vn uomiero. Hisp. Vomero.] *ὄμις*, ferramentum aratri, quo sulci fiunt: ita dictum quod terram uomat, hoc est eruat. Virg. 1. Ge. & sulco attritus splendescere uomer. Idem: Vomis & inflexi primum graue robur aratri. Plinius libro 18. cap. 18. Vomero plura genera, Culti uocatur, prædensam, priusquam prosindatur, terram fecans, futurisque sulcis præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordat uomer. Alterum genus est uulgare, rostrati uertis. Tertium in solo facili, nec toto porrectum, sed exigua cuspidi. In rostro hæc quarto generi, sed excutitur in mucronem fastigiata, eodemque gladio scindimus solum, & acie laterum radices herbarum fecans. id non pridie inuentum in Rhætia. Gallia uero duas addiderunt rotulas, quod genus uocant planarati. Cuspis effigiem palæ habet, latitudine uomeris cespites uersat. Oui. 1. Metamorph. Ipsa quoque immunis, rostroque intacta, nec ullis Saucia uomeribus, per se dabat omnia tellus. Cicero in Ant. ut Aratrum circumdueres, cuius quidem uomere portam Capuz pene perstrinxisti.
- VOMICÆ**, a, e, penultima correpta, *ὄμις*, abscessus internus, eopiosam euomens sanie: unde & nomen accepit. Cic. 2. de Nat. Deo. Nec prodesse uoluit Phæreo, Iasoni, qui uomicam eius aperuit, quam medici sanare non potuerant. Serenus: Sunt odio, quos dicit uomit natura, tumores, Vomica qualis erit, uel eidem proxima quædam, Plin. lib. 20. c. 12. Petroselinon præcipuum ad uomicas. Hinc Plaut. in Persa, non infestiuiter Vomica appellat crumentam nummis refertam, atque tumentem. Quid hoc, inquit, quod in collo tibi tumet? S. A. uomica est, pressare parce. Plinius libro 33. capitulo sexto. Per translationem accepit pro argenti uiui uena iugiter manante. Est (inquit) lapis in his uenis, cuius uomica liquoris æterni argenti uiuum appellatur, uenenum rerum omnium.
- VOMITO**, as, [Vomitare. Gal. Vomir. Hisp. Gomitir.] vomitio, onis, uomitus, us, & Vomitorius, a, um, uide in uerbo Vom.
- VOMIS**, miui, tum, [Vomitare.] *ὄμις*, per os eiicio. Cic. pro Deiotaro: Cum, inquit, post cœnam uomere te uelle dixisses, in balneum te ducere cœperunt. Virg. 9. Aen. Purpuream uomit ille animam. Hinc Vomito, as, frequentatiuum. Col. libro 7. capitulo 10. Quam cum pecudes biberunt, nausea correptæ uomitant, atque expurgantur. Vomitio, onis, cibi potusue per os eiectio, quæ uen-
- tricoli subuersione contingit. Plin. lib. 11. c. 53. Homini cibus utilissimus simplex. Aceruatio ciborum pestifera, & condimenta perniciosiora. Difficiliter autem perficiuntur omnia in cibus acrimia, & auide hausta: & æstate, quam hyeme, difficilium, & in senecta, quam in iuuenta. Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ, frigidiora corpora faciunt, iniunctæ oculis, maxime autem dentibus. Vomitus, tus, idem quod uomitio, Plin. lib. 20. c. 14. Mentastrum cum succo granati singultus & uomitus sistit, ut Democritus monstrat. Vomitor, oris, qui uomit. Plin. lib. 3. cap. 1. Non expedit uomitoribus sicut neque multum, neque sapa, neque passum. Vomitorius, a, um, quod uomitum ciet. Plin. lib. 21. c. 19. Hunc stomacho inutilem, & ideo uomitorium. Idem lib. 20. cap. 9. Bulbus quem uomitorium uocant ab affectu, folia habet nigra, ceteris longiora. Huius composita sunt, Conuomo, Euomo, & Reuomo, de quibus supra.
- VOPISCVS**, dicitur qui ex duabus conceptis, uno abortu excluso, ad partum legitimum ducitur. Quo cognomine dictus est Flavius historicus, qui Imperatorum uitas scripsit. Plin. lib. 7. c. 10. Vopiscos appellabant et geminis, qui retenti utero nascerentur, altero interempto abortu.
- VORAGO**, inis, secunda syllaba producta, [Voragine. baratro. Gal. Gouffre. Hisp. Tragadero.] *δραγώνημα*, *καταθρον*, locus immensa profunditatis, quidquid acciperet, deuorans, & propemodum inexplebilis. Cic. 1. de Druin. Qui cum per agrum Leontinum iter faciens, equum demisset in flumen summiuersus equus uoraginibus non exstitit. Virg. 7. Aen. Hic specus horrendus, & læui spiracula Ditis monstrantur, ruptoq. ingens Acheronte uorago. Curt. 1. 8. Imber uolentius, quam alias, fufos campos lubricos, & inequitabiles fecerat, grauesq. & propemodum immobilis currus illuuiæ & uoragine hærebant. Transfertur & ad hominem insigniter prodigium, cuius gula uel amplissimis patrimoniis in uentrem, tamquam in barathrum quoddam, coniectis expleri non potest. Cic. pro Sext. In meo periculo, inquit, gurgis & uorago patrimoniij, helluabere? Hinc Voraginosus, a, um, adiect. *καταδραγώνης*, quod est uoraginibus plenum. Hirt. 6. Bell. Hisp. Nam palustris, & uoraginoso solo curreat ad dextram partem.
- VORANVS**, Q. Luctatij furacissimus libertus, quem nummularius, nummos de mensa subtrahentem, & in calceos infarcientem deprehendit. Cœl. lib. 10. c. 49.
- VORAX**, cis, om. g. [Vorace, affamato. Gal. Gourmand, goulon, glouon. Hisp. Comilon, cosa que mucho traga.] *πολυφαγος*, multa absumens, inexplebilis edacitatis. Ouid. 15. Met. Nec, nisi perdidideris alium, placere uoracis, Et male morati poteris, ieiunia uentris. Charybdis uorax, *καταδραγώνης*. Cic. 12. Philip. Quæ Charybdis uorax tot res tam cito absorbere potuisset? Viura uorax. Lucan. lib. 1. Hinc ufura uorax, auidum si tempore fœnus, Et concussa fides, & multis utile bellum. Hinc Voracitas, atis, edacitas, inexplebilis edendi auiditas.
- VORAS**, [Diuorare, tranguggiare. Gal. Denorer, aueller sans mescher, engloner. Hisp. Tragar lo que no se mastica.] *σπάσκα*, cibum non confectum deglutio. Cic. 2. de Nat. Deo. Alia uorant, alia mandunt. Hinc per translationem Vorare, capitur pro auide sumere. Pla. in Truc. In terum ille Hamum uorat, si semel amoris poculum accepit mere. Cic. ad Att. lib. 4. Nos hic uoramus litteras cum homine mirifico (ita mehercule sentio) Dionysio.
- VORTEX**, icis, *τυφών*, flatus repentini generis, e sicca nube erumpens sine igne, eiusq. partem abruptam secum rapiens, eamque conuoluens, & nigrum uersans, ac pondere illo ruinam suam aggravans, & locum ex eo loco mutans rapida uertigine, non antennas modo, sed & nauigia contorta frangens. Ex Plin. lib. 2. c. 48.
- VOS**, uestrum, uel uestris, [Voi. Gal. Vos. Hisp. Vos.] *ὄμεις*, pronomen pluralis numeri, a Tus. Vosmetipsi, pro uosipsi. Cic. 4. Acad. Nos autem dicimus ea nobis uideri, quæ uosmetipsi nobilissimis philosophis placuisse conceditis.
- VOTIVS**, a, um, pen. produ. [Di uoto, uotino. Gal. Votif. Hi. Votiuo.] *ὄμις*, quod ex uoto dari promittitur. Hor. 1. Epist. 3. Pascitur in uestrum reditum uotiuua iuuenta. Ludi uotiuui, qui ex uoto fiunt. Solent enim in reip. periculis, aut principis aduersa ualitudine ludi uoueri, quos deinde uotis damnati ingenti cum apparatu faciunt, Plin. lib. 7. c. 48. Valeria Copiola Emboliaria reducta est in scenam, Cn. Pompeio, Q. Sulpicio Cos. ludis pro salute D. Augusti uotiuuis, annum centesimum quartum agens. Tura uotiuua, quæ uoti causa persoluuntur. Ouid. 3. Am. El. 12. Accipit ara preces, uotiuuaq. tura piorum. Legatio uotiuua, quæ uoti ergo suscipitur. Cicero ad Att. lib. 15. Uotiuua subzadi legatio ne tibi quidem placebat. Aliquando uotiuum, significat, quod uoto desideratum est, Apul. lib. 6. Tota ciuitas ad uotiuum conspectum estunditur. Uotiuæ aures, quæ cupiunt aliquid audire. Pla. in Casi. Aures uotiuæ si sunt, animum aduertite.
- VOTVM**, ti, [Voto. Gal. Ven. Hisp. Voto.] *ὄμις*, pronomine facta Deo. Cicero 3. de Nat. Deor. Nonne animaduertis ex tot tabellis pictis, quam

quam multi uotis uim tempestatu effugerint? Idem 1. de Legib. Diligentia uotorum facis in lege dicta est, ac uoti sponso, quo obligamur Deo: pœna uero uiolatę religionis iustam excusationem non habet. Virg. 8. Aen. Vota metu duplicant matres, propriisque periculo itimor. N. farium uotum, Cic. pro Cluen. Quinctiam nocturna sacrificia, quę putat occultiora esse, sceleratę eius precę, & nefaria uota cognouimus. Et quoniam quę magnopere desideramus adhibitis uotis a dijs petere solemus, factum est, ut Vota accipiamus pro optatis. Plin. epist. 4. 5. Hanc ego uitam uoto & cogitatione pręsumo; Vnde uoti compotem dicimus eum, qui desiderijum suum assecutus est. Et pro uoto succedere, id est, pro desiderio. Itam facere uota, pro optare. Cic. pro Milone: Vota enim fecerat is, ut in eos se potius mitteret quam in uestras possessiones. Nonnumquam tamen facere uota, idem est, quod mouere. Cic. de harusp. resp. Noltri imperatores maximis & periculosis bellis huc quę uota fecerunt, eaque in ipso Pessinunte ad aram principem persoluerunt. Voto aliquem fingere, id est talem fingere, qualem uel maxime optaremus. Plin. Epist. 112. Tibique, ut qui explorauerim, spondeo habiturum te generum, quo melior fingi ne uoto quidem potuit. Nuncupantur uota pro imperio, apud Cic. 6. Verr. id est, nominatum aliquid uouere quod re periculo liberata, sis persolutus. Voto teneri, est uoti ergo obligatum esse. Cic. Att. Sed iam quasi uoto quodam & promisso me teneri puto. Vota soluere, est ea, quę uouimus, prestare. Idem ad eundem. Vota reddere, apud eundem tertio de Leg. Liberare se uoto, est solutione eorum, quę uouimus eximere sese ab obligatione sponsonis dijs factę. Legimus tamen & liberare se uoti, pro uoto. Liu. 5. ab vrbe: Verecundiam non tulit senatus, quin sine mora uoti liberaretur. Reus uoti & Damnatu uoti, uide in dictionibus Damnatu, & Reus.

VOVO, ues, u, tum, [Far uoto, auotare. Gal. Vouer, faire uen. Hisp. Votar d' desfer.] ὄχομαι, ἐπαόχομαι, Deo aliquid sancte promitto, pro quo etiam dicimus, Vota facere, & Vota nuncupare. Liu. lib. 1. ab vii. In re trepida duodecim uouit Salios, fanaque Pallori, & Pauiori. Horat. 3. Carm. Ode 8. Voueram dulces epulas, & album Libero caprum. Ouid. 9. Metam. Vota puer soluit, quę femina uouerat Iphis. Votus, a, um, participium. Cicero 3. de Natu. Ad earum templa sunt publice uota, & dedicata. Liu. 4. ab vrbe. Ludi ab Decemuiris per secessionem plebis a patribus ex Senatusconsulto uoti, eo anno facti sunt. Vouere caput pro salute patrię, dixit Cicero 5. de Finib. pro, Se pro salute periculum obicere. Huius compositum est, Deuouere, de cuius significatione abunde multa dicta sunt suo loco.

VOX, uocis, [Voce, suono, dizione. Gal. Voix, son. Hisp. La uox, son.] φωνή, proprie dicitur sonus, qui ab animalis ore profertur. Est enim ἄνω τῆς εὐαί, quod est clamare. Cic. 2. de Nat. De. Vocis genera per multa, canorum, fuscum, lene, asperum, graue, acutum, flexibile, durum, quę hominum solum auribus iudicantur. Idem in Orat. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum qui maxime uoce commouentur. Mira est enim quędam natura uocis, cuius quidem et tribus omnibus sonis, inflexo, acuto, graui, tanta sit, & tam suauis uarietas perfecta in cantibus. De uocis quantitate, ac qualitate, uide Quintil. lib. 1. c. 3. Ouid. 2. Metam. Nec conata loqui est: nec si conata fuisset, Vocis habebat iter, saxum iam colla tenebat. Virg. 3. Aen. Sensit, & ad sonitum uocis uestigia torfit. Quintil. lib. 1. c. 3. Augentur autem, sicut omnium ita uocis quoque bonacura, & negligentia minuantur. Nonnumquam tamen Voces dicimus pro rerum etiam inanimatarum sonis. Virg. 6. Aen. de Orphei cithara: Nec non Threijcus longa cum ueste sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina uocum.

V A N T E R

VPILIO, onis, mascu. gen. [Pecoraro, Gal. Berger. Hisp. Pastor de ouejas.] positum est a Virgilio pro Opilione, causa metri, Eclog. 10. Venit & upilio, tardi uenere subulci. Est autem Opilio, uel Vpilio, ouiu cultor, ποιμήν.

VPUPA, æ, [Bulba,] ἔσφο, auis, cristis a capite exeuntibus galeata, in simo semper commorans. Plin. l. 10. c. 29. Mutat & upupa, ut tradit Aeschylus Poeta, obscœna alias pascu auis crista uisenda plicatili, contrahens eam subrigensq. per longitudinem capitis. Pla. in Cap. Vpupam pro metretice accipit. Idem (inquit) ut mihi aduenient, upupa, quę me delectet, data est.

V A N T E R

VRA, ἔρος, locus est in finibus Syrię Palmyrenę ad Euphratem fluuium, qui inde relictis Palmyrenorum desertis, in ortum reflectitur. Auctor Plin. lib. 5. c. 24.

VRACHYS, penultima correpta, ἔραχος, meatus est, proficiscens ex fundo uelicę fetus in utero existentis, lotium deferens in membranam ut in re recipiendę destinatam, quę a Medicis, ἀλλαντοειδής appellatur. Uide Galenum lib. 5. de usu partium, & in tractatu de confectione uulue.

VRAGYS, ἔραχος, ἀδής, Plutonis cognomen est, ab vrgendo (ut qui-

budam uidetur) impositum, quod omnium deorum maxime nos urgeat. Nos Gręcā uocem esse malimus. Apud illos enim ἔραχος, dicitur qui in acie extremam agminis partem ducit. Vnde non inuenit ad Ditem transferret, qui postremum humanę fabulę actum excipit.

VRANIA, æ, siue Vranic, es, ἑρανια, ἢ ἑραίν, una Musarum Iouis, & Mnemosynes filia, cui Astrologię inuentio tribuitur. Vnde & Vraniam dictam putant, quasi τῶ ἀστρολόγου, hoc est, sublimia speculantem. Ouid lib. 5. 1. aff. Excipit Vranie: fecere silentia cunctę. Cic. de Diu. Vrania Musa.

VRANOSCOPIVS, vranoscopi, ἑρανοσκοπός, piscis idem cum callionymo, sel habens præ grande, quo cicatrices, & excrescentes in oculo carunculę perianantur. Dicitur Vranoscopus ab oculo, quem in capite habet ita situm, ut eo cælum intueri uideatur. Vide Plin. lib. 32. cap. 7.

VRANVS, ἑρανος, pater Saturni quem Latini Cælum uel Cælium appellant: ex cuius uirilibus, a Saturno filio exectis, & in mare abiectis, nata est Venus, quę, ideo Gręcō nomine appellata est Aphrodite.

VRANOPOLIS, ἑρανοπόλις, urbs in finibus Macedonię ad radicem montis Atho, cuius meminit Plin. lib. 4. c. 10.

VRBANATIM, [Vrbanamente, ciuilmemente, modestamente. Gal. Vrbainement, avec modeste. Hisp. Cosa ciuile.] ἀσειώς, antiquis in usu erat pro Vrbane, hoc est, urbanorum more: sicuti contra Rusticitim, pro rustice, siue rustico rum more. Pomp. ad Non. At ego rusticitim tā. Gal. vrbanatim nescio.

VTRORUM, [Vtrare. Gal. Vtrare se feruit. Hisp. Vtrare de alguna cosa.] *ἡ ὕλη*, usum habeo. Et semper de rebus bonis ac necessarijs, nec non & diuinis, animatisque dicitur: ut, Vtrorū domo, diligentia, consuetudine, studio, & huiusmodi. Terent. Scio te non esse usum antea hac amicitia mea. Sed cum de personis loquimur, accipitur pro conuersari. Cicero Lent. Aulo Treb. Multos annos utro ualde familiariter. Vnde Vtrorū pro conuersatione, ut supra docuimus suo loco. Constituitur quandoque cum accusatiuo. Var. Vtile utamur potius, quam ab re abutamur. Plaut. in Asi. Cætera, quæ uolumus uiri, Græca mercamur fide. Ut potestate, Prætura, & eiusmodi ad questum, est ea exercere questus causa. Vtri re aliqua ad speciem, est quod barbari dicunt, habere, & ostendere pro monstra. Vtri inuidia minore dicitur, cui minus inuidetur. Vtri aliquo amico, est illum habere amicum. Terentius in Heaut. Mihi si umquam filius erit, næ ille facili me uretur patre, hoc est facili illi, & placabilis pater ero. Vtri ualitudine minus commoda, est subærotare. Vtri uia populi, est populi more cuiuslibet sententiæ sine ullo iudicio assentiri, & numero uocum, potius quam ueritati operam dare. Vtri ualitudine firma, est bene habere. Hinc Vtrendus, adiect. Ter. in Heaut. Quod illa ætas magis ad hæc utenda est idonea. Compositum eius est Abutor, pen-pro. hoc est, male utor: de quo uide suo loco.

VTRORUM, [Come, perche.] *ἡ ὕλη*, aduerb. confirmantis & causatiuum: significat enim quoniam, quandoquidem, nempe, quippe. Sal. in Cat. Antonius aberat a bello utpote æger, ac iacens. Suet. in August. Aedes sacras, uetustate collapsas, aut incendio abiumpas refecit, easque opulentissimis donis adornauit, utpote qui in cellam Capitolini Iouis sexdecim millia pondo auri, una donatione contulerit.

VTRORUM, [Si come.] *ἡ ὕλη*, quemadmodum, uerbi gratia apud Cicero nem, lib. 7. Epit.

VTRORUM, [Perche.] *ἡ ὕλη*, quamobrem, propter quid. Ci. At. Depugna potius, inquis, quam seruias: ut quid? si uictus eris, proscribe.

VTRICULARIUS, *ἡ ὕλη*, qui canit tibi infixis utriculo, quæ uocantur Tibiæ utriculares. Suet. in Ner. Vouerat se proditurum hydraulam, choraulam, & utricularium.

VTRICVLVS, [Redondello.] *ἡ ὕλη*, deminut. ab utre. Plin. libro 11. cap. 37. Fœminis eadem omnia, præterque uesciæ iunctus utriculus: unde dicitur uterus. Vtriculos item in farina uidetur Plin. accipere libro decimo octauo, quos Galli Cisalpini Redundagincm, in Venetia prouincia plerique. Subuentres uocant. Idem Plin. alibi Vtriculos uocat, quæ Græci, *δελφύς*, id est, feminum in frugibus inuolucra, & operimenta, quæ trita, & cribro excussa, Glumæ, siue Aucus dicuntur. Quinetiam prima illa florum germina, quæ ueluti quidam utriculi tument prius, quam flos arborum aperiat, utriculos uocat, lib. 16. c. 26.

VTRINQUE, aduerb. [D'ogni parte.] *ἡ ὕλη*, ab utroque latere, ab utraque parte. Cæsar septimo Belli Gallici: Multis utrinque interfectis.

VTRORUM, aduerbium: utram partem uersus. Plin. libro decimo octauo, capite 19. Id demum rite subactum erit, ubi non intelligitur utro uomer ierit.

VTRORUMQUE, aduerbium, [Ne l'un e l'altro luogo.] *ἡ ὕλη*, in utroque loco. Liu. 6. ab urbe: Ab duobus utrobique proditæ temeritate, atque incititia res.

VTRORQUE, [*Altum & Altero iugo*], ἐν τε ἄρα τε, ad utrumq. locum. Liu. 8. ab vrb: Vtrorque exercitus missi.

VTRUM, aduerbium, [*An*], modo interrogantis est, ἄρα, ἀλλοίως, ἀλλοίως, ἀλλοίως, ἢ πρότερον ἢ, Plautus: Vtrum id uerum putas, an non? Modo dubitantis. Seneca: Vtrum id nobis conueniat, animaduertendum. Fere semper habuit particulam An sequentem, licet sine ea aliquando inueniatur, sed raro. Idem autem significat, quod Num. Terentius in Phormione: Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia Dicam: scientem, an imprudentem, incertus sum. Cicero Lentulo: Multum interest utrum laus minuat, an salus deferatur.

VTR, [*Come si uoglia*], ἢ ποτε, utcumque, quocumque modo. Teren. in Adel. Imo hercle hoc quæso Syre, Vtr hæc sunt facta, potius quam lites sequar, Meum mihi reddat. Plaut. Merc. Verum hercle postremo, ut ut, non ibi tamen.

VUA, uua, [*Vua Gal. Grappe de raisin. Hisp. Vua*], σαρχή, fructus uitis, dicta ab uiuido. Colum. lib. 3. cap. 6. Nec tamen eam uitem feracem dixerim, cuius singula uua in singulis sarmentis conspicuntur. Cicero de Senect. Gemma, a qua oriens uua, se ostendit, quæ & succo terræ, & calore Solis augetur, primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. Virg. 1. Georg. Hic segetes, illic ueniunt felicius uua, id est, melius proueniunt. Ouid. 2. Amor. Eleg. 16. Terra ferax Cereris, multoque feracior uuis. Dicitur & de alijs fructibus, qui in morem racemi constant ex pluribus acinis conglobatis. Plin. libro 12. cap. 13. Amomi uua etiam in usu est. Aliquando ponitur pro uite. Virg. 2. Georg. Et turpes auibis prædam fert uua racemos. Est etiam Vua, pellicula quædam in fine palati dependens circa fauces, ut in hiante homine conspicitur: sic dicta, quia ut uua dependet, & humiditate uariatur, & est uocis moderatrix, & aliquando ad similitudinem uuae intumescit, cum uehementi inflammatione, ac dolore. Seren. Aegrescunt teneræ fauces, cum frigoris ora Vis subijt, uel cum uentis agitata aer Vertitur, atque ipsas flatus grauis inficit uuas. Sortitus autem hoc mali genus a duplici forma nomen duplex. Nam si tenerem habeat figuram, columnæ similitudine, Columella κίον, dicitur: Si uero in acini effigiem conglobetur, a Græcis, σαρχή, a nobis Vua appellatur. Dicitur etiam Vua de apibus, cum collectæ sunt, & in modum botri dependent. Columella libro nono, capite nouo: Cum examen glomeratum in proximo frondentis arbutusæ ramo confederit, animaduertito, an totum examen in speciem unius uuae dependeat. Plin. lib. undecimo, capite 17. Tunc ostenta faciunt, priuata ac publica uua dependente in domibus, templisque. Virgilius 4 Georgicorum: Et densis uuam demittere ramis. Seruius: Vuam demittere, id est, in morem uuae uel botryonis desthere.

VUEVS, aubi, [*Mof. Gal. Mosf. Hisp. Mosfo*], σαρούριος, quod ex uua fit ut, Succus uueus apud Poetas σαρούριος, pro uino ex uuis expresso.

VUA, co, uuefcis, [*Humett. arsi*], ἢ ἔχομαι, uuidus fio, humorem contrahit. Luc. 1. b. 1. Denique fluctifrago suspensæ in littore ueites Vuescunt, eadem cadenti.

VUIFER, uuifera, uuiferum, [*Chifa uua*], producens uuas, σαουλοφόρος, ut Gleba uuiferæ, apud Silium lib. 7. Et Massicus uuifer, apud Scatium 14. Syluarum.

VUIDVS, da, dum, [*Immo. Stoto. Cal. Moite, lumide. Hisp. Cosa lumbida, de mojada*], δρεοι, quod est humidum, pingue, quodque præcipue habet aliquid huiusmodi intrinsecus, unde & Vua dicta. Humidum, quod habet humorem extrinsecus. Columella libro tertio, capite secundo: Nisi præpingui & uuida terra. Virg. 10. Eclo. Vuidus hyberna uenit de glande Menalca. Vbi Seruius: Vuidus, pinguis. Plaut. in Rud. Sticcine hic cum uuida ueste grassabimur? id est, humore madente.

VULCANIVS, vulcania, vulcanium. Cic. Testus Vulcanijs armis, id est, fortitudine.

VULCANVS, [*Volcano*], ἢ Ἡρακλῆος, Deus antiquus putatus est ignis præses: unde & Vulcanus dictus est, quasi canis per aerem uolitans. Volat enim flamma, & candida est. Hic & Mulciber appellatur, quod ferrum mulceat. Filius fuit Iouis & Iunonis, qui a parentibus ob deformitatem (licet alii alias causas afferant) cælo deiectus est in Lemnum insulam, ubi ab Eurynome Oceani filia, & Tethide nutritus est: uel (ut alii uolunt) a simiis. Ea autem ruina, qua decidit de cælo, claudus factus est. Officinam habere fertur in Lemno una cum Cyclopiibus ministris, fingitur faber Deorum, quia Ioui fulmina, & Dijs arma aduersus gygantes fabricauit: nec tamen admissus est ad mensam Deorum: quinetiam cum Mineræ nuptias expetiisset, repulsam passus est, unde Vir. Ecl. 4. Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est. Aliam deinde sibi uxorem quærens, Venerem duxit: quam cum postea una cum Marte in adulterio deprehendisset, ambos inuisibilibus catenis ita colligauit ut neuter abire posset, donec ab omnibus Dijs, & Deabus uisi & derisi essent, ut supra de Marte annotatum est. Ab eo quiddam

artificiose fabricatum est, factum uolunt, ut monile Hermione, & Ariadnæ coronam, currum Solis, Achilles, & Aeneæ arma, & huiusmodi. Ponitur non raro pro ipso igni, quemadmodum Ceres pro ipsis frugibus. Hinc est illud apud Plautum in Amphit. Vulcanum in cornu portas, hoc est, ignem geitas in laterna cornea. Vulcani, inquit Cicero lib. 3. de Nat. Deo tuere complures. Primus Cælo natus, ex quo & Minerva Apollinem cum ortum uolunt, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse uoluerunt. Secundus in Nilo natus Opas, ut Aegyptij appellant, quem eundem esse Aegypti uolunt. Tertius e, tertio Ioue & Iunone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse. Quartus Mænali natus, qui tenuit insulas prope Siciliam, quæ & Vulcaniæ nominabantur.

VULCANALIA, orum, plu. nu. ne. gen. ἢ φαιστία, festa Vulcano dedicata. Col. lib. 11. cap. 3. Ceterum Augusto circa Vulcanalia, tertia fatio est.

VULCANIÆ, ἢ φαιστία, insulae septem Siciliae adiacentes, quæ & Aeoliæ dictæ sunt: quod Iliacis temporibus Aeolus in ijs putetur regnasse. Vulcaniæ autem idcirco dictæ, quod rerum omnium natura sulphurea sit, ignem per interualla, tamquam et fornacibus quibusdam euomens. Vide Plin. lib. 3. c. 8. & 9. Str. lib. 6. Cic. tam. lib. 3. de Nat. a Vulcano rege, Mænali filio, nomen accepisse tradit, qui ijs insulis post Aeolum creditur imperasse. Nomina earum sunt Lipara, Hiera, Strongile, Didyme, Etracula, Phœnicula, & Euenymos.

VULGA, quæ & Bulga, [*Bolgia Gal. Bouffe, bougette. Hisp. BOLA*], πῖρα, ἀσκηπῆρα, sacculus icoricus, siue ex alia materia, in quo pecuniam, aliæ itineri necessaria circumferimus. Ita dicta, quasi Volua, quod uiaticum inuoluit. Vulga (inquit Nonius) capacitas, uel sinus cum laxitate. Luc. lib. 2. In uulgam penetrare pilosam. Varro: Ut uiaticum ex arcua adderem in uulgam. Est & Vulga, siue Bulga, folliculus minor, siue crumena, e parte aliqua corporis pendens, gerendæ pecuniæ gratia. Lucill. 3. ut citat Nonius. Cui neque iumentum est, nec leuiss, nec comes ullus Bulgam, & quiddam habet nummorum, secum habet ille. Cum bulga cœnat, dormit, lauit. Aliquando ponitur pro uulua: & e contrario uulua pro sacculo. Idem lib. 26. Ita ut quisque nostrum e bulga est matris in lucem eductus.

VULGARIS, & hoc re, [*Volgare, uile. Gal. Volgaire, commun. Hisp. Cosa comua y de menosprecio*], ἐγκύκλιος, quotidianum, commune, protitum, peruulgatum, uile: cui opponitur Singulare. Cicero 2. de Inuent. Magua, an parua, facilia, an difficilia; singularia sint, an uulgaria: uera, an falsa. Horat. 2. Ser. Sat. 1. Ieiunus stomachus raro uulgaria temit. Cicero pro Ros. Amer. Denique nihil tam uile, neque tam uulgare est, cuius partem ullam reliquerint. Vulgaris uia, pro ratione trita, & consueta. Quintilianus: Simul ne uulgarem uiam ingressus, alienis demum uestigijs insisterem. Vulgares artes, quæ uulgo Mechanicæ dicuntur. Vulgaris forma, id est, quotidiana, qualis uulgo uideri solent. Plinius libro decimo, cap. 52. Nec uulgaris phticis forma quamuis non spectanda. Vulgaris puella, id est, uulgata, & uulgi libidini exposita. Ouid. 4. Fast. Numina uulgares Veneris celebrate puellæ: Multa professatum quæstibus apta Venus. Hinc Vulgariter, aduerb. trualiter, more uulgato, & consueto. Cic. lib. 13. Epist. Ut intelligeres, me non uulgariter, nec ambitiose, sed ut pro homine in hi perneccessario scriberem.

VULGO, [*Volgarmente, d'ogni banda. Gal. Diuulguer & publier par tout. Hisp. Diuulgar, de publicar*], πανδημει, passim, nusquam non, plerumque, & quod uulgo dicit, Communiter. Cic. 1. de Inuent. Deinde natura eius euenire uulgo solet, an insolenter & raro. Virgil. 3. Geor. Hinc laetis uituli uulgo moriuntur in herbis. Idem 3. Aen. Centum alii curua hæc habitant ad littora Vulgo Infandi Cyclopes, id est, passim. Ter. And. Verum illud uerbum est, uulgo quod dici solet, Omnes sibi melius malle esse, quam alteri. Vulgo concepti, siue uulgo quæstri, Plutarchus δ' πάρορες, dicuntur, qui patrem demonstare non possunt, uel qui possunt quidem, sed cum habent, quem alere non licet: qui & Spurius uocantur. Vlpianus l. 2. ad Tertullianum. Siue iniuste sint procreati, siue uulgo quæstri. Vulgo occidere, id est publice, passim. Cicero pro Ros. Amer. Eiusmodi tempus erat, inquit, ut homines uulgo impune occiderentur. Cæc. 2. Bell. Gall. Quod in Gallia a potentioribus, atque ijs, qui ad conducendos homines facultates habebant, uulgo regna occupabantur.

VULGO, uulgas, [*Diuulgare, manifestare, palefare. Gall. Diuulguer & publier par tout. Hisp. Diuulgar, de publicar*], διαρηνιζω, in uulgo enunzio, uulgo notum facio, famam rei alicuius dispergo, rem occultam in lucem profero. Virg. 10. Aen. Quid me alta silentia cogis Rumpere, & obducium uerbis uulgare colorem? Interdum Vulgare, est uulgi usui exponere. Cicero de harusp. respon. Natus in flumine uulgata omnibus, id est, omnium usui exposita. Vulgare corpus, est prostitueri, Liius lib. 1. Sunt qui Laurentiam uulgate

to cor-

in corpore Lupam inter pastores uocatum putent. Vulgare morbos, est morbum cōtagia in uulgus propagare. Liui. 3. ab Vrbe. Ministerioque inuicem ac cōtagio ipso uulgabant morbos. Cur. li. 9. cōtagium morbi etiam in alios uulgatū est. Vulgus, a, u, participium, seu nomē ex participio: ut, Vulgatus cibus, quo uulgus passim, & quotidie utitur. Plin. libro 13. capi. 23. Ibi & caparis firmioris ligni frutes, feminisq. & cibi uulgati. Virg. 1. Ae. Bellaq. iam fama totum uulgata per orbē, Li. 1. ab vrb. uulgator fama est, ludibrio fratris Remū nouos transtulisse muros. Quint. li. 2. c. 4. Nam quid hi possint in causis propriū inuenire, qui etiā in his, quæ sunt cōmunia & in plurimis causis tractantur, uulgatissimos sensus uerbis, nisi tāto, ante præparatis p̄seq. uerequeat? Vulgaturus, a, um, ut Littera uulgatura nefas. Claudian. 2. Paneg. Vulgator, oris, uerbale, id est, uulgator, enunciator: ut, Taciti uulgator, hoc est, Tantalus, qui deorum mensæ adhibitus, illorū arcana enūtiavit. Ouid. 3. Amor. Eleg. 7. Siccaret medijs taciti uulgator in undis, Pomaque, quæ nullo tempore tāgat, habet. Huius Composita sunt, Diuulgo, Euulgo, Inuulgo, & Peruulgo: quorū significata explicantur suis locis.

VULGVS, uulgi, masc. & nuu. gen. [Volgo, plebe.] οἱ πολλοὶ, τὸ πλῆθος, pars populi ignobilior, plebs: a uolucendo (ut quidam uolunt) homo men habēs, quod incōstanter, itulque huc illuc uoluatur. unde etiā Ignobile uulgus Virgil. appellauit 1. Aen. Scuitq. animis ignobile uulgus. Et 2. Aen. Et spargere uoces. In uulgū ambiguas: & quærere cōscius arma. Hor. 2. Ser. Saty. 3. Huic ego uulgū Eror similem cunctum insanire docebo, Salust. in Ingur. Alij uulgū effusum oppidum cedere, alij ad portas festinare. Ci. 5. Tusc. Vide ne plus cōmēdatio in uulgus, & hæc quæ experitur gloria, molestia habeat, quam uoluptatis. Vir. 2. Ae. Scinditur incertū studia in contraria uulgus. Vulgus de outbus dixit Vir. li. 3. Geo. Continuo ferro culpam compesce, prius quam Dira per incautū serpat cōtagia uulgus. Hinc Vulgiuagus, adiec. Luc. li. 4. Vulgiuagaq. uagus Venere. Id est festatus plebeiam, popularemq. Venerem, non certæ mulieris amore captus. Budæus.

VULNERARIVS, a, um, [Da ferite. Gal. Seruant à playes. Hisp. Pertene sciente a llagas.] adiec. τραυματικός, uulnerum fanandorum uim habens: ut, Vulnerarium emplastrum, quod uulneribus imponitur. Plin. lib. 23. ca. 4. Vulnerarijs emplastris utile. Idem lib. 34. cap. undecimo. Cruda autem ærugo uulnerarijs emplastris miscetur.

VULNERARIVS, rij, substantiuum, [Cirurgico. Gal. Chirurgien, medefin. Hisp. Cirujano.] τραυματικός, χειρουργός, curator uulnerum, chirurgus. Plinius libro 29. cap. primo. Ob id publice uulnerarium fuisse eum tradunt uocatum, mireque gratum aduentum eius initio.

VULNERO, as, [Ferire. Gal. Blesser, nuurer. Hi. Lagar herido] τιτρώσκω, ἔταζω, faucio, uulnus infligo. Cæf. 1. Bel. Gal. Et nonnulli inter carros, rotasque mazaras, ac tragulas subijciebant, nostrosq. uulnerabant. Cic. 3. Verr. Serui nonnulli uulnerantur: ipse Rubrius in turba fauciatur: Vulnerare uocē, id est, lædere, & uerbis offendere. Idem primo Cat. Et quos ferro trucidari oportebat, eos nonandum uoce uulnero: Vulnerari icū fortunæ, est ex fortunæ aduersitate mœstitia affici. λωπέδξ, Ouid. secundo: de Pont. Eleg. 7. Sic ego continuo fortunæ uulneror icū. Vulnerare aures nuntio, est tristi nuntio aures offendere. Virg. 8. Aenei. Grauior ne nūcius aures Vulnereret. Vulneratio, onis, uerbale. Cic. pro. Cæc. Sin autem uim sine cæde sine, uulneratione, sine sanguine nulla intelligetis, &c.

VULNIFICVS, a, um, [Che pro ferire.] τραυματοποιός, quod uulnus infligere potest. Virg. 8. Aeneid. Vulnificusque chalybs uasta fornace liquefcit.

VULNVS, huius uulneris, [Piaga, ferita, taglio. Gal. Vne playe. Hisp. Lagar herida.] τραῦμα, hians, patenque apertura corporis, icū aliquo inflicta. Liui. 4. Bel. Pun. Tandem uulneribus confectæ uirgines, cum omnia repleffent sanguine, exanimis corruerunt. Virg. 4. Aeneid. Infixum stridet sub pectore uulnus. Ouid. 5. Metam. Torquet in hunc hastam calido de uulnere raptam. Vir. 6. Aenei. & truncas inhonetto uulnere nates. Idem 4. Georg. Et corpora bello Obiectant, pulcrantque petunt per uulnera mortem. Per translationem accipitur pro angore animi, siue mœstitia, Virgilius duodecimo. Aer. Sic. exhortata reliquit Incertam, & tristi turba tam uulnere mentis. Oui. 1. Met. At. Cyane raptamque deam contemptaque fontis Iura sui mœrens, inconsolabile uulnus Mente gerit tacita, lacrymisque absumentur omnis. Aeternum uulnus pro æterno odio. Vir. 1. Aen. Tum Iuno æternum seruans sub pectora uulnus. Uulnus pro amore. Virgil. quarto Aen. At regia graui iam dudum faucia cura Uulnus alit uenis. Hoc est, Amoris dolorem ac molestiam fouet intra uenas. Sic Mutua uulnera dixit Ouid. 1. Metam. pro amore mutuo. Uulnus orbitatis, id est, dolor exorbitate. Quint. libro sexto. Illum enim, de quo sum ma conceperam, & in quo spem unicam senectutis reponebam,

repetito uulnere orbitatis amifi.

VULPECULA, culx, ἀλώπηκτις, demiu. utiuum a Vulpe. Hor. lib. 1. Epist. Foite per angustiam tenuis uulpecula riparia Repserat in carne ram frumentum.

VULPES, huius vulpis, [Volpe. Gal. Vn regard. Hisp. La rapax, λέρρα.] ἀλώπηξ, animal ferum, singulari altutia nulli non notum, cuius naturam explicat Plin. libro 10. cap. 63. Dicta Vulpes (ut putat Varro) quæ si uolipes, a uelocitate pedum. Horatius libro primo Episto. Olim quod uulpes ægrotio cauta leoni Respondit, referam. Persi. Satyr. 5. Astutus uapido seruas sub pectore uulpem. Quam facile uulpes pyrum comedit: prouerbium de re admodum facili. Plautus Most. Tam facile uinces, quam uulpes pyrum comedit. Nihil enim negotii est Vulpi dentatissima pyrum edere. Vide Chil.

VULPINVS, a, um, [Di uolpe.] πε. p. ἀλώπηκτις, quod pertinet ad Vulpem. Suet. Vbi leonis pelus deficit, uulpina insuenda est. Plin. lib. 28. c. 11. Vulpinam linguam habentes in armilla, lippitinos negant. Aliquando ponitur pro astuto, Plaut. Vulpinus animus, ne quid moliatur mali.

VULPINOR, p. p. vulpinaris, [Vulpinare. far in modo di uolpe.] ἀλωπεκτικός, mendacis, ac fraudib. uera peruerto, siue effugio. Iacuum ab intorto uulpium cursu, ut placet Nonio. Var. in Mysterijs, Vulpinare modo, & concursu, qualibet erras.

VULSINI, siue Volsinij Plinio, Volsinium Ptolemæo, ἐνδσίονος, Etruria oppidum mediterraneum, olim locupletissimum, sed postea fulmine totum concrematum: ut refert Plin. lib. 2. c. 52. Hodie Bolsennam uocant. Huic oppido adiacet lacus, qui ab eo Vulsinientis dicitur: cuius meminit Col. lib. 3. cap. 26.

VULSVRA, ra, a uulsum supino uerbi Vello, τιλμός, τίλισ, ipsa uulso. Var. 2. de re ru. cap. 11. Lanam tonsam & conglobatam alii uel lera, alij Vellumina appellant: ex quorum uocabulo animaduerti licet, prius lanæ uulsuram, quam tonfuram inuentam.

VULTVRIS, [Auoltore. Gal. Vn ueaultore. Hisp. El bueytre.] γυψ, auis est rapax, & carniuora: ita dicta, quod propter magnitudinem corporis tarde uolet. Refert Plin. lib. 10. c. 6. ex Vmbriici Aruspici sententia: uultures biduo triduo uere ante eo congregari, ubi futura sunt cadauera. Mirum enim in modum corporibus iam putrefactis delectantur. unde non inueniunt ex Græcis nonnullis τάρπες ἐμφύχαις, appellantur, hoc est, sepulchra animata. Liui. 7. Bell. Puni. Vulturemque frequenti foro in tabernaculum deuolasse. Virg. 6. Aeni. Rostroque immanis uultur obunco Immortale iecur tendens.

VULTVRIS, cis, [Auoltore.] γυψ, antiquis in usu erat pro aue ea prægradi, quæ nobis duabus litteris subtractis Vultur dicitur. Ennius. Vulturis in sylus miserum mandebat hominem.

VULTVRIS, rij, [Auoltore.] γυψ, auis eadem, quam nos Vultur em dicimus. Lucr. lib. 4. Mellis apes, quamuis longe ducatur odore, Vulturij. cadaueribus. Pla. Truc. Ij quasi uulturij triduo prius prædi uinabant, quo die esuriturū sient. Et quoniam hæc auis rapax in primis esse traditur, & carniuora, factum est, ut homines insatiabilis rapacitatis Vultures appellemus, Cicero pro Sextio: Exierunt malis omnibus atque execrationibus duo uultures paludati. Intelligit Gabiniū & Pisonem eos. inimicos suos, prouinciarum (ut sæpe eos nominat) uoragines. Vulturis pro certo tali latere. Pla. Cur. Prouocat me in aleam, ut ego ludam: pono palium. Ille suum anulum opposuit inuocat Planchium: iacit uulturios quattuor. Talos arripio: inuoco almam meam nutricem. Heren. iacit basilicum.

VULTVRINVS, a, um, [Di auoltore.] pen. p. γυψίος, quod est Vulturis. Plin. 1. 30. c. 4. Vulturinus sanguis cum chamæleontis albz. (quam herbam esse diximus) radice, & cedria illitus, lepras sanat. Vulturina species apud eundem lib. 10. c. 3.

VULTVRNVM, βύλτερνον, oppidum Campanorum est, a Vulturno fluuii, qui ipsam præterfluit, dictum. Est autem Vulturnus fluuius ille, qui per Capuam fluit, & circa Cumas in mare illabitur. Pomponius Mela libro secundo. Vulturnus amnis. Vulturnum oppidum. Est & Vulturnum Etruscorum oppidum, teste Liui. lib. 4. ab Vrbe.

VULTVRNVS, ἄρπος, uentus, qui ab Oriente hyberno spirat, ut ait Plin. lib. 1. cap. 47. Dicitur uulturis a uolatu (ut quidam aiunt) quoniam alte resonat. Hoc nomine etiam dicitur est fluuius, qui per Capuam labens, haud longe a Cumis inergitur: cuius meminit Plin. lib. 3. c. 5.

VULTVOSVS, a, um, [Tristo.] ποταπάδης, uultuosa pronuntiatio quæ fit uultu mimica quadam gesticulatione ad orationem composito. Cicero in Orat. In quo cum effeceris, nequid ineptum figant uultuosum. Quint. lib. 11. capit. ultimo: Quare non immerito reprehenditur pronuntiatio uultuosa, & gesticulationibus molesta, & uocis mutationibus resiliens. Vultuosa fions apud Apuleium pro tetrica legitur, & ad seueritatē exposita. At enim lib. 3. Met. Longe dissimilis aduenit, non læta facie sed uul-

tuosa fronte rugis insurgentibus asseuerabat.

VULTVS, huius uultus, [Volto, faccia. Gal. Visage, visaire, trougne, face. It. sp. Car. el gesto de la cara, la faz.] προσωπον, proprie dicitur habitus siue status faciei, qui pro animi affectibus alius, atq. alius ostenditur. Dicitur Vultus a uerbo uolo, dicitur a Coio Cultus. Cicero in Pis. Non enim nos color ille feruili, non pilosæ genæ, nõ dentes putridi deceperunt: oculi, supercilia, frons, uultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudent homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus, decepit, &c. Cicero 3 de Or. Imago animi, uultus est: indices oculi. Pl. lib. 7. c. 19. Socratem clarum sapientia eodem semper usum uultu nec aut hilari magis, aut turbato. Cic. pro Cluen. Recordamini faciem atque illos eius factos, simulatq. uultus. Apud Poetas tamen non raro Vultus accipitur pro facie. Mart. lib. 1. Dum nulla teneri sordent lanugine uultus. Ouid 13. Met. Quid moror interea crudelia uulnera lymphis Abluere, & sparsos immiti sanguine uultus? antiqui protulerunt Vultum, neutro genere, quod & Nonius annotauit. Ennius: Auersabantur semper nos, nostraq. uulta. Lucr. lib. 4. Sed quod uultusq. figuræ esse uides multum referentes uulta parentum. Huius demutuum est Vulticulus, quo usus est Cic. ad Att. lib. 14. Nõ re Bruti nostri uulticulus ab ista oratione deterret?

VULVA, e, [Matrice. Gal. L'auilla matrice. Hisp. Viente donde conciben las sembras.] Δελφύς, uulua, utriculus ille in foeminis, in quo foetus fit conceptus. Dicitur Vulua, quasi uolua, quod foetus ea inuoluatur. Proprie autem uulua est brutorum animalium: uerum autem mulierum. Plin. lib. 11. cap. 37. Foeminis eadem omnia præterquam uesciæ iunctus utriculus: unde dicitur uterus: quos alio nomine Locos appellant: in reliquis animalibus Vuluam. Vuluam suillam Romani in delirijs habuere, præsertim eiectionem. Nam quæ effertis a partu eximiebatur (quam Porcariam uocabant) tanquam liuida & macra reiciebant. Plinius loco iam citato: Vulua eiectione partu melior, quæ edito. Eiectionia uocatur illa, hæc porcariæ, primiparæ suis optima. Contra effertis a partu, præterquam eodẽ die suis occisæ, liuida ac macra. Nec nouellarum suum præterquam primipararum probantur, potiusque ueterum, nec dum effertarum, & biduo ante partum, aut post partum, aut quo eiecerint die. Mart. Te fortasse m. igit capiet de uirgine porca: Me materna graui de sine uulua capit. Quandoque accipitur uulua, pro ore uulua, hoc est, pro ipso pudendo muliebris. Iuu. Sat. 6. Adhuc ardens rigidæ tentigine uulua. Plin. quoque boletorum præruptum in oui speciem, album illud inuolucrum Voluam nuncupat. Plin. lib. 22. c. 22. Voluam enim terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in uolua ceu in ouo est Luteum.

V A N T E X

VXAMA, oppidum Hispaniæ citerioris, in tractu Areuacorum: ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3. Ptolemæo Vxama, ὄρχαμα, appellatur libr. 2. cap. 6.

VXELLA, insulæ Britannicæ urbs in tractu Damonijs, ut scribit Ptol. lib. 2. c. 3.

VXOR, vxoris, [Moglie, mogliere. Gal. femme mariée. Hisp. Mujer casada generalmente.] γυνή, quæ uiro tradita est. Terent. in Adelph. Vxor sine dote ueniet. Cic. pro Sext. Duxit uxorem patre uiuo uiri optimi & calamitosissimi filiam, C. Scipionis. Idem 2. de Orat. Ex tui animi sententia tu uxorem habes? Hor. 1. Epist. 2. Queritur argentum, puerisque beata creandis Vxor. Dicitur autem putat Vxores Seruius, quasi Vnoxores ab Vngendo, quod antequam limen mariti transirent, postes auerruncandorum malorum causa ungerent. Verba eius sunt hæc in lib. 4. Aenei. Mos erat, ut nubentes puellæ, simul cum uenissent ad limen mariti, postes antequam ingrederentur, ornarent laneis uittis, & oleo ungerent: & inde Vxores dicitur sunt, quasi vnoxores. Plin. quoque lib. 28. cap. 9. scribit nouas nuptas mariti domum intrantes, solemne habuisse, lupi nõ adipe postes inungere.

VXORCVLA, l, e, γυναικάριον, γυναικίδιον, demin. ab uxore blandiendi gratia deductum. Plaut. Casina: Eia vxorcula.

VXORIVS, a, um, [Della moglie,] γυναικίδης, quod est uxoris, uel quod ad uxorem pertinet: ut, Res uxoria. Cic. 3. Offic. In arbitrio rei uxoria melius, æquius. Tac. lib. 3. Quod honestius, quam uxoria leuamentum. Oui. 2. de Arte: Hoc decet uxores: dos est uxoria lites. Vxoriam forma, a Phauricino apud Gell. lib. 5. cap. 11. vocatur forma media inter pulcherrimam, & deformissimam, quæ sci licet & nimis pulchritudinis periculo, & summo deformitatis odio uacat: quam Ennius & in Menalippa Statam formam appellat. Aliquando Vxorius, γυναικίς, dicitur, qui vxori nimis inseruit. Virg. 4. Aen. Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas pulchramq. vxorius urbem Extruis.

VZITA, ὄπιτα, urbs Africæ, proprie dicitur sub Hadrumeto sita, iuxta quam Cæsar uicit Scipionem. Vide Strabonem lib. 13. & Ptolem. lib. 4. cap. 3.

LITTE R A, semiuocalis est, ξ, quæ uim duplicis consonantis habet, pro quo modo es, modo gs, primitiue utebantur, ut Apes Gregs: pro quibus nunc Apex, Grex dicimus. Quint. lib. 1. c. 4. Et nostrarum ultima X, quæ tamen carere potuimus, si non quædissimus. Latini hoc elementum, quod uastioris soni uideretur, quibusdam dictionibus exemerunt: unde pro uexillo Vexillum, pro axilla Alam, pro paxillo Palum dicere maluerunt. Quod & ipsum testatur Cic. in Or. ad Brut. Quemadmodum (inquit) Axilla no ter Ala factus est, friga uastioris litteræ: quam litteram etiam e maxillis, e taxillis, & uexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Contra Actici exactissimi elegantissimæ omnis iudices sæpe repudiato, eandem tamquam soni amabilioris, temperatorisq. fulsuri, sunt amplexi. Nam & ἑμιπορά, & ἑμιβλάειν, & ἑμιβλαύειν, dicunt, pro quibus communis lingua συμφορά, συμβάλλειν, & συμβλαύειν, agnoscit. X littera apud ueteres, quemadmodum etiam hodie apud nos, nota fuit numeri denarii, quemadmodum & V, quæ dimidiata pars est litteræ X, nota est numeri quinary. Hinc factum est, ut in uetibus codicibus hæc nota aliquando inueniatur pro denario Romano, hoc est, pro genere unumfatis, quod quatuor ualebat nummis sceleris. Plin. lib. 12. c. 12. Quod in minore folio est, Mesolphærum appellatur, emitur x. l. x. Laudatissimum microsphærum e minimis folium, pretium eius x. l. x. x.

X A N T E A

XANTHES, es, ξανθη, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, a xuso, siue flauo colore dicta, Hesiodus in Theogonia: Περσίδης, Ἰαθώρας, Ἀκάνθη, Ξανθη τε. Xante item appellata fuit Asia regio, quæ postea dicta fuit Troas, aut auctor est Steph. in dictione Troas.

XANTHENES, ξανθίνης, gemma quædam in Media nascens, electri colore, & si quis terat id uino palmeo, & croco, caræ modo lentescens odore magnæ suauitatis, ut ex sententia Democriti refert Plin libro 37. capit. decimo: Quamquam in plerisque Plinij codicibus Zanhenes legatur per Z, in capite, corrupte, ut arbitror, præsertim cum a flauo electri colore nomen uideatur accepisse.

XANTHICVS, ξανθικός, Aprilis mensis Hebræorum lingua appellatus est.

XANTHICLES, ξανδικλῆς, unus ex ijs ducibus, qui reliquias exercitus Cyri minoris, una cum Xenophonte domi reducendas susceperant: hic postea, quod minas uiginti ex publica pecunia suppreffisset, damnatus est repetundarum. Auctor Xenophon, ἀνασσεως κέρως, lib. 5.

XANTHIS, ξανθίς, Thraciæ populi, apud Stephanum, & Strabo libro decimotertio.

XANTHII ξανθίαι, Lyciæ populi, quorum urbem Xanthum nomine, cum Harpagus Cyri præfectus obsideret, illi uxores liberisque cæteraque, quæ carissima habebant, in arcem coegerunt, igneque subiecto cremauerunt: deinde aduersus hostes eruptione facta, strenue pugnantem ad unum omnes interiit. Auctor Herodotus l. 1. Xanthii præterea populi fuerunt Scythiæ, ex genere Daarm ultra Mæotim incoleantes, qui iidem & Parri dicuntur. Auctor Str. lib. 11.

XANTHION, ξανθίων, herba est ex Lapparum genere, quæ alio nomine Philanthropos, & uulgo Lappa minor appellatur. Xanthion autem appellatum putatur ab effectu, quod eo resurunt capilli. Vide Diosc. lib. 4. c. 122.

XANTHIVS, ξανθίος, Bæotius quidam fuit singulari corporis robore, qui exorta inter Athenienses & Bæotios de Celænarum agro controversia, Thymæten Atheniensium regem ad singulare prælium euocauit: cuius uicem excipiens Melanthus quidam Messenius, a Dionysio (ut uolunt) adiutus, illum superauit. Ferunt enim Melantho usum fuisse, quod Xanthium quidam a tergo sequebatur, nigra pelle caprina indutus. Quo nomine cum illum accusaret, quod altero comitatus in prælium descendisset, admiratus Xanthius, quid nam accidisset, quisue is esset, qui a tergo sequebatur, cum respicere conaretur, corpus hosti adue: si m nudumq. præbuit, qua occasione usus Melanthus, incautum gladio transiecit. Auctor Suidas.

XANTHIPPE, ξανθίππη, nomen uxoris Socratis Philosophi, supra modum morose & iurgiosæ; cuius tamen morositatem Socrates mira patientia tolerauit; rogatusq. ab Alcibiade, cur mulierem tam molestam domo non exigeret? Quoniam (inquit) dum domestalem perpetior, insulesco & exerceor, ut cæterarum quoq. foris petulantiam, iniuriamque facilius feram. Hæc Gell. lib. 1. cap. 17. Vide plura in dictione Socrates.

XANTHIPVS, ξανθίππος, Lacedæmonius quidam fuit rei militaris peritissimus, qui a Carthaginensibus excitus, exercituiq. præpositus

rus, Attilium Regulum consulē in Africa bellum gerentem infidjs circumuentum unum cepit.

XANTO, *Ξανθός*, una ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. Vir. libr. 3. Geo. Drynoque. Xantoque, Lygeaque, Phyllococque. Hesiodus in Theogonia Xanthen appellat.

XANTHOS, *Ξανθός*, gemmæ nomen, quæ in India reperitur, e fulua candidans: de qua Plin. lib. 37. c. 10.

XANTHVS, *Ξανθός*, fluius Troadis, idem cum Scamandro ita dictus, teste Aristotele de Histo. animal. lib. 3. quod ouium uellera rufo in ficiat colore. *Ξανθόν* enim Græci dicunt, quod nos rufum aut flauum. Virg. 1. Aene. Ardentesque auertit equos in castra, prius quâ pabula gustassent Troiæ, Xanthumque bibissent. Xanthus antiquus rerum Lydorum scriptor: Lydusne, an Sardinia fuerit, Strabo se dicit incertum habere. Suidas Lydum eum dicit e Sardinia ciuitate fuisse, scripsisseque historiam Lydorum li 4. Xanthus alter poeta melicus commemoratur ab Aeliano. Est item Xanthus Lyciæ fluius duobus fontibus e Cadmo monte nascens, & non procul a nominis sui urbe in Lycium mare se exonerans. Hoc præterea nomine fuit unus ex equis Hectoris, cuius meminit Hom. 13. Iliad.

X A N T E I

XENARCHVS, *Ξενάρχης*, comicus poeta, cuius fabulas commemorat Athenæus li. 2. Dipnosophitarum. Xenarchus alter e Seleucia Cilicie peripareticus, docuit Alexandræ primum: deinde Romæ Arii Philosophi, deinde Cæsaris Augusti usus amicitia, usq. in senectutem in honore habitus. Denique paulo ante mortem usq. orbatus diem obiit. Strabo lib. 14.

XENIBALNEAE, Romæ fuerunt, ab hospitalitate (ut uidetur) ita dictæ: nam *Ξένος*, Græcis idem est quod hospitalis. Haram meminit Cicero pro M. Cœlio. Sed ut uenenum (inquit) cum a Lacinio traderetur manifesto comprehendi posset, conlittui locum iussit. balneas Xenias, ut eo mitteret amicos, qui delitescerēt: deinde repente, cum uenisset Licinius, uenenum traderet, profilirent, hominemque comprehendere.

XENIVM, *Ξένιον*, munus hospitibus dari solitum. Vnde Mar. librū decimum tertium in quo eiusmodi munera ditichis describit, quæ lia hospitibus mitteri solent, Xenia nominauit, quod uersus ipsos pro xenis mitteret, quod & ipse testatur primo statim epigrammate. Huius diminutium est Xeniolum, paruâ xenium. Apuleius Comnodum meridies accesserat, & mittit mihi xeniola porcum opimam, & quinque gallinulas, & uini cadum iam ætate preciosum.

XENIVS, *Ξένιος*, Iouis cognomentum apud Græcos, teste Dionysio, quem Latini, uerbo ex uerbo expresso, Hospitalem uocant. De hoc intelligendum est illud Virgili 1. Aene. Iuppiter hospitibus nam te dare iura loquuntur.

XENOCLESIS, *Ξενοκλής*, orator clarissimus, patria Adramytenus, qui Mithridatici belli tempore accusatus, quod in regem propensior fuisset, causam non modo suam, sed & totius Asiæ magna cum laude in senatu egit. Auctor Sta. lib. 13.

XENOCRATES pen. cor. nomen philosophi Chalcedonii, auditoris Platonis, qui in Academia Speusippo successit, & uiginti quinque annis docuit. Acuit tardis ingenio, adeo ut cum illum Plato Aristi reli compararet, alterum fræno, alterum calcaribus indigere dicebat. Hic philosophorum seuerissimus fertur extitisse, & aduersus omnem uoluptatum titillationem prorsus inuictus. Cuius rei abun de magnum illud præbuit argumentum, quod Phrynen formosissimam eius ætatis meretricem, a discipulis in lectulum suum submissam, & sese ad concubitum modis omnibus sollicitantem, intactam tamen dimiserit. Vnde & Phrynen ipsam postridie rogantibus iis, qui illam submiserant, dixisse ferunt, cum statua sese nõ cū homine cubuisse. Grauitati uero eius & fidei tantum tribuerunt Athenienses, ut cum iniurati nullius testimonium admitterēt, huic soli iniurato credere. Missus ad Philippum legatus, cum collegas humaniter accipi uideret, muneribus ornari, & conuiuui adhiberi: sese autem, qui legationis eius princeps erat, uix in conspectum admitti, quod Macedonum rebus semper esset aduersatus, conuersus ad socios Xenocrates, beneficium accipere dicit, quod sese unum Philippus suæ in Athenienses ingrati tudinis & perfidie testem uereretur. Alexandri quoque munera fortissimo animo contempsit: regibus iniquens, non philosophus opus esse pecunia. Obiit secundo & octogesimo ætatis suæ anno cum noctu forte in fartaginem offendisset. Auctores Laertius & Suidas. Xenocrates alter philosophus, modestia nihil superiore inferior, scripsit, *οἰοσκοπικόν*, id est domesticum auspicium, cum scilicet, aut mu stella, aut serpens, aut his similia in domo apparent, quid portendere soleant. Suid.

XENODOCHIVM, [*Hospedale. Gal. la mayson du Dieu, l'hospital. Hisp. Hospital.*] penul. pro *Ξενοδοχείον*, locus publicus, quo hospites, id est peregrini excipiuntur: quod genus Hierosolymis primum ab Hyrcano extructum fuisse, auctores sunt Iosephus, & Hege-

sipp. 15. Hieronymus: Xenodochium in portu Ro. situm totus pariter mundus audiuit.

XENON, *Ξένων*, pictor Sicyonius, Neoclis discipulus: cuius meminit Plin. lib. 35. c. 11.

XENOPAROCHI, *Ξενοπαρόχοι*, iidem qui & Parochi, qui legatis Romam missis, cæterisque alicuius dignitatis hospitibus, sale & ligna præbebant: unde & nomen acceperunt. *παρά τὸ τοῖς ξένοι τὰ ὀπιτήδεια παρέχειν*, quod hospitibus necessaria suppeditarent. Arcadius ti. de Munerib. 1. Munerum, Tabularij (inquit) uel xenoparochi, ut in quibusdam ciuitatibus, &c.

XENOPHANES, p. c. *Ξενοφάνης*, Philosophus Colophonius, Dexi, siue (ut Apollodorus maualt) Orchomenis filius, Archelai auditor, qui contra Homerum & Hesiodum elegias scripsit & Iambos, irridens ea, quæ deus sunt commenti. De substantiam, rotundam esse sensit, nihilque eum hominibus habere commune, totum cer nere, totumque audire, unum esse omnia, mentem, prudentiam, æternitatem. Auctor Laertius. Eiusdem meminit & Cicero 3. Aca. Xenophanes (inquit) paulo etiam antiquior, Vnum esse omnia tradit, neque id esse mutabile, & id esse Deum. Fuit & alter Xenophanes ex Lesbo insula, Poeta Iambicus: ut refert idē Laertius.

XENOPHILVS, p. c. *Ξενοφίλος*, nomen Musici Chalcidenfis, philosophi Pythagorici, de quo Valeri. Max. Biennio minor, quam Gorgias, qui centum & quinque uixit annos, Xenophilus Calcidenfis Pythagoricus fuit, sed felicitate non inferior: si quidem (ut ait Aristoxenus Musicus) omnis incommodi humani expertus, in summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est. Eundem & Plinius rara inter felicitatis exempla commemorat lib. 7. cap. 50. Ergo pro miraculo (inquit) & id solitarium reperitur exemplum Xenophilum Musicum centum & quinque annis uixisse sine ullo corporis incommodo.

XENOPHON, *Ξενοφών*, nomen Philosophi, & ducis insignis Atheniensis, qui Socratis discipulus, & Platonis æmulus fuit, speciosus, moratus, & omnibus gratus: tanta uero eloquentia, ut Musa Attica a nonnullis fuerit appellatus. Insinuatus in Cyri minoris amicitia, cum eo militauit: eoque in acie cæso, exercitus reliquias ex ultimis Babylonis sinibus per aspera, & difficillima itinera, incolunt in patriam reduxit. Scripsit Cyri maioris Pædian, non tam historice seruiens ueritati (ut inquit Cic. lib. 2. de Ora.) quam ut ab solutum institueret ducem. Præterea Cyri minoris expeditionem aduersus Artaxersem fratrem: De rebus Græcorum libros sex, Symposium, Oeconomicum, a Cicerone, teste ipso Latinirate donatū. Ad hæc de re equestri, de uenatione. Socratis Apologiam. aliaque nonnulla, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. Tres alii præter hunc Xenophontes commemorantur a Suida: quorum primus Antiocheus fuit, qui Amatoria quedam scripsit, quæ Babylonica appellauit. Alter Ephesius, qui & ipse Amatoriarum narrationum libros decem scripsit, quæ Ephesiaca nominauit. Tertius Cyprius, qui & ipse Amatoria quedam edidit de Cynira, Myrrha & Adonide: quæ Cypriaca nominauit. Laertius septē commemorat Xenophontes, quorum nomina & scripta uide apud ipsum.

XERA, *Ξερα*, urbs prope Herculis columnas. ut ex Theopompi sententia refert Stephanus.

XERAMPÉLINVS, color, [*Rosa secca*], *Ξεραμπελίον χροῖμα*, medius est (inquit Probus) inter coccinum, & muriceum, quo matrone peculiariter uti solent: Dicitur Xerampelinus a siccis uitium foliis, quæ eius fere sunt coloris, *Ξηρόν*, aridū est, uel siccū, & *ἀμπελος*, uitis. Vulgo color sicca rosa, dicitur. Hinc Xerapelinæ uestes dicuntur, quæ hoc colore tinctæ sunt. Iuue. Sat. 6. Et xerapelinæ uestes donauerat ipsi. Has nonnulli Atrabaticas uocant, alij Atrabaticas, ut quibusdam placet. Vide Thyesium in Tractatu de Coloribus, & Cœlium Rodig lib. 16. cap. 10.

XERIA, *Ξερα τὰς*, emplastra sicca: sicut Hygremplastra uocantur liquida emplastra.

ZEROLEPHIA, *Ξερολοφία*, unctio sicca, hoc est, quæ fit citra lauacionem: Contra quæ post lauacrum adhibetur, *Hygaloφία*, *ύγραλοφία*, appellatur.

XEROLIBYA, *Ξερολιβύα*, Libya sicca, hoc est, pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam deserta: quam Virg. lib. 4. Ae. uocat se gioueni sui desertam.

XEROLOPHVS, *Ξερόλοφος*, tumulus fuit Constantiнопoli, cochleas se decim, & Dianæ columnam struilem, & tripodes habens, in quibus Epigrammata solent inscribi. Qua uoce utitur Iustinianus C. de pub. iud. etiam si Alciatus uocem adulterinam esse putauerit. Meminit huius tumuli Suidas, & Priscianus, qui lib. 2. de accidentib. litteræ, Epigrammata quedam se legisse testatur Byzantij in Xerolopho, in uetustissimis tumulis inscripta.

XEROMYRVM, *Ξερόμυρον*, unguentum est siccum, ut Hygromyron, *ύδρομυρον*, liquidum, scæniarum auribus expetitum.

XEROPHTHALMIA, *Ξεροφθαλμία*, arida lippitudo, cum nec tument nec fluuat oculi, sed rubent tatum, & pruritu infestantur, & noctu

prægravi Pituita inarescunt. Vide Celsum li. 6. ca. 6.

XERXENA, *Ξερξηνή*, minoris Armeniae regio, ita dicta a Xerxe, quæ admodum a Cambyse Cambysene. Auctores Stephanus, & Strabo libro undecimo.

XERXES, *Ξέρξης*, Persarum rex fuit, filius Darij, & Cyri ex Atosa filia nepos, qui c. lxx. hominum myriadibus, hoc est, decies septies centenis millibus per totum quinquentium contratis, Græciæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam cum ex editore specula aspexisset, teneriter fertur lacrymasse, quod post centum annos ex tanto hominum numero nemo esset superstiturus. Tantum autem habuit nauium apparatus, ut totum Hellepontum operiret, & Asiam Europæ ponte coniungeret. Athon præterea montem, teste Plin. lib. 4. cap. 10. a continente abscidit. Victus denique apud Thermopylas a quatuor hominum millibus, nauale quoque certamen cum Themitole tentauit: a quo similiter apud Salaminem superatus cum antea tota maria classe iteraret, uix paruula cymba effugit, relicto Mardonio præfecto, qui & ipse re in Bœotia infeliciter gesta, cum paucissimis in Persidem se recepit. Dum cum se ocio, locordiazque relicta militia tradidisset, præmium, genus luxuriam nouam inuenientibus proposuit, ut scribit Valerius. Quamobrem a suis spreus, paucis post annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, cum regnauit annis octo. Vide hæc latius apud Iustinum Trogi abbreviatorem. Xerxes alter pictor Heracleota, Venerè adeo pulchram pinxit, ut ex ea quæstum magnum faceret, pretio accepto ab his, qui eam uidere cupiebant. Itaque Græci lepido cauillo Venerem amicam Xerxis uocitabant, quod ex eius lenocinio quæstum faceret. Auctor Aelianus de uaria historia.

X A N T E I

XILIA, *Ξιλιά*, Lybiæ Vrbs: ut ex Alexandro annotauit Stephanus, cuius incolæ dicuntur Xiliatæ.

XIMENE, p. p. *Ξιμῆνι*, Ponti regio, salis fossilis habens fodinas: unde & Halys fluminis, qui ex ea oritur, nomen accepisse existimatur. Auctor Strabo li. 12.

XIPHENE, es, p. p. *Ξιφηνή*, regio Palæstinæ, teste Iosepho, cuius incolæ dicuntur Xiphæni, *Ξιφηνῶν*. Stephano.

XIPHIA, *Ξιφία*, piscis genus, rostro habens mucrone armatum, unde & Latini Græcos imitati, gladium appellant. Plin. lib. 31. cap. 2. Xiphiam, id est, gladium, rostro mucronato esse: ab hoc naues per fossas mergi in Oceano ad locum Mauritaniz, qui Corta uocatur non procul a Lixa flumine, Trebius niger auctor est.

Xiphiz item itellæ sunt ex genere Cometarum in mucronem fastigiatæ, pallidæ, ac quodam gladij nitore siæ ullis radijs. Auctor Plin. lib. 2. cap. 25.

XIPHON, *Ξιφῶν*, herba est folio mucronato, iridis folio non dissimili, quam Romani gladiolum, uulgo herbariorum Spathulam foetidam appellant. Descriptionem eius uide apud Plin. lib. 25. c. 11.

XIPHONIA, *Ξιφονία*, Siciliæ oppidum, non procul a Taurominio in promontorio situm; ut ex Theopompi sententia docet Stephanus, & Strabo li. 6.

X A N T E O

XOIS, siue Xoes: *Χοῖς*, Steph. insula est in mediterraneis Aegypti, supra Sebenniticum & Pharniticum ortum, oppidum habens eiusdem nominis. Auctores Stephanus & Strabo lib. 17. Hinc Xoites nomos, hoc est, Xoitica præfectura, apud Plin. li. 5. ca. 9.

X A N T E V

XUCHES, *Χυχῆς*, Lybiæ oppidum, ut ex Artemidori Epitome annotauit Stephanus: cuius incolæ appellantur Xuchitæ.

XUTHIA, *Χυθία*, Siciliæ oppidum, ut ex Philiti sententia tradit Stephanus. Gentile Xuthiatæ.

XUTHYS, *Χυθός*, Hellenus filius, & gener Brechthei, qui in Tetrapolim Atticæ, hoc est, Oenam, Marathonè, Probalinthum, & Triochorum colonos deduxit. Auctor Strabo li. 8.

X A N T B Y

XYLENEPOLIS, *Ξυλωνήπολις*, urbs in confinio Cariz, & Indiæ, ab Alexandro condita: ut post Onebericum refert Plin. li. 6. c. 23.

XYLINA, *Ξυλίνα*, Cappadociæ oppidum, inter Arcadiæ, & Cissæ fluminum ostia situm. Auctor Ptol. li. 5. c. 6.

XYLINUM, p. c. *Ξύλινον*, lini genus candidissimi, & mollissimi, nascens in frutice, cui nomen est Xylon, pomis quibusdam inclusum, barbatae nucis non dissimilibus, quæ maturitate hiscentia globum ostendunt lini, quod a nomine fruticis Xylinum appellatur. Plin. li. 19. ca. 1. Superior pars Aegypti in Arabiam uergens, gignit fruticem, quem alii Gossipion uocant, plures Xylon, & ideo lina inde facta Xylina. Paruulus est, similemque barbatae nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur, nec sunt ulla ejus candori, mollitiazque præferenda. Hæc genus ille. Hodie hoc

lini genus etiam in Italiz locis quibusdam gignitur, uulgiue uocabulo appellatur.

XYLOBALSAMUM, *Ξυλόβάλσαμον*, balsami arbusculæ lignum, cuius succis Opobalsamum appellatur. Pinius libro 12. capite 15. Et Balsamum quoque firmentum in merce sunt. Anipicatio ipsa, succulsi que uenit intra quintum denum annum. Xylobalsamum uocatur, & collocatur in unguentis.

XYLOCINAMUM, *Ξυλοκιννάμω*, cinnami lignum. Plin. li. 12. c. 19. Ipsum aëro lignum in fastidio est propter originem acuminatam: Xilocinammum uocant.

XYLON, [*Ξύλον*], præter uulgatam illam significationem, qua fruticis genere, quod & Gossipion uocant, olium in sola Aegypti superiore parte, hodie etiam in Italia nascens, pomum ferentis, similitudine barbatae nucis, quod maturefcens copia lanuginis, quam inclusam habet, dirumpitur, liniq. globum inclusum, multo maiorem, quam pro pomi magnitudine detegit: idq. ligni genus Xylinum, seu Gossipium appellatur. Vide Plin. li. 19. ca. 1.

XYLOPHAGVS, pen. correpta [*Tarlo*], *Ξυλοφάγος*, uermis albus, obesus, capite, si ad reliqui corporis magnitudinem comparatur, grauissimo, sub arborum corticibus potissimum nascens. Plin. lib. 17. ca. 24. Cossos uocat: eosque a quibusdam in summis ciborum delicijs habitos tradit: quinetiam farina faginari, altiesq. fieri. Idem tradit & Hieronymus contra Iouinianum, de Ponti & Phrygiæ populis loquens. Et quo modo (inquit) apud nos ficedula, & aragen, mulus, & scarus in delicijs computantur, ita apud illos *Ξυλοφάγος*, comedisse, luxuria est.

XYLOPOLIS, *Ξυλόπολις*, oppidum Mydoniz, quæ est Macedoniæ regio, cuius incolæ dicuntur Xylopolitæ, quorum meminit Plinius lib. 4. cap. 10.

XYRIS, *Ξυρίς*, herba folia habens iridis, sed latiora, & in turbinæ mucronata, quorum e medio caulis erupit crassus, & cubitalis, ex quo filiquæ triangulares dependent. In quibus purpureus flos, in medio puniceus, semen in folliculis, simile fabis, rotundum, rubrum, acre: radix longa, gemculata, rufa. Vide Diosc. lib. 4. c. 24. & Plin. li. 21. c. 20. Officinæ Iriden syluestrem appellant.

XYNTIA, *Ξυντία*, Thessaliæ oppidum, apud Polyb. lib. 9. a quo uicina palus Xynias appellatur, quam alio nomine Bœœidem uocant. Stephanus.

XYSTICI, *Ξυστικοί*, dicti sunt Athletæ, siue quod in xystis, hoc est, porticibus sese exercerent, siue quod xystis, hoc est, hastis propugnarent. uide plura in dictione Xytus.

XYSTIS, *Χυστός*, Stephano oppidum Cariz, in conuentu Alabandæ situm, cuius incolæ Xytiani appellantur, quorum meminit Plinius lib. 5. cap. 29.

XYSTIOS, *Χυστιος*, gemma quædam plebeia, apud Indos nascens, quam Plinius inter lapidum genera annuerat li. 37. c. 2.

XYSTVS, xysti, inaequalium generis, [*Portico, luogo da passeggiare, loggia Gal. Pour memoir, galerie. Hist. Portal, parapassearfe.*] *αεραδ πολις* apud Græcos porticum amplam significat, teste Vitruuio lib. 7. hybernz Athletarum exercitationi accommodatam. Hinc xystici, *Χυστικοί*, dicti sunt Athletæ, siue quod in xystis se sub tecto exercerent, siue quod xystis depugnarent. Sic enim Græco uocabulo appellabant hastas, quibus isti utebantur. unde xystophori dicti sunt spiculatorum. Sueto. in Augusto: Nec tamen eo minus aut xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissime semper exegit. Latini uero, eodem Vitruuio teste, xysti appellatione subdilectam ambulationem magis intelligunt, arborum fruticum uel ordinibus distinctam. Ci. in Bruto: Dum ambularem in xysto, & essem ociosus domi. Plinius: Ante cryptoporticum xystus est uiolis odoratus. Plin. Lun. lib. 5. Epist. Ante porticum xystus concisus in plurimas species, distinctusque buxo Idem: Non tam statuarum, & tabularum picturarum ornatum ædes suas, quam xystis, & æmoribus excoluit.

DE L I T E R A Y.

GRÆCORVM, uocalis est, qua in illorum dictionibus scribendi tantum utimur. Huius loco antiqui, qui peregrinam literam nullam recipiebant, quintam Latinarum uocalem substituebant. Cicero in Orato. Purrum semper Ennius, nunquam Pyrrhum: Vi patefecerunt Fruges, non Phryges, ipsius antiqui declarant libri. Nee enim Græcam litteram adhibebant: nunc autem etiam duas, & cum Phrygum, & cum Phrygius dicendum esset. Absurdum autem erat barbaris tantum casibus Græcam litteram adhibere, aut rebo casu solum Græce loqui: tamen & Phryges, & Pyrrhum, aurium causa dicimus. Hæc ille. Peculiare autem est huic elemento, ut in capite dictionum perpetuo aspiretur. Quare quæ ab eo initium sumunt, requirenda sunt inter aspirata.

Y

DE LITTE R A Z.



LITTE R A Græca est, qua in Latinis dictionibus non utimur. Est autem gemina consonas, loco cuius nos interdum geminum ff, ut Patriſſo, πατριſſω, Pityſſo pro πιτυſſω. Interdum ſd, ſubſtituimus, ut Eſdras pro εſρας. Antiqui loco eius unicum aliquando ſ, ſcribebant: ut Sacynthus pro ζάκυνθος, Sethus ꝑ ζήθος. Nōnunquam etiam d; litteram loco eius uſurpabant: ut Medentius pro Mezentius. Sed hoc tantum apud antiquiſimos qui peregrinas nullas litteras recipiebant.

Z A N T E A

ZABIDA, ζάβιδα, uicus, in Arabiæ mediterraneis, ut ex Vranio anno tauit Stephanus.

ZABII, ζάβιοι, populi Indiæ, qui cum Deriade aduerſus Dionyſium pugnauerunt, Stephanus.

ZACHARIAS, ζαχαρίας, magnus Babylonius, qui de Gemmarum uiribus ſcripſit ad Mithridatem Ponti regem. Auſtor Plin. li. 37. capite 10.

ZACHANTHEI, ζαχανθῆοι, Zacynthiorum coloni, tette Polybio, Pyrenæi montis incolæ. Horum oppidum Zachantam expugnauit Annibal, cum in Italiam properaret, ut ex Apollodori Chronicis annotauit Steph.

ZACYNTHOS, [Zante.] ζάκυνθος, inſula Ionij maris parua, occidentali Peloponneſi lateri adiacens, urbemque habens euſdem nominis a Zacyntho Dardani filio, qui in ea imperauit dicta. Plin. lib. 4. cap. 12. Inter Cephaleniam & Achaïam cum oppido magnifica tum fertilitate præcipua Zacynthus aliquando appellata Hyrie. De hac Virg. lib. 3. Aeneid. Iam medio apparet fluctu æmoroſa Zacynthos.

ZÆRIVS, ζῆριος, Tauri montis pars, Mediam dirimens a Babylonia. Auſtor S. rab. lib. 11. c. 15.

ZALEVCVS, ζαλευκος, nomen fuit Legiſlatoris Locrenſium, qui cum in adulterio hanc pœnam itauiffet, ut in adulterio deprehenſi utroq; orbarentur oculo, oblato filio multiſque reſtib. adulterij conuictō, cum neque paternum animum poſſet exuere. neque ſolus pœnæ, quam in alios ſtatueraſ, immunis eſſe uellet, ſibi primū unum oculum, quanuis plurimum reclamante plebe, & filij crimen patris uirtuti condonante, deinde & filio alterum inſiſit erui. Auſtor Vale. lib. 6. c. 5.

ZAMA, ζάμα, Africæ urbs fuit, apud quam Africanus maior Annibalem inſigni clade affectit. Vide Hiſtoriã apud Liu. lib. 10. Bel. Pun. ſecundi.

ZAMOLXIS, ζάμολξι, unicus Gætaram deus, ad quem profiſci exiſtimabãt eos, qui euita decederent. Nōnunquam etiam ſorte ex uiuis aliquot deligebant, quos de rebus ſuis Zamolxidi nuncios mitterent, quos poſt mandata, quæ illi nunciata cupiebant, in ſublime iactatos, gladijs excipiebant, atque ita interfectos, recte ad Zamolxin profiſci credebant. Zamolxin autem quidam Pythagoræ ſeruum fuiſſe exiſtimant, qui quod Getas ad cultiorem uitam reduxiſſet, ab ijs habitus eſt pro numine. Vide Herod. Hiſtoriarum lib. 4.

ZANCLÆ, ζάγκλη, Siciliæ urbs, in penitiſſimo Pelori ſinu, poſtea a Meſſenſis inſtauratorib. μεſσών, hoc eſt, Meſſana appellata: Zancle autem a ſitus obliquitate dicebatur, quod falcis in modum curuata eſſet. Vide Stra. lib. 6. Ipſa etiam Sicilia Zancle dici inuenitur a Saturni falce, quam poeſta fabulantur, in Siciliam deciſiſſe. Quã fabulam inde ortam putat Macrob. quod in primis frugum fertiliſ ſit. Saturnus autem primus putatur in Italia frugum uſum inueniſſe. Oui. 15. Met. Zancle quoque iuncta fuiſſe Italiæ legitur, donec conſinia pontus Abituliſ, & media tellurem repulit unda. Zanchlæus, a, um, ζαγκλαῖος, Zancleæ arena. Oui. 13. Met. Charybdis Zancleæ. Idem 4. Faſt.

ZANCLÆS, ζάγκληος, Senex quidam Samothracenus, cui poſt annum uitæ quartum & centefimum dentes renatos fuiſſe tradit Plin. li. 11. cap. 37.

ZAPAVOTENE, ζαπαυοτηνῆς, Aſiæ regio, a Caſpijs uerſus ortum ſita: cuius deſcriptionem uide apud Plin. lib. 6. c. 16.

ZARIASPATORUM, ζαριαſατα τα, Indiæ urbs, quam alio nomine Baſtra appellant. Auſtores Plin. lib. 6. c. 15. & Stra. lib. 17.

ZARMISEBETHVA, ζαρμιſεβεθουζα ζεα, regia Daciæ urbs, auſtor Ptol. lib. 3. c. 8. Vlpia, Traiana deinde dicta.

Z A N T E E

ZEÀ, ζεα, genus frumenti ſimile farri, quod uulgo [ſpelta,] dicitur, Duo eius genera tradit Dioſ. li. 2. c. 80 alterum ſimplex, & unius tantum granitalterum quod Dicocon, hoc eſt, gemini & duplicis grani appellant, duobus utriculis conuictum ſemen habens. Plin. li. 18. c. 8. Qui Zea utuntur, non habent far. Eſt & hæc Italiæ, in Campania maxime, ſemenq; appellatur. Hoc habet uomé præ

clara res ut mox docebimus, propter quam Homerus ζεαδωπος ἀρεπα, dixit. Plura de Zea uide apud Gaïenum li. 1. de Ali. ſ. cul.

ZELA, ζηλα, oppidum fuit Thraciæ in Cœneca regione eo in loco ſita, ubi poſtea extracta fuit Flauopolis. Auſtor Plin. lib. 6. cap. 11. Zela altera fuit in Cappadocia, nō procul a Megalopoli, a qua uicinus ager Zeleticus appellatur. Auſtor Plin. lib. 6. c. 3. & Strabo lib. 12.

ZELIA, ſiue Zelea, pen. pro. ζελεία, Troadis oppidum, ad radicem Idæ montis, ſpectans in Hellespontum. Auſtores Plin. lib. 8. capi. 32. Strabo lib. 12.

ZELIAS, & Zelor, aris, [Hæuer gloſia. Gal. Hæuoir ialouſie. Hiſp. Ser Zelolo.] deponens a uerbo Græco ζηλω, in ſacris litteris frequenter occurrunt: idemque proſus ſignificat, quod apud Græcos ζηλω, hoc eſt, emulor, inuidia proſequor, cupide aliquid imitor, & tam vehementer amo, ut neminem in partem amoris admitti patiar.

ZELOTES, [Geloſo.] ꝑ. prod. ζηλωτης, idem eſt quod æmulator, Vnde & Theſeus dici poſſet zelotes Herculis, & Phauonius Catonis: quod hic Catonem, ille Herculem ſemper ſtudioſe obſeruauerit uirtutemque conatus fuerit emulati. Quandoque accipitur pro amatore, qui nullum in amore fert riualem. In hac ſignificatione frequenter occurrat in ſacris litteris, præcipueque apud prophetas, qui Deum Zeloten eſſe prædicant, hoc eſt, zelotypum: & ferre non poſſe, ut amor ille, cultuſque ſibi uni debitus, ad idola, & æmoniaue transferatur.

ZELOTYPIA, ζ, [Geloſia. Ga. Ialouſie. Hiſ. El Zelo d inuidia.] ζηλοτυπία, ægritudo animi, cum ne quis poſſideat id, timemus, quod poſſidere ſoli cupimus. Cicero 4. Tuſ. Obtreſtatio eſt ea, qua intelligi zelotypiam uolo: ægritudo ex eo, quod alter quoque potiar eo, quod ille ipſe concupiuerit. Antonius Ciceroni inter epiſtolas ad Atticum lib. 10. Iudicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quæ magis a zelotypia mea, quam ab iniuria tua nata eſt.

ZELOTIPVS, pi, [Geloſia. Gal. Ialouſie. Hiſp. Zeloso.] pen. cor. ζηλότυπος, ſuſpicioſus in amore, quæneque id ſolicitem habet, ne quis eo perfruatur, quod ipſe amat: quaſi dicas formæ æmulatorem. Nā ζηλω, æmulationem, & τυπος, formam ſignificat. Iuu. Sat. 5. Quas in digitis uaginæ fronte ſolebat Ponere zelotypo iuuenis prælatus Iarbæ.

ZELVS, [Zelo.] ζήλος, modo inuidiam, modo ſtudium, modo amorē, modo æmulationem ſignificat: quo fit, ut ab aliis alio modo definiatur. Quidam triſtitiæ eſſe aiunt ob alterius bona, quæ ſibi ad eſſe cuperet: Alii δὲ ἐργασίη τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ καλὰ, παρὸς παράδειγμα δόξης.

ZENICETVS, ζηνικητος, inſignis piratæ nomen, qui occupato Olympo Aſiæ monte, Lyciam, Pamphiliam, & Piſdiam aſſiduus excuſſionibus cum inſeſtaret, multa que loca munita in poteſtatem redegiſſet; tandem P. Seruilius, qui poſtea Iſauricus dictus eſt, arma in ſe concauit: a quo cum monte præter omnem expectationem captum uideret, ſeipſum cum tota domo concremauit. Auſtor Stra. lib. 14.

ZENO, ζῆνων, Philoſophus, ex Citto Cypri ciuitate, Stoicorum ſectæ conditor, tanto in honore apud Athenienſes habitus, ut apud eum clauis urbis deponerent, ornarentq; ipſum aurea corona, & ſtatua ærea. Hic adoleſcenti cuidam inepta multa loquenti, Ideo, inquit, duas habemus aures, os autem unum, ut ſcilicet multa audiamus, pauca uero loquamur. Deceſſit nonageſimo ætatis ſuæ anno, ſine morbo Nam (ut ſerunt) cum abiret ex ſchola, lapidem offendens digitum perſregit, manu uero terram feriens, illud ait ex Niobe: Venio, quid me uocas? Et continuo ſe ſtrangulans interiit. Cicer. in Orat. Zeno quidem ille, a quo diſciplina Stoicorum eſt, manu demonſtrare ſolebat, quid inter has artes intereſſet. Nā cum compreſſerat digitos, pugnumque fecerat, Dialecticam aciebat euſmodi eſſe, cum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. Fuit & alius Zeno Eleates, quem dialecticæ inuentorem fuiſſe ſcribit Ariſt. Huius ce leberrimiſſima fuit in perſerendis cruciatibus patientia. Nā cū adoleſcentes nobiliſſimos cupiditate liberandæ patriæ inflammaret contra Nearchum Tyrannum, factō indiciō comprehenſus, tradituſq; eſt tortoribus torquendus. Cumq; laceraretur, ut conſcius conuatiōſque nominaret, neminem illorum indicauit, ſed amicoſ intimoſq; tyranni participes conuatiōſis eſſe dixit. Deinde cum quippiam ſe in aurem tyranni loqui uelle ſignificaret, eam mordicus correptam non ante dimiſit, quam rapta aure populatum caput reliquiſſet. Verum cum iam uereretur, ne toties repetitis tormētis reſiſtere non poſſet, cōuerſus ad ciues qui quaſtioni intererat: Admiror (inquit) ueſtram ignauitā o ciues qui eorū metu, quæ ego nunc patior, tyranni iugum ſuſtinetis: idque cum dixiſſet, conſiſam dentibus linguam in os tyranni expuit. Quo faſto tanto ciuium animos libertatis deſiderio incendit, ut conuatiōſis undique faſto, Nearchū lapidauerint. Fuit & alius Zeno Philoſophus Epi

careus, Ciceronis synchronus, id est, contemporaneus: quem idē Cic. lib. 1. de Fin. se eum cum Attico frequenter audiuisse testatur, Epicuri sententias explicantem.

ZENOBIa, *Ζωβία*, Odenati uxor, quæ a Ptolæmis originem duccens Græcis ac Latinis literis ornacissima, nec non & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra Syria urbe regnavit. Hæc cum Saporem Perisurum regem superasset, tandem ab Aureliano Augusto uicta Romam in triumphum ducta fuit, ubi summo cum honore concessit.

ZENOBIVS *Ζωβίος*, Sophista qui Adriani temporibus Romæ floruit: scripti epigramen Didymi & Parrhasi libris tribus: & Salustii historiam in Græcum sermonem conuertit, Auctor Suidas.

ZENODORVS, p. c. *Ζωδορος*, statuarius insignis fuit sub Nerone, qui Mercurium colosseum fecit apud Aruernos ccc. pedum altitudinis: deinde & Neronis colosseum, qui postea dedicatus fuit nummi Solis. Auctor Plin. lib. 34. c. 8.

ZENODOTVS, p. c. *Ζωδοτος*, Ephesus uersificator, & Grammaticus, qui temporibus Ptolemæi primi floruit: a quo etiam Alexandrinæ bibliothecæ fuit præfectus: primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas. Fuit & alter Zenodocus Grammaticus Alexandrinus, qui in quædam Platonis Homeri, & Hesiodi opera commentarios conscripsit. Vide Suidam.

ZENODOTIVM, *Ζωδοτόιον*, Vrbs Ofoenæ prope Nicephorium, ut ex secundo Parthi corum Arriani annotauit Steph.

ZEPHYRe, *Ζephyrus*, insula est maris Mediterranei, iuxta Cretam. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12. & Pomponius lib. 2. Zephyre item, siue Zephyra olim dicta fuit Carizæ urbs, Mausoli sepulchro nobilitata, quæ deinde dicta est Halicarnassus. Auctor Str. lib. 14.

ZEPHYRIVM, *Ζεφυριον*, promontorium est Locrorum, a quo Locri dicti sunt Epizephyrij, quod supra Zephyrium siti essent. Strab. l. 6. Locri agri promontorium offertur, quod Zephyrium appellatur: portum habens ab occasu uenientibus uentis commodum: quæ ex causa & nomen assequitur.

ZEPHYRVS, [*Zefiro*.] pen. co. *Ζεφυρος*, uentus flans ab occasu æquinoctiali aduersus Subsolanum: quem Latini Fauonium appellant, dictus Zephyrus, quasi *Ζωφορος*, uitam ferens, uel quia fert quæ sunt ad uitam. Eo sane plantæ omnes germinat, & pullulant. Vide Gel. li. 2. c. 22. Hinc Zephyrius adiectiuum, ut Zephyria oua *Ζεφυρία* *ωα*, hoc est, sterilia, quod uento putentur generari. Plin. lib. 10. ca. 60. Quidam & uento putant ea generari, quæ de causa etiam Zephyria appellantur.

ZEBIVS, *Ζεβίος*, Mesopotamiz fluius in Tigrim cadens, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 26.

ZEBETHRA, Arcades uocant uadi foramina quædam, per quæ Erasinus fluius in lacu Symphalo erumpit in Argiuam terram. Auctor Strab. lib. 8.

ZEBOS, gemma similis iridi alba ac nigra macula distinguente crystallum. Pl. li. 37. c. 9.

ZERYNTHVM, *Ζερυνθον*, antrum est in Thracia, non procul a Zona urbe, & Hebro fluiuo, Hecates numini sacrum, ut est auctor Lycophron, unde & canes in eo immolabantur. Suidas Veneri sacrum fuisse existimat, eamque inde Zerynthiam dictam. Vide Cælium Rhodig. lib. 18. c. 23.

ZETA, & Zetecula, diminutiuum apud Plin. in Epist. Est locus capax uicini lecti, cum sellis duabus, qui uelis obductis, & reductis, modo adicitur cubiculo, modo aufertur. Nomen inde deductum, quoniam tribus et partibus fenestras, & prospectus habeat, neque solem multipliciter accipiat, quasi *Ζη* τὸ *Ζεν*, quod est feruere. Nam & heliocaminus in ipsa zeta ponitur, hoc est, uaporarium quoddam solare, non ad ignis usum, sed ad Solis, uelut id quod uulgo dicitur, & in Paduana Gallia Lucerium. Vel *Ζη* τὸ *Ζη*, quod in ea commodissime uiuatur: (ut quam delicias & amores suos uocet Cæcilius) sicut a conuersatione, uictuque Diæta. De Heliocamino Vlpianus, de seruitutibus, urb. Si arbor (inquit) heliocamino uel solaris solem admittat, dicendum erit, quia umbram facit in loco, cui sol fuit necessarius, contra seruitutem impostam fieri de zeta, Lamprid. Indicos odores Heliogabalus ad uaporandas zetas sine carbonibus iubebat incendi. De Zetecula Plin. Mox zetecula refugit quasi in cubiculum.

ZETHES, *Ζηθης*, fuit filius Boreæ ex Orithya, & frater Calais. Hi duo fratres in Argonautarum numero fuerunt, & quoniam alati fuisse feruntur, ad pellendas Harpyas misi sunt: teste Seruio.

ZETHVS, *Ζηθος*, Iouis ex Antiope filius, & frater Amphionis: cui adiutor fuit in condendis Thebis: De quo Cic. li. 2. de Or. Miror cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuianus, prope bellum indixeris. Hor. l. Epist. 17. Gratia sic fratrum geminorum Amphionis, atque Zethi dissiuit.

ZEVGITANA REGIO, *Ζεγυτανή*, eadem quæ Africa proprie dicta. Auctor Plin. lib. 5. cap. 4.

ZEVGITAE, *Ζεγυται*, calami aucupatorij, in Orchomenio loci post annuam inundationem nascentes. Auctor Plin. lib. 16. c. 36. Zeugis

tæ item dicebantur tertij census homines in Rep. Solonis, ab equis iugalibus dicti, qui metra colebant ducenta, & quoties necessitas urgebat, minas decem tributum nomine conferebant. Vide Cæli. Rhod. lib. 2. cap. 18.

ZEVGMATIS, *Ζευγμα*, Latine connexio, siue adiunctio dici potest. Est autem figura dictionis, cum plures sententia uno connectuntur uerbo, quod tribus modis fit: aut præpositis uerbo, ac quod reliqua respiciant: ut, Vicit pudorem libido, timor em audacia, rationem amantia. Aut uerbo postposito: ut, Neq. is ex Catilina, ut te aut pudor a turpitudine, aut metus periculo, aut ratio a furore re uocatur. Aut in medio sensuum posito uerbo: ut, Troiugena inter pres diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarij lauros, qui si dera sentit. Et uolucrum linguas, & præpetis omnia penuræ. Aen. 3. Est item Zeugma urbs insignis ad Euphratem fluum, LXXXI r. M. pass. à Samolatis Comagenæ ciuitate distans. Auctor Plin. lib. 5. cap. 24.

ZEVS, *Ζεύς*, piscis præstantissimi genus in Oceano Atlantico & circa Gades, inter omnes, qui in eo mari capiuntur, bonitatis palmam obtinens. Gaditani alio nomine Fabrum appellant, a colore, opinor, fulgineo, quo fabri plerunq. nigricant. Plin. lib. 9. c. 18. Est hæc natura, ut alii alibi pisces principatum obtineant: coracinus in Aegypto: Zeus idem Faber appellatus Gadibus: circa Ebusum salpa. Col. li. 8. ca. 16. Ut Atlantico faber, qui in nostro Gadij municipio generosissimis piscibus adnumeratur, eumque præca consuetudine Zeum appellamus.

ZEVXIS, *Ζευξις*, clarissimus pictor Heracleotes fuit, qui in certamen picturæ cum Parrhasio descendit, uuas quoque tanto successu pictas in scenâ detulit, ut ad eas aues aduolarent. Parrhasius autem linteam attulit pictum, ita ueritate representata, ut Zeuxis alitum iudicio tumeas, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam: intellectoque errore, concederet palmam ingenio pudore: quoniam ipse aues fessilisset, Parrhasius autem se artificem. Fertur hic pinxisse puerum uuas ferentem, ad quas cum aduolassent aues, iratus est mira ingenuitate operi suo, & dixit: Uuas melius pinxi quam puerum Nam si hunc consummassem, aues timere debluerant. Pinxit & Helenæ simulacrum, quod deinde Roman tranlatum fuit, & in Philippi porticibus collocatum. Hæc ex Plin. li. 35. cap. 20.

ZEVXO, *Ζεξω*, Nympha marina Oceani & Tethios filia. Hesiod. in Theog. *Ζεξω* τε καυτιν τε, Γιδω τε, Πασιδινη τε.

Z A N T E I

ZIELA, *Ζιλα*, Cappadociz oppidum, teste Stephano, a Ziela Nicomedis filio conditum.

ZIERE, *Ζιερ*, oppidum Scytharum Aroterum in ea parte Thraciz, quæ Istri ostis incumbit. Auctor Plin. lib. 4. cap. 11.

ZICNYS, ydis, *Ζικνυς*, lacerta minor, quam & Chalcida uocat Aristot. de Nat. animalium.

ZILIS, *Ζιλις*, oppidum Mauritaniz Tingitanæ, regum olim ditioni exemptum, & e Bætica iura petere iustum. Auctor Plinius lib. 5. cap. 1.

ZIMIRIS, *Ζιμιρις*, regio Aethiopiæ arenosa, in qua magnetes optimi inueniuntur. Plin. lib. 36. c. 16.

ZINGIS, *Ζιγγις*, Mæoticis paludis accolæ supra Cimmeriû Bosphorum. Plin. lib. 6. cap. 7.

ZIROETIVM, *Ζιροειον*, Bithyniæ oppidum a Zipæto rege ita appellatum. Gentile Zipæcius, *Ζηροειος*, Steph.

ZIRINA, *Ζιρινα*, Thraciz oppidum, ut ex li. 3. Philippicorum Theopompi annotat Steph. Gentile Zirinates, *Ζιρινατιος*.

ZINGIBER, beris, [*Gengero. Cat. Gengembre. Hisp. Gengiber.*] *Ζιγγιβερις*, Dioscoridi genus est aromatis, paruas habens radices, albescentes, odoratas, sapore piperis. Nascitur in Troglodytica & Arabia, Vide Diosc. li. 2. c. 149.

ZIZANIA, nizæ, & Zizanium, zizani, *Ζιζανιον*, uitium tritici hordeiq. nimia loci uligine corrupti, iugibus pluuuis diluti: quod Latino uocabulo Lolium appellatur. Galli, quod caput tentet, uertigines generet, & uini modo inebriet, iurzam appellant. Effigiem habet hordeo hæud dissimilem, sed folium angustius, pinguius, & hispidius, semen exilius in cortice aculeato, florem autem subpurpureum. Dioscorid. libro secundo, capitulo 29. *αζπα*, appellat.

ZIZAMA, *Ζιζαμα*, oppidum Garamantum, unum ex ijs, quæ a Cornelio Balbo in Romanorum ditionem sunt redacta. Auctor Plin. lib. 6. cap. 5.

ZIZIPHVS, [*Gingiola*.] pen. cor. *Ζιζιφος*, genus arboris nouissimis Augusti temporibus ex Africa in Italiam translacum, fructum fert, quem neutro genere Ziziphum appellamus, baccis similiorem quam malis. Officinæ iniubas nocant. Plin. lib. 15. ca. 14. Aeq. peregrina sunt Zizipha, & Tuberes, quæ ipsa non pridem uenere in Italiam: hæc ex Africa, illa ex Syria.

Z A N T E L

ZMILACES, *Ζμιλακης*, gemma est in Euphrate nascens, Procon-

acso marmoris similis, medio colore glauco. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

ZMILVS, Ζμίλος, nobilis architecti nomen, qui una cum Rholo & Theodoro, Labyrinthum Lemnum extruxit, centū quadraginta solumnis insignem. Auctor Plin. li. 26. c. 14.

Z A N T E O

ZOARA, Ζοαρ, urbs Perfidis, cuius incolæ dicunt Zoarat, Ζοάρται. est itē zoara Palestinz locus. quo Loth tēpore Sodomiticæ calamitatis confugit. A quo fit gentile Zoareus, Ζοαρως.

ZORIDAE, Ζορίδαι, populi Carmaniae finitimi: ut annotauit Stephanus ex Quadrati rerum Parthicarum li. 2.

ZODIAEVS, p. c. [Zodiaco, cerchio celeste.] Ζωδιακός, circulus est in sphaera qui alio nomine obliquus dicitur, duodecim cōtines signa: ex una parte tropicum Cancri, ex altera Capricorni comprehendēs, ac medium intersecans Aequatorem: a quo uicissim & ipse leuā circa principia Arietis & Libræ. Porro cum ceteris omnes circuli sine latitudine & profunditate esse intelligant, ueluti quædā lineæ, huic tamē latitudo graduum fidecim tribuitur. quam quidē latitudinem mediā diuidit linea Ecliptica utrinque gradus octo latitudinis relinquens. Dicitur autem Zodiacus, ζῶον τῶν ζῴων, hoc est a figura animalium, quæ in eo imaginantur, ut sunt Aries, Taurus, &c.

ZOE LAE, per tres syllabas. p. p. Ζωίλαι, Austriae populi in Hispania citeriore, Persicis, & Gytis finitimi. Auctor Plin. lib. 3. cap. itē. 2. Apud hos præstantissimum ligni genus nascebatur, & splendidissimum, idque natura torrentis, in quo poliebatur: ut testatur idem Plin. li. 19. ca. 1.

ZOILVS, Ζοίλος, Sophista fuit Amphipolites Ptolomæi tēporibus, hoc uno facinore uobilitatus, quod Homerū poetarum omnium principem liberis aduersus eum scriptis ausus sit reprehēdere, unde & ὀμνομαδίστης, cognomē accepit. Quæ scripta Ptolomæo obtulit, ingens uidelicet præmium ab eo sperans. Verum cum nihil dare, penuria coactus, submisit qui peterent. Ibi Ptolemæus mirari se ait, cum Homerus tot annos d. functus, tot hominū millia pasceret, zoilū egere Homero multo doctiorē. De mortis eius genere diuersi diuersa sentiūt. Alij patricidij conuictum iussu regis cruci suffixum uolunt: alij cum in Græciam redisset, de Scironis saxi fuisse præcipitāt. Ab huius autem moribus sumptum est, ut homines liuidi, & ex alieni ingenij obtreffatione laudē occupantes, Zoili dicerentur. Ouid. l. 11. de Reme. Amo. Ingeniū magni liuor detrectat Homeri: Quisquis es ex illo Zoile nomen habes. Vide Adagia.

ZONA, Ζ, [Cinta, cintura, correggia. Gal. Ceinture. Hisp. La cinta.] Ζώνη, cingulum, quo cingimur. Mar. li. 14. Longa satis nunc sum, dulci sed pondere uenter, Si tumeat, sicut tibi zona breuis. Ouid. 2. Fast. Dat teretem zonam qua modo cincta fuit. Hor. 2. Car. Ode 30. Et solutis Gratia zonis, properentq. nymphæ, Mercurusque. Car. Epigram 2. Quod zonam soluit diu ligatam. Caius Gracchus apud Gell. l. 15. c. 12. zonas quas plenas argenti excolit, eas ex prouincia inanes retuli. zonam perdidit, pro uerbialiter dicitur in eum qui omni pecunia destitutus est. tractum a militibus, qui quicquid habent, in zona circumferunt. Hor. 2. Epi. lib. 2. Ibit eo quo uis, qui zonam perdidit. zonæ item dicuntur circuli quidam lati, cælum, terramque ueluti cingula quædam, ambientes. Sunt autem numero quinque, ex quibus media quæ inter Tropicos est, nimio calore parum apta creditur habitationi: quæ uero extremæ sub Arctico & Antartico circulis sitæ, nimio frigore horrent: unde & ipsæ habitationi parum sunt idoneæ. Reliquæ autem, ut quæ medium inter torridam, & gelidam situm obtinent, temperatæ sunt, & humanæ uitæ accommodatissimæ. Vir. 1. Ge.

Quinque tenent cælum Zonæ: quarum una corusco Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni: Quam circum extremæ dextra leuauq. trahuntur Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris. Has intermediamque duæ mortalibus ægris Munere concessæ diuum, & uia secta per ambas: Obliquus qua se signorum uerteret ordo. Ouid. 1. Met. Vt que dux dextra cælum, totidemq. sinistra Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis. Sic onus inclusam numero distinxit eodem Cura dei: totidemque plagæ tellure premuntur. Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu: Nix tegit alta duas, totidem inter utranque locauit, Temperiemque dedit mista cum frigore flamma.

Est item Zona, Stephano, Ciconum urbs in Thracia, non procul Hebro fluuio, & zeryntho antro. in quo Hecate canes immolabantur, de quo plura in dictione zeryntho. A zona fit zonarius substantiuum Ζωνιοπλόκος, qui zonas facit. Cic. pro Flacco: Quā Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate, sed sagina tenebat. se uelle dixit, id sutores, & zonarij conclamarunt. zonarius, adiectiuum, quod ad zonam pertinet: ut, Sector zonarij

Ζωωνιοπλόκος, qui zonam seu oculos incidit. quem crumeniscam appellare potuit. Plin. in Trin. Mira sunt enim, illic homo est aut dormitator, aut Sector zonarij.

ZONITIS, p. c. Ζωνίτης, cadinæ specus est, lineas quasdam latiusculas zonarum instar discurrentes habens, unde & nomen accepit. Eadem & Placodes, πλακώδης, dicitur, quasi crucea dicitur. Auctor Diosc. li. 5. ca. 40.

ZONVLA, Ζ, [Cinturetta.] Ζωνίθυ, diminutiuum a zona. Cat. in Epi thalamio. Tibi uirgines zonula soluunt finis.

ZONICHON, p. c. Ζώνηχον, herba eadem cum leontopodio: apud Diosc. li. 4. ca. 132.

ZOOPHTHALMOS, Ζωόφθαλμος, herba in testis & subgrūdijs nascēs, quæ notiorē nomine Semperuuiū maius, & ζῶων το μέγα, appellatur. Folium habet carnosum & subrotundum, oculi animalis similitudinem referens: unde & nomen accepit. Vide Plin. li. 25. ca. 13. & Diosc. li. 4. c. 91.

ZOOPHTA Ζωόφουτα, dicuntur teste Budeo, quæ mediani naturam inter plantas, & animalia habet: ut sunt O. trea & Spongia, quæ neque stirpes, neq. animalia dicere possis, sed medium quiddam inter utrunque. Nam sensu prædita esse manifestum est, cum tamen motu careant progressiuo. Nos (inquit Budæus) forte Plantarum mantes dicere possemus: uel Plantarum animalia.

ZOPYRVS, p. c. Ζώπυρος, Physiognomon quidam fuit, hoc est: ex eorum genere. qui se hominum mores naturasque ex faciei lineamentis perspicere profitentur. Huic cum aliquando oblatus esset Socrates, is que cum hominem stupidum bardumque esse responddisset, ceteris eam uocem risu excipientibus, Non falleris (inquit Socrates) o Zopyretalis. n. eram, nisi uitiosam naturam Philosophiæ præceptis superasēs. Zopyrus præterea alius fuit filius Megabyzi, unus ex ijs, qui occiso Pseudosmerdi, Perlarum regnum e Magorum manibus uindictarunt. Hic cum Darius Babylonē uigilum iam mensi frustra obsideret, nasum sibi, aures, & labia amputauit, & ita ad Babylonios transfugit, multa de Darij iniuria conquerens, quem sibi immerenti ita faciem mutilasse simulabat. Receptus itaque a Babylonijs, leuibisq. aliquot prælijs re fatis feliciter gesta, uniuersæ urbis dux constitutus, urbem Darjo tradidit. Quam tamen uictoriam sibi nimis magno consistare, sæpe conquectus est, unum sele Zopyrum integrum malle afferens, quam uiginti cupere Babylonios. Auctor Herod. li. 3.

ZOROANDA, Ζοροανδα, locus est circa Taurum montem, ubi Tigris cuniculus abortus, rursus erumpit. Vide Plin. li. 6. c. 27.

ZOROASTRES, Ζωροάστρης, Bactrianorum rex, Astrologiæ & Magiæ peritissimus, qui eadem, qua Nimus Assyriorū rex, ætate floruit, a quo post multa prælia uario euentu commissa tandem debellatus esse traditur, & occisus. Hic omnium mortalium unus, teste Plin. l. 7. c. 16. eodem quo natus est, die, risisse fertur: cerebrumque ei adeo dicitur palpasse, ut imposita repelleret, futuræ præiugio scientiæ. Primus enim artes magicas creditur inuenisse, ut auctor est idem Plin. li. 30. ca. 1.

ZORONISVS, Ζωρονύσιος, gemma magica, quæ nascitur in Indo flumine. Plin. li. 37. ca. 10.

ZOSTER, Ζωστής, genus ignis sacri, medium hominem ambientis et enecat, si cinxerit. Plin. li. 26. cap. 11. Ignis sacri plura sunt genera: inter quæ medium hominem ambiens, qui zoster appellatur & enecat si cinxerit. zoster item Atticæ promontorium est, non procul ab Anaphlysto, quam longissime in mare excurrens: teste Strab. lib. 9.

Z A N T E V

ZUCHIS, Ζυχίς, oppidum est Africæ non procul a Sirtibus: a quo fit gentile zuchites, Ζυχίτης, Stephanus.

ZYRA, Aphrorum lingua semen paliuri uocatur, contra scorpiones efficacissimum. Plin. li. 24. ca. 11.

Z A N T E Y

ZYGAENA, Ζύγαινα, nomen piscis, apud Aristotelem de animalibus.

ZYGANTES, [Giganti.] Ζύγαντες, populi sunt Africæ mediterraneæ si mijs fere uisitantes, quorū magna copia apud ipsos gignit. Plura de ijs scribit Herodotus li. 14. Horum ciuitas Ζύγαντις, comme moratur a Stephano.

ZYGI, Ζυγοί, populi Meotim accolentes, supra Bosporū Thraciū, Archeis, & Heniochis finitimi. Auctor Stra li. 11.

ZYGIA, Ζυγία, Græcis appellatur aceris arboris genus, ruber, scissili ligno, cortice liuido & scabro: Latine Carpinum uocamus, dicta zygia, quod ex ea materia fiant iuga iumentis, quæ apud Græcos zygus uocantur. Vide Plin. lib. 16. cap. 15. zygia item lunonis cognomentum est, apud Pindarum, eo quod nuptijs præsidere putabatur: unde & γαυλιαν, uocant Græci, Latini etiam pronubam. Vir. 4. Aen. Prima & Tellus & Pronuba Iuno Dant signū: Eodem spectat & illud eodem libro: lunoni in primis, cui uincla iugalia curæ.

ZYGIS, Ζυγίς, serpillum syluestre, non crepens humi, quemadmodū hortense, sed in altitudinem increfces, ramulos edens tenues, surculosos

culosos,folijs refertos longioribus, quam rutæ, & durioribus,& angustioribus.flores autem gignit iucunde olêtes, & gustu acres. Auct or Dio.lib.3.ca. 37.

ZYGITAS, ζυγίται, ex reinigibus dicebantur, qui medio sedebant loco. Nam qui summi erant, Thrauitę dicebantur. qui uero infimi, Thalamii. Dicti Zygitę ἀπὸ τῶν ζυγῶν, quo nomine inter cętera transtra, & sedilia in nauibus uocantur, quę & Latini luga appellant. Vir.6.Aen.Inde alias animas, quę per iuga longa sedebant, Deturbat.Vide Cœl.Rhod.lib.6.ca.10.

ZYGOPOΛIS ζυγόπολις, Ponti urbs in confinio Cappadocię, non procul a Trapezunte. Auct or Stralib.12.

ZYGOSTATÆ, ζυγостаται, ponderum examini præfeti, quorum officium est prospicere, ne qua in ponderibus fraus committatur: ut

annotauit Alciatus in legem 2.Dig.Si certum petatur, ZYMITES, p.p. ζυμίτης, panis fermentatus; ἀπὸ τῆς ζύμης, qua uoce Gręci frumentum appellant. Huic opponitur Azymus, ἄζυμος id est, panis frumenti expers.

ZYTHVM, ne. ge. uel Zythus mascul. ζυθός, potus ex hordeo aqua resoluto confectus, acris gustu & nimis in morem inebrians. Hoc Aegyptij uini loco utebantur, (unde & Pelusiacus potus Poetis inuenitur appellatus) sicut Hispani simili factiti potus genere, quam Celiã uel Ceriã appellabant. Plin.lib.22.c.11. Et frugum quidem hæc sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt & potus, Zythum in Aegypto, celiã, & ceriã in Hispania, ceruicia & plura genera in Gallia, aliisque prouinciis, quorum omnium spuma cutem fœminarum in facie nutrit.

F I N I S.

P A V L V S . M A N V T I V S
A L D I . F I L I V S
B O N A R V M . L I T T E R A R V M

Studioſis S. D.



*Etus nostrum tueor institutum, quam licet, accurate, ut ex edi-
bus nostris nullum librum exire patiar, quem non uel auxerit, uel
aliquo pacto nostra expoliuerit, atque ornauerit industria. in
Calepino praestitimus ea, quae polliciti sumus in fronte libri: hic
addidimus egregia multa, ut putamus, certe non admodum per-
uulgata: quae uobis tum utilia, tum grata in primis fore existi-
mamus. habent enim doctrinam homine dignam eleganti, & qui litterarum hu-
manarum in studio libenter uersetur: quae suis locis inserere, & inter Calepini uer-
ba imprimere, uisum non est: laterent enim quodam modo quasi sepulta: nec intel-
ligere facile esset, quem uobis fructum ex opera, studioque nostro liceat percipere. qui
certe, si uoluntati nostrae responderet, esset uberrimus: nec minimum tamen, qui hac
legerit, esse iudicabit.*



ACROAMA. mos erat apud ueteres qui hodie nul-
lus est, ut in fabulis agendis actionem histrionū
musica symphonia commendaret. unde illud,
tibijs dextris, & sinistris, aut, paribus, & impa-
ribus, aut, Serranis, & Phrygijs. erat igitur in
uoce histrionum actio: erat in musica sympho-
nia, quod acroama dicebatur, inde scilicet, q̄
fabulae pars auribus perciperetur, & auditio quaedam esset, ani-
mum leniente musico concentu, sicut illa, quae ad actionem hi-
strionum pertinebat, spectantium oculos oblectabat. atque hāc
fuisse acroamatis significationem, loci demonstrant, quos in an-
tiquorum scriptis obseruauimus. nam in oratione pro Archia
distinguit acroama & uocem, id est eum qui fidibus, & cum qui
uoce caneret. Cum, inquit, ab eo quaeretur, quod acroama,
aut cuius uocem libentissime audiret; respondit, eius, a quo sua
uirtus optime praedicaretur: & in Verrem, acroama pro homine
potius, quam pro reo, plane conitat esse usurpatum. sunt enim
haec uerba. Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario disce-
deret, emblemata auellenda curauit. sed nusquam apertius, quā
apud Macrobiū, quid acroama sit, intelligitur. est enim certe
is, qui fidibus, non is, qui uoce delectat. Saturnaliorum, inquit,
libro 11. Delectatus inter cœnam erat Augustus pueris sympho-
niacis Turonij Flacci mangonis, atque eos frumento donauerat,
cum in alia acroamata fuisset liberalis nummis: eosdemque
postea Turonij æque inter cœnam quaerenti Cæsari sic excu-
savit, Ad molas sunt. In oratione autem pro Sextio, de P. Clodij:
Ipse ille, maxime ludius, non solum spectator, sed actor, &
acroama quod ideo dixit Cicero, quia Clodius utrunque munus,
& histrionis, & musici, obiret. Ex nostro commentatio in ora-
tionem pro Sextio.

ACTUARIUS limes est qui primus actus est ab eo quintus quisque:
quem si numeres cum primo erit sextus, quoniam quinque centu-
rix sex limites claudunt. Actuarius autem extra maximos, D. & K.
latitudinem habent ped. xxi. Per hos iter populo, sicut per uiam
publicam debetur. ita enim cautum est lege Sempronia, & Cor-
nelia, & Iulia. quidam ex his latiores sunt xxi. pedibus, ut hi
qui sunt per uiam publicam militarem acti. habent enim latitudi-
nes nix publicæ. Hæc tradita sunt ab Hygēno in lib. de militib.

constituendis.

ACTVS, agrestis mensuræ genus fuit, de quo dictum est in dictione
Mensura.

ADOPTIO lege curiata fiebat. licebat autem nō patricio plebeium,
sed plebeio patricium adoptare. atque hoc in genere tria lex iu-
bebat obseruari: primum, ut his adoptaret, qui neque procreare
iam liberis posset, & cum potuisset, expertus esset: alterum, ut
tam generum ac dignitatis, tum sacrorum ratio haberetur, id est,
ut ita fieret adoptio, ut nequid aut de dignitate generum, aut de
sacrorum religione minueretur: tertium, ne qua omnino calum-
nia, ne qua fraus, ne quis dolus adhiberetur: quæ si seruari non
omnia, tum adoptionē recte fieri. nihil tamen horū in adoptione
P. Clodij seruatum esse, arguit Cicero in oratione pro domo sua:
neq. solum ob hanc causam ait esse infirmā irritante illā adoptio-
nē, uerum etiam, q̄, cum curiata lex ferretur, tum seruatum de cœ-
lo sit: quod cum fieret, neque legem ferri, neq. omnino quicquā
agi cum populo licebat, primum enim adoptandi causas esse o-
portuit, de quib. pontifices iudices erant; deinde, si causæ proba-
rent, curiata lex fereb. f. quam qui ferret, is omnia seruare debe-
bat, quæ in ceteris legibus, cum ferretur seruari mos fuit. quod ut-
runq. significat Cicero in oratione, cum ait: Ut is adoptet, qui
quod natura iam assequi non pōt, legitimo & pontificio iure que-
rat. itaque quod est apud Tacitum li. xxi. Lege curiata apud pon-
tifices adoptio fiebat; id ita est intelligendum, ut, nisi & lex ferretur,
& adoptandi causas pontifices probassent, adoptio fieri nō
posset. utrunque uero separatim agebatur, cum de causis pontifi-
ces cognoscerent, legem uero magistratus ferret. Adoptantis au-
tem ætatem xviii. annis maiorem, quam eius qui adoptaretur,
esse oportere, a Modestino scriptum est his uerbis: Non tantum
cum quis adoptat, sed, & cum arrogat, maior esse debet eo, quem
sibi per adoptionem, uel per arrogationem filium facit, sed uti-
que plena pubertate, id est xviii. annis, eum præcedere debet.
Ex libro nostro de legibus Romanis.

ÆRARIVM fuisse in Saturni templo, satis ex Festo, Plutarchoq; in
Probl. comitat. sed, æraria tria cur nominentur, non oēs fortasse
norunt: itaq; totam hanc rationem paullo diligentius conabimur
explicare. Ærarium primū illud fuit, quo effracto, cum p̄ annos
multos, ut Appianus, & Lucanus phibent, clausum fuisset, C. Cæ-

far pecuniam uniuersam belli ciuili initio sumpfit. atque in hoc bello Appianus, conditum fuisse aurum, quod in usum Gallici belli erogandum adseruaretur, quod uideretur esse iam inde ab eo tempore institutum, cum urbem Romanam Galli captam incenderunt, tunc enim ut aurum illud reponeretur, belli gallici metu decretum est. Atque ego quicquid postea ex uictorijs, ut ab Africa nis duobus ex secundo, & tertio Punico bello, a prioris fratre ex Asia, a Mummo, & Paulo ex Corintho, & Macedonia, a Lucullo, & Pompeio, ex Trigane & Mithridate partum est (ut alios pene innumerabiles omittam) eodem postea congeitum exitum; primum, quia, exiguam plane aurum fuisse, qua pascitis illis temporibus, paulo post urbem a Gallis liberatam in magna omnium rerum inopia, nondum ualde prolatis imperii terminis, deposita est, uerisimile uideretur, curis tantum pecuniae causa nonquam certe fores ararij sibi effringendas Caesar putasset. a quo adlata laterum aureorum xxv. m. & in numerato pondore ccc. Plinius lib. 2. ca. 3. affirmat; deinde, quod ararium, illud, quod per unum ingreus est Caesar, id fuisse quod aurum, & quae argenteum ex praedae Punicae, & Macedoniae congluturatae, Lucanus lib. 3. docet uis uerbis.

Tum conditus in

Eruitur templo, multis intactus ab annis,

Romani census populi, qui in punita belli,

Quem dederat Perles, quem uicti praedae, lib. 1. ppl.

Alterum fuit ararium ex auro uicesimario; quod in sanctiore arario seruatum ad ultimos casus Liui. lib. 27. prodidit, collectum autem ex eorum, qui in auro mittentur, uicesima; idem Liuius lib. 7. narrat. Tertia ex annua uestigialium pecunia constabat, ex quo, quicquid belli necessitas, aut quodidjanus Reip. usus requireret, decernente senatu, aut ait Polibus, uel etiam, quod potestis temporibus P. Clodius tribunus pleb. contra leges instituit, populo iubente sumebatur, atque hoc tertium ararium assiduus, tum ordinariis, tum extraordinarijs impensis exhaustum, & ad summas angustias redactum, in agraria II. & in oratione de prouincis consularibus, etiam in C. Verrem Cicero. Pedianus in commentario Cornelianae, Marcellus lib. 16. significat, priora duo per quam raro aperiri, ideoque sanctiora uocari solita, Cicero, Caesar, & Liuius demonstrat. nam de praedae bellicae arario, in quo ipso fuisse aurum, Gallici belli metu depositum, ad Atti. epist. 12. & 26. lib. 7. significatur. Caes. autem ipse libro 1. coram de bello ciuili sic. Lentulus consul, apertum sanctiore arario, ex urbe profugit. Florus quoque lib. 4. sanctum ararium uocat. idem sanctius ararium dictum illud esse, quo uicesimarium aurum seruabatur, Liuius lib. 27. ostendit. consulibus, inquit: aurum uicesimarium, quod in sanctiore arario ad ultimos casus seruabatur promi placuit. Quod autem ait Lucanus, Multis intactus ab annis. ita uerisimile uideretur si ciuilia bella excipias, certe enim neque C. Mario, neque Cinnae, neque postremo Sylla, qui publicam libertatem armis oppresserunt, pecuniam capere ex arario religio fuit etiam ipsum Pompeium ante Caesarem, orta inter eos ciuili contentione, ararij pecuniam esse usum, quis dubitet? quanquam accepit multo minus, quam reliquit. Cum igitur araria tria memorantur, distinguuntur pecuniae potius, quam loca: cum uno Saturno templi publicae pecuniae omnes afferuntur, sed in eo templo tres fuisse cellas, in quibus thesauri publici reponerentur licet existimare, ut pecuniae publicae tria genera fuerint, (peccuniam uoco, siue aurum, argentumque percussum esset, siue factum, ut uasa & similia, siue insectum, ut latera) unum ex auro illo propter belli Gallici timorem depositum, & ex praedae bellicae; alterum ex auro uicesimario; tertium ex annuis uestigialibus.

Ex nostro commentario in Epistolas Ciceronis ad Att.

AGER latine appellari dicitur, eo quod in eo agatur aliquid. alij agrum ex graeco nominati manifestius credit unde & uilla graece choragros dicitur. uilla autem a uallo, id est aggere terrae nuncupata, quod pro limite constituitur solet. Et possessiones quae dicuntur, item fundi, praedia, rura, agri sunt: hoc differunt, quod possessiones sunt agri late patentes, publici priuatique, quos initio non mancipatione, sed quisque, ut potuit, occupauit, atque possedit. unde & nuncupati Fundus autem dictus, quod in eo fundatur uel stabilitur testimonium, & tam urbanum aedificium, quam rusticum fundus intelligendum est. Praedium appellatum: quod ex omnib. patris familiae maxime prouidetur, id est apparet, quia si praeuidium: uel quod antiqui agros, quos bello ceperat, ut praedae nomine habebant. Rura uero incultos agros, id est siluas, & pasca, ueteres dicebant. Agrorum nomina multa sunt, cōpascuus, alluius, arcifinius, noualis, squalidus, uliginosus, subseciuus, quorum omnium rationem exponemus: Cōpascuus ager dicitur, quia diuisoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter uicinis. Alluius ager est, quae paulatim flumini in agrum reddit. Arcifinius ager dicitur, quia certis linearum mensuris non continetur, sed arceatur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum: un-

de & in his agris nihil subseciuorum interuenit. Noualis ager est primum procius, siue qui alternis annis uacat, nouandarum sibi diuina causa. noualia enim semel cum fructu erant, & semel uacua. Squalidus ager, quasi ex colidus, quod iam a cultura exierit, sicut exponit, quod a consuetudine discederit. Virginosus ager est temper humidus, nam humidus dicitur, qui aliquando siccatur, uligo enim humor terrae est naturalis, ab ea nunquam recedens. Subseciuus sunt, proprie, quae quae de materia praecidens, quae si superuacua abicit, inde & subseciuus agri, quos in pertica diuisoribus reculant, quasi steriles, aut pasulres. Ex libello uariorum auctorum de limitibus.

AGRORVM, qualitates Iulius Frontinus his uerbis perfectus est, Agrorum qualitates sunt tres, una agri diuisi & assignati; altera mensura per extremitates comprehensitertia arcifinijs, qui nulla mensura continetur. Ager diuisus assignatus, est coloniarum. hic habet conditiones duas, unam qua plerunque limitibus continetur; alteram, qua per proximos possessionem rigores assignatus est, sicut in Campania Sueuae Aruncae. quidquid autem secundum hanc conditionem in longitudinem est delimitatum, per strigis appellatur; quod quid per altitudinem per scamna. ager ergo limitatus, hac similitudine decumanis & cardinibus continetur. ager per strigas & per scamna diuisus & assignatus, est more antiquo in hac similitudine; qua in prouincijs arua publica coluntur. Ager est mensura comprehensus, cuius modus uniuersus curati est assignatus, sicut in Lusitania Salmiticensibus, aut in Hispania Citeriore Palantinis, & compluribus prouincijs tributarius solus per uniuersitatem populis est definitus. eadem ratione & priuatorum agrorum mensura aguntur hunc agrum multis locis mentores. quomnis extremum mensuras comprehendunt, in formam, in modum limitum considerant. Ager est arcifinius, qui nulla mensura continetur: finitur secundum antiquam observationem, fluminibus, fossis, montibus, uis, arboribus antemissis; quarum diuortis, & si qua loca hoc est quae ante, a possessore potuerunt obtineri. nam ager arcifinius sicut ait Varro ab arceus hostibus est appellatus: qui postea interuentu litium per ea loca, quibus finit, terminos accipere cepit. In his agris nullum us subseciuorum interuenit. subseciuum est, quod a subsecante linea nomen accepit. Subseciuorum genera sunt duo, unum, quod in extremis assignatorum finium centuria exploratio potuit. Aliud genus subseciuorum, quod in medijs assignationibus, & integris centurijs interuenit. quidquid enim inter limites minus, quam interclusum est, fuerit assignatum, in hac remanet appellatione: ideo quod is modus, qui assignationis superest, linea clauditur, & subsecetur. nam & reliquarum mensurarum actus, quidquid inter normalem lineam, & extremitatem interest, subseciuum appellatur. Est ager similis subseciuorum conditioni extracclusus, & non assignatus; qui si Reip. populi Romani, aut ipsius coloniae, cuius sine circundatur, siue peregrinae urbi, aut locis sacris, aut religiosis aequae ad populum Romanum pertinentibus datus non est, iure subseciuorum, in eos, qui assignare potuerit, remanet potestate. Ager extracclusus est, qui intra finitimam lineam, & centuriatis interiacet: ideoque extracclusus, quia ultra limitem finitima linea clauditur. Ex Frontino de limitibus agrorum.

AGNA uocabatur actus, mensurae genus agrestis, rusticis prouinciae Bæticae. ex libello uariorum auctorum de limitibus.

ALLUUIONVM, quae contingere solent in praedijs, & quae ripis quorundam fluminum terminantur, ea natura est, semper incerta possessio, incertum sit eius dominum quod Possessori per alluionem adrecescit. nam quod hodie possidemus, nonnunquam altero die uicini fundi dominio in alteram fluminis ripam translatum acquiritur. nec tamen, apud quem decreuit, remanet, sed plerunque redit ad priorem dominum cum augmento: sepe nec ad posteriorem manet, nec redit ad priorem, sed in arena fluminis inundatione soluitur: ideoque suggestione culminis tui admittitur, ut iudicio agrimenforis finiatur. non de Aegyptiis solis, nec de limi tantum alluionibus loquimur, sed quod salubre est orbi terrarum, atque omnibus prouincijs, promulgamus, ut ea quae per alluionem possessoribus acquiruntur, neque ab arario uendi, neque a quolibet peti, nec separatim censerit uel functiones exigi perpetua lege ualitura sancimus: ne alluionem ignorare uitia, uel rem noxiam possessoribus indicare uideamur. Similiter nec quidem quae paludibus antea, uel pasca uidebantur ascripta, si sumptibus ac laboribus possessorum nunc ad frugum fertilitatem translata sunt, uel uendi, uel peti, uel quasi fertilia separatim censerit, uel functiones exigi concedimus: ne hi doleant diligenter operam suam agri dedisse culturae, ne diligentiam suam sibi damnosam intelligat. Haec ex Frontino de limitibus agrorum: quae ille recitat ex epistola Theodosij & Valentiniani imperatorum. AGENUS

aut. m. & ipse in bello de limitibus agrorum sic inquit. De alluvione oblationis est, si hæc in occupatoris agris, quidquid us aquæ abstulerit repetitionem nemò habet, quæ res necessitatem ripæ munitur inungit, ita tamen, ut sine alterius damno quidquam fiat. Si vero in diuisa & assignata regione tractabitur, nihil amittere possessor: quoniam formis per centurias cuiusque modus adscriptus est: circa Padum autem cum ageretur, quod flumen torrens, & aliquando tam uolentem decurrit, ut alueum mutet, & multorum late agros trans ripam, ut ita dicam, transferat: sæpe etiam insulas efficit. At Cassius Longinus, uir prudentissimus, iuris auctor, hoc statuit, ut quidquid aqua lambendo abstulerit, id possessor amittat: quoniam scilicet ripam suam sine alterius damno tueri debet. Si uero maiore uel decurrens alueum mutasset, suum quisque modum agnosceret: quia non possessoris negligentia, sed tempestatis uolentia abreptum apparet. Si uero insulam fecisset, a cuius agro fecisset id possideret, ac si ex communi quisque suum reciperet. Scio enim quibusdam regionibus cum assignarentur agri, adscriptum aliquod per centurias flumini. hoc autem prouidit auctor diuidendorum agrorum: ut quoties tempestas fluium concitasset, non per regionem excedens alueum uagaretur, sed sine iniuria cuiusquam deflueret. hoc tamen agros, id est hunc omnem modum qui flumini adscriptus est, resp. quibusdam uendit, hæc quæstiones maxime in Gallia tota mouentur, quæ multis cõtracta fluminibus immodica aluium niues in mare transmittit, & subitaneam relegationem repetinas inundationes patitur. Aliquibus locis impetrauerunt possessores a præside prouinciæ, ut aliquam latitudinẽ flumini darẽt. nam & in Italia Pisanum flumini latitudo est assignata eatenus, quousque alluebat.

ALLUVIUS ager a ueteribus dicebatur, quem paulatim fluius in agrum reddit.

AMPLIATIO, & comperendinatio, differunt omnino inter se, nec tamen in quo plane differant, satis constat. quia de re recitabimus primum Pediani uerba; deinde quid sentiamus ipsi, exponemus. Pedianus igitur sic. Ante legem Glauciæ de comperendinatione, aut statim sententia dicebatur, si absolendus esset reus: aut, Amplius, prænucciabatur, si uideretur esse damnandus, cum dixissent iudices, Non liquet, hoc est, obscura causa est. itaque ea pars, interposita dilatione, dicebat, in cuius peroratione uidebatur obscuritas. comperendinatio uero utriusque partis recitatio est. & infra subiungit hæc. Alij sic. Inter comperendinationem & ampliacionem hoc interest, quod comperendinatio ex una tantum reddebatur, cum causam iudex nõ intelligeret, & omnino, si uidebatur iudicibus bona causa, absoluebant reum: si mala, non statim condemnabant, sed hac excusatione parcebant. nam, cum condemnandi nota esset. C littera, absolue di. Ampliandi signum N L. dabant, quo significant nõ liquere: unde ampliatio nascebatur. quibus ex uerbis primum illud intelligitur, ampliacione aut accusatorem solum aut defensorem iterum causam egisse: deinde, etiam hoc constat, esse, Amplius pronunciatum, non cum ambigeretur, absolendus, aut condemnandus esset reus, sed cum ita dilucide pareret culpa, ut condemnandus omnino uideretur. in quo tamẽ, ut, quasi ad excusandum dilacionem, speciem aliquam dubitationis præse ferret, ampliandi signum in tabellis dabant N L, tumq; iterum dicebat is, uel pro reo, uel contra reum, qui quod proposuerat, argumentis non satis probasse uideret. Quod ad primum attinet; etiam Pediano sicuti debeo tribuo plurimum: quæro tamen, uere ne senserit an secus. uenit enim in mentem suspicari, quemadmodum in comperendinatione, sic in ampliacione ab utraque parte iterum acta causa sit. Liu. enim li. xlii. causam de repetundis ex ampliacione utrinque ait esse actam. idem ex ijs uerbis possum conijcere, quæ sunt apud Ciceronem lib. i. in Verrem: Qui d ego nunc in altera a actione Cn. Dolabellæ spiritus, quid huius lacrimas, & concursationes proferam uocat altera actionem post ampliacionem, quod uerbum spectare potius utranque partem, quam alterutram, uidetur. & Asconius ipse, non dubito, quin idem senserit. subiungit enim hæc in suo commentario, Hic apparet etiam in ampliacione sic alteram dici quemadmodum in comperendinatione. De illo altero, cum dixit, ampliacionem fuisse, non in causa dubia, sed in manifesta rei culpa, non ad causam melius cognoscendam, sed ad damnationem differendam: plane non assentior nec tamen audeo dissentire. libenter enim existimauerim Amplius, esse pronunciatum, cum obscura causa esset, nunc de oblatione, aut condemnatione satis liqueret, propterea quæ ampliari requiri ad causam demonstrandam uideretur. nam si ampliatio futuræ damnationis esset signum: quorsum cum de Philodamo esset, Amplius, pronunciatum rantonpete Dollabella & Verres contendisset, ut condemnaretur? non opera superuacua fuisset? contenderunt autem, quia uidebant posse fieri, ut absolueretur. quid? Pedianus ipse nonne contra suam sententiam

loquitur? quæsi enim oblitus ea, quæ ante de ampliacione dixerat, hoc in loco ait. Mos ueterum hic fuerat, ut, si absolendus, quis esset statim absolueretur; si damnandus, statim damnaretur, si causa non esset idonea ad damnationem, absolui tamen non possit, Amplius pronunciaretur. Sed fortasse Pedianus excusari poterit, si tempora distinguatur. hoc modo, aut ante legem Glauciæ ampliatio fuerit dilata cõdemnationis iudicium, post legem uero Glauciæ, obscuritatis, nec satis exploratæ sententiæ. utrunque sane duo Ciceronis loca si quis attenderit, uidentur ostendere, primum, in iudicio Philodami, de quo proxime dictum est. ibi enim, dubium fuisse post damnationem euentum iudicij, plane constat. deinde, cum ea dixit in eodem libro: Verum ut opinor, Glaucias primus tulit, ut comperendinaretur reus. antea uel iudicari primo poterat, uel, Amplius, pronunciarum. utrum igitur putas legem molliorem? opinor, illam ueterem: qua uel cito absolui, uel tarde condemnari licebat. nam hoc, Tarde condemnari, ad illud, quod proxime dixerat, referatur, Amplius pronunciarum. ut ampliatio nihil aliud, quam tardam condemnationem, significare uideatur. Differunt etiam in hoc a comperendinatione ampliatio, quod ampliatio tantum a iudicij arbitrio ac uoluntate pendet, comperendinatio uero est illa quidem in iudicibus posita, sed petente uel accusatore, uel defensore. nam, nisi alteruter, ac uterque petiisset, nihil iudices de comperendinando reo cogitassent. non potuisse autem comperendinationem iudicibus omitti, Pedianus docet, cum ait, ideo testium usum esse Ciceronem, ut, si posset, comperendinationem tolleret. sperabat enim Cicero causa per testes patefacta, iudicibus quæ probata, futurum ut de tollenda cõperendinatione a iudicibus impetraret. ergo, tum in iudicibus, tum in accusatore ac defensore situm fuisse comperendinandi ius, uere dixi. Differunt etiam origine ampliatio, & comperendinatio. nam uetustior rem fuisse ampliacionem uerba Ciceronis de lege Glauciæ demõstrant, & P. Licinio C. Cassio cos. hoc est multis ante primam de repetundis legem annis, quam a L. Pisone lata diximus, ampliatio esse reos in iudicio repetundarum, apud Liuium li. xlii. animaduertimus. Ex lib. nostro de legibus Romanis.

ANVLVS, primus Prometheus fertur circulum ferreũ, incluso lapide, digito circumdedit. quia consuetudine homines usi anulos habere cœperunt. anuli autem per diminutionem dicti circulus & anis, qui sunt circum brachia, & circum crura. Anulos homines primum gestare cœperunt quarto a pollice digito; quod ea uena quædam ad cor usque pertingat: quam notandum ornandam que aliquo insigni ueteres putauerunt. Apud Romanos anuli de publico dabantur, & non sine discrimine, nã dignitate præcipuis uiris gemmati dabantur, cæteris solidi. anulum aureum neque seruus, neque libertinus gestabat in publico, sed anulo aureo liberi utebantur: libertini argento, serui ferreo. Apud ueteres ultra unum anulum uti, infame habitum uiro. Gracchus in Mæquium: Considerate Quirites sinistram eius, cuius auctoritatem sequi mini: qui propter mulierum cupiditatem, ut mulier est ornatus. Crassus, qui apud Parthos periit, in senectute duos habuit anulos, causam præferens, quod pecunia ei immensa creuisset. Femina non usæ sunt anulis, nisi quos uirgini sponsus miserat; neque amplius quam binos anulos aureos in digitis habere solebant. Inter genera anulorum sunt, unguis, Samothracius, Thynius. unguis est gemmatus, uocatusque hoc nomine, quia, sicut unguis carni, ita gemma anuli auro accingitur. Samothracius aureus est quidem, sed capitulo ferreo, a loco ita uocatus. Thynius purus est, primum in Bithyia fabricatus, quam olim Thyniam uocabant. Flaccus.

Lucentes mea uita nec smaragdos.
Berillos mihi * nec nitentes,
Nec præcandida margarita quæro:
Nec quos Thymia lina perpoliuit
Anellos, nec laspios lapillos.
Isidorus de etymologijs.

APOLLINARES ludi cum in unum annum uouerentur, incertoque die fierent, senatus P. Licinium Varum, prætorem urb. ferre ad populum iussit, ut in perpetuum in statum diem uouerentur, hi ludi, cum Annibal esset in Italia, ex Martij, clari uatis carmine primum instituti. cuius in libris hæc inuenta Liuius recitat lib. v. eademque fere & Macrobius lib. Sat. i. Hostes, Romani si expellere uultis; Apollini uouendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant: cum populus dederit ex publico partem, priuati uti conferent pro se, suisque. ijs ludis faciendis præerit prætor is, qui ius populo plebique dabit summum. X. uiri græco ritu faciant. hoc inuento carmine censerunt partes Apollini ludos uouendos faciendosque. uoueri autem, & fieri a prætore urb. quod is esse uideretur, qui ius

populo plebique summum daret: cum facti essent, duodecim milia aris prætori ad rem diuinam, & duas hostias maiores dandas: & ut uiri sacra ritu græco facerent, hisque hostijs, Apollini boue aurato, & capris duabus albis auratis, Latonæ boue femina aurata, ludos prætor cum facturus esset, edixit, ut populus per eos ludos stipem Apollini, quâ tam commodum esset, conferret. populus eos coronatus spectauit, matronæ supplicauerunt: uulgoque a pertuis ianuis in prætorio epularunt: celebrerque dies omni cæremoniariis genere fuit. Anno proximo, referente Calpurnio prætor, decreuit senatus, ut iij ludi in perpetuum uouerentur. triennio post, ut in perpetuum in statum diem uouerentur. P. Varus, ut diximus, prætor urbe a senatu iussus, legem tulit, & ex ea lege ipse primus uouit, fecitque ante diem xi. nonas Quint. eumque diem solemnem deinde seruatum esse Lilius tradit, ego tamen M. Bruti, qui Cæsarem interfecit, prætoris urbane absentis nomine, neque uno die tantum, neque xi. nonas Quint. factos inuenio, sed, cum nonis Quint. essent commissi, usque ad xi. idus datos fuisse. quod ex duobus locis epist. ad Att. libr. xvi. colligitur. atque hoc ipsum, de pluribus ludorum Appollinarium diebus, confirmat satis plane, ut uideatur, Lilius libro xxxvi. his uerbis: Ludis Appollinaribus ad v. idus Quint. cælo sereno, inter diu obscurata lux est.

Ex libro nostro de legib. Romanis.

ARCIFINIUS ager dictus est, quia ceruis linearum mensuris non continetur, sed arcantur fines eius, obiectu fluminum, montium, arborum: unde & in his agris nihil subseciuorum interuenit. Sic in lib. uariorum auctorum de limitibus. Siculus autem Flaccus, Occupatorij, inquit, dicuntur agri, quos quidam arcifinales uocant. ij autem arcifinales dici debent, quibus agris uictor populus occupando nomen dedit. bellis enim gestis, uictores populi terras omnes, ex quibus uictos eiecerant, publice atque uniuersaliter territorium dixerunt. intra quos fines ius dicendi esset: deinde, ut quisque uirtute colendi occupauit, arcendo uicinum, arcifinalem dixit. Et apud Frontinum hæc legimus. Ager arcifinitus, sicut ait Varro, ab arcendis hostibus est appellatus: qui postea, interuentu litium, per ea loca, quibus sunt, terminos accipere cepit in his agris nullum ius subseciuorum interuenit. Arcifinales agri, & Arcifini dicuntur, quorum fines deprehendi non possunt.

AUGUSTI termini dicebantur in locis montanis positi, rotundi, quod Augustus eos recensuit, & ubi fuerunt, lapides aliquos constituit, & omnem terram suis temporibus remensurari uoluit, ac ueteranis assignari.

AUSPICIA, duo fuisse auspicioꝝ genera, Dio narrat: unum sine obnunciatione, alterum cum obnunciatione, utroque genere potestas agendi cum populo tollebatur: primo, uel si nulla omnino signa de cælo monstrarentur, nec obnunciaretur quidquam: altero, cum cælesti aliquo signo uiso, quod publicam calamitatem portendere uideretur, obnunciaret is qui auspiciabatur, ei, qui agere cum populo uellet. utrunque genus, lege lata, sustulit P. Clodius, Ciceronis inimicus. de quo sic in oratione pro Sextio. Iisdem consulibus sedentibus, atque inspectantibus, lata lex est, ne auspicia ualere, ne quis obnunciaret, ne quis legi intercederet. Ex nostris commentarijs in orationem pro Sextio.

BRUTVS, & Bruti, & Scruæ, & Bulbulci, cognomina gentis Iuniae fuerunt. Brutorum præcipue nominantur, Lucius ille Brutus, qui reges eiecit; & M. Brutus, qui Cæsarem occidit. Lucius patricius fuit: de Marco, patricius fuerit, an plebeius, potest ambigij. patricium fuisse, Posidonius philosophus, eumque secutus Plutarchus affirmat: Brutum enim eum, qui reges expulit, tres filios habuisse, duos, quos particeps conuersionis in repub. ultimo supplicio, patre consule spectante, affectos, historia narrat; tertium, unde Iunia gens propagata est, & a quo M. Brutus originem duxit. Contra, plebeium ut fuisse credimus, Dionysij Halicarnassensis facit auctoritas. nam, & si Plutarchus, pro eo, ac de beo, plurimi facio: tamen Halicarnassensem, qui nititur argumentis, libentius, hæc quidem in re, auctoræ sequor. Plutarchi est simplex & nuda narratio. nã ilud nescio quid, quod affert ex Posidonio; ipsius Posidonij ætate fuisse Romæ præstantes ex ea gente uiros, quorum forma ad similitudinem magis accederet illius Bruti, qui ciuitate dominatu regio liberauit, ita plane nihil est, ut resellendum non existimem. Noster autem Cicero, cum in Philippicis orationibus, & in libro de claris orationibus dixit idem, quod postea Posidonius, & Plutarchus, potuit id Bruto gratificari; quem tum uicè diligebat, tum ad studium libertatis recuperandæ facilius impelli posse existimabat, si ab illo Bruto, qui primus Romæ iugum seruitutis uirtute depulserat, progenitum ostenderet. Dionysij ratio hæc est, eaque, ut mihi uidetur, admodum firma, si Lucius ille Brutus, qui libertatem Romæ constituit, uirilem stirpem reliquisset; eius posterij patricij fuissent, quod si patricij; consula-

tum sine dubio multi gessissent. at per annos ccc. quod falsè clarant. consul Romæ Iunius nemo fuit. nam, quod, Scruæ, & Bulbulcos, qui ut diximus Iunij fuere, consules Iunias, c. post Reges exactos annis; hoc potius docemur argumento, plebeios fuisse, quam patricios: cum in consularu collegas haberent de gente patricia; eo porro tempore consules fuerunt, cum eum magistratum duobus patricijs mandari, lex Iunia ueraret. Præterea, in eiusdem Dionysij historia tribunum ple. uideo Brutum quendam, plebeie partis deflorem accitimus; item alterum in oratione pro Quinctio; alios etiam alibi, quos, ut opinor, de gente Iunia fuisse, nemo negabit; & plebeios fuisse, ideo putandum est, quod tribunatum pleb. ijs tantum hominibus deferri, leges iaberent. Lilius sane duos tantum nominat Bruti filios: in quos, conuersionis crimine coniunctos, animæ dolum est. sed uerbum addit nullum, unde nullum præterea Bruti filium fuisse possit intelligi. Apud Dionem eadem fere, quæ apud Lilium, leguntur: ut non facile, utrum senserit, diiudicare liceat. itaque dubitatio ex Dionysio, Plutarcho, Posidonio tota nascitur; quam ego quidem, cum argumento illa duo, quæ posui, cum animo meo confidero, unum, de nullo Iunio per ccc. annos, post reges eiectos, consule, alterum, de Brutis trib. pl. quos Dionysius, & Cicero nominant: non admodum esse uideo, cur dubitem. & ab eo Bruto, quem cõtra patres multa pro plebe gessisse Dionysius memorat, potuit M. Brutus, Serulix filius, ceterique Bruti eius gratis ortum traherent porro ab aliquo L. Bruti patricij liberto. nam: liberti ita familiarè nomen assumebant, ut patricij, licet ab homine patricio, manumissi tamen esse non possent. Ex nostro comm. ad Q. Fr.

CANDETVM Galli appellant in agris urbanis spatium certum pedum, quasi centeatum: in agris rusticis autem pedum, centum quinquaginta quadratum iustum candetum uocant. Ex libello uariorum auctorum de limitibus.

CAPITALE crimen non ita plane est intelligendum, quod uita priuaretur, qui crimine capitali damnatus erat; sed ideo capitale, quod eum, qui damnatus erat, capitis autem pœna uel libertatis, uel ciuitatis amissio dicebatur, quam utranque, capitis diminutionem uocabant, at capitis diminutio cum triplex esset, maxima, media, minima; non omnis tamen pœna fuit, sed tantum dux prioris maxima, quæ libertatis ademptione fiebat; & media, quæ ciuitatis minima, cum familia mutaretur, beneficium potius, quam pœna, fuit, quod si cui magistratus adimeretur, capitis diminutio non fuit; ut in li. i. legimus: sicuti capitis diminutio fuit maerente magistratu, ut in emancipationem filij: quod li. xlviii. de capite minutis traditum est. quocumque autem in crimine uel maxima, uel media capitis diminutio sequeretur, capitale illud esse crimen dicebatur.

Ex libro nostro de legib. Romanis.

CARDO a ueteribus dictus est limes, qui a meridiano ad septentrionem dingeret: a mundi cardine. Hoc Aggenus, & Hygenus tradiderunt.

CENSOR, quinque primum fuit censorum imperium, ea lege, quæ Gegæio Macrino et Quinctio Capitolino v. cos. lata est: Quia simul illud sancitum, ut de gente patricia crearentur, sed eam legem sexennio post Mam. Aemilius dictator correxit, lege lata ne plus quam annua ac semestris censura esset. grauis enim omnis diuturna potestas in libera ciuitate. Censorum erat munus, ciuitatem censere, uectigalia locare, uitia notare. notatio autem, & animaduersio in improbos ciues non eiusdem erat generis. senatori senatu mouebatur: eques equum publicum perdebat: plebeius in Censuram tabulas referebat, & erarius fiebat, hoc est, ferendi suffragij, & capiendi muneris publici potestate omni priuabatur, ut tantum ad æra pro suo capite, tributi nomine, pendenda ciuis esset. Censuræ, ut ait Gellius, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisque, municipes sine suffragij iure facti: cõcessumque illis, ut ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, negotijs tamen atque oneribus uacarent. hinc tabulæ Censuræ appellata, in quas censores referri iuebant, quos nota causa suffragijs priuabant, adimebant igitur censores quod cuique ordini summum erat, senatori, ne in senatu esset; equiti, ne equitis insignie publicum equum, & anulum aureum, haberet; plebeio, ne suffragium ferret, quod enim præterea posset adimi, nihil erat. suffragij porro amissionem sequebatur amissio simul omnium munerum publicorum, sicuti, suffragij iure concessio, scimus honorum simul ac munerum omnium partem esse datam. Erat ne ciui Romano senatori, dicit aliquis, præter ordinis amissionem, alia pœna erat, nam interdum non modo aditu curiæ prohibebatur, uerum etiam tribu mouebatur, in ærariosque referebatur. moueri autem tribu, est, in tribum ignobiliorem transferri, ut ex rustica in urbanam, uel in aliam rusticam minus honoratam. Aemilium quidem Mamercinum, quod censuræ tempus minisset, a censoribus & senatu eiectum, & tribu motum, ærariumque etiam,

nam, censu o duplicato, esse factum, Livijs libro XXI. scriptum reliquit. eodemq. modo ciues Romanos ordinis equestris nō modo equo publico priuatos, uerum etiam in ærarios reatos esse ex Valerio Maximo, alijsq. didicimus. Censuram autem notam atq. ignominiam is, qui succedebant, censes plerumque soluebant. atque etiam, quod censor unus statuerat, id alter sæpe mutabat. præterea, notatos a censoribus pristinum in locum restitue re uel iudices, re cognita, & iudicata, suis sententijs, uel populus ipse suffragijs & poterat, & solebat. quod si quis, est senatu eiectus, neque a censoribus sequentibus, neque a iudicibus, neque a populo in integrum restitutus esset: unā habebat in senatum redeundi uiam, si honores illos denuo populi suffragijs consequeretur, quos qui gesserant, is, etiam si lecti in senatum a censoribus non essent, patere tamen curiam leges iubebant. Cautus, qui bus ciues Romani a censoribus notantur, multæ tradunt, ut, si quis conceptis uerbis peierasset; si, cum esset in provincia socios diripisset, si pecuniā accepisse ob rem iudicandam putaret; si pro æris magnitudinem prædia mancipasset; si paulo esset insolentior in sumptu: qua de re uerba sunt hæc apud Gellium lib. 4. Cornelium Rufinum, bis consulatu & dictatura functum, censor Fabricius senatu mouit ob luxuriæ notam, quod decem pondera argenti facti haberet: notabantur et qui strigiores equos haberent, quibus equus publicus adimabatur. omnium denique rerum nomine male audientes, ut furti, peculatus, captarum pecuniarum, quo socijs, quorum criminum turpia iudicia uocabantur, a censoribus notabantur: ut tamen idem illarum ipsarum rerum postea iudicijs absoluti, suis suum, censorum animaduersione ademptum, sæpe recuperauerint. neque unquam iis quos animaduertissent censes, propterea uel magistratum capere uel iudicem legi, uel alterum accusare non licuit. In censu poena fuit grauissima bonorum, & libertatis amissio, eamque significat quidem Lilius, cum ait lib. 1. seruius censum maturauit metu legis de incesis late narrat autem aperte Dionysius, τὸ δὲ inquit, τὸ μὴ ἀναστῆναι πρὸς αὐτὸν, τὴν τε δὲ αἰὲς ἐπέσει, καὶ ἰσθὺν ἰσθῆναι, ἀπὸ δὲ ἰσθῆναι. Ex nostro libro de legibus, & ex lib. de ciuitate Romana.

CENSORVM etiam erat, curare, ut sacella non in domo cuiusdam essent, sed populo paterent. itaque Lilius lib. XL. ubi loquitur de Lepido, & Fuluio censoribus, complura, inquit, sacella, publicaque sacra, occupata prauis, ut paterent essentque populo, curarunt.

CENSVS, egregia multa sunt, nec a multis animaduersa quæ de censu ciuium Romanorum a ueteribus tradita licet colligere. Censebantur ciues Romani, non ubi ad ætatem serendis armis idonei, hoc est ad annos XVII. peruenerant; quod uideo quosdam existimasse; sed a quo primum die nati erant. nam si robustiores tantum censi essent; Ser. Tullio regnante: qui censum instituit, Romæ fuissent hominum ducenta millia. si quidem Lilius octuaginta millia. Dionysius etiam plures in primo censu commemorat, ut necesse sit, eos, qui nondum per ætatem gestare arma possent, (omitto senes affecta iam ætate ob infirmitatem uirium domisidentes, aut in lectulis cubantes) haud fere pauciores ducentis millibus fuisse. tantoq. marium numero parum fuisse numerum feminarum, & que necessarium uideatur. quod certe, ad estimationem quidem iudicii mei, uix est ut credi possit. demus, id quod uerum est, urbem Romam quinque regum uirtute, ac sapientia reb. omnibus uehementer esse auctam. annorum uero CXXXII. spatio in ipso enim principio Seruius, sextus rex, censum instituit incrementa fuisse tanta, ut capitum ducenta millia, quam hodie multitudinem in una aut altera Europæ urbe uix, aut fortasse ne uix quidem inuenias, numerata sint; ita simile ueri non est, ut moustri simile uideatur. ipse etiam Lilius lib. III. cum ait; Q. Fabio T. Quintio cos. censa ciuium capita CXXXII. millia, CXXXII. præter orbos. orbosque; nullam ætatem, orbis exceptis, nullumque sexum censu exclusum, satis indicat. idemque lib. LXI. significat, cum inquit: Censa sunt capita CCXXXVII. millia, XXXII. præter orbos, & uiduas. Quæ si cui dubia uidentur argumenta, Dionysij Alicarnasæi legat historiam. nam ex eius uerbis, quæ sunt lib. I. non modo cuiusque rem esse æstimaram, quod unum Lilius, scripsit quandoque parum diligens, tradidit, uerum etiam ætates omnium, uxores, liberos, locum ubi habitarent uel in urbe uel in agro, publicis in tabulis notatum, planissime ostenditur. Quod autem ad libertinos attinet; eos item una cum ingenuis esse censos, idem Dionysius eodem in loco significat. Vtrum uero, qui extra pomerium, an soli qui intra pomerium habitabant, censentur, dubitare non licet: cum ab eodem & de agro Romano fieri mentionem uideamus. Et ut de rusticis Romanis census ex Dionysio, sic de municipibus postea quæ communicari cœpta ciuitas est, plane constat ex eo Pediani loco: Conuenerat ex municipijs, cuiuscunque modi multitudo, aut, propter comitia, suffragiorum causa, aut ludorum, aut ut censere-
nt. nec tamen obscure idem significant illa uerba pro Cluen-

tio: Illum tabulas publicas Latini censorias corrupisse, decuriones uniuersi iudicauerunt certe enim de tabulis is intelligit, in quas censes, cui ciuium Romanorum censum agerent, municipum nomina retulerant. Coloni ante bellum Punicum secundum non censabantur. ait enim Lilius sic lib. XXIX. Quod etiam coloniarum quod nunquam antea factum erat, deferentibus censoribus, censum acceperunt; quantum numerum militum, quantum pecunia ualerent, in publicis tabulis monumenta extarent. Censebantur quinto quoque anno lustrum scilicet confecto, quod integrum quatuor annorum spatium sunt, tamen, ultra quadrienni interval- lum, uel bello, uel domesticis discordijs, uel alio casu, sæpe produm esse censum, obseruauimus. Magistratus huic numeri præfuit, primus, qui summus in urbe fuit, reges duo postremi, Seruius, & Superbus, eiectisq. regibus, consules; deinde, cum consules bellis impedirentur, censes; qui ab re nomen acceperunt. Censum in foro fiebat; lustrum in campo Martio condebatur, census sue, oue, tauro; quod sacrificium & solitaria uocabant. de lustrum Lilius, Dionysius, omnes historiarum narrat. de censu inde con- scriptione, quod equites trabecatos per medium forum idibus quintilibus ante censes sua manu equum tradidisse. Lilius, Valerius, Suetonius, Plutarchus affirmant. quæ re significanda uerbum, transuere, ueteres historici libenter usurpant; Cicero, traducere dixit. quod si equites in foro censabantur, de ceteris, nihil obitat, quin idem putemus. A principio, e Seruii regis instituto in sua quisque classe, quæ in centurias dispersa erat, hoc est, ex suo quisque censu, quæ rei familiaris erat æstimatio, censabantur; qui centum millia, eo ue amplius possideret, in prima classe, qui infra centum usque ad septuaginta quinque, in secunda, inde ad quinquaginta millia in tertia, inde ad uiginti millia, in quarta, ab eo ad undecim millia, in quinta; infra uero, in sexta. ex quo sequitur, ut decuriones, equites, senatores omnes in prima classe censerentur: quando quidem neque decurio poterat esse, qui centum millia non haberet, neque eques, qui quadringenta millia, neque senator, qui octingenta millia. Post ex plebs uero XXXV. tribus non in centurijs, sed in sua quemque tribu censum esse crediderim. senatores enim, clarissimos uiros, summis honoribus tu- ctos, ipsos, inquam, censes, M. Lilius Salmatorem, C. Claudium Nerone, in suis utrunque tribubus, nulla facta classium mentione, censum esse, Lilius. li. XXXIX. perspicue demonstrat his uerbis. Equitem deinde census agi coeptus est, & amb. forte cen- sores equum publicum habebant. cum ad tribum Polliam uen- tum est, in qua M. Lilius nomen erat; & præco eundem citare ipsum censorem: cita, inquit Nero, M. Lilius; & siue ex refi- dua & uetere similitate, siue intempestiua iactatione seueritatis inflatus, M. Lilius, quia populi iudicio esset condemnatus, equum uendere iussit. item M. Lilius, cum ad tribum Narniensem, & no- men collegæ ueatum est, uendere equum C. Claudium iussit. Festus tamen uidetur significare, post expletas etiam XXXV. tribus censes esse ciues Romanos in centurijs: ait enim sic Niquit- uit centuria est, quæ dicitur a Ser. Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non tulisset in sua; ne quis cuius suffragij iure priuaretur. nam, sciscito, significat, sententiam dicit, ac suffragium ferre: unde scita plebs. sed in ea centuria neque censetur quisquam, neque centuria præficitur, neque centurialis potest esse: quia nemo certius est eius centuriæ. est autem Nequis- scit, nisi quis scit. Pedianus etiam, cuiusque cuius nomen in al- bo si centuria scriptum fuisse, tradit: indeque exemptos qui a cen- sope ærarii fierent. itaque hanc ueterum quasi controuersiam ita- dit mememus, ut nominatas quidem & recognitas in censu singu- lis tribus, nomina tamen ciuium in sua cuiusque centuria scripta esse dicamus. Et quoniam tria genera ciuium fuisse constat, senato- res, equites, plebem, & plebi equites, equitibus senatores digni- tate præstitisse, constat: ratio postulat, id quod etiam ueterum ex- emplum testantur, ut in censu primus ordinis senatorum locus, equi- tum secundus, plebs uero fuit postremus. primum igitur recita- bantur omnium senatorum nomina, erat autem, inter ipsas senato- res primum recitari, per honorificum: isque princeps senatus uocabatur. id in arbitrio censorum positum erat: a quibus tamen meminimus, nisi de consularibus, principem senatus esse lectum, ani- maduertimus. eodem modo princeps equestris ordinis dicebatur is, quem censes primo loco scripsissent in iis tabulis quæ equi- tum nomina continebant. Ex nostris obseruationibus.

CENTURIA, uocabulum e centurijs, ut ait Siculus Flaccus, ex eo datū est, cum antiqui Romani agrum ex hoste captum uictori populo per bina iugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena iuge- ra dedertunt; & hoc facta centuria iuste appellata est.

CILICIA, termini dicti sunt a Cilicio Saturnino, centurione cohortis septimæ & uicesimæ, qui terminationem fecit.

CIRCULVS, quinque circulis hæc nomina assignant. summum sri- gidissimæ partis finem, septentrionalem appellant, secundum ab eo, solstitialem: ab hoc deinde, qui mediū polum diuidit, & quic-

stialem: quod in eo sol diei & noctis horas æquet: ab hoc deinde, qui est æquinoctialis proximus, brumalem. nam & solstitialis est ordinatus. septentrionalis deinde se contrarium australem appellant. circulus autem zodiacus, cuius hinc sol negatur excedere, ex circulo solstitiali ad brumalem per diagonum ostenditur, ita ut ex utraque parte meridiana circulum medium secet. per hunc sol refertur, & orbem terrarum uiginti & quatuor goris circum ire. Ex Hygeno de limitibus constitutendis.

Circus. Soli principaliter consecratus est a paganis. cui ædes medio spatio, & effigies de fastigio axis emicat: quod nonnulli putauerunt sub recto consecrandum: quem in aperto habent. Est autem circus omne illud spatium, quod circue equi solent. hunc Romani dictum putant a circui equorum, eo quod ibi circummetas equi currunt. Græci uero a Circe filia Solis, quæ patri suo genus hoc certaminis instituit. Ornamenta Circi, oua, meta, obeliscus, carcer. Oua honori Castoris & Pollucis scribunt, qui illos duo editos credendo, de cygno & Ioue non erubescunt. Metarum appellatione proprie terminum ac finem mundi designare uolunt, ab eo quod aliquis emensus finis est, siue ad testimonium orientis occidentisq. solis. Obeliscum Messeres rex Aegypti primus fecisse fertur tali ex causa. Cum quodam tempore Nilus uolens inundatione Aegyptum uisitasset, indignatus rex tanquam penas a flumine exigeret, sagittam in undas misit. non multo post graui ualitudine correptus, lumen amisit: qui post excitatem uisu recepto duos obeliscos Soli consecrauit. obeliscus enim sagitta dicitur. qui ideo in medio circo ponitur, quia per medium mundum sol currit. medio autem spatio ab utraque meta constitutus obeliscus, fastigium, summitemque cæli significat; cum Sol ab utroque spatio medio horarum discrimine transcendit. summo obelisco superpositum est quiddam auratum, in modum flammæ formatum, quoniam Sol plurimum calor atque ignis habet. In circo, unde emittuntur equi carceres dixerunt, à carcere, qui est in ciuitate: quod ut ibi homines damnati atque inclusi, ita hic equi coercentur, ne exeant ante quam signum emittant. Ars Circi, auriga, & currus, equites, uel pedites, aurigæ autem duobus coloribus sunt, prasinus & Venetus. prasinus terræ, uenetus cæli & mari dedicatus est a paganis. Erichthonius autem qui regnauit Athenis primus, quatuor equos iunxisse fertur, sicut Virgilius auctor est, dicens.

Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus,
Iungere equos, rapidisque rotis insilire uictor.

Curus autem à cursu dicitur: uel quia rotas habere uidetur, unde & carrum, quasi currum quadrigatum uero currus duplici tempore olim erant, perpetuoque, & qui omnibus equis iniiceretur. Iugo primus Cristeres Sicyonius tantum medios iungauit, eosque singulos ex utraque parte simplici uinculo applicauit. Quadrigæ, bigæ, trigæ, seigæ a numero equorum & iugo dicitur. ex quibus quadrigæ Soli, bigæ Lunæ, trigæ inferis, seigæ Ioui, desultores Iuicis & Hespero sacrauerunt. Quadrigæ ideo Soli iunguntur, quia per quatuor tempora annus uertitur, ueritas, ætatem, autumnum, & hiemem. bigæ Lunæ; quoniam gemino cursu cum Sole contendit; siue quia & nocte uidetur, & die iungunt enim unum equum nigrum, alterum candidum. Trigæ dijs inferis: quia hi per tres ætates homines ad se rapiunt, id est per infantiam, iuuentutem, senectutem. Seigæ maximo currus, Ioui: propterea quod maximus deorum suorum eum esse credunt. Septem spatia quadrigæ currunt, referentes hoc ad cursum septem stellarum quibus mundum regi dicunt, siue ad cursum septem dierum presentium, quibus per actus uite terminus consumatur. Porro equites singulares ideo currere dicunt, quia singulariter unusquisque cursum uite huius per agit, atque transit, alius alio tempore sequens alium, per uiam tamen uiam mortalitatis usque ad propriam metam mortis. Desultores nominati, quod olim prout quisque ad finem cursus uenerat, desiliebat, & curiebat, siue de equo in equum iterum transiliebat. Pedites aiunt propterea pede currere, quia pedibus curritur mortalitati. ob hoc à superiore parte currunt ad inferiora, id est ab oriente ad occidentem, quia mortales oriuntur, & occidunt. Nudi currunt, quia & homini in sæculo nullæ reliquæ sunt. recto spatio currunt, quia inter uitam & mortem nihil distat.

Circa causas quoque elementorum iidem gentiles etiam colores equorum iunxerunt, roseos Soli, id est igni, albos aeri, prasinus terræ, uenetus mari assimilantes; item roseos ætati, currere uoluerunt, quod ignei coloris sint, & cuncta tunc flauescant: albos hyemi, quod sit glacialis, & frigoribus uniuersa canescant: ueri prasinus uiridi colore, quia tum pampinus defatur. Itæ roseos currere Marti sacrauerunt, a quo Romani exortuntur, & quia uexilla Romanorum cocco decorantur, siue quod Mars gaudeat sanguine. abs zephyris, & serenis tempestatibus: prasinus flori & terræ: uenetus aquis uel aeri, qui caeruleo sunt colore: huteos, id est, croceos, igni & soli: purpureos Iri sacrificauerunt, quem arcum dicimus, quod is plurimos colores habeat. Isidorus de etymologia.

CLAUDIA GENS, tribus maxime cognominibus usa est. Nã & Pulchri, & Neronis, & Marcelli nominantur. patricii tunc Pulchri & Neronis, plebei Marcelli nec minus multos ex plebeis, quã ex patriciis, uirtute præstantes, meritisque claros in temp. licet in uenire, ex nostro commentario ad Q. Fratrem.

COGNOMEN necessitas primum excogitauit, cum prænomen, & nomen quandoque non satis esse uiderentur, ad homines distinguendos: post usus, & commoditas custodiunt, & propagauit. Qui uero agnomen aliud esse a cognomine tradiderunt, ut mihi satis quod sentiunt, non probant ex eorum uero numero grammatici ueteres existunt, qui cognomina appellant ea quæ tertio loco, quæ uero præterea adiciuntur, ea omnia agnomina nuncupant, ut Africani & Asiaticum. eiusmodi uero opinio facile locupletissimi auctoris Ciceronis uerbis refellitur: apud quem animaduertere possumus, ea omnia cognomina dici, quæ etiam quarto loco ponuntur. Sic enim ait pro Murena: quã laudem ille Africa oppressa, cognomine ipsò præferebat, eandem hic sibi ex Asia cognomen assumpsit. & in somnio: Eritque cognomen id tibi per te partum, quod nunc habes a me hæreditarium. idem, Diutem cognomen uocat li. i. de officiis in M. Licinio Crasso, quod tamen quarto loco erat. Ex libro Caroli Sigonii de nominibus Romanorum.

COGNOSERE, non de leuibus tantum causis, uerum & de capitalibus usurpabatur. Cicero pro Roscio Amer. & alibi. Peditanus quoque in suo præmio.

COLLEGIA, hoc est infimorum hominum certas artes pariter exercitium, conuentus, iam inde a Numa rege esse instituta, in Plinio naturali historia, & in Plutarcho scriptum est. postea, cū horum collegiorum numerus esset auctus, omnia præter pauca atque certa, ut fabrorum fitorumque: quæ ciuitatis utilitas desiderabat, pluribus legibus sublata sunt, neque solum legibus, sed etiam senatus cõsultis, ut L. Cæcilio, Q. Marcio. cos. nec. n. hominum humilium conuentiones in ciuitate satis tutæ uidebantur. Clodius autem, ut inopem plebē, quæ paruo negotio ad facinus impellitur, sibi conciliaret, ut potest, qui nouitate & uim meditaretur, collegia non solum uetera restituit, sed et noua innumerabilia constituit. de quo & in oratione pro Sextio, & in Pisonē Cicero meminit. præterea Dio li. xxxvii. Peditanus in commentario Cornelianæ. Hæc autem collegia non è solis peregrinis, aut è seruis, sed è peregrinis, qui postea ciues habebant, nouis ciuibus, ex ueteribus Romanis inopia laborantibus, & seruis constabant. est. n. ridiculum, eos putare fuisse peregrinos, quorum patres & maiores multis ante annis arte aliquã sedentiã administrassent. peregrini quidē & erant, & dicebant, ante quam essent censiti, cum Romæ domicilium iam per aliquot annos habuissent, professi apud prætorem, ciuium Romanorum iura conseruebantur: uel eadem quas antea, artes administrabant, uel in militiam proficiscebantur in qua cum nonnulli fortem fidelemque operam reip. nauassent, equestris loci dignitatem, si modo H. S. quadraginta millia possiderent, conseruebantur: uel tribuni militum fiant, ex quo postea trib. pleb. facile creabatur: unde ad alios magistratus erat ascensus. Romanos autem ciues, alios magistratibus, alios militiæ, alios mechanicis artibus operam dedisse facile mihi & Plinius persuadet, qui de collegiis arariorum, fabrorum, & figulorum a Numa rege institutis mentionem facit: & L. Florus idem aperte demonstrat, cuius hæc sunt uerba: A. Ser. Tulio rege populus Romanus relatus in censum, digestus in classes, decuris atque collegiis distributus: summaque regis solertia ita est ordinata resp. ut omnia patrimoni, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque discrimina in tabulis referrentur, ac si maxima ciuitas minimæ domus diligenter contineretur, collegia, nominat, & artes: quæ duæ dictiones manifesto declarant, contra quã Dionysius Halicarnassensis quodam in loco affirmat, artes illas, quæ in officinis tractantur, etiam ab iis, qui multis ante annis iure ciuium Romanorum uerentur esse cultas. & Cicero demonstrat in oratione pro domo sua: ait enim sic: Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani, (quoniam plebi quoque urbana maiores conuenticula, & quasi concilia quædam esse uoluerunt) qui non amplissime non modo de salute mea: sed etiam de dignitate decreuerit. Præterea lib. vi. epist. ad Art. indicem esse Romæ signat Turpionem futurum. quid autem Peditanus qui fuit antiquitatum Romanorum bene peritus, non ne in orationis pro Milone commentario, & cõcionem, & populū nominat, cū de iis, qui mechanicas artes tractarent, manifeste loquatur? nam, cum exponit illud, contra hesternam concionem illam, subiungit hæc: Idem T. Munatius Plancus, ut sæpe diximus, post audita & obsignata testium uerba dimissosque interim iudices, uocata concione cohortatus erat populū, ut clausis tabernis postero die ad iudicium adesset, nec pateretur elabi Milonem. Erant igitur opificum collegia ex quatuor hominum generibus, è seruis, ex inopi ueterum ciuium Romanorum plebe, ex nouis ciuibus, ex iis, qui cum proxime in urbem uenissent, cõsueti nondum erant, sed illa quæ P. Clodius restituit, qui etiam, ut ait Cicero in Pisonem noua

noua quædam è seruitorum fœce constituit, Dio historix suæ lib. xxii. τὰ ἀναγκαῖα, καλλόλιμα, nominat. quod nihil aliud essent, quam opificum sodalitates: quales Venetus uideamus esse quam plurimas. quod et si ita sit: ad aliam tamen sententiam conuertendum est illud, quod in libro de senectute, ex persona Catonis Cice. pronunciat: sodalitates paulo ante me quæstorem constitutæ sunt. non enim de collegiis opificum est intelligendum, sed de sodalitatibus honestorum ciuium, animi causa constitutis, & quemadmodum sodalitates, item collegia non semper de artificum cæribus dicuntur. non enim quod lib. ii. ad Quintum Fratrem scriptum est, M. Furium Flaccum, equitem Romanum Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt, sic exponendum est, ut de collegio eorum, qui mechanicas artes exercebant, sed de collegio aliquo sacerdotum eiectionem esse Flaccum, intelligamus. non enim suspicari aliter possumus, cum eques Romanus esset; artes autem quæstuarie ab infima plebe tractarentur, argentaria tamen excepta: quam a Q. Cæcilio, equite Romano Pomponij Attici auunculo, esse administratam, li. i. ad Atticum Cicero significat: si modo fœnerator, & argentarius idem fuit. erat igitur inter quæstuaras artes paulo honestior, uel, ut dicam uetus, paulo minus turpis argentaria: cui tamen operam dare, probro dicebatur. itaque Octauio, qui postea est Augustus appellatus, aum argentarium M. Antonius & Cassius Parmensis exprobare soliti sunt. Ex nostris commentariis in orationem pro Sextio.

COLONIA, duo genera coloniarum fuisse, Romanæ, & Latine. omnes constabant è ciuibus Romanis in colonias exeuntibus. Romanæ dicebantur eæ, quæ iura ciuitatis Romanæ possiderent. ita que ciues Romani, erant, & ferendi suffragii potestatem habebant: cuius generis erant colonie multæ in Gallia togata; propterea que dixit Cicero in epist. i. Ad Attic. Videtur in suffragiis multum posse Gallia. Latine uero colonie dicebantur eæ, quæ ius Latii haberent, quod infra ius Romanæ ciuitatis erat. itaque & in oratione pro Balbo, & alibi legimus, multos ex colonis Latinis ciues esse factos. quod item non legitur de colonis Romanis. nec enim eis dari oportebat, quod habebant. Coloniarum his uerbis mentio fit apud Hygenum de limitibus. Finitis bellorum operibus, augendæ reip. causa illustres Romanorum uiri urbes, constituerunt, quas aut uictoribus populi Romani ciuibus, aut emeritis militibus assignauerunt, & ab agrorum nouæ dedicatione culturae colonias appellauerunt. uictoribus autem assignatae coloni e iis, qui temporis causa arma acceperant. non enim tantum militum incremento respu. populi Romani habuit. erat tunc præmium terra, & pro emerito habebatur, multis legionibus cõtigit bellum feliciter transigere, & ad laboriosam agriculturæ requiem primo tirocinii gradu peruenire, nam cum signis, & aquila, & primis ordinibus ac tribunis deducebantur. modus agri pro portione officii dabatur.

COMITIA, comitiarum tria genera Romæ diuersis temporibus instituta, curiata primum a Romulo, centuriata. deinde a Ser. Tulio, sexto Romanorum rege: postremo tributa, a trib. ple. De curiatis comitiis ista significat, quæ scripta sunt apud Pomponium iuriconsul. Romulus, inquit, populo in triginta partes diuiso, quas curias appellauit, quod tunc reip. curam per sententias earum expediebat, leges quasdam curiatis ad populum tulit: ualerunt & sequentes reges. Centuriata Seruius rex, ut diximus, maiorum rerum, patriciorumque magistratum causa indixit: usque comitiis ad extrema reip. tempora patricios magistratus creatos esse legimus. Tributa regibus eiectionis, tum primum instituta, cum Coriolanus in iudicium populi uocatus est. posteaque cum Volone Publio Letorius legem tulerunt, ut tributis comitiis plebeis magistratus fierent, qui antea curiatis fieri solebant. Tributorum autem comitiarum aucta maxime uis est ea lege, qua L. Valerius, & M. Horatius eos. tulerunt, ut, quod tributis comitiis plebs sanxisset, eo Quirites omnes æque tenerent, ac si centuriatis comitiis perlata lex esset, ita centuriatis tributa sunt æquata, & quod ait Lilius, tribunicis rogationibus acerrimum telum hac lege datum est: tum, quicquid tribuni pl. ferent, id deinde ab omnib. ciuibus seruari necesse esset. Quæquam & Publius dictator, lege lata, centuriata, quæ patriciorum causa instituta diximus, imminuit: sanxit enim ut omnium legum, quæ comitiis cõturiatis ferrentur, ante initium suffragium patres auctores fierent: nec scilicet roboris minus haberet; si quid popularæ, patribus inuitis, latum esset. De iure autem, & tempore comitiarum ita cognosci poterit, si, quæ duarum legum, Aeliæ, & Fufiæ, fuerit sententia, consideretur. quare loca ipsa proponemus. ac primum, quod ait in ea pro Sextio; Iisdem cõsulis sedentibus, atque inspectantibus, lata est lex, ne auspicia ualerent, ne quis obnunciaret, ne quis legi intercederet, ut omnibus factis diebus legem ferre liceret, ut lex Aelia, lex Fusia ne ualeret: dicendum est, quatuor illas partes de auspiciis, de obnunciatione

ne, de intercessione, de factis diebus, omnes duabus legibus, quæ subiciuntur, Aelia, & Fusia, comprehendi, sed etis priores Aelia, posteriorem autem Fusia: rursus e tribus prioribus, eiusdem generis, & quasi naturæ duas esse; tertiam separatam, & tanquam alienam. nam auspicia ideo erant, ut esset obnunciatio, tum enim de cælo seruatum esset, tum ferentibus legem obnunciabatur. itaque auspiciarum quasi partus quidam erat obnunciatio: nec unquam seruatum est de cælo, quin obnunciatum sit siue prospera, siue aduersa signa essent: cum prospera confirmarent id, quod cum populo ageretur, aduersa impedirent. propterea sublatum esse à Clodio morem de cælo seruandi, scripsit Dio libro xxxviii. cum tamen antea ita diligenter auspicia seruata essent, ut M. Drusi legibus, qua contra auspicia late iudicarentur, senatus decreuerit populum non teneri. quod Cicero libro ii. de legibus, & Peditanus in commentario Cornelianæ tradidit. ergo cum hoc auspiciarum genere quasi cognatione quadam coheret obnunciatio. ac intercessio nihil habet commune cum auspiciis. auspicia enim ad religionem referebantur, quod a cælo, id est, adeorum numine, pendere uiderentur. intercessio autem humanæ potestatis erat; & cum a uoluntate semper, nulla religionis obseruatione, manabat, tum ab ea uoluntate nonnunquam, quæ ab omni religione dissentiret, & cum ipsa quasi deorum uoluntate pugnaret. præterea seruare de cælo, augurum, atque omnium plane magistratum fuit; quod supra notauimus: intercedere uero duntaxat ad tribunos pl. tum ueteri sacratarum legum iure, ut ego existimo, legis Aeliæ iussu pertinuit. loquor autem de intercessione ad populum, cum lex ferretur, nam in senatu, cum S. C. fieret, non tribunos pleb. tantum, sed omnes, qui eadem potestate, qua ij, qui S. C. facerent, maiore ue essent intercedendi facultatem habuisse, diximus in libro de senatu. atque etiam, quod in eò libro non diximus, forensis, ut ita dicam, erat intercessio, cum prætori, de priuata controuersia decerneret, prætor intercedebat. cuius generis idoneus locus erit in libro de iudiciis. nunc persequamur institutum. Dixit legis Aeliæ fuisse tria illa membra, de auspiciis, de obnunciatione, de intercessione; quæ Clodius sua lege sustulit: quartum de factis diebus Fusia lege sancitum. itaque in oratione de prouinciis consularibus, in extremo, paulo distinctius locutus est Cicero, cum caput illud, de factis diebus, separatim à reliquis posuit: reliqua uero tria separatim quidem, & ipsa ab eo capite, sed ipsa tamen inter se coniuncta, ut dubitandum minime sit, quin hæc in una lege simul fuerint, sicuti simul sunt a Cicerone pronunciatæ, quod si in una lege: ne illud quidem dubitandum de duabus legibus, Aelia scilicet & Fusia, utrum intelligamus. nam si de tribus coniunctis unum aliquod in Aelia lege fuisse docuero; Aeliæ legi & reliqua duo tribus debere, concedendum, ut opinor, erit. docebo autem Peditani uerbis, obnunciationem Aeliæ legis fuisse. nam illud in Pisonem, App. Clodio, fatali portento prodigioque reip. lex Aelia, & Fusia euerfa est, ipse sic interpretatur: Legem tulit P. Clodius tribunus pleb. ne quis per eos dies quibus cum populo ageretur, de cælo seruaret. propter quam rogationem, ait, legem Fusiæ, & Aeliam propugnacula, & muros tranquillitatis, atque oculi, euerfam esse: obnunciatio enim, quæ perniciosis legibus resistebat, quam Aelia lex confirmauerat, erat sublata. miror autem, cur eo loco nihil de sententia Fusiæ legis addiderit Peditanus; cum tamen ipsam legem simul cum Aelia nominaret, non enim tantum tulit Clodius, ne quis per eos dies, quibus cum populo ageretur, de cælo seruaret, quod contra lex Aelia iubebat, sed etiam, ut omnibus factis legem ferri liceret: ut aperte demonstrant illa, quæ sunt nobis ex oratione pro Sextio recitata, & hæc in ea de prouinciis: Aut itatuendum nobis est, legem Aeliam manere; legem Fusiæ non esse abrogatam; non omnibus factis legem ferri licere, cum lex feratur, de cælo seruari; obnunciari, intercedi licere. Verum, ut fortasse mutus Peditanus, quia prætermiserit, id quod Fusia legescit Clodius abrogauit; non item mēdosus in eo, quod de lege Aelia posuimus: satis enim planè loquitur, atque ita, ut cur de mēdo suspicemur, causam esse nullam uideamus. quare habemus quod uolumus, obnunciationem ad legem Aeliam pertinere. quod si hoc; ergo & illud auspicia quoque, a quibus obnunciatio deriuatur, & intercessio ad eandem legem pertinere. & si hæc tria ad legem Aeliam unum illud, quod reliquum est, de factis diebus, ad Fusiæ pertinent, necesse erit. eandem utriusque legis sententiam, nisi fallor, attigit in epistola Quæris, lib. i. ad Atticum, cum ait: Lureo autem tribunus pleb. qui magistratum simul cum lege Aelia inuit, solutus est & Aelia, & Fusia, ut legem de ambitu ferret; imbat. n. ueteres Romani magistratum auspiciato, neque omnino quidquã publice, nec domi, nec militæ, sine auspiciis gerebatur. quod autem in tribunatu pleb. Lureoni mandando factum erat, ut auspicia seruarentur, id ut ipse in lege de ambitu ferenda ne

feruaret, neque auspicioꝝ ullam omnino rationem haberet, decretum est a senatu, neque hoc solum, sed etiam simul, ut omnibus factis legem ferre possent. quod lex Fufia uocabatur. ideo enim soluit eum senatus & Aelia lege & Fufia, ut neq. auspicioꝝ religio, neque dierum ratio impedimento esset, quo minus primo, quoque tempore præferri lex de ambitu posset. Has ipsas leges, & in oratione pro Sextio lege Clodia significat abrogatas, cum ait: Mitto eam legem, quæ omnia iura religionum, auspicioꝝ, potestatum, omnes leges, quæ sunt de iure, & de tempore legum rogandorum, una rogatione sustulit. Nam etiam non nominat; legem tamen Aeliam significari certum est, cum ait, Quæ sunt de iure; Fufiam autem, cum subiicit, Et de tempore. ius enim intelligit auspiciandi, obnunciandi, intercedendi, quæ sanxerat Aelia lex. tempus autem, quo legem præferri non liceret, factos uidelicet dies, de quibus cauerat Fufia lex. nec dubito, quin, cum dicit, Omnia iura religionum, auspicioꝝ, potestatum, ad sententiam potius Aeliæ legis, quam Fufiæ, spectauerit. nihil enim horum uideo, quod ad Fufiam referri possit. nam ego quidem, in uerbo, Potestatum, obnunciationem, & intercessionem significari puto; quæ legis Aeliæ fuisse, iam diximus. & quamquam, Auspicioꝝ, potestatum, potestatum, dixit, ad interpretationem antecedentis uerbi, Religionum: quod sæpe facit, & in dictione, Potestatum, & obnunciatio, & intercessio simul includuntur: solam tamen obnunciationem ad religionem refero, nam intercessionem cum religioe non nisi erant: quod paulo ante demonstrauit. Ex his, quæ attulimus satis opinor constat, auspiciandi, obnunciandi, intercedendi morem apud Romanos fuisse, quæ pertinent ad ius comitioꝝ: quo de genere lex Aelia loquebatur. constat illud quoque, festis diebus non licuisse haberi comitia legum ferendarum causa, sed comitialibus tantum, quod Fufia lege sancitum erat. Impediabantur autem comitia multis modis, primum Ioue fulgente, tunc ante: deinde, si sinistrum fulmen esset: tum si quis eo morbo, qui insputatur, corruisset; ex quo comitialis motus dicitur esse: postremo si tribunus pl. intercessisset: quod fiebat hæc uoce prolata, Veto. Notamus etiam illud apud Gellium, lege cautum esse, ut quo die auspicia capta essent, eodem ea de re, cuius rei causa, auspiciatum esset, comitia absoluerentur. alioqui iniuriam & inane populi iustum erat. Hæc ex libro nostro de legibus Romanis.

CONCILIABULA quæ primum fuerant, non nulla postea in municipij ius uocata, de quo sic Frontinus in libro de limitibus agrorum, Quarum urbium ex uoluntate conditoris maxima pars finium coloniarum est attributa aliqua portio morum extremæ pericula assigationis inclusa, sicut in Piceno fertur, inter montium Preucatorum quandam oppidi partem Aesculanorum sine circundari, quod si ad hæc reuertamur, hoc conciliabulum fuisse fertur & postea in municipij ius uocatum. nam omnia antiqua municipia habent suum priuilegium. quicquid enim ad coloniarum municipij ue priuilegium pertinet, territorij ius appellant.

CRIMEN publica sunt crimina, & priuata. publica capitalia, & non capitalia: priuata aut eum infamia, aut sine infamia. Capitalia crimina publicis iudiciis omnia cognoscuntur: non item publica iudicia de capitalibus omnia criminibus fiebant. nam, ut infra, traditum est, si quam infamiam irrogabant publica iudicia cum damno pecuniario, publica quidem erant, non tamen capitalia. quod quidem si de causis publicis, in quibus cum detrimento rei familiaris famæ actura conuinceretur, uerum est multo magis de priuatis. & hoc ipsum declarat Cicero satis aperte in epistola ad Patrum, his uerbis. Iudicia non solum omnia tractare uno modo, priuatas causas, & eas tenues, agimus subtilius; capitalis, ut famæ, scilicet ornatus. se iunxit enim a causis capitalibus causas famæ, siue publicas, siue priuatas. sed ipse me in dubitationem reuoco. Si causæ famæ capitalis non sunt: cur Quintij causam quæ fama est, capitale Cicero significat? ait enim in exordio: Quid hoc iniquius, aut indignius, quam me, qui caput alterius, famam, fortunamque defendam priore loco causam dicere? & infra: Clamabat Quintius, sese iccirco nolle satisfacere, ne uideretur iudicasse bona sua ex edicto possessa esse. sponsonem porro si iustius inoffe faceret, se, id quod nunc euenit, de capite suo priore causam esse dicitur. & in extrema oratione: Horribile est, causam capitis dicere: horribilius priore loco dicere. sane non leuiter aliquandiu hæc me loca, & alia huiusmodi in ea oratione perturbant eoque, magis, quod causam Quintij ad recuperatorem agere, ex quo sequitur, ut priuata sit, recuperatores enim, & centum uiri, & arbitri, iudices sunt. (licet hic arbitros inter iudices, uocabulo minime proprio, nominare) ciuilibus in controuersis ab urbane prætoris dati, causam porro capitale ad recuperatorem agere ita mihi absurdum, ita non rationi consentaneum uidebatur, ut persuaderi nullo modo posset, sed fortasse, ut sæpe distinctione ueritas illucescit, idem hic quoque potest euenire. cogitavi, nunquid, causam esse capitale, & agi de capite, siue capitis esse causam, idem sit, non enim dubito quin, causæ capitales quæ uocantur,

eadem causæ capitis uocari omnes possunt: quæ uero capitis, fortasse non omnes item capitales. nam causæ capitis Quintiana dicitur: quam tamen nullo modo capitale esse concedo: cum in ea neque de libertate, neque de ciuitate aduocanda, quæ capita la fuisse iudicia notum est, agatur, & causæ Mancini, quem, ut Cicero & alii prodiderunt, a patre patrato ex S. C. Numantini deditum, Numantini non recepisse, causa quæ ius capitis est, agitur enim in ea de ciuitate, de libertate, de capite: capitalis tamen non est, in capitalibus. u. quæ tur de crimine, & damnatos diminutio capitis ex iudicio sententia sequitur; in aliis autem capitis causis agitur quidem de capite, non tamen queritur de crimine, capitisque diminutio uel nulla sequitur, ut in causa Quintij, uel, si sequitur, ut in causa Mancini, non sequitur uti poena à iudicibus irrogata, sed ideo sequitur, quia is, qui iam deditus erat ex S. C. Numantinis, capite fuisse diminutus ostenditur; ita ut iudex non iudicet, sit nec ne, capite minuendus; quod fit in causis capitalibus, sed, fuerit ne antea, an non fuerit, capite diminutus: & status hominis non tunc mutatur, sed qualis sit, cognoscitur. itaque, cum de eo dixit Cicero, de Oatore, Quam postquam reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam, contentioneque maiorem, quam de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis consularis? crimen nullum significauit, cuius criminis causa uocatus in iudicio Mancini periculum amittendæ ciuitatis, aut libertatis in eo iudicio subiret, sed facultatem iudicibus cognoscendi, ac statuendi datam intellexit, eas ne res, quæ Mancini possideret, atque anteaquam a patre patrato esset deditus, an uero, quia deditus esset, amisset. cui, si receptus a Numantinis non esset, quæ capita is causa non fuit: actum tamen esse de capite, ob eam, quam exposui, causam recte Cicero dixit. At, quod ad Mancini causam attinet, ferri potest. extat enim ratio, cur, in ea de capite agi, dicitur, in causa uero Quintij, in qua nullo modo neq. de ciuitate, neq. de libertate agitur, mentione capitis unde ducta: an ex eo, quia caput pro exultatione usurpari posse uideatur? repugnet uetus loquendi consuetudo: nec huius generis exempla licet inuenire potius igitur, ex orationis licentia, crediderim, ut exagere retur res ad inuidiam aduersus Neuiam ex eius crudelitate, & misericordiam erga Quintium ex eius periculo quaerendam, atque hoc eo magis constat, quod Cicero nec in eo uere ac proprie loquitur, cum eam uocat acceptionem, quæ ipsi causa est: nec cum ait, Quem nunc irascere nefarie cupis; quandoquidem ciuibus Romanis eripi nullo crimine uita posset. causam uero non esse capitale, propriis ipse uerbis clare demonstrat in eo loco, iudicium, C. Aquili, non de re pecuniaria, sed de fama, fortunisque P. Quinctij uidet; & cum dixit Hortensius partes accusatoris obtinet: oratore loquitur: nec enim re uera accusabat Hortensius, sed accusare uidebatur: nec est, nisi capitalis in causis accusator. Redeo uero de diuerti. Publicorum criminum alicuius capitalia, alia non capitalia. quodque notandum magis est, nec maiestatis quidem iudicium capitis se semper fuit, cum tamen publicum semper esset. nam Claudæ Vestalis, Appii Cæri filia, C. Fundanius, & Ti. Sempronius adules pl. quod populo R. calamitatem esset imprecata, mulatam dixerunt xxv. millia. quæ capitalis poena non fuit. iudicium autem illud & publicum fuisse, in de patet, quod ad populum factum est, idque etiam Arcius Capito propterea inter publica iudicia reuoluit; & maiestatis nomine notatum, sive in Tibertio significat his uerbis: Claudia nouo more iudicium maiestatis apud populum mulier subijt, quod in conserta multitudinem, agere procedente Carpentio, palam prouenerit, ut frater suus Pulcher reuolueret, atque iterum classem amitteret quo minor turba Romæ foret. Publica uero capitalia crimina hæc erant, incestus, maiestas, repetundæ, uis publica duplex, ea quæ in re publica magistratus inferebatur, de qua lex Lutatia fuit, & ea, quæ in priuatis ciuibus, de qua Ploria, & alia legestum peculatus, de residuis, inter sicarios, parricidium, ueneficium, ambitus, pecuniæ ob iudicandum captas, adulterium, de falsis, de plagiariis, de tutorum fraude, de famosis libellis, de furto, clandestina coitio. quibus de criminibus aut ad prætorum, aut ad iudicem quaestionis, aut ad populum uocatio pertinebat. de maiestate, perduellione, excepto de uis, de repetundis, de crimine inter sicarios, de ambitu, prætor quaerebat: de incestu, & perduellione populus. sed tribus comitiis de incestu, tribus plebis populus per tribus in forum cogente; centuriatis autem de perduellione, cum in campum consul centuriatum populum ad uocasset. de ueneficio autem, & prætor, qui iudex quaestionis idem dicebatur, & iudex quaestionis, etiam si prætor non esset, cognoscebat. Prætores, quæ cuiusque futura esset quaestio, ante sortiebantur: ut deinde singulis de criminibus singulis, prout fors tulisset, cum consilio quaerent: unum excipio prætorum urb. qui nullo de crimine publico quaerebat: itaque nec quaestor dicebatur, tantum, ciuilibus controuersis ad eum delatis, ius dicebat, hoc est iudices, & iudicii formulâ, qua sequebatur debet.

Nec enim prætor ipse iudicare solitus erat, sed cum iudices, ab ipso dati de comoverbia cognouissent, ac iudicassent, exequebatur. ideo in omnibus ferme edictis prætorum legitur, iudicium dabo. in quo posteriores lapsi sunt. est igitur aliud, ius dicere, aliud, iudicare. contra quam, qui ueterum iuriconsultorum libros ignorant, opinantur & quemadmodum civilibus in rebus prætor non cognoscit, neque iudicat, sed ius dicit: sic, qui ab ipso iudices dati sunt, non ius dicunt, sed cognoscunt, ac iudicant. Verum & hæc ipsa, & alia paulo plenius in dictione prætor. de criminibus autem, quæ erant eiusmodi, ut cognitione digna uiderentur, ea se re diximus. singula autem crimina tractare, ut in ceptum, molestiam, repetundas, non uideatur esse proprium huius loci: Ex libro de legibus Romanis.

CYLINAE loca quædam publica in suburbanis dicebantur, in opum destinata funeribus, ut ait Aggenus in libro de limitibus agrorum.

CULTELLARE uerbum antiquum fuit, de quo sic Frontinus in libro de limitibus. Cultellandi ratio quæ sit, sæpe queritur cuius prementis soli spatium consumamus, & illam ciuorum inæqualitatem planam esse cogimus, dum mensuræ lateribus inseruimus; cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planiciem redigimus. Cultellatus etiam lapis dicitur, ut est apud Higenum, qui pentagoni recipit rationem.

DEFERRE. Magistratus e provincia reuerſi, post relatas rationes, eorum nomina ad ararium deferrebant, quorum opera uideatur reip. utilis fuisse. deferrebant autem eos ius, quos secum adduxerat: in quo erat ambitio quedam. nam ostendere uolebant, cohortæ apud se fuisse hominum lectissimorum, qui beneficia in reip. contulissent, ideoque dicebatur deferre in beneficiis, quod is qui deferrebat, quasi beneficium aliquod deferre uidebatur. huius illud in ora. pro Archia. In beneficiis ad ararium delatus est L. Lucullo prætor, & consule. Et pro Balbo: In Prætura, & consulatu præfectum fabrum detulere.

Ex nostris Scholus in Epi. fam.

DICTATOR, cuius in urbe Roma sumum ius, ac plane regia potestas fuit, lege lata, ut opinor L. Lartio Flauo l. i. Q. Cælio cosine pro uocatione creatus, de consularibus lectus. Porro, cum de consularibus eum legi lex iuberet, si quebatur, ut de patriciis crearetur. consules enim tunc, & per annos deinde multos, patricii fuerunt: nec prius de patriciis legi dictator desinit, quæ creati duo consules patricii deseruunt. non enim consularis patricius dictator est, quæ a de plebe dixisset. itaque, qui primus de plebe dictator fuit, C. Marcius Rutilius, is, a M. Popillio Lænate consule plebeo dictus est. ita cõcitata plebi dictatura, anno ab urbe condita. ccc. c. id. que contra ueterem consuetudinem, non tamen contra legem factum est. non enim lex dictatorem de plebe fieri uenerat, sed de consularibus iusserat, at C. Marcius consularis. satis fecit igitur legi Popillius, cum consularis hominem dictatorem dixit: patricius non satis fecit, quia consularis de plebe dixit: cum omnes ante de patriciis dici consueuissent. Eadem fortasse lege sancitum est; (legè certe, quæ hoc sanxerit, nominat Plutarchus in Fabio) ne dictator equo possit uti, idque ob eam causam, quod, cum plus inesse roboris in pedestribus copiis putaret, propterea in legione permanere, nec locum deserere deberet imperator; uel quod, cum ad alia omnia dictatoris esset singularis potestas, in hoc uno uoluerunt eum populo inferiori uideri. senatus tamen petenti Fabio Maximo Verrucosso contra ueterem legem cõcessit ut equo uehi posset: datumque id hominis uirtuti, ac temporis, cum, cæsis ad Cannas Romanis, in uno Fabio, dictatore creato, melioris fortunæ spes reposita uideretur. Dictaturæ spatium semel fuisse, nec longius esse per leges potuisse, satis constat. duo tamen, propriam potentiam legibus ac libertati anteposcentes. L. Sylla, & C. Cæsar, uterque patricius, perpetuam dictaturam armis inuaserunt. uerum Sylla modestior. dictaturam enim sponte deposuit, solusque aut cum paucis comitibus in publico uersari solitus est: eumque a quodam ingenio latis liberi adoleſcente conuiciis acerbiſſimis uexatum, hystoriz produnt: Syllamque tum dixisse: hic adoleſcens, ne quis unquam posthac in deponenda dictatura me imiteretur, efficit. Cæsar etiam illud sæpe in ore habuit: Sylla nesciuit litteras: cum eius inſcitiam in prudentiamque in omittenda dictura notaret.

Ex nostro libro de legibus Romanis.

DIRIBERE, & dirimere, illud tabellarum, hoc suffragiorum uideo proprium uerbum fuisse. neutrum autem satis fuisse manifestum. dirimere tabellas significat, distribuere. diribebantur autem ius, qui suffragiū latari essent, de quo sic i oratione in Pisonem. Hoc certe uideo, uos rogatores, uos diribitores, uos custodes fuisse tabellarum. & in ea post reditum, in senatu. Quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodesque uidisset; loquitur autem Cicero de lege pro ipſius reditu comitis centuriatis lata. Nec dubito, quin legendum sit, Diribebantur, non diripiuntur, in ea in Pisonem

in eo loco; An expectas, dum de te lxxv. tabellæ diripiuntur? ita hoc uerbum non in comitiis solum, uerum etiam in iudiciis usurpatum patebit. nam hoc proximum exemplum satis plane in dicitur, quod Pisoni Cicero minatur, significat. Plinius autem ad alias res tranſtulit hoc uerbum. ait enim sic lib. xxxv. ca. xv. Hic est ille domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Quod autem in oratione pro Plancio uir diligens & eruditus legendum putat, pro direptio, diribitio: rectus opinor sensisset, si direptio reponere maluisset. cum enim populus, aut iudices tabellæ, uel tatis indices, in ciuitas deposuerant, tum ut intelligeretur, quæ tabellæ legem probarent, quæ dicerent, aut quæ reum abſolueret, quæ condemnarent, omnes dinumerari, & separari in cense erat, id autem, dirimere, eaque actio, direptio, uocabatur. id ita esse, plane demonstrant Varro de re ru. l. i. r. Comitibus, inquit, & dicitur, cum ego atque Axius suffragium tulissemus, Axius nesci, dum dirimuntur, inquit, suffragia. uis, potius Viliæ pub. l. x. utatur umbra, quam priuati cand. dati tabella? sic. n. ser. potum est. in ueteribus libris, non ut a quibusdam, huius uerbi non ignoſcens, ut minus temere est intrusum, diribebantur. In epistola quoque l. i. l. i. r. ad Q. Fratrem, Caro, inquit, diruptis tabellis de circulo se subduxit. ubi, direptis, legi malim. perſpicue autem huius uerbi sententiam demonstrat Lucanus l. v. in illo uersu. Et non admittat dirimit suffragia plebis, pro dinumerat & dicitur. Hæc ex obseruationibus nostris.

DISCEDERE, non est semper, de loco abire. nam libro l. i. ad Attic. Si possum, inquit, discedere, ne causa optima in senatu pereat. id est. si possum consequi, si hunc exitum res habere poterit, idem uerbum ad eandem sententiam tranſtulit Terentius: apud quem ita loquitur Geta seruus in Phormione: Modò ut hoc consilio possit discedi, ut istam ducat.

Ex nostris commenta. ad Att.

DIUORTIUM, aquarum ita fit. Cadunt in montem imbres: procliuitas facit, utrinque, ut defluat, ac decurrant, ex ea diuisione quæ diuortium sequitur aquarum. sic. l. i. de oratore. Ut ex Apennino. Summinum, sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta diuortia. Ad Att. autem l. i. Amanum conderit, qui Sytium et Cælia aquarum diuortio diuidit. Et Liu. l. xxxv. i. i. Prope ipsi iugis ad aquarum diuortia castra posuisse. id est eum locum, unde aquæ duas in partes diuisæ, incipiunt defluere. Flaccus etiam Siculus li. de limitibus, Diuergia aquarum, appellauit, eadem significatione quod in duas partes uergat, & uerrantur aquæ: unde diuergium, & diuortium. Ex nostris commentariis in epi. fam.

DICTVM, duo genera edictorum fuisse uideo, unum, quod, in iure magistratu, publice proponeretur prætor urb. ex quo toto anno ius diceret; alterum, quod ad singulas causas pro re nata commoderetur: quale fuit Alſij prætoris, quo Gabinium maiestatis reum ad se iussit: cuius mentio fit a Cicero l. i. r. ad Q. Fratrem, fuit autem proprium prætoris urb. edictum illud annuum. nam reliqui septem prætores, qui de criminibus quærebant, factis pro tempore edictis utebantur. Ex nostro Commentario ad Q. fra.

EPVLARI. Quater in die ueteres epulabantur, non omnes, sed qui uentri libenter indulgeret: ientabant, prædebant, cenabant, comessabant. cenas tum tibi largioris uideo fuisse: quæ cum prandio ad omnes in usu erant: ientacula & comestiones a solum fuerunt: merenda Festus pro prædio accipit. aliter Nonius sed Verrij, quem secutus est Festus, apud me, idem ualeat auctoritas: & cum rarissima merendæ mentio reperitur, prandii creberrima, eo melior adducor, ut cum Festo sent am, idem fuisse prandium, & merendam. Ex nostro commen. in epi. fam.

EQUES. tria genera loquendi Latini scriptores usurpant, equos, equestris ordinis, equeſtri loco natus. quæ utrum idem significant, an uero differant, & quatenus differant, considerandum Eques & equeſtris ordinis, idem sunt: nam & eques quicumque est, & dicitur, idem equeſtris ordinis, & est, & dicitur, & contra. quod si equeſtre patre natus est equites, qui nunquam senator fuerit, is equeſtri loco natus dicitur. si in patre natus est senator, eques quidem sed non equeſtri loco natus. qui porro, cum eques fuisset, in senatum est alleſtus, eques non amplius dicitur, sed alio modo nobilitatis ordinis nomine. senator, ornata tamen retinet equeſtris, anili, aureum, & equum publicum. itaq. M. Cicero, cum equeſtre Romano natus esset, nunquam, postea quam in senatum peruenit, eques appellatur, sed senator. atque ipse suis in scriptis, cum de ordine senatorio loquitur, nostrum appellat, cum de equeſtri, non item, is igitur non eques, neque equeſtris ordinis, sed senator, & senatoris ordinis iuris dicebatur. Ac mihi uenit in mentem, quod in quadam epistola scripsit M. Cælius ad Cicero. Nostri, inquit, equites nisi acutus uiderent. nostri, ob eam causam dixit, quia uterque, patre equeſtre Romano natus erat. Potest igitur esse equeſtri loco natus, & eques non equeſtri loco natus. itemque, potest esse senator equeſtri loco natus, & senator non equeſtri loco natus. cuius uero pater eques fuit, is, si senator factus est, desinit appellari

appellari eques, & equestris ordinis; eadem tamen retinet insignia, nisi si ea, ignominia causa, notatus a censoribus, amittit. Ex no-
 titris oblationibus.

EXLIVM. mentionem civium Romanorum exulantium sæpe fieri videmus, cum tamè nulla lege damnatis civibus exilium sit irrogatum, quod ne uocari possit in dubium, ponã uerba Ciceronis in oratione pro Cecina. Exilium, inquit, non supplicium est sed per fugium, portusque supplicii, nam, qui uolunt pœnam aliquã subterfugere, aut calamitatem, eo solum uertunt, hoc est, sedem, ac locum mutant: itaque nulla in lege nostra reperitur, ut apud ceteras ciuitates, maleficum ullum exilio esse multatum. sed cùm homines uincula, necesse, ignominiasque uirant, quæ sunt legibus. cõstituta, confugiunt, quasi ad aram, in exilium, qui si in ciuitate legis uim subire uellent, non prius ciuitatem, quam uitam, amittere. quia uolunt, non admittitur ijs ciuitas, sed ab ijs relinquunt, atque deponitur. nam, & cum ex nostro iure duarum ciuitatum nemo esse possit; tum amittitur hæc ciuitas denique, cum, is, qui profugit, receptus est in exilium, hoc est, in aliam ciuitatem. hæc Cicerone, quæ tum, non esse exilium ulla in lege nominatum, aperte docent: tum uero ideo multos in exilium ante damnationem, sua uoluntate profugisse, quia, legis pœnam, quam præfentes corpore subirent. ut uincula, necesse, ignominiam aliquã omnino uitare uellent. nã & si reo in exilium profecto, nihilominus causa peragebatur. & sententiæ ferebatur: (id exemplo Fabricii, de ueneficio condemnati, ex oratione pro Cluentio constat: qui cum, absolute desperatione, a subfelliis sua sponte discessisset, eum tamè laetis sententiis absentem iudices condemnarunt: idemque de Verre Pedianus significat, & in cõmentario Milonianæ: cùm ait: Multi præfentes, & cum citati non respondissent, damnati sunt) tamen, cum quod ad corpus attinet, aut ad præsentem ignominiam, ipse sibi reus cauerat, leuiora ducebatur reliqua, siue sibi absentis aqua & igni interdiceretur, siue bona publicarentur, siue aliqua in familia nota inureretur. At idè Cicerone ipse sibi quasi repugnare in paradoxo uidetur. ubi de exilio, tanquam pœna legum, ita loquitur, Omnes scelerati, æque impii, quorum tu te ducere esse proficis, quos leges exilio affligi uolunt, exules sunt, etiam si solũ non mutarunt. an cum omnes leges exulem te esse iubeant, non eris tu exul? in oratione autem pro Murena, noua ambitus lege, quam ipse tulit, senatores in exilium missos his uerbis demonstrat: Legem ambitus flagitium: quæ tibi non deerat: erat enim seuerissime scripta Calpurnia. getus est mos & uoluntati, & dignitati tuae. sed tota illa lex accusationem tuam, si haberes nocentem reũ, fortasse armasset, petitioni uero refragata est. pœna grauior in plebem alta uoce efflagitata est: cõmoti animi tenuior exilium in nostrum ordinem concessit senatus postulationi tuae, sed non libenter duriorē fortunæ communi conditionem te auctore, constituit. Atque hæc ipsa de lege, deque exilio x. annorum loquitur & Dio libro xxxviii. nec desunt alia de ciuibus Romanis exulantibus exempla, quos tamen lege, uel a iudicibus, qui ministri legum sunt, nominari in exilium esse electos, nõ debemus opinari. quo modo igitur exules? Sciendam est, exili duo genera fuisse, uoluntarium, & legitimum: & uoluntarii rursus duo genera. unum, cum, reus ante latis a iudicibus sententias in exilium abibat, uel ut legis pœnam uitaret, quod iam diximus: uel quia, cùm se damnatum iri perspicue uideret, sponte uellet eam pœnam subire, quam paulo post leges ei sine dubio illaturæ uiderentur, quæ ijs, quos paulo ante nominauit, Verres, Fabriciusque, omni prorsus absoluteionis abiectione spe, fecerunt. non enim ante damnationem ideo discesserunt, ut legis pœnam uitarent: quandoquidem Fabricius nihil exilio grauius timere a iudicibus poterat: cum Oppianicum, qui mox eodè crimine præfens damnatus est, nullam omnino, præterquam exilij, calamitatem tulisse constet, nec de repetendis, quo crimine damnatus est Verres, alia, præter exilium, & liti eliminationem, noceat reos pœna sequebatur. quam utramque pœnam, post profectionem damnatus, Verres tulit. Alterum exilij uoluntarij genus fuit, cum reus, post damnationem, quia multam iudicibus dictam soluere non posset, ex urbe discedebat. quæ ut putem ei legibus, ad effugiendum multæ solutionem, fuisse permissum, adducor ijs uerbis quæ sunt in oratione pro Cecina. In colonias Latinas sæpe nostri ciues aut sua uoluntate, aut legis multa profecti sunt: quam multam si sufferre uoluissent, tamen mane re in ciuitate potuissent. Legitimum autè exilium erat, cum reus, non ille quidem uerbo, re tamen ipsa in exilium mittebatur. uetus enim consuetudo fuit, inducta legibus, more confirmata, quæ non modo in reipub. sed imperatorum quoque ætate, multisque post sæculis, uiguit: ut, si qui exilij pœna dignus uideretur, ei, nulla exilij facta mentione, lecto, aqua, igni interdiceretur. ita earum rerum, quæ maxime sunt ad uitam sustentandam necessariæ, usu priuatus cum uno aeris alimento contentus esse non posset, abire cogebatur. ex quo exulare ciues Romani dicebatur. patet hoc in oratione pro domo in qua ita scriptum est. Qui erant rerum capi-

talium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo uertendi, hoc est, mutandi loci, causa uenerant. id autem ut esset faciendum, nõ ademptionem ciuitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant. Ac ne ciues quidem omnium inprobissimi, atque audacissimi, cum in suis iudicijs eos, accerrimo incitati odio, non leges, sed priuilegia ferrent, exilium nominabant. sed ijs aqua & igni interdicebant. itaque & de ipso Cicerone, quod in eadem oratione legimus P. Clodius tribunus pl. cui nihil in tota uita modestiæ fuit, qui in tribunatu pro sua libidine, neglecto more maiorum, abiectionis legibus cuncta geti sit, ita populũ rogauit: Velitis, iubeatis, ut M. Tullio aqua & igni interdiceretur. neque solum Clodius, sed antea quoque, homines maxime seditiosi, C. Gracchus, & L. Apuleius Saturninus de suis inimicis, eodem modo tulerunt, est enim eadem in oratione ita scriptum: Ne tum quidem, cum aberã, negare poterat esse me tua lege fenatorem. ubi enim tuleras ut mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Merello tulit. & minorem, siue mediam capitis diminutionem, cum ciuitas etiam nõ uerbo, re tamen admebatur, ita fieri solitam, tradit Iulianus in sit. lib. i. de capitis diminutione, his uerbis: Minor, siue mediam capitis diminutio est, cum ciuitas quidem amittitur, libertas uero retinetur: quod accidit ei cui aqua & igni interdictionem fuerit, uel ei qui in insulam deportatus est. ergo cum dixit Cicero aduersus Clodium in Paradoxo; Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, ut si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares, hoc significauit; ut ibi aqua & igni interdiceretur. &, cum de ambitu damnatis x. annorum exilio papiendis Dio locutus est, non aliud intellexit, quã, ut ijs in x. annos aqua & igni interdiceretur. Erat autem, ut neque flagitia sunt paria, sic hoc pœnæ genus neque loci spatio, neque temporis æquale. quibusdam enim tantum intra urbem, hoc est intra pomerij fines, aliis longius, aqua & igni interdicebatur. crediderim tamen, actum satis leniter ac misericorditer cum reis, neminemque aut certe paucos admodum extra Italiam terminos aquæ & ignis interdictione summotos, qui uideã Oppianicum de ueneficio, quod capitale crimen erat, damnatum, impune tamen ad urbem habitare potuisse. notauimus enim hæc in oratione pro Cluentio: Cum uagus & exul erraret Oppianicus, & huc ad urbem profectus esset, cecidisse ex equo dicitur, & latus offendisse uehementer, & postea quam ad urbem cum febriliter uenerit, paucis diebus esse mortuus. Quid, quod Q. Pompeium Rufum, & T. Plancum Bursam, utrumque de uis damnatum, quod ex Dionis historia constat, alterum Baulis fuisse, alterum Rauennæ scribit M. Cælius in epistola ad Ciceronem? nã Cicerone ipse quadringentis millibus passuum, non ulla cõmuni lege, neque iudicij sententiæ, sed iniquissimo P. Clodij priuilegio, per operis Clodianas latis, abesse iussus est, aqua & igni citra illum terminũ interdictionis. Milonis autem Massiliæ exulantis exemplum uis cõ altero licet exemplo coniungere. graue enim facinus occisio in Appia uia Clodio, a fenatu iudicatum est: & fuit satisfaciendũ populo, Clodij cæde cõcitato. idè oque noua lex perlata, & extra ordinem quaesitum, nec tamen satis habere cõmperit, Massiliã ne sedem exilij Milo delegerit, quod citra esset interdictionis aqua & igni, an uero, quod cum propius urbem, cõcedente lege, posset habitare, Massiliã tamè probauerit, ac uoluerit. nec puto leges, aut iudices præscriptisse cuiquam, ubi esse deberet, sed ubi esse non posset. ne uero ijs, de quibus & Cicero in oratione pro Balbo & historiæ loquitur, Quinto Maximo, Publio Popillio, Quinto Philippo Nuceria, aut Caio Catoni Tarraco, aut Quinto Capioni, & Publio Rutilio Smyrna locus exilij definitus est: sed ipsi, cum Romæ esse non liceret, eas urbes, ut iucundas, aut quietas, aut commodas, aut sibi fortasse beneuolas, ad habitandum elegerunt. Memorabile illud fuit, quod legimus in Polybio: tampe dānatis egredi palam ex urbe licuisse, quod si tribuum una, quæ scilicet ad damnationem decisset, suffragium de reo nõdum tulisset, facultatem reo esse data in exilij suo sibi arbitrato deligenti. exulibus autem commorari tuto licebat in qua uellet urbe fade rata, ut Neapoli, Prænesti, Tybure. hæc Polybius: cuius ætate populus de capitalibus criminibus iudicabat. nam postea prætores quaesierunt, excepto crimine perduellionis, aut si quãdo tribunus pl. diem alicui diceret, suffragiumq; de reo mallet a populo, quæ sententiæ a iudicibus, & prætoribus, ferri. Quod autè exilij remijus disparib. in culpis diuersum fuisse dixi; id ita uerisimile est, ut exemplis probari multis non debeat, quare unum ponam, & si minime necessarium. Dānatis de ambitu aqua & igni per x. annos tantum interdicebatur: quod antea demonstrauit damnatis de corrupto iudicio, in uniuersam uitæ tempus quod in oratione pro Cluentio licet coniicere; huius in extremo, peritum extra patriã Cluentium, si damnatus erit, his uerbis significat: Quid enim profectum, nisi ut huius ex medijs mortis insidijs uita ad luctum referuata, mors sepulchro patris priuata esse uideatur? Ac de uobus exilijs, uoluntario ac legitimo, utrum fuerit grauius, uerit in

meatem quæri posse legitimum existimo, primum quod eos, qui bus aqua & igni interdictum est, recipi recto intra spatium interdictum leges uerant, quod is, non contigit, qui sua sponte in exilium profugerunt, deinde, quod, ut ego arbitror, aliquanto turpius est, exulare legibus eiectionem, quam exulare non eiectionem, eiectionem enim ciuitate, cui aqua & igni interdictum, qui uero sua uoluntate discedit, non is ciuitate pellitur, sed eam ipse deserit, ac relinquunt. Huc adde, quod, quibus interdictum, ij senatores postea non sunt, & eos legi suo loco a censore in senatum leges prohibent: quibus uero non interdictum, ij, etiam si urbe carent, senatores tamen sunt. hoc in oratione pro domo titi cimus: in qua hæc sunt. Ne tum qui dem, cum aberam, negare poteris esse me senatoris, ubi enim tuleras: ut mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio Saturnius de Metello tulit homines feditiosissimi de optimis ac fortissimis cuius non esset interdictum, quod fieri non poterat, tulerunt, sed ut interdiceretur, ubi caussis, ne meo loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, etiam quibus dam patris interdictum est, scriptum est in legibus. Ergo, cum de pœnia capitalibus loquimur, aut exilium inter eas nominandum non est: quod lex nulla, nullum ob malefactum irrogabat: aut eo de exilio diceretur, quod & si non nominaretur, necessario tamen, cum damnatis interdiceretur aqua & igni, consequbatur. Hæc ex libro nostro de legibus Romanis.

EXTRACTVSVS ager dicebatur, qui intra finitimam lineam & centurias interiacebat: ideoque extractus, qui ultra limites finitimam lineam clauderetur & extracta loca sunt, quæ iuris subseciuorum, ultra limites & ultra finitimam lineam. quod genus agrorum si respu, populi Romani, aut ipsius coloniarum, cuius sine circumdatur, siue peregrinæ urbi, aut locis sacris, aut religiosis, æque ad populum Romanum pertinentibus, datum non est, iure subseciuorum in eius, qui assignare potuerit, remanet potestate. Ex Frontino de agrorum qualitate.

EXTREMITAS, in agro ita definitur ab Aggeno. Extremitas finitima linea est, quæ interuenit aut per iter publicum, quod trāscendi non potest, securum legem colonicam, quia omnis limes itineri publico seruire debet: aut per limites siue terminos, aliaque signa, quibus territoria finiuntur; aut ubi insoluta loca remanserunt. hæc autem sunt loca quæ insoluta dicuntur, que aut in saxosis & sterilibus locis sunt, aut in paludibus, ubi nulla potuit exerceri cultura: quia dum non esset quod excoli potuisset, nullis necessesse fuit limitum regalis obligari. Ex Aggeno de limitibus.

FLAMEN, quindecim Romæ flamines fuere, tres tantum patricii, quos quasi solos flamines agnoscit Augustinus de Ciuitate Dei, Dialis, Martialis, Quirinalis: reliqui plebei. Cicero pro domo sua.

FORIS quandoque pro passim usurpatur. Cicero ad Q. Fratrem, Foris ualde plauditur, id est, non solum in senatu, sed apud ceteros etiam. & in epistola nona ad Lentulum: cum ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. In uulgus, idem alibi dixit, eadem sententia. Ex nostro commentario ad Q. Fratrem.

GALLIA TOGATA non est, ut quidam credunt, ipsa plane cisalpinna, sed cisalpinæ pars, togata enim incipit a Rubicōe fluminis, & Placentia terminatur: cisalpinæ uero initium quidem ipsa quoque capit ab eodem flumine, sed terminum habet alpes. erant autem in togata multa municipia, multæ coloniarum Romanarum. propterea dixit Cicero in epistola ad Art. Videtur in suffragiis multum posse Gallia, eius enim ferendi Romæ suffragii habebant omnia municipia, æque omnes coloniarum, quæ ideo Romanæ dicebantur, quia iura possiderent ciuium Romanorum. nam Latinæ suffragiū non habebant, sed tantum ius Latii, unde appellatæ. Ex nostro commentario in epistola ad Art.

GENS, & familia, inter gentem, & familiam illud interest, quod gēs ad nomen, familia ad cognomen refertur. itaque illa tanquam totam continere uidetur, hæc quodam modo partem, exempli gratia Valerij omnes unius, sse gentis dicuntur, quia uno nomine continentur omnes. at uero partem gentis huius sunt plures, quæ ex cognominum uarietate distinctæ sunt, ex que familiæ nominantur, ut in gēte Valeria Maximi, Messallæ, Flacci, Lenini, Faltones: i Cornelia Scipiones, Lætuli, Dolabellæ, Sullæ, Cinnæ: in Aemilia Mamercini, Lepidi, Paulli Scauri, Barbulæ: itemque in ceteris. At uero Valerij omnes unius sunt gentis, itemque Cornelij, atque Aemilij. itaque recte Festus gentem definit eam, quæ ex multis familiis conficeretur. Quod autem interest inter gentem, & familiam, idem interest inter genus, & stirpem. quæ quidē ita esse, ex his ueterum historiarum uerbis intelligitur. Suetonius in Galba: Imagines uniuersi generis ex equi longū est, familiæ breuiter attingā. Qui primus Sulpiciorum cognomē Galbæ tulit, eum aut unde traxerit, ambigitur: & Linius l. xxxvii. P. Scipio Nasica orationem habuit plenam uerbis decoribus non communiter Cornelie gentis, sed proprie familie sue. & apud Suetonium Cæsar, Ab Anco Martio sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater,

a Venere Julij, cuius gentis familia est nostra, & in Augusto Cæsare Octauia a Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta. mox a Ser. Tullio inter patricias traducta. primus ex hac magistratum cepit C. Rutus. is questorius Cnæum, & Caium procreauit, a quibus duplex Octauiorum familia deflaxit, conditione diuersa. & Ci. in Bruto. Funebres orationes ipsæ familiae quasi ornamenta seruabant ad usum, si quis eiusdem generis occidisset. & Linius l. ix. Duodecim Potitiorum familias fuisse, cum gens Potitia tota interiret. & l. i. Julia gens Iulum auctorem sui nominis nūcupat. & l. vi. sic loquitur Valerius Coruus: Nō, si mihi nouum hoc Corui cognomen dijs auctoribus homines dedisset, Poplicolarum uerulum nostræ familie cognomen memoria excelsit. & lib. x. Inde cognomen familie inditum, ut Annales appellarentur. & Catulus: Non decet tam uetas sine liberis nomē esse, id est tam ueterem gentem, qualis erat Manlia. Hæc de gente, familia, & genere, nunc de stirpe dicam. Cicero pro Rabirio. Quia in familia laus aliqua sorte floruerit, hanc fere, qui sunt eius stirpis cupitissime prosequuntur. & primo de legibus His orti stirpe antiquissima sumus. & in Lælio: Quia aliquandiu propter ignorantiam stirpis, & generis in famulatu fuerunt & l. i. de Oratore. Quid, quia de re inter Marcellos & Claudios patricios ceterum iudicantur? cum Marcelli a liberti filio stirpe, Claudij patricij eiusdem hominis hereditatem gente ad se redisse dicerent: non ne in ea causa fuit de toto stirpis, & gentilitatis iure dicendum? & Suetonius in Claudio. Claudius Cn. Pōpeio antiquissima stirpis Magni cognomen ademit. Quæ autem ratio est inter gentem, & familiam, eadem est inter gentiles, & agnatos ut eam familia, aut stirps nos proprius attingit, quam gens, aut genus, sic agnati, quæ gentiles, si quidem gentilis auctore Festo, dicitur, qui eodem ex genere natus. & is, qui simili nomine appellatur recte, quatenus enim, ait Ex eodem genere, eos intelligit, qui eiusdem gentis eundem principem habeant: quatenus simili nomine, eos qui quamquam uno gentis nomine omnes utuntur, tamen alium atque alium auctorem sui generis occupant. quo modo Cicero in prima Tusculana, si gentilem esse ait Ser. Tullij regis, quod uterque simili gentilitio nomine uteretur, cum tamen e diuerso uterque fonte manaret. Cum autem ad Herennium scriptum sit. Si furiosus existerat, agnatorum, gentiliumque in eo, pecuniaque eius esto. item: Si pater familias testato moritur, familia, pecuniaque eius agnatorum, gentiliumque esto. agnati profecto uidetur esse, qui ex eadem familia sunt; quibus deficientibus, gentiles subeant. nam Cicero dixit primo de Oratore: iura gentilitatum, & agnationum item: Ius gentilitatis, & stirpis: & de legibus primo; Homines deorum agnatione, & gentetentur: cum utranque coniunctionem complecti uellet, Qui autem librum scripsit ante nos de nominibus, idem esse censet gentem, & familiam, gentiles, & agnatos. ait enim: Agnomen familie est appellatio, & gētis, unde agnati, & gentiles dicebantur, qui ex eadem erant familia, ut Cicero in Topicis ait, & idem in Bruto Ser. Tullium regem gentile suum ea de causa nominat. mea autem sententia, Cicerois sententiam percepisse non uidetur, qui in Topicis gētes eos definit, qui inter se eodem nomine sunt, id est ex eadem gente; familie uero, aut agnatorum non meminit. Est præterea intelligendum, Plinium gentiles nouo quodam modo appellare. si quidem seruos gētes esse dominorum ait, quia eodem prænomine appellarentur, quo dominus, ut Marci por, Quinctior, id est Marci, & Quincti puer. Ex libro Caroli Sigonij de nominibus Romanorum.

GLADIATOR plura genera gladiatorum erant Samnites, Prouocatores Retiarij, Mirmilones. ex his oppositi in pugnis Samnites, & Prouocatores. quod illa Ciceronis uerba in oratione pro Sextio uidentur ostendere: Cum ne de uenalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emptos, nominibus gladiatoris ornatis, & sortito alios Samnites alios Prouocatores fecerit. Retiarij autem, & Mirmilones componebatur: id quod Valerius Maximus l. i. & Quintilianus l. vi. declarat. Samnites ad pugnam primo lentis: Prouocatores ex se nomen sumpserunt, quia certamini initio prouocare aduersarios tolerent, unde Horatius in ept. quadam, Lento Samnites ad limina prima duello, Mirmilones & Suetores dicebantur: quod si quis Festus, & Quintilianum lib. v. & Suetonium in Caligula legerit, facile poterit conicere. de Suetoribus. meminit & Ci. l. vi. Ad Att. & Iuuenalis sat. vii. Ex commentario nostro in orationem pro Sextio.

Cum muuus gladiatorum significare uellent gladiatoribus dicebant ut lib. i. epistola ad Att. item lib. i. bis, & Philippa ix. item in epistola Asinij quæ est lib. x. fam. Peditanus, dare gladiatorum, dixit, cum subintelligeret, munus. Ex nostro commentario in epistola ad Att.

GENERA gladiatorum plura, quorum primum iusus equestrius duo enim equites, præcedentibus prius signis militaribus unus a porta orientis, alter ab occidentis, præcedebant in equis albis, cū aureis galeis, minoribus, & habilioribus armis. Retiarius, ab arma

sursum genere, in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem occulte fenebra recte, quod iaculum appellatur, ut aduersarium cuspidem infrequentē operiret, implicitumque uiribus superaret. quæ at matura pugnabat: Neptuno, tridentis causa. Secutor est ab infrequendo retirarum dictus: gestabat enim cuspidem, & massam plumbam, quæ aduersarii iaculum impediret, ut, antequam ille feriret, se esse superaret. hæc a matura sacra erat Vulcano. ignis enim aquam semper insequitur. ideoque cum retirario componebatur, quia ignis & aqua semper inter se inimica sunt. Laqueatorum pugna erat, fugientes in ludo homines, iniecto laqueo imposito proficere, amictus umbone pelliceo, Velitum pugna erat ut ultro citroque tela obiectarent. erat autem eorum uaria pugna, & spectantibus gratior quam reliquæ. uelites autem uocati sunt, siue a uelitatione, siue a ciuitate Etruscorum, quæ Veletes uocabatur. Ildorus de etymologiis.

HACTENUS, & adhuc æque continuationem significant. sed hoc differunt, quod Hactenus, de re semper usurpatur; Adhuc de tempore. non enim recte dixeris, Hactenus ita sensi, sed, Adhuc ita sensi.

HADRIANUS ager limitibus maritimis, & Gallicis, quos nos D. & K. appellamus, finitur, per rationem arcarum, riparum, canabularum, uel nouercarum, quod tegulis constructitur. alijs uero locis, muris, macerijs, scorofinibus, congerijs, carbunculis, terminis Augusteis, fluminum cursibus, Ex libro de limitibus agrorum.

HUMANITAS quid significet, in promptu uidetur esse, ut ego arbitror, appertam, & omnibus exploratam notionem non habet. quod enim exemplis liceat intelligere, non eadem semper huic uoci in biecta res est, uerum duobus accipitur modis, uel ut uoluntaria quædam, a nonnullis cum laude culta, ab ijs, quos barbaros appellamus ignorata uirtus, uultu, sermone, consuetudine, officio de clarata: uel ut, non a uoluntate profecta, sed nobiscum simul generata necessitudo per uniuersum diffusa genus humanum, omnesque pariter homines attingens, ipsa quasi commendante natura; & communi quodam mutua caritatis unculo adstringente, hoc ipso quæ taxat nomine, quod homines æque simus, id est eadem præditi forma, eodem uocis ac sermonis usu instructi, eiusdem participes omnes. ad hanc hominum inter homines cognitionem, in qua non præcipua beneuolentiæ causa, sed propensio quædam naturalis in est ad alterum alteri conciliandum, operamque indigentibus ferendam, & comunicanda etiam ignotis, alienisque necessaria uitæ comoda, respexisse uidetur Cicero in Quintiana oratione, cum ita inquit: Ipsi Sex. Neuij lacrymans manum apprehendit, obsecrauit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipsius coniugem, & liberos, quibus propior P. Quintio nemo est, ut a quando misericordiam caperet aliquam, si non propinquitatis, at ætatis suæ, si non hominis, at humanitatis rationem haberet, Hæc sententiæ nullam ipsius Quintij rationem habendam putat, moueat, latent ea necessitudine, quæ omnes homines omnibus hominibus ipsius quasi naturæ uoce commendat, nihil præcipue tribuendum Quintio statuit: esto cõmuni tamen quædam sunt, quæ homo homini denegare non possit: quæ cum Neuius imploranti Quintio negauerit, homo non est. Quærit enim Cicero & misericordiam reo, & odium Neui, qui communitatem humanitatis a se alienam putet. Simile exemplum occurrit, nisi si illustrius etiam est, quod mihi quidem uidetur, in oratione pro Flacco: Si quem, inquit, in summo loco natum, nullo splendore uitæ, nulla commendatione famæ defendere; tamen eius ciuibus communis humanitatis iure, ac misericordiam deprecari. Quid illud in Antonium, Phil. xi. Naturæ, & humanitati inimicus non ne patet latius quam quæ in aliquem proprie confertur humanitas? Et cum pro Amerino dixit: Magna est uis humanitatis: multum ualeat communio sanguinis, natura ipsa. Et pro Sylla: Peterem errato ueniã L. Cæcilij ex intimis uestris cogitationibus, atque ex humanitate communi. Ex hac igitur humanitate communi, cuius uim sentimus, cum de sepeliendo etiam alieni hominis corpore laboramus, oritur illa, paulo quidem angustius contracta, sed affectione tamen intimoque sensu maior humanitas, qua complectimur eos, qui ad nos aduocant, qui que nobiscum aliquid contrahunt, ita cõter ac benigne, ut sæpe amor in nos, & quædam referendæ gratiæ cupiditas excitetur. Ex nostris obseruationibus.

Id quon, pro ideo quod ueteres dicebant. Sic locutus est Terentius in Heautontimorumenos: Id quod est cõsimilis moribus. cõiunctes facile ex te natum & in Hecyra, Illico late exclamant uenit, id quod me repente afflexerat. & Liu. li. xi. Id quod erat uetusta coniunctio cum Macedonibus. & lib. l. ad Quin. fratrem: Teneo ab accusando, uix me hercule, sed tamen teneo, id quod iudices nullos habemus. Ex nostro commentario ad Q. Fratrem.

INTERREX creabatur, cum nullus esset in urbe patricius magistratus, creabatur autem a senatu, nec a senatoribus cunctis, sed a pa-

tricijs tantum, nec uero interrex poterat esse, qui patricius non esset: nec ultra quinque dies durabat, moris autem fuit, ut, qui primus interrex creatus esset, comitia non haberet: habebat autem uel secundus interrex, uel qui deinde facti essent. Ex nostris obseruationibus.

IRA in alia omnia & discedere & transire, pro dissentire ueteres dicebant, de quo Festus sic: Qui hoc cõfessus, illuc transites, qui alia omnia, in hanc partem. his uerbis præter omnis uidelicet causa ne dicat. Qui non cõfessus, sic locutus Cælius li. 8. iam cum prima M. Marcelli sententia pronuntiata esset, qui agendum cum trib. pl. cõfessat; frequens senatus in alia omnia iit. Ex l. x. cum gratia effectisset, ut sua sententia prima pronuntiaretur, frequens eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. Et lib. 7. ad Qu. F. Ibat in eam sententiam Hir. autem l. 8. de bel. Gal. Discessionem faciente Marcello, Senatus frequens in alia omnia transiit.

ITALIA sic describitur a Siculo Flacco in libro de conditionibus agrorum. Ab alpiibus in mare porrigitur: a tribus lateribus exteras gentes inuictura Sicilia usque ad Galliam omne litus Africanum est contrarium: rursus a Leucopetra pars, quæ ad mare attingit, Macedonia & aliquam Epiri partem spectat. Adriaticum uero litus Ilyricum contra se habet.

IVDICIA satis est obscura & perturbata iudiciaria cognitio. itaque studiosis uale futurum putamus, si quæ legendis ueterum libris obseruauimus afferantur. sic enim aut tota res patebit, aut certe minus obscura uidebitur. Ac primum illud ponam, decem leges a me esse notatas, quæ diuersis temporibus Romæ de iudicijs late sint. Semproniam, Seruiliam, Liumam, Plotiam, Corneliam, Vatiniam, Aurilianam, Pompeiam, Iuliam Antoniam: quibus de singulis agendum est. Ante C. Sempronij Gracchi tribunatum soli tenatores uetustissima, ut opinor, Romuli lege, iudicabant exceptis causis, in quibus de pecuniis ob iudicandum captis ageretur, nam de his ad equites quæstio pertinebat, idque non antiquum fuisse, sed tributum esse equestri ordini ætate I. Sempronij Gracchi I. berij, & C. patris, qui etiam senatum, quod id fieri passus esset, reprehenderit, cum futurus ex eo publicas discordias calamitatesque prædiceret; Appianus historix suæ l. i. scriptum reliquit. C. Gracchus, Tiberij filius, tribunus pl. Cn. Domitio Ahenobarbo C. Fannio Nepote eos legem tulit, quæ paucis ante annis frater eius Tiberius ferre conatus erat, ut equites soli iudicaret. sic enim ex Velleio, Pediano, Appiano, C. ipso cognoscitur. Postea Quintus Seruilus Cæpio consul, qui postea cum Cimbris male pugnaui, legem rogauit, ut cum equitibus, qui antea lege C. Gracchi soli iudicauerant, etiam senatores iudicaret. hæc tamen legem, quam & Cassiodorus, & Obsequens, & Cicero ipse latam significant, non multo post esse abrogatam ex eo suspicor, quod paucis post annis C. Norbanum, quo accusante Cæpio damnatus erat, non ad equitibus, & senatoribus, sed a solis equitibus esse iudicatum, Cicero lib. 11. de Oratore declarat his uerbis: Animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices causa agebatur; ad Q. Cæpionis odiu, a quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam, atque renouabam. Facit etiam mecum illa ratio, quod, cum M. Linius Drusus tribunus pl. Philippo & Cæsare eos legem tulerit, ut cum equitibus senatores, iudicaret; quod proxime probabimus manifestum est, solos equites ante Drusi tribunatum iudicasse: Præterea scriptum est apud Ciceronem in oratione pro C. Cornelio: non ante legem Plotiam senatores, cum equitibus iudicasse, atque legem Plotiam Pompeio Strabone & Borcio Catone eos, latam esse, Pediano docet, ex quo, legis Seruilix de cõcandis inter equites & senatores iudicijs nullam habitam esse rationem, ac ne Liumæ quidem, quæ id sanxit, facile est cognoscere. Post Cæpionem M. Linius Drusus tribunus pl. eius Drusi filius, quo tribuno pl. ad labefactandum C. Gracchi potentiam tenatus usus erat L. Marcio Phil. pop. Sex. Iulio Cæsare eos tulit ad populu, ut cum equitibus senatores causas cognoscerent, euis legibus, Philippo consule referente, S. C. Sublati, in eundem, quo antea fuerat, statum re iudiciaria restituta, soli equites ex lege Gracchi iudicant. Anno deinde interiecto M. Plautius Silanus tribunus pl. Cn. Pompeio Strabone L. Porcio Catone eos, qui fuit annus belli Italici secundus, tulit ad populu, ut singulæ trib. e suo numero quinos denos, per annum iudicatos, suffragio crearent, quo factum est, ut senatores quoque, in eo numero essent, & quidam etiam ex ipsa plebe. Post uictor Sylla, dictator primo resp. constituendæ causa factus, in sensu equitibus, quia pro Cimianis partibus steterant, legem tulit, ut nemo, nisi qui senator esset, iudicare posset, quod ante C. Gracchi tribunatum fieri solitum esse, diximus. Sylla mortuo, quod ille sanxerat, per annos xx. seruatum est, hoc est usque ad Cn. Pompei, & C. Crassi primum consulatum, quo anno L. Aurelius Cotta prætor populu rogauit, populusque iussit, ut tres ordines, senatores, equites, tribuni æranij simul iudicarent, tametsi, & centurionibus adiutum ad res iudicandas potuisset, hæc ipsa lege, & sequentibus duabus, de quibus dicemus. Pa-

peia, & Iulia. censu tamen præfinito, Cicero docet in Philippica prima, uidetur autem Patriculus, nisi mendosi libri sunt, neque tunc neque sententiam huius legis perfecte nouisse: qui lib. 11. legem a Cotta latam per id tempus significet, quo Gabinus tribunus pl. rogationem tulit, ut Pompeius contra piratas summo cum imperio mitteretur, quod falsum esse constat. nam Gabinus biennio post Pompeii consulatum, hoc est Pisonis & Glabrionis eos. eam legem tulit: quod & Velleius ipse asserit, & inde facile licet existimare, quo absoluto bello piratico statim C. Manilius tribunus pl. tulit ad populum, ut Mithridaticum bellum Pompeio mandaretur. id Plutarchus Velleiusque cõfirmant. Maniliam autem legem Cicerone prætoris latam esse, luculenta ipsius oratio declarat, porro Ciceronem gessisse prætoris Lepido & Tullo cos. qui fuit annus post Pisonis & Glabrionis cõsulatum proximus, quis est qui ignoret? testem habemus Pedianum. ut alia, quæ facile probarent, argumenta prætermittam. tulit igitur de piratico bello rogationem Gabinus tribunus ple. Pisonis & Glabrionis eos. at Cotta, cum rogationem de iudiciis eo anno tulerit, quo designatus ædilis Cicero Verrem accusauit, defendente Hortensio cõsule designato; plane uidetur eo anno tulisse, quo Pompeius & Crassus cõsules fuerunt. quod aperte Dio narrat. Hoc de tempore, quod ad sententiam attinet; non uideo, qui probari possit id, quod idem narrat, Cottam iudicandi munus inter equites & senatum æqualiter esse partitum, cum eam potestatem nõ his modo, sed præterea tribunis ærariis esse permissam, sexcenti loci demonstrat. nisi forte illud, (libenter enim tueor antiquitatem) æqualitatem inter utrunque ordinem partitum esse, ut Patriculus dixit, ut significaret, non solum senatum, ut antea, sed equestrem pariter ordinem post legem Aureliam iudicasse: ut ærario, tribunos, qui deinde cum senatoribus & equitibus iudicauerunt, & si non nominauit, non tamẽ exclusisse uideatur, quo modo & Ciceronem lib. v. in Verrem locutum uidemus, ait enim, cum Cottæ legem significet: Iudicium de iudiciis. & de futuro est. at quo tempore futurum est nõne eo, cum populus Roma. aliquid genus hominum, atque alium ordinem ad res iudicandas reliquerit. nempe ea lege de iudiciis iudicibusq. nouis promulgata. Alii ordinem dixit, cum tamen non uno de ordine, sed de tribus, hoc est de senatoribus, equitibus, tribunis ærariis in ea lege mectio fieret. Eodemq. modo cum, censorum iudicia rescissa esse iudicium sententios, significare uellet, in oratione pro Cluentio locutus est, Senatores, inquit, equitesque Romani in compluribus iam rebus, quos contra leges pecuniã accepisse subscriptum est suæ potius religioni, quam censorum opinioni, paruerunt. & in Diuinatione, iudiciorum leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas postulatur. Pedianus etiam in commentario 11. orationis, in Verrem, Cottam, inquit, prætoris significat, qui legem promulgat de restituendis equestri ordini iudiciis. cum tamen Cottæ lex nõ de uno equestri ordine, sed de senatoribus, equitibus, tribunis ærariis mentionem faceret. Plutarchus etiam in Pompeio iudicia ad equites, ait, esse translata: cum tamen lege Cottæ inter tres ordines essent communicata. Quod si quis putat in uno ordine, quem Cicero ad res iudicandas requiri significat, simul cum equitibus tribunos ærarios intelligi; opinione fallitur. nõ senatores, equites, tribuni ærarii, non ordines duo, sed tres a scriptoribus antiquis appellatur: itaque Pedianus in commentario Cornelianæ, L. Cottæ, inquit, lege sua iudicia inter tres ordines communi cavit, senatum, equites, tribunos ærarios: & commentariis duarum orationum, in Pisonis in extremo; pro Milone, in principio. Lex Vatinia secuta est, tulit enim eã, ut opinor, P. Vatinii trib. ple. Cæsare & Bibulo cos. qua finis fuerit, nondum inuenire potui, sed fuisse popularem, cum Vatinii senatum, senatus illum uehementer oderit, facile possum existimare. Lex Pompeia, quã tulit Cn. Pompeius Magnus in consulatu 11. nihil ab Aurelia de trib. ordinibus discrepabat, (nam postea de tribus ordinibus iudicantibus exempla multa sunt, maximeq. apud Pedianum) sed amplissimo censu, e centuriis legi iudices iubebat. Iulia, quam C. Iulius Cæsar rerum potitus, tulit, iudicia ad duo genera iudicium redegit, equestrem ordinem, ac senatorium, tribunos ærarios quod erat tertium, sustulit. Antonia cõsulis M. Antonii, qui 111. uir fuit, hoc sanxit, ut ad duas iudicium decurias accederet tertia e cõturionibus, hoc est, ut cum equitibus, & senatoribus (tertiu enim ordinem, tribunos ærarios lex Iulia sustulerat) centuriones iudicarent. quod genus hominum ne superiores quidem lege, Iulia Pompeia, Aurelia, iudicandi iure excluderant: sed perscripserant, quo sensu eos esse oportere; sicuti senatoribus quoque, & equitibus, & tribunis ærariis census erat præfinitus: cum in iudice, ut ait Cicero, & fortuna spectari deberet, & dignitas. Antonii uero lex plus æquo impudens & dissoluta, quæ rationem census nullã habuit, omnibus, quicumq. ordinem duxissent, iudicandi potestatem permisit. atque hanc Antonii legem de tribus decuriis non esse abrogatam, cum ille hostis iudicatus est, cum eiusdem legem

de sacerdotiis abrogatam esse uideam, e Suetonio cognoscitur, qui in Augusto ita scripsit: ad tres iudicium decurias quartam ad dit. ex inferiore censu, decenariorum uocaretur, iudicari atque de leuioribus summis. Hæc de ordine iudiciorum pro uariis legibus, uaria. De numero autem iudicium, lex Gracchi ccc. f. c. c. omnes ex equestri ordine, totidem, quot antea lenatores iudices fuerant: lex Drusi ccc. equites, & ccc. lenatores, numero pari: lex Plautii dxxv. iussit enim ex singulis tribubus, quæ xxxv. erant, quinos denos creari. lex Syllæ ccc. omnes ex ordine senatorio: lex Aurelia cum lege Syllæ de numero, ut opinor, congruebat, cum in ordinibus discreparet. nam libro epit. f. m. viii. de iudicib. ccc. cum lex Aurelia seruaretur, mentionem fieri uideo, quod si ita est, auctum deinde numerum esse lege Pompeii, uere dicemus: quia Velleius animum suum inter ccc. lx. a Pompeio lectum esse narrat. eundemque numerum Plutarchus in Pompeio tradit. lex Cæsaris, cum de tribus ordinibus unum, ut diximus, sustulit: numerum simul iudicium ut ego sentio cõmutauit. lex Antonii cum tertiam decuriam addidit; satis liquet, eorũ, qui res iudicarent, ampliore numerum esse factum, quem rursus & ab Augusto esse auctum cum ad tres decurias quartam addidit, facile cognoscitur. De iudicium ætate legem fuisse, ne quis intra xxx. ætatis annum iudicare, facile possum ex eo conicere, quod Suetonius de Augusto scripsit, iudices a xxv. ætatis anno elegit, id est, quinquennio maturius, quam solebant. Calistratus quidam iuriconsultus, lege Iulia cautum esse ait, ne minor annis xx. iudicare cogeretur, ne uero minore annis xx. compromissariũ iudicem liceret eligere: Sanxit idem eadem lege, ut opinor, de numero patronorum. nam ante L. Domitii Ahenobarbi & Ap. Claudij Pulchri consulatum raro quisquam pluribus, quam quatuor patronis usus erat. his cõsulibus M. Scaurum, de repetundis accusatum, sex defenderunt. eo que progressa res est, ut eadẽ causa post bella ciuilia nonnunquam a xii. patronis ageretur. ciuilitatis, ut in Padiano scriptum est, C. Cæsar dictator lege modũ imposuit. Et fortasse idem Cæsar, qua in lege de numero patronorum in eadem tulit de ratione iudicandi, quod Gellius li. xii. c. 11. significare uidetur his uerbis: Atque in rerum quidem diffinitionibus compendinationibusq., & aliis quibusdam legitimis in rebus ex ipsa lege Iulia, & ex Sabini Massurii, & ex quorundam aliorum iurisperitorum cõmentariis commoniti sumus. Legimus etiã apud Priscianum de lege Lætoria, quæ minore annis xxv. stipulari uetabat. Addatur aiquid de personis, quæ facinus iudicare possent, & de causis, in quibus possent, tum de iudiciis, de quæ testimonii dicendi potestate, ac primum illud ponatur, legibus eo iure iudicandi non esse exclusos, quos, ignominia censoris notassent: id Cicero significat his uerbis in oratione pro Cluentio, In omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus causis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterũ accusare, hæc ignominie causa prætermissa est, timoris. n. causam, non uitæ pœnam in illa potestate esse uoluerunt. & ibidem paulo post: Prætores urbis, qui iuri debent optimũ quæque in selectos iudices referre, nunquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse dixerunt, Postea tamen inducunt uideo lege Iulia, ut senatu moti iudicare non possent, quod & lege Cassius, de senatoribus, traditum est; & Paulus quoque, ut proxime docebimus significat. Turpi autem iudicio damnatis adempta esse iudicandi potestatem, idem Cicero in eadem oratione, paulo ante, demonstrat. Quod si, inquit, illud iudicium putaretur: ut ceteri, turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate priuantur; sic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. turpia uero, famosaq. iudicia erant, calumnie, præuaricationis, furti, uir bonorũ raptorum, iniuriarum, de dolo malo, pro socio, mandati, tutelæ, depositi, & alia quedã a Iuliano memorata digest. l. 111. Famosos etiam, non minus, quam qui turpi iudicio damnati essent. Pegasus & Nerua filius eos iudicauerunt, qui quæstus causa in certamina descendissent, aut propter præmium in scenam prodidissent. athletas autem, quia iudicã artem non facere, sed uirtutis gratia exercere uiderentur, in famia liberabant Sabinus & Cassius, quæ scripta sunt apud Vlpianum, Præterea, cum ab eodẽ ita traditum sit li. dig. xlvii. qui iudicio publico damnatus esset, eum ius accusandi non habuisse, nisi si liberorum, uel patronorum suorum mortem, uel rem suam exequeretur, consentaneũ uideri potest, eundem iudicandi munere exclusum, quamquam ad rationem accedit auctoritas. nam ita scriptum postea comperi apud Marcellum iuriconsultum. Omnes et de ui priuata damnatos iudicare lex Iulia prohibebat. qua de re Martianus his uerbis. l. dig. xlvii. De ui priuata damnati pars tertia bonorũ ex lege Iulia publicatur: cautum est, ne senator sit, aut decurio, aut ulli honorem capiat; ne in eum ordinem sedeat, ne iudex sit, Huc illa pertinent, quæ tradita sunt a Paulo iuriconsulto, quæ seruata credimus etiam reip. temporibus. nihil enim a iure, aut æquo

dise-

differtunt. Quidā, inquit, lege impediuntur, ne iudices sint; quidam moribus, quidā naturā. natura ut surdus, mutus, & perpetuo furiosus, & impubes, quia iudicio carent. moribus, ut formice, & serui; non quia non habeant iudicium; sed, quia receptum est, ne ciuilib. fungantur officijs: lege, qui senatu motus est. qui uero possunt esse iudices, nihil interest, in p̄tate, an sui iuris sint. Cum iudicibus recte coniunguntur testes. itaque subscribemus ea, quæ de testimonio dicendo idē Paulus tradidit. Lege, inquit, Iulia, & Papia iudiciorum publicorum cauetur, ne cui inuito denuncietur, ut testimonium dicat aduersus focerum, generum, uirricum, priuignū. Cassius etiam Longinus, cuius libri non extant: sed eorū testimonio Martianus digesti. l. i. utitur; putabat, ei qui ob turpitudinem senatu motus, nec restitutus esset, non licere neque iudicare, neque testimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum ea fieri uetaret. Calumniæ damnatis publico iudicio quid liceret, satis aperte Papiniani præclara sane uerba demonstrant. Quæ situm, inquit, scio, an in publicis iudicijs calumniæ damnati testimonium iudicio publico perhibere possint. sed neq. lege Rhemania prohibetur: & leges Iuliæ de uir repetundarum, pecuniis eos homines testimonium dicere non uetuerunt. ueruntamen, quod legimus omissum esse, non omittetur religione iudicantium. ad quorum officium p̄tinet, eius quoque testimonij fidem, quod integræ frõctis homo dixerit, pendere. Mulieribus, quoque uideatur licuisse testimonium dicere. siquidem, non licuisse de ad Interio damnatis, Paulus indicat his uerbis: Ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulterijs testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres testimonium in iudicio dicendi ius habere. Dictum est de iudicio, & testimonio. superest de iudicio. Senatori iudicium prosteri saluis legibus non licebat. alijs impunitas dabatur, nec tamen omnibus in causis, sed proditionis, maiestatis, & siquid huiusmodi: ia causa repetundarum non dabatur: atque nec per iudices agi solitam esse legimus. Non est ab hoc genere aliena Memmia lex, quæ, si uocarentur in iudiciū ij, qui reip. causa abessent, eorum recipi nomina uetabat. itaque C. Cæsar cum in provinciam, peracto cõsultatu, abiisset, & ab L. Antistio tribuno ple. Comæ appellatus esset, appellato collegio obtinuit re eum reip. causa ab esset, reus fieret. Non abhorret a legibus de iudicijs lex illa, quam C. Calpurnio Pisone. M. Acilio Glabrione eos C. Cornelius trib. ple. tulit, ut prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent, cum antea, ut quisque auaritia, aut ambitione ducebatur, uarie ius dicere consueissent. de quo scriptum est apud Pedianum in commentario Cornelianæ. Sortiebatur autem iudices de tribus ordinibus, id est Senatoribus, equitibus tribus ararijs, primum quæstores urb. deinde prætor urb. ita fiebat, ut non modo prætori, uerum etiā consulares interdum una cum ijs, qui nullus gesserant magistratus, indicarent. Dies autem quos reo prætor dabat, ut adesset in iudicio, decem erant. Sic, l. i. i. ad Q. fratrem. decimus erat Cælio dies. & Pedianus in commentario Cornelianæ. Cum, inquit, L. Cassius prætor cum decimo die, ut mos est, reum adesse iussisset eoque die ipse non affuisset, circumuenti sunt ante tribunal eius accusatores a notis operarum ducibus. Ex nostro libro de legibus Romanis, & ex commentario ad Q. fratrem.

LAPIDVM finalium genera apud eos qui de limitibus scripserunt, multa reperuntur sunt enim hæc uerba. Lapis fluuijs, cromaticus uocatur. lapis tiburtinus, cæsalis dicitur. terminus coctus testatus, ullageris dicitur. lapis albus silicenus, si per albus fuerit, Gallienus nuncupatur. si mixtā uenā habuerit igitur nomē habet, nam in aliquibus locis terminos non colatos posuimus, & nihil illis subter addidimus. lapis gammatus dicebatur, in quo forma gammæ, Græcæ literæ apparet, qui pentagoni recipiebatur rationem. unde & gammati termini dicebantur.

LATINAE feriæ dicebantur, cum ex populis latinis uiri simul & mulieres in montem Albanum hostias adducebant: & quadriduano sacrificio factō, accepta carne in suam quisque ciuitatem digressi reuertebant. ea dicta uisceratio; quoniam ex hostijs carnes in partes caræ distribuere uiscerationem mox & Cæsar populo dedit, ut apud Suetonium legimus. Ferias autem Latinas, maximo Romanorum Latiorumque magistratum conuentu, consulibus procurabant, cum interea cū populo agere non liceret; ut ob eam causam Latinæ aliquando a consulibus instaurantur, cum tribunis pl. obsistere uellent, populares leges, & reip. perniciosas, ferre cupientibus, itaq. ad Q. Fratrem. l. i. Consul, inquit, Lentulus dies comitiales exemit omnes, nam etiam Latinæ instaurantur: nec tamen deerant supplicationes. sic legibus. perniciosissimis obsistit maxime Catonis. Instaurantur Latinas etiam Pontifices, ut Livius l. xxxi. tradit, id autem fiebat, quasi iam, faciendis ijs, aut prætermisum aliquid esse, aut, quod nõ oporteret, commissum. Primus eam in unum diem Tarquinius Superbus instituit: secundus dies addidit, pulsus regibus: tertius post secessionem in Auentinum: quartus, plebe & patrib. a dictatore Camillo in cõcordiâ

reductus. In eo meam fluctuare sententiam fateor, conceptiua ne an itatiua feriat facrim Latinæ, si Varronem, & Macrobiū sequamur, antiquitatis utrunque peritissimum, conceptiua erant, non statiuæ: concipiebaturque in dies uel certos, uel incertos Livius tamen itatiuas indicat fuisse, cum ait l. xxv. Romæ consules prætoresq. usque ante diem v. Kalen. Mai. Latinæ conuenerunt. eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque provincias proficiscitur. Non enim simile ueri est, consules, cum uictor Annibal uasta ret Italiam consulto in v. Kalen. Mai. qui dies a primo initi magistratus, die, hoc est ab idibus Martij. xlii. dieꝝ spatio distat, Latinas distulisset; ut ipsi sibi diutina in urbe mansionis necessitatem imponeret: cū ire in provincias neque consulibus, neque prætoribus, liceret, nisi latinarum sacro perpetrato. aut igitur eas et itatiuas in ordinem conceptiuarum postea transisse credendum est: aut latentem causam alij perferrentur. Ex nostris cõmentarijs: in epistola ad Atticum, & ad Quin. Fratrem.

LEGATIO LIBERA, qui sui negotij causa, ut exigendæ pecuniæ, uisitandi templa deorum, abesse ab urbe diutius uolebant, legatione libera, a senatu impetrata, utebantur. erat autem ex hoc genere uotua legatio, uā ad Atticum l. i. i. Libera, inquit, legatio, uoti causa datur. Harum legationum definitum fuisse tempus, lege. C. Cæsare lata ostenditur his uerbis l. xv. ad Attic. k. r. habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, nec facile addi potest, ante legem Iuliam annuū fuisse tempus lege ea quæ consul M. Cicero tulit, ipse declarat l. i. i. de legib. Hoc, inquit, genus legationis ego consul, nisi mihi leuissimum trib. pl. intercessisset, sustulisset; tamen minui tempus, & quod erat infinitū, annum feci. quo in loco liberæ legationes, quasi turpes, nec satis aut ordine senatorio, aut rep. dignas multis uerbis exagitat. Nomen aut liberæ legationi inde ortum est, quæ, introire in urbem, & rursus exire, liberam legationem habentibus liceret. quod eodē in loco ostenditur, quem attingi iam, l. xv. ad Attic. ceteri porro honores, qui extra urbem gererentur, ingredientibus in urbem deponerentur. Ex commentario nostro ad Q. Fra.

LEGIO, in qua uis legio erant, ætas prima, triario rum; altera principum; tertia hastatorum; ultima cœlitum. quæ uelut, exceptis diuidebantur singulæ in decem cœturias: singulis autem cœturis primarij cœturiones præerant: eaq. in triarijs ita appellabantur, primum pilum, secundum pilum, tertium pilum, & deinceps usq. ad decimum pilum; in principibus, primum princeps, secundus princeps, usq. ad decimum; in hastatis, primum hastatus, secundus hastatus, item usq. ad decimum duces appellabantur, primum centurio, primi principis hastati centurio; & ita usq. ad decimum. uel lites uel in has triginta centurias pro rata parte diuidebantur. Cuius epi. ad M. Brucium, Nascennius, inquit, octauum principem, id est octauam centuriam principum, duxit, Metello imperatore. Ex nostro commentario ad Q. fratrem.

LEX, Romæ leges nec nisi a magistratibus, nec nisi comitis ferebantur, sed, quia nec unus magistratus, nec una comitia erant; utrum ab uno, an ab omnibus magistratibus, & utrum unis, an omnibus comitijs ferrentur, aperiendum uidetur. Ferebant leges a magistratibus maioribus quatuor, uno minore; a maioribus, prætore, & consule, qui ordinarij magistratus erant: item a dictatore, & interreges, qui maiores quidem, ordinarij tamen magistratus non erant; neque populi comitijs creabantur. censor autem, etsi erat inter maiores magistratus, ius tamen ferendæ legis, aut habendorum comitorum non habebat. minor magistratus, qui leges ferret, tribus ple. erat. nam ædiles curules quæstores, & diles pleb. i. i. uiri capitales. i. i. uiri monetæ cudendæ, tribuni militum tam Rufi, quam Comitij, & si magistratus erant leges tamen non ferebant. legislatores autem uel tributis comitijs uel centuriatis, uel etiam, ut in imperio mandando, & in adoptionibus, curiatis legem ferebant. si tributis, aut cum S. C. aut sine si centuriatis, e. S. C. semper. plus omnino dignitatis, atque auctoritatis in centuriatis, sed potestatis non minus erat in tributis. æque enim populus uniuersus tenebatur ijs legibus, quæ tributis comitijs ferebantur, atque ijs quæ centuriatis. idque sancitum esse lege a Q. Hortensio dictatore lata, Lælius Felix memoriæ prodidit: cum ante iure eo, quod statuisset plebs, patricijs non tenerentur: non enim aduocare patricios tribuni pl. neque ad eos referre ulla de re poterant. ita ne leges quidem propriæ, sed plebiscita dicebantur, quæ trib. ple. ferentibus accepta erant. Hortensius; quæ rogata plebs sanxisset, ea pertinere ad omnes Quiritis uoluit: siue, ut iura plebis augetur; cum plebeus ipse esset: siue utili reip. consilio; quod in libera ciuitate dissimilem ciuium conditionem discordiæ femina putaret. Legem laturus magistratus, scribebat eam domi, & cum peritis consulebat, ne quid cõtra populi rem aut uoluntatem sanciret; ne forte pugnantia capita simul ferret; ne ue quid, quod uetus aliqua lex, si ferretur, inane infirmumque iuberet esset; & si quæ postea ferretur lex, superiores, oēs præter sacratas, abrogatæ ne curationem, potestatem, commodum uel aliquo

aliquod ipse sibi sua lege, aut collegiis, cognatis, affinis, mada retr: quod leges dua, Lucina, & Acuba, heri acuerunt: contra quas leges fecit P. Clodius. talit. n. quod in oratione pro domo traditum est, ut sibi Cicerois aedes liceret possidere. etiam illud in scribenda lege cauebatur, ne plurib. de rebus, quæ non eiusdè generis uideretur, una rogatione ferretur: quod fieri cum lex Cæcilia & Didia uocabatur, a Clodio factum acculat Cicero pro domo suatum faciendum non esse, indicat idem in suarum legum li. 111. his uerbis: Qui agent, non plusquam de singulis rebus, cõsulunt: nam consu. unto, est, populum roganto. consulitur enim populus, cum lex rogatur. itaq. in oratione pro Milone, nihil, inquit, de eius morte populus consultus, nulla quæstio decreta a senatu est. & pro domo sua: Si populus de ista re consultus esset. & Festus: Rogatio est cum populus consultitur. Addebat illa exceptio: ut si quid ius non esset rogari, ne gisset rogatum, quod in oratione pro domo notauimus item. si quid cõtra alias leges eius legis ergo latum esset, ut ei, qui eam legem rogasset, impune esset, quod fuisse translatiuium, hoc est, scribi solitum in omnibus legibus, tradit C. li. 111. epi. ad Att. Hæc igitur quæ probo sui, quasi legitima a bonis uiris in ferenda lege omnia cauebantur. sed ubi ratione inuit libido spectat bonorum consuetudine, nihil præter suam potentiam, & utilitatem in lege spectantur, ideo læpe leges Clodii, aut Vatini, alienas a more maiorum acerbe repræhensas a null. o uideamus. Scripta lege, legislator bene d. rep. sententiis, ante quam eam promulgaret, referret ad lenatum ut, quo plus ponderis maioremque uim lex haberet, de senatu eam sententia ferret, popularis uero, ac leditiosus magistratus læpe, prætermissa senatus auctoritate, aut etiam contra lenatus auctoritatem, legem rogabat, Promulgabat deinde lex, id est, in publico ponebat, est enim promulgare, ut ait Festus, quasi promulgare, id autem eo fiebat ut inspicere qui uellet, inspectam cõsideraret non solum, ut intercedi posset ante quã ferretur; utrũ et, ut aliquanto ante statueret ciuib. liceret, utrum, cum ferretur, antiquã da, an accipienda lex esset, adde etiam illud ut quis monere legislatores posset uel de corrigenda, uel omnino de non ferenda lege. Spatium autem promulgationis, ut ex Dionysio, & aliis patet, quacunque de referretur lex, erat trinundinum, id est per trinas nundinas. cum enim nundinarum causa ex agris in urbem ciues conueniret: per trinundinum leges patet, ut a rusticis libere legi cognoscique possent, uoluerunt. quod cum M. Antonius non seruasset, inuehitur in eum Cicero Philippica v. his uerbis; ubi lex Cæcilia, & Didia? ubi trinundinum? & idem pro domo sua: Hora fortasse sexta diei questus sum in iudicio, cum C. Antonium collegã meum defenderẽ, quædam de repu. quæ mihi uisa sunt ad illius miserĩ causam pertinere, hæc homines improbi ad quosdam uiros fortes longe aliter, atque a me dicta erant detulerunt. hora nona, illo ipso die tu es adoptatus. si, quod in ceteris legibus trinundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo. sin eadem obseruãda sunt; decreuit senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliã & Didiam lætæ essent, populum nõ teneri: iam intelligis, omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum ple. non fuisse. Neque uero trinundinum ita interpretor, ut ipso tertiarum nundinarum die lætas esse leges existimem: cum & Macrobius lib. 1. comitia nundinis haberi nõ potuisse, neque concionem aduocare, id est cum populo agere, licuisse, ueterum testimonio probet: & Festus, nundinas non solum inter ferias, sed et inter nefastos dies apud antiquos fuisse dicantur ferias: ne cum populo agi liceret: inter nefastos dies, ne lege. Nundinas, inquit feriarum diem esse noluerunt antiqui; quo rustici mercandi uendendiq. causa in urbem conuenirent, eumq. nefastum, ne si liceret cum populo agi, interpellaretur nundinator. Aliud autem erat, cum populo agere; aliud lege agere. cum populo agere, populum est, ad cõsultum, aut concilia uocare, ut ait Festus: lege agere, ius experiri, in iudicio contendere. li. et 1111. epi. ad Att. per duos nundinarum dies neque comitia esse habita, neque concionem ullam, his uerbis Cicero declarat. Ante x. cal. nundinæ. concio biduo nulla. trinundinum igitur in eam sententiam dictũ accipio, ut inter eum diem, quo promulgata lex erat; & eum, quo deinde ferretur, trina nundinæ intercederent, & quo & sapius, & a pluribus, urbem mercandi uendendiq. causa uisitantibus, promulgata lex cognosci posset. Post tertias nundinas, magistratus in eum locum, ubi legem laturus erat, siue in forum, siue in campum Martium, populum conuocabat. ibi cum legem præco, subiciente scriba, recitasset; tum, (forte etiam in toto trinundino, quotiescunq. populus conuocasset, uel suadebant leges, uel dissuadebant. sed, maxime, ac uehementer fieri solitum quo die ferenda lex erat, consentaneum est) primum quidem is, qui legem promulgaret, populo suadebat, ut rogationem acciperet: sed post cum alij, non priuati modo, quibus ab aliquo magistratu concio daretur, (nam alioqui concionãdi potestas priuatis non erat) ue-

rum etiam quandoque magistratus, pro suo quisque sensu uel sua d. bant, uel dissuadebant. sua sorem rogationis eum, qui rogabat, fuisse, ita uerisimile est, ut exemplis, quæ multa suppetunt, mihi esse utendum in re minime dubia non existimem. quod autem minus uerisimile est, ut aliquis eius rogationis, quam ferret, ipse dissuasor fuerit, id nisi testimonijs probem credibile non erit. atque hoc tum fiebat, cum magistratus non e suas, sed e senatus sua rogationem ferrebat. neque enim prohibebatur dissuadere ad populum, quod non probauerat in senatu. Pisonis consulis exemplũ habemus in epistola, Vereor, ad At. li. 1. Piso, inquit, consul, lator rogationis, idẽ erat dissuasor, quod Attico, ut nouum & iniquum scripsit Cicero: cum suadere suas rogationes reliqui solerent. unde illud Attici ad Ci. li. 1. de legibus: Suade igitur si placet, istã ipsam legem, ut ego, Vti rogas, possim edicere. loquit enim At, cum Cicero, ut cum magistratu legem rogante. & quemadmodum in eo libro personam Cice. sustinet magistratus legem rogantis, quod proxima superiora uerba declarãt; Si quæ sorte leges a me hodie rogantur, quæ non sint in nostra rep. nec fuerint, tamen erant fere in more maiorum: qui tum ut lex ualebat. sic Atticus ciuem agit de ipsa lege suffragium ferentem, quod indicat illud: Te ego, uti rogas, possim edicere. refert enim modum illum tabellarum, quibus scilicetabatur lex: quæ his duabus erant litteris signatæ. V. R. id est, uti rogas, cum eã, quibus lex reiciebatur, una littera, A, essent inscriptæ: quæ ualebat Antiquo hoc est, nihil nouari uolo, antiqua probo. Priuatis legẽ Cinciã de donis, & numerib. Q. Fabius maximus suasit, Obgulinã de sacerdotum P. Decius Mus, Voconiam de hereditatibus M. Cato ille cõsorius, Corneliam de reditu Cicerois Cn. Pompeius: Nec uero qui priuati item leges dissuasissent, inuenire non facile est. exemplum habemus in oratione pro lege Manilia, Q. Hortensii in libro de amicitia C. Lelii, & minoris Africani Manilium legem, de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mãdando, dissuasit Hortensius, Papirium, de tribunis ple. rescindendis, Lælius, & Africanus; atque hanc ipsam consuetudinem, ut priuati legem suaderent aut dissuaderent, indicat Liui. xlv. his uerbis; ita traditum erat, ne quis prius intercederet legi, quam priuatis suadendi dissuadendiq. potestas facta esset: quo melius aut commoda legis aperiretur, aut uitia, quo persæpe euenit, ut aut it, qui ad intercedendum uenerat, desisteret, aut intercederet, qui non professi essent se intercessuros & eodem libro infra: Cũ in Capitolio rogationẽ eã T. Sempronius ferre uellet: & priuatis lege dicendi locus esset; neq. ad suadendum, ut in re minime dubia quisquã percederet: Ser. Galba repente processit. itẽ Cicero in oratione pro C. Cornelio, cuius extant reliquæ quædam, cum Asconii commentariis editæ. Est, inquit, ius uetandi, dum priuati dicunt, dum stella deferretur, dum æquãt sortes, dum sortitio fit. quibus in locis cum & Liuius & Cicero de solis priuatis meminerit, non tñ eam potestatem solis priuatis fuisse debemus existimare. partẽ enim pro toto posuerunt: quia priuatis & sapius, & plures, quam magistratus, aut pro lege, aut contra legem dicere solerent. Magistratum porro uel suadentium, uel dissuadentium legem exempla habemus. hæc. M. Porcius Cato, ille sapiens prætor Luciniã de cooptatione sacerdotum ad populum transferenda dissuasit. legẽ Maniliam prætor Cicero luculenta quæ extat, oratione sua sit: Agrariam Rullij, quæ extat orationibus consul idẽ dissuasit. Verum hæc, quæ paulo longius ut illustriora fierent, produxi mus, paucis admodum uerbis lib. de legibus 111. Cicero comprehendit, Populum, inquit, docento. doceri magistratibus priuatis quæ patiuntur. in quo significatur, ut & ipsi magistratus, qui legem ferent, doceant, hoc est de ipsa lege dicant: & dicere alios quoque tum magistratus, tum priuatos patiuntur. Infra uero, eodem libro, cum dixit, De promulgatione, de singulis reb. de priuatis, de magistratibus audiendis: priuatos posuit ante magistratus, cũ supra primum magistratus, deinde priuatos nominasset. quod si ad ueritatẽ ordo referatur: prius nominari priuatos, deinde magistratus oportuit. prior enim priuatis locus in suadenda dissuadenda uel lege ideo datus est, ne si eos, qui magistratum gerebant, ante audissent, ab iis dissentire non auderent: id quẽ Dio historix suæ l. xxxix. scriptum reliquit. quos autem suadere, aut dissuadere leges solitos fuisse diximus: eos in oratione pro Flacco legis auctores Cicero appellat: cum auctores intelligat, uel accipiendæ legis, uel antiquadæ. Hæc de suadentibus dissuadentibus. que legem, nunc de loco, unde suaderent, aut dissuaderet. Nemo ad populum, nisi de loco superiore, concionabatur, siue is priuatus esset, siue magistratum administraret. id autem ob eam causam, quo longius a stantibus in concione tum exaudiri uox, tum intelligi uerba possent. concionabatur igitur, si in foro, de Rostri; quæ ad Comitium fuisse, prope iuncta curiæ Pedianus ait: si in cãpo Martio, uel alibi, de suggestu, aut editioe aliquo loco concionari autem magistratibus pro ea, quam habebat, potestatem omnibus licebat: priuatis, quod iam diximus, nisi concionem, id est

idea concionandi potestatem, a magistratu aliquo acciperent, non licebat. & quia sepius in foro non Rostra fuisse, diximus, quam in campo, leges ferebantur: id. o. sepius de Rostris, quam in campo, conciones habebantur. *Adhuc enim plures tribus comitijs, quæ legum quidem causam, in foro, interdum & in Capitolio habebantur, quam centuriatis, quæ in campo, latas esse comitas: cû tribuni pleb. qui comitia tributa, non centuriata, habebant, facillime ad leges rogandas adducerentur, quippe qui leges non ferrent ex senatus auctoritate: quod necesse erat de legibus centuriatis. Cum suaserant, id suaseratque legem primo loco magistratus qui legem ferebat, secundo priuatis, tertio reliqui magistratus tû presentibus sacerdotibus, ut scribit Dionysius, & diuina exponeretibus, sitella, quam nominat Pedianus, deferebatur: in quam siue tribuum, si tributis comitijs lex ferebatur; siue centuriarum, si centuriatis, nomina conicebantur. deinde sortibus æquatis, hoc est, ita agitata sitella, nequa fors subsultaret, atque exiret, sed pariter omnes æquatæ iacerent, sortitio fiebat; quæque prima uel trib. uel centuria, quæ secunda, quæ tertia de sitella exisset, eundem, quem fors dederat, in suffragio ferendo locum atque ordinem tenebat. hæc dum agerentur, si quis trib. ple. legi uellet intercedere, locus erat. nunquã autem ante suasionem disuasionemque legis intercessionem fuisse declarari illa proxime recitata, quæ Liu. l. xlv. Ci. in oratione pro C. Cornelio tradiderunt. Et quoniã de intercessionem, quæ legem impediunt, mentionem facimus; (neque enim legi tñ, uerum & senatus consultis, & prætorum decretis, aut iudicij intercessionem esse, animaduertimus) omnibus de causis, quæ quo minus promulgata lex perferri posset, impedimento fuerunt, dicendum nobis est. Hæc quinque traduntur; prima, intercessio: cum trib. ple. quorum proprie intercedere diuis erat, edita uoce illa, *Ve to, de qua meminit Lilius, intercedebat: cuius generis exempla suppetunt. altera cum is, qui promulgaret, uel auctorum precibus adductus: uel senatus auctoritate commotus, uel ipse sua sponte consilium mutabat quod C. Manilius, & L. Cælius uterque trib. ple. diuersis temporibus, fecerunt, ille in lege de libertianorum suffragiis, hic in ea quam de minuenda ambitus poenã promulgauit. Tertia ratio fuit, cum, neque intercedente tribuno, neque eo, qui promulgauit, consilium mutante, comitiales dies id est eos, quibus agi cum populo licebat, consul eximebat, uel supplicationibus decernendis, uel feriis indicendis, non solum ijs, quæ Latinæ dicebantur, quas indicere soli consules poterant: sed etiam ijs, quæ Imperatiuæ, quas non modo consulibus, uerum etiam prætoribus ipsorum arbitratu licebat imperare. quo genere usum esse Marcellinum consulẽ, ut C. Cato in tri. pl. legibus, obliuisceret, uidemus in epistola, Placitum, lib. 11. ad Quin. Fratrem. Quartam causam, quæ & ipsa comitis, quacunque de re haberentur, impedimento esset, obnuciationem inueni: quam omnes plures magistratus, ut ego arbitror, habebant. nam, quod oratione secunda in Antonium ita legitur. Nos nunciationem solum habemus, consules, & reliqui magistratus speculationem: duas dictiones, Nunciationem, & speculationem, alteram alterius sedem occupasse, facile crediderim: ut augures speculationem duntaxat habererint, magistratus si modo augures essent, ut erat Antonius, idem consul, & augur, si mul cum speculatione etiam nunciationem, hoc est obnuciationem. idque cum ad ipsam Ciceronis sententiam magis quadra re, qui diligenter animum intenderit, intelligitur. Festus Pompeius ita esse, de praenatis illa quidem uerbis, satis tamẽ aperte significat in dictione spectio legamus igitur in ea oratione fieri. Nos enim speculationem solum habemus, consules, & reliqui magistratus etiam nunciationem. ut augures intelligat, cum, Nos, dicit: erat, n. ipse augur: cum uero, Consules, subiicit, in eo notet Antonij consulis sententiam: qui se id auguratus iure posse diceret, quod quia consulum gerebat, multo facilius poterat, præterea, ut de magistratibus obnuciantibus, ita de auguribus de cælo seruantiibus. haud parum sepe legitimus, quod quidem speculatione significat, quæ tolleretur. si uerum illud esset. Nos nunciationem solum habemus. Quod si quis dixerit, ideo uerum esse, nunciationem solum habuisse augures, quia speculationem, nisi iussi a magistratibus, non haberent: facile refellitur. nam si augurum speculationem non esset, quia pedit a magistratu uoluntate: ne nunciatio quidẽ erit, quia pendet a speculatione. qui, n. esse potest nunciatio, nisi spectio antecedit: præterea, si speculationem augur non habet, nisi iubente magistratu: ne nunciationem quidem habet, nisi eodem uolente. neutram igitur habebit: quandoquidem non ipse, sed magistratus in utraq; potestas est. quo modo igitur consistit illud, Nos nunciationem solum habemus: siue nunciationem pro renuciatione, siue pro obnuciatione accipias? Quinta impediendi ratio fuit, cum de cælo uel fulgebant, uel tonabant. erat enim in augurum disciplina, ut, si uel fulgeret, tonante, comitia dimitterentur. quo genere impedimenti Pompeius magnus in secundo consulatu, ne M. Cato prætor crearetur comitia dissoluit. Redeo ad institutum. Sortitione tributum aut centuriarum facta, dicebat is, qui legem ferebat: Si**

uobis uidetur, discedite. Quirites. de quo Pedianus uerba subscribam. Cum, inquit, id solum superesset, ut populus inuam sequebatur: ubi unumquemque, is, quã fert legem, discedere quod uerbum nõ hoc significat, quod in communi consuetudine est, de eo loco, ubi lex fertur, sed in suam quilibet tribum discedebat, in qua est suffragium latum. populus enim consultus, ut temper a ias, ita & in concione. Lilius autem l. 11. ubi de lege lectoria loquitur, Cont. in qua, Appius, negare ius esse tribuno in qua sequam nisi in plebeiõ. Non enim populi, sed plebis eum magistratum esse, uelothum ipsum summouere pro imperio posse more maiorum: quia ita dicebat. Si uobis uidetur, discedite Quirites. ubi, Discedite, dicitur apparet ad suffragia ferenda. lib. uero 111. ubi de Teretia lege agitur, idem significat, cum ait: quemadmodum se tribuni gestidit in prohibendo delectu, si patres in lege, quæ per omnes comitiales dies ferebatur, impedienda gerebant, initium erit rixæ, cum discedere populum iussissent tribuni: quod patres se summoueri haud sinebant. Cum igitur de concione iussi discedere, in suam quilibet tribum, aut centuriam abiisset; priuatos homines inuenio qui de lege laborarent, non modo populum, ut legem acciperent, aut lata suffragia rogasse: uerum etiam, ne quid fallacia committeretur ipsos aut tabellas distribuisse, aut distribuentibus alijs præfuisse, idque diribere, proprio uocabulo dicebatur. quod munus quia fere obiri curarique ab ijs soleret, qui neque ætate grauis, neque gestis honoribus insignes admodum essent, id sibi & a senibus, & a dignitate præstantibus præcipue contigisse gloriose commemorat Cæro in Pisonem. Hoc, inquit, certe uideo, quod indicant tabellæ publicæ, uos rogatores, uos diribitores, uos custodes fuisse tabellarum: & quod in honoribus uestrorum propinquorum nõ facit, uel ætatis excusatione, uel honoris; id in salute mea, nullo rogante, uos uestra sponte fecistis. eodemque uerbo eadem de re uisus est in oratione post reditum in senatu. Nec dubito, quin legendum sit, Diribeantur, non Diripiuntur, in ea in Pisonem, in eo loco; An expectas, dum de te xxxv. tabellæ diribeantur? Plinius quoque l. xxxv. c. xv. hoc uerbum usurpauit. Hic est, inquit, ille domus tor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Cuius autem suffragiorum custodiendis certos homines in comitijs præfuisse qui nongenti sunt appellati, idem Plin. lib. xxxi. c. 1. scriptum reliquit. Tabellis distributis, primo loco ea tribus, aut centuria suffragium ferebat, quæ omnium tribuum, aut centuriarum nomina: in sortem coniectis, prima de sitella, de qua iam diximus, sorte exierat, eaque prærogatiua dicebatur; quia prima rogaretur, a magistratu, qui comitia habebat. An in pri. a tribu, aut centuria quis primus? uidelicet is, quem magistratus legere de legebat: deligebat autem quem & dignitate prætare, & rogationi suæ præter ceteros fauere iudicabat: utrumque cognoscitur in oratione pro Plancio. in qua ita scriptum est. Nam quod primus sciuit legem de publicanis, tum, cum uir amplissimus consul id illi ordini per populum dedit, quod per senatum, si licuisset, de dicitur. si in eo crimen est, quia suffragium tulit: quis non tulit publicanus? quia primus sciuit: utrum id sortis esse uis, an eius, qui illam legem ferebat? si sortis: nullum crimen est in casu. si consulis, splendor etiam Planci. hunc a summo uiro principem ordinis uel dicatum. quo constat, ideo primum Plancium ad suffragium ferendum a Cæsare consule lectum esse, quia primus ordinis et quibus iudicaretur. quod ipsum confirmant illa pro domo sua, Consulari homini P. Clodius, eueria rep. ciuitatem adimere potuit, conuilio aduocato, conductis operis non solum egentium, sed et si feruorum Sedulio principe, dixit enim Sedulio principe, pro primo omnium suffragium ferente quod a pertius proxime ostendit, cû ait: Sin aut is primus sciuit. erat. n. quodam modo legis ornamento, cum is iam sciebat primus, cuius in ciuitate non leuis esset auctoritas. quod et si satis clare indicant ea, quæ ex oratione pro Plancio recitauimus: tamen in hac ipsa pro domo sua idem sit illustrius. subiungit enim post ea. quæ proxime ad exemplum attuli, non magno interuallo: Tu huius, ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honestes, auctoritatem amplecteris. quasi Clodius Sedulij tanquam clari hominis, nomen publicis in tabellis ad legem honestandam scripserit, aut fortasse et in æs simul cum ipsa lege incidisset. Cum igitur ab eo, quem magistratus ipse primum delegisset, deincepsque ab alijs eiusdem tribus, aut centuriæ per lata suffragia erant, tum, suffragiis in utroque sententiã dinumeratis, & quo modo ueteres loquebantur, dirẽpris, numeroque eorum punctis notato, eius tribus, aut centuriæ uoluntas cognoscebatur, eaque a præcone renunciabatur; & eadem in reliquis tribubus aut centuriis ratione seruata, ex maiore tribuum centuriarum uel numero uel antiquabatur, uel sciebat lex. ac de antiquata quidem lege nihil est dicendum. scitam autem, atque acceptam, omnium ciuim iure iurando confirmari solitam legimus. itaque Q. Metellus, ille Numidicus, ne in legem Saturniam per uim latam iuraret, in exilium abire maluit, sibi que potius de patria, quam de sententiã, decedendum putauit. quem anno post

quadragesimo imitatus non est Marcus Cato, quem Vticensium historici nominant: qui cum leges P. Clodii in nullo neque iure rogatas putaret, in eas tamen iuravit, consilio usus optimo, ut Cicero ait in oratione pro Sextio: nam ab eo, quod omnino ne fiat, fieri non potest, cum periculo dissentire, temeritatis videtur esse. Potebat iurandum, in quibus lex incidebatur: quod indicat Livius lib. 111. his verbis: Prius quam urbem consules egredierentur, leges decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in quibus incisae in publico proposuerunt. quod ipsum lib. x. Dionysius confirmat & Cicero in oratione 111. in Catilinam, Memoria tenetis, inquit, Cotta & Torquato eos. complures in Capitolio turres de caelo esse percussas: cum & simulacra deorum immortalium depulsa sunt, ita ut veterum hominum deieceret; & legum aera liquefacta, quod ipsum uersibus deinde persecutus est in secundo de consularum suo, ut libro 1. & 11. de diuinatione patet. eandem consuetudinem confirmant illa, quae in 1. Philip. scripta sunt: Forum sepietur: omnes clauduntur aditus, armati in praedictis multis in locis collocantur. quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit, & in quibus incidit iubebitis? quod etiam non multo ante dixerat: Quae uille in aere incidit, in quo populi iussa perpetuasque leges esse uoluit, pro nihilo habebuntur: exemplis non egemus: sed unum Suetonii quod in C. Caesaris uita legimus, quod apertam rem multo etiam illustrius ostendit, apponemus. Marcus, inquit, Claudius Marcellus consul, edicto praefactus, de summa se rep. acturum, retulit ad senatum, ut ei succederetur ante tempus, quoniam, bello confecto, pax esset, ac dimitti deberet uictor exercitus: & ne abiens ratio comitiis haberetur; quando nec plebiscito Pompeius postea abrogasset. ac cederat autem, ut is, legem de iure magistratum ferens, eo capite, quo a petitione honorum absentes lummovebat, ne Caesarem quidem exciperet per obliuionem; ac mox, lege in quibus incisae, & in quibus erarium condita, corrigeret errorem. Ne illud quidem praetermittam, non in tabulis modo quibus, sed etiam in columnis incisae esse leges. de tabulis dubium non est: quas etiam aliquot, in hunc usque diem seruatas, ipsi uideamus, de columnis autem Cicero pro Balbo sic: Cum Latinis omnibus foedus istum Sp. Cassio, Postumo Gemino cos. quis ignorat? quod quidem nuper in columna quibus meminimus post Rostra incisum & per scriptum fuisse, quae ipsa de re Livius libro 111. sic: Tantum sua laude abstulit famae consul Marcus; ut, nisi foedus cum latinis, columna quibus in sculptum, monumento esset, ab Sp. Cassio uno quia collega abfuerat, istum Posthumum bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. & Varro, ut apud Macrobiu legimus, antiquissimam legem in columna quibus scripsit incisam fuisse. cui mentio, intercalaris ascriberetur. nec deest Dionis in historia testimonium; qui lib. vi. 11 columnas, quibus incisae leges legerunt, de caelo tractas memoriam prodidit. Scripta iam lege, promulgata, perlata, in quibus incisae, his enim quasi gradibus, ad id, quod in lege ultimum, ac summum est, peruenimus; unum restat, ut, ubi custodienda reponere tur, ostendamus. Scire igitur oportet, non eandem legum omnium fuisse rationem, sed aliquot, maximeque tabulis quibus incisae; in publico proponi solitas, ut oculis ciuium paterent quod exempla demonstrant; quae uero aeneas in tabulas essent incisae, eas ad ararium delatas, quo scilicet, & S. C. ibi cum publicis pecuniis, omniumque publicarum rationum libris conditae asseruabatur. erat autem ararium in Saturni Opisque templo: templum autem in uico Iugatio, ad Capitolii radices, unde septies milies. H. S. a Caesare dictatore depositum, post illius interitum M. Antonius consul abstulit. & si tantum Opis in Philippica 1. & 11. ubi haec de re Cicero loquitur, mentio fit: puto, quod duabus cellis simulacra Opis & Saturni separatim dedicata colerentur, & ad Opis cellam proprius, quam ad Saturni, eam pecuniam Caesar locasset. primis tamen reip. temporibus, legem Iuliam in templo Dianae, quod in Auentino monte fuit, repositam esse, legimus in historia Dionysii. Quae ad rationem praeferenda legis attinerent, quae fere potuerit alicuius esse uideretur; omnia ut arbitramur, persecuti sumus. perlata uero legis quae uis esset, primum utrum maxima, deinde si maxima, utrum perpetua, breui differemus. Erat in lege summa uis: non solum, quia, quod erat lege sancitum, eo Quirites omnes tenebantur, quod tribus legibus, una consulari Valeria Horatia, duabus dictatoris, Publicia, & Hortensia, cautum est (paucas tamen excipio, quibus non omnes plane ciues obstringebatur, quo de genere fuisse legem de repetundis, animaduertitur: lata. n. est post illas tres, consulari unam, dictatorias duas, a nobis proxime nominatas: & quodcunque postremum populus iussit, id ius ratumque esse. x. 1. tabu. lege sancitum est) uerum etiam, quia, non, ut praetoris edictum, item lex annuo spatio, terminabatur, sed uigebat usque dum alia lege abrogaretur. abrogari uero omnes licuit; praeter sacras; quae uiolatae saepe, abrogatae nunquam sunt abrogantur uero non eadem, quae uiolanti legem, poena sancitur. ceterae leges & abrogari omnes potuerunt, & abrogatae multae sunt. tamen in nulla lata lex est, quae ipsa se contra abrogationem quasi facio-

nis sepimento non munerit. graui poena, multave ei, qui abrogasset, irrogata. ac multi multas abrogarunt neque tamen ullam propterea subire poenam, dixi iam, plus fuisse potestatis in eo, quod postremum populus iussit quam in eo, quod antea iusserat: id lege duodecim tab. sancitum esse. iussum autem populi & suffragia fuerunt, quibus abrogabantur leges. itaque, non quid antea populo placuisset, sed quid ei postremum placeret, spectari solebat. sensit autem in hoc genere populus non semper est repu. nam quemadmodum saepe malas leges bonus populus, sic interdum bonas malas abrogauit. senatu uero nunquam lex ulla, nisi reip. causa, sublata est; ut, cum Appuleio, Mario consule referente, S. C. damnatae sunt; quod ab hoste reip. L. Appuleio Saturnino rogatae essent: aut, cum Liuio consilio Philippi consulis subleuatae, quia contra auspicia, quae seruati lex Aelia iubebat, a M. Liuio Druso latae iudicarentur. erant enim quatuor omnino genera, (ut ipsa fere Ciceronis uerba usurpem, quae sunt in oratione. pro C. Cornelio) quibus per senatum more maiorum statuerunt aliquid de legibus; num huiusmodi, placere legem abrogari, ut Q. Caecilio M. Iunio cos. quae leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur. atque hoc genere non abrogatae legem senatus, (nam abrogare proprie populus dicebatur, sed, ut abrogaretur, statuebat Alterum genus erat: quae lex lata esse diceretur; ea non uideri populum teneri, ut L. Martio Sex. Julio cos. de legibus Liuio: quae ut uno S. C. tollerentur, Philippo consul, Liuio in imicus, obtinuit a senatu. ideo autem, huiusmodi legibus. non uideri populum teneri, senatus decernebat, quia, contra auspicia latae esse, augures monuissent. tanta Romae fuit in auguribus auctoritas. de quibus libro 111. de legibus haec a Cicerone scripta legimus. Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? quid, leges, non iure rogatas, tollere? Tertium, de legum rogationibus quo de genere per sepe S. C. sunt, ut de lege Calphurnia de ambitu, quae rogaretur. Quartum genus, quod ea Ciceronis oratio mutila admodum est, atque in ipsa, neque in Pediano interprete, ac ne alibi quidem, quod sciam, interuenitur. me tamen in eam partem coniectura ducit, ut existimem, cum aliquem senatus hostem iudicarent, simul, ut eius quoque leges, quae quidem aduersus remp. essent, tollerentur, eodem S. C. aut alio, proximo facto, iudicasse. quarum enim maxime legum causa perniciosus patriae cuiusdam damnatus sit, & a rep. remotus, eas ipsas leges in repu. non habuisse, sed abiectas in loco esse, etiam si ab historia non prodatur, ueri tamen simillimum est. quale fuit, quod de legibus Saturnini, proxime, & de legibus M. Antonij traditum est. postremum illud est; cum, uerbo quidem, neque a senatu, neque a populo, tacito autem omnium consensu per consuetudinem leges abrogantur. id quod & Iulianus iuris consultus notauit. Agamus nunc de loco referendae legis. is erat interdum Pratae Flaminiae, qui postea circus Flaminius dictus est, interdum etiam lucus Petelinus, quae doque Capitolium, sed plerique forum, aut campus Martius de Pratis Flaminis, lucus Petelino, Capitolio, Liuio testis est: de foro declarant illa pro C. Rabirio Postumo: Si lex ferretur, conuolaretis ad Rostra. erant enim Rostra in foro. dixit autem Conuolaretis ad Rostra, cum hoc subintelligeret, ut inde legem disuaderetis. & aperte in oratione 1. in Antonium & in v. & pro domo, & ubi non de campo, inde constat, quod, cum leges centuriatis comitiis saepe latae sint: centuriata portio comitia in campo esse habita, omnes historiae narrat: manifeste sequitur, ut leges centuriatis comitiis late, in campo late sint. Hic oritur alia consideratio, loco ne sacro an profano ferretur lex. sacro potius, quam profano, crediderim: primum, quod in Rostris, qui locus erat auguratus, templumque dicebatur, saepe a magistratu ferretur: itaque pro Sextio, Princeps, inquit, rogationis Q. Fabricius templum aliquanto ante locum occupauit. occupat enim ut legem ferret. quod illa uerba pro Milone declarant: Potuit ne Fabricio, uiro optimo, cum de reditu meo legem ferret, pulso? Occuparat autem Rostra, non templum alicui deo sacrum: quod ipse Cicero declarat infra, in eadem pro Sextio subiungens, Tribunos pleb. ferro est Rostris ad Cladio pulsos, Fabricium intelligens. sed clarissime in Vatinius his uerbis: Cum L. Vestium iudicem in Rostris, in illo, inquam augurato templo ac loco collocatis. & Liuio lib. viii. Naues, inquit, Antiarum partim in naualia Romae sunt ductae, partim in caesae: Rostrisque earum suggestum in foro extruendum adorsari placuit: Rostraque id templum appellatum. Altera est ratio, quod leges a P. Clodio tribuno pleb. in templo Castoris late inuenio. quod indicat illud in Pisonem: eodem in templo, eodem & loci uestigio, & temporis, arbitria non mei solum, sed patriae fueris abstulisti. Nam illud, Eodem in templo, ego sic interpretor. quo in templo legem de mea pernicie tulit Clodius, eodem in templo de Macedonia tibi tradenda statim legem tulit: quam tu prouinciam ad arbitrium tuum pro meo

funerem, quod idem funus patriæ fuit, ipse pactus eras, itaque propinquare lege traditam, quasi præmium a Clodio debitum abstulisti. Et apertius in oratione pro domo sua. Cum arma, inquit, in eadem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi, uti ne quid per vim agi posset, machinabare. In libris autem de inuentione, Flamini, inquit, cum consul rem, male gessit, bello Punico secundo, legem agrariam per seditionem ad populum ferentem, pater suus de templo deduxit. accersitur maiestatis, & apud L. uium, ante quam Rosstra in foro extructa essent, de tribunis pleb. legum rogandarum causa in templum coeëribus, nõ semel mentionem fieri uidemus. Ferebat ergo magistratus legem in templo: ferebat suffragia de rege populus circa templum. locum enim tantæ multitudini nullo in templo fuisse, credibile non est. cum uero lex a magistratu ferretur, eodem in templo alios, quæque magistratus aduise, eos nimirum qui cum magistratu legem ferente consentirent, legimus in oratione in Vatinius: quæ quidem leges, inquit, anno post, sedentibus in templo duobus, non consulibus, sed proditoribus huius ciuitatis, ac pestibus una cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni iure publico conflagrauerunt. Oitendi latam in tempo legem cum in foro fereretur, hoc est tributis comitiis. quid cum in capto centuriatis? tum in templis deorum non existimo, quæ in capto nulla fuisse legimus, quo tamen in loco a magistratu ferretur, cum locum antea auguratum fuisse crediderim. nam si tributis comitiis semper in templo, cur centuriatis, quæ maiorum rerum causa habebantur, profano in loco lex ferretur? forte uideri possit nisi ma. ior iectura, addamus exemplum, ut dubia res testimonio probetur. L. uiius igitur libro. i. r. Tribuni, inquit, ut impediendæ rei publica spes erat, de proferendo exercitu agere, eo magis, quod & augures iustos adesse ad lacum Regillum, fama exiret, locumque in augurari, ubi auspicio cum populo agi possetur, quidquid Romæ in tribunicia rogatum esset, id comitiis ibi abrogaretur. Inter leges autem, quæ in foro, & eas quæ in campo ferrentur, dixi iam, hoc interfuisse, quod in foro tributis comitiis ferrentur, in campo centuriatis: nunc adiungo primum illud, centuriatis comitiis eas esse latas, quæ è S. C. ferrebantur: deinde illud, quæ & centuriatis comitiis ferrentur, eas, si, a S. C. non ferrentur, patribus quidem auctoribus semper esse latas. id quod non a primis reip. temporibus, sed tantum post Publii Philonis dictaturam obseruatum est. hunc enim dictatorem legem tulisse, ut legum quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante lacum suffragium patres auctores fierent, scribit L. uiius lib. vi. r. quo significatur non omnes antea leges, quæ centuriatis comitiis ferrentur, è S. C. aut patribus auctoribus, esse latas. quod si factum nunquam antea non erat, consuetudine seruata, quæ in Numa Rege creando est inducta, ut scilicet, ante quam populus suffragium iniret, patres in certis comitiis euentum auctores fierent, Publius in plebem propèsus, quia plebeie gentis erat, quod senatui liberum erat, id necessarium fecit: quod, more factum erat, id ut lege fieret, sua lege lausit. Neq. uero, quod ait, L. uiius, Patres auctores fierent, expono, patres S. C. probarent. fiebat. n. de re & relata, & disputata. S. C. quid potro referri & disputari opus erat id, quod omnino probatum a senatu publica lex iuberetur: nõ de quo sit, S. C. id eiulino di è, ut improbari & abiici poterit: est autem & probatum, & acceptum, quia maior pars senatus ita senserit. at in hoc non utrum uis licere, neq. plurium senatorum uoluntate spectari, Publius uoluit, sed quasi ab uniuerso senatu iam probatum esset, ita, uelent nolent, patres auctores esse. ergo sic existimare debemus: & eas leges, quæ centuriatis comitiis ferrentur, post legem Publicam aut è S. C. aut certe patribus auctoribus, esse latas; & eas, quæ ante legem Publicam centuriatis comitiis late erant, alias è S. C. alias sine S. C. patribus tamen auctoribus, alias neq. è S. C. neq. patribus auctoribus esse latas. Nihil ne igitur interfuit, dicit aliquis, inter leges, quæ patribus auctoribus, & eas, quæ è S. C. ferrentur, nihil plane, ante legem Publicam, nam, siue è S. C. siue patribus auctoribus ferrentur, è senatus uoluntate ferrebantur. post legem autem Publicam multum inter huiusmodi leges interfuit, atque adeo tantum, quantum inter secundam & aduersam uoluntatem interest. nam secunda senatus uoluntate ferrebantur eæ leges, quæ S. C. probatæ iam erant: aduersa uero nonnunquam eæ, quarum patres auctores fiebant. probabant enim inuiti, lege coacti, itaque honorificentius habebatur id, quod è S. C. centuriatis comitiis latum esset; quam id quod iisdem comitiis patribus auctoribus, sed extremis reip. temporibus nullam legem centuriatis comitiis sine S. C. patribus auctoribus late inuenio. per multas autem S. C. iisdem comitiis: siue, quod abrogata sit Publica lex: siue, quod postea quam Q. Hortensius dictator multis annis post Publicam legem tulerit ut eo iure quod plebs statuisset, oes Quiritibus teneretur; nihil attinuit patres auctores de eo fieri, quo uel si auctores ipsi non fierent, tamen omnes ciues æque tenerentur. itaque magistratus aut a S. C. centuriatis comitiis, aut, si senatus

dissentirent, tribus leges tulerunt: quanquã & leges multæ, tribus comitiis ex S. C. late sunt) cum lege Hortensia eandem vim haberent leges tributis comitiis late, quæ habuerunt antea leges eæ, quæ centuriatis comitiis patribus auctoribus late erant. Hic forte ais, quæ ferretur, ante Publicam legem eæ ne leges quas senatus, quæ centuriatis, siue tributis comitiis ferri cuperet, ferrentur è S. C. an uero alia è S. C. alia uero sine S. C. tantum patribus auctoribus, utrunq. factum est. nõ neq. oes è S. C. neq. omnes patribus auctoribus late sunt. de late è S. C. testimonium res non desiderat exemplorum. n. plena sunt omnia. patribus autem auctoribus, minus quidem multæ, sed aliquot tamẽ late sunt, ut Petilia de ambitu, a tribuno pleb. tributis comitiis lata; de qua L. uiius lib. vi. r. Quæritur et, utrum centuriatis comitiis leges a maiore tantum magistratu, an etiã a minore ferretur: faciamus quod oratores solent: qui cum tribus rem probare non possunt, argumentantur a simili, & hoc genere sepe idem faciunt. item nos, cum centuriatis comitiis a minore magistratu leges late sint, nec, ne, affirmare nõ possumus; quia neutrum ab antiquis proditum est; similitudinẽ sequemur, & quæ in creandis magistratibus, fieri solitum est, idem inferendis legibus obseruatum esse dicemus. nõ si creãdis magistratibus, centuriatis comitiis nunquã, nisi a maiore magistratu, habita sunt: ita de m. ferendis legibus, nunquam, nisi a maiore esse habita consentaneum est. illud autem est, esse igitur & hoc dicemus. neq. enim cur non sit, aut ratio suadet, aut exempla demonstrant. Ex libro nostro de legibus Romanis.


LIBERTATIS nomen proprie conuenit in manumissos, sed trãseritur ad multa. est enim libertas, primum, quæ seruum liberat a domino, deinde, quæ nexu a creditore: quam diu. n. uinculis, ob æris alieni grauitatem, tenetur, liber non est: tertio, quæ ciuem a magistratus iniuria, quouis. n. delicto, ac scelere, uno excepto perditionis crimine, ciues Romani a securibus, fascibus, id est a nece, & a uerberibus ueterum legum, Valeriarum, Porciarum, Semproniarumq. beneficiis, defendebantur: postremo, lateus etiã libertas diffunditur, cum ius illud significatur, quod inter omnes ciues æquũ, nullum neq. fortunæ, neq. dignitatis, discriminem, leges cõstituant, ut oes liberi sint. nemini quisquã præterquam legibus pareat. ex quo et liberi populi dicebantur, qui suis legibus uterentur, neq. regibus neq. cuiquam populo parerent, neq. omnino cuiquã uedigal ullum penderent: qualis aliquando Carthago, Corinthus, Athenæ: ipsa uero ultra quingentos annos Roma fuit. Ex nostris obseruationibus.

LIMINA ueteres dicebant omnia trãuersa: a quo & limina hostiorum, per quæ foris & intus itur: & limites, quæ per eos foris & intus eaf. **LIMITES**, ait Siculus Flaccus in libro de conditionibus agrorum, ab him nib. uocabula accepisse. inquit enim sic Quomodo limina introitus, exitusq. locis præstant, limites agris. similiter introitus exitusq. qui in agris diuisis & assignatis semper perui esse debent, tam itineribus, quam & mensuris agendis. Pergit idem Flaccus his uerbis. Quomodo limites a mensura denum actuum decimani dicti sint, h qui orientem occidentemq. intuentur, qui meridianum & septentrionem tenent, unum uocabulum illis erat, decumanum nuncupabant matutini, & uespertini & meridiani & septentrionem cardinem. alii uero ob regionum positionem & naturam appellauerunt maritimos & montanos. postea uero, cum agri diuiderentur, & assignarentur, decimani quidem uocabulum permansit, ut ii, qui orientem occidentemq. intuentur decimani dicerentur: ii uero, qui meridianum & septentrionem, quonia cardinem mundum tenent, cardines sunt appellati. Et oes limites dirimunt agros, centuriasq. designant; qui, ut supra diximus, in agris diuisis & assignatis semper perui esse debent, & itineribus, & mensuris agendis. Limitum autem nomina hæc inuenimus in libello extremo eiusdem Flaci. Orientales, ait, dicuntur decimani: Septentrionales, cardines; Maximi. C. M. A. Quarii Intercessiui, Quinarii, Cultellati, Nonarii, Maritimi, Temporales, qui solis ortum secuti sunt. Gallici, Regales, Subronciui, Linearij, Sextaneij, Tesselati, Diagonales, Montani, Austriales, qui per anticam & posticam diuiduntur: Hypotenusiales, qui angulis subiacent: Præfaturales. Egregij, Vndicimani, Duodecimani, Colonicij, Passiui, Solitarii, Perpetui.

Aggenus autem in libro de limitibus agrorum distinguit limitem a rigore his uerbis. Limes est quodcuq. in agro ad obseruationem finium opera manuum factum est. rigor uero suæ reititudinis naturalis nomen accepit. Rursus Hygenus in libello & ipse de limitibus constituendis, sic. Antiqui mensuras agrorum normalibus, & gignibus, incluserunt. primum duos limites constituerunt; unum, qui ab oriente in occidentem dirigeret: huic appellauerunt duodecimani, ideo quod terram in duas diuidat partes, & ab eo omnis ager diuidatur: alteram a meridiano ad septentrionem, qui cardinem nominauerunt, a mundi cardine. Duodecimani postea decimani appellauerunt: quare a decem potius quam a duobus, sicut duo pondus nunc dicimus dupondij & quæ dicebant

dicebant antiqui duo uiginti: nunc dicimus uiginti: Similiter duo decumanus, decumanus est factus. Reliquos limites fecerunt angustiores; & qui spectabant in orientem, prorsus; qui ad meridia nū transuersos appellauerūt. Limites autē appellati a limo, id est antiquo uerbo, transuersi nam & limum cinctum, ideo quod pur puram transuersam habeat, item limina ostiorum, postea prorsos & transuersos limites appellauerūt, a liminibus, quod per eos agrorum limina seruantur, postea apud quosdā nomina a loci natura acceperunt. & qui ad mare spectant, maritimos, qui ad montē, montanos appellauerunt. Omnis ergo huius rectorū lōgitudō rōnalis, limes appellatur, nec interest quicquā, decumanum dicamus, an limitem, decumanum autē primus, maximus appellatur, item Kardo: nam latitudine ceteros pracedunt. sunt alii limites aequarii, alii linearii. Aequarius est limes, qui primus actus est ab eo quintus quisque: quem si numeres cum primo erit sextus: quoniam quinq. centurias sex limites claudunt, reliqui medi limites linearii appellatur, in Italia subruiciui. Aequarii autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent pedum xii. per hos iter populo, sicut per uia publicam debetur, ita. n. cautum est lege Semproniam, & Cornelia, & Iulia, quidā ex his latiores sunt xii. pedibus, ut si, qui sunt per uiam publicam militarem acti. habēt enim latitudines uia publicae. linearii limites mensuræ tantum determinandæ causā sunt constituti: & si finitimi interueniunt, latitudinē secundum legem Mamiliam accipiunt, in Italiam itineri publico seruiunt sub appellatione subruiciuorum, habēt latitudinē pedum octonum. Hos conditores coloniarum fructus asportandi causā publicauerunt, nam & possessiones pro æstimo ubertatis, angustiores sunt assignate: ideo q. limites omnes non solum mensuras, sed & publici itineris causā, latitudines acceperunt.

K Quintarius.



Secundum antiquam constitutionem limites diriguntur: quare non omnis agrorum mensura in orientem prius quam in occidentem spectat, in orientem, sicut ædes sacræ, nam antiqui architecti in occidentem templa spectare recte scripserunt. postea placuit omnes religionem eo conuertere, ex qua parte cæli terra illuminatur. sic & limites in orientem constituuntur. centuria expleri non potuit; alterum, quod in medijs assignationibus, & integris centurijs interuenit, quidquid enim inter quatuor limites minus quā interclusus est, fuerit assignatum, in hac tenent appellations: ideo q. is modus, qui assignationi superest, linea claudat, & subsecetur. nā & reliquarum mēsurarum actus, quidquid inter normalē lineā, & extremitatē interest, subseciuū appellatur. Est ager similis subseciuorū conditioni extracclusus, & nō assignatus: qui si reip. Populi Romani, aut ipsius coloniz, cuius sine circumdatur, siue peregrinæ urbi, aut locis sacris, aut religiosis, æque ad populum Romanum pertinentibus, datus non est, iure subseciuorū in eius, qui assignare potuerit, remanet potestate. Ager extracclusus est, quia intra finitimā lineam & cēturias interiacet: ideo q. extracclusus, quia ultra limites finitima linea clauditur. Quoniam autē sæpe oritur controuersia de agris, sciendū est controuersiarū materias esse duas, finē, & locum. conditioque controuersiarū alterutra cōtinetur, quidquid ex agro de his interuenit. Sed quoniam in his quoque partibus singulæ controuersie diuersas proprias habent condiciones, propriæ sunt nominandæ, sunt autem numero quindecim, de positione terminorum, de rigore, de fine, de loco, de modo, de proprietate, de possessione, de alluione, de iure territorij, de subseciujs, de locis publicis, de locis relictis & extracclusis, de locis sacris & religiosis, de aqua pluuiæ arcēda, de itineribus. De positione terminorum controuersia est inter duos pluresue uicinos: inter duos, an in rigore sit ceterorum, siue rationis inter plures, trisimum faciat, an quadrisimum. de horum opinione cum consilij memori, si secundum proximi temporis

possessionem non conueniunt, diuersas attingis possessoribus faciunt controuersias, sed ab integro alius forte de loco, alius de fine litigat. De rigore controuersia est finitimæ conditionis, quoties inter duos pluresue terminos ordinatos, siue quæ alia signa, secundum legem Mamiliam intra quinque pedes agitur. De fine similis est controuersia. nec dubium est, quin supra de finis conditione dixerim, nam & eadem lege cōtinetur, & de quinque pedum agitur latitudine: sed de fine quidquid per flexus, quibus arcifinii agri continentur, ut per extrema cōpromōtoria, aut summa montiū, aut fluminū cursus, aut locorum natura, quā superciliū appellat. Vel de loco cōtrouersia est, quidquid excedit superscriptam latitudinē, cuius modus ad patentē nō pponit. Hæc autem controuersia frequenter in arcifinijs agris uariotum signorum demōstrationibus exercet, ut fossis, fluminibus, arboribusq. antemissis, aut culturæ discrimine. De modo cōtrouersia est in agro assignato, agitur enim de antiquorum nominum propria de fensione, ut si L. Titius dextra decumanum tertium, citra cardinē quartum acceperit, sortis suæ partes tres, siue quod huic simile, quartā habebat in quacunq. proxima centuria. huic. n. uniuersita ti limes finē non facit, etiā si publico itineri seruiat. nā in ceteris agris de modo fit cōtrouersia, quoties promissionis modus non quadrat. De proprietate controuersia est plerūq., ut in Cāpania quorum agrorum siluæ absunt in montibus, ultra quartum aut quintum forte uicinum, propterea, p. prietas ad duos fundos pertinere debeat, discutitur. est & pascuorum proprietates pertinens ad fundos, sed in cōe: propter quod ea cōpascua multis locis in Italia cōia appellantur, quibusdā prouincijs pro indiuiso nam per hæreditates, aut emptiones eius generis cōtrouersie fiunt, de quibus iure ordinario litigat. De possessione controuersia est de qua ad interdictū, hoc est, iure ordinario litigatur. De alluione sit cōtrouersia fluminum infestatione. hinc fundi multas habent cōditiones. De iure territorij controuersia est deniq. ad ipsam urbē pertinens, siue q. intra pomerium eius urbis erit, q. a priuatis operibus, obtineri nō oportebit. eum dico locum, quē nec ordo nullo iure a publico poterit amouere. habet autē conditiones duas, unā urbani soli, alterā agrestis: agrestis, quod in tutela rei fuerat assignatum urbani: urbani, quod operibus publicis datum fuerat, aut destitutum. huius soli ius, quamuis habita ratione diuis Augustus de statu municipiorum tractauerit, in proximas urbes peruenire dī, quarum ex uoluntate conditionis maxima pars finiu coloniz est attributa. aliqua portio mœnium extremæ perticæ assignationis inclusa, sicut in Piceno fertur, inter mōtiū Præcurianum quandā oppidi partem Afulanorum sine circundari. q. si ad hæc reuertamur, hoc cōciliabulum fuisse fertur, & postea in municipij ius relatum. nā non omnia antiqua municipia habent suū priuilegium: quidquid enim ad coloniz municipijue priuilegium pertinet, territorij iuris appellant. Sed, si rationem appellationis huius tractemus, territorium est quidquid hostis terrendi causā constitutū est. De subseciujs cōtrouersia est, quoties aliqua pars centuriæ, siue tota nō est assignata, & possidetur: aut, quidquid de extremitate perticæ possessor proximus, aliusue detinebit, ad subseciuorum cōtrouersiam pertinebit. De locis publicis siue populij Romani, siue coloniarū, municipiorumue cōtrouersia est, quoties ea quæ neque assignata, neque uendita fuerint, aliquis possiderit, ut alueum fluminis ueterem populi Romani quauis aqua interposita insula, & diuis proximi possessores finib. relinquerint; aut siluæ quas ad populum Romanum multis locis pertinere ex ueterib. instrumentis cognoscimus, ut ex proximo in Sabinis in monte Mutela, nam & coloniarum aut municipiorum similis est conditio, quoties loca, quæ reip. data assignata fuerant, ab alijs obtinebuntur, ut subseciua concessa. De locis relictis extracclusis controuersia est in agris assignatis, relicta autē loca sunt quæ siue locorum iniquitate, siue arbitrio conditoris relicta limites, non acceperūt: hæc sunt iuris subseciuorum. extracclusa loca sunt æque iuris subseciuorum, quæ ultra limites, & ultra finitimam lineam erunt. finitima autem linea, aut mensuralis est, aut aliqua obseruatione, aut terminorum ordine seruata. multis enim locis assignationi agrorum immunitas superfuit, sicut in Lusitania finibus Augustinorum. De locis sacris & religiosis controuersie plurimæ iure ordinario finiuntur: nisi si de locorum eorum modo agitur, ut locorum publicorum in montib. aut ædiū, quibus secundum instrumentum fines restituantur: similiter locorum religioforum, quib. secundum cautiones modus est restituendus. habent enim & Morsilea iuris sui hortorum modos circumiacentis, aut præscriptum agri finem. De aquæ pluuiæ transitu controuersia est: in qua si collectus pluuiæ aquæ transversum secans finem alterius flumen influit, & disconuenit, ad ius ordinarium pertinebit. quod si per ordinationem finis ipse agitur, exigit mensuris interuentum. De itineribus controuersia est: quæ in arcifinijs agris iure ordinario finitur; in assignatis, mensurarum ratione. omnes enim limites secundum legem coloniarum

itineri publico feruire debent. sed multi ex ingēti ratione per de-
uia & confragosa eunt, quā iter fieri nō potest. & sunt in usu agro-
rum eorum locorum, ubi proximus possessor est, cuius forte sicut
limitem detinet, & transitum iauerecundia denegat, cum itineri
limitē, aut locum limitē debeat. Est & controuersia genus, quod
ad solum non pertinet, de arborum fructibus earum, quæ in sine
sunt, siue intra, nec ullam ad radicem habent controuersia, quo-
ties inclinata in alterutrum fructum iactauerint. inter affines mo-
uent disputationem. Sunt & alia limitum conditiones, quæ ad
solum non pertinent, hoc est ad artem nostram. solum autem
quodcumque coloniz est assignatum, id uniuersum, peritica app-
pellatur. quidquid enim huic uniuersitati applicitum est, ex alter-
ius ciuitatis sine siue solidum, siue cultellatum fuerit, præfectu-
ra appellatur. Cultellandi ratio quæ sit, sæpe queritur, cuius præ-
meri soli spatium consumamus, & illam cluorum inæqualitatem
planam esse cogimus, dum mensuræ lateribus inserimus. Cu-
tel-
lamus ergo agrum eminentiorem, & ad planitiem redigimus:
æqualitatem hanc nobis ratione ipsa seminum natura monstra-
uit. omnis enim illa soli inæqualitas colligi poterit, nisi quod
de terra quidquid nascitur, in aerem rectum exit, & illam terræ
obliquitatem crescendo atterit. nec maius spatium occupat,
quam si ex plano nascatur. Hæc Frontinus in libro de limitibus
agrorum.

LITTERÆ, in terminis inueste quid significant, ostenditur in libro
ueteriorum auctorum de limitibus, in quo sunt hæc. A, si in termi-
no inueneris, sinem in proximum significat, aut aquam uiuam de-
signat. B, si in termino inueneris, bifurcium ostendit, aut triuim
significat. C, si in termino inueneris, a centuria numquam reced-
das. D, si in termino inueneris, decimanum ostendit. E, si in ter-
mino inueneris, uallem ante se significat. aut triuim, aut fluuium:
& super se subrectiore loco per planitiem limes excu-
rit. F, si in
termino inueneris, finalem causam exponit, & in longinquo ter-
minum ostendit. G, si in termino inueneris, sui termini auctor,
limitem totuosolum ostendit. H, si in termino inueneris, grandes
longitias limitum ostendit, & rariora signa in sine inuenias. I, si
in termino inueneris, uiam significat, aut collis rigorem ostendit,
hoc est iugum. K, si in termino inueneris, cardinem ostendit, quæ
terminum subtilissimū & speciosum inuenies, hoc est formosum.
L, si in termino inueneris, suæ normæ facturam designat, limi-
tem gaminatum, & in longinquo arcam finalem ostendit, & con-
ualia eius fundi sinem uindicant. M, si in termino inueneris, si-
nes quadras, designat, & in proximo signa finalia inuenies. N, si
in termino inueneris, proximam aquam significat, & quadras si-
nes habentes aquæ, a Septentrione arcam marmoream inuenies.
O, si in termino inueneris a Septentrionali parte siluam demon-
strat, & per ipsam siluam riuus currit, & trans riuum signa demon-
strat. P, si in termino inueneris, pedaturam significat, extra aliis
signis finalibus, uel quod litteras finales continet. has per singu-
los titulos inuenies, aliosque finales titulos sine nostris signis in
agris posuimus, qui rationem ostendunt limitum, & causam diri-
gunt finalem. Q, si in termino inueneris, a limite riuum. R, si in
termino inueneris, per collicellum terminos inuenies S, si in ter-
mino inuenies, supra possessionem multas aquas uiuas indicantē,
quæ alueum transeunt. T, si in termino inueneris, trifinium osten-
dit. V, si in termino inueneris, terminum in collem meridianum
ostendit, per limitem orientalem. X, si in termino inueneris, qua-
drifinium exponit, & pro decumano sinem habebis. Y, si in termi-
no inueneris sub se fontanam proximam habet. Z, si in termino
inueneris, a sinistra parte fontem significat.

MAIESTA, crimen hoc esse maximum nemo nescit: interdum tamē
capitale non fuit nam Claudiz Vellalis, Apiz Cæci filiz, C. Funda-
niani & Ti. Senproniz ædiles pl. quod populo R. calamitatem
esset imprecata, multam dixerūt aris grauis xxxv. millia, quæ ca-
pitalis pœna non fuit. iudicium at illud maiestatis nomine nota-
tum Suetonius in Tiberio significat. Et maiestas quidem multis
modis lædebat, his fere: ubi quid in populum suū, suāve rep.
aut in magistratus personamve principis commissum est in popu-
lum, ut si quis exercitum hostibus tradidit; si exercitum sollicita-
uit delectate iniussu populi aut senatus habuit; si quis exercitum
extra suā prouinciā iniussu populi duxit, aut ipse, relicto exerci-
tū, prouinciæ sinibus excessit; si quis rep. sua culpa male gessit: si
stationem deseruit; si contra libertatē cōsilia nisi; si seditionem,
aut bellū excitauit; si publicum hostē domi priuatus habuit; si ius
ciuitatis aut magistratus imminuit: si præter dignitatē populi R.
regio in comitatu fuit, si contra bonum publicum locutus est;
quod maiestatis quidem crimen, non tamen capitale fuit: ut ex
plo docuimus: præterea, si quis ad hostem transijt, aliudue quid-
cum ijs aduersus rep. pactus est. Hæc in populum læsæ maiesta-
tis crimina. in magistratum autē, uel in principis personā si quis
tūm omnino ullam attulit: si tribuno pl. intercedenti nō paruit,
aut ab eo concionem auocauit, eumve priuati loco habuit, aut pu-

ta, si occurrenti in uia non esset, si cōsiliū plebis disturbauit,
& huius generis alia: quæ facile possumus intelligere ex ea defi-
nitione, quæ prædita litteris est: Maiestatis is minuit, qui ea tollit,
lit, ex quibus ciuitatis amplitudo constat. Hoc de crimine leges
nominantur hæc. primum illa xli. tab. de qua Polybius l. v. ut, quæ
hostem cōcitasset uel eum hosti tradidisset, capite pœnas daret;
deinde tribuniciz, Appuleia, Varia: consulares, Cornelia, Iulia,
Antonia. Apuleiam tulit, opinor, L. Appuleius Saturninus tribu-
nus pl. quem postea cum C. Serulio Glaucia prætor C. Marius
vi. consul S. C. interfecit. Variam tulit Q. Varius Suetonensis tri-
bunus pleb. qui Philippo & Cæsare cos. in locum M. Liuii Dru-
si tribunus pleb. creatus est. huius legis hæc sententia fuit, ut:
quæretur de ijs, quorum ope, aut cōsilio bellum Italicum effecti
concitauerunt, quo crimine cum essent nulli condemnati: & ad plures
præterea, quos damnari necesse esset, ea culpa pertinere uide-
retur: fecit sapiēter senatus, qui decreuerit, ne, dum tumultus Ita-
licus esset, iudicium ullum lege Varia fieret. Secuta est Cornelia,
L. Syllæ dictatoris, inde Iulia, C. Cæsaris, in primo, ut opinor, la-
ta consulatu, aut post uictum in Pharsalia Pompeium. nam con-
sulterum, bello Pompeii, aut Alexandrino impeditus, abfuit hæc
lex. dānatis aqua & igni interdicebat. Postremo Antonia M. An-
tonii cōsulis, qui l. i. vir postea fuit: quæ dānatis de maiestate, p-
uocationem ad populum dabat, quod antea in uno perduellione,
omnium de maiestate criminum grauissimo licebat. In causa ma-
iestatis, & proditiouis, impunitatem iudici datam Pedianus ait: in
causa repetundarum negat. nulla uero prorsus in causa senatoris
bus licuisse iudicium profiteri: nē uidelicet summi dignitas ordi-
nis minueretur, affirmat. Ex libro nostro de legibus Romanis.

MAGISTRATVS. L. Villius tribun. ple. rogationem tulit, quor amos
nati quiq; magistratū peterent, caperent; unde & ipsi, & poste-
ris cognomen inditum ut Annales Villij dicerentur. hoc a Liuiio
traditū. sed quomā quis plane cuiq; magistratū petendo legiti-
mus annus esset, nominationem hac lege expressum nō inuenio: quid
ipse legēdo obseruauerim, breuiter subiiciā. Omitto quæsturā, tri-
bunatum pl. ædilitatē pl. quia curules tantum magistratus in lege
Villia nominatos existimo. nā si quæsturā (de tribus non curu-
libus magistratibus, ex epli gratia, unum ponā) certum annū Vil-
lius sua lege ita uisisset, unde postea tā incerta ratio? gesserūt enim
quæsturā duo Gracchi, Tiberius, & Caius anno ætatis xxvi. i. M.
Cicero anno xxxi. C. Cæsaris, qui perpeuā dictaturam ingressus,
xxxii. i. M. Cato Uticensis xxix. Quod si quis dixerit fuisse,
quo quis anno uellet quæsturæ petitionē modo peteretur post an-
nū xxvi. qui esset ad petendū legitimus; ideo mitū uideri non de-
bere, si Cicero, Cæsar, & Cato nō eodem oēs anno petierint; quā-
doquidē satis duxerint leges obseruare, quæ petendā quæsturæ an-
nū definiebant xxvi. gerendā xxvii. hoc si quis obiecerit; ad
coniecturam, id est ad rationem ipsam, confugiam. Quid enim? si
mile ne uerū est, C. Cæsare (omitto Ciceronem, cui tamen, cū ho-
mo nouus esset, laborandū maxime fuit de dignitate, nec, quæ pri-
ma daretur, occasio negligēda) sed C. Cæsare, quo nemo magis
honores appetiuit, nemo præstis & imperii fuit audior, eum ne ue-
risimile est petitionē quæsturæ ab anno xxvi. si is legitimus esset:
in annum xxxii. distulisse? uerum habeo, quo nitar, illud paullo
firmius argumentum. uideo enim, Pompeium Magnū, cum an-
num ageret xxv. cōsulatum gessisse, solum uidelicet legibus,
meritorum ingentiū in rep. eximia, q. uirtutis ergo. at eo anno
magistratū per leges capi nullū potuisse, Cicero demonstrat in ea
oratione, qua rogationē Maniliam suauit. Quo modo igitur, dicit,
aliquis, Cicero ipse, & Cæsar, & Cato quæsturā ante annū xxv.
ceperunt? Num obcurum est, leges loqui de curulibus tantum ho-
noribus, ædilitate, prætura, consulatu, quæsturā autē, ædilitatis
pl. tribunatus pl. rationem habuisse nullā? Sed recitentur uerba
Ciceronis. Quid, inquit, tam singulare, quam ut, S. C. legibus solu-
tus, consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges
capere licuisset? Dicit, Vllum alium magistratum, quod, si de quæ-
stura leges locutæ sunt, falsum est; cum, ut ostendi quæsturā mul-
ti gesserint ante annū xxv. quo anno gestum esse primū a Pom-
peio consulatum, quem Cicero significat, tum ex Appiano constat,
tum ex Velleij historia; in qua scriptum est, perisse Pom-
peium Cæsare & Serulio cos. anno ætatis suæ lvi. i. a quo anno si
retrosius numeres; cædet primus eius consulatus in annum eius:
ætatis xxv. ut tamen ita supputes, non simul cum anno ætatis
Pompeij finisse consulatum, sed cum ille iam annum esset ingres-
sus xxxvi. ita cum factis Capitolinis, & cū Appiano Velleij con-
gruet historia, nam, quod ait Plutarchus, anno lxx. interisse
Pompeium, id quoq. potest esse uerum, hoc mō, ut primū eius
ætatis annū capiamus. C. Attilio Q. Serulio cos. quo anno Pō-
peij esse natū, Velleius affirmat. tametsi, cū ait ipse Pōpeij periisse
anno lvi. i. non incipit numerare ab eo anno, sed a proximo se-
quēti quæ scilicet nō ita multo ante exitū cōsulatus Attilij & Ser-
ulij natus esset Pompeius, & exiguum illud spatium in annorum
numere


numero nideretur omittendum Constat igitur, legem Villiam nihil de iis honoribus sanxisse, qui caperentur ante eum annu quo Pompeius primum consul fuit, siue eum uelis esse xxxv. siue malis xxxvi. nam adilitatis curulis annus erat xxxvii. cuius rei argumentum est, quod eam petijt Scipio Aemilianus xxxvi. & solutus legibus, consul factus est. annu porro fuisse eius etatis, xxxv. Velleius demonstrat his uerbis. Decessit M. Aquilio C. Sempronio cos. anno ferme lvi. de quo si quis ambiget, recurat ad priorem consulatum eius, in quem creatus est anno xxxv. ita dubitare desinet. ut omittam, quod cum adilitas prætura; biennio antecedit, & prætura item biennio consulatum; consulatus autem geratur anno xlii. quod paulo post ostendemus, necesse est, ut gerenda adilitas legitimis annis sit xxxvi. Nunc agamus, quando satis de adilitate dictum est, de anno præturae. at hoc, si de adilitate conceditur, in dubium uocari non potest, geritur enim adilitas anno xxxvi. sequitur post biennium prætura: quod indicant & multorum exempla, & illa maxime uerba, Ciceronis in epistola ad Furnium: Si adilis fuisses, post biennium tuus annus esset, ergo geritur prætura anno xl. Nec de consulatu difficilis probatio est. percurrantur fasti, neminem inuenies, nisi prætura biennio, saltem ante gesta, consullem fuisse. est igitur annus consulatus quadragesimustertius. accedit Ciceronis testimonium in oratione quinta in Antonium: in qua sunt hæc. Quid Macedo Alexander? cum ab ineunte etate res maximas gerere cepisset, non ne tertio & trigesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus x. annis minor, quam consularis. Hanc, opinor, legem Dio, significauit, cum ait libro xxxix. Consules in senatu sententiam dixerunt, ut ei prætura daretur, licet nondum per leges liceret. quod spectauit & Plutarchus, cum dixit: Decreuit senatus, ut Catoni prætura extra ordinem daretur. & Valerius libro lxi. cum inquit: Cato Cyrtiacam pecuniam maxima cum diligentia in urbem deportauerat, cuius ministerij gratia senatus relationem interponi iubebat, ut prætorius comitiis extra ordinem ratio eius haberetur, sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans, quod nulli alii tribueretur, id sibi decerni. Quamquam est quiddam hac in re cur magnopere dubitem, nam, cum eo sit anno decretum, quo Marcellinus & Philippus consularum gesserunt; certe per etatem potuit Cato petere præturam, tribunus enim pl. ante annos quinque Silano & Murena cos. fuerat. prætura uero quadriennio tantum a tribunatu distat. eoque magis liquet, potuisse Catonem Marcellino & Philippo cos. petere præturam, quod anno sequenti, Pompeio & Crasso cos. petiit, non ut designaretur; sed, ut creatus magistratum statim iniret: quod anno proximo superiore habita comitia nulla fuerant; idcoque consules Pompeius & Crassus ex interregno facti sunt: qui deinde prætores creauerunt, quod igitur ob domesticas discordias Marcellino & Philippo cos. producta in annu sequentem comitia sunt; propterea Cato non petiit eo anno, petiit autem sequenti, consulibus, ut dixi, Pompeio & Crasso, creatis, quare, etiam si Plutarchus dixerit, Licet nondum per leges liceret; uidendum tamen est, an senatus potius decreuerit, ut omnino Cato prætor crearetur, neque a populi suffragiis penderet, quorum dubio esset euentus. quam sententiam illa quoque uidentur confirmare Valerii uerba: Campestem experiri temeritatem, quam curiæ beneficio uti, satius esse duxit. Verum, paulo altius repetamus, quo pateat illustrius hæc tota cognitio: prima fuit, ut opinor lex de magistratibus; hæc ut de senatu, id est, de patriciis familiis, omnes magistratus crearentur: idque Romulo institutum reliqui deinde reges obseruauerunt. sanxit enim Romulus, quod ait Dionysius libro undecimo, ut patricii sacra curarent, magistratus gererent, ius dicerent, plebei, qui rudes inopesque essent, agros colerent, quæstuariisque artibus operam darent; temperamentum illud tamen, quo ciuitatum concordia, id est, salus ipsa, custoditur, maxime quæsiuit. nam, ne nimis in ordinem patricium uideretur esse propensus, datum aliquid populo uoluit, & ut is suis suffragiis magistratus crearet, leges scisceret, bella decerneret, curiatis comitiis tulit. Regibus pulsus, consul P. Valerius Bruti collega, duas leges tulit, quibus plebis potestas aucta, senatus & magistratum imminuta, primum, ut magistratum nemo caperet, nisi qui a populo imperium acciperet; si quis aliter scisceret, capitali pœna puniretur, qui eum occidisset, ei impune esset: deinde, ut aduersus magistratum prouocatio ad populum esset; neue quis magistratus ciuem Romanum aduersus prouocationem uerberare, aut necare uellet, quam legem centuriatis comitiis esse latam, Valerius tradidit libro lxxx. De plebeiis magistratibus in Sacro monte primum lata lex est, quæ inde Sacrate nomen accepit, ut plebi, quæ patriciorum iniuriis nulla quodam modo pateret, sui magistratus essent, iique sacrosancti; quibus auxilii latio aduersus consules esset; neue cui patrum capere eum magistratum liceret. qua lege tribuni pl. quinque primi creati sunt. Plebei autem magistratus curiatis præ-

torum facti comitiis. Postea, tributis ut fierent, lege tribunicia, quam Publilius & Latorius tulerunt, cautum est. Sed magistratum omnino nullum ei gerere licebat, cuius pater in hostium potestate esset. quod ex Lilio colligitur. is enim lib. xxxvi. Serulium, inquit, negabant, iure aut tribunum pleb. fuisse, aut adilem esse: quod patrem eius, quem iurum Agrarum occisum a Bonis circa Mutinam esse, optimo per x. annos fuerat, uiuere, atque in hostium potestate esse, satis constabat. & libro xxx. de eodem: Latum ad populum est, ne Cn. Serulio fraudi esset, quod patre, qui curuli sella sedisset, uiuo, cum id ignoraret, tribunus pl. atque adilis pleb. fuisset, contra quam legibus sancitum erat. Verum, quia satis constat, plebeios magistratus fuisse, tributatum pleb. adilitatem pleb. patricios autem, adilitatem curulem, præturam consulatum, primum illud sciendum, plebeios magistratus appellatos, qui ab initio plebis caussa sunt instituti; patricios item, qui patriciorum: deinde, totam hanc gerendorum magistratum rationem paulatim esse permixtam, atque commutatam. nam plebi, cui tantum plebei magistratus pauerant, post etiam ad patricios omnes aditus fuit, nec tamen mutatum est nomen: sed patricii semper magistratus dicti, qui primis temporibus patriciorum caussa facti, postea communicati cum plebe sunt. plebeios tamen magistratus patricii homines non gessere; quia, credo, contra dignitatem ducerent, cum maiora consequi possent, minora persequi. Generale illud fuit, ne is, qui comitiis præterisset, sui rationem in petendo magistratu haberet. idque lege uetustum, significat Lilius libro x. Etiam, ne quis magistratum absens peteret: legem tulit Pompeius Magnus in tertio consulatu: in qua cum neminem exceperisset, mox loceri sui C. Cæsaris recordatus, legeam in eis incisa & in ærarum condita, correxit errorem, uno Cæsare excepto, quod a Tranquillo, proditum legimus. Ex libro nostro de legibus Romanis.

MENSURA, sic definitur, & exponitur ab iis, qui de limitibus scriperunt: quorum hæc sunt uerba. Mensura est, quidquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, animoque finitur. Maiores itaque orbem in partes, partes in prouincias, prouincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias, centurias in iugera, iugera in climata; deinde climata in actus, perticas, passus, gradus, cubitos, pedes, palmos, uncias, & digitos diuiserunt, tanta enim fuit eorum solertia. Digitus est pars minima agrestium mensurarum: inde uncia habet digitos tres, palmus autem quatuor digitos habet, pes, xvi. passus ped. v. pertica passus duos, id est, pedes x. Pertica autem a portando dicta, quasi portica. omnes autem præcedentes mensuræ in corpore sunt, ut palmus, pes, passus & reliqua: sola pertica portatur. est enim x. pedum, ad instar calami in Ezechiele, templum mensurantis. Actus minimus est latitudine pedum quatuor, longitudine cxl. climata quoque undique uersus pedes habent xl. ita,



ACTVS quadratus undique finitur pedibus cxx. ita,



Hinc Bætica arapennem dicunt, ab arando scilicet. Actus duplicatus iugerum facit: ab eo quod est iugctum, iugerum nomen accipit. iugerum autem constat longitudine pedum ducentorum xl. latitudine cxx. ita,

ante M. Aemilium Lepidum, C. Flaminius eos. quo anno superior Africanus a duobus Petiliis tribuibus pl. est accusatus, iudicem senatum fuisse Linius lib. xxxviii. significat me tamen idem Linius in dubitationem adducit, senatus ne, an populus ante eos consules, quos nominant, de peculatu quaerit; scribit enim duobus libris, xxvii. & xxviii. M. Lium Salmacorem, post priorem consulatum a populo esse condemnatum. eam porro damnationem peculatus nomine fuisse, iam ostendimus. Sed uidebitur ex istis posse, quous de crimine, si tribuibus pleb. aliquis effect accusator, populum iudicare potuisse. ne grauis auctor, T. Linius, damnetur inconstantiae. Post Africani, eiusque fratris Asiatici accusationem, praetor eum iudicum consilio de iis, qui peculatus arguerentur, quaestione exercuit. id opinor lege ab aliquo magistratu lata institutum. alioqui, quod senatus uniuersum munus erat, ad praetorem, certumque iudicum numerum, senatus negligente, translatum, uix puta in Lege postea Iulia capitalis peculatus factus est: quod iurisconsulti declarant. Peculatus poena, inquit Vlpianus ad legem Iuliam peculatus, aquae & ignis interdictionem continet; in quam hodie successit deportatio. porro, qui in eum statum deducitur, sicut omnia pristina iura, ita & bona amittit. Lege autem peculatus tenebatur, si quis pecuniam publicam surripisset, uel ut surriperetur, curasset: si quis in aurum argentumve, aut res publicum quid indidisset, uel immiscuisset, fecissetque dolo malo, quo id peius fieret. haec apud Venuleium scripta sunt. Quod autem additur, eadem Iulia lege obstrictos fuisse qui res, in quo leges incisae erant, refixisset; uel quid immutasset, aut in publicis tabulis deleuisset, induxisset; haec ego non ad peculatum, sed ad maiestatem retulerim. quod si pretio commissum assuisset: ne sic quidem peculatus mihi uidetur, sed damandi potius maiestatis, & corruptor. quaedam enim in certa crimina in maiestatem conferebantur: neque aliud crimen patebat latius, atque etiam, quod in lege Iulia peculatus ait Vlpianus scriptum fuisse, ne quis ex pecunia sacra religiosaque auferret, in terciperet, in rem suam uerteret, non peculatum magis, quam sacrilegium fuisse existimauerim. Haec praeterea sunt in crimine peculatus: si quis imperator pecuniam ex praeda captam penes se priuaticam retinisset, eamque nec in triumpho tulisset, nec in aeraarium retulisset. Poena peculatus uel pecuniaria fuit, uel capitalis. nam, qui praedam ab hostibus captam surriperat, in quadruplum damnabatur, ceteris autem aqua & igni interdicebatur. postea irrogata est alia lege deportatio, abrogata interdictionis poena. Et quoniam, ut repetundarum, ita peculatus publicum furtum fuit, propterea ut in repetundis, sic in peculatu estimationes fiebant litiu, contraque haec res, ut scribit Papinianus ad legem Iuliam peculatus, actio dabatur, peculatum tamen, quod ante quinquennium esset admissum, obici non oportuit, si Venuleio credimus. Ex libro nostro de legibus Romanis.

PERDUELLIO. criminum omnium de maiestate fuit atrocissimum. nam tunc est, cum in ipsam rempub. uel in personam magistratus aut principis infertur iniuria. cognoscebatur autem non a praetore, sed ab i. iuris. deinde ad populum erat prouocatio. itaq. & Horatium illum, qui sororem occidit, & Sp. Cassium Viscellium, qui de regno cogitauit, perduellionis accusatus, alterum, a populo esse absolutum, alterum condemnatum, & bonis publicatis necatum Linius monumentis historiarum prodidit: quamquam Horatii factum, parricidium, non perduellio, uel fuisse: & lege Parricidii, quam Numa Pompilius fecerat, iudicatum esse, Hostilij regis iussu, Pompeius docet. cur igitur perduellionem Linius nominat? ait enim: Rex, concilio populi aduocato, i. iuros, inquit, qui Horatio perduellionem iudicent secundum legem, facio. causam hanc, fortasse ueram, licet opinari: uel, quia Numa uir sanctissimus, parricidium omne perduellionem uoluit esse; uel quia, si non omne parricidium, saltem illud quod in cognatos, affinesue committeretur. Lege perduellionis, primum i. iuri iudicabant, deinde ad populum erat prouocatio. declarat hoc oratio pro Rabirio perduellionis reo: ex qua, primum a i. iuris, deinde a populo de Rabirio iudicatum esse, cognoscitur. quod etiam Suetonius tradit. quamquam, multo ante, iudicet hoc de crimine populum fuisse, non modo Horatii proxime demonstrat exemplo, uerum et ex eo, quod a Plutarcho in Poplicola de Vitellijs, & Aquilijs, qui Tarquiniae gentis utrique fuerunt, proditum est. nam, cum de Tarquinio rege restituendo cogitassent, damnata a populo poenas morte debitas uerunt. Atq. hoc uno crimine damnatos necare ciues Romanos licuisse, cum eo tamen, si populus ira iudicasset (nam, alioqui ne liceret, Sempronius C. Gracchi tribunicia lege sancitum est) satis plane constat: quippe, cum cruce Rabirio a Labieno accusatore in campo constitutam Cicero dicat; & mortem lege Iulia irrogatam; posteriores etiam iurisconsulti tradiderint, rei quoque memoria post mortem condemnata. Notat Vlpianus peragendum fuisse crimen perduellionis etiam successoribus. si forte reus obisset ante quam de eo iudicatum esset. Quemadmodum autem om-

nium de maiestate criminum perduellio grauissimum fuit, sic a populo ijs comitijs, quae maxima omnium erant, centuriatis, inquam, indicabatur. quod in ea, quam proxime nominant, oratione pro Rabirio declaratur. idemq. Linius, Valeriusq. significant, qui centurias nominant in eo perduellionis iudicio, quod de Tit. Graccho, & C. Claudio censoribus accusante tribuno pl. fiebat. nec dubito, quomodo Atilius ille Calatinus, Qu. Fabij Maximi socer, quem scribit Valerius oppidi Soranorum proditione reum ad populum esse factum, centuriatis & ipse comitijs causam dixerit; cum oppidi proditio, quae in temp. grauis iniuria est, uideatur esse perduellio. itaque miror, (ut aliud ex alio) cur proditionem & maiestatem Pedianus quodam in loco separatim nominauerit: cum proditio certe in maiestatem includatur, atque etiam, ut ego existimo, perduellio sit. nisi si ut speciem, quomodo philosopho loquuntur, a genere se iunxit, perduellionem scilicet a maiestate, nam & uocabulum ipsum, prodere, uidetur proprie ac directe perduellionem spectare. est enim, ubi quis cum hostibus aduersus remp. conspirat. Ex libro de legibus Romanis.

PERTICA a portando dicta, quasi portica. Ex libello uariorum antiquorum de limitibus.

PLEBS. plebei Romae multi fiebant ex patricijs, sicuti contra ex plebeis patricij. id cum fiebat adoptione, nomen mutabatur. quod opinor satis constat. cum uero non adoptione, sed aliquo priuilegio aut a plebe ad patres, aut a partibus ad plebem transibat; conseruabatur nomen. quod Octauiae gentis exemplo Suetonius ostendit, ait enim, modo patriciam, modo plebeiam fuisse, nomine conseruato. & Dio l. xlii. P. Cornelium Dolabellam, qui Ciceronis gener fuit, transisse ad plebem, tradit, ex quo postea tribunus pl. factus est Dolabella, nec desit esse Cornelius, sed desit esse patricius. nam l. xlii. Ep. Fam. Cicero P. Cornelium uocari dicit eum qui Dolabellae beneficio ciuitate a Caesare uicto iam Pompeio, donatus erat. quod factum est post illud tempus, quo transisse ad plebem Dolabellam scripsit Dio. uideo etiam in historijs tribunum pl. nominari Minucium Augurinum factum uide licet ex patricio plebeium nomine conseruato. nam antea Minucios omnes patricios uidentur. Ex nostro commentario in ep. ad Q. Fratrem.

PLINTHIDES, quid sit, Hygenus in libro de limitibus declarat his uerbis. Quae storijs dicuntur agri, quos populus Romanus, de uictis pulsisque hostibus possedit, mandauitque quaestoribus ut eos uendarent: quae centuriae nunc appellantur Plinthides, id est laterculi, eadem in quinquagenis iugeribus quadratas cluserunt limitibus, atque ita certum eumque modum uendiderunt. Idem in eodem libro sic. Sunt Plinthides, id est, laterculi quadrati, ut centuriae per sena millia pedum l. limitibus inclusi, habentes singuli laterculi iugera numero i. c. c. l.

PRÆNOMEN. Romana praenomena ad triginta fuisse, ex Varronis sententia tradit Valerius. haec autem fuisse uidentur, Agrippa, Appius, Aulus, Cæso, Caius, Cneus, Decimus, Hostus, Lucius, Mamerctus, Manius, Marcus, Numerius, Opiter, Posthumus, Proculus, Publius, Quintus, Seruius, Sextus, Spurius, Tiberius, Titus, Tullus, Vibus, Volero, Vopiscus. peregrina uero praenomena fuisse, Ancus, Aruus, Lar, Lucumo, Metius, Numa, Petro, Pompo, Scitor, Tallus, Turnus, Volulus. de quorum praenominum origine, ac significatione, quoniam qui de nominibus modo scripsere, nihil dixerunt, nos ea scribemus, quae a ueteribus tradita, a nobis quantamaxima fieri potuit diligentia, sunt collecta. Agrippa: Felto auctore, uocatus, qui cum labore matris sic natus, exempli causa in pedes contra naturam, & non in caput, id est, ab egro partu. item Nonius Marcellus, & Quintilianus lib. ix. Appius ex Sabinorum praenome Actio uenit, ut ait Valerius, idq. Romae Claudiorum fuit; quorum princeps Actius Clausus dictus est, de quo Linius l. xi. Auli dicti, qui diis alentibus nascerentur, ut ait Valerius. Cæso, qui ex utero matris exectus est: quod tradunt Festus, Valerius, Plin. lib. vii. c. ix. Caius a gaudio patrum appellatus, ut ait Valerius. Cnosos uel ab insigni aliqua re, quasi γυναικίς, uel a γινώσκω, i. generatione futura, dictos tradit Valerius, & Festus. Quintus, Sextus, Decimus, a numero dicti sunt, teste Varrone: ut, qui quinto sexto & decimo quoque loco esset natus, is demum primis temporibus. Quintus, Sextus, & Decimus diceretur Hostus, inquit Valerius, fuit praenomen in eo, qui peregre apud hospitem natus est; fuitq. praenomen Lucretii Tricipitini, collegae L. Sergii consulis. Macrobius l. i. Sat. qui in hostico procreatus esset, eum Hostum fuisse uocatam scribit. est autem mendum apud Valerium: Hospes enim legitur, non Hostus. quod autem legendum sit Hostus, ex eo intelligi potest, quod Linius Lucretium Tricipitium, cuius meminit Valerius, Hostum uocat. & in Consulibus Capitolinis scriptum est, P. LUCRETIVS. HOSTI. F. Macrobius etiam lib. i. Hosti Hostili mentionem facit. Lucii duplex origo traditur a Valerio. aut enim a Lucumonibus Etruscis dictus est, ut Lucumio Tarquinienis, qui se L. Tarquinium appellauit; aut is demum Lucius

Lucius appellatus est, qui lucis insilio natus est, quod scribit etiam Festus, & Varro. Mamercus prænomen gentis Aemiliae fuit, de quo Plutarchus in Numa, & Aemilio sic. Mamercus fuit Pythagoræ filius, a quo Numa Pompilius rex filium Mamercum nominavit, qui auctor, & princeps gentis Aemiliae fuit. Festus autem prænomen Olcum esse putat, quod Olci Martem Mamercum appellauerunt. Manius dictus est, qui mane est ortus, aut omnis causa, quasi bonus; manum enim antiqui bonum dicebant. quæ tradit Varro l. 11. de analogia, Valerius, Festus, Macrobius lib. 2. Sat. Zofimus aut, Græcus historiarum auctor, l. 1. tradit, Manium in gentem Valeriam profectum esse a quodam Valerio, qui primus facta diis Manibus fecit. Marcus dictus est, qui mense Martio natus est, ut ait Valerius. De Numerio sic Festus. Numerius prænomen nunquam antea fuisse in patricia familia dicitur, quæ Q. Fabius, qui unus post sex & trecentos ab Etruscis interfectos superfuit, inductus magnitudine ditiarum uxorem duxit Otacilii Maleuentani, ut tum dicebatur, filiam, ea conditione, ut qui primus natus esset, prænominem aut materni Numerius appellaretur. & Valerius ita: Numerio sola patricia familia usa est, Fabia, iccirco, quod cccvi. apud Cremeram flumen cælis, qui unus ex ea stirpe extiterat, ducta in matrimonium uxore filia Numerii Otacilii Maleuentani sub eo pacto, ut, quem primum filium suum faceret, ei Numerii prænomen imponeret, obtemperavit. hinc mendose apud Ciceronem l. 1. de Diuinatione legitur ita: His adiungatur etiam somnum Aenæ, quod in numerum Fabij Pictoris Græcis annalibus scriptum est, cum sit legendum. Quod in Numerii Fabij Pictoris. fuit enim alter Fabius Pictor prænominem Quintus, qui de rebus Romanis Latine scripsit, Gellio, & Nouio testibus, qui eius sæpe uerba Latina proferunt, itemq. Cicerone de legibus lib. 1. qui cum inter historicos Latinos numerat, at qui Græce iisdem de rebus scripsit, is uidetur fuisse Numerius nominatus, quem tamen l. 1. Dionysius quindæm nominat. Hac ratione in oratione pro Cluentio Numerius Aurius legitur. & libro 11. de Oratore Numerium Farium, & libro 11. de Diu. Numerium Suffæcium, & apud Pedianum Numerium Quintum. Opiter dictus, cuius pater, a quo uiuio, mortuus est: quasi qui post obitum patris genitus sit, aut qui ob patrem auum habeat. quod prænomen Virginio Tricostio consuli fuit. Valerius, & Festus. Postumus, qui post humanum patrem est natus. Varro lib. 11. de analogia, & Plutarchus in Coriolano, ut Postumus Cominius, & Postumus Aebutius: de quibus Valerius Proculus, qui natus sit patre peregrinante patria procul, ut ait Plutarchus in Coriolano Valerius autem, qui patre sene natus sit, quasi procul ætate progresso, eum Proculum esse uocatum dicit. Publ. ait Valerius, qui prius pupilli facti erunt, quam prænomen habent. alii omnis causa a pube. Seruius is primum dictus est, quem seruus uel mulier peperisset, ut de Ser. Tullio rege scribit Dionysius. at Valerius, qui mortua matre, in utero seruatus est. Spurius dictus, qui sine patre esset, antiqui enim iisdem litteris S. P. Spurium, & sine patre, scripserunt. quod a Plutarcho in quonibus. & Valerio traditum est. Tiberii, ait Valerius, dicti qui ad Tiberim nascerentur. De Tito controversia est. Valerius a Sabino quodam, nomine Tito, manasse ait; Festus a titulo: titulos aut milites fuisse, quod patriam tuerentur, quasi tutulos. Tullus omnis causa dictus est, quæ si tollendus, o littera in uersa; quod a Valerio proditum. Voleros, inquit Valerius in prænomen abiit, quia uolens nasci liberis parentibus uidebatur. quo usus est Publilius Philo, qui uocatur in anno cccxi. Capitolino. Vibium prænomen esse indicat annus ccc. Capitolinus, ubi est ita: SESTVS. Q. F. VIBI. N. CAPITOLINVS. itemq. Liuius lib. xxxvi. Vopiscus dictus, qui ex duob. conceptus uel abortu excluso ad partum legitimum deduceretur, quo prænominem præcipue Iulia gens usa est. Valerius, Festus, Plutarchus in Coriolano, Plinius lib. vi. c. ix. Hactenus de Romanorum prænominum ut ac significatione. nunc de peregrinis, quorum est ratio, & significatio. Ancum scribit Varro a Sabinis ortum. Valerius autem tradit eum Ancum esse appellatum, qui uitiosum habuit cubitum, qui *ἄνω*, Græce dicitur, cui etiam Festus assentiatur. Ancus. n. inquit ille, uocatur, qui ad ancum habet brachium ita, ut regi non possit. hinc Ancus Martius Rex, & Ancus Publicus Imperator Lanuuius contra Hostilium regem, Dionysius auctore. Aruntem & Lucumonem Etrusca prænominia fuisse, scribit Dionysius. itaque Aruntem Tarquinium, Superbi regis filium, & Aruntem Tolumnium, Porsenæ filium, legimus. Volusus Sabinum fuit; eoque usus est pater P. Valerii Poplicolæ, Liuius, & Capitolinis lapidibus auctoribus. quamquam Græci *ἑλεσον* uocant. Lartis prænomen, ut tradit Valerius, a laribus sumptum est. Tuscum autem ante creditum esse, fuitq. consulis Herminii idem fere Carisus, & Priscianus lib. v. Lar, si familiaris est, facit laris; si Tolumnii Porsenæ, Lartis, & Seruius in vi. Aeneidos; Lar Tolumnius, a Cossio orcusus, a loco dictus est, seditur autem, Lar Lartis, & Liuius 111. Datturos, quod Lar Tolumnius dedit, & Cice-

ro Philippica ix. Lar Tolumnius Veientium rex. de Larre Porsena ita Dionysius l. v. *Βασίλειος, ἢ κλασιατῶν λάρος, ὄνομα, πορσίνης, ὅτι κλασιον*. Quod autem hoc prænomen Herminii consulis fuerit, ut ait Valerius, id est ex Dionysii lib. ix. cognoscitur: a quo ita anno cccxi. consul scribitur *λαροῦ, ἑρμίνης, & ἂ Διοδοτοῦ, λαρίνος, ἑρμίνιος*. Ex his autem intelligi potest, quam uere scripserint quidam in libro de nominibus, ita. Postea quam in urbem migrarunt Sabini, duplicata nomina ceperunt, ut Numa Pompilius, Ser. Tullius, Lartes Porsena. quamuis hoc nomen Etruscum fuerit, in quo prænominem Lartes sciendum eo ueluti prænominem usos ueteres. Seruius interpres Vergilianus ab oppido dictum putat. isdem Plutarchus in Publicola existimat, qui tamen *λαέρτης*, scribit, sed male. Hæc illi quam autem uere, ipsi uiderint. neque enim Lartes Porsena duob. tantum nominibus usus est, cum ex Tolumnia gente fuerit, Seruius, quem ante nominati, auctore: nec Lartes, in recto casu dicitur, sed Lar: quod superioribus testimonio comprobatum est: nec Seruius Lartem ab oppido dictum ait, sed a loco; nec item Plutarchus ullo in libro, ne dum in Publicola, ab oppido dictum scripsit: neque item est apud Plutarchum *λαέρτης*, sed *λαρος*, quamquam mendose inquit enim, *ἰκετᾶσε κλαέρον πορσίνης*, cum sit legendum ex Dionysio, *τὸν λάρων πορσίνων*. Cur igitur hoc illi dixerunt? quia interpretem legerunt, qui ita uertit: Superplex ad Laertem Porsenam cõfugit. illi uero in Græcis libris uersati, quid in Græco codice esse deberet, intelligentes, illud, quod non erat, esse affirmarunt. Metius Albanorum prænomen fuit, ut in Metio Fufetio; & Sabinorum, ut in Metio Curtio; & Latinorum, ut in Metio Gemipio, & Metio Octauius, de quibus Liuius, Numa Sabinorum fuit, ut in Numa Pompilio rege, & in Numa Marcio Pontifice Maximo. Põponius prænominem usus est Pomponius, Nume regis pater: quod scripsit Dionysius in Numa, & Liuius l. x. itaq. Numa filium etiam habuit nomine Pomponæ, qui ex se gentem Pomponiam propagauit, auctore Plutarcho: quamquam quidam imperite Pomplii filium Numam esse scripserunt. Tullus Sabinorum prænomen fuit; de quo Festus. Dionysius etiam cum Tatio rege Sabinorum Romam commigrasse ait Tullum cognomine Tyrannum. Turnus Latinorum nomen fuit, ut in Turno Herdonio Aricino. Sertor, auctore Valerio dictus est, qui per factionem natus esset, eoque prænominem Sertor Restus, usus est, is qui primus ius feciale instituit. Festus at, Sertorem, a prendendo dictum a quibusdam, ait, quia, cum cuiuspiam afferat manum educendi eius gratia ex seruitute in libertatem uocetur adfertor: cum uerisimiliter sit, dictum, quod sereret quid; ac potius adfertorem a serendo accepisse nomen, cum aliquid ferat, petendo in libertatem eandem, qua ipse sit, iungat, quia fruges, cum feruntur, terre iungit. Statiuum prænomen a stabilitate dictum, tradit Festus: seruire autem, nomen fuisse Gellius. Nunc ostendamus, quæ ratione hæc ipsa prænominia scriberentur. Romanorum prænominum alia singulis, alia binis, alia ternis litteris scribi solita, cum a ueteribus traditum, tum ab antiquissimo quoq. lapide, nummoque, ita retentum est, ut nihil ea re possit esse illustrius, auctores sunt Plutarchus in quæstionibus. Sosipater, Donatus, & Priscianus. singulis litteris scribebantur, Aulus, Cæso, Caius, Quinctus, Decimus, Lucius, Marcus, Manius, Numerus, Publius, Titus, ut A. Postumius, C. Iulius, C. Fabius, Q. Cæcilius, D. Iunius, L. Licinius, M. Valerius, M. Curius, N. Fabius, P. Cornelius, T. Manlius: binis litteris, Appius, Cneus, Spurius, Tiberius, Opiter, ut Ap. Claudius, Cn. Pompeius, Sp. Verurius, Ti. Aem. Op. Virginius. ternis, Mamercus, Sextus, Seruius, Tullus; ut Mam. Aemilius, Sext. Iulius, Ser. Cornelius, Tul. Hostilius. Fuisse præterea aliquot prænominia, quæ longo post tempore pro cognominibus usurpari cœpta sunt, ex uetustis non solum grammaticis, sed etiam annalibus intelligitur. quod ipsum in Agrippa, Voluso, Mamercus, Proculo, & Tullo facile perspicitur potest: quæ in L. Vipsanio Agrippa, L. Valerio Voluso, M. Aemilio Mamercus, C. Plautio Proculo, L. Volcatio Tullo, uiris consularibus, cognomina esse, perspicuum est, quod etiam tradit Valerius his uerbis, Quæ olim prænominia fuerunt, nunc cognomina sunt, ut Postumus, Agrippa, Proculus; item que Priscianus l. 11. sic: Inueniuntur multa, quæ in aliis personis sunt, prænominia, loco cognominum accipi. Mulieres quoque prænominibus use sunt: de quo Valerius ita: Antiquarum mulierum frequenti in usu prænominia fuerunt, Rutilia, Cefella, Rodicilla, Mutrulla, Burra. ista prænominia a uiris tracta sunt, Caia, Lucia, Publia, Mania. Festus uero sic: Prænominibus fœminas usas esse, testimonium sunt Cæcilia, Taratia, quæ ambæ Caia solite sint appellari: pari modo Lucia & Tita. Varro autem libro 11. de analogia: sic. In nostris nominibus, qui sumus in Latino, & liberi, analogia necessaria. itaq. ibi apparet analogia: ac dicitur, Terentius uir, Terentia fœmina, Terentium genus. in prænominibus ideo non sit item, quod hæc instituta ad usum singularia, quibus discernerentur, nomina gentilitia, ut a numero Secunda, Tertia, Quarta: in uiris, ut Quinctus, Sextus, Decimus, sic ab aliis reb. cum essent

sent duo Terentij, aut plures, discernendi causa, ut aliquid singulare haberent, notabant forsitan ab eo, qui mane natus diceretur, ut is Manius esset; qui Lucij, Lucius; post patris mortem, Postumus. e quibus, quaedam item cecidisse in feminis, declarant praenomina antiqua mulierum, Mania, Lucia, Postuma. uiderunt enim, Maniam matrem Larum dei, Luciam Volaniniam Saliorum carminibus appellari. Postumam a multis post patris mortem etiam nunc appellari. Postremo Plutarchus in Mario Posidonium reprehendit, qui cum primum nomen proprium esse diceret, nulli tamen mulieri primum nomen esse dicebat. ex quo efficiebatur, mulieres proprio nomine caruisse. itaq. idem in quaestionibus aperte scribit, mulieres duobus, uiros tribus nominibus esse usos. Sunt et lapides, in quibus haec praenomina leguntur, Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, & Quinctula, Lucia, Mania, Tita. quibus ipsis in lapidibus animaduertitur, praenomina quandoq. post poni consueuisse: nominatur enim Salmia Prima, Luita Quarta, Nonia Quinctula. quod idem in uiris Liius etiam fecit, qui, Attius Tullus, Attius Natus, Manlius Cneus, Octavius Metius: & Cicero, Maluginensis M. Scipio; & Suetonius, Claudius Appius Regillanus, & alia eiusmodi dixerunt. Caia praeterea, quod commune omnibus mulieribus praenomen fuit, & in uersa notata fuisse: contraque Caium in uiris, satis est ex Probo, alijsq. ueteribus Grammaticis, atque lapidibus perspicuum. Ex libro Caroli Sigonii de nominibus Romanorum in quo & alia leguntur sane praeterea, admodumq. scitu digna.

PRÆTEXTA quattuor hominum genera utebantur, pueri ad æque tironici diem, hoc est ad annum ætatis xvi. magistratus omnes urbani: quod utrumq. nemo, ut opinor, paulo humanior ignorat: praeterea, quod obseruatum non ita uulgo credimus, magistri collegiorum, dum ludos compitalitios faciebant, & senatores omnes, cum deorum festos celebrabant dies. de magistris collegiorum docuit me locus in oratione in Pisonem, quo in loco sunt hæc: Q. Merellus designatus consul, cum quidam ex pl. suo auxilio magistratos ludorum ludos facere iussisset, priuatus fieri uetuit. ut cum in kalendas Jan. compitalitios dies incidissent, Sex. Clodium, qui numquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, & prætextatum uolitare passus es. quibus uerbis Peditanus hæc subiungit. Solebant magistri collegiorum ludos facere, faciebant compitalitios prætextati. Erat autem satis turpe mendum in his uerbis, Magistratos ludorum ludos facere. nam est in omnibus, qui ad hanc diem impressi leguntur, libris, Magnos ludos facere, cum loquatur Cicero non de magnis ludis, sed de compitalitios, ut omittam duo argumenta, unum, quod illud, Facere iussisset, aliquid omnino de fiderabat. quem enim tribunos ille ludos facere iussisset? alterum, quod Peditanus ita loquitur, ut significet magistrorum in oratione fieri mentionem. quam facile autem ex magistris fieri potuerit, magnos litterarum declarat similitudo, præsertim si, magistratos, minucioribus. litteris apice superimposito, scribatur. De senatoribus autem ex his uerbis, quæ sunt in oratione xi. in Antonium, conieci: Nescis, heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? de autem ipsum ad populū tulisse, ut quinquies prætextata dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsaris, tua lege datum, deserui patimur? Ex commentario nostro in orationem pro Sextio.

PRÆTOR de capitalibus criminibus quærebat non omnibus tamē, sed tantum de maiestate, de uis, de repetundis, de crimine inter sicarios, de ambitu, de ueneficio: de incestu uero, & perditione populi. prætores autē, quæ cuiusq. futura esset quaestio, ante sortiebantur: ut deinde singulis de criminibus singuli, prout fors tulisset, cum consilio quærerent. etsi de crimine inter sicarios, cum in iudicium quandoque ita multi uocarentur, ut prætor unus minime sufficeret, non unus, sed duo prætores cognoscebant. quod in oratione pro Cluentio animaduertimus. idemq. eandem ob causam in aliis criminibus interdum esse factum, licet existimare. nonnumquam etiam, diem dicente aliquo tribuno pl. qui cogendi ad iudicium populi ius haberet, non prætor sed populus ipse de maiestate quaestio nem exercebat. itaque Cn. Domitius tribunus pl. is, qui cum C. Cassio postea consul fuit, accusauit M. Silanum, quod iniussu populi bellum cum Cimbris consul gessisset; cum in eo bello graues ob eam causam calamitates acceptas esse diceret. qua de re suffragium tribus tulerunt. Quod autem dixi, prætores de criminibus quaesitio: unum excipio prætorem urb. qui nullo de crimine publico quaerebat; itaq. nec quaesitor dicebatur; tantum, ciuilibus controuersis ad eum delatis, ius dicebat, hoc est iudices, & iudicii formulam, quam sequerentur, dabat. nec enim prætor ipse iudicare solitus erat, sed cum iudices, ab ipso datus, de controuersia cognouissent, ac iudicassent exquebatur. idem in omnibus ferme edictis prætorum legitur, Iudicem dabo. in quo posteriores lapsi sunt. est igitur aliud, ius dicere; aliud iudicare: contraquam qui ueterum iuriconsultorum libros ignorat, opinantur. & quemadmodum ciuilibus rebus prætor non cog-

gnoscat, neque iudicat, sed ius dicit, sic qui ab ipso iudices dacti sunt, non ius dicunt, sed cognoscunt, ac iudicant. hinc recuperatores: hinc centum uiri, hinc alibi, quos prætor dabat ut iudicarent. atque hoc & Cicero sensit in epistola ad Quintum Frat. Prætor, inquit, solet iudicare, debet. Quædam tamē erant, in quibus non modo non iudicabat, uerum nec ius dicebat prætor urb. sed omnia iurisdictione, imperio prætorio exquebatur: ut, cum bonorum possessionem secundum tabulas, ut contra tabulas dabat; item, cum restituere in integrum; & huius generis nonnulla. Porro, cuius prætoris erat iurisdictione, eius non erat quaestio publica: neque cuius quaestio publica, eius iurisdictione, unius tamen de toto prætorum collegio, qui erant omnes octo, & ius dicebant, & querendi potestatem habebat, is, qui prætor inter peregrinos uocabatur. nam & ius inter peregrinos ab eo dictum, satis constat: quaestio sociorum, hoc est peregrinorum, causa de repetundis, Peditanus demonstrat in orationis commentario aduersus competitores. Hæc de iurisdictione prætorum, nunc de origine primum, deinde de numero eorum subiungamus. etsi uideri potest *ἡ ἑστὴν ἀποῖν*. sed hic doctrinam quaerimus: de ordine non ita laboramus. scriptum est igitur in digestis Iustiniani. sic, ex Pomponio de origine iuris. Cum consules auocarentur bellis finitimis: neque esset, qui in ciuitate ius reddere posset; factum est, ut prætor crearetur: qui urbanus appellatus est, quod in urbe ius redderet. post aliquot deinde annos, non sufficiente eo prætore, quo multa turba est peregrinorum in ciuitate ueniret, creatus est & alter prætor, qui peregrinus appellatus ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebat. capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi prouincia, totidem prætores, quot prouincie in ditionem uenerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. deinde Cornelius Sylla quaestiones publicas constituit, ueluti de falso, de parricidio, de sicariis: & prætores quattuor adiecit deinde C. Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præessent, & a Cereere Cereales, constituit. itaque duodecim prætores, sed ædiles sunt creati. diuus deinde Augustus sedecim prætores constituit. post diuus Claudius duos adiecit, qui de fideicommissis ius dicerent. ex quibus unum diuus Titus detraxit: & adiecit unum diuus Nerua; qui inter fideicommissos & priuatos ius dicerent, ita decem & octo prætores in ciuitate iudicant. Sic in digestis Pomponius. nos autem, quod sentimus de numero prætorum, quod quidem legendis ueterum libris obseruare licuerit, exponemus, de numero, inquam, eorum prætorum, qui fuerunt extremis reip. temporibus. nam, uersa repub. tota ratio magistratuum arbitrio imperatorum perturbata. Octo igitur prætores, nunquam plures, ut nos opinamur, stante rep. fuerunt. argumenta, quibus adducor, ut ita esse credam, hæc sunt. Prætores, gesto magistratu, exibat in prouincias. hoc in dubium uocari non potest. plena exemplorum omnia. uidetur igitur esse rationi consentaneum, ut earum prouinciarum numerus cum prætorum numero congruerit. has porro in S. C. quod M. Cælius ad Ciceronem misit, octo uideo nominari. Itemq. inquit, senatus placere, in Ciliciam prouinciam, in qua octo reliquis prouinciis, quas prætorum pro prætore obtinerent; & quæ sequuntur. & in oratione pro Milone, erant, inquit, illorum tempore consul P. Lentulus, septem prætores, octo tribuni pl. defensores mei. Septem nominat, vno Appio de omnibus excepto: quod aperte indicat in oratione in Pisonem, his uerbis. De me cum omnes magistratus promulgassent, præter unum prætorē, a quo non fuit postulatū, fratrem inimici mei, præter duos de lapides electos tribunos pleb. legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul de collegio Q. Metelli sententia. & pro Sextio sic; Collegas Milo adiutores habebat. Consulibus alterius summum studium, alterius animus pene placatus. de prætoribus vnus alenus, quod si quis putet, unum quidem Appium ex uulgo prætorium collegio a collegis in Cicerone reuocandum dissensisse, collegas tamen ipsos non plane septem fuisse, locumq. iam a nobis ex oratione pro Milone recitatum, fortasse mendo non vacare. quod in nouis numerorum facile solet euenire: huic opinor, hanc suspicionem eripiam ipsius Ciceronis testimonio. nam in oratione post reditū in senatu, ubi commemorat eos magistratus, quorum ope redierat ab exilio, nomina ponit octo tribunorum pl. septem & prætorum, eorum scilicet omnium, quos in ea pro Milone significauerat. Scriptum est etiam apud Dionem lib. xlii. de prætoribus, a C. Cæsare, post Cn. Pompeium in Pharsalia deuictum, decem creatis, ut gratiam bene de se meritis referret. *ἵνα γὰρ*, inquit, *πλείους αὐτῶν ἀμείψαι, στρατηγὸς τε δὲ καὶ ἐστὸν ἐπιόντων ἀπίστους δαΐεις, καὶ ἱερέας καὶ τὸν νενομισμένον.* quod si plures ut remunerari possit, decem Prætores, & plures quam antea fuerant, sacerdotibus creauit: mimum constat, prætores non antea decem fuisse. Nam, quod in Pomponio de origine iuris legitur; Cornelius Sylla quaestiones publicas constituit, ueluti de falso, de parricidio de sicariis, de iniurijs: & prætores quattuor, adiecit: deinde &

Julius Cæsar duos prætores & duos ædiles, qui frumento præessent, a Cerere Cereales constituit: id me minime conturbat. nõ enim dixit, adiecit quatuor prætores ad numerum ueterum prætorum; sed, adiecit quatuor de iis, qui prætores erant, ad publicas quæstiones; ut quatuor ab ipso quæstionibus institutis quatuor item prætores præessent, quos autem duos ait prætores a C. Cæsare adiunctos, eos opinor, intelligit, de quibus meminit Dio, qui denarium numerum absoluerunt. Patet igitur de prætoribus octo usque ad tertium C. Cæsaris consulatum. quid enim dubias coniecturas colligere opus est, in ea re, quæ satis manifeste probatur, & ex eo S. C. cuius uerba recitauimus, & ex quatuor Ciceronis orationibus, & ex Dionis historia? Sed arguit nescio quis, ut decem prætores ostendat, hoc modo. Prætores publicis quæstionibus præerant: ubi quæstiones erant septem; inter sicarios, de repetundis, peculatus, de ambitu, de maiestate, de ui, de falso; quæ crimen beneficii, & alia quædam cõpletebatur. ergo, cum septem essent quæstiones, & quæstioni inter sicarios duo prætores præessent, quod patet ex oratione pro Cluentio, reliquis autem singuli prætores: fuisse prætores octo, qui quæstionibus præessent, & duos præterea, quorum alter inter ciues, alter inter peregrinos ius diceret, necessarium uidetur. dixi iam, non esse agendum coniecturæ, aut argumentis, ubi ueterum testimonia perspicua sunt, nec uero illa, quæ iam attuli, obscura uideri possunt. Quod uerum ad numerum quæstionum atinet, diuersa ratio est. nam si numerum prætorum ad numerum quæstionum accommodabimus, non modo plures quam octo, sed plures etiam quam decem creati prætores necesse erit. est enim quæstio de falso, est de parricidio, inter sicarios, de iniurijs, de ueneficio, de ui, de ambitu, de maiestate, de repetundis, de peculatu, de incestu, alia. ego autem ad argumentum illud, ne quis eo in aliquam dubitationem uocetur ita, respondo: primum præesse potuisse unum prætorem quæstionibus pluribus, sicuti nõ unus prætor, sed duo quæstioni inter sicarios quatuor præfuerunt. possunt, exempli gratia, sex prætores ita distincti crebritate iudiciorum ut nouis exorientibus quæstionibus uacare non liceat. potest et tempore septimus prætor (reliquus erat unus urbanus, qui non quærebat, sed ius dicebat) in ea quæstione minime occupatus esse. quæ forte illi contigerat: hic non dubito, quin ad eas quæstiones exercendas decreto senatus traduceretur, quibus uacare sex reliquis prætores non potuisse iam dixi. non enim committendum, ut impunita crimina differantur, ne sit locus quo nocentes rei adducantur. Age uero, concedatur quæstiones ab uno prætore plures exerceri non licuisse; sequitur ne necessario, ut ideo plures, quam octo fuerint? non sane, mihi quidem ut uidetur: nisi si mihi illud ante rationibus probetur, quæstiones non potuisse ab alijs, quam a prætoribus, exerceri, quod si quis aggrediatur probare, fortasse hærebit. At nostra ratio, quomodo procedit? optime uidelicet: nititur enim testimonio ueterum: a quo ego, quantum in me est, do operam ut ne discadam. quid igitur ueteres testantur? præfuisse & publicis quæstionibus, & capitalibus, qui prætores non essent: qui iudices quæstionis dicebantur. nam quæstionem de ueneficio, quam exercuit prætor Q. Voconius Naso, apud quem Cicero Cluentij causam egit, exercuerat ante C. Iunius, non ut prætor, sed ut iudex quæstionis, qui & quæstitor uocabatur, patet ex oratione pro Cluentio: patet etiam ex Asconii commentarijs. iudicum autem quæstionis duo fuisse genera, alios prætores ut Quintum Voconium Nasonem in causa Cluentij, alios non prætores, ut C. Iunium in causa Oppianici, multis uerbis demonstratum est a nobis in libro de legibus. Atque hac ratione tueor locum illum in oratione pro Cluentio, in quo sex prætores cum nominasset Cicero, quintum Voconium Nasonem, M. Platorium, C. Flaminiu, seipsum, C. Aquilliu, subiunxit, Quid reliquæ quæstiones? quibus ex uerbis reliquos prætores intelligi falso coniecit is, quem supra significacione tantum, ne cui uideamur uoluisse detrachere, appellauimus. uel enim, ut dixi, de iisdem prætoribus ibi nominatis, qui reliquas illas quæstiones exercere possent, licet intelligi; uel, quod iam probaui, de illis quæstionum iudicibus, qui cum prætores non essent, quæstionibus tamen non modo publicis, uerum etiam capitalibus. (nec enim publicæ capitales omnes erant) interdum præerant. Reliqui duo prætores, Ciceronis, collegæ, P. Cassius, & C. Antonius fuere. Cassius de maiestate quæ fuit: Antoniũ cum reliqui septem quos nominauimus, omnes quæ fierint, prætorum urbani, fuisse, iusque dixisse, necesse prorsus est. Hic tenentis, inquit, octo prætores nominasti, & peregrinorum omisit; quem adiungi necesse est: & si adiungatur, plures erunt, quam octo. Explico me Pediani ope cuius elegantem, plenumque antiquitatis, ac uere aureum libellum non me pœnerebit unquam legendo conuictum. is igitur in commentario orationis aduersus Antonium, & Catilinam, prætor cum eum qui de repetundis quæreret, eundem ius inter peregrinos dixisse demonstrat, quod nec a ratione uidetur discrepare. non enim ciuium, sed sociorum, hoc est, pere-

grinorum causa iudicia repetundarum sunt instituta. iure igitur idem prætor & ius dicebat inter peregrinos, & ius petentibus, de repetundis quærebat. quod cum ita sit: ius inter peregrinos prætorem Ciceronem dixisse, qui de repetundis quæ fuit, pro certo putandum est. uerum Pediani uerba, ut eius testimonio res pateat, subscribamus. Antonius, inquit, multos in Achaia spoliauerat nactus de exercitu Syllano equitum turmas. deinde Græci, quos spoliauerat, eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat. & cum Lucullus id, quod Græci postulabant, decreuisset, appellauit tribunos Antonius, iurauitque se ideo appellare, quod æquo iure ubi non posset. quem locum & Plutarchus attingit in uita Cæsaris, sed ita mendose, ut mirer eum, in rebus Romanis tam turpiter esse lapsum. primum P. Antonium nominat, qui Caius fuit; deinde Macedonia prætorem appellat M. Lucullum, qui prætor Romæ fuit: tertio, de corruptis iudicijs accusat eum ait Antonium, qui accusatus est de repetundis; postremo, tradit eum ideo tribunos appellasse, quod sibi non licere cum Græcis diceret æquo iure in Grecia contendere: cum appellare in prouincia ad tribunos pl. qui Romæ erant, memo soletur. quæstum potius ad senatum socii ueniebant, nec de corruptis iudicijs, sed de pecunijs ereptis, aut de nec iniuria, aut huiusmodi flagitijs: de quibus aut ad prætorem, aut etiam ad populum quandoque agebat accusator. quare Plutarchum hoc in loco non puto posse ab inscientiæ culpa uindicari. Hæc paulo fufius tractauimus, non ambitione adducti, sed studio ueritatis; ne confirmaretur opinio illa de decem prætoribus ante bellum ciuile Cæsaris & Pompeij. Ex nostris commentarijs in epistola ad Quintum Fratrem.

PROFANVM dictum id, quod cum sanctum fuisset, postea in usu hominum factum, hoc est extra fanum. Ex Aggenno de limitibus agrorum.

PRORSI limites dicti, qui spectabant ad Orientem: transuersi, qui ad meridiem. Ex Hygeno.

PROUINCIA, exponemus, quot omnino in ditione populi Rom. prouinciæ fuerint, & a quibus quo uero anno captae, tum quæ consulares, quæque prætoriae. Quo anno M. Cicero Ciliciam proconsul administrauit, qui fuit ab urbe condita DCCLII. M. Marcello, Ser. Sulpicio cos. prouinciæ xv. fuerunt in ditione populi R. Sardinia, Corsica, Sicilia, duæ Hispaniæ, citerior, ulterior, Asia, Aetolia, Macedonia, Illyrium, Dalmatia, Africa, Achaia, Gallia duæ, Cisalpalina, Transalpalina, Cilicia, Bithynia, Pontus, Creta, Syria, Cyprus, quibus ex omnibus prouincijs uestigal capiebat annum resp. ut a Plutarcho traditum est, octuagies quinquies decies centena millia. Sardiniam cepit, inter primum & secundum Punicum bellum, consul T. Manlius Torquatus; de qua triumphauit. eaq. prima, anno urbis DCXIII. prouincia populi Rom. facta est, missus ad eam componendam x. legatis, quod in faciendis prouincijs seruatum est. Corsicam uicit, & prouinciam fecit C. Papirius Mafso consul, & a senatu triumpho non imperato, ipse de sua sententia in monte Albano primus triumphauit, anno DCXIII. & hanc unam cum Sardinia semper unus rexit magistratus Romanus. Siciliam primus uicit, magna que ex parte prouinciam fecit Q. Catulus primo Punico bello: post aliquot annos, captis Syracusis, uniuersam in prouinciæ formam redegit M. Marcellus bello Punico secundo, aut certe, qui ei successit, M. Lauius. nam de Marcello Velleius tradit: de bellato uero in Sicilia a Leuino potius prætore, quam a Marcello consule, & Cicero in Verrem, & Linius significant. Marcellus quidem, secutus exemplum Papirij Mafonis, in Albano monte triumphum egit, urbem que ouans est ingressus. Hispaniæ tum a Scipione Africano maiore, secundo Punico bello, tum, aliquot post annis M. Catonis Censorij uirtute, multis uictorijs domitæ: & in eas magistratus Romani modo proconsulibus, modo pro prætoribus ierunt. uarie tamen possessæ, & ut ait Velleius, saepe partibus amissæ, certa ac stabili esse populi R. possessio, stipendiumque pendere non prius, quam Augusto principe cœperunt. Asiam cis Taurum montem bello Antiochio L. Scipio, maioris Africani frater, profectus in eum cõsul, ad imperium adiunxit, anno que post consulatum proximo triumphauit, ab urbe condita DCXIII. post eam possidere beneficio senatus populi que R. reges Attali, donec M. Perperna consul Aristonicum, qui eam, Attalo rege mortuo, occupauerat, deuicit, accepit. eam tamen in prouinciæ formam non Perperna, sed, qui ei successit, M. Aquilius consul redegit: qui etiam de Aristonico triumphauit, anno DCXIII. Aetoliam M. Fuluius Nobilior subegit. bellum gerere cœpit consul, proconsul confecit, & triumphauit biennio post anno urbis DCXXVI. Macedonia XL. diebus deducit consul iterum L. Aemilius Paulus, anno DCXCVI. neque tamen prouinciam fecit, sed de sententia x. legatorum, quos ad componendam Macedoniam atque Illyricum senatus de more misit, Macedonas omnes liberos esse iussit; & ut suis legibus uiuerent, suas urbes, & agros haberent, magistratus annuos crearent. permisit: ueteris

teris etiam stipendii, quod regibus pependerat, dimidia parte le-
 nauit, anno proximo, Perse rege inter captiuos Romam ducto,
 triumphauit: prouinciam uero Macedoniam fecit anno urbis
 DCVII. Q. Metellus, is, qui ex ea pro prætorè triumphauit, & Ma-
 cedonici cognomen est adeptus. hanc prouinciam postea cum
 Achaia coniunxit, eq. duabus unam fecit, rogatione perlata, P.
 Clodius tribunus ple. & utranque L. Pisoni, quasi præmium, q̄
 in Cicerone euicendo consensisset, dedit administrandam. Illy-
 rium, & Dalmatiam eodem anno, quo Macedoniam Paulus, L.
 Anicius prætor debellauit, & unam prouinciam fecit, triumphauitq.
 post Paulum aliquot diebus, rege Illyriorum Gentio cum
 fratre, coniuge, & liberis ante currum ducto. Carthaginem & Nu-
 matiam, illam Africæ, hanc Achaia caput, exciderunt eodẽ an-
 no, & triumpharunt, Scipio Aemilianus, & L. Mummius, tulitq.
 inde Scipio cognomen Africani, Mummius Achaici. factæ sunt
 prouinciæ duæ Africa, & Achaia. Africam autem intelligo regio-
 nem uniuersam, quam Cartaginenses possederant. nam Numi-
 dia, & ipsa pars Africæ, Massanissæ regnum fuit, Syphace supera-
 to, paruitq. regibus, & a C. Cæsare demum, post Scipionem, &
 Iubam, Mauritaniæ regem, deuictos, in formam prouinciæ reda-
 ctæ. Mauritaniam uero, & ipsam in Africa, multis post annis Ca-
 ligula imperator in duas prouincias diuisit. Galliam Cisalpinam
 puto prouinciam esse factam eo tempore cum M. Marcellus, is,
 qui consul quinquies fuit primusq. Annibalem acie uicit, Virdu-
 marum, Gallorum regem singulari certamine occidit, deq. Gal-
 lis insubribus triumphauit, anno DXXXI. patet enim prouinciam
 esse factam, quia coloniæ plures annis sequentibus eo deductæ
 Transalpinam uero Galliam, quæ Narbonensis quoq. dicta est,
 Q. Fabius, L. Paulli nepos, deuictis Allobrogibus, unde cogno-
 men sumpsit, in prouinciæ formam redegit, anno DCXXXI. Cili-
 ciam perdonauit P. Seruilius pro consule. qui, quod Isauron, Cili-
 ciæ arcem, euerit, Isauricus est dictus: triumphauitq. anno DC-
 LXXIX. ex eo tempore Cilicia prouincia fuit. Bithyniam popu-
 lo R. rex Nicomedes, ut antea rex Attalus Asiam, testamento re-
 liquit. eaq. simul cum Ponto, in quo Mithridates regnauit, una
 prouincia fuit, Bithyniaq. nomine appellata. utranque uero pro-
 uinciam fecit, Mithridate uicto, Pompeius Magnus pro consule,
 triumphauitq. anno DCXCII. eiusdem Pompeii lex a Plinio iu-
 niore in epistolis memoratur, Bithynis, & Ponticis data: ne quis
 annis xxx. minor magistratum caperet, ne uel in senatu esset, qui
 uero magistratum cepisset, ei liceret in senatu esse: ne decurio-
 nes, in curiam a censoribus lecti, pecuniam pro introitu darent.
 item, ut senatores certis de causis a censoribus ordine moueren-
 tur: ut Bithynicis ciuitatibus adscribere sibi, quos uellet, ciues li-
 ceret, dum ne ciuitatis esset alienæ, sed harum quinque ciuitatum,
 quæ essent in Bithynia. atque hæc a Pompeio sunt ad exemplum
 Romanæ ciuitatis instituta. Cretam debellauit Q. Metellus pro
 consul, & triumphauit anno DCXCI. Creticusque postea nomi-
 natus Syria, Pompeii magni singulari uirtute, ultimo bello Mit-
 hridatico uicta, leges accepit. prouinciæ uimq. populi R. nume-
 rum auxit. triumphauit ex ea Pompeius pro consul item ex Asia,
 Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Scythia, Iu-
 dæis, Albanis, Iberia, Creta, Bæternis, præterea de regibus. Mithri-
 date & Tigrane, anno DCXCI. Ciprus uicta, stante reip. in pro-
 uinciæ formâ redacta, misso in eâ M. Catone quæstore cum iure
 prætorio, lege P. Clodii tribuni ple. Pisonis & Gabinio cos. anno
 DCXCV. sed primum ea simul cum Cilicia, tanquam una prouin-
 cia, S. C. tradita est P. Lentulo pro consule. quod illa uerba Cice-
 ronis in epistola ad Lentulum significant: Te posse perspicere,
 qui Ciliciam, Cyprumq. teneas, quid efficere, & quid consequi
 possis. postea quæstores in eam missi quod ab eodẽ Cicerone di-
 dicimus; qui ad C. Sextiliũ Rufum in quadam epistola ita scri-
 bit: Tux laudi conducere arbitor, cum primus in eam insulam
 quæstor ueneris, ea instruere quæ sequantur alii. Tertia pars su-
 perest, quæ prouinciæ consulares, quæ uel prætoris dicerent. Ne
 quis erreẽ, neutrum perpetuum fuit. non enim hæc, uel illa pro-
 uincia semper aut cõsularis, aut prætoris, sed ita nomẽ mutabat,
 ut uariè modo a consularib. modo a prætorib. administrabatur.
 quâ potestatem senatus habebat, ut, quos uellet, in quas uellet
 mitteret, administratione annua: quod lege Sempronia C. Grac-
 chi tribuni pleb. sancitum erat. Cæsari tamen Gallie in quinque
 nium contra legẽ Gracchi & lege Vatinia tribunicia, & S. C. mã-
 datae sunt, posteaque in alterum quinquenium lege Trebonia,
 item tribunicia, Pompeio Magno & Crasso XI. cos. confirmatæ.
 qua de re sic ad Lætulum Cicero: Stipendium Cæsari decretum,
 & ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. Decer-
 ni autem solitas leges Gracchi, non a populo, sed a senatu prouin-
 cias, idem in oratione pro domo. in P. Clodium inuehens,
 plane demonstrat. Ita ne uero? inquit, tu prouincias consulares,
 quia C. Gracchus, qui unus inmaxime popularis fuit, non modo
 non abstulit ab senatu, sed etiam, ut necesse esset quot annis con-

stitui per senatum, lege sanxit, eas lege Sempronia per senatum
 & ceteras, reit. idit. extra ordinem sine sorte, nominatim dedisti,
 non consularibus, sed reipublic. pestibus. Erat igitur eadem prouin-
 cia, ex uoluntate senatus, modo consularis, modo prætoris. ita
 que Macedoniam (ut hæc exempli causa nominetur) Cn. Dola-
 bella, C. Curio, M. Lucullus, L. Torquatus, C. Antonius omnes
 cõsulares administrarunt; tum, C. Octauius prætorius, pater Au-
 gusti naturalis: rursus consularis. L. Piso, & Pitone reuocato, Q.
 Ancharius prætorius. idemque pater in ceteris. Quo autem an-
 no. S. C. illud Cœlius in epistola sua ad Ciceronem misit; in quo
 S. C. hæc sunt; senatus placere, in Ciliciam prouinciam, inque
 octo reliquis prætoris mitti: regebantur octo prouinciæ. quæ
 in eo S. C. prætoris uocantur a magistratibus octo prætoris Cy-
 pro excepta, quam quæstor, ut proxime ostendi, cum iure, ut opi-
 nor, prætorio, administrabat: quia, lege Clodia missum esse in eâ
 M. Catonem cum iure prætorio, adiecto etiam quæstore, Velle-
 ius prodidit. propterea Cyprum inter prætorias esse memora-
 tam, facile credo. reliquæ septem fuere, Sicilia, Sardinia, Asia, Ma-
 cedonia, Bithynia, Creta, Africa. & cum Sardinia Corsicam simul
 fuisse, cum Bithynia Pontum, paulo ante dictum est. Sed quæretur
 quæ fortasse, quot fuerint, & quæ fuerint, & a quibus administra-
 re eo anno prouinciæ consulares. Septem fuerunt, Hæ, duæ Gal-
 liæ, Illyricũ & Dalmatia, quas unus C. Cæsar tres regebat, duæ
 Hispaniæ, quas Cn. Pompeius per legatos absens administrabat
 Syria, cui M. Bibulus, Cilicia, cui M. Cicero præerat. ita fuerunt
 hoc anno xv. prouinciæ consulares VII. prætoris VII. & in unâ
 cõsulare Ciliciam, in prætorias autem omnes eo S. C. Successo
 res mitti placere, decretum est. Neque uero miretur quisquam si
 Aetoliam, Græciam, Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Pamphy-
 liam, Phrygiam, Lycaoniam, Lydiam, Ioniam, Cariam, Misiam,
 Gallogreciam, siue Galatiam, Pisidiam, Lyciam, Cappadociam;
 Armeniam non nominauerim. nam Aetolia Græciæ pars fuit:
 Græcia uero cum Achaia, Thessalia, Bœotia ad iurisdictionem
 Macedoniæ pertinuit; omnesque simul ab uno regebantur. id ser-
 uatum est post consulatum Pisonis & Gabinij: nam eo anno le-
 gem tulit P. Clodius, ut omnes illæ prouinciæ ab eo, qui Macedo-
 niæ præses, regerentur. non enim tulit, ut a Pisonis nomina-
 tum regerentur (nam fuisse priuilegium, non lex) sed, ut ab eo,
 cui Macedonia daretur. is autem fuit eo anno K. Pisonis: cuius cau-
 sâ lata lex est. Pamphiliam uero, Phrygiam, Lycaoniam, qui
 Ciliciam, idem administrabat. ad Lydiam, Ioniam, Cariam, My-
 sias, etiam Phrygiæ parti præerat idem, qui Asiæ. nec mirum est,
 Phrygiam in duas iurisdictiones dispersitam fuisse, ut una pars
 Ciliciæ, altera tribueretur Asiæ. nam etiam ipsius Asiæ tres dioc-
 ceses ad Ciliciam attinuisse, Cicero ipse, alijque prodiderunt. Ga-
 latiam regebat Deiotarus rex socius fidelissimus populi Roma.
 Pisidiam, & Lyciam inter socios erant, suisque legibus sine magistra-
 tu Romano, utebantur. itaque Cicero eas gentes appellat auxi-
 licum. Exercitum, inquit, infirmum habebamus, auxilia sane bona,
 sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum. hæc enim sunt nostræ
 robora. Cappadociæ rex erat Ariobarzanes, ipse quoque socius
 populi Rom. nam Pompeius reges multos, a Mithridate pulsos,
 in regnum restituit, & foedere ac societate reip. obstrinxit: Arme-
 niam Tigrani regi, qui Mithridatem armis iuuerat, uenia data
 concessit: nationes quasdam prouincias fecit populi Rom. aliis, ut
 sui iuris essent, suisque legibus uiuerent, permisit. Hæc est Roma-
 nâ dictionis ab Hispania ulteriore, extrema ad occidentem prouin-
 cia, ad Euphratem, qui terminus ad orientem imperii fuit,
 descriptio quædam, breuiter a nobis informata. nec enim uagari
 longius licuit in ea tractatione, quæ nostri argumenti propria
 non est: quia tamen disincta non uidetur, & asserere potest legen-
 tibus utilitatem cum iucunditate, hæc attigimus. In prouinciis
 ibant uel consulares cum duodecim fascibus, uel prætori cum
 sex, totidem utriusque, quot in urbe habebant. interdum etiam præ-
 torios cum iure consulari, & duodecim fascibus, senatus in prouin-
 cias mittebat, ut Q. Ciceronem in Asiam, de quo Suetonius:
 Extant, inquit, Ciceronis epistolæ, quibus Quintum fratrem,
 parum secunda fama proconsulatum Asiæ administrantem, hor-
 tatur, & monet, imiterur in promerendis sociis uicinum suum
 Octauium. proconsulatum uocat hominis prætoris administrationem.
 eadem ratione titulus est, Quincto Metello Celeri pro-
 cos. in duabus epistolis, quæ libro quinto fam. primæ leguntur;
 qui tamen consulatum non gesserat, sed ex prætura in Gal-
 liam cisalpinam profectus erat. & in oratione pro Flacco nota-
 uimus hæc: Cum prouinciam Asiam proconsulari imperio
 obtineres: cum tamen prætorio de homine loquatur. Pri-
 mis temporibus, cum prouinciæ tuendæ armis essent & in
 discrimine uersarentur, exhibant in eas initio statim magistra-
 tu cõsules & prætores, uel ut quæque cuique sorte obtriger, uel
 etiam quandoque consularibus inter ipsos comparatibus. sic enim
 loque-

loquebantur, cum inter eos de duab. consularibus prouincijs cōuenisset, nam comparandi consuetudinem apud prætores non uideo fuisse quod si bellum produceretur, imperium in ipsidem prouincijs proconsulibus, aut pro prætoribus a senatu pro rogatur. postea L. Sylla lege cauit, ne quis plus anno prouinciæ præfesset; qui uiderit, opinor, in re publica diuturnis imperiis assuescere, tutum non esse. itaque Galliarum illa per decennium Cæsaris administratio libertatis exitum fuit. hac de lege Cicero in epistola ad Appium his uerbis: Eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege, ut opinor Cornelia constituti essent. Et in eadem ut habere rationem possis, quo loco me salua lege Cornelia conuenias: in prouinciã ueniri pridie cal. Sex. tulerat iam ante Syllam. C. Gracchus tribunus pleb. Tibertii frater ut cōsulares prouinciã quotannis per senatū decernerentur. Post Syllam uero C. Cæsar, qui dictator fuit, legē tulit, ne prætoris prouinciã plus, quam annum, neu plus, quam biennium, cōsulares obtinerentur. tulit autem hanc legem uictor Pompeio; cum ipse iam pernoctem annos Galliam cōtra. C. Gracchi, & L. Syllæ leges obtinuisset, cōsecutus id, quod nemo antea & S. C. & lege. Leges uero quæ rectoribus prouinciarum imperium dabant, duæ fuerunt. curiata dabat imperiū populos, ut Liuius indicat libro ix. Cornelia senatus. nam, cū S. C. esset factum, ut prouincias magistratus sortirentur; aut compararent inter se, tum, si, i. uel sine lege curiata in prouincias proficisceretur, imperium habere dicebantur, donec in urbem reuertissent. ideo, quod in epistola Ciceronis ad Lentulum scriptū est, Ap. Claudius frater. P. Clodii, cupidus prouinciæ, dictitabat, se, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciã; si curiata lex non esset, cōparaturum cum collega, Lentuloq. Spintheri, Ciliciam pro consule administranti successurum: legem curiatam consuli ferre opus esse, necesse non esse quoniam ex S. C. prouinciã haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quo ad in urbem introisset. Quod aut in agraria xi. scriptum est Rem militarem sine curiata lege attingere nō licet; propterea dictum, quia sumptu publico ibant in prouincias, quorum de imperio lata curiata lex esset. poterant igitur publica pecunia milites alere, & bellum gerere at sine curiata lege poterat quidē aliquis priuato sumptu in prouinciam ire, exercitum uero habere, bellū que de suo gerere, cui tantæ opes erant, ut liceret; non igitur sine curiata lege, quæ pecuniam dabat, rem militarem attingere cuiquam licebat. nam, cum ad Atticum Cicero ita scribit; Appius sine lege suo sumptu in Ciliciã cogitat; non intelligit de pecunia in stipendia militum eroganda. (nec enim sustinere sumptum potuisset) sed, opinor, de suo cohortisq. uatico. ipse enim Cicero, uaticum dari solitum comitibus, eorum, qui irent in prouincias, significat in epistola ad Cassium his uerbis. Cetera cuiusmodi sint ex hoc iudica, quod legato tuo uaticū eripuerunt. Hæc ex libro nostro de legibus Romanis.

QUINTARIUM limitem ita nominauit Hygenus. Quintum quæque quintarium uolūt. porro inter quintum & quinquatum inter est aliquid. quintus est, qui quinto loco numeraretur: quintarius qui quinq. ceteras claudit. hunc uolunt esse quintum, qui est sextus nam & legum latoribus, quemadmodum perlatum est sic cauerunt. ut a d. m. quintus quisq. spatio itineris ampliare. & sic sane interpretatio legis huius ambigua, nisi eorum forma sexcenta, quæque limitem latorem haberent, significationes qua & amiores tractemus nunc diligentius quid dixerint. a d. m. quinquatum quæque latorem decumano. quum decumanus erat positus, positus sunt deinde quinque limites, quorum nouissimus factus est lator his cum decumanus accessit, sex sunt. eadem obseruationem in reliqua limitum parte esse uoluerunt, quemadmodum a d. m. quinque limites ducebantur, quorum esset summus lator, sic & ab eo quintario cum spatium definitum erat, quinque adiectis limitibus summo, latitudinem suam seruari placuit.

QUÆSTOR distinguendus est a prætore. iudicem enim quæstionis duo uideo fuisse genera: unum eorum, qui cum prætores essent, quæstionis etiam iudices appellabant; alterum eorum qui cum prætores non essent capitali tamen de crimine quærebant. de iudice quæstionis prætore, patet ex oratione pro Cluentio in qua ita scriptum est: ubi lex iudicem quæstionis, hoc est Q. Voconium, eosq., qui illi indices obuenerint, quære de Veneno. Voconium autem prætorem fuisse duobus argumentis conicio, primum, quod in eo loco paulo ante Cicero dixit: Quid sibi illi scribit, quid lictores? quid ceteri, quos apparere huic quæstioni uideo, uolunt: lictores enim qui magistratum uon gereret, non habebat. iudicem autem quæstionis magistratus nomen fuisse, certe nemo dixerit. Alterum argumentum est, quod ibidem Cicero subiungit de aliis prætoribus, suam unoquoque quæstionem exercere. Hæc; inquit, quæstio sola ita gubernatur? quid M. Pletorij, & C. Flamini iter sicarios? quid C. Orchinij peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilij de ambitu? quid reliquæ

quæstiones? quibus ex uerbis prætorem fuisse Voconium, qui iudex quæstionis appellatur, quis non intelligit? nam & si prætores non nominat: satis tamen constat, de prætoribus intelligi. a quibus enim & tot quæstiones, nisi a prætoribus, tam graues extiterent, inter sicarios, de repetundis, de ambitu, peculatus? præterea se quæstio de repetundis, in eo loco Cicero dicit: quod ab eo factum in prætura, Valerius, & Plutarchus confirmat. ut omittam, quod quæstionem Aquilium nominat; cuius annum fuisse legitimum, eundem, qui Cicero, ad petendum consulatum, prima docet ad Att. ep. ex quo, fuisse collegas in prætura, licet existimare, quod etiam li. xi. de officijs manifestum est. collegam enim suum Cicero appellat. Rursus iudicem quæstionis Iunium, qui prætor non erat, quæstio de ueneno in Oppianici causa, docet Pedianus: his uerbis; Iunius quæstor fuit in Cluentij causa Verre prætore in qua Oppianicus damnatus est. & alio loco: Damnato Oppianico, res in inuidia fuit; quod pecunia reus uideretur oppressus: & princeps illorum iudicum damnatus est, C. Iunius, quod dicebatur alios supposuisse, qui reum damnarent, non eos quos prætor Verres fuerat subfortitus. neque hic cum Pediano; neque supra prætorem nominauit. Cicero autem in oratione pro Cluentio, Condemnatus est, inquit, C. Iunius qui ei quæstioni præfuerat, adde etiam illud, si placet, cum est condemnatus, cum esset iudex quæstionis. & alio loco: Quinctius tribunus pleb. conuictum C. Iunio iudici quæstionis maximum fecit. non fuisse autem prætorem, aperte, sic inquam aperte, ut clarius esse nihil possit, idem demonstrat in eadem his uerbis: In hanc flammam recentem C. Iunium, qui illi quæstioni præfuerat, inieci, esse minimi, & illum hominem adilicium iam prætorem opinionibus hominum constitutum, de ciuitate esse sublatum. ecce non prætorium, sed prætorem opinionibus hominum constitutum dicit: quod eum prætorem sine dubio futurum homines opinarentur. prætor autem si fuisset, non eum adilicium sed prætorium uocasset. laudabant enim ueteres; ubi ornate aliquem uelleat, ab eo magistratu quem postremum gessisset, itaque homo adilicium, prætorium, consularis, dicebant. Præterea, cum prætores in leges non iurauerint, neque sententias tulerint; quod & Cicero & Pedianus docent; a Iunio autem iudice quæstionis ideo multa petita sunt, ut in oratione pro Cluentio legimus, quia in legem non iurasset: (erat enim illi iurandum, idem quod iudicibus leges omnino se esse in ferenda sententia seruaturum) satis constat, Iunium cum de Oppianico quæstionem prætorem non fuisse. Quod si quis dixerit, non tam Iunium iudicem quæstionis, quam Verrem prætorem, illa Oppianici causa quæstio, quia Pedianus ita dicat; Iunius quæstor fuit in Cluentij causa, Verre prætore, & quia idem alio loco sortitionem, & subfortitionem a Verre prætore facta tradiderit: huic ita responderi poterit: sortitionem, & subfortitionem, non illius modo iudicij, uerum etiam aliorum ideo pertinuisse ad C. Verrem, quia prætor urbis erat, quod ipse declarat Cicero in ea pro Cluentio. prætor autem urbanus de criminibus non quærebat; quare nec unquam quæstor dicebatur; sed ius tantum dicebat, hoc est iudices, & formam iudicij dabat. idem que iudices quibus alii prætores ad cognoscendas capitales causas uterentur, sortiebatur, & subfortiebatur. quod ex Pediano, & ex ipso etiam Cicerone satis liquet. Accedit locus ex li. i. accusationis in Verrem: quod in loco Q. Curtium iudicem quæstionis appellat Cicero in causa Verri repetundarum: de qua prætor M. Acilius Glabrio cognoscebat, cum que Curtium ait Pedianus a Cicerone esse reiectum. Illud addo; cum iam docuerim, iudicem quæstionis, & prætorem, & non prætorem, de crimine capitali cognouisse; tertium genus iudicum quæstionis interdu fuisse, quorum ius cognoscendi non esset, sed tantummodo de sortiendi, quod locus de Q. Curtio proximus iam ostendit, quem cognouisse de repetundis, absurdum est credere: cum in ea causa prætorem quæstio Glabrio, ex Cicerone, & Pediano satis constat. itaque tertium hoc genus quæstiones dici non poterat: duo illa superiora genera, quoniam quidem quærent, quæstiones, & erant, & proprie dicebantur. Ex libro nostro de legibus Romanis.

QUÆSTOR. Creatos, regnante Romulo, quæstores, Vlpianus prodidit a Iunio Gracchano traditum in ijs libris, quos de potestati bus inscripsit. idem tamen hæc subiungit: Sicuti dubium est, anni Romulo & Numa regnantibus, quæstor fuerit: ita, Tullo Hostilio rege quæstores fuisse certum est. & sane crebrior opinio est, Tullum Hostilium primum in tempore quæstores induxisse. Fuit autem quæstura patricijs magistratus, nec a principio, multosque deinde per annos; nisi solis patricijs datus est. postea non tam quæsturam, quam reliquos omnes magistratus plebi communicatos animaduertito. Ex li. nostro de legibus Rom.

REALITATE, loca sunt, quæ sine locorum iurisdictione, siue arbitrio conditoris relicta, limites non acciperunt. hæc sunt iuris subsecutorum, sicut etiam quæ dicuntur extralimita loca. Ex Frontino de li-

de limitibus. Relicta etiam loca nominat Cicero in oratione r. in Rullum.

REPETUNDÆ, crimen capitale, nec ne, fuerit, dubitatur a doctis. utrum omnem d. b. titationem tollit una distinctio. priorib. enim temporibus capitale non fuit: postea, cum auaritia magistratum haud paulo latius manare iam in prouinciis cœpisset, uisum est, ut acrioribus remedijs obuiam iretur. itaque, lege lata, capitale crimen factum est. utrunque probatur exemplis. L. Lentulum, de repetundis damnatum, postea cum L. Mario Censorino censuram esse factum, tradit Valerius lib. vi. quo patet damnatione ius Romæ manendi ademptum illi non esse, si quidem censuram sit affectus: quam gessit anno ab urbe condita DCVI. idem illa confirmant, quæ scripta sunt lib. i. rhetoricorum ad Herennium. Lex uetat eum, qui de repetundis dānatus sit in concione orationem habere. augur quidam, damnatus de repetundis, in demortui locum qui petat, nominauit. ueteris enim legis, non eius quæ postremis reip. temporibus lata esset, exemplum uidetur at tulisse: cum libro de officiis r. ita loquatur Cicero: Proximæ quæque leges de repetundis duriores. Hæc, manifeste Romæ primis illis temporibus, qui iam de repetundis damnati essent, facile demonstrant. Rullus, capitale crimen fuisse, eoque damnatos exulasse, interdictis aqua & igni, A. Gabinii, & C. Verri ex plo cognoscitur. quod si quis abiecerit, non eos lege exulasse, sed, quia, cum soluendo non essent, aut omnino cum nolent soluere, uoluntarium in exilium profecti sint: adiungemus de C. Cato: quem & esse damnatum de repetundis, Cicero in Verrem, Velleiusq. tradit. & exulasse Tarracone, ex oratione pro Balbo perspicuum sit: cum tamen æstimata ei lis esset tatummodo H. S. xv r. millibus. ut exulasse uideatur, non quod fortasse posset aliquis de Gabinio & Verre suspicari, ne solueret quod æstimatum erat, quod minimum sane pecuniæ fuit: sed quia legi, quæ repetundarum damnatis aqua & igni interdiceret, parere cogeretur. Est etiam apud Velleium P. Rutilii exemplum repetundarum lege damnati: quem exulasse, & Cicero in oratione pro Balbo, & epitome Liuiana lib. lxx. declarat. Verum, ut hæc sint dubia, quæ tamen satis aperta mihi quidem uidentur; Peditiani testimonio nihil certius, nihil illustrius. is ubi exponit illud Ciceronis in Verrem lib. i. Auaritiæ supplicio communi, subiungit, & æstimatione litis, & exilio, satis manifeste exilium cum pecuniaria pœna in repetundarum crimine coniungens. Actionem fuisse in hoc crimine aduersus hæredes, nisi si rei in reatu, ut iurisconsulti loquebantur, perijissent cum ex ipsis cognoscitur iurisconsultis, tum Valerius indicat his uerbis. C. Licinius Macer, uir prætorius, Calpi pater, repetundarum reus, dum sententiæ diceretur, in Mœniam concessit: deinde M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem eum uidisset, misit ad eum, qui dicere se non damnatum, sed reum perijisse, nec sua bona habere posse subiici. ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore & faucibus coarctatis, incluso spiritu pœnam morte præcurrit. qua cognita re, Cicero de eo nihil pronunciauit. igitur illi ætis ingenij orator ab inopia rei familiaris, inuistato paterni fati genere, uindicatus est. Pœna uero damnatis de repetundis, quod ex Peditiano satis liquet, dupli fuit. Lex per annos d. c. hoc de crimine lata Romæ nulla est: consulibusque Censorino & Manilio L. Piso frugi tribunus pleb. primum de repetundis rogatione tulit, ut Cicero lib. i. de officiis & in Bruto docet. eodemq. anno, aut certe proximo, alia lex a Cæcilio tribuno ple. lata est: quæ damnatum L. Lentulum, eum, de quo proxime meminimus, qui postea censor fuit, prodidit Valerius lib. vi. alia deinde leges de repetundis, Seruilia, Acilia, Cornelia, Iulia: quibus singulis, aliqua diu iudicia sunt administrata. nam posterior quæque proximam superiorem abrogauit. sic tamen, ut quædam retineret, atq. adeo interdum multa. non enim dubito, quin, quot in rebus crimen repetundarum Seruilius constituit, iisdem in rebus, aut omnibus, aut perisque, idem crimen Acilius, suam legem ferret, esse uoluerit: pœnam uero semper fere auxit posterior lex, & iudicij rationem aliqua re multæ mutarunt. itaque C. Seruilius Glauca, (re deo enim ad quatuor leges, quas proxime nominauis, qui cum Saturnino trib. ple. prætor est occisus, cū de repetundis rogationem ferret, nouum de comperendinatione caput primum intulit, intraq. spacium hoc iudicij tempus conclusit, ut accusatori dies uiginti ad agendum, totidem defensori ad defendendum darentur, ante hanc legem ampliari quidem licebat, comperendinari uero in iudicio repetundarum non licebat. quorum alterum lege Seruilia confirmatum, alterum nulla in ueteri lege scriptum, sed nouum inductum Acilia sustulit. qua de re Peditanus sic. Ante legem Glauca de comperendinatione, aut statim sententia dicebatur, si abfoluendus esset reus: aut amplius, pronuntiabatur, si uideretur esse damnandus, cum dixissent iudices. Non liquet, hoc est, obscura causa est. itaq. ea pars, interposita dilatione, dicebat, in cuius peroratione uidebat obscuritas, comperendi

natio uero utriusque partis recitatio est, Aciliam legē, quā tulit M. Acilius Glabrio, pater eius, qui Verri in causa prætor fuit le uerissimum fuisse Cicero lib. i. in Verrem. & Peditanus tradunt. nec. n. ea lege cōperēdinari, aut ampliari reū licebat. itaq. multi, nulla oīno neq. comperendinationis, neq. ampliationis, dilatione interposita, semel accusati, semel dicta causa, si mel audis testibus, ea lege damnati sunt. Quod autem eo in loco Cicero dixit, Ego tibi illam Aciliam legem restituo, non dixit, restituo, quasi de lege ante Seruiliam, lata sed habuit tōne presentis temporis. cum ex lege Cornelia, non iam ex Acilia, de repetundis quærebatur. Acilia enim tollebat omnino & comperendinationem, & ampliationem: quæ utraque, cōperendinatio quidem certe, lege Cornelia, permittebatur, id Cicero significauit satis aperte, cum dixit: Adimo enim comperendinatum; quod habet lex in se molestissimum: bis ut causa dicatur. & in eo: Glauca primus tuit, ut cōperendinaretur reus. nā, si primus, Glauca, ergo aliquis post eum is de comperendinatione tulit, eum autem Aciliam conitatur non fuisse. id quod ostendimus. fuit igitur L. Sylla cuius ex lege eo tempore iudicia de repetundis administrabantur, id mōque declarat Peditanus, cū ait, ideo testibus usum esse Ciceronem, ut, si posset, comperendinationem tolleret. frustra. n. Cicero conatus esset tollere, ac ne conatus quid esset, si necessaria fuisset Cū aut subiunxit, Ita mittā in consilium, ut, etiam si lex ampliandi faciat potestatem: tamen isti turpe sibi existiment, non primo iudicare: hoc dicit: Ita testes interrogabo, ita scelera Verri patefaciā, ut, etiam si lex Acilia, quæ a, quod ad me attinet, tibi restituo, (adi mo enim comperendinatum) permittat id, quod minime permittit, dilationem uidelicet. iudices tamen haud quaquam ampliantes, comperendinationem non nominat, quia comperendinatio, nou iudicium, sed accusatoris, & defensoris erat, cum, eorū alter utro petente, fieret; ampliatio uero iudicium, magnitudine criminum, & ui probationum inspecta, sibi turpe abiterent, nō primo iudicare. Et, quod Aciliam Cicero mirissimā uocat, quā Alconius se uerissimā, uterq. recte: seuerissimā, si cum ueteribus mitissimā, si cū Cornelia conferatur. Hæc pluribus uerbis, quia locus Ciceronis in Verrem satis habet obscuritatis: & in eo interpretes oēs implicati, tanquam in salebra hæserunt. Cornelia, L. Syllæ dictatoris, fuit, ut posterior quæq. lex, durior, quā Acilia: et si comperendinationem cōcedebat, quā Acilia tollebat, sicuti lex Glauca durior, quā uetus: cū tamen Glauca lege cōperendinari posset reus, uetere lege non posset. id Cicero significat his uerbis: Vtram putas legē molliorem: opinor illam uetere. eodemq. modo seuerior consecuta est, Iulia quam Cornelia. quod idem Cicero scripsit in oratione pro Postumo. Sunt autem lege Cornelia iudicia de repetundis omnia usque ad C. Cæsaris, qui postea dicta tor fuit, primum consularum administrata consul enim Cæsar noua de repetundis legē rogauit, cuius quidē capita, quæ ex ueteri scriptis liceat colligere, hæc maxime fuerunt: repereretur pecuniæ, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, uel quo alio officio, munere ministrove publico cepisset, uel aliqui ex cohorte ipsius: ut urbani magistratus ab omni sordē se ablinerent, neue plus doni muneris uel in anno acciperent, quāni quæ esset aureorum cētum: neue quis ob iudicē arbitrium uel dandū, mutandum, iubendum uel, ut iudicaret; neue ob hominem in uincula publica conijciendum, uincirive iubendum, uel ex uinculis dimittendum: neue quis ob hominem condemnandū, absolueundū uel, neue ob litē æstimandam, iudicij uel capitis pecuniæ faciendū uel non faciendū aliquid acciperet. quæ uerba non minus pertinebant ad prouinciales, quā ad urbanos magistratus. itē, ne quis omnino ob negocium faciendum, uel non faciendū, per calumniam pecuniam acciperet. cautum præterea ne faciendū præsidū auaritia premerentur, aut exaurirentur, ne illi, qui prouincias regerant, quiue circa eos erant negociarentur, nec mutuan pecuniā darent, sœnus uel exercebant, neque hoc tatum; sed ne uxorē quā dē ducere uisquā possent ex ea prouincia oriundā, uel domiciliū ibi habentem, neue filio uxorem. ducenti consentiret: ne ijs in liberos populus ius de pecuniis creditis dicere liceret: itē ne quis de prouincia exiret, aut exercitum inde suū auctoritate educeret, bellum sua spē gereret, in regnum alienū iniussa senatus ac populi accederet: ut libertas focus; ac præmia, ob merita in reip. data integra essent: ne cuiquam aurum coronariū aut imparare, aut accipere liceret, nisi cui decretus esset a senatu triumphus: ne dona quæstores acciperent, aut xenia. ut rectores prouinciarum rationes, prius quā decesserēt, apud duas in prouincia ciuitates deponerent: ne quis pro cōsul, aut pro prætore legatum suū ante se de prouincia dimitteret: quod ab Vlpiano in l. meminisse, traditum est. spectauit hæc lex non modo ad eos, qui cum aliqua potestate erant, uerum etiam ad eos, qui curabant aliquod opus publice faciendū, frumentū comparandum, uel uia teliendā: item ad legatos, qui prouinciarum rectoribus a senatu dabantur, præfectosq. & tribunos, & quæstros etiam totamque cohortem prætoriam,

prætoriam, si quid accepisse a provincialibus conuicti essent. eadem lege illud etiam sancitum erat, quod rectoribus provincialium, dum in provinciam irent, a socijs populi R. liceret accipere. quæ de lege Cicero, dum in provinciam proficiscitur, ita scribit ad Atticum lib. v. Adhuc sumptus nec in me, aut publice aut priuatim, nec in quenquam comitum. nihil accipitur lege Julia, nihil ab hospite. postea uero quam in provinciam peruenit, eodem libro sic: Scito non modo nos sœnum, aut quod lege Julia dari solet, sed ne ligna quidem, nec, præter quatuor lectos, & lectum, quem quam accipere quidquam. Ad hanc legem postea Cæsar, rerum potitus, fortasse caput hoc addidit, ut repetundarum conuicti et ordine senatorio mouerent, id quidem ab eo factum, Suetonius narrat, quod uel aucta, ut dixi, sua uetere lege potuit, uel noua lege lata, uel etiam, lege nulla, pro ea, quam omnium rerum uetus habebat, potestate. Scriptum etiam apud Martianum iuriscultum inuenio lege Julia repetundarum caurum esse, ne iudicate, ne ue testimonium dicere liceret ei, qui ob turpitudinem senatu motus, nec restitutus esset. Ex nostro libro de legibus Romanis.

RERUM PROLATIO, & Res prolatae, saepe dixit Cicero, nec tamē, quid significet, intelligunt multi, significat autem, ut ex accurata multorum loquorum examinatione collegimus, tempus illud, cū homines feriarentur, declarat maximē Plautus in Captiuis in persona parasiti.

Vbi res prolatae sunt, cum rus homines eunt,
Simul prolatae res sunt nostris dentibus.
Quasi cum caleat, cochleæ in occulto latent,
Suo sibi succo uiuunt, ros si non cadit,
Item parasiti rebus prolatis latent.

& pro Muræna, ubi iuriscultus exagitat; Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque est extra Romam usquam, neque Romæ, rebus prolatis, quidquam ualet. & ad Att. lib. v. Non istum rerum prolatio tardabit. & ad eundem lxxi. Mea stultam uerecundiā, qui legari uoluerim ante res prolatas, ue de serere uiderer hunc rerum tumorem. & ad Q. Fratrem: Res prolatae, ad interregnum comitia adducta. Rerum igitur prolatio, siue, res prolatae idem est, ac si dicas, uacatio a muneribus: quæ maxime erat ludorum diebus, ludorū autem nomina, Votiuu Romani Victoris, Plebeij, quorum primi Votiuu xvi. Kal. Sept. commisit, per quindecim dies celebrabatur: & continuo Romani per decem dies, cum interea res prolatae dicebantur: consecris Votiuuis, & Romanis, rursus ad negotia iudicia fiebant: senatus habebatur, tum publice, tum priuatim quisque; satagebat in sua re: hoc usque ad vii. Kal. Nouembris, nam cum inter ludos Romanos & ludos Victoris dies intersint xlv. quod aperte ipse declarat lib. xlii. in Verrē: recte subducenti perspicuum fiet, ludorum uictoriae commissionem incidere in diem vii. Kal. Nouembris. quo significatur & ad Q. Fratrem li. lxxi. iterum igitur res prolatae, Votiuu autem ludi, cumque his Plebeij coniuncti, dies auferebant octo: ut ad xiiii. nonas Nouembris & magistratus, & ciuilius ordinis homines intermissam rei siue publice, siue priuatæ administrationem repeterent. itaque Ci. li. lxxi. epi. ad Att. Pont. nus, inquit, uult ad xiiii. nonas Nouembris triumphare. ex quo patet, non fuisse diem festum xiiii. nonas Nouembris, Ex nostro commentario in epi. ad Att.

RIGOR. terminus est, sed hoc differt a limite, quod limes est quodcumque in agro opera manuum factum est ad obseruationem finium: rigor uero suæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Sic Aggenus in libro de limitibus.

ROMA. ciuium Romanorū tria genera fuisse uideo, senatores, equites, de plebe; qui tres ordines dicebantur, & ex duplici genere constabant, patricio & plebeio. duplex enim est ciuium Romanorū diuisio, quarum altera ad alterum nihil pertinet. prior hæc. Vel patricij sunt ciues Rom. uel plebeij. posterior hæc. Vel senatores sunt ciues R. uel equites, uel de plebe; ita uel a genere, uel ab ordine distinguebant: ut ciuis Romanus genere patricio natus; equestris tamen ordinis, si nondum in senatū lectus esset, diceret: si senator esset factus, ordinis senatorij quod si Patricius nō modo in senatum allectus non esset: uerum nec inter equites locum haberet: quia scilicet equestri censu non esset, hoc est sestertiorū quadringenta millia non possideret; (minus enim qui habebat, eques esse nō poterat, sed, ut Horatii uerbis utat, plebs erat) aut quia, cum quadringenta millia possideret, annulo tamen aureo & equo publico nō uteretur, quæ illi equestris ordinis insignia, cetero, ob aliquod flagitium ademisset: aut denique, quia neque maiores ciues, neque pater, neque ipse, cum quadringenta millia, eoue amplius haberet, de equestri dignitate laborassent, equestrisque ordinis iudicia, anulum scilicet aureum, & equum publicum, neque in militia duce, neque domi a censoribus, cum censeretur postulasset; quod tamen uix est ut credi possit: quis enim contemnit honestatem, quis cum ab infimo ordine plebis ad equestrē possit ascendere, aut ab equestri ad senatoriū reculeret: quis igitur

patriciæ gentis neque senator esset, neque eques, is patricius quidem & erat, & dicebatur, idem tamen de plebe & erat, & dicebatur. quandoquidē, ciuis Romanus quicumque erat, is de tribudinibus unum haberet, senatoriū, aut equestrē, aut plebem, necesse erat senator non es: ergo eques, aut de plebe, neque senator, neque eques, ergo de plebe, ordo enim præterea nullus super est: at quadraginta millia, qui est equestris census, aut octingentia millia, qui senatorius, possideo, sequitur ergo, ut eques ob quadringenta millia sim, aut senator ob octingenta millia, saltem, census enim dat, non ut eques aut senator necessario sis, sed ut esse possis: neque propter opes honor datur, sed ob inopiam negatur. turpe enim, & indecorum, senator egens: malas res nō omnino malis mentibus quandoque persuadet inopia. Erant ergo patriciorum tria genera, patricij senatores, patricij equestris ordinis, patricij de plebe. Sed oritur consideratio. Ciuis Romanus; ex equite senator factus amittit ne ordinis equestris insignia, anulum aureum, & equum? minime. auctus enim dignitate, tantum abest ut de pristino iure quidquam amittat, ut etiam aliquid præterea consequatur, nam, præter anulum, & equum, quæ equitum erant, habebant senatores tunica purpuream: ut ab equestri ordine aliqua omnino specie distinguerentur, sicuti equestris ordo a plebe anulo aureo, & equo distinguebatur. Ex nostris obseruationibus. Duos populos seminarium gentium Romanorum susse reperio, Aborigines, & Troianos, qui utriusque ab Aenea, ut Liuius & Dionysius tradunt, communi nomine Latini sunt appellati. Aborigines autem, qui, aduentum Aeneæ, Latium, regente Latino, tenebant, docet Dionysius ex Græcis in Italiam uenientibus esse constat. Græcos autem hos nominat, Oenotrum ex Arcadia, Pelasgos ex Thessalia, Euandrum item ex Arcadia, Herculem ex Peloponneso profectum, atque etiam idē scribunt, Romulum, superante Latinorum Albanorumque, multitudine, urbem in Pelatio condidisse, quæ cum ita sint, iam id dubium esse nō potest, quin ad hos populos alij etiam plurimi accesserint, qui Romam nam urbem gentibus repleuerint. siquidem accepimus, Romulū Camerines, Antemnates, Camerines, Veientes, Fidenates, quos bello deuicerat. Sabinos uero etiam quibus cum equo Marte pugnauerat: in societatem nouæ urbis uocasse. quin etiam multas Etruscorum urbes se ad eum recepisse, initio a Medullia facta, traditum est hoc autem Romuli institutum reliqui deinceps reges studiosissime sibi seruandum esse duxerunt, ut finitimas ciuitates aut ui, aut beneuolentia sibi adiungerent, Romamque trāferrent. itaque Tullus Hostilius, euerfa Alba, familias eius urbis Romam tradidit. Ancus Iucumonem Etruscum in senatum asciuit. Priscus Ser. Tullum Cornicianum sibi etiam generum adiunxit. idem post quoque, factum est, liberata regio dominatū rep. neque enim unquam destitit, ciuitatem uictis populis & gentibus dari. Italiamque ipsam municipiis deuinciri, quousque bello Marfio uniuersa fere ciuitate donata est. Ex libro Caroli Sigonii de nominibus Romanorum.

ROMULI, lex, cauit, ne alij, præter patres, & magistratus, sacra intrarent, peragerentur. postea plebi quoque aditus ad sacra fuit. nam rogationibus tribunitiis primū Sextia Licinia sancitum est, ut uiri sacrorum, non, ut antea, omnes patricij, sed ex parte dimidia de plebe crearentur. deinde secuta est Ogulniana, eū quatuor pontifices essent, placeretque, sacerdotum numerum augeri, quatuor præterea pontifices, quinque augures, de plebe omnes allegerentur: ut omnino octo pontificum, nouem augurum numerus fieret,

RYRA, ueteres incultos agros dicebant, id est siluas, & Pascua. Ex libello uariorum auctorum de limitibus.

SEPVLCRVM. sacra fuisse Romanis iura sepulchrorum, antiquæ legis illa uerba declarant. Vbi corpus demortui hominis condas, sacer esto: & illa; Ne quis ueſtribulum aditum uel ad sepulchrum usu capito, neu bustum uiolato. & illa: Deorum manium iura sancta sunt quod & antea seruatum esse, irrogata uiolantibus pœna, postiores iuris consulti Vlpianus, Paulus, Caius tradiderunt. Quod autem Cicero scripsit li. 11. de legibus; Credo fuisse ut eos, quibus hoc ante hanc legem uirtutis causa tributum est, ut Poplicolæ, ut Tuberto, quod eorum posterii iure tulerunt; aut eos, si qui hoc, ut C. Fabricius uirtutis causa soluti legibus, consecuti sunt: id plane significat, etiam ante x r. tab. in urbem sepelire non licuisse, si quidem Poplicolæ & Tuberto uirtutis causa tributū est quod ipsum & Dionysius confirmat, & Plutarchus. Seruius quidē ubi exponit illud Virgilij, li. 11. Finitimos tollunt in agros, urbemque remittunt. Duilio consule primum a senatu decretum esse ait, nequis in urbe sepeliret, quod imperatores quoque. Adrianius & Anton. Pius renouarunt. & fuisse hanc ueterē consuetudinē patet in lege mortuorū C. de religiosis & sumptib. funerū. legis quidē x r. tab. illa nota sunt: In urbe ne sepelito, ne uirito. quæ scripta sunt ob eā causā, tum ut ob oculis uiuentium cadauera, quæ mortuā animis inferunt, quæ primum amouerentur, tum ne cælū illud urbauū, unde proxime spiritus duceret, tæro putrescentiū corporū nidore corrupti; pestem aliquā importaret. Dicunt autem decreto senatus ijs, qui triumphassent, ut, cū eorū corpora extra urbem cremata essent, in urbem ossa & cineres referrent, huiusque mandarent. hoc Pyrrhonem Lyparæum scripsisse tradit Plutarchus in libro Romanarū rerum. Illa uero, non inuicem est, cognoscere, in agris sepulchra fuisse; in agri uenditione, iura tamē sepulchrorum penes eum, qui uederet, remansisse; eumque sibi tantū agri in uenditione excepisse, quantum ad eundem sepulchro satis esset: quod qui non faceret, ei summo probro acturpitudini fuisse. unde illud in orōne Ciceronis pro Ruf. Amerino: Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad sepulchrum patrum relictum est. hac autem ipsa de re Pomponius iurisconsultus ita scripsit: Dominis fundorum, in quibus sepulchra fecerint, etiam post uenditos fundos ad eundem sepulchrorum ius est. tum igitur in agris, tum iuxta milites uel publicas uias cadauera, aut, si cremata essent, cineres cōdebant. nam & sepeliendi cadaueris, & cremandi consuetudinem fuisse, indicat illud in x r. tab. In urbe ne sepelito, ne uirito. & illud, quod in 11. de legib. scripsit C. P. Corneliū Africanū sepulchrum esse, L. Cornelium Syllam primū e Cornelijs cremari uoluisse. Sepeliri autem antiquius fuisse, quam cremari, Pimius lib. v r. ca. 19. declarat his uerbis: Ipsum cremari, apud Romanos non fuit

ueteris instituti. terra condebantur. at, postquā longinquis bellibros erui cognouere, tunc institutum. & tamen multæ familiaris præcos seruauere ritus: sicut in Cornelia nemo ante Syllam dicitorem traditur crematus, adque uoluisse uentum talionem eruto C. Marij cadauere. hæc Plinius: cui quod ante x r. tab. in morte fuerit, id uetus non uideri mirum est. Cremandi consuetudo uel que ad Antoninorū imperatorum ætatem perdurauit: rursus terra condeceptum est. Legimus & illud, maiores natu ad tabas, minores ad tibias ad sepulchrum esse delatos: qui uero claris maioribus essent, his eorū imagines in funere prælatas. addit Seruius Honoratus, ante sepulchrum aram fieri solitam, quod & Cicero in epistolis ad Atticum significat. tamen si non aram modo, sed fanum quoque, filiz mortuæ cogitabat. Illud ex Festo sic tu dignū, ante quam cadauer ad pyram deferretur, digitum abscissum esse, ut, reliquæ corpore perulto, ad eum iusta fierent. Cadauere pyram inopposito, qui propinquitate mortuo deuinæ arctissime fuerat, is, auersus rogo facem accensam inferebat. Signum hominis sepulchri non unum fuit. nam & lapis & regula, & cæpes, & tumulus, & cippus sepulchri locum indicabant. Ex lib. nostri de legibus Romanis.

SILVANI. tres fuerunt; unus dicebatur domesticus, possessioni consecratus; alter agrestis; pastoribus; tertius orientalis, cui est in cōfinio lucus positus, a quo inter duo plures uel fines oriuntur, deo quoque inter duo plures uel est & lucus. Omnis autem possessio quare Siluanū dicitur quia primus in terram lapidem finalem posuit. Ex libello uariorum auctorum de limitibus.

SOCIJ LATINI, dicebant ueteres coniuncte; cum tamen & de socijs, i. Italici extra Latium; & de Latinis intelligerent: sicuti equū bonum, copula omiſſa, pro equum & bonum, sic Socij Latini, nominis, pro socij, & qui erant Latini nominis. nam Latini, cum ipsi quoque socij essent, proprio tamen nomine a reliquis Italici distinguebantur; & proprio etiā iure fruebantur. unde, ius Latij, & ius Italicum, diuerse posita, erat igitur, socij, nomen generale, sicuti, & fœderati, cā. n. socij fœderati que Latini, quæ reliqui Itali. li. x r. Mouerūt senatū, inquit, largitiones focū nominis Latini. summa querelarū erat, ciues suos, Romæ cenſos, plerūque Romæ cōmigrasse; quod si pmitteretur, per paucis lustris futurum, ut deſerta oppida, deſerti agri nullū nūmē dare possent; dixit, Socium nominis Latini, pro socij, & nominis Latini. quod idē Liu. ibidē ostendit: subiūgit. n. Lex focijs, ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat, ut ciues Romani fieret. ea lege male utendo, alij focijs, alij pop. R. iniuriā faciebāt. nā & ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibuslibet. Romanis eā cōditio nem, ut manumitterent, mancipio dabāt, libertiniq. ciues essent: & quibus stirps deesset, quam relinquerent, ciues Romanis fiebant. hic duo sunt animaduertenda. primū, de quibus dixerat, focij nō is Latini, de, is dē intulisse, focijs, ac nō is Latini deinde, cū in eo, Socijs, ac nō is Latini distinxisset, ac separasset socios a Latinis, uero tū postea nō is simul omnes comprehendisset, cum dixerit. Alii focijs, alij populo R. iniuriā faciebant; ut appareat, quanquam Latini ac reliqui Itali non eodem iure essent, æque tū omnes societate iunctos fuisse populo R. est etiam eadem de re, uerbis aliquot interiectis, eiusdem gñs exemplum, Legem, inquit, de socijs C. Claudius tulit S. C. & edixit: qui focij ac nō is Latini ipsi maiores eorū, M. Claudio T. Quintio censoribus, postq. ea apud socios nō is Latini cenſi essent, ut omnes in suam quisque ciuitatem ante cal. Nouemb. redirent & li. x r. cum de iisdem loqueret, Posthumus, inquit, cōsul pro cōcione edixerat. qui socij Latini nominis ex edicto C. Claudij consulis redire in ciuitates suas debuissent, ne quis eorū Romæ, & omnes in suis ciuitatibus essent. sexcenta sunt huiusmodi tū apud hūc, tū apud alios: quæ legendo, si quis uoluerit obseruet. Ex nostris obseruationibus.

SOLVTI agri sunt, quorum fines deprehendi non possunt, ut ait Siluſ Flaccus.

STADIALIS ager habebat passus cxxv. id est pedes d cxxv. cuius mensura octies cōparata miliarium facit, qui constat quinq. millibus pedum. Ex libello uariorum auctorum de limitibus.

STATUS, ex quibus omne genus controuersiarum de agris exoritur, octo omnino sunt, iniectiuus, expositiuus, subiectiuus, recuperatiuus, assumptiuus, initialis, materialis, affectiuus. Iniectiuus ergo status est gñalis. nam siue de possessione, siue de fine controuersia nascatur. per hoc repetitio iusta iniusta que. Expositiuus est status controuersiz quoties finitimorum argumentorum caret de mōstratione, & partū magis exigit narrationē, per quā exponendū sit, quo sint gñe terminandæ, aut persuadendū iudici, etiam si loci natura finitimam exhibeat similitudinē. Subiectiuus status est, cum relinquatur status generalis, & alio quolibet statu cōtrauersia defenditur. Recuperatiuus est status, quoties nō a trisino aut quadrifinio, sed ex quolibet finis loco incipientis termini resturam dirigit, & per itcessum, definitionis loca quæ dā alteri sumdo acquirit, aut solum auferit, & eius loco redditur. Assumptiuus

nos primæ cōtrouersæ status, qui est de positione terminorum, in regionē aut in sinē transcedit. initialis cōtrouersæ status de iure pertinens ad materiam, transcendit in cōtrouersiam, quæ est loco tertio: de sine status materialis non cōditionē mutat, neque materiam efficit. Materialis status est, ex quo omnes cōtrouersæ incipiunt de loco duntaxat. nā transcendētia non hēt de hoc effectūus, sed, dum cōsumatus fuerit, nascitur. Effectiuus est, cum de loco litigatur, & idoncas partes ad litium aduocatio nes instituant. Ex Agg. no de limit. bus agrorum.

STRIGA apud scriptores agretium mensurā sic exponitur. Ager, inquit Frontinus, per strigas, per scamna diuisus & assignatus, est more antiquo in hac similitudine, qua in prouinciis arua publica coluntur. Hygenus autem sic. Mensurā quadraturā dimidio longiorem facere debemus, & quod in latitudinē longius fuerit, scamnum appellare; quod in longitudinem, strigam. Et Aggenus, Strigatus, inquit, ager est, qui a septentrione in longitudinem in meridianum decurrit scammatum autem, qui eo modo ab occidentem in orientem creticit.

SVBRVNCIUI limites ita nominantur ab Hygeno. Limites linearum mensuræ tantum determinandæ causa sunt constituti. & si finitimi interueniant latitudinem secundum legem Mamilianam accipiunt in Italia itineri publico seruiunt sub appellatione subruunciorum. habent latitudinem pedum octonum. hos cōditores coloniarum, fructus asportandi causa, publicauerunt.

SUFFRAGIUM populus R. primum uoce, deinde per tabellam suffragium tulit. quo modo autem a uoce, ad tabellam deuentu sit, & quibus temporibus, & quibus auctoribus, operæpretium est cognoscere. Quatuor igitur leges nominantur, omnes, ut puto, tribunicie, Gabina, Cassia, Papiria, Cœlia. Gabina sanxit, ut populus in magistratibus mandandis suffragium, non, ut antea, uoce, sed per tabellam ferret. Cassia biennio post idem iussit. in omnibus iudiciis populi, perduellione excepta. Papiria & ipsa populo tabellam dedit, in subeudis ac uerandis legibus. Cœlia, quo uno in genere uocis suffragium reliquum erat, hoc est, in perduellione, quod lex Cassia exceperat, in eo genere tabellam dedit. ita quatuor tribunorum pl. rogationibus factum est, ut populus libere, quod sentiret, in omnibus comitiis, nullo inimicitiarum metu, posset ostendere. ideo tabellam uindicare tacite libertatis appellat Cicero in agraria 11. & 111. de legibus: in oratione aut pro C. Cornelio principium iustissimæ libertatis Cassiæ legem. quæ tabellam in iudiciis populo dedit. magis. n. intererat populi, tabella uoluntatem in iudiciis tegere, cū ageretur de capite fortunisque ciuium, quæ aut in magistratibus, quod lex Gabina sanxerat, aut in legibus, quod postea Papiria. His igitur quatuor legibus serendi suffragij mutata ratio est. nunc de latoribus earum legum, & quo quæque anno lata sit, agamus. Gabiniam rogauit homo ignotus, & sordidus; quod lib. 11. de legibus Cicero, & cum, biennio ante Cassiam rogata sit, quod idē eodem in loco de mōstrat, Cassiam uero Lepido & Mancino cos. esse latam, ex libro de claris oratoribus constat: ne cense est, Pisonæ & Lenate cos. rogatā, existimare. Cassiam Lepido & Mancino cos. auctore Scipione Africano posteriore tulit L. Cassius Q. F. Longinus Ranilla; pater illius L. Cassij, qui in omnibus causis querere solebat, cui bono; & C. Cassij, eius quæ C. Mario C. Flauio cos. leges multas ad minuendam nobilitatis potentiam tulisse, in quibus hanc, ut, quæ populus damnaffet, cuiue imperium abrogasset, in senatu non esset, Pedianus tradidit. Papiriā tulit C. Carbo, ille eloquentissimus; tulit aut, ut opinor, P. Popillio & P. Rutilio cos. nā eo anno tribunum pl. fuisse, quo Scipio Aemilianus de Numantinis triumphauit, omnes historiarum declarant: quem a porta ad cōcionem productum, quid de Ti. Gracchi morte sentiret, seditiose interrogauit. Cœliam non facile est conicere, a quo sit rogata. sed rogatam Q. Metello T. Flaminio cos. crediderim, & ex iis uerbis, quæ sunt apud Ciceronem li. 11. de legibus: Vt opprimeret Cœlius populum. nam id de P. Popillio dictū esse, quæ C. Gracchus Metello & Flaminio cos. tribunum pl. in exilium eiecit, uidetur intelligendū. ut eius iudicij causa, quo Popillius tribuno pl. Graccho, est oppressus, Cœlius sua lege tabellam dedit. Suffragia uel in cāpulum Martium, si centuriata comitia haberentur, uel in forum, si tributa, alio uero, cistis in pontes deferbantur, & ex his pontibus populo ministrabantur. id significat Cicero in epist. ad Atticum li. 1. his uerbis: Operæ Clodianæ pontes occuparunt: tabellæ ministabantur, ita ut nulla daretur. Vti rogas nam quæ tabellæ legem accipiebant & probabant, in ijs duæ litteræ scriptæ erant, V. R. quæ significant, Vti rogas: id est: uti tu, qui legem fers, nos rogas, ita iubemus, quæ uero leges legem antiquabant, hoc est, reiciebant, & improbabant, in iis unica littera, A, scripta erat: quæ significat Antiquo: id est, antiqua maneat, noua non placeat, legem respicimus. In iis uero comitiis quo populus ut suffragiū de reo ferret, coire solitus est, ternæ tabellæ dabantur: quarū in una scriptū erat, A, in altera, C, in tertia, N L. & prima significabat, absol-

uo; secunda, condemno; tertia, non liquet, id est, neque, absoluo, neque cōdēno, causam plane nō intelligo. Verū, ut ad pōt. s. redeamus, angustiores ut essent, legē tulit C. Marius tribunus pl. qui postea septies consul fuit. tulit aut eam legē, ne quid fraudis in distribuendis tabellis committeretur. multis, n. locus esse nō pōt ubi pontes angustiores sunt, at in turba uitiose aliquid agere difficultis negotij non est. propterea, quod hac lege sancitū, id ambitiosus oppositū fuisse, & plane Cic. narrat li. 1. de legibus & Plutarchus significat in Marii uita, cū ait: In tribunatu legem de suffragiis tulit: qua potentium opes tum in ferendis suffragiis, tum in creandis magistratibus, imminuit. suffragium ferebāt oēs ciues Romani in ea quisq. tribu, ubi census erat, aut in sua quisq. classe. libertini tñ in quatuor urbanis tribubus, quæ minus nobiles erāt, suffragium tulerūt. nā et si. P. Sulpicius tribunus pl. L. Sylla Q. Pōtō cos. tulit, ut in omnibus plane tribubus, quæ xxxv. erāt, suffragium ferre possent: hanc tamen legē, puto ante uictore Sylla, Sulpicius inimico, esse abrogatā, puto autem ob eam causam, quia C. Manilius tribunus plebis aliquot post annis eadē legem ferre conatus est: idēq. postea & P. Clodius cogitauit. testis Cicero in duabus orationibus, pro C. Cornelio, pro Milone. Hæc ex libro nostro de legibus Romanis.

SUPPLICATIO dicebatur, cum populus uniuersis ad omnia deorum tēpla, cētis uictimis, de uictoria parta gratulabatur, quibus diebus nihil agere, cum populo licebat. ut in pōt. ad Q. Fratrem li. 1. Cicero docet his uerbis: Consul est egregius L. C. C. dies comitiales eximit omnes, nam et Latine in uantur: nec tamen supplicationes deerant, sic legibus perniciosis obstitit. De gratulatione autem in supplicationibus ad omnia deorum aras facta, cū alibi, tum epist. 10. lib. 11. & epist. 4. lib. xv. fam. & Philippica ultima sic. Gratæ uero nostræ diis immortalibus gratulationes erant, gratæ uictimæ, cum interfecta sit ciuium multitudo. Et in eadē, in extremo: Prætor urbanus supplicationes per dies L. ad omnia puluinaria constituit. Atq. hic honor adeptus uictoriæ ciuium, simul cum imperatoris nomine, a senatu decernebatur. ut ex e. d. Philippica, & Cælii epist. xi. lib. octauo & alius prætere locis plane cognoscitur. A principio, uno tantum die supplicatum existimo; postea numerū ambitione auctum, ante Camilli uictoriā de Veis nemini quatuor dierum supplicatio decreta: ut ait Liuus li. v. aliquot post annis Papirio, & Caruilio consulis, quia Samnites uicissent, itē quadridui supplicatione publicū gaudium celebratum esse, idē li. x. narrat. Senatus augendi, ut minuendi dierum numeri potestatem habuit, uideo enim, multis post annis Neroni & Salinatori, in maiore, quā Camilli, aut Papirii Caruili uictoria, nempe ob Aldrubatem, Hannibalis fratrem, cum exercitu cæsum, trium duntaxat dierum supplicationē decretam, quod ab eodem lib. xxv. 1. proditum obseruauit. Ex nostro commentario in epist. fam.

TEMPLA in occidentem spectare, antiqui architecti recte scripserunt. postea placuit omnē religionem eō conuertere, ex qua parte cœli terra illuminatur. ideo in orientem aedes sacræ spectant. Ex Hygeao de limitibus constituendis.

TERMINI apud antiquos, adhibito sacrificio, disponebant, quæ de re apud Siculum Flaccum hæc legimus. Carbo, aut cimis quare: in ueniat, una certæ ratio, quæ apud antiquos quidē obseruata est, postea uero neglecta: sicut aut diuersa, aut nulla signa inuenimus. cum. n. terminos disponent, ipsos quidē lapides in solidā terrā collocabāt, proxime ea loca quibus fossis factis defixari eos erant, unguento uelaminibusq. & coronis eos coronabant: in fossis aut quibus positi eos erāt sacrificio facto, hostiaq. immaculata cœla, facib. ardentibus, in fossa coopertis sanguinem iniullabant, eoque thura & fruges iactabāt: fauos quoq. & uinum, aliaq. quibus cōsuetudo est terminis sacrū fieri, in fossa adiciebant, cōsumptisq. omnibus. dapibus igne, super calentes reliquias lapides collocabāt, atque ita diligenti cura confirmabant: adiectis et quibusdā saxorum fragminibus circum calcabant, quo firmius starent. tale ergo sacrificiū, dñi inter quos fines dirimebant, faciebant, nam et in trifiniis, id est in eum locum in quem tres possessores attingebant terminos ponebant, omnes tres sacrum faciebāt, quique. alii in cōfinio domini erant: omnes ex conueniētia terminos ponebāt, & sacrum faciebant: terminos autem conuenientia possessorum cōfirmabat, nam in quibusdam regionibus iubemur uertices amphorarū defixos in uerfos obseruare pro terminis. ergo conuenientia ut supra diximus possessorum terminos consecrat, qui ut ante dixeramus, omnibus angulis coxque positi esse debent. Termini apud antiquos sancte in primis, ac seuerè seruabantur. nam in libro quinto sententiarum Pauli scripta sunt hæc, quæ leguntur apud Frontinum in libro, de limitibus. Terminos qui effodiunt, uel exarant arbores, in metallum damnantur, si quidem serui sua sponte faciunt; humiliores in opus publicum, honestiores in uisulam, amissa tertia parte bonorum, relegantur. Termini ad proportionabiles a ueteribus dicti, teste Aggēno Urbico,

qui intra possessionum fines inueniuntur: qui si secundum pristini temporis possessionem non conueniunt, diuersas attingis possessionibus. controversias generabunt. Termini autem, ut in libello de limitibus, uariorum auctorum titulo, scriptum est, diuersi fuerunt per diuersas provincias. sunt enim hæc uerba. Terminum singulū in quadrifinio inuenies. quatuor lapides in quadrifinio positi sunt, & termini factura tornatiles, hoc est rotundi, subtilissimi: in quadrifinio inuenies. Puteum si in fine inuenies, pro termino habebis. Cisternam factam in fine positam, & circa hanc memoratum terminum inuenies, & pro termino habebis. Terminū de lapide decusum uiuo inuenies, & pro termino habebis. Mactris lapidum in fine pro termino inuenies. Sepulcra finalia aut monumenta sine dubio inuenies. Malum cotoneū in fine pro termino inuenies. Cypressum in fine pro termino inuenies. Oliuastellum in fine pro termino inuenies. Fossatum decusum paruum in fine pro termino posuimus. fossato alio finalia maiores sine dubitatione inuenies. Limitem torrem, hoc est torridum sine dubio inuenies. Parietes de calce fabricatos finales direximus. Ripas de cistis finales direximus. Botontones finales inuenies. Arbores ante missas finales inuenies, peregrinas, exterar. Pontem marmorum in fine inuenies. Pontem de lapide uiuo in fine inuenies. Pontem ex calce factum in fine inuenies. Orcas in fine inuenies. Sarcophaga si sine inuenies. Inbrices in fine inuenies. Collectaculum de carbonibus, in calce miscitatos, & glareas fluminales ne de spicias, signales constituimus. Palos picatos pro terminis inuenies. Latrunculos quadrangulos pro terminis inuenies. Lapidem natiuos cum aliquo signo finem pro termino constituimus, & multa consecratione signauimus. Flumen aliquoties in fine inuenies. Riuum finale inuenies. Hęc signa per diuersas provincias obseruantur. Terminorum nomina apud Hygenum leguntur hæc: Egregius, qui & robustus, quinque pedalis: Augusteus, Rhombus, Rhomboides, Scalenus, Hoscules, Trigonus orthogonus, Trapezus, Trigonus oxygonus, Trigonus amblygonus, Parallelogrammus, Sepultura militaris in fine, Augusteus in trifinio, Isopleurus, Scutellatus, Spatula, Speteticalis in trifinio, Area in quadrifinio, Sepultura finalis, Nouerca, Canabula, Formalis, Substructio ad terras excipiendas, Mactris finalis, Scorofiones, Botontini, Monumentum, Apsatilis terminus, Hermula, Seria, Puteus, Lapis nō dolatus, in cursorio positus; Terminus, qui subsecium demonstrat; Lapis intra lapidem in trifinio, Termini gemelli, Terminus qui fluium demonstrat; Lapis damnatus, Gamma de Petra sicca constructa, Lapis decussatus, qui agrū interclusum & extracclusum significat; Terminus ante terminum in uersura positus, Lapis cultus, Iatus, qui pentagoni recipit rationem; Lapis gammatum, qui trigoni recipit rationem; Lapis intra lapidem in cursorio; Lapis, qui flexuositatem limitis ostendit; Terminus, qui figuram demonstrat. Ad hæc porro terminorum nomina sua cuique figura adiuncta.

TERRAM punctum esse cæli, ex Hygeno cognoscitur, is enim sic in libro de limitibus. Cæli punctum esse terram, sic describunt, quod dicant, a polo ad Saturni circulum interuallum esse, quod Græci hemitonion appellat: a Saturno deinde ad Iouem, hemitonion: ab hoc deinde ad Martem, tonum: a Marte deinde ad Solem, tertium esse, quantum a polo ad Saturnum, hoc est trihemitonion: a Sole deinde tantum esse ad Venerem, quantum a Saturno ad Iouem, hemitonium: a Mercurio deinde ad Lunam, tantumdem, hemitonium: a Luna ad terram tantum, quantum a polo ad Iouem, tonon. sic terram punctum cæli esse ostendunt, & ars musica per hæc diallemata constare fertur.

TERRITORIVM, ait Frontinus, est, quidquid hostis terrendi causa constitutum est.

TESTAMENTVM, leges multe de testamentis Romæ latae sunt; quarum nominantur Voconia, Furia, Falcidia, Iunia, Velleia, Cornelia, Aelia Sentia, Voconia, de mulierum hæreditatibus, inter secundum & postremum Carthaginense bellum a Q. Voconio Saxa Aricino tribuno pl. suadente M. Catone Censorio lata. sanxit hoc, ne qui hæredem relinquere & filiam supra H. S. xxv. m. nam Dio libro lvi. ita scriptum reliquit. Augustus quibusdam formis tribuit, xxv. m. hæredes esse possent: licet hoc lex Voconia ueraret. Furia cauebatur, ut a Theophilo scriptum legimus, ne cui plus, quam M. nummum legaretur: quod amplius legatum esset, quadruplum restitueretur. Falcidia cauebatur, ne cui plus liceret legare, quam dodrantē ex tota hæreditate, id est, ut, siue unus hæres institutus esset, siue plures, apud ipsum, eosve quarta pars tantum remaneret. meminit huius legis Celsus, lib. xxi. digestorum, his uerbis: Cum de lege Falcidia queritur, hæredis probatio est, locū habere legē Falcidianam, quod dū probare nō potest, merito condemnabitur. In Iunia Velleia hoc erat, ut, qui testamentum faceret, oēs eos iuriles sexus necessario institueret hæredes, qui, cum nascerentur, hæredes ei futuri essent; eorumque in locū liberi succederēt: qui nisi instituti essent, aut si ex hæredati, ad exemplū

posthumorū essent, testis ne ualeret. hæc sunt quatuor leges tribunicie: reliquæ sunt de quibus dicendum sit, Cornelia consularis. L. Syllæ, Aelia Sentia, a duobus consulibus, Augusta principis, Sex. Aelio, L. Sentio, lata. Cornelia fallum testamentum facientibus pœnam irrogabat: eaq. lege senatores soli tenebantur, ut in Suetonio legimus. quod si quis in hostium potestate decessisset; eius testamentum perinde lex Cornelia confirmabat, ac si, qui testamentum illud fecisset, in hostium potestatem peruenisset. testis Iulianus li. xxv. i. digestorum. Testamentum porro lex iurimabat irrita. prorsus iubebat esse, quæ improba, in officiosa, inhumana, dicerentur, hoc est, quæ contra leges, merita, pietatē facta essent: item illa, quæ a quinque testibus, usque fide dignis non essent ob signata, quod ad seprem deinde testes, imperatorum ætate, translatum est, atque horum generum causa, de rescindendis confirmandisue testamentis, a ceterum uiris esse iudicatas, quod hæc iudicium dicebatur, Cicero, Valeriusque declarant. In Aelia Sentia scripta sunt hæc: ut unus modo hæres necessarius fieret: plures si fierent, irritum esset. qui primo loco esset nominatus, hæres esset. Ex libro nostro de legibus Romanis.

THEATRVM. Spectandi locum in theatro senatores in imis gradibus, ante omnes habuerunt: quod instituitur curules ædiles, cenorum iussu, Attilius Serranus, & L. Scribonius Libo, fecit postea sua lege L. Roscius Orho, Ciceronis ætate, altera in populo distinctio nem. tulit enim, ut equester ordo seorsum a plebe in xii. gradibus sederet, ijs tamen equitibus, exceptis, qui siue suo, siue fortunæ uitio decessissent, cui generi certum locum assignauit, pœna irrogata, si in xii. gradibus sedissent. hinc illud in Antonium, in oratione xi. Tenece ne memoria, te preteritum decessisse patris, inquit, ista culpa est concedo: illud tamen audacitæ tuæ, quod sedisti in quattuordecim: cum esset lege Roscia decessitoribus certus locus constitutus; quamuis quis fortunæ uitio non suo, decessisset. primum igitur senatores in sedilibus circo proximis considebant, secundo loco proxime sedisse equites putabam, cum, exceptis magistratibus & senatoribus, magistratibus dignitate antecederent, sed a Cornelio Tacito monitus opinionem mutauit. is enim, sedisse quidem in xii. gradibus equites, narrat, non tamen ante plebem, sed confuse, tantum ut xii. ordines haberent. Nero, inquit libro xv. equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud circum. nam ad eam diem indifferenti ibant: quia lex Roscia nihil, nisi de xii. gradibus, sanxit. Ex libro nostro de legibus Romanis.

TRIBVNVS PL. in sacro monte, quo plebs irata patribus secesserat, lata lex est, quæ Sacratæ nomen accepit, ut plebi sui magistratus essent, ijsque sacrosanctis; quibus auxilij latio aduersus consules esset; uere cui patrum capere eum magistratum liceret. qua lege tribuni pl. quinque primi creati sunt, anno post reges electos xv. quos ego nō dubito curiatis comitijs esse factos. nā aliquot post annis Publilius & Læterius tribuni pl. rulerunt, ut plebei magistratus tribus comitijs fierent. Post, alia lege decem tribuni pl. creati, bini e singulis classibus, anno a primis tribunis pl. xxxvi. Et quoniam Atini Plebisciti, quod ad tribunos pl. pertinet, mentionem a Gellio fieri uideo; quæ nā eius fuerit snia, antiquitatis illustranda quæ querendum est. Ego sic existimo: tribunos pl. ante Atinij Plebiscitum partim senatores fuisse alios non fuisse; quod si liberum esset populo R. tribunatum pl. mandare cui uellet. Atinius, quō quidem mihi uis, nec ademit hanc libertatem plebi Romanæ, & atrox potestatis tribunitiæ dignitatem. tulit enim non, nequis, nisi iam senator tribunus fieri posset, (plebis enim libertatem, huiusmodi rogatione minuisset; neque id plebes ullo modo sciuisset) uerum, ut, quem tribunum pl. creasset, is hoc ipso in potestatem senator esset. atque hanc esse Gellij uerborum sententiam crediderim, cum ait lib. xv. tribunis pl. senatus habendi ius fuisse, quamquam senatores non essent ante Atinij plebiscitum hoc etiam e quodam Suetonij loco suspicamur. nam in Augusto, Comitibus, inquit, tribunicis, si cādidati senatores decesserent, ex equitibus Romanis creantur. ex quo sequitur, non licuisse ante equitibus Romanis tribunatum petere. multo igitur minus tertio ordinis, ijs, qui de plebe dicebantur, qui nec equites, nec senatores erant, quin, primis tribus, tantum abest, ut ex senatu tr. pl. crearentur, ut ob eam causam instituti sint, ne senatus aduersus plebem crudelius, aut arrogantius ageret: ideoque ex ipsa plebe per annos multos creati sunt, postea ceteri equites quoque. Romani, ac senatores tribunatum plebis petere. Quoniam autem M. Duilius tr. pl. plebem rogauit, plebesque sciuit; qui plebem sine tr. pl. reliquissent, ergo ac capite punirentur, anno proximo L. Trebonius tr. pl. rogationem tulit, ut qui plebem Romanam trib. pl. rogaret, is usque eo rogaret, dum x. tribunos pl. faceret. nam Duillia lex de tribunis nusquam numerum præfixerat: tantum, ut relinquere, saniciebat, & ab ijs, qui creati essent cooptari collegas iubebat. sustulit igitur Trebonia cooptationem. nam cum iussisset, ab eo, qui comitia tribunis creandis haberet, omnes plane tribu-

MARE. ROMANO in libris quater nominatam obferuauimus, a Tulio lib. I. I. I. ad Aricum. a Lino lib. XXIX. a Valerio Maxi. lib. II. ca. IIII. a Fefto.

coniectura est, quam Phaerros ipse & Octauius meus probarunt, legi posse, A Subruana, mutatio ne fere nulla. Plinius. LXVII. c. III. Feflus antiquae urb. in scr.

- MEN. Mentina.** Cicero l. XIII. epi. fam. Iosephus ἐν τῷ τῆς ἰσδαὶ κῆς ἀρχαιογραφίας λόγῳ ἰεροπολίης, cum quibus lapides tres consentiunt, C. VALERIO C. F. MEN. BOIVTIO MARCIANO: AMVNIO A. F. MEN. EVARISTO: C. CATIO C. F. MEN. CALBO. C. CATTIVS C. F. MEN. GALLVS.
- OVF. Oufentina.** Linius libro IX. Feflus antiquae urb. in scr. in libro Appiani & in libro Veronenfium antiquitatum Q. EVPRHEMVS Q. F. OVF. LYCVLLIVS.
- PAL. Palatina.** Cicero in Verrem IIII, Pedianus. Varro libro IIII. de lin. I. Plinius I. XVII. ca. III. Linius lib. XX. Feflus antiquae urbis in scr. liber Appiani.
- PAP. Papiria.** Feflus antiquae urb. in scr.
- PAPIA:** Scriptum in libris de hac tribu nihil est; quod ego quidem legerim. in libro tamen de antiquae urbis in scr. in inscriptionibus. explicata mentio est nec semel in Pyrihi thefauris. sic enim eius libros appello.
- POB. Poblilia.** Quae deinde Publilia scripta est, sicuti ex Poblus Publius factus est reperitur in lapidibus & P. & PVP. & PVBEL. & PVPLIL. & POB. Linius li. VII. antiquae urbis in scr. liber Appiani, & in libro Veronenfium antiquitatum saepe exempla Publiliae, per u scriptae, quinque, habemus, duo in antiquae urbis in scr. in inscriptionibus, tria in Appiani li.
- POL. Pollia.** Linius lib. XXIX. Valer. Max. l. II. ca. IIII. & l. IX. ca. X. antiquae urb. in scr. liber Appiani.
- POP. Popillia.** Valerius Max. l. VII. Feflus. liber Appiani.
- POM. Pomptina.** Cicero ad Atticum l. III. Linius l. VII. Feflus antiquae urbis in scr. liber Appiani.
- PVP. Pupina.** Cicero ad Quintum fratrem l. III. Liu. l. XXVI. Feflus in littera p. duo antiquorum lapidum exempla extant, alterum Capuz, D. VIBIDI. D. F. PVB. NIGRI, alterum Pataui, C. CLAVSIO D. F. PVP.
- QVIR. Quirina.** Cicero pro Quinctio, Afconius. Feflus antiquae urbis in scr. liber Appiani.
- ROM. Romilia.** Cicero in Verrem II. & in agraria II. Afconius Varro li. IIII. de li. Ia. Feflus. Seruius in III. Ac. antiquae urbis in scr. in libro Veronenfium antiquitatum. L. GALLIO L. F. ROM. est etiam Ferr. rix semifraclus lapis, imis summi templi parietibus intratum, in quo ita scriptum uidimus ITIO T. F. ROM.
- SAB. Sabatina.** Linius li. VI. Feflus littera s, lapis antiquus Romae in aedibus Cardinalis Carpenfis: CN. CORNELIO. CN. F. SAB. MVSABO MANCIPI VIAE APPIAE.
- SCA. Scaptia.** Linius l. VII. Suetonius in Augusto. Feflus. lapidis antiqui exemplum Romae extat in regione Pantheonis: C. AVFELLIVS C. F. SCA. SEVERVS. & item aliud, C. GRANTANIVS SCAPTIA MACER.
- SER. Sergia.** Afconius antiquae urbis in scr. est & in eodem libro: quatuor litteris SERG.
- STEL. Stellatina.** Linius l. VI. antiquae urbis in scr. liber Appiani.
- SVP. Suburana.** Varro li. IIII. de ling. la. Cicero etiam in agraria, quo in loco uidetur corrupte legi, ab Oricu lana: cum in quinque libris scriptis, quos se uidisse affirmavit uir optinatus ac doctissimus Gabriel Phaernus legatur, ab usura nam. unde nihil orta coniectura est, quam Phaerros ipse & Octauius meus probarunt, legi posse, A Subruana, mutatio ne fere nulla. Plinius. LXVII. c. III. Feflus antiquae urb. in scr.
- TER. Tercentina.** Cicero pro Plancio: Linius l. VI. & l. X. antiquae urbis in scr. liber Appiani.
- TRO. Tromentina.** Feflus Linius etiam libro VI. scripsit, Tromentina, ut opinor, non, ut impressum est, Promentia. antiquae urbis in scr. liber Appiani, & in lapide qui Gaicta est. LATILLIO. L. F. TROMEN.
- VEL. Velina.** Cicero ad Atticum l. IIII. in Bruto. Horatius episto. VI. libri. Persius. antiquae urbis in scr. liber Appiani.
- VOL. Voltina.** Cicero pro Plancio. antiquae urbis in scr. & in antiquo lapide, qui est Venetis in turri S. Vitalis. CN. NVMERIVS CN. F. VOL. FRONTO. est & quatuor litteris VOLT. in Appiani libro.
- VEI. Veientana.** Cicero pro Plancio.
- TRIFINIUM,** ait Siculus Flaccus, dicebatur locus, in quem tres possessores attingebant. quo in loco omnes tres sacrum faciebant, si termini ponebantur.
- TRIVMPHVS,** antiquissima lex fuit, quae nunquam seruata non est. ut, qui ob rem in bello gestam triumphum ducturi essent, ante triumphum urbem. ne ingrederentur. triumphabant enim cum imperio: & imperium deponere, urbem intrantibus necesse erat, triumphum autem senatus decernebat: sed imperium in urbe, quo die triumphus ducetur, populis dabat, rogatione ab aliquo tribuno pl. lata. id aperte demonstrant illae apud Lium, lib. XV. Tribus his omnibus triumphus ab senatu decretus; mandatum quae Q. Cassio praetori, cum tribunis ple. ex auctoritate patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, ut iis, quo die urbem triumphantes inuherentur imperium esset. Et erant impediendi triumphationes multae, primum cum tribuni pl. imperatoris, qui triumphum peteret, aliqua de causa in senatu, de rogatione ferenda omnes recuseret, deinde cum rogationem quidem tribuno aliquis ferret, sed eam populus suffragis antiquaret: tertio, ubi, tribuno rogationem ferente, unus, pluresve de collegio intercederet: postremo cum tribunos imperatores ob res in bello gestas diem diceret, sicuti C. Meminius L. Lucullo; qui duob. potissimis regibus, Mitridate, & Tigrae, deuictis, tamen non nisi triennio post, accusationem Memmio remittente, Cicerone consule triumphum duxit. unde illa: Nos curram clarissimi uiri nostra manu, in urbem duximus. hanc legem de imperio unius die intra urbem Cicero significat his uerbis l. IIII. ad Att. Porcius uult. ad III. nonas Nouembris triumphare huic obuiam Cato. & Seruilius praetores aperte, & Q. Mucius tribunus pleb. negant enim latum de imperio. & est latum Hercule infulse. latum infulse dicit, quia legem de imperio Pontianij Ser. Galbae praetor, clamante lucem tulerat quod a Dione traditum est. & agi quidquam cum populo ante horam primam leges uerabant. Verus etiam lex illa fuit ut, qui hostes acie uicissent, triumphantes urbem inirent, idque factum etiam cum intra septimum lapidem urbis Romanae fines includeretur, apud Valerium notauimus. Post etiam, ut imperatorum ambitioni, qui leuibus praehis prospere factis, triumphum petebant, obuiam iretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui & quinque millia hostium una pugna cecidisset, & de suo exercitu multo pauciores amisisset. quo in utroque ne fallus senatus numerus ederetur, altera lex a L. Mario M. Catone tribuni pl. lata est, ut punirentur ii, qui aut hostium occisorum, aut ciuium amissorum in numero metiti essent. Sancitum & illud est, ut pro aucto imperio, non pro recuperatis quae populi R. fuissent, triumphus decerneretur. quam ob causam neque Q. Fuluius, qui Capuam decernerat, neque L. Opimio, qui Fregellas, permisit senatus ut triumpharent. Eademque fuit eorum conditio, qui ad res gerendas sine magistratu missi erant. qui & si res triumpho dignas gessissent, triumphare tamen lege uerabantur. itaq. nec P. Scipione, qui postea Atrahalem uicit, ob recuperatas Hispanias, nec M. Marcellus ob captas Syracusas triumphum senatus decreuit. Pompeius tamen, qui magni cognomento est usus, Sylla dictator concedente, contra legem, eque Romanus adhuc, triumphum phauit. Illud etiam fortasse lege datum, ut qui triumphum urbem ingressus esset, ei laurea corona in spectaculis uti liceret, id ex eo conuicio, quod Valerius Maximus, cui Plinius li. XV. naturalis historiae subscribere uidetur, C. Papirium Masonem tradit, cum triumpho in senatu non impetrato in Albano monte triumphasset, myrtea

leges, ut puto sanxerant. itaque non dubito, quin Cæsar noua lege nouam sententiam, ad uim remouendam, attulerit. Hac lege tenebantur, ut Martianus ait, qui turbæ seditionisve faciendæ consiliū inissent, feruosve aut liberos homines in armis habuissent; omnesque puberes cum telo in publico deprensī. subiungit idē de priuata damnatos, neque senatores, neque decuriones, neque iudices esse, neque honorem ullum dare, Iulia lege, potu sse. Cæsarē mortuo, tulit M. Antonius, ut damnatis de ut ad populum prouocatio esset. quod ad conciliandos sibi multitudinis animos qui tyrānidem spectaret, excogitauit. Ex libro nostro de legibus Romanis.

USUCAPERE, est aliquid ex diuturna possessione in suum ius, potestatemque conuertere. atque olim usucapiebantur res nobiles unius anni spatio, ut ait Iustinianus tit. de usucapionibus, in institutionibus, non longe a principio, erant igitur ea conditione mul-

res, ut, si per totum annum uxor apud uirum mansisset, eam esse a uiro tanquam usucaptam, eiusque in potestatem transisse, intelligeretur. quod si secus euenire uxor uellet, sancitū erat lege duodecim tabularum, ut per tres anni noctes seorsum a uiro habitaret. Trinoctium autem diffiniuit lex, quod eo spatio a uiris uxores assuefunt. hæc igitur uxoris a uiro per trinoctium separatio uim tantam habebat, ut usucapionem impediret, atque interromperet. Nam interrupta rei, quæ possidetur, possessione simul interruptitur usucapio, ut est in lege, naturaliter, de usucapionibus, multisque aliis in legibus. hæc autem interruptio usucapionis dicitur usurpatio, quandoquidem usurpare apud iurisperitos aliud non est, quam usucapionem interrompere, ut est in lege secunda de usucapionibus.

Ex nostris obseruationibus.

F I N I S